

37

17.

CORPVS
OMNIVM VETERVM
POETARVM LATINORVM
SECVNDVM SERIEM TEMPORVM,

ET QVINQVE LIBRIS
distinctum,

IN QVO CONTINENTVR
omnia ipſorum opera, ſeu fragmenta
quæ reperiuntur,

Cui præfixa eſt vniuſcuiuſque poetæ vita.

POSTREMO ACCESSERVNT VARIAE
lectiones, ſi non omnes, præcipuæ tamen,
magiſque neceſſariæ.

A.P.B.P.G.

SECVNDA EDITIO PRIORE
MVLTO EMENDATIOR.



Aureliæ Allobrogum,
EXCVDEBAT SAMVEL CRISPINVS.

M. DC XL

TYPOGRAPHVS
AD LECTOREM.

POST QVAM Latinæ linguæ authores in vnum redacti corpus, in publicũ emisit vir clarissimus Dionysius Gothofredus, cœpi ab eo tempore consilium inire de Poetis, qui scribendis carminibus præcipuè apud Latinos claruerunt in vnũ quasi corpus redigendis, vt facilius ab omnibus legerentur: quamuis enim plerique & seorsim & separatim à multis sint editi, attamen commodiùs edi coniunctos videbam, vt qui in vnum legendo incidisset, alios euoluendi occasionem haberet Plerique enim Virgilium aut Horatium legũt, quibus Sueuij, Lucilij atque Furij nomina penitus sunt incognita. In quo sequuti sumus seriem temporum, & quamuis diuersa sit scriptorũ traditio de temporibus poetarum, cum magna ex parte inter se dissideant, tamen à Liuio Andronico (qui princeps apud Latinos habitus est in edendis carminibus) eorsi sumus, fretus authoritate Petri Criniti, & totum hoc corpus quinque libris distinximus. In primo quidem eos poetas complexi sumus, qui rudi adhuc Roma & populo armis occupato magna diligentia conati sunt ciues suos instruere. Fabulisque editis illorum ingenia delectare. In Secundo, eos qui plura in dies & meliora scripserunt apud Latinos. In Tertio continentur poetæ, qui vsque ad Flauios Imperatores deuenerunt, & qui summa elegantia pariqué doctrina hoc munus obierunt. In Quarto de iis agimus qui sequentibus seculis in hac studiorum facultate ingenium suum excoluerunt. Postremo loco collocauimus Poetas qui Antoninorum temporibus vsque ad ad Theodosium & Constantios Cæsares vixerunt. Hæc pauca de serie dicenda esse duxi.

DE ORIGINE POETICÆ.

QVI apud veteres Latinos paulò diligentiùs de poëtica scripserũt, eiúsque originem accuratè inuestigarunt, seriò asserunt à Romanis fuisse hanc facultatem receptam, annos post vrbem conditam supra cccc. Ante id tempus Rom. ciues illi habebantur nobiliores atque egregij, qui strenuè pugnando acres forent, ac in rebus gerendis excellenti animo & virtute præstarent. Sic laudabatur bonus ciuis Romæ, vt bonus colonus & fortis miles, quo nomine malebant ea tempestate ab aliis sua gesta describi quàm ipsi aliorum narrare. Sed posteaquàm Imperiũ ad id magnitudinis accesserat, vt rebus clarissimè gestis, pacem sibi, & pacis commoda vindicasset, satis pulchrum atque magnificum putabant Reipublicæ operam nauare, & in senatu bene dicendo reliquisque disciplinis percipiendis ingenium suum instruere, atque vt de poëtica rectius ordinéque agatur: imperante adhuc Numa Pompilio, & occupata tantum armis ciuitate, Saliorum carmina facta sunt, quæ Sacerdotes Gradiui, Martis ancilia gestantes cum tripudiis & solenni saltatu certis diebus decantarent. Et hæc quidem inculta, atque inconditа traduntur fuisse, pro temporum vetustate: propterèque parum posteris seculis intellecta paulò mox cantica quædam & deuotionum Sacra vulgata sunt, laudésque deorum immortalium versibus absolutæ: quibus more suo deos comprecari consueuerunt, aut expiare vrbem insigni aliquo prodigio. Neque tũ Romæ defuerũt, qui vaticiniis editis popu. Romani fata describerẽt: vt P. Licinius Tegula & Martius vates, qui perobscuris versibus futuras clades Punicis bellis prænunciauit, ac de ludis præterea Apollinaribus carmen reliquit. Per eadẽ ferme tempora (quantũ ex antiquorũ monumẽtis colligere possumus) primus omnium studium Poëtices in vrbem intulit Liuius Andronicus, eámque facultatẽ illustrare cœpit edito carmine de bello Punico, vt suo loco prosequemur. Auxerunt hanc paulò mox præcipuéque instruxerũt, Q. Ennius, M. Plautus, Næuius, Pacuuius Actius & Lucilius, qui Græcorum disciplinas imitati permultum exoluerũt suis fabulis atque carminibus Romanorũ ingenia: qua in re illud minimè prætermittẽdũ existimo, quod à M. Catone relatum est, poëtas ipsos principio in vrbe cõtẽptui habitos & grassatores vulgò appellatos, qui poeticæ studio tenerẽtur: quocirca minimè mirari oportet si M. Fuluio nobiliori vitio datum est quod is consul cùm esset, in Aetoliam prouinciam Q. Ennium secum duxisset: factum tamẽ est, vt paulò mox principes etiã viri, aucto imperio, & domi foríque pace adepta ad hãc studiorum partem animum inclinarint, summóque cultu, atque honore illos habuerint qui carmine absoluendo viderentur admodũ excellere. Gratissimus fuit P. Scipioni Ennius, Mario L. Plotius, C. quoque Lælio viro clarissimo P. Terentius, qui adeò familiariter cũ eo vixisse traditur, vt illius fabulæ à nonnullis Lælio adscribantur

bantur. Decius præterea Brutus, vir maximus atque Imperator egregius magnoperè poetam Accium dilexit: nullam quidem ob aliam rationem præterquam quod in scribendo carmine præclaro ingenio foret. Hinc sacratum in ipsa vrbe Musis templum & magna religione habitum, quoniam existimarent à Gratiis abesse illorum ingenia qui paulò doctiores haberentur, & quasi à musarum sacris alieni: sed hæc nō debeo prosequi longiori oratione. Nam secreto opere de hac materia diligentissimè complura collegimus, quæ suis & ipsa temporibus edentur ad communem studiosorum vtilitatem. Nunc ad eos poetas accedamus, qui scribendis carminibus præcipuè apud Latinos claruerunt.

INDEX POETARVM QVI HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

LIB. I.

Lenius Andronicus pag.1
Q.Enius 3
M.Accius Plautus 14
Cn. Nævius 334
M.Pacuuius 340
S.Calius 345
L. Accius 349
P.Terentius 358
Caius Lucilius 457
Sex.Turpilius 470
Cn.Matius 473
L.Afranius 474
Q.Trabeas 479
Cn.Licinius Imbrex 479
Q.Nouius 480.

LIB. II.

T.Lucretius 480
L.Pomponius 556
Decius Laberius 560
L.Catulus 562
Q.Atta 563
Pub.Syrius 564
Percius Licinius 568
Valer.Aedituus 569
C.Valerius Catulus 571
Cor.Licinius Caluus 594
C.Heluius Cinna. 596
M.Furius Bibaculus 597
Pub.Terentius Varro Attacinus 597
C.Ticida 598
Furius Antias 599
Lauren.Tullius. 600

LIB. III.

Virgilius Maro. 600
Q.Horatius Flaccus 748
Tit.Valgius 822
Alb.Tibullus 823
Cn.Cornelius Gallus 844
Sex.Propertius 851
Q.Varius 891
P.Ouidius Naso 892
Domitius Marsus 1226
C.Germanicus Augustus 1226
An.Cæsius Bassus 1227
Aemilius Macer 1228
L.Anneus Seneca 1229
Caius Asinius Gallus 1337
Aulus Persius 1338
Cornelius Seuerus 1346
Anneus Lucanus 1347
Cn.Getulicus 1425
C.Pedo 1425

LIB. IV.
VOL. II.

Publius Statius Papinius 1
Silius Italicus 145
Caius Valerius Flaccus 263
Iunius Iuuenalis 319
M.Valerius Martialis 355
Aulus Serenus 457
Rufus Festus Auienus 458
Alphius Auitus 465
Septimius Afer 497
Titius Calphurnius 497
Aurelius Olympius Nemesianus 505
Cl.Claudianus 512
Decius Ausonius 612
Damasus Hispanus 673
Iuuencus Hispanus 675
Aurelius Prudentius Clemens 705
Pontius Paulinus 805
Venantius Honorius Fortunatus 812
C.Sollius Sidonius Apollinaris 828
Maurus Terentianus 867

INDEX POETARVM IN TRES CLASSES DISTRIBVTVS.

Veteres poetæ Christiani.

Iuuencus 675
Damasus 673
Paulinus 805
A.Prudentius Clemens 705
Alcimus Auitus 465
C.Solius Sidonius Appollinaris 828
Venantius Honorius Fortunatus 812

VETERES POETÆ SCENICI.

Liuius Androicus: pag.1

Cn.Næuius 334
M.Accius Plautus 14
M.Pacuuius 340
P.Terentius 358
L.Accius 349
L.Afranius 474
S.Turpilius 470
L.Trabea 479
L.Pomponius 556
D.Laberius 560
P.Syrius 564
Cn.Matius 473
L.Annæus Seneca 1219

VETERES POETÆ LYRICI, ET EPIGRAMMATICI.

Horatius Flaccus 748
An.Cæsius Bassus 1227
Val.Ædituus 569
Porcius Licinius 568
Q.Catulus 562
Valerius Catullus 571
C.Licinius Calnus 594
C.Heluius Cinna 596
Laurea Tullius 600
Domitius Marsus 1226
C.Ticida 598
Cn.Getulicus 1425
Valerius Martialis 355
Decius Ausonius 612

INDEX POETARVM ORDINE ALPHABETICO.

A

L.Actius 349
V.Aedituus 569
C.Albinouanus 1425
L.Andronicus 1
L.Aphranius 474
Q.Atta 563
R.F.Auienus 458
A.Auitus 465
D.Ausonius 612

B

C.Bassus 1227
M.F.Bibaculus 597

C

Cæcilius 345
T.Calphurnius 497
C.V.Catullus 571
L.Catullus 562
C.H.Cinna 596
C.Claudianus 512

D

Damasus Papa Hispanus 673

E

Q.Ennius 3

F

V.H.Fortunatus 812
M.Furius 599

G

Cor.Gallus 844
Asinius Gallus 1337
Getulicus 1425

H

Horatius Flaccus 748

I

I.Iuuenalis 319
Iuuencus 675

L

D.Laberius 560
P.Licinius 568
C.Licinius Caluus 479
Lucanus 1347
Lucillius 457
T.Lucretius 480

M

Aem.Macer 1128
D.Marsus 1226
V.Martialis 355
Cn.Matius. 473

N

An.Næuius 334
A.O.Nemesianus 505

O

Pub.Ouidius 892

P

M.Pacuuius 340
P.Paulinus 805
Aul.Persius Flaccus 1338
M.A.Plautus 14
L.Pomponius 556
S.A.Propertius 851
A.Prudentius Clemens 705

S

An. Senecæ 1229
A. Serenus 457
Cor. Severus 1346
C. Sidonius Apollinaris 828
Silius Italicus 145
P. Statius x
Syrus 564

T

P. Terentius 358
C. Ticida 598
Alb. Tibullus 213
Q. Trabea 479
L. Tullus 600
S. Turpillius 470

V

C. Valerius Flaccus 263
T. Valgius 882
Varius 891
Varro Attacinus 597
P. Virgilius 600

LIVII ANDRONICI FRAGMENTA QVÆ EXTANT.

ACHILLE.

I malos imitabo, tu tu pretium pro noxa dabis.

ÆGISTHO.

Iamne oculos ſpecie latauiſti optabili?
Nemo hæc noſtra ruminabitur mulieri.
In ſedes collocat ſe regias Clytæmneſtra, iuxtim tertias notæ occupant.
Ipſe ſe in terram ſaucius fligit cadens.
Tum autem laſciuum Nereiſimum pectus.
Quin quòd parere vos maieſtas mea procat, toleratis? templo hanc deducitis?
Solennitus à declitali laudet iubent.
Nam vt pergam accenſa, & prædam per participes æquiter partita eſt.

AIACE.

Mirum videtur quòd ſit factum iamdiu.

ANDROMEDA.

Confluges vbi conuentum campum totum inhumigant.

ANTIOPA.

Ita ſeptuosè dictio abs te datur, quòd conſequutam ſapiens ægrè contulit.

CENTAVRIS.

Vbi ego ſæpe petris.

EQVO TROIANO.

Da mihi haſce opes quas peto, quas precor: corrige, opitula.
Serò ſapiunt Phryges.

ΕΡΩΤΟΠΑΙΓΝΙΟΙΣ.

Nocte diéque decretum & auctum.
Meminens Varro corde volutat.
Andromacha perdudum manu laſciuula, tenellula, capiti meo trepidans, libens inſolito plexit munere.

GLADIOLO.

Pulicéſne, an cimices, an pedes, reſponde mihi.

HELENA.

Tu qui permenſus ponti maria alta veliuola.

HERMIONA.

Obſecro te Anticile matri nequid tuæ aduerſus ſuas.

IONE.

Séque in alta maria præcipem inops, ægra ſanitatis Herois.
Et iam purpureo ſuras include cothurno,
Baltheus & reuocet volucres in pectore ſinus:
Preſſáque iam grauida crepitent tibi terga pharetra.
Dirige odoriſequos ad certa cubilia canes.

LAODAMIA.

Aut nunc quæpiam alia te illo Aſiatico ornatu affluens, aut Sardiano ac Lydio fulgens decore & gloria, pellicuit.

LYDIO.

Corruit quaſi ictus ſcena, haud multo ſecus.

ODYSSEA.

Quæ hæc daps eſt? quis feſtus dies?
At celer haſta volans perrumpit pectora ferro.
Mea puera, mea puera, quid verbi ex tuo ore profugit?
Quoniam audiui paucis gauiſi,
Fit quoque ſitum eſt.
Nexebant multa inter ſeſe flexu nodorum dubio.
Simul ac lachrymas de ore noegeo deterſit.
Carnis ait, vinum quoque quod libabant antlabatur.
Inferus an ſuperus tibi fert Deus funera Vlyſſes.
Atque eſcas habemus mentionem.
Nam diua monetas filiam docuit.
Mercurius cúmque eo filius Latonas.
Neque enim te oblitus ſum Laertie noſter.
Ibi denique vir ſummus adprimus Patroclus.
Parcentes prædum.
Partim errant, neque nunc Græciam redire nequiuunt.
Quum ſocios noſtros mandiſſet impius Cyclops.
Pater noſter Saturni filiæ.
Sancta puer Saturni filia regina.

PO-

POLYMETRIS.

Omnes sunt denis syllabis versi.

PROTESILAO.

Cupidius miserulo obito.

SERENO.

Cura nunc Laërtie velle, para ire Ithacham.

TEREO.

Raro enim venio.
Nimis pol imprudenter suis præstolaras.
Ego puerum interea ancillæ subdam latantem meæ, ne fame peruitet.
Credito cum illis soli mea voluntate nunquam limauit caput.

VIRGINE.

Ornamenta incendunt nobili ignobiles.

Qui proximè sequuntur loci, ex quoto quidem sed non cuius operis sint libro, ab authoribus adscribitur.

LIBRO I.

Iuppiter vt muro fretus magis quàm de manus impe- - secundo.
Quam de tuas omnis legiones ac popularis.

LIBRO IV.

Castolia per struices saxeas lapsu accidit.

LIBRO VI.

Iam in altum expulsa lintre.

LIBRO XXV.

Profectò satis compotem menti inesse.

LIBRO XXXV.

Et bina equestria & arma.

Alij eiusdem Liuij loci ex libris quorum non adscripta sunt ab autoribus nomina.

Scabra in legendo rediuioſáve offendens.
Matrem procitum plurimi venerunt.
Sed qui sunt hi qui ascendunt altum ocrim?
Celsosque ocris, aruaque patria, & mare magnum.
Nanque Tænari celsos ocris.
Haud vt quem Chiro in pelio docuit ocri.
Tumque mihi narrato omnia disertim.
Argenteo polubro, & aureo, & glutro.
Impubes, libripens esse non potest, neque atteſtari.
Puerarum manibus confectum pulcherrimè.
Apud nympham Atlantis filiam Calypsonem.
Mulier quisquis es, te volumus.
Adfatim edi, bibi, lusi.
Florem antlabant Liberi ex carchesiis.
Quem ego nefrendem alui, lacteam immulgens opem.
Quinquertiones præco in medium vocat.
Vecorde & malefica vecordia.

Q. ENNII VITA, EX LILIO GREGORIO GIRALDO DE Poetis Latinis Dialog. 4. desumpta.

QVINTVS Ennius, vt Lucretius cecinit,

— Primus amœno
Detulit ex Helicone perenni fronde coronam.

Quam ferme quoque sententiam & Syllius Italicus suo carmine retulit. Trigesima verò sexta supra centesimam Olympiadem, hoc est, Prioris Scipionis tempore floruit, sub quo etiam stipendia meruisse traditur, ita Claudiano poeta scribente:

Hærebat doctus lateri, castrisque solebat
Omnibus in medias Ennius ire tubas.

Fuit verò Romam deductus ex Sardinia insula, à M. Catone, quæstore ex Africa decedente, vt scribit Probus Æmilius in Catonis vita, quæ falsò à quibusdam Cornelio Nepoti adscribitur. Meruisse & cum Q. Fuluio Nobiliore, cum is à senatu contra Ætolos imperator missus est: testis est ante alios M. Cicero. à M. verò Fuluij filio ciuitate donatus, ea tempestate, qua III. Vir coloniam deduxit. Ennij quidem patria Rudiæ, quod Calabriæ op-

pidum est, vt Mela Pomponius,& Plinius scribunt, & poeta Syllius canit. Rhodias verò & Græcam vrbem nuncupat Strabo. Hinc, puto, ab Ausonio Rudinus dicitur, & Rudius à M. Tullio, pro Archia,si fidis codicibus stamus:Eutropius tamen historicus, & Hieronymus in Chronico ex Eusebio, Tarentinum illum his verbis faciunt: Q. Ennius, aiunt,poeta Tarenti nascitur, qui à Catone quæstore Romam tralatus, habitauit in monte Auentino, parco admodum sumptu contentus & vnius ancillæ ministerio. Sed enim de hac Ennij ancilla, vt puto,& Cicero in secundo de Oratore, cum de ridiculis agit,mentionem fecit. Cum enim,inquit, Scipio Nasica ad poetam Ennium venisset, eique ab hostio quærenti Ennium, ancilla dixisset domi non esse, Nasica sensit illam domini iussu dixisse, & illum intus esse. Paucis post diebus, cùm ad Nasicam veniisset Ennius, & eum à ianua quæreret, exclamat Nasica,se domi non esse. Tum Ennius. Quid, ego non cognosco vocem, inquit,tuã? Hic Nasica,Homo es impudens, ego cũ te quærerem, ancillæ tuæ credidi te domi non esse,tu mihi non credis ipsi? Natus verò est Ennius, vt ipsemet cecinit,ex stirpe Neptuni,à Messapo,qui,vt ait Vergilius, fuit

— Equûm domitor,Neptunia proles.

Quod & adnotauit Seruius.Idem Syllius suo hoc carmine:

Ennius antiqua Messapi ab origine regis.

Quod verò per palingenesiam, quam vocant Pythagorici, Homeri animam sortitus sit, fabulosius videtur, quàm vt historica fide comprobetur, id enim somnio contigisse & Lucretius poeta, & M.Cicero tradidere. eodem etiam ipso Ennio canente,

— Mihi visus Homerus adesse Poeta.

Fuit verò vini appetentior:

—Nec vnquam nisi potus ad arma
Prosiluit dicenda.

vt ait Horatius. Ingenio acri fuit,atque ad scribendum promptissimo, vehemens in sententiis, in verbis rudis, vt qui non discederet à communi more verborum. Addit & Cicero, eum fide plenum, haud tamen magna cum re. Hinc est,ait Piso, illud fortasse,quod P.Vergilium solitum dicere accepimus, aurum se ex Ennij stercore colligere. Rectè tu quidem, inquam,trium quoque linguarum cognitionem habuit Ennius, vnde poeticæ se tria corda habere dicebat, quòd Græcè,quòd Latinè,quòd Oscè loqueretur, vt Gellius & Festus tradunt. Multa verò librorum volumina scripsit, inter quæ Annales, quos,vt refert Suetonius, Q. Vargunteius diuisit in volumina, certisque diebus in magna hominum frequentia pronunciabat. In hos M. Pompilius Andronicus librum composuit, quem Elenchorum nomine nuncupauit. Edidit & Ennius bella populi Romani, quorum librum duodecimum scripsit, annum natus sextum & quadragesimum, vt Varro & Gellius scribunt. Sed & Ennium Phagetica composuisse testis est L. Apuleius, quo libro,quæque esui & gulæ magis celebrata essent,quóve loco,carmine cõplexus erat, id quod & apud Græcos Archestratus,aliique cõplures,vt hesterno sermone diximus. Et plures insuper comœdias & tragœdias cõposuit, quibus ei propter vetustatẽ, decimum inter comicos locũ dedit Volcatius. Mortẽ vero obiit,Q.Martio & Cn.Seruilio C O S S.cum Sulpitius Gallus prætor Apollini ludos faceret, ipséque Ennius Thyesten fabulam docuisset, annos natus, vt scribit Hieronymus, LXX. Periit verò articulari morbo,quem,vt Q. Serenus ait,nimio potu contraxerat, quo quidem tempore Crates Mallotes ab Attalo rege Romam missus, è regione palatij,in cloacæ foramine crus fregerat. Sepultus est

in

in Scipionis monumento, via Appia, intra primum ab Vrb. lapidem. Liuius libro XLVIII. & Plinius libro VII. Africanum Q. Ennij ſtatuam ſuo ſepulchro imponi iuſſiſſe tradunt. Idem M. Tullius in ea, quæ eſt pro Archia oratione. Hinc carmen illud Ouidij,

Ennius emeruit, Calabris in montibus ortus,
Contiguus poni Scipio magne tibi.

Quidam eius oſſa Rudias ex ianiculo tralatas affirmant. Ennij hoc epitaphium celebrat M. Cicero,

Aſpicite ô ciues ſenis Ennij imaginis vrnam,
Hic veſtrûm pinxit maxima facta patrum.
Nemo me lachrumis decoret, nec funera fletu
Faxit. Quor? volito docta per ora virûm.

De Ennio verò hoc profert iudicium Fabius Quintilianus. Ennium, inquit, ſicut ſacros vetuſtate lucos adoremus, in quibus grandia & antiqua robora, iam non tantam habent ſpeciem, quantam religionem.

QVINTI ENNII FRAGMENTA QVÆ EXTANT.

LIBRO I. ANNAL.

E nunc ſancta precor Venus,
& genitrix patris noſtri.
Vt me de cælo viſas cognata parumper.
Te Quirine pater veneror Horámque Quirini.
Hæc effatus, ibique latrones dicta faceſſunt.
Inde tuetur ibi lupus fœmina conſpicit amnes,
In campo celeri paſſu premens parumper,
Conijcit in ſyluam ſeſe.
Præpetibus hilares ſeſe pulchriſque locis dant.
Face verò quod te cum precibus pater.
Nerienem mauortis.
Alternum ſeritote diem concorditer ambo.

LIBRO II.

-- ô Romule, Romule, dic ô
Qualem te patriæ cuſtodem dij genuerunt.
Tu produxiſti nos intra luminis oras,
O pater ô genitor, ô ſanguen dijs oriundum.

LIBRO III.

Inde ſibi memorat vnum ſupereſſe laborem.
Hac noctu filo pendebit Hetruria tota.
Prodinunt famuli, tũ candida lumina lucent.
Proletarius publicitus excubijs ferróque
Ornatur: ferro muros vrbémque forúmque
Excubijs curat.

LIBRO V.

Cogebant hoſtis lachrymantes vt miſererent.
Homines Pyrrhus vti memorant à ſtirpe ſupremo.

LIBRO VI.

Sulfureas poſuit ſpiramina naris ad vndas.

LIBRO VII.

Hocce locutus vocat quicum bene ſæpe libenter
Menſam, ſermonéſque ſuos, rerúmque ſuarum
Comiter impertit, magna quum lapſa dies iam
Parte fuiſſet, de paruis ſummiſq; gerendis
Conſilio, induforo, lato ſanctoq; Senatu:
Cui res audacter magnas paruáſque, iocumq;
Eloqueret, qua tincta malis & quæ bona dictu
Euomeret, ſi quid vellet, tutoq; locaret:
Quocum multa volup ac gaudia clámque palámque:
Ingenium cui, nulla malum ſententia ſuadet
Vt faceret facinus: lenis, tamẽ haud malus, idem
Doctus, fidelis, ſuauis homo, facundus, ſuoq;
Contentus, ſcitus, atque beatus, ſecunda loquens in
Tempore, commodus & verborum vir paucorum,
Multa tenens antiqua, ſepulta & ſæpe vetuſtas
Quæ facit, & mores veteréſque nouoſq; tenentẽ,
Multorum veterum leges, diuumq; hominũq;

Prudentem, qui multa loquive taceréve posset:
Hunc inter pugnas compellat Seruilius sic.
Qua Galli furtim noctu summa arcis adorti.
Mœnia concubia vigiléque repente cruentant.
Mox auferre domos populi rumore secundo.
Mulserat huc nauem compulsam fluctibus pontus.
Dux ipse [1] vias.
Denique vi magna quadrupes equus atque elephanti
Proiiciunt sese.
At non quadrupedes equites.
Rurescant frundes.

LIBRO VIII.

Pellitur è medio sapientia, vigeritur res.
Spernitur orator bonus, horridus miles amatur.
Haud doctis dictis certantes, sed maledictis,
Miscent inter sese inimicitias agitantes.
Non ex iure manu consertum, sed mage ferro
Rem repetunt, regnúmque petunt, vadunt solida vi.
Iámque fere puluis ad cælum vasta videtur.
Rastros dente fabres capsit causa poliendi
Agri.
Præcox pugna est.

LIBRO IX.

Cyclopis venter velut olim turserat alti,
Carnibus humanis distentus.
Libertatémque vt perpetuitas sit maximè.
Additur orator Cornelius suauiloquenti
Ore Cethegus Veturio collega Philoni,
Filius. is dictus ollis popularibus olim
Qui tum viuebant homines atque ænum agitabant,
Flos delibatus populi, Suadæque medulla.
Sed quid ego hæc memoro? dictum factúmque facit frux.

LIBRO X.

Ægro corde, comis passis latè palmis pater.
Insignita fere tum millia militum octo
Duxit delectos bellum tolerare potentes.
Pinsi ceram genibus.

LIBRO XI.

Tum clypei [2] resonunt, & ferri stridet acumen.
Missaque per pectus dum transit striderat hasta.
Pendent peniculamenta vnum ad quenq; pedũ.
[3] Malo cruce fatur vt des Iupiter.

LIBRO XIII.

Annibal audaci dum pectore dehortatur
Ne bellum faciam, quem credidit esse meum cor
Suasorem summum & studiosum robore belli.
Satin' vates verant ætate in agunda?

[1] pro Viæ.
[2] R[e]sonant. [3] mala cruce.

LIBRO XIV.

Nunc est ille dies quum gloria maxima sese
Ostendat nobis, si viuimus, siue morimur.
Verrũt extẽplo placidè mare mármore flauo:
Cæruleum spumat sale conferta rate pulsum.

LIBRO XV.

Occumbunt multi lathum ferróque lapique,
Aut intra muros aut extra, præcipe casu.
Arcus vbi aspiciunt mortalibus quæ perhibẽtur.

LIBRO XVI.

Tũ [1] caua sub monte latè specus intus patebat.
Postremæ longinqua dies quum fecerit ætas.
Si luci, si nox, si mox, si iam data sit frux.

Ex incertis Annalium libris sunt versus qui sequuntur.

Interea fugit albus iubar Hyperionis cursum.
Et detondit agros latos, atque oppida cepit.
Quos homines quondam Laurentis terra recepit.
--virósque valentes
Contudit crudelis hyems.
Brunduſium pulchro præcinctum præpete portu.
Atque atque accedit muros Romana iuuentus.
Exin per terras postquam celerissimus rumor.
Ea mihi reliquæ fidei regno vobisq; Quirites
Se fortunatim, feliciter ac bene vortat.
Hispanè [2] non Romanè memoretis loqui me.

Qui sequuntur versus, ij sunt quos authores ex quoto quidem libro afferãt indicarunt, sed cuius operis libro, tacuerunt. Ex eodem certè Annalium opere esse videntur.

LIBRO I.

Est locus, Hesperiam quam mortales perhibebãt.
Téque pater Tyberine tuo cum flumine sancto.
Accipe dáque fidem, fœdúsque feri bene firmum.
Quum superũm lumẽ nox intempesta teneret.
Nec Pol homo quisquam faciet impunè animat[3]
Hoc, nisi tu: nam mi calido das sanguine pœnas.
Qui cælum versat stellis fulgentibus aptum.
Constitit inde loci propter sos dia dearum.
At tu non vt sum summam seruare decet rem.
Riuos campósque remant.
Nam vidi pugnare sues stolidi soliti sunt.

LIBRO II.

Ingens cura mis cum concordibus æquiparare.
Hic occasus datus est, at Horatius inclutus saltu.
Ostia munita est idem loca nauibus pulchris
Mũda facit, nautisque mari quæsentibus vitam.
At sese sum quæ dederat in luminis oras.
Qui ferro minitere, atque in te ningulus mederi queat.
Ferro secedere quam dictis his toleraret.

[1] concaua sub montes late &c.
[2] nostro mane.

Annuit

Annuit seſe mecum decernere ferro.
Si quid me fuerit humanitus, vt teneatis.

LIBRO III.

Circum soſq́ sunt magnæ gentes opulentæ.
Postquam defessi sunt, stant, & spargere seſe
Hastis, an satis concurrunt vndique telis.

LIBRO IV.

Dum censent terrere minis, hortanturq́ sos.
Romani scalis summa nituntur opum vi.

LIBRO V.

Quod per amœnam vrbem leui fluit agmine flumen.
Ansatas mittunt è turribus.
Iniicit inritatus, tenet occasus, iuuat res.

LIBRO VI.

Tum cum corde suo diuûm pater atque hominũ rex
Effatur.
Explorant Numidæ, totã quatit vngula terram.
Balatum pecudes quatit, omnes arma requirunt.
Vertitur interea cœlum cum ingentibus signis.
Quis potis ingentis oras euoluere belli?
Incedunt arbusta per alta, securibus cædunt,
Percellunt magnas quercus: exciditur ilex,
Fraxinus frangitur, atque abies consternitur alta:
Pinus proceras peruertunt: omne sonabat
Arbustum fremitu syluai frondosai.
Nauus repertus homo, Graio patre, Graius homo rex.

LIBRO VII.

Alter nare cupit, alter pugnare paratus.
Deducunt habiles gladios filo gracilento.
Fortibus est fortuna viris data.
Non semper vestra euertit, nunc Iupiter hac stat.
Poste recumbite, vestráque pectora pellite tonsis.
Ponè petunt, exin referunt ad pectora tonsas.

LIBRO VIII.

Iámque fere puluis fulua volat.
Hastati spargunt hastas, fit ferreus imber.
Mortalem summa fortuna repentè
Reddidit summo regno, famul vt optimus esset.
Aut occasus vbi tempusve audere repressit.
--Pœnos Didone oriundos.
Quum sequitur, summo sonitu quatit vngula terram.
Amplius ex augure obstipolumve solis.
Nunc hostes vino domiti, somnóque sepulti.

LIBRO IX.

Viri à validis viribus luctant.
Lychnorum lumina bis sex.

1 Qui. 2 Causas. 3 Ingentes.
4 Ex augure obstitumue, ostipo lumine solis.

LIBRO X.

Veluti si quando vinculis venatica venenox
Apta solet, si fortè exnare sagaci
Sensit, voce sua nictit, vlulátque, ibi acuta est.
Quæ neque Dardaniis campis potuere perire,
Nec quum capta capi, nec quum combusta cremari.
Leucatem campsant.

LIBRO XI.

Etsi mulier erubuit ceu lacte & purpura mista.
Altè delata petrisque ingentibus tecta.
Contendunt Graios Græcos memorare solent sos.

LIBRO XII.

Vnus homo nobis cunctando restituit rem:
Non ponebat enim rumores ante salutem.
Ergo póstque magisque viri nunc gloria claret.
Omnes mortales victores cordibus viuus
Lætantes, vino curatos, somnus repentè
In campo passim mollissimus perculit acris.

LIBRO XIII.

Littora lata sonunt.

LIBRO XIV.

Insit ô ciues, quæ me fortuna fero sic
Contudit, indigno bello confecit aceruo.
Labitur vncta carina, volat super impetus vndas.
Omnes occisi obcensiq́ in nocte serena.

LIBRO XV.

Vndique conueniunt, velut imber, tela tribuno
Configunt parmam, tinnit hastilibus vmbo,
Ærato sonitu galeæ: sed nec pote quisquam
Vndique nitendo corpus discerpere ferro.
Semper abundantes hastas frangitq́, quatitque.
Totum sudor habet corpus, multumque laborat:
Nec respirandi fit copia præpete ferro.
Histri tela manu iacientes sollicitabant.
Malos defindunt, fiunt tabulatæ falæque.

LIB. XVI.

Æstatem autumnus sequitur, post acer hyems,
Nauorum imperium seruare est insuperantium.
Quod vbi rex paulo spexit de contib. celsis.
Primus senex Bradyn in regimen, bellique peritus:
Spero, si speres quicquam prodesse potis sunt.
Qui clamor oppugnantis vagore volanti.
Quippe vetusta virum non est sat bella mouere.
Tunc timido manat ex omni corpore sudor.
--tamen inde volans tecum abstulit hastæ
Insigne.

1 Vinclis. 2 Venox. 3 Cæterisque.
4 Sonant. 5 Post acer hyems fit. 6 Spicit.
7 Pontibus 8 Cui clamas.

Reges per regnum ſtatuáſque ſepulchráque quærunt,
Ædificant nomen, ſumma nituntur opum vi.
--interea fax
Occidit, Oceanumque rubra tracti obruit æthra.
Non in ſperando cupidè rem prodere ſummam.

LIB. XVII.

Concurrunt veluti venti, quum ſpiritus Auſtri
Imbricitor Aquilóque ſuo cum flamine contra,
Inde mari magno fluctus extollere certant.
Tollitur in cælum clamor exortus vtriſque.
Concidit, & ſonitum ſimul: inſuper arma dederunt.
--magna oſſa lacertique
Apparent homini.
It eques, & plauſu caua concutit vngula terram.
--neque corpora firma
Longiſcunt quicquam
Poteſtate pigne ſufferre laborem.
Grumam dirigere, degrumari ferrum.

LIB. XL.

Quippe ſolent reges omnes in rebus ſecundis.

Alij hexametri verſus Ennij non adſcripto nomine operis ex quo petiti ſunt.

Excita quum tremulis anus attulit artubus lumen,
Talia commemorat lachrymans exterrita ſomno
Eurydica prognata, pater quã noſter amauit,
Vires vitáque corpus meum nunc deſerit omne.
Nam me viſus homo pulcher per amœna ſalicta
Et ripas raptare, locóſque nouos. ita ſola
Poſt illa germana ſoror errare videbar,
Tardáque veſtigare & quærere te, neque poſſe
Corde capeſſere: ſemita nulla pedem ſtabilibat.
Exin compellare pater me voce videtur,
His verbis, O gnata tibi ſunt ante gerendæ
Ærumnæ: póſt ex fluuio fortuna reſiſtet.
Hæc pater effatus, germana repente receſſit,
Nec ſeſe dedit in conſpectum corde cupitus.
Quãquam multa manus ad cæli cærula templa
Tendebam lachrymans, & blanda voce vocabã:
Vix ægro tum corde meo me ſomnus reliquit.
Curantes magna cum cura, concupientes
Regni, dant operam ſimul auſpicio augurióque.
Hinc Remus auſpicio ſe deuouet, atque ſecundam
Solus auem ſeruat: at Romulus pulcher in alto
Quærit Auentino, ſeruans genus altiuolantum.
Certabãt vrbem Romám ne Remámne vocarent.
Omnis cura viris vter eſſet induperator.
Expectant, veluti conſul quum mittere ſignum
Vult, omnes auidi ſpectant ad carceris oras,
Quà mox emittat pictis ex faucibus currus.
Sic expectabat populus, atque ore timebat
Rebus, vtri magni victoria ſit data regni.
Interea ſol albus receſſit in infera noctu.
Exin candida ſe radiis dedit icta foras lux:
Et ſimul ex alto longè pulcherrima præpes
Læua volauit auis: ſimul aureus exoritur ſol.
Cedunt ter quatuor de cœlo corpora ſancta
Auium, præpetibus ſeſe pulchriſque locis dant.
Conſpicit inde ſibi data Romulus eſſe priora,
Auſpicio regni ſtabilita ſcamna, ſolúmque.
Septingenti ſunt paulo plus aut minus anni
Auguſto augurio poſtquam inclyta condita Roma eſt.
Romulus in cælo cum diis genitalibus ætuum
Degit
Nec mi aurum poſco, nec mi pretium dederitis.
Nec cauponantes bellum, ſed belligerantes,
Ferro non auro vitam cernamus vtrique.
Voſne velit an me regnare hera, quidve ferat ſors
Virtute experiamur. & hoc ſimul accipe dictum,
Quorum virtuti belli fortuna pepercit,
Eorundem me libertati parcere certum eſt,
Dono ducite: dóque volentibus cum magnis dis.
Quòvobis mentes rectæ quæ ſtare ſolebant
Antehac, dementi ſeſe flexere ruina?
Aio te Æacida Romanos vincere poſſe.
Vos etenim iuuenes animum geritis muliebrem,
Illáque virgo viri.
-quos olim Fauni vatéſque canebant.
Quum neque Muſarum ſcopulos quiſquam ſuperarat,
Nec dicti ſtudioſus erat. Ante hunc
[1] Verſibus quos olim Fauni vatéſque canebant.
Vincit Olympia, nunc ſæuio confectus quieſcit.
Sicut fortis equus ſpatio qui ſæpe ſupremo
Et tum ſicut equus, qui de præſepibus actus
Vincla ſuis magnis animis abrupit, & inde
Fert ſeſe campi per cærula, lætáque prata,
Celſo pectore, ſæpe iubam quaſſat ſimul altam,
Spiritus ex anima calida ſpumas agit albas.
O Tite, ſi quid ego adiuro curámve leuaſſo,
Quæ nunc te coquit & verſat ſub pectore fixa,
Etquid erit pretij?
Deſine Roma tuos hoſtes.
Sunt campi magni quos Africa terra polítos
Namque tibi monumenta mei peperere labores
Moribus antiquis res ſtat Romana, viriſque.
Egregiè cordatus homo Catus Ælius Sextus.
Simia quàm ſimilis turpiſſima beſtia nobis.
Quùm tonuit læuum bene tempeſtate ſerena.
At Romanus homo tamen, etſi res bene geſta eſt,
Corde ſuo trepidat.

Alij ex variis grammaticis, verſus Ennij quos itidem hexametros eſſe conſtat: præter paucos, quorum, quòd imperfecti ſint & deprauati, non tam certa eſt dimenſio.

--poſtquam diſcordia terra
Belli ferratos poſtes portáſque refregit.
Vulturis in ſyluis miſerum mandebat homonem:

[1] Verſus a Adiuto.

Hem

Heu, quàm crudeli condebat membra sepulchro.
O Tite tute Tati tibi tanta tyranne tulisti.
At tuba terribili sonitu taratantara dixit.
Hos pestis necuit, pars occidit illa duellis.
Quum veter occubuit Priamus sub marte Pelasgo.
Oua parire solet genus pennis condecoratum.
Mœrentes, flentes, lachrymantes, ac miserentes.
Certare abnueo, metuo legionibus labem.
Pãdite sultis genas & corde relinquite somnum.
Ob Romam noctu legiones ducere cœpit.
Illyrici restant sicis 1 *sibinisque fodentes.*
Tarquinij corpus bona fœmina lauit & vnxit.
Olim cernebant magnis de rebus agendis.
Effudit voces proprio cum pectore sancto.
Nauibus explebant sese terrasque replebant.
Oscitat in campis caput à ceruice reuulsum,
Semianimésque micant oculi, lucemq; requirunt.
Quem non virtutis egentem.
Pérque fabam repunt, & mollia crura reponunt.
-funduntq; elatis naribus lucem.
-vertunt crateras ahenos.
It nigrum campis agmen.
Indignas turres
Africa terribili tremit horrida terra tumultu.
Summus ibi capitur meddix, occiditur alter.
Vel tu Dictator, vel equorum equitũq; Magister
Esto vel Consul.
His pernas succidit iniqua superbia Pœni.
Et quis extiterat Romæ regnare quadratæ.
Tum casu sub monte altæ specus intus patebant.
Quo res lapsa loco sese ostentátque iubétque.
Virgines nam sibi quisque domi Romanus habet sas.
Impetus, aut longè medius regionibus restat.
Quærunt in scirpo (soliti quod dicere) nodum.
Occiduntur vbi potitur ratus Romulus præda.
Ille suos diuis mos sacrificare puellos.
Aduersabantur semper vivos nostráque vulta.
Quum sola est eadem faciunt longiscere longè.
Vnus surus surum ferre, tamè defenderepossent.
Ingenti vadit cursu qua redditus termo est.
Hortatore bono priusquam iam finibus termo est.
Ni metus vllatenet teneri virtute quiescunt.
Postquã lumina sis oculis bonus Ancus reliquit.
Cum magno strepitu. 2 *Volcanus, ventus vegetat rem.*
Iam cata signa fere sonitum dare voce parabant.
Orator sine pace redit, regique refert rem.
Capitibus nutantes pinos, rectosque cupressos.
Quam primùm casci populi genuere Latini.
Tantidem quasi fœta canes sine dentibus latrat.
Decretum est fossure corpora telis.
Animus cum pectore latrat.
Olli respondet suauis sonus Egeriai.
- de muris res gerit opscus.
Cum suo obsidio magnus Titanum premebat.
Musæ quæ pedibus magnum pulsatis Olympum.
Isque Hellespontо pontem contendit in alto.

1 Sybinis. 2 Volcanum ventus vegetat.

Conferre aut ratem ætatem qui perit & qui
Dum mare sudantes eunt atque sedentes.
Esse igitur corpus terram quæ deperit ipsam,
Et capit, & neque iam dispendi conficit hilum.
Dulcifera sici lactantes vbere toto.
Audire est operæpretium procedere recte
Qui rem Romanam Latiúmq; augescere vultis.
Huius nate auspiciis illa inclyta Roma.
Multa foro ponet & agea longa repletur.
Vt clauum rectum teneam, nauimque gubernem.
Equitum celerissimus.
Iamq; fere quatuor partum.
Sagas cæruleas therua purpureis gemmauit pampinus uuis.
Quæ valde veniunt falarica missi.
Fortunásq; quas cœpere latrones inter se memorare.
Furentibus ventis.
Fuluo ære.

Ex eiusdem Ennij Epigrammatis.

Aspicite ô ciues senis Ennij imaginis formam:
Hic vestrum panxit maxima facta patrum.
Nemo me lachrymis decoret, neq; funera fletu
1 *Faxit. cur? volito viuus per ora virûm.*
A sole exoriente supra Mæotis paludes,
Nemo est qui factis me æquiparare queat.
Si 2 *fas cædendo cœlestia scandere cuiquam est,*
Mi soli cæli maxima porta patet.
Hic est ille situs
--cui nemo ciuis neque hostis
Quiuit pro factis reddere operæpretium.
Hic est ille situs cui nemo ciuis neque hostis.
Tanto sublatæ sunt agmine tunc lapides.
Nos sumus Romani qui fuimus Rutuli.

Ex eiusdem Ennij tragœdiis, & aliis scriptis.

ACHILLE ARISTARCHI. vel, ACHILLE, sine adiectione.

Ita mortales inter sese pugnant, præliant.
Prolato ære.
Serua ciues, defende hostes, quum potes defendere
Quò nunc incerta re atque inorata gradum regredere conarem?
Nã consilijs obuarant quib. tã concedit hic ordo.
Nubes per ego Deûm subices humidas, vnde oritur imber sonitus aëris spiritu.

AIACE.

*Aiax misso sanguine tepido tullij efflantes*3 *volant.*
Lumen iubárne in cælo cerno?
Qui rem cum Achiuis gesserunt statim.

ALCMÆONE.

Factum est iam diu.

1 Faxit, qui volito docta per ora virûm. 2 Si fas est plagas cælestum ascendere cuiquã. 3 Euolãt.

Circumuentus morbo, exilio, atque inopia.

ALEXANDRO.

O lux Troiæ germane Hector,
Quid ita cum tuo lacerato corpore miser?
Aut qui te sic respectantibus tractauere nobis?
Multi alij aduentant, paupertas quorum obscurat nomina
Nam maximo saltu superauit,
Grauidus armatis equus,
Qui suo partu ardua perdat Pergama.
Iamdudum ab ludis animus atque aures auent
Auidè expectantes nuntium. propter hanc aurium auiditatem theatra replentur.
Hominem appellat quia lasciui stolidè non intelligit.
Volans de cælo cum corona & teniis.
Purum putum.

AMBRACIA.

Per gentes esse eluebat omnium miserrimus.
Bene mones. tute ipse tunctato. vide fortem virũ.
Agros audaces depopulant serui dominorum dominus.
Et æquora salsa veges ingentibus ventis.

AMPHITHRASONE.

Pertolerarem vitam, cladésque exanclarem impatibiles.

ANDROMACHA.

Malo torquetis cum ærumnis illũ exanclari diẽ.
Hæc malos annos multósque longinquè ab domo bellum gerentes summum summa industria.
Corpus contemplatur vnde corporaret vulnere
Rapit ex alto naues veliuolas.
Sed quasi ferrum aut lapis durat rarenter gemitum conatur trabem.
Quid sit seditio? tabésne an numeros augificat suos?
Nam neque irati neque blandi quicquam sincerè sonunt.

ANDROMEDA.

Alia fluctus differt, dissipat viscératim membra, maria salsa spumant sanguine.
Scrupeo inneslita saxo atque ostreis, quam excaperent.
Nam vbi introducta est, puerumq; vt lauerent, locant in clypeo.
Rursus prorsus reciprocat fluctus feram.
Liberũm quæsendũm causa familiæ matrem tuæ
Filiis propter te obiecta sum innocens Nerei.

ASOTO, vel Asota.

Alius in mari vult magno tenere tonsam
Ibant malam viere Veneriam corollam.

ATHAMANTE.

Is erat in ore Bromius, his Bacchus pater,
Illis Lyæus vitis inuentor sacræ.
Tum pariter Euan, Euius,
Ignotus iuuenum cœtus alterna vice
Inibat alacris, Bacchico insultans modo.

CRESPHONTE.

Audis, atque auditis hostimentum adiungito.
Du cit me vxorem liberorum sibi quæsendũm gratia,
An inter se sortiunt vrbem atque agros.
O pie eam secum aduocant: eunt ad fontem, nitidan t cor po ra.
Ego quum meæ vitæ parcam, lethum inimico deprecor
Iniuria abs te afficior indigna pater.
Nam si improbum Cresphontem existimaueras.
Cur me huic locabas nuptiis? sin est probus,
Cur talem inuitam inuitum cogis linquere?
Nulla te indigna nata affitio iniuria:
Si probus est, bene locauí: sin est improbus,
Diuortio te liberabo incommodis.
Erraui: pòst cognoui & fugio cognitum.
Eho tu, dij quibus est potestas motus superũm atquem inferũm,
Pacem inter sese conciliant, conferunt concordiam.
Neque terram iniicere, neque cruenta
Conuestire mihi corpora licuit,
Neque miserè lauere lachrymæ salsum sanguinem.

DVLORESTE.

Extemplo egisti fidem nuncupantes conciebant populum.

EPICHARMO.

Terra, corpus est: at mentis, ignis est.
Nam videbar somniare me ego, & esse mortuum.
Istic est de sole sumptus ignis.

ERECHTHEO.

Quibus nunc ærumna mea libertatem paro?
Quibus seruitutem mea miseria deprecor?
Arma rigent, horrescunt tela.

EVHEMERO.

Initio primus in terris imperiũ summum Vranus habuit: is id regnum vnà cum fratribus suis instituit atque parauit.

EVMENIDIBVS.

Dico vicisse. Orestem vos ab hoc facessite.
Tacere[1] opino esse optumum, & prouiribus sapere, atque fabulari tute noueris.
Id ego æquum aptius fecisse expedibo, atque eloquar.

ILIADA. vel potius ILIONA.

Nepos quas ærumna retulisti?

IPHIGENIA.

Otio qui nescit vti, plus negotij habet
Quàm quum est negotium in negotio.
Nam cui quod agat institutum est, nullo negotio
Id agit: studet ibi, mentem atque animum delectat suum.
Otioso initio animus nescit quid velit.
Hoc idem est, neque domi nunc nos, nec militiæ sumus.
Imus huc, hinc illuc: quum illuc ventum est, ire illinc Iubet.
Incertè errat animus, prater propter vitã viuitur.

[1] Opinor.

Ache-

Acherontem obibo, vbi mortis thesauri obiacent.
Procede gradum proferre pedum. nitere. cessas.

HECTORIS LYTRIS.

Melius est virtute ius. nam sæpe virtute mali nanciscuntur ius atque æquum, se à malis spernit procul.
At ego omnipotens te exposco vt hoc consilium Achiuis auxilij fuat.
Et sonit, franguntur hastæ, terra sanguine sudat.
Quid hoc hic clamoris: quid tumulti est? nomen qui vsurpat meum?
1 Hectorei summa armatos educit vi foras, castrisq; castra vltro iam ferre occupat.
Qui cupiant dare arma Achilli, vt ipse cunctet.
Ecce autem caligo oborta est, omnem prospectum abstulit, derepente contulit sese in pedes.
Seruos & vestrum imperium & fidem Myrmidonum vigiles commisereſcite.
Inferam vastos specus.
Consistit, credo, Scamander: arbores vento vagant.
Quid in castris strepiti est?
Sæuum fortuna ferro cernunt de victoria
Quæ mea cominus machæra atque hasta hostiris manu.
Ducet quadrupedum iugo 2 inuita, indoma, infrænis, & iugo valida, quorũ tenacia infrænari 3 minis.

HECVBA.

Hæc tu etsi peruersè dices: facilè Achiuos flexeris.
Nam quum opulenti loquuntur pariter atque ignobiles,
Eadem dicta; eadémque oratio, æqua non æquè valet.
Sed nunquam scripsisti quis parentem aut hospitem, nec assat quos quis cruciatur perniteret.
Iuppiter tibi sume tandẽre malè gesta gratulor.
Vide, hinc meæ inquam lacrymæ guttatim cadunt.
Heu me miserum interij, pergunt 4 lauere sanguen sanguine
Quæ tibi in concubio verecundè & modicè morem gerit.
Miserete manus: date ferrum, qui me anima priuem
Vndantem salum.
Senex sum: vtinam mortem oppetam,
Priusquam eueniat quod in pauperie mea
Senex grauiter gemam.

LVPIASTA.

Quem nunc tu tam toruiter increpuisti.

LVSTRIS.

5 Nos quiescere æquum est, nouimus ambo Vlyssem.
6 Sublime iter quadrupedantes, flammam halitantes.

1 Hector. 2 Inuitã doma, infræna, 3 Minus potest.
4 Lambere. 5 In lustris nos quiescere.
6 Illustris sublime iter.

MEDEA.

Ex locis qui sequuntur quidam ex Medea, sine adiectione, nonnulli ex Medea exule citantur: quum tamen vtrique in vna eadémque tragœdia reperiantur.

Vtinam ne in nemore Pelio securibus
Cæsa[1] accidisset[2] abiegna ad terram trabes.
Néve inde nauis inchoandæ exordium
Cepisset quæ nunc nominatur nomine
Argo, qua vecti Argiui delecti viri
Petebant illam pellem inauratam arietis
Colchis, imperio regis Peliæ per dolum.
Nam nunquam hera errans mea domo efferret pedem
Medea, animo ægra, amore sæuo saucia.
Antiqua herilis fida custos corporis,
3 Quid sic extra ædes exanimata eliminas?
Multi suam rem bene gessere & publicam
Patriæ procul: multi qui domi ætatem agerent,
Propterea sunt improbati.
--ter sub armis malim vitam cernere,
Quam semel modò parere.
--Saluete optima 4 corpora,
Cette manus vestras, meásque accipite.
Quò nunc me vertam? quod iter incipiam ingredi?
Domum paternámne, ánne ad Peliæ filias?
Qui ipsè sibi sapiens prodesse nequit, nequicquam sapit.
Sol qui candentem in cælo sublimat facem.
Quis tu es mulier qui me insueto nuncupasti nomine?
Asiu atque Athenas antiquum opulentum oppidum
Contempla, & templum Cereris ad læuã aspice.
Vtinam ne vmquam me de cordis cupido corde pedem extulisses.
Fructus verborum aures aucupauit,
Tu me amoris magis quàm honoris seruauisti gratia.

MENALIPPA. Alicubi etiam Menalippo.

Regnúmque nostrum vt sospitent superstiténtq;.
Mihi ausculta nate, pueros cremari iube.
Certò hic est nulla quin monstrum siet. hoc ego tibi dico & coniectura auguro.
Quum saxum scisciderit.
Lumine sic tremulo terra & cæua cærula candent.
Stata forma.
Teneor consepta, vndique venor.
Pecudi dare viua vna marito.

NONIS.

Vnde 5 florent fructus, vitæque propaginem.

PANCRATIASTE.

Quum de subito me orat mulier lacrymãs, quæ

1 Accidissent. 2 Abiegnę 3 Quid si extra ędes eliminatis. 4 Pignora.
5 Florem fructus.

ad genua accidit.
Quò nunc me ducis? vbi molarum ſtrepitum
Audibis maximum.
Quis eſt qui noſtris foribus tam proteruiter?

PHOENICE.

Sed virum vera virtute viuere animatum adiecit fortiter,
Eúmque innoxium vocare. aduerſus aduerſarios
Ea libertas eſt, qui pectus purum & firmum geſtitat:
Alia res obnoxia nocte in obſcura latent.
Quam tibi ex ore orationem duriter dictis dedit.
Ibi tum derepẽte ex alto in altum deſpexit mare.
Stultus eſt qui cupida cupiens cupienter cupit.
Plus miſer ſum ſi ſceleſtum faxim quod dicam fore.
Vt quod factum eſt futile amici nos feramus fortiter.
Sæuum ſuſpicionem ferre ſalſam futilium eſt.

PRÆCEPTIS.

Vbi videt auenam lolium creſcere.

PROBRO.

Carthaginenſium tunicatam iuuentutem voluit dicere.

SABINARVM OPERE.

Neque triſte quærit ſinapi, neque cœpe mœſtũ.

SATYRARVM LIBRO I.

Malo hercle ſuo magno conuiuat. ſine modò.
Cum quicquid dens celere.

LIBRO II.

Reſtitant, occurrunt, obſtant, obſtrigillant, obangitant.

LIBRO III.

Enni poeta ſalue, qui mortalibus
Verſus propinas flammeos medullitus.
Nam is non bene vult tibi qui falsò criminat apud te.
Teſtes ſunt lati campi quos gerit Africa terra politos.

Ex incertis earundem Satyrarum libris.

Hercle hoc erit tibi argumentũ ſemper in promptu ſitum,
Ne quicquam expectes amicos quod agere tu per te potes.
Meum non eſt, at ſi me canis memorderit.

SCIPIONE.

Mundus cæli vaſtus conſtitit ſilentia,
Et Neptunus ſæuus vndis aſperis pauſam dedit:
Sol equis iter repreſſit vngulis volantibus,
Conſtitére amnes perennes, arbores vento vacãt.
Sparſis haſtis longis campus ſplendet & horret.
Qui propter Annibalis copias conſederant.

TELAMONE.

Nam ita mihi Telamonis patris
Atque facies proaui Iouis gratia ea eſt,
Atque hoc lumen candidum claret mihi.
More antiquo audibo, neque aures tibi contrariorum vtendas dabo.
Strata terra lauere lachrymis veſtem[1] ſqualam & ſordidam
Deúm me sentit facere pietas, eiuiũ porcet pudor.
Eãdem me in ſuſpicionem ſceleris partiuit pater.
Ex eo futurum abnueant.
Scibas natum ingenuum Aiacem, cui tu obſidionem paras.

TELEPHO.

Verùm quorum liberi letho dati ſunt in bello, nõ lubenter hæc enodari audiunt.
Palam mutire plebeio piaculum eſt.
Deúmque de conſilio hoc itiner credo cona tum modo.
Teipſum hoc oportet profiteri & proloqui
Aduerſum illam mihi.
Regnum reliqui ſeptus medici ſtola.
Cedo & caueo, cũ veſtitus ſqualida ſeptus ſtola.
Qui illum dij dexá, magno mactaſſent malo.
Et ciuitatẽ video Argiuum incendier.

THYESTE.

Aſpice hoc ſublime candens, quem[2] vocant omnes Iouem
Et me Apollo ipſe delectat, ductat Delphicus.
Quàm mihi maximè hic hodie contigerit malũ.
Heu mea fortuna vt omnia in me conglomeras mala.
Impetrem facilè ab animo vt cernat vitalem Bæbium.
Inflaccebunt conditiones, repudiato & reddito.
Sed ſonitus aures meas pedum pulſu increpat.
Ibi quid agat, ſecum cogitat, parat, putat.

Alij Enni j verſ⁹, iambici magna ex parte, ex eius tragœdiis, aliiſve libris, quorum adſcripta non ſunt ab authoribus nomina.

Non vicanos aruſpices, non de circo aſtrologos,
Non Iſiacos coniectores, nõ interpretes ſomniũm.
Non enim ſunt ij aut ſcientia aut arte diuini,
Sed ſuperſtitioſi vates, impudentéſque harioli,
Aut inertes, aut inſani, aut quibus egeſtas imperat:
Qui ſibi ſemitam non ſapiunt, alteri monſtrant viam.
Quibus diuitias pollicentur, ab iis drachmam ipſi petunt.
De his diuitiis ſibi deducant drachmam, reddant cætera.
Non habeo denique nauci Marſum augurem.
Non vicanos aruſp. &c.
Qui ſui quæſtus cauſa fictas ſuſcitãt ſententias.
Ego Deum genus eſſe ſemper dixi & dicam cælitum,
Sed eos non curare opinor quid agat humanum genus.
Acherontia templa alta Orci, pallida,
Lethi, obnubila, obſita tenebris loca.

1 Squalidam 2 Inuocant.

Tum pauor ſapientiam mihi omnem ex animo expectorat.
Flagitij principium eſt nudare inter ciues corpora.
Vt homo qui erranti comiter monſtrat viam,
Quaſi lumen de lumine accendat, facit,
Vt nihilominus ipſi luceat quum illi accenderit.
Nulla ſancta ſocietas nec fides regni eſt,
Quem metuunt, oderunt:
Quem quiſque odit, periiſſe expetit.
Benefacta malè locata, malefacta arbitror.
O fides [1] *alma apta pennis,* [2] *& iuſiurandum Iouis*
Amicus certus in re incerta cernitur.
Suarum rerum incerti, quos ego mea ope ex
Incertis certos, compoteſque conſilij
Dimitto, vt ne res temere tractent turbidas.
Refugiat timido ſanguen atq; exalbeſcat metu?
Quaſi in choro pila ludens,
Datatim dat ſeſe, & communem facit:
Alium tenet, alij nutat, alibi manus
Eſt occupata: alij peruellit pedem:
Alij dat annulum expectandum à labris.
Alium inuocat: cum alio cantat, at tamen
Aliis dat digito literas.
Atque genua comprimit arta gena.
Imprimitque genæ genam.
Induta fuit ſæua ſtola.
Arce & vrbe orba ſum:
Scipio inuicte.
Idem campus habet,
In templis iſdem.
Vipatefecerunt Fruges,
Cui quod in me eſt execrabor hoc [3] *quo lucet quicquid eſt.*
Cæli ingentes fornices.
cæli palatium
philoſophari paucis.
Eo ego ingenio natus ſum amicitiam
Atque inimicitiam in frontem promptam gero.
Hæc enim terris gentes omnes peperit, & reſumit denuo.
Quæ dat cibaria,
Iſtic eſt is Iupiter quem dico, quem Græci vocant aera: qui ventus eſt, & nubes: imber poſtea, atque ex imbre frigus, ventus, pòſt fit aer denuo. Hæc propter Iupiter ſunt iſta quę dico tibi, qui mortales atque vrbes, belluáſq; omnes iuuat. Quòd hic omnes & ſub hoc.
--diuûmque hominúmque pater rex.
Andromachæ nomen qui indidit, rectè indidit.
Quapropter Parim paſtores nunc Alexandrum
Oratores doctiloqui.
Menſas conſtituit, idémque ancilia.
Quin inde inuictis ſumpſerunt perduellibus.

1 Alta pinnis. 2 A qua pendet iuſiurandum. 3 Quod.

Si voles aduortere animũ, comiter monſtrabitur.
Hehe ipſe clypeus cecidit.
Quæque cæruleo freto orta nare cœpta.
Atque prius pariet locuſta lucam bouem.
Tibicina maximo labore mugit.
Clamore bouantes.
Pauſam fecere fremendi
Clamor ad cœlum voluendus per æthera vagit.
Frunde frutimi. vauiter.
Decẽ coclites quos montibus ſummis ripis ſedere.
Subulo [1] *finitimas propter aſtabat aquas.*
Vos epulo poſtquam ſpexit.
Vt tibi Titanis Triuia dederit ſtirpem liberûm.
Cælitum camilla expectata aduenis: ſalue hoſpita Camilla.
Alij rhetorica trugent.
Habet is coronam vitulans victoria.
Illic eſt nugator nihili, oh nauci homo.
Apud emporium in campo hoſtium per mœne.
Illæ meæ tam potis pacis potiri.
Idem loco nauibus celſis, munda facie atque etiã are.
Fictores, Argæos & tutulatos.
In occulto muſſabant.
Non decet muſſare bonos.
Quem incertum tu iſti crede atque exerce lingua, vt argutarier poſſis.
Topper quàm nemo melius ſcit.
Runata recedit.
Craſſa puluis oritur, omnem peruolat cæli fretũ.
Viuam an moriar nullus in me eſt metus.
Hector quidem haud ceſſat obſidionem obtlucere.
Spiras legionibus nexunt.
Aut permaceret paries percuſſus trifaci.
O terra trita, vbi Liberi fanum, in cuius muro locaui.
Et quis illæc eſt quæ lugubri ſuccincta eſt ſtola?
Tergius igitur ſagus pinguis opertat.
Nunquam poetor niſi podager.
Areopagitæ quid dedere aliud [2] *quàm pedam?*
Dico qui hunc dicare cupit.
In terram cadentes cubitis pinſibant humum.
Ea Thetis illi mater
Nec retrahi poteſtur imperiis.
Aſſectari ſe omnes cupiunt.
Labat, labuntur ſaxa, cæmenta cadit.
Effundit irarum quadrigas.
Eos deduci quàm relinqui, euehi quàm deſeri malui.
An aliquid quod dono illi morares: ſed accipite.
Memini me fieri puuum.
Fortis Romani quanquam cælus profundus.
Saturno quem cælus genuit.
Tibi vita ſeu mors in mundo eſt
Omnes mortales ſeſe laudari exoptant.

1 Subulo quondam marinas. 2 Etiam pudam item peram.

M. ACCII PLAVTI VITA, EX PETRO CRINITO ET LILIO GYRALDO DESVMPTA.

Patria. FVIT Accius Plautus patria Sarſinas, quod Vmbriæ eſt oppidum, vt Hieronimus & Feſtus obſeruant, id quod & ipſemet ſubinnuit alicubi in Moſtellaria fabula, & alij veteres tradunt. Conſtat cum iis temporibus Romæ vixiſſe, atque in ſcena præſtitiſſe, quibus in ciuitate Publius Scipio Fuluius nobilior, & M. Cato excellentes habiti ſunt. Floruit in ſcena teſte Gellio anno ferme XV. poſtquam bellum Punicum ſecundum incœptum eſt, cùm iam Romani Pœnos ipſos vincere cœpiſſent, id quod innuit ipſe in pœnali his verbis,

Vincite, vt feciſtis antehac, & Pœni victi pœnas ſufferant.

Ingenium. Ingenio perurbano fuit, & maxime feſtiuo, quod cum alia multa indicant, tum Comœdiæ ipſius plenæ iucunditatis ac lepôrum. In fabulis ſuis componendis, imitatus ſequutúſque eſt Græcos authores, maximè Demophilum, Philemonem & Epicharmum Siculum, & alios, vt vel ex ipſo facile eſt videre, tamen Horatij Flacci ſententia, Plautus ad exemplum Siculi properare Epicharmi dicitur. Quæſtum in fabulis feciſſe dictus eſt, adeo vt etiam mercaturam exercere voluerit, quæ cum ei malè ceſſiſſet, pecuniámque omnem perdidiſſet, ad ſummam paupertatem redactus fuit: ea ratione vrbem Romam inops reuerſus, ob quærendum victum ad circumagendum molas, quæ truſatiles appellãtur, & Hieronimus Manuales appellauit, operam piſtori locauit: tametſi apud Euſebium Hieronimus id annonæ caritate feciſſe prodiderit. Et cum aliquandiu in piſtrino verſaretur, ibidem dicitur fabulas aliquot compoſuiſſe, vt ait Gellius, nempe Satyrionem vel Saturionem, Addictum, aliámque cuius nomen nec ipſe retulit. Tantæ authoritatis apud antiquos fuit Plautus, tantúmque ſcribendi elegantia & ſalibus viſus eſt præſtitiſſe vt Quintilianus Varronem ſcripſiſſe affirmet, & Epius ſtolo affirmare non dubitauerit, Muſas ipſas Epij ſtolonis ſententia, Plautino ſermone fuiſſe locuturas, ſi Latinè loqui voluiſſent. Cicero mirum in modum Plautum commendat. Gellius cenſor optimus omnium ſcriptorum, appellat eundem Plautum parentẽ ac principem in omni Latina elegantia. Volcatius Sedigitus vir in poetica illuſtris, cùm de ordine Comicorum ſcripſit, ſecũdas in Comœdia Plauto attribuit, & poſt Cæcilium collocauit Plautum, cæteríſque omnibus prætulit. Macrobius Plautum ait in iocorum venuſtate præcelluiſſe. Eſt autem Plautus appellatus, vt Sextus Pompeius ait, quod hi qui plani ſunt pedibus ploti primum, mox plauti vocati ſunt, vnde ait Actius poëta qui Vmber Sarſinas erat, à pedum planitie initiò Plotus: poſtea Plautus eſt dictus. & prius Marcus Plotus dicebatur. Hinc Semiplotia calceamenta ſunt, quibus in venationibus vterentur. Obiiſſe traditur anno vigeſimo, vt M. Cicero obſeruat, poſt Cethegi & Tuditani conſulatum, P. Claudio, & L. Portio COSS. Catone cenſore, paucis annis poſt Quintum Ennium, Olympiade videlicet CXLV. Quantũ iacturæ factum ſit in eius obitu, teſtatur idem poeta his verſibus de ſe cõpoſitis, quos à Marco Varrone in libro de poetis poſitos affert Gellius.

Quæſtus. Mercaturam exercuit.

Ad inopiam redactus.

Operam locauit piſtori.

Cõpoſuit fabulas in piſtrino.

Laudes eius.

Denominationis ratio.

Mors.

Poſtquam

Epitaphium.

Postquam est morte captus Plautus
Comœdia luget. Scena est deserta.
Deinde risus, ludus, iocúsque, & numeri
Innumeri simul omnes collachrymarunt.

De numero fabularum.

De numero fabularum Plauti dubitatum est. Seruius ait ab aliquibus triginta & vnam existimatas: ab aliis quadraginta, à nonnullis centũ, Varro quidem & ipse viginti & vnam legitimas prodidit, quæ & ab eo Varronianæ cognominatæ fuerunt. Sed homo eruditissimus Lælius, eas quinque & viginti existimauit, Gellius vero sua ætate centum & triginta ipsius Plauti nomine circumferri tradidit. Sed etenim Varro in libro de Plautinis Comœdiis quasdam enumerat, quæ non Plauti sunt, sed M. Aquilij, quod alij M. Accij. Subiungit idem, Plautinum quempiam Comœdiarum poëtã fuisse, cuius fabulæ, quod Plautij inscribebantur, acceptæ fuerunt quasi Plautinæ, cum essent non à Plauto Plautinæ, sed à Plautio Plautianæ. Alij quidem illas non Plauti fuisse, ac veterum quorundam poetarum, ab eóque retractatas ac resarcitas nomen Plauti recepisse, quod verisimile non videtur, nullis celebratis poetis ante Liuium & Ennium. Cæterum cùm XXV. à veteribus connumerentur M. Plauti Comœdiæ, sciendum est præter illas XX. quæ à nostris Grammaticis consensu omniũ pro Plautinis habentur, tres à Gellio nominari: hoc est Bocchiam, Neruolariam, Tretum. Varro & Sextus Pompeius alias plures nuncupant, vt Artemonem, Triuolariam, Phagonem, Cestrionem, atque Astrabam, eásque inter Plautinas referunt: de Astraba tamen Gellius & Nonius dubitarunt.

DE PLAVTO ET EIVS SCRIPTIS VETERVM AVTHORVM TESTIMONIA.

Plauti Epigramma de Seipso, quod sepulchro suo incidendum reliquit, apud Gel. lib. I. Cap. XXIIII.

POST QVAM est mortem aptus Plautus, Comœdia luget:
Scena est deserta. hinc ludus, risúsque, iocúsque,
Et numeri innumeri simul omnes collachrymarunt.

PLAVTVS Bacchid. Sc. *Mirum est.*

Etiam Epidicum, quam ego fabulam æquè ac meipsum amo,
Nullam æquè inuitus spectо, si eam agit Pellio.

* Auctor Prologi in Casinam.

Sunt enim, inter quos Alciatus, qui hunc Prologum non Plauti sed Poetæ cuiusdã posterioris Appuli esse censent.

Nos postquam populi rumore intelleximus.
Studiosè expetere vos Plautinas fabulas:
Antiquam illius edimus comœdiam,
Quam vos probastis; qui estis in senioribus.
Nam iuniorum qui sunt, non norunt scio,
Verum vt cognoscant, dabimus operam sedulò.
Hæc quum primùm acta est, vicit omnes fabulas.
Eâ tempestate flos Poëtarum fuit,
Qui nunc abierunt hinc in communem locum.

TERENTIVS in prologo Andriæ.

Qui cùm hunc accusant, Nævium, Plautum, Ennium,
Accusant, quos hic noster auctores habet.

Idem in Prol. Eunuchi.

Colacem esse Nævi & Plauti veterem fabulam.

Idem in Prol. Adelph.

Synapothnescontes Diphili Comœdia est.
Eam Commorientes Plautus fecit fabulam.
In Græcâ adolescens est, qui Leoni eripit
Meretricem, in prima fabula. eum Plautus locum
Reliquit integrum. eum hic locum sumsit sibi
In Adelphos. verbum de verbo expressum extulit.

VARRO Parmenone apud Non. in *Poscere.*

In argumentis Cæcilius poscit palmam, in ethesin Terentius, in sermonibus Plautus.

CICERO lib. I. de Officiis.

Duplex omnino est iocandi genus, vnum illiberale, petulans, flagitiosum, obscœnum: alterum elegans, vrbanum, ingeniosum, facetum: quo genere non modò Plautus noster & Atticorum antiqua comœdia, sed etiam Philosophorum Socraticorum libri sunt referti.

Idem Tuscul. I.

Serius poëticam nos accepimus. annis enim ferè CCCCX. post Romam conditam Liuius fabulam dedit C. Claudio Cæci filio, M. Tuditano coss. anno ante natum Ennium, qui fuit maior natu, quàm Plautus & Nævius.

Idem in Bruto.

Nam Plautus P. Claudio, L. Portio viginti annis post illos * quos ante dixi coss. mortuus est Catone Censore.

* *sc. M. Corneliũ Cethegum & P. Tuditanum.*

Et paulo pòst.

In quo tantus error Accij fuit, vt his * coss. XL. annos natus Ennius fuerit; cui cùm æqualis fuerit Liuius, minor fuit aliquantò is, qui primus fabulam dedit, quàm ij qui multas docuerunt ante hos coss. & Plautus & Nævius.

* *sc. C. Cornelio & Q. Minutio.*

Idem lib. III. de Oratore ex personâ L. Crassi.

Equidem cùm audio Socrum meam Læliam (facilius enim mulieres incorruptam antiquitatem seruant, quòd multorum sermonis expertes ea tenent semper, quæ prima didicerunt) sed eam sic audio, vt Plautũ mihi aut Nævium videar audire.

Idem lib. IIII. de Republ. apud AVGVSTINVM de Ciu. lib. II. cap. IX.

Sed Periclem, cùm iam ciuitati maximâ auctoritate plurimos annos domi & belli præfuisset, violari versibus, & eos agi in Scena non plus decuit, quàm si Plautus noster voluisset aut Nævius P. & Cn. Scipioni, aut Cæcilius M. Catoni maledicere.

Idem Catone Maiore, ex eiusdem personâ.

Quàm gaudebat Bello suo Punico Nævius! quàm Truculento Plautus! quàm Pseudolo!

Idem Epistol. Famil. lib. IX. ad Papyrium Pætum:

Sed tamen ipse Cæsar habet peracre iudicium. & vt Seruius frater tuus, quem literatissimum fuisse iudico, facile diceret, hic versus Plauti non est, hic est, quod tritas haberet aures notandis generibus Poëtarum, & consuetudine legendi: sic audio Cæsarem &c.

HORATIVS Epistol. lib. II. Ep. I.

Dicitur

Dicitur Afrani toga conuenisse Menandro:
Plautus ad exemplum Siculi properare Epicharmi. Et paulo pòst.

----Aspice, Plautus
Quo pacto partes tutetur amantis ephœbi,
Vt patris attenti, lenonis vt insidiosi:
Quantus sit Dorsennus edacibus in Parasitis:
Quàm non adstricto percurrat pulpita socco.

VOLCATIVS SEDIGITVS de Poëtis Comicis apud Gell. lib. xv. cap. xxiii.

Multos incertos certare hanc rem vidimus,
Palmam Poëtæ Comico quoi deferant.
Eum meo iudicio errorem dissoluam tibi.
Vt, contra si quis sentiat, nil sentiat.
Cæcilio palmam Statio do Comico.
Plautus secundus facilè exuperat cæteros.
Dein Næuius, qui seruet, pretio in tertio est.
At si quid quarto detur, dabitur Licinio:
Atilium post Licinium facio insequi.
In sexto consequetur hos Terentius.
Turpilius septimum, Trabea octauum obtinet.
Nono loco esse facilè facio Luscium.
Antiquitatis causâ decimum addo Ennium.

PLINIVS Natur. Hist. lib. xiv. cap. xiii.

Lautissima apud priscos vina erant myrrhæ odore condîta, vt apparet in Plauti fabulâ, quę Persa inscribitur, quanquam in eâ & calamum addi iubet.

Idem lib. xiix. cap. xi.

Pistores Romæ non fuerunt ad Persicum vsque bellum, annis ab vrbe conditâ IↃ LXXX. Ipsi panem faciebant Quirites, mulierúmque id opus erat, sicut etiam nunc in plurimis gentium. Artoptam Plautus appellat in fabulâ, quam Aululariam *scripsit, magnâ ob id concertatione eruditorum, an is versus Poëtæ sit illius, certúmque sit Atteij Capitonis sententiâ tostum panẽ lautioribus coquere solitos, pistoréſque tantum eos, qui far pinsebant, nominatos.

* *Forte: inscripsit.*

PLINIVS NEPOS Epist. lib. i.

Legit mihi nuper epistolas, quas vxoris esse dicebat: Plautum vel Terentium metro solutum legi credidi.

QVINTI L. Inst. Orat. lib. x. cap. i.

In comœdiâ maximè claudicamus: licet Varro dicat Musas, Ælij Stolonis sententiâ, Plautino sermone locuturas fuisse, si Latinè loqui vellent.

A. GELLIVS Noct. Att. lib. i. cap. vii.

Plautus verborum Latinorum elegantissimus in Amphitruone dixit: Numerò mihi in mentem fuit.

Idem lib. iii. cap. iii.

Verum esse comperior, quod quosdam bene literatos homines dicere audiui, qui pleraſque Plauti Comœdias curiosè atque contentè lectitauerunt, non indicibus Ælij nec Sedigiti nec Claudij nec Aurelij nec Accij nec Manilij super his fabulis, quæ dicũtur ambiguæ, crediturosſed ipsi Plauto moribúsque ingenij atq. linguę eius. hac enim iudicij normâ Varronẽ quoq. esse vsũ videmus. nã præter illas vnã & viginti, quæ Varronianæ vocãtur, quas iccircò à ceteris segregauit quoniã dubioſę non erant, sed consensu omniũ Plauti esse cẽsebãtur, quasdã item alias probauit adductus stylo atq. facetia sermonis Plau-

to congruẽtis: eáſq. iam nominibus aliorũ occupatas Plauto vindicauit: ſicuti iſtam, quã nuperrimè legebamus, cui eſt nomen, *Bœotia*. nam cùm in illis vnâ & viginti non ſit, & eſſe Aquilij dicatur: nihil tamen Varro dubitauit quin Plauti foret, neque alius quiſquam non infrequens Plauti lector dubitauerit, ſi vel hos ſolos verſus ex eâ fabulâ cognouerit, qui quoniam ſunt, vt de illius more dicam, Plautiniſſimi, propterea & meminimus eos & adſcripſimus. Paraſitus ibi eſuriens hæc dicit:

Vt illum Di perdant, primus qui horas repperit
Quique adeò primus ſtatuit hîc ſolarium:
Qui mihi comminuit miſero articulatim diem:
Nam me puero vterus hic erat ſolarium
Multò omnium iſtorum optimum & veriſſimum,
Vbi iſte monebat eſſe, niſi cùm nihil erat.
Nunc etiam quod eſt, non eſt, niſi Soli lubet.
Itaque adeo iam oppletum eſt oppidum ſolariis.
Maior pars populi aridi reptant fame.

Fauorinus quoque noſter, cùm Neruolariam Plauti legerẽ, quæ inter incertas eſt habita, & audiſſet ex eâ Comœdiâ verſum hunc:

Strateæ, ſcrupedæ, ſtratiuolæ, ſordidæ:

delectatus facetâ verborũ antiquitate meretricũ vitia atque deformitates ſignificantiũ: Vel vnus hercle, inquit, hic verſus Plauti eſſe hanc fabulã ſatis poteſt fidei feciſſe. Nos quoque ipſi nuperrimè cùm legeremus *Fretum* (nomen eſt id Comœdiæ, quam Plauti eſſe quidam non putant) haud quicquam dubitauimus quin Plauti foret, & omnium maximè genuina: ex quâ duos hos verſus exſcripſimus, vt hiſtoriam quæreremus oraculi arietini:

-----Nunc illud eſt,
Quod arietinum reſponſum magnis ludis dicitur:
Peribo, ſi non fecero: ſi faxo, vapulabo:

Marcus autem Varro in libro de Comœdiis Plautinis primo verba hæc ponit: *Nam, nec Gemini, nec Leones, nec Condaliũ, nec Annus Plauti, nec Bis compreſſa, nec Bœotia vnquam fuit, neque adeò ἄπροικοι neque Commorientes, ſed M. Acutici.* In eodem libro Varronis id quoque ſcriptum eſt, Plautium fuiſſe quempiam Poëtam Comœdiarum: cuius quoniam fabulæ Plauti inſcriptæ forent, acceptas eſſe quaſi Plautinas, cùm eſſent non à Plauto Plautinæ, ſed à Plautio Plautianæ. Feruntur autem ſub Plauti nomine circiter centum atque triginta. ſed homo eruditiſſimus L. Ælius quinque & viginti eſſe eius ſolas exiſtimauit. non tamen dubium eſt, quin iſtæ & quæ ſcriptæ à Plauto non videntur, & nomini eius addicuntur, veterum Poëtarum fuerint, & ab eo retractatæ & expolitæ ſint: ac propterea reſipiant dictum Plautinum. Sed enim Saturionem & Addictum & tertiam quandã, cuius nunc mihi nomen non ſuppetit, in piſtrino eum ſcripſiſſe Varro & plerique alij memoriæ tradiderunt, cùm pecuniâ omni, quam in operis artificum Scenicorum pepererat, in mercationibus perditâ, inops Romam rediſſet, & ob quærendum victum ad circumagendas molas, quæ truſatiles appellantur, operam piſtori locaſſet.

Idem lib. VII. cap. XVII.

Plautus homo linguæ atque elegantiæ in verbis Latinæ princeps.

Idem lib. XVII. cap. XXI.

Ac deinde annis fere poſt quindecim bellũ aduerſus Pœnos ſũtũ eſt, atq. nõ nimiũ longè M. Cato orator in ciuitate & Plautus Poëta in Scenâ floruerunt.

Idem lib. XIX. cap. IIX.

Quando

Quando Plautus linguæ Latinæ decus *delitiam* quoque ἐνικῶς dixerit, pro deliciis: *Mea*, inquit, *voluptas, mea delitia.*

FESTVS POMPEIVS.

Ploti appellantur, qui sunt planis pedibus, vnde & Poëta Attius, quia Vmber Sarsinas erat, à pedum planitie initio Plotus, postea Plautus est dictus.

MACROBIVS Saturn. lib. II. cap. I.

Et iam primò animaduerto duos, quos eloquentissimos antiqua ætas tulit, Comicum Plautum & Oratorem Tullium, eos ambos etiam ad iocorum venustatẽ ceteris præstitisse. Plaut' quidẽ eâ re clar' fuit, vt post mortẽ eius Comœdiæ, quæ incertæ ferebãtur, Plautinæ tamẽ esse de iocorũ copia noscerẽtur.

D. HIERONYMVS in epist. ad Pammachium.

Hæc est Plautina elegantia, hic lepos Atticus, & * Musarum, vt dicunt, eloquio comparandus.

* *Alludit ad dictum Ælij Stolonis, quod supra habes.*

Idem ad Eustochium De Virginitate.

Post noctium crebras vigilias, post lachrymas, quas mihi præteritorum recordatio peccatorum ex imis visceribus eruebat, Plautus sumebatur in manus.

Idem aduersus Ruffinum.

Audio prẽterea te quædam de epistola mea philosophicè carpere, & hominem rugosæ frontis adductíque supercilij Plautino in me sale ludere, eò quòd Barrabam Iudæum dixerim præceptorem meum.

Idem in EVSEBII Chronico.

Olymp. 145. Plautus ex Vmbriæ Sarsinâ Romæ moritur, qui propter annonæ difficultatem ad molas manuarias pistori se locauerat. ibi quoties ab opere vacaret, scribere fabulas & vendere sollicitus consueuerat.

RVFFINVS in D. Hieronymum.

Cùm ad hæc omnia quæ supra diximus, etiam illud addatur, vbi cessat omne commentum, quod in monasterio positus in Bethlehem antè non multo tempore partes Grammaticas exsecutus sit, & Maronem suum Comicósque ac Lyricos & Historicos auctores traditis sibi ad discendum Dei timorem puerulis exponebat.

Quinam isti Comici sint, paulo pòst exprimit.

Quæro si vel Flaccus tuus aut Maro, si Plautus Comicus aut Terentius certè, si aut Satyricus quis &c.

Idem ibidem.

Sic dum totus Plautinę & Tullianæ cupis eloquentiæ sectator videri, oblitus es quomodo Apostolus omnem Ecclesiam &c.

SIDON. APOLLINARIS Panegyrico ad Anthemium.

Quâ Crispus breuitate placet, quo pondere Varro,
Quo Genio Plautus, quo flumine Quintilianus.

Idem in Narbonensis vrbis laude.

Et te tempore qui fatus seuero
Graios Plaute sales lepore transis.

DONATVS ad Terentij Andr. ad illum versum: Qui cùm hunc accusant, Næuium, Plautum, Ennium accusant.

In singulis magna emphasis auctoritatis: sed ordo non est seruatus. Ennius namq; ante Plautũ fuit. sed quod est sũmæ auctoritatis, Ennium vltimũ dixit.

SERVIVS HONORATVS ad I. Æneid.

De numero librorum nulla hîc quæstio est, licet in aliis inueniatur auctoribus: nam Plautum alij dicunt scripsisse fabulas viginti vnam, alij quadraginta, alij centum.

M. ACCI PLAVTI COMICI AMPHITRVO.

DRAMATIS PERSONAE.

SOSIA.
IVPITER.
AMPHITRVO.
BLEPHARO.
MERCVRIVS.
ALCVMENA.
THESSALA.
BROMIA *ancilla.*

ARGVMENTVM.

IN faciem versus Amphitruonis Iuppiter,
Dum bellũ gereret cum Thelebois hostibus,
Alcumenam vxorem cepit vsurariam.
Mercurius formam Sosiæ serui gerit.
Absentis: his Alcumena decipitur dolis,
Postquam rediere veri. Amphitruo & Sosia,
Vterque [1] deluduntur dolis mirum in modum.
Hinc iurgium, tumultus, vxori & viro.
Donec cum tonitru voce missa ex æthere,
Adulterum se Iuppiter confessus est.

ALIVD.

AMore captus Alcumenas Iuppiter,
Mutauit sese in eius formam coniugis,
Pro patria Amphitruo dum cernit cum hostib⁹
Habitu Mercurius ei subseruit Sosia.
Is [2] aduenientis seruũ & dominũ frustra habet,
Turbas vxori ciet Amphitruo, atque inuicem
Raptant pro mœchis Blepharo captus arbiter:
Vter sit, non quit Amphitruo decernere,
Omnem rem noscunt: geminos Alcumena enititur.

PROLOGVS.
MERCVRIVS.

VT vos in vostris voltis mercimoniis
Emundis, vendundisque me [3] latum lucris
Afficere, atque adiuuare in rebus omnibus:
Et vt res, rationésque vestrorum omnium
Bene expedire vultis, peregréque & domi,
Bonóque atque amplo auctare perpetuo lucro:
Quásque incœpistis res, quásque incœptabitis.
Et vti bonis vos vestrósque omnis nuntiis
Me afficere vultis: ea afferam, eaq; vt nunciem,
Quæ maximè in rem vostram communem sient,
Nam vos quidẽ id iam scitis cõcessum & datum
Mihi esse ab diis aliis, nuntiis [4] præsim & lucro.

Hæc vt me vultis approbare, annitier.
Lucrum vt perenne vobis semper suppetat:
Ita nunc facietis fabulæ silentium,
Itaque æqui & iusti hic eritis omnes arbitri,
Nunc cuius iussu venio, & quamobrem venerim
Dicam: simúlque ipse eloquar nomen meum.
Iouis iussu venio, nomen Mercurij est mihi.
Pater huc me misit ad vos oratum meus:
Tametsi pro imperio vobis quod dictum foret.
Scibat facturos, quippe qui intellexerat
Vereri vos & se metuere, ita vt æquum est, Iouem.
Verùm profectò hoc petere me precario
A vobis iussit leniter dictis bonis.
Etenim ille, cuius [1] huc iussu venio, Iuppiter,
Non minus quam vostrũm quiuis formidat malum:
Humana matre natus, humano patre,
Mirari non est æquum, sibi si prætimet.
Atque ego quæque etiam qui Iouis sum filius,
Contagione meæ matris metuo malum,
Propterea pace aduenio, & pacem ad vos affero.
Iustam rem & facilẽ esse [2] oratum' à vobis volo.
Nam iustè ab iustis iustus sum orator datus.
Nam iniusta [3] ab iustis impetrari' non decet:
Iusta autem ab iniustis petere, insipientia' st.
Quippe illi iniqui ius ignorant, neque tenent.
Nunc iam huc [4] animum ad ea quæ loquar adiũrtite.
Debetis velle quæ velimus, meruimus
Et ego & pater de vobis & republica.
Nam quid ego memorẽ vt [5] alios in tragœdiis
Vidi Neptunum, Virtutem, Victoriam,
Martem, Bellonam, commemorare quæ bona
Vobis fecissent, [6] quis benefactis meus pater
Deũm regnat or, [7] architectus' omnibus.
Sed mos [8] illi nunquam fuit patri meo,
Vt exprobraret quod' [9] bonus faceret boni'.

1 L. luduntur 2 L. aduenienteis 3 *Lambino placet coniectura docti cuiusdam qui putat legendum* lętos, lucris, Efficere. 4 L. vt præsim.

1 *Videtur delendum* huc *vt inane & versum corrumpens.* 2 L. oratam 3 *al.* à iust. impetrare. 4 *Hanc lect. probat L. legit tamen* animum omnes ea 5 *al.* aliàs 6 *al.* queis benefactis 7 L. *suspicatur legendum* architecton 8 L. nunquam fuit illi patri 9 L. bonis faceret bene, *vt & Fruterius.*

1 Da-

1 Datum arbitratur esse id à vob is sibi,
Meritóque vobis bona se facere quæ facit.
Nunc quam rem oratum huc veni, primum proloquar.
Post argumentum huius eloquar Tragœdiæ.
Quid contraxistis frontem? quia Tragœdiam
Dixi futuram 2 hanc: deus sum: commutauero
Eandem hanc si voltis: faciam ex Tragœdia,
Comœdia vt sit, omnibus iisdem versibus.
Vtrum 3 sit: an non, voltis? sed ego stultior,
Quasi nesciam vos velle, qui Diuos siem.
Teneo quid animi vostri super hac re siet.
Faciam vt commista sit Tragicocomœdia.
Nam me 4 perpetuò facere vt sit Comœdia,
Reges quò veniant & 5 di, non par arbitror.
Quid igitur? quoniam hic seruos 6 parteis habet,
Faciam 7 vt commista sit Tragicocomœdia.
Nunc hoc me orare à vobis iussit Iuppiter,
8 Vt conquisitores singuli in subsellia
Eant, per totam caueam spectatoribus,
Si 9 quoi fauitores' delegatos viderint,
Vt his in cauea pignus' 10 capiatur togæ.
Siue 11 qui ambissent palmam histrionibus,
12 Siue quoiquam' artifici, seu per scriptas 13 literas,
Siue qui ipsi 14 ambissent, siue per internuntium,
Siue adeò ædiles perfidiosè quoi duint,
15 Sic similem' rẽ ipse in legem iussit esse Iuppiter,
Quasi magistratum sibi alterive ambiuerit.
Virtute, dixit. vos victores 16 innuere,
Non ambitione neque perfidia. qui minus
Eadem histrioni sit lex, quæ summo viro?
Virtute ambire oportet, non fauitoribus.
Sat habet fauitorum semper, qui rectè facit.
17 Si illis fides est, quibus est ea res in manu
Hoc quoque etiam mihi in mandatis 18 dederat,
Vt conquisitores fierent histrionibus,
Qui sibi mandassent, 19 deligati vt plauderent,
Quive quo placeret alter 20 fecissent minus.
Eius ornamenta & corium vti conciderent.
Mirari nolim vos, quapropter Iuppiter
Nunc histriones curet, ne miremini.
Ipse hanc 21 acturus est Iuppiter Comœdiam.
Quid admirati estis? quasi verò 22 nouum
Nunc proferatur, Iouem facere histrioniam?
Et iam histriones 23 Nannio in proscenio hic
Iouem inuocarunt, venit: auxilio 24 iis fuit.
Præterea certò prodit in Tragœdia.
Hanc fabulam, inquam, hic Iuppiter hodie ipse aget:

1 al. gratum. L. autem gnatum legit. 2. L. hanc' 3 L. sic 4 al. perpetua 5 L. dij 6 L. parteis 7 L. hãc proinde vt dixi Tragicocomœdiam 8 L. vt conquisitores singli in. vel, Conquisitores singuli detracto Vt 9. al. cui fautores dileg. 10 al. capiantur 11. L. et iã qui ambissint vel ambissit legendum putat. 12 L. Seu quoi quam. 13 L. litteras. 14 L. ambissint seu per 15 L. Si rempse legem iuss. 16 L. viuere, 17 L. Si in illis 18. L. al. dedit 19 al. dilegati 20 al. delegati 21 L. Aut feciſſet respondum aut seq vers. Eis legendum. 22 L. acturu'st Iupp. 23 al. nouum 24 L. anno cùm 25 al. eis.

Et ego vnà cum illo. 1 nunc animum aduortite,
Dum huius argumentum eloquar Comœdiæ.
Hæc vrbs est 2 Thebæ: in illisce habitat ædibus
Amphitruo natus 3 Argus ex Argo patre,
Qui cum Alcumena est nupta Electri' filia.
Is nunc Amphitruo præfectu'st legionibus.
Nam cum Telebois bellum est Thebano 4 populo,
Is priusquam hinc abiit ipsemet in exercitum,
Grauidam 5 Alcumenam vxorem fecit suam.
6 Nã ego vos nouisse credo iã vt sit pater meus:
Quàm liber harum rerum multarum' siet:
Quantúsque 7 amator, quum quid complacitu'st semel.
Is amare occœpit Alcumenam clam virum',
Vsurámque eius corporis 8 cœpit sibi,
Et grauidam fecit is eam compressu suo.
Nunc, de Alcumena vt rem teneatis rectius,
Vtrinque est grauida, & ex viro, & ex sumo Ioue.
Et meus pater nunc intus hic cum illa cubat.
Et hæc ob eam rem nox est facta longior,
Dum ille quantum volt voluptatem capit.
Sed ita assimilauit se quasi Amphitruo siet.
Nunc ne hunc ornatum vos meum admiremini,
Quod ego huc processi: sic cum seruili schema,
Veterem atque antiquam rem nouam ad vos proferam,
Propterea ornatus in nouum incessi modum.
Nam meus pater intus nunc est, eccum Iuppiter
In Amphitruonis 9 vortit sese imaginem,
Omnésque eum esse censent serui, qui vident.
Ita versipellem se facit quando lubet.
Ego serui 10 sumpsi Sosiæ mihi imaginem,
Qui cum Amphitruone abiuit 11 hinc in exercitum:
Vt præseruire 12 amanti meo possem patri:
Atque vt ne, qui essem, familiares quærerent,
Versari crebrò hic quom viderent me domi.
Nunc quom esse credent seruom, & conseruom suum
Haud quisquam quæret qui siem, aut quid venerim.
Pater nunc intus suo animo morem gerit.
Cubat complexus, cuius cupiens 13 maxumum' est.
Quæ illi ad legionem facta sunt, memorat pater
Meus Alcumenæ. at illa illum censet virum
Suum esse, quæ cum mœcho est, ibi nunc meus pater
Memorat legiones hostium vt fugauerit:
Quo pacto sit donis donatus plurimis.
Ea dona, quæ illic Amphitruoni sunt data,
Abstulimus: facilè meus pater quod volt, facit.
Nunc hodie Amphitruo veniet huc ab exercitu:
14 Et seruos cuius ego hanc fero imaginem,
Nunc internosse vt vos possitis facilius,

1 L. nunc vos animum 2 L. Thebe numero sing. 3 L. Argis 4 L. poplo 5 L. Alcumenem legit ne claudicet vers. 6 L. iam ego v n. credo vt 7 L. amator fiet quod complacitum est s. 8 L. ccpit 9 L. vertit 10 L. sumsi. 11. L. him 12 L. meo amanti poss. 13 L. maximè est. 14 L. & Sosia seruos.

1 *Ego has habebo vsque in petaso pinnulas'.*
Tum meo patri autem torulus inerit aureus
Sub petaso: id signum Amphitruoni non erit.
Ea signa nemo 2 horum familiarium
Videre poterit: verùm vos videbitis.
Sed Amphitruonis illic 3 seruos Sosia,
A portu illic nunc cum laterna huc aduenit.
Abigam iam ego illunc aduenientem ab ædibus.
Adest: ferit: operæprecium hic spectantibus
Iouem 3 & Mercurium facere histrioniam.

ACTVS PRIMVS.
SOSIA, MERCVRIVS.

QVi me alter est audacior homo? aut 4 qui' confidentior?
Iuuentutis mores qui sciam: qui hoc noctis solus ambulem?
Quid faciam nunc, si 5 tres viri me in carcerem compegerint?
Inde quasi è promptuaria' cella depromar ad flagrum.
Nec cau am liceat dicere mihi, neque in hero quicquam auxilij 6 siet,
Nec quicquam sit 7 qui non me omnes esse dignum 8 deputent ita
Quasi incudem me miserum homines octo validi 9 cadant ita'.
Peregrè aduenies hospitio publicitus accipiar.
Hæc heri immodestia coegit me, qui hoc
Noctis à portu ingratis excitauit.
Nonne idem hoc 10 lue' me mittere potuit
Opulento homini 11 hoc' seruitus dura est,
Hoc magis miser est diuitis seruos,
Noctésque diésque assiduò satis supérque est
12 Quoi facto, aut dicto adest opus, quietus ne sis'.
13 Ipse dies operis, & laboris expers,
Quodcunq; homini accidit, 14 liberè posse retur,
Æquom esse putat laboris quid sit',
Nec, æquom an ne iniquom impetret, cogitabit.
Ergo in seruitute expetunt' multa iniqua:
Habendũ & ferendum hoc 15 opus' est cũ labore.
M 2. *Satius est me queri 16 seruitutem nullo modo hodie,*
Qui fuerim liber, 17 eam nunc potius: pater
Seruitutis, hic qui 18 verna est, queritur.
Sum verò verna 19 verbo'. S. 20 numero mihi in mentem fuit.
Dis aduenientem gratias pro meritis agere, 21 alloqui,
Næ illi ædepol, si merito meo referre studeant gratias,
Aliquẽ hominum allegent, qui mi aduenienti os occillet probè:
Quoniam 1 bona' quæ in me fecerunt, ingrata ea habui, atque irrita.
M. *Facit ille quod volgò haud solent, vt, quid se sit dignum sciat.*
S. *Quod nunquam opinatus sui: neque alius quisquam ciuium*
Sibi euenturum, id contigit, vt salui potiremur 2 domi'
Victores: victis hostibus legiones reueniunt domum':
Duello extincto maximo, atque 3 internecis hostibus,
4 Quod multa Thebano populo acerba 5 obiecit funera,
Id vi & virtute militum victum atque expugnatum 6 oppidum est,
Imperio atque auspicio heri mei Amphitruonis maxume,
Præda atque agro, adoreáque affecit populares suos,
Regiq; Thebano Creõti regnum stabiliuit suum.
Me à portu præmisit domum, vt hæc nunciem vxori suæ,
Vt gesserit rempublicam, ductu, imperio, auspicio suo:
Ea nunc meditabor, quo modo illi dicam, quum illò aduenero.
Si dixero mendacium, solens meo more fecero.
7 Nam pugnabant illi maximè, ego quom fugiebam maximè.
Verumtamen quasi affuerim simulabo, atque audita eloquar.
Sed quo modo & verbis quibus me deceat fabularier,
Prius ipse mecum etiam volo hic meditari sic hoc proloquar,
Principio vt illò aduenimus, vbi primùm terram tetigimus,
Continuò Amphitruo delegit viros primorum principes.
Eos legat Telebois, iubet sententiam vt dicant suam.
Si sine vi & sine bello velint rapta & raptores tradere,
Si quæ asportassent, redderent, se exercitum, extemplò domum
Reducturum, abituros 8 Argos' Argiuos, pacem atque ocium
Dare illis: sin aliter sient animati, neque dent quæ petat,
Se se igitur summa vi, virisque eorum oppidum expugnassere.
Hæc vbi Telebois ordine iterarunt quos præfecerat

1 L. habebo hic vsque 2 L. horuncce 3 L. atque 4 L. qui me com. 5 L. tresuiri. 6 L. siet? 7 L. quin me 8 L. deputẽt? 9 L. cædant? 10 L. luci 11 L. hoc magis ser. 12 L. Quo f. 13 L. Ipse dominus dies 14 L. liberè. 15 L. onus 16 L. illo modo seruitutem hodie, 17 L. eum nunc potuit pater 18 L. verna natus est 19 *al.* verbero 20 *ita L. al.* nunc verò *mal.* 21 L. atque alloqui.

1 L. bene 2 L. domum. 3 L. internecatis. 4 L. Qui multa 5 L. obiecerunt 6 L. oppidum Est, imper. 7 L. Nam tum illi pug. max. ego tum fug. 8 *al.* agro.

Am-

Amphitruo, magnanimi viri ſreti virtute & viribus
Superbi, nimis ferociter legatos noſtros increpant.
Reſpondent, 1 *bello & ſe & ſuos tutari poſſe. proinde vti*
Properè de finibus ſuis exercitus deducerent.
Hæc vbi legati 2 *pertulere,* 3 *Amphitruo è caſtris illico*
Producit omnem exercitum. contra Teleboæ ex oppido
Legiones educunt ſuas nimis pulchris armis præditas.
Poſtquam vtrinque exitu'eſt maxuma copia,
Diſpertiti viri, diſpertiti ordines,
Nos noſtras more noſtro & modo inſtruximus
Legiones: item hoſtes contrà ſuas inſtruunt.
Deinde vtrique imperatores in medium exeunt.
Extra turbam ordinum colloquontur ſimul.
Conuenit, victi vtri ſint eo prælio
Vrbem, agrum, aras, focos, ſéque vti dederent.
Poſtquam id actu'ſt, tubæ vtrinque canunt: contrà
Conſonat terra, clamorem vtrinque efferunt.
Imperator vtrinque hinc & illinc Ioui
Vota ſuſcipere, hortari exercitum:
Pro ſe quiſque id quod quiſque poteſt & valet,
Edit: 4 *ferit: tela frangunt: boat*
Cœlũ fremitu virûm: ex ſpiritu 5 *atq; anhelitu*
Nebula conſtat: cadunt volneris vi & virium.
Denique vt 6 *volumus, noſtra ſuperat manus,*
7 *Vicimus vi feroces.*
8 *Crebri hoſtes cadunt, noſtri contrà ingruunt.*
Sed 9 *fugam in ſe tamen nemo conuortitur:*
Nec recedit loco, quin 10 *ſtatim rem gerat.*
Animam amittunt, priuſquam loco demigrent:
11 *Quiſque vt ſteterat, iacet, obtinétque ordinẽ.*
Hoc vbi Amphitruo herus conſpicatus eſt meus,
Illico equites iubet 12 *dextera irruere.*
Equites 13 *parent citi: ab dextera maximo*
Cum clamore inuolant 14 *impetu alacri.*
Fœdant, & proterunt hoſtiũ copias iure iniuſtas.
ME. *Nunquam etiam quicquam adhuc verborum eſt prolocutus perperam.*
15 *Nanque ego fui illic in re præſẽti, & meus, quò pugnatu'ſt, pater.*
SO. *Perduelles penetrant ſe in fugam, vbi noſtris animus eſt additus.*
Vortentibus Telebois telis complebãtur corpora.
Ipſúſque Amphitruo regem Pterelam' ſua obtruncauit manu.

1 L. bello ſe & ſ. 2 al. retulere 3 L. Amph. caſtris 4 L. ferro ferit 5 L. & anh.
6 L. volumus 7 *Hunc verſum poſt ſequentem habes L. &* Vincimus *legendum ſuſpicatur.*
8 L. Hoſtes crebri ca. 9 L. in fugam ſe nemo tamen co. 10 *perſeueranter* ἡσταμένως *L. priore longa: ex Nonio* 11 L. Iacet vbi ſteterat quiſque, atque ord. obt. 12. L. dextra inuadere *vel* irruere *per duplex vu.* 13 citi parent: 14 L. impetúque ala. 15 L. *aut* Nam eg. *legendum, vt conſtet verſus, aut pro* illic, illi *reponendum.*

Hæc 1 *illic eſt pugnata pugna* 2 *ab vſque mane ad veſperum,*
Hoc adeò hoc commemini magis, quia illo die impranſus fui.
Sed prælium id tandem diremit nox interuentu ſuo.
Poſtridie in caſtra ex vrbe ad nos veniunt flentes principes:
Velatis manibus orant, ignoſcamus peccatum ſuum.
Dedúntque ſe, diuina humanáq; omnia, vrbem & liberos,
In ditionem atque in arbitratum, cuncti, Thebano 3 *populo.*
Pòſt ob virtutem hero Amphitruoni patera 4 *donata'ſt aurea.*
Qui Pterela 5 *potare rex ſolitus eſt. hæc ſic dicam heræ.*
Nunc pergam heri imperium exequi, & me domum capeſſere.
ME. 6 *At illic huc ituru'ſt, ibo ego illic obuiam.*
Neque ego hunc hominem hodie ad ædis has ſinam vnquam accedere,
Quando imago eſt huius in me, certu'ſt hominem eludere.
Et enimuero quoniam formam cepi huius in me & ſtatum,
Decet & facta moréſque huius habere me ſimiles item.
Itaque me malum eſſe oportet, callidum, aſtutũ admodum,
Atque hũc telo ſuo ſibi malitia à foribus pellere.
Sed quid illuc eſt? cœlum aſpectat: obſeruabo quã rem agat.
SO. *Certè ædepol ſcio,* 7 *ſi quicqu'ſt quod credam, certò ſciam,*
Credo ego hac noctu Nocturnum 8 *obdormiſſe ebrium*
Nam neque ſe ſeptentriones quoquam in cœlo commouent,
Neque ſe luna quoquam mutat, 9 *ſtátque vti exorta eſt ſemel.*
Nec iugula, neque veſperugo, neq; 10 *vergiliæ occidunt.*
Ita' 11 *ſtatim ſtant ſigna, neque nox quoquam concedit* 12 *die'.*
M. *Perge nox vt occœpiſti: gere patri morem meo.*
Optumè optumo optumam operam das: datam pulchrè locas.
SO. *Neque ego hac nocte longiorem me vidiſſe cenſeo*
Niſi item vnam, verberatus quam pependi 13 *perpetem.*

1 L. illi eſt
2. L. vſque à mane ad 3. L. poplo.
4 L. donata aurea eſt 5 L. potitare
6 L. At at 7 L. ſi aliud quicquam eſt quod credam, aut certò ſc. 8 L. obdormiuiſſe 9 L. atque 10 al. virg 11 *perſeueranter, æquabiliter, ſupra ex Nonio.* 12 *i. diei. Vide Gell. lib. 9. c. 14.* 13 *i. perpetui continuam.*

Eam quoque ædepol etiam multo hæc vicit longitudine.
1 Credo equidem dormire solem, atque appotum probè.
Mira sunt, nisi inuitauit sese in cœna plusculum.
M. Ain verò verbero? deos esse tui similes putas?
Ego pol te istis tuis pro dictis & malefactis, furcifer,
Accipiam, modo 2 sis veni huc: inuenies infortunium.
S. Vbi sunt isti scortatores, qui soli inuiti cubant?
Hæc nox scitâ'st exercendo scorto conducto malè.
ME. *Meus pater nunc, pro huius verbis rectè & sapienter facit,*
Qui complexus cum Alcumena cubat amans, animo obsequens.
SO. *Ibo, vt herus quod imperauit, Alcumenæ nunciem,*
Sed quis est hic homo, quem ante 3 ædes 4 video? hoc noctis non placet.
ME. *Nullus est hoc meticulosus æquè.* SO. *5 quem? in mentem venit,*
Illic hoc homo denùo volt pallium detexere.
ME. *Timet homo: deludam 6 ego illum.* SO. *7 proh dentes pruriunt.*
Certè aduenientem 8 hic me hospitio pugnæ accepturus est.
Credo misericors est, nunc propterea quòd me meus herus
Fecit 9 vti vigilem, hic pugnis faciet hodie vt dormiam.
10 Oppido interij. obsecro hercle quàtus & quàm validus est?
M. *11 Clara aduorsum fabulabor, hic auscultet quæ loquar.*
Igitur magis modum in maiorem sese concipiet metum.
Agite pugni, iam diu'st quod vêtri victũ nõ datis.
Iampridem videtur factum, heri quòd homines quatuor
In soporem collocastis nudos. S. formido malè.
Ne ego hic nomen 12 commutem meum, & Quintus fiam è Sosia.
Quatuor viros sopori se dedisse hic 13 autumat.
Metuo ne numerum augeam illum. ME. *hem, nunc iam ergo sic volo*
SO. *Cingitur, certè expedit se.* ME. *non feret quin vapulet.*
S. *Quis homo?* ME. *quisquis homo 14 huc venerit, pugnos edet.*
S. *Apage non placet me hoc noctis esse, cœnaui modò*
Proin tu istam cœnã largire, si sapis, esurientibus.

1 L. Credo ædepol eq. 2 L. si vis.
3 *al.* ædis 4 L. video hoc noctis? 5 L. quum in
6 *al.* illum ego 7 L. periis, de. 8 L. me hic
9 L. vigilarem. 10 *i.* valde *Fest. & Non.*
11 L. Clarè. 12 *al.* meum commutem
13 *i.* dicit, *Nonius. vel præditat, gloriatur.*
14 L. huc profectò ve.

ME. *Haud malu'st huic est pondus pugno. S. perij, pugnos ponderat.*
ME. *Quid si ego illum tractim tangam vt dormiat? S. seruaueris.*
Nam continuas has 1 tris noctes peruigilaui.
ME. *pessumum est*
Facinus, nequiter ferire malam malè discit manus.
Alia forma esse oportet quem tu pugno legeris.
S. *Illic homo me interpolabit, meúmque os fingit denuò.*
ME. *Exossatum os esse oportet quem probè percusseris.*
S. *Mirum nisi hic me quasi murænam exossare cogitat.*
Vltrò istic qui exossat homines, perij si me aspexerit.
ME. *Olet homo 2 quidem malo suo. S. hei. 3 nunquam obolui?*
ME. *Atque haud longè abesse oportet.* SO. *verùm longè hinc 4 absuit.*
Illic homo 5 superstitiosus est. M. *gestiunt pugni mihi.*
SO. *Si in me exerciturus, quæso parietem vt primùm domes.*
ME. *Vox mihi ad aures aduolauit.* SO. *næ ego homo infelix fui,*
Qui non alas interuelli: volucrem vocem gestito:
M. *Illic homo à me sibi malam rem arcessit iumento suo.*
SO. *Non equidem vllum habeo iumentum.* M. *onerandus est pugnis probè.*
SO. *Lassus sum hercle è naui vt vectus huc sũ etiam nunc nauseo.*
Vix incedo inanis. ne ire posse cũ onere existumes.
M. *Certè enim hic nescio quis loquitur.* SO. *saluos sum, non me videt.*
Nescio quem loqui autumat: mihi certò nomen Sosia' est.
ME. *Hinc enim mihi dextera vox auris, vt videtur, verberat.*
S. *Metuo vocis ne vice hodie hic vapulem, quæ hunc verberat.*
ME. *Optume eccum incedit ad me.* SO. *timeo: totus torpeo.*
Non ædepol, nunc vbi terrarum sim scio, 6 vbi roger,
Neque miser me commouere possum præ formidine,
7 Illic mei mandata heri perierunt vnà & Sosia.
Verùm certu'st confidenter hominem contra colloqui.
8 Igitur, qui possum videri huic fortis, à me vt abstineat manum?
ME. *Quò ambulas tu, qui Vulcanum in cornu*

1 *al.* treis nocteis
2 L. quidam 3 L. núnnam ego ob.
4 L. fuit. *& hæc verba Mercurij esse vult hactenus: sequentia Sosiæ* Illic *&c.* 5 L. superstitiosu'st.
6 L. si quis roger. 7 L. Ilicet. man.
8 L. Qui possim vid.

concluſum

concluſum geris?
SO. *Quid id exquiris tu, qui pugnis* [1] *hic exoſſas homines?*
ME. [2] *Seruóſne, an liber?* S. [3] *vtcunque animo collibitum eſt meo.*
ME. *Ain verò?* S. *Aio enimverò.* M. *verbero.* S. [4] *mentiris nunc.*
ME. *At iam faciam vt verum diſcas dicere.* S. *quid eo* [5] *opus eſt?*
ME. *Poſſum ſcire quò profectus, quoius ſis, aut quid veneris?*
S. *Huc eo.* [6] *heri ſum ſeruos. nũquid nunc es certior.*
ME. *Ego tibi iſtam hodie* [7] *ſceleſte comprimam linguam.* S. *haud potes.*
Bene pudicéque aſſeruatur. M. *pergin' argutarier?*
[8] *Quod apud haſce ædis negotium eſt tibi?* SO. *immò* [9] *quod tibi'ſt?*
ME. *Rex* [10] *Creon vigiles nocturnos ſingulos ſemper locat.*
SO. *Benè facit, quia nos eramus peregrè, tuta tu'ſt domum.*
At nunc abi ſanè, aduenisſe familiares dicito.
ME. *Neſcio quàm tu' familiaris ſis: niſi actutum hinc abis,*
Familiaris accipière ſaxo haud familiariter.
SO. *Hic, inquam habito ego, atque horum ſum ſeruos.* M. *at ſcin' quomodo*
Faciam ego hodie te ſuperbum, ni hinc abis. S. *quónam modo?*
ME. *Auferêre, non abibis, ſi ego ſuſtem ſumpſero.*
SO. *Quin* [11] *me huius eſſe familiæ familiarem prædico.*
M. *Videſis, quàm mox vapulare vis, niſi actutum hinc abis.*
S. *Tun' domo prohibere peregrè me aduenientem poſtulas?*
ME. *Hæccine tua* [12] *domus eſt?* S. *ita, inquam.* M. *quis heru'ſt igitur tibi?*
S. *Amphitruo, qui nunc præfectus eſt Thebanis legionibus,*
Qui cum nupta eſt Alcumena. ME. *quid ais' quod nomen tibi'ſt?*
S. *Soſiam vocant Thebani, Dauo prognatum patre.*
ME. *Nã tu iſtic hodie malo tuo compoſitis mendaciis*
[13] *Huc aduenisti, audaciæ columen, conſutis dolis.*
SO. *Immò equidem tunicis conſutis huc aduenio, non dolis.*
ME. *At mentiris etiam: certò pedibus, non tunicis venis.*

1 L. os exoſſ. hominibus
2 Seruos éſne, an 3 L. vtruncunque. *nam de duobus dicitur* 4 L. mentiris nunciam *quæ verba Mercurij eſſe vult cum ſequentibus.* 5 *al.* eſt opus?
6 L. heri mei ſum 7 *al.* ſceleſtam 8 *al.* Quid a. h. æd. negotij eſt 9 *al.* quid 10 *al.* Creo
11 L. med huius
12 L. domuſt'. 13 L Aduenisti, *ſublato* Huc.

SO. *Ita profectò.* ME. *nunc profectò vapula ob mendacium.*
S. *Non ædepol volo profectò.* M. *at pol profecto ingratiis'*
Hoc quidem profectò certu'ſt, non eſt arbitrarium.
SO. *Tuam fidem obſecro.* ME. *tun'te audes Soſiam eſſe, dicere,*
Qui ego ſum? SO. *perij* ME *parum etiam prædicas vt futurum eſt, prædicas.*
Quoius'nunc es? S. *tuus, nam pugnis vſu feciſti tuum:*
[1] *Proh fidi Thebani ciues.* ME. *etiam clamas carnufex?*
Eloquere, quid veniſti? SO. *vt eſſet quem tu pugnis cæderes.*
ME. *Cuius es?* S. *Amphitruonis, inquam Soſia.*
M. *ergo iſtoc magis,*
Quia vaniloquos, vapulabis: ego ſũ, non tu, Soſia.
S. *Ita dij faciant, vt tu potius ſis, atque ego te vt verberem.*
M *Etiam mutis?* SO *iam tacebo.* ME. *quis tibi heru'ſt?* SO. *quem tu voles.*
ME. *Quid igitur qui nunc vocare?* SO. *nemo, niſi quem iuſſeris.*
ME. *Amphitruonis te eſſe aiebas Soſiam?* SO. *peccaueram.*
Nam Amphitruonis [2] *ſocium me eſſe volui dicere.*
ME. *Scibam equidem nullum eſſe nobis, niſi me, ſeruom Soſiam.*
Fugit te ratio. S. *vtinam iſtuc pugni* [3] *feciſſet tui.*
M. *Ego ſum Soſia ille quem tu dudum eſſe aiebas mihi.*
SO. *Obſecro vt per pacem liceat te alloqui, vt ne vapulem.*
M. *Immò inducia parũper fiãt, ſi quid vis loqui.*
S. *Non loquar niſi pace facta, quãdo pugnis plus vales.*
ME. *Dicito quiduis, non nocebo.* S. *tuæ fidei credo?*
M *meæ.*
S. *Quid ſi falles?* M. *tum Mercurius Soſiæ iratus ſiet.*
SO. *Animum aduorte: nunc licet mihi liberè quiduis loqui.*
Amphitruonis ego ſum ſeruos Soſia. M. *etiam denuò?*
S. *pacem feci, fœdus feci, vera dico.* M. *vapula.*
S. *Vt lubet, quid vbi lubet fac. quoniam pugnis plus vales.*
Verùm vtvt es facturus, hoc quidem hercle haud reticebo tamen.
M. *Tu me viuus' hodie nunquam facies, quin ſim Soſia.*
S. *Certe ædepol tu me alienabis nunquam quin noſter ſiem.*
Nec nobis præter [5] *me alius quiſquam eſt ſer-*

1 L. Prò fidem *ſub. imploro veſtram* 2 L. ſociennum me 3 L. *ſc. vt fugiſſent te, vel me.*
4 L. quod tibi libet f. 5 L. med al.

uos Sosia.
Qui cum Amphitruone hinc vnà 1 ieram in exercitum.
ME. Hic homo sanus non est. SO. quod mihi prædicas vitium id tibi est.
Quid 2 malum? non ego sum seruos Amphitruonis Sosia?
Nonne hac noctu nostra nauis ex portu Persico
Venit, quæ me aduexit'? nonne me huc herus misit meus?
Nonne ego 3 nunc sto ante ædes nostras? non mi est laterna in manu?
Non loquor? non vigilo? nonne hic 4 homo pugnis contudit?
Fecit hercle. 5 nam mihi etiam misero nunc malæ dolent.
Quid igitur ego dubito? aut cur non introeo in nostram domum?
ME. Quid domum 6 nostram? SO. ita enimuerò. ME. 7 quæ dixisti modo.
Omnia ementitus', equidem Sosia. Amphitruonis sum,
Nam noctu hac soluta est nauis nostra è portu Persico,
Et vbi Pterela rex regnauit, oppidum expugnauimus:
Et legiones Teleboarum vi pugnando cepimus.
Et ipsus' Amphitruo obtruncauit regem Pterelam in prælio.
SO. Egomet mihi non credo, quum illæc 8 illum autumare audio.
Hic quidem certè, quæ illic sunt res gestæ memorat memoriter.
Sed quid ais? quid Amphitruoni à Telebois datum est?
ME. Pterela rex, qui potitare solitus est patera aurea.
SO. Elocutus est. 9 vbi patera nunc est? ME. in cistula'
Amphitruonis obsignata signo est. SO. signi dic quid est?
ME. Cum quadrigis sol exoriens. quid me captas carnufex?
SO. Argumentis vicit, aliud nomen quærendu' st mihi.
Nescio vnde hæc hic spectauit. iam ego hunc decipiam probe.
Nam quod egomet solus feci, nec quisquam alius affuit
In tabernaculo, id quidem hodie nunquam poterit dicere.
Si tu Sosia es, legiones quum pugnabant maxume,
Quid 10 feciſti in tabernaculo? victus sum si dixeris.
ME. Cadus erat vini: inde impleui 1 cirneam.
SO. ingressu'st 2 iam.
ME. Eam 3 ego vt matre fuerat natum, vini eduxi meri'.
S. Mira sunt, nisi latuit intus illic in illac cirnea.
Factum est illud, vt ego illic vini cirneam ebiberim meri.
M. Quid nunc? vincon' argumentis te non esse Sosiam?
SO. Tu negas 4 me esse. M. quid ego ni negem, qui egomet siem?
S. Per Iouem iuro 5 me esse: neque me falsum dicere.
M. At ego per Mercurium iuro tibi Iouem non credere.
Nam iniurato scio plus 6 crederet mihi, quam iurato tibi.
S. Quis ego sum saltem, si non sum Sosia, te interrogo.
M. Vbi ego 7 Sosia nolim esse, tu esto sanè Sosia.
Nunc quando ego sum, vapulabis, ni hinc abis ignobilis.
S. Certè ædepol quom illum contemplo, & formam 8 agnosco meam,
Quemadmodum ego sæpè in speculum inspexi, nimis 9 similis est mei.
Itidem habet petasum, ac vestitum, tam 10 consimile'st atque ego:
Sura, pes, statura, tonsus, oculi, 11 nasum', labra,
Malæ, mentum, barba, collum': totus, quid verbis opust?
Si tergũ cicatricosum, ni hil hoc simili est similius.
Sed 12 quo cogito, equidem certò idem sum qui semper fui.
Noui herum, noui ædes nostras. sane sapio & sentio.
Non ego illi obtempero quod loquitur, pultabo foris.
ME. Quò agis te? SO. domum. ME. quadrigas si nunc inscendas Iouis,
Atque hinc fugias, ita vix poteris effugere infortunium.
SO. Nonne heræ meæ nunciare, quod herus meus iussit, licet?
ME. 13 Tuæ quid vis nunciare, hanc nostram adire non sinam.
Nam si me irritassis, hodie lumbifragium hinc auferes.
SO. Abeo potius: di immortales obsecro vestram fidem.
Vbi ego perij? vbi immutatus sum? vbi ego formam perdidi?
An egomet me illic reliqui si fortè oblitus fui?
Nam hic quidem omnem imaginem meam, quæ antehac fuerat, possidet.

1 L. iui hero meo in 2 *Interiectio Plauto familiaris. infrà.* Quas, malum, nugas? 3 L. Nunc hîc sto. 4 L. homo me pu. 5 L. nam etiam misero nem. d. mihi. 6 L. vostram. 7 L. quin quæ 8 L. autumare illum au. 9 L. vbi ea pat. 10 L. in taber. feciſti? 1 *vel* cyrneam. *al* hirneam *corruptè*. 2 L. viam. 3 L. ego ita vt 4 L. med ess. 5 L. med ess. 6 L. credet 7 L. Sosia iam no. 8 L. cognosco. 9 L. simili'st m. 10 L. consimili'st atque 11 L. nasum, dens, labra 12 L. quum eo. 13 L. Tuæ si quid

Viuo fit quod nunquam quisquam mortuo faciet mihi.
Ibo ad portum, atque hæc 1 *vt sunt facta, hero dicam meo.*
Nisi 2 *& is quoque me ignorabit, quod ille faciat Iuppiter,*
Vt 3 *ego hodie raso capite caluos capiam pileum.*

2. MERCVRIVS.

BEne prosperéque 4 *hoc die operis processit mihi.*
Amoui à foribus maximam molestiam:
Patri vt liceret iutò illam amplexarier.
5 Nam'ille illuc ad herum quom Amphitruonem aduenerit,
Narrabit seruom hinc sese à foribus Sosiam
Amouisse: ille adeò illum mentiri sibi
Credet, neque credet huc profectum vt iusserat.
Erroris ambo ego illos & dementiæ
Complebo, atque omnem Amphitruonis familiã,
Adeò vsque satietatem dum capiet pater
Illius quam amat: 6 igitur demum omnes scient
Quæ facta. denique Alcumenam Iuppiter
Rediget antiquam coniugis in concordiam.
Nam Amphitruo actutum vxori turbas conciet
Atque insimulabit eam 7 probri. tum meus pater
Eam'seditionem illi in tranquillum conferet.
Nunc de Alcumena dudum quod dixi minus,
Hodie illa pariet filios geminos duos,
Alter decumo post mense nascetur puer
Quàm seminatus, alter mense septimo.
Eorum Amphitruonis alter est, alter Iouis.
Verùm minori puero maior est pater,
Minor maiori: iámne hoc scitis quid siet?
Sed Alcumenæ huius honoris gratia,
Pater curauit vno vt fœtu fieret,
Vno vt labore 8 *exolueret ærumnas duas,*
Et ne in suspicione ponatur stupri,
Et clandestina vt celetur 9 *suspicio.*
Quanquam, vt iam dudum dixi, resciscet tamen
Amphitruo rem omnem. quid igitur? nemo id probro
Profectò ducet Alcumenæ. nam deum
Non par videtur facere, delictum suum,
Suámque culpam expetere immortalem vt sinat.
Orationem comprimam. crepuit foris.
Amphitruo subditiuus eccum exit foras
Cum Alcumena vxore vsuraria.

3. IVPITER, ALCVMENA, MERCVRIVS.

BEne vale 10 *Alcumena, cura rem communem, quod facis.*
11 *Atquin perge quæso: menses iam tibi* 12 *exactos vides.*

1 L. vti sunt
2 L. etiam is 3 L. ego hic hod. & c. *filiam liber.*
4 L. hoc hodie 5 L. iam ille 6 L. igitur tum demum 7 L. probri: meus.
8 L. absoluat 9 susceptio, & *significat vel receptionem & intromissionem Iouis in domum, vel secundam conceptionem.* 10 L. Alcumena 11 L. Atque imperce, quæs. 12. L. esse actos

Mihi necesse est ire hinc. verùm quod erit natum tollito.
AL. *Quid istuc est mi vir negocij, quod tu tam subitò domo*
Abeas? IVP. *1 pol haud quòd tui me, neque domi distædeat'.*
Sed vbi 2 VMMVS IMPERATOR *non adest ad exercitum,*
Citius quod non facto'st vsus, fit, quàm quod facto'st opus.
ME. *Nimis hic scitus est sycophanta, qui quidem sit meus pater.*
Obseruatote, quàm blandè mulieri palpabitur.
AL. *Ecastor te experior, quanti facias vxorem tuam.*
IVP. *Satin' habes si fœminarum nulla'st, quam æquè diligam'.*
ME. *Ædepol* 2 *ni illa furtiuis rebus te sciat operã dare,*
Ego faxim te Amphitruonem esse malis, quàm Iouem.
AL. *Experiri* 3 *istud mauellem me, quàm mi memorarier.*
Prius abis quàm 4 *lectus vbi cubuisti, concaluit locus.*
5 Here' venisti media nocte, nunc abis: hoccine placet?
ME. *Accedam atque hanc appellabo, & suppærasitabor patri.*
Nunquam ædepol quenquam mortalem credo ego vxorem suam
Sic efflictim amare, proinde vt hic te efflictim deperit.
IVP. *Carnifex, non ego te noui? abin' è conspectu meo?*
Quid tibi hanc curatio est rem, verbero? 6 haud hic mutito modò
7 Quoi pol ego tã hoc scipione. AL. *ah noli.* IVP. *mutito modò.*
ME. *Nequiter penè* 8 *expediuit prima parasitatio.*
IVP. *Verùm quod tu dicis mea vxor, non te mihi irasci decet.*
9 Clanculum abij à legione, operam hanc surripui tibi:
Exime primo prima scires rem vt gessissem publicam.
Ea tibi omnia enarraui: nisi te amarem plurimũ,
Non facerem. ME. *facitne vt dixi? timidam palpo percutit.*
IVP. *Nunc, ne legio persentiscat, clam illuc redeundum'st mihi,*
Ne me vxorem præuortisse dicant præ republica.
AL. *Lacrumantem ex abitu concinnas tu tuam vxorem.* IVP. *tace.*
Ne corrumpe oculos, redibo actutum. AL. *id actutum diu'st.*

1 L. ædepol. 2 L. næ illa si istis rebus 3 istuc 4 genit. *casus pro lecti Prisc. libro 6.* 5 *i. heri.*
6 aut mutitio? 7 Quem pol ego iam scip.
8. L. expetiuit 9 L. Clanculum huc abiui

IVP. *Non ego te hic lubens relinquo, neque abeo abs te.* AL. *sentio.*
Nam qua nocte ad me venisti, eadē abis. IVP. *cur me tenes?*
Tempu'st, exire ex ↕ rbe priusquā lucisciat volo.
Nunc tibi hanc pateram, quæ dono mi illic ob virtutem data'st,
Pterela rex qui potitauit: quem ego mea occidi manu,
Alcumena tibi condono. AL. *facis vt alias res soles.*
Ecastor condignum domum[1] *qualis est qui donum dedit.*
ME. *Imò sic condignum*[2] *quale'st qui dono datu'st.*
IVP. *Pergin' autem, nónne ego possum furcifer, te perdere?*
AL. *Noli amabo Amphitruo irasci Sosiæ causa mea.*
IVP. *Faciam ita vt vis.* MER. *ex amore hic admodum quàm sæuos est?*
IVP. *Nunquid vis?* AL. *Vt quum abs'm, me ames, metuam absentem tamen.*
ME. *Eamus Amphitruo.* 3 *luciscit iam.* IVP. *abi præ Sosia,*
Iam ego sequar. nunquid vis? AL. *etiam vt actutum aduenias.* IVP. *licet.*
Prius 4 *tua opinione hic adero: bonum animum habe modo.*
Nunc te nox quæ me mãsisti mitto, vt cedas 5 *die,*
Vt mortalibus illucisças luce clara & candida.
Atque quanto nox fuisti longior 6 *hac proxuma,*
Tanto 7 *breuior dies vt fiat, faciam, vt æquè disparet,*
Et dies è nocte accedat: ibo, & Mercurium subsequar.

ACTVS II.

AMPHITRVO, SOSIA.

AM. AGe, 8 *tu.* SO. *subsequor te,*
AM. Sceleſtiſſimum te arbitror. SO. 9 *ah quamobrem?*
AM. *Quia id quod neque est, neque fuit, neque futurum' est,*
Mihi prædicas. SO. *eccere: iam'*[10] *tu autem*
Facis, vt tuis nulla apud te sit fides.
AMP. *Quid est? quo modo? tam quidem hercle ego tibi istam*
Sceleſtam scelus linguam abscindam. SO. *tuus sum.*
Proinde vt cõmodũ est & lubet, quicque facias:
Tamen, quin loquar hæc vti facta sunt hic.
Nunquam vllo modo me potes deterrere.
AM. *Sceleſtiſſume, audes mihi prædicare id,*
Domi te esse nunc, qui hic ades'. SO. *vera dico'.*

1 L. quali'st 2 L. quali'st 3 L. luciscit hoc iam 4 L. tua hîc opinione adero: 5 *pro dici vt suprà*, concidit die. 6 *Legendum, vel* hacce, *vel* quàm hæc *ne claudi et versus.* 7 L. breuior vt dis fiat. 8 L. Age, i tu secundum SO. sequoi, subs. 9 L. nam quam 10 L. tuatim. i. *tuo more. Nonius.*

AMPHI. *Malum quod tibi dij dabunt, atque ego hodie dabo.*
SO. *Istuc tibi'st in manu, nam tuus sum.*
AM. *Tun' me verbero audes herum ludificari,*
Tun' id dicere audes? quod[1] *nemo antehac*
Vidit, nec potest fieri tempore vno
Homo idem duobus locis vt simul sit?
SO. *Profectò vt loquor,*[2] *res ita'st.* AM. *Iupiter te perdat.*
SO. *Quid mali sum here, tua ex re* 3 *promeritus?*
AM. *Rogásne improbè etiam qui* 4 *ludificas me?*
SO. *Meritò maledicas mihi,* 5 *si non ita id factum'st.*
Verùm haud mentior, résque vti 6 *facta'st dico.*
AM. *Homo hic ebrius est, vt opinor.* SO. *vtinam ita essem.*
AM. *Optas quæ facta.* SO. *egóne?* AM. *tu istic, vbi bibisti?*
SO. *Nusquam equidem bibi.* AMP. 7 *quid sit hoc hominis'.*
SO. *equidem decies dixi.*
Domi ego sum, inquam,
Ecquid audis? & *apud te* 8 *adsum Sosia idem,*
Satin' hoc plane.
Satin' disertè, here, nunc videor tibi locutus
Esse? AM. 9 *vah.* SO. *quid est?*
AM. *Apage te à me.* SO. *quid est negotij?*
AM. *Pestis te tenet.* SO. *nam cur istuc dicis'*
Equidem valeo & saluos sũ rectè, Amphitruo.
AM. *At te ego faciam hodie, proinde ac meritus es,*
Vt minus valeas & miser sis,
Saluos domum si rediero iam,
Sequere sis, herum qui ludificas dictis delirantibus:
Qui quoniam herus quod imperauit, neglexisti persequi,
Nunc venis etiam vltrò irrisum dominum, quæ neque fieri
Possunt, neque 10 *fando vnquam accepit quisquam profers carnufex.*
Quius ego hodie 11 *in tergo faxo ita expetant' mendacia.*
SO. *Amphitruo, miserrima istæc miseria'st seruo bono.*
Apud herum qui vera loquitur, si id vi verum vincitur.
AM. *Quo id, malùm, pacto* 12 *potest: nam mecum argumentis* 13 *puta,*
14 *Fieri: nunc vti tu hic sis &* 15 *domi, id dici volo.*

1 L. nemo vnquam homo ant. 2 L. ita res est. 3 promeritus. *pro comme. itus i. lud enim in bonam partem sumitur, hoc in malam.* 4 *quidam vet. codd.* Ludos facisme? 5 L. si id ita factum est. 6 facta dico. 7 L. quid hoc sit hom. 8 *al.* assum 9 *L. et alij cod. vulg. ex duob. his versibus vnum facium: hoc modo,* vah, apage te à me. SO. quid est negotij? 10 *Pastinam habet significat vt illa,* cantando rumpituranguis. *&* vritque videndo Fœmina. 8 *s.* 11 L. *legendum suspicatur,* in tergum 12 L. potest (nam mecum argumentis puta) 13 *i. disputa. Non* 14 L. Fieri. 15 L. domi?

SO. *Sum*

SO. *Sum profectò & hic & illic. hoc* 1 *quouis mirari licet,*
Neque tibi istuc mirum magis videtur, quàm 2 *mihi.*
AM. *Quomodo?* SO. *nihilo, inquam, mirum magis tibi istuc quàm mihi.*
Neque, ita me dij ament, credebam primò mihimet Sosiæ,
Donec Sosia ille egomet fecit sibi vti crederem:
Ordine omne 3 *vt quicque actu'st, apud hostes dum sedimus,*
Edissertauit, tũ formã vnà abstulit cũ nomine.
Neque lac lacti' magis est simile, quàm ille ego 4 *simile'st mei.*
Nam vt dudum ante lucem à portu me præmisisti domum.
AM. *Quid igitur?* SO. *prius multò ante ædis stabam, quàm illò adueneram:*
AM. *Quas' malùm, nugas? satin' tu sanus es?*
SO. *sic sum vt vides:*
AM. *Huic homini nescio quid est mali mala obiectum manu,*
Postquam à me abijt. SO. *fateor, nam sum obtusus pugnis pessumè:*
AM. *Quis te verberauit?* SO. *egomet memet, qui nunc sum domi.*
AM. *Caue quicquam, nisi quod rogabo te mihi responderis.*
Omnium primum iste qui sit, Sosia, hoc dici volo.
SO. *Tuus est seruos.* AM. *mihi quidem vno te plus etiam est quàm volo.*
Neque postquam sum natus, habui nisi te seruom Sosiam.
SO. *At ego nũc, Amphitruo, dico Sosiam seruom tuum,*
Præter me alterum, inquam, aduenientem faciam vt offendas domi,
Dauo prognatum 5 *patre, eodem quo ego sum, forma, ætate item*
Qua ego sum. quid 6 *opus verbis? geminus Sosia hic jactu'st tibi.*
AM. *Nimia memoras mira, sed vidistin' vxorem meam?*
SO. *Quin introire in ædis nunquam licitum est.*
AM. *quis te prohibuit?*
SO. *Sosia ille, quem iamdudum dico, is qui me contudit.*
AM. *Quis istic* 7 *Sosia'st.* SO. *ego inquam, quoties* 8 *dicendu'st?*
AM. *Sed quid ais? nũ obdormiuisti dudum?* SO. *nusquam gentium.*
AM. *Ibi fortè istum si vidisses quendam in somnis Sosiam.*
SO. *Nõ soleo ego sõniculosè heri imperia pſequi.*
Vigilãs vidi, vigilãs 9 *nũc video, vigilãs fabulor,*
Vigilantem ille me iamdudum vigilans pugnis contudit.
AM. *Quis homo?* SO. *Sosia, inquam ego ille, quaso* 1 *non me intelligis?*
AM. 2 *Qui malùm intellegere quisquam potis est, ita nugas blatis.*
SO. *Verum actutum nosces.* AM. *quem?* SO. *illum nosces, seruum Sosiam.*
AM. *Sequere hac igitur me: nam mi istuc primùm* 3 *exquisito opu'st:*
Sed vide ex naui efferantur, quæ iam imperaui omnia.
SO. *Et memor sum, & diligens, vt quæ imperes compareant.*
Non ego cum vino 4 *simitu ebibi imperium tuũ.*
AM. *Vtinam di faxint, infecta dicta* 5 *recte eueniant tua.*

2. ALCVMENA, AMPHITRVO', SOSIA, THESSALA.

SAtin' 6 parua res est voluptatum in vita,
Atque in ætate agunda.
Præ quàm quod molestu'st, ita quoiq; cõparatum
Est in ætate hominum,
Ita dis placitum 7 *voluptati' vt mœror comes consequatur:*
Quin incommodi plus malique illico assit, boni si obtigit quid.
Nam ego id nunc experior 8 *domo, atque ipsa de me scio, quoi voluptas*
Parumper data'st: dum viri mei mihi potestas videndi fuit
Noctem vnam modò, atque is repentè abijt à me hinc ante lucem:
Sola hic mihi nunc videor, quia ille hinc abest, quem ego amo præter omnes.
Plus ægri ex abitu viri, quàm ex aduentu voluptatis, cepi.
Sed hoc me beat, saltem quòd perduelles vicit, & domum
Laudis compos reuenit, id solatio est. Absit, dummodo
Laude parta domum recipiat se: feram & perferam vsque
Abitum eius animo forti atq; obfirmato: id modò si mercedis
Datur' mihi, vt meus victor vir belli clueat', satis
Mihi esse ducam'. Virtus præmium est 9 *optimum.*
Virtus omnibus rebus anteit profecto,
Libertas, salus, vita, res, parentes,
Patria, & prognati tutantur, seruantur:
Virtus omnia in se habet, omnia 10 *adsunt bona, quem* 11 *pene'st virtus.*
AM. *Edepol me vxori exoptatum credo aduenturum domum,*

1 *al.* cuiuis 2 L. mihi Amphitruo. 3 *L.* vti quidquid act. 4 L. simili'st.
5 L. *legendum suspicatur* patre: eadem qua ego sum forma. 6 *L.* opust. 7 *L.* Sosia? 8 *L.* dicendum est tibi 9 *L.* nunc te video.

1 *L.* nónne int. 2 *L.* Qui, malùm iur. q. potis est?
3 *L.* Exquisito est opus.
4 *i. simul, Nonius.* 5 *L.* re eu:n. 6 *L.* parua est res.
7 al. voluptátem vt 8 *L.* de me. 9 *videtur legendum* opimum 10 *al.* assunt 11 *al.* penes est.

Quæ me amat, quam contrà amo, præsertim re gesta bene,
Victis hostibus, quos nemo posse superari 1 ratus est:
Eos auspicio meo atque ductu, primo coctu vicimus.
Certè enim me illi expectatum, 2 optatum venturum scio.
SO. *Quid? me expectatum non rere amicæ venturum meæ?*
AL. *Meus vir hic quidem est.* AM. *sequere hac tu me.* AL. *nam quid ille reuortitur?*
Qui dudum properare sese aiebat, an ille me tentat sciem?
Atque id si volt experiri, suum abitum vt desiderem,
Ecastor med haud inuita se domũ recipit suam.
SO. *Amphitruo redire ad nauem meliu' st nos.*
AM. *qua gratia?*
SO. *Quia domi daturus nemo est prandium aduentientibus.*
AM. *Qui tibi istuc in mentem venit?* SO. *quia enim aduenimus.*
AM. *Qui?* SO. *quia Alcumenam ante ædeis stare saturam intellego.*
AM. *Grauidam ego illanc' hic reliqui quom abeo.* SO. *hei perij miser.*
AM. *Quid tibi est?* SO. *ad aquam 4 prębendam' aduenio domum,*
Decumo pòst mense vt rationem te 5 dictare intellego.
AM. *Bono animo es.* SO. *scin' quàm bono 6 animo? 7 si situlam iam cepero,*
Nunquam ædepol tu mihi 8 diuino quicquam creduis pòst hunc diem,
Ni ego illi puteo, si occepso, animam omnem 9 inter' traxero.
AM. *Sequere hàc me modò, alium ego isti rei 10 allegabo, ne time.*
AL. *Magis nunc meum officium 11 facerem si huic eam aduersum, arbitror.*
AM. *Amphitruo vxorem salutat lætus sperata suam,*
Quam omnium Thebis vir vnam esse optumam diiudicat.
Quamque adeò ciues Thebani verò 12 rumiferãt probam.
Valuistin' vsque 13 expectatus aduenio? SO. *haud vidi magis*
Expectatum: eum salutat magis haud quisquam quàm canem.
AM. *Et quom te grauidam, & quom te pulchrè plenam aspicio, gaudeo.* (*tia'*
AL. *Obsecro' ecastor quid tu me deridiculi gra-*
Sic salutas, atque appellas quasi dudum non videris?
Quasi 1 qui nunc primùm recipias te domum huc ex hostibus?
Atque me nunc proinde appellas, quasi multo post videris?
AM. *Immò equidem te, nisi nũc, hodie nusquam vidi gentium.*
AL. *Cur negas?* AM. *quia vera didici dicere.* 700
AL. *haud æquom facit,*
Qui quod didicit, id dediscit. an periclitamini
Quid animi habeam? sed quid huc vos reuortimini tam cito?
An te auspicium commoratu' st: an tempestas continet?
Qui non abiisti ad legiones ita 2 vt dudum dixeras?
AM. *Quamdudum istuc factu' st?* AL. *tenuis,* 705
3 iampridem modò.
AM. *Qui istuc potis est fieri quæso, vt dicis iamdudum modo?*
AL. *Quid enim 4 censes, te vt deludam contrà lusorem meum,*
Qui nunc primùm te aduenisse dicas, modò qui hinc 5 abieris?
AM. *Hæc quidem deliramenta loquitur.* SO. *paulisper mane.*
Dum edormiscat vnum somnum. AM. *6 quæ næ* 710
vigilans somniat.
AL. *Equidem ecastor vigilo, & vigilans id quod factu' st fabulor.*
Nam dudum ante lucem & istunc & te vidi.
AM. *quo in loco?*
AL. *Hic in ædibus vbi tu habitas.* AM. *7 nunquam factu' st.* SO. *non taces?*
Quid si è portu nauis huc nos 8 dormienteis detulit? 715
AM. *9 Hei etiam tu quoque assentaris huic.* SO. *quid vis fieri?*
Nõ tu scis? bacchæ bacchanti si velis aduorsarier,
Et insana insaniorem facies, feriet sæpius.
Si obsequare, vna resoluas plaga. 10 AM. *at pol quin certa res*
11 Hanc est obiurgare, quæ me hodie aduenientem domum 720
Noluerit salutare. SO. *irritabis crabrones.* AM. *tace.*
Alcumena vnum rogare te volo. AL. *quid vis, roga.*
AM. *Num tibi aut stultitia accessit, aut superat superbia?*
AL. *Qui istuc in mente est tibi, mi vir, percontarier?*
AM. *Quia salutare venientem me solebas antidhac,* 725

1 *al.* ratu' st 2 *L.* optatò 3 *L.* me? non rere expectatum amicæ 4 *L.* prębendam commodùm aduenio. 5 *L.* ductare 6 *L.* animo sim? si 7 *L.* situlam cepero. 8 *L.* diuini 9 *L.* intertraxero. 10 alligabo, *magis probatur Lambino.* 11 *al.* facere. 12 *omnes vet. Codd. Lambini habent* rumificant 13. *L.* expectatúsne

1 *L.* quasíque nunc 2 *L.* vti 3 *L.* iam dudum, pridem, modò, 4 *L.* censes? 5 *L.* abieris *sine interrogationis nota.* 6 *L.* quęne vigilans somniat? 7 *al.* nusquam. 8 *al.* dormientis 9 *L.* Etiam tu quoque assentiris huic? 10 *L. Verba sunt Alcum. mimicantis Sosiæ, cum aposiopesi. sequentia* quin certa &c *sunt Am.* 11 *L.* est hanc obiur.

Appel-

Appellare itidem vt pudicæ ſuos viros, quæ ſunt, ſolent.
Eo more expertem te factam aduenientem offendi
1 domi.
AL. *Ecaſtor equidem te certo heri hic aduenientem illico*
Et ſalutaui, & valuiſſéne vſq; exquiſiui ſimul,
Mi vir: & manu prehendi, & oſculũ tetuli tibi.
SO. *Tun' heri hunc ſalutauiſti?* AL. *& te quoq; etiam Soſia.*
SO. *Amphitruo, ſperaui ego iſtam tibi parituram filium.*
Verùm non eſt puero grauida. AM. *2 quid igitur?*
SO. *inſania.*
AL. *Equidem ſana ſum, & deos quæſo vt ſalua pariam filium.*
Verùm tu magnum malum habebis ſi hic ſuum officium facit,
Ob iſtuc omen ominator' capies quod te condecet.
SO. *Enimuerò prægnanti oportet & malum & malum dari.*
Vt quod obrodat ſit, animo ſi male eſſe occœperit.
AM. *Tu me heri hic vidiſti?* AL. *ego, inquam:*
3 ſi vis decies dicere.
AM. *In ſomnis fortaſſe.* AL. *Immò vigilans vigilantem.* AM. *væ miſero mihi.*
SO. *Quid tibi'ſt.* AM. *delirat vxor.* SO. *atra bili percita 'ſt.*
Nulla res tam delirantis homines concinnat citò.
AM. *Vbi primùm tu ſenſiſti mulier impliciſcier?*
AL. *Equidem ecaſtor ſana & ſalua ſum.* AM. *cur igitur prædicas,*
Te heri me vidiſſe, qui hac in noctu portum aduecti ſumus?
Ibi cœnaui, atque ibi quieui in naui noctem perpetem.
Neque meum pedem huc intuli etiam in ædis, vt cum exercitu
Hinc profectus ſum ad Teleboas hoſtis, eóſque vt cim us.
AL. *Immò mecum cœnauiſti, & mecum cubuiſti.* AM. *quid eſt?*
4 Nihil te pudet ſceleſta populi in conſpectum ingredi?
AL. *Vera dico.* AM. *5 non de hac quidem hercle re, de aliis neſcio.*
AL. *Primulo diluculo 6 abiiſti ad legiones.* AM. *quomodo?*
SO. *Rectè dicit, vt commeminit, ſomnium narrat tibi.*
Sed mulier poſtquam experrecta es prodigialiIoui.
Aut mola ſalſa hodie, aut thure comprecatum oportuit.
AL. *Væ capiti tuo.* SO. *tua iſtuc refert, 7 ſi curaueris.*

1. al. domu 2. L. qui igitur? *vel,* quinam igitur? *quod malles Lamb. ſi vet. cod. adiuuent.*
3 L. ſi vis me decies dic. 4 *L.* Nihilne *vel* Nilne
5 *L.* non quidem hercle de hac re 6 *L.* abiuiſti
7 niſi

AL. *Iterum iam hic in me clementer dicit atque id ſine malo.*
AM. *Tace tu: tu dic, egóne abs te abij hinc hodie cum diluculo?*
AL. *Quis 1 igitur illic narrauit mihi, illic vt fuerit prælium?*
AM. *An 2 & id tu ſcis?* AL. *quippe quæ ex te audiui, vt vrbem maximam*
Expugnauiſſes, regémque Pterelã tute occideris.
AM. *Egone iſtuc dixi?* AL. *tute iſtic etiam aſtante hoc Soſia.*
AM. *Audiſtin' tu me narrare hoc hodie?* SO. *vbi ego audiuerim?*
AM. *Hanc roga.* SO. *me quidem præſente nunquam factu'ſt, quod ſciam.*
AL. *Mirum quin te aduorſus dicat.* AM. *Soſia, age, me huc aſpice.*
SO. *Spectо.* AM. *vera volo loqui, te nolo aſſentari mihi.*
Audiuiſtin' tu hodie me illi dicere ea, quæ illa autumat?
SO. *Quæſo edepol num 4 tu etiam inſanis, quom id me interrogas?*
Qui ipſus equidem nunc primum iſtanc tecum conſpicio ſimul.
AM. *Quin nunc mulier audin' illum?* AL. *Ego verò, ac falſum dicere.*
AM. *Neque tu illi, neque mi viro ipſi credis.* AL. *5 quin eo ſit, quia mihi,*
Plurimum 6 & credo, & ſcio 7 iſta eſſe facta, proinde vt proloquor.
AM. *Tun' me heri adueniſſe dicis?* AL. *tun' te abiſſe hodie hinc negas?*
AM. *8 Nego' enimuerò, & me aduenire nunc primùm aio ad te domum.*
AL. *Obſecro etiámne hoc negabis? te auream pateram mihi*
Dediſſe dono hodie, quæ te illic donatum eſſe dixeras?
AM. *Neque 9 pol dedi, neque dixi: verùm ita animatus fui,*
Itaque nunc ſum, vt ea te patera donem. ſed quis iſtuc tibi
Dixit? AL. *ego quidem ex te audiui, & ex tua accepi manu*
Pateram. AM. *mane, mane, obſecro te. 10 demiror nimis Soſia.*
Qui illæc illic me donatũ eſſe aurea patera ſciat,
Niſi tu dudum hanc cõueniſti, & narrauiſti hæc omnia.
SO. *Neque 11 pol ego dixi, neque iſtam vidi, niſi tecum ſimul.*
AM. *Quid hoc ſit hominis?* AL. *vin' proferri pateram?*
AM. *Proferri volo.*

1 L. igitur niſi vos n. mihi illi vt f. *al.* illud vt f. 2 L. etiam id 3 L. loqui te nolo
4 L. tu quoque etiam inſ 5 L. *particulam* Quin omittit. 6 L. & omittit 7 L. iſthæc facta
8 L. Ego 9 L. edepol 10 L. nimis demiror
11 L. edepol

AL. *Fiat.* [1] *tu Thessala intus pateram proferto foras,*
Qua hodie [2] *vir meus donauit me.* AM. *secede huc tu Sosia,*
[3] *Enimuero prater alia miror maxumè,*
Si hæc habet pateram illam. SO. *an etiam id credis, quæ in hac cistellula*
Tuo signo obsignata fertur? AM. *saluom signu'st.*
SO. *inspicè.*
AM. *Rectè ita* [4] *se vt obsignaui.* SO. *quæso quin tu istanc iubes*
Pro [5] *cerita' circunferri?* AM. *edepol quin facto est opus:*
Nam hæc quidem edepol laruarum plena [6] *sunt.*
AL. *quid verbis* [7] *opu'st?*
THE. *Hem tibi pateram, eccam.* AM. *cedo' mihi.* AL. *age aspice huc,* [8] *sis iam*
Tu qui quæ facta inficiare, quem ego iam hic conuincam palàm
Est ne hæc patera qua donatus illic? AM. *summe Iuppiter*
Quid ego video? [9] *hæc ea'st profectò patera. perij, Sosia.*
SO. *Aut pol hæc præstigiatrix mulier multò maxuma'st,*
Aut pateram hic inesse oportet. AM. *agedum eam solue cistulam.*
SO. *Quid ego istam exoluam? obsignata'st rectè, res gesta est benè.*
Tu peperisti Amphitruonem, ego alium peperi Sosiam.
Nunc si pateram patera peperit, omnes congeminauimus.
AM. *Certu'st aperire, atque inspicere.* SO. *videsis signi quid siet,*
Ne posterius in me culpam transferas. AM. *aperi modò.*
Nam hæc quidem nos delirantes facere dictis postulat.
AL. *Vnde hæc igitur est nisi abs te, quæ mihi dono data'st?*
AM. [10] *Opus modo'st mihi istuc exquisito.* SO. [11] *Iuppiter, Iuppiter.*
AM. *Quid tibi'st?* SO. *hic patera nulla in cistula'st.*
AM. *quid ego audio?*
SO. *Id quod veru'st.* AM. *At cum* [12] *cruciatu ni apparet tuo.*
AL. *Hæc quidem apparet.* AM. *quis igitur tibi dedit?* AL. *qui me rogat.*
SO. *Me captas,* [13] *quod tute ab naui clanculum huc alia via*
Præcucurristi, atque hinc pateram tute exemisti, atque eam
Huic dedisti: posthac rursus obsignasti clanculum.

1 L. tute. 2 L meus vir
3 Enimuero illud, præter alia mira, miror m.
4 L. est 5 L. cerrita 6 L. est 7 L. est opus
8 L. sis nunc iam 9 L. hæc est ea pr.
10 L. opus mi est isthuc 11 L. Iupiter, proh, Iupiter. 12 L. cruciatu iam ni app. 13 L. quia

AM. *Hei mihi, iam tu quoque huius adiuuas insaniam.*
Ain' heri nos adueniſſe huc? AL. *aio, adueniénsque illico*
Me salutauisti, & ego te & osculum tetuli tibi.
AM. *Iam illud non placet principiumde* [1] *osculo. pergam exequi.*
AL. *Lauisti.* AM. *quid posteaquam laui?* AL. *accubuisti.* SO. *euge optumè,*
Nunc exquire. AM. *ne interpella: perge porrò dicere.*
AL. *Cœna apposita'st, cœnauisti mecum, ego accubui simul*
AM. *In eodem lecto?* AL. *in eodem.* SO. *hei non placet conuiuium:*
AM. *Sine modò argumenta dicat. quid postquam cœnauimus?*
AL. *Te dormitare aiebas, mensa ablata'st, cubitum hinc abiimus.*
AM. *Vbi tu cubuisti?* AL. *in* [2] *eodem tecum lecto vnà in cubiculo.*
AM. *Perdidisti.* SO. *quid tibi'st?* AM. *hæc mè modò ad mortem dedit.*
AM. [3] *Quid iam amabo?* AM. *ne me appella.*
SO. *quid tibi'st?* AM. *perij miser.*
Quia pudicitiæ huius vitium me hic absente est additum.
AM. *Obsecro ecastor, cur istuc mi vir* [4] *ex te audio?*
AM. *Vir ego tuus* [5] *sim? ne me appella* [6] *falsa falso nomine.*
SO. *Hæret hæc res, siquidem hic iam mulier* [7] *facta est ex viro.*
AL. *Quid ego feci? qua istæc propter dicta dicantur mihi?*
AM. *Tute edictas facta tua, ex me quæris quid deliqueris.*
AL. *Quid ego tibi deliqui? si quoi nupta sum, tecum fui?*
AM. *Tun' mecum fueris: quid illac impudentè audacius?*
Saltem tute, si pudoris egeas, sumas mutuum.
AL. *Istuc facinus quod tu insimulas, nostro generi non decet.*
Tu si me impudicitiæ captas: non potes capere.
AM. *Proh dij immortales, cognoscin' tu me saltem Sosia?*
SO. *Propemodum.* AM. *cœnaui ego heri in naui in portu Persico?*
AL. *Mihi quoque adsunt testes, qui illud quod ego dicam, assentiantur.*
AM. *Qui testes?* AL. *testes.* AM. *quid* [8] *testiculatis? enim vno sat est.*
Nec nobis præsente aliquis nisi [9] *seruos Africanus adest.*

1 L. osculo AL. pergam exequi, Lauisti.
2 L. eodem lecto tecum.
3 L. Qui iam? am. 4 L. ex ted. 5 al. sum?
6 L. falsò falso nom. 7 factu'st. 8. L. testiculare?
9 L. seruus Sosia affuit.

1 *Si in a-*

1 *Si in actione hãc absente nobis inuenerit puer?*
SO. *Nescio quid istuc negotij dicam, nisi, quispia'st*
Amphitruo alius, qui fortè te hic absẽte sic tamẽ
Tuam rem curet, téque absente hic munus fungatur tuum.
Náque de illo subditiuo Sosia mirum nimis est.
Certo de 2 *hoc Amphitruone iam alterum miru'st magis.*
Nescio quis præstigiator hanc frustratur mulierẽ.
AL. *Per supremi regis regnum iuro, & matrem familiâs*
Iunonem, quam me vereri & metuere est par maxumè,
Vt mihi extra vnum te mortalis nemo corpus corpore
Contigit, quo me impudicam faceret. AM. *Vera isthæc velim.*
AL. *Vera dico. sed* 3 *nec quicquam, quoniam non vis credere.*
AM. *Mulier es, audacter iuras.* AL. *quæ non deliquit, decet*
Audacem esse, 4 *& confidenter pro se & proteruè loqui.*
AM. *Satis audacter* AL *vt pudicam decet.* AM. 5 *in verbis probas.*
AL. *Non ego illam mihi dotem duco esse, quæ dos dicitur:*
Sed pudicitiam, & pudorem, & sedatum Cupidinem,
Deúm metum, parentum amorem, & cognatûm concordiam.
Tibi morigera, atque vt munifica sim bonis, prosim probis.
SO *Næ ista ædepol. si hæc vera loquitur, examussim est optuma.*
AM. *Delinitus sum profectò ita, vt me qui sim nesciam.*
SO. *Amphitruo es profectò, cauesis ne tute vsu perduis.*
Ita nunc homines immutantur, postquàm peregrè aduenimus.
AM. *Mulier istam rem inquisitam certu'st non amittere.*
AL. *Aedepol me lubente facies.* A. *quid ais? responde mihi,*
Quid si adduco tuum cognatũ huc à naui Naucratem,
Qui mecum vnà vectu'st vna naui: atque is si denegat
Facta quæ tu facta dicis, quid tibi æquom'st fieri?
Nunquid caussam dicis, quin te hoc multem matrimonio?
AL. *Si deliqui, nulla caussa'st.* AM. *conuenit tu Sosia*
Duc hos intrò, ego huc ab naui mecum abducam Naucratem.
SO. *Nunc quidem præter nos nemo'st. dic mihi verum seriò,*
Ecquis alius Sosia intu'st qui mei similis siet?
AL. *Abin' hinc à me dignus domino seruos.* SO. *abeo si iubes.*
AL. *Nimis ecastor facinus mirum'st qui illi collibitum siet*
Meo viro, 1 *me insimulare falsum facinus tam malum.*
Quicquid est, iam ex Naucrate cognato id cognoscam meo.

1 *Hic versus abest à Lamb. codice.* 2 *L.* istoc 3 *L.* nequicquã. 4 *L. copulam & non legit.* 5 *L.* tu verb.

ACTVS III.
IVPITER.

EGo sum ille Amphitruo, 2 *quoius est seruos Sosia,*
Idem Mercurius qui sit quando 3 *commodust,*
In superiore qui habito cœnaculo.
Qui interdum fio Iuppiter, quando lubet.
Huc autem qom' extemplo aduentum apporto, illico
Amphitruo fio, & vestitum immuto meum.
Nunc huc honoris vostri venio gratia,
Ne hanc inchoatam transigam comœdiam.
Simul Alcumenæ, quam vir insontem probri
Amphitruo accusat, veni vt auxilium feram.
Nam mea sit culpa, quod egomet contraxerim,
Id Alcumenæ 4 *sis innocenti expetat.*
Nunc Amphitruonem memet, vt occœpi semel,
Esse assimilabo, atque in horum familiam,
Frustrationem hodie hic iniiciam maxumam.
Post igitur demum faciam res fiat palàm,
Atque Alcumenæ in tempore auxilium feram.
Faciámq; vt vno fœtu, & quòd grauida'st viro,
Et me quòd grauida'st, pariat sine doloribus.
Mercurium iussi me continuo consequi,
5 *Si quid vellẽ, imperarem: nunc hanc alloquar.*

2. ALCVMENA, IVPITER.

AL. *DVrare nequeo in ædibus, ita me probri,*
Stupri, dedecoris, à viro argutã 6 *meo.*
Ea quæ sunt facta, 7 *infecta esse acclamitat.*
Quæ neque sunt facta, neque ego in me admisi, arguit.
Atque id me súsq; déque esse habituram putat.
8 *Neque ædepol faciam, neq; me perpetiar probri*
Falsò insimulatam, quin ego illum aut deseram,
Aut satisfaciat mihi, 9 *adiuret insuper*
Nolle esse dicta quæ in me insontem protulit.
IVP. *Faciendu'st mi illud, fieri quod illæc postulat,*
Si me illam amantem 10 *ad sese studeam recipere.*
Quando ego quod feci, id factum Amphitruoni obfuit,
Atque ille dudum meus amor negotium

1 *L.* sic me insimu. 2 *L.* cui est 3 *al.* commodum'st. 4 *L.* si in n. 5 *L. legendum censet* Si fortè aliquid vellem imperare. 6 L. meo? *interrogatiuè & subintelligitur patiar? vel par est?* 7 *L.* infecta refert ac clamitat. 8 L. Non edepol 9 L. atque adiuret. 10 *L.* ad se stud.

Insonti exhibuit: nunc autem 1 sonti mihi
Illius ira in hanc & maledicta expetent.
AL. *Et 2 tecum ipsum video qui me miseram arguit*
Stupri dedecoris. IVP. *Te volo vxor 3 colloqui.*
4 Quò te auertisti nunc? AL. *ita ingenium 5 meu'st,*
Inimicos semper osa sum obtuerier.
IVP. *Eia autẽ inimicos.* AL. *sic est, vera prædico,*
Nisi etiam hoc falsò dici insimul sturtiùs es.
IVP. *Nimis verecunda es.* AL. *Potin' vt abstineas manum?*
Nam certò si sis sanus, aut sapias satis.
Quam tu impudicam esse 6 arbitrere & prædices.
7 Conferas sermonem, nec ioco, nec serio
Tibi habeas, nisi sis stultior stultissimo
IVP *Si dixi, nihilo magis es, neque esse arbitror.*
Et id huc reuorti, 8 vt me de hoc purgarem tibi.
Nam nunquam quicquã meo animo fuit ægrius,
Quam 9 postea quam audiui 10 te esse iratam mihi.
Cur dixisti? inquies, ego expediam tibi.
Non ædepol quo te esse impudicam crederem:
Verùm periclitatus animum sum tuum,
Quid faceres, & quo pacto id ferre induceres.
Equidem' ioco illa dixeram dudum tibi,
Ridiculi causa: 11 vel hunc rogato Sosiam.
AL. *Quin huc adducis meum cognatum Naucratem?*
Testem quem dudum te adducturum dixeras
Te huc nõ venisse. IVP. *si quid dictu' st per iocũ,*
Non æquom' st id te seriò prævortier.
AL. *Ego illud scio quàm doluerit cordi meo.*
IVP. *Per dexteram tuam te Alcumena oro, obsecro,*
Da mihi hanc veniam, ignosce, irata ne sies.
AL. *Ego istæc feci verba virtute irrita.*
Nunc quando factis me impudicis abstines,
Ab impudicis dictis auorti volo.
Valeas, tibi habeas res tuas, reddas meas.
12 Iuben' ire mihi comites? IVP. *sanan' es?* AL. *si non iubes,*
Ibo egomet, comitem 13 mihi pudicitiam duxero.
IVP. *Mane, arbitratu tuo iusiurandum dabo,*
Me meam pudicam esse vxorem arbitrarier.
Id ego si fallo, tum te summe Iuppiter,
Quæso Amphitruoni vt semper iratus sies.
AL *Ah propitius sit potius.* IVP. *14 confide fore.*
Nam iusiurandum verùm te aduersum dedi.
Iam nunc irata non es. AL. *non sum.* IVP. *bene facis.*
Nam in hominum ætate multa eueniunt huiusmodi:

1 *L.* insonti. 2 *L* eccum video illum qui
3 L. conloqui 4 *L.* Quónam ted auertisti?
5 *L.* meum'st, 6 *L.* arbitrare & prædicas
7 L. Cùm ea tu serm. 8 L. vti me purg.
9 *L.* postquã aud. 10 *L.* ted esse 11 L. id hũc
12 L. Iuben mi ire com. 13 *Vox* mihi *abest à Lamb. cod.* 14 *L.* confido

Capiunt voluptates, capiunt rursum miserias,
Iræ intereueniunt, redeunt rursum in gratiam.
Verùm iræ si quæ fortè eueniunt huiusmodi:
Inter eos rursum si reuentum in gratiam est,
Bis tanto amici sunt inter se quam prius.
AL. *Primum cauisse oportuit ne diceres:*
Verùm eadem si idem purgas, mihi patiũda sunt.
IVP. *Iube verò vasa pura adornari mihi,*
Vt, quæ apud legionem vota voui, si domum
Rediissem saluus, ea ego exoluam omnia.
AL. *Ego istuc curabo.* IVP. *euocate huc Sosiam,*
Gubernatorem qui in mea naui fuit,
Blepharonem arcessat, qui nobiscum prandeat.
Is adeò impransus ludificabitur
Quum ego Amphitruonem collo hinc obstricto traham.
AL. *Mirum quid solus secum secretò ille agat.*
Atque aperiuntur ædes, exit Sosia.

3. SOSIA, IVPPITER, ALCVMENA.

SO. *AMphitruo, assum, si quid opus est impera, imperium exequar.*
IVP. *Optumè aduenis.* SO. *iam pax est inter 1 vos duos.*
Nam quia vos tranquillos video, gaudeo, & volupè' st mihi.
Atque ita seruom par videtur frugi sese instituere,
Proinde 2 vt heri, ipse item sit: voltum è voltu comparet:
Tristus sit 3 si heri sint tristes: hilarus sit si gaudeant.
Sed age respõde, iam vos redistis in concordiam?
IVP. *Derides, qui scis 4 iamdudum hæc me dixisse per iocum.*
SO. *An id ioco dixisti? equidẽ seriò ac verò ratus.*
IVP. *Habui expurgationem, facta pax est.* SO. *optumè' st.*
IVP. *Ego rem diuinam intus faciam, vota quæ sunt.* SO. *censeo.*
IVP. *Tu gubernatorẽ 5 à naui huc euoca verbis meis*
Blepharonẽ, 6 vt re diuina facta, mecũ prandeat.
SO. *Iam hic ero, quum illic censebis esse me,*
IVP. *actutum huc redi.*
AL. *Nunquid vis quin abeam iam intrò, vt apparentur quibus opu' st?*
IVP. *I sanè, & quantum 7 potes, parata fac sint omnia.*
AL. *Quin veni, quando vis, intrò, faxo haud quicquam sit moræ.*
Quando 8 exiuraſti te mihi hæc dixisse per iocũ.
IVP. *Rectè loquere: & proinde diligentem vt vxorem decet.*
Iam hi ambo & seruos & hera frustra sunt duo,

1 L. vos quæso duos? 2 *L.* heri vt sint, ipse,
3 *L.* heri si tristes: 4 *L.* hæc dudum me d.
5 *al.* è nani. 6 *L.* vt is re. 7 *al.* potest'.
8 L. Isthæc omnia exiuraſti te mihi dix.

Qui me Amphitruonem rentur esse: errant probè.
Nunc tu diuine [1] huc fac assis Sosia.
Audis quæ dico, [2] tametsi præsens non ades,
Fac Amphitruonem [3] aduenientem ab ædibus,
[4] Vt abigas quouis pacto, fac commentus sies.
Volo deludi illum, dum cum hac vsuraria
Vxore nunc mihi morigero, hæc curata [5] sient
Fac sis: proinde adeo, vt me velle intellegis,
Atque vt ministres [6] mihi quom mihi sacrificè.

4. MERCVRIVS.

COncedite atque abscedite, omnes de via decedite.
Nec quisquã tam [7] audax fuat homo qui obuiam obsistat mihi.
Nam mihi quidem hercle qui minus liceat Deo minitarier
Populo, ni decedat mihi, quàm seruolo in comœdiis?
Ille aut nauem saluam nuntiat, aut irati aduentum senis.
Ego sum [8] Iouis dicto audiens, eius iussu nunc huc me affero.
Quamobrem mi magis par est via decedere, & concedere.
Pater vocat me, eum [9] sequor, eius dicto imperio sum audiens:
Vt filiũ bonũ patri esse oportet, itidẽ ego sũ patri.
Amãti supparasitor, [10] horto, asto, admoneo, gaudeo
[11] Si quid patri volupest, voluptas ea mihi multò maxuma est.
Amat, sapit: rectè facit, animo quando obsequitur suo.
Quod omnes homines facere oportet, dum id modò fiat bono.
Nunc Amphitruonem vult deludi [12] meus, faxo, probè
Iã hic [13] deludetur, spectatores, vobis spectãtibus:
Capiam coronam mi in caput, [14] assimilabo me esse ebrium.
Atque illuc sursum ascendero, inde optumè, [15] cispellam virum.
De supero, quom huc accesserit, faciam vt sit madidus sobrius:
Deinde ille actutum sufferet suus seruos pœnas Sosia.
Eum feciſſe ille hodie arguet, quæ ego fecero hic. [16] quid mea?
Meo me æquom'st morigerum patri, eius studio seruire addecet.
Sed eccum Amphitruonem, aduenit: iam ille hic deludetur probè,
Siquidem vos vultis auscultando operam dare.
Ibo intrò, ornatum capiam qui [17] potius decet,

1 L. fac huc. 2 *vet. cod. Lam.* tamen etsi. 3 L. iam aduen. 4 *Videtur expungenda particula* Vt, *ne versus claudicet.* 5 L. sint. 6 L. mihi, mihi cum fac. 7 L. audax nunc fuat. 8 L. Ioui. 9 *al.* sequar. 10 L. hortor. 11 L. si quod 12 L. meus pater, fa. 13 L. deludatur. 14 L. assimulabo me esse 15 L. sic cispellam *vel quod malit* L. aspellam. 16. L. quid id mea? 17 L. potis.

Dein sursum ascendam in tectum, vt illum hinc prohibeam.

ACTVS IIII.
AMPHITRVO.

NAucratem quem conuenire volui, in naui non erat.
Neque domi, neque in vrbe inuenio quenquam, qui illum viderit.
Nam omnis plateas perreptaui, gymnasia, myropolia,
Apud emporium atque in macello, in palæstra, atque in foro,
In medicinis, in tõstrinis, apud omnis ædis sacras.
Sum defessus quæritando: nusquam inuenio Naucratem.
Nunc ibo domum, atque ex vxore hanc rem pergam exquirere,
Quis fuerit, quem propter corpus suum stupri compleuerit.
Nam me, quam illam quæstionem inquisitam hodie amittere,
Mortuum satius est, sed ædeis occluserunt. Eugepæ [1] hoc fit,
Pariter, atque vt alia facta sunt. feriam foreis? [2] Heus vos
Aperite hoc, heus ecquis hic est? ecquis hoc aperit ostium?

2. MERCVRIVS, AMPHITRVO.

ME. *QVis ad [3] foris? AM. ego sum. ME. quid ego sum? AM. ita loquor. ME. tibi Iuppiter*
Diq; omnes irati certò sunt, qui sic [4] frãgat fores.
AM. *Quomodo?* ME. *eo modo, vt profectò vivas ætatem miser.*
AM. *Sosia.* ME. *ita sum Sosia, nisi me esse oblitum existumas.*
Quid nunc vis? AM. *sceleste, at etiam quid velim, id tu me [5] rogas.*
ME. *Ita rogo, pene effregisti fatue foribus cardines.*
An foreis censebas nobis publicitus præberier?
Quid me aspectas stolide? quid nunc vis tibi? aut [6] quis tu es homo?
AM. *Verbero, etiam quis ego sim me rogitas? vlmorum ac herums?*
Quem pol ego hodie ob istæc dicta faciam feruentem flagris.
ME. *Prodigũ te fuisse oportet olim in adolescẽtia.*
AM. *Qui dum?* ME. *quia [7] senecta ætate à me mendicas malum.*
AM. *Cum cruciatu tuo isthæc hodie verna verba funditas.*
ME. *Sacrificò ego [8] hunc tibi.* AM. *qui?* ME. *quia enim te macto.*

1 *Verba hæc pertinent ad versum sequentẽ, hoc modo* Pariter hoc fit atque, *vt est* L. *codice* 2 *Verba hæc* Heus vos *absunt à* L. *cod.* 3 L. fores est? 4 L. frangas 5 L. rogas? 6 L. qui es tu ho. 7 senecta in ætate 8 *particulam* hunc *omittit* L.

Qui sequuntur versus vsque ad principium scenæ, *Vos inter vos partite*, &c. desunt à Lambini codicibus: ideóque alio characterum genere edendos curauit.

AM. Tun' me mactes carnufex? nisi formam dij hodie meam perduint. (hostia:
Faxo vt bubulis coriis onustus sis [1] Saturni
Ita ego te certò cruce & cruciatu mactabo. exi foras
Mastigia. ME. larua vmbratilis. tu me minis territas? (ris:
Nisi hinc actutum fugias, si denuò pultaue-
Si minusculo digito increpuerint fores, hac tegula
Tuum deminuam caput, vt cum dentibus linguas excrees.
[2] AM. Tun' furcifer meis me procul prohibessis ædibus?
[3] ME. Tun' meas pultare foreis? AM. hasce illico toto demoliar cardine.
ME. Pergin? AM. pergo. ME. accipe. AM. sceleste in herum? si te hodie apprehendero.
Ad id te redigam miseriarum, vt semper sis [4] miser.
ME. Bacchanal te exercuisse oportuit senex.
AM. qui dum?
ME. Quando tu me tuum seruom censes.
AM. quid censeo?
ME. Malum tibi prærer Amphitruonem, herum noui neminem.
AM. Num formam perdidi? mirum quin me norit Sosia.
Scrutabor, eho dic mihi, quis videor? num satis Amphitruo?
ME. Amphitruo: sanú sne es? nónne tibi prædictum senex,
Bacchanal te exercuisse, quom qui sis, alium rogites?
Abscede moneo, molestus ne sies, dum Amphitruo
Cum vxore modò ex hostibus aduenies, voluptatem capit.
AM. Qua vxore? ME. Alcmena. AM. quis homo? ME. quotiens vis dictum? Amphitruo
Herus meus: molestus ne sies. AM. qui cum cubat?
ME. Vide ne infortunium quæras, qui me sic ludifices.
AM. Dic quæso mi Sosia. ME. blandius cum Alcumena. AM. in eodémne
Cubiculo? ME. imò vt arbitror, corpore corpus incubat. AM. væ misero mihi.

1 *dignè qui Saturno immoleris, Saturno hostiæ humanæ immolabantur. Macrob. 1. c. 7.*

2 *Huc referunt nonnulli versum illum qui citatur à Nonio in voce* Matella. Ne tu postules matellã vnã tibi aquæ infundi in caput. 3 *Verba sunt Amphitruonis, quæ malè adscribuntur Mercurio.* 4 Ad id redigam mis.

ME. Lucri'st, quòd miseriam deputat. nam vxorem vsurariam
Perinde est præbere, ac si agrum sterilem fodiendum loces. 1085
AM. Sosia. ME. quid (malum) Sosia? AM. num me nouisti verbero?
ME. Noui te hominem molestum [1] quíne emas litigium. AM. [2] adhuc.
Amplius, nónne ego herus sum tuus Amphitruo? ME. tu Bacchus es,
Haud Amphitruo. quoties tibi dictum vis; num denuò?
Meus Amphitruo vno cubiculo Alcmenam 1090
complexu tenet.
Si pergas, cum hic sistam, neque sine tuo magno malo.
AM. Cupio accersi, vtinam pro benefactis dij patriam,
Aedes, vxorem, familiam cum forma vna perduam.
ME. Accersam equidem: [3] sed de foribus tu interea sis vide.
Credo iam quæ volebat sacrificia ad epulum 1095
conduxit:
Si molestus sis, euades nunquam, quin te sacrificem.

3. AMPHITRVO, BLEPHARO, SOSIA.

AM. DI vostram fidem, quæ intemperiæ nostram agunt familiam? quæ mira
Video, postquam aduenio peregrè? Nam verú'st quod olim est auditum
Fabularier, mutatos [4] anticos in Arcadia homines,
Et sæuas belluas mansitasse, nec vnquam de- 1100
nuò parentibus
Cognitos. BL. quid illuc Sosia? magna sunt, quæ mira prædicas.
Ain' tu alterum te reperisse domi consimilem Sosiam domi?
SO. Aio. sed heus tu, quum ego Sosiam, Amphitruonem Amphitruo, quid scis an
Tu fortè alium Blepharonem pariasti? ô di faciant, vt tu quoque
Concisus pugnis, & illisis dentibus, id impran- 1105
sus creduas.
Nam ego ille alter Sosia, qui illic sum, me malis simulauit modis.
BL. Mira profectò, sed gradus condecet grãdire: nam vt video,
Expectat Amphitruo, & vacuus mihi venter crepitat. AM. ecquid aliena
Fabulor? in nostro olim [6] Thebano genere plusquam mira memorant.

1 quine *pro* quine enim παράλλει, *& ornat* 2 adhuc Amplius *parum Latinè dictum videtur Lamb.* 3 *Limalit legi* sed à foribus. 4 Anticos. 5 *L.* multauit 6 *Cadmus, qui Thebanus fuit serpentem illum interfecit: ex cuius dentib. dissem inati sunt homines armati.*

Marti-

Martigenam ille aggressus belluam magnus
Europæ quæstor anguineo
Repentè hostes peperit seminio, & pugnata
illac pugno
Frater trudebat fratrem hasta, & galea. &
nostræ autorem gentis
Cum Veneris filia angueis repsisse tellus E-
pirotica
Vidit. de summo summ⁹ Iuppiter sic statuit,
sic fatum habet.
Optumi omnes nostrates pro claris factis,
diris aguntur malis.
Fata istæc me premunt, pertolerarem vim
tantam, cl idésque
¹Exanclarem impatibiles. SO. Blepharo. BL.
quid est? SO. nescio quid mali suspicor.
BL. Quid? SO. videsis, herus salutator op-
pessulatas ante fores graditur.
BL. Nihil est, famem expectat obambulans.
SO. curiosè quidem: foreis enim
Clausit, ne prævorteretur foras. BL. Oggan-
nis. SO. nec gannio, nec latro.
Si me audias, obserues nescio quid secum so-
lus: puto
Rationes colligit: quid memoret, hinc excu-
piam, ne propera.
AM. Vt metuo, ne victis hostibus di partam
expugnant gloriam:
Totam miris modis nostram video turbatam
familiam.
Tum verò vxor vitio, stupro, dedecore me
plena enicat.
Sed de patera miru'st, erat tamẽ signum ob-
signatum probè.
Quid enim? pugnas pugnatas prolocuta, &
Pterelam oppugnatum,
Nostris occisum manibus fortiter. atat noui
iam ludum:
Id Sosiæ factu'st opera, qui me hodie quoq;
præsentem ausit
Indignè prævortier. SO. de me locutus, &
quæ velim minus.
Hominẽ ne congrediamur quæso priusquam
stomachum derexerit.
BL. V lubet. AM. si illum datur hodie masti-
giam apprehendere, ostendam quid sit,
Herum fallere, minis, & dolis incessere. SO.
audin' tu illum? BL. audio.
SO. Illæc machina meas onerat scapulas,
compellemus sis hominem.
Scin' quid volgo dici solet? BL. quid dicturus
sis, nescio:
Quid tibi patiundum, fere hariolor. SO. ve-
tu'st adagium, fames, & mora
Bilem in nasum conciunt. BL. verùm qui-
dem ² è loco compellemus
Alacre, Amphitruo. AM. Blepharonem au-
dio: mirum quid ad me veniat.

1. *al.* exantlarem. 2 & loco i. *accommodatè seu opportunè.*

Opportunè tamen se offert, vt vxoris facta
conuincam turpia.
Quid huc ad me Blepharo? BL. Oblitus tam
citò quàm diluculo
Misisti ad nauim Sosiam, vt hodie tecum cõ-
uiuerem?
AM. Nusquam factum gentium. Sed vbi illic
scelestus? BL. quis? AM. Sosia.
BL. Eccũ illũ. AM. vbi? BL. ante oculos non
vides? AM. vix video præ ira, adeò me istic
Hodie delirum fecit. ne te sacrificem, nun-
quam euades.
Sine me Blepharo. BL. ausculta precor: AM.
dic, ausculto. tu vapula.
SO. Qua de re? num satis tempori? non ocy⁹
quiui si me
Dædaleis tulissem remigiis. BL. abstine quæ-
so, non potuimus
Nostros grandius gradire gradus. AM. siue
grallatorius, siue
Testudineus fuerit, certum'st mihi hunc sce-
lestum perdere.
En tectum, en tegulas, en obductas fores, en
ludificatum herum.
En verborum scelus. BL. quid mali fecit tibi?
AM. rogas? ex illo
Tecto excluſum foribus, me deturbauit ædi-
bus. SO. egóne?
AM. Tu, quid minitabas te facturum, si istas
pepulissem fores?
Negas sceleste? SO. quin negem? en testis am
pliter, quicum venio,
Missus sedulò, vt ad te vocatum ducerem.
AM. Quis te misit
Furcifer? SO. qui me rogat. AM. quando gẽ-
tium? SO. dudum, iampridem, modò.
Vbi cum vxore domi redisti in gratiam. AM.
Bacchus te irritassit.
SO. ¹ Nec Bacchum salutem hodie, nec Ce-
rerem, tu purgari iusseras
Vasa, vt rem diuinam faceres: & hunc me ac-
cersitum mittis,
Vt tecum prandeat. AM. Blepharo, dispe-
ream, si aut intus adhuc fui,
Aut si hunc miserim: dic, vbi me liquisti? SO.
domi cum Alcumena coniuge.
Ego à te abiens portum versus volito, hunc
tuis verbis voco,
Venimus, nec te nisi nunc video postea. AM.
sceleſtum caput, cum vxore?
Nunquam abis quin vapules. SO. Blepharo.
BL. Amphitruo mitte hunc mea gratia,
Et me audias. AM. en mitto, quid vis, loque-
re. BL. istic iamdudum mihi
Maxuma memorauit mira. præstigiator for-
tè aut veneficus
Hanc excantat tibi familiam, inquire aliun-
de, vide quid fiet.

1 *i.* nihil hodie nec comedi, nec bibi.

Nec ante hunc excruciatum miserum facias, quàm rem intelligas.
AM. Rectè mones.eamus,te aduorsum vxori etiam aduocatum volo.

4. IVPPITER, AMPHITRVO, SOSIA, BLEPHARO.

QVis tam vasto impete has foreis toto conuolsit cardine?
Quis ante ædeis tantas tandiu turbas concitat,quem si comperero,
Telebois sacrificabo manibus, nihil est, vt dici solet,
Quod hodie bene succedat mihi, deserui Blepharonem & Sosiam,
Vt cognatum Naucratem conuenirem:hunc non reperi,& illos perdidi.
Sed eos video:ibo aduorsum, vt si quid habent,sciscitet.SO.Blepharo,Illic qui
Ex ædibus, herus est:hic verò veneficus. BL. proh Iuppiter,
Quid intueor? hic non est, sed ille Amphitruo,istic si fuat,
Illum sanè non esse oportuit,nisi quidem sit geminus.
IV.Eccum cum BlepharoneSosiam compellabo hos prius,Sosia,
Tandem ad nos?esurio.SO. dixin' tibi hunc veneficum?
AM.Immò hunc ego,Thebani ciues,qui domi vxorem meam
Impudicitia impediuit [1] per quem teneo thesaurum stupri.
SO. Here,si tu nunc esuris,ego satur pugnis ad te volito.
AM. Pergin mastigia? SO. abi ad Acheruntem venefice.AM.men' veneficum?
Vapula. IV. quæ hospes intemperiæ, vt tu meum verberes?AM.tuum?IV.meum.
AM.Mentiris.IV.Sosia,I intrò,dum hunc sacrificofac paretur prandium.
SO.Ibo.Amphitruonem (arbitror)ita comiter Amphitruo
Accipiet vt dudum memet ego ille alter Sosia Sosiam.
Interea dum isti certant,in popinam deuortundum st mihi:
Lances detergam omneis, omneísque trullas hauriam. IV.tun' me
Mentiri ais?AM.mentiris inquam,meæ corruptor familiæ.
IV. Ob istuc indignum dictum, te obstricto collo hac arripiam.
AM.Væ misero mihi.IV. at id præcauisse oportuit. AM.Blepharo suppetias mihi.
BLE. Consimiles sunt adeò,vt vtri assim nesciam:rixam tamen,
Vt potest, dirimã. Amphitruo noli Amphitruonem quem teneo,*sine particula* per
truonem duello perdere.
Linque collum precor.IV. hunc tu Amphitruonem dictitas?
BL.Qid ni?vnus olim, nunc verò partus est geminus,
Dum tu vis esse, alter quoque esse formã nõ desinit,
Interea quæso collum linque.IV.linquo,sed dic mihi,videturne tibi
Istic Amphitruo; BL.vterque quidem. AM. proh summe Iupiter,vbi hodie
Mihi formam adimis? perge quærere: tun' Amphitruo?IV.tu negas?
AM. Pernego, quando Thebis præter me nemo'st alter Amphitruo.
IV.Immò,præter me,nemo:atque adeò, tu Blepharo iudex fies.
BL. Faciam id si queo signis palam.tu respõde prius. AM. lubens.
BL. Antequam cum Taphiis à te pugna sit inita, quid mandasti mihi?
AM.Parata naui,clauo hæreres sedulò.
IV.Vt si nostri fugam facerent, illuc me tutò reciperem.
AM.Item aliud, vt bene nummatum seruaretur marsupium.
IV. Quæ pecuniæ? BL. tacesis tu, meum'st quærere.scisti numerum?
IV.Talẽta quinquaginta attica. BL.hic examussim rem enarrat,& tu,
Quot Philippei? AM. duo millia. IV. oboli verò bis totidem.SO vterque
Rem tenet probè.intus in crumena,clausum alterum esse oportuit.
IV. Attendesis,hac dextera (vt nosti) regem mactaui Pterelam,
Spolia ademi,& pateram,qua ille potare solitus est in cistella,
Pertuli:dono vxori meæ dedi,quicum hodie domi laui,
Sacrificaui,cubui. AM. hei mihi quid audio? vix apud me sum:
Vigilans quippe dormio, vigilans somnio, viuos & sanus intereo.
Ego idem ille sum Amphitruo,[1] Gorgophones nepos imperator Thebanorum.
Et Creontis vnicus, Teleboarum perduellis qui Arcananes
Et Taphios vi vici, & summa regem virtute bellica.
Illisce præfeci Cephalum magni Deionei filium.
IV.Ego idem latrones hostes bello & virtute contudi.
Electryonem perdiderant,nostræ & germanos coniugis,
Achaiam,Ætoliam,Phocidem: per freta Ionium & Ægeum & Creticum
Vagati,vi vortebant piratica.AM.di immortales

[1] Nunius
[1] L.Gorgophonis

tales,mihimet
Non credo, ita omnia, quæ facta illic, exa-
mussim loquitur. Vide
Blepharo. BL. vnum supereſt: id si fuat, Am-
phitruones 1 sitore gemini.
IV. Quid dicas noui: cicatricem in dextro
musculo ex illoc volnere
Quod mihi impegit Pterela. BL. eam qui-
dem. AM. appositè. IV. viden'? en aspice.
BL. Detegite, aspiciam. IV. deteximus, vide.
BL. supreme Iuppiter,
Quid intueor? vtrique in musculo dextero,
eodem in loco,
Signo eodem apparet probè, vt primùm coi-
uit cicatrix rufula,
Sublurida. Rationes iacent, iudicium silet,
quid agam nescio.

5. BLEPHARO, AMPHITRVO, IVPPITER.

BL. *VOs inter vos partite, ego abeo, mihi negotium est,*
Neque ego vnquam vsquam tanta mira me vidisse censeo.
AM. *Blepharo quæso vt aduocatus mihi assis, néve abeas.* BL. *vale.*
Quid opu'st me aduocato? qui vtri sim aduocatus nescio.
IV. *Intro hinc eo, Alcumena parturit.* A M. *perij miser.*
Quid ago: quem aduocati iam omnes atque amici deserunt.
Nunquam ædepol me inultus istic ludificabit, quisquis est.
Nam iam ad regem rectà me ducam, [2] *rémque vt facta, eloquar.*
Ego pol illum vlciscar hodie [3] *Thessalum venesicum,*
Qui peruersè perturbauit familiæ mentem meæ.
Sed vbi ille'st? intrò ædepol abiit, credo ad vxorem meam.
[4] *Quisnam me Thebis alter viuit miserior? quid nunc agam?*
Quem omnes mortales ignorant, & ludificant vt lubet!
[5] *Certust introrumpam in ædis, vbi quenque hominem aspexero.*
Siue ancillam, siue seruom, siue vxorem, siue adulterum:
Seu patrem, siue auum videbo, obtruncabo in ædibus.
Neque me Iuppiter, neque di omnes id [6] *prohibebunt;* [7] *si volent*
Quin sic faciam [8] *vt constitui, pergam in ædis' nunc iam.*

1 *al.* site 2 *L.* réque 3 *Thessali veneficiis & magicis artibus infames.* 4 *L* Qui me Thebis 5 *L.* certunst 6 L. prohibeant 7 *L. legi malit* si velint. 8 L. vti.

ACTVS V.

BROMIA *ancilla*, AMPHITRVO.

BR. *SPes atque opes vitæ meæ iacent sepultæ in pectore,*
Neque vllast confidentia iam in corde [1] *qui amiserim,*
Ita mihi videntur omnia, mare, terra, cælum cõsequi
Iam vt opprimar, [2] *& vt* [3] *enicer: me miseram quid agam nescio,*
Ita tanta mira in ædibus sunt facta, væ miseræ mihi,
Animo male'st, aquam velim, corrupta sum, atq; absumpta sum.
Caput dolet, neq; audio, nec oculis prospicio satis.
Nec me miserior fœmina'st, [4] *nec vlla videatur magis,*
Ita heræ meæ hodie contigit: nam vbi parturit, deos sibi inuocat.
Strepitus, crepitus, sonitus, tonitrus, vt subitò, vt properè, [5] *vt tonuit validè?*
Vbi quisque institerat, concidit crepitu. ibi nescio quis maxuma
Voce [6] *exclamat, Alcumena, adest auxilium, ne time:*
Et tibi, & tuis [7] *omnibus propitius cæli cultor aduenit.*
Exurgite, inquit, qui terrore meo occidistis præ metu.
Vt iacui, exurgo, ardere censui ædis, ita tum confulgebant.
Ibi me inclamat Alcumena, [8] *tam ea res me horrore afficit.*
Herilis prauortit metus, eo ius accurro vt sciscam quid velit,
Atque illam geminos filios pueros peperisse conspicor,
Neque nostrûm quisquam sensimus quem peperit, neque præsidimus.
Sed quid hoc? quis hic est senex.
Qui ante ædis nostras sic iacet? num nam hunc percussit Iuppiter?
Credo ædepol, nam proh Iuppiter [9] *sepultus, quasi sit mortuus.*
Ibo, & cognoscam quisquis est. Amphitruo hic [10] *quidem herus meus.*
Amphitruo. AM. *perij.* BR. *surge.* AM. *interij.*
BR. [11] *cedo manum.* AM. *quis me tenet?*
BR. *Tua Bromia ancilla.* AM. *totus timeo', ita me increpuit Iuppiter:*
Nec secus est, quàm si ab Acherunte veniam. sed quid tu foras
Egressa es? BR. [12] *eadem nos formido timidas terrore impulit:*

1 *L.* quin amiserim. *i. quam non am.* 2 *expungenda particula &.* 3 L. enecer. 4 L. neque 5 *L.* Vt validè tonit? *vt sit præs. temp.* 6 L. exclamat sic, Alc, 7 *Vox* omnibus *expungenda* 8 L. tum 9 L. sepultus est 10 *L.* quidem est 11 L. cedo manum. 12 *L.* eodem

In ædibus, vbi tu habitas, nimia mira vidi. væ mihi
Amphitruo.ita mihi animus etiam nunc abest.
AM *age dum expedi,*
Scin' me tuum esse herum Amphitruonem? BR. BR.*Scio.* AM.*vide, etiam nunc?* BR.*scio.*
AM.*Hæc sola* [1] *sagam mentem gestat mearum familiarium*
BR.*Immò omnes sani sunt profectò.* AM. *at me vxor insanum facit*
Suis fœdis factis. B *at ego faciam, tu idem* [2] *vt aliter prædices*
Amphitruo, piam & pudicam esse tuam vxorem vt scias.
De eare signa atque argumenta paucis verbis eloquar.
Omnium [3] *primùm tibi Alcumena geminos peperit filios.*
AM.*Ain' tu geminos?* BR.*geminos.* AM. *di me seruant.* B.*sine me dicere,*
Vt scias tibi tuæque vxori deos esse omnes propitios.
AM. *Loquere.* B. *postquam parturire hodie vxor occepit tua,*
Vbi vtero exorti dolores, vt solent puerperæ,
Inuocat deos immortales, vt sibi auxilium ferãt,
Manibus puris, capite operto. Ibi continuò contonat
Sonitu maximo, ædes primò ruere rebamur tuas.
Ædes totæ confulgebant tuæ quasi essent aureæ.
AM.*Quæso absoluito hinc me extemplò, quando satis deluseris.*
Quid fit deinde? BR.*dum hæc aguntur, interea vxorem tuam*
Neque gementem, neque plorantem nostrûm quisquam audiuimus,
Ita [4] *profectò sine dolore peperit.* AM. *iam istuc gaudeo,*
Vtut erga me est merita. BR. *istæc mitte, atque hæc quæ dicam accipe:*
Postquam peperit pueros, lauere iussi nos occœpimus.
Sed puer ille quem ego laui, vt magnus est, & multum valet!
Neque eum quisquam colligare quiuit [5] *in cunabulis.*
AM.*Nimia mira memoras, si istæc vera sunt, diuinitus*
Non metuo, quin meæ vxori latæ suppetiæ sient.
B.[6] *Mage iam faxo mira dices, postquam in cunas* [7] *conditus est,*
Deuolãt angues [8] *iubati deorsum in impluuiũ duo*
Maxumi, continuò extollunt ambo capita. AM. *hei mihi.*
B.*Ne pauе, sed angues oculis omnis circumuisere,*
Postquã pueros conspicati, pergunt ad cunas citi.

1 *al.* sanam *Lamb.* & *Cam.* sartam.
2 *Vox* vt *expungenda.* 3 *L.* primo Alcumena *expuncta voce* tibi. 4 *al.* perfectè *al.* perfecto
5 *i. cunis. Lamb. malit,* in cunabulis *vno verbo.*
6 *L.* Magis 7 conditus. 8 *L. Nonnus* iubatæ

Ego cunas recessim, [1] *sursum, prorsum trahere & ducere.*
Metuens pueris, mihi formidans, tantoque angues acrius
Persequi. postquam conspexit angues ille alter puer, (tum,
Citus è cunis exilit, facit rectà in anguis impe-
Alterum altera apprehendit eos manu pernici- ter.
AM.*Mira memoras, nimis formidolosum* [2] *prædicas facinus.*
Nam mihi horror membra misero percipit dictis tuis.
Quid fit deinde? porro loquere. BR.*puer ambo anguis* [3] *enicat.*
Dum hæc aguntur, voce clara exclamat vxorem tuam.
AM. *Quis homo?* B. *summus imperator diuûm atque hominum Iuppiter.*
Is se dixit cum Alcumena clàm consuetum cubilibus:
Eumq; filium suum esse, qui illos angues vicerit:
Alterum esse tuum dixit puerum. AM. *pol me haud pœnitet,*
Scilicet boni dimidium mihi diuidere cum Ioue.
Abi domum, iube vasa pura actutum adornari mihi.
Vt Iouis supremi multis hostiis pacem expetam.
Ego Tiresiam coniectorem aduocabo, & consulam
Quid faciundum censeat, simul hanc rem vt facta'st eloquar.
Sed quid hoc? quàm valide [5] *tonuit, di obsecro vestram fidem.*

1 rursum versum. *i. retrorsum.* 2 *L.* facinus prædicas. 3 *L.* enecat. 4 L. Scilicet 5 *L.* tonit, *vt sup.*
6 L. & conc. 7 L. duos.

2. IVPPITER.

Bono animo es, assum auxilio Amphitruo tibi & tuis.
Nihil est quod timeas: ariolos, aruspices
Mitte omnis: quæ futura & quæ facta eloquar
Multò adeò melius quàm illi, quàm sim Iuppiter.
Primùm omnium Alcumenæ vsuram corporis
Cepi, [6] *ex concubitu grauidam feci filie:*
Tu grauidam item feci sti. quum in exercitum
Profectus, vno partu [7] *duo peperit simul.*
Eorum alter, nostro qui est susceptus semine,
Suis factis te immortali afficiet gloria.
Tu cum Alcumena vxore antiquam in gratiam
Redi. haud promeruit quamobrẽ vitio vorteres.
Mea vi subacta'st facere. ego in cœlum migro.

3. AMPHITRVO.

FAciam ita vt iubes, & te oro promissa vt serues tua.
Ibo ad vxorem intrò, missum faciam Tiresiam senem. (dite.
Nunc spectatores, Iouis summi causa clarè plau-

A SI-

ASINARIA.

DRAMATIS PERSONÆ.

PROLOGVS.
LIBANVS, *seruos.*
PHILENIVM, *meretrix.*
DEMÆNETVS, *senex.*
DIABOLVS, *adolescens.*
ARGYRIPPVS, *adolescens.*
PARASITVS.
CLEÆRETA, *lena,*
ARTEMONA, *vxor.*
LEONIDA, *seruos.*
GREX.
MERCATOR.

PROLOGVS.

HOC agite sultis' spectatores nunc iam,
Quæ quidem mihi atque vobis res vortat bene,
Gregique huic, & domino', atque conductoribus,
Face' 2 iam nunc præco omnem auritum populũ.
Age nunc reside, caue modò ne gratiis.
Nunc quid processerim huc, & quid mihi voluerim,
Dicam, vt sciretis nomen huius fabulæ.
Nam quod ad argumentũ attinet, sanè breue'st.
Nunc quod me dixi velle vobis dicere,
Dicam: huic nomen Græcè 3 onagros'st fabulæ,
Demophilus scripsit, Marcus vortit barbarè.
4 Asinaria volt esse, si per vos licet.
5 Idem lepos, ludúsque in hac comœdia.
Ridicula res est: date benignè operam mihi:
Vt vos item alias, pariter nunc 6 me ars adiuuet.

ARGVMENTVM.

A Manti argento filio auxiliarier
Sub imperio viuens volt senex vxorio.
Itaque ob asinos relatum precium Saureæ
7 Numerari iussit seruulo Leonidæ.
Ad amicam id fertur, cedit noctem filius.
8 Riualis amens ob 9 ereptam mulierem,
Is rem omnem vxori per parasitum nunciat.
Accurrit vxor, ad virum 10 domum triste agit.

ACTVS PRIMVS.

LIBANVS *seruus*, DEMÆNETVS *senex.*

SIcut tuum vis vnicum gnatum tuæ
Superesse vitæ, sospitem & superstitem:
Ita te obtestor, tum per senectutem tuam,
Pérque illam quam tu metuis vxorem tuam,
Si quid' med' erga 11 hodie falsum dixeris,
Vt tibi superstes vxor ætatem siet
Atque illa viua, viuus vt pestem oppetas.

DE. *Per Deum fidium quæ quæris, iurato mihi,*
Video necesse esse eloqui, quicquid roges.
Ita me obstinatè aggressus, vt non audeam
Profectò, percunctanti qui promam omnia.
Proinde actutũ istuc quid sit, quod scire expetis.
Eloquere, vt ipse cito te faciam vt scias.
LI. *Dic obsecro hercle serio, quod te rogem,*
Caue mihi mendacij quicquam. DE. *quin tu ergo rogas?*
LI. *Num me illuc ducis vbi lapis lapidem terit?*
DE. *Quid istuc est? aut vbi est istuc terrarum loci?*
LI. *Vbi fient nequam homines, qui polentam 1 pinsitant*
DE. *Quid istuc sit, aut vbi istuc sit, nequeo noscere:*
Vbi fient nequã homines qui polentam pinsitãt.
LI. *Apud 2 iustitudinas, 2 ferricrepidinas insulas.*
Vbi viuos homines mortui incursant boues.
DE. *Modò pol percepi Libane, quid istuc sit loci:*
Vbi sit polenta te fortasse dicere. LI. *ah,*
Neque hercle ego istuc dico, 3 neque dictum volo,
Teq; obsecro hercle, vt quæ loquutus 4 despuas.
DE. *Fiat, geratur mos tibi.* LI. *age age vsque excrea.*
DE. *Etiámne?* LI. *5 age quæso hercle vsque ex penitis faucibus.*
DE. *6 Etiam* LI. *amplius.* DE. *nam quousque?*
LI. *vsque ad mortem volo.*
DE. *Caue sis malam rẽ.* LI. *vxoris dico, non tuã.*
DE. *Dono te ob istuc dictum, vt expers sis metu.*
LI. *Di tibi dent quæcunque optes.* DE. *redde operam mihi,*
Cur hoc ego ex te quæram, aut cur miniter tibi,
Propterea quòd me non scientem feceris,
Aut cur postremò filio succensea m,
Patres vt faciunt cæteri? LI. *quid istuc nouisti?*
DE. *Equidem scio iam 7 filius quòd amet meus,*
Istanc meretricem à proximo Philenium.
Estne hoc vt dico Libane? LI. *rectam instas viã.*
Ea res est, sed eum morbus inuasit grauis.
DE. *Quid morbi'st?* LI. *quia non suppetunt dictis data.*

1 Argurippus 2 L. iam tu præco nunc om. 3 L. est onagros fab. 4 L. Asinariã. 5 L. inest. 6 L. Mars. 7 L. numerus iuss. seruo. 8 L. Riuius. 9 L. præreptam è lustris rapit 10 *al.* trahit 11 tu hod.

1 L. pransitant: 2 L. ferricrepinas 3 L. nec 4 *al.* expuas 5 *Vox* age *expungenda* 6 *Verba sunt Libani, Etiam amplius, Demænetis malè interposita est persona* 7 L. filium quòd am. meum.

DE. *Túne es adiutor nunc amanti filio?*
LI. *Sum verò & alter noster est Leonida.*
DE. *Bene hercle facitis & à me initis gratiam.*
Verùm meam vxorem 1 *nescio qualis* 2 *siet.*
LI. *Tu primus sentis, nos tamen prænoscimus.*
DE. *Fateor eam esse importunam atque incommodam.*
LI. *Posterius istuc dicis, quàm credo tibi.*
DE. *Omnes parentes Libane, liberis suis,*
Qui mihi auscultabunt, facient obsequelã iam:
Quippe qui mage 3 *amico vtantur gnato & beneuolo,*
Atq; ego me id facere studeo, volo amari à meis,
Volo 4 *mei patris me similem, qui caussa mea*
5 Nauclerio ipse 6 *ornatum per fallaciam,*
Quam amabam, abduxit ab lenone mulierem.
Neque puduit eum id ætatis sycophantias
Struere, & beneficiis me emere gnatum suum sibi.
Eos me decretum st persequi mores patris.
Nam me hodie orauit Argyrippus filius,
Vti sibi amanti facerem argenti copiam.
Et id ego percupio obsequi gnato meo.
Volo amori obsecutum illius, volo amet me patrẽ.
Quanquã illum mater arctè contentéque habet,
Patres vt 7 *consueuerunt, ego mitto omnia hæc.*
Præsertim quum is me dignum qoi concrederet,
Habuit: me habere honorem eius ingenio decet.
Quom me adijt, vt pudentem gnatum æquum st, patrem.
Cupio esse amicæ quod det argentum suæ.
LI. *Demiror quid sit, & quò euadat sũ in metu.*
DE. *Equidẽ scio iam* 8 *filius quod amet meus.*
LI. *Cupis id, quod cupere te* 9 *nec quicquam intellego,*
Dotalem seruum Sauream vxor tua
Adduxit, cui plus in manu sit, quàm tibi.
DE. *Argentum accepi, dote imperium vendidi,*
Nunc verba in pauca conferam, quid te velim.
Viginti iam vsust filio argenti minis,
Face id vt paratum iam sit. LI. *Vnde gentium?*
DE. *Me* 10 *defraudato* LI. *maximas nugas agis.*
Nudo detrahere vestimenta me iubes.
Defrudem te ego? age sis, tu sine pennis vola.
Téne ego defrudem qoi ipsi nihil est in manu?
Nisi quid tu porrò vxorem defrudaueris.
D. *Quà me, quà vxorem, quà tu seruom Saureã*
Potes, circunduce, aufer. promitto tibi
11 Non offuturum si id hodie effeceris.
LI. *Iubeas vna opera me piscari in aere,*
Venari autem 12 *iaculo apros in medio mari.*
DE. *Tibi optionem sumito Leonidam.*
Fabricare quiduis, quiduis comminiscere,
Perficito argentum hodie vt habeat filius,
Amica quod det. LI. *Quid ais tu Demænete?*

1 *L.* Libane nescis 2 L. sit? 3 *videtur legendum potius* amicis vtantur, & beneuolis. *vel* Quippe mage amicis qui vtantur, *&c.* 4 *L.* me patris mei 5 *L.* Nauclerico 6 L. ornatu 7 L. consueuerunt. 8 *L.* filium quòd am. meum, 9 L. nequicquam 10 *al.* defrudato. 11 *L.* Tibi non offut. 12 L. rete iaculo in medio mari,

Quid si fortè in insidias deuenero?
Tu redimes me si me hostes interceperint?
DE. *Redimam.* LI. *tum tu igitur aliud cura* 1 *quodlubet.*
D. *Ego eo ad forum, nisi quid vis.* LI. *i,* 2 *fiésne ambula?*
DE. *Atque audin' etiam?* LI. *ecce.* DE. *si quid te volam, vbi eris?*
LI. *Vbicunque libitum* 3 *erit animo meo.*
Profectò nemo'st, quem iam dehinc metuã mihi.
Ne quid 4 *mihi nocere possit,* 5 *quando in tua*
Oratione omnem animum ostendisti tuum,
Quin te quoque ipsum 6 *faciam haud magni, si hoc patro,*
Pergam, quo occœpi, atque ibi consilia exordiar.
DE. *Audin tu? apud Archibulum ego ero argentarium.*
LI. *Nempe in foro?* DE. *ibi siquid opus fuerit.*
LI. *meminero.*
DE. *Non esse seruos peior hoc quisquam potest,*
Nec magis versutus, nec quo ab caueas ægrius
Eidem homini, si quid rectè curatum velis,
Mandes. moriri sese miserè mauolet,
Quàm non perfectum reddat quod promiserit.
Nam ego illud argentum tam paratum filio
Scio esse, quàm me hunc scipionem contui.
Sed quid ego cesso ire ad forum, quò incœperam?
Ibo, atque ibi manebo apud argentarium.

2. ARGYRIPPVS *adolescens.*

Siccine hoc sit, foras ædibus me eiici?
Promerenti optumè hoccine precij redditur?
Bene merenti mala es', malè merenti bona es:
At malo cum tuo. nam iam ex hoc loco
Ibo ego ad tres viros, vestráque ibi nomina
Faxo 7 *erunt. capitis te perdam ego & filiam:*
Perlecebræ, pernicies, 8 *adolescentium exitium.*
Nam mare haud est mare, vos mare acerrimum.
Nam in mari repperi, hic elaui bonis.
Ingrata atque irrita esse omnia intellego
Quæ dedi, & quod benefeci, ac posthac tibi
Malè quod potero facere faciam, meritóque id faciam tuo.
Ego pol te redigam 9 *vnde orta es, ad egestatis terminos.*
Ego 10 *pol te faciam vt quæ sis nunc, & quæ fueris, scias,*
Quæ priusquam istam adij, atque amans ego animum meum isti dedi,
Sordido vitã oblectabas pane, 11 *in panis inopia',*
Atque ea si erant, magnas habebas omnibus dis gratias.
Eadem 12 *quom est melius, me qoius operast, ignoras, mala,*

1 L. quid lubet. 2 L. etiamne ambulas? 3 L. fuerit 4 *L.* nocere mihi 5 *L.* quum 6 L. facio 7 *L.* erunt capitis, te &c. *vt vox* capitis *referatur ad superiora.* 8 *L.* adolescentum 9 L. eodem vnde. 10 *L.* edepol. 11 *L.* in pannis, *Lipſ. autem vnica voce* impannis, inopia. *inopia antiquè pro inops.* 12 *L.* nunc quum

Reddam

Reddam ego te ex fera fame [1] *manſuetam, me ſpecta modò.*
Nam iſti quid ſuccenſeã ipſi nihil eſt, nihil quicquam meret:
Iuſſa facit, tuo imperio paret, [3] *mater, eadem, hera es.*
Te pol ego vlciſcar, te ego vt digna es, perdam, atque vt de me meres.
At ſceleſta viden' vt ne id quidem me dignum eſſe exiſtimat:
Quem adeat, quem colloquatur, quóque irato ſupplicet.
Atque eccam illecebra exit tandem opinor' hic ante oſtium.
Meo modo loquar quæ volam, [5] *quom' intus non licitu'ſt mihi.*

3. LENA Cleæreta, ARGYRIPPVS.

VNum [6] *iſtorum quodque verbum nummis Philippeis aureis*
Non poteſt auferre hinc à me, ſi quis [7] *emptor veneris.*
[8] *Hæc rectè quæ tu in nos dicis aurum atque argentum merumſt.*
Fixus hic apud nos eſt animus tuus clauo Cupidinis.
Remigio, veloq; quantum poteris, feſtina & fuge.
Quam magis te in altum capeſſis, tum æſtus te in portum refert.
AR. *Ego pol iſtum portitorem priuabo portorio.*
Ego te dehinc vt merita es de me, & [9] *re mea, tractare exequar:*
[10] *Quom tu me vt meritus ſum non tractas,* [11] *quem eijcis domo.*
LE. *Magis iſtuc percipimus lingua dici, quam factis fore.*
AR. *Solus ſolitudine ego* [12] *te atque ab egeſtate abſtuli.*
Solus ſi ductem, referre gratiam nunquam potes.
LE. *Solus ductato, ſi ſemper ſolus quæ poſcã dabis.*
Semper tibi [13] *promiſſum habeto ac lege dum ſuperes datis.*
AR. *Qui modus dandi? nam nunquam tu quidem expleri potes,*
Modo [14] *quom* [15] *quidem accepiſti: haud multò poſt aliquid quid poſcas paras.*
LE. *Quid modiſt? ductando, amãdo, nunquámne expleri potes?*
Modo remiſiſti, continuò iam vt remittam ad te, rogas.
AR. *Dedi equidem quod mecum egiſti.* LI. *& tibi ego miſi mulierem:*

1 *Nonius* manſuetem 2 L. Tuo facit iuſſu, tuo imp. 3 L. mater tu, ead. 4 L. Te ego vlciſcar. 5 L. quoniam intus. 6 Vnum quodque iſtorũ verbum 7 L. emptor 8 L. Nec rectè 9 L. mea re 10 L. Quom tu 11 L. quin *al.* quæ 12 L. ted 13 promiſſam 14 *expungenda vox* quom 15 *al.* quid.

Par pari datum [1] *hoſtimentum' eſt, opera pro pecunia.*
AR. *Malè agis mecum.* LE. *quid me accuſas? ſi facio officium meum.*
Nam neque vſquam fictum, neque' pictum, neque ſcriptum in poematis,
Vbi lena bene agat cum quicquam amante, quæ frugi eſſe volt.
AR. *Mihi quidem te parcere æquom' ſt tandem, vt tibi durem diu.*
LE. *Non tu ſcis? quæ amanti parcet, eadem ſibi parcet parum.*
Quaſi piſcis, itidem [2] *amator lenæ, nequam eſt, niſi recens,*
Is habet ſuccum, is ſuauitatem, eum, quouis pacto condias:
Vel patinariũ, vel aſſum, vorſes quo pacto lubet,
Is dare volt, is ſe' aliquid poſci, nam vbi de pleno promitur,
Neque ille ſcit quid det, quid damni faciat, illi rei ſtudet.
Volt placere ſeſe amicæ, volt mihi, volt pediſequæ.
Volt famulis, volt etiam ancillis, & quoque catulo meo
Subblanditur nouos amator, ſe vt quom videat, gaudeat.
Vera dico, ad ſuum quemque hominem quæſtum eſſe æquom' ſt callidum.
AR. *Perdidici iſtæc eſſe vera, damno cum magno meo.*
LE. *Si ecaſtor nunc habeas quod des, alia verba perhibeas:*
Nunc quia nihil habes, maledictis [3] *eam ductare poſtulas.*
AR. *Non meum eſt.* LE. *nec meum quidem ædepol, ad te vt mittam* [4] *gratis.*
Verùm ætatis atque honoris gratia hoc fiet tui,
Quia nobis lucro fuiſti potius, quàm decori tibi.
Si mihi dantur duo talenta argenti numerata in manum,
Hanc tibi noctẽ honoris cauſſa [5] *gratis dono dabo.*
AR. *Quid ſi non eſt?* LE. *tibi non eſſe credam, illa alio ibit tamen.*
AR. [6] *Vbi quæ dedi ante?* LE. *abuſa. nam ſi ea durarent mihi,*
Mulier mitteretur ad te, nunquam quicquam poſcerem.
Diem, aquam, ſolem, lunam, noctem, hæc argento non emo.
Cætera [7] *quæq; volumus vti, Græca mercamur fide.*
Quom à piſtore panẽ petimus, vinũ ex œnopolio.
Si as habent, dant mercem, eadem nos diſciplina vtimur,
Semper oculatæ noſtræ [8] *ſunt manus, credunt quod vident.*

1 *Hoſtimentum (inquit Feſt.) beneficij penſatio.* 2 L. eſt amator 3 L. tu eam 4 L. gratiis 5 L. gratiis 6 L. Vbi illæc quæ 7 L. quæquæ 8 *Videtur legendum vt conſtet verſus* manus ſunt.

Vetus est,[1] *nihili coactio est.* AR. *cuius?* LE. *non dico amplius.*

AR. *Aliam nunc orationem de spoliato prædicas:*
Longè aliam[2] *præbes inquam nunc atque olim quom dabam*
Aliam, atque olim quom illiciebas me[3] *blandè ad te ac benedicè.*
Tum mihi ædes quoque arridebant, quom ad te veniebam, tuæ.
Me vnicè vnum ex omnibus te, atque illam amare, aiebas mihi.
Vbi quid dederã, quasi columbæ pulli in ore ambæ meo
Vsque eratis, meo de studio studia erant vostra omnia.
Vsque adhærebatis, quod ego iusseram quod volueram.
Faciebatis: quod nolebam ac vetueram, de industria
Fugiebatis, neq[3] *conari id facere audebatis prius.*
Nunc neque quid velim, neque nolim, facitis magni pessumæ.

LE. *Non tu scis? hic noster quæstus aucupij simillimu'st?*
Auceps quando concinnauit areã, offundit tibũ:
Aues assuescunt: necesse est facere sumptum: qui quærit lucrum.
Sæpe edũt: semel si sunt captæ, rẽ soluunt aucupi.
Itidem hic apud nos, ædis nobis area est, auceps sum ego,
Esca est meretrix, lectus illex est, amatores aues.
Bene salutando consuescunt, compellando blanditer,
Osculando, oratione vinula venustula.
Si papillam pertractauit, haud id est ab re aucupis.
Suauiũ si sumpsit, sumere eum licet sine retibus.
Hæccine te esse oblitũ, in ludo qui fuisti tamdiu?

AM. *Culpa tu ist hæc, quæ discipulum semidoctũ abs te amoues.*

LE. *Remeato audacter, mercedem*[5] *si eris nactus, nunc abi.*

AR. *Mane, mane, audi dic quid me æquum censes*[6] *tibi dare,*
Annum hunc ne cum quiquam alio sit. LE.[7] *túne, viginti minas.*
Atque ea lege, si alius ad me prius attulerit, tu vale.

AR. *At ego', est etiam priusquã abis, quod volo loqui.* LE. *dic quod lubet.*

AR. *Non omnino iam perij, est reliquum quod peream magis.*
Habeo vnde istuc tibi quod poscis, dem, sed in leges meas
Dabo, vti scire[8] *possis perpetuum annum hunc mihi vti seruiat,*
Nec quenquam interea alium admittat prorsus quàm me, ad se, virum.

L. *Quin si voles, domi serui qui sunt castrabo viros.*

Postremò vt voles nos esse syngraphã facito aferas.
Vt voles, vt tibi lubebit, nobis legem imponito,
Modò tecum vnà argentum afferto, facilè patiar cætera.

[1] AR. *Portitorum simillimæ sunt ianuæ lenoniæ:*
Si affers, tum patent, si non est quod des, ædes non patent.
[2] *Interij si non*[3] *ego inuenio illas viginti minas.*
Et profectò[4] *ni illud perdo argentum, pereundum est mihi.*
Nunc pergam ad forum, atque experiar opibus, omnicopia
Supplicabo, exobsecrabo, vt quenque amicum videro.
Dignos, indignos adire, atq[5] *expedire certum'st mihi.*
Nam si mutuas non potero, certum'st sumam fœnore.

ACTVS II.

LIBANVS *seruus.*

HErclè verò Libane nunc te meliust expergiscier,
Atque argento comparando[6] *fingere fallaciam.*
Iam diu[7] *factum'st qom discesti ab hero, atque abijsti ad forum.*
Igitur inueniũdo argento vt fingeres fallaciam,
Ibi tu ad hoc diei tempus dormitasti in otio'.
Quin tu abs te socordiam omnem[8] *reice & segnitiem*[9] *amoue,*
Atque ad ingenium vetus versutum te recipis tuum.
Serua herum, caue tu idem faxis alij quod serui solent,
Qui ad heri fraudationem callidum ingenium gerunt.
Vnde sumam? quem interuortam? quo hanc celocem conferam?
Impetritum, inauguratum'st quouis[10] *amittunt aues,*
[11] *Picus & cornix est ab læua, coruos*[12] *Parrha' ab dextra.*
Consuadent, certum hercl' est vestram consequi sententiam.
Sed quid hoc quod picus vlmum tundit?[13] *haud temerarium'st,*
Certe hercle ego quantum ex augurio auspicij intellego,
Aut mihi in mũdo sunt virgæ, aut atriẽsi[14] *Saurix.*

[1] *malè hic præponitur nomen Argyrippi. sunt enim etiam læna verba.* [2] *Hæc iam sunt verba Argyrippi.*

1 L. nihilicococio (*al.* coitio) est, si est cæcus. *ita restituit Lamb.* 2 L. te præbes. 3 *L.* ad te blandè, ac bon. 4 *L.* Tua ista culpa est, 5 *L.* vbi eris 6 *L.* pro illa tibi 7 *L.* téne? 8 *al.* possim, 9 L. experiri 6 L. fingere te fal. 7 L. est factum 8 L. reicis 9 L. amoues? 10 L. amittunt 11 L. Picus, cornix est 12 L. parra ab dextera. 13 L. nõ tem. 14 L. Saurex

Sed quid illuc quod exanimatus currit huc Leonida?
Metuo 1 *ne ille obſcœnarit meæ falſæ fallaciæ.*

2. LEONIDA, LIBANVS *ſeruus.*

VBi ego nunc Libanum requiram, aut familiarem filium?
Vt ego illos lubentiores faciam, quàm Lubentia'ſt?
Maxumam prædam & triumphum eis adfero aduentu meo.
Quando mecum pariter potant, pariter ſcortari ſolent:
Hanc quidem quam nactus prædam, pariter cum illis partiam.
L I. *Illic homo ædis compilauit, mo. e ſi fecit ſuo,*
Væ illi, tam indiligenter obſeruauit ianuam.
L E. *Ætatem velim ſeruire, Libanum vt conueniam modò,*
L I. *Mea quidem hercle opera liber nunquam fies ocyus.*
L E. *Etiam de tergo ducentas plagas prægnantis dabo.*
L I. *Largitur peculium omne, in tergo theſaurum gerit.*
L E. *Nam ſi huic occaſioni tempus* 3 *ſe ſubterduxerit,*
Nunquam 4 *pol indipiſcet* 5 *quadrigis albis poſtea.*
Herum in obſidione linquet, inimicúm animos auxerit.
Sed ſi mecum occaſionem opprimere hanc, quæ obuenit, ſtudet.
Maxumas 6 *optumitates gaudio* 7 *offertiſſimas*
Suis heris vnà mecũ pariet, gnatóque, & patri.
Adeò vt ætatẽ ambo, ambobus nobis ſint obnoxij,
Noſtro deuinĉti beneficio. L I. *vinctos neſcio quos ait.*
Non placet. metuo in commune, ne quam fraudẽ frauſus 8 *ſiet.*
L E. *Perij ego oppidò, niſi Libanum inuenio, iam vbi eſt gentium.*
L I. 9 *Hic homo ſocium ad malam rem quærit quem adiungat ſibi.*
Non placet, pro monſtro extemplo'ſt, quando qui ſudat tremit.
L E. *Sed quid ego hic properans conceſſo pedibus, lingua largior?*
Quin ego hanc iubeo tacere, quæ loquens lacerat diem?
L I. 10 *Ædepol hominem infelicem, qui patronã comprimat.*
Nam ſi quid ſceleſte 11 *fecit lingua pro illo peierat.*
L E. *Approperabo, ne poſt tempus prædæ præſidiũ parem.*

1 L. quod illic obſcœnauit meæ 2 L. vti. 3 L. ſeſe. 4 L. ædepol quadrigis albis indipiſcet poſtea. 5 *Lipſ. ſcribendum ſuſpicatur* quadrigis ſi abit. 6 L. opimitates. 7 L. effertiſſimas. 8 L. fit. 9 L. Illic 10 L. Heu ædepol 11 *diſtinguendum poſt* fecit, *non autem poſt* lingua

L I. *Quæ illæc prædaſti? ibo aduorſum atque electabo quicquid eſt.*
Iubeo te ſaluere voce ſũma, quoad vires valent.
L E. *Gymnaſium flagri ſalueto.* L I. *quid agis cuſtos carceris?*
L E. *O catenarũ colone.* L I. *ô virgarũ laſciuia.*
L E. *Quot pondo* 1 *te eſſe cenſes nudum?* L I. *non ædepol ſcio.*
L E. *Scibam ego te neſcire, at pol ego qui te expendi, ſcio.*
Nudus vinctus centum pondo es, quando pendes per pedes.
L I. *Quo argumento iſtuc?* L E. *ego dicam, quo argumento & quomodo.*
Ad pedes quando 2 *alligatus es, æquom centupondium:*
Vbi manus manicæ complexæ ſunt, atque adductæ ad trabem,
Nec dependes, nec propendes, quin malus nequámque ſis.
L I. *Væ tibi.* L E. 3 *hoc teſtamento ſeruitus legat tibi.*
L I. *Verbis velitationem fieri compendio volo.*
Quid iſtuc negotij'ſt? L E. *certum'ſt credere.*
L I. *audacter.* 4 *licet.*
L E. *Sis amanti ſubuenire familiari filio,*
Tantum adeſt boni 5 *de improuiſo. verùm commixtum malo.*
Omnes de nobis carnificum cõcelebrabuntur dies.
Libane, nunc audacia vſu'ſt nobis inuenta & dolis.
Tantum facinus 6 *modò inueni ego, vt nos dicamur duo*
Omnium digniſſimi eſſe, quò cruciatus confluant.
L I. *Ergo mirabar quòd dudum ſcapulæ geſtibãt mihi,*
Ariolari quæ occœperunt ſibi eſſe in mundo malum.
Quicquid eſt eloquere. L E. *magna eſt præda cum magno malo.*
L I. *Siquidem omnes coniurati cruciamenta conferant,*
Habeo opinor 7 *familiare tergum, ne quærã foris.*
L E. *Si iſtam* 8 *animi* 9 *firmitudinem obtines, ſalui ſumus.*
L I. *Quin, ſi tergo res ſoluenda'ſt, rapere cupio publicum.*
Pernegabo atque obdurabo, periurabo denique.
L E. *Hem iſta virtus eſt, quando vſu'ſt, qui malum fert fortiter,*
Fortiter malum qui patitur, idem pòſt potitur bonum.
L I. *Quin rem actutum ediſſeris? cupio malum nanciſcier.*

1 L. ted 2 L. alligatum eſt 3 L. hocce 4 *L. Hic præponendum eſt nomen Leonidæ hinc enim incipit eius oratio.* 5 *L. delenda particula* de. 6 L. inueni modò ego. 7 L. familiarem tergum, 8 L. firmitudinem obtines animi, ſal. 9 L. *al.* fortitudinem

L E. *Placidè ergo vnumquidque* [1] *derogita, vt acquiescam, non vides*
Me excursura anhelitum etiam ducere ? L I. *age age mansero,*
Tuo arbitratu, vel adeò vsque dum peris. L E. *Vbinam est herus?*
L I. *Maior apud forum est, minor hic est intus.*
L E. *iam satis est mihi.*
L I. [2] *Tum igitur tu es dives factus ?* L E. *mitte ridicularia.*
L I. *Mitto, istuc quod affers, aures exspectãt meæ.*
L E. *Animũ aduorte, vt æque mecum hæc scias.*
L I. *taceo.* L E. *beas.*
Meministin' asinos Arcadicos mercatori Pellæo,
Nostrum vendere atriensem. L I. *memini, quid tum postea?*
L E. *Hem ergo is argentum huc remisit, quod daretur* [3] *Sauriæ*
Pro asinis. adolescens venit modò, qui id argentum attulit.
L I. *Vbi is homo'st?* L E. *iam deuorandum censes, si conspexeris.*
L I. *Ita enimuero: sed tamen tu* [4] *ineptè eos asinos prædicas,*
Vetulos, claudos, quibus subtritæ ad femina iam erant vngulæ.
L E. *Ipsos, qui tibi subuectabant rure huc virgas vlmeas.*
L I. *Teneo. atque iidẽ te hinc vexerunt vinctum rus.* L E. *memor es probè.*
Verum in tonstrina vt sedebam, me insit percontarier:
Ecquem filium Stratonis nouerim Demænetum?
Dico me nouisse extemplò, & me eius seruum prædico
Esse, & ædis demonstraui nostras. L I. *quid tum postea?*
L E. *Ait se ob asinos ferre argentum atriensi* [5] *Sauriæ*
Viginti minas, sed eum sese non nouisse hominem qui siet.
[6] *Quoniam ille eloquutus hæc sit.* L I. *quid tum?*
L E. *ausculta ergo, scies.*
Ipsum verò se nouisse callidè Demænetum.
Extemplò facio facetum me, atque magnificum virum,
Dico [7] *me esse atriensem. sic hoc respondit mihi.*
Ego pol [8] *Sauriam nõ noui, neq; qua facie sit, scio.*
Te non [9] *æquom'st succensere, si herum vis Demænetum:*
Quem ego noui, adduce, argentum non morabor quin feras.
Ego me dixeram adducturum, & me domi præsto fore,
Ille in balneas iturust', inde huc veniet postea.
Quid nunc consilij captandum censes? dic. L I.

1 *Ita Lipsius. at Lamb.* rogita. 2 L. tum tu igitur es d. factus? 3 L. Saureæ 4 L. nempe 5 L. Saureæ 6 L. Quom iam ille. 7 L. med esse 8 L. Sauream 9 L. æquum mi est.

hem istuc ago.
Quomodo argentum interuortam, & aduentorem
& [1] Sauriam.
Iam hoc opus est exasciatum. nam si ille argentum prius
Hospes huc affert, continuò nos ambo excluси sumus.
Nam me hodie senex seduxit solum, seorsum ab ædibus
Mihi, tibiq; interminatu' est nos futuros vlmeos,
[2] Ni hodie Argyrippo essent viginti argenti minæ,
Iussit vel nos atriensem, vel nos vxorem suam
Defraudare, dixit [3] *sese operam promissam dare.*
Nunc tu abi ad forum, [4] *ad herum, & narra hæc, vt acturi sumus.*
Te ex Leonida futurum esse atriensem [5] *Sauriam.*
Dum argentum afferat mercator pro asinis.
L E. *faciam* [6] *vt iubes.*
L I. [7] *Illum ego interea hic oblectabo, prius si fortè aduenerit.*
L E. *Quid ais?* L I. *quid vis?* L E. *Pugno* [8] *malum si tibi percussero,*
Mox cùm [9] *Sauriam imitabor caueto ne succenseas.*
L I. *Hercle verò tu cauebis, ne me attingas si sapis.*
Ne' hodie malo cum auspicio nomẽ cõmutaueris.
L E. *Quæso æquo animo patitor.* L I. [10] *patitor te idem, cùm ego referiam.*
L E. *Dico vt vsu'st fieri.* L I. *dico hercle ego quoq; vt facturus sum.*
L E. *Ne nega.* L I. *quin promitto, inquam, hostire contrà vt meruеris.*
L E. *Ego abeo. tu iam scio, patiere: sed quis hic est? is est,*
Ille est ipsus. iam ego recurro huc, tu hunc interea hic tene.
Volo seni narrare. L I. *quin tuum officium facis ergo ac fugis?*

3. MERCATOR, LIBANVS.

VT demonstratæ sunt mihi, [11] *hasce ædis esse oportet,*
Demænetus vbi dicitur habitare. I puere, pulta
Atque atriensem [12] *Sauriam, si est intus, euocato huc.*
L I. *Quis nostras sic frangit fores? Ohe inquam si quid audis.*
M E. *Nemo etiam tetigit, sanúsne* [13] *es?* L I. *at censebam attigisse,*
Propterea huc [14] *quod iter habebas. nolo ego fores conseruas meas*
A te verberarier sanè ego sũ amicus nostris ædib⁹.
M E. *Pol haud periculum est, cardines ne foribus effringantur,*

1 L Sauream. 2 L. nisi 3 L. operam se promis. 4 L ádque 5 L. Sauream 6 L. vti 7 L. ego illum interea 8 L. malam 9 L Sauream 10 L. patitor tu idem, cùm ego te ref. 11 L. Illasce 12 L. Sauream. 13 L. es tu? 14 L. quia habebas iter.

Si istoc,

Si istoc exemplo tu omnibus qui quærunt respondebis.

L I. *Ita hæc morata ianua'st. extemplo ianitorẽ*
Clamat, procul si quem videt ire ad sese calcitronem.
Sed quid venis? quid quæritas? M E. *Demænetum volebam.*
Si sit domi dicam tibi. M E. *quid eius atriensis?*
L I. *Nihilo magis intus est.* M E. *Vbi est?* L I. *ad tonsorem ire dixit.*
M E. *Quum iuisset, pòst non rediit?* L I. *non ædepol quid volebas?*
M E. *Argenti viginti minas, si adesset, accepisset.*
L I. *Qui pro istuc?* M E. *asinos vẽdidit Pellæo mercatori*
Mercatu. L I. *scio, tu id nunc refers, iam hìc credo eum affuturum.*
M E. *Qua facie nostèr Sauria'est, si is est, iam scire potero.*
L I. *Macilentis malis, rufulus, aliquantum ventriosus,*
Truculentis oculis, commoda statura, tristi fronte.
M E. *Nõ potuit pictor rectius describere eius formam,*
Atque hercle ipsum adeò contuor, quassanti capite incedit.
L I. *Quisque obuiam huic occesserit irato, vapulabit.*
M E. *Siquidem hercle Æacidinis minis, animisque expletus incedit,*
Si me iratus tetigerit, iratus vapulabit.

4. LEONIDA, MERCATOR, LIBANVS.

QVid hoc sit negotij? neminem' meum magnificare dictum?
Libanum in tonstrinam vt iusseram venire, is nullus venit.
Næ ille ædepol tergo & cruribus consuluit haud decorè.
M E. *Nimis imperiosus est.* L I. *væ mihi hodie.*
L E. *saluere iussi*
Libanum libertum: iam manu emissus? L I. *obsecro te.*
L E. *Næ tu hercle cum magno malo mihi obuiã occessisti.*
Cur non venisti, vt iusseram, in tonstrinam? L I. *hic me remoratu'st.*
L E. *Siquidem hercle nunc summum Iouem te dicas detinuisse,*
Atque is precator assiet, malam rem effugies nunquam.

1 L. *quidam addunt* non est. 2 L. abiisset, 3 L. *fortasse vester* 4 L. Saurea est 5 L. cassanti 6 L. Qui qui 7 L. huic hic occi. 8 L. minis expletus animisque incedit. 9 L. hic iratus. 10 L. est. 11 L. meum dictum. 12 L. facere? 13 L. manúne emis. 14 L. moratu'st.

Tu verbero, imperium meum contempsisti. L I. *perij hospes.*
M E. *Quæso hercle noli Sauria mea caussa hunc verberare.*
L E. *Vtinam nunc stimulus in manu mihi sit.*
M E. *quiesce quæso.*
L E. *Qui latera conteram tua, quæ occaluere plagis.*
Abscede hac, sine me hunc perdere, qui semper me incendit ira,
Quoi nunquam vnam rem me licet semel præcipere furi,
Quin centies eadem imperem, atque ogganniam. itaque iam hercle
Clamore ac stomacho, non queo labori suppeditare.
Iussin' sceleste, ab ianua hoc stercus hinc auferri?
Iussin' columnis deijci operas aranearum?
Iussin' in splendorem dari bullas has foribus nostris?
Nihil est, tanquam si claudus sim, cum fust' est ambulandum.
Quia triduum hoc vnum modo foro operam assiduam dederim,
Dum reperiam qui quæritent argentum in fœnus, hic vos
Dormitis interea domi, sat herus in hara, haud ædibus habitat.
Hem ergo hoc tibi. L I B. *hospes te obsecro defende.* M E. *Sauria oro*
Mea caussa vt mittas. L I. *eho, ecquis pro vestura oliui*
Resoluit? L I. *soluit.* L E. *cui datum'st?* L I. *Stitho vicario ipsi*
Tuo. L E. *vah delenire apparas.* *mihi scio vicarium esse,*
Neque eo esse seruom in heri ædibus, qui sit pluris quàm ille est.
Sed vina heri quæ vendidi vinario Exareambo
Iã pro iis satisfecit Stitho? L I. *fecisse satis opinor.*
Nam vidi huc ipsum adducere & rapere in ius Exareambum.
L E. *Sic obsecro quam credidi, vix anno pòst exegi.*
Nunc satagit. adducit domum etiam vltrò & scribit nummos.
Dromo mercedem retulit? L I. *dimidio minus opinor.*
L E. *Quid reliquom?* L I. *aiebat reddere quam extemplo sibi redditum esset.*
Nam retineri, vt quod sit sibi operis locatum efficeret.
L E. *Scyphos quos vtendos dedi Philodamo, retulitne?*

1 L. Saurea. 2 L. Abscede, & sine. 3 L. deiicier 4 L. fusti 5 L. dedi absens. 6 L. atque 7 *al.* En. 8 L. Saurea 9 L. resoluit 10 L. scio mihi. 11 L. ædibus heri 12 huc. 13 L. ad trapezitam Exar. 14 L. dedero prius quàm 15 L. rescribit 16 L. quom. 17 L. *expungenda vox* sibi. 18 L. efficeret locatum.

L I. *Non etiam.* L E. *hem non'si velis* [1] *da, commoda homini amico.*
M E. *Perij hercle, iam hic me abegerit suo odio.*
L I. *heus iam satis tu.*
Audin' quæ loquitur? L E. *audio & quiesco.* M E. *tandem opinor*
Conticuit, nunc adeam optimum est, priusquam incipit tinnire,
Quàm mox mihi operam das? L E. [2] *hem optume, quamdudum tu aduenisti?*
Non hercle te prouideram, quæso ne vitio vortas:
Ita iracundia obstitit oculis. M E. *non mirum factu'st.*
Sed si domist, Demænetum volebam. L E. *negat esse intus.*
Verùm istuc argentum tamen mihi si vis [3] *denumerare,*
Repromittam [4] *istoc nomine solutam rem futuram.*
M E. *Sic potius, vt Demæneto tibi hero præsente reddam.*
L I. *Herus istunc nouit, atque herum hic.* M E. *hero huic præsente reddam.*
L I. *Da modò meo periculo, rem saluam ego exhibebo.*
Nam si sciat noster senex fidem non esse huic habitam,
Succenseat, quoi [5] *omnium rerum ipsius summam credidit.*
L E. *Non magni pendo, ne duit, si non volt, sic sine astet.*
L I. *Da inquam, vah, formido miser ne hic me tibi arbitretur*
Suasisse, sibi ne crederes, da quæso, ac ne formida,
Saluom hercle erit. M E. *Credam fore, dum quidem ipse in manu* [6] *habeo.*
Peregrinus ego sum, [7] *Sauriam non noui.* L I. *at nosce sanè.*
M E. *Sit, non sit, non adepol scio. si is est, eum esse oportet.*
Ego certè me incerto scio hoc daturum nemini homini.
L E. *Hercle istum di omnes* [8] *perdunt, verbo caue supplicassis.*
Ferox est. viginti minas meas tractare sese
Nemo accipit, aufer te domum, abscede hinc, molestus ne sis.
M E. *Nimis iracundè, non decet superbum esse hominem seruom.*
L I. *Malo hercle iam magno tuo, nunc isti nec rectè dicis.*
Impune, nihili' non vides irasci? L E. *perge porrò.*
L I *Flagitium hominis, da obsecro argentũ huic ne malè loquatur,*
L E. *Malum hercle vobis quæritis.* M E. *crura hercle diffringentur.*
Age impudice, ni istum impudicum [1] *percies,*
L I. *perij hercle.*
Sceleste, non audes mihi [2] *sceleste subuenire?*
L E. *Pergin' precari pessumo?* M E. *quæres? tun' libero homini*
Malè seruos loquere? L E. *vapula.* M E. *id quidem tibi hercle fiet,*
Vt vapules, Demænetum simulac conspexero hodie.
In ius voco te. L E. *non eo.* M E. *non is? memento.*
L E. *memini.*
M E. *Dabitur pol suppliciũ mihi de tergo vestro.*
L E. [3] *væ te*
[4] *Tibi quidem supplicium carnufex de nobis detur?*
M E. *Atque etiam pro* [5] *istis maledictis pœnæ pendentur mihi hodie.*
L E. *Quid verbero? ain' tu furcifer? herum nosmet fugitare censes?*
I nunc iam ad herum, quò vocas iamdudum, quo volebas.
M E. *Nunc demum tamen nunquam hinc feres argenti nummum, nisi me*
Dare iusserit Demænetus. L E. *ita facito, age ambula ergo.*
Tu contumeliam alteri facias, tibi non dicatur?
Tam ego homo sum, quàm tu. M E. *scilicet ita res est.* L E. *Sequere hàc ergo,*
Profiscisci' n'. hoc nunc dixerim, nemo etiam me accusauit
Merito meo, neque me Athenis [6] *alter hodiest quisquam*
Qui credi rectè æquè putent. M E. *fortassis, sed tamen me*
Nunquam hodie induces vt tibi credam hoc argentum ignoto.
Lupus est homo homini, non homo, quom qualis sit non nouit.
L E. *Iam nunc* [7] *secunda mihi facis. scibam* [8] *hoc te capitulo hodie*
Facturum satis pro iniuria, quanquam ego sum sordidatus,
Frugi tamen sum, nec potest peculium enumerari.
M E. *Fortasse.* L E. *etiam nunc* [9] *dico? Periphanes* [10] *Rhodius mercator,*
Diues, absente hero solus mihi talentum argenti
Soli annumerauit, & mihi credidit, neque [11] *deceptus in eo.*
M E. *Fortasse.* L E. *atque etiam tu quoque ipse si esses percunctatus*
Me ex aliis, scio pol crederes, nunc quod fers.
M E. *haud negassim.*

1 L. percuties. *& est comminatio cum aposiopesi. si punctum (olloces post* diffringentur. 2 L. sceleste 3 L. væ tibi. 4 L. Quid enim suppl. tibi carn. 5 L. vestris. 6 L. est alter hodie quis. 7 *Lips.* secundas 8 L. huic. 9 L. dico. 10 L. Rhodo 11 L. deceptus

1 L. *Videtur legendum.* dare. 2 L. ehem. 3 L. dinumerare. 4 L. istoc tibi nomine 5 L. omnium summam rerum ipsius semper credit. 6 L. habeo. 7 L. Sauream 8 L. perduint

ACTVS III.

CLEÆRETA *lena*, PHILENIVM *meretrix.*

CL. NEqueon' ego 1 te interdictis facere manſuetam meis?
An 2 *ita es animata, vt* 3 *quæ expers matris imperij ſies?*
PH. *Vbi piem pietatem, ſi iſto more moratã tibi*
Poſtulem placere? mater mihi quo pacto præcipis?
C. *An decorum eſt aduorſari meis te præceptis?*
PHI. *quid eſt?*
C. *Hoccine eſt pietatem colere, matris imperium minuere?*
P. *Neque quæ rectè faciunt culpo, neque quæ delinquunt amo.*
CL. *Satis dicacula es amatrix.* PH. *mater is* 4 *quæſtus mihiſt.*
Lingua poſcit, corpus quærit, animus orat, res monet.
C. *Ego te volui caſtigare, tu mi accuſatrix ades.*
P. *Neque* 5 *pol te accuſo, neque* 6 *id me facere fas exiſtumo.*
Verùm ego meas queror fortunas, quom 7 *eo, quem amo, prohibeor.*
C. *Ergo vna* 8 *orationis pars de die dabitur* 9 *mihi?*
P. *Et meam partem loquẽdi, & tuam trado tibi,*
Ad loquendum, atque ad tacendum, tute habeas portiſculum.
Quin pol ſi repoſiui remum, ſola ego in caſteria
Vbi quieſco, omnis familiæ cauſa conſiſtit tibi.
CL. *Quid ais tu, quam ego vnam vidi mulierem audaciſſimam?*
Quoties te vetui, Argyrippum filium Demæneti
Compellare aut cõtrectare: colloquive, aut contui?
Quid dedit? quid deportari iuſſit ad nos? an' tu. tibi
Verba blanda eſſe aurum rere? dicta docta pro datis?
Vltro amas, vltro expeteſſis, vltro ad te 10 *accerſi iubes.*
11 *Qui dant eos derides: qui deludunt deperis.*
An te id expectare oportet, ſi quis promittat tibi,
Te futurã diuitem 12 *eſſe ſi moriatur mater ſua?*
Ecaſtor nobis 13 *periculũ & familiæ portenditur,*
Dum eius' expectamus mortem, ne nos moriamur fame.
Nunc adeò niſi mihi 14 *huic argenti affert viginti minas,*
Næ ille ecaſtor hinc trudetur largus lacrumarum foras.
Hic dies ſummuſt apud me inopiæ excuſatio.

1 *L. videtur legendum* ted *metri cauſa.*
2 *L.* ita tu es 3 *L.* qui *pro quæ.* 4 *L.* quęſtuſt mihi. 5 *L* ed pol. 6 *L.* me id f. 7 *L.* illo 8 *L.* pars orationis d. 9 *L.* mihi *ſine interrogationis nota.* 10 *L.* arceſſi 11 L. Illos qui dant deridesteos, qui deludunt. 12 *Expungenda vox* eſſe. 13 *L* periculum magnum & 14 huc

PH. *Patior, ſi cibo carere me iubeas, mater mea.*
C. *Non veto* 1 *te amare qui dant, qua amentur gratia.*
PH. *Quid ſi hic animus occupatuſt mater? quid faciam? mone* C. *hem*
Meum caput contemples, ſiquidem ex re conſultas tua.
PH. *Etiam oppilio qui paſcit mater alienas ouis,*
Aliquam habet peculiarem, qui' ſpem ſoletur ſuam.
Sine me amare 2 *hunc vnum Argyrippum animi cauſa quem volo.*
C. *Intrò abi. nam te quidem ædepol nihil eſt impudentius.*
PH. *Audientem dicto mater produxiſti filiam.*

2. LEONIDA, LIBANVS, *ſerui duo.*

LE PErfidiæ laudes gratiáſque habemus meritò 3 *Dis magnas,*
Quom noſtris ſycophantiis, dolis, aſtutiiſque,
Scapularum confidentia, virtute 4 *vlmorum freti,*
Aduorſum ſtimulos, laminas, crucéſque compedéſque,
Neruos, catenas, carceres, numellas, pedicas, boias,
Indoctoréſq; acerrumos, gnaróſque noſtri tergi,
Qui ſæpe antè in noſtras ſcapulas cicatrices indiderunt
5 *Eas nunc legiones,* 6 *copiáſque exercitúſque* 7 *furum*
Vi pugnando periuriis noſtris euge potiti,
Id virtute huius collegæ, meáque comitate
Factuſt. LI. *qui me vir* 8 *eſt fortior ad ſufferendas plagas?*
LE. *Ædepol virtutes qui tuas nunc poſſit collaudare,*
Sicut ego poſſum, quæ domi duellique malè feciſti,
Næ 9 *illa ædepol pro merito tuo* 10 *nunc memorari multa* 11 *poſſint*
Vbi fidentem fraudaueris, vbi hero infidelis fueris:
Vbi verbis conceptis ſciens libenter periuraris.
Vbi parietes perfoderis, in furto vbi ſis 12 *deprehenſus.*
Vbi ſæpe cauſam dixeris pendens aduerſus octo,
13 *Articos viros, valentis virgatores.*
LI. *Fateor profectò vt prædicas Leonida, eſſe vera.*
Verum ædepol næ 14 *& tua quoque malefacta iterari multa*

1 ted 2 *Expungenda vox* hunc 3 *Expungenda vox* Dis 4 *L.* humerorum *licet etiam legere* amorum, *eodem ſenſu.* 5 L Ea 6 *L.* copiæ 7 *al.* eorum *L. malit* noſtrum 8 *L.* fortior eſt ad 9 *L.* ille 10 *L.* nunc tuo 11 L. poſsit. 12 *L.* prehenſus 13 *L.* Artitos audaciaviros. 14 *L.* tua etiam quoque

Et vera possunt, vbi sciens fideli insidus fueris.
Vbi prehensus in furto sies, & manufesto verberatus,
Vbi periuraris, vbi sacro manus sis admolitus,
Vbi heris damno, molestiæ, & dedecori sæpe fueris.
Vbi creditum tibi quod sic, tibi datum esse pernegaris.
Vbi amicæ quam amico tuo fueris magis fidelis.
Vbi sæpe ad lãguorem tua duritia dederis octo
Validos lictoris vlmeis 1 *affectos lentis virgis.*
Num male relata est gratia? 2 *collegam collaudaui.*
LE. *Vt méque téque maxumè atque* 3 *ingento nostro decuit.*
LI. *Iam omitte ista, atque hoc quod rogo, respondе.* LE. *rogita quod vis.*
LI. *Argenti viginti minas habésne?* LE. *ariolare,*
Ædepol senem Demænetum lepidum fuisse nobis,
Vt assimulabat 4 *Sauriam* 5 *me esse quàm facetè?*
Aegrè nimis risum continui, vbi hospitem inclamauit,
Quod se absente mihi fidem habere noluisset.
Vt memoriter me 6 *Sauriam vocabat atriensem.*
LI. *Manedum.* LE. *quid est?* LI. *Philenium éstne hæc quæ intus exit?*
Atque Argyrippus vna. LE. 7 *opprime os, is est, subauscultemus.*
Lacrumantem lacinia tenet lacrumas, quid nam esse dicam?
Tacitè auscultemus. LI. *at at modò heeclè in mentem venit.*
Nimis vellem habere perticam. LE. *qoi rei?* LI. *qui verberarem*
Asinos si fortè occœperint clamare hinc ex crumena.

3. ARGYRIPPVS, PHILENIVM, LIBANVS, LEONIDA.

AR. *CVr me* 8 *retentas?* PH. *quia tui amans abeuntis egeo.*
A. *Vale.* PH. *aliquanto amplius valerem ego,* 9 *si hic maneres.*
A. *Salue.* P. *saluere me iubes, qoi tu abiens affers morbum?*
A. *Mater mihi supremum tua dixit, domum ire iussit.*
P. *Acerbum funus filiæ* 10 *faciet si te carendũ est.*
LI. *Homo hercle hinc* 11 *exclusust foras.* LE. *ita res est.* AR. *mitte quæso.*
PH. *Quò nunc abis? quin tu hic manes?* AR. 12 *mox si voles, manebo.*
LI. 13 *Audin' hunc? opera vt largus est nocturna'*

1 L. affectus 2 L. vt collegã collaudaui? 3 L. ingenium nostrum *nisi fit metalepsis, decuit pro dignũ fuit, vt* méq. téq. *sint abla. cas.* 4 L. Sauream 5 L. med 6 L. Sauream 7 L. os opprime, 8 L. retentas nunc' 9 L. si tu hic 10 L. facit, 11 L. exrusust. 12 *Lips.* nox. *antiquè pro noctu ἀρχαϊσμὸς* 13 *Audin'* tu hunc?

nunc 1 *enim est*
Negotiosus interdius videlicet Solon est,
Leges vt conscribat, quibus se populus teneat. gerra.
Qui sese parere apparent huius legibus, profectò
Nunquam bonæ frugi sient dies noctesq; potent. 610
LE. *Næ iste hercle ab ista non pedem discedat, si licessit,*
Qui nunc festinat, atque ab hac minatur sese abire.
LI. *Sermoni iam finem face tuo, huius sermonem accipiam.*
A. *Vale.* P. 2 *quò properas?* A. *bene vale, apud Orcum te videbo.*
Nam equidem me iam quantum potest 3 *ab vi-* 615
ta abiudicabo.
P. *Cur tu obsecro, immerito meo me morti dedere optas?*
AR. *Ego te? quam si intelligam deficere vita, iam ipse*
Vitam meam tibi largiar, & de mea ad tuam addam.
P. *Cur ergo minitaris tibi te vitam esse amissurum?*
Nam quid me facturum putas, 4 *si istuc, quod* 620
dicis, faxis.
Mihi certust, efficere in me omnia eadem quæ tu in te faxis.
AR. *O melle dulci dulcior mihi tu es.* PH. *certè enim tu vita es*
Mihi. complectere. AR. *facio lubens.* PH. *vtinam sic efferamur.*
LE. 5 *O Libane, vt miser est homo qui amat!* LI. *imò hercle verò,*
Qui pendet, multò est miserior. LE. *scio, qui pe-* 625
riculum feci,
Circumsistam° *alter hinc, hinc alter appellemus.*
LI. *Here salue.* 6 *sed num fumus' est hæc mulier quam amplexare?*
AR. *Quidum?* LI. *quia oculi sunt tibi lacrumantes, ego rogaui.*
AR. *Patronus qui vobis fuit futurus, perdidistis.*
LI. *Equidem hercle nullum perdidi, ideo quia* 630
nunquam vllum 7 *habui.*
LE. *Philenium salue.* PH. *dabunt di, quæ velitis, vobis.*
LI. *Noctem tuam & vini cadum velim si optata fiant.*
AR. *Verbum caue faxis verbero.* LI. *tibi equidem, non mihi opto.*
AR. *Tum tu igitur loquere quod lubet.* LI. *hunc hercle verberare.*
LE. *Quisnam istuc accredat tibi, cinæde calami-* 635
strate?
Tun' verberes, qui pro cibo habeas te verberari?

1 L. enim hic est 2 L. quò nunc prop. 3 L. à Vita 4 *interrogationis nota post* faxis *collocanda* 5 L. O Libane, Libano, vt 6 *Ante hæc verba ponendum est Leonida nomen.* 7 L. legendum fortasis habuui, *aut claudicet versus.*

AR.

AR. *Vt vestræ fortunæ meis præcedunt Libane longè*
Hodie qui nunquam ad vesperum vinam! LI. *quapropter quæso?*
AR. *Quia ego hanc amo, & hæc me amat:* 1 *huic quod dem nusquam quicquamst.*
Hinc 2 *me clamantem ex ædibus* 3 *abegit huius mater*
Argenti viginti minæ 4 *me ad mortem appulerunt.*
Quas hodie adolescens Diabolus ipsi 5 *daturum se dixit.*
Vt hanc ne quoquam mitteret, nisi ad se, hunc annum totum.
Videtin' viginti minæ quid pollent, quidve possunt?
Ille qui illas perdit, saluus est: ego qui non perdo, pereo.
LI. *Iam dedit argentum?* AR. *non dedit.* LI. *bono animo es, ne formida.*
LE. *Secede huc Libane, te volo.* LI. *si quid vis.*
AR. *obsecro vos.*
Eadem istac opera suauius est cõplexos fabulari.
LI. *Non* 6 *eadem omnia æque omnibus here suauia esse scito.*
Vobis est suaue amantibus complexos fabulari.
Ego complexum huius nihil moror, meum autem hic aspernatur.
Proinde istud facias ipse, quod faciamus nobis suades.
AR. *Ego verò & quidem ædepol lubens, interea si videtur*
Concedite istuc. LE. *vin' herum deludi?* LI. *dignust sanè.*
LE. *Vin' faciam vt me Philenium præsente hoc amplexetur?*
LI. *Cupio hercle.* LE. *sequere hac.* AR. *ecquid* 7 *sultis locuti?*
LE. *Auscultate, atque operam date, & mea dicta deuorate,*
Primùm omnium seruos tuos nos esse non negamus:
Sed si tibi minæ viginti argenti proferentur,
Quo nos vocabis nomine? AR. *libertos.* LE. 8 *at non patronos?*
AR. *Id potius.* LE. *viginti minæ hic insunt'* 9 *in crumena.*
Has ego si vis, tibi dabo. AR. *di te seruassint semper,*
Custos herilis, decus 10 *populi, thesaurus copiarũ,*
Salus interioris corporis, amorisque imperator:
Hic pone, hic istam colloca 11 *crumenam in* 12 *loco planè*
LE. *Nolo ego te, qui herus sis, mihi onus istuc*
sustinere.
AR. *Quin tu labore liberas te, atque istam* 1 *imponis in me.*
LE. *Ego baiulabo, tu, vt decet dominum, ante me ito inanis.*
RA. *Quid nunc? quid est? quin tradis huc* 2 *crumenam impressatum herum?*
LE. 3 *Hanc qui daturus, hanc iube petere atque orare mecum.*
Nam istuc procliue est, quod iubes, 4 *planè collocare.*
PH. *Da meus ocellus,* 5 *mea rosa, mi anime, mea voluptas,*
Leonida, argentum mihi, ne nos deiunge amãtis.
LE. *Dic igitur me tuum passerculum, gallinam, coturnicem,*
Agnellum, hœdillum me tuum dic esse, vel vitellum,
Prehende 6 *auriculas, compara labella cum labellis.*
AR. *Ten' osculetur verbero?* LE. *quàm verò indignum visum est?*
Atqui pol hodie, non feres, ni genua confricantur.
AR. *Quid vis? egestas imperat, fricentur, da nunc quod oro.*
PH. *Age mi Leonida, obsecro fer amanti hero salutem.*
Redime istoc beneficio te ab hoc, & tibi eme hunc isto argento.
LE. *Nimis bella es atque amabilis: & si hoc esset* 7 *meum hodie,*
Nunquam 8 *remorarem quin darem:* 9 *illum te orare meliust.*
Illic hãc mihi seruandam dedit. I *sanè bella bellè.*
Cape hoc sis Libane. AR. *furcifer etiam me delusisti?*
LE. *Nunquam hercle facerem, genua ni tam nequiter fricares.*
Agesis, tu in partem nunc iam hunc delude, atque 10 *amplexare hanc.*
LI. *Taceas, me spectes.* AR. *quin ad hunc Philenium aggredimur:*
Virum quidem pol optumum, & non similem furis huius.
LI. *Inambulandum est, nunc mihi vicissim supplicabunt.*
ARGY. *Quæso hercle Libane sis, herum tuis factis* 11 *sospitari*
Da mihi istas viginti minas. vides me amantem egere.
LI. *Videbitur, factum volo, redito huc conticinio.*
Nunc istanc tantisper tibe petere atque orare mecum.
PH. *Amandóne exorarier* 12 *vis te, an osculando?*

1 L. quod ego dem 2 L. med amantem 3 L. deiecit *al.* disiecit *al.* eiecit 4 L. me modò 5 L. se daturum *At Lipsius ex v. c.* daturus dixit. *vt sit hellenismus.* 6 L omnia eadem 7 L. est salutis? satis locuti 8 *expungenda particula* at 9 L. in hac crumena. 10 L. popli. 11 L. cruminam 12 L. collo.

1 L. ponis in me? 2 L. cruminam ære pressatam 3 L. Isthanc 4 L. me plane, 5 L. da mea rosa, da mi an da mea 6 L. auriculis 7 *Distinguendum post* meum. 8 L. me orares *al.* morarer. 9 L. nunc illũ 10 L. hanc amplexare, 11 sine sospitari. 12 L. te vis.

LI. 1 *Enimuerò vtrunque.* PH. *ego* 2 *obsecro, & tu vtrunque nostrum serua.*

ARGY. *O Libane mi patrone, mihi trade istuc, magis decorust,*

Libertum potius quàm patronum onus in via portare.

PH. *O Libane, ocellus aureus, donum decúsque amoris.*

Amabò faciam quod voles. da istuc argentum nobis.

LIB. *Dic igitur me tibi anaticulam, columbam, vel catellum,*

Hirundinem, monedulam 3 *putillum passerculum.*

Fac proserpentem 4 *bestiam, duplicem vt habeam linguam:*

Circundatoque me brachiis: meúmque collum circumplecte.

AR. *Ten' complectatur carnufex?* LI. *quàm verò indignus videor?*

Ne istuc 5 *nec quicquam dixeris tam indignum* 6 *in me dictum.*

Vehes pol hodie me, siquidem hoc argentum ferre speres.

ARG. *Ten' ego veham?* LIB. *tun' hoc feras argentum* 7 *aliter à me?*

ARG. *Perij hercle* 8 *si verum quidem est decorum, herum vehere seruum.*

Inscende. LI. *sic istic solent superbi subdomari.*

Hem sic, abi, laudo, nec te equo magis est equus vllus sapiens.

AR. *Inscende actutum.* LI. *ego fecero, hem quid* 9 *istuc? vt tu incedis?*

Demam hercle 10 *iam de hordeo.* 11 *tollutim ni?* 12 *badizas.*

AR. *Amabo Libane, iam sat est.* LI. *nunquam hercle hodie exorabis,*

Nam iam calcari quadrupedem agitabo aduorsum cliuum,

13 *Postea ad pistores dabo, vt ibi cruciere currens,*

Asta vt descendam nunc iam in procliui, quanquam nequam es.

ARGY. *Quid nunc, quoniam ambo, vt est lubitum, nos delusistis,*

Datisne argentum? LIB. *siquidem mihi statuam & aram statuis,*

Atque vt Deo mihi hic immolas bouem: nam ego tibi salus sum.

LE. *Etiam tu here istunc amoues abs te, atque ipse me* 14 *aggredere,*

Atque illa sibi quæ hic iusserat mihi statuis nũc,

supplicásque?

AR. *Quem te autem* 1 *deum nominem?* LE. 2 *Fortunam atque Obsequelam.*

ARG. *Iam istoc es melior.* LI B. *an quid est homini salute melius?*

ARGY. *Licet laudem fortunam, tamen vt ne* 715 *salutem culpem.*

PHI. *Ecastor ambæ sunt bonæ.* ARG. *sciam vbi boni quid dederint.*

LE. *Opta id quod vt contingat tibi vis.* AR. *quid si optaro.* LE. *eueniet.*

AR. *Opto annum hunc perpetuum mihi huius operas.* LE. *impetrasti.*

AR. *Ain verò?* LE. *certè inquam.* LI. *ad me adi vicissim atque experire,*

Exopta id quod vis maxumè tibi euenire, siet. 720

AR. *Quid ego aliud exoptem amplius,* 3 *nisi cuius inopia'st?*

Viginti argenti commodas minas huius 4 *quidem matri?*

LI. *Dabuntur, animò sis bono,* 5 *facilè exoptata obtingent.*

AR. *Vt consueuere, homines salus frustratur & fortuna.*

LE. *Ego caput huic argento fui hodie reperiundo.* 735

LI. *Ego pes fui.* AR. *quin nec caput nec pes sermonis apparet.*

Nec quid dicatis, nec cur me ludatis scire possum.

LI. *Satis iam delusum censeo, rem vt est, nunc eloquamur.*

Animum Argyrippe aduorte sis. pater nos ferre hoc iussit

Argentum ad te. A. *vt tempore opportunéque attulistis!* 740

LI. *Hic inerunt viginti minæ bonæ mala operæ partæ.*

Has tibi nos pactis legib. dare iussit. AR. *quid id est quæso?*

LI. *Noctem huius & cœnam sibi vt dares.* A. *iube aduenire quæso.*

Meritissumo eius quæ volet faciemus, qui hosce amores

Nostros dispulsos compulit. LE. *patieris Argy-* 745 *rippe,*

Patrem hanc amplexari tuum? AR. *hæc facile faciet vt patiar.*

Leonida curre obsecro, patrem huc orato vt veniat.

LI. *Iamdudum est intus. Hæc quidem non venit angiporto.*

Illac per ortum circuit clam, ne quis se videret

Huc ire familiarium: ne vxor resciscat metuit. 750

De argento 6 *ni mater tua sciat vt sit factum.*

AR. 7 *heia.*

1 L. Immò vero vtraque 2 *L.* obsecro te, & vtrunque, *sublato* tu 3 *Expungenda vox* putillum 4 L. bestiam me, duplicem 5 *L.* nequicquam 6 L dictum tu in me 7 L. hinc aliter 8 *L.* verùm si quidem *Versum hunc temerè sublatum restituit L. ex V. c.* Adsta igitur, vt consuetus es puer olim, scis vt dicam? 9 *L.* istuc est? 10 iam tibi de or. 11 *L.* tolutim, *vnico l.* 12 *L.* badissas.

13 *L.* Tum postea 14 L. aggredire?

1 *L.* nominem deum? 2 *Lips.* Fortunam atque obsequentem. *colebatur Roma fortuna obsequens.*

3 L. nisi illud cuius 4 L. quasdam 5 *Vatic.* face, *al.* facie, *Lipsius affirmat Plautum scripsisse* faciem *antiquè pro faciam.* 6 L. si 7 L. eia

Bene-

Benedicite, ite intrò citò, valete. ME. *& vos amate.*

ACTVS IIII.

DIABOLVS *adolescens*, PARASITVS.

DI. *AGedum istum ostende quem conscripsisti syngraphum*
Inter me & amicam & lænam. Leges pellege.
Nam tu poeta es prorsus ad eam rem vnicus.
PA. *Horrescet saxo læna, leges quom audiet.*
DI. *Age quæso mi hercle translege.* PA. *audin.*
DI. *audio.*
PA. *Diabolus* [1] *Niglauci filius Clearetæ,*
Lenæ dedit dono argenti viginti minas.
Philenium vt secum esset noctes & dies
Hunc annum totum. DI. *neque cum quiquam alio quidem*
PA. *Addone?* DI. *adde: vt scribas, vide, planè & probè.*
PA. [2] *Alienum hominem intromittat neminem*
Quòd illa aut [3] *amicum aut patronum nominet.*
Aut quòd illa [4] *amica, amatorem prædicet:*
Fores occlusæ omnibus sient, nisi tibi,
In foribus scribat occupatam esse se.
Aut quòd illa dicat peregrè allatam epistolam
Ne epistola quidem [5] *vlla sit in ædibus.*
Nec cerata adeo tabula & si qua inutilis
Pictura sit, eam vendat ni quatriduo
Abalcenarit, quo ex te argentum acceperit,
Tuus arbitratus sit, comburas si velis:
Ne [6] *vlla sit cera, vbi facere possit literas.*
Vocet conuiuam neminem, illam tu voces
Ad [7] *forum ne quem illa oculos adiiciat suos.*
Si quem alium aspexit, caca continuò siet.
Tecum vna postea æquè pocula potitet.
Abs ted' accipiat, tibi propinet, tu bibas,
Ne illa minus, aut plus quàm tu sapiat. DI. *satis placet.*
PA. *Suspiciones omnes ab se segreget.*
Neque illac [8] *vlli pede pedem homini premat.*
Quum surgat, [9] *neque in lectum inscendat proximum,*
Neq; cum descendat, inde det cuiquam manum:
Spectandum ne [10] *quoiquam annulum det, neq; roget.*
Talos ne quoiquam homini admoueat, nisi tibi.
Quom iaciet, te ne dicat, nomen nominet.
Deam sibi inuocet quam lubebit propitiam:
Deum nullum, si magis religiosa fuerit,
Tibi dicat, tu pro illa ores, vt sit propitius.
Neque illa vlli homini nutet, nictet, annuat.
Pòst, si lucerna extincta sit, ne quid sui
Membri commoueat quicquam in tenebris. DI. *optumust.*

1 *L.* Glauci
2 *L.* Hominem alienumque int. 3 *L.* amicum suum, 4 L. amicam suam, aut sororem prę.
5 *L.* vlla vspiam sit 6 *L.* illi 7 L. eorum
8 L. vlli suo pede 9 *L.* non 10 L. cui ann.

Ita scilicet facturam. verùm in cubiculo
Deme istuc, equidem illam moueri gestito.
Nolo habere illam causam, & [1] *votitam dicere.*
PA. *Scio, captiones metuis.* DI. *verum.* PA. *ergo vt iubes,*
Tollam. DI. *quid ni?* PA. *audi reliqua.* DI. *loquere, audio.*
PA. *Neque vllum verbum faciat' perplexabile,*
Neque vlla lingua sciat loqui nisi Attica.
Fortè si tussire occœpsit, ne sic tussiat,
Vt quoiquam linguam in tussiendo proferat.
Quod illa autem simulet quasi grauedo profluat,
Hoc ne sic faciat: tu labellum abstergeas.
Potius quam quoiquam [2] *saliuiã faciat palàm.*
Nec mater læna ad vinum accedat interim,
Nec vlli verbo male dicat. si dixerit,
Hæc multa ei esto, vino viginti dies
Vt careat. DI. *pulchrè scripsti, scitum syngraphum.*
PA. *Tum si coronas, serta, vnguenta iusserit*
Ancillam [3] *ferre Veneri aut Cupidini,*
[4] *Tuus obseruet, Venerine eas det, an viro.*
Si forte [5] *puras* [6] *velle habere dixerit,*
Tot reddat spurcas quot puras [7] *habuerit.*
Hæc sunt non nugæ non enim mortualia.
DI. *Placent profectò leges. sequere intrò.* P. *sequor.*

2. DIABOLVS, PARASITVS.

SEquere hac, egon' hæc patiar? aut taceam? mori
Me malim, quàm hæc non eius vxori indicem.
Ain tu apud amicam? munus adolescentuli
Fungare, vxori excuses te & dicas senem?
Præripias scortum amanti? atque argentum obijcias
Lenæ? suppiles clàm domi vxorem tuam?
[8] *Suppendas potius me, quàm tacita hæc auferas.*
Iam quidem hercle ad illam hinc ibo, quam tu propediem,
Nisi quidem illa antè occupassit te, [9] *effliges scio.*
Luxuriæ sumptus suppeditare vt possies.
Eho sic faciundum censeo, me honestiust
Quam te palam hanc rem facere, ne illa existumet.
Amoris causa percitum id fecisse te.
Magis quàm sua causa. DI. *at pol quin dixti rectius.*
Tu ergo [10] *face vt illi turbas, lites concias.*
Cum suo sibi gnato vnà ad amicam de die
[11] *Hunc potitare, illam expilare iam.* PA. *ne me mone.*
Ego istud curabo. DI. *at ego te opperiar domi.*

1 votitam *quæ scriptura rectior videtur Lamb.*
2 L. suauium.
3 *L.* ferre suam Ven.
4 *L.* Tuus seruus seruet 5 L. purè 6 *Fortè legendum* velle se hab.
7 *L.* habuerit.
8 *L.* Suspendas 9 *L.* affliges 10 *L.* fac
11 Potare illam

ACTVS V.

ARGYRIPPVS *adolescens*, DEMÆNETVS *senex*.

AR. Acedum decumbamus *sis pater*. DE. *vt iusseris*,
Mi gnate, ita fiet. AR. *pueri mensam apponite*.
DE. *Nunc quidnam tibi molestus mi* [1] *gnate, si* [2] *hæc mecum accubat?*
AR. *Pietas pater, oculis dolorem prohibet, quãquam ego istanc amo,*
Possum equidem inducere animum, ne ægrè patiar, [3] *quòd tecum accubat.*
DE. *Decet verecundum esse adolescentem Argyrippe*. AR. *edepol pater,*
Merito tuo facere possum. DE. *age ergo hoc agitemus conuiuium.*
Vino & sermone suaui nolo ego metui, amari mauolo
Mi gnate, me abs te. AR. *pol ego vtrunque facio, vt æquum est filium.*
DE. *Credam istuc si esse te* [4] *hilarem videro*. AR. *an tu esse me tristem putas?*
DE. *Putem ego quem videam æquè esse mœstum* [5] *vt quasi dies si dicta sit.*
A. *Ne dixis' istuc*. DE. *ne sic fueris, illico ego non dixero.*
AR. *Hem aspecta, rideo*. DE. *vtinam malè qui mihi volunt, sic rideant.*
AR. *Scio equidem, quamobrem me pater tu tristem credas nunc tibi,*
Quia [6] *istæc est tecum. atque ego quidem hercle vt verum tibi dicam, pater,*
Ea res me malè habet, [7] *ac non eò, quin tibi non cupiam quæ velis.*
Verùm istam amo, aliam tecum esse equidem facilè possim perpeti.
DE. *At ego hanc volo*. AR. *ergo sunt quæ exoptas*. [8] DE. *mihi quæ ego exoptem volo,*
Vnum hunc diem perpetere, quoniam tibi potestatem dedi,
Cum hac annum vt esses, atque amanti argenti feci copiam.
AR. *Hem istoc me facto tibi deuinxti*. DE. *quin te ergo* [9] *hilarem das mihi?*

2. ARTEMONA *mulier*, PARASITVS, DEMÆNETVS, ARGYRIPPVS, PHILENIVM, *meretrix*.

AR. An *tu meum virum hic potare obsecro cum filio?*
Et ad amicam detulisse argenti viginti minas?
Meóque [10] *sciente filio id facere flagitium patrem?*

PA. *Neque diuini, neque mi humani* [1] *quicquam accreduas*
Artemona, si huius rei [2] *esse mẽdacem inueneris.*
AR. [3] *Ah sceleste, ego prater alias meum virum fui rata*
Siccum, frugi, continentem, amantem vxoris maxumè.
PA. *At nunc dehinc scito illum ante omnes minimi mortales* [4] *precij*
Maximum, nihili, incontinentem, atque osorem vxoris suæ.
AR. *Pol, ni vera ista essent, nunquam faceret ea quæ nunc facit.*
PA. *Ego quoque hercle illum antehac hominem semper sum frugi ratus,*
Verùm hoc factò sese ostendit, qui quidẽ cum filio
Potet vnà, atque vnà amicam ducter decrepitus senex.
ART. *Hoc ecastor est quòd ille it ad cœnam cotidie.*
Ait sese ire ad Archidemum, Chæream, Charestratum.
[5] *Chrestum, Chremem, Cratinum, Dineam, Demosthenem.*
Is apud scortum corruptelæ, & liberis lustris studet.
PA. *Quin tu illum iubes puellas rapere sublimem domum?*
ART. *Tace modò, ne illum mecastor miserum habebo*. PA. *ego istuc scio,*
Ita fore, illi dii quidem cum illo nupta eris. AR. *ego censeo*
Eum etiam hominem [6] *senatui dari operam, aut clientibus.*
Ibi labore delassatum noctem totam stertere.
Illi opere foris faciundo lassus noctu aduenit.
Fundum alienum arat, incultum familiarem deserit.
Is etiam corruptus, porrò suum corrumpit filium.
PA. *Sequere hac me modò, iam faxo ipsum hominem manufestò opprimas:*
ART. *Nihil ecastor est quod facere mauelim.*
PA. *mane dum*. ART. *quid est?*
PA. *Possis si fortè accubantem tuum virum conspexeris,*
Cum corona amplexum amicam si videas, cognoscere?
ART. [7] *Possum ecastor*. PAR. [8] *hem tibi hominem*. ART. *perij*. PAR. *paulisper mane.*
Aucupemus ex insidijs clanculum quam rem gerant.
AR. *Quid modi pater amplexandi facies?* DE. *fateor gnate mi.*
AR. *Quid fatêre?* DE. *me ex amore huius* [9] *corruptum oppido.*

1 *L.* gnate mi, 2 *L.* hęc nunc mecum
3 *L* quia 4 *L.* hilarum. 5 *Expungendum.* vt 6 *L.* ista'st 7 *L.* ac 8 *Tollendum hinc Demaneti nomẽ, & ponendũ initio sequentis vers.* Vnũ &c.
9 *al.* hilarum 10 *L.* filio sciente id

1 *L.* posthac quicquam 2 *L.* me esse mend.
3 *L.* At 4 *L.* preci,
5 *L.* Cliniam 6 *L.* in senatu 7 *L.* malit Possim
8 *L.* malit En tibi
9 *L.* corruptum esse opp. *Vatic.* opt. correptum esse.

PA.

PA. *Audin quid ait?* ART *audio.* DE. *egon' vt non domo vxori meæ*
890 *Surripiam in deliciis pallam quam habet, atque ad te deferam?*
Non ædepol conduci possim vita vxoris annua.
PA. *Censen' tu illunc hodie primum ire* [1] *assuetum in ganeum?*
ART. *Ille ecastor suppilabat me, quòd ancillas meas*
Suspicabar atque insontis miseras cruciabam. AR. *pater*
895 *Iube dare vinum, iamdudum factum est, quum primùm bibi.*
DE. *Da puere ab summo, age tu interibi ab infimo da* [2] *sauium.*
AR. *Perij misera, vt osculatur carnufex capuli decus.*
DE. [3] *Animam ædepol suauiorem aliquanto quàm vxoris meæ.*
PHI. *Dic amabò, an fœtet anima vxoris tuæ?* DE. *nauseam*
900 *Bibere malim, si necessum est, quàm* [4] *illam osculari er.*
ART. *Miser ecastor es.* PA. *mecastor dignus est.* AR. *quid ais pater?*
ART. *Ain' tandem?* [5] *næ tu istuc cum magno malo tuo*
Dixisti in me, sine venias modò domum, faxo vt scias,
Quid pericli sit dotatæ vxori conuicium dicere.
905 AR. *Ecquid matrem amas?* DE. *egone? illam nunc amo, quia non adest.*
AR. *Quid quom adest?* DE. *periisse cupio.* PA. *amat homo te hic, vt prædicat.*
AR. *Næ ille ecastor fœneratò funditat. nam si domum*
Redierit hodie, osculando ego vlciscar potissimum.
AR. *Iace pater talos, vt porrò nos iaciamus.* D. *maxumè.*
910 *Te Philenium mihi, atque vxori mortem. hoc Venerium est.*
Pueri plaudite, & mihi ob iactum cantharo multum date.
AR. *Non queo durare.* PA. *si non didicisti fullonicam,*
Nõ [6] *miranduſt. in oculos* [7] *inuadere optumũ est.*
AR. *ego pol viuam, & tu isthæc hodie cum tuo magno malo*
915 *Inuocauisti.* PA. *ecquis currit pollinctorem* [8] *accersere?*
AR. *Mater salue.* ART. [9] *sic salutas?* PA. [10] *Mortuus est Demænetus.*
Tempus est subducere hinc me pulchrè, hoc gliscit prælium.
Ibo ad Diabolum, mandata dicam facta vt voluerit.
Atque interea vt [1] *decumbamus suadebo hi dum litigant.*
[2] *Pòst domum hunc cras adducam ad lænam, vt viginti minas* 920
Ei det, [3] *in parte, hac amãti vt liceat ei potirier.*
Argyrippus exorari, spero, poterit, vt sinat.
Sese alternas cum illo noctes hac frui nam ni impetro,
Regem perdidi. ex amore tantum est homini incendium.
ART. *Quid tibi huc receptio ad te est meum virum?* PH. *pol me quidem* 925
Miseram odio [4] *enicauit.* AR. [5] *surge amator, i domum.*
DE. *Nullus sum.* ART. *Immo es, ne negato omnium pol nequissimus.*
At etiam cubat [6] *cuculus. surge amator, i domũ.*
DE. *Væ mihi.* ART. *vera ariolare, surge amator, i domum.*
DE. *Abscede ergo paululum* [7] *istinc.* ART. *surge amator, i domum.* 930
DE. *Iam obsecro vxor.* ART. *Nunc vxorem me esse meministi tuam?*
Modò quom dicta in me ingerebas, odium, non vxor eram.
D. *Totus perij.* ART. *quid tandem, anima fœtétne vxoris tuæ?*
D. *Murrham olet.* ART. *iam surripuisti pallam, quam scorto dares?*
AR. *Ecastor quin surrepturum pallam promisit* [8] *tibi?* 935
ART. *Non taces?* AR. *ego dissuadebam mater.* ART. *bellum filium.*
Istoscine patrem [9] *æquom'st mores liberis largirier?*
Nihil téne pudet? D. *pol si aliud nihil sit, tui me vxor pudet.*
ART. *Cano* [10] *capite te* [11] *cuculum vxor ex lustris* [12] *rapit.*
D. *Non licet manere (cœna coquitur) dum cœnem modo?* 940
ART. *Ecastor cœnabis hodie,* [13] *vt dignum est, magnum malum.*
D. *Malè cubandum est,* [14] *indicatum me vxor adducit domum.*
AR. *Dicebam pater tibi, ne matri cõsuleres malè.*
PHI. *De palla memento amabo.* D. *iuben hanc hinc abscedere?*
PHI. *Immò intus potius, sequere hac me, mi anime.* D. *ego sequor.* 945
ART. *I domum.* PHI. *da* [15] *sauium etiam prius quam abis.* DE. [16] *I in crucem.*

1 *L.* assuetum esse in 2 *L.* suauium
3 *L.* Edepol animam suau. 4 L. illanc. 5 *L.* edepol næ tu 6 L. est mirandum. 7 *L.* inuadi est opſ. 8 L. arcessere? 9 L. sat. salutist. 10 *L.* mortuust.

1 *al.* discumbamus 2 *L.* Postea dom. 3 *L.* in partem
4 L. enecauit 5 L. age; surge am. 6 L. cucullus. 7 L. istuc 8 *L.* tibi *sine interrogationis nota.* 9 *L.* æquum mores est li. 10 *al.* capiti
11 L. cucullum 12 *L.* domum rapit. 13 *L.* vt te d. 14 L. iúdicatum 15 L. suauium 16 *expungendum* I. *& ita legendum* malam crucem *sub. dabo.*

GREX.

Hic senex si quid clam vxorem, suo animo fecit volup,
Neque nouum, neque mirum fecit, nec secus quàm alij solent,
Nec quisquam est tam in genio duro: nec tam firmo pectore,
Quin vbi quicquam occasionis sit, sibi faciat bene,
Nunc si voltis deprecari huic seni ne vapulet,
Remur impetrari posse, si paucum clarum datis.

AVLVLARIA.

DRAMATIS PERSONÆ.

LAR *Prologus.*
EVCLIO *Senex.*
STAPHYLA *Anus.*
EVNOMIA *Mulier.*
MEGADORVS *Senex.*
STROBILVS *Geminus seruos.*
ANTRAX *Coquus.*
CONGRIO *Coquus.*
PITHODICVS *Seruos.*
LYCONIDES *Adolescens.*
PHÆDRIA *Puella.*

ARGVMENTVM.

SENEX auarus vix sibi credens Euclio,
Domi sua defossam multis cum opibus
Aulam inuenit, rursúmque penitus conditam
Exanguis, amens, seruat. eius filiam
Lyconides vitiarat, interea senex
Megadorus à sorore suasus 1 *ducere,*
Vxorem auari gnatam deposcit sibi.
Durus senex vix promittit, atque aulæ timens,
Domo sublatam variis abstrudit locis.
Insidias seruos facit huius Lyconidis,
Qui virginem vitiarat, atque ipse obsecrat,
Auunculum Megadorum sibimet cedere
Vxorem amanti per dolum, mox Euclio
Quum 2 *perdidisset, aulam insperatò inuenit,*
Latúsque natam collocat Lyconidi.

ARGVMENTVM ALIVD.

AVlam repertam auri plenam domi Euclio
Vi summa seruat, miseris affectus modis.
Lyconides istius vitiat filiam.
Volt hunc Megadorus indotatam ducere,
Lubénsque vt faciat, dat coquos cum obsonio.
Auro formidat Euclio, abstrudit foris.
Réque omni inspecta compressori 3 *seruulus*
Id surpit illic Euclioni rem refert,
Ab eo donatur auro, vxore, & filio.

PROLOGVS.

LAR *familiaris.*

NE quis miretur qui sim, paucis eloquar.
Ego Lar sum familiaris, ex hac familia
Vnde exeuntem me aspexistis, hanc domum
Iam multos annos est: quoin' possideo, & colo.
Patrique auóque 2 *amicus huius qui nunc habet.*
Sed mihi auos huius obsecrans concredidit
Auri thesaurum clam omnis, in medio foco
Defodit, venerans me, vt 3 *id seruarem sibi.*
Is 4 *quando moritur, ita auido ingenio fuit.*
Nunquam indicare id filio voluit suo:
Inopémque optauit potius eum relinquere,
Quàm eum thesaurum 5 *commonstraret filio.*
Agri reliquit eij non magnum modum,
Quo cum labore magno, & miserè viueret.
Vbi is obiit mortem, qui mihi id aurum credidit,
Cœpi obseruare, ecquid maiorem filius
Mihi honorem haberet, quàm eius habuisset pater.
Atque ille verò minùs, minúsque impendio
Curare, minúsque me 6 *impartire honoribus,*
Item à me contrà factum est, nam item obiit dié.
Is ex se hunc reliquit, qui hic nunc habitat filiú
Pariter moratum, vt pater auósque huius fuit.
Huic filia vna est, ea mihi cotidie
Aut thure, aut vino, aut 7 *aliquo sèper supplicat,*
Dat mihi coronas eius honoris gratia
Feci thesaurum, vt hic reperiret Euclio,
Quo eam facilius nuptum, si vellet, daret.
Nam compressit eam de summo adolescens loco,
Is scit adolescens quæ sit quam compresserit.
Illa illum nescit, neque compressam autem pater.
Eam ego hodie faciam, vt hic senex de proxumo
Sibi vxorem poscat, id ea faciam gratia,

1 *Tollenda interpunctio post* colo 2 iam huius *ita v. c. Vocem amicus sententia respuit. Suspectus est locus. Coniectura Lamb. sunt: vel legendum* Patri, auóque inimicus huius *&c. vel* infensus, *vel* offensus.

1 L. ducere Vxorem auari, *vt sit distinctio post* Vxorem 2 L. perdidisset aulam, insp. 3 L. seruolus 4 L. quoniam 5 L. commostrare 6 L. impertire 7 L. aliqui

Quo

Quo ille eam facilius ducat qui compreſſerat.
Et hic qui poſcit eam ſibi vxorem ſenex,
Is aduleſcentis illius eſt auunculus:
Qui illam ſtuprauit noctu Cereris vigiliis.
Sed hic ſenex iam clamat intus vt ſolet,
Anum foras extrudit, ne ſit conſcia.
Credo aurum inſpicere volt, ne ſurreptum ſiet.

ACTVS I.

EVCLIO *ſenex*, STAPHYLA *anus.*

EXi inquam, age, exi, exeundum hercle tibi hinc eſt foras.
Circunſpectatrix cum oculis emiſſitiis.
ST. *Nam cur me miſeram verberas?* EV. *vt miſera ſis,*
Atque vt te dignam 1 *malam mala ætatem exigas.*
ST. *Nam* 2 *qua nunc cauſſa me extruſiſti ex ædibus?*
EV. *Tibi ego rationem reddã ſtimulorum ſeges?*
Illuc regredere ab oſtio, illuc ſis, vide vt
Incedit. at ſcin' quo modo tibi res ſe habet?
Si hodie hercle fuſtem cepero, aut ſtimulum in manum,
Teſtitudineum iſtum tibi ego grandibo gradum.
ST. *Vtinam me diui* 3 *adaſſint ad ſuſpendium*
Potius quidem quam hoc pacto apud te ſeruiam.
EV. 4 *Vt ſceleſta ſola ſecum murmurat.*
Oculos hercle ego iſtos improba effodiam tibi,
Ne me obſeruare poſſis, quid rerum geram.
Abſcede hinc etiam nunc, etiã nunc, 6 etiam ohe.
Iſtic adeſto, ſi hercle tu ex iſtoc loco
Digitum tranſuorſum, aut vnguem latum exceſſeris,
Aut ſi reſpexis donicum ego te iuſſero,
Continuè hercle ego te dedam diſcipulam cruci.
Sceleſtiorem me hac anu certè ſcio
Vidiſſe nunquam, nimiſque ego hanc metuo malè,
Ne mihi ex inſidiis verba imprudenti duit,
Neu perſentiſcat, aurum vbi eſt abſconditum.
Quæ in occipitio quoque habet oculos, peſſima.
Nunc ibo vt viſam, ſitne ita aurum vt condidi,
Quod me ſollicitat plurimis miſerum modis.
ST. *Nec nunc mecaſtor quid hero ego dicã meo*
Malæ rei euenîſſe, quamve inſaniam,
Queo comminiſci, ita 7 *me miſeram ad hunc modum*
Decies die vno ſæpe extrudit ædibus.
Neſcio pol quæ illunc hominẽ intemperiæ tenent:
Pervigilat noctes totas, tum autem interdiu
Quaſi claudus ſutor domi ſedet, totos dies.
Neque tam quo pacto celem herilis filiæ
Probrum, propinqua partitudo quoi appetit,
Queo comminiſci, neque quicquam melius eſt mihi,
Vt opinor, quam ex me vt vnam faciam literam
Longam, 1 *meum laqueo collum quando obſtrinxero.*

1 L. mala malam æt. 2 L. me qua n. c. extr. 3 L. adaxint 4 L. At vt ſcel. 5 *Expungenda vox* hinc 6 L. etiam ohe nunc 7 L. miſerũ me ad

2. EVCLIO *ſenex*, STAPHILA *anus*

EV. NVnc defacato demum animo egredior domo,
Poſtquam perſpexi ſalua eſſe intus omnia.
Redi nunc iam intro atque intus ſerua. ST. *Quippini*
Ego intus ſeruem? an ne quis ædes auferat?
Nam hic apud nos nihil eſt aliud quæſti furibus.
Ita inaniis ſunt oppletæ atque araneis.
EV. *Mirum quin tua me cauſſa facias Iuppiter.*
Philippum regem, aut Darium, triueneficæ.
Araneas mihi ego illas ſeruari volo.
Pauper ſum fateor, patior quod di dant fero.
Abi intrò, occlude ianuam, iam ego hic ero:
Caue quenquam alienum in ædis intromiſeris.
2 ST. *Quid ſi quiſpiam ignem quærit?* EV. *extingui volo.*
Ne cauſſæ quid ſit, quod te quiſquam quæritet.
Nam ſi ignis viuet, tu extinguere 3 *extemplo:*
Tum aquam aufugiſſe dicito ſi quis petet
Cultrum, ſecurim, piſtillum, mortarium,
Quæ vtenda vaſa ſemper vicini rogant,
Fures veniſſe, atque abſtuliſſe dicito.
Profectò in ædes meas me abſente neminem
Volo intromitti, atque etiam hoc prædico tibi,
Si bona fortuna veniat, ne intromiſeris.
STA. *Pol ea, ipſa credo ne intromittatur, cauet.*
Nam ad ædis noſtras nuſquam adiit, 4 *quanquam propè.*
EV. *Tace, atque abi intrò.* STA. *Taceo, atque abeo.* EV. *occlude ſis,*
Fores ambobus peſſulis, iam ego hic ero.
Diſcrucior animi, quia ab domo abeundum eſt mihi.
Nimis hercle inuitus abeo, 5 *ſed quid agam ſcio.*
Nam noſter noſtræ qui eſt magiſter curiæ,
Diuidere argenti dixit nummos in viros.
Id ſi relinquo, ac non peto, omnes illico
Me ſuſpicentur credo, habere aurum domi.
Nam 6 *veriſimile non eſt, hominem pauperem*
Pauxillum parui facere, quin nummum petat.
Nam nunc quum celo ſedulò omnes, ne ſciant,
Omnes videntur ſcire, & me benigniùs
Omnes ſalutant quàm ſalutabant prius:
Adeunt, conſiſtunt, copulantur dexteras.
Rogitant me vt valeam, quid agam, quid rerum geram?
Nunc quò profectus ſum ibo, poſtidea domum
Me rurſum quantum potero, tantum recipiam.

1 *v. c.* mi 2 *Verba ſunt Euclionis, nec debuit inſci i Staphylæ nomen, & ita legendum.* Quod quiſpiam ignem quærat, extingui volo. 3 L. extempulo. 4 L. quanquam propè eſt. 5 L. ſi quid ag. 6 L. non eſt veriſimile,

3. EVNOMIA, MEGADORVS *senex.*

EV. *VElim te arbitrari me hæc verba frater,*
Mea fidei, tuæq; 1rei hoc cauſſa
Facere. ita vt æquum eſt germanam ſororem.
Quanquam haud falſa ſum, nos odioſas haberi.
Nam multum loquaces meritò omnes habemur.
Nec mutam profectò repertam vllam eſſe
Hodie dicunt mulierem vllo in 2 ſeculo.
Verùm hoc frater 3 cogitato vnum tamen,
Tibi proximam, mihique item eſſe te.
4Vt æquom eſt, quod in rem eſſe vtrique arbitremur,
Et mihi te, & tibi me conſulere, & monere,
Neque occultum id haberi, neque per metũ muſſari.
Quin participem pariter ego te, & tu me 5 vt facias.
Eo 6 nunc ſecretò te huc foras ſeduxi,
Vt tuam rem ego tecum hic loquerer 7 familiariter.
ME. *Da mihi optuma fœmina manum.* EV. *Vbi ea eſt? quis ea*
Nam eſt optuma? ME. *tu.* EV. *túne ais?* ME. *ſi negas,*
Nego. EV. *Decet 9 te equidem vera proloqui.*
Nam optuma nulla poteſt eligi: alia alia
Peior, frater eſt. ME. *idem ego arbitror, nec tibi*
Aduerſari certum eſt de iſtac re vnquam ſoror.
EV. *Da mihi operam amabo.* ME. *tuaſt, vtere,*
Atque impera, ſi quid vis. EV. *id quod in rem tuam.*
Optumum eſſe arbitror, te id admonitum aduenio.
ME. *Soror more tuo facis.* EV. *factum volo.* ME. *quid eſt id*
Soror? EV. *quod tibi ſempiternum ſalutare*
Sit 10 procreandis liberis. ME. *ita di faxint.*
EV. *Volo te vxorem domum ducere.* ME. *hei occidi.*
EV. *Quid ita?* ME. *Quia mihi miſero cerebrum excutiunt*
Tua dicta ſoror, lapides loqueris. EV. *eia hoc face,*
Quod te iubet ſoror. ME. *ſi iubeat, faciam.* EV. *in rem*
Hoc tuam eſt. ME. *vt quidem emoriar, priuſquã ducam.*
11Quæ cras veniat, perendie foras feratur ſoror.
His legibus quam 12 tu dare vis, cedo, nuptias adorna.
EV. *Quàm maxima poſſũ tibi frater dare dote'.*
Sed eſt grandior natu, media' ſt mulieris ætas.
Eam ſi iubes frater, tibi me poſcere poſcam.

1 L. rei cauſſa *ſublato* hoc. alire cauſſa. 2 L. ſæclo. 3 L. vnum tamen cogitato. 4 L. Ita æq. 5 *Vox* vt *expungenda* 6 L. nunc ego ſec. 7 L. familiarem. 8 L. eſt nam 9 L. te quidem. 10 L. liberis procreandis, 11 *Verſus hinc ſublatus reſtituendus eſt & ita cum ſeq. coniungendus.* Sed iis legibus: ſi quam dare vis, ducam: quæ cras ven. *&c.* 12 *Pronomen* tu *expungendum.*

ME. *Num non vis me interrogare te?* EV. *immo*
1 quod vis, roga.
ME. *Poſt mediam ætatem, qui mediam ducit vxorem domum,*
Si eam ſenex anum prægnantem 2 fecerit fortuito,
Quid dubitas, quin 3 ſiet paratum nomen puero
4 Poſthumus?
Nunc ego iſtum ſoror laborem 5 degam, & demi-
nuam tibi.
Ego virtute deũm & maiorum noſtrorum diues ſum ſatis.
Iſtas magnas factiones, animos, dotes dapſiles,
Clamores, imperia, eburata vehicula, pallas, purpuram,
Nihil moror, quæ in ſeruitutem ſumptibus rediguntur viros.
EV. *Dic mihi quæſo, quis ea eſt, quam vis ducere vxorem?* ME. *eloquor.*
Nouiſti hunc ſenem Euclionem ex proxumo pauperculum?
EV. *Noui hominem haud malum mecaſtor.* ME. *eius cupio filiam*
Virginem mihi deſponderi. 6 nunc verba ne facias ſoror.
Scio quid dictura es hanc eſſe pauperem: hæc pauper placet.
EV. *Di bene vertant.* ME. *idem ego ſpero.* EV. *7 quid me nunc vis?* ME. *Vale.*
EV. *Et tu frater.* ME. *Ego conueniam Euclionem ſi 8 domiſt,*
Sed eccum neſcio vnde nunc ſeſe homo recipiat domum.

4. EVCLIO, MEGADORVS *ſenex.*

PRæſagibat mihi animus, fruſtra 9 ire me quom exibam domo:
Ita abibam inuitus. nam neque quiſquam curialium
Venit, neque magiſter, quem diuidere argentum oportuit.
Nunc domum properare propero: nam egomet ſum hic. animus domi' ſt.
ME. *Saluos atq; fortunatus Euclio ſemper ſies.*
EV. *Di te ament Megadore.* ME. *quid tu? recten' atque vt vis vales?*
EV. *Non temerarium eſt, vbi diues blandè appellat pauperem.*
Iam illic 10 aurum me ſcit habere, eo me ſalutat blandius.
M. *Ain' tu 11 valere te?* E. *Pol ego haud à pecunia perbene.*
ME. *Pol ſi 12 eſt animus æquus tibi, ſatis habes qui bene vitam colas.*

1 *L.* ſi quid vis, 2 *L.* fortuitu fecerit, 3 *L.* ſit 4 *L.* poſtumus? *ſine aſpiratione.* 5 *L.* demam & dim. 6 *Vox* nunc *expungenda.* 7 *L.* quid me nunc, quid vis 8 *L.* domi *& ſeq. verſ.* Eſt. ſed eccum neſcio vnde ſeſe *&c.* 9 *L.* me ire 10 *L.* homo aurum 11 *L.* te valere? 12 *L.* animus eſt æq.

EV. *Anno*

EV. *Anus hercle* [1] *hoc' indicium fecit de auro, perspicuè palam'st.*
Quoi ego iam linguam præcidam atque oculos effodiam domi.
ME. *Quid tu solus tecum loquere?* EV. [2] *pauperiem meam conqueror.*
Virginem habeo grandem, dote cassam atq; illocabilem,
Neque eam queo locare quoiquam. ME. *tace, bonũ habe animum, Euclio,*
Dabitur, adiuuabere à me, dic si quid opus est, impera.
EV. *Nunc petit quum pollicetur, inhiat aurum vt deuoret.*
ALTERA *manu fert lapidem, panem ostentat altera.*
Nemini credo, qui largè blandust, diues pauperi.
Vbi manum iniecit benignè, ibi onerat aliquam zamiam.
Ego istos noui polypos, qui vbi quid tetigerint, tenent.
ME. *Da mihi operam parumper, paucis* [4] *est quod te volo.*
De communi re appellare mea & tua. EV. *hei misero mihi,*
Aurum mihi intus harpagatum est. nunc hic eam rem volt, scio,
Mecum adire ad pactionem, verùm interuisam [5] *domi.*
ME. *Quo* [6] *nunc abis?* EV. *Iam ad te reuortar, nam est quod visam domum.*
ME. *Credo ædepol, vbi mentionem ego fecero de filia,*
Mihi vt despondeat, sese à me derideri rebitur.
Neque illo quisquam est alter hodie ex pauperate parcior.
EV. *Di me seruant, salua res est, saluum est si quid non perit.*
Nimis male timui, priusquam intrò redij, exanimatus fui.
Redeo ad te Megadore, si quid me vis. M. *habeo gratiam.*
Quæso quod te percontabor, ne id te pigeat proloqui.
EV. *Dum quidem* [6] *ne perconteris quod mihi nõ lubeat proloqui.*
ME. *Dic mihi, quali me arbitrare genere prognatum?* EV. *bono.*
ME. *Quid fide?* EV. *bona.* ME. *quid factis?* EV. *neque malis, neque improbis.*
ME. *Ætatem meam scis?* EV. *scio esse grandem itidem vt pecuniam.*
ME. *Certè ædepol equidem te ciuem* [8] *sine omni malitia mala etiam*
Semper sum ratus, & nunc arbitror. EV. *aurum huic olet.*
Quid nunc me vis? ME. *quoniam tu me, & ego te qualis sis, scio.*
Quæ res rectè vortat, mihiq;, tibique, tuæq; filiæ:
Filiam tuam mihi vxorem posco, promitte hoc fore.
EV. *Hei Megadore, haud decorum facinus tuis factis facis.*
Vt inopem atque innoxium abs te, atque abs tuis, me irrideas,
Nam de te neque re, neque verbis merui, vt faceres quod facis.
ME. *Neque ædepol* [1] *te ego derisum venio, neque derideo,*
Neque dignum arbitror. EV. *cur igitur poscis meam gnatam tibi?*
ME. *Vt propter me tibi sit melius, mihique propter te & tuos.*
EV. *Venit hoc mihi in mentem, Megadore, te esse hominem diuitem,*
Factiosum. me item esse hominẽ pauperum pauperrumum:
Nunc si filiam locassim meam tibi, in mentem venit,
Te bouem esse, & me esse asellum, vbi tecum cõiunctus siem,
Vbi onus nequeam [2] *portare pariter, iaceam ego asinus in luto.*
Tu me bos [3] *haud magis respicias, gnatus quasi nunquam siem.*
Et te vtar iniquiore, & meus me ordo irrideat.
Neutrubi habeam stabile stabulum si quid deuortij fuat.
Asini me [4] *mordicibus' scindant, boues incursent cornibus.*
Hoc magnum est periculum, 5 me ab asinis ad boues transcendere.
ME. *Quam ad probos propinquitate proximè te adiunxeris,*
Tam optumum'st. tu conditionem hanc accipe, ausculta mihi,
Atque eam despondè mihi. EV. *at nihil est dotis* [6] *quod dem.* ME. *ne dius,*
Dummodò morata rectè veniat, dotata' est satis.
EV. *Eò dico, ne me* [7] *thesaurum reperisse censeas.*
ME. *Noui, ne doceas, despondè.* EV. *fiat: sed prò Iuppiter,*
Non ego disperij? ME. *quid tibi'st.* EV. [8] *crepuit quasi ferrum modò.*
ME. *Hic apud me hortum confodere iussi, sed vbi hic est homo?*
Abijt neque me certiorem fecit. fastidit mei.
Quia videt me suam amicitiam velle, more hominum facit:
Nam si opulẽtus it petitum pauperioris gratiam,

1 L. huic 2 L. meam pauperiem 3 L. inlocabilem, 4 Euclio est 5 L. domum 6 *Expungendum* nunc 7 L. ne quid pere. 8 L. si sine mala omni malitia *& seq. ver.* Semper sum arbitratus, & nunc

1 L. ego te der. 2 L. ferre 3 L. magis haud resp. 4 L. mordicus 5 *delendum* me 6 *Aliquot v. c.* quidem 7 L. thesauros 8 L. quid? crep.

Pauper metuit congredi per metum malè rem gerit:
Idem quando illæc occasio [1] *perit, post serò cupit.*
EV. *Si herclè ego te non elinguandam dedero vsque ab radicibus,*
Impero auctórque sum, vt [2] *me quiuis castrandum loces.*
ME. *Video herclè ego te me arbitrari Euclio, hominem idoneum,*
Quem senecta ætate ludos facias haud merito meo.
EV. *Neque* [3] *pol Megadore facio, neque si cupiã, copia'st.*
ME. *quid? nunc etiam mihi despondes filiam?*
EV. *illis legibus,*
Cum illa dote quam tibi dixi. ME. *sponden' ergo?*
EV. *spondeo:*
[4] *Di bene vortant.* ME. *ita faxint.* EV. *illud facito vt memineris*
Conuenisse vt nequid dotis mea ad te afferret filia.
ME. *Memini.* EV. *at scio, quo vos pacto soleatis perplexarier.*
Pactum non pactum est, non pactum pactum est, quod vobis lubet.
ME. *Nulla controuersia mihi tecum erit, sed nuptias*
Hodie quin facimus, num quæ caussast? EV. [5] *immò optumè.*
ME. *Ibo igitur, parabo, nunquid me vis?* EV. *istuc* [6] *fiat, vale.*
ME. *Heus Strobile, sequere properè me ad macellum strenuè.*
E. *Illic hinc abiit. di immortales,* [7] *aurum obsecro quid valet?*
Credo ego tam illum inaudiisse, mihi esse thesaurum domi:
Id inhiat, ea affinitatem hãc obstinauit gratia.

5. EVCLIO *senex*, STAPHYLA *anus.*

EV. *VBi tu es quæ deblateraſti iam vicinis omnibus,*
Meæ me filiæ daturum dotem? heus Staphila te voco.
Ecquid audis, vascula intus purè propera, atque elue.
Filiam despondi ego hodie, huic nuptum Megadoro dabo.
STA. *Di bene vortant. Verùm ecastor non potest, subitum est nimis.*
EV. *Tace atque abi, curata fac sint, quom à foro redeam domum.*
Atque occlude ædes. iam ego hic adero. ST. *quid ego nunc agam?*
Nunc [8] *propè adest exitium, mihi atque herili filiæ.*

1 L. periit 2 L. tu me 3 L. ædepol 4 L. istuc di bene vor. 5 L. Immo edepol opt. 6 L. fiet 7 L. obsecro aurum quid 8 L. nobis propè

Nam probrum atque partitudo propè adest, vt fiat palam.
Quod celatum est, atque occultatum vsque adhuc, nunc non potest.
Ibo intro [1] *vt herus quæ imperauit, facta cùm veniat. sient.*
Nam ecastor malum mœrorem metuo, ne mistum bibam.

ACTVS II.

STROBILVS *seruus*, ANTRAX, CONGRIO *coqui.*

STR. *POstquam obsonauit herus, & conduxit coquos,*
Tibicinasque hasce apud forum, edixit mihi,
Vt [2] *dispartirem obsonium hic bifariam.*
CON. [3] *Me quidem hercle, dicam palàm, non diuides.*
Si quom tu totum me ire vis, operam dabo.
STR. *Bellum & pudicum verò prostibulum populi.*
Post si quis vellet te, haud non velles diuidi'.
Atqui ego istuc Anthrax aliouorsum dixeram,
Nunc istuc, quod tu insimulas, sed herus nuptias
Meus hodie faciet. CON. *cuius ducit filiam?*
STR. *Vicini huius* [4] *Euclionis è proxumo.*
Ei adeò obsonij hinc dimidium iussit dari,
Cocum alterum, itidémque alteram tibicinam.
CON. *Nempe huic dimidium* [5] *dicis, dimidium domi?*
STR. [6] *Nempe sicut dicis.* CON. *quid? hic non poterat de suo*
Senex obsonari filiæ in nuptiis?
STR. *Vah.* CON. *quid negotij est?* STR. *quid negotij sit rogas?*
Pumex non æquè est aridus, atque hic est senex.
CON. *Ain' tandem ita esse vt dicis?* STR. *tute existuma:*
Suam rem non perijsse seque eradicarier,
Quin diuûm atque hominum clamat continuò fidem,
De suo tigillo fumus, si qua exit, foràs.
Quin quom it dormitum, follem obstringit ob gulam.
CON. *Cur?* STR. *ne quid animæ fortè amittat dormiens.*
CON. *Etiámne obturat inferiorem gutturem,*
[7] *Ne quid animæ fortè amittat dormiens?*
ST. *Hæc* [8] *mihi te, vt tibi me æquum est credere.*
CO. *Imò equidem credo.* ST. *at scin' etiam quomodo?*
Aquam hercle plorat, quom lauat. profundere,
CO. *Censen' talentum magnum exorari potesse*
Ab istoc sene vt det, qui fiamus liberi?
ST. *Famem herclè vtendam, si roges, nunquam dabit:*

1 L. vt hæc, quæ imp. 2 L. dispertirem. 3 L. Me tu quidem. 4 L. Euclionis senis è 5 L. ducis 6 *Expungendum* Nempe 7 L. Sibi ne quid 8 L. te mihi, sicut tibi

Quin ipsi pridem tonsor vngues dempserat,
Collegit,[1] *omnia abstulit præsegmina.*
CO. *Ædepol mortalem parcè parcum prædicas.*
Censen' verò adeò esse parcum, & miserè viuere?
ST. *Pulmentum pridem*[2] *ei eripuit*[3] *miluius,*
Homo ad prætorem plorabundus dēuenit,
Insit ibi postulare plorans, eiulans,
Vt sibi liceret[4] *miluium vadarier.*
Sexcenta sunt, quæ memorem si sit otium,
Sed vter vestrorum est celerior? memoria mihi.
C O. *Ego vt multo melior.* S T. *cocum ego, non furem rogo.*
C O. *Cocum ego dico.* A N. *quid tu ais?* C O. *sic sum, vt vides.*
A. *Cocus ille nundinali'st, in nonum diem*
Solet ire coctum. C O. *tu trium literarum homo*
Me[5] *vituperas.* A. *etiam fur trifurcifer.*

2. STROBILVS, ANTRAX, CONGRIO.

ST. *TAce nunc iam tu, atque agnum horum vter est pinguior.*
A N. *Licet.* S T. *tu Congrio eum sume*[6] *atque abi*
Intrò illuc,[7] *& vos illum sequimini.*
Vos cæteri illuc ad nos. CO. *hercle iniuria*
Dispertiuisti, pinguiorem agnum isti habent.
ST. *At nunc tibi dabitur pinguior tibicina.*
I sanè cum illo Phrygia, tu autem Eleusium
Huc intrò, abi[8] *dum ad nos.* C O N. *ô Strobile subdole,*
Huccine detrusisti me ad senem parcissumum?
Vbi si quid poscas, ad rauim poscas prius
Quam quicquam detur. S. *stultus & sine gratia es.*
Tibi rectè facere, quando quod facias perit?
CON. *Qui verò?* S. *rogitas? iam principio in ædibus*
Turba istuc nulla tibi erit,[9] *si quid vti voles,*
Domo abs te affero, ne operam perdas poscere.
[10] *Hic autem apud nos magna turba, ac magna familia'st.*
Suppellex, aurum, vestes, vasa argentea:
Vbi si[11] *perijt quippiam, (quod te scio*
Facilè abstinere posse, si nihil obuiamst,)
Dicant, coqui abstulerunt, comprehendite,
Vincite, verberate, in puteum condite.
Horum tibi istic nihil eueniet, quippe cui
Vbi quid[12] *surripiat, nihil quicquam'st, sequere hac sis, me.* CON. *sequor.*

3. STROBILVS, STAPHYLA.

STR. *HEus Staphyla prodi, atque ostium aperi.* S. *qui vocat?*

1 L. & omnia 2 L. eidem er. 3 L. v. c. milluus περισυνάζας. 4 L. maluum 5 L. vituperas fur? 6 L. actutum tibi, 7 L. Atque intro abi illuc 8 *vocula* dum *expungenda* 9 L. siqui 10 L. Hic apud n. 11 L. periuerit 12 L. surripias nihil est, sequere hac me.

ST R. *Strobile.* S T A. *quid vis?* S T R. *hosce vt accipias cocos.*
Tibicinámque,[1] *& obsonium in nuptias,*
Megadorus iussit Euclioni hæc mittere.
S. *Cererin' Strobile*[3] *has facturi nuptias?*
S. *Qui?* S. *quia temeti nihil allatum intellego.*
S. *At iam afferetur, si à foro ipsus redierit.*
S. *Ligna hic apud nos nulla sunt.* S *sunt asseres?*
S. *Sunt pol.* S. *Sunt igitur ligna, ne quæras foris.*
S. *Quid impurate,*[4] *quicquid Vulcano studes,*
Cœnæne causa, aut tuæ mercedis gratia,
Nos nostras ædes postulas comburere?
S. *Haud postulo, duc istos intrò.* S. *sequimini.*

4. PYTHODICVS *seruos.*

CVrate, ego interuisam quid faciant coqui,
Quos pol vt ego hodie seruem, cura maxuma'st.
Nisi vnum hoc faciam, vt in puteo cœnam coquant,
Coctam inde sursum subducemus corbulis.
Si autem deorsum comedent, si quid coxerint,
Superi incœnati sint, & cœnati inferi.
Sic verba hic facio, quasi negotij nihil siet.
Rapacidarum vbi tantum siet in ædibus.

5. EVCLIO, CONGRIO.

VOlui animum tandem confirmare hodie meum,
Vt bene haberem meæ me filiæ in nuptiis.
Venio ad macellum, rogito pisces, indicant
Caros, agninam caram, caram bubu'am,
Vitulinam, cetum, porcinam, cara omnia:
Atque eo fuerunt cariora, as non erat.
Abeo[5] *iratus illinc, quoniam nihil est qui emam.*
Ita illis impuris omnibus adij manum.
Deinde egomet mecum cogitare inter vias
Occœpi, festo die si quid prodegeris,
Profesto egere liceat, nisi peperceris.
Postquam hanc rationem cordi ventriq; edidi,
Accessit animus ad meam sententiam,
Quàm minimo sumptu filiam vt nuptum darē.
Nunc tusculum emi, & hasce coronas floreas,
Hæc imponentur in foco nostro lari,
Vt fortunatas faciat gnatæ nuptias.
Sed quid ego apertas ædes nostras conspicor.
Et strepitus est intus, númnam[6] *ego compilor miser?*
CON. *Aulam maiorem*[7] *si potes, vicinia*
Pete:[8] *hæc paruast, capere non quit.* EV. *hei mihi,*
Perij hercle, aurum rapitur, aula quæritur:
Nimirum occidor, nisi ego[9] *intrò huc propero currere.*

1 L. hos vt 2 L. obsoniúmque 3 L. istas 4 L. quanquam 5 L. illinc intus, qui 6 *Expungendum* ego 7 L. si pote, ex vicinia 8 L. hæc est parua, 9 *L. Videtur expungendum* intro, *aut legendum* ni ego.

Apollo quæso subueni mihi, atque adiuua,
Confige sagittis fures thesaurarios.
Quoi in re tali [1] subueniſti antehac.
Sed ceſſo priùs quàm prorſus perij turrere.

6. ANTHRAX.

DRomo deſquama piſceis, tu Machario
Congrum, murænam exdorſua quantum potes.
Atque omnia dum abſum hinc, exoſſata fac ſient.
Ego hinc [2] arroptam' ex proxumo vtendam peto
A Congrione: tu iſtum gallum ſi ſapis,
Glabriorem reddes mihi, quàm volſus ludiuſt.
Sed quid [3] hoc clamoris oritur hinc ex proxumo?
Coqui hercle credo, faciunt officium ſuum.
Fugiam intrò, ne quid [4] turbæ hic fiat itidem.

ACTVS III.
CONGRIO.

OPtati ciues, populares, incolæ, accolæ, aduenæ omnes.
Date viam qua fugere liceat, facite totæ plateæ pateant.
Neque ego vnquam niſi hodie ad bacchas veni in bacchanal coquinatum,
Ita me miſerum & meos diſcipulos fuſtibus male contuderunt,
Totus doleo, atque oppido perij, ita me iſte habuit ſenex gymnaſium.
Atat perij hercle ego miſer, aperi bacchanal, adeſt.
Sequitur, ſcio quam rem geram, hoc ipſius magiſter me docuit.
Neque ligna ego vſquam gentium præberi vidi pulchrius,
Itaque omnis exegit foras, me atque hos onuſtos, fuſtibus.

2. EVCLIO, CONGRIO.

EV. *REdi; quo fugis nunc? tene, tene.* CON. *quid ſtolide clamas?*
EV. *Quia ad treiſuiros iam ego deferam tuum nomen.* CON. *quamobrem?*
EV. *Quia cultrum habes.* CON. *cocum decet.* EV. *quid [5] comminatus es*
Mihi? C. *iſtuc male factum arbitror, quia non latus fodi.*
EV. *Homo nullu' ſt te ſceleſtior qui viuat hodie,*
Neque quoi ego de induſtria amplius malè plus lubens faxim.
C. *Pol etſi taceas palam id quidem eſt: res ipſa teſtis eſt.*
Ita fuſtibus ſum mollior miſer magis quam vlus cinædus.
Sed quid tibi nos mendice homo tactio eſt? [1] quæ res?
EV. *Etiam rogitas? an quia minus quàm' aquom erat feci?*
C. [2] *Sine hercle cum malo magno tuo ſi [3] hoc caput ſentiet.*
E. *Pol ego haud ſcio quid poſt fiat, tuum nũc caput ſentit.*
Sed in ædibus quid tibi meis nam erat negotij,
Me abſente? niſi ego iuſſeram, volo ſcire. C. *tace ergo.*
Quia venimus coctum ad nuptias. E. *Quid tu, malum, curas*
Vtrum crudum an coctum [4] edam, niſi tu mihi es tutor?
C. *Volo ſcire ſinas an non ſinas nos coquere hic cænam.*
EV. *Volo ſcire item ego, meæ domi meáne ſalua futura?*
C. *Vtinam mea mihi modò auferam, quæ attuli, ſalua.*
EV. *Me haud pœnitet, tuáne expetam?* C. *ſcio: ne doce, noui.*
Quid eſt, qua prohibeas nunc gratia nos coquere hic cœnam?
Quid fecimus? quid diximus tibi ſecus quàm velles?
EV. *Etiam rogitas ſceleſte homo, qui angulos [5] omnis*
Mearum ædium, & conclauium mihi [6] peruium facitis?
Id vbi tibi erat negotium ad focum ſi adeſſes,
Non fiſſile haberes caput, meritò id tibi factum eſt
Adeò vt tu meã ſententiam [7] iam noſcere poſſis,
Si ad ianuã huc acceſſeris, niſi iuſſero, propius:
Ego te faciam miſerrumus mortalium vti [8] ſies.
Scis iam meã ſententiã? quò abis? redi rurſum.
CON. *Ita me bene amet Lauerna, [9] tu iam niſi reddi*
Mihi vaſa iubes, pipulo [10] differam hic te ante ædis.
Quid ego nunc agam, [11] næ ædepol veni huc auſpicio malo:
Nummo ſum conductus, plus iam medico mercede opus eſt.

3. EVCLIO, CONGRIO.

EV. *HOc quidem hercle quoquo ibo nunc, mecum erit, mecum feram.*
Neque iſtuc in tantis periclis vnquam committam vt ſiet.
Ite ſanè nunc iam intrò omnes, & coqui & tibicinæ.

1 L. iam ſubueniſti antidhac. 2 L. arroptam 3 L. Expunge hoc 4 L. hic turbæ f. 5 L. comminatus.

1 L. quæ res eſt? 2 L. Sine, at hercle 3 hocce caput ſentit. *ſi quid ego ſapio* 4 L. edim? *ex l. m. ſ.* 5 L. hic omneis 6 L. peruiam *quod eſt aduerbium vt obuiam* 7 L. iamiam 8 L. ſis. 9 L. te. 10 L. hic differam te 11 L. næ ego ædepol.

Etiam

Etiam[1] introduce, si vis vel gregem venalium.
Coquite, facite, festinate nunc iam quantum lubet.
CON.[3] Hem perij, postquam impleuisti fustibus istorum caput.
EV.[3] Abi, opera huc conducta est vostra, non oratio.
CON. Heu senex, pro vapulando herclè ego abs te mercedem petam.
Coctum ego, non vapulatum dudum conductus fui.
EV Lege agito mecum, molestus ne sis, & cœnam coque,
Aut abi in malum cruciatum ab ædibus. CON. abi tu modò.

4. EVCLIO.

ILlic hinc abijt. Di immortales facinus audax incipit,
Qui cum opulento [4] pauper cœpit rem habere aut negotium.
Veluti Megadorus tentat me omnibus miserum modis,
Qui simulauit mei honoris mittere huc causa coquos.
Is [5] mea causa misit hoc qui surriperent misero mihi.
Condignè etiam meus me intus gallus gallinaceus,
Qui erat anui peculiaris, perdidit penissumè.
Vbi erat hæc defossa occœpit ibi scalpurire vngulis
Circumcirca. quid opus est verbis? ita mihi pectus peracuit.
Capio fustem, obtrunco gallum, furem manifestarium,
Credo ego ædepol illi mercedem gallo pollicitos coquos,
Si id palàm fecisset, exemi ex manu manubrium.
Quid opus verbis? facta est pugna in gallo gallinaceo.
Sed Megadorus meus affinis, eccum incedit à foro,
Iam hunc non ausim præterire, quin consistam & colloquar.

5. MEGADORVS, EVCLIO.

ME. NArraui amicis multis consiliũ meum
De condutione hac. Euclionis filiam
Laudant, sapienter factum, & consilio bono:
Nam meo quidem animo si idem faciant cæteri,
Opulentiores pauperiorum filias
Vt indotatas [6] ducant domum,
Et multo fiat ciuitas concordior,
Et inuidia nos minore vtamur, quàm vtimur.
Et illæ malam rem metuant, quàm metuunt magis,
Et nos minore sumptu simus, quàm sumus.
[1] In maxima illa populi parte est optima,
In [2] pauciore auidis altercatio est.
Quorum animis auidis, atque insatietatibus
Neque lex, neque tutor [3] capere est qui possit modum.
[4] Neque hoc qui dicat: quo illæ nubent diuites,
Dotata es, si istud ius pauperibus ponitur,
Quo lubeat nubant, dum dos ne fiat comes:
Hoc ita si fiat, mores meliores sibi
Parent pro dote quos ferant, quàm nunc ferunt.
Ego faxim muli precio qui superant equos,
Sient viliores gallicis canteriis.
EV. Ita me di amabunt, vt ego hunc ausculto lubens
Nimis lepidè fecit verba ad parsimoniam.
ME. Nulla ergo dicat, equidè dotem ad te attuli
Maiorem multo, quàm tibi erat pecunia.
Enim mihi quidem æquomst purpuram atque aurum dari,
Ancillas, mulos, muliones, pedissequas,
Salutigerulos pueros, vehicula [5] qui vehar.
EV. Vbi matronarum hic facta pernouit probè.
Moribus præfectum mulierum hunc factum velim.
ME. Nunc quoquo venias, plus plaustrorum in ædibus
Videas, quàm ruri quando ad villam veneris.
Sed hoc etiam pulchrumst præ quàm vbi sumptus petunt.
Stat fullo, phrygio, aurifex, lanarius,
[6] Ciniflones patagiarij, indusiarij,
Flammearij, violarij [7] carinarij,
Aut manulearij, aut [8] myrobrecharij,
Propolæ linteones, calceolarij,
Sedentarij, [9] sui ades, diabathrarij,
Solearij astant, astant molochinarij,
Petunt fullones, sarcinatores petunt.
Strophiarij astant, astant semizonarij.
Iam hosce absolutos censeas, [10] cedunt, petunt.
Trecenti cùm stant philaciſtæ in atrio.
Textores, limbolarij, arcularij, [11] ducuntur, datur
Æs, iam hosce absolutos censeas.
Cum incedunt infectores [12] crocotularij,
Aut aliqua mala crux semper est [13] quæ petat.
EV. Compellarem ego illum, ni metuam ne desinat
Memorare mores mulierum [14] nunc sinam.

1 L. huc introduce. 2 L. Temperi, postq. 3 L. intro abi op. huc est conducta vestr. 4 L. pauper homine cœpit habere negotium Aut rem, velut &c. 5 L. ea causs. 6 L. ducant vxores domum

1 L. In maximã illuc populi partẽ est optumum. 2 L. In pauciores auidos altere. 3 L. malit facere 4 al. Namque hoc L. Nã quod qui dicat. i. n. diuites Dotatæ si ist. 5 al. queis 6 Caupones patagiarij, ind. 7 L. cerinarij. 8 L. myrobatrarij, 9 L. sutores 10 Duo hæc verba totam huius loci sententiam obscurant. 11 Hic verbum sustulit Lãb. & seq. vers. ita L. rest tuit His datur æs, iam &c. 12 L. crocotarij. 13 L. quæ aliquid petat. 14 L. nunc sic sinam.

ME. *Vbi nugiuendis res soluta est omnibus,*
Ibi ad postremum 1 *redit miles, as petit.*
Itur putatur ratio cum argentario.
2 *Miles impransus astat, as censet dari.*
Vbi disputata est ratio cum argentario:
3 *Etiam plus ipsus debet argentario,*
Spes prorogatur militi in alium diem.
Hæ sunt, atque aliæ multæ in magnis dotibus
Incommoditates, sumptúsque intolerabiles:
Nam quæ indotata est, ea in potestate est viri.
Dotatæ mactant & malo & damno viros.
Sed eccum affinem ante ædes. quid agitur Euclio?

6. EVCLIO, MEGADORVS.

EV. *Nimium lubenter* 4 *audiui sermonem tuum.* (nia.

ME. 5 *An audiuisti?* EV. *vsque à principio om-*

ME. *Tamen, è meo quidem animo, aliquanto rectius facias,*
Si nitidior 6 *sis nuptiis filiæ.*
EV. *Pro re nitorem & gloriam pro copia:*
Qui habent, meminerint sese vnde oriundi sient.
Neque pol Megadore, mihi, neque 7 *quoquã pauperi.*
Opinione melius res structa est domi.
ME. *Immò est & dij faciant vti* 8 *siet,*
Plus plúsque 9 *istuc sospitent quod nunc habes.*
EV. 10 *Illud mihi verbum non placet, quod nunc habes*
Tam hic scit me habere, quàm egomet. anus fecit palam.
ME. *Quid tute solus de senatu seuocas?*
EV. *Pol ego te vt accusem meritò meditabar.*
M. *quid est?*
EV. *Quid sit, me* 11 *rogas? qui mihi omnis angulos*
Furum impleuisti in ædibus 12 *misero.*
Qui mihi intromisisti in ædes quingentos coquos,
Cum senis manibus, genere geryonaceo.
Quos si Argus seruet, qui oculeus totus fuit,
Quem quondam Ioui Iuno custodem addidit,
Is nunquam seruet præterea tibicinam,
Quæ mihi interbibere sola, si vino 13 *scatet,*
Corinthiensem fontem Pirenem potest,
Tum obsonium autẽ. ME. *pol vel* 14 *leoni sat est.*
Etiam agnũ misi. EV. *Quo quidem agno sat scio*
Magis curiosam nusquam 15 *vllam esse bestiam.*
ME. *Volo ex te ego scire agnus qui sit curio.*
EV. *Qui ossa atq; pellis totus est. ita cura* 16 *macer.*
Quin exta inspicere in sole etiam viuo licet,
Ita is pellucet quasi laterna Punica.

1 L. cedit 2 L. Impransus miles astat, 3 L. Etiam ipsus vitro debet arg. 4 L. egi 5 *Versus claudicat. Itaque legendum vel* An audiuisti tu? *ve*, An verò aud. *vel potius sic*, An audisti. EV. vsque à principio omnia. ME. tamen, *& seq. vers.* meo quidem &c. 6 L. sies in filiæ nuptiis 7 L. cuiquam

8 L. siet diu. 9 L. sospitent istuc q. 10 *Abest hic versus à Lambini codice.* 11 L. rogitas? 12 L. misero mihi 13 L. scatat 14 L. legioni 15 L. esse vllam belluam. 16 L. macet.

M. *Cedundum illum ego* 1 *conduxi.* EV. *tum tu idem optumumst*
2 *Loca efferendum: nam iam credo mortuus est.*
M. 3 *Potare ego tecum hodie Euclio volo.*
EV. *Non potem ego quidem* 4 *hercle.* M. *at ego* 5 *iussero*
Cadum vnum vini veteris à me afferrier.
EV. *Nolo hercle. nam mihi bibere* 5 *decretum aquam est.*
M. *Ego te hodie reddam madidum si viuo, probè,*
Tibi 6 *an decretum est bibere aquam?* EV. *scio* 7 *quam rem agat,*
Vt me deponat vino, eam affectat viam.
Post hoc quod habeo vt commutet coloniam.
Ego id cauebo. nam alicubi abstrudam foris.
Ego faxo & operam & vinum perdiderit simul.
ME. *Ego nisi quid* 7 *vis eo lauatũ vt sacruficem.*
EV. *Ædepol na tu aula multos inimicos habes:*
Atque istuc aurum, quòd tibi concreditum est,
Nunc hoc mihi factu 8 *optumust, vt* 9 *te auferam*
Aula, in Fidei fanum, ibi abstrudam probè.
Fides nouisti me, & ego te: caue sis tibi
Ne tu in me mutassis nomen, si hoc concreduo.
Ibo ad te fretus tua Fides, fiducia.

ACTVS IIII.

STROBILVS *Lyconidis seruos.*

Hoc est serui facinus frugi, facere quod ego persequor.
Ne mora molestiaque imperium herile habeat sibi.
Nam qui hero ex sententia seruire seruos postulat,
In herum, matura in se sera condecet capessere.
Sin dormitet, ita dormitet. seruo sese vt cogitet.
Nam qui amanti hero seruitutem seruit, quasi ego seruio,
Si herum videt superare amorem, hoc serui 10 *officium reor,*
Retinere ad salutem: non eum quò incumbat, eò 11 *impellere.*
Quasi pueris qui nare discunt, scirpea 11 *inducitur ratis,*
Qui laborent minus, facilius vt nent, & moueãt manus.
Eodem modo seruom ratem esse amanti hero æquom censeo.
Vt 12 *tolleret, ne pessum abeat,* 13 *támque*
14 *Imperium herile ediscat, vt quod frons velit,*
oculi sciant.
Quod iubeat, citis quadrigis citius properet persequi.
Qui ea curabit, abstinebit censione bubula.

1 L. *videtur legendum* locaui 2 L. loces 3 L. credo. Potare *&c.* 4 L. me hercle 5 L. decretum est aquam. 6 L. cui 7 L. me vis 8 L. est optumum,

9 L. ted 10 L. esse offi, 11 L. induitur 12 L. tolleret. 13 *Ita restituit Lambinus*, tanquam catapiratæ maris 14 L. Herile imperium

Nec

Nec ſua opera rediget vnquam in ſplendorem compedes,
Nunc herus meus amat filiam huius Euclionis pauperis.
Eam hero nunc renunciatuſt, nuptum huic Megadoro dari.
Is ſpeculatum huc miſit me, vt quæ ſierent, ſieret particeps.
Nunc ſine omni ſuſpicione, in ara hic aſſidam ſacra.
Hinc ego huc & illuc potero, quid agant arbitrarier.

2. EVCLIO, STROBILVS.

EV. *TV modò caue cuiquam indicaſſis aurum meum eſſe iſtic Fides.*
Non metuo ne quiſquam inueniat, ita probè in latebris ſitum eſt.
Ædepol næ illic pulchram prædam agat, ſi quis illam inuenerit
Aulam onuſtam auri, verùm id te quæſo vt prohibeſſis, Fides.
Nunc lauabo, vt rem diuinam faciam, ne affinem morer,
Quin vbi 1 accerſat me, meam extemplò filiam ducat domum.
Vide Fides etiam atque etiam nunc ſaluam vt aulam abs te auferam.
Tuæ fidei concredidi aurum, in tuo luco & fano modò eſt ſitum.
STR. *Di immortales, quod ego hunc hominem facinus audio loqui?*
Se aulam onuſtam auri abſtruſiſſe hic intus in 2 fano Fides,
Caue tu illi fidelis quæſo potius fueris, quàm mihi.
Atque hic pater eſt, vt ego opinor, huius 3 herus quam amat.
Ibò hinc intrò, perſcrutabor fanum, ſi inueniam vſpiam
Aurum, dum hic eſt occupatus: ſed ſi repperero, ô Fides,
Mulſi congialem plenam faciam tibi fideliam.
Id adeò tibi faciam, verùm ego mihi bibam, vbi id fecero.

3. EVCLIO.

NOn temerè eſt quòd coruos cantat mihi nunc ab læua manu,
Simul radebat pedibus terram, & voce 4 crocitabat ſua.
Continuò meum cor cœpit artem facere ludicram,
Atque in pectus emicare, ſed ego ceſſo currere?

4. EVCLIO, STROBILVS.

EV. *FOras, lumbrice, qui ſub terra crepſiſti modò,*

1 *L.* arceſſat 2 L. fano Fidei. 3 L. herus meus quam 4 L. crociba. 5 L. I foras lumb.

Qui modò nuſquam comparebat, nunc quom compares, peris.
Ego edepol te præſtigiator miſeris iam accipiam modis.
ST. *Quæ te mala crux agitat? quid tibi mecum eſt commercij ſenex?*
Quid me afflictas? quid me raptas? qua me cauſa verberas?
EV. *Verberabiliſſume, etiã rogitas non fur, ſed trifur?*
ST. *Quid tibi ſubripui?* EV. *redde huc ſis.* ST. *1 quid vis reddam?* EV. *rogitas?*
ST. *Nihil equidem tibi abſtuli.* EV. *at illud quod ibi abſtuleras cedo.*
ST. *Hem quid agis?* EV. *quid agam? auferre non potes.* ST. *quid vis tibi?*
EV. *Pone hoc ſis, aufer 2 cauillam, non ego nunc nugas ago.*
ST. *Quid ego ponam? quin tu eloquere quicquid eſt ſuo nomine.*
Non hercle equidem quicquam ſumpſi, nec tetigi. EV. *oſtende huc manus.*
ST. *Hem tibi oſtendi, eccas.* EV. *video, age oſtende etiam tertiam.*
ST. *Larvæ hunc atque intemeriæ, inſaniæque agitant ſenem.*
Faciſne iniuriam mihi an non? EV. *fateor, quia non 3 perdo maxumam.*
Atque id quoque iam fiet, niſi fatere. ST. *quid fatear tibi?*
EV. *quid abſtuliſti hinc?* ST. *Di me perdant, ſi 4 ego quicquam abſtuli,*
Nive adeò abſtuliſſe vellem. EV. *agedum excutedum pallium.*
ST. *Tuo arbitratu.* EV. *ne inter tunicas habeas.*
ST. *tenta quà lubet.*
EV. *Vah ſceleſtus, quàm benignè, vt ne abſtuliſſe intellegam.*
Noui ſycophantias: age rurſum oſtende huc ma- (num
Dexteram. ST. *hem.* EV. *nunc lævam oſtende.*
ST. *quin equidem ambas profero.*
EV. *Iam ſcrutari mitto, redde huc.* ST. *quid reddam?* EV. *ah nugas agis.*
Certè habes. ST. *habeo ego, quid habeo?* EV. *non dico audire expetis.*
Id meum quicquid habes redde. S. *inſanis, perſcrutatus es*
Tuo arbitratu, neque tui me quicquam inueniſti penes.
EV. *Mane, mane, quis 6 ille intus alter erat tecum ſimul?*
Perij hercle, ille nunc intus turbat, hunc ſi 7 amitto, hic abierit.
Poſtremò iam hunc perſcrutaui: hic 8 nihil habet, abi quò lubet.
Iuppiter te dique omnes perdant. ST. *haud male agit gratias.*

1 *L.* quid tibi vis reddam? EV. rogas? 2 L. Cauillum, 3 L. pendes 4 *L.* ego tui quicqu. 5 *Delendum* quin. 6 *L.* illic eſt, qui hic intùs alter er. 7 *L.* omitto. 8 L. nil hab

EV. *Ibo intrò, atque illi tuo socienno iam interstringam gulam.*
Fugin' hinc ab oculis,[1] *abin an non?* ST. *abeo.* V. *cauesis, te videam.*

5 STROBILVS.

EMortuum ego me mauelim læto malo
Quàm non ego illi dem hodie insidias seni.
Nam hic iam non audebit aurum abstrudere.
Credo referet iam secum, & mutabit locum.
Atat foris crepuit,[3] *eccum senex aurum effert foras.*
Tantisper[4] *hic ego ad ianuam concessero.*

6 EVCLIO, STROBILVS.

EV. *FIdei censebam maxumam multo fidem*
Esse, ea subleuit os mihi penissumè,
Ni subuenisset coruos, perissem miser.
Nimis herclè ego illum coruum ad me veniat velim,
Qui indicium fecit, vt ego illi aliquid boni
Dicam: nam quod edit tam duim, quàm perduim.
Nunc hoc vbi abstrudam, cogito solùm locum.
Syluani lucus extra murum est auius,
Crebro salicto oppletus, ibi sumam locum.
Certum est Syluano potius credam quàm Fidei.
Fuge, fuge. STR. *dij me saluum & seruatum volunt.*
Iam ego illuc præcurram, atque inscendam aliquam in arborem,
Indeque obseruabo aurum, vbi abstrudat senex.
Quanquam hic manere herus me sese iusserat.
Certum est, malam rem potius quæram cum lucro.

LYCONIDES *adolescens*, EVNOMIA *mulier*, 6 PHÆDRA *puella.*

LY. *DIxi tibi mater, iuxta rem mecum tenes,*
Super Euclionis filia. nunc te obsecro
Fac mentionem cum auunculo mater mea,
Resecróque mater quod dudum obsecraueram.
EV. *Sis tute facta velle me quæ tu velis*
Et istuc confido à fratre me impetrassere,
Et causa iusta est, si quidem ita'st vt prædicas,
Te eam compressisse vinolentum, virginem.
L. *Egone vt te aduorsum mentiar, mater mea?*
7 PH. *Perij mea nutrix. obsecro te,* 8 *vterus dolet,*
Iuno lucina tuam fidem. L. *hem mater mea,*
Tibi rem potiorem video, clamat, parturit.
EV. *I hac intrò mecum gnate mi ad fratrem meum,*

1 L. abin' hinc an non? 2 L. Nanque 3 L. senex eccum aut.
4. *videtur legendum* huc.
5 L. STR Euge, euge, dij me &c.
6 L. VIRGO.
7 L. VIR.
8 L. vterum *legit ex Non.*

Vt istuc quod me oras, impetratum ab eo auferam.
LY. *Iam sequor te mater, sed seruom meum*
Strobilum miror vbi sit, quem ego me iusseram
Illic operiri, nunc ego mecum cogito,
Si mihi dat operam, me illi irasci iniuriam est.
Ibo intrò, vbi de capite meo sunt comitia.

8. STROBILVS.

PIci[3] *diuitiis, qui aureos montis colunt,*
Ego solus supero. nam istos reges cæteros
Memorare nolo, hominum mendicabula,
Ego sum ille rex Philippus, ô lepidum diem,
Nam vt dudum hinc abij, multò[4] *illuc adueni prior,*
Multóque prius me collocaui in arborem.
Inde[5] *expectabam*[6] *aurum vbi abstrudebat senex.*
Vbi ille abiit, ego me deorsum duco de arbore.
7 *Fodio aulam auri plenam, inde ex eo loco*
Video recipere se senem, ille me non videt.
Nam ego modò declinaui paulùm me extra viam.
8 *Atat eccum ipsum, ibo vt hoc condam, domũ.*

9. EVCLIO *senex*, LYCONIDES *adolescens.*

EV. *PErij, interij, occidi, quò curram? quò non curram?*
Tene, tene quem? quis? nescio, nihil video, cæcus eo, atque
Equidem quò eam, aut vbi sim, aut qui sim, nequeo cum animo
Certum inuestigare: obsecro vos ego mihi auxilio:
Oro, obtestor: sitis, & hominem demonstretis, qui eam abstulerit.
Qui vestitu & cretta occultant sese, atque sedent quasi sint frugi.
Quid ais tu? tibi credere certu'st, nam esse bonum
9 *te vultu cognosco.*
Quid est? quid ridetis? noui omnes, scio fures esse hic complures.
Hem nemo habet horum, occidisti. dic igitur quis habet, nescis?
Heu me miserum, miserè perij malè perditus, pessumè ornatus eo.
Tantum gemiti & mali 10 *molestiæq; hic dies mihi obtulit,*
Famem, & pauperiem, perditissimus ego sum omnium in terra,
Nam quid mihi opus 11 *vita'st? qui tantum auri perdidi?*
Quod custodiui sedulò egomet me defraudaui,

1 *L. ante hunc versum alium habet hoc modo.* Vt istuc quod tu me oras efficiam tibi. 2 *L.* I, iam seq.
3 *L.* Pie os. *i. gryphos, vel* γρύπας. 4 *L.* illò
5 *L.* spectabam 6 *L.* vbi aurum 7 *L.* Effodio
8 L. Atat, senem eccum 9 L. è vultu 10 *L.* mœstitiæque 11 *L.* est vita,

Animumq;

Animúmque meum, genitúmque meum, nunc eo alij latificantur.
Meo malo & damno, pati nequeo.
LY. *Quinam homo hic ante ædis nostras eiulans conqueritur mœrens?*
Atque hic quidem Euclio 1 est, vt opinor, oppidò ego interij, palàm 2 res est.
Scit peperisse iam, vt ego opinor, filiam suam: nunc mihi incertu'st,
Quid agam, abeam, an maneam? an adeam, an fugiam? quid agam ædepol nescio.

10. EVCLIO *senex*, LYCONIDES *adolescens.*

EV. *Quis hic loquitur?* LY. *ego sum 4 miser* EV. *immò ego sum miser, & miserè perditus.*
Qui tanta mala, mœstitudóque obtigit. L. *animo bono es.*
EV. *Quo obsecro pacto esse possum?* L. *quia istuc facinus, quod tuum*
Sollicitat animum, id ego feci & fateor. EV. *quid ego ex te audio?*
L. *Id quod verù'st.* E. *quid ego de te merui adolescens mali,*
Quamobrem ita faceres, méque meósque perditum ires liberos?
LY. *Deus 5 impulsor fuit, is me ad illam illexit.*
EV. *quo modo?*
LY. *Fateor me peccauisse, & 6 me culpam commeritum scio.*
Id adeo te oratum aduenio, vt animo æquo ignoscas mihi.
EV. *Cur id 7 ausus facere? vt id quod non tuum esset tangeres?*
L. *Quid vis fieri? factù'st illud, fieri infectum non potest,*
Deos credo voluisse: nam ni vellent, non fieret, scio.
E. *At ego deos credo voluisse, vt apud te me in neruo enicem.*
L. *Ne istuc dixit.* E. *quid tibi ergo meam me inuito tactio'st?*
L. *Quia vini vitio, atque amoris feci.* E. *homo audacissume,*
Cum istacne te oratione huc ad me adire ausum impudens?
Nam si istuc ius est 8 vt tu istuc excusare possies,
Luce 9 clara deripiamus aurum matronis palàm.
Post id si prehensi simus, excusemus ebrios
10 Non feciſſe amoris causſa: nimis vile'st vinum atque amor,
Si ebrio atque amanti impunè facere, quod lubeat, licet.
L. *Quin tibi vltrò supplicatum aduenio, ob stultitiam meam.*

1. *L.* est est, opinor opp. 2 *L.* est res. 3 L. Quis homo hic loq. 4 *Expungenda priore loco vox* miser 5 L. mihi imp. 6 L. me hanc culp 7 *L.* ausus 8 *L.* vt sic tu. 9 *L.* claro. 10 L. Nos.

EV. *Non mihi homines placent, qui 1 quom malefecerunt, 2 purgant.*
Tu illam scibas non tuam esse, non attactam oportuit.
L. *Ergo quia sum tangere ausus, haud caussificor, quin eam*
Ego habeam potissimum. EV. *tun' habeas me inuito meam?*
L. *Haud te inuito postulo, sed meam esse oportere arbitror.*
Quin tu eam inuenies inquam, meam illam esse oportere Euclio.
EV. *Nisi refers.* LY. *quid tibi ego referam?* EV. *quod surripuisti meum.*
Iam quidem ad prætorem hercle te rapiam, & tibi scribam dicam.
LY. *Surripui ego tuum? vnde, aut quid id est?*
EV. *ita te amabit Iuppiter*
Vt tu nescis. L. *nisi quidem tu mihi quid quæras, dixeris.*
EV. *Aulam auri inquam te reposco, quam tu 3 confessus mihi*
Te abstulisse. LY. *neque 4 id ædepol ego dixi, neque feci.* EV. *negas?*
L. *Pernego, immò 5 neque aurum, neque istæc aula quæ siet*
Scio, nec noui. EV. *illam ex Syluani luco quam abstuleras cedo,*
I refer, dimidiam tecum potius partem diuidam.
Tametsi fur mihi es, molestus non ero. 6 *fur i, refer.*
L. *Sanus tu non es, qui furem me voces. ego te Euclio*
De alia re resciuisse censui, quod ad me attinet.
Magna est res, quam ego tecum otiose, si otium est, cupio loqui.
EV. *Dic bona fide, tu id aurum non surripuisti?*
L. 7 *non, bona.*
EV. *Neque scis quis abstulerit?* L. *istuc quoque bona.* EV. 8 *æsque id si scies,*
Qui abstulerit, mihi indicabis? L. *faciam.* E. *neque partem tibi*
Ab eo, 9 quoi est, indipisces, neque furem excipies? L. *ita.*
EV. *Quid si fallis?* L. *tum me faciat quod volet magnus Iuppiter.*
EV. *Sat habeo, age nunc loquere quid vis.* L. *si me nouisti minus,*
Genere 10 quo sim gnatus, hic mihi est Megadorus auunculus.
Meus fuit pater Antimachus, ego vocor Lyconides,
Mater est Eunomia. E. *noui genus, nunc quid vis? id volo*
Noscere. L. *filiam ex te tu habes.* EV. *immò ecillam domi.*
L. *Eam tu despondisti opinor meo auunculo.* EV.

1 *L.* quando 2 L. purgitant 3 L. confessus 4 *Expungendum* id 5 L. neque ego aurum, neque illa 6 L. i verò refer. 7 *Tollendum* non. 8 *L.* atqui id 9 *L.* quiqui est. 10 *L.* qui.

omnem rem tenes.
L. Is me nunc renunciare repudium iussit tibi.
EV. Repudium rebus paratis, atque exornatis nuptiis.
Vt illum di immortales omnes, [1] quantum est, perduint,
Quem propter hodie auri tantum perdidi infelix miser.
L. Bono animo es, & benedice, nunc quæ res tibi & gnatæ tuæ
Bene felicitérque vortat, ita di faxint inquito.
EV. Ita di faciant. L. & mihi ita di faciant. audi nunc iam.
Qui homo culpam admisit in se, nullus est tam parui precij
Quin pudeat, quin purget se: nunc te obtestor Euclio,
[2] Vt quod ego erga te imprudens peccaui, aut gnatam tuam,
Mihi ignoscas, teámque vxorem mihi des, vt [4] lex iubet.
Ego me iniuriam [5] filiæ fecisse fateor tuæ,
Cereris vigiliis per vinum atque impulsu adolescentiæ.
E. Hei mihi, quod facinus [6] ex te ego audio? L. cur eiulas?
Quem [7] ego auum feci, iam vt esses filiæ nuptiis.
Nam tua gnata peperit, decumo mense post, numerum cape,
[8] Eo repudium remisit auunculus caussa mea.
I intrò, exquære sitne ita vt ego prædico. E. perij oppido.
Ita mihi ad malum malæ res plurimæ se agglutinant.
Ibo intrò, vt quid huius [9] sit rei sciam. L. iam te sequor.
Hæc propemodum iam esse in vado salutis res videtur.
Nunc seruum esse vbi dicam meum Strobilum, non reperio,
Nisi etiam hic operiar tamen paulisper, postea intrò
Hunc subsequar, [10] interim spacium ei dabo exquirendi
Meum factum, ex gnatæ pedissequa nutrice anus: ea rem nouit'.

1 L. deæque, quantum est, 2 L. Si quid 3 L. Vt mihi 4 L. leges iubent 5 L. feciſſe filiæ 6 L. ego ex te aud. 7 L. hodie ego. 8 L. ea re repud. 9 L. veri fit, sciã. 10 L. nunc interim.

ACTVS V.

STROBILVS, LYCONIDES.

Di immortales, quibus & quantis me donatis gaudiis?
Quadrilibrem aulã auro onustam habeo, quis me est diuitior?
Quis me Athenis nunc magis quisquam est homo, cui di sint propitij?
L. Certò enim ego vocem hic loquentis modò me audire visus sum.
ST. Herumne ego aspicio meum? L. videon' Strobilum seruum meum?
ST. Ipsus. L. haud aliust. ST. congrediar. L. contollam gradum.
Credo ego illum vt iussi, eampse anum adiisse huius nutricem virginis,
ST. Quin ego illi me inuenisse dico hanc prædam, atque eloquor.
Igitur orabo vt manu me mittat, ibo atque eloquar.
Repperi. L. quid repperisti? ST. non quod pueri clamitant,
In faba se reperisse. L. iámne autem vt soles, [2] ludis?
ST. Here mane, eloquar: iam ausculta. L. age ergo loquere. STR. repperi hodie
Here diuitias nimias. L. vbinam? ST. quadrilibrem inquam, aulam auri plenam.
L. Quod ego facinus audio ex te? ST. Euclioni huic sent surripui.
LY. Vbi [3] id aurum? ST. in arca apud me. nunc volo me emitti manu.
LY. Egone te emittam manu scelerum cumulatissime? STR. abi here. scio
Quam rem geras, lepide hercle animum [4] tentaui tuum, iam
[5] Eripere apparabas, quid faceres, si reperissem?
LY. Non potes probasse nugas, i, redde aurum.
ST. reddam ego aurum?
LY. Redde inquam, vt huic reddatur. STR. ah vnde? LY. quòd modò fassus es esse
In arca. STR. soleo hercle ego [6] nugas garrire, ita loquor. LY. at scin'
Quomodo? STR. vel hercle enica, nunquam hinc feres à me.

1 L. video ego hunc Strob. seruum meum. 2 al. me ludis Lam suspicatur me lamberat? 3 L. id est aur. 4 L. tuum tentaui. 5 L. Vt eriperes app. 6 L. garrire nugas.

Imperfecta fabula.

CAPTEI-

CAPTEIVEI.

DRAMATIS PERSONÆ.

ERGASILVS *parasitus,*
HEGIO *senex,*
ARISTOPHONTES,
LORARIVS,
HEGIONIS *puer,*
PHILOCRATES *captiui,*
PHILOPOLEMVS,
TYNDARVS,
STALAGMVS *seruos,*
GREX.

ARGVMENTVM.

Aptus 1 *est in pugna Hegionis filius,*
Alium quadrimum fugiens seruos vendidit.
Pater capteiuos commercatur 2 *alteros,*
Tantum studens vti 3 *natum recuperet.*
Et 4 *inibi emit olim amissum filium,*
Is suo cum domino veste vorsa ac nomine,
Vt amittatur fecit, ipsus plectitur.
Et is reduxit captum & fugitiuom simul,
Indicio coius alium agnoscit filium.

PROLOGVS.

HOs quos videtis stare hic capteiuos duos,
Illi qui 5 *stant* 6, *ij stat hic ambo, non sedet.*
Vos mihi testes estis, me verum loqui.
Senex qui hic habitat Hegio, est huius pater.
Sed is quo pacto 7 *suo sibi seruiat patri,*
Id ego apud vos proloquar, si operam datis.
Seni huic fuerunt filij nati duo.
Alterum quadrimum puerum seruos surpuit,
Eúmque huc profugiens vendidit in 8 *Aulide,*
Patri huiusce. Iam hoc tenetis, optimum est.
Negat hercle ille vltimus, accedito.
Si non vbi sedeas locus est, est vbi ambules,
Quando histrionem cogis mendicarier.
Ego me tua caussa, ne erres, non rupturus sum.
Vos qui potestis ope vestra censerier,
Accipite reliquom, alieno vti nihil moror.
Fugitiuos ille, vt dixeram antè, huius patri,
Domo quem profugiens dominum abstulerat, vendidit. (*to suo*
Hic postquam hunc emit, dedit eum 9 *huic gna-*
Peculiarem, quia quasi vna ætas erat.
Hic nunc domi seruit suo patri, nec scit pater.
Enimuerò di nos quasi pilas homines habent.
Rationem habetis quomodo vnum amiserit.
Postquam belligerant Aetoli cum 10 *Aulidis,*
Vt 11 *sit in bello, capitur alter filius:*
Medicus Menarchus emit ibidem in 12 *Aulide.*
Capit capteiuos commercarier hic 13 *alios,*
Si quem reperire posset, cum quo mutet suum
Illum capteiuom, hunc suũ esse nescit, qui dom'st:
Et quoniam heri inde audiuit, de summo loco,
Sũmoq; genere captum etiam equitem 1 *alterum,* 40
Nihil precio parsit, filio dum parceret,
Reconciliare vt facilius posset domum,
Emit hosce de præda ambos de quæstoribus.
Hisce autem inter sese confinxerunt dolum.
Quo pacto hic seruos suum herum hinc amittat 45
domum.
Itaque inter se commutant vestem & nomina.
Illic vocatur Philocrates, hic Tyndarus.
Huius illic, hic illius hodie fert imaginem,
Et hic hodie expediet hanc docte fallaciam,
Et suum herum faciet libertatis compotem, 50
Eodemque pacto fratrem seruabit suum:
Reducemque faciet liberũ in patriam ad patrem.
Imprudens. itidem vt sæpe iam in multis locis
Plus insciens qui fecit, quàm 3 *prudens boni.*
Sed inscientes sua sibi fallacia, 55
Ita compararunt, & confixerunt dolum.
Itaque hi commenti de sua sententia,
Vt in seruitute hic ad suum maneat patrem.
Ita nunc ignorans suo sibi seruit patri.
Homunculi quanti sunt, qom recogito, 60
Hæc res agetur nobis, vobis fabula.
Sed etiã est paucis 4 *vos quod monitos voluerim.*
Profectò expediet fabulæ huic operam dare.
Non pertractatè facta'st, neque item vt cetera.
Neque spurcidici insunt versus immemorabiles. 65
Hic neque periurus leno'st, nec meretrix mala,
Neque miles glorioſus. Etiam ne vereamini,
Quia bellum Ætolis esse dixit cum 5 *Aulidis,*
Foris illic extra scenam fient prælia.
Nam hoc penè iniquum est comico choragio,
Conari desubitò nos agere tragœdiam. 70
Proin' si quis pugnam 6 *expetat, lites contrahat,*
Valentiorem nactus aduersarium
Si erit, ego faciã vt pugnã 7 *inspectet non bonam,*
Adeò vt spectare postea omneis oderit.
Abeo: valete iudices iustissimi. 75
Domi 8 *bellique duellatores' optumi.*

ACTVS PRIMVS.
ERGASILVS *parasitus.*

IVuentus nomen indidit scorto mihi:
Eò quia inuocatus soleo esse in conuiuio.

1 L. fuit. 2 L. Alios, i. Etios, *ab vrbe Etide.* 3 L. gnatũ suum recup. 4 L. interibi 5 L. adstant 6 *Expungendum* hic. 7 L. seruiat suo sibi p. 8 L. Alide, i. Etide, 9 *Expungendum* huic. 10 L. Aliis, 11 L. vt in bello sit c. 12 L. Alide. 13 L. alios

1 L. alium 2 L. Hice a. inter sese hunc conf. 3 L. sciens, 4 L. quod monitos vos 5 L. Aliis, 6 L. exspectat,

7 *Bosc. cernat vt sit ambiguum, quæ coniectura non displicet* L. 8 L. *fortasse legendum* duellique.

Scio absurdè dictum, hoc derisores dicere,
At ego [1] dico rectè. Nam [2] scortum in conuiuio
Sibi amator talos cùm iacit, inuocat.
Estne inuocatum, annon [3] est? planissimè,
Verum hercle verum nos parasiti planius,
Quos nunquam quisquam neque vocat, neque inuocat,
Quasi mures semper edimus alienum cibum.
Vbi res prolatæ sunt, quom rus homines eunt,
Simul prolatæ res sunt nostris dentibus.
Quasi cum caletur, cochleæ in occulto latent,
Suo sibi succo viuant, res si non cadit:
Item parasiti rebus prolatis latent,
In occulto miseri victitant succo suo:
Dum ruri rurant homines quos liguriant,
Prolatis rebus parasiti, venatici
Sumus, quando [4] rure redierunt, molossici,
Odiosicique & multum incommodistici,
Et hic quidem hercle, nisi qui colaphos perpeti
[5] Potest parasitus, frangique aulas in caput.
Vel extra portam ire trigeminam ad sacculum licet.
Quod mihi ne eueniat, nonnullum periclu'st.
[6] Nam postquam meus rex est potitus hostium,
Ita nunc belligerant Aetoli cum [7] Aulidis.
Nam Aetolia hæc est, illic [8] est captus in Aulide
Philopolemus huius Hegionis filius
Senis, qui hic habitat, quæ ædes lamentariæ
Mihi sunt, quas quotiescunque conspicio, fleo.
Nunc hic occœpit quæstum hunc filij gratia,
Inhonestum, [9] & maxumè alienum ingenio suo,
Homines capteiuos commercatur: si queat
Aliquem inuenire, suum quicum mutet filium.
Nunc ad eum pergam. sed aperitur ostium,
Vnde saturitate sæpe ego exij ebrius.

2. HEGIO senex, LORARIVS. PARASITVS, ERGASILVS.

ADuorte animum sis tu, istos capteiuos duos,
Here quos emi de præda, de quæstoribus,
His indito catenas singularias:
Istus maiores, quibus sunt vincti, demito.
Sinito ambulare, si foris, si intus volent,
Sed vti asseruentur magna diligentia.
Liber captiuus auis ferè consimilis est.
Semel fugiendi si data est occasio,
Satis est, nunquam [10] post illa possis prendere.
LOR. Omnes profectò liberi lubentius
Sumus, quàm seruimus. HE. non videre ita tu quidem.
LO. Si non est quod dem, mène vis dem ipse impedes?
HEG. Si dederis, erit extemplò mihi, quod dem tibi,

1 L. aio 2 L. in conuiuio sibi Amator talos cùm iacit, scortum inuocat 3 L. est? est plan. 4 L. res red. 5 l. potis 6 L. Nunc, & cohærere debet cum sine superioris versus 7 L. Aliis. 8 L. B. captu'st in Alide. 9 copula & expungenda. 10 L. post illa.

LO. Auis me [1] ferè consimilem faciam, vt prædicas.
HE. Ita vt dicis [2] si faxis, te in caueam dabo.
Sed satis verborum est, cura quæ iussi, atque abi.
PA. Quod [3] quidem ego nimis quàm cupio, vt impetret.
Nam ni illum recipit, nihil est quò me recipiam.
Nulla'st [4] spes iuuentutis: sese omnes amant.
Ille demum antiquis est adolescens moribus.
[5] Qui nunquam voltum [6] tranquillauit Graius.
Condignè est pater eius moratus moribus.
HEG. Ego ibo ad fratrem, & ad alios capteiuos meos,
Visam ne nocte hac quippiam turbauerint,
Inde me continuò recipiam rursum domum.
PAR. Aegrè'st mihi hunc facere quæstum carcerarium,
Propter sui gnati miseriam, miserum senem.
Sed si vllo pacto ille huic conciliari potest,
Vel carnificinam hunc facere, possum perpeti.
H. Quis hic loquitur? P. ego qui tuo mœrore macerer,
Macesco, consenesco & tabesco miser.
Ossa atque pellis [6] summiseram macritudine.
Neque vmquam quicquam me iuuat quod edo domi,
Foris aliquantillum etiam quod gusto, id beat.
HEG. Ergasile salue. PAR. di te bene ament Hegio.
HEG. Ne fle. PAR. egóne illum non fleam? egóne non defleam
Talem adolescentem? HEG. semper sensi filio
Meo te esse amicum, & illum intellexi tibi.
PAR. TVM denique [8] omnes nostra intellegimus bona,
Quom quæ in potestate habuimus, ea amisimus.
Ego postquam gnatus tuus [9] potitus est hostium,
Expertus quanti fuerit, nunc desidero.
HEG. Alienus cùm eius incommodum tam ægrè feras
Quid me patrem par facere'st? quoi ille est vnicus?
PAR. Alienus ego? alienus ille? at Hegio,
Nunquam istuc dixis, neque animum induxis tuum.
Tibi ille vnicu'st, [10] mihi etiam vnico magis vnicus.
HEG. Laudo, malum cùm amici tuum ducis malum.
Nunc habe [11] bonũ animum. PAR. heu. HEG. Huic illud dolet,
Quia nunc remissius est edendi exercitus
[12] Nullúmne interea [13] nactus qui posset tibi

1 L. feræ 2 L. nam si f. 3 L. ego quidem nimis 4 L. iuuentutis spes, s. 5 L. Cuius & L. tranquillaui gratiis. 7 L. sum misera macr. 8 L. homines 9 L. potitu'st. in potestatem hostium venit. 10 L. mihi est vnico 11 L. animum bonum, 12 L. Persona quæ hoc loco prius confusa erant, a Lambino vt edidimus sunt restituta. 13 L. nactus i. nactus es.

Remis-

Remissum, quem 1 *dixti imperare exercitum?*
PAR. *Quid credis? fugitant omnes hanc prouinciam.*
2 *Posteaquam captus est Philopolemus tuus.*
HEG *Non pol mirandust fugitare hanc prouinciam,*
Multis & multigeneribus opus est tibi
Militibus, 3 *primo dum opust pistorienſibus:*
Eorum sunt 4 *aliquot genera pistorienſium.*
Opus paniceis, opus plancentinis quoque,
Opus turdetanis, opust ficedulensibus.
Iam maritumi omnes milites opus sunt tibi.
PAR. *Vt sæpe summa ingenia in occulto latent:*
Hic qualis imperator, nunc priuatus est.
HEG. *Habe modo bonum animum. nam illum confido domum*
In his diebus me reconciliaſſere,
Nam eccum 5 *hic captiuum adoleſcentem alium,*
Prognatum genere ſummo, & ſummis diuitiis.
Hoc illum me mutare confido fore.
PAR. *Ita di dent, faxint.* HE. *ſed num quo foras* 6 *Vocatus ad cœnam?* PAR. *nuſquam* 7 *pol quod ſciam.*
Sed quid 8 *tam id quæris?* HEG. *quia* 9 *mihi est natalis dies,*
Propterea te vocarier ad cœnam volo.
PAR. *Facetè dictum.* HEG. *ſed ſi* 10 *pauxillum potes*
Contentus esſe. PAR. 11 *ne perpauxillum modo.*
12 *Nam istoc me aſſiduo victu delecto domi.*
Age ſis roga. HEG. *emptum, niſi qui meliorem afferet.*
PAR. *Quæ mihi atque amicis placeat conditio magis?*
Quaſi fundū vendens meis me addicam legibus'.
HEG. 13 *Proh, fundum vendis, tu quidem haud fundum mihi,*
Sed ſi 14 *vēturus tempori.* P. *hem, vel iā ociū est.*
HEG *I modò, venare leporem: nunc* 15 *ym tenes.*
Non meus ſcrupoſam victus commeat viam.
PAR. *Nunquam istoc vinces me Hegio, ne poſtules.*
cum colceatis dentibus veniam tamen'.
HEG. *Aſper meus victus ſan'est.* PAR. *ſentisne eſitas?*
HEG. *Terreſtris cœna'st.* PAR. *ſus, terreſtris beſtia'st.*
HEG. *Multis oleribus.* PAR. *curato ægrotos domi.*
Nunquid vis? HEG. *venias tempori.* P. *memorem mones.*
HEG. *Ibo intrò, atque intus ſubducam ratiunculam,*
Quantillum argenti mihi apud trapezitam ſiet.
Ad fratrem quò me dixeram mox 1 *iero.*

1 L. quoi obtigerat d. 2 L. Poſte' quam.
3 L. primùm 4 L. genera aliquot. 5 L. captiuū hic habeo Alium, 6 L. vocatus es ad. 7 L. equidem quod. 8 L. tu. 9 L. mihi natali'st d.
10 L. pauxillo. 11 L. ne perp. 12 *Perſonæ quæ hic erant confuſæ in ſuum ordinem ſunt reſtitutæ à L.*
13 L. Profundum. *i. venirem tuum auidum*
14 L. venturus. 15 *Cum* i. rem ten. L. irim tenes.

ACTVS II.

LORARII, PHILOCRATES, TYNDARVS, *captiui.*

SI di immortales id voluere vos hanc æruminam exequi,
Decet id pati 1 *animo æquo, ſi id facietis, leuior labos erit.*
Domi fuiſtis credo liberi,
Nunc ſeruitus ſi euenit, ei vos morigerari mos bonu'st:
3 *Eámque herili imperio ingeniis voſtris lenem reddere.*
Indigna digna habenda ſunt, herus quæ facit. C. 4 *ohoho.*
LO. *Eiulatione haud opus est, oculis* 5 *multa miſera cuditis.*
IN RE *mala animo ſi bono vtare, adiuuat.*
CAP. *At nos pudet, quia cum catenis ſumus.*
LOR. *at pigeat poſtea*
Herum noſtrum, ſi vos eximat 6 *vinculis,*
Aut ſolutos ſinat, quos argento emerit.
CAP. *Quid à nobis metuit? ſcimus nos*
Noſtrum officium est, ſi ſolutos ſinat.
LOR. *At fugam ſingitis, ſentio quam rem agitis.*
CA. *Nos fugiamus? quò fugiamus?* LO. *in patriam.* CA. *apage haud nos id deceat,*
Fugitiuos imitari. LOR. *imò ædepol ſi erit occaſio, haud dehortor.*
CAP. *Vnum exorare vos ſinite nos.* LOR. *quidnam id est?* CAP. *vt ſine* 8 *hiſce arbitris*
Atque vobis, nobis detis locum loquendi.
LOR. *Fiat, abſcedite hinc, nos cōcedamus huc.*
Sed breuem orationem incipiſſe.
PHI. *Hem iſtuc mihi certum erat,* 9 *concede huc.* LOR. *abite ab iſtis.* 10 PHI. *obnoxij ambo.*
Vobis ſumus propter hanc rem, cùm quòd volumus non
Copia est, 11 *ea facitis nos compotes.*
Secede huc nunc iam, ſi videtur procul,
Ne arbitri dicta noſtra arbitrari queant:
Neue permánet 12 *palàm hæc noſtra fallacia:*
NAM *doli non doli ſunt, niſi aſtu colas:*
Sed malum maxumum ſi id palam hac noſtra fallacia.
Nam ſi herus mihi es tu, atque ego me tuum eſſe ſeruum aſſimulo:
Tamen viſo opu'st, cauto est opus, vt hoc ſobriè ſine arbitris
Accuratè hoc agatur, docte & diligenter.

1 L. verò 2 L. æquo animo 3 L. *Lamb. locum hunc ſuſpicatur eſſe corruptum, & ita emendandum,* Atque herile imperium ing. v. lene red. 4 L. oho, oho. 5 L. multam miſeriam additis 6 L. è vinc.
7. L. non 8 L. his arb. 9 L. concedo.
10 L. *Debet hic nomen* PHI. *præſcribi.* 11 L. & facitis eius nos comp. 12 L. *Voccm* palam *delendam cenſet Lamb.*

Tanta incepta res est, haud somniculosè hoc
Agedum est. TYN. *ero vt me*[1] *voles.* PHI. *spero.*
TYN.[2] *Nam nunc vides pro tuo raro capite,*
Carum offerre meum caput[3] *vtilitati.*
PHI. *Scio.* TYN. *at scire*[4] *tum memento, quando id quod voles habebis:*
Nam ferè maxuma pars morem hunc homines habent, quod sibi volunt,
Dum imperant, boni sunt: sed vbi iam penes sese habent,
Ex bonis pessumi, & fraudulentissumi
Sunt: nunc vt te mihi[5] *volo esse, autumo.*
TYN. *Quod tibi suadeo, suadeam meo patri.*
PHI. *Pol ego si te audeam meum patrem nominem*
Nam secundum patrem tu es pater proximus.
TYN. *Audio.* PHI. *& propterea sapius te vt memineris moneo.*
Non ego herus tibi: sed seruos sum. nunc obsecro te hoc vnum,
Quoniam di immortales animum ostenderunt suum,
Vt qui herum me tibi fuisse atque esse[6] *nunc conseruum velint.*
Quod antehac pro iure imperitabam meo, nunc oro per precem,
Per fortunam incertam, & per mei te erga bonitatem patris,
Pérque conseruitium commune, quod hostica euenit manu,
Ne me secus honore honestes quàm cum seruibas mihi.
Atque qui fueris, & qui nunc sis, meminisse vt memineris.
TYN. *Scio quidem me te esse nunc, & te esse me.*
PHI. *hem istuc si potes*
Memoriter meminisse, inest spes nobis in hac astutia.

2. HEGIO, PHILOCRATES, TYNDARVS.

HEG. *IAm ego reuortar*[8] *intrò, si ex his quæ volo exquisiuero.*
Vbi sunt isti, quos ante ædis iussi huc produci foras?
PHI.[9] *Pol tibi ne*[10] *quæstioni essemus cautum intelligo,*
Ita vinclis custodiisque circummœniti sumus.
HE. *Qui cauet ne decipiatur, vix cauet cum etiã cauet.*
Etiam cùm cauisse[11] *ratus, sæpe is cautor captus est.*
An verò non iusta caussa est,[12] *vt vos seruem sedulò,*
Quos tam grandi sim mercatus præsenti pecunia?
PHI. *Neque pol tibi nos, quia nos seruas, aquom est*[1] *stultitiæ vortere:*
Neque te nobis, si abeamus hinc, si fuat occasio.
HEG. *Vt vos hic, itidem illic apud vos meus seruatur filius.*
PHI. *Captus est?* HE. *ita.* PH. *non igitur nos soli ignaui fuimus.*
HEG. *Secede huc. nam sunt ex te quæ solo scitari volo.*
Quarum rerum te falsiloquum mihi esse nolo.
PHI. *non ero,*
Quod sciam, si quid nesciui, id nescium tradam tibi.
T. *Nunc senex est in tonstrina, nunc iam cultros attinet.*
Ne id quidem inuolucre iniicere voluit, vestem vt ne inquinet.
Sed vtrum strictimne attonsurum dicam esse, an per pectinem,
Nescio: verùm si frugi est, vsq; admutilabit probè.
H. *Quid tu, seruúsne esse an liber mauelis? memora mihi.*
PH. *Proxumum quod sit bono, quódque à malo longissimè,*
Id volo: quãquã non multũ fuit molesta seruitus:
Nec mi secus erat, quàm si essem familiaris filius.
T. *Euge pol. Thalem talento non emam Milesium.*
Nam ad sapientiam huius ille nimius nugator fuit.
Vt facetè orationem ad seruitutem contulit?
H. *Quo de genere natu'st illic Philocrates?* P. *Polypiusio.*
Quod genus illic vnum est pollens atque honoratissumum.
HE *Quid ipsus hic? quo honore est illic?* PH. *summo, atque*[4] *ab summis viris.*
HE. *Tum igitur ei cum in aliis tanta gratia est, vt prædicas.*
Quid diuitiæ? súntne[5] *optumæ?* PHI. *vnde excoquat seuom*[6] *senex*
HE. *Quid pater, viuitne?* P. *viuum, cùm inde abiimus, liquimus.*
Nunc viuat, necne, id orcum scire oportet scilicet.
TY. *Salua res est, philosophatur quoq;, non mendax modò est.*
HE. *Quod erat ei nomen?* P. *Thesaurochrysonicochrysides.*
HE. *Videlicet propter diuitias inditum id nomen quasi est.*
P. *Immò ædepol propter auaritiam ipsius, atque audaciam.*
Nam ille quidem Theodoromedes fuit germano nomine.

1 L. voles esse 2 L. Nam tu me vid pro tuo raro capite. *sunt autem verba Tyndari, vt & hic restituimus: erant in confusa persona.* 3 L. vtilitati. 4 *Expungenda vox* tum 5 L. esse volo, esse autumo. 6 *Expungendum* nunc 7 L. Atque vt qui. 8 L. intus si. 9 L. Edepol. 10 L. in quæstione 11 L. iratu'st, 12 L. cur vos

1 L. vitio 2 L. à summis. 3 L. optimæ. 4 L. scibum 5 L. At nunc

HE. *Quid*

HE. *Quid tu ais, tenáxne pater eius est?* P. *imò ædepol pertinax.*
Quinetiam vt magis noscas, 1 *genio vbi suo quãdo sacrificat,*
Ad rem diuinam quibus est opus Samiis vasis vtitur,
Ne ipse genius surripiat, proinde aliis vt credat vide.
HE. *Sequere hac me igitur, eadem ego ex hoc quæ volo exquæsiuero.*
Philocra res hic fecit, hominem frugi vt facere oportuit.
Nam ego ex hoc quo genere gnatus sis scio, hic fassust mihi.
Hæc tu eadem si confiteri vis, 2 *ex tua re feceris.*
Quæ tamen scito scire me ex hoc. T. *fecit officium hic suum,*
Cùm tibi est confessus verum: quanquam volui sedulò
Meam nobilitatem occultare, & genus & diuitias meas.
3 *Hegio nunc, quando patriam & libertatem perdidi,*
Non ego istunc me potius, quàm te metuere æquum censeo.
Vis hostilis cum istoc fecit meas opes æquabiles.
Memini cum dicto haud audebat, facto nunc lædat licet.
Sed viden? fortuna humana fingit artátque vt lubet.
Me qui liber fueram, seruum fecit, è summo infimum.
Qui imperare 4 *insueram, nunc alterius imperio obsequor.*
Et quidẽ si proinde vt ipse fui imperator familiæ,
Habeam dominum, 5 *haud verear ne iniustè aut grauiter mihi imperet.*
Hegio, hoc te monitum, nisi sortè ipse non vis, volueram.
HE. *Loquere audaciter.* TYN. *tam ego fui antè liber, quàm gnatus tuus.*
Tam mihi, quàm illi libertatem hostilis eripuit manus.
Tam ille apud nos seruit, quàm ego nunc hìc apud te seruio.
Est profectò Deus, qui quæ nos gerimus auditque & videt,
Is vti tu me hic habueris, proinde illum illic curauerit.
Bene merenti bene profuerit, malè merẽti par erit.
Quàm tu filium tuum, tam pater me meus desiderat.
HE. *Memini ego istoc. sed faterin' eadem quæ hic fassu' st mihi?*
TYN. *Ego patri meo esse fateor summas diuitias domi,*
Meque summo genere gnatum, sed te obtestor

1 L. genio suo vbique. 2 L. tua ère.
3 L. Hegio quando *sublato* nunc
4 L. insueueram. 5 L. non.
6 *expungendum* Hegio.

Hegio.
Ne tuum animũ auariorem faxint diuitiæ meæ.
Ne patri tametsi vnicus sum, decere videatur magis,
Me saturũ seruire apud te sumptu & vestitu tuo,
Potius quàm illi, vbi minimè honestum est, mendicantem viuere.
H. *Ego virtute deûm & maiorum nostrûm diues sum satis.*
Non ego omnino lucrum omne esse vtile homini existumo,
Scio ego, multos iam lucrum luculentos homines reddidit.
Est etiam vbi profectò damnum præstet facere quàm lucrum.
Odi ego aurum: multa multis sæpe suasit perperam.
Nunc hoc animum 1 *aduorte, vt ea quæ sentio pariter scias.*
Filius meus illic apud vos seruit 2 *captus in Aulide,*
Eum si reddis mihi, præterea vnum nummum ne duis,
Et te & hunc amittam hinc, alio pacto abire 3 *non potes.*
T. *Optumum & æquissimum oras, optumúsque hominum es homo,*
Sed is priuatam 4 *illic seruitutem seruit, an publicam?*
HEG. *Priuatam medici Menarchi.* PHI. *pol hic quidem huius est cliens.*
Tam hoc quidem tibi in 5 *procliui, quàm imber est quando pluit.*
HEG. *Facis' homo* 6 *vt redimai?* T. *Faciam, sed te id oro Hegio.*
HEG. *Quid vis, dum ab re ne quid ores, faciam.*
T. *ausculta, tum scies.*
Ego me amitti donicum ille huc redierit, non postulo:
Verùm quæso te vt æstimatum hunc mihi des, quem mittam ad patrem,
Vt is homo redimatur 7 *illic.* H. *immò alium potius misero*
Hinc, vbi erunt inducia, illuc tuum qui conueniat patrem,
Qui tua, quæ tu 8 *iusseris mandata, ita vt velis, perferat.*
TYN. *At nihil est ignotũ ad illum mittere, operam luseris.*
Nunc mitte, hic omne transactum reddet si illuc venerit,
Nec quenquam fideliorem, neque quoi plus credat, potes
Mittere ad eum, nec qui magis sit seruos ex sententia,
Neque adeò quoi 9 *tuum concredat filium hodie audacius.*

1 L. aduortito. 2 L. captus Alide.
3 L. hinc non. 4 L. seruitutem seruit illi an.
5 L. procliuist. 6 L. redimatur? 7 L. illi.
8 L. miseris. 9 L. suum

Ne vereare, meo periculo huius ego experiar fidē,
Fretus ingenio eius, quòd me esse scit erga se beneuolum.
HEG. *Mittam equidem istunc æstimatum tua fide, si vis.* TYN. *volo.*
Quàm citissumè potest, tam hoc cedere ad factum volo.
HEG. *Num* [1] *quæ causa est, quin si ille huc non redeat, viginti minas*
Mihi des pro illo? TYN. [2] *optumè imò.* HEG. *solui te istum nuncium,*
Atque vtrunq;. T. *di tibi omnes omnia optata* [3] *ferant,*
Cum me tanto honore honestas, cumque ex vinclis eximis.
Hic quidem haud molestum est [4] *iam quod collus collaria caret.*
HEG. QVOD *bonis benesit beneficium, gratia ea grauida est bonis.*
Nunc tu illum, si illò es missurus, dice, monstra, præcipe,
Quæ ad patrem vis nunciari. vin' vocem huc ad te? T. *voca.*

HEGIO, PHILOCRATES, TYNDARVS.

HEG. QVæ res bene vortat mihi, meóque filio,
Vobísque, volt te nouos herus operam dare
Tuo veteri domino [6] *quod velit fideliter.*
Nam ego te æstumatum huic dedi viginti minis,
Hic autem te ait mittere hinc velle ad patrem,
Meum vt illic redimat filium: mutatio
Inter me atque illum vt nostris siat filiis.
PHI. *Vtroque vorsum rectum est ingenium meum.*
Ad te atque ad illum pro rota vti me licet.
Vel ego huc vel illuc vortar quo imperabitis.
HEG. *Tute tibi ea tuopte ingenio prodes plurimum.*
Cum seruitutem ita fers vti ferri decet.
[7] *Sequere, en hem tibi hominem.* T. *gratiam habeo tibi,*
Quom copiam istam mihi & potestatem facis:
Vt ego ad parenteis hunc remittam nuncium,
Qui me quid rerum hic agitem, & quid fieri velim,
Patri meo ordine omnem rem illuc perferat.
Nunc ita conuenit inter me atq; hunc, Tyndare,
Vt te æstumatum in [8] *Aulidem mittam ad patrem.*
[9] *Ac si non rebitas huc, vt viginti minas*
Dem pro te. PH. *rectè conuenisse sentio.*
Nam pater expectat aut me, aut aliquem nuncium,
Qui hinc ad se veniat. T. *Ergo animum aduortas volo.*

1 *L.* qua 2 *L.* optima: imo 3 *L.* afferant,
4 *Expungendum* iam 5 *L.* hunc 6 *L.* quod is velit 7 *L.* Sequere hac, hem t. 8 *L.* Alidem
9 *Expungendum* Ac

Quæ nunciare hinc te volo in patriam ad patrem.
PHI. [1] *Vt adhuc locorum feci faciam sedulò,*
Vt potissimum quod in rem rectè conducat tuam,
Id petam, [2] *persequarque corde & animo atque viribus.*
T. *Facis ita vt te facere oportet. Nunc animum aduortas volo,*
Omnium primùm salutem dicito matri ac patri,
Et cognatis, & si quem alium beneuolentem videris,
Me hic valere & seruitutem seruire huic homini optumè,
Qui me honore honestiorem semper fecit & facit.
PHI. *Istuc* [3] *non præcipias, facilè memoria memini.* T. *tamen,*
Nam [4] *quidem nisi quòd custodem habeo, liberum me esse arbitror.*
Dicito patri, aut pacto mihi cum hoc conuenerit
De huius filio. PHI. *quæ memini, mora mera est monerier.*
T. *Vt eum redimat, & remittat nostrum huc amborum vicem.*
PH. *Meminero.* HE. *at quamprimum* [5] *istuc in rem vtrique est maxumè.*
PH. *Non tuum tu magis videre, quàm ille suum gnatum cupit.*
HEG. *Meus mihi, suus cuique est carus.* PH. *nunquid aliud vis patri*
Nunciari? PH. *me hic valere & tute audacter dicito,*
Tyndare: inter nos fuisse ingenio haud discordabili.
Neque te commeruisse culpam, neq; me aduersatum tibi,
Beneque hero gessisse morem in tantis ærumnis tamen,
Neque [6] *me vnquam deseruisse te, neque factis, neque fide,*
Rebus in dubiis, egenis, hæc pater quando sciet,
Tyndare, vt fueris animatus erga suũ gnatum atque se,
Nunquam erit tam auarus, quin te gratiis emittat manu,
Et mea opera, si huc rebito, faciam vt facias facilius.
Nam tua opera, & comitate, & virtute, sapientia,
Feciſti vt redire liceat ad parentes denuò,
Cùm apud hunc confessus es, & genus & diuitias meas.
[7] *Quo pacto* [8] *emisti è vinculis tuum herum, tua sapientia.*
PH. *Feci ego ista vt commemoras, & te meminisse id gratum est mihi.*
Meritò tibi ea euenerunt à me, nam nunc Philocrates,
Si ego item memorem quæ [9] *me erga multa fe-*

1 *L.* Philocrates, vt ad 2 *L.* idque persequar c.
3 *L.* ne pr. 4 *L.* equidem 5 *L.* poteris, tam in rem
6 *L.* med 7 *L. censet legendum* Quo facto
8 *L.* exemisti 9 *L.* med erga

cisti

cisti bene,
Nox diem adimat. nam [1] *seruus meus si esses, nihilo secius*
Obsequiosus mihi semper fuisti. HE. *di vostram fidem,*
Hominum ingenium liberale, vt lacrumas excutiunt mihi.
Videas corde amare inter se, quantis laudibus sum herum
Seruus collaudauit? PH. *pol istic haud me centesimam*
Partem laudat, quam ipse meritus est, vt laudetur laudibus.
HEG. *Ergo cum optimè feci sti, nunc adest occasio,*
Benefacta cumulare, vt erga hunc rem geras fideliter.
PH. *Magis non factum possum velle, quàm opera experiar persequi*
Id vt scias, Iouem supremum testem [3] *do Hegio,*
Me infidelem non futurum Philocrati. H. *probus es homo.*
PH. *Nec me secus vnquam ei facturum quicquã, quam memet mihi.*
TY. *Istæc dicta* [4] *te experiri* & [5] *opera & factu volo.*
Et [6] *quod minus dixi de te quàm volo, animum aduortas volo.*
Atque [7] *horum verborum causa* [8] *mihi caueto iratus fuas:*
Sed te quæso, cogitato, hinc mea fide mitti domũ
Te æstimatum, & meam esse vitam hic pro te positam pignori
Ne te ignores, cum extemplò meo è conspectu abscesseris,
Quom me seruom in seruitute pro te hic [9] *reliqueris,*
Tuque te pro libero esse ducas, pignus deseras,
Neque des operam pro me, [10] & *huius reducem facias filium*
Scito te hinc minis viginti æstimatum mittier.
Fac fidelis sis fideli caue fidem fluxam geras.
Nam pater scio, faciet, quæ illum facere oportet omnia.
Serua [11] *tibi perpetuum amicum me, atque hunc inuentum inueni.*
Hæc per dextram te dextra retinens manu,
Obsecro, infidelior mihi ne fuas quàm ego sũ tibi,
Tu hoc age, mihi herus nunc es, tu patronus, tu pater.
Tibi commendo spes opésque meas. PH. *mandauisti satis.*
Satin' habes mandata, quæ sunt facta, si refero,
T. *satis.*
PH. *Et tua, & tua, huc ornatus reueniam ex sententia.*
Nunquid aliud? T. *vt quamprimùm* [1] *possis redeas.* PHI. *res monet.*
HEG. *Sequere me, viaticum vt dem* [2] *à trapezita tibi,*
Eadem opera à prætore [3] *sumas syngraphum.*
T. *quem syngraphum?*
HEG. *Quem hic ferat secum ad legionem, hinc ire huic vt liceat domum.*
Tu intrò abi. T. *bene ambulato.* PH. *bene vale.*
HEG. *ædepol rem meam*
Constabiliui, cùm illos emi de præda à quæstoribus.
Expediui ex seruitute filium, si diis placet.
At etiam dubitaui hos homines emerem, an non emerem, diu.
Seruate istum sultis intus serui, ne quoquam pedem
Efferat sine custode. 4at ego mox apparebo domi,
Ad fratrem modò captiuos alios inuiso meos.
Eadem percontabor, ecquis hunc adolescentem nouerit.
[5] *Sequere te vt amittam, ei rei primùm prævorti volo.*

1 L. si seruus meus esf. 2 L. meritum'st.
3 laudo 4 *Lamb. malit legere* me 5 L. operis
6 L. quominus 7 L. horunc 8 L. caueto mihi ir. 9 L. dereliqueris: 10 L. vt 11 L. in perpetuum tibi am.

1 L. posses 2 L. hinc 3 L. sumam 4 L. iam ego apparebo domi 5 L Sequere tu, te vt 6 L. edit 7 L ego huic 8 L effertum 9 L. itaque ven. 10 L. in maximam. 11 L. ab se segregat.
12 L. verba. 13 *iam impudenter*

ACTVS III.

ERGASILVS *parasitus.*

MIser homo est, qui ipse sibi quod edit quærit, & id ægrè inuenit.
SED *ille est miserior, qui & ægrè quærit, & nihil inuenit.*
Ille miserrimus est, qui cùm esse cupit quod [6] *edat, non habet.*
Nam hercle [7] *huic diei si liceat, oculos effodiam lubens,*
Ita malignitate onerauit omnes mortales mihi.
Neque ieiuniosiorem, neque magis [8] *effractum fame*
Vidi: nec cui minus procedat quicquid facere occœperit.
[9] *Ita venter, guttúrque residen t esuriales ferias.*
Ilicet parasiticæ arti [10] *maximam malam crucẽ,*
Ita inuentus iam ridiculos inopésque [11] *ab sese segregat.*
Nihil morantur iam Laconas imi subsellij viros,
Plagipatidas, quibus sunt [12] *verbera sine penu & pecunia.*
Eos requirunt, qui libenter cùm ederint, reddant domi.
Ipsi obsonant quæ parasitorũ antè erat prouincia.
Ipsi de foro [13] *tam aperto capite ad lenones eunt,*
In tribu, quàm aperto capite sontes condemnant reos.
Neque ridiculos tam teruntij faciunt: sese om-

nes amant.
Nam vt dudum hinc abij, accessi ad adolescentes in foro:
Saluete inquam. Quò imus vnà, inquam, ad prandium? atque illi tacent.
Quis ait hoc, aut quis profitetur inquam? quasi muti silent.
Neque me rident, vbi cœnamus inquam, atque illi abnuunt,
Dico vnum ridiculum dictum, de dictis melioribus,
1 Qui solebam menstruales epulas antè adipiscier,
Nemo ridet: sciui extemplò rem de compacto geri,
Ne canem quidem irritatam voluit quisquam imitarier.
Saltem si non arriderent, dentes vt restringerent.
Abeo ab illis, postquam video me sic ludificarier,
Pergo ad alios, venio ad alios, deinde ad alios: vna res.
Omnes compactò rem agunt, quasi in velabro olearij.
Nunc redeo inde, quoniam me ibi video ludificarier.
Item alij parasiti frustra obambulabant in foro,
Nunc barbarica lege certum est ius meum omne persequi.
Qui concilium iniere, quo nos victu & vita prohibeant.
His diem dicam, irrogabo multam, vt mihi cœnas decem
Meo arbitratu dent, cùm cara annona sit. sic egero.
Nunc ibo ad portum hinc. Est illic mihi vna spes cœnatica.
Si ea decollabit, redibo huc ad senem, ad cœnam asperam.

2. HEGIO.

QVid est suauius, quàm bene rem gerere bono publico? sicut ego feci heri,
Cùm emi hosce homines, vbi quisque vident, eunt obuiam,
Gratulantúrque eam rem: ita me miserum restitando,
Retinendóque lassum reddiderunt,
Vix ex gratulando miser iam eminebam.
Tandem abij ad pretorem, ibi vix requieui, rogo syngraphum,
Datur mihi ilico,[2] do Tyndaro, ille abijt [3]demum.
Inde illico [4] prauortor domum postquam id actũ est, eò
Protinus ad fratrem [5] abij, mei vbi sunt alij captiui.
Rogo Philocratem ex [6] Aulide ecquis omnium nouerit?
[7] Hic exclamat' eum sibi esse sodalẽ, dico esse eum
Apud me, hic extemplò erat obsecratq; eum sibi vt liceat
Videre. iussi illico hunc exolui. [1] nunc sequere me.
Vt quod me orauisti, impetres, [2] eum hominem vt conuenias.

1 L. Quibus. 2 L dedi 3 L. domum 4 reuortor 5 L. inde abij 6 L. Alide 7 L. Tandem hic excl.

3. TYNDARVS.

NVnc illud est, cùm me fuisse quam esse nimio mauelim:
Nunc spes, [3] opes, auxiliaq; à me segregant, spernúntque me.
Hic ille est dies, cum mihi [4] vitæ salus sperabilis est mecum,
Neque [5] exilium exitiost, neque adeò spes, quæ mihi hunc asspellat metum.
[6] Nec mendaciis subdolis mihi vsquam mantellum est meis.
Nec sycophantiis, nec fucis vllum mantellum obuiam est.
Neque deprecatio perfidiis meis, nec malefactis fuga est.
Nec confidentiæ vsquam hospitium est, nec diuerticulum dolis.
Operta quæ fuere, aperta sunt, patent prælligiæ.
Omnis res palàm est: neque [7] vllum de hac re negotium est, quin malè
Occidam, oppetámque pestem, heri vicem [8] mei, meámque
Perdidit me Aristophontes hic qui [9] venit modò intro.
Is me nouit, is sodalis Philocrati & cognatus est:
Neque iam seruare Salus, si volt, me potest: nec copia est.
Nisi [10] si aliquam corde machinor astutiam.
[11] Quàm malum, quid machiner? quid commiscar? maxumas
Nugas, ineptiásque incipisso, [12] horreo, hæreo.

1 L. nunc tu seq. 2 *Expungendum* eum 3 L. opes se auxiliáque 4 L. vitę meę salus sperabilis. *Subato* mecum 5 L. exilium 6 L. Nec subdolis mendaciis vsquam mihi integumentum meis.
7 *Expungenda vox* vllum 8 *Expungendum* mei
9 L. qui intrò venit 10 L. si meo aliq
11 L. Quam? 12 *Vox* horreo *abest à Lamb. cod.*
13 L. ego occidi. 14 L. rem imparatam omnem

4. HEGIO, TYNDARVS, ARISTOPHONTES, LORARIVS.

QVo illum nunc hominem proripuisse foras se dicam ex ædibus?
T. *Nunc enimuero [13] occidi, eũt ad te hostes Tyndare. quid loquar?*
Quid fabulabor? quid negabo? aut quid fatebor? mihi
Res omnis in incerto sita est. quid rebus confidam meis?
Vtinam te di prius perderent, quàm perijsti è patria tua
Aristophontes, qui ex parata [14] imparatam rem omnem facis.

Occisa

Occi sa est hæc res, nisi reperio atrocem mihi aliquam astutiam.
HEG. *Sequere, hem tibi hominem adi, atque alloquere.* T. *quis homo est me hominũ miserior?*
AR. *Quid istuc est, quod meos* [1] *id dicam sic fugitare oculos, Tyndare?*
Proq; ignoto me aspernari, quasi me nunquam noueris?
Equidem tam sum seruos, quam tu: etsi ego domi liber fui,
Tu vsq; à puero seruitutem seruiuisti in [2] *Aulide.*
HEG. *Ædepol minimè miror, si te fugitat, aut oculos tuos,*
Aut si te odit, qui istum appelles Tyndarum pro Philocrate.
TYN. *Hegio hic homo rabiosus habitus est in* [3] *Aulide.*
Ne tu [4] *quod fabuletur, in aures immittas tuas,*
Nam istic hastis insectatus est domi matrem & patrem.
Et illic isti qui [5] *insputatur, morbus interdum venit.*
Proin tu ab istoc procul recedas. HEG. *vltrò istum à me.* AR. *ain verbero,*
Me rabiosum? atque insectatum [6] *hastis meum memoras patrem?*
Et eum morbum mihi esse, vt qui me opus sit insputarier?
HEG. *Ne verere, multos* [7] *istic morbus homines macerat,*
Quibus insputari saluti fuit, atque [8] *iis profuit.*
AR. *Quid in aurem etiã huic credis?* HEG. *quid ego credam huic?* AR. *insanum esse me.*
T. *Viden' tu hunc, quàm inimico voltu intuetur? concedi optumum est:*
Hegio sit quod ego tibi dixi, gliscit rabies, caue tibi.
H. *Credidi esse insanum extemplò, vbi te appellauit Tyndarum.*
TYN. [9] *Quin suum ipse interdum ignorat nomen, neque scit qui siet.*
HE. *At etiam te suum sodalem esse aiebat.* TY. [10] *audiui, Di magni.*
Et quidem [11] *Alcmæon atque Orestes & Lycurgus postea,*
Vna opera mihi sunt sodales, qua iste. AR. *at etiam furcifer,*
Malè mihi loqui audes? non ego te noui? HEG. *pol planum' id quidem est*
Non nouisse, qui istum appelles Tyndarum pro Philocrate.
Quem vides, eum ignoras: illum nominas, quem non vides.
AR. *Immò iste eum sese ait qui non* [12] *est: & qui verò est, negat.*

1 L. te oculos dicam fugitare Tyndare? 2 L. Alide 3 L. Alide 4 L. quod istic fabuletur aureis imm. 5 L. putatur 6 L. esse hastis. 7 L. iste 8 L. aliis 9 L. Quia 10 L. haud vidi magis. 11 L. Alcmæo 12 L. est, esse: &

T. Tu [1] *repertus enim, Philocratem qui superes veriuerbio.*
AR. Pol ego vt rem video, tu [2] *inuentus vera vanitudine*
Qui conuincas. sed quæso hercle agedum aspice ad me. T. *hem.* AR. *dic modò,*
Te negas Tyndarum esse? T. *nego inquam.* AR. [3] *tu te Philocratem esse ais?*
T. *Ego inquam.* AR. *túne huic credis?* HE. *plus quidem quàm tibi aut mihi.*
Nam ille quidem quem tu hunc memoras esse, hodie hinc abiit [4] *Aulidem*
Ad patrem huius. A. *quem patrem, qui seruos est.* T. *& tu quidem*
Seruos & liber fuisti, & ego me confido fore.
Si huius huc te reconciliasse in libertatem filium.
A. *Quid ais furcifer, tun' te gnatum memoras esse liberum?*
TYN. *Non equidem me liberum, sed Philocratem esse aio.* A. *quid est?*
Vt scelestus Hegio nunc iste ludos hic facit?
Nam is est seruos ipse, neque præter se vnquam ei seruos fuit.
TYN. *Quia tute ipse eges in patria, nec tibi qui viuas domi est.*
Omnis inueniri similes tibi vis, non mirum facis.
Est miserorum, vt maleuolentes sint, atque inuideant bonis.
AR. *Hegio vide sis, ne quid tu huic temerè insistas credere,*
Atque vt perspicio profectò iam aliquid pugnæ edidit.
Filium tuum quod redimere se ait, id neutiquam mihi placet.
TYN. *Scio te id nolle fieri: efficiam tamen* [5] *ego id si di adiuuant.*
Illum restituam huic, hic autem in [6] *Aulidem me meo patri,*
Propterea ad patrem hinc amisit Tyndarum. AR. *quin tute is es,*
Neque præter te in [7] *Aulide vllus seruos istoc nomine est.*
TYN. *Pergin seruum me exprobrare esse, id quod vi hostili obtigit?*
AR. *Enimuero iam nequeo contineri.* TYN. *8 heus tu quid ais? quin fugis?*
Iam illic hic nos infestabit lapidibus, nisi [9] *illunc iubes*
Comprehendi. AR. *crucior.* TYN. *ardent oculi,* [10] *fune opus Hegio.*
Viden' tu illi maculari corpus totum maculis luridis'
Atra bilis agitat hominem. AR. *at pol te, si hic sapiat senex,*
Atra pix agitet apud carnuficem, tuóque capiti illuceat.

1 L. inuentus 2 L. repertus 3 L. tun' te 4 L. Alidem. 5 L. id ego, si 6 L. Alidem 7 L. Alide 8 L. heus audij quod ait? quin f. 9 L. illum 10 L. sit opus

T. *Iam deliramenta loquitur, larua stimulant virum.*
HEG. [1] *Herclè quid si hunc comprehendi iusserim?* T. *sapias magis.*
AR. *Crucior lapidem non habere me, vt illi malligiæ*
Cerebrum excutiam, qui me insanum verbis concinnat suis.
T. *Audin' lapidem quæritare?* AR. *solus te solum volo,*
Hegio. HE. *istinc loquere si quid vis, procul tamen audiam.*
T. *Namque edepol si* [2] *adites propius, os denasabit tibi*
[3] *Mordicitus.* AR. *neque pol me insanum Hegio esse credulus,*
Neque fuisse vnquam, neque esse morbum quem istic autumat.
Verùm si quid metuis à me, iube me vinciri: volo,
Dum istic itidem vinciatur. T. *immò enimuero Hegio,*
Istic qui volt vinciatur. AR. *tace modo, ego* [4] *Philocrates*
Falsè faciam, vt verus hodie reperiare Tyndarus.
Quid mi abnutas? T. *tibi ego abnuto? quid agat si absis longius?*
HEG. *Quid ais? quid si adeam hunc insanum.* T. *nugas ludificabitur.*
Garriet [5] *quod neque pes nunquam, neq; caput compareat.*
[6] *Armenta absunt, Aiacem hunc quom vides, ipsum vides.*
HEG. *Nihil facio, tamen adibo.* T. *nunc ego omnino occidi.*
Nunc ego inter [7] *sacrum saxúmque sto, nec quid faciam scio.*
HE. *Do tibi operam Aristophontes, si quid est quod me velis.*
AR. *Ex me audibis vera, quæ nunc falsa opinare Hegio.*
Sed hoc primùm [8] *expurgare tibi volo, me insaniam*
Neque tenere, neque mi esse [9] *vllum morbum, nisi quòd seruio.*
At ita me rex [10] *deúm atque hominum faxit patriæ compotem,*
Vt istic Philocrates non magis est, quàm aut ego aut tu. HE. *eho dic mihi,*
Quis illic igitur est? AR. *Quem* [11] *dixi à principio tibi.*
Hoc si secus reperies, nullam causam dico, quin mihi
Et parentum & libertatis apud te deliquio siet.

1 L. quid? quid si 2 L. adbites 3 L. mordicus. 4 L. te Philocr. 5 L. quo.
6 L. Ornamenta *sc. cultus, vestitus, arma absunt, cæterùm hic merus est Aiax, furit.* 7 *Prouerbium à victimis, nempe porcis, quæ à sacerdote saxo feriebantur, vt le ferire, percutere, icere fœdus.* 8 L. me expurg.
9 *Expungenda vox* vllum. 10 L. decorum
11 L. dudum dixi

HE. *Quid tu ais?* T. *me tuum esse seruum, & te meum herum.* HE. *haud istuc rogo.*
Fuistin' liber? T. *fui?* AR. [1] *Pol non fuit, nugas agit.*
T. *Quid tu scis? an tu fortasse fuisti meæ matri obstetrix,*
Quid id tam audaciter dicere audes? AR. *puerum te vidi puer.*
T. *At ego te video maior maiorem. hem rursum tibi*
Meam rem non cures, si rectè facias, num ego curo tuam?
HE. *Fuitne huic pater Thesaurochrysonicochrisides?*
AR. *Non fuit, neque ego istuc nomen vnquam audiui ante hunc diem.*
Philocrati Theodoromedes fuit pater. T. *pereo probè.*
Quin' quiescis [3] *directum cor meum, ac suspende te.*
Tu sussultas, ego miser vix astо præformidine.
HEG. *Satin' istuc mihi exquisitum est fuisse hũc seruum in* [4] *Aulide?*
Neque esse hunc Philocratem? AR. *tam satis, quam nunquam* [5] *inuenies secus.*
Sed vbi is nunc est. HEG. *vbi ego minimò, atque ipsus se volt maxumè.*
Tum igitur ego [6] *circumnatus, deartuatus sum miser.*
Huius sceleſti technis, qui me vt lubitum est, ductauit dolis.
Sed videsis. AR. *quin exploratum dico & prouisum hoc tibi.*
HEG. *Certon'?* AR. *Quin nihil vnquam inuenies magis hoc certo certius.*
Philocrates iam inde vsque amicus fuit à puero puer.
HEG. *Sed qua facie est tuus sodalis Philocrates?*
AR. *dicam tibi.*
Macilento ore, naso acuto, corpore albo, & oculis nigris,
Subrufus, aliquantum crispus, cincinnatus. HE. *conuenit.*
TYN. *Vt quidem hercle in medium ego hodie pessumè processerim,*
Væ illis virgis miseris, quæ hodie in tergo morientur meo!
HEG. *Verba mihi data esse video.* TYN. *quid cessatis compedes*
Currere ad me? meáque amplecti crura, vt vos custodiam?
HE. *Satin' me illi hodie sceleſti captiui ceperunt dolo?*
Illic seruum se assimulabat, hic sese autẽ liberum.
Nucleum amisi, reliquit [7] *pignori putamina.*
Ita mihi stolido [8] *suus os subleuere officiis.*

1 L. Enimuero non si. 2 L. quiesce tu
3 L. dierectum *i. ad crucem affixum, quasi ad diem erectum. Non us.* 4 L. Alide? 5 L. hoc inuen.
6 L. deruncinatus, dearum. 7 L. pigneri.
8 L. sursum versum os s.

Hic

Hic quidem me nunquam irridebit. Colaphe, Cordalio, Corax
Ite [1] *istinc atque efferte lora.* L O. *num lignatum mittimur?*

5. HEGIO, TYNDARVS, ARISTOPHONTES.

HEG. *Iniicite huic actutũ manicas mastigiæ.*
T. *Quid hoc est negotij? quid ego deliqui?* HEG. *rogas?*
Sator sartórque scelerum, & messor maxume.
T. *Non occatorem dicere* [2] *debebas prius?*
Nam semper occant prius, quàm sarriunt rustici.
HEG. *At vt confidenter mihi contrà astitit?*
T. *Decet innocentem seruom atque innoxium*
Confidentem esse suum apud herum potissimùm.
HEG. *Astringite isti sultis vehementer manus.*
T. *Tuus sum, tuas' quidem vel præcidi iube.*
Sed quid [3] *negotij quamobrem succenses mihi?*
HEG. *Quia me meámque rem, quod in te vno fuit,*
Tuis scelestis falsidicis fallaciis
Delacerauisti [4], *deartuauistique opes.*
Confecisti omnes res ac rationes meas.
Ita mi [5] *emisisti Philocratem fallaciis.*
Illum esse seruom credidi, te liberum.
Ita vosmet aiebatis, itáque nomina
Inter vos permutauistis. T. *fateor omnia*
Facta esse ita, vt tu dicis & fallaciis
Abiisse eum abs te, mea opera atque astutia.
An, obsecro hercle te, id nunc succenses mihi?
HEG. *At cum cruciatu maxumo id factũ est tuo.*
T. *Dum ne ob malefacta peream* [6] *parui æstimo.*
Si ego hic peribo [7] *ast ille, vt dixit, non redit:*
At erit mihi [8] *hoc factum mortuo memorabile,*
Meum herum captiuum ex seruitute atque hostibus
Reducem fecisse liberum in patriam ad patrem,
Meúmque [9] *potius me caput periculo*
Præoptauisse, quàm is periret, ponere.
HEG. *Facito ergo* [10] *vt Acheronti clueas' gloria.*
T. *Qui per virtutem* [11] *peritat, non interit.*
HEG. *Quando ego te exemplis* [12] *pessumis excruciauero,*
Atque ob stutelas tuas te morti misero,
Vel te [13] *interijsse vel perijsse prædicent,*
Dum pereas, nihil interdico, dicant viuere.
T. *Pol si istuc faxis, haud sine pœna feceris.*
Si ille huc redibit, sicut confido assore.
AR. *Prò di immortales, nunc ego teneo, nunc scio*
Quid sit hoc negotij: meus sodalis Philocrates
In libertate est ad patrem, in patria bene est:
Nec quisquam [14] *est mihi æquè melius cui velim.*
Sed hoc mihi agrè est, me huic dedisse operam
malam,
Qui nunc propter me, meáque verba vinctus est.
HEG. *Vetuin' te quicquam hodie mihi falsum proloqui?*
T. *Vetuisti.* HE. *cur es ausus mentiri mihi?*
T. *Quia vera obessent illi, cui operam dabam,*
Nunc falsa prosunt. HEG. *at tibi oberunt.* T. *optumè est.*
At herum seruaui, quem seruatum gaudeo,
Cui me custodem addiderat herus maior meus.
Sed maléne id arbitrare factum? HEG. *pessumè.*
T. *At ego aio rectè qui abs te seorsum sentio.*
Nam cogitato, si quis hoc gnato tuo
Tuus seruos faxit, qualem haberes gratiam?
Emitterésne, nécne eum seruum manu?
Essétne apud te is seruos acceptissumus?
Respondé. HEG. *opinor.* T. *cur ergo iratus mihi es?*
HEG. *Quia illi fuisti quàm mihi fidelior.*
T. *Quid tu vna nocte postulauisti, & die,*
Recens captum hominem [1] *& nuperum & nouitium,*
Te perdocere, vt melius consulerem tibi
Quàm illi, qui cum vnà puero ætatem exegeram.
HE. *Ergo ab eo petito gratiam istam, ducite*
Vbi ponderosas crassas capiat compedes.
Inde ibis porrò in latomias lapidarias.
Ibi quom octonos alij lapides [2] *effodint,*
Nisi quotidianum sesquiopus confeceris.
[3] *Sescenteplago nomen indetur tibi.*
AR. *Per deos atque homines ego te obtestor Hegio,*
Ne tu istunc hominem perdas. HE. *curabitur.*
Nam noctu neruo vinctus custodibitur,
Interdius sub terra lapides eximet.
Diu ego hunc cruciabo, non vno absoluam die.
AR. *Certúmne est tibi istuc?* HEG. *non moriri certius est.*
Abducite istum actutum ad Hippolytum fabrũ.
Iubete huic crassas compedes impingier.
Inde extra portam ad meum liberum Cordalũ,
In lapidicinas facite deductus siet.
Atque hunc ita [4] *me velle dicite curarier,*
Ne [5] *quid deterius huic sit, quàm cui pessumè est.*
T. *Cur ego te inuito me esse saluum postulem?*
Periculum vitæ meæ stat tuo periculo.
Post mortem in morte nihil est quod metuã mali.
Etsi peruiuo vsque ad summam ætatem, tamen
Breue spatium est perferundi quæ minitas mihi:
Vale atque salue, etsi aliter vt dicam, meres.
Tu Aristophontes, de me vt meruisti, ita vale.
Namque mihi propter te hoc obtigit. HE. *abducite.*
T. *At vnum hoc quæso, si huc rebitet Philocrates,*
Vt mihi eius facias conueniundi copiam.
HEG. *Perijsti, nisi hunc iam è conspectu abducitis.*
T. *Vis hæc quidem hercle est, & trahi & tru-*

1 L. istuc. 2 *al.* audebas. 3 L negotij est 4 *al.* dilacerauisti. 5 L. exemisti. 6 L. parui id æstimo. 7 L. & ille 8 L. factum hoc m. 9 L meúmque potius c. 10 L. tu vt Ac. 11 L. perbitat. 12 L. excruciauero pessumis. 13 L. interiisse vel periisse. 14 L. Nec est quisquam.

1 Dele &. 2 L. effoderint. 3 L. Sexcentoplago. 4 L. velle me dicite. 5 L. qui deterius

di simul.
HEG. *Illuc abductust rectà in philacam, vt dignus est.*
Ego illis captiuis aliis documentum dabo,
Ne tale quisquam facinus incipere audeat.
Quod absque hoc esset, qui mihi hoc fecit palàm,
Vsque offerre natum, suis me ductarent dolis.
Nunc certum est nulli posthac quicquam credere.
Satis sum semel deceptus. speraui miser
Ex seruitute me exemisse filium.
Ea spes elapsa est, perdidi vnum filium
Puerum quadrimum, quem mihi seruos surpuit.
Neque eum seruom vnquam repperi, [1]nec filium.
Maior potitus hostium est. quod hoc est scelus?
Quasi in orbitatem liberos produxerim.
Sequere hac, reducam te vbi fuisti: neminis
Misereri certum est, quia mei miseret [2] nemo.
AR. *Exauspicaut' ex [3] vinculis: nunc intellego*
Redauspicandum esse in catenas denuò.

ERGASILVS *parasitus.*

IVppiter supreme seruas me, meásque auges opes.
Maxumas opimitates, opiparásque offers mihi.
Laudem, lucrum, ludum, iocum festiuitatem, ferias,
Pompam, penum, potationes, saturitatem, gaudium.
Nec cuiquam homini supplicare nunc certum est mihi.
Nam vel prodesse amico possum, vel inimicum perdere,
Ita hic me amœnitate amœna amœnus [4] onerat dies.
[5] Sine sacris hæreditatem sum aptus effertissimam.
Nunc cursum ad senem capessam hunc Hegionẽ, quoi boni
Tantum affero, quantum ipse adipisci optat, atque etiam amplius.
Nunc [6] certa res est, eodem pacto, vt comici serui solent,
Coniiciam in collum pallium, primò ex me hanc rem vt audiat,
Speróque me ob hunc nuncium æternum adepturum cibum.

2. HEGIO *senex*, ERGASILVS *parasitus.*

QVanto in pectore hanc rem meo magis voluto,
Tanto mihi ægritudo auctior est in animo,
Ad illum modum sublitum mihi os esse
Hodie mihi? neque id perspicere quiui?

1 L. neque 2 L. neminem. 3 L. vinclis.
4 L. onerauit 5 *i. sine sumptu. sacra a. familiaria quæ pecuniam, i. heredem sequebantur, aliquo cum sumptu fieri necesse erat.* 6 L. res certa est.

Quòd cum scibitur per vrbem, irridebor.
Cum extemplò ad forum aduenero, omnes loquentur:
Hic ille est senex ductus, quoi verba data sunt.
Sed Ergasilus éstne hic procul quem video?
Collecto quidem est pallio, quidnam acturu'st?
ER. *Moue abs te moram, atque Ergasile age hãc rem,*
Eminor, interminórque, ne quis mi obstiterit obuiam:
Nisi qui sat diu vixisse sese homo arbitrabitur.
Nam qui obstiterit, ore sistet. HEG. *hic homo [1] pugillatum incipit.*
ER. *Facere certum est, proinde [2] omnes itinera insistant sua,*
Ne quis in hac platea negotij conferat quicquam sui.
Nam meus est [3] balista pugnus, cubitus catapulta est mihi.
Humerus, aries: tum genu, vt quemque icero, ad terram dabo.
Dentilegos omnes mortales faciam, [4] quemque offendero.
HEG. *Quæ illæc eminatio est? nam nequeo mirari satis.*
ER. *Faciam vt eius diei lociq; meiq; semper meminerit.*
Qui mihi in cursu obstiterit, faxo vit æ [5] is obstiterit suæ.
HEG. *Quid hic homo tantum incipisset facere cum tantis minis?*
ER. *Prius edico, ne quis propter culpam capiatur suam.*
Continete vos domi. prohibete à vobis vim meã.
H. [6] *Mirum ædepol, ne hic in ventrem sumpsit cõfidentiam,*
Væ misero illi, cuius cibo ille factu'st imperiosior.
ER. *Tum pistores scrophipasci, qui alunt furfuri sues,*
Quarum odore præterire nemo pistrinum potest.
Eorum si quoiusquam scropham in publico conspexero,
Ex ipsis dominis meis pugnis exculcabo furfures.
HEG. *Basilicas edictiones atque imperiosas habet.*
Satur homo est, habet profectò in ventre confidentiam.
ER. *Tum piscatores, qui præbent populo pisces fœtidos,*
Qui aduehuntur quadrupedanti cruciantí canterio,
Quorum odos subbasilicanos omnes abigit in forum:
Eis [7] ora ego verberabo surpiculis piscariis,
Vt sciant alieno naso quam exhibeant molestiam.

1 L. pugilatum 2 L. vt omnes 3 L. balliſta *per ll. geminum: est n. à βαλλω.* 4 L. quemquem.
5 L. is extemplò obstit. 6 L. mira edepol sunt, ni. 7 L. ego ora verberabo sirpulis

Tum

Tum lanij autem qui concinnant liberis orbas oues,
Qui locant cædundos agnos, & duplam agninam danunt,
Qui petroni nomen indunt verueci sectario.
Eum ego si in via petronem publica conspexero,
Et petronem & dominum reddam mortales miserrimos.
HEG. *Euge* 1 *edictiones adilitias hic* 2 *quidem habet.*
Mirámque adeò est, ni hunc fecere sibi Ætoli agoranomum.
ER. *Non ego nunc parasitus sum, sed regum rex regalior,*
Tantus ventri commeatus meo adest in 3 *portu.*
Sed ego cesso hunc Hegionem onerare latitia senem?
4 *Quoi hominũ adæquè nemo viuit fortunatior.*
HE. *Quæ illæc est latitia, quam* 5 *illic lætus largitur mihi?*
ER. 6 *Heus heus vbi estis? Ecquis hoc* 7 *mihi aperit ostium?* HEG. *hic homo*
Ad cœnam recipit se ad me. E. 8 *aperire hasce ambas fores*
Priusquam pultando 9 *assultatim foribus exitium affero.*
HEG. *Perlubet hunc hominem colloqui, Ergasile.* ER. *Ergasilum qui vocat?*
H. *Respice.* ER. *fortuna quod tibi* 10 *nec facit, nec faciet,*
Hoc me iubes. 11 *sed tu qui es?* HEG. *respice ad me, Hegio sum.* ER. *oh mihi.*
Quantum est hominum optumorum, optumè 12 *mihi in tempore aduenis.*
H. *Nescio quem ad portum nactus es vbi cœnes, eò fastidis.*
ER. *Cedò manum.* HE. *manum?* ER. *manum inquam cedo tuam actutum.* HE. *tene.*
ER. *Gaude.* HE. *quid ego gaudeam?* ER. *quia ego impero. age gaude modò.*
HEG. *Pol mœrores mi anteuortunt gaudiis.* ER. *noli irascier.*
Iam ego ex corpore 13 *exigam omnes maculas mœrorum tibi.*
Gaude audacter. H. *gaudeo: etsi nihil scio quod gaudeam.*
ER. *Bene facis, iube.* HEG. *quid iubeam?* ER. *ignem ingentem fieri.*
HEG. *Ignem ingentem?* ER. *ita dico, magnus vt sit.* HE. 14 *quid volt vri?*
Tuan' caussa me adeis incensurum censes? ER. *noli irascier,*
Iuben' an non iubes astitui aulas? patinas elui?
Laridum atque epulas foueri foculis feruentibus?

1 L. dictiones 2 L. habet quidem. 3 portu cibus: *& cibus hic est gen. cas. pro cibi. notat Priscian.* 4 L. Qui homine hominum adæquè. 5 L. hic 6 L. Heus vbi estis vos? 7 L. *Expungendum* mihi 8 *L.* aperite. 9 *L.* assulatim 10 L nec faciet, nec facit. 11 L. sed qui est. 12 *Expunge* mihi 13 *L.* exigo. 14 L. quid in eo volt vrier?

Alium pisces præstinatum abire? HE. *hic vigilans somniat.*
ER. *Alium porcinam atque agninam, & pullos gallinaceos?*
H. Scis bene esse, si sit vnde. E. pernã atque 1 *ophthalmia'.*
Horeum, scombrum, & 2 *trigona, & cetum, & mollem caseum.*
H. *Nominandi istorum tibi erit magis, quam edundi copia*
Hic apud me Ergasile. E. *mean' me caussa hoc censes dicere?*
HEG. *Nec nihil hodie, nec multo plus tu hic edes, ne frustra sies.* (*afferas.*
Proin' tu tui quotidiani victi ventrem ad me
ER. *Quin ita faciam, vt te cupias facere sumptum, etsi ego vetem.*
HEG. *Egóne?* ER. *tute.* HEG. *tum tu* 3 *mi igitur herus es.* ER. *imò beneuolens.*
Vin' te faciam fortunatum? HEG. *malim, quam miserum quidem.*
ER. *Cedo manum.* HEG. *hem manum.* ER. *di te omnes adiuuant.* HEG. *nihil sentio.*
ER. *Nõ enim es in senticeto. eò nõ sentis, sed iube*
Vasa tibi pura apparari ad rem diuinam citò.
Atque agnum afferri proprium, pinguem. HEG. *cur?* ER. *vt sacrufices.*
HEG. *Cui deorum?* ER. *mihi hercle: nam ego tibi nunc sum summus Iuppiter.*
Idem ego sum salus, fortuna, lux, lætitia, gaudium:
Proinde tu Deum 4 *hunc saturitate facias tranquillum tibi.*
HE. *Esurire mihi videre.* ER. *mihi quidem esurio, non tibi.* 5
HEG. *Iuppiter te dique perdant.* ER. *te hercle mihi æquum est gratias*
Agere ob nũcium: tantum ego nunc porto à portu tibi boni.
HE. 6 *Nunc tu mihi places, abi stultus,* 7 *serò post tempus venis.*
ER. *Igitur olim si aduenissem, magis tu tum istuc diceres.*
Nunc hãc lætitiam accipe à me quam fero: nam filium
Tuum modò in portu Philopolemum viuũ, saluum, & sospitem
Vidi in pubica celoce, ibidémque illum adolescentulum
Alium vnà, & tuum Stalagmum seruum, qui ausugit domo,

1 L. ophthalmiam 2 *L.* trigonum. 3 L. mihi 4 *L.* hincce 5 *Restituendus est hic versus à Camer. sublatus* HE. Crede tuo arbitratu faciẽ patior. ER. consuetus puer, 6 *Lam. nomen* HEG. *post has verba scribit* Nunc tu mihi places, *non, ante.* 7 *Expungendum* serò.

Qui tibi surripuit quadrimum puerum filiolum tuum.

HE. I *Abi malam in rem, ludis me.* ER. *ita me amabit sancta saturitas*

Hegio, itaque suo me semper condecoret cognomine.

Vt ego vidi. HE. *meum gnatum?* ER. *tuum gnatum, & genium meum.*

Et captiuum illum 2 *Aulidensem?* ER. μὰ τὸν Ἀπόλλω. HE. *& seruolum*

Meum Stalagmum, meum qui gnatum surripuit? ER. νὴ τὰν σώταν.

H. *Iamdiu? E.* νὴ τὰν παραυτίκα. H. *venit?* E. νὴ τὰν σιγάν.

H. *Certon'?* E. νὴ τὰν βεβαιοτάταν. HE. *videsis.* ER. νὴ τὸν 3 ἀλάστορα.

HE. *Quid tu per barbaricas vrbes iuras?* ER. *quia enim ita aspera*

Sunt, vt tuum victum autumabas esse. HE. *Væ ætati tuæ.*

E. *Quippe quando mihi nihil credis, quod ego dico sedulo.*

Sed Stalagmus qoius erat tunc nationis cum hinc abiit?

HE. *Siculus.* ER. *at nunc Siculus non est, Boius est, Boiam terit,*

Liberorum quærundorum caussa ei, credo, vxor data est.

H. *Dic, bonan' fide tu mihi istæc verba dixisti?* ER. *bona.*

H. *Di immortales iterum gnatus videor, si vera autumas.*

ER. *An tu dubium habebis, etiam sanctè quom ego iurem tibi?*

Postremò Hegio, si parua iuriiurando est fides,

Vise ad portum. HE. *facere certum est, tu intus cura quod opus est.*

Sume, posce, prome quiduis, te facio cellarium.

ER. *Nam hercle nisi* 4 *manticulatus probè ero, fusti plectito.*

HE. *Æternum tibi* 5 *dapinato cibum, si vera autumas.*

ER. *Vnde id?* HE. *à me meoque gnato.* ER. *Spondēn' tu istud?* HE. *Spondeo.*

ER. *At ego tuum tibi aduenisse filium respondeo.*

HE. *Cura quàm optumè potes.* ER. *bene ambula & redambula.*

3. ERGASILVS.

Illic 6 *hinc abiit, mihi rem summam credidit cibariam.*

Di immortales, 7 *vt ego callos prætruncabo* 8 *tergorio.*

Quanta pernis pestis veniet? quanta labes larido?

Quanta sumini absumedo? quanta callo calamit as?

Quanta laniis lassitudo? quanta porcinariis?

Nam si alia memorem, quæ ad ventris victum conducunt, mora est.

Nunc ibo ad meam præfecturam, vt ius dicam larido.

Et quæ pendent indemnatæ pernæ, eis auxilium vt feram.

1 L. I in malam rem. 2 L. Alidensem? 3 ἀλάστορα 4 L. mantisc inatus. 5 L. dapinabo. 6 *Videtur legendum* him *propter versum.* 7 L. iam vt ego collos, 8 *Lamb. ex Turn.* tergoribus: *sed neque sic tollitur loci difficultas, ideo legendum suspicatur* pecoribus.

4. PVER HEGIONIS.

Dīespiter te dique Ergasile, perdant, & ventrem tuum,

Parasitósque omnes, & qui posthac cœnam parasitis dabit.

Clades, 1 *calamitas, quæ intemperies, modò in nostram aduenit domum.*

Quasi lupus esuriens, metui ne in 2 *me faceret impetum.*

3 *Nimisque hercle ego illum malè formidabam: ita frendebat dentibus*

Aduenies 4 *modo deturbauit totum cum carne carnarium.*

Arripuit gladium, prætruncauit tribus 5 *tergoribus gladia.*

Aulas, calicésque omnes confregit, nisi quæ modiales erant.

Cocum percontabatur, possent ne seriæ feruescere?

Cellas refregit omnes intus, recluśitq; armarium.

Asseruate istunc sultis serui, ego ibo vt conueniam senem.

Dicam vt sibi penum aliud ornet, si quidem sese vti volet.

6 *Nam in hoc vt hic quidem adornat, aut iam nihil est, aut nihil erit.*

1 L. calamitásque intemperiésque modò. 2 L. me quoque fac. 3 L. minis hercle. 4 *Expungendum* modo. 5 L. pecoribus. 6 L. nam hic quidem, vt adornat, aut. 7 L. promeritus. 8 L. filio meo

ACTVS V.

HEGIO, PHILOPOLEMVS, PHILOCRATES, STALAGMVS.

Ioui diisque ago gratias merito magnas,

Quom te reducem tuo patri reddiderunt,

Quómque ex miseriis plurimis me exemerunt,

Quæ adhuc te carens dum hic fui, sustentabam,

Quómque hunc conspicio in potestate nostra,

Quómque hæc reperta est fides firma nobis.

Satis iam dolui ex animo, & cura me sat

Et lachrymis maceraui, satis iam audiui

Tuas ærumnas, ad portũ mihi quas memorasti.

Hoc agamus. PHILOCR. *quid nunc, quoniam tecum seruaui fidem,*

Tibique hunc reducem in libertatem feci? H. fecisti vt tibi,

Philocrates, nunquam referre gratiam possim satis:

Proinde vt tu 7 *promeritus de me &* 8 *filio.* PHILOP. *immò potes*

Pater, & poteris; & ego potero, & di eam potestatem dabunt,
Vt beneficium benemereri nostro merito muneres,
Sicut tu huic potes pater mi facere meritò maxume.
H. *Quid opu'st verbis? lingua nulla est qua negem qui cquid roges.*
PHILOC. *Postulo abs te, vt mihi illum reddas seruom, quem hîc reliqueram*
Pignus pro me, qui mihi melior, quam sibi semper fuit.
Pro benefactis eius 1 *vti precium possim reddere.*
H. *Quod benefeciſti, referetur gratia, id quod postulas:*
Et id, & aliud, quod me orabis, impetrabis, atque te
Nolim succensere, quod ego iratus ei feci malè.
PHILOC. *Quid feciſti?* H. *in lapidicinas compeditum condidi,*
Vbi resciui mihi data esse verba. PH. *va misero mihi,*
Propter meum caput labores homini euenisse optumo.
H. *At ob eam rem mihi libellam pro eo argentine duis?*
Gratis à me, vt sit liber, 2 *abducito.* P. *adepol Hegio*
Facis benignè, sed quaeso hominem vt iubeas arcessi. H. *licet.*
Vbi estis vos? ite actutum, Tyndarum huc arcessite.
Vos ite intrò, interibi ego ex hac statua verberea volo
3 *Erogitare, meo minore quid sit factum filio.*
Vos 4 *lauate interibi.* PHILOP. *sequere hac Philocrates me intrò.* PHILOC. *sequor.*
H. *Age tu illuc procede bone vir, lepidum mancupium meum.*
S. *Quid me oportet facere, vbi tu talis vir falsum autumas.*
Fui ego bellus, lepidus, bonus vir nunquam, neque frugi bona,
Neque ero vnquam, ne tu spem ponas me bona frugi fore.
H. *Propemodum vbi loci fortunae tuae sint, facilè intelligis.*
Si eris verax, 5 *rem tuam facies ex mala meliusculam:*
Recta & vera 6 *loquere, sed neque* 7 *tu verè, neque rectè adhuc*
Feciſti vnquam. S. *quod ego fatear, credin pudeat cùm* 8 *autumes?*
H. *At ego faciam vt pudeat: nam in ruborem te totum dabo.*
STA. *Eia credo ego, imperito plagas minitaris mihi.*

1 *L.* vti ei pret. 2 L. tecum abducito.
3 L. Rogitando scire meo. 4 L. interibi lauate 5 *L.* tua ex re facies, ex. 6 *L.* mihi loquere, 7 *Expungendum* tu. 8 *L.* tu autumes?

Tandem ista auser, 1 *dic quid fers, vt feras hinc quod petis.*
HEG. *Satis* 2 *facundus, sed fieri dictis compendium volo.*
STA. *Vt vis fiat.* HEG. *bene morigerus fuit puer, nunc non decet,*
Hoc agamus, iam animum aduorte, ac mihi quae dicam edisse re.
Si eris verax 3 *tuas res feceris meliusculas.*
ST. *Nugae istae sunt, non me censes scire* 4 *quo dignus siem?*
HEG. *At ea subterfugere potis es pauca, si non omnia.*
STA. *Pauca effugiam scio. nam multa euenient, & meriso meo,*
Quia & fugi, & tibi surripui filium, & eum vendidi.
HE. *Cui homini?* ST. *Theodoromedi'in* 5 *Aulide Polyplusio*
Sex minis. HE. *prò di immortales, is quidem huius est pater*
Philocratis. S. *quin melius noui, quàm te, & vidi sapius.*
HEG. *Serua Iuppiter supreme & me, & meum gnatum mihi.*
Philocrates, per tuum te genium obsecro, exi, te volo.

PHILOCRATES, HEGIO, STALAGMVS.

HEgio assum, si quid me vis, impera. HEG. *hic gnatum meum*
Tuo patri ait se vendidisse sex minis in 6 *Aulide.*
PHI. *Quandiu id factum est?* ST. *hic annus incipit vicesimus.*
PHI. *Falsa memorat.* ST. *aut ego, aut tu. nam tibi quadrimulum*
Tuus pater peculiarem paruolum puero dedit.
PHI. *Quod erat ei nomen, si vera dicis, memora dum mihi.*
ST. *Pagnium' vocitatu'st, pòst vos indidistis Tyndaro.*
PHI. *Cur ego te non noui?* STA. *quia mos est obliuiſci hominibus,*
Neque nouisse, cuius nihil sit faciunda gratia.
PHI. *Dic mihi, is ne istic fuit, quem vendidisti meo patri,*
Qui mihi peculiaris datus est huius filius?
HE. *Viuitne is homo?* STA. *argentum accepi, nihil curaui caterum.*
HEG *Quid tu ais?* PHIL. *quin istic ipsu'st Tyndarus tuus filius,*
Vt quidem hic argumenta loquitur. nam is mecum à puero puer
Benè pudicéque educatu'st, vsque ad adolescentiam.

1 L. dícque quid f. 2 *L.* facundu's. 3 L. è tuis rebus f. 4 L. quid. 5 L. Alide.
6 *L.* Alide.

HE. Et 1 miser & fortunatus sum, si vera dicitis.
Eo 2 sum miser, quia male illi feci, si gnatus meus'st.
Eheu quur ego plus, minusque feci, quàm equom fuit.
Quod male feci, crucior modò si infectum fieri possiet.
Sed eccum incedit huc, ornatus, audax, suis virtutibus.

TYNDARVS, HEGIO, PHILOCRATES, STALAGMVS.

VIdi ego multa sæpe picta, 3 quæ sub Acheronte fierent
Cruciamenta: verùm enimuero 4 nullus adæquè est Acheruns,
Atque vbi ego fui in lapidicinis, illic demum est locus
Vbi labore lassitudo omni'st exigunda ex corpore.
Nam vbi illo adueni, quasi patriciis pueris, aut monedulæ,
Aut anates, aut coturnices dantur, 5 quicum lusitent,
Itidem hæc mi aduenienti vpupa, 6 quæ me delectet, data est.
Sed herus, eccum ante ostium, & herus alter eccum ex 7 Aulide
Redijt. HEG. salue exoptate gnate mi. LY. hem quid gnate mi?
Atat scio cur te patrem assimiles esse, & me filium,
8 Qui mihi item vt parentes lucis das tuendæ copiam.
PHI. Salue Tyndare. TY. & tu, quoius caussa hanc erumnam exigo.
PHI. At nunc liber in diuitias faxo venies. nam tibi
Pater hic est, hic seruus, qui te huic hinc quadrimum surpuit,
Venditque patri meo te sex minis: is te mihi
Paruulum peculiarem paruulo puero dedit.
Illic indicium fecit. nam hunc ex 9 Aulide huc reducimus.

1 L. miser sum & fortunatus, si vos vera d.
2 L. miser sum. 3 L. quæ Acherunti fierent
4 L. nulla 5 L. quibuscum 6 L. qui *quare vel legēdum* delectem, *vel spectauit rem significatam, sc. malleum, quiper vpupam significatur.*
7 L. Alide 8 L. Quia. 9 L. Alide.

T. Quid huius filium? PHI. intus eccum fratrem germanum tuum.
T. Quid tu aiz? adduxtin' illum huius captiuum filium?
P. Quin inquam intus hic est. T. feciſti ædepol & rectè & bene.
P. nunc tibi pater hic est, hic fur est tuus qui paruum hinc te abstulit.
T. At ego nunc grandis grandem natu ob furtum ad carnificem dabo.
P. Meritus est. T. ergo ædepol huic meritam mercedem dabo.
Sed dic oro, pater meus túne es? H. ego sum gnate mi.
T. Nunc demum in memoriam redeo, cùm mecum cogito.
Nunc ædepol demum in memoriam regredior, audisse me,
Quasi per nebulam, Hegionem patrem meum nominarier.
H. Ego sum. P. compedibus quæso vt tibi sit leuior filius,
Atque hic grauior seruos. H. certum est 2 principium id prævortier.
Eamus intrò, vt 3 accersatur faber, 4 qui istas compedes
Tibi adimam, huic dem. ST. cui peculij nihil est, rectè feceris.

GREX.

SPectatores ad pudicos mores facta hæc fabula est.
Neque in hac subagitationes sunt, 5 vllave amatio.
Nec pueri suppositio, nec argenti circumductio,
Neque vbi amans adolescens scortum liberet clam 6 suum patrem.
Huiusmodi paucas poetæ reperiunt comœdias
Vbi boni meliores fiant. nunc vos si vobis placet,
Et si placuimus, neque odiò fuimus, signum hoc mittite:
Qui pudicitiæ 7 esse præmium voltis, plausum date.

1 L. nunc ego demum 2 L. principio. 3 L. arcessatur. 4 L. vt istas,
5 L. neque. 6 L. patrem suum.
7 L. esse voltis præmium.

FINIS.

CVR-

CVRCVLIO.

DRAMATIS PERSONÆ.

PALINVRVS *seruos.*
PHÆDROMVS, *adolescens.*
LENA *anus.*
PLANESIVM *virgo.*
CAPPADOX *leno.*
COQVS.
CVRCVLIO *parasitus.*
LYCO *trapezita.*
CHORAGVS.
THERARONTIGONVS *miles.*

ARGVMENTVM.

Vrculio missus à Phædromo it in Cariam,
Vt petat argentum, 1 ibi eludit annulo
Riualem, scribit atque obsignat literas.
Cognoscit, signum Lyco vbi vidit militis.
Vt amicam mittat, precium lenoni dedit.
Lyconem miles, ac lenonem in ius rapit.
Ipsius sororem, quam peribat, repperit,
Oratu cuius Phædromo nuptum locat.

ACTVS PRIMVS.

PALINVRVS *seruos,* PHÆDROMVS *adolesc.*

QVò 2 te hoc noctis dicam proficisci foras,
Cum istoc ornatu, cúmque hac pompa Phædrome?
PH. Quò Venus Cupidóque 3 imperant, suadétque amor.
Si media nox est, siue est prima vespera.
Si status condictus cum hoste intercedit dies,
Tamen est eundum quò imperant ingratiis.
PA. *At tandem tandem.* PH. *tandem es odiosus mihi.*
PA. *Istuc quidem nec bellum est, nec memorabile,*
Tute tibi puer es lautus, luces' cereum.
PH. *Egon' apicularum opera congestum non feram,*
Ex dulci oriundum, melliculo dulci meo?
PA. *Nam quo te dicam ego ire?* PH. *si tu me roges,*
Dicam, vt scias. PA. *si rogitem, quid respondeas?*
PH. *Hoc Aesculapij fanum est.* PA. *plus iam anno scio.*
PH. *Huic proximũ illud ostium 4 occlusissumum*
Salue, valuistin' ostium 5 occlusissumum?
PA. *Caruitne febris te here' vel nudiustertius?*
Et heri cœnauistine? PH. *deridésne me?*
PA. *Quid tu ergo insane rogitas, valeátne ostium?*
P. *Bellissumum hercle vidi, & taciturnissumum,*
Nunquam vllum verbum mutit, qum aperitur, tacet:
1 *Quom illa noctu clanculum ad me exit, tacet.*
PA. *Nunquid tu quod te aut genere indignum sit tuo*
Facis, aut inceptas facinus facere, Phædrome?
Num tu publicæ cuipiam insidias locas?
Aut quam pudicam 2 esse oportet? PH. *nemini.*
Nec me ille 3 sinat Iuppiter. PA. *ego item volo.*
Ita tuum conferto 4 amorem semper, si sapis,
Ne id quod ames, populus si sciat, tibi sit probro.
Semper curato ne sis intestabilis.
Quod amas, amato testibus præsentibus.
P. *Quid istuc est verbi?* PA. *cautè vt incedas via.*
P. *Quin leno hic habitat.* PA. *nemo hic prohibet, nec vetat,*
Quin quod palã est venale, si argentum est, emas.
Nemo ire quenquam publica prohibet via,
Dum ne per fundum septum facias semitam.
Dum 5 te abstineas nupta, vidua, virgine,
Iuuentute, 6 & pueris liberis, ama 7 quod lubet.
P. *Lenonis hæ sunt ædes.* PA. *malè istis eueniat.*
P. *Qui?* PA. *quia scelestam seruitutem seruiunt.*
PH. *Obloquere.* PA. *fiat maxumè.* PH. 8 *etiam taces?*
PA. *Nempe obloqui me iusseras.* PH. *at nunc veto,*
9 *Id vti occœpi dicere, ei ancillula est'.*
PA. *Nempe huic lenoni, qui hic habitat?* P. *rectè tenes.*
PA. *Nimis formido ne* 10 *exedat.* P. *odiosus es.*
Eam volt meretricem facere, ea me deperit.
Ego autem cum illa 11 *facere nolo mutuum.*
PA. *Quid ita?* P. *quia proprium facio, amo pariter simul.*
PA. *Malus clãdestinus est amor, damnust merũ.*
PH. *Est hercle* 12 *vt dicis ita.* PA. *iámne ea fert iugum?*
PH. *Tã à me pudica est, quasi soror mea sit, nisi*
Si est osculando quippiam impudicior'.

1 L. ibi ille el.
2 L red.
3 L. imperat.
4 L. oculeissimum *i. carissimum, vt sunt oculi.*
5 L. oculeissimum?

1 *L.* Cúmque. 2 *L* oportet esse. 3 L. sinit. 4 *L.* amare. 5 *L.* tete. 6 *Expungenda copula &.* 7 *L.* quid 8 L. etiam tu taces? 9 *Legendum fortasse* Ita vti occœpi *&c.* 10 L. & *Lips.* exci lat. 11 *i nolo eã mutuo mihi dari, sed propriã esse volo.* 12 L. ita vt dicis.

PA. *Semper tu scito, flamma fumo est proxima.*
Fumo comburi nihil potest, flamma potest,
Qui è nuce nucleum esse volt, frangit nucem,
Qui volt cubare, pangit saltem suauium.
P. *At illa est pudica, neque dum cubitat cũ viris.*
PA. *Credam pudor si* 1 *quippiam lenoni siet.*
P. 2 *Immò vt illam censes? vt quæque illi occasio est*
Surripere se ad me, vbi suauium oppegit, fugit.
Ideò sit, quia hic leno ægrotus incubat
In Æsculapij fano: is me excruciat. PA. *quid est?*
P. *Aliàs me poscit pro illa triginta minas,*
Aliàs talentum magnum, neque quicquam queo
Æqui bonique ab eo impetrare. P. iniurius:
Qui quod lenoni nulli st, id ab eo petas.
P. *Nunc hinc parasitum in Cariam misi meum,*
Petitum argentum à meo sodali mutuum:
Quòd si non affert, quo me vortam nescio.
PA. *Si deos salutas, dextrouorsum censeo.*
P. *Nunc ara Veneris hæc est ante horum fores.*
Me inferre Veneri noui iam ientaculum.
P. *Quid antepones Veneri* 3 *ientaculi?*
P. *Me, te atque hosce omnes.* PA. *tum tu Venerem vomere vis?*
P. *Cedo puere sinum.* PA. *Quid* 4 *facturus?* P. *iam scies*
Anus 5 *hic recubare custos, ianitrix:*
Nomen 6 *est lenæ, multibiba atque merobiba.*
PA. *Quasi tu lagenam dicas, vbi vinum solet*
Chiũ esse. PH. *Quid opus verbis? vinosissuma est.*
Eáque extempulo vbi vino has conspersi fores,
De odore adesse me scit, aperit illico.
PA. *Eine hic cum vino sinus fertur?* P. *nisi* 7 *ne vis.*
PH. *Nolo hercle. nam istunc qui fert, efflictum velim.*
Ego nobis afferri censui. PH. *Quin tu taces?*
Siquid super illi fuerit, id nobis sat est.
P. *Quisnam* 8 *hic fluuius est, quem non recipiat mare?*
PH. *Sequere hac Palinure me ad fores,* 9 *si mihi obsequeris.*
PA. *Ita faciam.* P. *agite, bibite, festiuæ fores,*
Potate, site mihi volentes, propitiæ.
P. *Voltisne oliuas, aut pulpamẽtũ, aut capparim?*
PH. *Excuscitate vostram huc custodem mihi.*
PA. *Profundis vinũ, quæ te res agitãt?* PH. *sine,*
Viden' vt aperiuntur ædes festiuissimæ?
Non mutit cardo, est lepidus. PA. *quin das sauiũ?*
PH. *Tace occultemus limen & vocem.* PA. *licet.*

2. LENA *anus*, PHÆDROMVS, PALINVRVS.

Flos veteris vini meis naribus obiectus est.
Eius amos cupidam 10 *huc me per tenebras*
prolicit.
Vbi vbi est, prope me est, euah habeo: Salue anime mi,
Liberi lepos. vt veteris vetusti cupida sum,
Nam omnium 1 *odor vnguentum præ tuo nausea est,*
Tu mihi stacte, tu 2 *cinamum, tu rosa,*
Tu crocum & 3 *casia es, tu* 4 *bdelium. nam vbi*
Tu 5 *profusus, ibi ego me peruelim sepultam.*
Sed quom adhuc naso odos obsecutus est meo,
Da vicissim 6 *gutturi meo gaudium.*
Nihil ago tecum, vbi est ipsus? ipsum expeto
Tangere, inuergere in me liquores tuos
Sino ductim. sed hàc abiit, hàc persequar.
P. *Sitit hæc anus.* PA. *quantulum sitit?* P. *modica est.*
Capit quadrantal. P *pol* 7 *vt prædicas,*
Vindemia hæc huic anui non satis est soli.
Canem esse hanc quidem magis par fuit, sagax
Nasum habet. AN. *amabo, cuia vox sonat procul?*
P. 8 *Hanc appellãdam anum censeo, adibo: redi,*
Et respice ad me huc lena. AN. *imperator quis est?*
PH. *Vini pollens,* 9 *lepidus liber,*
Tibi qui screanti siccæ semisomnæ,
Affert potionem, & sitim sedatum it.
AN. *Quàm longè abest à me?* P. *lumen hoc vide.*
10 *Sed grandiorem gradum ergo fac ad me obsecro.*
Salue. AN. *egon' salua sim?* 11 *quæ sicca sum siti?*
P. *At iam bibes.* AN. *diu sit.* P. 12 *hem tibi, anus lepidæ.*
AN. *Salue* 13 *oculissume homo.* PA. *age effunde hoc citò*
In baratrum propere prolue cloacam. P. *tace.*
Nolo huic maledici. P. *faciam igitur malè potius.*
AN. *Venus de paulo, paululum hoc tibi dabo,*
Haud lubenter: nam tibi amantes propinantes,
14 *Vinum danunt, mihi haud sæpe*
15 *Tales hæreditates eueniunt.* P *A. hoc vide vt*
Ingurgitat impura in se merum auariter,
16 *Plenis faucibus.* P H. *perij hercle, huic* 17 *quid dicam nescio.*
P. *Hem istuc quod mihi dixti.* P. *quid id est?*
P. *Periisse vt te dicas.* P. *malè tibi di faciant.*
P. *Dic isti.* A. *ah.* P A. *quid est? ecquid lubet?* A. *lubet.*
P. *Etiam mihi quoque stimulo fodere lubet te.*
P. *Tace, noli.* P. *taceo: ecce autem bibit arcus, pluet*
Credo hercle hodie. P. *iamne ego huic* 18 *dicam?*
P. *quid dices?*

1 *L.* cuiquam 2 L. Immò quid censes?
3 *Ad. Turn.* venereo ientaculo? L. Veneri pro ientaculo? 4 *L.* facturus? 5 L. hic solet cubitare c.
6 L. ei est 7 L. neuis *à nolo pro non vis.* 8 *L.* istic
9 L. si mi obsequens *imperat. à sic.*
10 *L.* me huc prolicit per tenebras.
1 L. vnguentum odor. 2 *L.* cinnamomum.
3 L. cassia 4 *L.* bdellium 5 L. profusu's.
6 L. meo gutturi g. 7 L. vt tu præd.
8 *L.* Censeo hanc app. anum. Adibo, red.
9 *L.* lepicus Liber, 10 *Expungendum* Sed.
11 *L.* quæsiti ficca sum? 12 *L. malit legi* en tibi.
13 L. oculeissime 14 *L.* Vinum potantes, dant omnes, mihi haud sæpe. 15 L. eueniunt tales hereditates. 16 L. faucibus plenis 17 *L.* quod primum dicam n. 18 L. dico?

P. *Me*

P. *Me periisse.* P. *age dice.* P. *anus audi, hoc volo*
Scire te, perditus sum miser. AN. *at pol ego oppidò*
Seruata, sed quid est? 1 *quod lubet perditum*
Dicere te esse? P. *quia id quod amo, careo.*
AN. *Phædrome mi ne plora amabò, tu me*
Curato ne sitiam, ego tibi quod amas iam huc adducam.
P. 2 *Tibine ego, si fidem seruas mecum,*
Vineam pro aurea statua statuam, quæ tuo
Gutturi sit monumentum: 3 *alter qui me in terra æquè*
Fortunatus erit Palinure, si illa ad me bitet.
PA. *Ædepol qui amat si eget, misera afficitur*
Ærumna. P. *non ita res est. nam confido*
Parasitum hodie aduenturum cum argẽto ad me.
PA. *Magnum inceptas si id exspectas, quod nusquast.*
P. *Quid si adeam ad fores, atque occentem?* 4
PA. *Neque veto, neque iubeo, quando* 5 *te video*
Immutatis moribus esse, here, atque ingenio.
P. *Pessuli heus pessuli, vos saluto lubens,*
Vos amo, vos volo, vos peto atque obsecro
Gerite amanti mihi morem amœnissumi.
Fite causa mea 6 *Lydi barbari,*
Sussilite obsecro, & mittite istanc foras,
Quæ mihi misero amanti ebibit sanguinem.
Hoc vide vt dormiunt pessuli pessumi,
Nec mea gratia commouent se ocyus,
7 *Respicio nihili meam vos gratiam facere.*
8 *Sed tace, tace.* PA. *taceo hercle, quid est?* PH. *sentio sonitum,*
Tandem ædepol mihi morigeri pessuli fiunt,

2. ANVS, PLANESIVM *virgo*, PHÆDROMVS, PALINVRVS.

A. *Placidè egredere, & sonitum prohibe* 9 *forium & crepitum cardinum:*
Ne quod hic agimus, herus percipiat fieri, mea Planesium,
Mane suffundam aquulam. PA. *viden' vt anus tremula medicinam facit?*
Eapse merum condidicit' bibere, foribus dat aquam quam bibant.
PL. *Vbi tu es qui me* 10 *conuadatus Veneriis vadimoniis?*
Vbi tu es? qui me libello Venerio citauisti, ecce me.
Sisto ego tibi me & mihi contrà itidem 11 *vt sistas suadeo,*
P. *Assum. nam si absim, haud recusem quin mihi malè sit mel meum.*
PL. *Anime mi, procul quidem amantem abesse haud consentaneum est:*

1 L. quid *i propter quid,* 2 *L.* Tibi næ. 3 L. *Expungendum* alter, *& ita legendum* qui me in terra æquè Fortunatus erit, si illa ad me bitet, Palinure? PA. ædepol. 4 *L.* PA. si lubet. Neque veto.
5 L. ego te video. 6 L. *Lydij* 7 L. Perspicio.
8 *L.* St. tace, tace.
9 *L.* forum. 10 *L.* conuadatu's 11 *L.* te vt sist.

P. *Palinure, Palinure.* P. *eloquere, quid est quòd Palinurum voces?*
P. *Est lepida.* PA. *nimis lepida.* P. *sum deus.* PA. *Immò homo haud magni preci.*
P. *Quid vidisti, aut quid videbis magis diis æquiparabile?*
PA. 1 *Malè valere te quod mihi ægrè est.* P. *malè mihi morigeru's, tace.*
PA. *Ipsus se excruciat, qui homo quod amat videt, nec* 2 *potiri licet.*
P. *Rectè obiurgat, sanè haud quicquast magis quod cupiam tandiu.*
PL. *Tene me,* 3 *ergo amplectere.* P. *hoc etiã est quãobrem cupiam viuere.*
Quia te prohibet herus, clam hero potior. PL. *prohibet, nec prohibere quit:*
Nec prohibebit, nisi mors meum animum abs te abalienauerit.
P. *Enimuerò nequeo durare, quin ego herum accusem meum,*
Nam bonum est pauxillum amare sanè, insanè non bonum est.
Verùm totũ insanum amare, hoc est, quod meus herus facit.
PLA. *Sibi sua habeãt regna reges, sibi diuitias diuites,*
Sibi honores, sibi virtutes, sibi pugnas, sibi prælia,
Dum mihi abstineant inuidere, sibi quisque habeant quod suum est.
PA. 4 *Quid tu Veneri peruigilare te vouisti Phædrome?*
Nam hoc quidem ædepol haud multò post luce lucebit. P. *tace.*
PA. *Quid taceam? quin tu is dormitum?* PH. *dormio, ne occlamites.*
PA. *Tu quidem vigilas.* PH. *at meo more dormio, hic somnust mihi.*
P. *Heus tu mulier, male mereri de immerente inscitia est.*
PL. 5 *Irascere, si te edentem hic à cibo abigat.* P. *licet.*
Pariter hos perire amando video, vterque insaniunt.
Viden' vt miserè moliuntur, nequeunt complecti satis?
Etiam dispertimini? PL. NVLLI *est homini perpetuum bonum,*
Iam huic voluptati hoc 6 *adiunctum odium est.*
PA. *quid ais propudium?*
Tun' etiã cum nocturnis' oculis, odium me vocas?
Ebriola, persolæ nugæ. P. *Tun' meam Venerem vituperas?*
7 *Quod quidem mihi polluctus virgis seruus ser-*

1 *Locus obscurus, sic fortè legendus vt habent tres vet. cod. Lamb.* Malè valere te quidem mihi ægre'st.
2 L. potitur dum licet. 3 L. amplectere ergo.
4 L. Quid tu Venerin'.
5 *L.* irascare. 6 L. adiunctum est odium.
7 L. *Verba sunt* PLA. *itaque præfigendum eius nomen, deinde pro* quod *legendum* quem *sc. sermonem.*

monem ſerat.
At næ tu hercle cum cruciatu magno dixiſti id tuo.
1 Heus tibi maledictis pro iſtis, dictis moderari vt queas.
PA. *Tuam ſidem, Venus noctuuigila. P. Pergin' etiam verbero?*
PL. *Noli amabo, verberare lapidem, ne perdas manum.*
P. *Magnum flagitium probrúmque Phædrome expergefacis.*
Bene monſtrantem pugnis cædis, hanc amas, nugas meras.
Hoccine fieri, vt immodeſtis 2 hic te moderere moribus?
P. *Auro contra cedo modeſtum amatorem, à me aurum accipe.*
P. *Cedo mihi contra oricalco cui ego ſano ſeruiam.*
P. *Bene vale ocule mi. nam ſonitum & crepitum clauſtrorum audio.*
Ædituum aperire fanum: quouſque quæſo ad hũc modum
Inter nos vtimur amore ſemper ſurreptitio?
P. *Minimè. nam Paraſitum miſi nudiuſquartus Cariam,*
Petere argentum, is hodie hic aderit. P. *nimium conſultas diu.*
P. *Ita me Venus amet, vt ego te hoc triduum nũquam ſinam*
In domo eſſe iſtac, quin ego te liberalem liberem.
P. *Facito vt memineris, 3 tene etiam priuſquam 4 abeo hinc, ſauium.*
P. *Siquidem hercle mihi regnum detur, nunquam id potius perſequar,*
Quando ego te videbo. P. *Ehem iſthoc verbo vindictam para.*
Si amas, eme: ne rogites: facito vti precio peruincas tuo.
Bene vale. PL. *iam ne ego relinquor? pulchrè Palinure occidi.*
PA. *Ego quidem qui & vapulando, & ſomno pereo.* PH. *ſequere me.*

ACTVS II.

CAPPADOX *leno*, PALINVRVS *ſeruus.*

CA. *Migrare certu' ſt iam nũc è ſano foras, Quando Æſculapij ita ſenio ſententiam:*
Vt qui me nihili faciat nec ſaluom velit.
Valetudo decreſcit, accreſcit labor.
Nam iam quaſi zona, liene cinctus ambulo.
Geminos in ventre habere videor filios,
Nihil metuo niſi ne medius diſrumpar miſer.
PA. *Si rectè facias Phædrome, auſcultes mihi,*
Atque iſtam exturbes ex animo ægritudinem.

1 *L.* En tibi 2 L. te hic mod. 3 *Suſpicatus eſt Lam. legendum* tolle 4 L. hinc ab eo,

Paues, paraſitus quia non rediit caria.
Afferre argentum credo. nam ſi non ferat,
Tormento non retineri potuit ferreo,
Quin reciperet ſe huc eſum ad 1 præſepem ſuam.
CA. *Quis hic eſt qui loquitur?* PA. *quam vocem audio?*
CA. *Eſtne hic Palinurus Phædrome?* PAL. *Qui hic eſt homo?*
Cum 2 collatiuo ventre, atque oculis herbeis?
De forma noui, de colore non queo
Nouiſſe. Iam iam noui, leno eſt Cappadox.
Congrediar. CA. *ſalue Palinure.* PA. *ó ſcelerum caput,*
Saluto. quid agis? CA. *viuo.* PA. *nempe vt dignus es.*
Sed quid tibiſt? CA. *lien necat, renes dolent,*
Pulmones diſtrahuntur, cruciatur iecur,
Radices cordis pereunt, 3 chiræ omnes dolent.
PA. *Tum te igitur morbus agitat hepatarius.*
C. *Facileſt miſerum irridere.* P. *quin tu aliquot dies*
Perdura, dum inteſtina 4 exputeſcunt tibi.
Nunc dum 5 ſaltura ſat bonaſt ſi id feceris,
Vanire poteris inteſtinis vilius.
CA. *Lien 6 diruptuſt.* PA. *ambula, id lieni optimumſt.*
CA. *Auſer iſtæc quæſo, atque hoc reſponde quod rogo,*
Potin' coniecturam facere, ſi narrem tibi
Hac 7 noctu quod ego ſomniaui dormiens?
PA. *Vah, ſolus hic homoſt, qui ſciat diuinitus.*
Quin coniectores à me conſilium petunt.
Quod eis reſpondi, ea omnes ſiant ſententia.

COQVS, CAPPADOX, PALINVRVS, PHAEDROMVS.

CO. *Palinure quid ſtas? quin depromuntur mihi*
Quæ opus ſunt, paraſito vt ſit paratum prandium,
Quom veniat? PA. *maneſis dum huic coniicio ſomnium.*
CO. *Tute ipſe ſi quid ſomniaſti, ad me refers.*
PAL. *Fateor.* CO. *abi deprome.* PAL. *age, tu interea huic ſomnium*
Narra: meliorem quàm ego ſum, ſuppono tibi.
Nam quod ſcio, omne ex hoc ſcio. CA. *operam vt det.* PA. *dabit.*
CA. *Facit hic quod pauci, vt ſit 8 magiſtro obſequens.*
Da mihi igitur operã. CO. *tametſi nõ noui, dabo.*
CA. *Hac 9 noctu in ſomnis viſus ſũ 10 videri,*
Procul ſedere longè à me Æſculapium,
Neque eũ ad me adire, neq; me magni pendere
Viſuſt. CO. *Item alios deos facturos ſcilicet,*

1 *L.* præſepim. 2 L. conlæciuo. 3 *L. Tumebũ ſectus legit* hiræ 4 *L.* exputreſcunt. 5 L. ſalſura 6 L. diertuctaſt. 7 L. nocte.
8 *L.* Magiſtro ſuo obſ. 9 *L.* nocte. 10 *L.* tuerier.

Sanè

Sanè illi inter se congruunt concorditer.
Nihil est mirandum melius. si nihil sit tibi.
Namque incubare satius te fuerat Ioui,
Tibi qui 1 *auxilio in iureiurando* 1 *fuit.*
Siquidem incubare velint, qui 3 *peierauerũt,*
Locus non præberi potis est in Capitolio.
CO. *Huc animum aduorte, pacem ab Æsculapio*
Petas, ne fortè tibi eueniat magnum malum,
Quod in quiete tibi portentum st. CA. *bene facis.*
Ibo atque orabo. CO. *quæ res malè vortat tibi.*
4 PA. *Proh di immortales quem conspicio? qui illic est?*
Est ne hic parasitus, qui missust in Cariam?
Heus exi Phædrome. exi exi, inquam', ocyus.
P. *Qui istic clamorem tollis?* 5 PA. *parasitum tuũ*
Video currentem: illum vsque in platea vltima.
Hinc auscultemus, quid agat. PH. *sanè censeo.*

CVRCVLIO, PHÆDROMVS, PALINVRVS *seruus.*

CV. *Date viam mihi noti atq; ignoti, dum ego hic officium meum*
Facio fugite omnes, abite, & de via secedite:
Ne quem in cursu capite, aut cubito, aut pectore offendam aut genu.
Ita nunc subitò properè & celere obiectust mihi negotium.
Nec quisquam sit tam opulentus, qui mihi obsistat in via.
Nec strategus, nec tyrannus quisquam, nec agoranomus,
Nec demarchus, nec comarchus, nec cum tanta gloria.
Quin cadat, quin capite sistat in via de semita.
Tum isti Græci palliati capite operto qui ambulant,
Qui incedunt 6 *suffarcinati cum libris, cum sportulis,*
Constant, conferunt sermones inter 7 *se drapetæ.*
Obstant, obsistunt, incedunt cum suis sententiis,
Quos semper videas bibentes esse in Thermopolio,
Vbi quid surripuere operto capitulo calidum bibunt,
Tristes atq; ebrioli incedunt: eos ego si offendero,
Ex vno quoque eorum excutiam crepitum polentarium.
Tum isti qui ludunt, datim serui scurrarũ invia,
Et datores & factores omnis subdant sub solum.
Proinde se domi contineant, vitent infortunia.
P. *Rectè hic monstrat, si* 8 *imperare possit: nam ita nunc mos viget,*
Ita nunc seruitium st profectò modus haberi non potest.
CV. *Ecquis est, qui mihi commonstret Phædromum genium meum?*

1 L. auxilium. 2 L. tulit. 3 L. perinrauerint.
4 L. Tollendum hinc PAL. nomen: sunt enim etiam hæc equi verba. 5 L. Coq. 6 L. subsarcinati.
7 L. sese. 8 L. legendum censet impetrare

Ita res subita, celeriter mihi hoc homine conuentost opus.
PA. *Te ille quærit.* P. *quid si adeamus? heus Curgulio, te volo.*
CV. *Quis vocat, quis nominat me?* P. *qui te conuentum cupit.*
CV. *Haud magis cupis, quàm ego te cupio.* PH. *ô mea opportunitas,*
Curgulio exoptate salue. CV. *salue.* P. *saluom gaudeo*
Te aduenire. cedo tuam mihi 1 *dextram, vbi sunt spes meæ?*
Eloquere obsecro hercle. CV. *eloquere* 2 *te obsecro, vbi sunt meæ?*
P. *Quid tibi est?* CV. *tenebræ oboriuntur, genua inedia succidunt.*
P. *Lassitudine hercle credo.* C. *retine retine me obsecro.*
PH. *Viden' vt expalluit? datin isti sellam, vbi assidat citò,*
Et aqualem cum aqua? properatin' ocyus? CV. *animo malest.*
P. *Vin' aquam?* CV. *si* 3 *fruslulenta est, da obsecro, hercle, obsorbeam.*
P. *Væ capiti tuo.* CV. *obsecro hercle facite ventum vt gaudeam.*
P. *Maximè.* CV. *quid facitis quæso.* PA. *ventum.*
CV. *nolo equidem mihi*
Fieri ventulum. PH. *quid igitur vis?* CV. *esse vt ventum gaudeam.*
P. *Iuppiter te dique perdant.* CV. *perij, prospicio parum.*
Os amarum habeo, dentes 4 *plenos, lippiunt fauces fame.*
Ita cibi 5 *vacuitate venio lassis lactibus.*
PH. *Iam edes aliquid.* CV. *nolo hercle aliquid, certum quam mauolo.*
PH. *Immo si scias, reliquiæ quæ sint.* CV. *scire nimis lubet*
Vbi sient. nam illis conuentis sanè opus est meis dentibus.
P. *Perna, abdomen, & suis glandium.* CV. 7 *ein' tu omnia hæc?*
In carnario fortasse dicis. P. *immò in lancibus*
Quæ tibi sunt parata? postquam scimus venturum. CV. *vide,*
Ne me ludas. P. *ita me amabit, quam ego amo,* 8 *vt haud mentior.*
Sed quò te misi, nihilo sum certior. CV. *nihil attuli.*
P. *Perdidisti me.* C. *inuenire possim, si mihi operam* 9 *dabis.*
Postquam tuo iussu profectus sum, perueni in Cariam,
Video tuum sodalem, argenti rogo vti 10 *copiam*

1 L. dexteram vbi sspes meæ?
2 L. ted 3 alij iurulenta'st,
4 Dubitat Lamb. an sic legendum, lippos,
5 L. vacuitate. 6 L. sumen, suis gl.
7 L. ain' tu? omn. hæc? 8 L. vt ego haud m.
9 L. datis. 10 L. faciat copiam.

faciat.
Scires velle gratiam [1] tuam noluit frustrarier,
Vt decet velle hominem amicum amico, atque opitularier.
Respondit mihi paucis verbis, atque adeò sideliter,
Quod tibist, item sibi esse magnam argenti inopiam.
P. Perdis me tuis dictis. C. immò seruo, & seruatum volo.
Postquam mihi responsum est, abeo illo mœstus ad forum,
Me illò frustra deuenisse, fortè aspicio militem,
Aggredior hominem, saluto adueniens, salue, inquit mihi:
Prehendit dextram, seducit, rogat quid veniam Cariam?
Dico me illò adueniss̄e animi causa. ibi me interrogat,
Ecquem in Epidauro [2] trapezitam Lyconem nouerim?
Dico me nouisse. quid lenonem Cappadocem? annuo
Visitasse: sed quid eum vis? quia de illo emi virginem
Triginta minis, vestem, aurum, & pro iis decem coaccedunt minæ.
Dedisti tu argentum? inquam. immò apud trapezitam situm est.
Illum quem dixi Lyconem: atque ei mandaui, qui annulo meo
Tabulas obsignatas attulisset, [3] daret operam,
Vt mulierem ille à lenone cum auro & veste abduceret.
Postquam hoc mihi narrauit, abeo ab illo: reuocat me illico.
Vocat ad cœnam: religio fuit, denegare nolui.
Quid si [4] adeamus, ac decumbamus? inquit. consilium placet.
Neque diem decet me morari, neque nocti nocerier.
Omnis res parata'st, & nos quibus paratum est assumus.
Postquam cœnati, atque appoti, talos poscit sibi in manum.
Prouocat me in aleam. vt ego ludam, pono pallium,
Ille suum annulũ [5] opposuit, inuocat Planesium.
PH. Meósne amores? CV. tace parumper, iacit voltorios quatuor.
Talos arripio, inuoco almam meam [6] nutricem Herem.
Iacto basilicum, propino magnum poculum, ille ebibit,
Caput deponit, condormiscit: [1] ei subduco annulum,
Deduco pedes de lecto clàm, ne miles sentiat.
[2] Rogant me serui, quò eam? me dico ire quò saturi solent.
Ostium vbi conspexi, exinde me illico protinam dedi.
P. Laudo. CV. laudato, quando illud quod cupis, effecero.
Eamus nunc intrò, vt tabellas consignemus. P. nõ moror.
CV. Atque [3] aliud prius obtrudamus, pernam, sumen, glandium.
Hæc sunt ventri stabilimenta, [4] panis & assa bubula,
Poculum grande, aula magna, vt [5] satis consilia suppetant.
Tute tabellas consignato, hic mihi ministrabit, ego edam.
Dicam quemadmodum conscribas. sequere me hac intrò. P. sequor.

ACTVS III.

LYCO, CVRCVLIO, [6] LENO.

Beatus videor, subduxi ratiunculam.
Quantum æris [7] mihi sit, quantúmque alieni siet.
Diues sum, si non reddo eis, quibus debeo:
Si reddo illis, quibus debeo, plus [8] alieni'st.
Verùm hercle verò [9] conuellere illis cogito',
Si magis me instabunt, ad prætorem sufferam.
Habent hunc morem plerique argentarij,
Vt alius alium poscant, reddant nemini.
Pugnis rem soluant: si quis poscat duriùs.
Qui homo maturè quæsiuit pecuniam,
Nisi eam maturè parsit, maturè esurit.
Cupio aliquem emere puerum, qui vsurarius
Nunc mihi quæratur, [10] vsu'st pecunia.
CV. Nil tu me saturũ monueris. memini & scio.
Ego hoc effectum lepidè tibi tradam, tace.
Edepol [11] ne ego hic me intus expleui probè,
Et quidem reliqui in ventre cellæ vnilocum.
Vbi reliquiarum reliquias reconderem.
Quis hic est, qui operto capite Æsculapium
Salutat? atat quem quærebam, sequere me.
Simulabo quasi non nouerim. heus tu, te volo.
L. Vnocule salue. CV. quæso, deridésne me?
L. De Coclitum prosapia [12] te esse arbitror.
Nam ij sunt vnoculi. CV. Catapulta hoc ictum & mihi
Apud Sicyonem. L. nam quid id refert mea?
An aula quassa cum cinere effossus siet?
CV. Superstitiosus hic quidem est, vera prædicat.

1 L. tuam noluit. *alij ita distinguunt* Scires velle gratiam, *&c. Lipsius autem hunc locum ita legit,* Sciresvelle gratia tua nol. 2 Lyconem trapezitam n. 3 L. vt daret. 4 L. abeamus. 5 L. opposuit. 6 L. nutricem Herculem. *Lipsius autem* meam nutricem Herculem

1 L. ego ei s. 2 L. Rogitant. 3 L. aliquid prius obstrudamus. 4 L. pane &. 5 L. sat cons. 6 L. CAPPADOX leno. 7 L. mei *malit Lamb si codices adiuuent.* 8 L. alieni inest. 9 L. cum verè recogito. 10 L. vsu'st & pecunia. 11 L. næ ego hic med. 12 L. ed esse.

Nam

Nam [1] *illæc catapultæ ad me crebrò commeant.*
Adolescens ob rempublicam hoc intus mihi
Quod insigne habeo, quæsò ne me incomities.
L. *Licétne inforare, si incomitiare non licet?*
CV. *Non inforabis me quidem: non mihi placet*
Tuum profectò neque forum, nec comitium,
Sed hunc quem quæro, commonstrare si potes,
Inibis à me solidam & grandem gratiam.
Lyconem quæro trapezitam. L. *dic mihi*
Quid eum nunc quæris, aut [2] *cuiatis?* CV. *eloquar.*
Ab Therapontigono Platagidoro milite.
L. *Noui edepol nomen. nam mihi istoc nomine,*
Dum scribo, expleui totas ceras quatuor.
Sed quid Lycone quæris? CV. *mandatum st mihi.*
Vt has tabellas ad eum ferre. L. *quis tu homo es?*
C. *Libertus illius, quem omnis Sũmanum vocãt.*
L. *Summane salue: qui Summanus? fac sciam.*
CV. *quia vestimenta, vbi* [3] *obdormiui ebrius,*
Sũmano, ob eam rẽ me omnes Summanũ vocãt.
L. *Alibi te meliust quærere hospitium tibi,*
Apud me profectò nihil est Summano loci.
Sed istum quẽ quæris, ego sum. C. *quæso túne is es*
Lyco trapezita? L. *ego sum.* CV. *multam me tibi*
Salutem iussit Therapontigonus dicere,
Et has tabellas dare me iussit. L. *mihi n'.* CV. *ita,*
Cape, signum nosce. nostin'? L. *quid ni nouerim?*
Clypeatus elephantum vbi machæra [4] *disticit.*
CV. *Quod istic scriptũ st, id te orare iusserat,*
Profectò, vt faceres, suam si velles gratiam.
L. *Concede, inspiciã quid sit scriptũ.* C. *maximè,*
Tuo arbitratu, dum auferã abs te id quod peto.
L. *Miles Lyconi in Epidauro hospiti suo,*
Therapontigonus platagidorus plurimam
Salutem dicit. C V. *meus hic est, hamum vorat,*
LY. *Tecum oro, & quæso, qui has tabellas afferet*
Tibi, vt ei detur, quam istic emi virginem,
Quod te præsente istic egi, téque interprete,
Et aurum, & vestem: iam scis vt conuenerit.
Argentum des Lenoni, huic des virginem.
L. *Vbi ipsius? cur non venit?* CV. *ego dicam tibi,*
Quia nudiusquartus venimus in Cariam
Ex India: ibi nunc statuam volt dare auream
Solidam faciundam ex auro Philippeo, quæ siet
Septempedalis, factis monumentum suis.
L. *Quamobrem istuc?* C. *dicam. quia enim Persas, Paphlagonas,*
Synopeas, Arabes, Caras, Cretanos, Syros,
Rhodiam atque Lyciam, Perediam & Perbibesiam,
Centauromachiam [5] *& Classiam, Vnimammiã,*
Libyámque [6] *oram omnem, Conterebromniam,*
Dimidiam partem nationum vsque omnium,
Subegit solus intra viginti dies.
LY. *Vah.* C. *quid mirare?* L. *quia enim in cauea si sorent*
Concluſi itidem vti pulli gallinacei,
Ita non potuere vno anno circumirier.
Credo hercle te esse ab illo, nam ita nugas blatis.
CV. *Immò etiam porro (si vis) dicam.* L. *nihil moror,*
Sequere hac, [1] *te redabsoluam, qua aduenisti gratia.*
Atq; eccum video. leno salue. [2] LE. *di te ament,*
LY. *Quid hoc, quod ad te venio?* [3] *dicas quid velis?*
L. *Argentum accipias, cum illo mittas virginem.*
4 LE. *Quid quod iuratus sum?* L. *quid id refert tua.*
Dum argentum accipias? 5 L E. *qui monet quasi adiuuat,*
Sequimini. CV. *leno caue in te sit* [6] *mora mihi.*

1 L. illæce. 2 L. cuiatis. 3 L. obdormiuit, *sup. aliquis.* 4 L. disicit. 5 L. Elatiam, Vnomam. 6 L. & oram.

1 L. te absoluam, 2 L. CAP. 3 L. CAP. 4 L. CAP. 5 L. CAP. 6 L. mihi mora. 7 *Omnino* Halophantam *probat Lamb. sed vt constet versus suus numerus, legendum censet, vel sic,* Halophantam hunc an sycoph. esse magis d. n. *vel sic,* Hunc halophantam an sycoph. esse magis d. n. 8 L. facilè inueniatis l. 9 L. Sub veteribus, *sup. tabernis.*

ACTVS IIII.
CHORAGVS.

EDepol nugatorem lepidum, lepidè hunc nactust Phædromus.
[7] *Halophantam, an sycophantam, hunc magis dicam, nescio.*
Ornamẽta quæ locaui, metuo vt possim recipere.
Quanquam cum istoc mihi negotij nihil est: ipsi Phædromo
Credidi, tamen asseruabo. sed dum hic egreditur foras,
Commonstrabo, quo in quemque hominem [8] *inueniatis loco.*
Ne nimio opere sumat operam, si quem conuentũ velit,
Vel vitiosum, vel sine vitio, vel probum, vel improbum,
Qui periurum conuenire vult hominem, mitto in Comitium,
Qui mendacem, & glorioſum, apud Cloacinæ sacrum.
Ditis damnosos maritos sub basilica quærito.
Ibidẽ erunt scorta exoleta, quiq; stipulari solent.
Symbolarum collatores apud forum piscarium:
In foro infimo boni homines, atque dites ambulant.
In medio propter canalem ibi ostentatores meri,
Confidentes, garruliq;, & maleuoli supra lacum,
Qui alteri de nihilo audacter dicunt contumeliam,
Ei qui ipsi sat habẽt, quod ipsis possit verè dicier.
[9] *Subueteribus, ibi sunt qui dant, quique accipiũt fœnore.*
Pone ædem Castoris ibi sunt subitò quibus credas malè.
In Tusco vico, ibi sunt homines, qui ipsi sese venditant,

7 *Omnino* Halophantam *probat Lamb. sed vt constet versus suus numerus, legendum censet, vel sic,* Halophantam hunc an sycoph. esse magis d. n. *vel sic,* Hunc halophantam an sycoph. esse magis d. n. 8 L. facilè inueniatis l. 9 L. Sub veteribus, *sup. tabernis.*

In Velabro vel pistorem, vel lanium, vel aruspicem,
Vel qui ipsi vortant, vel qui alij [1] *subuersentur prabeant.*
Ditis damnosos maritos apud Leucadiam Oppiam.
Sed interim fores crepuere, linguæ moderandu'st mihi.

2. CVRCVLIO, CAPPADOX, LYCO.

I Tu præ virgo, non queo quod pone me est, seruare.
Et aurum, & vestem, omnem suam aiebat, quicquid hæc haberet.
C A. *Nemo it inficias.* L. *attamen meliusculu'st monere.*
Memento promisisse te, si quisquam hanc liberali caussa manu assereret, mihi omne argẽtum redditum iri,
Minas triginta. C A. *meminero, de istoc quietus esto.*
Et nunc idem dico. L. *& commeminisse hæc ego volam te.*
C. *Memini, & mancupio tibi dabo.* CV. *egon' vt ab lenone quicquam*
Mancupio accipiam? quibus sui nihil est, nisi vna lingua,
Qui abiurant, si quid creditum est: alienos mancupatis,
Alienos manumittitis, alienisque imperatis.
Nec vobis autor vllus est, nec vosmet estis vlli.
Item genus est lenonum inter homines, meo quidem animo
Vt [3] *muscæ, culices pedésque pulicésque,* [4] *cimices.*
Odio & malo & molestiæ, bono vsui estis nulli.
Nec vobiscum quisquam in foro frugi consistere audet.
Qui constitit, culpant eum, [5] *consputatur, vituperatur:*
Eum rem fidémque perdere, tametsi nihil fecit aiunt.
L. *Edepol lenones meo animo* [6] *nosti luscæ lepidè.*
CV. *Eodem hercle vos pono & paro, parissumi estis* [7] *ijbus.*
Hi saltem in occultis locis prostãt, vos in foro ipso.
Vos fœnore, hi malè suadendo, & lustris lacerant homines.
Rogitationes plurimas propter vos populus sciuit
Quas vos rogatas rumpitis, aliquam reperitis rimam.
Quasi aquam feruentem frigidam esse, ita vos putatis leges.
LY. *Tacuisse mallem.* [8] L E. [9] *haud in malè meditantem, malè dicassis.*
C V. *Indignis si malè dicitur, maledictum id esse* [1] *dico:*
Verùm si dignis dicitur, benedictu'st meo quidem animo.
Ego mancipem te nihil moror, nec lenonem aliũ quenquam,
Lyco nunquid vis? L. *bene vale.* C V. *vale.* C A. *heus tu tibi ego dico.*
CV. *Eloquere, quid vis?* CA. *quæso vt hanc cures, bene vt sit isti,*
Bene ego istam eduxi meæ domi & pudicè. C. *si huius miseret,*
Ecquid das, qui bene sit? CA *malum.* C V. *tibi opus est hoc, qui te procures?*
CA. *Quid stulta ploras? ne time: bene hercle vendidi ego te.*
Fac sis bonæ frugi sies. sequere istum bella belle.
L. *Summane nunquid nunc iam me vis.* CV. *vale atque salue:*
Nam & operam [2] *mihi & pecuniam benignè præbuisti.*
L. *Salutem multam dicito patrono.* CV. *nunciabo.*
L. *Nunquid vis leno?* CA. *istas minas decem, qui me procurem',*
Dum melius sit mihi, des. C V. *dabuntur. cras pete iubeto.*
C A. *Quando bene gessi rem, volo hic in fano supplicare.*
Nam illam minus olim decem puellam paruolam emi.
Sed eum qui mihi vendidit illam, nunquam postillam vidi:
Periisse credo. quid id meæ refert? ego argentum habeo.
Quo? homini [3] *di sunt propitij, lucrum ei profecto obijciunt.*
Nunc rei diuinæ operam dabo: certum est bene me curare.

Miles THERAPONTIGONVS, LYCO *trapezita.*

*N*On *ego nunc mediocri incedo iratus iracundia,*
Sed eapse illa, qua [4] *excidionem facere condidici oppidis.*
Nunc nisi tu mihi properè properas dare [5] *triginta minas,*
Quas ego apud te deposiui, vitã propera ponere'.
L. *Non edepol nunc ego te mediocri mactо infortunio.*
Sed eopse illo, quo mactare soleo, quoi nihil debeo.
[6] M I. *Nec te* [7] *mihi facias ferocem, aut suppli-*

1 L subuertendos 2 *L. hunc versum vt alienum delendum censet.* 3 L. muscæque culicésque, ped. 4 *Expungendum* cimices 5 L. conspuitur. 6 L. nouisti. 7 L. hibus *pro* his *vt* iibus *pro* iis. 8 L. CAP. 9 L. an, malè meditate, maledicax es.

1 *L. fortasse legendum* duco: 2 *Expungendum* mihi 3 L. dei 4 L. excidionem, *est enim ab excindo, non à cædo, aut cædo.* 5 L. iam trig. 6 *Non debet interponi hîc nomen Lyconis. sunt enim verba militis vsque ad hæc verba* idem ego. 7 L. mi facias.

care? me censeas.
LY. *Nec tu me quidem vnquam subiges reddi-*
tum vt reddam tibi.
Nec daturus sum. MI. *idem ego istuc quum cre-*
debam, credidi,
Te nihil esse redditurum. L. *quæ nunc à me igitur*
petis?
MI. *Scire volo quoi reddidisti.* L. *Lusco liberto*
tuo,
Is Summanum se vocari dixit, eij reddidi.
Qui has tabellas obsignatas attulit. M. *quas tu*
2 mihi tabulas?
Quos tu mihi Luscos libertos, quos Summanos
somnias?
Nec mihi quidem libertus vllus. L. *facis sapien-*
tius,
Quàm pars lenonum libertos qui habent, & eos
deserunt.
M. *Quid feci?* L. *Quod mandasti feci tui hono-*
ris gratia,
Tuum qui signum ad me attulisset, nuncium ne
spernerem.
MI. *Stultior stulto fuisti, qui iis tabellis crederes.*
L. *Quis respublica & priuata geritur, non iis cre-*
derem?
Ego abeo: tibi res solutas recte. bellator vale.
ME. *Quid valeam?* L. *at tu agrotæ, si lubet per*
me, ætatem quidem.
M. *Quid ego nunc faciam? quid refert me feciſſe*
regibus,
Vt mihi obedirent, si hic me hodie vmbraticus
deriserit!

CAPPADOX *leno*, MILES.

QOi hominî dij sunt propitij, ei non esse ira-
tos puto.
Postquam rem diuinam feci, venit in mentem
mihi,
Ne trapezita exulatum abierit, argentum vt pe-
tam,
Vt ego potius comedam, quàm ille. M. *iusseram*
saluere te.
C. *Therapontigone platagidore salue, saluus quum*
aduenis
In Epidaurum. hic hodie apud me nunquã de-
linges salem.
MI. *Bene vocas, verùm vocata res est, vt sit ma-*
le tibi.
Sed quid agit meum mercimonium apud te? CA.
nihil apud me quidem.
Ne facias testis, neque equidẽ debeo quidquam.
MI. *quid est?*
CA. *Quod fui iuratus feci.* M. *reddin an non vir-*
ginem,
Priusquã te huic meæ machæræ obiicio mastigia?
CA. *Vapulare ego te vehementer iubeo. ne me ter-*
rites.
Illa abducta est. tu auferêre hinc à me, si perges mi-
hi
Malè loqui profectò, cui ego nisi malũ nihil debeo.
MI. *Mihin malum minitare?* CA. *atque edepol*
non minitabor, sed dabo,
Mihi si pergis molestus esse. M. *leno minitatur*
mihi.
1 Meæque pugnæ, prælia, res plurimæ
Obtritæ iacent.
At ita me machæra & clypeus bene iuuent pu-
gnantem
In acie, nisi mihi virgo redditur.
Iam ego te faciam vt hic formicæ frustulatim dif-
ferant.
CA. *At ita me volsellæ, pecten, speculum, calami-*
strum meum
Bene me amassint, meáque 2 axicia linteúmque
extersum,
3 Vt ego tua magnifica verba, neque 4 istas tuas
magnas minas
Non pluris facio, quàm ancillam meam, quæ la-
trinam lauat.
Ego illam reddidi, qui argentum à te attulit.
MI. *quis is est homo?*
CA. *Tuum libertum sese aiebat esse Summa-*
num. M. *meum?*
Atat, Curculio hercle verba mihi dedit, quæ co-
gito.
Is mihi annulum surripuit. CA. *perdidistin tu*
annulum?
Miles pulchrè centuriatus est expuncto in mani-
pulo.
MI. *Vbi nunc Curculionem inueniam?* CA. *in*
tritico facillime,
Vel quingẽtos Curculiones pro vno faxo reperias.
Ego abeo. vale atque salue. LI. *malè vale. malè*
sit tibi.
Quid ego faciam, maneam an abeam, siccine
5 mihi esse os oblitum?
Cupio dare mercedem, qui illunc vbi sit commõ-
stret mihi.

ACTVS V.
PARASITVS.

ANtiquom poetam audiui scripsisse in tra-
gœdia,
Mulieres duas peiores esse, quàm vnam. res itast.
Verùm mulierem peiorem, quam hæc amica est
Phædromi,
Non vidi, neque audiui, neque pol dici, nec fingi
potest
Peior quàm hæc est, quæ vbi me hunc habere cõ-
spicata est annulum,

1 *Lamb. ex v. c. ita hos versus legit.* Meæque pugnæ prælia res plurimæ obtritæ iacent. Atque ita me machæra & clypeus *Bene iuuent pugnantem in acie, nisi mihi virgo reddit. Iam ego &c. Iam versus ille mutilus posset perfici si ita legamus* Atque ita me mach. & cly. & lorica, & cassida bene, &c.
2 L. excutia 3 L. vti ego.
4 tuas istas.
5 L. Esse mihi os ob.

1 L. *Expungendum* me. 2 *Expungendum* mihi.

Rogat vnde habeam. quid id tu quæris? quia mihi [1] *quæsito opust.*
Nego me dicere: vt eum eriperet, manum arripuit mordicus.
Vix foras me arripui, atque effugi. apage istanc caniculam.

PLANESIVM *virgo*, PHÆDROMVS *adolescens*, CVRCVLIO, MILES.

PHædrome propera. PH. *quid properem?* PL. *parasitum ne amiseris.*
Magna res est. PH. *nullast mihi. nam quam habui, absumpsi celeriter.*
PL. *Tene.* PH. *quid* [2] *negotij?* PL. *rogita vnde istunc habeat annulum:*
Pater istum meus gestauit. CV. *at mea matertera.*
P. *Mater ei vtēdum dederat.* C. [3] *quit pater tuus rursum tibi.*
PL. *Nugas garris.* C. *soleo. nam propter eas viuo facilius*
Quid nunc? P. *obsecro parentes ne meos mihi prohibeas.*
CV. *Quid? ego sub* [4] *gemma abstrusos habeo tuā matrem & patrem?*
PL. *Libera ego sum nata.* CV. *& alij multi, qui nunc seruiunt.*
PL. [5] *At enim irascor.* CV. *dixi equidem tibi, vnde ad me hic peruenerit.*
Quoties dicendust? elusi militem, inquam, in alea.
MIL. *Saluos sum, eccom quem quærebam. quid ais bone vir?* C. *audio,*
Si vis tribus bolis, vel in chlamydem. M. *quin tu is in malam crucem.*
Cum [6] *bolis cum bullis. redde et iam argentum, aut virginem.*
P. *Quod argentum, quas tu mihi tricas narras?* [7] *quam virginem*
Me reposcis? M. *quam ab lenone abduxti hodie scelus viri.*
PA. *Nullam abduxi.* MIL. *certè eccistam video.* P. *virgo hæc liberast.*
M. *Mean' ancilla libera vt sit? quam ego nunquam emisi manu.*
P. *Quis tibi hanc dedit mancupio, aut vnde emisti? fac sciam.*
MI. *Ego quidem pro istac rem solui ab Trapezita meo.*
Quam ego pecuniam quadruplicem abs te & lenone auferam.
PH. *Qui scias mercari furtiuas atque ingenuas virgines,*
Ambula in ius. M. *non eo.* PH. *licet antestari?* MI. *non licet.*
PH. *Iuppiter* [8] *te malè perdat, intestatus viuito.*

1 L. quæsito'st opus. 2 L. negotij est? 3 Expungendum quit 4 L. gemmam' abstr. 5 L. enimuero iras. 6 L. boletis cum bulbis. 7 L. quam tu virg. 8 L. tete malè p.

MI. *At ego quem* [1] *licet.* PH. *tu accede huc.* CV. [2] *serum antestari, vide.*
M. *Hem, vt scias me liberum esse, ergo ambula in ius. hem tibi.*
CV. *O ciues, ciues.* MI. *quid clamas?* PH. *quid istum tibi tactiost?*
MI. *Quia mihi* [3] *libitum.* PH. *accede huc, tu: ego illum tibi dedam: tace.*
CV. *Phædrome, obsecro, serua me.* P. *tanquāmet genium meum.*
Miles, quæso vt mihi dicas, vnde illunc habeas annulum,
Quem parasitus hic te elusit. PL. *per tua genua te obsecro,*
Vt nos facias certiores. MI. *quid istuc ad vos attinet?*
Quæratis chlamydem, & machæram hanc, vnde ad me peruenerit.
C. *Vt fastidit gloriosus.* M. *mitte istum, ego dicā omnia.*
C. *Nihil est quicquid ille dicit.* [4] P. *fac me certiorem obsecro.*
M. *Ego dicam,* [5] *surgite: hanc rem agite, atque animum aduortite.*
Pater meus habuit Periphanes Planesium,
Is priusquam moritur, mihi [6] *dedit tanquā suo,*
Vt æquum fuerat, filio. PL. *prò Iuppiter.*
MI. *Et iste me hæredem fecit.* PL. *pietas mea,*
Serua me, quando ego te seruaui sedulo.
Frater mi, salue. MI. *qui credam istuc ego? cedo,*
Si vera memoras quæ fuit mater tua?
PL. *Cleobula.* MI. *Nutrix quæ fuit?* PL. *Archestrata.*
M. *Non taceo.* C. *non ego te flocci facio, ne me territes.*
M. *Meipso præsente, & Lycone factust.* PH. *satis credo tibi.*
Nunc adeò, vt tu scire possis leno meam sententiam,
Libera hæc est. hic huius frater est, hæc autem illius soror.
Hæc mihi nubet, tu huic argentum redde. hoc iudicium meum est.
M. *Tu autem in neruo iam iacebis, nisi mihi argentum redditur.*
CV. *Hercle istam rem iudicasti perfidiosè Phædrome.*
Et tibi oberit & te miles di deæq; perduint.
Tu me sequere. MI. *quò sequar ego te?* C. *ad trapezitam meum,*
Ad prætorem, nam inde rem soluo omnibus, quibus debeo.
MI. *Ego te in neruom, haud ad prætorem hinc rapiam, ni argentum refers.*
CV. *Ego te vehementer perire cupio, ne tu me nescias.*

1 L. licet, te. PH. accede huc. 2 L. seruum antestari? 3 L. libitum est. 4 L. *Verba sunt Planesii.* 5 L. surge *incumbebat n. in genua militis Planesium.* 6 *sc. hunc annulum*

MI. *Itáne*

MI. *Itáne verò?* CV. *ita hercle verò.* MI. *noui ego hos pugnos meos.*
CV. *Quid tum?* MI. *quid tum rogitas? hisce ego, si tu me irritaueris,*
Placidum[1] *te hodie reddam.* C.[2] *age ergo recipe actutum.* PH. *licet.*
Tu miles apud me cœnabis, hodie fient nuptiæ.
MIL. *Quæ res bene vortat mihi & vobis. Spectatores, plaudite.*

1 L. ted hod. 2 L. ergo age.

FINIS.

CACINA.

DRAMATIS PERSONAE.

PROLOGVS.
CHALINVS *seruos.*
OLYMPIO *villicus.*
CLEOSTRATA *vxor.*
PARDALISCA *ancilla.*
MVRRINA *mulier.*
STALINO *senex,*
ALCESIMVS *senex.*
COQVS. ANCILLÆ.
GREX.

ARGVMENTVM CASINÆ.

CONSERVAM vxorem[1] *duo conserui expetunt.*
Alium senex allegat, alium filius.
Sors[2] *senem adiuuat, verùm decipitur dolis.*
Ita ei subijcitur pro puella, seruolus
Nequam, qui dominum[3] *multat, atque villicum.*
Adolescens ducit ciuem Casinam cognitam.

PROLOGVS.

SAluere iubeo spectatores optumos,
Fidem qui[4] *facitis maximi, & vos fides.*
Si verum dixi, signum clarum date mihi,
Vt vos mihi æquos iam inde à principio sciam.
Qui vtuntur vino vetere, sapientes puto,
Et qui libenter spectant fabulas.
Antiqua opera & verba quum vobis placent,
Æquum placere est antè veteres fabulas.
Nam nunc nouæ quæ prodeunt comœdiæ,
Multo sunt nequiores, quàm nummi noui.
Nos postquam populi[5] *rumore intelleximus,*
Studiosè expetere vos Plautinas fabulas,
Antiquam[6] *eius edimus comœdiam,*
Quam vos probastis, qui estis in senioribus.
Nam iuniorum, qui sunt, non norunt scio.
Verùm vt cognoscant, dabimus operam sedulò.
Hæc qum primùm acta est, vicit omnes fabulas.
Ea tempestate flos poetarum fuit,
Qui nunc abieront hic in communem locum,
Sed absentes tamen prosunt præsentibus,
Vos omnes opere magno esse oratos volo,
Benignè vt operam detis ad nostrum gregem.
Ducite ex animo curam atque alienum æs,
Ne quis formidet flagitatorem suum.

1 L. conserui duo exp. 2 L. adiuuat senem, 3 L. mulcat. 4 L. maximi facitis, & quos fides. 5 L. rumorem 6 L. illius 7 L. Eiicite

Ludi sunt, ludus datust argentariis.
Tranquillum est, Alcedonia sunt[1] *circum forum.*
Ratione vtuntur, ludis poscunt neminem,
Secundùm ludos reddunt autem nemini.
Aures vaciuæ si sunt, animum aduortite,
Comœdiæ[2] *nomen dare vobis volo.*
Clerumene vocatur hæc comœdia
Græcè, Latinè Sortientes. Diphilus
Hanc scripsit, post id rursum denuò
Latinè Plautus cum latranti nomine.
Senex hic maritus habitat,[5] *ei est filius.*
Is vnà cum patre in illisce habitat ædibus.
Est ei quidam seruos, qui in morbo cubat,
Immò hercle verò in lecto, ne quid[6] *mentiar,*
Is seruus, sed abhinc annos factum est sedecim,
Qum conspicatus est primo crepusculo
Puellam exponi, adit extemplò ad mulierem,
Quæ illam exponebat: orat vt eam det sibi.
Exorat, aufert, detulit rectà domum.
Dat heræ suæ, orat vt eam curet, educet.
Hera facit, educauit magna industria,
Quasi si esset ex se nata, non multo secus.
Posteaquam adoleuit ad eam ætatem, vti viris
Placere posset.[7] *Amare eam puellam hic senex*
Efflictim[8] *occipit, & item huius contra filius.*
Sibi nunc vterque contrà legiones parat:
Patérque filiúsque clam alter alterum.
Pater allegauit villicum qui posceret
Sibi istam vxorem: is sperat, si ei sit data,
Sibi fore paratas clam[9] *vxore exubias foris.*
Filius autem armigerum allegauit suum,
Qui sibi eam vxorem poscat scit, si id impetret,
Futurum quod amat intra præsepis suas.

1 L. in foro. 2 L. iam nomen d. 3 L. Clerumenoê. 4 L. Hanc Græcè scrip. 5 L. Eii'st 6 L. *sic distinguit*, mentiar. Is seruos, sed &c. 7 L. at puellam nam hic s. 8 L. amat, & 9 L. vxorem *al.* vxore.

1 *Senis vxor sensit amori virum operam dare.*
Propterea ea vnà consentit cum filio.
Ille autem postquam sensit filium suum
Eandem illam amare, & esse impedimento sibi,
Ea me spectatum miserat per Dionysia.
Postquam illo ventust, iam vt me collocauerat,
Exoritur ventus turbo, spectacula ibi ruunt.
Ego pertimesco: tum ibi me nescio quis 2 arripit,
Timidam atque pauidam, nec viuam, nec mortuam:
Nec, quo me pacto abstulerit, possum dicere.
MI. *Meminisli hanc turbam fieri? sed tu dic mihi, vbi*
Is est homo, qui te surripuit? PL. *nescio.*
Verùm hunc seruaui semper mecum vnà annulum,
Cum hoc olim perij. M. *cedò vt inspiciam.* P. *sanan'es?*
Quæ isti committas. P L. *sine modo.* M. *proh Iuppiter,*
Hic est quem ego tibi misi natali die.
Tam facilè noui, quàm me. salue mea soror.
P L. *Frater mi salue.* P H. *deos volo bene vortere*
Istam rem vobis. CV. *& ego nobis omnibus,*
Tu vt hodie aduenies cœnam des sororiam:
Hic nuptialem cras dabit. P H. *promittimus.*
MI. *Tace tu.* C V. *non taceo, quando res vortit bene.*
Tu istanc desponde huic miles, ego dotem dabo.
P. *Quid dotis?* C. *egóne? vt semper dum viuat, me alat.*
MI. *Verùm hercle dico, me lubente feceris.*
Et leno hic debet nobis triginta minas.
PH. *Quamobrem istuc?* M I. *quia ille repromisit mihi.*
Si quisquam hanc liberali asseruisset manu,
Sine controuersia omne argentum redderet.
PH. *Nunc eamus ad lenonem.* M. *laudo.* P. *hic prius volo*
Meam rem agere. M. *quid id est?* P. *vt mihi hanc despondeas.*
CV. *Quid cessas miles, hanc huic vxorem dare?*
M. *Si hæc volt.* P. *mi frater cupio.* M. *fiat.* C. *bene facis.*
PH. *Spondésne miles mihi hanc vxorem?* M. *spondeo.*
C. *Et ego hoc idem vnum spondeo.* M. *lepidè facis.*
Sed eccum 3 leno, incedit, 4 thesaurus meus.

LENO *Cappadox*, MILES, PHÆDROMVS, PLANESIVM.

Argentariis malè credi, qui aiunt, nugas prædicant.
Nam 5 & bene & malè credi dico, id adeò hodie ego expertus sum.

Non malè creditur, qui nunquam reddunt, sed prorsus perit.
1 *Velut hic decem minas dum soluit, omnis mensas transiit.*
Postquam nihil sit, clamore hominem posco, ille in ius me vocat.
Pessumè metui, ne mihi hodie apud prætorem solueret.
Verum amici compulerunt, reddit argentum domo.
Nunc demum properare certust. M. *heus tu leno, te volo.*
P H. *Et ego te volo.* C A. *at ego vos nolo ambos.*
MI. *sta sis illico.*
Atque argentum properè propera vomere. C A. *quid mecum est tibi?*
Aut tecum? aut. M. *quia 2 ex te faciam pilum catapultarium.*
Atque ita te neruo torquebo, itidem 3 vt catapultæ solent,
Delicatum te hodie faciam cum catello, vt accubes,
Ferreo ego dico. C. *at ego vos ambo in robusto carcere*
Vt pereatis. MI. *collum obstringe, abduce istum in malam crucem.*
PH. *Quicquid est, ipse ibit potius.* C A. *prò deûm atque hominum fidem,*
Hoccine pacto indemnatum atque intestatũ 4 me arripi?
Obsecro Planesium, & te Phædrome, auxilium vt feras.
P L. *Frater obsecro te, noli hunc 5 indemnatum perdere.*
Bene & pudicè me domi habuit. M. *haud voluntate id sua.*
Æsculapio huic habeto, quòd pudica es, gratiam.
Nam si valuisset iampridem, quoquo posset, mitteret.
P. *Animaduortite, si potissium hoc inter vos componere.*
Mitte istunc. accede huc leno, dicam meam sententiam,
Siquidem vultis, quod decrero facere. C. *tibi permittimus.*
Dum quidem hercle ita iudices, ne quisquam à me argentum auferat.
MI. *Quodne promisti?* C A. *qui promisi?* P H. *lingua.* CA. *eadem nunc nego.*
Dicendi, non rem perdendi hæc gratia nata est mihi.
MI. *Nihil agit, collum obstringe homini.* 6 CA. *iamiam faciam vt iusseris.*
M I. *Quando vir bonus es, responde quod rogo.*
CA. *roga quod lubet.*

1 *L.* Vxor senis sensit virti amor. op. 2 *L. Fortè legendum* abrip. 3 *L.* Lenonem. 4 *L.* thesaurum meum. 5 *L. Videtur legendum* nec bene nec malè.

1 *L.* Vel decem minas dum hic soluit.
2 *L.* ego exte 3 *L.* vti.
4 *Legendum fortasse* med abripi.
5 *L.* condemnatum. 6 L.P.H.

MI. *Pro-*

MI. *Promisistin,* 1 *si quisquam hanc liberali assereret manu.*
Te omne argentom redditurum? CA. *non commemini dicere.*
MI. *Quid? negas?* CA. *nego hercle verò. quo præsente? quo in loco?*
M. *Me ipso præsente, & Lycone trapezita.* C *non taces?*
Hinc adolescentem peregrè ablegauit pater.
2 *Sciens mater, ei dat operam, absenti tamen.*
Is, ne expectetis, hodie in hac comœdia
In vrbem non redibit, Plautus noluit:
3 *Pontem interrupit, qui erat ei in itinere.*
Sunt hic quos credo nunc inter se dicere:
Quæso hercle quid istuc est? seruiles nuptiæ,
Seruine vxorem ducent? aut poscent sibi?
Nouum attulerunt, quod sit nusquam gentium.
At ego aio hoc fieri in Græcia & Kartagini,
Et hic in nostra terra 4 *atque in Apulia.*
Maiorèque opera ibi seruiles nuptiæ,
Quàm liberales etiam curari solent.
Id ni fit, mecum pignus, si quis volt, dato,
In vrnam mulsi. Pœnus dum iudex siet,
Vel Græcus adeò, vel mea caussa Apulus.
Quid nunc? nihil agitis sentio, nemo sitit.
Reuortar ad illam puellam exposititiam,
Quam serui summa vi sibi vxorem expetunt.
Eà inuenietur & pudica & libera,
Ingenua Athenien sis: neque quicquam stupri
Faciet profectò in hac quidem comœdia.
Mox hercle verò pòst transacta fabula
Argentum si quis dederit, vt ego suspicor,
Vltrò ibit nuptum, non manebit auspices.
Tantum est, valete, bene rem gerite, & vincite
Virtute vera, quod feciſtis 5 *antehac.*

ACTVS I.
CHALINVS, OLYMPIO.

NOn mihi licere meam rem me solũ vt volo
Loqui atque cogitare sine 6 *te arbitro?*
Quid tu, malùm, me sequere? OL. *quia certum est mihi,*
Quasi 7 *vmbra quoquo ibis tu, te persequi*
Quin edepol etiam, si in crucem vis pergere,
Sequi decretum est, dehinc coniicito ceterum,
Possisne nécne clam me sutelis tuis
Præripere Casinam vxorem, proinde vt postulas.
C. *Quid tibi negotij mecum est?* OL. *quid ais impudens?*
C. *Quid in vrbe restas' villice hic magni precij?*
OL. *Lubet.* C. *quin ruri es in præfectura tua?*
Quin potius quod legatu's tibi negotium,
Id curas, atque vrbanis rebus te abstines?
Quid huc veniſti, sponsam præreptum meam?
Abi rus, abi dierectus tuam in prouinciam.

1 *L.* si liberali quisquam hanc assereret m.
2 L. Sciens eius mat. 3 *L.* interrupit pontem,
4 *L.* etiam in. 5 *B.* antea hac 6 L. red arb.
7 L. vmbræ.

OL. *Chaline, non sum oblitus officium meum.*
Præfeci 1 *ruri rectè qui curet. tamen*
Ego huc, quod veni in vrbem, vbi 2 *impetrauero,*
Vxorem vt istanc ducam, quam tu deperis,
Bellam & tenellam Casinam, conseruam tuam:
Quando ego eam mecum rus vxorem abduxero,
Rure' incubabo vsque in præfectura mea.
C. H. *Tun' illam ducas? hercle me suspendio,*
Quàm tu eius 3 *potior sias, satiùs't mortuum.*
OL. *Mea præda est illa, proin tu te in laqueum*
4 *duas'.*
C. *Ex sterquilinio effosse, tua illæc præda sit?*
OL. *Scies hoc ita esse.* C. *væ tibi.* OL. *quot te modis,*
Si viuo, habebo in nuptiis miserum meis?
C. *Quid tu mihi facies?* OL. *egóne quid faciã tibi?*
Primum omniũ huic lucebis nouæ nuptæ facem.
Post illa, vt semper improbus 5 *nihilque sis.*
Post id locorum, quando ad villam veneris,
Dabitur tibi amphora vna, & vna semita,
Fons vnus, vnum ahenum, & octo dolia:
Quæ nisi erunt semper plena, ego te implebo flagris.
Ita te aggerunda curuom' aqua faciam probe,
Vt postilena possit ex te fieri.
Post autem nisi ruri tu eruom comederis,
Aut quasi lumbricus terram, quod te postules
Gustare quicquam, 6 *nusquam edepol gentium*
Ieiunum 7 *æquè est, atque ego ruri* 8 *redibo te.*
Post id quum lassus fueris & famelicus,
Noctu vt condignè te 9 *recubes curabitur.*
C. *Quid facies?* OL. *concludère in fenestram firmiter,*
Vnde auscultare possis, quum ego illanc osculer,
Quum mihi illa dicet, mi animule, mi Olympio,
Mea vita, mea 10 *mellilla, mea festiuitas,*
Sine tuos ocellos 11 *deosculet voluptas mea,*
Sine amabo 12 *te amari, meus festus dies,*
Meus pullus passer, mea columba, mi lepus.
Quum mihi hæc 13 *dicentur, tum tu furcifer,*
Quasi mus in medio 14 *parietis vorsabere.*
CHA. *Nunc ne tute mihi respondere postules,*
Abeo intrò: tædet sermonis tui. OL. *te sequor.*
Hic quidẽ pol. certo nihil ages sine me arbitro.

ACTVS II.
CLEOSTRATA, PARDALISCA *ancilla.*

CL. OBsignate cellas, referte annulũ ad me,
Ego huc transeo in proximum, ad meam vicinam.
Vir si quid volet me facite hinc me 15 *accersatis.*
PAR. *Prandium iusserat senex sibi parari.*
CL. *Sit, tace, atque abi, neque paro, neque hodie*

1 L. rure. 2 L. impetraro, 3 *L.* potitor
4 *L.* induas, 5 L. nihilque. 6 *L.* nunquam
ædepol ieiunium. 7 *L.* est æquè. 8 *L.* reddibo.
9 L. cubes. 10 L. medulla. 11 L. deosculer.
12 L. redamari, 13 L. dicentur dicta, cum
14 L. pariete 15 *L.* arcessatis.

Coquetur quando is mihi & filio aduorsatur
Suo animique amorisque caussa sui.
Flagitium illud hominis, ego illum fame, ego illum
Siti, maledictis, malefactis, amatorem
Vlciscar, 1 probè ego pol illum incommodis
2 Angam: faciam vti proinde 3 dignus sit
Vitam colat, Acheruntis pabulum, flagitij
4 Persequens, stabulum nequitiæ. Nunc hinc
Meas fortunas eo questum ad vicinas.
Sed foris concrepuit. atque ea ipsa eccam egreditur
Foràs, 5 non pol mihi per tempus incœptum est iter.

MVRRINA, CLEOSTRATA.

MV. *SEquimini comites in proximum me huc.*
Heus vos, ecquis hæc quæ loquar audit? ego hic ero,
Vir si, aut quispiã quæret. nã vbi domi sola sum,
Sopor manus caluitur. iussin' colum
Ferri mihi? CL. *Murrina salue.* MV. *salue*
6 Mea Cleostrata. sed quid tu es tristis amabò?
CL. *Ita solent omnes, quæ sunt malè nuptæ.*
Domi & foris ægrè quod sit, satis semper est.
Nam ego ibam ad te. MV. *& pol ego istuc ad te,*
sed quid est,
Quod tuo nunc animo ægrè est? nã quod tibi est,
Ægrè, idem 7 mihi diuidiæ. CL. *credo ecastor.*
Nam vicinam neminem amo meritò magis quàm te:
Nec 8 quàm plura sunt mihi, quæ ego 9 ipsa velim.
MV. *Amo te, atque istuc expeto scire quid sit.*
CL. *Vir me habet pessumis despicatam modis,*
Nec mihi tus meum obtinendi copia st'.
MV. *Hem quid est? dic idem hoc 10 obsecro. nam pol haud satis, meo*
Corde accepi querelas tuas.
CL. *Vir me 11 pessumis habet despicatam modis.*
MV. *Mira sunt, vera si prædicas. nam viri*
Ius suum ad mulieres obtinere haud queunt.
CL. *Quin mihi ancillulam, ingratis postulat, quæ mea st,*
Quæ meo educata sumtu est 12 suo se villico dare.
Sed ipsus eam amat. MV. *obsecro tace. nam hic nunc*
Licet dicere: nos sumus. CL. *ita est.* MV. *vnde ea tibi sti?*
Nam peculi probam nihil habere addecet
Clam viro: & quod habet partum ei haud commodi est,
Quin viro aut subtrahat, aut stupro inuenerit.
Hoc viri censeo esse omne, quicquid tuum est.

1 L. Ego pol illum probe incomm. 2 L. dictis angam: 3 L. est dignus, 4 L. Persequentem, 5 L. non pol per tempus iter incœpi. 6 L. Mecastor s. 7 L. mihi'st 8 L. qua cum pl. 9 *Expungendum* ipsa 10 *Expungendum hinc* obsecro, *& reponendum in fine sequentis versus, post* tuas. 11 L. habet pessumis despicat. 12 L. villico suo dare.

CL. *Tu quidem aduersum tuam amicam loqueris omnia.*
MV. *Tace sis stulta, & mihi ausculta: nolis tu illi*
Aduorsari, sine amet, sine quod lubet, id faciat,
Quando tibi 2 nil domi reliquum'st.
CL. *Satin' sana es? nam tu quidem aduorsus tuam istam rem*
Loquere M. insipiens semper tu huic verbo 3 vita.
4 Ab tuo viro CL. *qoi verbo?* MVR. *i. foras. mulieres.*
CL. *Tace'.* MV. *quid est?* CL. *hem* MV. *quis est, quem vides?* CL. *vir eccum it.*
MV. *Intrò abi, appropera, age amabo.* CL. *impetras.*
Abeo. MV. *mox magis cùm ocium mihi & tibi erit,*
Igitur tecum loquar. nunc vale. CL. *valeas.*

STALINO *senex*, CLEOSTRATA *vxor.*

STA. *OMnibus rebus ego amorem credo, & nitoribus nitidis anteuenire.*
Nec 5 pos quicquam commemorari, quod plus salis, plúsque leporis 6 habeat hodie.
Cocos equidem nimis demiror, qui tot vtuntur condimentis.
Eos eo condimento vno non vtier, omnibus quod præstat.
7 Nam vbi amor condimentum inerit, cuius placiturum credo.
Neque salsum, neque suaue esse potest quicquam, vbi amor non admiscetur.
Fel quod amarum est, id mel faciet: hominem ex tristi lepidum & lenem.
Hanc ego de me coniecturam domi facio, magis quàm ex auditis.
Qui postquam amo Casinam, magis initio munditiis munditiam antideo.
Myropolas omnes solicito, 8 vbicunque vnguentust lepidum, vngor,
Vt illi placeam: & placeo, vt videor. sed vxor me excruciat, quia viuit.
Tristem astare aspicio, blandè hac mihi mala res 9 appellanda st,
Vxor mea, meáque amœnitas, quid tu agis? CL. *abi, atque abstine manum.*
ST. *Eia mea Iuno, non decet te esse tam tristem tuo Ioui.*
Quò nunc abis? CL. *mitte me.* ST. *mane.* CL. *non maneo.* ST. *at pol ego te sequar.*
CL. *Obsecro sanús ne es?* ST. *sanus quando ted amo'.* CL. *nolo ames.* ST. *non*

1 L. omnia loqueris. 2 L. nihil domi deliquum' st. 3 L. vitato 4 L. Abs tuo 5 L. pote'st. 6 *Expungendum hinc* habeat *& ponendum initio versus seq. ante* cocos. 7 L. Nunque. 8 L. Vbicunqu'est lepidum vnguentum, vng. 9 L. est appellanda.

1 *Potes impetrassere.* CL. *enicas.* ST. *vera dicas velim.* C. *credo ego*
Istuc tibi. ST. *respice ô mi lepos.* C. *nempe ita* 2 *vt tu mihi es*
Vnde hic, amabo, 3 *vnguenta olent?* ST. *oh perij. manifesto miser*
Teneor. cesso caput pallio detergere? 4 *vt te bonus Mercurius perdat Myropola,* 5 *quia hæc mihi* 6 *decidisti?* CL. *eho tu*
Nihili cana culex. vix teneor, quin quæ decent te, dicam.
Senecta ætate 7 *vnguentis perlitus ignaue incedis.*
ST. *Pol amico dedi cuidam operam dum emit Vnguenta.* C. *vt citò commentatus est.*
Ecquid te pudet? ST. *omnia quæ* 8 *tu vis.* C. *vbi in lustra iacuisti?*
ST. *Egóne in lustra?* C. *scio plus, quàm tu me arbitrare.* ST. *quid id est?*
Quid tu scis? C. *te sene omnium* 9 *neminem esse ignauiorem.*
Vnde is nihili? vbi fuisti? vbi 10 *lustratus? vbi bibisti?*
11 *Id est mecastor, palliolum vide vt rugat.* ST. *di me & te infelicitent,*
Si ego in os meum hodie vini guttam indidi. C. *imò age vt lubet.*
Bibe, es, disperde rem. ST. *ohe iam satis vxor est, comprime te, nimium tinnis.*
Relinque aliquantũ orationis, cras quod mecum litiges.
Sed quid ais? iam domuisti animum potius, vt quod vir velit
Fieri, id facias, quàm aduorsère contrà? C. *quæ de re?* ST *rogas?*
Super ancilla Casina, vt detur nuptum nostro villico,
Seruo frugi, 10 *vbi illi bene sit, ligno, aqua calida, cibo,*
Vestimentis, vbique educat pueros quos pariat, bene,
Potius quàm illi seruo nequam 13 *armigero nihili atque improbo,*
Qui homini hodie peculi nummus nõ est 14 *plumbeus.*
C. *Mirum* 15 *ecastor te senecta ætate officiũ tuum Non meminisse?* ST. *quid ais?* CL. *quia si facias recte & commodè,*
Me sinas curare ancillas, quæ meast curatio.
ST. *Qui, malùm, homini scutigerulo dare lubet?* CL. *quia enim filio*
Nos oportet opitulari vnico. ST. *at quanquam* 16 *vnicus,*

1 L. Potest impetrari 2 *L.* vti tu. 3 *L.* vnguentad olent? *interpostro* d, *ad hiatum vitandum & propter versum.* 4 L. vti te. 5 *Lamb. malit legi* qui. 6 *L.* dedisti. 7 *L.* vnguentatus per vias incedis ignaue. 8 *Abest à Lamb. cod* tu. 9 *L.* senem neminem. 10 L lustratu's?
11 *L.* Adest mec. vide pal. vt r 12 *L.* atque vbi 13 L. des armigero atq. improbo, 14 L. nisi plũbeus. 15 L. mecastor. 16 *L.* vnicu'st.

Nihilo magis vnicus est ille mihi filius, quàm ego illi pater:
Illum mihi æquius est, quàm me illi, quæ volo concedere.
CL. *Tu ecastor tibi homo malãrem quæris, sub-* 320
olet. sentio.
ST. *Egone?* CL. *tu. nam quid frugis? quid istuc tam cupidè* 2 *cupis?*
S. *Vt enim frugi seruo detur, potius quàm seruo improbo.*
C. *Quid si ego impetro, atque exoro à villico, caussa mea,*
Vt eam illi permittat? ST. *quid si ego autem ab armigero impetro*
Eam illi permittat? atque mehoc credo impetras- 325
sere.
OL. *Conuenit, vis tuis Chalinum huc euocem verbis foras:*
Tu eum orato, ego autem orabo villicum. ST. *sanè volo.*
C. *Iam hic erit, nunc experiemur nostrûm vter sit blandior.*
ST. *Hercules, dique istam perdant, quod* 3 *mihi nunc liceat dicere,*
Ego discrucior miser amore: illa autem quasi ob 330
industriam
Mihi aduorsatur, 4 *subolet iam vxore, quod ego machinor.*
Propter eam rem magis armigero dat operam de industria.

STALINO *senex*, CHALINVS *seruus.*

5 VT illum dij omnes deaq; perdant. C. *te vxor aiebat tua*
Me vocare. STA. *ego enim vocari iussi* 6 *te.* CH. *eloquere quid velis.*
ST. *Primùm ego te porrectiore fronte volo me-* 335
cum loqui.
C. *Stultitia'st ei te esse tristẽ, cuius potestas plus potest.*
ST. *Perbonæ frugi hominem iampridem esse arbitror.* C. *intelligo.*
Quin si ita arbitrare, emittis me manu. S. *quin id volo,*
Sed nihil est, cupere me factum, nisi tu factis adiuuas.
CH. *Quod velis, modò id velim me scire.* ST. *au-* 340
scultа, ego loquar:
Casinam ego vxorem promisi villico nostro dare.
CH. *At tua vxor, filiúsque promiserunt mihi.*
ST. *scio.*
Sed vtrum nunc tu, cœlibem esse te mauis liberum,
An maritum seruum ætatem degere & gnatos tuos?

1 *Ante hæc verba ponendum est nomen* STA.
2 *L.* petis? 3 *Expungendum* mihi.
4 L. subolet hęc iam 5 *L* Qui illum 6 *Expungendum* te.

Optio hæc tua est, vtrum harum vis 1 conditionem accipe.
CH. Liber si sim, meo periculo viuam, nunc viuo tuo.
De Casina certum est concedere homini nato nemini.
ST. Intrò abi, atque actutum vxorem huc euocato ante ædis citò.
Et situlam huc tecum affero cum aqua & sortis. CH. satis, placet.
ST. Ego pol istam iam aliquo vorsum tragulam decidero,
Nam si sic nihil impetrare potero, saltem sortiar,
Ibi ego te & suffragatores 2 vlciscar tuos. CH. attamen
Mihi obtinget sors. S. 3 vt pol quidem pereas cruciatu malo.
C. Mihi illa nubet, machinare quod lubet quouis modo.
ST. Abin hinc ab oculis? C. inuitus me vides, viuam tamen.
ST. Súmne ego miser homo? satin' omnes res sunt aduorsæ mihi?
Iam metuo, ne Olympionem mea vxor exorauerit,
Ne Casinam ducat: si id factúst, ecce me nullum senem:
Si non impetrauit, etiam specula in sorti restat mihi.
Si sors autem decolassit, gladium faciam 4 culcitram,
Eúmque incumbam. sed progreditur optimè, eccum Olympio.

OLYMPIO villicus, STALINO senex.

VNà edepol opera in furnum calidum condito,
Atque ibi torreto me pro pane 5 rubido hera,
Quàm istam operam à me impetres, quod postulas.
ST. Saluos sum, salua spes est, vt verba audio.
OL. 6 Quid istac me hera libertate territas?
Quid si tu nolis, filúsque etiam tuus?
Vobis inuitis, atque amborum ingratijs,
Vna libella liber possum fieri.
ST. Quid istuc est? quicum litigas Olympio?
O. Cum eadem, qua tu semper. ST. Cum vxorémne mea?
OL. Quam tu mihi vxorem? quasi venator tu quidem es:
Dies atque noctes cum cane ætatem exigis.
ST. Quid ait? quid 7 tecum loquitur? OL. orat, obsecrat,
Ne Casinam vxorem ducam. ST. quid tu postea?

1 *L. al.* conditionum
2 *L.* tuos vlciscar.
3 L. vt quidem pol p.
4 L. culcitam 5 *L. scribendum putat* runido *vel vt Herm. Barb.* ruido 6 *L.* Quid tu me verò lib.
7 *L.* loquitur tecum?

OL. Negaui enim ipsi me concessurum Ioui,
Si is mecum oraret. ST. di te seruassint mihi.
OL. Nunc in ferment o tot ast, ita turget mihi.
ST. Edepol ego illam mediam diruptam velim.
OL. Credo 1 edepol, si quidem tu frugi bonæ es:
Verùm edepol tua mihi odiosa est amatio.
Inimica st tua vxor mihi, inimicus filius,
Inimici familiares. ST. quid id refert tua?
Vnus tibi hic dum propitius sit Iuppiter
Tu istos minutos' deos caue flocci feceris.
OL. Nugæ sunt istæ magnæ, quasi tu nescias
Repentè vt emoriantur humani Ioues,
Sed tandem si tu Iuppiter sis emortuus,
Quum ad deos minores redierit regnum tuum,
Quis 2 mihi subueniet tergo, aut capiti, aut cruribus?
ST. Opinione melius res tibi habet tua,
Si hoc impetramus, vt ego cum Casina cubem.
OL. Non hercle opinor posse, ita vxor acriter
Tua instat ne mihi detur. ST. at ego sic agam:
Conijciam sortis in sitellam, & sortiar
Tibi & Chalino, ita rem natam' esse intellego.
Necessum est vorsis gladiis depugnarier.
OL. Quid si sors aliter, quàm voles, euenerit?
STA. Benedice. Dis sum fretus, deos sperauimus.
OL. Non ego istud verbum 3 empsitè titiuilitio.
Nam omnes mortales deis sunt frett, sed tamen
Vidi ego dis fretos' sæpe multos decipi.
ST. Tace parumper. OL. quid vis? ST. eccum exit foras,
Chalinus intus cum sitella & sortibus.
Nunc nos collatis signis depugnabimus.

CLEOSTRATA vxor, CHALINVS, STALINO, OLYMPIO.

CL. FAce Chaline me certiorem, quid meus vir me velit?
C. Ille edepol videre, ardentem te extra portam Metiam
Credo ecastor vellet. CL. at pol ego haud credo, sed certo scio.
ST. Plus artificum est mi quàm rebar, ariolum hunc habeo domi,
Quid si propius attollamus signa, eamúsque obuiam?
Sequere. quid vos agitis? C. assunt quæ imperauisti omnia,
Vxor, sortes, situla, atque egomet. ST. te vno adest plusquam ego volo.
C. Tibi quidem edepol ita videtur, stimulus ego nunc sum tibi,
Eo quod corculum assudassit iam ex metu. ST. mastigia.
C. Tace Chaline. CH. comprime istum. OL. imò istunc, 4 qui dicit clarè.

1 *L.* edepol esse, si q.
2 *al.* me.
3 *L.* emissim\ 4 *Non habentur in cod. Lamb. hæc verba*, qui dicit clarè.

ST. De-

ST. *Depone hic ſitellam, ſortis, cedo mihi, animum aduortite,*
Atque ego cenſui abs te poſſe hoc 1 *mecum impetrare vxor mea,*
Caſina vt vxor mihi daretur, & nunc etiam cenſeo.
C. *Tibi daretur illa?* ST. *mihi enim, ah non id volui dicere.*
Dum mihi volui, huic dixi: atque adeò dum mihi cupio, perperam
Iamdudum hercle fabulor. C. *pol* 2 *id tu quidem atque etiam facis.*
ST. *Huic, immò hercle mihi. vah, tandem redij vix veram in viam.*
C. *Perpol ſæpe peccas.* 3 *ita fit, vbi quid tantopere expetas.*
S. *Sed te vterque tuo pro iure, ego atque hic oramus.* CL. *quid eſt?*
S. *Dicam enim mea mulſa, de iſtac Caſina huic noſtro villico*
Gratiam facias. CL. *at pol ego neque facio, neque cenſeo.*
ST. *Tum igitur ego ſortis vtrinque* 4 *mittam.*
CL. *iam quis vetat?*
ST. *Optumum atque æquiſſumum iſtud eſſe, iure iudico.*
Poſtremò ſi illud quod volumus eueniet, gaudebimus:
Sin ſecus, patiemur animis æquis. CH. *tene ſortem, tene,*
Vide quid ſcriptum eſt. OL. *vnum* CH. *iniquum eſt, quia iſti priuſquam mihi eſt.*
ST. *Accipe hanc ſis.* CH. *cedo, mane, vnum venit in mentem modò.*
Vide, ne qua illic inſit alia ſortis ſub aqua. ST. *verbero,*
Men' te cenſes eſſe? nulla eſt, habe quietum animum modò.
Quod bonum atque fortunatum ſit mihi, tuum magnum malum.
OL. *Tibi quidem edepol credo eueniet, noui pietatem tuam.*
Sed manedum. num iſta aut populna ſors, aut abiegna eſt tua?
CH. *Quid tu id curas?* OL. *quia enim metuo: in aqua ne ſumma natet.*
ST. *Euge caue, conĩcite ſortis nunc iam ambo huc, eccere*
Vxor æqua. OL. *noli vxori credere.* ST. *habe animum bonum.*
O. *Credo hercle hodie deuorabit ſortis, ſi attigerit.* C. *tace.*
OL. *Taceo, deos quæſo* 5 *vt quidem hodie* 6 *canum & furcam feras.*
CH. *Mihi vt ſortitio eueniat, vt quidem hercle pedibus pendeas.*

1 *L.* me impetr. 2 L. *Expũgendum* id 3 *hic eſt repoxendum nomen* Stalinonis. *ſunt. n eius verba.*
4 *L.* iam mittam. CL. quis vetat?
5 tu vt quidem.
6 *L.* canem.

OL. *At tu, vt oculos emungare ex capite per naſum tuos.*
Quid times? paratum oportet eſſe iam laqueum tibi.
1 *Periiſti.* ST. *animum aduortite amabo.* OL. *taceo.* ST. *nunc tu Cleoſtrata,*
Ne à me memores militioſè de hac re factum, aut ſuſpices,
Tibi permitto, tute ſorti. O. *perdis me.* CH. *lucrũ facit.*
CL. *Benefacis.* C. *deos quæſo, vt tua ſors ex ſitella effugerit.*
O. *Ain' tu? quia tute es fugitiuos, omnes te imitari cupis.*
Sed vtinam tua quidem, ſicut Herculeis prædicant
Quondam prognatis, iſta in ſortiendo ſors delicuerit.
CH. *Tu vt liqueſcas ipſe actutum, virgis calefactabere.*
ST. *Hoc ageſis Olympio.* OL. *ſi hic literatus me ſinat.*
S. *Quod bonum atque fortunatum mihi ſit.* O. *ita verò & mihi.*
2 CL. *Non, imò hercle.* 3 CH. *imò mihi, hercle.* S. *hic vincet, tu viues miſer.*
Præcide os tu illi hodie. age, ecquid ſit? CL. *ne oblexis manum.*
OL. *Compreſſan' palma an porrecta ferio?* ST. *age vt vis.* OL. *hem tibi.*
CL. *Quid tibi iſtũc tactio' ſt.* OL. *Quia Iuppiter iuſſit meus.*
CL. *Feri malam tu illi rurſum.* OL. *perij, pugnis cædor Iuppiter.*
ST. *Quid tibi tactio hunc fuit?* CH. *Quia iuſſit hæc Iuno mea.*
STA. *Patiundus't, ſi quidem me viuo* 5 *vxor imperium exhibet.*
CL. *Tam huic loqui licere oportet, quàm iſti.* O. *cur omen mihi*
Vituperat? ST. 6 *Chaline tibi cauendum cenſeo.*
CH. *Tempori, poſtquam oppugnatum eſt os.* ST. *age vxor mea nunc iam*
Sorti vos aduortite animum præbe tu. OL. *vbi ſim neſcio.*
Perij. cor lienoſum opinor habeo, iamdudum ſalit.
7 *Delabor, pectus tundit.* CL. *teneo ſortem.* ST. *effer foras.*
CH. *Iam ne* 8 *mortuus?* O. *oſtende, mea eſt.* CH. *mala crux ea eſt quidem.*
CL. *Victus es Chaline.* ST. *tum nos diu viuere Olympio*
Gaudeo, pietate factum eſt mea, atque maiorum meum.
Intrò abi vxor, atque adorna nuptias. CL. *fa-*

1 *In cod. Lamb. nomen Stalinonis eſt initio verſus ante* periiſti. 2 *L.* CH. 3 *L.* OL. 4 *L.* obiexis. 5 *L.* mea vxor. 6 L. malo Chaline *&c.*
7 De labore pect. 8 *L.* mortuu's?

ciam vt iubes.
STA. *Scin' tu ruri esse ad villam longè quò ducat?* CL. *scio.* ST. *intrò abi.*
Et quanquam hoc tibi est ægrè, tamen fac accures. CL. *licet.*
STA. *Eamus nos quoque intrò, hortemur vt properent.* OL. *nunquid moror?*
Nam præsente hoc plura verba 1 *non desidero.*

CHALINVS *seruus.*

SI nunc me suspendam, meam operam luserim,
Et præter operam restim sumpti fecerim,
Et meis inimicis voluptatem creauerim.
Quid opus est, qui sic mortuus? equidem tamen
Sorti sum victus. Casina nubet villico.
Atque id non tam ægrest iam vicisse villicum,
Quàm id expetiuisse opere tam magno senem,
Ne ea mihi daretur, atque vt illi nuberet.
Vt ille trepidabat! vt festinabat miser!
Vt sussultabat, postquam vicit villicus!
Atat concedam huc, audio aperiri fores
Mihi 2 *beneuolenti, atque illi ad me prodeunt,*
Hinc ex insidiis, hisce ego insidias dabo.

OLYMPIO *villicus*, STALINO *senex*, CHALINVS.

OL. *SIne modò rus veniat, ego remittam ad te virum*
Cum furca in vrbem, tanquam carbonarium.
STA. *Ita fieri oportet.* OL. *factum & curatum dabo.*
STA. *Volui Chalinum, si domi esset, mittere*
Tecum obsonatum, vt etiam in mœrore insuper
Inimico nostro miseriam hanc adiungerem.
CHA. *Recessim cedam ad parietem. imitabor nepam.*
Captandust horum clanculum sermo mihi.
Nam illorum me alter cruciat, alter macerat.
At candidatus cedit hic mastigia,
Stimulorum loculi, protollo mortem mihi.
Certu'st hunc 3 *Acheruntem præmittam prius.*
OL. *Vt tibi* 4 *ego inuentus sum obsequens! quod maximè*
Cupiebas, eius copiam feci tibi.
Erit hodie tecum, quod amas, clam vxorem. ST. *tace.* (bra,
Ita me di bene ament, vt ego vix reprimo la-
Ob istam rem, quin te deosculer, voluptas mea.
CHA. *Quid deosculer? quæ res est? quæ voluptas tua?*
Effodere hercle, hic vult credo vesicam villico.
OL. *Ecquid amas nunc me?* STA. *immò edepol me, quàm te mirus.*

Licétne amplecti te? CH. *quid amplecti?* OL. *licet.*
STA. *Vt quia te tango, mel mihi videor lingere.*
OL. *Vltrò te amator, apage te à me hoc sis vide.*
Apage te à dorso meo. CHA. *illinc est illuc, quòd hic hunc fecit villicum, & idem me,*
Pridem quom ei aduersum veneram, facere Atrienſem voluerat sub ianua.
OL. *Vt tibi morigerus hodie, vt voluptati fui.*
STA. *Vt tibi dum viuam, bene velim plusquam mihi.*
CHA. *Hodie hercle opinor is conturbabit pedes:*
Solet hic barbatos sanè sectari senex viros.
ST. *Vt ego hodie Casinam deosculabor, vt mihi*
Bona multa faciam clam meam vxorem. CHA. 2 *Atat.*
Nunc pol ego demum in rectam redij semitam,
Hic ipsus Casinam deperit. ST. *abeo rus. iam*
Hercle amplexari, iam osculari gestio.
OL. *Sine prius deduci. quid, malum, properas?* ST. *amo.*
OL. *At nō opinor fieri hoc posse hodie.* ST. *potest,*
Siquidem cras censes, te posse emitti manu.
CH. *Enimuero huc aures magis sunt adhibendæ mihi.*
Iam ego vno in saltu lepidè apros capiam duos.
ST. *Apud hunc sodalem meum, atque vicinum, mihi*
Locus est paratus, ei ego amorem omnem meum
3 *Concredui, is mihi se locum dixit dare.*
OL. *Quid eius vxor? vbi erit?* ST. *Lepidè repperi,*
Mea vxor vocabit huc eam ad se in nuptias,
Vt hic sit secum, se 4 *adiutet, secum cubet.*
Ego iussi, & dixit se facturam vxor mea.
Illa hic cubabit, 5 *si vir abierit faxo,*
Tu rus vxorem duces, id rus hoc erit,
Tantisper dum ego cum Casina faciam nuptias.
Hinc tu ante lucem rus, cras duces postea.
Satin' astutè. OL. *doctè.* CH. *age modò, fabricamini.*
Malo hercle vestro, tam vorsuti viuitis.
ST. *Scin quid nunc facias?* O. *loquere.* ST. *tene marsupium,*
Abi atque obsona, propera: sed lepidè volo
Molliculas escas, vt ipsa mollicula est. OL. *licet.*
ST. *Emito* 6 *sepiolas lepidas lolliguncules,*
Hordeias. CH. *immò triticeias, si sapis.*
ST. *Soleas.* CH. *qui quæso potius, quàm sculponeas,*

1 L. fieri non d. 2 L. beneuolenteis. atque à me prod. *quanquam idem Lamb. fortasse, inquit, legendum* ad me prod. 3 L. ad Acher. 4 *Expungendum* ego. 5 *an Lamb. cod. versus hic est post illum* Vt quia sed mel m. v. lingere.

1 *Versus hic coniungitur à Lamb. cum superiore illo quem huc pertinere diximus: & est eiusdem personæ Chalini sc. Qui sequuntur versus ita sunt à Lamb. restituti.* OL. Apage te tandem amator à dorso meo. CH. Hodie herele opinor hi cōturbabūt pedes: Solet hic barbatos sanè sectari viros. Profectò hinc illud est, quod hic Olympionem fecit istum villicum. Idem me pridem quum ei aduorsum venerā, Facere atriēsem voluerat sub ianua. OL. Vt tibi &c. 2 L. attate 3 L. concredidi. is 4 L. adiuuet. 5 L. vir aberit faxo do. 6 L. sepiolas lepadas.

1 Quis batuatur tibi os senex nequissime.
OL. Vin' lingulacas? S. quid opus est, quando uxor domisti?
Ea lingulaca est nobis, nam nunquam tacet.
OL. In re præsenti, ex copia piscaria
Consulere 2 licebit, quid emam. ST. æquum oras, abi.
Argento parci nolo, obsonato ampliter,
Nam mihi vicino hoc etiam conuentost opus,
Vt quod mandaui' curet. OL. iámne abeo?
ST. volo.
CH. Tribus non conduci possim libertatibus,
Quin ego illis hodie comparem magnum malum.
Quinque hanc omnem rem meæ heræ iam faciam palàm,
Manufesto teneo in noxia inimicos meos:
Sed si nunc facere volt hera officium suum,
Nostra omnis lis est, pulcrè prævortar viros.
Nostro omine it dies. iam victi vicimus.
Ibo intrò, vt id quod alius condiuit cocus,
Ego 3 vicissim vt alio nunc pacto condiam.
6 5 Quicquid paratu' est, vt paratum ne siet:
Sietque paratum, quod paratum non erat.

ACTVS III.
STALINO, ALCESIMVS senex.

S. NVnc amici ánne inimici, sis imago, Alcesime mihi
Sciam: nunc specimen specitur, nunc certamen cernitur.
Curam 4 erue, eximè, castigare, id ponito ad compendium.
Cano capite, ætate aliena, eo addito ad compendium.
Qui sit vxor, id quoq; illuc ponito ad compendiũ.
AL. Miseriorem ego ex amore, quàm te, vidi neminem.
S. Fac vacent ædes. A. quin ædepol seruos, ancillas domo
Certust omnis mittere ad te. S. eho nimium scitè scitus es.
Sed facito dum memineris versus' quos cantat Colax, 5 cum cibo.
6 Tum quiqui facito vti veniant, quasi eant Sutrium.
AL. Meminero. 7 S. hem nunc enim, tu demum nullo scito scitus es.
Cura, ego ad forum modò ibo, iam hic ero. AL. bene ambula.
ST. Fac habeant linguam 8 ædes tuæ. AL. quid ita? ST. quom venam vocent.
AL. Ætate cædundus tu homo es, nimias delicias facis.
ST. Quid me amare refert, nisi sim doctus & dicax nimis?
Sed 1 tu caue, inquisitioni mihi sis. AL. vsque ædero domi.

1 L. Quibus. 2 L. potèro, 3 L. nunc viciſſim vt alio pacto cond. 4 L. mi exime, caſt.
5 L. cibo. 6 L. Cum ſuo quiqui. 7 L. Tollendum hic ST. nomen, & ponendum initio verſ. ſequentis, ante Cura.
8 L. tuæ ædes.

CLEOSTRATA, ALCESIMVS.

CL. VT properarem arcessere hanc ad me vicinam meam, hoc erat
Ecastor quòd me tanto vir opere orabat meus,
Liberæ ædes vt sibi essent, Casinam quò deduceceret. 58
Nunc adeo nequaquam arcessam, ne qua ignauissumis
Liberi loci potestas sit vetulis veruecibus.
Sed eccum egreditur senati columen, præsidium popli.
Meus vicinus, meo viro qui liberum præbet locum.
Non ecastor 2 vili emptust modius, qui venit salis. 59
AL. Miror huc iam non arcessi in proximum uxorem meam,
Quæ iamdudum si arcessatur, ornata expectat domi,
Sed ecca opinor accersit: salue Cleostrata. C. & tu Alcesime
Vbi tua vxor? AL. intus illa te, si se arcessas, manet:
Nam tuus vir me orauit, vt eam istuc ad te adiutum mitterem. 595
Vin' vocem? CL. sine, nolo, 3 si occupata est. AL. ocium est.
CL. Nihil moror, molesta 4 esse nolo: pòst conuenero.
AL. Non ornatis istic apud vos nuptias? CL. orno & paro.
AL. Non ergo opust adiutrice? CL. satis domist. vbi nuptiæ
Fuerint, tum istam conuenibo. nunc vale, atque istam iube. 600
AL. Quid ego nunc faciam? flagitium maximum feci miser.
Propter operam illius hirqi improbi & edentuli,
Qui hoc mihi contraxit. operam vxoris polliceor foras.
Quasi eat illatum', flagitium hominis, qui dixit mihi
Suam vxorem hanc arcessiteram esse, ea se eam 605
negat morarier.
Atque ædepol mirum, ni subolet iam hoc huic vicinæ meæ.
Verùm autem altrouorsum cum eam mecum rationem puto,
Si quid eius esset, esset mecum postulatio.
5 Ibo intrò, vt subducam nauim rursum in pul-

1 L. caue tu, in quæstione mihi ſ. i. quærendus ſit.
2 L. vilis emptu'ſt pro emptu eſt.
3 L. ſi illa occupata'ſt. 4 L. ei eſſe. 5 Verba ſunt Cleoſtratæ, & hic eſt præfigendum eius nomen.

uinarium.
CL. *Iam hic est lepidè ludificatus, miseri vt festinant senes.*
Nunc ego illum nihili decrepitum meum virum veniat velim,
Vt eum ludificem vicissim, postquam huc delusi alterum.
Nam ego aliquid contrahere cupio litigij inter eos duos.
Sed eccum incedit: at quum aspicias tristem, frugi censeas.

STALINO *senex*, CLEOSTRATA.

ST. *Stultitia magnast, mea quidem sententia,*
Hominem amatorem vllum ad forum procedere,
In eum diem, cui quod amet in mundo siet,
Sicut ego feci stultus, contriui diem,
Dum asto aduocatus cuidam cognato meo.
Quem hercle ego litem adeò perdidisse gaudeo.
Ne me 1 *nec quicquam sibi hodie aduocauerit.*
Rogitare oportet prius & percontarier,
Assitne animus ei, nec ne assit, quem aduocet.
Si neget 2 *adesse, exanimatum amittat domum.*
Sed vxorem ante ædis eccam. hei misero mihi.
Metuo, te non sit surda, atque hæc audiuerit.
CL. *Audiui ecastor cum malo magno tuo.*
ST. *Accedam propius. quid agis mea festiuitas?*
CL. *Te ecastor præstolabar.* ST. *iámne ornata res est?*
Iámne hanc traduxti huc ad nos vicinam tuã?
Quæ te adiutaret? CL. *3 accersiui vt iusseras.*
Verùm hic sodalis tuus, amicus optumus,
Nescio quid se sufflauit vxori suæ.
Negauit posse, quando arcesso mittere.
ST. *Vitium tibi istuc maxumum est: blanda es parum.*
CL. *Non matronarum est* 4 *officium, sed* 5 *meretricum,*
Viris alienis, mi vir, subblandirier.
I tu, atque arcesse illam: ego intus quod factost opus,
Volo accurare, mi vir. ST. *propera ergo.* CL. *licet.*
Iam pol ego huic aliquem in pectus iniiciam metum,
Miserrimum hodie ego hunc habebo amasium.

ALCESIMVS *senex*, STALINO.

AL. *Viso huc, amator si à foro rediit domum,*
Qui me atque vxorem larua ludificatus est.
Sed eccum ante ædis. ad te hercle ibam commodùm.
ST. *Atque ego hercle ad te. quid ais vir minimi preci?*

1 *L* nequicquam.
2 *L.* esse. 3 *L.* arcessiui. 4 L. officium est,
5. *Lips.* meretricium. *vt constet versus.*

Quid tibi mandaui? quid tecum orauí? AL. *quid est?*
ST. *Vt bene vaciuas ædis fecisti mihi?*
Vt traduxisti huc ad nos vxorem tuam?
Satin propter te pereo, ego atque occasio?
AL. *Quin tu suspendis te: nempe tute dixeras,*
Tuam 1 *accersituram esse vxorem meam.*
ST. *Ergo arcessiuisse ait sese, & dixisse te*
Eam non missurum. AL. *quin ea ipsa vltrò mihi*
Negauit eius operam se morarier.
ST. *Quin ea ipsa me allegauit, qui istam* 2 *accerserem.*
AL. *Quin nihili facio.* ST. *quin me perdis.* A. *quin benest.*
Quin etiam diu morabor. quin cupio tibi,
Quin aliquid ægræ facere, quin faciam libens.
Nunquam tibi hodie, quin erit plus, quàm mihi,
Quin hercle di te perdant postremò quidem.
ST. *Quid nunc? missurúsne es ad me vxorem tuam?*
AL. *Ducas, eásque in maximam malam crucem,*
Cúmque hac, cúmque istac, cúmque amica etiam tua.
Abi & aliud cura: ego iam per hortum iussero
Meam istuc transire vxorem ad vxorem tuam.
ST. *Nunc tute amicus mihi es in germanum modum.*

3 *Sortem qua ego hunc amorem mihi esse* 4 *aut dicam datum?*
Aut 5 *quod ego vnquam erga Venerem iniquè fecerim,*
Cui sic tot amanti mihi obuiã eueniant morã?
Atat, quid illud clamoris obsecro in nostra domost?

PARDALISCA *ancilla*, STALINO *senex.*

P. *Nulla, nulla sum, tota tota óccidi, cor mortuust.* 7 *metu*
Membra miserã tremunt: nescio vnde auxilij, præsidij,
Perfugij mihi, aut opum 8 *nunc copiam comparem, aut expetam.*
Tanta factis modò mira miris modis intus vidi
Nouam atque integram audaciam. caue tibi Cleostrata, abscede
Ab ista obsecro, ne quid in te 9 *mali faxit ira percita.*
Eripite 10 *quæso isti gladium, quæ sui est impos animi.*
ST. *Nam quid est, quòd hæc huc timida atque exanimata exiluit foras?*
Pardalisca. PA. *perij, vnde* 11 *vsurpant aures sonitum meæ?*
ST. *Respice modò ad me.* PA. *here mi.* ST. *quid tibist?*

1 L. arcessituram esse hinc vx. 2 *L.* arcesserem.
3 *Expungenda vox* Sortem 4 L. autem 5 L. quid
6 *L.* Nulla sum, nulla sum, 7 *Expungendum* metu
8 *Expungendum* nunc 9 L. malè f. 10 *Expungendum* quæso 11 *L.* meæ vsurpant aures sonitum?

tibiſt? Quid timida es? PA. *perij.*
ST. *Quid, periſti?* PA *perij, & tu periiſti.* ST *aperi, quid tibi?* PA. *væ tibi.*
ST. *Imò iſtuc tibi ſit.* PA. *ne cadam, amabo tene me.* ST. *quicquid eſt,*
Eloquere mihi citò. P. *contine pectus, face ventulum amabo*
Pallio. ST. *timeo hoc* 1 *negotium quidem, niſi hæc*
Chimera gloſſam vſpiam percuſſit flore Liberi. P. *obtine aures amabo.*
S. *I in malam crucem, pectus, auris, caput, téque di perduint:*
Nam niſi ex te ſcio, quicquid hoc ſit citò, 2 *iam alibi pol iſtic*
Cerebrum diſpercutiam 3 *execrata, ludibrio peſſima adhuc*
Quæ me habuiſti. PA. *here* 4 *me.* ST. *quid vis mea ancilla?* PA. *nimium ſæuis.*
S. *Numero' dicis, ſed hoc quicquid eſt loquere, in pauca refer.*
Quid intus tumulti fuit? P. *ſcibis: audi, malum peſſumum,*
Quod hic modò intus apud nos tua ancilla hoc pacto exordirī
Cœpit, quod haud Atticam addecet diſciplinā. S. *quid eſt id?*
PA. *Timor præpedit dicta lingua.* ST. *quid eſt? poſſum ſcire ego iſtuc*
Ex te, quid negotij 5 *ſit?* PA. *dicam, tua ancilla, quam tuo*
Villico vis dare vxorem, ea intus. ST. *quid intus? quid eſt?*
PA. *Imitatur malarum malam diſciplinam, viro ſuo quæ inter-*
Minatur 6 *ſuo vitam.* ST. *quid ergo?* PA. *ah.* ST. *quid?* PA. *interimere* 7 *ait velle ſe*
Vitam, gladium. ST. *hem.* PA. *gladium.* ST. *quid eum gladium?* PA. *habet.* ST. *hei miſero mihi.*
Cur habet? P. *inſectatur omnis domi per ædes, nec quenquam*
8 *Prope ita omnis ſub arcis, ſub lectis*
Latentes metu muſſitant. ST. *óccidi atque interij. quid illi*
Obiectuſt malitam repentè? P. *inſanit.* S. *ſceleſtiſſimum*
Me eſſe credo. P. *imò ſi ſcias dicta, quæ dixit hodie.* S. *iſtuc*
Expeto ſcire, quid dixit? P. *audi, per omnes deos, & deas*
Deiurauit, occiſurum eum hac nocte, quicum cubaret.
ST. *Me occidet?* PA. *an quicquam ad te attinet?*
ST. *vah.* PA. *quid cum ea negotij*

1 *L.* negotium quid eſt niſi hæc meraclo Seu vſpiam percuſſit flore Lybico. *Lipſ. autem* flore Liberi 2 *L.* iam tibi iſtuc 3 *Lipſ.* excetra tu 4 mi 5 L. eſt? 6 *Expungendū* ſuo. 7 L. ait *& ſeq. ver.* Velle vitā, gl. 8 L. Propè adſe finit adire. ita omn.

Tibiſt? S. *peccaui, illum dicere villicum volebam.* P. *ſciens*
De via in ſemitam regredere. S. *nunquid mihi* 710
1 *quoque minatur?*
P A. *Tibi infeſta ſoli eſt plus quàm cuiquam.*
ST. *quamobrem?* PA. *quia ſi des*
Vxorem Olympioni, 2 *neque ſe tuam, nec ſe ſuam,*
Neque viri vitam 3 *ſinet in craſtinum protolli. id huc miſſa ſum*
Tibi vt dicerem, ab ea vt caueas tibi. S. *perij hercle* 4 *ego miſer,*
Neque eſt, neque fuit me ſenex quiſquam ama- 715
tor adæquè miſer.
P. *Ludon' ego hunc facetè. nam quæ facta dixi, omnia huic*
Falſa dixi, hera, atque hæc dolum ex proximo huc protulerunt.
Ego huc miſſa ſum ludere. S. *heus Pardaliſca.* P. *quid eſt, quid?*
S. *Eſt quod volo exquirere à te.* P. *moram offers mihi.* S. *at tu*
Offers mœrorem: ſed etiámne habet & nunc 720
Caſina
Gladium? PA. *habet, ſed duos.* ST. *quid, duos?* P. *altero te occiſurum ait,*
Altero villicum hodie. S. *occiſiſſumus ſum omnium qui viuunt.*
Loricam induam mihi, optumum eſſe opinor. quid vxor
Mea non adiit, atque ademit? P. *nemo audet prope accedere.*
ST. *Exoret.* P. *orat. negat ponere alio modo vllo* 725
profectò,
Ni ſe ſciat villico non datum iri. ST. *atque ingratiis* 5 *quem*
Non vult 6 *ei nubet hodie. nam cur non ego id perpetrem quod* 7 *occœpi,*
Vt nubat mihi? illud quidem volebam, non ſed noſtro villico.
P. *Sapiculè peccas.* S T. *timor præpedit verba: verùm*
Obſecro, dic me vxorem orare, vt exoret illam 730
gladium
Vt ponat, & redire me intro vt liceat. P. *nunciabo.*
ST. *Et tu orato.* P. *& ego orabo.* ST. *at blandè orato vt ſoles. ſed audin?*
Si effexis hoc, ſoleas tibi dabo, & annulum in digito
Aureum, & bona plurima. P. *operam dabo.* S. *face vt impetres.*
P. *Eo nunc iam, niſi quippiam remorare me.* S. 735
abi, & cura.
P. *Redit eccum tandem obſonatu eius adiutor, pompam ducit.*

1 *Expungendum* quoque 2 *L.* neque tuam nec ſuam 3 *Lipſ.* ſinere 4 *Expungendum* ego 5 L. quia 6 *Expungendum* ei 7 *L.* cœpi

OLYMPIO, COCVS & STALINO.

OL. *Vide fur, vt* [1] *sentis sub signum ducas.*
CO. *qui verò sunt sentes?*
O. *Quia quod tetigere, illico rapiunt: si eas ereptum, illico scindunt.*
Ita. quoquò adueniunt, vbi vbi sunt, duplici damno dominos
CO. *Eia.* OL. *Atat cesso magnificè, patricéque amicéque* [2] *hero*
Meo ire aduorsum ST. *bone vir, salue.* OL. *fateor.* ST. *quid fit?* OL. *tu amas,*
Ego esurio & sitio. ST. *lepidè excuratus incessisti.*
OL. [3] *Ah hodie.* STA. *mane verò, quanquam fastidis.* OL. *hei hei fœtet*
Tuus mihi sermo. ST. *quæ res?* OL. *hæc res.* ST. *etiámne astas?* OL. *enimuero*
πράγματά μοι παρέχεις. S. *dabo* [4] καὶ κακὸν. (*vt ego opinor*)
Nisi resistis. O. ὦ ζεῦ, *potin' à me abeas, nisi me vis vomere*
Hodie. ST. *mane.* OL. *quid est? quis hic homo est?* S. *herus sum.* OL. *qui herus?*
ST. *Quius tu seruus es.* OL. *seruus ego?* ST. *atque meus.* OL. *Non sum ego liber?*
Memento, memento. ST. *mane atque asta.* OL. *omitte, seruos sum tuus.*
Optumè est. S. *obsecro Olympisce mi, mi pater, mi patrone.*
OL. *Hem sapis sanè* ST. *tuus* [5] *equidem sum.*
OL. *quid mihi seruo opus est tam nequam?*
ST. *Quid nunc? quàm mox recreas me?* OL. *cœna modò si sit cocta.*
ST. *Intrò ergo* [6] *abeant properè.* OL. *citò introite, & citò deproperate.*
ST. *Ego iam intus ero, facite* [7] *cœna mihi vt ebria sit.*
Cœnare lepidè nitidéque volo, nihil moror barbarico ritu
Sanè esse iam. i, sis, ego hic habito, nunc quidem gladium
Ancilla' Casina intus habere ait, qui me atque te [8] *interimat.*
OL. *Scio, sic sine habere. nugas agunt. noui ego illas malas merces.*
Quin tu, i modò mecum domum. ST. *at pol malum metuo. i tu* [9] *modò prius.*
Perspicito quid intus agatur. OL. *tam mihi mea vita, quàm tua*
Tibi cara est. S. [10] *verum modò.* OL. *si tu iubes, inibitur tecum.*

1 L. senteis sub signis d. 2 *L.* ita hero 3 *al.* vah, hodie. *fortasse melius* L. 4 *L.* μέγα κακόν.
5 L. sum quidem 6 *L.* abeant. OL. properè citò intr. 7 *L.* cœnam mihi. 8 *Lips. ex vet. cod.* inuitet. *i. vita priuet.* 9 L. modo, *& seq. vers.* Perspicito prius q. 10 L. verùm i modò.

ACTVS IIII.
ANCILLA.

Nec pol ego Nemeæ credo, neque ego Olympiæ,
Neque vsquam ludos tam festiuos fieri,
Quàm hic intus fiunt ludi ludificabiles
Seni nostro, & nostro Olympioni villico.
Omnes festinant intus totis ædibus:
Senex in culina clamat, hortatur cocos,
Quin agitis hodie? quin datis, si quid datis?
Properate: cænam iam esse coctam oportuit.
Villicus hic autem cum corona candidè,
Vestitus lautè, exornatúsque obambulat.
Illæ autem in cubiculo armigerum ornant mulieres,
Quem dent pro Casina nuptum nostro villico.
Sed nimium lepidè dissimulant,
Fore huius quod futurum est [1] *condignè autem nimis*
Lepidè huc conducti coqui rei dant operam, ne cœnet senex.
Aulas peruortunt, ignem [2] *restringunt aqua.*
Illarum oratu faciunt: illæ autem senem
[3] *Extrudere cupiunt incœnem ex ædibus,*
Vt ipsæ solæ ventres distendant suos.
Noui ego illas ambas estrices, [4] *corbitant, vbi*
Comesse possunt. sed aperitur ostium.

STALINO, ANCILLA.

Si sapitis vxor, vos tamen cœnabitis,
Cœna vbi erit cocta, ego ruri cœnauero.
Nam nouum [5] *maritum hinc & nouam nuptam volo*
Rus prosequi. noui hominum mores maleficos,
Nequis eã abripiat. facite vostro animo [6] *volupe.*
Sed properate, istum atque istam actutum emittere,
Tandem vt veniamus luci: ego cras hic ero,
Cras habuero, vxor, ego tamen conuiuium.
AN. *Fit, quod futurum dixi, incœnatum senem*
Foras extrudunt mulieres. ST. *quid tu hic agis?*
AN. *Ego eo, quò me ipsa misit.* ST. *Seron?* AN. *seriò.*
ST. [7] *Quid speculare?* AN. *nihil equidem speculor.* ST. *abi*
Tu hinc cunctas? intus alij festinant. AN. *eo.*
ST. *Abi hinc sis ergo pessumarum pessuma.*
Iámne abijt illæc? dicere hic quiduis licet:
Qui amat, tamen hercle si esurit, nullum esurit.
Sed eccum progreditur cum corona & lampade
Meus [8] *socer compar, commaritus villicus.*

OLYMPIO, STALINO.

Age tibicen, dum illam educunt huc nouam nuptam foras,

1 L. dignè autem coqui Nimis lepidè ei rei dãt operam nec. 2 L restinguunt. 3 L. Cupiunt extrudere incœnatum ex 4 L. corbitam cibi
5 L. maritũ ego & 6 L. volup. 7 L. quid hinc sp. 8 L. *al.* soceru' L. socius. *Lips. autem* sociennus.

Suaui

Suaui cantu concelebra omnem hanc [1] *plateolam hymenæo*
Io hymen hymenæe, Io hymen. ST. *quid agis mea salus?*
OL. *Esurio hercle,* [2] *atque adeò, nunc haud parum sitio.* ST. *at ego amo.* OL. *at ego hercle*
Nihil facio tibi amor, periculi: mihi inanitate
Iamdudum intestina murmurant. ST. *nã quid* [3] *illæc nunc*
Tam diu intus [4] *remoratur, quasi ob industriam: quanto ego*
Plus propero, tanto minus. OL. *quid si etiam occentem hymenæum?*
ST. *Censeo, & ego te adiuuabo in nuptiis communibus.*
OL. *Hymen hymenæe, Io hymen.* ST. *perij hercle ego miser,*
[5] *Iam me ædepol dirumpi*
Cantando Hymenæum licet, illo morbo, quo dirumpi cupio,
Non est copia. OL. *ædepol næ tu si esses equus, esses indomabilis.*
ST. *Quo argumento?* OL. *Nimis* [6] *tenax es.*
ST. *Num me expertus's vspiam?* OL. *Dij melius faciant.*
Sed crepuit ostium, exitur foras.
ST. *Di hercle me cupiunt seruatum, iam oboluit Casina procul.*

ANCILLÆ duæ, OLYMPIO, STALINO.

SEnsim superat tolle limen pedes noua nupta, sospes
Iter incipe hoc, [7] *at viro tuo semper sis superstes: atque*
Vt potior pollentia [8] *sit, vincásque virum, victrixque sies,*
Superétque tuum imperium: vir te vestiat, tu virum [9] *dispolies,*
Noctúque & diu vt viro subdola sies obsecro memento.
OL. *Malo maximo suo hercle illico, vbi tantulũ peccassit.*
ST. *Tace.* OL. *Non taceo.* ST. *quæres?* OL. *mala, malæ malè monstrant.*
ST. *Perij istæc facient hanc rem mihi exparata imparatam.*
Id quærunt. volunt hæc infecta faciant. AN. *age Olympio.*
Quando vis vxorem, accipe hanc à nobis. ST. *date ergo, daturæ*
Vnquam si estis hodie vxorem. OL. *abite intrò.*
AN. *amabo' integra atque*

1 L. plateam. 2 L. atque adeo haud sitio
3 L. illæ. 4 L. remorantur remeligines *est Festo vbi tamen dubitat an sit scribendum* remoragines
5 *L. Expungenda* Iam me ædepol *& ita legendum vt sit vnus versus* Dirumpi cantando hym.
6 L. tendax. 7 L. vt viro 8 L. sis, 9 L. *al.* despolies.

Imperitæ huic impercito. ST. *futurum est, valete, ite.*
Iam valete. iámne abscessit vxor? OL. *domi est, ne time.* ST. *euax.*
Nunc pol demum ego sum liber, meum corculum, [1] *melliculum'*
Verculum. OL. *heus tu, malo, si sapis, cauebu, mea est hæc.* ST. *scio.*
Sed meus fructus est prior. OL. *tene hanc* [2] *lampadem.* ST. *imò ego* [3] *hanc tenebo.*
Venus multipotens bonam vitam mihi
Dedisti, huius quom copiam mihi [4] *dedisti*
Corpusculum [5] *melliculum.* OL. *mea vxorcula.*
ST. *Quid est?* OL. *institit plantam.* ST. *quasi* [6] *iocabor,*
Nebula haud est [7] *mollis, atque hæc est.*
Ædepol papillam bellulam. OL. *hei misero mihi.*
ST. *Quid est?* OL *pectus mihi agit nunc hæc cubito.*
ST. *Quid tu ergo hanc quæso tractas tam?*
At mihi qui bellè hãc tracto, non agit. OL. *vaha.*
ST. *Quid negocij est?* OL. *obsecro vt valentula es?*
Penè exposuit cubito. ST. *cubitum ergo ire vult.*
OL. *Quin imus ergo?* ST. *bella bella* [8] *tula Casina.*

ACTVS V.

PARDALISCA *ancilla*, MVRRINA.

ACcepta bene & commodè eximus intus,
Ludos visere huc [9] *in via nuptiales.*
MVR. *Nunquam ecastor vllo die risi adæquè,*
Neq; hoc quod reliquum est, plus risuram opinor.
Lubet Chalinum, quid agat scire, nouum
Nuptum, cum nouo marito: nec fallaciam
Astutiorem vllus fecit poeta, atque
Vt hæc est fabrefacta à nobis, obtunso
Ore nunc peruelim progrediri senem,
Quo senex nequior nullus viuit, [10] *ne illum*
Quidem nequiorem [11] *arbitrarier esse, qui locum*
Præbet illi. nunc Pardalisca
Etiam qui hinc exeat, eum vt ludibrio habeas?
PAR. *Lubens fecero, & solens.* MV. [12] *spectatis hinc omnia*
Intus, quid intus agant. PA. *pone me, amabo.*
MVR. *Et illi audaciùs licet, quæ vis liberè*
Proloqui. PA. *tace: vostra foris crepuit.*

13 OLYMPIO, CLEOSTRATA, MVRRINA.

NEque quò fugiam, neque vbi lateam, neq; hoc dedecus quomodo celem,

1 L. melolum, 2 L. lampadam. 3 L. illam
4 *al.* fecisti 5 L. mellitulum. 6 L. iocabo.
7 L. mollis æquè, atque cutis huius est.
8 L. tu mea 9 *Lamb. malit legi* in viam 10 L. ni.
11 L. arbitrarer *vel vt vet. cod.* arbitrarẽ 12 L. spectabo. 13 *Tres scenas, quæ sequuntur, ita edidimus vt sunt à Lãb. restitutæ & editæ, cum in vulg. lib. omnia sint mirum in modum depravata, mutilata & loco suo mota.*

Scio, tantum herus atque ego flagitio superauimus, nuptiis nostris.
Ita nunc pudeo, atque ita nunc paueo, atque ita 1 *irridiculo sumus* 2 *amabo.*
Sed ego insipiens noua nunc facio: pudet quod prius non puditum vnquam est.
Operam date, dum mea facta itero, est operæ auribus 3 *accipere.*
Ita ridicula auditu, iteratu, ea sunt quæ ego intus 4 *tuli.*
MV. *Agedum tu adi hunc.* CL. *vbi tua noua nupta est?*
OL. *Perij hercle. manifesta res est.* CL. *omnem ordine rem*
Fateri ergo æquum est. quid intus agitur? quid agit
Casina? satin morigera est? OL. *pudet dicere me.*
CL. *Memora ordine vt occœperas.* OL. *pudet hercle.* CL. *age audacter.*
Quàm debuisti, inde volo memorare, quid est factum?
OL. *At flagitium est.* CL. *cauebunt qui audierint,* 6 *faciat.*
Vbi intrò hanc nouam nuptam deduxi via recta, clauem
Abduxi, sed tamẽ tenebræ ibi erant tanquã nox.
Colloco, fulcio, mollio, vt prior quàm senex aptè decumbam.
Tardus esse illico cœpi quoniam **
Respecto identidem næ 7 *senex**
Quæro deinde illecebram stupri. principio eam sauium posco.
Reppulit mihi manum, nec 8 *enim dare sibi sauiũ me sinit.*
MV. *Quid sit denique edisserta.* OL. *vbi appello Casinam, Casina, inquam,*
Amabò mea vxorcula, cur virum tuum sic me spernis?
Nimis tu quidem hercle immerito meo mihi hæc facis,
Quia te mihi expetiui: illa haud verbum facit, & sepit veste id qui estis,
Vbi illum saltum video obseptum, rogo vt alterò sinat 9 *adire*
Enim iam magis iam appropero, magis iam lubet in Casinam irruere.
Cupio illam operam seni surripere. forem obdo ne senex me opprimat.
Hoc magnum est. Primùm. CL. *pergis? quin tu pergis?*
OL. *Vbi vbi sumptus porrò est, continuò stricto gladio: atat babæ papæ.* CL. *quidquid papæ.*
OL. *Flagitium oh, erat maxumum. gladium ne haberet metui, id quærere occœpi.*
Dum gladium ne habeat quæro, arripio capulum.

1 *Ita Lipsius: at* L. in ridiculum. 2 L. ambo 3 L. percipere. 4 L. turbaui. 5 L. postquam decubuisti. 6 L. OL. faciam. 7 L. semel ** 8 L. quietum d. 9 L. ire.

Sed 1 *quem cogito non habuit gladium, nam id esset frigidius.*
CL. *Eloquere.* OL. *at pudet.* CL. *num radix fuit?*
OL. *non fuit.*
CL. *Num cucumis?* OL. *profectò hercle non fuit quicquam olerum.*
Nisi quicquid erat, calamitas profectò attigerat nunquam:
Ita quicquid erat grande erat.
2 Volo vt obuertat cubitissim'.
Verbum vllum mutit.
Surgo vt ineam, atque illam in.
Perlepide narrat Sauium.
Ita quasi sentis' labra mihi compungit barba.
Continuò astanti pectus mihi pedibus percutit.
Decido de lecto præceps, subsilijt, obtũdit os mihi.
Inde foras tacitus proficiscens, exeo hoc ornatu, quo vides.
Vt senex hoc eodem poculo, quo ego bibi, biberet.
CL. *optumè est.*
Sed vbi est palliolum tuum? OL. *hic intus reliqui.*
CL. *Quid nunc? satin lepidè adita vobis manus merito?*
Sed concrepuerunt fores. OL. *num illa me nunc sequitur?*

STALINO, OLYMPIO.

Maximo ego ardeo flagitio, ne quid agam meis rebus scio.
Nec meã vt vxorem aspiciam contrà oculis. ita disperij.
Omnia palàm sunt probra, omnibus modis occidi miser.
Ita manifesto faucibus teneor,
Nec quibus modis purgem scio me meæ vxori,
Qui expalliatus sum miser, palàm sunt clandestinæ nuptiæ.
Adeundam Murrhinam censeo mihi, optimũ est.
Ea, dux: ea vxorem meam: ea hanc inuenit rimam.
Sed ecquis est? qui homo munus velit fungier pro me?
Quid nunc agam nescio, nisi vt improbos famulos imiter, ac domo fugiam.
Nam salus nulla est scapulis, si domum redeo.
Nugas istic dicere licet. vapulo ego hercle inuitus tamen.
Etsi malum merui, hac dabo protinam me in fugam. C. *heus Stalino*
Amator. ST. *occidi, reuocor. quasi non audiam* 3 *abibo.*

CHALINVS, STALINO, OLYMPIO.

CH. *VBi tu es, qui colere mores Massilienses postulas?*

1 L. quum 2 *Quatuor hi versiculi absunt à Lamb. cod.* 3 L. adibo.

Nunc

Nunc tu 1 *sine his subicitare si vis me' proba est occasio.*
*Myrrh. Periisti' hercle, age, accede huc.***
S. *Hac ibo. caninam sceuam spero meliorem fore.*
C. *Quid agis tu marite, mi vir: vnde secum ornatu hoc aduenis?*
Quid fecisti scipione? aut quod habuisti pallium?
A. *In adulterio dum mœchissat Casinam, credo perdidit.*
S. *Occidi.* CH. *etiámne imus cubitum? Casina sum.* ST. *in malam crucem.*
CH. *Non amas me?* C. *quin respondes, tuo quid factum est pallio?*
S. *Baccha ergo, hercle vxor.* C. *Baccha?* S. *hercle vxor.* C. *quid est?*
AN. *Nugatur sciens. nam ecastor nunc Bacchæ nullæ ludunt.*
S. *Oblitus fui, sed tamen Baccha.* C. *quid Baccha? fieri non potest.*
Times ecastor. S. *egone manifestò teneor?* O. *haud mentire hercle: nam palàm est*
***is* Hic desunt aliquot versus.
S. *Non taceo?* O. *non hercle taceo'. nam tu maxumo*
Me obsecrauisti opere, Casinam vt poscerem vxorem mihi.
S. *Tui amoris caussa ego istuc feci. Immò ecastor illius,*
Te quidem oppressi. ST. *feci ego istæc dicta quæ vos dicitis?*
CL. *Rogitas etiam?* ST. *siquidem hercle feci, feci nequiter.*
CL. *Redi modò huc intrò monebo, siquidem meministi minus.*
ST. *Hercle opinor potius vobis credam, quòd vos dicitis.*

1 *L.* si velis me sub. prob.

Sed vxor da viro hanc veniam. Murrhina, era Cleostratam,
Si vnquam posthac, aut amasso Casinam, aut occæpso modo,
Nedum vt eã amasso, si ego vnquam adeò posthac tale admisero.
Nulla caussa est, quin pendentem vxor virgis verberes.
MV. *Censeo ecastor, veniam huic hanc dandam.* C. *faciam vti iubes.*
Propter eam rem hanc tibi nunc veniam minus grauatè 1 *propero.*
Hanc ex longa longiorem ne faciamus fabulam.
ST. *Non irata es?* C. *non sum irata.* ST. *tuæ fidei credo.* C. *meæ?*
ST. *Lepidiorem vxorem nemo quisquam quàm ego* 2 *habeo, hac habet.*
CL. *Age tu, redde huic scipionem & pallium.* CH. *tene.* ST. *libet.*
CH. *mihi quidem ædepol* 3 *insigniter facta est magna iniuria.*
Duob. nupsi, neuter fecit, quod nouæ nuptæ solet.

GREX.

Spectatores, quod futurum est intus, hic memorabimus.
Hæc Casina huius reperietur filia esse è proximo,
Eáque nubet Euthynico nostro herili filio.
Nunc vos æquum est, manibus meritis meritam mercedem dare.
Qui faxit, clàm vxorem ducat scortum semper quod volet.
Verùm qui non manibus clarè quantum poterit pluserit,
Ei pro scorto supponetur hircus vnctus nautea.

1 *L.* prospero. 2 *L.* habeo hanc, h. 3 L. insignitè

CISTELLARIA.

DRAMATIS PERSONAE.

SILENIVM *meretrix.*
GYMNASIVM *meretrix.*
LENA.
AVXILIVM *Prologus.*
MELAENIS *lena.*
ALCESIMARCHVS *adolescens.*
LAMPADIO *seruos.*
PHANOSTRATA *vxor.*
HALISCA *ancilla.*
DEMIPHO *senex.*
CATERVA.

ARGVMENTVM.

COMPRIMIT *adolescens Lemnius Sicyoniam.*
Is redit in patriam, & gnatam generat nuptiis.
Sicyonia parit æquè puellam, hanc seruolus
Tollit, atque exponit, & ex insidiis aucupat.
Eam sublatam meretrix alij detulit.
Lemno pòst rediens ducit quam compresserat,
Lemnique natam despondit adolescentulo

Amore capto illius proiecticiæ.
Requirens seruos, reperit, quem proiecerat.
Itaque lege hanc, & rite ciuem cognitam
Alcesimarchus, vt erat nactus, possidet.

ACTVS I.
SILENIVM, GYMNASIVM, meretrices. LENA.

CVm ego antehac te amaui, & mihi amicam esse creui,
Mea Gymnasium, & matrem tuam: tum id mihi hodie
Aperuistis, tu atque 1 *hæc soror si mea esses.*
Qui magis potueritis mihi honorem ire habitū,
Nescio, nisi vt meus est animus fieri
Non posse arbitror, ita omnibus 2 *relictis*
Mihi frequentem operam dedistis, eò ego vos
Amo, & eò à me magnam inistis gratiam.
GY. *Pol istoc quidem nos precio* 3 *est facile*
Frequentare tibi, vt ilésque 4 *haberi,*
Ita in prandio nos lepidè atque nitidè
Accepisti apud te, vt semper 5 *meminerim.*
SI. *Lubentique edepol animo factum,* 6 *fiétque à me.*
Quæ vos arbitrabor velle, ea vt expetam.
GY. *Quod ille dixit, qui secundo vento vectus est,*
Tranquillo 7 *mari, ventum gaudeo ecastor ad te:*
Ita hodie hic acceptæ sumus suauibus modis.
Hæc 8 *nisi disciplina apud te fuit quicquam*
Ibi quin mihi placeret. SI. *quid ita amabo?*
GY. *Raro nimium' dabat quod biberem,* 9 *atque id merum*
Infuscabat'. LE. *amabo hiccine istud decet?*
GY. *Iúsque fásque est. nemo alienus hic est.* SI. *merito*
Vestro amo vos, quia me colitis & magnificatis.
LE. *Decet pol mea Silenium, hunc esse ordinem,*
Beneuolentes inter se, 11 *benéq; vtier amicitia.*
Vbi istas videas summo genere natas,
Summates patronas, vt 12 *sanctè amicitiam colunt,*
Atque vt eam 13 *vinctam bene habent inter se.*
Si idem istuc nos 14 *facimus, si idē* 15 *imitamur,*
Ita tamen vix viuimus cum inuidia summa,
Suarum opum nos volunt esse indigentes,
Nostra copia 16 *nihilo volunt nos potesse,*
Suique omnium rerum nos indigere,
Vt sibi simus supplices, eas si adeas,
Abitum, quàm aditum malis: ita nostro ordini
Palàm blandiuntur: clàm si occasio vsquam est,
Frigidam subdolè suffundunt.

1 *Lamb. ita distinguit:* hæc soror si mea esses, Quim. 2 L. relictis rebus 3 *L.* facil' est 4 L. habere 5 L. meminerimus. 6 L. & fiet, 7 *L.* mare. 8 L. Nec, nisi 9 *Expungendum* atque 10 *L.* beneuolentem 11 *L.* bene amicitia vtier 12 *Expungendum* sanctè 13 *al.* iunctam 14 L. faciamus, 15 L. imitemur. 16 *L.* Nihilum 17 *L.* aquam frigidam

Viris cum suis 1 *nos olere' prædicant,*
Suas pellices esse aiunt, eunt depressum.
Quia nos libertinæ sumus, & ego & tua mater, ambæ
Meretrices fuimus, illa te, & ego hanc mihi educaui,
Ex patribus 2 *contiguis, ego neque hanc superbiæ caussa*
Repuli ad meretricium quæstum, nisi vt ne 3 *esurirem,*
SI. *At satius fuerat eam viro dare nuptum potius.* LE. *etiam*
Hæc quidem ecastor cotidie viro nubit, nupsitque hodie,
Nubet mox noctu, nunquam ego hanc viduam cubare siui.
Nam si hæc non nubat, lugubri mihi fame familia pereat.
G. *Necesse est, quo tu me modo voles esse, ita esse, mater.*
L. *Ecastor haud me pœnitet, si vt dicis, ita futura es.*
Nam siquidem ita eris, vt volo, nunquam 4 *Hecate fies,*
Sempérque istanc quam 5 *habes ætatulam obtinebis,*
Multisque damno, & mihi lucro sine meo sæpe eris sumptu.
GY. *Dij faxint.* LE. *sine opera tua nihil di* 6 *horunc facere possunt.*
G. *Equidem hercle addam operam sedulò.* 7 *sed tu inter istæc verba*
Meus oculus, mea Silenium, nunquam ego te tristiorem
Vidi esse. quid cedo te obsecro tam abhorret hilaritudo?
Neque munda adæquè es, vt soles. hoc sis vide, vt petiuit
Suspirium altè? & pallidula es, eloquere nobis vtrunque,
Et quid tibi est, & quid velis nostram operam, vt nos sciamus.
Noli obsecro 8 *imperare lacrumis mihi excruciatum tuis.*
SI. *Mea excrucior mea Gymnasium, malè mihi est, malè maceror,*
Doleo ab animo, doleo ab oculis, doleo ab ægritudine.
Quid dicam, nisi stultitia mea me in mœrorem' rapit?
G. *Indidem vnde oritur facito, vt facias stultitiam sepe'ibilem.*
SI. *Quid faciam?* GY. *in latebras abscendas pectore penitissimo.*
Tuam stultitiam sola facito, vt scias sine arbitris. S. *at mihi*
Cordolium est. G. *quid id? vnde est tibi cordo-*

1 *L.* prædicant nos solere: 2 *L.* conuentitiis. 3 L. ego esurirem. 4 L. Hecate 5 L. nunc habes 6 *L.* horum 7 L. sed quid tu 8 L. lacrumis cuis mihi exercitum imperare.

lium,

lium, commemora obsecro.
Quod neque ego habeo, neq; quisquam alia mulier, vt perhibent viri.
SI. *Si quid est, quod doleat, dolet: si autem nõ est, tamen hoc hic dolet.*
G. *Amat hæc mulier.* SI. *eho an amare occipere amarum est? obsecro.*
Nam ecastor amor & melle & felle est fœcundissimus.
Gustu[1] dat dulce, amarum ad satietatem vsque oggerit.
SI. *Ad istam faciem est morbus, qui me, mea Gymnasium macerat.*
G. *Perfidiosius est amor.* SI. *ergo in me peculatum facit.*
G. *Bono animo es, erit isti morbo melius.* SI. *confidam fore,*
Si medicus veniat, qui huic morbo facere medicinam potest.
G. *Veniet.* SI. *Spissum istud amanti est verbum, veniet, nisi venit.*
Sed ego mea culpa & stultitia peius misera maceror.
Quia ego illum vnum mihi exoptaui, quicum ætatem degerem.
G. *Matronæ magis conducibile est istuc, mea est Silenium,*
Vnum amare, & cum eo ætatem exigere, cui nupta est semel.
Verùm enim meretrix fortunati est oppidi simillima,
Non potest suã rẽ obtinere sola sine multis viris.
SI. *Hoc volo agatis, quæ[2] accersitæ caussa ad me estis eloquar.*
Nam mea mater, quia ego nolo me meretricem dicier,
Obsecuta est, de ea re gessit morem morigeræ mihi,
Vt me, quem ego amarem gnauiter, sineret cum eo viuere.
LE. *Stultè ecastor fecit: sed tun' vnquam cum [3]quicquam viro*
Consueuisti? SI. *nisi [4]quidem cum Alcesimarcho nemine,*
Neque pudicitiam meam mihi alius [5]imminuit quisquam. LE. *obsecro,*
Quo is homo insinuauit pacto se ad te? SI. *per Dionysia*
Mater pompam me spectatum duxit: dum redeo domum,
Conspicillo consecutus est clanculum me vsque ad fores.
Inde in amicitiam insinuauit cũ matre, & mecum simul,
Blandiciis, muneribus, donis. G. *mihi istum hominem vellem dari,*
Vt ego illum vorsarem? S. *quid opus est verbis?*

1 L. qui dat 2 L. arcessite 3 L. quiquam
4 L. quidam 5 L. quisquam imminuit.

consuetudine
Cœpi amare contrà ego illum, & ille me. LE. *ô mea Silenium.* SI. *quid est?*
LE. *[1]Assimulare amare oportet, nam si ames extempulò,*
Melius illi multò, quem ames, consulas, quàm rei tuæ.
SI. *At ille conceptis iurauit verbis apud matrẽ meam,*
Me vxorem ducturum esse: ei nunc alia ducenda est domum,
Sua cognata Lemniensis, quæ habitat hic in proxumo.
Nam eum pater eius subegit: nunc mea mater irata est mihi.
Quia non redierim domum ad se, postquam eam rem resciuerim,
Eum vxorem ducturum esse aliam. LE. *nihil amare iniurium est.*
SI. *Nunc te amo, vt hanc triduum hoc solùm sinas*
Esse, & hic seruare apud me: nam ad matrem [2]accersita sum.
LE. *Quanquam mihi istud erit molestum triduum, & damnum dabis,*
Faciam SI. *facis benignè & amicè. sed tu Gymnasium mea,*
Si me absente Alcesimarchus veniet, nolito acriter
Eum inclamare: vtut erga[3] me est meritus, mihi cordi est tamen.
Sed amabo tranquillè, ne quid, quod illi doleat, dixeris.
Accipias clauis, si quid tibi [4]opus est, erit prõptu, promitto.
Ego volo ire. GY. *vt mihi exciuisti lacrumas?* SI. *Gymnasium mea*
Bene vale. GY. *curate amabo. siccine immunda obsecro*
Ibis? SI. *immundas fortunas æquum est squalorem sequi.*
G. *Amiculum hoc sustolle saltem.* SI. *sine trahi cum egomet trahor.*
G. *Quando ita tibi [5]iuuat, vale atque salue.* SI. *si possim, velim.*
G. *Nunquid me vis mater intrò quin eam? ecastor mihi*
Visa amare. LE. *istoc ergo auris grauiter obtundo tuas,*
Ne quem ames, abi intro. G. *nunquid me vis?* LE. *vt valeas.* G. *Vale.*

LENA.

IDem mihi, magnæ quod parti est vitium mulierum,
Quæ [6]nunc quæstum facimus, quæ vbi saburratæ sumus,

1 L. Assimulatè 2 L. arcessita. 3 L. med.
4 L. opus erit 5 L. lubet, 6 L. hunc,

Largiloquæ extĕplò sumus, plus loquimur, quàm sat est.
Nam [1] illam ego olim, quæ hinc flens abiit, paruolam
Puellam, proiectam ex angiportu sustuli.
Adolescens quidam hic est apprimè nobilis.
(Quin ego nunc quia sum onusta mea ex sententia,
Quique adeò me compleui flore Liberi,
Magis libera vti lingua conlibitum est mihi,
Tacere nequeo misera, [2] quod tacito vsus est.)
Sicyone summo genere ei viuit pater,
Is amore miserè hanc deperit mulierculam.
Quæ hinc modò flens abiit. contrà amore hæc perditast.
Eam meæ ego amicæ dono huic meretrici dedi.
Quæ sæpe mecum mentionem fecerat,
Puerum aut puellam alicunde vt reperirem sibi,
Recens natum, eapse quod sibi supponeret,
Vbi mihi potestas primùm euenit, illico
Feci eius ei, quod me orauit, copiam.
Postquam puellam eam à me accepit, illico
Eandem puellam peperit, quam [3] me acceperat,
Sine obstetricis opera, & sine doloribus:
Item vt aliæ pariunt, quæ malum quærunt sibi.
Non amatorem aiebat esse peregrinum sibi,
Suppositionem eius rei facere gratia.
Id duæ nos solæ scimus, ego quæ illi dedi,
Et illa quæ à me accepit, præter vos quidem.
Hæc sic res gesta est. [4] si quis vsus venerit,
Meminisse ego hanc rem vos volo. ego abeo domum.

AVXILIVM, *Prologus.*

VTrunque hæc, & multiloqua, & multibiba est anus,
Satine' vix reliquit, deo quod loqueretur, loci:
Ita properauit de puellæ proloqui
Suppositione. quod si tacuisset, tamen
Ego eram dicturus Deus, qui poteram planius.
Nam mihi est Auxilio nomen. nunc operam date,
Vt ego argumentum hoc vobis planè perputem.
Fuere [5] Sicyone iamdiu Dionysia.
Mercator venit huc ad ludos Lemnius,
Isque hic compressit virginem adolescentulus,
Vinolentus in tenebris [6] raptam multa nocte in via.
Is vbi malam rem scit se meruisse, illico
Pedibus perfugium [7] peperit, in Lemnum aufugit,
Vbi habitabat tum: at illa quam compresserat,
Decumo pòst mense exacto hic peperit filiam.
Quoniam reum eius facti nescit qui siet,
Paternum seruum sui participat consilij,
Dat eam puellam ei seruo exponendã ad necem.
Is eam proiecit, hæc puellam sustulit.

1 L. illanc 2 *Lambi. malit legere* quo tac.
3 L. à me 4 *al.* si quid 5 L. Sicyoni. 6 *Expungendum* raptam 7 *Lamb. malit legi* reperit

Ille clàm obseruauit seruus, qui eam proiecerat,
Quò aut quas in ædis hæc puellam deferat,
Vt [1] eam se vos audistis confiterier.
Dat eam puellam meretrici Melænidi,
Eáque educauit eam sibi pro filia
Benè ac pudicè. tum illic autem Lemnius
Propinquam vxorem duxit, cognatam suam.
Ea diem suum obiit, facta morigera est viro.
Postquam ille vxori iusta fecit, illico
Huc commigrauit, duxit vxorem hic sibi
Eandem, quam olim virginem hic compresserat.
Et eam cognoscit esse quam compresserat.
Illa illi dicit, eius ex iniuria
Periisse se gnatam, atque eam se seruo illico
Dedisse exponendam. ille extemplò seruolum
Iubet illum eundem persequi, si qua queat
Reperire quæ sustulerit. ei rei nunc suam
Operam vsque seruus dat, si possiet
Meretricem illam inuenire, quam olim tollere,
Quum ipse exponebat, ex insidiis viderat.
Nunc quod reliquum restat volo persoluere,
Vt expungatur nomen, ne quid debeam.
Adolescens hic est [2] Sicyone, ei viuit pater,
Is amore proiecticiam illam deperit,
Quæ dudum flens hinc abiit ad matrem suam,
Et illa hunc contrà, qui est amor suauissimus.
Vt sunt humana, nihil est perpetuum datum.
Pater adolescenti dare vult vxorem, hoc vbi
Mater resciuit, iussit [3] accersi eam domum.
Hæc res sic gesta est. bene valete, & vincite
Virtute vera, quod fecistis [4] antehac
Seruate vostros socios, veteres & nouos,
Augete auxilia vestra iustis legibus,
Perdite perduelles, parite laudem, & lauream,
Vt vobis victi Pœni pœnas sufferant.

ACTVS II.

ALCESIMARCHVS *adolescens*, MELÆNIS *lena.*

CRedo ego amorem primùm apud homines carnificinam commentum,
Hanc ego de me coniecturam domi facio, ne foris quæram,
Qui omnes homines supero, atque antideo cruciabilitatibus animi,
Iactor, crucior, agitor, stimulor, versor in amoris rota miser,
Exanimor, feror, differor, distrahor, [5] deripior, ita nullam mentem
Animi habeo: vbi sum, ibi non sum, vbi nõ sum, ibi est animus.
Ita mihi omnia ingenia sunt: quod lubet, nõ lubet iam id continuò.
Ita me amor lapsum animi ludificat, fugat, agit, appetit,
Raptat, retinet, iactat, largitur, quod dat, non

1 L. eampse. 2 L. Sicyoni. 3 L. arcessi.
4 L. antidhac 5 L. diripior.

dat,

dat,[1] eludit:
Modò quod suasit, dissuasit: quod dissuasit, id ostentat.
Maritumis moribus mecum experitur, ita meum frangit amantem animum.
Neque nisi quia miser non eo pessum, mihi vlla abest
Perdito pernicies, ita pater apud villam detinuit me hos dies sex
Ruri continuos, neq; licitum interea est, meam amicam visere. Estne hoc miserum memoratu?
M. [2] Eo facetus, quia tibi alia est sponsa locuples Lemnia,
Habeas, neque nos factione tanta, quanta tu, sumus,
Neque opes nostræ tam sunt validæ quàm tuæ, verumtamen
Haud metuo, ne iusiurandum nostrum quisquam
Culpitet: tu iam si quid tibi dolebit, scias qua doleat gratia.
AL. Di me perdant. ME. quodcunque optes velim tibi contingere.
AL. Si illam vxorem duxero mihi vnquam, quam despondit pater.
ME. Et me, si vnquam tibi vxorem filiam dedero meam.
A. Periurare me patiere? ME. atque aliquanto facilius,
Quàm me meámque rem perire, & ludificari filiam.
Abi, quære: vbi iuriiurando tuo satis sit subsidij.
Hic apud nos iam Alcesimarche confregisti tesseram.
A. Face semel periclum. M. sæpe feci: quod factum queror.
A. Redde mihi illam. ME. inter nouam rem verbum vsurpabo vetus.
Quod dedi, datum non vellem: quod reliquum est, non dabo.
A. Non remissura es mihi illam? M. pro me respondsa tibi.
A. Non remittes? M. scis iam dudum omnem meam sententiam.
A. Satin' tibi istuc in corde certum est? M. quin ego commentor quidem
Non adepol istæc tua dicta nunc in auris recipio.
A. Non? hem quid agis? ME. igitur animum aduorte, vt quid agas, scias.
A. At ita me di deæque, superi atque inferi, & medioxumi,
Itáq; me Iuno regina, & Iouis supremi filia,
Itaq; me Saturnus patruus eius & Castor pater,
Itáque me Ops opulenta illius auia. ME. immò mater quidem.
A. Iuno filia, & Saturnus patruus, & summus Iuppiter,
Tu[3] Melænis nunc propter te hæc pecco. ME. perge dicere.

1 L. deludit: 2 L. Eò facetus. 3 L. me delenis, propter

A. [1] An ne vt etiam quid consultura sis sciam? M. perge eloqui.
Non remittam, definitum est. A. enimuero ita me Iuppiter,
Itáque me Iuno, & Saturnus. ita' quid dicam nescio.
Iam scio, immò mulier audi, meam vt scias sententiam.
Dei me omnes magni minutique, & patellarij
Faxint, ne ego dem viuus hodie sautium Silenio,
Nisi ego te tuámque filiam, méque hodie obtruncauero.
Postea autem cum primo [2] lucu cras nisi ambo occidero,
Et equidem hercle nisi [3] perdatu tertio omnis affixero,
Nisi tu illam remittis ad me. dixi quæ volui, vale.
ME. abiit intrò iratus. quid ego nunc agam? si redierit
Illa ad hunc, ibidem loci res erit. vbi odium occœperit,
Illam extrudet, quum hanc vxorem Lemniam ducet domum.
Sed tamen ibo & persequar, amans ne quid faciat, cauto opust.
Postremò, quando æqua lege pauperi cum diuite
Non licet, perdam operam potius, quàm carebo, filia.
Sed quis hic est, qui recta platea cursum huc tendit suum?
Et illud paueo, & hoc formido, ita tota sum misera in metu.

LAMPADISCVS.

ANum sectatus sum clamore per vias.
Miserrimã habui: vt illæc hodie quot modis
Sibi moderatrix fuit atque immemorabilis?
Quot illi blanditias? quid illi promisi boni?
Quot admoui illi fabricas? quot fallacias?
In quæstione vix exsculpsi vt diceret,
Quia ei promisi [4] modiolum vini dare.

PHANOSTRATA, MELÆNIS, LAMPADISCVS.

PH. AVdire vocem visa sum ante ædis modò
Mei Lampadisci serui. LA. non surda [5] hera es.
Rectè audiuisti. PH. quid agis hic? LA. quod gaudeas.
PH. Quid est? LA. hinc ex hisce ædibus paulò prius,
Vidi exeuntem mulierem. PH. illam quæ meam
Gnatam sustulerat. LA. rem tenes. PH. quid postea?
LA. Dico ei quo pacto eam ab hippodromo viderim,

1 L. An nec etiam quod c. 2 L. luci.
3 vul. perdam te Lamb. pedatu tertio om. sed hoc ante Lamb. animaduerterat P. Leopardus.
4 L. me dolium 5 L. est hera.

Herilem filiam noſtram ſuſtollere,
P. *Extimuit tum illa?* ME. *iam horret corpus, cor ſalit.*
Nam mihi ab hippodromo memini afferri paruulam
Puellam, eámque me mihi ſupponere.
PH. *Age perge, quæſo, animus meus audire expetit,*
Vt res geſta ſit. ME. *vtinam exaudire non queas.*
LA. 1 *Pergo illo ſubagito blandis & benedictis dictis*
Illæc forte fortuna, fortius aures obſerat.
Ego Lemniam foras voco.
Nam illæc tibi nutrix eſt, ne matrem cenſeas.
Ego te reduco, voco ad diuitias, vbi
2 *Tu collocere in luculentam familiam.*
Vnde tibi talenta magna viginti pater
Det dotis. non enim hic vbi ex Tuſco modò
Tute tibi indignè dotem quæras corpore.
PH. *An amabo meretrix fuit. illa eſt, quæ illam ſuſtulit?*
L. *Immò meretrix fuit. ſed vt ſit, de ea re eloquar.*
Iam perducebam illam ad me ſuadela mea,
Anus ei amplexa eſt genua, plorans, obſecrans,
Ne deſerat ſe, eam ſuam eſſe filiam,
Séque eam peperiſſe ſanctè adiurabat mihi.
Iſtanc quam quæris, inquit, ego amicæ meæ
Dedi, quæ 3 *educeret eam pro filiola ſua.*
Et viuit, inquit. vbi ea eſt, inquam extemplò.
PH. *Seruate me dei obſecro.* ME. *at me perditis.*
PH. *Quoi illam dediſſet, exquiſiſſe oportuit.*
LA. *Quæſiui & dixit meretrici Melænidi.*
ME. *Meum elocutus eſt nomen,* 4 *interij, oppido.*
LA. *Vbi locuta eſt, ego continuò anum interrogo,*
Vbi habitat? inquam, duc ac demonſtra mihi,
Auecta eſt, inquit, peregrè hinc habitatum 5 *longius.* ME. 6 *obſtipas*
Aquulam. LA. *quò auecta eſt, eò ſequemur. ſiccine*
Agis nugas? periiſti, ni hercle hoc ediſſerus.
Inſtare vſque adeò donec ſe adiurat anus
Iam mihi monſtrare. PH. 7 *at non miſſam oportuit.*
LA. *Seruatur, ſed illæc ſe quandam aiebat mulierem*
Suam beneuolentem conuenire etiam prius,
Commune quacum id eſſet ſibi negotium,
Et ſcio venturam. ME. *me indicabit, & ſuas*
Ad meas miſerias addet. PH. *fac me conſciam,*
Quid nunc vis facere me? LAM. *intrò abi, atque animo bono es.*
Vir tuus ſi veniet, iube domi operirier,
Ne 8 *quæſtioni mihi ſit, ſi quid eum velim.*

1 Totus hic locus præclarè eſt à Lamb. reſtitutus, hoc mod. LA. Pergo puellã his colloquor dictis. iſtæc anus. Fortuitò inuentam, ne ſe deſeras, vocat. Nam &c. 2 L. Vt 3 L. educaret 4 L. interij, perij.
5 *Expungendum* longius 6 L. obſipat.
7. L. at eam non. 8 L. in quæſtione.

Ego ad anum recurro rurſum. PH. *Lampadio obſecro*
Cura. LA. *perfectum ego hoc dabo negocium.*
PH. *Deos téque ſpero.* LA. *eoſdem ego vt abeas domum.*
M. *Adoleſcens aſta, atque audi.* M. *men' mulier vocas?*
M. *Te.* L. *quid negotij eſt? nam occupatus ſum ampliter.*
ME. *Quis iſtic habitat?* L. *Demipho dominus meus.*
ME. *Nempe iſtic eſt, qui Alceſimarcho filiam*
Suam deſpondit in diuitias maxumas?
LA. *Is ipſuſt.* ME. *eho tu, quam vos igitur filiam*
Nunc quæritatis alteram? LA. *ego dicam tibi,*
Non ex vxore gnatam, vxoris filiam.
M. *Quid iſtuc eſt verbi?* L. *ex priore muliere*
Nata inquam meo hero filia eſt. M. *certe modò*
Huius quæ locuta eſt, quærere aiebas filiam.
L. *Huius ego quæro.* M. *quo modo igitur obſecro,*
Hæc eſt prior, quæ nupta nunc eſt? L. *conteris*
Tu tua me oratione mulier quiſquis es.
1 *Medioxuma quam duxit vxorem, ex ea*
Nata hæc eſt virgo, Alceſimarcho quæ datur,
Ea vxor diem obiit ſcis? M. *teneo iſtuc ſatis.*
Sed ego illud quæro confragoſum, quo modo
Prior poſterior ſit, poſterior ſit prior?
L. *Prius hanc compreſſit, quam vxorem duxit domum.*
Prius grauida facta eſt, priúſque peperit filiam.
Eam poſtquam peperit, iuſſit paruam proiici.
Ego proieci eam, alia mulier ſuſtulit:
Ego inſpectaui, herus hanc duxit pòſt ibi.
Eam nunc puellam filiam eius quærimus.
Quid nunc ſupina 2 *ſurſum in cœlum conſpicis?*
MI. *nunc iam iſtuc quo properabas, nihil moror.*
Nunc intellexi. L. *diis hercle habeo gratiam:*
Nam ni intellexes, nunquam credo amitteres.
M. *Nunc mihi bona neceſſumſt eſſe ingratiis,*
Quanquam eſſe nolo, rem palàm eſſe intellego.
Nunc egomet potius hanc inibo gratiam
Ab illis, quàm illæc indicet me. ibo domum
Atque ad parentes 3 *ſuos reducam Silenium.*

1 L. Medioxumam 2 L. ſic iam cœlum al. ſus iam cæl. ſus *pro ſurſum vel ſurſum.*
3 *Expungendum* ſuos
4 L. crepundia.

ACTVS III.
MELÆNIS, ALCESIMARCHVS, SILENIVM.

REm elocuta ſum tibi omnem, ſequere me mea Silenium:
Vt eorum cuiam eſſe oportet te, ſis potius quàm mea.
Quanquam inuita te carebo, animum ego inducam tamen.
Vt illud, quod tuam in rem bene conducat conſulam.
Nam hic 4 *repundia inſunt, quibus cum te illa o-*

lim ad me detulit,
Quæ mihi dedit, parentes te vt cognoſcant facilius.
Accipe hanc ciſtellam Haliſca, 1 atque agedum pulta illas fores.
Dic me orare, vt aliquis intus prodeat. propera ocyus.
AL. *Recipe me ad te mors, amicum & benevolum.* SI. *mater mea,*
Perimus miſerè. A. *vtrum hac 2 me feriam, an ab læua latus?*
ME. *Quid tibi eſt?* SI. *Alceſimarchum 3 ferrum tenentem manu non vides?*
AL. *Ecquid agis? remorare? lumen linque.* SI. *amabo accurrite,*
Ne ſe interimat. A. *ô ſalute mea ſalus ſalubrior.*
Tu nunc ſiue ego volo, ſeu nolo, ſolam me vt viuam facis.
ME. *Haud voluiſti iſtuc 4 ſæuum facere?* AL. *nihil mecum tibi,*
Mortuus tibi ſum, hanc vt habeo certum eſt non amittere.
Nam hercle iam ad me agglutinandam totam decretum eſt dare.
Vbi eſtis ſerui? occludite ædis peſſulis, repagulis,
Vbi hanc ego retulero intra limen. ME. *abijt, abſtulit*
Mulierem: ibo, perſequar iam illum intrò, vt hæc ex me ſciat:
Eadem ſic poſſum tranquillum facere ex irato mihi.

ACTVS IIII.
LAMPADISCVS *ſeruus,* PHANOSTRATA *mulier.*

LA. *NVllam ego me vidiſſe credo magis anum excruciabilem,*
Quàm illæc eſt, quæ dudum faſſa eſt mihi, quæ ne inficias eat?
Sed eccam heram video. ſed quid hoc eſt, hæc quòd ciſtella hic iacet
Cum crepundijs? nec quenquam conſpicor alium in via.
Faciundum eſt puerile officium, conquiniſcam ad ciſtulam.
PH. *Quid 5 ais Lampadio?* LA. *hæc ciſtella núm nam hinc à nobis domo eſt?*
Nam hinc ab oſtio iacentem ſuſtuli. PH. *quid nuncias*
Super anu? LA. *ſceleſtiorem in terra nullam eſſe alteram.*
Omnia 6 inficiatur ea quæ dudum confeſſa eſt mihi.
Nam hercle ego illam anum irridere me vt ſinam? ſutius eſt mihi,
Quouis exitio interire. PH. *di obſecro voſtram fidem.*
LA. *Quid deos obſecras?* PH. *ſeruate nos.* LA. *quid eſt?* PH. *crepundia*
Hæc ſunt, quibuſcum tu extuliſti noſtrã filiolam ad necem.
LA. *Sanáne es.* PH. *hæc ſunt profectò.* LA. *pergin?* PH. *hæc ſunt.* LA. *ſi mihi*
Alia mulier iſtoc pacto dicat, dicam eſſe ebriam.
PH *Non ecaſtor 1 caſſa memoro: nam obſecro vnde hæc gentium?*
Aut quis Deus obiecit hanc ante oſtium noſtrum? quaſi
Dedita opera in tempore ipſo, ſpes mihi ſanctæ ſubuenit.

HALISCA *ancilla,* LAMPADISCVS, PHANOSTRATA.

H. 2 *NIſi quid mihi opis Di dant, diſperi, neque vnde auxilium mihi aut præſidium expetam habeo.*
Itaque petulantia mea me animi miſeram habet.
Quæ in tergum meum ne veniat 3 formido malè.
Si hera mea ſciat, tam ſocordem eſſe quàm ſum,
Quámne in manibus tenui atque accepi hic ante ædis
Ciſtellam, vbi ea ſit neſcio? niſi, vt opinor,
Loca hæc circiter excidit mihi. mi homines,
Mi ſpectatores, facite indicium, ſi quis
Vidit, ſi quis eam abſtulerit, quiſne
Suſtulerit, & vtrum hac, an illac iter inſtiterit.
4 Sed nónne ecaſtor ego ſum multo inſcitior, hos quæ rogem, aut quæ fatigem,
Qui ſemper malo muliebri ſunt lubentes?
Nunc veſtigia ſi qua ſunt, noſcitabo.
Nam ſi nemo hàc præteriit, poſtquam intro abij,
Ciſtella hic iaceret. quid hic? periit opinor,
5 Actum hic eſt, ilicet me infœlicem & ſceleſtam.
6 Nulla hic eſt, neque ego ſum vſquam, perdita 7 me perdidit.
Sed pergam vt cœpi, 8 quæritabo ego hic tamen.
Nam & intus paueo, & 9 formido foris, ita nunc
Vtrobique me metus agitat, illo ſunt hominis miſerè
Miſeri. ille nunc latus eſt, quiſquis eſt, qui illam habet.
Quæ neque illa illi quicquam vſui'ſt, mihi eſſe poteſt.
Sed memet moror, quum hoc ago 10 ſecordius.
Haliſca hoc age, ad terram aſpice, & diſpice
Oculis 11 inueſtiga aſtutè augura 12. LA. *hera*

1 *L.* falſa. 2 *Ita legendi ſunt hi duo verſus* Niſi quid mihi opis, *vnus eſt verſus, deinde alter.* Di dant, diſperij, neque vn. au. ex h. 3 *L.* malè formido.
4 *L.* Non ſum inſcitior *&c.*
5 *L.* Actum eſt, il 6 *L.* Nulla'ſt neq.
7 L. perdidit me. 8 *L.* tamen quæritabo.
9 L. foris formido, 10 L. ſocordius. 11 *L.* inueſtigans. 12 L. LA. hera. *& ſeq. ver.* PH Hem, quid eſt?

1 *L.* Delendum atque.
2 L. mi.
3 L. non vides ferrum tenentem manu,
4 *L.* ſeuerum. 5 L. agis. 6 *L.* inſicias ire ea q. d. c. e. mihi?

hem tibi?
PH. *Quid est?* LA. *hæc est.* PH. *quis?* LA. *qui hæc excidit cistella:*
1 *Eccum locum signat vbi ea excidit.* PH. *apparet.*
HA. *Sed is hac ijt,* 2 *hac socci video vestigium*
In puluere: persequar hàc, 3 *hoc iam loco cum altero*
Cõstitit. 4 *meis hic oculis turbo se obiecit modò.*
Neq; prorsum ijt hàc, hic stetit, hinc illuc exijt, hic
Concilium fuit, ad duos attinet. hi qui sunt?
At at singulum video vestigium, sed is hàc abijt.
Cotemplabor. 5 *is hinc huc ijt, hinc nusquã abijt.*
Actam rem ago, quod perijt, perijt. meum corium
6 *Cum cistella, redeo intrò.* PH. *Mulier mane,*
sunt
Qui volunt te conuentam. HA. *quis me reuocat?*
LA. *Bona fœmina, & malus masculus* 7 *hic te volunt.*
H. *Plus qui vocat, scit quod velit, quàm ego quæ vocor, reuertor.*
Ecquem vidisti 8 *tollere hic, amabo, in hac regione,*
Cistellam cum crepundijs, quam ego hic amisi misera?
Nam dudum vt 9 *ad Alcesimarchum huc omnes accurrimus.*
Capillo scisso, atque exciſſatis auribus tumultuantem ne se vita
Interimeret, tum timore puto hic excidisse cistellam mihi.
LA. *Hæc mulier nostra est, quin operam damus hera parumper?*
HA. *Disperij misera, quid ego heræ* 10 *dicam meæ, quæ me opere tanto*
11 *Eam seruare iusserat, qui suos Silenium parentes*
Facilius posset noscere: quæ heræ meæ supposita est parua
Quam quædam meretrix ei dedit. LA *nostram hæc rem fabulatur.*
Hanc scire oportet filia tua vbi sit, signa vt dicit.
HA. *Nunc eam volt suæ matri & patri, quibus nata est* 12 *vtrò reddere.*
Mi homo obsecrò alias res geris, ego tibi meas
13 *mando.*
LA. *Istuc ago, atque istic mihi cibus est quòd fabulare.*
Sed inter rem 14 *agendam ista, heræ huic respondi quod* 15 *rogat:*
Nũc ad te redeo, si quid est opus dic, impera & tu,

1 *L.* Certè eccum *&c.* 2 *L.* qua. 3 *L.* in hoc. 4 *L.* his meis turba oculis modò se obiecit. 5 *Expungendum* is. 6 *Abest partic,* Cum à *vet. cod.* 7 *L.* volunt te. HA postremò ille Plus. 8 *L.* auferre. 9 L. accurrimus ad Alcesimarchũ ne suam vitam Interimeret, tũ mihi puto præ timore hic excidisse Cistellã. A. hæc mul. 10 L. meæ dicã, 11 L. Seruare iussit, qui. 12 L. reddere. 13 *L.* res mando. 14 L. istam agendam. 15 L. rogabat.

Quid quærit abas? HA. *mi homo, & mea mulier,*
ego vos saluto.
PH. *Et nos te. sed quid quæritas?* HA. *vestigium hic requiro,*
Quà aufugit quædam nescio quò mihi. PHA. *quid id quid idnam est?*
HA. 2 *Alienámne, an familiarem hanc ego memorem?*
LA. *Mala merx hera hæc & callida est.* PH. *ecastor ita videtur.*
LA. *Imitatur nequam bestiam, & damnificam.*
PH. 3 *sed quámnam amabo?*
LA. *Inuoluolum quæ in pampini folio intorta, implicat se,*
Itidem hæc 4 *intortam hic orationem exordiur sibi.*
Quid quæritas? H. *cistellam hic mihi adolescens euolauit.*
L. *In* 5 *cauea latam oportuit.* H. *non ædepol præda magna.*
LA. *Mirum quin grex venalium in cistella insuerit vnà.*
PH. *Sine dicat.* LA. *si dicat quidem.* PH. *age loquere tu quid ibi insuerit.*
H. *Crepundia vna.* L. *est quidam homo, qui illam ait se scire vbi sit.*
HA. *At pol ille à quadam muliere, si eam* 6 *demonstret ineat magnam gratiam.*
LA. *At sibi ille quidam volt* 7 *mercedem dari.*
HA. *at pol illa quædam*
Quæ illam cistellam perdidit, 8 *eam qui dat sibi esse, quod ei det, negat.*
LA. *At enim ille quidam argentum expetit.*
HA. *at nec quicquam argentum expetit.*
LA. *At pol ille quidã, mulier, in nulla opera gratuita est.*
9 *Commoda loquelam* 10 *tu tibi, nunc prodimus & confitemur*
Cistellam habere. H. *at vos salus seruassit. vbi ea nunc est?*
PH. *Saluam eccam. sed ego rem meam magnam confabulari*
Tecum volo: sociam te mihi 11 *opto ad meam salutem.*
HA. *Quid istuc negocij est? aut quis es?* PH. *ego sum illius mater*
Quæ hæc gestitauit. HA. *hiccine tu ergo habitas?*
PH. *ariolare.*
Sed quæso ambages mulier mitte, atque hoc age,
Eloquere vnde hæc sunt tibi citò crepundia?
HA. *Mea hæc herilis gestitauit filia.*
LA. *Mentiris, nam mea gestitauit, non tua.*
P. *Ne obloquere.* LA. *taceo.* 12 *mulier perge dicere,*
Vbi ea est, quæ gestitauit? HA. *hic in proximo.*

1 *Expungendum* ego. 2 *L.* Alienum quod damnum affert & mœrorem familiarem. 3 *Expungẽdum* sed. 4 L. exorditur sibi intort. hic orat. 5 *L.* cauea datam. 6 *L.* mõstret, gratiã ineat. 7 L. dari mercedem. 8 L. cuidam negat esse quod det. 9 *Lamb. hæc ver. esse putat Phædriæ.* 10 *L.* tuam, tibi 11 L. adopto. 12 L. PH. mulier.

PH. *Istic*

PH. *Istic quidam adepol mei habitat viri gener.*
1 LA. *Adhinnire equulam possim ego hanc,*
Si detur sola soli:
Nam ita mustulentus æstus nareis attigit.
2 LA. *Ne.* PH. *obloquere rursus, perge porro dicere.*
Quot annos nata dicitur? HA. *3 septendecim.*
PH. *Mea est.* LA. *ea est, vt numerus annorum attulit.*
4 *Quid qua'** iam quæro meam.*
*Poi' 5 ** sunt, quæro tertiam.*
PH. *Quod quæritabam, filiam inueni meam.*
HA. *Æquum est 6 tenere per fidem quod creditum est,*
Ne bene merenti sit malo benignitas.
Nostra hæc alumna 7 est profectò filia.
Et redditura hera est tibi tuam, & ea gratia
Domo profecta est: ceterùm ex ipsa obsecro
Exquiritote, ego serua sum. PH. *æquum postulas.*
Illius ego istanc esse malo gratiam.
HA. *Sed istanc cistellam te obsecro vt reddas mihi.*
PH. *Quid sit Lampadio?* LA. *quod tuum est, teneas tuum.*
PH. *At me huius miseret.* LA. *sic faciundum censeo.*
PH. *Da cistellam tu, & intrò abi cum istac simul.*
LA. *Tibi ausculabo, tene tu cistellam tibi.*
Abeamus intrò. sed quod nomen est tuæ
Dominæ? HA. *Melænis.* PH. *i præ, iam ego te 8 sequar.*

1 *Hos tres versus in vulg. repertos retinet Lamb. ideo edendos curauimus.* 2 L. PH Ne obloq.
3 L septem & decem.
4 L. HA Quod quærebas reperisti: iam q.
5 L. hę suas nactę sunt,
6 *L.* teneri. 7 L. est tua pr. 8 *L. al.* sequor.

ACTVS V.

DEMIPHO *senex*, LAMPADIO *seruos.*

DE. *Quid hoc negotij est, quod homines fabulantur per viam,*
Mihi esse filiam inuentam, & Lampadionem me in foro
Quæsiuisse aiunt? LA. *here vnde is?* DE. *ex senatu.* LA. *gaudeo*
Tibi mea opera liberorum esse amplius. DE. *et enim non placet.*
Nihil moror aliena mihi opera fieri pluris liberos.
Sed 1 quidnam istuc est? LA. *propeea ire intrò 2 ad affinem tuum,*
Filiam tuum iam cognosces, intus ibidem vxor tua est.
DE. *Abi citò, præuorti hoc certum st rebus alijs omnibus.*

3 GREX.

NE *expectetis spectatores, dum illi huc ad vos 4 exeant.*
Nemo exibit, omnes intus conficient negocium.
Vbi id erit factum, ornamenta ponent postidea loci.
Qui deliquerit, vapulabit: qui non 5 deliquerit, bibet.
Nunc quod ad vos spectatores reliquum relinquitur,
More maiorum date plausum postrema in comœdia.

1 L. quid ist.
2 *L.* huc ad.
3 *L.* CATERVA.
4 L eant.
5 L. deliquit.

EPIDICVS.

DRAMATIS PERSONÆ.

EPIDICVS *seruos.*
THESPRIO *seruos.*
STRATIPPOCLES *adolescens.*
CHERIBVLVS *adolescens.*
APOECIDES *senex.*
PERIPHANES *senex.*
MILES.
MVLIER.
VIRGO.
FIDICINA.
DANISTA.
GREX.

ARGVMENTVM.



MIT fidicinam, filiam credens senex
Persuasu serui aliam qui conductitiam
Iterum pro amica ei subiecit, filio
Dat herili argentum, eo sororem
1 *præstinat,*
Cognoscit opera sibi senex os sublitum,
Vt ille amicam, hæc quæritabat filiam,
Sed inuenta gnata, seruolum emittit manu.
5 *Imprudens iuuenis, nos compresse, ac militis,*

1 *L.* destinat

EPIDICVS, THESPRIO, *serui duo.*

HEus *adolescens.* TH. *quis properantem me prehendit pallio?*

EP. *Familiaris.* TH. *Fateor, nam odio es, nimium familiariter.*
EP. *Respice verò Thesprio.* TH. *oh, Epidicúmne ego conspicor?*
EP. *Certè oculis vteris.* TH. *salue.* EP. *dij dent quæ velis.*
Venire saluom gaudeo. TH. *quid ceterum?* EP. 1 *quod eo assolet,*
Cœna tibi dabitur. TH. *spondeo.* EP. *quid?* TH. *me accepturum, si dabis.*
EP. *Quid tu? agis vt velis?* TH. *exemplum adesse intellego.* EP. *euge.*
Corpulentior videre atque 2 *agilior.* TH. *huic gratia.*
E. *Quam quidem, te iamdiu deperdidisse oportuit.*
TH. *Minus iam furtificus sum, quàm antehac.*
E. *quid ita?* TH. *rapio propalam.*
E. *Di immortales te infelicitent, vt tu is gradibus grandibus.*
Nam vt apud portam te conspexi, curriculo occœpi sequi:
Vix adipiscendi potestas modò fuit. T. *scurra es.* E. *scio,*
Te esse quidem hominem militarem. T. *audaciter quamuis dicito.*
E. *Quid agis? perpetuon' valuisti?* TH. *variè.* E. *qui varie valent,*
Caprigenum hominum non placet mihi, neque pantherinum genus.
TH. *Quid tibi vis dicam, nisi quod est?* E. 3 *vt illi illa respondeas probè.* TH. *probè.*
E. *Quid herilis noster filius valet?* TH. *pugilicè atque athleticè.*
E. *Voluptabilem mihi* 4 *tuo aduentu attulisti nuncium.*
Sed vbi is est? TH. *adueni simul.* E. *vbi is ergo est? nisi si in vidua,*
Aut si in mellina attulisti. T. *dij te perdant.* E. *te volo*
Percontari, operam mihi da, opera 5 *redibitur tibi.*
TH. *Ius dicis.* E. *me decet* 6 *quidem.* TH. *iam tu autem nobis præturam geris?*
E. *Quem me* 7 *dices digniorem esse hominem hodie Athenis alterum?*
T. *At enim vnum à prætura tua Epidice abest.*
E. *quid nam?* TH. *scies.*
Lictores duo, duo viminei fasces virgarum. E. *væ tibi.*
Sed quid ais? T. *quid rogas?* E. *vbi arma sunt Stratippocli?*
TH. *Pol illa ad hostes* 8 *transfugere.* E. *armáne?*
T. *atque quidem citò.*
E. *Seriòne dicis hæc tu?* T. 9 *seriòne inquam hostes habent.*
E. *Ædepol facinus improbum.* T. *at iam ante alij fecerunt idem,*
Erit illi illa res honori. E. *quî?* T. *quia antea aliis fuit.*
Mulciber credo arma fecit, quæ 1 *in bello habuit Stratippocles,*
2 *Transuolauerunt ad hostes.* E. *tum ille prognatus Theti,*
Sine perdat, alia apportabunt eij Nerei filia.
Id modò 3 *videndum, vt materies suppetat scutariis,*
Si in singulis stipèdijs is ad hostis exuuias dabit.
T. *Supersede istis rebus iam.* E. *tu ipse vbi lubet, finem face.*
T. *Desiste percontarier.* E. *eloquere, vel ipse est Stratippocles?*
TH. *Est causa, qua causa simul mecum ire veritu'st.* E. *quidnam id est?*
T. *Patrem videre* 4 *senem non volt etiam nunc.*
E. *quapropter?* T. *scies.*
Quia forma lepida & liberali, captiuam adolescentulam
De præda mercatu'st. E. *quid ego ex te audio?* T. *hoc quod fabulor.*
E. *Cur eam emit?* T. *animi causa.* E. *quot illic homo animos habet?*
Nam certo priusquam hinc ad legionem abijt domo,
Ipse mandauit mihi, ab lenone quadam vt fidicina,
Quam amabat, emeretur sibi id ei impetratum reddidi.
T. *Vtcunque in alto ventus est Epidice, ex imo velum vortitur.*
E. *Væ misero mihi, malè perdidit me.* T. *quidnam istuc? quid est?*
E. *Quid? istanc quam emit, quanti eam emit?* T. *vili.* E. *haud istuc te rogo.*
T. 5 *Quid igitur?* E. *quot* 6 *minis?* T. *tot, quadraginta minis.*
Id adeo argentum ab Danista, apud Thebas sumpsit fœnore,
In dies minasque argenti singulas, nummis. E. *papæ.*
T. *Et is Danista aduenit vnà cum eo, qui argentum petit.*
E. *Di immortales, vt ego interij basilicè.* T. *quid iam, aut quid est*
Epidice? E. *perdidit me.* T. *quis?* E. *ille qui* 7 *arma perdidit.* T. *nam*
Quid ita? E. *quia quotidie ipse ad me ab legione epistolas*
Mittebat: sed taceam optumum fit. PLVS scire satius est quàm loqui
Seruum hominem, ea sapientia est. T. *nescio adepol quid tu timidus es.*

1 L. adeo 2 L. habitior. & ita Lips.
3 L. vt illa respondeas probè. Quid her.
4 L. nuncium tuo aduentu attulisti: sed vbi Est is? TH. adu. 5 L. reddibitur. 6 *Expungendum* quidē
7 L. dicis. 8 L. trāsfugerūt. 9 L. serio inquam h.

1 *L.* adeo 2 *L.* habitior. & ita *Lips.*
3 *L.* vt illa respondeas probè. Quid her.
4 *L.* nuncium tuo aduentu attulisti: sed vbi Est is? TH. adu. 5 *L.* reddibitur. 6 *Expungendum* quidē
7 *L.* dicis. 8 *L.* trāsfugerūt. 9 *L.* serio inquam h.

1 *Dele* in bello 2 *L.* trauolauerunt.
3 *L* videndum est, 4 *L. al.* se non vult.
5 *L.* redde igitur. 6 *L.* minis emit?
7 *L.* perdidit arma

Tre-

Trepidas Epidice, ita 1 *voltum tuum videor videre commeruisse*
Hinc me absente, 2 *aliquid mali.* E. *potin' vti molestus ne sies?*
TH. *Abeo.* EP. *asta, abire* 3 *nunc non sinam.* TH. *quid nunc me retines?*
EP. *Amatne istam, quam emit de præda.* TH. *rogas? deperit.*
EP. *Detegetur corium de tergo meo.* TH. *plúsque amat, quàm te vnquam amauit.*
EP. *Iuppiter te perduit.* TH. *mitte nunc iam me. nam ille me ad vos ire vetuit domum,*
Venire ad Cheribulum iussit huc in proxumum, ibi manere iussit,
Eò venturus est ipse. EP. *quid ita?* TH. *dicam, quia patrem*
Prius 4 *conuenire se non volt, neque conspicari, quàm id argentum*
Quod 5 *debet, dinumerauerit.* EP. *heu ædepol res turbulenta est.*
TH. *Mitte me vt eam nunc iam.* EP. *hæccine vbi scibit senex? puppis*
Pereunda est probè. TH *istuc ad me attinet, quo tu intereas modo?*
EP. *Quia perire solus nolo, te cupio perire mecum,*
6 Beneuolens cum beneuolente. TH. *abi in malam rem maximam à me*
Cum istac conditione. EP. *i sanè, si quid festinas magis.*
TH. *Nunquam hominem quenquam conueni, vnde abierim lubentius.*
Et illic hinc abiit, solus nunc es: quo in loco hæc res sit, vides
Epidice. nisi quid tibi in tete auxilij est, absumptus es.
Tantæ in te impendent ruinæ, nisi suffulcis firmiter,
Non potes subsistere. itaque in te irruunt montes mali.
Neque ego nunc, quomodo me expeditum ex impedito faciam,
Consilium placet ego miser perpuli meis dolis senem,
Vt censeret suam sese emere filiam. is 7 *filio suo*
Fidicinam emit, quam ipse amat, quam abiens mandauit mihi.
Is sibi nunc alteram ab legione 8 *adduxit animi*
Caussa, corium perdidi. nam iam vbi senex senserit
Sibi data esse verba, virgis dorsum despoliet meum.
At enim tu præcaue, nihil est istuc, planè hoc corruptum'st caput.
Nequam homo es Epidice. qui tibi libido'st malè loqui?

1 L. è voltu tuo vid. videre te com. 2 *L.* in te aliquid. 3 L. hinc. 4 *L.* se conuenire. 5 *L.* debetur pro illa din. 6 L. Beneuolentem. 7 *L.* suo filio. 8 *L.* abduxit.

Quia tute tete deseris, quid faciã? men' tu rogas?
Tu quidem antehac aliis solebas dare consilia mutua.
Quid? quid? aliquid reperiundum est. sed ego cesso ire obuiam
Adolescenti, vt quid negotij sit sciam? atque ipse illic est.
Tristis est. cum Cheribulo incedit æquali suo.
Huc concedam, orationem vnde horum placidè persequar.

STRATIPPOCLES, CHERIBVLVS *adolescens*, EPIDICVS *seruus.*

ST. *REm tibi sum elocutus omnẽ Cheribule, atque admodum*
Meorum mœrorum, atque amorum, summam edictaui tibi.
CH. *Præter ætatem & virtutem stultus es Stratippocles,*
Idne pudet te? quia captiuam genere prognatam bono
In præda es mercatus? quis erit vitio qui id vortat tibi?
S. *Qui inuident, omnes inimicos mihi istoc facto repperi:*
At pudicitiæ eius nunquam nec vim, nec vitium attuli.
C. *Iam istoc probior es meo quidem animo, cùm in amore temperes.*
ST. *Ni hic agit qui diffidentem verbis solatur suis.*
Is est amicus, qui in re dubia re iuuat, vbi re est opus.
C *Quid tibi me vis facere?* ST. *argenti dare quadraginta minas.*
Quod Danistæ detur, vnde ego illud sumpsi fœnore.
C. *Si hercle haberem, non negarem.* ST. *nã quid te igitur retulit,*
Beneficum esse oratione, si ad rem auxilium emortuum est?
C. *Quin ædepol egomet* 1 *amore differor.*
S. *Malim istiusmodi mihi amicos furno mersos, quàm foro.*
Sed operam Epidici nunc me emere precio precioso velim.
Quem quidem ego hominem irrigatum plagis pistori dabo.
Nisi hodie prius comparassit mihi quadraginta minas,
Quàm argenti fuero elocutus ei postremam syllabam.
EP. *Salua res est. bene promittit, spero seruabit* 2 *itidem,*
At ne meo sumptu, paratæ iam sunt scapulis symbolæ.
Aggrediar hominem. aduenientẽ 3 *herum suum*

1 L. clamore defatigor, differor. 2 *L.* fidem. 3 L. peregre herum s.

Stratippoclem
Salua impertit salute seruus Epidicus. ST. *vbi is est?* E. *adest.*
Saluum te gaudeo aduenisse. ST. *tam tibi istuc credo quàm mihi.*
E. *Benène vsque valuistin'?* ST. *à morbo valui, ab animo æger fui.*
E. *Quod ad me attinuit, ego curaui: quod mandasti mihi,*
Impetratum est, empta ancilla'st, quod tute ad me literas
Missiculabas. ST. *perdidisti omnem operam.* E. *nam* 1 *qui perdidi?*
S. *Quia meo neque cara est cordi, neque placet.* E. *quid retulit*
Mihi tantopere te mandare, & mittere ad me epistolas?
ST. *Illam amabam olim, nũc iam alia cura impendet pectori.*
L. *Hercle miserum' est ingratum esse hominem, id quod facias bene.*
Ego quod benefeci, malefeci: quia amor mutauit locum.
ST. *Desipiebam mentis, cùm illas scriptas mittebam tibi.*
E. *Men' piacularem oportet fieri ob stultitiam tuam?*
Vt meum tergum stultitiæ subdas succidaneum.
CH. 2 *Quid verba facimus? huic homini opus est quadraginta minis,*
Celeriter calidis, Danistæ quas resoluas, & citò.
E. *Dic modò, vnde auferre me vis? à quo trapezita peto?*
ST. *Vnde lubet, nam ni ante* 3 *solis occasum elo*
Meam domum ne imbitas. tu te in pistrinum 4
E. *Facilè tu istuc sine* 5 *periculo, & cura, corde libero*
Fabulare: noui ego nostros, mihi dolet quum ego vapulo.
ST. *Quid tu nunc? patierin' vt ego me interimam?* E. *ne feceris.*
Ego istuc accedam periculum potius atque audaciam.
ST. *Nunc places, nunc ego te laudo.* EP. *patiar ego istuc quod lubet.*
S. *Quod de illa fiet fidicina igitur?* E. *aliqua reperibitur.*
Aliqua ope exoluam, extricabor aliqua. S. *plenus consilij es,*
Noui ego te. E. 6 *Euboicus miles locuples multo auro potens*
Qui vbi tibi istam emptam esse scibit, atque hãc adductam alteram,
Continuò te orabit vltrò, vt illã transmittas sibi.
Sed vbi illa est, quam tu adduxisti tecum? S. *iam faxo, hîc erit.*
CH. *Quid hîc nunc agimus?* ST. *eamus intrò ad*

1 *L.* quid. 2 *L* Quid istic verba. 3 L. Solem occasum hoc argentum eloces. 4 L. recta inferas. 5 *L.* periclo, 6 L. Est Euboicus

te, vt hunc hodie diem (*taria*
Luculentè habeamus. E. *ite intrò, ego de re argen-*
Iam senatum conuocabo, in corde consiliarium,
Cui potissimum indicatur bellum, vnde argentum auferam.
Epidice vide quid agas, ita res subito obiecta est tibi.
Non enim nunc tibi dormitandum, neque 1 *con-* 160
tandi copia est.
2 *Tibi audendum est, senem oppugnare, certum est consilium mihi.*
Ibo intrò, atque adolescenti dicam nostro herili filio,
Nec hic 3 *foras ambulet, néue vsquam veniat obuiam seni.*

ACTVS II.
APOECIDES, PERIPHANES, *senes duo.*

PLerique homines, quos quum nihil refert, pudet, vbi pudendum est,
Ibi eos deserit pudor quum vsus est vt pudeat. is 165
adeò tu es 4 *qui*
5 *Des quod pudendum siet, genere natam bono, pauperem, domum,*
Ducere vxorem, præsertim eam, qua ex tibi commemores
Hanc quæ domi est filiam 6 *prognatam.* PE. *reuereor filium.*
AP. *At pol ego te credidi vxorem quam tu extuliſti pudore exequi,*
Cuius quoties sepulchrum vides, sacrificas illico 170
horco 7 *hostias*
Neque adeo iniuria, quia licitum est eam tibi viuendo vincere.
PE. *Oh Hercules ego fui, dum illa mecum fuit: neque sexta ærumna*
Acerbior Herculi, quàm illa mihi 8 *obiecta est.* A. *pulcra*
Ædepol dos pecunia est. PE. *quæ quidem pol non marita est, Apœcide*

EPIDICVS *seruus:* APOECIDES, PERIPHANES, *senes duo.*

ST, tacete, habet animum bonum, liquido exeo 175
foras
Auspicio: aui sinistra, acutum cultrum habeo,
9 *seni qui exenterem*
Marsupium. sed eccum ipsum ante ædis conspicor Apœcide
Qualis volo vetulos duos. iam ego me conuortam in hirudinem,
Atque eorum exugebo sanguinem: senati qui columen cluent.

1 *L* cunctandi.
2 *L.* At eundem senem.
3 L. foris 4 *L.* quid. 5 *L.* Est.
6 *L.* prognatam? *interrogatiue.* 7 L. hostis.
8 L. est obiecta.
9 L. senis.

A. Gesti-

A. *Continuò vt maritus fiat.* PE. *laudo consilium tuum.*
A. *Nam ego illum audiui in amore hærere, apud nescio quam fidicinam.*
PE. *Id ego excrucior.* EP. *di hercle me omnes adiuuant, augent, amant,*
Ipsi hi 1 *mihi dant viam, quo pacto ab se argentum auferam.*
Age nunc iam orna te Epidice, & palliolum in collum coniice,
Atque dissimulato, quasi per vrbem totam hominem quæsiueris.
Age si quid agis, dij immortales, vtinam conueniam domi
Periphanem, per omnem vrbem, quem sum defessus quærere:
Per medicinas, per tonstrinas, in gymnasio, atque in foro,
Per myropolia, & lanienas, circúmque argentarias.
Rogitando sum raucus factus, penè incursu concidi.
A. *Epidice.* EP. *Epidicum quis est qui reuocat?*
PE. *Ego sum Periphanes.*
A. *Et ego Apœcides sum.* EP. *& ego quidem sum Epidicus, sed here optuma*
Vos video ambo aduenire opportunitate. PE. *quid rei est?*
E. *Mane, sine respirem quæso.* PE. *imò acquiesce.*
EP. *animo malè est.*
Recipiam anhelitum. A. *clementer acquiesce.*
EP. *animum aduortite.*
A legione omnes remissi sunt domum Thebis. A. *quis hoc*
2 *Sic factum?* EP. *ego ita factum esse dico.* PE. *scin tu istuc?* EP. *scio.*
PE. *Qui tu scis?* EP. *quia ego ire vidi milites plenis viis.*
Arma referunt, 3 *iumenta ducunt.* PE. *numis factum bene.*
Tum captiuorum quid ducunt secum? EP. *pueros, virgines,*
Binos, ternos, alius quinque, fit concursus per vias.
Filios suos quisq; 4 *visit.* PE. *hercle rem gestam bene.*
EP. *Tum meretricum numerus tantus,* 5 *quantus in vrbe omni fuit.*
Obuiam ornatæ occurrebant suis quæque amatoribus:
Eos captabant. id adeò 6 *quàm maximè animum aduorterim,*
Pleræque hæ sub vestimentis secum habebant retia.
Quum ad portum venio, atque ego illam illic video præstolarier,
Et cum ea tibicine ibant quattuor. PE. *quicum Epidice?*

1 *L.* quidem mihi. 2 *L.* Scit. 3 L. & iumenta. 4 *vet. cod.* visunt. 5 L. quantum. 6 *L.* qui.

EP. *Cum illa quam tuus annos multos deamat, deperit?*
Vbi fidémque, rémque, séque, téque properat perdere,
Ea præstolabatur illum 1 *ad portam.* PE. *viden' veneficam.*
E. *Sed vestita, aurata, ornata, vt lepidè, vt concinnè, vt nouè.*
PE. *Quid erat induta, an regillam inducula, an mendiculam?*
EP. *Impluuiatam, vt istæc facimus vestimentis nomina.*
Vt in impluuium 2 *erat induta.* PE. 3 *quid istuc mirabile'st.*
Quasi non fundis exornatæ multæ incedant per vias,
At tributus cùm imperatus est, potesse pendi negant:
Illis quibus tributus maior penditur, pendi potest.
Quid istæ quæ vesti quotannis nomina inueniunt noua?
Tunicam rallam, tunicam spissam, linteolum cæsicium,
Indusiatam, patagiatam, caltulam, aut crocotulam,
Supparum, aut subminiam, ricã, basilicum, aut exoticum,
Cunatile aut plumatile, cerinum aut melinum, gerræ maximæ.
Cani quoque 4 *ademptum'st nomen.* E. *qui?* P. *vocant Laconicum.*
E. *Hæc vocabula auctiones subigũt, vt faciãt viri.*
P. *Quin tu vt occœpisti loquere.* E. *occœpere aliæ mulieres*
Duæ post me sic fabulari inter 5 *se, ego abscessi solens,*
Paulum ab illis, dissimulabam me harum sermoni operam dare,
Nec 6 *sat exaudiebam, nec sermonis* 7 *fallebat tamen,*
Quæ loquerentur. P. *Id lubido est scire.* E. *ibi illarum altera*
Dixit illi, quicum ipsa ibat. P. *quid?* E. *tace ergo vt audias.*
Postquam illam sunt conspicatæ, quam tuus gnatus deperit,
Quàm facilè 8 *& fortunatè euenit illi, obsecro, mulieri?*
Liberare quam vult amator. quisnam is est? inquit altera
Illi. ibi nominat Stratippoclem Periphanæ filium. P. *perij*
Hercle. quid ego ex te audio? E. *hoc* 9 *quidem actum. egomet pòst vbi illas audiui loqui,*
Cœpi rursum vorsum ad illas pauxillatim accedere,

1 L. apud. 2 L. induta erat. 3 L. quid autem ist. 4 *L.* etiam adempt. 5 *L.* se. 6 *L.* satis. 7 fallebar. 8 *L.* & quàm fort. 9 L. quod.

Quasi rotruderet hominum me vis inuitum. P. *intellego.*
E. *Ibi illa* 1 *interrogat illam, quî scis? quis id dixit tibi?*
Quin hodie allatæ sunt tabellæ ad eam à Stratippocle, eum
Argentum sumsisse apud Thebas ab Danista fœnore,
Id paratum, & sese ob eam rem id ferre. PE. *cedò, ego occidi.*
E. *Hæc sic aiebat,* 2 *sic audiuisse se ab se, atque epistola.*
P. *Quid ego faciam nunc? consilium à te* 3 *expetesso Apœcides.*
A. *Reperiamus aliquid callidi conducibilis consilij.*
Nam ille quidem, aut iam hic aderit credo hercle, aut iam adest. E. *si æquum siet*
Me plus sapere quàm vos, dederim vobis consilium cautum,
Quod laudetis, vt ego opinor, vterque. PE. *ergo* 4 *vbi id est Epidice?*
E. *Atque ad eam rem conducibile.* A. *quid istuc dubitas dicere?*
E. *Vos priores esse oportet, nos posterius dicere,*
Qui plus sapitis. A. *eia verò, age dic.* E. *at deridebitis.*
A. *Nô ædepol faciemus.* E. 5 *si placebit vtiminor*
Consilium, si non placebit, reperitote rectius.
Mihi istic nec seritur, nec metitur, nisi ea quæ tu vis volo.
PE. *Gratiam habeo, fac participes nos tuæ sapientiæ.*
E. *Continuò arbitretur vxor tuo gnato, atque vt fidicinam*
Illam quam is volt liberare, quæ illum corrumpit tibi,
Vlciscare: atque ita curetur, vsque ad mortem vt seruiat.
A. *Fieri oportet.* PE. *facere cupio quiduis, dum id fiat modò.* E. *hem.*
Nunc occasio'st faciundi, 6 *prius in vrbem quàm aduenit*
Sicut cras hic aderit, hodie non venerit. PE. *quî scis?* E. *scio,*
Quia mihi alius dixit qui illinc venit, manè hic 7 *hunc affore.*
PE. *Quin tu eloquere, quid faciemus?* E. *sic faciundum censeo.*
Quasi tu cupias liberare fidicinam animi gratia,
Quasiq; ames vehementer tu illam. PE. *quam ad rem istuc refert?* E. *rogas?*
Vt 8 *ei præstines argento priusquam veniat filius,*
Atque vt eam te in libertatem dicas emere. PE. *intellego.*
E. *Vbi erit empta, vt aliquò ex vrbe amoueas,*
nisi quid tua
Secus sententia est. PE. *Imò doctè.* EP. *quid tu autem Apœcides?*
A. *Quid ego iam, nisi te commentum nimis astutè intellego.*
EP. *Iam tunc igitur amota eij erit omnis consultatio*
Nuptiarum, ne grauetur, quod velis. A. *vt sapis? & placet.*
1 *Tum tu igitur callidè iam quicquid acturus es, age.*
PE. *Rem hercle loquere.* EP. *& repperi hæc te qui abscedat suspicio.*
PE. *Sine me scire.* EP. *scibis, audi.* AP. *sapit hic pleno pectore.*
EP. *Opus est homine, qui illò argentum deferat pro fidicina.*
Nam te illo non æquè opus facto'st. PE. 2 *quid iam?* EP. *ne te censeat*
Filij caussa facere. PE. *doctè.* EP. *quò illum ab illa prohibeas.*
Ne qua ob eam suspicionem difficultas eueniat.
PE. *Quem hominem inueniemus ad eam rem vtilem?* 3 A. *hic erit optimus,*
Hic poterit cauere rectè, iura qui & leges tenet.
PE. *Epidice habeas gratiam.* EPI. *sed ego istuc faciam sedulo.*
Ego illum conueniam, atque adducam huc ad te, qoiz'st fidicina,
Atque argentum ego cum hoc feram. PE. *quanti emi potest minimo?* EP. *illane?*
4 *At quadraginta fortasse eam posse emi minimò minas.*
Verùm si plus dederis, referam, 5 *nulla in ea re captio est.*
Atque id non decem occupatum tibi erit argentum dies.
PE. *quidum?* EP. *quia enim mulierem illam alius adolescens deperit,*
Auro opulentus, magnus miles, Rhodius raptor hostium.
Gloriosus, hic emet illam de te, & dabit aurum, vbi eam emtam sciet.
Tace modò, est lucrum hic tibi amplum. PE. *deos quidem oro.* EP. *impetra.*
AP. *Quin tu is intrò, atque huc argentum promis? ego visam ad forum,*
Epidice eò veni. E. *ne* 6 *abeas, priusquam ego ad te venero.*
AP. *Vsque operiar.* PE. *sequere tu intrò.* EP. *i, numera: nihil ego* 7 *moror.*

EPIDICVS.

NVllum esse opinor ego agrum in agro Attico
Æquè feracem, quàm hic est noster Periphanes:
Quin ex occluso atque obsignato armario

1 *L.* interrogauit. 2 L. se audiuisse ab ea, atque ex epistola. 3 L. expetisso. 4 *L.* vbi est EP. 5 L. immo si pl. 6 L. priusquam in vrbem aduenit. 7 *Expungendum* hunc. 8 *L.* enim

1 L. EP. Tum tute ig. 2 *al.* qui iam? 3 L. *Debet huic loco nomen Epidici præponi.* 4 *L.* Ad. 5 *L.* nihil. 6 L. abitas. 7 *L.* te moror

Decutio

Decutio argenti tantum quantum mihi lubet.
Quod pol ego metuo, si senex resciuerit,
Ne vlmos parasitos faciat, [1] *atque vsque attondeat.*
Sed me vna turbat res, ratióque Apœcidi
Quam ostendam fidicinam aliquam conductitiam,
Atque id quoque habeo: manè me iussit senex
Conducere aliquam fidicinam sibi huc domum,
Dum rem diuinam faceret, cantaret sibi.
Ea conducetur, atque ei prænostrabitur,
Quo pacto fiat subdola aduersus senem.
Ibo intrò, argentum accipiam ab damnoso sene.

ACTVS III.

STRATIPPOCLES, CHERIBVLVS.

EXpectando exedor miser, atque exenteror. quomodo mihi
Epidici blanda dicta eueniant, nimis diu maceror.
Sitne quid, nécne sit scire cupio. CH. *per illam tibi copiam,*
Copiam parare aliam licet: sciui equidē in principio,
Illico nullam tibi esse in illo copiam. ST. *interij hercle ego.*
CH. *Absurdè facis, qui angas te animi.* ST. *si hercle ego illum semel prehendero,*
Nunquam irridere nos illum inultum sinam seruum hominem.
Quid illum [2] *facere vis? qui tibi cui diuitiæ domi maximæ*
Sunt, is nummum nullum habet, nec sodali tuo in te copia'st.
CH. *Si hercle habeam, pollicear lubens: verùm aliquid aliqua aliquo modo,*
Alicunde ab aliqui, aliqua tibi spes est fore mecū fortunam.
ST. *Væ tibi murcide homo.* CH. *qui tibi lubet mihi male loqui?*
ST. *Quippe tu mihi aliquid aliquo modo, alicūde ab aliquibus blatis*
Quod nusquam'st, neque ego id immitto in aures meas:
Nec mihi plus adiumenti ades, quàm ille qui nūquam etiam natu'st.

EPIDICVS, STRATIPPOCLES, CHERIBVLVS.

FEcisti [3] *officium iam tu tuum, me meū nunc facere oportet.*
Per hanc curam quieto tibi licet esse. hoc quidem iam periit:
Nisi quid tibi hinc in spem referas. hoc oppidò politum est.
Crede modo [4] *mihi, sic ego ago, sic egere nostri.*

1 L. quæ vsque attondeant. 2 *al.* ferre.
3 L. iam officium tu's. 4 L. tu mihi.

Proh di immortales, mihi hunc diem dedistis luculentum:
Vt facilem atque impetrabilem! sed ego hinc migrare cesso?
Vt importem in coloniam, hunc auspicio commeatum.
Mihi cesso quum sto, sed quid hoc? ante ædis duos sodales,
Herum & Cheribulum conspicor. quid agitis? accipe hoc sis.
ST. *Quantum hic inest?* EP. *quantum sat est, & plus satis, superfit.*
Decem minis plus attulit, quàm tu Danistæ debes.
Dum tibi ego placeam, atque obsequar, meum [1] *floccifacio tergum.*
ST. *Nam quid ita?* E. *quia ego tuum patrem faciam perenticidam.*
ST. *Quid istuc est verbi?* E. *nihil moror vetera & vulgata verba.*
[2] *Paratim ductitate, at ego* [3] *follitim ductitabo.*
Nam leno omne argentum abstulit pro fidicina, ego resolui,
Manibus his dinumeraui, pater [4] *suam natam quam esse credit.*
Nunc iterum vt fallatur pater, tibique auxiliū apparetur,
Inueniam, ita ego suasi seni, atque hanc habui orationem,
Vti tu quum redisses ne tibi eius copia esset.
ST. *Euge euge.* E. *ea iam domi est pro illa.* ST. *teneo.* E. *nunc autorem*
Dedit mihi ad hanc rem Apœcidem, is apud forum manet me
[5] *Quasi quæ amaret, caueat.* ST. *haud malè.* E. *iā ipse cautor captu's.*
Ipse in meo collo tuus pater cruminam collocauit.
Is adornat adueniens, demi extemplò vt maritus fias.
ST. *Vno persuadebit modo, si illam quæ adducta est mecum,*
Mihi adempsit Orcus. E. *nunc ego* [6] *astutiam hāc institui.*
Deueniam ad lenonem domum egomet solus, eum ego docebo.
Si qui ad eum adueniant, vt sibi datum esse argentum dicat
Pro fidicina, argenti minas se habere quinquaginta.
Quippe ego [7] *quas nudiustertius meis manibus dinumeraui*
Pro illa tua amica, quam pater suam filiam esse retur.
Ibi leno sceleratum caput suum imprudens alligabit,

1 L. tergum floccifacio. 2 L. Peratū. 3 L. follotum. 4 L. quam suam natam esse. 5 *al.* Quasiquè amaret *vtrūque mendosum. at Lamb.* Quasi quoi emeret, caueat. 6 L. hanc astutiam. 7 L. qui.

Quasi pro illa argentum acceperit quæ tecum ad
ducta nunc est.
CH. *Vorsutior es quàm rota figularis. E. iam ego*
parabo
Aliquam dolosam fidicinam, nummo conducta
quæ sit,
Quæ se emptam simulet, quæ senes duo docta lu-
dificetur.
Eam ducet simul Apœcides ad tuum patrem. 1 *vt*
paratè.
Eam permeditatam meis dolis, astutiisque onu-
stam
Mittam. sed nimis longum loquor, diu me estis
demorati.
Hæc scitis iam vt futura sint, abeo. ST. *bene am-*
bulato.
CH. *Nimis doctus ille est ad malefaciendũ.* ST.
me quidem certò
Seruauit consilijs suis. CH. *abeamus intrò hinc*
ad me.
ST. *Atque* 2 *aliquando lubentius quàm abs te*
sum egressus intus
Virtute atque auspicio Epidici cum præda in ca-
stra redeo.

PERIPHANES, APOECIDES, *senes duo*, SERVVS.

PE. *Non oris caussa modò homines æquum*
fuit
Sibi habere speculum, vbi os contemplarent
suum:
Sed qui perspicere possent cor sapientiæ,
Igitur perspicere vt possent cordis copiam,
Vbi id inspexissent, cogitarent postea,
Vitam vt vixissent olim in adolescentia.
Vel quasi' egomet, qui dum filij caussa cœperam
3 *Me excruciare animi, quasi quid filius*
Meus deliquisset 4 *med erga, aut quasi non* 5 *plu-*
rimum
Malefacta mea essent solida, in adolescentia.
Profectò deliramus interdum senes:
Fuit conducibile hoc mea quidem sententia.
Sed meus sodalis it cum præda Apœcides.
Venire saluum mercatorem gaudeo.
Quid sit? AP. *dij deæq; te adiuuant, res prospera.*
PE. *Omen placet.* AP. *Qui* 6 *homini omnis suppe-*
tunt res prospera.
Sed tu 7 *hanc intrò abduci iube.* PE. *heus foras**
Exite huc aliquis, duce istam intrò mulierem,
Atque audin'? SER. *quid vis?* PE. *caue* 8 *sis cum*
filia
Mea copulari hanc, neque conspicere: iam tenes?
In ædiculam istanc seorsum concludi volo.
Diuortunt mores virgini longè, ac lupæ.
AP. *Doctè & sapienter dicis. non nimis potest*
Pudicitiam quisquam suæ seruare filiæ:
Ædepol 1 *næ istam tempore gnato tuo sumus*
Præmercati. PE. *quid iam?* AP. *quia dixit mihi,*
Iamdudum 2 *alius se tuum vidi esse hic filium.*
PE. *Hanc ædepol rem apparabat.* AP. *planè her-*
cle hoc quidem est.
Nè tu 3 *graphicum habes seruum, & quantiuis*
precij.
4 PER. *Non caru'st auro contrà.* AP. *vt ille fidi-*
cinam
Fecit nescire prorsus, se esse emptam tibi!
Ita ridibundam atque hilaram huc adduxit si-
mul.
PE. *Mirum hoc,* 5 *quod potuit fieri.* A. *te pro filio*
Facturum dixit rem esse diuinam domi,
Quia Thebis saluus redierit. PE. 6 *rectè instituit.*
A. *Immò ipsius ille dixit, conductam esse eam,*
Quæ hic administraret, ad rem diuinam tibi.
7 *Facturum dixit, rem esse diuinam domi.*
Ego illic me autem sic assimulabam quasi
Stolidum, cùm hardum me faciebam. PE. *immò*
ita decet.
A. *Res magna amici apud forum agitur ei volo*
Ire aduocatus. PE. 8 *ito, atque vbi erit ocium,*
Reuortere ad me extemplò. A. *continuò hic ero.*
PE. *Nihil homini amico est opportuno amicius.*
Sine tuo labore quod velis actum est tamen.
Ego si allegassem aliquem ad hoc negocium
Minus hominem doctum, minúsque ad hanc rẽ
callidum,
Os sublitum esset, itaque me 9 *falcutis dentibus*
Meus derideret filius meritissumo.
Atque hæc stultitia'st, me illi vicio vortere,
Egomet quod factitaui in adolescentia.
10 *Quam militabam pugnis memorandis meis,*
Eradicabam hominum aureis, quando occœpe-
ram.
Sed hic quis est? quem huc aduenientẽ conspicor,
Suam qui vndantem chlamydem quassando fa-
cit.

MILES, PERIPHANES, FIDICINA.

MI. *Caue præterbitas vllas ædis, quin roges*
Senex vbi habitat Periphanes Plate-
nius:
Incertus tuum caue ad me retuleris pedem.
PE. *Adolescens si istunc hominem, quem tu quæ-*
ritas,
Tibi commonstrasso, ecquam abs te inibo gra-
tiam?
MI. *Virtute belli armatus promerui, vt mihi*
Omnes mortalis deceat agere gratias.
PE. *Non reperisti adolescens tranquillum lo-*
cum,

1 *m.s. cod.* ne 2 L. se alius. 3 L. habes seruum graphicum, 4 *Tollendum Periphanu nomen male hic interpositum.* 5 L. quî 6 *Lamb. malit,* ectam.
7 *Hunc versum huc adscripsimus secuti Lamb. codicẽ.*
8 L. at quæso, vbi. 9 L. albis. 10 L. Quum.

1 L. ST. vt paratè. EP. Eã. 2 L. aliquanto 3 L. ego me excr. 4 L. me erga. 5 *Lãb. malit legi* plurima.
6 *Duæ hæ voces* homini omnis *delet Lamb.*
7 L. iubeas hãc intro abducier. 8 L. sitis. *i. sineris.*

Vbi tuas virtutes explices, vt postulas.
Nam strenuiori deterior si prædicat
Suas pugnas, de illius ore fiunt sordidæ.
Sed istum quem quæris Periphanem Platenium,
Ego sum, si quid vis. M. *nempe quem in adolescentia*
Memorant apud reges armis arte duellica,
Diuitias magnas indeptum? PE. *immò si audias*
Meas pugnas, fugias manibus demissis domum.
MI. *Pol ego magis vnum quæro, meas cui prædicem,*
Quàm illum qui memoret suas mihi. PE. *hic non est locus,*
Quin tu alium quæras, cui centones farcias.
M. *Animum aduorte, vt quòd ego ad te venio intelligas.*
Meam 2 ego amicam audiui te esse mercatum.
PE. 3 *atat.*
Nunc demum scio ego hunc, qui sit quem dudum Epidicus
Mihi prædicauit militem. adolescens ita'st
Vt dicis, emi. MI. *volo te verbis pauculis,*
Si tibi molestum non est. PE. *non adepol scio,*
Molestum non est mihi, si dicis quid velis.
MI. *Mihi illanc vt tramittas,* 4 *atque argentum accipias.*
PE. *Habeas.* MI. *nam quid ego apud te parcam proloqui?*
Ego illam hodie volo facere libertam meam,
Mihi concubina quæ sit. PE. *te absoluam breui,*
Argenti quinquaginta mihi illa empta est minis.
Sexaginta mihi si denumerantur minæ,
Tuas possidebit mulier saxo ferias:
Atque ita profectò, vt eam ex hoc exoneres agrò.
MI. *Esine empta mihi hæc?* PE. *istis legibus habeas licet.*
MI. *Conciliauisti pulchrè.* PE. *heus foras educito*
Quam introduxisti fidicinam, atque etiam fides,
Ei quæ accessere tibi addam dono gratiis.
Age accipe hanc sis. MI. *quæ* 5 *te intemperiæ tenent?*
Quas tu mihi tenebras trudis? quin tu fidicinam
Produci intus iubes? PE. *hæc ergo est fidicina.*
Hic alia nulla'st. MI. *non mihi nugari potes,*
Quin tu huc producis fidicinam Acropolistidem?
PE. *Hæc inquam est.* MI. *non hæc inquam est, non nouisse me*
Meam rere amicam posse? PE. *hanc inquam filius*
Meus deperibat fidicinam. MI. *hæc non est ea.*
PE. *Quid non est?* MI. *non est?* PE. *vnde hæc igitur gentium est?*
Equidem hercle argentum pro hac dedi. MI. *stultè datum*
Reor, 1 *& peccatum largiter.* PE. *immò hæc ea'st.*
Nam seruum misi, qui sectarier solet
Meum gnatum, ipse hanc 2 *meo articulo emit fidicinam.* MI. *hem istic homo*
Articulatim te concedit senex tuus
Serus: PE. *quid concidit?* MI. *nihil,* 3 *sic suspicio'st.*
Nam pro fidicina illac hæc supposita est tibi,
Senex tibi os est sublitum planè & probè.
4 PE. *Ego illam requiram iam vbi vbi est, bellator vale.*
Euge euge Epidice, frugi es, 5 *bene pugnasti. homo es,*
Qui me emunxisti mucidum minimi precij.
Mercatus te hodie est de lenone Apœcides?
FI. *Ehodum ego istunc hominem nunquam audiui ante hunc diem.*
Neque me quidem emere quisquam vlla pecunia
Potuit, quæ plus iam sum libera quinquennium.
PE. *Quid tibi negotij est meæ domi igitur?* FI. *audies.*
Conducta vent, vt fidibus cantarem seni,
Dum rem diuinam faceret. PE. *fateor me omnium*
Hominum esse Athenis Atticis minimi precij.
Sed tu nouistin' fidicinam Acropolistidem?
FI. *Tam facilè quàm me.* PE. *vbi habitat?* FI. *postquam libera'st vbi*
Habitet, dum incertò scio. PE. *eho quis eam liberauerit,*
Volo scire si scis. FI. *id quod audiui, audies.*
Stratippoclem audiui Periphani filium
Absentem curauisse vt fieret libera.
PE. *Perij hercle, si istæc vera sunt planissimè.*
Meum exenterauit Epidicus marsupium.
FI. *Hæc sic audiui, nunquid me vis cæterum?*
PE. *Malo cruciatu vt pereas, atque habeas citò.*
FI. *Fides non reddis?* PE. *neque fides, neque tibias.*
Propera igitur 6 *hinc, si te dij amant, fugere.* FI. *abiero.*
Flagitio cum maiore pòst reddes tamen.
PE. *Quid nunc? qui in tantis positus sum sententijs.*
Eúmne ego sinam impunè? immò etiamsi alterum
Tantum perdundum est, perdam, potius quàm sinam
Me impunè 8 *irrisum esse habitum* 9 *depecuatum eis,*
Sic mihi data esse verba præsenti palàm.

1 *L.* proin. 2 *Expungendum* ego.
3 L. attate. 4 *Expungendum* atque.
5 *L.* intemperiæ t.

1 *L.* atque 2 *L. Expungenda duæ illæ voces* meo articulo 3 L. sed 4 *Tolendum hinc* Periph. *nomen, & ponendum initio sequentis vers.* 5 L. pugnauisti.
6 *L.* fugere hinc, si te di amant. 7 *L.* Eúmne.
8 irrisui
9 *L.* depeculatum.

Atque me minoris 1 *factum præ illo, qui omnium*
Legum atque iurium fictor conditor cluet.
Is etiam sese sapere memorat malleum.
2 *Sapientior est vt malo hærens* *** *manubrio, mulier.*

ACTVS IV.

MVLIER, PERIPHANES *senex.*

MV. *SI quid est homini miseriarum,* 3 *quo miserescat, miser* 4 *ex animo est.*
Id ego experior, qoi multa in vnum 5 *confluunt locum, quæ meum*
Pectus pulsant simul, multiplex 6 *ærumnam exercitam habet, paupertas,*
Pauor territat mentem animi: neque vbi meas collocem spes.
Habeo vsquam munitum locum, ita gnata mea hostium est potita.
Neque ea nunc vbi sit 7 *scio.* PE. *quis illæc est mulier, timido*
Pectore peregrè adueniens, quæ ipsa se miseratur? MV. *in his dictus est*
Locis habitare mihi Periphanes. PE. *me nominat hæc, credo ego*
Illi hospitio vsus 8 *inuenit.* MV. *peruelim mercedem dare,*
Qui monstret 9 *nunc eum mihi hominem, aut* 10 *vbi habitet.* P. *noscito ego hanc.*
Num videor nescio vbi me vidisse prius, éstne ea, an non?
Est, qua animus retur meus? 11 *di boni visitaui antidhac.*
12 *Certè ea est quam in Epidauro pauperculam memini comprimere.*
M. *Planè hic ille est, qui mihi in Epidauro primus pudicitiam*
13 *Pepulit.* PE. *quæ meo compressu peperit filiam, quam domi*
Nunc habeo. MV. *quid si adeam?* PE. *haud scio an congrediar, si hæc ea est.*
M. *Sin est is homo, sicut anni multi me dubiam dant.* P. *longa*
Dies 14 *animum incertat meum, sin ea est, quam incerto autumo, hanc*
Congrediar æstu. MV. *muliebris adhibenda mihi malitia nunc est.*
P. *Compellabo.* MV. *orationis aciem contrà conferam.*
PE. 15 *Heus tu salua sis.* MV. *salutem accipio mihi & meis.* PE. *quid ceterum?*
M. *Saluos sis, quod credidisti reddo.* P. *haud accuso fidem.*

1 L. facio. 2 L. Sapientiorem scilicet esse manubrio 3 *L.* quod 4 L. ex animo. 5 *L.* locum confluunt, 6 *L.* ærumna 7 L. nescio 8 L. euenit. 9 *Expungendum* nunc. 10 L. vbi ille hab. 11 *L.* MV. di b. 12 *L.* PE. Cer. 13 *Lamb. legendum putat* perculit. 14 *L.* meum incertat animum, 15 *L.* Salua sis *omissis vocibus* Heus tu.

Nouin' ego te? MV. *si ego te noui, animum inducam vti noueris.*
PE. *Vbi te visitaui?* MV. *iniquè* 1 *iniurius es.* PE. *quid iam?* MV. *quia*
Tua memoriæ interpretari me æquum censes. PE. *commodè*
Fabulatæ es. MV. *Mira memoras.* PE. *hem istuc rectius*
Meministin'? MV. *memini id.* PE. *in Epidauro.* MV. *ah guttula.*
Pectus ardens mihi aspersisti. P E. *virgini pauperculæ*
Tuæque matri me leuare paupertatem? MV. *tun' is es?*
Qui per voluptatem tuam in me ærumnam obscuisti grauem?
P. *ego sum, salue.* MV. *salua sum. quia te esse saluum sentio.*
PE. *Cedo manum.* MV. *accipe. ærumnosam & miseriarum compotem*
Mulierem retines. P. *quid est, quod* 2 *digitos interturbat tuos?*
3 *Filia quam ex te suscepi, quid eam?* MV. *eductã perdidi,*
Hostium est potita. P E. *habe animum lenem & tranquillum face.*
Domi meæ eccum saluam & sanam. nam postquã audiui illico
Ex meo seruo illam esse captam, continuò argentum dedi
Vt 4 *emeret: ille eam rem adeò sobriè & frugaliter*
Accurauit, vt alias res 5 *est impensè improbus.*
MV. *Fac videam, si me vis viuere.* P E. *eho Canthara* 6 *i, statim iube*
Acropolistidem prodire filiam ante ædis meam,
Vt suam videat matrem. MV. *remigrat animus nunc demum mihi.*

FIDICINA, PERIPHANES *senex,* MVLIER.

FI. *QVid est pater, quod me exciuisti ante ædis?* P. *vt matrem tuam*
Videas aduenientem, des salutem atque oculum.
FI. *Quam meam matrem?* P E. *quæ exanimata exequitur aspectum tuum.*
M V. *Quis istæc est, quàm tu osculum mihi ferre iubes?* PE. *tua filia.*
M V. *Hæccine?* P E. *hæc.* M V. *egóne osculum huic dem?* P E. *cur non? quæ ex te nata sit.*
MV. *Tu homo insanis.* PE. *egóne?* MV. *tute.* PE. *qur?* MV. *quia ego hanc, quæ siet*
Neque scio, neque noui, neque ego hanc oculus vidi ante hunc diem.
P. *Scio quid erres, quia vestitum atque ornatum immutabilem*

1 L. iniuriu's 2 L. vultus te turbat tuus? 3 L. MV. Filiam q. ex te suscepi. PE. quid 4 L. emeretur. 5 L. ill' est. 6 *Expungendum* i.

Habet

Habet hæc. MV. *aliter catuli longè olent, aliter sues, nego*
Eam me nouisse quæ sit. PE. *prò deûm atque hominum fidem,*
Quid? ego lenocinium facio? qui habeam alienos domi,
Atque argentum [1] *exgurgitem domo prorsum, quid tu quæ patrem*
[2] *Vocas me, atque osculare? quid stas stupida? quid taces?*
FI. *Quid loquar vis?* PE. *hæc negat se tuam esse matrem.* FI. [3] *ne fuat,*
Si non volt: equidem hac inuita tamen ero matris filia.
Non me istanc cogere æquum est meam esse matrem, si non [4] *volt.*
PE. *Cur me igitur patrem vocabas?* FI. *tua ista culpa est, non mea.*
Non patrem ego nominem, vbi tu tuam me appelles filiam?
Hanc quoque etiam si me appellet filiam, matrẽ vocem.
Negat hæc filiam me suam esse, non ergo hæc mater mea est.
Postremò hæc mea culpa non est: quæ didici, dixi omnia.
Epidicus mihi magister fuit. PE. *Perij, plaustrum perculi.*
FI. *Nunquid ego ibi peccaui?* PE. *si herclè te vnquam audiuero patrem*
Me vocare, vitam tuam ego interimam pessima. FI. *non voco.*
Vbi voles pater esse, ibi esto: vbi noles, ne fueris pater.
M. *Quid? ob eam rem hanc emisti, quia tuã gnatam* [5] *ratus? quibus*
[6] *Signis agnoscebas?* PE. *nullis.* MV. *quare ergo filiam*
Credidisti nostram? PE. *seruos Epidicus dixit mihi.*
M. *Quid si seruo aliter visum est, non poteras nouisse obsecro?*
P. *Quid ego, qui illam primùm vidi, nunquam vidi postea?*
MV. *Perij misera.* PE. *ne fle mulier, intrò abi, habeto animum bonum.*
Ego illam reperiam. M. *hinc Athenis ciuis eam emit Atticus:*
Adolescentem equidem dicebant emisse. P. inueniam tace.
Abi modò intro, atque hanc asserua [7] *Circen Solis filiam.*
Ego relictis rebus Epidicum operam quærendo dabo:
Si inuenio, exitiabilem ego illi faciam hunc, vt [8] *sciat diem.*

1 L. egurgitem 2 L. Tuum vocas 3 L. non 4 L. ne 5 L. satu's? 6 L. Designis 7 L. Circam 8 L. fiat

ACTVS V.

STRATIPPOCLES *adolescens*, EPIDICVS *seruus*, DANISTA, VIRGO.

ST. *Malè morigerus mihi est Danista, qui de me argentum non petit,*
Neque illam adducit quæ empta ex præda est. sed eccum incedit Epidicus.
Quid illuc est, quod [1] *illic caperat' frons seueritudine?*
E. *Si vndecim dei præter sese secũ adducat Iuppiter,*
Ita non omnes ex cruciatu poterunt eximere Epidicum.
Periphanem emere lora vidi, aderat ibi vnà Apœcides.
Nunc homines me quæritare credo, senserunt, sciunt
Sibi data esse verba. ST. *quid agis mea commoditas?* E. *quod miser.*
STR. *Quid est tibi?* EP. *quin tu mihi adornas ad fugam viaticum*
Priùs quàm pereo. nam per vrbem duo defloccati senes
Quæritant me, in manibus gestant copulas [2] *secum, subueni.*
ST. *Habe bonum animum.* E. *quippe ego, cui libertas in mundo sita'st.*
S. *Ego te seruabo.* E. *ædepol me illi melius, si nacti fuant.*
Sed quis est hæc muliercula, & illic grauistellus qui venit?
ST. *Hic est Danista, hæc illa est autem quam emi ex præda.* EP. *hæccine est?*
ST. *Hæc est, éstne vt tibi dixi? aspecta.* E. *hæc.* ST. *contempla Epidice.*
Vsque ab vnguiculo ad capillum summum est festiuissima.
Est ne? considera, vide, signum pictum pulchrè videris.
E. *Ex tuis verbis meum futurum corium pulchrũ prædicas:*
Quem Apelles atque Zeuxis duo pingent pigmẽtis vlmeis.
S. *Dij immortales ociosè isse admiror, pedibus pulmoneis*
Qui perhibetur prius venisset, quàm tu aduenisti mihi.
DA. *Hæc ædepol remorata* [3] *est me.* S. *siquidem istius gratia*
Es remoratus, quod ista voluit, nimiùm aduenisti citò.
DA. *Age, age absolue me, atque argentum numera, ne comites morer.*
ST. *Pernumeratu'st.* E. *tene cruminam, huc inde.* 4 DA. *sapienter venis.*
S. *Opperire dum effero ad te argentum.* D. *ma-*

1 L. illi 2 L. secum duas, *sublato verbo* subueni 3 L. med. est 4 L. ST. sapienter venis Opperire

tura. 1 S. *domi est.*
EP. *Satin' ego oculis vtilitatem obtineo sincerè, an parum?*
E. *Philippa matre natam* 2 *Thebis, Epidauri satam,*
Videon' ego Acropolistidem te, Periphani filiam?
VIR. *Quis tu homo es, qui meum parentum nomen memoras, & meum?*
EP. *Non me nouisti?* VIR. *quod quidem nunc veniat in mentem mihi.*
E. *Lunulam atque anellum aureolũ in digitum?*
VIR. *memini mi homo.*
E. *Non meministi me* 3 *auream ad te asserre natali die?*
VIR. *Túne is es?* E. *ego sum, & istic frater tuus est, alia matre, vno patre.*
VIR. *Quid pater meus, viuit'st?* E. *animo liquido & tranquillo es, tace.*
VIR. *Dij me ex perdita seruatam* 4 *volunt, si vera autumas.*
E. *Non habeo vllam occasionem,* 5 *vt apud te falsa fabuler.*
S. *Accipe argentum hoc Danista. hic sunt quadraginta minæ.*
Si quid erit dubium, immutabo. DA. *bene feciſti, bene vale.*
ST. *Nunc enim tu mea* 6 *es?* VIR. *soror quidem adepol, vt tu æquè scias.*
Salue frater. ST. *Sanan' hæc est?* EP. *sana* 7 *fratrē si appellat suum.*
S. *Quid? ego modò huic frater* 8 *factus, dum intrò eo atque exeo?*
E. 9 *Quid boni est, id tacitus taceas tute tecum, & gaudeas.*
ST. *Perdidisti & repperisti me soror.* E. *stultus tace,*
Tibi quidem quod ames domi præsto'st fidicina opera mea.
Et sororem in libertatem idem opera concilio mea.
S. *Epidice fateor.* E. *abi intrò, ac iube huic aquam calefieri.*
Cetera hæc posterius faxo scibis, 10 *quom erit otium.*
ST. *Sequere hac me mea soror.* E. *ego ad vos Thesprionem iussero*
Huc transire, sed memento, si quid sæuiunt senes,
Suppetias mihi cum sorore ferre. S. *facile istuc erit.*
E. *Thesprio exi istac per hortum, affer domũ auxilium mihi.*
Magna 11 *res est, minoris multo facio, quam dudum, senes.*
Remeabo intrò, vt accurentur aduenientes hospites.

1 L. PE. domi est Satin' 2 L. ac Thebis. 3 L. inaurem auream 4 L. cupiunt, 5 *Lamb. malit legi* cur 6 L. es *sine interrogationis nota.* 7 *Expungenda vox* fratrem 8 L. factus sum, 9 L. Quod boni'st 10 L. vbi erit. 11 L. est res.

Eadem hæc intus edocebo. quæ ego scio Stratippoclem.
Non fugio, domi adesse certum'st, neque ille haud obijciet mihi
Pedibus sese prouocatum. abeo intrò, nimis longũ loquor.

PERIPHANES, APOECIDES, *senes duo,* EPIDICVS.

PE. *Satin' ille homo ludibrio nos vetulos decrepitos duos*
Habet? AP. *immò adepol tu quidem miserum me habes miseris modis.*
PE. *Tace si modò, sine me hominem apisci.* A. *dico tibi* 1 *iam vt scias,*
Alium tibi te comitem melius quærere, ita dum te sequor
Lassitudine me inuaserũt miserum in genua 2 *flegmina.*
PE. *Quot illic hodie me exemplis ludificatu'st atque te?*
Vt illic autẽ exenterauit mihi opes argentarias?
A. *Apage illum à me, nam ille quidem Vulcani est irati* 3 *filius:*
Quæqua tangit, omne amburit: si 4 *propius astes, æstu calefacit.*
E. *Duodecim deis plusquam in cœlo est deorum immortalium,*
Mihi nunc auxilio adiutores sunt, & mecum militant.
Quicquid ego malefeci, auxilia mihi & suppetiæ sunt domi,
Ἀπολακτίζω *inimicos omnes.* PE. *vbi illum quarã gentium?*
A. *Dum sine me quæras, quæras mea causa vel medio in mari.*
E. *Quid me quæris? quid laboras? quid hunc solicitas? ecce me.*
Num te fugi? num ab domo absum? num oculis conceſſi tuis?
Nec tibi 5 *quidem supplico, vincire vis, hem ostẽde manus.*
Tu habes lora, ego te emere vidi, quid nunc cessas? colliga.
P. *Ilicet. vadimonium vltrò mihi hic* 6 *facit.* A. *quid colligas?*
P. *Ædepol mancipium sceleſtum.* E. *te profectò Apœcides*
Nihil moror mihi precatorem. A. *facilè exoras Epidice.*
E. *Eho quid agis?* PE. *tuon' arbitratu?* E. *meo herclè* 7 *verbo. atque haud tuo*
Colligandæ hæ sunt tibi hodie 8 *manus.* PE. *at nõ lubet, non colligo:*
At mihi magis lubet solutum te rogitare. E P. *at nihil scies.*

1 L. ego tibi. 2 L. flemina. 3 L. irati est f. 4 L. propè. 5 *Expungendum* quidem. 6 L. facis. 7 L. vero. 4 *Expungendum* manus.

A P. *Tra-*

AP. *Tragulam in te iniicere adornat, neſcio quam fabricam facit.*
EP. *Tibi moram facis, cum ego, ſolutus eſto, alliga, inquam, colliga.*
PE. *At mihi magis lubet ſolutum te rogitare.*
EP. *at nihil ſcies.*
PE. *Quid* 1 *ego ago?* A. *quid agas? mos geratur.*
EP. *frugi es tu homo Apœcides.*
P. *Cedo manus igitur* 2 *tu.* E. *moranter nihil, atque arctè colliga.*
PE. *Nihil verò eas obnoxias.* EPI. *facto opere* 3 *arbitrare nunc,*
Bene hoc habet. age nunc iam ex me exquire, rogita quod lubet.
PE. *Qua fiducia auſu's primum qua emptaſt nudiuſtertius,*
Meam eſſe filiam dicere. E. *lubuit, ea fiducia.*
PE. *Ain' tu, libuit?* E. *aio, vel da pignus, ni ea ſit filia.*
P. *Quam negat nouiſſe mater?* E. *ni ergo matris filia eſt:*
In meum nummum, in tuum talentum pignus da. P. *enim iſtæc captio'ſt.*
Sed quis ea eſt mulier? E. *tui gnati amica, vt omnem rem ſcias.*
P. *Dedin tibi minas triginta ob filiam?* E. *fateor datas:*
Et eo argento illam me emiſſe amicam filij fidicinam:
Pro tua filia iſtis adeò te tetigi triginta minis.
PE. *Quomodo me ludos feciſti de illa conductitia Fidicina?* E. *factum* 7 *id herclè verò, & rectè factum iudico.*
PE. *Quid poſtremo argento factum eſt quod dedi?*
EP. *dicam tibi.*
Neque malo homini, neque 8 *benigno tuo dedi Stratippocli.*
PE. *Cur dare auſu's?* EP. *quia mihi libitum eſt.*
PE. *quæ hæc* 9 *verba ſunt, malum.*
EP. *Etiam inclamitor quaſi ſeruos.* P. *cum tu es liber gaudeo.*
EP. *Merui vt fierem.* P. *tu meruiſti?* E. *viſe intrò, ego faxo ſcies.*

1 *Expungendum* ego. 2 *Expungendum* tu.
3 *L.* Nihil v. obnoxios è *ſunt autem verba Epidici, ſequentia Periphaſis, vt eſt in Lamb. cod.*
4 L. arbitraminor. 5 L. EP. Bene. 6 L. Filiam meam dicere eſſe? 7 *Expungendum* id.
8. L. te indigno tuo. 9 *L.* malùm. ferocia eſt?

Hoc ita eſſe. P. *quid eſt negotij?* E. *iam* 1 *id ipſa res dicet tibi.*
Abi modò intrò. P. *hei non illuc temere'ſt, aſſerua iſtum Apœcides.*
AP. *Quid illuc Epidice eſt negotij?* E. *maxuma hercle iniuria.*
Vinctus aſto, cuius hæc hodie opera inuenta eſt filia.
AP. *Ain tu te illius inueniſſe ſiliam?* E. *inueni, & domi eſt.*
Sed vt acerbum eſt pro benefactis cùm mali meſſem metas.
A. *Quam ne hodie* 2 *nos per vrbem vterque ſumus defeſſi quærere?*
E. *Ego ſum defeſſus reperire, vos defeſſi quærere.*
PE. *Quid* 3 *iſtis orati opere tanto? meruiſſe intellego,*
Vt liceat merito huius facere: cedo 4 *quoi reſoluam iam manus.*
E. *Ne* 5 *me attigas.* PE. *oſtende verò.* E. *nolo.* PE. *non æquom facis.*
E. *Nunquam herclè hodie niſi ſupplicium mihi das,* 6 *reſolui me ſinam.*
PE. *Optimum atque æquiſſimum oras, ſoccos, tunicam, pallium,*
Tibi dabo. EP. *quid deinde porrò?* PE. *libertatem.*
EP. *at poſtea?*
Nouo liberto opus eſt quod pappet. PE. *dabitur, præbebo cibum.*
E. *Nunquam hercle hodie niſi* 7 *tu me oraſſis, ſolues.* PE. *oro te Epidice,*
Mihi 8 *vt ignoſcas, ſi quid imprudens culpa peccaui mea.*
At ob eam 9 *nunc rem liber eſto.* EP. *inuitus do hanc veniam tibi,*
Niſi 10 *ego neceſſitate cogar. ſolue ſanè, ſi lubet.*

GREX.

HIc is homo eſt, qui libertatem malitia inuenit ſua.
Plaudite, 11 *atque exurgite, valete, lumbos extollite.*

1 *Expungendum* id. 2 *Expungendum* nos. 3 *L.* iſti oratis. 4 L. tũ vt exſoluam manus.
5 *Expungendum* me. 6 L. me ſolui ſinam.
7 *Expungendum* tu. 8 *Expungendum* vt.
9 *Expungendum* nunc. 10 *Expungendum* ego.
11 *L.* & valete, lumbos porgite, atque extollite.

FINIS.

BACCHIDES.

DRAMATIS PERSONÆ,

PISTOCLERVS *adoleſcens.*
LYDVS *pædagogus.*
BACCHIDES *meretrices.*
CHRYSALVS *ſeruos.*
NICOBVLVS *ſenex.*
MNESILOCHVS *adoleſcens.*
PARASITVS.
MILITIS *puer.*
PHILOXENVS *ſenex.*
CLEOMACHVS *miles.*
GREX.

ARGVMENTVM
Subditicium.

BACCHIDIS *amore furit Mneſilochus:*
Aurum vt redimat, Præſumia fertur Epheſum,
Cretam Bacchis nauigat, atque alteram
Conuenit Bacchidem: inde Athenas redit.
Hinc dat Mneſilochus ad Piſtoclerum literas,
Illam conquìrat, redit, turbas mouet,
Dum putat amari ſuam: vt mutent gemmas
Ei dat aurum: pariter amant
Senes dum gnatæ ſtudent, ſcortantur, potitant.

BACCHIDES SORORES, ET PISTOCLERVS.

QVid ſi hoc potiuſt, vt taceas, ego loquar. BA. *lepidè licet,*
BA. *Vbi me* 1 *effugerit memoria, ibi tu facito, vt ſubuenias ſoror.*
BA. *Pol magis metuo,* 2 *in monendo ne mihi defuat oratio.*
BA. *Pol ego quoque metuo, luſciniolæ ne defuat cantio.*
Sequere hac. PI. *quid agunt duæ germanæ meretrices cognomines?*
Quid in concilio conſuluiſtis? BA. *Bene pol.* PI. *haud meretricium eſt.*
BA. *Miſerius nihil* 3 *quàm mulier.* P. *quid eſſe dicis dignius?*
BA. *Hæc ita me orat, ſibi qui caueat, aliquem vt* 4 *reperiam hominem,*
Ab iſtoc milite, vt vbi emeritum ſibi ſit, 5 *ſe reuehat domum.*
Id amabo te huic caueas. PI. *quid iſti caueam?* BA. *vt* 6 *reuehat domum*
Vbi ei dederit operas, ne hanc ille habeat pro ancilla ſibi.
Nam hæc ſi habeat aurum, quod illi renumeret, faciat lubens.
PI. *Vbi is homo eſt?* BA. *iam hic credo aderit. ſed hoc idem apud nos rectius*
Poteris agere: atque is dum veniat ſedens hic opperibere.
Eadem biberis: eadem dedero tibi, vbi biberis, ſauium.
PI. *Viſcus* 1 *meus veſtra, eſt blanditia.* BA. *quid iam?* PI. *quia enim intellego.*
Duæ vnum expetitis palumbem. perij, arundo alas verberat.
Non ego iſtuc facinus mihi mulier conducibile eſſe arbitror.
BA. *Quî? amabo.* P. *quia Bacchis, bacchas metuo & Bacchanal tuum.*
BA. *Quid eſt, quod metuis? ne tibi lectus* 2 *maliciam apud me ſuadeat?*
PI. *Magis* 3 *illectum tuum, quàm lectum metuo. mala tu es beſtia?*
Nam huic ætati non conducit, mulier, latebroſus locus.
B. *Egomet apud me, ſi quid ſtultè facere cupias, prohibeam.*
Sed ego apud me te eſſe ob eam rem miles cùm veniat, volo.
Quia còm tu aderis, huic, mihique, haud faciet quiſquam iniuriam.
Tu prohibebis, & eadem opera tuo ſodali operam dabis,
Et ille aduenies tuam me eſſe amicam ſuſpicabitur.
Quid amabo obticuiſti? P. quia iſthæc lepida ſunt 4 *memoratu.*
Eadem in vſu, atque vbi periculum facias, aculeata ſunt.
Animum fodicat, bona 5 *diſtimulant facta & famam ſauciant.*
Apage à me, apage. BA. *ah, nimium ferus es.* PI. *mihi ſum.* BA. *malaciſſandus es.*
Quid ab hac metuis? PI. *quid ego metuam rogitas? homo* 6 *adoleſcens*
7 *Penetrem huiuſmodi in palæſtram, vbi damnis deſudaſciter?*
Vbi pro diſco damnum capiam, pro curſura de-

1 *L.* fugiet. 2 L. mihi in monendo ne def.
3 *L.* eſt q. 4 *L.* hominem reperiam. 5 *L.* ſe vt r.
6 *L.* reuehatur.

1 *L.* merus. 2 *L.* malaciam. 3 L. inlecti.
4 L. memoratui. 5 L. deſtimulant.
6 *L.* adoleſcentulus. 7 L. Penetrare.

decus?

decus?
B. *Lepidè memoras.* P. *vbi ego capiam pro machæra turturem,*
Vbique imponat in manum alius mihi pro cestu cantharum:
Pro galea scaphium, pro insigni sit corona plectilis,
Pro hasta talus, pro lorica malacum capiam pallium.
Vbi mihi pro equo lectus detur, scortum pro scuto accubet.
Apage me, apage. BA. *ah, nimium ferus es.* PI. *mihi sum.* BA. *malacissandus es,*
Equidem tibi do hanc operam. P. *ah nimium preciosa 1 operaria es.*
BA. *Simulato me amare.* PI. *vtrum ego ioco assimulem istuc, an serio?*
B. *Eia, hoc agere meliu'st, miles cum huc aduenîat, te volo*
Me amplexari. PI. *quid eo 2 opus est?* BA. *vt ille te videat volo.*
Scio quid ago. PI. *& pol ego scio quid metuo. sed quid ais?* BA. *Quid est?*
PI. *Quid si apud te eueniat desubitò prandium, aut potatio*
Fortè, aut cœna, vt solet in istis fieri cõciliabulis:
Vbi ego tum accubem? BA. *apud me, mi anime, vt lepidus cum lepida accubet.*
Locus hic apud nos, quamuis subitò venias, semper liber est.
Vbi 3 lepide voles esse tibi, mea rosa, mihi dicito.
Dato qui bene sit, ego vbi bene sit, tibi locum lepidum dabo.
P. *Rapidus fluuius est hic, non hac temere transiri potest.*
BA. *Atque ecastor, apud hunc fluuium aliquid perdundum est tibi.*
Manum da & sequere. P. *aha minimè.* B. *4 quid ita obsecro?*
PI. *Quia istoc illecebrosius*
Fieri nihil potest: nox, mulier, vinum homini adolescentulo.
BA. *Age igitur: equidè pol nihili facio, nisi caussa tua.*
Ille quidem hanc abducet. tu nullus affueris, si non lubet.
P. *Súmne 5 ego nihili, qui nequeam ingenio moderari meo?*
BA. *Quid est quod metuas?* PI. *nihil est. nunc ego mulier tibi me emancupo.*
Tuus sum, tibi 6 do operam. BA. *lepidus es. nunc ego te facere hoc volo.*
Ego sorori meæ cœnam hodie dare volo viaticã,
Ego tibi argentum iubebo iam intus efferri foras.
Tu facito obsonatum nobis sit opulentum obsonium.

1 *L.* es operaria. 2 *L.* mihi op. 3 *L.* tu lep. 4 L. quid ita? *omisso verbo* obsecro? 5 L. autem n. 6 L. dedo.

Ego obsonabo. nam id flagitium sit meum, mea te gratia
1 Operam dare mihi, & ad eam operam facere sumptum de tuo.
PI. *At ego nolo dare te quicquam, sine.* BA. *sino equidem, si lubet.*
Propera amabo. P. *prius hic adero quàm te amare desinam.*
BA. *Bene me accipis aduenientem mea soror.* BA. *quid ita obsecro?*
B. *Quia piscatus meo 2 animo hic tibi hodie euenit bonus.*
BA. *Meus ille quidem est. tibi nunc operam dabo, de Mnesilocho soror,*
Vt hîc accipias potius aurum, quàm hinc eas cum milite.
BA. *Cupio.* BA. *dabitur opera. aqua calet. eamus 3 intrò vt laues.*
Nam vt in naui vecta es, credo timida es. BA. *aliquantum soror.*
Simul 4 hic nescio, quid turbæ est, quin hinc decedimus?
B. *Sequere hac igitur me intrò in lectum, vt sedes lassitudinem.*

LYDVS *seruus*, PISTOCLERVS *adolescens.*

IAmdudum Pistoclere tacitus te sequor,
Spectans quas 5 tu res hoc ornatu geras.
Nam ita me dij ament, vt Lycurgus mihi quidem
6 Videtur, posset hic ad nequitiam adducier.
Quo nunc capessis 7 tete hinc aduersa via,
Cum tanta pompa? PI. *huc* LY. *quid huc? quis istic habet?*
PI. *Amor, voluptas, venus, venustas, gaudium,*
Iocus, ludus, sermo, suauis sauiatio.
LY. *Quid tibi commercij est cum diis damnosissimis?*
PI. *Mali sunt homines, qui bonis dicunt malè.*
Tu dis nec rectè dictis, non æquum facis.
L. *An deus est vllus suauis sauiatio?*
PI. *An non putasti esse vnquam? ô Lyde, es barbarus,*
Quem ego sapere nimio censui plus quàm Thalẽ,
Idem stultior es barbaro 8 poticio,
Qui tantus natu deorum nescis nomina.
L. *Nõ hic placet mihi ornatus.* PI. *nemo ergo tibi*
8 Hoc apparauit, mihi paratum est, cui placet.
L. *Etiam me aduorsus exordire argutias?*
Qui si decem habeas linguas, mutum esse addecet.
P. *Non omnis ætas, Lyde, ludo conuenit.*
Magis vnum in mente est mihi nunc, satis vt commodè

1 *L.* Et operam 2 *L.* quidem animo. 3 *L.* hinc intrò. 4 L. hinc nescio qui turbat, qui huc it, decedamus soror. 5 *L.* tuto. 6 L. Videtur posse. 7 *L.* te hinc. 8 L. Potitio. 9 L. hæc apparauit.

Pro dignitate obsonij hæc concuret coquus.
L. *Iam perdidisti te atque me atque operam meam.*
Qui tibi nequicquam sæpe monstraui bene.
P. *Ibidem ego meam operam perdidi, vbi tu tuã.*
Tua disciplina nec mihi prodest, nec tibi.
L. *O prædigatum pectus.* P. *odiosus mihi es,*
Tace atque sequere Lyde me. L. *illuc sis vide,*
Non pædagogum iam me, sed Lydum vocat.
P. *Non par videtur, neque sit consentaneum,*
Cùm herus hic intus sit, & cum amica 1 *is accubet,*
Cúmque osculetur, & conuiuæ alij accubent,
Præsentibus illis pædagogus vnà vt siet.
L. *An hoc ad eas res obsonatum est obsecro?*
P. *Sperat quidem animus: quò eueniat, dijs in manu est.*
L. *Tu amicam habebis?* P. *cum videbis, tum scies.*
L. *Immò neque habebis, nec sinam: iturus sum domum.*
P. *Omitte Lyde, ac caue malo.* L. *quid caue malo?*
P. *Iam excessit mihi ætas ex magisterio tuo.*
L. *O barathrum, vbi* 2 *nunc es, vt ego te vsurpem lubens?*
Video nimio iam multo plusquam volueram.
Vixisse nimio satiùst, quàm viuere.
Magistron' quenquam discipulum minitarier?
Nihil moror discipulos mihi esse 3 *tam plenos sanguinis,*
Valens adflictat me 4 *nunc vaciuom virium?*
P. *Fiam, vt ego opinor, Hercules, tu autem Linus.*
L. *Pol metuo magis, ne Phœnix tuis factis fuam:*
Téque ad patrem esse mortuum renunciem.
P. *Satis historiarum est.* L. *hic* 5 *veteri perdidit.*
Compendium edepol haud ætati optabile
Fecisti, cum istanc 6 *nactus es impudentiam.*
Occisus' hic homo est. ecquid in mente est tibi
Patrem tibi esse? P. *tibi ego* 7 *aut tu mihi seruus es?*
L. *Peior magister te istæc docuit, non ego.*
Nimio es tu ad istas res discipulus docilior,
Quàm ad illa quæ te docui, vbi operam perdidi.
P. *Istactenus tibi Lyde libertas data est.*
Orationis satis est, sequere me hac, ac tace.
L. *Edepol fecisti furtum* 8 *ætati malum,*
Quum istæc flagitia me celauisti, & patrem.

1 L. fua acc. 2 L. tu es.
3 *L.* iam. 4 L. *Expungendum* nunc.
5 L. vereri.
6 L. nactu's imp.
7 *Lamb. malit legere* an.
8 *L.* in ætate. 9 *Expungendum* nunc.

ACTVS II.
CHRYSALVS *seruus.*

Herilis patria salue: quam ego biennio,
Postquam hinc Ephesum abij 9 *nunc conspicio lubens.*
Saluto te vicine Apollo, qui ædibus
Propinquus nostris accolis, venerorque te,
Ne Nicobulum 1 *sinas nostrum senem*
2 Prius me conuenire, quàm sodalem viderim
Mnesilochi Pistoclerum, quem ad epistolam
Mnesilochus misit super amica Bacchide.

PISTOCLERVS *adolescens,*
CHRYSALVS *seruus.*

Mirum est me vt redeam te opere tanto
3 *quærere,*
Qui abire hinc nullo pacto possim, si velim,
Ita me vadatum amore, vinctúmque attines.
CH. *Proh dij immortales, Pistoclerum conspicor.*
O Pistoclere salue. PI. *salue Chrysale.*
CH. 4 *Compendio verba multa iam faciam tibi,*
Venire tu me gaudes, ego credo tibi.
Hospitium & cœnam pollicere, vt conuenit
Peregrè aduenienti: ego autem venturum annuo.
Salutem 5 *tibi ab sodali solidam nuncio.*
Rogabis me vbi sit? viuit. PI. *nempe rectè valet.*
CH. *Istuc volebam ego ex te percontarier.*
PI. *Qui scire possum?* CH. *nullis plus.* PI. *quémnam ad modum?*
C. *Quia illa inuenta est, quam ille amat, viuit rectè & valet.*
Si non inuenta est, minus valet, moribundus est:
Anima est amica amanti, si adest, nullus est:
Si adest res nulla'st, ipsus est nequam & miser.
Sed tu quid factitasti mandatis super?
PI. *Egon vt quod ab illo attulisset nuncius,*
Non impetratum id aduenienti 6 *redderem?*
Regiones colere mauellem ego Acheruntícas.
CH. *Eho an inueniſti Bacchidem?* PL. *Samiam quidem.*
CH. *Vide quæso, ne quis tractet illam indiligens.*
Scis tu, vt confringi vas citò Samium solet.
PL. *Iámne vt soles?* CH. *dic vbi ea nunc est obsecro.*
PI. *Hic, exeuntem me vnde aspexisti modò.*
CH. *Vt istuc est lepidum, proximæ vicinæ*
Habitat. ecquidnam meminit Mnesilochi? PI. *rogas?*
Immò vnicè vnum plurimi pendit. CH. *papæ!*
PI. *Immò vt eum credis, misera amãs desiderat.*
CH. *Scitum istuc.* PL. *immò Chrysale hem non tantulum*
Vnquam intermittit temp°, quin eum nominet.
CH. *Tanto hercle melior Bacchis.* PI. *immò.* CH. *immò* 7 *abiero*
Potius. PI. *num inuitus rem bene gestam audis heri?*
C. *Non herus, sed actor mihi cor odio sauciat.*
Etiam Epidicum, quam ego fabulam æquè ac me ipsum amo,
Nullam æquè inuitus specto, si eam agit 8 *pellio.*
Sed Bacchis etiam forti tibi visa est? PI. *rogas?*

1 L. me sm.
2 *L.* prius con.
3 L. quęsere,
4 *L.* Compendi. 5 *Expungendum* tibi.
6 *L.* ei r.
7 L. hercle ab. 8 *L.* Pelio.

Ni nactus Venerem essem, hanc Iunonem dicerem.
CH. *Ædepol Mnesiloche, vt rem hanc natam esse intellego,*
Quod ames, paratum est: quod des, inuento est opus.
Nam istis fortasse auro opus est. PI. *Philippeo quidem.*
CH. *Atque eo fortasse iam opus est.* PI. 1 *immò etiam prius.*
Nam iam huc adueniet miles, & miles quidem
Qui de amittenda Bacchide aurum hic exigit.
CH. *Veniat quando volt, atque ita ne 2 sibi sit moræ.*
Domi est, non metuo, nec cuiquam supplico.
Dum quidem hoc valebit pectus perfidia meum.
Abi intrò, ego hic curabo. tu intus dicito,
Mnesilochũ adesse Bacchidi. PI. *faciam vt iubes.*
CH. *Negocium hoc ad me nunc attinet aurarium.*
Mille & ducentos Philippos attulimus aureos
Epheso, quos hospes debuit nostro seni.
Inde ego hodie aliquam machinabor machinam,
Vnde aurum efficiam amanti herili filio.
Sed foris concrepuit nostra, quinam exit foras?

NICOBVLVS *senex*, CHRYSALVS *seruos.*

IBo in Piræum, visam ecquæ aduenerit
In portum in Epheso nauis mercatoria.
Nam meus formidat animus nostrum tam diu
Ibi desidere, neque redire filium.
CH. *Extexã ego illum pulchrè iam, si dij volunt.*
Haud dormitandum est, est opus chryso Chrysale.
Adibo hunc, quem quidem ego hodie faciam hic arietem
Phryxi. itáque tondebo auro vsque ad viuam cutem.
Seruus salutat Nicobulum Chrysalus.
NI. *Proh dij immortales, Chrysale, vbi mihi est filius?*
CH. *Quin tu primùm salutem reddis quam dedi?*
NI. *Salue, sed vbinam est Mnesilochus?* CH. *viuit, valet.*
NI. *Venitne?* CH. *venit.* N. *euax, aspersisti aquã.*
Benéne vsque valuit? CH. *pancratice atque athletice.*
N. *Quid hoc? qua 3 ego caussa eum hinc in Ephesum miseram,*
Accepitne aurum ab hospite Archidemide?
CH. *Heu cor meum & cerebrum Nicobule finditur,*
Istius hominis vbi sit 4 quaque mentio.
Tun' hospitem illum nominas hostem tuum?
NI. *Quid ita hercle obsecro?* CH. *quia edepol certo scio.*
Vulcanus, sol, 5 dies, & luna, dei quattuor,
Scelestiorem nullum 1 illuxere alterum.
NI. *Quémne? Archidemidem?* CH. 2 *quem, inquam Archidemidem.*
NI. *Quid fecit?* C. *quid non fecit? quin tu id me rogas?*
Primum dum inficias ire cœpit filio,
Negare 3 sese debere tibi triobolum,
Continuò antiquum ibi hospitem nostrum sibi
Mnesilochus aduocauit, Pelagonem senem:
Eo præsente homini extemplò ostendit symbolum,
Quem tute dederas, ad eum vt ferret, filio.
NI. *Quid vbi ei ostendit symbolum?* CH. *insit dicere*
Adulterinum, & non eum esse symbolum.
Quotq; innocenti ei dixit contumelias?
Adulterare eum aiebat rebus cæteris.
NI. 4 *Habetin aurũ? id mihi primùm dici volo.*
CH. *Postquã quidem prætor recuperatores dedit,*
Damnatus demum, vi coactus reddidit
Ducentos, & mille Philippũm. NI. *tantũ debuit?*
CH. *Porrò etiam ausculta pugnam, quam voluit dare.*
NI. *Etiámne est quid porrò?* CH. *hem accipe, trina hæc nunc erit.*
NI. *Deceptus sum. Autolyco hospiti aurũ credidi.*
CH. *Quin tu audi.* NI. *immò ingenium auidi haud pernoram hospitis.*
CH. *Postquam aurum abstulimus, in nauem conscendimus,*
Domum cupientes, fortè vt assedi in stega,
Dum circumspecto, atque ego tum lembum conspicor:
Longum est rigorem maleficum exornarier.
NI. *Perij hercle. lembus ille mihi lædit latus.*
CH. *Is erat cõmunis cum hospite & prædonibus.*
NI. *Adeon' me fuisse fungum, vt qui illi crederẽ?*
Cùm mihi ipsum nomen eius Archidemidis
Clamaret, dempturum esse si quid crederem.
CH. *Is nostræ naui lembus insidias dabat.*
Occœpi ego obseruare eos, quam rem gerant.
Interea è portu nostra nauis soluitur.
Vbi portu exiimus, homines remigio sequi,
Neque aues, neque venti citius. quoniam sentio
Quæ res gereretur, nauem extemplò statuimus.
Quoniam vident nos stare, occeperunt ratem
Turbare in portu. NI. *heu edepol, mortalis malos.*
Quid denique agitis? CH. *rursum in portum recipimus.*
NI. *Sapienter factum à vobis. quid illi postea?*
CH. *Reuorsionem ad terram faciunt vesperi.*
NI. *Aurum hercle auferre voluere, ei rei operam dabant.*
CH. *Non me fefellit, sensi, eo exanimatus fui.*
Postquam nos vidimus auro insidias fieri,
Capimus consilium continuò, postridie
Auferimus 5 aurum omne illis præsentibus.

1 *L.* atque etiam,
2 *L.* mihi 3 *L. Expungendum* ego
4 *Lamb. legi malit* quoq.
5 L. luna & dies.

1 L. hoc ill. 2 *L.* quàm, 3 *L.* se deb.
4 L. habet n'aurum? 5 *L.* inde aurum.

Palàm atque apertè, vt illi id factum sciscerent.
NI. Sciè hercle. cedo quid illi? CH. tristes illico,
Quando extemplò à portu ire nos cum auro vident,
Subducunt lembum capitibus 1 quassantibus.
Nos apud Theotimum omne aurum deponimus.
Qui illic sacerdos est 2 in Dianæ Ephesiæ.
NI. Qui istic Theotimus est? CH. 3 Megalobuli filius,
Qui nunc in Epheso est Ephesiis carissimus,
NI. Næ ille hercle mihi sit multo tanto carior,
Si me illoc auro tanto circumduxerit.
CH. Quin ipsi in æde Dianæ conditum 4 est ibi,
5 Ibidem publicitus seruant. NI. occidistis me,
Nimio hic priuatim seruaretur rectius.
Sed vos nihilne attulistis inde auri domum?
CH. Immò etiam, verùm quantum attulerit, nescio.
NI. Quid nescis? C. quia Mnesilochus noctu clanculum
Deuenit ad Theotimum: nec mihi credere,
Nec cuiquam in naui voluit, eò ego nescio
Quantillum attulerit, verùm haud permultum attulit.
NI. Etiam dimidium censes? CH. non edepol scio.
Verùm haud opinor. NI. fértne partem tertiam?
CH. Non hercle opinor, verùm verum nescio,
Profectò de auro nihil scio, nisi ne scio.
Næ tibimet illuc naui capiundum est iter,
Vt illud reportes aurum ab Theotimo domum.
Atque heus tu? NI. quid vis? CH. annulum gnati tui
Facito vt memineris ferre. LI. quid opu'st annulo?
CH. Quia id signum est cum Theotimo, qui eum illi afferet.
Ei aurum vt reddat. NI. meminero, & rectè mones.
Sed diuésne est istic Theotimus? CH. etiã rogas?
Qui soccis habeat auro suppactum solum.
NI. Cur ita fastidit? CH. tantas diuitias habet:
Nescit quid faciat auro. NI. mihi dederit velim.
Sed qui præsente id aurum Theotimo datum est?
CH. Populo præsente, nullu'st Ephesi quin sciat.
NI. Istuc sapienter saltem fecit filius,
Cùm diuiti homini id aurum seruandum dedit,
Ab eo licebit quamuis subitò sumere.
CH. Immò hem tantisper nunquã te morabitur,
Quin habeas illud quo die illuc veneris.
NI. Censebam me effugisse à vita maritima,
Ne nauigarem tandem hoc ætatis senex,
Id mihi haud vtrum velim licere intellego:
Ita bellus hospes fecit Archidemides:
Vbi nunc est ergo meus Mnesilochus filius?
CH. Deos atque amicos iit salutatum ad forum.
NI. At ego hinc ad illum, vt conueniam quantum potest.
CH. Ille est oneratus rectè, & plus iusto vehit.

1 L. cassantibus: 2 *Expungendã* in. 3 *L. leg. putat*, Megabizi. 4 *L.* est ibi. 5 *L.* Demum.

Exorsa hæc tela non malè est omnino mihi,
Vt amãtem herilem 1 compotem facerem filium,
Ita feci, vt aurum quantum vellet sumeret:
Quantum autem lubeat reddere, vt reddat patri.
Senex in Ephesum hinc ibit aurum arcessere,
Hic nostra agetur ætas in malacum modum.
Siquidem hic relinquet, nec secum abducet senex
2 Me nec Mnesilochum, quas ego hic turbas dabo?
Sed quid futurum est, cùm hoc senex resciuerit?
Quom se excurrisse illuc frustra sciuerit,
Nosque aurum abusos? quid mihi fiet postea?
Credo hercle aduenienis nomen mutabit mihi,
Faciétque extemplò cruciſalum me ex Chrysalo.
Aufugero hercle si magis vsus venerit.
Si ero reprehensus, mãcto ego illum infortunio:
Si illi sunt virgæ ruri, at mihi tergum domi est.
Nunc ibo: herili filio hanc fabricam dabo,
Super auro amicáque eius inuenta Bacchide.

ACTVS III.

LYDVS seruus.

PAndite atque aperite properè ianuam hanc Orci obsecro.
Nam equidem haud aliter esse duco, quippe quoi nemo aduenit.
Nisi quem spes reliquere omnes, esse vt frugi possiet.
Bacchides non Bacchides, sed Bacchæ sunt acerumæ.
Apage istas à me sopores: quæ hominum sorbent sanguinem.
Omnis ad perniciem instructa domus opimè atque opiparè.
Quæ vt aspexi, me continuò contuli protinam in pedes.
Egone vt hæc 4 cluſa gestem clanculum? vt celem patrem
Pistoclere, tua flagitia, aut damna, 5 despoliabula?
Queis patrem, & me, téque, amicósque omnes affectas tuos
Ad probrum, damnum, flagitium appellere vnà, & perdere?
Neque mei, neque te tui intus puditum est factis, quæ facis,
6 Queis tuum patrem, méque vnà, amicos, affines tuos,
Tua infamia feciſti geruli figulos flagitij.
Nunc priusquam malum istoc addis, certum est iam dicam patri,
De me culpam hanc demoliboriam, & seni faciam palàm,
7 Vt eum ex lutulento cœno properè hinc 8 eliciat foras.

1 *L.* copem. 2 L. me det. 3 *L.* quò.
4 L. concluſa. 5 *L.* desidiabula. 6 L. quibus.
7 *Lamb. malit legere*, Vt ted 8 *L.* ejiciat.

MNESILOCHVS *adoleſcens.*

1 MEditatus multimodis egomet mecum
ſum, & ita eſſe arbitror:
Homini amico, qui eſt amicus, ita vti nomen poſſidet.
Niſi deos, ei nihil præſtare. id opera expertus ſum eſſe ita.
Nam vt in Epheſum hinc abij, hoc factum eſt fermè ab hinc biennium.
Ex Epheſo huc ad Piſtoclerum 2 ſodalem meum literas
Miſi, amicam vt mihi inueniret Bacchidem. illum intelligo
Inueniſſe, vt ſeruos meus mihi nunciauit Chryſalus.
Condignè is 3 quam technam de auro aduerſum meum fecit patrem,
Vt mihi amanti copia eſſet. ſed eccum video incedere.
Nam pol quidem meo animo ingrato homine nihil impenſiu'ſt.
Malefactorem amitti ſatius, quàm relinqui beneficium.
Nimio præſtat impendioſum te, quàm ingratum dicier.
Illum laudabunt boni, 4 hoc etiam ipſi culpabunt mali.
Qua me cauſſa magis 5 cum cura eſſe obuigilato'ſt opus.
Nunc Mneſiloche ſpecimen ſpecitur, nunc certamen cernitur:
Siſne necne, vt eſſe oportet, malus, bonus, cuiuſmodi,
Iuſtus, iniuſtus, malignus, largus, commodus, incommodus.
Caue ſis te ſuperare ſeruum ſiris faciundo bene.
Vtut eris, moneo, haud celabis. ſed eccos video incedere
Patrem ſodalis, & magiſtrum. hinc auſcultabo quam rem agant.

LYDVS *ſeruus*, PHILOXENVS, *ſenex*, MNESILOCHVS *adoleſcens.*

NVnc experiar ſitne 6 acetum tibi cor acre in pectore.
Sequere. P. *quo ſequar? quo ducis nunc me?.* LY.
ad illam quæ tuum
Perdidit, peſſundedit tibi filium vni vnicum.
P. *Eia Lyde, leniter qui ſæuiunt, ſapiunt magis.*
Minus mirandum eſt. 7 illæc ætas ſi quid illorum facit.
Quàm ſi non 8 facit: feci, egi iſtæc itidem in adoleſcentia.
LY. *Hei mihi, hei mihi, iſtæc illum perdidit aſſentatio.*

1 L. Multimodis meditatus. 2 *L.* meum ſodalem. 3 *L.* qui. 4 *L.* hunc. 5 L. accurare atque aduigilare eſt opus. 6 *L.* aceto. 7 L. ilhæc. 8 L. faciat.

Nam abſque te eſſet, ego illum haberem rectum ad ingenium bonum:
Nunc propter te tuámque prauus factus eſt fiduciam
Piſtoclerus. MN *dij immortales, meum ſodalem hic nominat.*
Quid hoc negocij eſt, Piſtoclerum Lydus, quòd herum tam ciet?
P. *Pauliſper Lyde eſt libido homini ſuo animo obſequi:*
Iam aderit tempus, cùm ſeſe etiam ipſe oderit, morem geras,
Dum caueatur præter æquum ne quid delinquat, ſine.
L. *Non ſino. neque 1 equidem illum me viuo corrumpi ſinam.*
Sed tu, qui tam pro corrupto dicis cauſſam filio.
Eadémne erat hæc diſciplina, cùm tu adoleſcens eras?
Nego tibi hoc annis viginti fuiſſe primis copiæ,
Digitum longè à pædagogo pedem vt efferres ædibus.
Ante ſolem exorientem, niſi in palæſtrã veneras,
Gymnaſij præfecto haud mediocris pœnas penderes.
Id qui obtigerat, hoc etiam ad malum 2 accerſebatur malum,
Et diſcipulus & magiſter perhibebantur improbi.
Ibi curſu, luctando, haſta, diſco, pugilatu, pila,
Saliendo ſeſe exercebant magis, quàm ſcorto aut ſauiis:
Ibi ſuam ætatem extendebant, non in latebroſis locis,
Inde de hippodromo & palæſtra, vbi reueniſſes horum,
Cincticulo præcinctus in ſella apud magiſtrum aſſideres:
Tum librum legeres. ſi vnam peccauiſſes ſyllabã,
Fieret corium tam maculoſum, quàm eſt nutricis pallium.
M. *Propter me hæc 3 meo nunc ſodali dici diſcrucior miſer,*
4 Iſte innocens ſuſpicionẽ hãc ſuſtinet cauſſa mea.
P. *Alij Lyde nunc ſunt mores.* L. *id equidem certò ſcio.*
Nam olim populi prius honorem capiebat ſuffragio,
Quam magiſtri deſinebat eſſe dicto obediens.
At nunc priuſquam ſeptuennis eſt, ſi attingas eum manu,
Extẽplò puer pædagogo tabula dirumpit caput.
Cùm patrem adeas poſtulatum, puero ſic dicit pater:
Noſter eſto, dum te poteris defenſare iniuria.
Prouocatur pædagogus, eho ſenex minimi precij,
Ne attingas puerum iſta cauſſa, quando fecit ſtrenuè.

1 *Expungendum* equidem 2 *L.* arceſſebatur. 3 *L.* nunc meo. 4 *L. Expungendum* iſte

It magister quasi lucerna uncto 1 expletus linteo.
Itur illinc iure dicto. istoccine hic pacto potest
Inhibere imperium magister, si ipsus primus vapulet?
MN. *Acris postulatio hæc est, cùm huius dicta intelligo.*
Mira sunt, ni Pistoclerus Lydum pugnis cõtudit.
PH. *Sed quis hic est quem astantem video ante ostium?* LY. *ô Philoxene.*
M *Deos 2 me propitios videre, quàm illum mauellem mihi.*
PHI. *Quis 3 illuc est?* LY. *Mnesilochus, gnati tui sodalis Pistocleri.*
Haud consimili ingenio atque ille est, quin in lupanari accubat.
Fortunatum Nicobulum, qui illum produxit sibi.
PH. *Saluus sis Mnesiloche, saluum te aduenire gaudeo.*
MN. *Dij te ament Philoxene.* LY. *4 hic ritè productu'st patri.*
In mare it, rem familiarem curat, custodit domum.
Obsequens obediénsque est mori atque imperiis patris.
Hic sodalis Pistoclero iam puer puero fuit.
Triduum non inter eos est ætatis vter maior siet.
Verùm ingenium plus triginta annis maius est, quàm alteri.
PH. *Caue malũ, & compesce in illum 5 iniustè dicere.* LY. *tace.*
Stultus es, qui illi malè ægrè patere dici, qui facit:
Nam illum meũ malum prõptare malim, quàm peculium.
PH. *Qui dum?* LY. *quia malum si promptet, in dies faciat minus.*
MN. *Quid sodalem meum castigas Lyde discipulum tuum?*
L. *Periit tibi sodalis.* M. *6 ne dixeris'.* L. *sic est vt loquor,*
Quin ego cum peribat vidi, non ex auditu arguo.
MN. *Quid factum est?* LY. *meretricem indignè deperit.* M *non tu taces?*
LY. *7 Atque acerrimè ea est, absorbet, vbi quemque attigit.*
M. *Vbi ea mulier habitat?* LY. *hic.* M. *vnde eam esse aiunt?* LY. *ex Samo.*
M. *Quæ vocatur?* LY. *Bacchis.* M. *errasLyde, ego omnem rem scio,*
Quemadmodum est. tu Pistoclerum falsò atque insontem arguis.
Nam ille amico & beneuolenti suo sodali sedulò
Rem mandatam exequitur. ipsus nec amat, nec tu creduas.
LY. *Itáne oportet rem mandatam gerere amici sedulò,*
8 Ipsus vt in gremio osculantem mulierem teneat sedens?
Nullon' pacto res mandata potest agi, nisi identidem
Manus ferat ad papillas? labra ab labris nusquã auferat?
1 Nam alia memorare, quæ illum facere vidi, dispudet:
Cum manum sub vestimenta ad corpus 2 detulit Bacchidi,
Me præsente, neque pudere quicquam. quid verbis opus est?
Mihi discipulus, tibi sodalis periit, huic filius.
Nam ego illum periisse duco, cui quidem periit pudor.
Quid opu'st verbis? si opperiri vellem paulisper modo,
Vt opinor, 3 inspectandi mihi esset maior copia,
Plus vidissem quàm deceret, quàm me atque illo æquum foret.
M. *Perdidisti me sodalis. egóne illam iam mulierem*
Capitis non perdã? perire me malis malim modis.
Satin' vt quem tu habeas 4 fidelem, aut cui credas nescias?
LY. *5 Viden' vt ægrè patitur hic gnatum esse corruptum tuum,*
Suum sodalem, vt ipsus sese cruciat ægritudine?
PH. *Mnesiloche hoc tecum oro, vt illius animum atque ingenium regas.*
Serua tibi sodalem, & mihi filium. M. *factum volo.*
PH. *In te ergo hoc onus omne impono. Lyde seque re hac me.* LY. *sequor.*
Melius esset me quoq; vnà si cum illo relinqueres.
PH. *Assatim est. Mnesiloche cura, & concastiga hominem probè,*
Qui dedecorat te, me, 6 amicos atque alios flagitiis suis.

1 *L.* expretus. 2 *L.* propitios me.
3 L. illic. 4 *L.* hic enim ritè. 5 *L.* dicere iniustè.
6 L. ne dixerint. 7 *L.* At quæ acerrimè atque quæstuosè absorbet, vbi. 8 L. Vt ipsus in.

MNESILOCHVS *adolescens.*

7 *Miciorem nunc vtrum credam magis' Sodalémne esse an Bacchidem, incertum admodum est.*
Illum exoptauit potius, habeat. optimè est.
Nã illa 8 illud hercle cum malo fecit suo, meo.
Nam mihi 9 diuom nunquam 10 quidquam 11 creduat,
Ni ego illam exemplis plurimis planéque amo.
Ego faxo haud dicet nactam, quem derideat.
Nam iam domum ibo, atque aliquid surripiam patri,
Id isti dabo, ego istanc multis vlciscar modis,
Adeò ego illã cogam, vsque vt mendicet 12 pater.
Sed satin' ego animum mente sincera gero?
Qui ad hunc modũ hæc hic quæ futura fabulor.

1 *L.* Nanque. 2 *L.* tetulit. 3 *L.* illius inspectandi. 4 *L.* fidelem tibi, aut. 5 *L.* Viden'.
6 L. amicósque alios. 7 Immitiorem *vel forsasse* inimiciorem. 8 *Expungendum* illud. 9 *L.* diuini.
10 L quisquam. 11 *al.* creduit. 12 *L.* meus pater.

Amo

Amo hercle, opinor, vt pote [1] *quod pro certo sciam.*
Verùm quàm [2] *vnquam de mea pecunia*
Ramenta fiat plumea propensior,
Mendicum malim mendicando [3] *viuere.*
Nunquàm edepol viua me irridebit. nam mihi
Decretum est renumerare iã omne aurum patri.
Igitur mihi inani atque inopi subblandibitur,
Tum cum [4] *nihilo pluris ea res referet,*
Quàm si ad sepulchrum mortuo dicat iocum.
Sed antequam illa vnquam meis opulentiis
Ramenta fiat grauior aut propensior,
Mori [5] *me mauelim excruciatum inopia.*
Profectò stabile est me patri aurum reddere.
Eadem exorabo Chrysalo caussa mea
Pater nè noceat: neu quid ei succenseat
Mea caussa de auro quòd eum ludificatus est.
Nam illi æquum est me consulere, qui caussa mea
Mendacium dixit: nunc vos me sequimini.

PISTOCLERVS.

REbus aliis [6] *anteuortam Bacchis, quæ mandas mihi*
Mnesilochum vt requiram, atque vt eum [7] *mecum ad te* [8] *adducam simul.*
Nam illud animus [9] *miratur meus, si à me tetigit nuncius.*
Quid remoratur? ibo, & visam huc ad eum si fortè est domi.

MNESILOCHVS, PISTOCLERVS.

REddidi patri omne aurum, nunc ego illam me velim
Conuenire, postquam inanis sum, contemptricem meam.
Sed veniam mihi quàm grauatè pater dedit de Chrysalo?
Verùm postremò impetraui, vt ne quid ei succenseat.
PI. *Est ne hic meus sodalis?* MN. *est ne hic hostis quem aspicio meus?*
PI. *Certè is est.* MN *is est. adibo contrà, &* [10] *tollam gradum.*
PI. *Saluus sis Mnesiloche.* MN. *salue.* PI. *saluus cùm peregrè aduenis,*
Cœna detur. MN. *non placet mihi cœna, quæ bilem mouet.*
PI. *Num quæ aduenienti ægritudo obiecta est?* MN. *atque acerruma.*
PI. *Vnde?* MN. *ab homine quem mihi amicum esse arbitratus sum antidhac.*
PI. *Multi more isto atque exemplo viuunt, quos cùm censeas*

1 *L.* quod certò sciam. 2 L. illa vn. 3 L vincere. 4 *L.* mea illud nihilo pluris ref. 5 *L.* mala me malim exc. 6 *L* anteuortar 7 *L.* medicum. 8 L. ducam. 9 *L.* meus miratur, 10 *L.* contollam.

Tibi amicos, reperiuntur falsi falsimoniis,
Lingua factiosi, inertes opera, subtesta fide.
Nullus est, qui non inuideat rem secundam obtingere.
Sibi ne inuideatur, ipsi ignaui [3] *cauent rectè.*
MN. *Ædepol næ tu illorum mores perquam meditatè tenes.*
Sed etiam vnum hoc ex ingenio malo malum inueniunt suo.
Nulli amici sunt. inimicos ipsi in sese omnis habent.
Atque ij se cùm frustrantur, frustrari alios stolidi existimant.
Sicut est hic, quem esse amicum ratus sum, atque ipsus sum mihi.
Ille quod in se fuit accuratum habuit, quod posset mali
Facere, & in me inconciliare copias omnis meas.
PI. *Improbum istunc esse oportet hominem.* MN. *ego ita esse arbitror.*
P. *Obsecro hercle loquere quis is est.* MN. *beneuolens viuit tibi.*
Nam ni ita esset, tecum orarem, vt ei quod posses mali
Facere, faceres. PI. *dic modò hominem qui sit: si non fecero*
Ei malè aliquo pacto, me etiam dicito ignauissimum.
MN. *Nequam homo est, verùm hercle amicus est tibi.* PI. *tanto magis,*
Dic quis est. nequam hominis ego paruipendo gratiam.
MN. *Video non potesse, quin tibi eius nomen eloquar.*
Pistoclere perdidisti me sodalem funditus.
PI. *Quid istuc est?* MN. *quid est? misi-ne ego ad te ex Epheso epistolam*
Super amica, vt mihi inuenires? PI. *fateor factum, & repperi.*
MN. [4] *Qui, tibi non erat meretricum aliarum Athenis copia,*
Quibus cum haberes rem, nisi [5] *illa quam ego mandassem* [6] *tibi,*
Occiperes [7] *tute amare, & me ires consultum malè?*
PI. *Sanun' es?* M. *rem repperi omnem ex tuo magistro. ne nega.*
Perdidisti me. PI. *etiámne vltrò tuis me proiectas probris?*
[8] *Quid amas'?* M. *Bacchidem.* PI. *duas ergo hic intus eccas Bacchides.*
M. *Quid duas?* PI. *atque ambas sorores.* M. *loqueris nunc nugas sciens.*
PI. *Postremo si pergis parum mihi fidem arbitrarier,*
Tollam ego [9] *te in collum, atque intrò hinc au-*

1 *L.* esse am. 2 L. Alteri: sibi ne. 3 *L.* rectè cauent. 4 L. Quid. 5 L. cum illa 6 *L.* tibi m? 7 eam tute. 8 L. MN. Quid amas Bacchidem? 9 L. ted in.

*feram.*M.*imò ibo,mane.*
PI.*Non maneo,neque tu me habebis falsò suspectum.*M.*sequor.*

ACTVS IIII.
PARASITVS PVER.

PArasitus ego sum nequam hominis atq; improbi
Militis,qui amicam secum auexit ex Samo.
Nunc me ire iussit ad eam,& percontarier,
Vtrum aurum reddat,ánne eat cum simul.
I tu puer qui dudum cum illac vsq; isti simul,
Quæ harum sunt ædes, pulta. adi actutum ad fores,
Recede hinc directè.[2] *En vt pultat propudium!*
Comesse panem tris pedes latum potes,
Fores pultare nescis?ecquis in ædibus est?
Heus ecquis hic est?ecquis hoc aperit ostium?
Ecquis exit?

PISTOCLERVS, PARASITVS.

QVid istuc est? 3 quænam istæc est pultatio?
Quæ te mala crux agitat? ad istunc qui modum
4 Alieno vires tuas extentes ostio?
Fores penè effregisti.quid nunc vis tibi?
PA.*Adulescens salue.*PI.*salue,sed quem quæritas?*
P.*Bacchidem.* PI. *vtra ergo.* PA. *nihil scio nisi Bacchidem.*
Paucis me misit miles ad eam Cleomachus,
Vel vt ducentos Philippos reddat aureos,
Vel vt hinc Elatiam hodie eat secum simul.
PI.*Non it.negato esse ituram abi & renuncia.*
Alium illa amat,non illum.duc te ab ædibus.
PA.*Nimis iracundè.*PI.*ai scin' quàm iracundus siem?*
Næ tibi herclè haud longè est os ab infortunio,
Ita dentifrangibula hæc meis manibus gestiunt.
PA.*Cùm ego huius verba interpretor,mihi cautio est*
Ne nucifrangibula excussit ex malis meis:
Tuo ego istæc igitur dicam illi periculo.
PI.*Quid ais tu?* PA. *ego istuc illi dicam.* PI. *dic mihi*
*Quis tu es?*PA.*illius sum integumẽtum corporis.*
PI. *Nequam esse oportet, cui tu integumentum 5 improbus es.*
PA.*Sufflatus ille huc veniet.* PI. *diruptũ velim.*
PA.*Num quid vis?*PI.*abeas celeriter,facto est opus.*
PA.*Vale dentifrangibule.*PI. *& tu integumentum vale.*
In eum nã hæc 6 venit res locum,vt quid consilij
Dem meo sodali super amica,nesciam,
Qui iratus renumerauit omne aurum patri,
Neque nummus vllus'st qui reddatur militi.
Sed huc concedam.nam concrepuerunt fores.
Mnesilochus eccum mœstus progreditur foras.

1 *L.*Tu qui dudum puer cum illa vsq. 2 *Expungendum* En. 3 L. quæ istæc. 4 *L.*Vires tuas alieno ext. 5 L.improbum. 6 L.res venit l.

MNESILOCHVS, PISTOCLERVS.

PEtulans,proteruo,iracundo animo,indomito,
1 incogitato,
Sine modo & modestia sum, sine bono iure atque honore.
Incredibilis, 2 impos animi, inamabilis,illepidus viuo,
Maleuolente ingenio natus. postremò id mihi est quod nolo
Ego esse aliis, credibile hoc est: nequior nemo est, neque indignior,
Qui dij benefaciant,neque quem 3 hamo qui isque aut amet,aut adeat.
Inimicos quàm amicos æquum est me habere, malos quàm bonos:
4Magis me iuuare,omnibus probis,quàm improbis viris
Digna sum, dignior 5 nullus est homo, qui patri reddidi 6 omne aurum amans,
Quod fuit præ 7 manu.næ ego homo miser
Perdidi me,atque operam Chrysali.
PI.*Consolandus hic mihi est, ibo ad eum.Mnesiloche quid sit?*MN.*perij.*
PI.*Dij melius faciant.* MN. *perij.* PI. *non taces insipiens?*MN.*taceam?*
PI.*Sanus satis non es.*MN.*perij.multa mala mihi in pectore*
Nunc acria atque acerba eueniunt, criminin'me habuisse fidem?
*Immeritò tibi iratus fui.*PI. *eia bonum habe animum.*
MN.*Vnde habeã? mortuus pluri precij'est quàm ego sum.*PI.*militis*
Parasitus modò venerat,aurum petere hinc:eum ego meis
Dictis malis, his foribus atque hac repuli. reieci hominem.
MN. *Quid mihi id prodest? quid faciam, nihil habeo miser.ille quidem*
Hanc abducet scio. PI. *si mihi sit, non pollicear.*
MN.*scio dares.*
Noui. sed nisi ames, non habeã tibi fidem tantã.
Nunc agitas sat tute tuarum rerum. egóne vt opem mihi
Ferre putem posse inopem te? PI. *tace modò,deus respiciet nos aliquis.*
MN.*Nugæ.* PI.*mane.*MN.*quid est?*PI.*tuam copiam 8 eccam Chrysalum video.*

1 L.*fortasse* incogitabili, 2 L.impósque
3 L.quisquam homo aut. 4 L. Par magis.
5 L.est homo nullus. 6 *Verba hæc* omne aurum amẽs, *pertinent ad versum seq.vt restituit Lamb.*
7 L. manibus:sumne ego h. miser? Sumne ego nullius pretij?perdidi me. 8 L.eccum

CHRY-

CHRYSALVS *seruus*, MNESILOCHVS, PISTOCLERVS *adolescens.*

HVnc hominem decet auro expendi, huic decet statuam statui ex auro.
Nam duplex hodie facinus feci, duplicib. spoliis sum affectus.
Herum maiorem meum, vt ego hodie lusi lepidè, vt ludificatus est?
Callidum senem callidis dolis compuli, & perpuli mihi omnia vt crederet.
Nunc amanti hero, filio senis, quicum [1] *bibo, qui cum edo & amo,*
Regias copias, aureásque obtuli, vt domo sumeret, neu foris quæreret.
Non mihi isti placẽt Parmenones, Syri, qui duas aut tres minas
Auferunt heris, nequius nihil est, quàm egens cõsilij seruus, nisi habet
Multipatens pectus. vbicunque vsus siet, pectore expromat suo.
Nullus frugi esse potest homo, nisi qui & bene malè facere tenet.
Improbis cùm improbus sit, harpaget: furibus furetur quod queat.
Versipellem frugi conuenit esse hominem, pectus cui sapit.
Bonus sit bonis, [2] *malis malus. vtcunque res sit, ita animum habeat.*
Sed lubet scire, quantum aurum herus sibi dempsit, & quid suo reddidit patri.
Si frugi est, Herculem fecit ex patre, decumã partem ei
Dedit, sibi nouẽ abstulit. sed quem quæro optimè ecce obuiam
Mihi est. num qui nummi exciderunt here tibi, quod sic terram
Obtuere? quid vos mœstos tam tristésque esse conspicor?
Non placet, nec est temerè etiam, quin mihi respondetis?
M. *Chrysale óccidi.* CH. *fortassis tu auri dempsisti parum.*
MN. *Qui, malùm, parum? immò verò nimio minus multo parum.*
C. *Quid igitur stulte, quoniam occasio ad eam rem fuit,*
Mea virtute parta, vt quantum velles, tantum sumeres,
Sic hoc digitulis duobus sumebas primoribus?
An nescibas, quàm eiusmodi homini rarò tempus se daret?
M. *Erras.* C. *at quidem tute errasti, cum parum* [3] *immersisti ampliter.*
M. *Pol tu quàm nunc me accuses magis, si magis rem noueris.*
C. *Occidi.* [4] *iam animus istoc dicto plus præsagitur mali.*
MN. *Perij.* C. *quid ita?* M. *quia patri omne cum rumento reddidi.*
C. *Reddidisti?* MN. *reddidi.* C. *omnéne?* MN. *oppidò.* C. *occisi sumus.*
Qui in mentem venit tibi istuc facinus facere, tam malum?
M. *Bacchidem, atque hunc suspicabar propter crimen Chrysale.*
Me malè consuluisse, ob eam rem omne aurũ iratus reddidi
Meo patri. C. *quid, vbi reddebas aurum, dixisti patri?*
MN. *Id aurum accepisse extemplò ab hospite Archidemide.* C. *hem.*
Istoc dicto dedisti hodie in cruciatũ Chrysalum:
Nam vbi me aspiciet, ad carnificem rapiet continuò senex.
MN. *Ego patrem exoraui.* C. *nempe ergo hoc vt faceret, quod loquor?*
MN. *Imò tibi ne noceat, neu quid ob eam rem succenseat:*
Atque ægrè impetraui: nunc hoc tibi curandum est Chrysale.
C. *Quid vis curem?* MN. *vt ad senem etiam alteram facias viam.*
Compara, fabricare, finge quod lubet, conglutina,
Vt senem hodie doctum doctè fallas, aurúmque auferas.
C. *Vix videtur fieri posse.* M. *perge, ac facilè hæc feceris.*
C. [1] *Quà, malum, facilè? quem mendacij prehendit manifesto modo.*
Quem si orem, vt mihi nihil credat, id non ausit credere.
MN. *Immò si audias, quæ dicta dixit me aduersum tibi.*
C. *Quid dixit?* M. *si tu illum solem, sibi solem esse dixeris,*
Se illum lunam credere esse, & noctem qui nunc est dies.
C. *Emungam hercle hominem probè hodie, ne id necquicquam dixerit.*
M. *Nunc quid nos vis facere?* C. *enim nihil, nisi vt ametis impero.*
Cæterùm quantumlibet me poscitote aurum, ego dabo.
Quid mihi refert Chrysalo esse nomen, nisi factis probo.
Sed nunc quantulum vsu'st auri tibi Mnesilochè? dic mihi.
M. *Militi nummis ducentis iam vsus est pro Bacchide.*
C. *Ego dabo.* M. *tum nobis opus est sumptu.* C. *ah, placidè volo,*
Vnum quidque agamus: hoc vbi egero, tum istuc agam.
De ducentis nummis primùm intendam balistã in senem.

1 L. ego bibo. 2 L. malus sit malis.
3 L. immersisti. 4 L. animus iam.
1 L. quàm.

Ea baliſta ſi peruortam turrim, & propugnacula,
Recta porta inuadam extemplò in oppidum antiquum & vetus:
Si id capſo, geritote amicis voſtris aurum corbibus,
Si cui animus ſperat. P. *apud te eſt animus noſter Chryſale.*
C. *Nunc tu abi intrò Piſtoclere ad Bacchidem, atque effer citò.*
PI. *Quid?* C. *ſtilum, ceram,* [1] *tabellas, & linum.*
PI. *iam fuxo hic erunt.*
M. *Quid nunc es facturus? id mihi dice.* C. [2] *coctũ prandium.*
Vos duo eritis, atque amica erit tecum tertia.
M. *Sicut dicis?* C. *Piſtoclero nullo amica eſt.* M. *immò adeſt.*
Alteram ille amat ſororem, ego alteram, ambas Bacchides.
C. *Quid tu loqueris?* MN. *hoc vt futuri ſumus.*
CH. *vbi eſt biclinium*
Vobis ſtratum? MN. *cur id exquiris?* C. *res ita eſt. dici volo.*
Neſcis quid ego acturus ſim, neque facinus quantum exordiar.
MN. *Cedo manum, ac ſubſequere propius me ad fores. intrò inſpice.*
C. *Euax nimis bellus, atque vt eſſe maximè optabam, locus.*
P. *Quæ imperauiſti, imperatum bene bonis factũ illico eſt.*
C. *Quid parauiſti?* PI. *quæ parare tu iuſſiſti omnia.*
C. *Cape ſtilum propere, & tabellas tu has tibi.*
MN. *quid poſtea?*
C. *Quod iubebo, ſcribito iſtic. nã propterea te volo*
Scribere, vt pater cognoſcat litteras, quãdo legat.
Scribe. M. *quid ſcribam?* C. *ſalutem tuo patri verbis tuis.*
PI. *Quid ſi potius morbum* [3] *mortem ſcribat? id erit rectius.*
M. *Ne interturba. iam imperatum in cera ineſt.*
C. *dic quemadmodum?*
M. *Mneſilochus ſalutõ dicit ſuo patri.* CH. *aſcribe hoc citò.*
Chryſalus mihi vſquequaque loquitur, nec rectè pater,
Quia tibi aurum reddidi, & quia non te defraudauerim.
PI. *Mane dum ſcribit.* CH. *celerem oportet eſſe amatoris manum.*
PI. *Atque idem* [4] *hercle, ad perdundum magis, quàm ad ſcribendum citus.*
M. *Loquere, hoc ſcriptum eſt.* CH. *nunc pater mi, proin tu ab eo vt caueas tibi,*
[5] *Is Sycophãtias componit, aurum vt abs* [6] *te auferat,*
Et profectò ſe ablaturum dixit, planè aſcribito,

1 L. & tab. 2 L. coctum eſt pr. 3 L. & mortem. 4 L. hercle eſt. 5 *Expungendum* Is. 6 L. ted

M. *Dic modò.* C. *atque id pollicetur ſe daturum aurum mihi,*
Quod dem ſcortis, quódque in luſtris comedim, & congræcem mater.
Sed pater mi, ne tibi hodie verba det, quæſo caue.
MN. *Loquere porrò.* C. *aſcribe dum.* MN. *etiam loquere quid ſcribam modò.*
C. *Sed pater, quod promiſiſti mihi, id* [1] *te quæſo vt memineris,*
Ne illum verberes, verùm apud te vinctum aſſeruato domi.
Cedo tu ceram ac linum actutum. age obliga, obſigna citò.
MN. *Obſecro quid iſtis ad iſtunc vſu'ſt conſcriptis modum?*
Vt tibi ne quid credat, atque vt vinctum te aſſeruet domi.
C. *Quia mihi ita lubet. potin' vt cures te. atq; ne parcas mihi?*
Mea fiducia opus conduxi, & meo periculo rem gero.
M. *Æquum dicis.* C. *cedo tabellas.* MN. *accipe.* C. *animum aduortite*
Mneſiloche, & tu Piſtoclere, iã facite in biclinio.
Cum amica ſua vterque accubitum eatis. ita negotium eſt.
Atq; ibidem vbi nũc ſunt lecti ſtrati, potetis cito.
PI. *Nunquid aliud?* C. *hoc, atque etiam vbi erit accubitum ſemel,*
Ne quoquam exurgatis, donec à me erit ſignum datum.
PI. *O imperatorem probum, iam bis bibiſſe oportuit.*
MN. *Fugiamus.* C. *voſtrum curate officium, ego efficiam meum.*

CHRYSALVS.

INſanum magnum molior negotium,
Metuóque vt hodie [2] *poſſem emolirier,*
Sed nunc truculento mihi, atque ſæuo vſus eſt.
Nam non conducit nunc huic ſycophantiæ
Senem eſſe tranquillum, vbi me aſpexerit,
Verſabo ego illunc hodie, ſi viuo probè,
Tam frictum ego illum reddam, quàm frictum eſt cicer.
Adambulabo ad oſtium, vt quando exeat
Extemplò aduenienti tabellas dem in manum.

NICOBVLVS, CHRYSALVS.

NImio illæc res eſt magnæ diuidiæ mihi,
Subterfugiſſe ſic mihi hodie Chryſalum.
C. *Saluus ſum, iratus eſt ſenex. nunc eſt mihi*
Adeundi ad hominem tempus. NI. *quis loquitur propè?*
Atq; hic quidem, opinor, Chryſalu'ſt. C. *acceſſero.*
NI. *Bone ſerue ſalue. quid ſit? quàm mox nauigo*
In Epheſum, vt aurum repetam ab Theotimo domum?

1 *Expungendum* te. 2 L. poſſim. 3 L. qui vbi.

Taces?

Taces? per omnes deos adiuro, vt ni meum
Gnatum tam amem, atque ei facta cupiam quæ
is velit,
Vt tua iam virgis latera lacerentur probè,
Ferratúsque in pistrino' ætatem conteras.
Omnia resciui scelera ex Mnesilocho tua.
C. *Men' criminatus est, optimè est, ego sũ malus.*
Ego sum sacer, sceleſtus. spectа rem modò,
Ego 1 *verbum faciam.* NI. *etiámne carnifex*
Minitare? C. *noſces tu illum actutum qualis ſit.*
Nunc haſce tabellas ferre me tuſſit tibi.
Orabat, vt quod iſtic eſſet ſcriptum, fieret.
N. *Cedò.* CH. *noſce ſignum.* N. *noui, vbi* 2 *ipſe?* C.
neſcio,
Nihil iam me oportet ſcire, oblitus ſum omnia.
Scio me eſſe ſeruum. neſcio etiam id quod ſcio.
Nunc ab tranſenna hic turdus lumbricum petit,
Pendebit hodie pulchrè, ita intendi tenus.
NI. *Mane dum* 3 *parumper, dum iam ad te exeo*
Chryſale.
C. *Vt verba mihi dat, vt neſcio quam rem gerat!*
Seruos arceſſit intus, qui me vinciant.
Bene nauis agitatur, pulchrè hæc confertur ratis.
Sed conticiſcam, nam audio aperiri fores.

NICOBVLVS, CHRYSALVS.

CONſtringe tute illi Artamo actutum manus.
C. *Quid feci?* N. *impinge pugnum ſi mutiuerit.*
Quid hæ loquuntur literæ? C. *quid me rogas?*
Vt ab illo accepi, ad te obſignatas attuli.
N. *Eò tu loquitatúſne es gnato meo malè*
Per ſermonem, quia mihi id aurum reddidit?
Et te dixiſti id aurum ablaturum tamen
Per ſycophantias? C. *egóne iſtuc dixi?* N. *ita.*
C. *Quis homo eſt, qui dicat me dixiſſe iſtuc?* N.
tace,
Nullus homo dicit, hæ tabellæ te arguunt,
Quas tu attuliſti, 4 *hæ te vinciri iubent.* C. *aha,*
Bellerophontem iam tuus me fecit filius.
Egomet tabellas detuli, vt vincirer? ſine.
NI. *Propterea hoc facio, vt ſuadeas gnato meo*
Vt pergræcetur tecum, 5 *teruenefice.*
CH. *ſtulte, ſtulto neſcis nunc venire te:*
Atque in eo ipſo aſtas lapide, vbi præco prædicat.
NI. *Reſponde, quis me vendit?* C. *quem di diligant,*
Adoleſcens moritur, dum valet, ſenit, ſapit.
Hunc ſi vllus deus amaret, plus annis decem,
Plus iam viginti, mortuum eſſe oportuit:
Terræ odium 6 *inambulat, & iam nihil ſapit,*
Nec ſentit. tanti eſt, quanti eſt fungus 7 *putidus.*
NI. *Tun' terræ me odium eſſe autumas? abducite hunc*
Intro, atque aſtringite ad columnam fortiter.
Nunquam auferes hinc aurum. C. *atqui vltro*
iam dabis.
N. *Dabo.* C. *atque orabis me quidem vltro vt auferam.*
Cùm illum reſciſces criminat orem meum
Quanto in periculo, & quanta in pernicie ſiet,
Tum libertatem Chryſalo largibere,
Ego adeo nunquam accipiam. NI. *dic ſcelerum caput,*
Dic quo in periculo eſt meus Mneſilochus filius?
C. *Sequere hac me, faxo iam ſcies.* N. *quo gentium?*
C. *Tres vnos paſſus.* N. *vel decem.* C. *agedum tu Artamo'*
Forem hanc pauxillulum aperi placide, 1 *ne crepet, faxo iam ſcies.*
Sat eſt. accede huc tu, viden' conuiuium?
NI. *Video ex aduerſum Piſtoclerum & Bacchidem.*
CH. *Qui sũt in lecto illo altero?* NI. *interij miſer.*
CH. *Nouiſtine hominem?* NI. *noui.* CH. *dic ſodes mihi,*
Bellan' videtur ſpecie mulier? NI. *admodum.*
CH. *Quid illam, meretricémne cenſes eſſe?* NI.
quippini.
C. *Fruſtra es.* NI. *quis igitur obſecro eſt?* C. *inueneris,*
Ex me quidem hodie nunquam fies certior.

CLEOMACHVS, NICOBVLVS, CHRYSALVS.

MEámne hic Mneſilochus Nicobuli filius
Per vim vt retineat mulierem? quæ hæc actio eſt?
NI. *Quis* 2 *illic eſt?* CH. *per tempus hic venit* 3
miles.
CL. *Non me arbitratur militem, ſed mulierem,*
Qui me meóſque non queam defendere.
Nam neque Bellona mihi vnquam, neque Mars creduat,
Ni illum exanimalem faxo, ſi conuenero,
Niue exhæredem fecero vitæ ſuæ.
NI. *Chryſale, quis ille eſt, qui minitatur filio?*
C. *Vir hic eſt illius mulieris, quacum accubat.*
NI. *Quid vir?* C. *vir inquam.* NI. *nupta eſt illan' obſecro?*
C. *Scies haud multo pòſt.* NI. *oppidò interijmiſer.*
C. *Quid? nunc ſceleſtus tibi videtur Chryſalus?*
Age nunc, vincito me, auſcultato filio.
Dixin' tibi illum inuenturum te qualis ſit?
NI. *Quid nunc ego faciam?* C. *iube ſis me exolui citò.*
Nam niſi exoluor, iam manifeſtò hominem oprimet.
CL. *Nihil eſt lucri, quod me hodie facere maueli,*
Quàm illum cubantem cum illa opprimere, ambo vt necem.
C. *Audin' quæ loquitur? quin tu me exolui iubes?*

1 L. ne crepa *quæ ſequuntur* faxo iam ſcies *expurganda* 2 L. ille. 3 L. miles mihi.

1 L nec verb.
2 L. ipſe eſt? 3 L. parumper, iam-iam ad te.
4 L. hæm. hæ 5 L. *fortaſſe legendum* triuenefice.
6 L Qui terræ od.
7 Lamb. *malit legi* putridus.

NI. *Exoluite istum: perij, pertimui miser.*
CL. *Tum illam, quæ corpus publicat vulgò suum,*
Faxo se haud dicat nactam quem derideat.
CH. *Pacisci cum illo paulula pecunia*
Potes. NI. *pacisce ergo obsecro,* [1] *quid tibi lubet,*
Dum ne manifesto hominem opprimat, néve enicet.
CL. *Nunc nisi ducenti Philippi redduntur mihi,*
Iam illorum ego animam amborum exsorbebo oppido.
NI. *Hem* [2] *illic pacisce, si potes. perge obsecro,*
Pacisce quid vis. CH. *ibo & faciam sedulò.*
Quid clamas? CL. *vbi herus tuus est?* CH. *nusquam, nescio.*
Vis tibi ducentos nummos iam promittier,
Vt ne clamorem hic facias, neu conuicium?
CL. *Nihil est quod malim.* CH. *atque vt tibi mala multa ingeram?*
CL. *Tuo arbitratu.* NI. *vt subblãditur carnufex.*
CH. *Pater hic Mnesilochi est. sequere, is promittet tibi.*
Tu aurum rogato, ceterum verbum sat' est.
NI. *Quid fit?* CH. *ducentis Philippis rem pepigi.*
NI. *vah salus*
Mea seruauisti me, quàm mox dico, dabo?
CH. *Roga hunc tu, tu promitte huic.* [3] NI. *promitto.* CH. *roga.*
CL. *Ducentos nummos aureos Philippos probos*
Dabin? CH. *dabuntur,* [4] *inquam, respondè.* NI. *dabo.*
CH. *Quid nunc impure, nunquid debetur tibi?*
Quid illi [5] *molestus. quid illi morte territas?*
Et ego te & ille mactamus infortunio,
Si tibi' est machæra, & nobis veruina est domi,
Quæ quidem te faciam, si tu me irritaueris,
Confossiorem soricina' nænia.
Iam dudum hercle equidem sentio, suspicio
Quæ te solicitet. eum esse cum illa muliere.
CL. *Immò est quoque.* CH. *ita me Iuppiter, Iuno, Ceres,*
Minerua, Latona, Spes, [6] *Ops, Virtus, Venus,*
Castor, Polluces, Mars, Mercurius, Hercules,
Sumanus, Sol, Saturnus, dique omnes ament.
Vt ille cum illa neque cubat, neque ambulat,
Neque osculatur, neque illud dici solet,
NI. *Vt iurat, seruat me ille suis periuriis.*
CL. *Vbi nunc Mnesilochus ergo'?* CH. *rus misit pater.*
Illa autem in arcem adiuit, ædem visere
Minervæ: nunc aperta est. vise, est ne ibi?
CL. *Abeo ad forum igitur.* CH. *vel hercle in malam crucem.*
CL. *Hodie exigam aurum hoc?* CH. *exige, ac suspende te*
Ne supplicare censeas, homo nihili.
Ille est amotus, sine me per te here obsecro
Deos immortalis, ire huc intrò ad filium.

1 *L.* quod. 2 L. illoc 3 *L.* NI. promitto. roga 4 *L.* inque 5 *L.* molestu's. 6 *L.* opes,

NI. *Quid eò introibis?* CH. *vt eũ dictis plurimis*
Castigem, cùm hæc sic facta ad hunc faciat modum.
NI. *Immò oro vt facias Chrysale, & te obsecro.*
Caue parsis in eum dicere. CH. *etiam me mones?*
Satin' est, si plura ex me audiet hodie mala,
Quàm audiuit vnquam Clinia ex Demetrio?
NI. *Lipi illic oculi seruus est simillimus,*
Si non est, nolis esse, neque desideres:
Si est abstinere, quin attingas, non queas.
Nam ni illic hodie fortè fortuna hic foret,
Miles Mnesilochum cum vxore opprimeret sua,
Atque obtruncaret mœchum manifestarium.
Nunc quasi ducentis Philippis emi filium,
Quos dare promisi militi, quos non dabo
Temerè [2] *priusquam filium conuenero,*
Nunquam ædepol quicquam temerè credã Chrysalo:
Verùm libet etiam mihi has perlegere denuò,
Æquum est tabellis consignatis credere.

CHRYSALVS, NICOBVLVS.

CH. *A Tridæ duo fratres cluent fecisse facinus maximum:*
Cum Priami patriam Pergamum, diuina mœnitum manu,
Armis, equis, exercitu, atque eximiis bellatoribus,
Millenûm numero nauium, decumo anno pòst subegerunt.
Non Pelides [3] *termento fuit, præut ego herum expugnabo meum*
Sine classe, sinéque exercitu, & tanto numero militum,
Cepi, expugnaui amanti herili filio aurum ab suo patre.
Nunc priusquam huc senex venit, libet lamentari dum exeat:
O Troia, ô patria, ô Pergamum, ô Priame, periisti senex,
Qui miserè malè multabere quadringentis Philippis aureis:
Nam ego has tabellas obsignatas consignatas, quas fero,
Non sunt tabellæ, sed equus, quem misere Achiui ligneum.
Epius est Pisticlerus, ab eo hæc sumpta, Mnesilochus Sinon est
Relictus ille non in busto Achilli, sed in lecto accubat,
Bacchidem habet secum: ille olim habuit ignem [4] *qui signum daret,*
Hunc ipsum exurit. ego sum Vlysses, cuius consilio hæc [5] *geruntur.*
Tum quæ hic sunt scriptæ literæ, hoc in equo insunt milites
Armati atque animati probè. ita res succesit,

1 L. ted 2 L. & iam 3 *Videtur legendum* ei termento 4 L. quoi 5 L. geruntur.

meliúsq;

1 *meliúsque adhuc.*
Atque hic equus non in arcem, verùm in arcam faciet impetum:
Exscidium, exitium, exlecebra fiet hic equus hodie auro senis.
Nostro seni huic stolido, ei profectò nomen facio ego Ilio.
Miles 2 *Menelaus, ego Agamemnon, idem Vlysses Laertius.*
Mnesilochus est Alexander, qui erit exitium rei patriæ suæ
Is Helenam abduxit, 3 *cuia causa nunc facio obsidium Ilio.*
Nam 4 *illic audiui Vlyssem, vt ego sum, fuisse & audacem, & malum.*
5 Dolis ego deprensus sum, ille mendicans penè inuentus interiit,
Dum ibi exquirit fata illorum: assimiliter mihi hodie obtigit.
Vinctus sum sed dolis me exemi. item se ille seruauit dolis.
Ilio tria fuisse audiui fata, quæ illi 6 *exitio forent:*
Signum ex arce si perisset, alterũ etiam est Troili mors,
Tertium cùm portæ Scææ limen superum scinderetur.
Paria itẽ tria eis tribus sũt fata nostra, huic Ilio.
Nam dudum primò vt dixeram nostro seni mẽdacium
Et de hospite, & de auro &, de lembo, ibi signũ ex arce iam abstuli,
Iam duo restabant fatæ tum, nec magis id ceperã oppidum.
Pòst vbi tabellas ad senem detuli, ibi occidi Troilum.
Cum censuit Mnesilochum cum vxore esse dudũ militis,
7 Ibi me inuexit, exolui, atque id periculum assimulo, Vlyssem vt prædicant,
Cognitum ab Helena esse, 8 *proditũ Hecubæ: sed vt olim ille se* 9 *ab ea*
Blanditiis exemit, & 10 *ei persuasit se vt amitteret,*
Item ego dolis me illo expuli periculo, & decepi senem,
Postea cum magnifico milite, vrbes verbis qui inermis capit,
Conflixi, atque hominem repuli, dein pugnã conserui seni.
11 *Eum ego adèo mendacio vno deuici, vno ictu extempulò.*
Cepi spolia. is nunc ducentos nummos Philippos militi
Quos dare se promisit, dabit.
Nunc alteris etiam ducentis vsus est, qui dispensentur
Ilio capto, vti sit mulsum, qui triumphẽt milites.
Sed Priamus hic multo illi præstat, non quinquaginta modò,
Quadringentos filios habet, atque equidem omnis lectos sine probro:
Eos ego hodie omnes contruncabo duobus solis ictibus.
Nunc Priamo nostro, si is est quis emptor, 1 *comitialem senem*
Vendam ego, venalem quem habeo, extemplò vbi oppidum expugnauero.
Sed Priamum astantem eccum ante portam video. adibo atque alloquar.
NI. *Cuiánam vox prope me sonat?* CH. *ô Nicobule.* NI. *quid sit?* 2 *Chrysale? quid*
Quòd te misi ecquid egisti? CH. *rogas? congredere.* NI. *congredior.*
CH. *Optimus sum orator, ad lacrumas coegi hominem castigando,*
Maléque dictis, quæ quidem quiui comminisci.
NI. *quid* 3 *ille ait?* CH. *verbum*
Nullum fecit, lacrumãs tacitus auscultabat, quæ ego loquebar.
Tacitus conscripsit tabellas, obsignatas mihi has dedit,
Tibi me iussit dare. sed metuo, ne idem cantent quod priores.
Nosce signum, 4 *eius?* NI. *noui, libet pellegere has.*
CH. *pellege.*
Nunc superum limen scinditur, nunc adest exitiũ Ilio.
Turbat equus lepidè ligneus. NI. *Chrysale ades, dum ego has pellego.*
CH. *Quid tibi me adesse opus est?* NI. *volo vt quod iubeo facias.*
Vt scias quæ hic scripta sient. CH. *nihil moror, neque scire volo.*
NI. *Tamen ades.* CH. *quid opus est?* NI. *taceas, quod iubeo, id facias.* CH. *adero.*
NI. *Euge litteras minutas.* CH. *qui quidem videat parum,*
Verùm qui satis videat, grandes satis sunt. NI. *animum* 5 *aduortito igitur.*
CH. *Nolo inquam.* NI. *at volo, inquã.* CH. *quid opus est?* NI. *at enim* 6 *quod iubeo facias.*
CH. *Iustum est, tuus tibi seruos tuo arbitratu seruiat.*
MI. *Hoc agesis iam nunc.* CH. *vbi lubet recita, aurium operam tibi dico.*
NI. *Ceræ quidem haud parsit, neque stilo. sed quicquid est, pellegere certum est.*
7 *O pater ducentos Philippos quæso Chrysalo*
Da, si esse saluum vis me, aut vitalem tibi.
CH. *Malum quidem hercle magnum tibi dico.*
NI. *quid est?*
CH. *Non prius salutẽ scripsit?* NI. *nũquã sentio.*

1 *L Camer. & Lamb.* metuscule. 2 L. Menelaust'. 3 L. cui *vel potius* quoi. 4 L. illic eidem aud. 5 L. in dolis. 6 L. forent exitio:
7 L. Ibi vix me exolui. 8 L. proditúmque.
9 *Expungenda hæc verba* ab ea 10 *Expungendum* ei. 11 L. ego um adeo vno mend.

1 L. coemtionalem. 2 *Expungendum* Chrysale.
3 *Expungendum* ille. 4 L. éstne eius?
5 L. aduorte. 6 L. id quod.
7 *Expungendum.*

CH. *Non dabis, si sapies. verùm si das maxumè,*
Næ ille alium gerulum quærat, si sapiet sibi.
Nam ego non laturus sum, si iubeas maxumè.
Sat sic suspectus sum, cum careo noxia.
NI. *Ausculta porrò, dum hoc quod scriptum est*
pellego.
CH. *Inde à principio iam impudens epistola est.*
NI. *Pudet prodire me ad te in conspectum, pater,*
Tantum flagitium te scire audiui meum,
Quod cum peregrini cubui vxore militis.
NI. *Pol haud derides nam ducentis aureis*
Philippis redemi vitam ex flagitio tuam.
CH. *Nihil est illorum, quin ego illi dixerim.*
NI. *Stultè feciſſe fateor, sed quæso pater,*
Ne me in stultitia, si deliqui, deseras.
Ego animo cupido, atque oculis indomitis fui:
Persuasum est facere, cuius nunc me facti pudet.
NI. *Prius te cauisse ergo, quàm pudere æquiũ fuit.*
CH. *Eadem istæc verba dudum illi dixi omnia.*
NI. *Quæso vt sat habeas id pater, quòd Chrysalus.*
Obiurgauit me plurimis verbis malis,
Et me meliorem fecit præceptis suis.
Vt te eij habere gratiam, æquum sit, bonam.
CH. *Est ne istuc istic scriptum?* NI. *hem specta,*
tum scies.
CH. *Vt qui deliquit supplex est vltrò omnibus!*
NI. *Nunc si me fas est obsecrare abs te pater,*
Da mihi ducentos nummos Philippos, te obsecro.
CH. *Ne vnum quidem hercle, si sapis.* NI. *sine*
pellegam:
Ego iusiurandum verbis conceptis dedi,
Daturum id me hodie mulieri, ante vesperum,
Priusquam à me abiret. nunc [1] *ne peierem pater*
Cura, atque abduce me hinc ab hac quantũ po-
test,
Quam propter tantum damni feci & flagitij.
Caue tibi ducenti nummi diuidiæ fuant,
Sexcenta tanta reddam, si viuo, tibi.
Vale, atque hæc cura. quid nunc censes Chry-
sale?
CH. *Nihil ego tibi consilij hodie quicquã dabo:*
[2] *Neque ego haud committam, vt si quid peccatũ*
siet,
Feciſſe dicas de mea sententia.
Verùm vt ego opinor, si ego in istoc siem loco,
Dem potius aurum, quàm illum corrumpi sinam.
Duæ conditiones sunt, vtram tu accipias vide:
Vel vt aurum perdas, vel vt amator peieret.
Ego neque te iubeo, neque veto, neque suadeo.
NI. *Miseret me illius.* CH. *tuus est, non mirum*
facis,
Si plus perdundum sit, periſſe suauius est.
Quàm illud flagitium volgo dispalecere:
NI. *Næ ille ædepol Ephesi multo mauellem foret,*
Dum saluus esset, quàm reuenisset domum.
Quid ego istic quod perdundum est properem per-
dere?

1 L. pater ne peierem. 2 *L. Dua negat. magis negant: nisi fortè legendum est,* Nanque.

Binos ducentos Philippos iam intus efferam:
Et militi quos dudum promisi miser,
Et istos. mane istic. iam exeo ad te Chrysale.
CH. *Fit vasta Troia, scindunt proceres Perga-*
mum.
Sciui ego tamdudum fore me exitium Pergamo.
Ædepol qui me esse dicat cruciatu malo
Dignum, næ ego cũ illo pignus haud ausim dare,
Tantas turbellas facio. sed crepuit foris,
Effertur præda ex Troia, taceam nunc iam.
NI. *Cape hoc* [1] *tibi aurum Chrysale. i, fer filio,*
Ego ad forum autem hinc ibo, vt soluam militi.
CH. *Non equidem accipiam, proin tu quæras qui*
ferat.
Nolo ego mihi credi. NI. *cape vero, odiosè facis.*
CH. *Non equidem capiam.* NI. *at quæso.* CH. *dico,*
vt res se habet.
NI. *Morare.* CH. *nolo inquam aurum concredi*
mihi.
Vel da aliquẽ qui me seruet. NI. *ohe odiosè facis.*
CH. *Cedo, si necesse est.* NI. [2] *cura hoc ad vos, iam*
ego huc à foro reuenero.
CH. *Curatum est esse te senem* [3] *omnium miser-*
rimum,
Hoc est incœpta efficere pulcrè, veluti nunc mihi
Euenit, vt ouans præda onustus incederem.
Salute nostra, atque vrbe capta per dolum.
Domũ reduco integrum omnem hinc exercitum.
Sed spectatores vos nunc ne miremini,
Quod non triumpho. peruolgatum est, nihil mo-
ror.
Veruntamen accipientur mulso milites.
Nunc hanc prædam omnem iam ad quæstorem
deferam.

PHILOXENVS.

QVàm magis in pectore meo foueo, quas meus
filius turbas turbet,
Quàm se ad vitam, & quos [4] *ad mores præcipitẽ*
[5] *insciţiis capessat,*
Magis cura est, magisque afformido, ne is pereat,
neu corrumpatur.
Scio. ego fui illa ætate, & feci illa omnia, sed mo-
re modesto.
[6] *Neque placitãt mores, quibus video vulgo gna-*
tis esse parentes.
Duxi, habui scortum, potaui, dedi, donaui, [7] *& e-*
nim id raro.
Ego dare me ludum meo nato institui, vt animo
obsequium
Sumere possit, æquum [8] *puto. sed nimis nolo de-*
sidiæ
Ei dare ludum. nunc Mnesilochum, quod man-
daui, viso.
Ecquid eum ad virtutem, aut ad frugem opera
sua compulerit.

1 *Expungendum* tibi. 2 L. cura hoc, iam ego reuenero. 3 *Expungendum* omnium.
4 *al.* ad amores 5 L. insciţus. 6 L. Nec.
7 *L. fortasse* sed en. 8 L. esse puto.

Sic

Sic vt eum 1 *conuenit, scio feciſſe: eo eſt ingenio natus.*

ACTVS V.

NICOBVLVS, PHILOXENVS.

QVicunque 2 *vbi ſunt, qui fuere, quique futuri ſunt poſthac,*
Stulti, ſtolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, bucones,
Solus ego omnes longè anteeo ſtultitia, & moribus indoctis.
Perij: pudet hoccine ætatis 3 *ludum bis factum eſſe indignè.*
Magis quam id repeto, tam magis vror, 4 *meus quem filius turbauit.*
Perditus atque etiam eradicatus ſum 5 *, omnibus exemplis crucior.*
Omnia me mala conſectantur, omnibus exitiis interij.
Chryſalus me hodie lacerauit, Chryſalus me miſerum ſpoliauit:
Is me 6 *ſcelus auro vſque attondit doctis indoctum dolis vt libitum eſt.*
Ita miles memorat meretricem eſſe, quam ille vxorem eſſe aiebat,
Omniáque, vt 7 *quoque actum eſt, memorauit. eam ſibi hunc annum* 8 *totum conductam,*
Reliquum id auri factum, quod ego ei ſtultiſſimus homo promiſiſſem.
Hoc hoc eſt, quod peraceſcit, hoc eſt demum quod percrucior
Me hoc ætatis ludificari: immò ædepol ſic ludos factum
Cano capite, atque alba barba, ſic miſerum me auro eſſe emunctum.
Perij, hoc ſeruum meum non nauci facere eſſe auſum. atque ego ſi alibi
Plus perdiderim, minus ægrè habeam, minúſque id mihi damno ducam.
PH. *Certo hic prope me mihi neſcio quis loqui viſus eſt: ſed quem video,*
Hic quidem pater Mneſilochi eſt. NI. *euge, ſocium ærumnæ & mei mali video.*
Philoxene ſalue. PH. *& tu, vnde agis?* NI. *vnde homo miſer, & infortunatus.*
PH. *At pol ego ibi ſum, eſſe vbi miſerum hominem decet, atque infortunatum.*
NI. *Igitur pari fortuna, ætate vt ſumus, vtimur.*
PH. *ſic eſt, ſed tu,*
Quid tibi eſt? NI. *pol mihi par idem eſt quod tibi.*
PH. *numquidnam ad filium*
Hæc ægritudo attinet? NI. *admodum.* PH. *idem mihi morbus in pectore eſt.*
NI. *At mihi Chryſalus optimus homo* ***
** *Perdidit filium, me atque rem omnem*

1 *L.* ſi conuenit, 2 L. vbique. 3 L. ludos.
4 *L.* quæ meus f.
5 *L.* Perditus ſum, atque etiam erad. ſum.
6 *L.* ſcelus vſque attondit dolis doctis indoct. vt lib. 7 *L.* quicquid. 8 *Expungendum* totum.

Meam. PH. *quid tibi ex filiónam obſecro ægrè eſt?* NI. *ſcies,* 1 *is periit*
Cum tuo atque ambo æquè amicas habent. PH. *quî ſcis?* NI. *vidi.* PH. *hei mihi, diſperij.*
NI. *Quid dubitamus pultare, atque huc euocare ambas foras.*
P. *Haud moror.* NI. *heus Bacchis. iube ſis actutum* 2 *aperiri,*
Niſi mauoltis fores & poſtes comminui ſecuribus.

BACCHIDES *duæ ſorores*, NICOBVLVS, PHILOXENVS, *ſenes.*

QVis ſonitu ac tumultu tanto nomine nominat
Me, atque pultat 3 *foreis?* N. *ego atque hic.* B. *quid hoc eſt*
Negotij? nam amabo quis has huc ouis adegit?
MI. *Ouis nos vocant peſſumæ.* SO. *paſtor harum*
Dormit, cùm hæ eunt ſic à pecu palitantes.
BA. *At pol nitent, haud ſordidæ videntur ambæ.*
S. *Attonſæ hæ quidem ambæ* 4 *à nobis vſque ſunt.* P. *vt videntur*
Deridere nos? NI. *ſine* 5 *vſque arbitratu ſuo.*
BA. *Rerin' ter in anno tu has tonſitari?* SC. *pol hodie*
Altera iam bis detonſa certò eſt. BA. *vetulæ*
Sunt 6 *thymianæ.* SO. *at bonas fuiſſe credo.*
Viden' limulis obſecro vt intuentur?
BA. *Ecaſtor ſine omni arbitror malicia eſſe.*
PH. *Meritò hoc nobis fit, qui quidem huc venerimus.*
B. *Cogantur quidem intrò.* SO. *haud ſcio quid eo opus ſit,*
Quæ nec 7 *lactem, nec lanam vllam habent, ſic ſine aſtent.*
Exoluêre, quanti fuere. omnis fructus
Iam illis decidit. 8 *an non vides vt palantes*
Solæ liberè 9 *craſſentur? quin ætate* 10 *eas iam credo eſſe mutas.*
Ne balant quidem, cùm à pecu cætero abſunt.
SO. *ſtultæ atque haud malæ videntur.*
BA. *Reuortamur intrò ſoror.* NI. *illico ambæ manete. hæ oues volunt vos.*
BA. *Prodigium hoc quidem eſt, humana nos voce appellant oues.*
P. *Hæ oues vobis malam rem magnam quam debent dabunt.*
BA. *Si quam debes, te condono, tibi habe, numquam abs te petam.*
Sed quid eſt quapropter nobis vos malum minitamini?
PH. *Quia noſtros agnos concluſos iſtic eſſe aiunt duos.*
N. *Et præter eos agnos, meus eſt iſtic clam mor-*

1 L. id periit. Cũ tuo, atque. 2 L. aperiri fores,
3 L. ædes? 4 *Expungendæ voces* à nobis. 5 *L.* ſuo vſque arb. 6 L. thymiama. 7 *Lamb. putat legendum* lacte. 8 *Expungendum* an. 9 *L.* graſſentur:
10 *Expungendæ voces* eas iam.

dax canis:
Qui nisi nobis producuntur, iámque emittuntur foras,
Arietes truces nos erimus, iam in vos incursabimus.
BA. Soror, est quod te volo secretò. SO. chò amabo. NI. quò illæ abeunt? BA. senem illum 1 ego
Tibi dedo 2 veteriorem soror, lepidè vt lenitum reddas: ego ad hunc
Iratum aggrediar, possumus nos hos intro illicere huc? S. meum
Pensum ego lepidè accurabo, quanquam odiosum est mortem 3 amplexarier.
BA. Facito vt facias. SO. taceas: tu tuum facito. ego quod dixi haud mutabo.
NI. Quid illæc illic in consilio duæ secretò consultant?
PH. Quid ais tu homo? NI. quid me vis? P. pudet dicere me tibi quiddam.
NI. Quid est quod pudeat? PH. sed amico homini tibi quod volo credere certum est:
Nihili sum. NI. istuc iampridem scio. sed quid nihili sis memora.
PH. Tactus sum vehementer visco, corstimulo foditur.
NI. Pol tibi multo æquius est coxendicem.
Sed quid istuc est, etsi iam ego ipse quid sit propè scire puto me,
Verùm audire etiam ex te studeo. PH. Viden hanc? NI. video. P. haud mala est mulier.
NI. Pol verò ista mala, & tu nihili. P. quid multa? ego amo. NI. an amas? P. necas.
NI. 4 Tun' homo putidus amator istac fieri ætate audes? PH. qui non?
NI. Quia flagitium est. PH. quid opus verbis est? meo 5 ego filio non sum iratus.
Neque te tuo est æquum esse tratum. si amant, sapienter faciunt.
BA. Sequere, 6 hac eunt. NI. eccas tandem probri perlecebræ & persuastrices.
Quid? nunc etiam redditis nobis 7 & filios & seruum? an ego
Expenior tecum 8 vi maiore. PH. abin hinc?
Non homo tu quidem es, qui istoc pacto tam lepidam illepidè appelles.
BA. Senex optime, quantum est in terra, sine hoc exorare 9 me obsecro abs te
Vt istuc desistas tantopere ire oppugnatum.
NI. Nisi abeas, quanquam tu bella es, malum tibi magnum dabo iam. BA. Patiar,
Non metuo ne quid mihi doleat, quod ferias. N. vt blandiloqua est,
Hei mihi metuo. SO. hic magis tranquillust.
I hac mecum intro: atque ibi', si quid vis, filium concastigato.

1 Expungendum ego. 2 L. vlteriorem.
3 L. amplexari. 4 L. Tu h.
5 L. Expungendum ego. 6 L. hac. NI. eunt. eccas
7 Expungendum &
8 L. vim maiorem?
9 Expungenda hac verba me obsecro.

NI. Abin à me scelus. BA. sine mea pietas exorem. N. exores tu me?
BA. Ego quidem ab hoc certè exorabo. P. immò ego te oro, vt me intrò abducas.
SO. Lepidum te. P. at scin' quo pacto me ad te intrò abducas? BA. mecum vt sis. (quam
P. Omnia quæ cupio cõmemoras. N. vidi ego ne-
1 Hominem, verùm te neminem deteriorem. P. ita sum:
BA. I hac mecum intrò, vbi sit tibi lepide victib', vino atque vnguentis,
2 Satis iam satis vos tristes. P. conuiuij me nihil pœnitet, vt sim acceptus.
N. Quadringentis Philippis filius me & Chrysalus circunduxerunt,
Quem quidem ego, vt non excruciem,
Alterum tantum auri non' meream.
B. Quid tandem, si dimidium auri redditur? isne tu hac mecum
Intrò, atque vt eis delicta ignoscas? P. faciet.
N. Minimè. nolo, nihil moror, sine sic malo illos vlcisci ambo.
P. Etiam tu homo nihili, quod dij dant boni, 3 caue culpa amissis tua.
Dimidium auri datur, accipias: potésque & scortum accumbas.
N. Egon' vbi filius corrumpatur meus, ibi potem?
P. potandum est.
N. Age iam id, vtut est, & si est dedécorum, patiar facere, inducam
Animum, egon cùm hac cum illo accumbet, inspectem? BA. immò equidem pol tecum
Accumbam, te amabo, & te amplexabor. N. caput prurit, perij.
Vix 4 quidem negito. BA. non tibi venit in mentem, amabo. si dum viuas,
Tibi bene facias. iam pol id quidem esse haud perlonginquum:
Neque si hoc hodie amiseris, post in morte id euenturum esse vnquam?
NI. Quid ago? PH. quid agas, 5 etiam rogas? NI. libet, & metuo. BA. quid metuis?
NI. Ne obnoxius filio sim, & seruo. BA. mel meum amabo istæc fiunt.
Tuus est. vnde illum censes sumere, nisi quod tute illi dederis?
Hanc veniam illis 6 te exorem sine. NI. vt terebrat? satin offirmatum
Quod mihi erat, id me exorat, tua sum opera & propter te improbior.
BA. Nusquam tu me à te auelles, satin ego istuc habeo offirmatum?
NI. Quod semel dixi, haud mutabo. BA. it dies, ite intrò accubitum,
Filij vos expectant intus. NI. quàm 7 nos quidem actutum emorimur?

1 L. Homines, 2 L. NI. Satis satis iam vostri'st conuiuij me. 3 L. caues culpa tua amissis?
4 Expungendum quidem. 5 L. rogitas etiam?
6 L. sine te exorem. 7 Expungendum nos.

BA.

BA. *Vesper hic est, sequimini.* PH. *ducite nos quò lubet, tanquam vobis addictos quidem.*
Lepidè ipsi hi sunt capti, suis qui filiis fecere insidias: ite.

GREX.

HI senes nisi fuissent 2 nihili iam inde ab adolescentia,
Non hodie hic tantum flagitium facerent canis capitibus:
Neque adeo hæc faceremus, ni antehac vidissemus fieri,
Vt apud lenones riuales filiis sierent patres.
Spectatores, vos valere volumus, & clarè applaudere.

1 L. tanquam quidem addictos. 2 L. nihil.

MOSTELLARIA.

DRAMATIS PERSONAE.

TRANIO *seruus.*
1 GRVNIO *seruus.*
PHILOLACHES *adolescens.*
PHILEMATIVM *meretrix.*
SCAPHA *ancilla.*
CALLIDAMATES *adolescens.*
DELPHIVM *meretrix.*
THEVROPIDES *senex.*
SIMO *senex.*
DANISTA *seruus.*
PHANISCVS *aduersitor.*
SERVVS *alius.*
PVER.

ARGVMENTVM.

MANV misit emptos suos amores Philolaches,
Omnémque absente rem suo absumit patre.
Senem, vt reuenit, ludificatur Tranio.
Terrifica monstra ait videri in ædibus,
Et inde primùm emigratum esse, interuenit
Lucripeta fœnus fœnerator postulans.
2 Ludósque rursum fit senex. nam mutuum
Acceptum 3 inde dicit pignus ædibus,
Requirit quæ sunt. ait vicini proximi.
Inspectat illas, post se derisum dolet.
Ab sui sodale gnati exoratur tamen.
Rus mihi tu obiectas? sanè credo Tranio
Quod te in pistrinum scis actutum tradier.
Cis hercle paucas tempestates Tranio,
Augebis ruri numerò, genus ferratile.
Nunc dum tibi lubet, licétque, pota, perde rem.
Corrumpe herilem filium, adolescentem optimum,
Dies noctésque bibite, pergræcamini,
Amicas emite, liberate, pascite
Parasitos, obsonate pollucibiliter.
Hæccine mãdauit tibi cùm peregrè hinc iit senex?
Hoccine modo hic rem curatam offendet suam?
Hoccine boni esse officium serui existimas,
Vt heri sui corrumpat 1 absentis filium?
Nam ego illum corruptum duco, quom his factis studet.
Quo nemo adæquè iuuentute ex omni Attica
Antehac est habitus parcus, nec magis continens:
Is nunc in aliam partem palmam possidet,
Virtute id factum tua & magisterio tuo.
TR. *Quid tibi, malùm, me, aut quid ego agam, curatio'st?*
An ruri quæso non sunt quos cures boues?
Lubet potare, amare, scorta ducere,
Mei tergi facio hoc, non tui fiducia.
GR. *Quin confidenter 2 loquitur fur?* TR. *at te Iuppiter,*
Diique omnes perdant, oboluisti allium.
Germana illuuies, rusticus, hircus, hara suis,
3 Canem capra commista. GR. *quid tu vis fieri?*
Non omnes possunt 4 olere vnguenta exotica.

ACTVS I.

4 GRVNIO, TRANIO, *serui duo.*

EXi è culina, sis foras mastigia.
Qui mihi inter patinas exhibes argutias.
Egredere herilis pernicies ex ædibus.
Ego pol te ruri, si viuam, vlciscar probè.
Exi inquam nidor è culina, quid lates?
TR. *Quid tibi, malùm, hic ante ædes clamatio est?*
An ruri censes te esse? abscede, abscede ab ædibus.
Abi rus. abi dierectè, abscede ab ianua.
En hoccine volebas? GR. *perij, cur me verberas?*
TR. *Quia tu vis.* GR. *patiar, sine modò adueniat senex.*
Sine modò venire saluom, quem absentem comes.
TR. *Nec verisimile loquere, nec verum, frutex,*
Comesse quenquã vt quisquam absentem possiet.
GR. *Tu vrbanus verò scurra, delicia populi.*

1 L. Grumio. 2 L. Ludósq. 3 *Expungendum* inde 4 L. Grumio.

Si tu 1 oles: neque ſuperior, quàm herus accumbere,
Neque tam facetis, quàm tu viuis, victibus:
Tu tibi iſtos habeas turtures, piſces, aueis,
Sine me 2 alliato fungi fortunas meas.
Tu fortunatus, ego miſer: patiunda ſunt.
TR. *3 Meũ bonum me, te tuum maneat malum.*
Quaſi inuidere mihi hoc videre Grumio,
Quia mihi bene eſt, & tibi malè eſt, digniſſimum eſt.
Decet me amare, & te bubulcitarier:
Me victitare pulchrè, te miſeris modis.
GR. *O 4 carnificum cribrum, quod credo fore,*
Ita te forabunt patibulatum per vias
Stimulis, ſi huc reueniat 5 quàm primum ſenex.
TR. *Qui ſcis an tibi iſtuc prius eueniat, quàm mihi?*
GR. *Quia nunquam merui, tu meruiſti & nunc meres.*
TR. *Orationis operam compendi face,*
Niſi te mala re magna mactari cupis.
GR. *Eruom daturin' eſtis bubus quod feram?*
Date æs, 6 inhoneſtis, agite porrò, pergite.
Quomodo occepiſtis, bibite, pergræcamini,
Eſte, 7 effertite vos, ſaginam cædite.
TR. *Tace, atq; rus abi, ego ire in 8 Pyræum volo,*
In veſperum parare piſcatum mihi.
Eruom tibi aliquis cras faxo ad villam afferat.
Quid eſt? quid tu me nunc obtuere furcifer?
GR. *Pol tibi iſtuc credo nomen actutum fore.*
TR. *Dum interea 9 ſic, ſit iſtuc actutum: ſino.*
GR. *Ita'ſt. ſed vnum hoc ſcito, nimio celerius*
Venire quod moleſtũ eſt, quã id quod cupide petas.
TR. *Moleſtus ne ſis, nunc iam i rus, teq; amoue.*
Ne tu erres, præter hac mihi non facies moram.
GR. *Satin' abijt, neq; quod dixi flocci æſtumat?*
Proh di immortales, obſecro veſtram fidem,
Facite huc vt redeat noſter quàm primùm ſenex.
Triẽnium qui iam hinc abeſt, priuſquam omnia
10 Perierint, & ædes, & ager: qui niſi huc redit,
Paucorum menſium ſunt relicta reliquiæ.
Nunc rus abibo: nam herilem filium
Video corruptum hic ex adoleſcente optumo.

PHILOLACHES *adoleſcens.*

RE cordatus multum & diu cogitaui,
Argumentáque in pectus multa inſtitui
Ego, atque in 11 corde meo, ſi eſt quod mihi cor,
Eam rem volutaui, & diu diſputaui,
Hominem qoius rei quando natus eſt,
Similem eſſe arbitrarer ſimulacrumque habere.

1 *L. ſort. ſſe* olis:
2 L. alliatum. 3 L. *Verba ſunt Grumionis, debẽtque poni nomen Tranionis initio verſũs ſequentis.*
4 *L.* carnificinum. 5 *Expungẽda verba hæc* quàm primùm. 6 *l.* ſi non oſtis.
7 L. effercite. 8 *L.* Piræum *ſcribendum & legendum* πρειῶ ἄδως.
9 *L.* ſic ſit. iſtuc actutum ſ. 10 L. periêre,
11 L. meo corde.

Id repperi iam exemplum.
Nouarum 1 eſſe ædium arbitror ſimilem ego hominem,
Quando hic natus eſt, ei 2 argumenta rei dicam.
Atque hoc 3 videtur haud veriſimile vobis,
At ego id faciam eſſe ita vt credatis.
Profectò ita eſſe, vt prædico, vero vincam.
Atque hoc voſmetipſi ſcio,
Perinde vti nunc ego eſſe autumo, quando
Dicta audietis mea, haud aliter dicetis.
Auſcultate 4 donec argumenta dixero.
5 Simul autem gnariures volo eſſe hanc rem mecum.
Ædes quom extemplò ſunt paratæ expolitæ
Factæ probè, examuſſim,
Laudant fabrum, atque ædes probant, ſibi quiſque
Inde exemplum expetunt ſibi quiſque ſimile,
Suo vſque ſumptu, 6 operam poſcunt ſuam.
Atque vbi illò immigrat nequam homo, 7 indiligens
Cum pigra familia, immundus, inſtrenuus,
Hic iam ædibus vitium additur,
Bonæ cum curantur malè.
Atque illud 8 ſit ſæpe, tempeſtas venit,
Confringit tegulas, imbricéſque. ibi
Dominus indiligens reddere alias neuolt,
Venit imber, lauit parietes, perpluunt
Tigna, putrefacit aer operam fabri,
Nequior iam factus eſt vſus ædium:
Atque haud fabri culpa, ſed magna 9 pars
Moram hanc 10 ſibi induxerunt, ſi quid nummo ſarciri poteſt,
Vſque dum mantant, neque id faciunt, donicum
Parietes ruunt, ædificantur ædes totæ denuò.
Hæc argumenta ego ædificiis dixi, nũc etiam volo
Dicere, vt 11 o vos homines ædium eſſe: miles arbitremini.
Primùm dum parentes fabri liberûm ſunt,
Et fundamentum ſubſtruunt liberorum.
Extollunt, parant ſedulò infirmitatem,
12 Et vt in vſum boni, & in ſpeciem populo
Sint, ſibique 13 & materiæ ne parcunt,
Nec ſumptus ibi ſumptui eſſe ducunt.
Expoliunt, docent literas, iura & leges,
Sumptu ſuo & labore nituntur, vt
Alij ſibi eſſe illorum ſimiles expetant.
Ad legionem quom itant, adminiculum eis dant,
Tum' 14 iam aliquem cognatum ſuum,
Eatenus abeunt à fabris.

1 *L.* ædium eſſe.
2 *L.* rei argumenta d. 3 *L.* haud videtur.
4 L. argumenta dum dico ad hanc rem.
5 *L.* Simul gnatureis vos volo eſſe h. r. meo.
6 *L.* operæ ne parcunt ſuæ,
7 *L.* indiligénſque.
8 L. ſæpe fit, 9 L. pars hominum. 10 L. *Expungendum* ſibi. 11 L. *Expungendum* vos.
12 L. Vt & in. 13 *L.* aut.
14 L. *Expungendum* iam.

Vnum

Vnum vbi emeritum est stipendium, igitur, tum
Specimen cernitur, quo eueniat ædificatio.
Nam ego ad id frugi vsque & probus fui, in fa-
brorum potestate dum fui.
Posteaquam immigraui in ingenium meum,
Perdidi operam fabrorum illico, oppidò
Venit ignauia, ea mihi tempestas fuit,
Ea mihi aduentu suo grandinem, imbrémque at-
tulit,
Hæc verecundiam mihi & virtutis modum
Deturbauit, detexitque me illico,
1 Pòst illa obtexere, eam negligens fui,
Continuò pro imbre amor aduenit, 2
Is vsque in pectus permanauit, permadefecit
Cor meum. nunc simul res, fides, fama, virtus,
Decúsque deseruerunt: ego sum in 3 visu
Factus nimio nequior. atque ædepol ita
Hæc tigna humidè 4 putent, non video mihi
Sarcire posse ædes meas, quin totæ
Perpetuæ ruant, quin cum fundamento
Perierint, nec quisquam esse auxilio queat.
Cor dolet, quom scio nunc vt sum, atque vt fui,
Quo neque industrior de iuuentute erat,
Arte gymnastica, disco, hastis, pila,
Cursu, armis, equo. victitabam volupe.
Parsimonia, & duricia, disciplinæ alis eram,
Optumi quique expetebant 5 eam sibi,
Nunc 6 postquam nihili sum, id verò meopte inge-
nio repperi.

PHILEMATIVM *mulier*, SCAPHA *ancilla*, PHILOLACHES *adolescens.*

IAmpridem ecastor frigida non laui magis lubenter,
Nec vnde me melius mea Scapha rear esse defæcatam.
SCA. *Euentus 7 rebus in omnibus, velut in horreo horna messis magni fit.*
PHI. *Quid ea messis attinet ad meam lauationẽ?*
SC. *Nihilo plus, quàm lauatio tua ad messim.*
PHILO. *O Venus venusta,*
Hæc illa est tempestas mea, mihi quæ modestiam omnem
Detexit, tectus qua fui, quam mihi amor & cupido
In pectus perluit meum, neque iam 8 vnquam obtigere possum.
Madet in corde parietes, periere hæc oppidò ædes.
PHILE. *Contempla amabo mea Scapha, satin hæc me vestis deceat.*
Volo 9 placere Philolacheti meo ocello, meo patrono.

1 L. Postilla me obtegere negl.
2 L. in cor meum 3 L. vsum
4 L. putrent non videor m.
5 L eam doctrinam s. 6 L. póstque.
7 L. rebus omnibus velut horno messis magna fuit. PHI. quip. 8 L. m'vnquam.
9 L. meo pl. Philolachi, meo oc.

SC. *Quin tute exornas moribus lepidis, quum lepida tute es?*
Non vestem amatores mulieris amant, sed ve-
stis fartum.
PH. *Ita me di ament, vt lepida Scapha sapit scelesta multum,*
Vt lepidè res omnes tenet, sententiásque 1 amantium'!
PHILE. *2 Qui nunc?* SCA. *quid est?* PHILO. *Quin me aspice & contempla, vt 3 hoc me decet amiculum.*
S. *Virtute formæ' id euenit, te vt deceat, quicquid habeas.*
PHILO. *Ergo hoc ob verbum te Scapha donabo ego profectò hodie aliqui:*
Neque patiar te gratis hanc laudasse, quæ placet mihi.
PHILE. *Nolo ego te assentari mihi.* SC. *nimis tu quidem stulta es mulier.*
Ehò mauis vituperari falsò, quàm verò extolli?
4 Equidem pol, vel falsò tamen laudari multò malo,
Quàm verò culpari, aut alios meam speciem irridere.
PHILE. *Ego verum amo, verum volo mihi dici, mendacem odi.*
SC. *Ita tu me ames, ita Philolaches tuus te amet, vt venusta es.*
PHILO. *Quid ais scelesta? quomodo adiurasti, ita ego istam amarem?*
Quid ita hæc me. 5 id cur non additum est? infecta dona facio.
Periisti, quod iam promiseram tibi dono, perdidisti.
SCA. *Equidem pol miror tam catam, tam doctam te & bene eductam,*
6 Non scire & tam stultè facere. PHILE. *quin mone quæso, si quid erro.*
SCA. *7 Tu ecastor erras, 8 quæ illum exspectes vnum, atque illi*
Morem præcipuè sic geras, atque alios 9 omneis asperneris.
Matronæ, non meretricum est, vnum 10 vni inseruire amantem.
PHILO. *Prò Iuppiter, nam quod malum versatur meæ domi illud?*
Dij deæque omnes me pessimis exemplis interficiant,
Nisi ego illam anum interfecero siti, famémque atque algu.
PHILE. *Nolo ego mihi malè te Scapha præcipere.* SCA. *stulta es planè, quæ*
Illum tibi æternum putes fore amicum, & beneuolentem.

1 L. amantum. 2 L. Quid n.
3 L. hæc *& expungendum* amiculum.
4 SCA. Equidem vel f.
5 *Expungendum* id 6 L. Non stultam stultè f.
7 *Expungendum* Tu. 8 L. quæ quidem.
9 *Expungendum* omneis 10 *Expungendum* vni.

Moneo ego te te deseret 1 illa ætate & satietate.
PHILE. *Non spero.* SCA. *insperata accidũt magis sæpe quàm quæ speres.*
Postremò si dictis nequis perduci, vt vera hæc credas,
Mea dicta ex factis nosce. rem vide, quæ sim, & quæ fui antè
Nihilo ego, quàm nunc tu amata sum, atque vni modò gessi morem,
Qui pol, me vbi 2 ætate hoc caput colorem 3 commutauit,
Reliquit, deseruitque me, tibi idem futurum credo.
PHILO. *Vix comprimor: quin inuolem illi in oculos stimulatrici.*
PHILE. *Solam illi me soli censeo esse oportere obsequentem,*
Solam ille me soli suo quom liberauit.
PHILO. *Proh di immortales, mulierem lepidam, & pudico ingenio,*
Bene hercle factum, & gaudeo mihi nihil esse huius caussa.
SCA. *Inscita ecastor tu quidem es.* PHILO. *quapropter?* SCA. *quæ istuc cures,*
Vt te ille amet. PH. *cur obsecro nõ curem?* SCA. *libera es iam.*
Tu iam quod quærebas habes, ille te nisi amabit vltrò,
Id pro capite tuo quod dedit, perdiderit tantum argenti.
PHILO. *Perij hercle ni ego illam pessumis exẽplis enicasso.*
4 PHIL. *Illa hanc corrumpit mulierem male suada 5 volgi lena,*
Numquam ego illi possum gratiam referre, vt meritu'st de me,
Scapha id tu mihi ne suadeas, vt illum minoris pendam.
SCA. *At hoc vnum facito, cogites si illum inseruibis solum,*
Dum tibi nunc hæc ætatula est, in senecta malè 6 quærere.
PHILO. *In angi am ego nunc me velim verti, vt venefica illi*
Fauces præhendam, atque enicem scelestam stimulatricem.
PHILE. *Eundem animum oportet nunc mihi esse gratum vt impetraui,*
Atque olim, priusquam id extudi, quom illi subblandiebar.
PHILO. *Dij me faciãt quod volunt, ni ob istam orationem*
Te deliberasso denuò, & nisi Scapham enicasso.
SCA. *Si tibi 7 acceptum est, fore amicum tibi sempiternum,*
Atque illum amatorem tibi proprium futurum in vita.
Soli gerundum censeo morem, & 1 capiundos crines.
PHILE. *Vt fama est homini, exinde solet pecuniam inuenire.*
Ego si bonam famam mihi seruasso, sat ero diues.
PHILO. *Si quidem hercle vendundum est, pater venibit multo potius,*
Quàm te, me viuo, vnquam sinam aut egere, aut mendicare.
SCA. *Quid illis futurum est cæteris, qui amant te?* PH. *magis amabunt*
Quom videbunt gratiam 2 referentem.
PHILO. *Vtinam meus nunc mortuus pater 3 nuncietur,*
Vt 4 ego exheredem meis bonis me faciam, atque hæc sit hæres.
SCA. *Iam ista quidem absumpta res erit, diésq; noctésque estur,*
Bibitur, neque quisquam parsimoniam adhibet, sagina planè est.
PHILO. *In te hercle certum'st principium, vt sim parcus, experiri.*
Nam neque edes quicquam, neque bibes apud me 5 iisce diebus.
PHILE. *Si quid tu in illum bene voles loqui, id loqui licebit.*
Nec rectè si illi dixeris, iam ecce cor vapulabis.
PHIL. *Ædepol si summo ego Ioui illoc argento sacruficassem,*
Pro illius capite quod dedi, numquam æquè id bene collocassem,
Vt videas 6 eam medullitus me amare. oh probus homo sum,
Qui pro me caussam diceret, patronum liberaui.
SCA. *Video te nihili pendere, præ Philolachete, omnes homines,*
Nunc ne eius caussa vapulem, tibi potius 7 assentabor.
Si acceptum sat habes, tibi fore illum amicum sempiternum.
PHILE. *Cedò mihi speculum, & cum ornamẽtis arculam actutum Scapha,*
Ornata vt sim quom huc veniat Philolaches, voluptas mea.
SC. *Mulier quæ se suámque ætatem spernit, speculo ei vsus est.*
Quid opu'st speculo tibi, quæ tute speculo speculum es maximum?
PHIL. *Ob istuc verbum, 8 nec quicquam Scapha tam lepidè dixeris,*
Dabo aliquid 9 hodie. SCA. *Pertuli tibi Philematium mea.*
PHILE. *Suo quicque loco, 10 viden'? capillus satis*

1 L. ille. 2 *Expungendum* ætate. 3 *L.* immutauit. 4 *Tollendum hinc Philematij nomen, & ponendum initio ver. seq.* 5 *L.* vitij, 6 *L.* quærere. 7 L. sat accept.

1 L. capiundas. 2 L. benemerenti referri 3 L. ad me nuncietur. 4 *Expungendum* ego. 5 *L.* hisce. 6 *L.* illam. 7 L. assentibor. 8 *L.* ne nequicquam. 9 L. hodie tibi peculi: Philematium mea. 10 L. vide, capillum satis compositum'st comm.

com-

compositu'st commodè?
SCA. *Vbi tu commoda es, capillum commodum esse credito.*
PHILO. *Vah, quid illa pote peius quicquam muliere memorarier?*
Nunc assentatrix scelesta est, dudum aduersatrix erat.
PHILE. *Cedò cerussam.* SCA. *quid cerussa opus est?* PHILE. *nam qui malas oblinam.*
SCA. *Vna opera ebur atramento candefacere postules.*
PHILO. *Lepidè dictum de atramento atque ebore, euge plaudo Scaphæ.*
PHILE. *Tum tu igitur cedò purpurissum.* SCA. *non do, scita es tu quidem,*
Noua pictura interpolare vis opus lepidissimum.
Non istanc ætatem oportet pigmentum vllum attingere,
Neque cerussam, neque melinum, neque vllam aliam offuciam.
Cape igitur speculum. PHILO. *hei mihi misero, sauium speculo dedit.*
Nimis velim lapidem, qui ego illi speculo diminuam caput.
SCA. *Linteum cape, atque exterge tibi manus.*
PHILE. *quid ita obsecro?*
SC. *Vt speculum tenuisti, metuo ne oleant argentum manus.*
Ne vsquam argentum te accepisse suspicetur Philolaches.
PHILO. *Non videor vidisse lanam callidiorem vllam alteram.*
Vt lepidè atque astutè in mentem venit de speculo malæ.
PHILE. *Etiámne vnguentis vngendam censes?*
SC. *minimè feceris.*
PHILE. *Quapropter?* SCA. *quia ecastor mulier rectè olet, vbi nihil olet.*
Nam istæc veteres quæ se vnguentis vnctitant, interpoles,
Vetulæ, edentulæ, quæ vitia corporis fuco occultant,
Vbi sese sudor cum vnguentis consociauit, illico
Itidem olent, quasi quom vnà multa iura confundit coquos.
Quid oleas nescias, nisi id vnum, vt male olere intellegas.
PHILO. *Vt perdoctè cuncta callet! nihil hac docta doctius.*
Verum illud est, maximáque pars vostrorum intellegit,
Quibus anus domi vxores sunt, quæ vos dote meruerunt.
PHILE. *Agedum contempla aurum & pallam. satin' hæc deceat Scapha?*
SCA. *Non me curare istuc oportet.* PHILO. *quem obsecro igitur?* SCA. *eloquar.*
1 Philolaches ne quid emat, nisi quod tibi placere censeat.
Nam amator meretricis mores sibi emit auro
1 L. Philolachem. is neque.
& purpura.
Quid opus est, quod suum esse nolit, ei vltrò ostentarier?
Purpura ætas occultanda est, 1 aurum turpe mulieri.
Pulcra mulier nuda erit, quiã purpurata pulcrior,
Postea nequicquam exornata est bene, si morata est male.
Pulcrum ornatum turpes mores peius cœno collinunt.
Nam si pulcra est, nimis ornata est. P. *nimis diu abstineo manum,*
Quid hic vos duæ agitis? P. *tibi me exornovt placeam.* P. *ornatu es satis.*
Abihinc tu intrò, atque ornamenta hæc aufer. sed voluptas mea,
Mea Philematium potare tecum collubitum est mihi.
P. *Lubet & ædepol mihi tecum. nam quod 2 tibi, idem mihi lubet,*
Mea voluptas. P. *3 iam istuc verbum vile est viginti minis.*
Cedò, amabo, decumbe, nè emptum tibi dare hoc verbum volo.
Etiam nunc decem minæ apud te sunt. vel rationem puta.
Triginta minas pro capite tuo dedi. P. *cur exprobras?*
P. *Egone id exprobrem, qui mihimet cupio id opprobrarier?*
Nec quicquam argenti locaui iam diu vsquam æquè bene?
P. *Certè ego, quod te amo operam nusquam melius potui ponere.*
P. *Bene igitur ratio accepti atque expensi inter nos conuenit:*
Tu me amas, ego te amo, meritò id fieri vterque existimat,
Hæc qui gaudent perpetuo suo semper bono.
P. *Age accumbe igitur, cedo aquã manibus puer. appone hic mensulam.*
P. *Qui inuident, ne vnquam eorum quisquam inuideat prorsus commodis.*
P. *Vide 4 tu en vbi sint vnguenta.* P. *quid opus est, cum 5 staciè accubo.*
Sed estne hic meus sodalis, qui huc incedit cum amica sua?
Is est, est Callidamates, cum amica incedit, euge oculus meus,
Conueniunt maniplares, eccos prædam participes petunt.

CALLIDAMATES, SCAPHA, DELPHIVM, PHILOLACHES, PHILEMATIVM.

CA. *ADuorsum venire mihi ad Philolachem*

1 L. & auro turpe mulieris. 2 tibi lubet, idem m l. 3 L. hem istuc. 4 L. tali vbi sint, vbi vng. 5 al. stacta.

Volo tempori, audi. hem, tibi imperatum est,
Nam illic vbi fui, inde effugi foras.
Ita me ibi malè conuiuij sermonisque
Pertæsum est. nunc 1 *comessatum ibo ad Philolachem.*
Vbi nos hilari ingenio & lepidè accipiet.
Ecquid tibi videor mammam adire? DE. *semper*
Istoc modo 2 *moratis vti debebas.*
CA. *Vis ne ego te, ac tute me amplectare?*
DE. *Si tibi cordi est facere, licet.* CA. *lepida es.*
Duce me amabo. DE. *caue ne cadas, asta.*
CA. *Oh ocellus es meus, tuus sum alumnus, mel meum.*
DE. *Caue, modò ne prius in vias accumbas,*
Quam illic, vbi lectus est stratus, coimus.
CA. *Sine cadere me.* DE. *sino, sed & hoc quod mihi in manu est,*
Si cades, non cades quin cadam tecum,
Iacentes tollet postea nos ambos aliquis.
3 SCA *Madet homo.* CA. *tun' meam vis mammam adire?*
DE. *Cedò manum, nolo equidem te affligi.*
CA. *Hem' tene, age, i simul* 4 *quò ego eam, an scis?*
DE. *Scio, in mentem venit modò.* CA. *nempe domum eo*
5 *Commessatum.* DE. *immò istuc quidem iam memini.*
PH. *Num nõ vis obuiam me hisce ire, anime mi?*
6 PH. *Illi ego ex omnibus optimè volo.* PH. *iam*
Reuortar. PH. *diu est iam id mihi.* CA. *ecquis hic est?*
PH. *Adest.* CA. *eu Philolaches, salue amicissime*
Mihi hominũ omnium PH. *dij te ament, accuba*
Callidamates. vnde agis te? CA. *vnd' homo ebrius?*
PHILO. *Probè, quin amabo accubas Delphium mea.*
CA. *Date illi quod bibat, dormiam ego iam.*
PHILO. Num mirum 7 *his aut nouom quippiã facit? quid ego*
Hoc faciam postea, mea? DE. *sic sine eum quiescere. PHILO. age tu*
Interim da ab Delphio citò cantharum circum.

ACTVS II.

TRANIO, PHILOLACHES, CALLIDAMATES, DELPHIVM, PHILEMATIVM *puer.*

TR. *IVppiter supremus summis opibus, atque industriis*
Me periisse, & Philolachetem cupit herilem filium.
Occidit spes nostra, nusquam stabulum est confidentiæ.

1 L. commissatum.
2 L. moratus viuere.
3 *Vt Lamb. edidit, verba sunt Delphii.*
4 L. quòd ego eam, *interposito* d.
5 L. Commissatum. 6 *vt Lamb. edidit, verba sunt Philolachetis.*
7 L. *hic.*

Nec salus nobis saluti iam esse, si cupiat, potest,
Ita 1 *alium erroris montem maximum ad portum modò*
Conspicatus sum, herus aduenit peregrè, periit Tranio,
Ecquis homo est, qui facere argenti cupiat ali- 360
quantum lucri,
Qui hodie 2 *se excruciari meã vicem' possit pati?*
Vbi sunt isti plagipatidæ, ferri tribaces 3 *viri? vel*
Isti, qui trium nummorum causa subeunt 4 *sub hasta?*
Vbi aliqui quindenis hastis corpus transfigi solet?
Ego dabo ei talentum, primus qui in crucem ex- 365
cucurrerit.
Sed ea lege, vt 5 *obfringantur bis pedes, bis brachia.*
Vbi id erit factum, à me argentum petito præsentarium.
Sed ego sumne infœlix, qui non curro curriculo domum?
PH. Adest obsonium, eccum Tranionem, à portu, redit.
TR. *Philolaches. PH. quid est?* TR. *ego & tu. PH.* 370
quid & egò & tu? TR. *perimus.*
PH. Quid ita? TR. *pater adest.* PH. *quid ego ex te audio?* TR. *absumpti sumus.*
Pater inquã tuus venit. PHILO. *vbi est is* 6 *obsecro?* TR. *adest.*
PHILO. *Quis id ait? quis vidit?* TR. *egomet inquam vidi.* PH. *væ mihi.*
Quid ego 7 *agam?* TR. 8 *nunquid tu malùm me rogitas, quid agas?* 9 *accumbas.*
PH. *Tun' vidisti?* TR. *egomet inquam.* PH. *cer-* 375
tè? TR. certè inquam. PH. *occidi,*
Si tu vera memoras. TR. quid mihi sit boni, si mentiar?
PH. *Quid ego nunc faciam? TR. iube hæc hinc omnia amolirier.*
Quis istic dormit? PHILO. *Callidamates. TR. suscita istum Delphium.*
DE. *Callidamates, Callidamates vigila.* CA. *vigilo, cedò vt bibam.*
DE. *Vigila, pater aduenit peregrè* 10 *Philolachis.* 380
CA. *valeat pater.*
PH. *Valet ille quidem, atque ego disperij.* CA. *disperisti? qui potest?*
PH. *Quæso ædepol exsurge, pater aduenit.* CA. *tuus venit pater?*
Iube abire rursum. quid illi reditio huc etiã fuit?
PH. *Quid ego agam? pater iam hic me offendet*
miserum aduenies ebrium.
Ædes plenas conuiuarum, & mulierum. mise- 385
rum est opus
Igitur, demũ fodere puteum, vbi sitis fauces tenet,
Sicut ego aduentu patris nunc quæro. quid faciam miser.

1 L. mali mœroris. 2 *L.* sese. 3 *L.* viri, Isti, qui hastis tr. 4 *L.* sub falas? 5 *L.* affigantur.
6 *L.* obsecro te? 7 *L.* ago. 8 L. quid tu, malùm. 9 L. accubas. 10 L. Philolachæ.

TR. *Ecce*

TR. *Ecce autem hic depositit caput, & dormit. suscita.*
P. *Etiam vigilas? pater inquam aderit iam hic meus.* C. A. *ain tu pater?*
Cedò soleas mihi, vt arma capiam: pol ego occidam patrem.
PH. *Perdis rem, tace, amabo abripite hunc intrò actutum inter manus.*
C. *Iam hercle ego vos pro matula habebo nisi matulam datis.* 1
P. *Perij.* TR. *habe bonum animum, ego istum lepidè medicabor metum.*
P. *Nullus sum.* TR. *taceas: ego, qui istac sedem meditabor' tibi,*
Satin habes, si aduenientem ego ita patrem faciam tuum,
Non modò ne introeat, verùm etiam vt fugiat longè ab ædibus?
Vos modò hinc abite intrò, atq; hac hinc properè amolimini.
P. *Vbi ego ero?* TR. *vbi maximè esse vis, cum hac: tu cum istac eris.*
DE. *Quid est igitur? abeamus hinc nos.* CR. *non hoc longè Delphium.*
Namque intus potate', haud tantillo hac quidem causa minus.
P. *Hei mihi quàm istac blanda dicta quò eueniant, madeo metu.*
TR. *Potin' animo vt sies quieto, & facias quod iubeo?* P. *pote'st.*
TR. *Omnium primum Philematium' intrò abi, & tu Delphium.*
DE. *Morigeræ tibi erimus ambæ.* 2 P. *ita ille faxit Iuppiter.*
TR. *Animum aduortito nunc tu iam, quæ volo accurarier.*
Omnium primum dum, ædes iam fac occlusæ sient.
Intus caue mutire quĕquam sieueris. P. *curabitur.*
TR. *Tanquam si intus natus nemo in ædibus habitet.* P. *licet.*
TR. *Neu quisquam respondet, quãdo hasce ædes pultabit senex.*
P. *Nunquid aliud?* TR. *clauim mihi haruncce ædium Laconicam'*
Iam iube efferri intus, hasce ego ædeis occludam hinc foris.
P. *In tuam custodiam me, & meas spes trado Tranio.*
T. *Pluma haud interest, patronus, an cliens* 3 *fiat*
Homini, cui nulla in pectore est audacia.
Nam cuiuis homini, vel optumo vel pessumo,
Quamuis desubitò facile est facere nequiter:
Clauim cedò, atque abi intrò, atque occlude ostium.
Verùm id videndumst, id viri docti est opus,
Quæ designata sint, & facta nequitia,
Ne quid 4 *patiantur, quamobrem pigeat viuere.*

1 L. mihi mat. 2 L. TR. 3 *al.* propior fiet *Lamb. malit* potius fiet *vel* fuat. 4 *L.* patiatur.

Tranquille cuncta, & vt proueniant sine malo,
Sicut ego efficiam, quæ facta hic 1 *turbabimus,*
Profectò vt liqueant omnia & tranquilla sint,
Neque quicquam nobis pariant ex se incommodi.
Sed quid tute egrederis? perij. iam iam optumè
Præceptis paruisti. 2 P. *herus iussit maxumo*
Opere orare, 3 *patrem aliquo vt absterreres modo,*
Ne introiret ædes. TR. *quin etiam illi hoc dicito,*
Facturum me, vt ne etiam aspicere ædes audeat.
Capite obuoluto vt fugiat 4 *summo cum metu.*
Clauim cedò, atque abi hinc intrò, atque occlude ostium,
Et ego hinc occludam, iube venire nunc iam.
Ludos ego hodie viuo præsenti hic seni
Faciam, quod credo mortuo nunquam fore.
Concedam à foribus huc. hinc speculabor procul,
Vnde aduenienti sarcinam imponam seni.

THEVROPIDES *senex*, TRANIO *seruus.*

TH. *HAbeo Neptune* 5 *gratiam magnã tibi,*
Quom me amisisti vix à te viuõ modò,
Verùm si posthac me pedem latum modò
Scies imposuisse in vndam, haud causa'st, illico
Quod nunc voluisti facere, quin facias mihi.
Apage, apage te à me, nunc iam post hunc diem
Quod crediturus tibi fui, omne credidi.
TR. *Ædepol Neptune peccauisti largiter.*
Qui occasionem hanc amisisti tam bonam.
TH. *Trienno pòst Ægypto aduenio domum,*
Credo expectatus veniam familiaribus.
TR. *Nimio ædepol ille potuit expectatior*
Venire, qui te nunciaret mortuum.
TH. *Sed quid hoc? occlusa ianua est interdius?*
Pultabo, heus, ecquis istas 6 *hic aperit fores?*
TR. *Quis homo est, qui nostras ædes accessit prope?*
TH. *Meus seruos hic quidem est Tranio.* TR. *ó Theuropides.*
Here salue, saluum te aduenisse gaudeo.
Vsque ne valuisti? TH. *vt vides.* TR. *vsque factum optimè.*
T. *Quid vos, insanine estis?* TR. *qui dum?* T. *sic quia*
Foris ambulatis, natus nemo in ædibus
Seruat, neque qui recludat, neque qui respondeat.
Pultando pedibus penè confregi assulas'.
TR. *Eho an tu tetigisti has ædes?* TH. *cur non tangerem?*
Quin pultando inquam penè confregi fores.
TR. *Tetigistin'?* TH. *tetigi inquam, & pultaui.*
TR. *vah.* T. *quid est?*
TR. *Malè hercle factum.* TH. *quid est negocij?*
TR. *non potest*
Dici, quàm indignum facinus feceris, & malum.

1 L. turbauimus. 2 *L.* PV. 3 *L.* vt patrem aliquo abst. 4 L. cum summo m. 5 *L.* magnam gratiam. 6 L. *Expungendum* hic.

T. Quid iam? TR. *fuge obsecro atque abscede ab ædibus.*
Fuge nunc fuge ad me propius, tetigisti foreis?
TH. *Quomodo pultare potui, si non tangerem?*
TR. *Occidisti hercle.* T. *quem mortalem.* TR. *omnes tuos.*
T. *Di te deæq; omnis* [1] *perduaxint cũ isto omine.*
TR. *Metuo, te atque istos expiare vt possies.*
T. *Quamobrem? aut quàm subitò rem mihi apportas nouam?*
TR. *Ehem iube illos illinc amabo abscedere.*
T. *Abscedite.* TR. *ædes ne attingatis, tangite*
Vos quoque terram. T. *obsecro hercle quin eloquere iam.*
TR. *Quia septem menses sunt, cùm in hasce ædes pedem*
Nemo intrò retulit, semel vt emigrauimus.
TH. *Eloquere quid ita?* TR. *circunspice dum, nunquis est,*
Sermonem nostrum qui aucupet? T. *tutũ* [2] *probè.*
TR. *Circunspice etiam.* T. *nemo est, loquere nunc iam.*
TR. *Capitalis* [3] *ædis facta est.* T. **non intelligo.*
TR. *Scelus inquam factum st iamdiu antiquom & vetus.*
Antiquom id adeo, nos nunc factum inuenimus.
T. *Quid istuc est sceleste? aut quis id fecit? cedo.*
TR *Hospes necauit hostitem captum manu,*
Iste, vt ego opinor, qui has tibi ædeis vendidit.
T. *Necauit?* TR. *aurúmque ipsi ademit hospiti,*
Eúmque hic defodit hospitem ibidem in ædibus:
T. *Quapropter id vos factum suspicamini?*
TR. *Ego dicam: ausculta. vt foris cœnauerat*
Tuus gnatus, postquam redit à cœna domum,
Abiimus omnes cubitum, condormiuimus,
Lucernam fortè oblitus fueram extinguere,
Atque ille exclamat derepentè maximum.
TH. *Quis homo? an gnatus meus?* TR. *est, tace. ausculta modo,*
Ait venisse illum in somnis ad se mortuum.
TH. *Nempe ergo in somnus?* TR *ita, sed ausculta modo:*
Ait illum hoc pacto sibi dixisse mortuum.
TH. *In somnis?* TR. *mirũ quin vigilanti diceret,*
Qui abhinc sexaginta annis occisus foret.
Interdum ineptè stultus es.
T. *Taceo.* TR. *sed ecce quæ ille inquit:*
Ego transmarinus hospes sum Diaphontius,
Hic habito, hæc mihi dedita est habitatio,
Nam me [4] *in Acheruntem recipere orcus noluit,*
Quia præmaturè vita careo, per fidem
Deceptus sum, hospes hic me necauit, isque me
Defodit insepultum, clàm ibidem in hisce ædibus,
Scelestus auri causa, nunc tu hinc emigra,
Sceleste hæ sunt ædes, impia' est habitatio.
Quæ hic monstra fiunt, anno vix [5] *possum eloqui.*
Secede. TH. *quid obsecro factu' st?* TR. *concrepuit foris,*

1 *L.* perduint. 2 *L.* probe est. 3 *L.* cædes. 4 *Expunge* in. 5 *L.* possim.

Hiccine' percussit? TH. *guttam haud habeo sanguinis,*
Viuom me [1] *accersunt ad Acheruntem mortui.*
TR. *Perij illisce hodie, hanc conturbabunt fabulam.*
Nimis quàm formido, ne manifestò hic me opprimat.
TH. *Quid tute tecum loquere?* TR. *abscede ab ianua,*
[2] *Fuge' obsecro hercle,* TH. *Quò fugiam? etiam tu* [3] *fuge.*
TR. *Nihil ego formido, pax mihi est cum mortuis.*
TH. [4] *Heus Tranio.* TR. *nõ me appellabis, si sapis.*
Nihil ego commerui, neque istas percussi foreis.
TH. *Quæso quid ægrè est, quæ res te agitat Tranio?*
Quicum isthæc loquere? TR. *an quæso tu appellaueras?*
Ita me di amabunt, mortuum illum credidi
Expostulare, quia percussisses foreis.
Sed tu etiámne astas, nec quod dico obtemperas?
TH. *Quid faciam?* TR. *caue respexis. fuge atque operi caput.*
TH. *Cur non fugis tu?* T. *pax mihi est cum mortuis.*
TH. *Scio, quid modò igitur* [5] *cura tantopere extimueras?*
T. *Nihil me curassis inquã, ego mihi prouidero.*
Tu vt occœpisti, tantum quantum quis, fugies,
Atque Herculem inuocabis. TH. *Hercules te inuoco.*
TR. *Et ego, tibi hodie vt det senex, magnum malum.*
Proh di immortales, obsecro vostram fidem,
Quid ego hodie negotij confeci, malùm?

ACTVS III.

DANISTA, THEVROPIDES *senex*, TRANIO *seruus.*

DA. SCelestiorem ego annum [6] *locando argento fœnori,*
Nunquam vllum vidi, quàm hic mihi annus obtigit,
A manè ad noctem [7] *totum vsque in foro* [8] *ago diem,*
Locare argenti nemini nummum queo.
TR. *Nunc pol ego perij planè in perpetuũ modũ.*
Danista adest, qui dedit argentum fœnori,
Qui amica est empta, quóq; opus in sumptus fuit.
Manifesta res est, nisi quod occurro prius,
Ne hoc nunc senex resciscat. ibo huic obuiam.
Sed quidnam hic sese tam citò recipit domum?
Metuo ne de hac re quippiam hic inaudiuerit.
Accedam t[9]*ue appellabo. at quàm timeo miser.*
Nihil est miserius, quàm animus hominis conscius,

1 L. arcessunt. 2 L. Euge. 3 L. fugis? 4 L. Heu. 5 L. cur. 6 *Subintelligendum* locando *non ascribendum.* 7 *Expungendum* totum. 8 L. dego. 9 L. heu.

Sicut

Sicut me habet. verùm vt res sese habet,
Pergam turbare porrò, ita hæc res postulat.
Vnde is? TH. *conueni illum, vnde hasce ædes emeram.*
TR. *Nunquid dixisti de illo, quod dixi tibi?*
TH. *Dixi hercle verò* [1] *illi omnia.* TR. *væ misero mihi.*
Etiam fatetur de hospite? T. *immò pernegat.*
TR. *Cape hercle te obsecro, cum eo vnà iudicem.*
Sed eum videto vt capias qui credat mihi.
Tam facile vinces, quàm pirum volpes comest.
Metuo ne techn æ meæ perpetuò perierint.
T. *Quid tute tecũ?* TR. *nihil enim. sed dic mihi,*
Dixtin quæso? T. *dixi inquam, atque ordine omnia.*
TR. *Etiã fatetur de hospite?* T. *immò pernegat.*
TR. *Negat?* T. *negat inquam.* TR. *perij oppidò cùm cogito.*
Non confitetur? TH. *dicam si confessius* [2] *siet.*
Quid nunc faciundum censes? TR. *egon' quid cẽ seam?*
Cape obsecro hercle te cum eo vnà iudicem.
Sed eum videto, vt capius, qui credat mihi.
Tam facilè vinces, quàm pirum volpes comest.
DA. *Sed Philolachetis eccum seruum Tranium,*
Qui mihi neque fœnus, neque sortem argenti dannunt.
T. *Quò tu te agis?* TR. *nec quoquam abeo, næ ego sum miser,*
Sceleſtus, natus diis inimicus omnibus.
Iam illo præsente adibit: næ ego homo sum miser.
Ita & hinc illinc [3] *& mihi exhibent negotium.*
Sed occupabo adire. DA. *hic ad me it, saluus sum.*
Spes est de argento. TR. *hilarus est frustra istic homo.*
Saluere iubeo te mi [4] *Saturites, benè.*
DA. *Salue & tu. quid de argento?* TR. *abi sis belua.*
Continuò adueniens pilum iniecisti mihi.
DA. *Hic homo est inanis.* TR. *hic homo certè ariolus.*
DA. *Quin tu istas mittis tricas.* TR. [5] *quin quid vis cedo.*
DA. *vbi Philolaches est?* TR. *nunquam potuisti mihi*
Magis opportunus aduenire quàm aduenis.
DA. *Quid est?* TR. *concede huc.* DA. *quin mihi argentum redditur?*
TR. *Scio te bona esse voce, ne clama nimis.*
DA. *Ego hercle verò clamo.* TR. *ah g.re morem mihi.*
DA. *Quid tibi ego morem vis geram?* TR. *abi quæso hinc domum.*
DA. *Abeam?* TR. *redito huc circiter* [6] *meridiem.*
DA. *Reddetúrne igitur fœnus?* TR. *reddetur,*

1 L. atque o. 2 L. sit. 3 *Expungendum* mihi
4 L. Saturides. 5 *Expunge hæc verba, eò vsque* nunquam. 6 L. meridie.

nunc abi.
DA. *Quid ego huc recursem, aut operam sumã, aut conteram?*
Quid si hic manebo potius ad meridiem?
TR. *Imo abi domum, verũ hercle dico. abi modò.*
DA. *Quin vos mihi fœnus date, quid* [1] *hic nugamini?*
TR. [2] *Euge hercle næ tu abi modò, ausculta mihi.*
DA. *Ia hercle ego illunc nominabo hic.* TR. *Euge strenuè.*
Beatus verò es nunc cùm clamas. DA. *meũ peto.*
Multos me hoc pacto iam dies frustramini.
Molestus si sum, reddite argentum, abitero.
TR. *Responsiones omnes hoc verbo eripit.*
Sortem accipe. DA. *immò fœnus, id primũ volo.*
TR. *Quid tute hominem, hominum omnium teterrime.*
Venisti huc [4] *externatum? agas quod in manu est.*
Non dat, non debet. DA. *non debet?* T. [5] *nec erit quidem.*
Ferre hoc potes, an mauis, vt aliquò abeat [6] *foras*
Vrbem, exulétque à patria sua causa tui?
[7] *Quia sortem vix dare licebit.* DA. *quin nõ peto.*
TR. *Eia mastigia, ad me redi.* TH. *iam istic ero.*
Molestus ne sis, nemo dat, age [8] *quid lubet,*
Tu solus credo fœnore argentum datas.
DA. *Cedo fœnus. redde fœnus, fœnus reddite,*
Daturin' estis fœnus actutum mihi?
Date mihi fœnus. TR. *fœnus illic fœnus hîc.*
Nescit quidem nisi fœnus fabularier
Veterator. neque ego tetriorem beluam
Vidisse me vnquam [9] *quanquã, quàm te, censeo.*
DA *Non ædepol nunc me tu* [10] *verbis territas.*
Calidum hoc est, & si procul abest vrit malè.
TH. *Quod illud est fœnus obsecro quod illic petit.*
TR. *Pater eccum aduenit peregrè non multo prius*
Illius, is tibi & fœnus, & sortem dabit.
Ne inconciliare quid nos porrò postules.
Vide num moratur? DA. *quin feram si quid datur.*
TH. *Quid ais tu?* TR. *quid vis?* TH. *quid illic est? quid illic petit?*
Quid Philolachetem gnatum compellat [11] *ferox meum*
Sic, & præsenti tibi facit conuicium?
Quid illi debetur? TH. *obsecro hercle* [12] *iube*
Obijci argentum huic ob os [13] *impurum beluæ.*
TH. *Iubeam?* TR. *iube homini argento os verberarier.*
DA. *Perfacilè ego ictus perpetior argenteos.*
TH. *Quod illud argentum est?* TR. *huic debet Philolaches*
Paulum. TH. *quantillum?* TR. *quasi quadraginta minas*

1 *Expunge* hic. 2 L. Eu hercle. 3 L. teterrimũ.
4 L. extentatum? 5 L. nec curat q. 6 L. foras? Vrbem exsul linquat factus hic causa tui?
7 L. Cui. 8 L. quod. 9 L. quenquam.
10 L. tuis verbis. 11 *Expunge* ferox. 12 L. te iube. 13 L. impuræ.

Ne ſanè id multum cẽſeas. TH. *paulum id quidem eſt?*
TR. *Audin? videtúrne obſecro herclè idoneus,*
Daniſta qui ſit? genus quod improbiſſimum eſt.
TH. *Non ego iſtuc curo, quis iſte ſit, vnde ſit*
Illud volo mihi dici, id me ſcire expeto.
Ab eo etiam argenti fœnus creditum audio?
TR. *Quatuor quadraginta illi debentur minæ.*
Dic te daturum vt abeat. TH. *egon' dicam dare?*
TR. *Dic.* TH. *egóne.* T. *tu ipſus, dic modò, auſculta mihi.*
Promitte, age inquam, ego iubeo. TH. *reſponde mihi.*
Quid eo eſt argento factum? TR. *ſaluum eſt.* TH. *ſoluite*
Voſmet igitur, ſi ſaluum eſt. TR. *ædes filius*
Tuus emit. TH. *ædes?* TR. *ædis.* TH. *euge Philolaches*
Patriſſat'. iam homo in mercatura vortitur'.
Ain' tu ædis'? TR. *ædis' inquam, ſed ſcin cuiuſmodi?*
TH. *Qui ſcire poſſim?* TR. *vah.* TH. *quid eſt?*
TR. *ne me roga.*
TH. *Nam quid ita?* TR. *ſpeculo claras, clarorem merum.*
TH. *Bene herclè factum. quid eas quanti deſtinat.*
TR. *Talentis magnis totidem, quot ego & tu ſumus.*
Sed araboni has dedit quadraginta minas.
Hinc' ſumpſit quas ei' dedimus, ſatin intelligis?
Nam poſtquam hæcce' ædis ita erãt' vt dixi tibi,
Continuò eſt alias ædis mercatus ſibi.
TH. *Bene herclè factum.* DA. *heus iam appetit meridies.*
T. *Abſolue hunc quæſo vomitũ, ne hic nos enicet.*
Quatuor quadraginta illi debentur minæ,
Et ſors & fœnus. DA. *tãtum eſt, nihilo plus peto.*
T. *Velim quidem herclè, vt vno nũmo plus petas.*
TH. *Adoleſcens mecum rem habe'.* DA. *nempe abs te petam.*
TH. *Petito cras.* DA. *abeo,* **ſat habeo ſi cras fero.*
T. *Malum quod iſti dij deæq; omnes duint.*
Ita mea conſilia perturbat peniſſumè',
Nullum ædepol hodie genus eſt hominum tetrius,
Nec minus bono cum iure, quàm Daniſticum.
TH. *Qua in regione iſtas ædis emit filius?*
T. *Ecce autem perij.* TH. *dicíſne hoc quod te rogo?*
T. *Dicam, ſed nomen 4 domini quæro quod ſiet.*
TH. *Age comminiſcere ergo.* T. *quid 5 agam nunc iam?*
Niſi vt in vicinum hunc proximum mendacium,
Eas emiſſe ædis huius dicam filium?
Calidum herclè audiui eſſe optimum mendaciũ,

1 L. DA Ne ſanè id m. cenſeas, paul. id q. eſt.
2 L. Adeò etiam. 3 L. arraboni.
4 L. hominis. 5 L. ego nunc agam.

Quicquid 1 dij dicunt, 2 id rectum eſt dicere.
TH. *Quid igitur' iam commentus'?* T. *dij iſtum perduint,*
Imò iſtunc potius de vicino hoc proximo
Tuus emit ædis filius. TH *bonan' fide?*
T. *Siquidem es argentum redditurus, tum bona.*
Si redditurus non es, non emit bona.
TH. *Non in loco emit 3 perbono.* T. *immò optumo.*
TH. *Cupio herclè inſpicere has ædis. pultadum fores,*
Atque euocato aliquem intus ad te Tranio.
T. *Ecce 4 autem iterum nunc quid dicam neſcio.*
Iterum iam ad 5 vnum ſaxum me fluctus ferunt.
Quid nunc? non' herclè quid nunc 6 faciam, ecce
Manifeſtò teneor. TH. *euocadum aliquem foràs,*
7 Roga circumducat. T. *heus tu, at' hic ſunt mulieres.*
Videndum eſt primum, vtrũ eæ' 8 velint ne, an nõ velint.
TH. *Bonum æquómque oras, percontare & roga.*
Ego hic tantiſper dum exis, te operiar foris.
TR. *Dij te deæque omnes funditus perdant ſenex,*
Ita mea conſilia vndique oppugnas mala.
Euge, optime, eccum dominus ædium foràs
Simo progreditur ipſus. huc conceſſero,
Dum mihi ſenatum conſilij in cor conuoco.
Igitur tum accedam hunc, quando quid agã inuenero.

SIMO, THEVROPIDES *ſenes*, TRANIO *ſeruus.*

SI. *Melius anno hoc mihi non fuit domi,*
Nec 9 qui eſca vna ſibi me demerucrit magis,
10 Nam prandium mihi vxor perbonum dedit.
Nunc 11 illa dormitum me iubet ire, minimè.
Non mihi 12 fortè viſum illico fuit
Melius, quàm prandium, quom ſolum dedit.
Voluit in cubiculum abducere me anus.
Non bonus ſomnus eſt 13 homini de prandio apage
Clanculum ex ædibus me edidi foras.
Tota 14 mihi iurget vxor nunc domi ſcio.
TR. *Res parata eſt mala in veſperum huic ſeni.*
Nam & cœnandum & cubãdum eſt intus malè.
SI. *15 Quem magis ac magis ego cogito cum meo animo,*
Si quis dotatam vxorem 16 domi habet malè,
Neminem 17 ſollicitat ire dormitum ſopor.
Odioſa hæc, nunc verò mihi
Exequi certa res eſt hoc, vt abeam

1 L. dei. 2 *al.* decretum'ſt 3 L. pro bono has.
4 L. autem nunc quid ego dicam. 5 L. idem.
6 L. faciam reperio. 7 L. Qui e. 8 L. velint. an n. 9 L. quando eſca vna bene meruerit, m.
10 *Expunge* Nam. 11 *Expunge* Illa. 12 L. fore.
13 *Expunge* homini. 14 L. turget mihi vx. nũc ſcio d. 15 L. Quo magis cogito ego cum m.
16 L. domi ſuæ habet, 17 L. ſollicitat ſopor. Ire dormitum odio eſt nunc.

Potius

Potius hinc ad forum, quàm domi cubem.
Atque pol nescio, vt 1 *moribus nostræ sient.*
Hæc sat scio, quàm me habeat male:
Peiúsque posthac fore, quàm 1 *fuit mihi.*
TR. *Si abitus tuus tibi senex fecerit malè,*
Nihil erit quod deorum vllum accusites.
Te ipse iure optimo meritò incuses licet.
Sed tempus nunc est senem hunc alloqui mihi.
Hoc 3 *habeo repperi, qui senem ducerem.*
4 *Quoque dolo à me dolorem procul pellerem,*
Accedam, dij te ament plurimum, Simo.
SI. *Saluos sis Tranio.* TR. *vt vales?* SI. *non malè.*
Quid agis? TRA. *hominẽ optumum tenes.* SIM. *amicè facis,*
Cùm me laudas. T. *decet certè.* SI. *certè hercle. at ego te*
Haud bonum teneo seruum. TR. * *quid ita vero Simo?*
SI. *Eia mastigia:* 5 *nunquid ad merendã istic ero?*
Quid nunc? quam mox? TRA. *quid est?* SIM. *quod solet fieri.*
TR. *Dic igitur quod solet fieri, quid id est?*
SI. *Quid facitis vos? sed vt verum Tranio loquar,*
Sic decet, vt homines sunt, ita morem geras.
Vita quàm sit breuis, simul 6 *cogitas.*
TR. *Quid? ehem vis tandem*
Percipi super his rebus nostris te loqui.
SI. *Musice hercle agitis ætatem, ita vt vos decet.*
Vino & victu, piscatu probo, electili (erat,
Vitam colitis. TR. *immò ita ea quidem antehac*
Nam nobis 7 *istæc exciderunt omnia.*
SI. *Qui dum?* TR. *ita oppido occidimus omnes Simo.*
SI. *Non taces? prosperè vobis cuncta vsque adhuc*
Processerunt. TR. *ita vt dicis, facta haud nego.*
Nos profectò probè vt voluimus, viximus.
Sed Simo, ita nunc ventus nauem 8 *nostram*
Deseruit. SI. *quid est?* 9 *quo pessimè modo,*
10 *Quæ nec subducta erat tutò in terrã antehac.*
T. 11 *Ei.* SI. *quid est?* T. *me miserum, occidi.* SI. *qui?* T. *quia*
Venit nauis 12 *nostræ quæ frangat ratem.*
SI. *Velim vt velles Tranio. sed quid est negotij?*
T. *Eloquar, herus peregrè venit.* SI. *tunc tibi*
Chorda tenditur: inde in 13 *ferriteruum',*
Postea in crucem rectà. T. *nunc te ego per genua*
Obsecro, ne indicium hero facias meo. SI. *è me,*
Ne quid metuas, nihil sciet. T. *patrone salue.*
SI. *Nihil moror mihi istiusmodi clientes.*
T. *Nunc hoc quod ad te* 14 *noster me misit senex.*
SI. *Hoc mihi respõde primùm. quod ego te rogo,*
15 *Iam de istis rebus vester quid sensit senex?*

1 *L* moribus sient. Vostræ. hoc sat scio, quàm mea me h. 2 *L.* fuerit.
3 L. habet: 4 *L.* Quo dolo. 5 *L.* à meridie amisi: secò: 6 *L.* cogita. 7 L. omnia hæc exciderũt Simo. 8 L. nostram subitò. 9 *L.* quomodo pessimè potuit? 10 *L.* Quæ ne subducta e. t. in terra antehac? 11 *L.* Hei. 12 *L.* nostræ naui q.
13 *L.* ferricernuum. 14 L. vester. 15 *L.* An de

T. *Nihil quicquam.* SI. *nunquid increpauit filium?*
T. *Tam liquidus est, quàm liquida esse tempestas solet.*
Nunc te hoc orare iussit opere maximo,
Vt sibi liceret inspicere has ædis tuas.
SI. *Non sunt venales.* T. *scio equidem istuc, sed senex*
Gynæceum ædificare volt hic in suis,
Et balneas & ambulacrum & porticum.
SI. *Quid ille consomniauit?* T. *ego dicam tibi:*
Dare volt vxorem filio quantum potest,
Ad eam rem facere volt gynæceum nouum.
Nam sibi laudasse hasce ait architectonem
Nescio quem, esse ædificatas has sanè bene.
Nũc hinc exemplum' capere vult, nisi tu 1 *ne vis?*
SI. *Næ ille malo quidem ab opere sibi exemplum petit.*
T. *Quia hic audiuit esse statem perbonam.*
2 *Nam subdiu sol agit hic perpetuum diem.*
SI. *Immò ædepol verò, cum vsque quaque est vmbra, tamen*
Sol semper hic est, vsque à mane ad vesperum,
Quasi flagitator astans vsque ad ostium.
Nec mihi vmbra vsquam est, nisi si in puteo quæpia est.
TR. *Quid? Sarcinatis ecqua est, si vmbram non habes?*
SI. *Molestus ne sis, hæc sunt sicut prædico.*
TR. *Attamẽ inspicere volt.* SI. *inspiciat, si lubet.*
Si quid erit quod illi placeat, de exemplo meo,
Ipse ædificato. TR. *Eon' voco huc hominem?* SI. *voca.*
TR. *Alexandrum magnum, atque Agathoclem aiunt maximas*
Duo' res gessisse. quid mihi fiet tertio?
Qui solus facio facinora immortalia.
Vehit hic clitellas, vehit hic autem alter senex.
Nouitium mihi quæstum instituí non malum,
Nam muliones mulos clitellarios
Habent, ego homines habeo clitellarios.
Magni sunt oneris, quicquid imponas, vehunt.

TRANIO, THEVROPIDES, SIMO.

3 *Vnc illum ego hinc ex insidiis ausculto. an collocar? congrediar.*
Heus Theuropides. T. *quis nominat me?*
TR. *Hero seruus multum suo fidelis.*
Quo me miseras, affero omne impetratum.
TH. *Quid* 4 *illic destitisti obsecro diu?*
TR. *Sent non ocium erat, id sum opperitus.*
TH. *Antiquum hoc obtines tuum, tardus vt sis.*

1 L. neuis Nam ille eò magnopere ex te sibi expetit, Quia. 2 L. Sub dio coli hasce ædeis solere perp. d.
3 L. Nunc hunc haud scio an colloquar? congrediar. *cohærent autem hæc cum superioribus, vt sit eadem scena, non initium alterius scenæ.* 4 *L.* illic obsecro tam diu restitisti?

TR. *Heus tu si voles verbum hoc cogitare,*
Simul flare, sorberéque, haud 1 *facile factu est:*
Ego hic esse, & illic simul, haud potui.
TH. *Quid nunc?* TR. *vise, specta tuo arbitratu.*
TH. *Age duc me.* TR. *num moror?* TH. *subsequar.*
TR. *Senex ipse te ante ostium eccum opperitur,*
Sed mœstus est sese hasce vendidisse.
TH. *Quid tandem?* TR. *orat vt suadeam Philolacheti,*
Vt istas remittat sibi. TH. *haud opinor.*
Sibi quisque ruri metit, si male emptæ
2 *Forent, nobis has* 3 *redhibere haud liceret.*
Lucri quicquid est, id domum trahere oportet.
Misericordias iam habere haud hominem oportet.
TR. 4 *Satius demum est. operæpretium nunc est misse.*
Morare hercle. 5 *atque illi indignum facis.*
TH. *Quin tu rectè ædepol mones. subsequere me.*
TH. *Do tibi ego operam.* TR. *senex illic est.* **hem*
6 *adduxit' tibi hominem.*
SI. *Saluum te aduenisse peregrè gaudeo Theuropides.*
TH. *Dij te ament.* SI. *inspicere hic' ædis te has velle aiebat mihi.*
TH. *Nisi tibi incommodum est.* SI. *imò commodum, i intrò atque inspice.*
TH. *At enim mulieres.* SI. *caue tu vllam* 7 *floccifaxis mulierem.*
Qualibet perambula ædis oppidò tanquam tuas.
TH. *Tanquam?* TR. *ah caue tu' illi obiectes nunc in ægritudine*
Te has emisse. non tu vides hunc, vultu 8 *tristi vt est senex?*
TH. *Video.* TR. *ergo irridere* 9 *ne videare & gestire admodum,*
Noli facere mentionem te has' emisse. TH. *intelligo,*
Et bene monitum duco, atque te existimo humano ingenio'.
Quid nunc? SI. *quin tu is intrò, atque ociosè perspectas', vt lubet?*
TH. *Bene benignéque arbitror te facere.* S. *factum ædepol volo.*
SI. *Vin' qui perductet?* TH. *apage istum perductorem, non placet.*
SI. 10 *Quid id est?* T. *errabo potius, quam perductet quispiam.*
TR. *Viden' vestibulum ante ædis, hoc & ambulacrum cuiusmodi?*
TH. *Luculentum* 11 *ædepol.* TR. *age, specta, postes cuiusmodi?*
Qua sint firmitate facti, & quanta crassitudine?

1 *L.* facile *& seq. vers.* Est: ego. 2 L. Essent, 3 *L.* haud redhibere l. 4 *Abest hic versus à Lab. cod.* 5 *L.* cùm verba facis. subsequere. 6 L. addux. 7 L. flocci facias. 8 *L.* vt tristi est. 9 *L.* neu videare gestire. 10 L. Quid? quid est? 11 *L.* ædepol profectò,

TH. *Non videor vidisse postes* 1 *pulcriores.* SI. *pol mihi.*
Eo precio empti fuerant olim. TR. *áudin' fuerant dicere?*
Vix videtur continere lacrumas. TH. *quãti* 2 *hosce emeras?*
SI. *Tris minas pro istis duobus, prater vecturam, dedi.*
TH. *Hercle quin* 3 *multum improbiores sunt, quàm à primo credidi.*
TR. *Quapropter? TH. quia ædepol ambo ab infimo* 4 *terram secant'.*
TR. *Intempestiuos excisos credo, id eis vitium nocet.*
Atque etiam nunc satis boni sunt si sint inducti' pice:
Non enim hæc pultifagus opifex opera fecit barbarus,
**Viden'* 5 *ornamenta in foribus? TH. video.*
TR. *specta quam arctè' dormiunt.*
TH. Dormiunt? TR. *illud quidem, vt conuenient', volui dicere.*
6 SI. *Satin' habes.* T. *vt cuique' magis contemplor, tanto magis placet.*
T. *Viden' pictum, vbi ludificatur cornix vna, volturios duo?*
Cornix astat, ea volturios duo vicissim vellicat'.
Quaso huc ad me specta, cornicem vt conspicere possies'.
Iam vides?* T. *profectò nullam equidem illic cornicem intuor'.*
TR. *At tu* 7 *istas aduorsum obtuere, quoniam cornicem nequis*
Conspicari, si volturios fortè possis contui.
T. *Omnino, vt te absoluam, nullam pictam conspicio hic auem.*
TR. *Age iam mitto, ignosco, atate' non quis obtuerier.*
T. *Hæc quæ possum, ea mihi profectò cuncta vehementer placent.*
SI. *Latius demum est operæpretium iuisse.* T. *rectè ædepol mones.*
SI. *Eho istum puer circumduce hasce ædis, & conclauia.*
Nam egomet ductarem, nisi mihi esset ad forum negotium.
TH. *Apage istum à me perductorem, nihil moror ductarier.*
SI. 8 *Quid id est?* TH. *errabo potius, quàm perductet quispiam.*
SI. *Ædis dico.* TR. *ego intrò eo sine perductore.*
SI. *I, licet.*
TH. *Ibo intrò igitur.* T. *mane sis,* 9 *videámne canis? TH. agedum vide.*
T. *Est. TH. vbi canis est? T. abi dierecto,* **abin' hinc in malam crucem.*

1 L. pulcriores pol mihi. SI. Eo precio. 2 L. hos. 3 *L.* multo. 4 L. tarmes secat. 5 L. coagmenta. 6 *L.* TH. Satin habes? vt. 7 L. esto ad vos obt. 8 L Quid? quid est? 9 *L.* videam ne canis.

At

*At etiam restas? * abi istinc.* SI. *nihil pericli est, age.*
Tam placida est, quàm est [1] *fœta, vise. ire intrò audacter, licet.*
Eo ego hinc ad forum. TH. *feciſti commodè, bene ambula.*
Tranio age canem hinc, à foribus abducas face.
Et si non metuenda est. T. *quin tu illam aspice, vt placidè accubat?*
Nisi molestum vis videri te, atque ignauum.
TH. *iam vt lubet,*
Sequere hac igitur. T. *equidem haud vsquam à pedibus abscedam tuis.*

TRANIO *seruus*, THEVROPIDES *senex.*

Quid tibi visum est hoc mercimonij. TH. *totus gaudeo.*
TR. *Num nimio emptæ tibi videntur?* TH. *nunquam edepol me scio*
Vidisse vnquam [2] *ablectas ædes, nisi modò hasce.*
T. *ecquid placent?*
TH. *Ecquid* [3] *placent me rogas? imò verò perplacent.*
T. *Cuiusmodi gynæceum? quid porticum?* TH. *insanum, bonam.*
Non equidem vllam in publico esse maiorem hac existimo.
T. *Quin ego ipse & Philolaches in publico omnes porticus*
Sumus commensi. TH. *quid igitur?* T. *longè omnium longissima est.*
TH. *Dij immortales mercimonij lepidi: si hercle nunc ferat*
Sex talenta magna argenti pro istis præsentaria,
Nunquam accipiam. T. *si here' te accipere cupias, nunquam sinam.*
TH. *Bene res nostra collocata est istoc mercimonio.*
T. *Me suasore atque impulsore id factum audacter dicito,*
Qui subegi fœnore argentum ab Danista vt sumeret,
Quod isti dedimus [4] *araboni.* TH. *seruauisti omnem ratem,*
Nempe octoginta debentur huic minæ? T. *haud nummo amplius.*
TH. *Hodie accipiat.* T. *ita* [5] *enim verò, ne qua causſa subsiet,*
Vel mihi denumerato, ego illi porrò denumerauero.
TH. *At enim nequid captioni mihi sit, si dederim tibi.*
T. *Egóne te ioculo modo ausim dicto aut facto fallere?*
TH. *Egon' abs te ausim non cauere nequid committam tibi?*

1 L. aqua. 2 L. abiectas. 3 L. placeant, 4 L. arraboni. 5 L. enim verùm ne,

T. *Qui tibi nunquam quicquam, postquam tuus sum, verborum dedi.*
TH. *Ego enim caui rectè.* T. *eam mihi debes gratiam atque animo meo.*
TH. *Sat sapio. si abs te modo vno caueo.* T. *tecũ sentio.*
TH. *Nunc abi, i rus, dic me adueniſſe filio.* T. *faciam vt voles.*
TH. *Curriculo abi, iube in vrbem veniat iam* [1] *tecum simul.* T. *licet.*
Nunc ego me illà per posticum ad congerrones cõferam,
Dicam vt hic res sint quietæ, atque vt hinc amouerim.

ACTVS IIII.

PHANISCVS *aduorsitor.*

Serui qui cùm culpa [2] *carint, tamen malum*
Metuunt, hi solent esse heris vtibiles.
Nam [3] *qui nihil metuunt, postquã sunt malum*
Meriti, ſtulta sibi [4] *consilia expetunt.*
Exercent seſe ad cursuram, fugiunt: sed
Hi si reprehensi sunt, faciunt à malo,
Peculio quod nequeunt facere suo,
Augent ex pauxillo, thesaurum inde parant,
Mihi in pectore consilij quod est,
Lubet cauere malam rem prius,
Quàm vt meum tergum exsinceratum fiat,
5 Aut id subijciam culcitram vibicibus.
Vt adhuc fuit, mihi corium esse oportet
Syncerum, atque vti vetem verberari.
Si huic imperabo, probè tectum habebo.
Malum cum impluit cæteris, non impluat mihi.
Nam vt serui volunt esse herum, ita solet esse.
6 Bonus cum probis est, malus cum malis.
Nam nunc domi nostræ tot pessimi viuont,
Peculi sui prodigi, plagigeruli, vbi aduorsum vt
Eant, vocantur hero, non eo, molestus ne sis,
Scio quò properas, gestis aliquò iam [7] *hercle ire pastum foras,*
Bene merens hoc precium inde abstuli, ita abij [8] *foràs.*
Solus nunc eo aduorsum hero ex plurimis seruis.
Hoc die crastini, cùm herus resciuerit,
Manè castigabit eos bubulis exuuiis.
Postremò minoris pendo tergum illorum, quàm meum.

PHANISCVS *aduorsitor*, SERVVS *alius*, THEVROPIDES *senex.*

Illi [9] *Bucede erunt multo potius, quàm ego*
Sim restio. SE. *mane tu atque assiſte illico,*
Etiam respice. P. *mihi molestus ne sis.*

1 L. simul tecum. 2 L. carent. 3 L. illi qui. 4 L. expetunt consilia. 5 *Abest hic versus à Lamb. codice.* 6 L. Bonis boni sunt: improbi qui malus fuit. 7 L. hercle, *& seq vers.* Ire vis mula foràs pastum bene merens Hoc precium. 8 L. foras solus. Nunc. 9 L. bucędæ.

SE. *Vide vt fastidit simia.*
P. *Mihi sum, libet esse, quid id curas?*
SE. *Manésne illico impure parasite?*
P. *Qui parasitus sum?* SE. *ego enim*
Dicam, cibo perduci poteris quouis.
Ferocem [1] *facis, quia te herus tam amat.* P. *vah.*
Oculi dolent. SE. *cur?* P. *quia fumus molestus.*
SE. *Tace sis faber, qui cudere soles plumbeos*
Nummos. P. *non potes tu cogere me, vt tibi*
Malè dicam. nouit herus me, si sobrius sis.
Malè non dicas. SE. *tibi* [2] *obtemperem, cùm tu mihi*
Nequeas? P. *at tu mecum pessimè, i aduersus.*
SE. *Quæso hercle Phanisce, abstine iam sermonem*
De istis rebus P. *faciam, & pultabo fores.*
**Heus ecquis hic est, maximam qui his iniuriam*
*Foribus defendat? *ecquis huc exit, atque aperit?*
*Nemo hinc quidem *exit: vt esse addecet*
Nequam homines, ita sunt: sed eo magis cauto est
Opus, ne huc exeat, qui malè me [3] *multet.**
Hic quidem neque conuiuarum sonitus, itidem vt antehac fuit,
Neque tibicinam cantantem, neque alium quenquam audio.
T. *Quæ illæc res est? quid illi homines quærunt apud ædes meas?*
Quid volunt? quid intrò spectant? P. *pergam pultare ostium.*
Heus reclude: heus Tranio, etiam aperis? T. *quæ hæc est fabula?*
T. *Etiámne aperis? Callidamati nostro aduorsum venimus.*
T. *Heus vos pueri quid istic agitis? quid istas ædis frangitis?*
PH. *Herus hic noster potat.* TH. *herus hic vester potat?* PH. *ita loquor.*
T. *Puer nimium es delicatus.* P. *ei aduorsum venimus.*
T. *Cui homini?* P. *hero nostro quæso' quoties dicendum est tibi?*
T. *Puer hic nemo habitat. nam te esse arbitror puerum probum.*
PH. *Non hic Philolaches adulescens habitat hisce in ædibus?*
SE. *Senex hic cerebrosus est certè.* P. *erras peruersè pater.*
Nam nisi hinc hodie emigrauit, aut heri, certò scio
Hic habitare. T. *quin sex menses iam hic nemo habitat.* SE. *somnias.*
T. *Egóne?* SE. *tu.* T. *tu ne molestus, sine me cum puero loqui.*
P. *Nemo habitat, hem?* T. *ita profectò.* P. *nam heri & nudius tertius,*
Quartus, quintus, sextúsque, postquam hinc peregrè eius pater
Abiuit, nunquam hic triduum vnum desitum est [1] *esse & bibi.*
T. *Quid ais?* P. *triduum vnum est haud intermissum* [2] *esse & bibi,*
Scorta duci, pergræcari, fidicinas, tibicinas
Ducere. T. *quis isthæc faciebat?* P. *Philolaches.*
TH. *qui Philolaches?*
P. *Cui patrem Theuropidem esse opinor.* T. *heu [4] occidi,*
Si hæc hic vera memorat. pergam porrò percontarier.
Ain tu istic potare solitum Philolachem istum quisquis est,
Cum hero vestro? P. *hic inquam.* T. *puere præter speciem stultus es.*
Vide sis ne fortè ad merendam quopiam [5] *diuorteris,*
Atque ibi meliúsculè, quàm sat fuerit, biberis.
P. *quid est?*
T. *Ita dico, ne ad alias ædis perperam deueneris.*
P. *Scio quà me ire oportet: & quò venerim, noui loqui.*
Philolaches hic habitat, cuius est pater Theuropides.
Qui postquam pater ad mercatum [6] *abijt, hic tibicinam*
Liberauit. T. *Philolaches ergo?* P. *ita Philematium' quidem.*
T. *Quanti?* SER. *triginta talẽtis.* P. μὲ τὸν Ἀπόλλω.
[7] *seu minis.*
T. *Ain' minis triginta amicam* [8] *destinatã Philolachem?*
P. *Aio.* T. *atque eam* [9] *emisisse manu?* P. *aio.* T. *& postquam eius hinc pater*
Sit profectus peregrè, perpotasse istic assiduò,
Tuo cum domino? P. *aio.* T. *quid, is ædes emit hic proximas?*
P. *Non aio.* T. *quadraginta etiam dedit huic, quæ essent pignori?*
P. *Neque* [10] *istud aio.* T. *hei perdis.* P. *immò suum* [11] *ille patrem perdidit.*
T. *Vera cantas, vana vellem.* P. *patris amicus videlicet.*
T. *Heu ædepol patre eum miserum prædicas.* P. *nihil hoc quidem est,*
Triginta minæ [12] *præterquàm alios dapsiles sumptus facit.*
Perdidit patrem, vnus istic seruus est sacerrimus
Tranio, is vel Herculi conterere quæstum possiet.
Ædepol eius me patris miseret, qui cùm isthæc sciet
Facta, ita amburet misero ei corculum carbunculus.
T. *Siquidem ista vera sunt.* P. *quid* [13] *merear quamobrem mentiar?*

1 L. facit. 2 L. temperem. 3 L. mulcet.
1 L. essi. 2 L. essi 3 L. Ducier. 4 L. hei mihi occidi. 5 L. deuorteris. 6 L. abiit hinc tibic. 7 L. sed. 8 L. destinatum.
9 L. manu emisisse. 10 L. illud.
11 L. patrem ille p. 12 L. præquàm.
13 L. merear.

Heus

Heus vos ecquis hasce aperit? T. *quid istas pultas vbi nemo* [1] *intus est?*
PHAN. *Alibò credo* [2] *comessatum abiisse, abeamus nunc iam.*
T. *Puere iámne abis? libertas penula est tergo tuo.*
P. *Mihi nisi herum metuam & curem, nihil est qui tergum tegam.*

THEVROPIDES, SIMO, *senes duo.*

PEriì hercle, quid opus est verbis? vt verba audio.
Non equidem in Ægyptò hinc modò vectus fui,
Sed etiam in terras solas, oràsque vltimas
Sum circumuectus, ita vbi nunc sim nescio.
Verùm iam scibo. nam eccum vnde ædis filius
Meus emit. quid [3] *agis tu?* SI. *à foro incedo domum.*
T. *Nunquid processit ad forum tibi hodie noui?*
SI. *Etiam.* TH. *quid tandem?* SI. *vidi efferri mortuum.* TH. *hem,*
Nouum. S. *vnum vidi mortuum efferri foràs,*
Modò eum vixisse aiebant. T. *væ capiti tuo.*
S. *Quid tu ocioſus res nouas requiritas?*
T. *Quia hodie adueni peregrè.* SI. *promisi foràs,*
Ad cœnam ne me te vocare censeas.
T. *Haud postulo ædepol.* SI. *verùm cras, nisi quis prius*
Vocauerit me, vel apud te cœnauero.
T. *Ne istuc quidem ædepol postulo, nisi quid magis*
Es occupatus, operam mihi da. SI. *maximè.*
T. *Minas quadraginta accepisti, quas sciam*
A Philolachete. SI. *nunquam nummum quod sciam.*
T. *Quid à Tranione seruo meo?* SI. *multo id minus.*
T. *Quas ille* [4] *araboni tibi dedit.* SI. *quid somnias?*
T. *Egóne: at quidem tu, qui istoc te speras modo*
Potesse dissimulando infectum hoc reddere.
SI. *Quid autem?* T. *quod me absente tecum hic filius*
Negotij gessit. S. *mecum, vt ille hic gesserit,*
Dum tuus hic abes, negotij? quidnam? aut quo die?
T. *Minas tibi octoginta argenti debeo.*
S. *Non mihi quidem hercle. verùm si debes, cedo.*
Fides seruanda est, ne ire inficias postules.
T. *Profectò non negabo debere, & dabo.*
Tu cæue quadraginta accepisse hinc [6] *ne neges.*
S. *Quæso ædepol huc me spectà, & responde mihi.*
Te velle vxorem aiebat in tuis.
Ideo ædificare hic velle aiebat in tuis,
T. **Hic ædificare volui?* S. *sic dixit mihi.*
T. [7] *Ei mihi, disperij, vocis non habeo satis,*
Vicini, interij, perij. S. *nunquid Tranio*
Turbauit? T. *immò exturbauit omnia,*
Te ludificatus est, & me, hodie indignis modis.

1 *L.* natus. 2 L. comissatum. 3 *L.* ais. 4 L. araboni. 5 *L.* hinc. 6 *L. fortasse legendum* te. 7 L. Hei.

1 SI. *Quid tu ais?* TH. *hæc res sic est, vt narro tibi.*
Ludificatus est me hodie in perpetuum modũ. (bi.
Nunc te obsecro, vt me bene iuues, operámque des.
SI. *Quid vis?* TH. * *mecum hàc obsecro te vnà simul.*
SI. *Fiat.* TH. *seruorúmque operam & lora mihi cedo.*
SI. *Sume.* TH. *eadem ego opera hæc tibi narrauero,*
Queis me exemplis hodie ille ludificatus est.

ACTVS V.

TRANIO *seruus*, THEVROPIDES *senex.*

QVi homo timidus erit in rebus dubijs, nauci non erit.
Atque equidem quid id esse dicam verbum nauci nescio.
Nam herus me postquam rus misit, vt filium suum [2] *accerserem,*
Abij illà per angiportum, ad hortum nostrum clanculum,
Ostium quod in angiportu est horti patefeci fores.
Eáque eduxi omnem legionem, & maris & fœminas.
Postquam ex obsidione in tutum eduxi maniplares meos,
Capio consilium, vt senatum congerronum conuocem.
Quem cùm conuocaui, atque illi me è senatu segregant,
Vbi ego video rem vorti in meo foro, quantum potest
Facio idem, quod plurimi alij, quibus res timida aut turbida est.
Pergunt turbare vsque, vt nequid possit conquiescere.
Nam scio equidem nullo pacto iam esse posse clam senem.
Sed quid hoc est, quòd foris concrepuit proxima vicinia?
Herus meus hic quidem est, gustare ego eius sermonem volo.
TH. *Illico intra limen astate, illic vt cum extemplò* [3] *vos vocem,*
Continuò exiliatis, manicas celeriter connectite.
Ego illum ante ædes præstolabor, ludificatorem meum.
Cuius ego hic ludificabo corium, si viuo, probè.
TR. *Res palam est, nunc te videre melius est, quid agas Tranio.*
TH. *Doctè atque astutè mihi* [4] *captandum est, vbi huc aduenerit.*
Non ego illi extemplò meum ostendam sensum, mittam lineam.

1 *L.* Quid tu ais? SI. hæc res sic est vt narro tibi. TH. Ludif.
2 L. arcesserem.
3 *Expunge* vos.
4 L. captandu' st cum illo, vbi huc.

Dissimulabo me horum quicquam scire. TR. *ô mortalem malum.*
Alter hoc Athenis nemo doctior dici potest.
Verba dare illi, non magis hodie quisquam, quàm lapidi, potest.
Aggrediar hominem, appellabo. TH. *nunc ego ille huc veniat velim.*
TR. *Siquidem pol me quæris, assum præsens præsenti tibi.*
TH. *Euge Tranio quid agitur?* TR. *veniunt i ruri rustici.*
Philolaches iam hic aderit. TH. *ædepol mihi oportunè aduenit,*
Nostrum ego hunc vicinum opinor esse hominem audacem & malum.
TR. *Quidum?* TH. *qui negat nouisse vos.* TR. *negat?* TH *nec vos sibi*
Nummum vnquam argenti dedisse. TR. *abi ludis me credo', haud negat.*
TH. *Quidiam?* TR. *scio iocaris nunc tu: nam ille quidem haud negat.*
TH. *Immò ædepol negat profectò, neque se has ædis Philolachi*
Vendidisse. TR. *eho, an negauit sibi datum argentum obsecro?*
TH. *Quin iusiurandum pollicitus est dare, si vellem mihi:*
Neque se hasce ædis vendidisse, neque sibi esse argentum datum.
Dixi ego istuc idem illi. TR. *quid ait?* TH. *seruos pollicitus est dare*
Suos mihi omnes quæstioni. TR. *nugas, nunquam ædepol dabit.*
TH. *Dat profectò.* TR. *quin & illum in ius iube ire.* TH. *iam' mane.*
Experiar, vt opinor certum est. TR. *mihi huc hominem cedo.*
TH. *Quid si igitur ego 2 accersam homines?* TR. *factum iam esse oportuit.*
Vel iube ædis 3 mancupi poscere. TH. *immo 4 primùm volo,*
Quæstioni accipere seruos. TR. *faciundum ædepol censeo.*
Ego interim hanc aram occupabo. TH. *quid ita?* TR. *nullam rem sapis.*
Ne enim illi huc confugere possint quæstioni quos dabit.
Hic ego' tibi præsidebo, ne 5 interbitet quæstio.
TH. *Surge.* TR. *minimè.* TH. *ne occupassis obsecro aram.* TR. *cur?* TH. *scies.*
Quia id enim maximè volo, vt illi istoc confugiant, sine.
Tanto apud iudicem hunc argenti condemnabo facilius.
TR. *Quod agis, id agas. quid tu porrò vis serere negotium?*
Nescis 6 quam meticulosa res sit ire ad iudicem.

1 L. rure. 2 L. arcessam. 3 L. mancipio p.
4 L. hoc pr. 5 L. interbitat. 6 L. tu quàm.

TH. *Surge dum huc, est consulere igitur quiddam, quod tecum volo.*
TR. *Sic tamen hinc' consilium dedero, nimio plus sapio sedens.*
Tum consilia firmiora sunt de diuinis locis.
TH. *Surge, ne nugare, assice dum contra me.*
TR. *aspexi.* TH. *vides?*
TR. *Video, huc si quis intercedat tertius, pereat fame.*
TH. *Qui dum?* TR. *quia nihil quæsti siet, mali hercle ambo sumus.*
TH. *Perij.* TR. *quid tibi est?* TH. *dedisti verba.*
TR. *qui tandem?* TH. *probè*
Me emunxti. T. *vide sis 1 satine rectè? num mucci fluunt?*
TH. *Imò etiam cerebrum quoque omne è capite 2 emunxisti meum.*
Nam omnia malefacta vostra repperi radicitus.
Non radicitus quidem hercle. verum etiam eradicitus.
Nunquam ædepol hodie inultus' destinauerim tibi.
Iam iubebo ignem, & sarmenta, carnifex, circumdari.
T. *Ne faxis sis. nam elixus esse, quàm assus soleo suauior.*
TH. *Exempla ædepol faciam ego in te.* T. *quia placeo, exemplum expetis.*
TH. *Loquere, cuiusmodi reliqui qom hinc abibam filium?*
T. *Cum pedibus, manibus, cum digitis, auribus, oculis, labris.*
TH. *Aliud te rogo.* T. *aliud ego nunc tibi respondeo.*
Sed eccum tui gnati sodalem video huc incedere
Callidamatem: illo præsente mecum agito si quid voles.

CALLIDAMATES *adulescens*, THEVROPIDES *senex*, TRANIO *seruus.*

VBi somnum sepeliui omnem, atque edormiui crapulam,
Philolaches venisse mihi suum narrauit peregrè huc patrem,
Quoque modo hominem aduenientem seruus ludificatus siet.
Ait sese metuere in conspectum illius procedere.
Nunc ego de soliditate solus sum orator datus,
Qui à patre eius conciliarem pacem: atque eccum optimè.
Iubeo te saluere, & saluos cum aduenis Theuropides
Peregrè gaudeo. hic apud nos hodie 3 cœnes. T. *salue & tu,*
Callidamate dij te ament, de cœna facio gratiam.

1 L. satin. 2 L. munxisti.
3 L. cenes, te rogo. TH. Callidamate dei.

CA.

CA. *Quin venis?* TR. *promitte, ego ibo pro te, si tibi non libet.*
TH. *Verbero etiam irrides?* TR. *1 qui me pro te ire ad cœnam autumo?*
TH. *Non enim ibis, ego ferare faxo vt meruisti, in crucem.*
CA. *Age 2 mitto ista, & ito ad me ad cœnam.*
TR. *dic 3 iturum. quid taces?*
CA. *Sed tu quid istuc confugisti in aram inscitissimus?*
TR. *Aduenienς perterruit me, lo quere nunc quid fecerim?*
Nunc vtriusque disceptator eccum adest. age, disputa.
TH. *Filium corrupisse aio te meum.* 4 CA. *ausculta modò.*
Fateor peccauisse, amicam liberasse, absente te
Fœnori argentum sumpsisse, id esse sumptum prædico,
Nunquid aliud fecit, nisi quod faciunt summis generibus?
T. *Herclè mihi tecum cauendum est, nimis 5 orator clues catus.*
CA. *Sine me dum istuc iudicare, surge, ego istic assedero.*
TH. *Maximè, accipito hanc ad te litem.* TR. *enim istic captio est.*
* *Fac ego ne metuam igitur, & vt tu meam timeas vicem.*
TH. *Iam minoris omnia facio, præ quàm quibus modis*
Me ludificatus est. TR. *bene herclè factum, & factum gaudeo.*
Sapere istac ætate oportet, qui sunt capite candido.
TH. *Quid ego nunc faciam, si amicus Demipho, aut Philonides?*
TH. *Dicito ijs, quo pacto tuus te seruus ludificauerit,*
Optimas frustrationes dederis in comœdijs.
CA. *Tace parumper, sine me vicissim loqui. ausculta.* TH. *licet.*
CA. *Omnium primum sodalem me esse scis gnato tuo.*
Is adijt me: nam illum prodire pudet in conspectum tuum,
Propterea, quæ fecit, quia te scire scit. nunc te obsecro,
Stultitiæ adulescentiæque eius ignoscas: tuus est,
1 *L.* qui an. 2 *L.* mitte, 3 *L.* venturum.
4 *L.* TRA. 5 *L.* quàm es orator catus.

Scis solere illanc ætatem 1 tali ludo ludere.
Quicquid fecit, nobiscum vnà fecit, nos deliquimus.
Fœnus, sortem, sumptúmque omnem, quanti amica est, omnia
Nos dabimus, nos conferemus, nostro sumptu, non tuo.
TH. *Non potuit venire orator magis ad me impetrabilis,*
Quàm tu, neque illi suæ iratus, neque quicquam succenseo:
Imò me præsente amato, bibito, facito quod lubet:
Si hoc pudet, feciſſe sumptũ, supplicij habeo satis.
2 CA. *Dispudet istam veniam.* TR. *quid me fiet nunc iam?*
TH. *Verberibus cædere 3 dudum pendens', 4 tametsi me pudet.*
Interimam herclè ego, si viuo. CA. *fac istam cunctam gratiam,*
Tranioni remitte quæso hanc noxiam causa mea.
TH. *Aliud quiduis impetrari à me, facilius perferam,*
Quàm vt non ego istum pro suis factis pessumis pessum premam.
CA. *Mitte quæso istunc.* TH. *hem, viden' vt restat furcifer?*
CA. *Tranio quiesce, si sapis.* TH. *tu quiesce hanc rem modò*
Petere: ego illum verberibus, vt sit quietus, subegero.
CA. *Nihil opus est profectò: age iam, sine modò te exorarier.*
TH. *5 Nolo.* CA. *quæso herclè.* TH. *6 nolo inquã, ne ores.* CA. *nequicquam neuis.*
Hãc modò vnam noxiam, vnam quæso, fac causa mea.
7 Quid grauaris, quasi gratiam non commeream? si aliam noxiam,
Ibi vtrumque, & hoc & illud, poteris vlcisci probè.
* 8 *Sine te exorem.* TH. *age 9 habe, abi impunè. hem huic habeto gratiam.*
Spectatores fabula hæc est acta, vos plausum date.
1 *L.* taleis ludos l. 2. *L.* TRA.
3 *L.* lutum,
4 TR. tametsi me pudet. TH. interimam.
5 L. Nolo ores. 6 *L.* nolo, inquam, ores.
7 *L.* TR. Quid grauaris? quasi non cras iam commeream aliam noxiam.
8 L. CA. Sine 9 *L.* abi.

MENÆCHMI.

DRAMATIS PERSONÆ.

PENICVLVS *parasitus.*
MENÆCHMVS *surreptus.*
EROTIVM *meretrix.*
CYLINDRVS *coquus.*
MENÆCHMVS *Soſicles.*
MESSENIO *seruos.*
MVLIER *vxor.*
SACERVS *seruos.*
ANCILLA.
MEDICVS.
SENEX.
LORARII.

ARGVMENTVM.

MERCATOR *Siculus, cui erant gemini filij,*
Ex illis ſurrepto altero, mortem oppetit,
Nomen ſurrepticij indit illi qui domi eſt
Auos paternus facit Menæchmum Soſiclem.
Et is germanum, poſtquam adoleuit, quærit at
Circum omnes oras. poſt Epidamnum deuenit:
Hic fuerat 1 *alitus ille ſurrepticius.*
Menæchmum ciuem credunt omnes aduenam,
Eúmque appellant, meretrix, vxor & ſocer,
Ii ſe cognoſcunt fratres poſtremò inuicem.

PROLOGVS.

SAlutem primùm iam à principio propiciam,
Mihi atque vobis ſpectatores nuncio,
Apporto vobis Plautum lingua, non manu,
Quæſo vt benignis accipiatis auribus.
Nunc argumentum accipite, atque animum aduortite,
Quàm potero in verba conferam pauciſſima.
Atque hoc poetæ faciunt in comœdijs.
Omneis res geſtas eſſe Athenis autumant,
Quo vobis illud Græcum videatur magis.
Ego nuſquam dicam: niſi vbi factum dicitur.
Atque adeò hoc argumentum 2 *Græciſſat, tamen*
Non Atticiſſat, verùm at Siciliſſitat.
Huic argumento antelogium 3 *quidem hoc fuit.*
Nunc argumentum vobis demenſum dabo.
Non modio, neque trimodio, verùm ipſo horreo,
Tanta ad narrandum argumentum eſt benignitas.
Mercator quidam fuit Syracuſis *ſenex,*
Et ſunt nati filij duo gemini,
Ita forma ſimili pueri, vti mater ſua
Non internoſſe poſſet, quæ mammam dabat:
Neque adeò mater ipſa, quæ illos pepererat,
Vt quidem ille mihi dixit qui pueros viderat.
Ego illos non vidi, ne quis me cenſeat.
Poſtquam iam pueri ſeptuennes ſunt, pater
Onerauit nauem magnam multis mercibus.
Imponit alterum geminum in nauem pater,
Tarentum auexit ſecum ad mercatum ſimul.
Illum reliquit alterum apud matrem domi.
Tarenti ludi fortè erant, quom illuc venit.
Mortales multi, vt ad ludos, conuenerant.
Puer inter homines aberrauit à patre.
Epidamnenſis quidam ibi mercator fuit,
Is puerum tollit, auehitque Epidamnium.
Pater eius autem, poſtquam puerum perdidit,
Animum deſpondit, eáque is ægritudine,
Paucis diebus poſt Tarenti emortuus ſt.
Poſtquam Syracuſas de re ea 1 *redit nuncius.*
Ad auom puerorum, puerum ſubductum alterum,
Patrémque pueri Tarenti eſſe emortuum,
Immutat nomen auos huic gemino alteri,
Ita illum dilexit, qui ſubreptus eſt, alterum.
Illius nomen indit illi qui domi eſt,
Menæchmo idem quod alteri nomen fuit,
Et ipſius eodem auos eſt vocatus nomine:
Propterea illius nomen memini facilius,
Quia illum clamore vidi flagitarier.
Ne mox erretis iam nunc prædico prius,
Idem eſt ambobus nomen geminis fratribus.
Nunc in Epidamnum pedibus redeundum eſt mihi,
Vt hanc rem vobis examuſſim diſputem.
Si quis quid veſtrúm Epidamni curari ſibi
Velit, is audaciter imperato & dicito:
Sed ita, vt det vnde curari id poſſit ſibi.
Nam niſi qui argentum dederit nugas egerit,
Qui dederit, magis maiores nugas egerit.
Verùm illuc redeo vnde abij, atque vno aſto in loco.
Epidamnienſis ille, quem dudum dixeram
Geminum illum puerum, qui ſurripuit alterum,
Ei liberorum, niſi diuitiæ nihil erat.
Adoptat illum puerum ſurrepticium
Sibi filium eique vxorem dotatam dedit,
Eumque hæredem fecit quæ ipſe obijt die.
Nam rus vt ibat, 2 *vt multum ſortè pluuerat,*
Ingreſſus fluuiũ rapidũ ab vrbe haud 3 *longulè,*

1 L. auctus 2 L. Græciſſat tamen Verum non Atticiſſat, at Siceliſſitat. 3 L. quoddam.

1 L. nuncius redit. 2 L. fortèvt multum.
3 Lam. legendum putat longiter.

Rapidus

Rapidus raptori pueri subduxit pedes,
Abstraxitque hominem in maxumam malam crucem,
Illi tum diuitiæ euenere maxumæ.
Is illic habitat geminus surrepticius.
Nunc ille geminus qui Syracusis habet,
Hodie in Epidamnum venit cum seruo suo,
Hunc quæritatum geminum germanum suum.
Hæc vrbs Epidamnus est, dum hæc agitur fabula.
Quando alia agetur, aliud fiet oppidum:
Sicut familiæ quoque solent mutarier.
Modò enim idem fit leno, modò adulescens, modò senex,
Pauper, mendicus, rex, parasitus, ariolus.

PENICVLVS *parasitus.*

IVentus nomen fecit Peniculo mihi:
Ideo quia mensam, quando edo, detergeo.
Homines captiuos qui cathenis vinciunt,
Et qui fugitiuis seruis indunt compedes,
Nimis stultè faciunt, mea quidem sententia.
Nanque homini misero, si ad malum 1 *accidit malum,*
Maior libido est fugere, & facere nequiter.
Nam se ex cathenis eximunt aliquo modo,
Tum compediti ianuam lima 2 *perterunt,*
Aut lapide excutiunt clauum. nugæ sunt 3 *meræ,*
Quem tu asseruare rectè, ne aufugiat, voles,
Esca atque potione vinciri decet.
Apud mensam plenam homini rostrum deliges.
Dum tu illi quod 4 *edat, & quod potet præbeas.*
Suo arbitratu & affatim cotidie,
Nunquam adepol fugiet, tametsi capital fecerit.
Facilè asseruabis, dum 5 *illo vinclo vincies.*
Ita istæc nimis lenta vincla sunt escaria.
Quàm magis 6 *extendas, tanto astringunt arctius.*
Nam ego ad Menæchmum nunc eo, 7 *quo iam diu*
Sum iudicatus, vltro eo vt me vinciat.
Nam illic homo homines non alit, verùm educat,
Recreátque. nullus melius medicinam facit.
Ita est adulescens ipsius escæ maxumæ,
Cerealis cœnas dat, ita mensas extruit.
Tantas struices concinnat patinarias.
Standum est in lecto, si quid de summo petas.
Sed mihi interuallum iam hos dies multos fuit.
Domi 8 *sum domitus vsque cum caris meis.*
Nam neque edo neque emo, nisi quod est carissimum.
Ii quoq; 9 *iam cari, qui* 10 *instruxerunt, deserũt.*
Nunc ad eum inuiso. sed aperitur ostium.
Menæchmũ eccum ipsum video, ægreditur foràs.

1 *Lam. malit legi* accedit. 2 L. proterunt 3 L. eę.
4 L. edit, 5 L. eò. 6 L. intendas. 7 L. quoi.
8 L. domitus fui.
9 L. Id quoq. 10 L. instruuntur.

MENÆCHMVS *surreptus.* PENICVLVS *parasitus.*

NI mala, ni stulta sis, ni indomita, impósque animi,
Quod viro esse odio videas, tute tibi odio habeas.
Præter hæc si mihi tale post huncce diem
Faxis, faxo foris vidua visas patrem.
Nam quoties ire volo, me retines, reuocas,
Rogitas quò 1 *eam, quam rem ego agam, quid negocij geram,*
Quid petam, quid feram, quid foris egerim.
Portitorem domum duxi, ita omnem mihi
Rem necesse loqui est, quicquid egi atque ago.
Nimium ego te habui delicatam.
Nunc adeò vt facturus dicam: ego quando tibi ancillas, penum,
Lanam, aurum, vestem, purpuram bene præbeo, nec quicquam eges,
Malo cauebis si sapis, 2 *obseruare virum desines,*
Atque adeò ne me nequicquam serues, ob ea industriam,
Hodie ducam scortum ad cœnam, atque aliquò condicam foras.
PE. *Illic homo se vxori simulat malè loqui, lo-quitur mihi.*
Nam si foris cœnat, 3 *me profectò, haud vxorem vlciscitur.*
ME. *Euax, turgio hercle tandem vxorem abegi ab ianua.*
Vbi amatores sunt mariti? dona quid cessant mihi
Cõferre omnes congratulantes, quia pugnaui fortiter?
Hanc modò vxori intus pallam surripui, ad scortum fero,
4 *Sic decet dari facetè verba custodi* 5 *catè.*
Hoc facinus pulchrum est, hoc probum est, hoc lepidum, hoc factum est fabrè.
Meo malo à mala abstuli, hoc ad damnum deferetur hinc,
Auerti prædam ab hostibus, nostrùm salute sociúm.
PE. *Heus adolescens, ecqua in istac pars inest præda mihi?*
ME. *Perij, in insidias deueni.* PE. *imò in præsidium, ne time.*
ME. *Quis homo est?* PE. *ego sum.* ME. *ô mea commoditas, ô mea oportunitas.*
Salue. PE. *salue.* ME. *quid ais?* PE. *teneo dextera genium meum.*
ME. *Non potuisti magis per tempus* 6 *aduenire, quàm aduenis.*
PE. *Ita ego soleo, cõmoditatis omneis articulos scio.*
ME. *Vin tu facinus luculentum inspicere?* PE.

1 *L.* ego eam, quam rem agam.
2 L. virum obseruare d. 3 L. profectò me
4 *L.* Sic hoc decet, 5 *L.* catæ.
6 Mihi aduenire.

quis id coxit coquus,
Iam scibo si quid titubatum est, vbi reliquias videro.
ME. *Dic mihi, nunquid* 1 *vidisti tabulam pictam in pariete,*
Vbi aquila Catamitum raperet, aut vbi Venus Adoneum?
PE. *Sape. sed quid istæ pictura ad me attinent?*
ME. *age, me aspice.*
Ecquid assimilo similiter? PE. *quis istic est ornatus tuus?*
ME. *Dic hominem lepidissimum esse me.* PE. *Vbinam esuri sumus?*
PE. *Dic modò quod ego te iubeo.* PE. *dico homo lepidissime.*
ME. *Ecquid audes de tuo istuc addere?* PE. *atque hilarissime.*
ME. *Perge.* PE. *Non pergo hercle ego, nisi scio qua gratia*
Litigium est tibi cum vxore. ME. *hoc mihi abs te caueo cautius.*
Clam vxorem vbi sepulchrum habeamus, & hunc comburamus diem.
PE. *Age sanè igitur, quando æquum oras, quàm mox incendo rogum?*
Dies quidem iam ad vmbilicum est dimidiatus mortuus.
ME. *Te morare, mihi qom obloquere.* PE. *oculum* 2 *effodito persolum*
Mihi Menæchme si vllum verbum faxo, nisi quod iusseris.
ME. *Concede huc à foribus.* PE. *fiat.* ME. *etiam concede huc.* PE. *licet.*
ME. *Etiam nunc concede audacter ab leonino cauo.*
P. *Heu adepol, na tu, vt ego opinor, esses agitator probus.*
ME. *Qui dum?* PE. *ne te vxor sequatur, respectas identidem.*
ME. *Sed quid ais?* PE. *egóne? id enim quod tu vis, id aio, atque nego:*
M. *Ecquid tu de odore possis, si quid fortè olfeceris,*
Facere coniecturam? captum sit collegium augurum.
Agedum odorare hanc, quam ego habeo pallam, quid olet? abstines?
PE. *Summum me olfactare oportet vestimentum muliebre,*
Nã ex istoc loco spurcatur nasum odore illutibili.
M. *Olfacta igitur hinc Penicule lepide, vt fastidis?* PE. *decet.*
ME. *Quid igitur? quid olet, responde.* PE. *furtum, scortum, prandium.*
M. *Nunc ad amicam deferetur hanc meretricem Erotium.*
Mihi, tibi atque illi iubebo iam apparari prandium,
Inde vsque ad diurnam stellam 1 *crastinam potabimus.*
PE. *Expeditè fabulatu's, iam fores ferio.* M. *feri*
Vel mane etiam mille passum commoratus cantharum.
Placidè pulta. PE. *metuis credo, ne fores Samia sient.*
M. *Mane, mane, obsecro, hercle ab se ecca exiit.* P. *ó! solem vides,*
2 *Statim vt occæcatus præ huius corporis candoribus?*

1 *L.* tu vidisti. 2 L. persolum effodito.

EROTIVM *mulier*, PENICVLVS *parasitus*, MENÆCHMVS *surreptus.*

ER. *Anime mi Menæchme salue.* P. *quid ego?* ER. *exta numerum es mihi.*
P. *Idem istuc alius ascriptiuis ad legionem fieri solet.*
ME. *Ego istic mihi hodie apparari iussi apud te* 3 *prælium,*
Hodie vt fieret. in eo vterque 4 *pro Ilio potabimus.*
Vter ibi melior bellator erit inuentus cantharo,
Tua est legio, adiudicato cum vtro istanc noctem sies.
Vt ego vxorem, mea voluptas, vbi te aspicio, odi malè.
ER. *Interim nequis quin eius aliquid indutus sies.*
Quid hoc est? M. *induuiæ tuæ atque vxoris exuuiæ, rosa.*
ER. *Superas facile vt superior sis mihi, quàm quisquam qui* 5 *imperant.*
PE. *Meretrix tantisper blãditur, dum illud quod rapiat videt.*
Nam si amabas, iam oportebat nasum abreptum mordicus.
ME. *Sustine* 6 *has Penicule exuuias, dum facere suauium volo.*
P. *Cedo.* M. *sed obsecro hercle, salta sic cum palla postea.*
P. *Ego saltabo?* M. *sanus hercle non es.* P. *egóne an tu magis?*
M. *Si non saltas, exue igitur, nimio ego hanc periculo*
Surripui hodie. meo quidem animo ab Hippolyta succingulum
7 *Haud Hercules æquè magno vnquam abstulit periculo.*
Cape tibi hanc quando vna viuis meis morigera moribus.
P. *Hoc animo decet animatos esse amatores probos,*
Qui quidem ad mendicitatem se properent detrudere.

1 L. matutinam p. 2 *L.* Satin' vt occæcatu' st.
3 L. proilium, 4 *L.* proilio.
5 *L.* impetrant.
6 L. hoc Penicule. exuuias facere quas vou, volo. 7 L. Hercules haud.

M. Qua-

M. *Quatuor minis ego emi istanc anno* 1 *iam vxori meæ.*
P. *Quatuor minæ periere planè, vt ratio redditur.*
M. *Scin quid volo ego te accurare?* ER. *scio. curabo quæ voles.*
M. *Iube igitur nobis tribus apud te prandium accurarier.*
Atque aliquid 2 *sit omentorum, de foro obsonarier.*
3 *Glandulam suillam, laridum,* 4 *peronidem, aut Sinciput, aut polimenta porcina, aut aliquid ad eum modum,*
Madida quæ mihi apposita 5 *mensam miluinam suggerant.*
Atque actutum. ER. *licet ecastor.* M. *nos prodimus ad forum.*
Iam nos hic erimus: dum coquitur, interim potabimus.
ER. *Quando vis veni. parata res erit.* M. *propera modò.*
Sequere 6 *tu.* P. *ego hercle verò* 7 *te, & seruabo & te sequar,*
Neque hodie vt te perdam, mereare deûm diuitias mihi.
ER. *Euocate intus Cylindrum mihi coquum actutum foràs.*

EROTIVM *meretrix*, CYLINDRVS *coquus.*

E. *Portulam cape atque argentum, treis eccos* 8 *numos habes.*
C. *Habeo.* ER. *abi atque obsonium affer, tribus vide quod sit satis,*
Neque desiat, neque superfit. C. *cuiusmodi hi homines erunt?*
ER. *Ego & Menæchmus, & parasitus eius.* C. *iam isti sunt decem,*
Nam parasitus octo hominum munus facilè fungitur.
ER. *Elocuta sum conuiuas. cæterùm cura.* C. *licet.*
Cocta sunt, iube ire accubitum. ER. *redi citò.* C. *iam ego hic ero.*

ACTVS II.
MENÆCHMVS *Sosicles.* MESSENIO *seruus.*

M. *NVlla est voluptas nauitis, Messenio*
Maior, meo animo, quam quando ex alto procul
Terram conspiciunt. MES. *maior, non dicam dolo,*
Quàm si adueniës terram videas quæ fuerit tua.
Sed quæso quamobrem nunc Epidamnum venimus?
9 *Iam quasi mare, omneis circuimus insulas?*

1 *Expunge* iam. 2 *L.* scitamentorũ. 3 L. Glandionicam. 4 *Lamb. putat legendum* pernam, pedem aut. 5 *L.* in mensa. 6 L. tu me 7 L. & te ser. 8 *L.* nummos 9 L. An. q.

M. *Fratrem quæsitum geminum germanum meum.*
MES. *Nam quid modi futurum est illum quærere?*
Hic annus sextus, postquam rei huic operam damus.
Istros, Hispanos, Massilienses, Illurios,
Mare superum omne, Græciámque exoticam,
Oráq; Italicas omneis, quà 1 *aggreditur mare,*
Sumus circumuecti. si acum credo quæreres,
Acum inuenisses, si appareret: tam diu
Hominem inter viuos quæritamus mortuum:
Nam inuenissemus iam diu, si viueret.
M. *Ergo istuc quæro certum quid faciat mihi,*
Qui sese dicat scire, eum esse mortuum.
Operam præterea nunquam sumam quærere.
Verùm aliter viuus nunquam desistam exequi.
Ego illum scio, quàm cordi 2 *sit charus meo.*
MES. *In scirpo nodum quæris. quin nos hinc domum*
Redimus? nisi si historiam scripturi sumus.
M. *Dictum facessas doctum, & discaueas male.*
Molestus ne sis, nõ tuo hoc fiet modo. MES. *hem,*
Illoc enim verbo esse me seruum scio.
Non potuit paucis plura planè proloqui.
Verùm nequeo me continere, quin loquar.
Audi Menæchme, quum inspicio marsupium,
Viaticati hercle admodum æstiuè sumus.
Næ tu hercle opinor nisi domum reuorteris,
Vbi nihil habebis, geminum dum quæris, gemes.
Nam ita est hac hominum natio hic Epidãnia.
Voluptarij atque potatores maxumi.
Tum Sycophantæ & palpatores plurimi
In vrbe hac habitant, tum meretrices mulieres
Nusquam perhibentur blandiores gentium.
Propterea huic vrbi nomen Epidamno inditum est:
Quia nemo fermè huc sine damno diuortitur.
M. *Ego istuc cauebo. cedò dum mihi huc marsupium.*
MES. *Quid eo vis?* ME. *iam abest metuo de verbis tuis.*
MES. *Quid metuis?* ME. *ne mihi damnum in Epidamno duis.*
Tu magnus amator mulierum es Messenio:
Ego autem homo iracundus, animi perditi.
Id vtrunque, argentum quando habebo, cauero:
Ne tu delinquas néue ego irascar tibi.
MES. *Cape atque serua, me lubente feceris.*

CYLINDRVS, MENAECHMVS *Sosicles*, MESSENIO.

CY. *BEne obsonaui, atque ex mea sententia.*
Bonum anteponam prandium pransoribus.
Sed eccum Menæchmum videon' à tergo meo?

1 L. egredimur. 2 L. tarus sit. 3 L. Quid eo vis? ME. Ne mihi damnum in Epidamno duis. *quæ interposita sunt, delenda.*

Prius iam conuiuæ ambulant ante ostium,
Quàm ego obsonatu redeo. adibo atque alloquar.
Menæchme salue. ME. *di te ament, scis quis ego sum?*
CY. *Non hercle verò. vbi conuiuæ cæteri?*
ME. *Quos tu conuiuas quæris?* CY. *parasitum tuum.*
ME. *Meum parasitũ? certè hic insanus est homo.*
MES. *Dixin tibi esse hic sycophantas plurimos?*
M. *Quem tu parasitum quæris adolescens: meũ?*
CY. *Periculum.* MES. *eccum hunc in vidulo saltuum fero.*
CY. *Menæchme, numerò huc aduenis ad prandium.*
Nunc obsonatu redeo. ME. *respondeo mihi*
Adolescens, quibus hic precis porci veniunt
Sacres, sinceri, nummũ vnum en à me accipe.
Iube te piari de mea pecunia.
Nam ego quidem insanum esse te certò scio:
Qui mihi molestus homini ignoto, qui quis es.
CY. *Cylindrus ego sum, non nosti nomen meum?*
ME. *Seu tu Cylindrus, seu Coriendrus, perieris,*
Ego te non noui, neque nouisse adeo volo.
CY. *Est tibi Menæchmo nomen tantum, quod sciam.*
ME. *Prò sanè loqueris, cùm mè meo appellas nomine.*
Sed vbi nouisti tu mè? CY. *vbi ego te nouerim?*
Qui amicam habebas heram meum hanc Erotium.
ME. *Neque hercle habeo, neque te, quis sis homo, scio.*
CY. *Non scis quis ego sim? qui tibi sæpissimè*
Cyathisso apud nos, quãdo potas. MES. *hei mihi,*
Cum nihil est, illi qui homini diminuam caput.
ME. *Tun' cyathissare mihi soles, qui ante hunc diem*
Epidamnum nunquam vidi, neque veni? CY. *negas?*
M. *Nego hercle verò.* CY. *non tu in illisce ædibus*
Habitas? M. *dij illos homines, qui illic habitant perduint.*
CY. *Insanit hic equidẽ, qui ipse maledicit sibi.*
Audin' Menæchme? M. *quid vis?* CY. *si me consulas,*
Nummum illum, quem mihi dudum pollicitus dare,
Iubeas si sapias, porculum afferri tibi.
Nam tu quidem hercle certò non sanus satis
Menæchme, qui nunc ipsus maledicas tibi.
MES. *Tu hercle insanus homo es, multum & odiosus mihi.*
CY. *Solet iocari sæpe mecum illo modo.*
Quamuis ridiculus est, vbi vxor non adest.

M. *Quid ais tu?* C. *quid vis inquam? satin hoc quod vides,*
Tribus vobis obsonatum est? an obsono amplius
Tibi & parasito & mulieri? ME. *quas tu mulieres,*
Quos tu parasitos loquere? MES. *quod te vrget scelus,*
Qui huic sis molestus? CY. *quid tibi mecũ est rei?*
Ego te non noui: cum hoc, quem noui, fabulor.
ME. *Non ædepol tute homo sanus es, certò scio.*
CY. *Iam ergo hæc madebunt saxo, nihil morabitur.*
Proin tu ne quò abeas longius ab ædibus,
Nunquid vis? ME. *vt eas maxumam in malam crucem.*
CY. *Ire hercle melius est te intrò, atque accumbere,*
Dum ego hæc appono ad Vulcani violentiam.
Ibo intrò & dicam te hic astare Erotio,
Vt te hinc adducat, potius quàm hic astes foris.
ME. *Iamne ille abiuit, ædepol haud mendacia*
Tua verba. MES. *exterior sis obseruato modo:*
Nam istic meretricem credo habitare mulierem,
Vt quidè ille insanus dixit, qui hinc abiit modo.
ME. *Sed miror qui ille nouerit nomen meum.*
MES. *Minimè hercle mirum, morem hunc meretrices habent,*
Ad portum mittunt seruulos, ancillulas:
Si qua peregrina nauis in portum aduenit,
Rogant tutatis sit, quid ei nomen siet.
Post illæ extemplò se applicant, agglutinant.
Si pellexerunt, perditum amittunt domum.
Nunc in istoc portu stat nauis prædatoria,
Abs qua cauendum nobis sanè censeo.
ME. *Mones quidem hercle recte.* MES. *tum demum sciam*
Rectè monuisse, si tu rectè caueris.
ME. *Tace dum parumper. nam concrepuit ostium,*
Videamus qui hinc egreditur. MES. *hoc ponam interim.*
Asseruatote hoc sultis nauales pedes.

EROTIVM, CYLINDRVS, MENÆCHMVS *Sosicles*, MESSENIO.

ER. *Sine fores sic, abi, nolo operirier.*
SC. *Intus para, cura, vide quod opus est.*
Fiat. ER. *sternite lectos, incendite odores:*
Mundicia illecebra animo est amantum.
Amanti amœnitas malo est, nobis lucro est,
Sed vbi ille est, quem coquus ante ædeis esse ait?
Atque eccum video, qui mihi est vsui, &
Plurimum prodest: item huic vltrò sit, vt
Meret potissimus nostra domi vt sit.

1 L. veneunt porci. 2 L. *Hanc lect. magis probat Lamb quanquam aliter legit*, nummos hos à me. 3 *L.* molestu's 4 *L.* Coliendrus. 5 *Expungendum* meo. 6 *L.* habeas, 7 *L.* quidem. 8 *L.* pollicitu's. 9 *L.* sanu's. 10 *L.* Heu hercle hominem molestum & odiosum mihi. 11 L. Quantumuis.

1 *L.* hosce obs.
2 *al* quod *quod malit Lamb.*
3 *Expunge nomen* ME. *& paulò post* MES.
4 *L.* operiri 5 *L.* est vt *& seq. ver.* Fiat. sternite
l. 6 *Expunge* est. 7 L. potissimum.

Nunc

Nunc eum adibo, alloquar vltrò.
Animule mi, 1 Menæchme, cur video
Hic te stare foris, fores cui pateant magis
Quàm domus tua, domus cùm hæc tua sit?
2 Vt iussisti, atque vt voluisti, neque tibi est
Vlla mora intus, prandium vt iussisti hic
Curatum est, vbi lubet, 3 ire accubitum licet.
ME. *Quicum hæc mulier loquitur?* ER. *equidem tecum.* ME. *quid mecum tibi*
Fuit vnquam aut nunc est negocij? ER. *quia pol te vnum ex omnibus*
Venus voluit me magnificare, atque id haud immerito tuo:
Nam ecastor solus benefactis tuis me florentem facis.
ME. *Certò hæc mulier aut insana, aut ebria est, Messenio,*
Hominem quæ ignotum compellet me tam familiariter.
MES. *Dixin ego istæc hic solere fieri. folia nunc cadunt,*
Præut si triduum hoc hic erimus, tum arbores in te cadent.
Nam ita sunt hic meretrices omnes illecebræ argentariæ.
Sed sine me dum hanc compellare. heus mulier, tibi dico ER. *quid est?*
MES. *Vbi tu hunc hominem nouisti?* ER. *ibidem, vbi hic me iam diu:*
In Epidamno. MES. *in Epidamno? qui huc in hanc vrbem pedem,*
Nisi hodie nunquam intrò tetulit. ER. *eia delicias facis*
Mi Menæchme, quin amabo is intrò, hic tibi erit rectius.
ME. *Hæc quidem ædepol rectè appellat meo me mulier nomine.*
Nimis miror quid hoc sit negocij. MES. *obolum marsupium*
Huic istuc, quod habes. ME. *atque ædepol tu me monuisti probè.*
Accipe, iam hoc scibo vtrum hæc me mage amet, an marsupium.
ER. *Eamus intrò vt prandeamus.* ME. *bene vocas. 4 iam gratia est.*
ER. *Cur igitur tibi me iussisti coquere dudum prandium?*
M. *egóne te iussi coquere?* ER. *certè tibi & parasito tuæ.*
ME. *Cui, malum, parasito? certè hæc mulier non sana est satis.*
ER. *Peniculo.* ME. *quis iste est Peniculus, qui extergentur baxeæ?*
ER. *Scilicet qui dudum tecum venit, quem pallam mihi*
Detulisti, quam ab vxore tua surripuisti. ME. *quid est?*
Tibi pallam dedi, quam vxori meæ surripui? sanan' es?
Certè hæc mulier Canterino ritu hic astans somniat.
E. *Qui lubet ludibrio habere me, atque ire insicias mihi*
Facta quæ sunt? ME. *dic quid est id, quod negem quod fecerim?*
ER. *Pallam te hodie mihi dedisse vxoris.* NE. *1 iam nunc nego.*
Ego quidem neque vnquam vxorem habui, neque habeo: neque huc
Vnquam, postquam natus sum, intra portam penetraui pedem.
Prandi in naui, inde huc egressus sum, te conueni, 2 eccere.
ER. *Perij misera, quam tu nunc mihi nauem narras?* ME. *ligneam,*
Sæpe tritam, sæpe fixam, sæpe excussam malleo,
Quasi supellex pellionis palus palo 3 proximus est.
ER. *4 Iam amabo, desine ludos facere, atque i hac mecum simul.*
ME. *Num quem mulier alium hominem, non me, fortè quæritas?*
ER. *Non ego te noui Menæchmum Mosscho prognatum patre?*
Qui Syracusis perhibere natus esse in Sicilia,
Vbi rex Agathocles regnator fuit, & iterum Pythia,
Tertiùm Olympia qui in morte regnum Hieroni tradidit,
Nunc Hiero est. M. *haud falsò mulier prædicas.*
M. *proh Iuppiter.*
Nunc istæc mulier illinc venit, quæ te nouit tam catè.
M. *Hercle opinor pernegari non potest.* M. *ne feceris.*
Peristi, si intrassis intra limen. M. *quin tace modo,*
Bene res geritur: 5 assentabor, quicquid dicet, mulieri,
Si possem hospitium nanciscì. iam dudum mulier tibi
Non imprudens aduersabar, hunc metuebam, ne meæ
Vxori renunciaret de palla, & de prandio.
Nunc quando vis eamus intrò. E. *etiam parasitum manes?*
M. *Neque ego illum maneo, neque floccifacio: neque si venerit,*
Eum 6 intromitti volo. ER. *ecastor haud inuita fecero,*
Sed scin? quid te amabo, vt facias, impero? ME. *quid vis modò?*
ER. *Pallam illam, quam dudum dederas, ad phrygionem vt deferas,*

1 L. mihi mira videntur.
2 *Ante hæc verba addendus est ex Lamb. versiculus hic.* Omne paratum'st, Vt iuss.
3 L. ire licet acc. 4 L. tamen gratia'st.

1 L. sed iam n.n. 2 L. æccere.
3 L. proximu'st. 4 L. Iamiam am.
5 L. assentibor. 6 L. volo intromitti.

Vt reconcinnetur, atque vt opera addantur, quæ volo.
M. *Hercle quin tu rectè dicis, eadem ignorabitur.*
Ne vxor cognoscat te habere, si in via conspexerit.
E. *Ergo mox auferto tecum, quando abibis.* M. *maxume.*
E. *Eamus intrò.* M. *iam sequar te. hũc volo etiam colloqui.*
Eho Messenio accede huc. MES. *quid negocij est?*
M. *scire vis?*
MES. *Quid ergo opu'st?* M. *opus est.* MES. *scio vt mendices.* M. *tanto nequior es.*
Habeo prædam, tantum incepi operis. tu quantum potes,
Abduc istos in tabernam actutum diuersorium.
1 *Tu facito ante* 2 *solis occasum, vt venias aduorsum mihi.*
M. *Non tu istas meretrices nouisti here?* MES. *tace inquam nunc iam.*
Mihi dolebit, non tibi, si quid ego stultè fecero.
Mulier hæc stulta atque insita est quantum perspexi modò,
Est hic præda nobis. MES. 3 *peri.* M. *iámne abis?*
MES. *periit probè,*
Ducit lembum dierectum nauis prædatoria.
Sed ego insciius, qui me hero 4 *postulem moderarier.*
Dicto me emit audientem, haud imperatorẽ sibi.
Sequimini, vt quod imperatum est, veniam aduorsum tempori.

ACTVS III.
PENICVLVS *parasitus.*

PLus 5 annis triginta natus sum, quando interea loci
Nunquam quicquam facinus feci peius, neque sceleſtius,
Quàm hodie, quando in concionem mediam me immersi miser.
Vbi ego dum hæreo, Menæchmus sese subterduxit mihi.
Atque abiit ad amicam credo, neque me voluit ducere,
6 *Vt illum diy omnes perduint, qui primus commentus est*
Concionem, 7 *quæ homines occupatos occupat.*
Non ad eam rem ocioſos homines decuit dilegi?
Qui nisi assint, quom citantur, census capiant illico.
Affatim est hominum in dies, qui singulas escas edunt,
Quibus negocij nihil est, qui esum neque vocantur, neque vocant,
Eos oportet concioni dare operam, atq; comitiis.

1 L. Tum. 2 *L.* solem occasum.
3 L. perij. 4 *L* meo postul.
5 L. *fortasse legendum* annos.
6 *L.* qui illum. 7 *L.* hac réq. hom.

Si id ita esset, non ego hodie perdidissem prandium,
Cui tam credo datum voluisse, quàm me video viuere.
Ibo etiamnum, reliquiarum spes animum oblectat meum.
Sed quid ego video Menæchmum? cum corona exit foras.
Sublatum est conuiuium, adepol venio aduorsum tempori.

MENÆCHMVS *Sosicles,* PENICVLVS.

POtin vt quiescas, si ego tibi hanc hodie probè,
Lepidéque concinnatam referam tempori?
Non faxo 1 *eam esse dices, ita ignorabitur.*
PE. *Pallam ad phrygionem fert confecto prandio,*
Vinóque epoto, parasito excluso foras.
Non hercle is sum, qui sum, nisi hanc iniuriam
Méque vltus pulchrè fuero, obseruabo, quid agat,
2 *Hinc primum: post deinde adibo ego hunc, atque alloquar.*
ME. *Proh diy immortales, cui homini vnquam vno die*
Boni dedistis plus qui minus sperauerit?
Prandi, potaui, scortum accubui, abstuli.
P. *Nequeo quæ loquitur exaudire clanculum,*
Hanc cuius hæres nunquam erit post hunc diem.
Satur nunc loquitur de me & de parti mea.
ME. *Ait hanc dedisse me sibi atque eam meæ*
Vxori surripuisse: quoniam sentio
Errare, extemplo, quasi res cum ea esset mihi,
Cœpi 3 *assentari: mulier quicquid dixerat,*
Idem ego dicebam, quid multis verbis 4 *opus?*
Minore nusquam bene fui dispendio.
PE. *Adibo ad hominem: nam turbare gestio.*
ME. *Quis hic est, qui aduersum sit mihi?* P. *quid ais homo*
Leuior quàm pluma, pessime & nequissime,
Flagitium hominis, subdole, ac minimi precij?
Quid de te merui, qua me causſa perderes?
Vt surripuisti te mihi dudum de 5 *foro?*
Feciſti funus absenti me prandio.
Cur 6 *ausus facere, cui* 7 *ego æquè ac hæres hæream?*
ME. *Adolescens' quæso quid tibi mecum est rei,*
Qui mihi maledicas homini hic ignoto insciens?
An tibi malam rem vis pro maledictis dari
Postea? PE. *eam quidem adepol te dedisse intelligo.*
ME. *Responde adolescens quæso* 8 *quid tibi nomen est?*
PE. *Etiam derides, quasi nomen non noueris?*
ME. *Non adepol ego te, quod sciam, vnquam ante hunc diem*

1 L. esse eam d. 2 L. hominem, pòst deinde.
3 L. assentiri. 4 *L.* opu'st? 5 L. foro. *sine interrogationis nota.* 6 L. ausu's. 7 *Videtur delendum,* ego, *vt constet versus.* 8 L. quod.

Vidi,

Vidi, neque noui. verùm [1] *certo' quisquis es,*
Æquum si facias, mihi odiosus ne sies.
PE. *Non me nouisti?* ME. *non negem, si nouerim.*
PE. *Menæchme vigila.* ME. *vigilo hercle quidem quod sciam.*
P. *Tuum parasitum non nouisti?* M. *non tibi*
Sanum est adolescens sinciput, vt intelligo.
P. *Responde surripuistin' vxori tuæ*
Pallam istanc hodie, eámque dedisti Erotio?
M. *Neque hercle ego vxorem habeo, neque ego Erotio*
Dedi, nec pallam surripui. P. *satin' sanus es?*
Occisa est hæc res, non ego te indutum foras
Exire vidi [2] *palla?* M. *væ capiti tuo:*
Omnes cinædos esse censes, tu quia es.
Tun' me indutum fuisse pallam prædicas?
P. *Ego hercle verò.* M. *non tu abis quò dignus es?*
Aut te piari iubes homo insanissime?
P. *Nunquam ædepol me quisquam exorabit, quin tuæ*
Vxori rem omnem iam vti sit gesta eloquar,
Omnes in te istæc recident contumeliæ,
Faxo haud inultum prandium comederis.
M. *Quid hoc negocij est? satin vt* [3] *quenquã conspicor,*
Ita me ludificant? sed concrepuit ostium.

ANCILLA, MENÆCHMVS *Sosicles.*

MEnæchme, amare ait te multum Erotium,
Vt hoc nunc vna opera ad aurificem deferas,
Atque huic vt addas auri tu pondo vnciam,
Iubeásque nouum spinther reconcinnarier.
M. *Et istud, & aliud, si quid curari volet,*
Me curaturum dicito, quicquid volet.
AN. *Scin hoc quod sit spinther?* M. *nescio, nisi aureum.*
AN. *Hoc est quod olim clanculum ex armario*
Te surripuisse aiebas vxori tuæ.
M. *Nunquam hercle factum est.* AN. *non meminisli obsecro?*
Redde igitur spinther, si non meminisli. M. *mane,*
Imò equidem memini: nempe hoc est, quod illi dedi.
[4] *Istuc, vbi illæ armillæ sunt, quas vnà dedi?*
AN. *Nunquam dedisti.* ME. *nam pol hoc vnà dedi.*
AN. *Dicam* [5] *curare?* M. *dicito, accurabitur,*
Hæc palla & spinther faxo referantur simul.
AN. *Amabo mi Mecæchme inaureis da mihi*
Faciundas pondo duúm numúm talagmia,
Vt te libenter videam, cùm ad nos veneris.
ME. *Fiat, cedo aurum, ego manu precium dabo.*
AN. *Da sodes abs te, pòst ego reddidero tibi.*
ME. *Imo cedo abs te.* A. *ego pòst tibi reddam duplex.*
ME. *Non habes.* AN. *at tu quando habebis, tum dato.*
Nunquid me vis? ME. *hæc me curaturum dicito,*
Vt [1] *quantum possit, quámque liceat veneant.*
Iám ne abiit intrò? abiuit, [2] *obtrudit fores.*
Dij me equidem omnes adiuuant, augent, amãt.
Sed quid ego cesso, dum datur mihi occasio,
Tempúsque abire ab his locis lenoniis?
Propera Menæchme, fer pedem, confer gradum.
Demam coronam, atque abiiciam ad læuam manum,
Vt qui sequantur, hæc me abijsse censeant.
Ibo & conueniam seruum, si potero, meum,
Vt hæc, quæ bona dij mihi dant, ex me sciat.

ACTVS III.

MVLIER, *vxor*, PENICVLVS *parasitus.*

EGóne hic me patiar esse in matrimonio,
Vbi vir compilet clanculum quicquid domi est?,
Atq; id ad amicam deferat? PE. *quin tu taces?*
Manifesto faxo iam opprimes, sequere hac modo,
Pallam ad phrygionem cum corona hinc ebrius
Ferebat, hodie tibi quam surripuit domo.
Sed eccam, quam coronam habuit, num mentior?
Hem hæc abiit, si vis persequi vestigiis.
Atque ædepol eccum ipsum optimè reuortitur,
Sed pallam non fert. MV. *quid ego nunc cũ illoc agam?*
P. *Idẽ quod semper, malè habeas.* MV. *sic censeo.*
P. *Huc concedamus, ex insidiis aucupa.*

MENÆCHMVS *surreptus*, MVLIER *vxor*, PENICVLVS *parasitus.*

[3] *AT hoc viuitur maximè more* [4] *morum*
[5] *Molesto omnium, atque vti quique sunt*
Optumi maxumi, morem habent hunc,
Clienteis sibi omnes volunt esse multos:
Bonine an mali sint, id haud quæritant.
Res [6] *quæritur magis, quàm clientium*
Fides cuiusmodi clueat.
Si est pauper atq; haud malus, nequam habetur,
Sin diues malus est, is cliens frugi habetur.
Qui neque leges, neque æquum bonum vsquam
Colunt, sollicitos patronos habent:
Datum denegant, quod datum est. litium
Pleni, rapaces, [7] *fraudulenti sunt viri,*
Qui aut fœnore, aut periuriis habent rem
Partam: mens est in querelis.
Iuris vbi dicitur dies, simul
Patronis dicitur: quippe qui pro illis
Loquantur, malè quæ fecerint, [8] *aut ad*

1 L. *al.* certè. 2 *L. fortasse legendum* pallam *vt infra.* 3 L. quemquem. 4 L. AN. Istuc, ME. vbi illæ. 5 L. curassere?

1 L. quanti possint, *vel* quantum possim. 2 L. operuit f 3 L. Vt. 4 L. moro. 5 L. Molestóque multum? 6 L. magis quæritur. 7 L. viri fraudulenti. 8 L. seu.

Populum,[1] *aut in iure*[2] *apud iudicem res est.*
Sicut me hodie nimis sollicitum cliens
Quidam habuit, neque quod volui agere quicquam
Licitum est. ita me attinuit, ita me detinuit.
Apud ædiles 3 *præliis factis plurimis*
Pessimisque dixi caussam, conditiones
Tetuli tortas, confragosas. aut plus,
Aut minus, 4 *opus quàm erat multo dixeram*
Controuersiam, vt sponsio fieret.
Quid ille? quid? prædem dedit, nec magis
5 *Manifestum ego hominem vnquam vllum teneri vidi.*
Omnibus malefactis, testes tres aderant acerrumi.
Di illum omnes perdant, ita mihi hũc hodie corrupit diem,
Méque adeò, qui hodie forum vnquam oculis inspexi meis.
Diem corrupi optimum. iussi apparari prandium.
Amica expectat me, scio. vbi primùm est licitum, illico
Properaui abire de foro, irata est, credo, nũc mihi.
Placabit palla, quam dedi, quam hodie vxori abstuli atque huic
Detuli Erotio. PE. *quid ais?* MV. *viro me malo malè*
Nuptam. PE. *Satin' audis, quæ illic loquitur?* MV. *satis.* ME. *si sapiam,*
Hinc intrò abeam vbi mihi bene sit. MV. *mane, malè potius erit.*
Næ illã mecastor fœnerator abstulisti, sic 6 *datur?*
Clanculum istæc flagitia facere censebas potesse te?
ME. *Quid* 7 *illic est vxor negocij?* MV. *men' rogas?*
ME. *vin' hunc rogem?*
PE. *Auser hinc palpationes. perge tu.* ME. *quid tu mihi*
Tristis es? MV. *te scire oportet.* PE. *scit, sed dissimulat malus.*
ME. *Quid negocij est?* 8 VX. *pallam* ME. *pallam, quid?* VX. *pallam quid paues?*
ME. *Nihil equidem paueo, nisi vnum. palla pallorem incutit.*
PE. *At tú ne clam me comesses* 9 *prandium? perge in virum.*
ME. *Non taces?* PE. *non hercle verò taceo: nutat ne loquar.*
M. *Non hercle ego quidem vsquam quicquã nuto, neque nicto tibi.*
VX. *Næ ego mecastor mulier misera.* M. *quid tu misera es? mihi expedi.*
P. *Nihil hoc confidentius, qui quæ vides, ea pernegat.*

1 L. seu. 2 L. seu apud iudicem.
3 L. pro eius f. 4 L. quàm opus er. 5 L. Manifestò. 6 L. datur *sine interrogat nota.*
7 L. illuc. 8 L. MV. *vbiq.*
9 L. prandium *sine interrogat. nota.*

M. *Per Iouem deósque omnes adiuro vxor, satin hoc est tibi?*
1 ME. *Isti non nutasse?* P. *credit iam tibi de illis, illuc redi.*
M. *Quò ego redeam?* PE. *equidem ad phrygionem, censeo, & pallam refer.*
M. *Quæ istæc palla est?* VX. *taceo iam, quando hic rem non meminit suam.*
M. *Nunquis seruorum deliquit? num ancillæ aut seruæ tibi*
Responsant? eloquere. impunè non erit. VX. *nugas agis.*
M. *Tristis admodum es, non mihi istuc satis placet.* VX. *nugas agis.*
M. 2 *Certè familiarium alicui irata es?* VX. *nugas agis.*
M. *Num mihi es irata saltem?* VX. *nunc tu non nugas agis.*
M. *Non ædepol deliqui quicquam.* VX. *hem rursum nugas agis.*
M. *Dic mea vxor, quid tibi nunc ægrè est?* P. *bellus blanditur tibi.*
M. *Potin' vt mihi molestus ne sis? non te appello.* VX. *auser manum.*
P. *Sic datur, properato absente me comesse prandium.*
Pòst ante ædes cum corona me derideto ebrius.
M. *Neque ædepol ego prandi, neque hodie huc intrò tetuli pedem.*
PE. *Tun' negas?* M. *nego hercle verò.* PE. *nihil hoc homine audacius.*
Non ego te modò hic ante ædes cũ corona florea
Vidi astare, cùm negabas mihi esse sanum sinciput?
Et negabas me nouisse? peregrinum aiebas esse tè?
ME. *Quin vt dudum diuorti abs te, redeo nunc demum domum.*
P. *Noui ego te, non mihi censebas esse, quin te vlciscerer.*
Omnia hercle vxori dixi. ME. *quid dixisti?* PE. *nescio.*
Eam ipsus roga. ME. *quid hoc est vxor? quid nam hic narrant tibi.*
Quid id est? quid taces? quin dicis quid sit? VX. *quasi tu nescias.*
Palla mihi est domo surrepta. ME. *palla surrepta est tibi?*
VX. 3 *Men' rogas?* ME. *pol haud rogem te, si sciã.*
PE. *ô hominem malum.*
Vt dissimulat! non potes celare: rem noui probè,
Omnia hercle ego edictaui. ME. *qui id est?* VX. *quando nihil pudet.*
Neque vis tua voluntate ipse profiteri, audi atq; ades.
Et quid 4 *sim tristis, & quid mihi dixerit, faxo scias.*
Palla est mihi domo surrepta. ME. *palla surrepta est tibi?*

1 L. Me isti non nutasse. 2 L. Ceterùm.
3 L. Me. 4 L. tristis sim.

PE. *Vi-*

PE. *Viden' vti sceleſtus captat? huic ſurrepta eſt, non tibi.*
Nã profectò tibi surrepta ſi eſſet, ſalua nunc foret.
ME. *Nihil mihi tecum eſt, ſed quid tu ais?* VX. *palla inquam periit domo.*
ME. *Quis eam ſurripuit?* VX. *pol iſtuc ille ſcit, qui illam abſtulit.*
ME. *Quis hic homo eſt?* VX *Menæchmus quidã.*
ME. *ædepol factum nequiter.*
Quis is Menæchmus eſt? VX. *tu iſtic, inquam.* ME. *egone?* VX. *tu.* M. *quis arguit?*
VX. *Egomet.* P. *& ego, atque huic amicæ detuliſti Erotio.*
M. *Egón' dedi?* P. 1 *tu iſtic inquam, vin' afferri noctuam,*
Quæ, tu, tu, vſque dicat tibi? nam nos iam nos defeſſi ſumus.
M. *Per Iouem deósque omnes adiuro vxor, ſatin' hoc eſt tibi?*
Non dediſſe. PE. *imò hercle verò nos non falſum dicere.*
ME. 2 *Ego illam non condonaui, ſed ſic vtendam dedi.*
VX. *Equidem ecaſtor tuam nec chlamidem do foras, nec pallium*
Cuiquam vtendum, mulierem æquum eſt veſtimentum muliebre
Dare foras, virum virile, quin refers pallã domum?
ME. *Ego faxo referetur.* VX. *è re tua, vt opinor, feceris.*
Nam domum nunquam introibis, niſi feres pallam ſimul.
ME. *Ego domum?* PE. *quid mihi futurum eſt, qui tibi hanc operam dedi?*
VX. *Opera reddetur, quando quid tibi erit ſurreptum domo.*
PE. *Id quidem ædepol nunquam erit. nam nihil eſt, quod perdam, domi*
3 *Commune cum vxore: dij vos perdant. properabo ad forum:*
Nanque ex hac familia me planè excidiſſe intelligo.
M. *Malè mihi vxor ſeſe feciſſe cenſet, quo excluderet 4 foras.*
Quaſi non habeam, quò intromittar, alium meliorem locum.
Si tibi diſpliceo, patiundum: at placuero huic Erotio.
Quæ me non excludet à ſe, ſed apud ſe occludet domi.
Nunc ibo, orabo, vt mihi pallam reddat, quam dudum dedi.
Aliam illi redimam meliorem, heus ecquid hic eſt ianitor?
Aperite, atque Erotium aliquis euocate ante oſtium.

1 L. tu, tu, iſtic. 2 L. Sed ego. 3 L. cum viro cum vxore. 4 L. foris.

EROTIVM, MENÆCHMVS ſurreptus.

ER. *Quis hîc me quærit?* ME. *ſibi inimicus magis quàm ætati ſuæ.*
ER. *Mi Menæchme, cur ante ædeis aſtas? ſequere intrò.* ME. *mane.*
Scin quid eſt, quod ego ad te venio? ER. *ſcio vt tibi ex me ſit volup.*
ME. *Imò ædepol pallam illam, amabo te, quam tibi dudum dedi,*
Mihi eam redde. vxor reſciuit rem omnem, vt 675
2 *factum eſt ordine.*
Ego tibi redimam bis tanto pluris pallam, quam voles.
ER. *Tibi dedi equidem illam, ad phrygionem vt ferres paulo prius:*
Et illud ſpinther, vt ad aurificem ferres, vt fieret nouum.
ME. *Mihi 3 tu dederis pallam, & ſpinther, nunquam factum reperies,*
Nam ego quidem poſtquam illam dudum tibi 680
dedi, atque abij ad forum,
Nunc redeo, nunc te poſtilla video. ER. *video quam rem agis.*
Quia commiſi, vt me defrudes, ad eam rem affectas viam.
M. *Neque 4 pol te defrudandi cauſſa poſco, quin tibi*
Dico, vxorem reſciuiſſe. ER. *nec te vltrò oraui vt dares.*
Tute vltrò ad me detuliſti, dediſti eam dono 685
mihi,
Eandem nunc repoſcis. patiar, tibi habe, aufer. vtere
Vel tu, vel tua vxor, vel etiã in oculos cõpingite.
Tu huc poſt hunc diem, pedem intrò non feres, ne fruſtra ſis,
Quando tu me, bene merentem tibi habes deſpicatui.
Niſi feres argentum, fruſtra me ductare non potes. 690
Aliam poſthac inuentio, quam tu habeas fruſtratui.
ME. *Nimis iracundè hercle, tandem heus tu, tibi dico, mane,*
Redi. E. Etiámne aſtas? etiam audes mea reuorti gratia?
M. *Abiit intrò, occluſit ædeis, nunc ego ſum excluſiſſimus,*
Neque domi, neque apud amicã mihi iam quic- 695
quam creditur.
Ibo, & conſulam hanc rem amicos, quid faciundum cenſeant.

ACTVS V.

MENÆCHMVS *Soſicles*, MVLIER.

Nimis ſtultè dudum feci, cum marſupium
Meſſenioni cum argento concredidi.

1 L. tuæ. 2 L. facta. 3 L. vt tu d. 4 L. ædepol.

Immersit aliquo sese credo in ganeum.
MV. *Prouisam quàm mox vir meus redeat domum.*
Sed eccum video, salua sum, pallam refert.
M. *Demiror vbi nunc ambulet Messenio.*
MV. *Adibo, atque hominem accipiam, quibus dictis meret.*
Non te pudet prodire in conspectum meum,
Flagitium hominis, cum istoc ornatu? M. *quid est?*
Quæ res te agitat mulier? MV. *etiámne* [1] *tu impudens*
Mutire vnum verbum audes, aut mecum loqui?
M. *Quid tandem admisi in te, vt loqui non audeam?*
MV. *Rogas me? ô hominis impudentem audaciam.*
M. *Non tu scis mulier, Hecubam quapropter canem*
Graij esse prædicabant? MV. *non equidem scio.*
M. *Quia idem faciebat Hecuba, quod tu nunc facis.*
Omnia mala ingerebat, quemquem aspexerat,
Itaque adeò iure cœpta appellari est canis.
MV. *Non istæc ego flagitia possum perpeti.*
Nam me [2] *ætatem meam viduam esse mauelim,*
Quàm istæc flagitia tua pati, quæ tu facis.
M. *Quid id ad me, tu te nuptam possis perpeti,*
An sis abitura à tuo viro? an mos est ita hic,
Peregrino vt aduenienti narrent fabulas?
MV. *Quas fabulas? non inquam patiar præter hac,*
Quin vidua viuam, quàm tuos mores perferam.
M. *Mea quidem hercle caussa vidua victita,*
Vel vsque dum regnum obtinebit Iuppiter.
MV. *At mihi negabas dudum surripuisse te.*
Nunc eandem ante oculos attines, num te pudet?
M. [3] *Hei hercle mulier multum & audax & mala es.*
Tun' tibi hanc surreptam dicere audes, quam mihi
Dedit alia mulier, vt concinnandam darem?
MV. *Næ istuc mecastoriam patrem* [4] *accersam meum,*
Atque enarrabo tua flagitia, quæ facis.
I Decio, quære meum patrem, tecum simul
Vt veniat ad me, ita rem mihi esse dicito.
Iam ego aperiam istæc tua flagitia. M. *sanan' es?*
Quæ mea flagitia? MV. [5] *pallam atque aurum meum*
[6] *Domo cum suppilas vxori tuæ, & tuæ*
Degeris amicæ, satin' hoc rectè fabulor?
ME. *Quæso hercle mulier si scis monstra quid bibam,*
Tuam qui possim perpeti petulantiam.
Quem tute hominem [7] *me arbitrare.* MV. *nescio.*
ME. *Ego te simitu noui cum Parthaone.*
MV. *Si me derides, at pol illum non potes,*

1 *Expungendum* tu. 2 *L.* meam ætatem. 3 *L.* Heu. 4 L. arcessam. 5 L. cum pallam. 6 *L.* Domo suppilas. 7 *L.* esse me arbitrare, nescio,

Patrem meum, qui huc aduenit, quin respicis?
Nouistin tu illum? ME. *noui, cum Calcha simul*
Eodem die vidi illum, quo te ante hunc diem.
MV. *Negas nouisse me? negas patrem meum?*
ME. *Idem hercle dicam,* [1] *auum si vis adducere.*
MV. *Ecastor. pariter hoc, atque alias res soles.*

SENEX, MVLIER, MENÆCHMVS *Sosicles.*

VT ætas mea est, [2] *atque vt huic vsus facto est,*
Gradum proferam, progredi properabo.
Sed id quàm facilè sit mihi, haud sum falsus,
Nam pernicitas deserit, consitus sum
Senectute, onustum gero corpus, vires
Reliquêre. vt ætas [3] *mala est, merx est ergo.*
Nam res plurimas pessumas, cùm aduenit, affert,
Quas si autumem omneis, nimis longus sermo sit.
Sed hæc res mihi in pectore & corde curæ est,
Quid nam hoc sit negotij, quòd filia sic
Repentè [4] *expetit, me ad sese, me vt irem,*
Nec, quid id sit, mihi certius facit,
Quid velit, quidve [5] *accersit.*
Verùm propemodum iam scio, quid siet rei.
Credo cum viro litigium natum esse aliquod.
Ita istæ solent, quæ viros subseruire
Sibi postulant, dote fretæ feroces.
Et illi quoque haud abstinent sæpe culpa.
Verùm est modus tamen, [6] *quo id pati vxorem oportet.*
Nec pol filia vnquam patrem [7] *accersit ad se,*
Nisi aut commissi, aut iurgij est caussa.
Sed quicquid id est, iam sciam, atque eccam eam ipsam
Ante ædes, & eius tristem virum video.
Id est, quod [8] *suspicabar: ibo aduorsum:*
Appellabo hanc. MV. *salue multum mi pater.*
SE. *Salua sis, salua ne? aduenio. sed cur* [9] *accersi iubes?*
Quid tu tristis es? quid ille autem abs te iratus [10] *destitit?*
Nescio quid vos velitati estis inter vos duos.
Loquere, vter meruistis culpam, paucis non longos logos.
MV. *Nusquam equidem quicquam deliqui, hoc primùm te absoluo pater.*
Verùm viuere hic non possum, neque durare vllo modo.
Proin tu me hinc abducas. SE. *quid istuc autem est?* MV. *ludibrio pater,*
Habeor. SE. *vnde?* MV. *ab illo, cui me mandauisti, meo viro.*
SE. *Ecce autem litigium, quoties edixi, tandem tibi,*

1 L. Ego te. 2 L. si auum vis. 3 L. & vt.
4 L. mala merx est ergo! 5 L. expetit, ad sese me vt irem. 6 L. quoad. 7 L. arcessit.
8 L. suspicabar: Appellabo hãc. ibo aduorsum. MV. salue &c. 9 L. arcessit. 10 L. distiti?

Vt

Vt caueres, neuter ad me iretis cum querimonia?
MV. *Qui ego istuc, mi pater, cauere possum?* SE. *mene interrogas?*
Nisi non vis, quoties monstr aui tibi viro vt morem geras?
Quid ille faciat, ne id obserues, quò eat, quid rerum gerat?
MV. *At enim ille hinc amat meretricem ex proximo.* SE. *sanè sapit.*
Ob istanc industriam, etiam faxo amabit amplius.
MV. *atque ibi potat.* SE. *tuan' quidem illa caussa potabit minus,*
Siue illic siue alibi libebit? quæ hæc, malùm, impudentia est?
Vna opera prohibere ad cænam, ne promittat, postules,
Néve quenquam accipiat alienum apud te. seruiren' tibi
Postulas viros? dare vna opera pensum postules,
Inter ancillas sedere iubeas, lanam [1] *carpere.*
MV. *Non equidem mihi te aduocatum, pater adduxi, sed viro.*
Hinc stas, illinc caussam dicis. SE. *si ille quid delinquerit,*
Multo tanto illum accusabo, quàm te accusaui amplius.
Quando te auratam & vestitam bene habet, ancillas, penum
Rectè [2] *prohibet, melius sanam est mulier mentem sumere.*
MV. *At ille suppilat mihi aurum, & pallam ex arcis modò,*
Me despoliat, mea ornamenta iam ad meretrices degerit.
SE. *Malè facit, si istuc facit: si non facit, tu malè facis,*
Quæ insontem insimules. MV. *quin etiam nunc habet pallam pater,*
Est spinther, quod ad hanc detulerat, nunc quia resciui refert.
SE. *Iam ego ex hoc vti factum est scibo, ibo ad hominem atque alloquar.*
Dic mihi istuc Menæchme, quod vos dissertatis, vt sciam.
Quid tu tristis es, quid illam autem iratam abs te destituis?
ME. *Quisquis es, quicquid tibi nomen est senex, summum Iouem,*
Deosque detestor. SE. *qua de re, aut cui rei, rerum omnium?*
ME. *Me neque isti malè fecisse* [3] *mulieri, neque quod me arguit,*
Hanc domo ab se surripuisse, atque abstulisse [4] *delirat.*
Si ego intra ædeis huius vnquam, vbi habitat, penetraui pedem,
Omnium hominum exopto vt fiam miserorum miserrimus.
SE. *Sanúsne es, qui istuc exoptes, aut neges te vnquam pedem*
In eas ædes intulisse, vbi habitas insanissime?
ME. *Tun' senex ais habitare me hic in illisce ædibus?*
SE. *Tu negas?* ME. *nego hercle verò.* MV. [1] *nimio hæc impudenter negas,*
Nisi quò nocte hac emigrasti. SE. *cõcede huc filia.*
Quid tu ais? [2] *nõ hinc emigrasti?* ME. *quem in locum, aut rem, obsecro?*
SE. *Non ædepol scio.* MV. *profectò ludit te hic. non tute tenes?*
SE. *Iam vero Menæchme satis iocatus es, nunc hanc rem age,*
M. *Quæso quid mihi tecum est: vnde aut quis homo tu es? quid feci ego*
Tibi, aut adeò isti, quæ mihi molesta est quoquo modo?
MV. *Viden' tu illi oculos virere? vt viridis exoritur color*
Ex temporibus atque fronte vt oculi scintillant, vide.
ME. *Quid mihi melius est, quàm quando illi me insanire prædicant.*
Ego me assimulem insanire, vt illos à me absterream?
MV. *Et pandiculans oscitatur, quid nunc faciam mi pater?*
SE. *Concede huc mea nata ab istoc quàm potes longissimè.*
ME. *Euoe* [3] *atque heu Bromie, quò me in syluam venatum vocas?*
Audio, sed non abire possum ab his regionibus.
Ita me illa ab læua rabiosa fœmina obseruat canis.
Post autẽ illic hircus alius, qui sæpe ætate in sua
Perdidit ciuem innocentem falso testimonio.
SE. *Væ capiti tuo.* ME. *ecce Apollo mihi ex oraculo imperat,*
Vt ego illi oculos exuram lampadibus ardentibus.
MV. *Perij, mi pater, minatur mihi oculos exurere.*
ME. *Hei mihi, insanire me aiunt, vltrò cum ipsi insaniunt.*
SE. *Filia.* MV. *heus quid est? quid agimus?* SE. *quid si ego huc seruos cito'?*
Ibo, adducam, qui hunc hinc tollant, & domi deuinciant,
Priusquam turbarum quid faciat. ME. *amplius* [4] *enim hæreo. ni*
Occupo [5] *aliquid mihi consilium, hi domum me ad se auferent,* [6] *pugnis cæsum.*
MV. *Notas in huius ore quicquam pater?*

1 *Hic Varro legit* carere. 2 L. prębet.
3 L. mulieri, quæ me arguit. 4 L. deierat.

1 *Videtur legendum* nimium. 2 L. nunc hinc.
3 L. Euie, bromie. 4 enimuerò nisi. 5 L. aliquod. 6 L. pugnis me vetas in huius ore quicquam parcere: Ni iam ex meis oculis abs. in m. m. crucem, Faciam q.

Næ iam his oculis abscedat in malam magnam crucem.
ME. Faciam quod iubes Apollo. SE. fuge domum quantum potes,
Ne hic te obtundat. MV. fugio, amabo, obserua istunc mi pater.
Ne quò hinc abeat, sumne ego mulier, misera, quæ illæc odio?
ME. Haud malè illanc amoui: nunc hunc ego impurissimum,
[1]Barbarum, tremulum, Titanum, Cygno prognatum patre,
Ita mihi imperas, vt ego huius membra atque ossa atque artua
Comminuam illo scipione, quem ipse habet. SE. dabitur malum,
Me quidem si attigeris, aut si propius ad me accesseris.
ME. Faciam quod iubes, securim capiam ancipitem, atque hunc senem
Exossabo, dein dedolabo assulatim viscera.
SE. Enimuerò illud præcauendum est, atque accurandum mihi,
Sanè ego illum metuo, vt minatur, nequid malè faxit mihi.
ME. Multa mihi imperas Apollo: nunc equos iũctos iubes
Capere me indomitos, feroces, atque currum inscendere,
Vt ego hunc proteram leonem Getulum, olentẽ, edentulum.
Iam ascendo in currum, iam lora teneo, iam [2]stimulus in manu est.
Agite equi, facitote sonitus vngularum appareant
Cursu celeri. facite [3]inflexu sit pedum pernicitas.
SE. Mihin' tu equis iunctis minare? ME. ecce Apollo denuo
Me iubes facere impetum in eum qui stat, atque occidere.
Sed quis hic est, qui me capillo hinc de curru deripit?
Imperium tuum demutat, atque edictum Apollinis.
SE. Heu hercle morbum acrem ac durum: dij vostram fidem.
Vel hic qui insanit, quàm valuit paulò prius?
[4]Ei ecce derepentè tantus morbus incidit.
Ibo atque [5]accersam medicum, iam quantum pot'est.

MENÆCHMVS, SENEX iidem.

ME. IAm ne isti abierunt quæso ex conspectu meo,
Qui me vi cogunt, vt validus insaniam?
Quid cesso abire ad nauem, dum saluo licet?
Vosque omnes quæso, si senex reuenerit,
Ne me indicetis, qua platea aufugerim.
SE. Lumbi sedendo, oculique spectando dolent,
Manendo, medicum, dum se ex opere recipiat,
Odiosus tandem vix ab ægrotis venit.
Ait se obligasse crus fractum Æsculapio,
Apollini autem brachium: nunc cogito,
Vtrum me dicam ducere medicum, an fabrum.
Atque eccum incedit, mouet formicinum gradum.

1 L. Barbatum. 2 L. stimulum. 3 L. in flexu. 4 Expunge eccc. 5 L. arcessam.

MEDICVS, SENEX.

ME. QVid [1]esset morbi dixeras? narra senex,
Num laruatus est ille, aut [2]ceritus, fac sciam.
Num eum veternus, aut aqua intercus tenet?
SE. Quin ea te causa duco, vt id dicas mihi,
Atque illum vt sanum facias. ME. perfacile id quidem est
Sanum futurum, mea ego id promitto fide.
SE. Magna cum cura ego illum curari volo.
MED. Quin suspirabo plus [3]sexcentos in dies,
Ita ego illum cura magna curabo tibi.
SE. Atque eccum ipsum hominem, obseruemus quam rem gerat.

1 L. esse. 2 L. certitus? 3 L. sexcẽties in die, 4 L. educatus est,

MENÆCHMVS *surreptus*, SENEX, MEDICVS.

ME. AEdepol næ hic dies peruorsus, atque aduorsus mihi obtigit,
Quæ me clam ratus sum facere, ea omnia fecit palàm
Parasitus, qui me cõpleuit flagitij & formidinis.
Meus Vlysses, suo qui regi tantum conciuit mali.
Quem ego hominem, si quidem viuo, vita deuoluam sua.
Sed ego stultus sum, qui illius esse dico, quæ mea est,
Meo cibo & sumptu [4]eductus est, animam priuabo virum,
Condignè autem hæc meretrix fecit, vt mos est meretricibus,
Quia rogo pallam, vt referatur rursum ad vxorẽ meam,
Mihi se ait dedisse: heu ædepol, næ ego homo viuo miser.
SE. Audin' quæ loquitur? MED. se miserum prædicat. SE. adeas velim.
MED. Saluus sis Menæchme, quæso cur apertas brachium?
Non tu scis, quantum isti morbo nunc tute facias mali?
ME. Quin tu te suspendis? MED. ecquid sentis? MEN. quid ni sentiam?
MED. Non potest hæc res ellebori iugere obtinerier.
Sed quid ais Menæchme? MEN. quid vis? MED. dic mihi hoc quod te rogo.
Album an atrum vinum potas? M. quin tu is in

malam

malam crucem.
S. *Iam hercle occeptat insanire primulum.* ME. *quin tu interrogas,*
Purpureum panem, aut puniceum soleam ego esse, an luteum?
Soleámne esse auis squamosas, piscis pennatos? S. *papæ!*
Audin' tu, vt deliramenta loquitur? quid cessas dare
Potionis aliquid, priusquam 1 *percitus insania?*
ME. *Mane modò, etiam percontabor.* S. *aliam occipis fabulam.*
MED. *Dic mihi hoc etiam, solent tibi vnquam oculi duri fieri?*
MEN. *Quid? tu me locustam censes esse homo ignauissime?*
M. *Dic mihi, an vnquam tibi intestina crepitant, quod sentias?*
M. *Vbi satur sum, nulla crepitant: quando esurio, tum crepant.*
MED. *Hoc quidem ædepol haud pro insano verbum respondit mihi.*
Perdormiscin' vsque ad lucem? M. *facilen' tu dormis?* 2 *cubas?*
Perdormisco, si resolui argentum cui debeo.
Quin te Iuppiter, dique omnes percontator perduint.
M. *Nunc homo insanire inceptat. de illis verbis, caue tibi.*
SE. *Imo modestior nunc quidem est de verbis, præut dudum fuit.*
Nam dudum vxorem suam esse aiebat rabiosam canem.
M. *Quid ego dixi?* S. *insanis, inquam.* M. *egóne?* S. *tu istic, qui mihi*
Etiam me iunctis quadrigis minitatu's prosternere.
Egomet hæc te vidi facere, egomet ecce te arguo.
M. *At ego te sacram coronam surripuisse Ioui scio,*
Et ob eam rem in carcerem ted esse cõpactum scio.
Et postquã es emissus, cæsum virgis sub furca scio.
Tum patrem occidisse, & matrem vendidisse etiam scio.
Satin' hoc pro sano maledicta maledictis respondeo?
S. *Obsecro hercle medice properè, quicquid facturu's face.*
Non vides hominem insanire? M. *scin' quid facias optumum?*
Ad me face vt deferatur. S. 3 *itan' censes?* M. *quippini?*
Ibi meo arbitratu potero curare hominem. S. *age vt lubet.*
M. *Elleborum potabis faxo aliquot viginti dies.*
MEN. *At ego te pendentem fodiam stimulis triginta dies.*
M. 4 *Accerse homines, qui illunc ad me deferant.*
S. *quot sunt satis?*

1 L. percipit inf. 2 L. curam?
3 L. itáne. 4 L. Arcesse.

MEN. Proinde vt insanire videó, quatuor, nihilominus.
S. *Iam hic erunt, asseruatu istunc medice.* M. *imò ego ibo domum,*
Vt parẽtur, quibus paratis opus est. tu *seruos iube,*
Hunc ad me ferant. S. *iam ego illic faxo erit.* M. *ego abeo.* S. *vale.*
M. *Abiit socer, abiit medicus, nunc solus sum. proh Iuppiter.*
Quid illuc est, 1 *quod meme hic homines insanire prædicant?*
Neque ego insanio, neque ego pugnas, neque lites cœpio.
Saluus, saluos alios video: noui homines, alloquor.
An 2 *qui perperam insanire me aiunt, ipsi insaniunt?*
Quid ego nunc faciam? domum ire cupio. at vxor non sinit.
Huc autem 3 *intromittit nemo, nimis prouentum est nequiter.*
Hìc ero vsque ad noctem, saltem credo intromittar domum.

MESSENIO *seruus.*

Spectamen bono seruo id est, qui rem herilem
Procurat, videt, collocat, cogitátque,
Vt absente hero, rem heri diligenter
Tutetur, 4 *quàm si ipse assit, aut rectius:*
Tergum quàm gulam, crura quàm ventrem oportet
Potiora esse, cui cor modestè situm est.
Recordet id, qui nihili sunt, quid ius precij
Detur ab suis heris ignauis, improbis
5 *Viris, verbera, compedes, molæ, magna*
Lassitudo, fames, frigúsque durum.
Hæc precia sunt ignauiæ.
Id ego male malum metuo, propterea bonum
Esse certum est, potius quam malum. nam magis multo
Patior facilius 6 *verba, quàm verbera:*
Nimióque edo libentius molitum, quàm
Molitum 7 *præbeo, propterea heri imperium*
Exequor bene, & 8 *sedulo seruio.*
Atque id mihi prodest. 9 *alij sunt ita, vt in rem*
Esse ducunt, sint: ego ita ero, vt me esse oportet.
Metum 10 *comitem mihi adhibeã, culpa vt abstineam,*
Heróque vt omnibus in locis 11 *siem præsto.*
Serui qui culpa carent, & metuunt, ij
Solent esse heris vtibiles. nam illi qui nihil
Metuunt, postquam malum 12 *promeriti sunt, tunc metuunt.*
Metuam ego haud multum quidem. propè est quando

1 L. quod me hice hom. 2 L. illi p. 3 L. nemo intromittit. 4 *Lamb. putat legendum* tanquam si *vel* quasi ipse. 5 L. seruis. 6 L. verba, verbera ego odi. 7 L. præhibeo. 8 L. sedatè.
9 L. alij ita, vt se esse, in rem Esse.
10 vt mihi ad. 11 L. sim.
12 L. promeritum'st, metuunt.

Herus qui quod faciam, precium exoluet mihi.
Ego hoc exemplo seruio, tergo vt in rem esse arbitror.
Postquam in taberna vasa & seruos collocaui, vt iusserat
Venio aduorsum. nunc fores pultabo, adesse vt me sciat,
Neque vtrum ex hoc saltu damni saluum scio eliciam foras.
Sed metuo, ne serò veniam depugnato prælio.

SENEX, MENÆCHMVS *surreptus*, LORARII, MESSENIO *seruus.*

PEr ego vobis deos atque homines dico, imperium meum
Sapienter habeatis curæ, quæque imperaui atque impero,
Facite illic homo in medicinam ablatus sublimis fiet,
Nisi quidem vos vestra crura, aut latera nihili penditis.
Caue quisquam quod illic minitetur vostrûm floccifecerit.
Quid statis? quid dubitatis? iam sublimem raptum oportuit.
Ego ibo ad medicum: præstò ero illic, cùm venietis. MES. *óccidi.*
Quid hoc est negocij? quid illic homines ad me currunt obsecro?
Quis vultis vos? quid quæritatis? quid me circunsistitis?
Quò rapitis me? quò fertis me, perij. obsecro vostram fidem,
Epidamnienses subuenite ciues. quin me mittitis?
MES. *Proh di immortales, obsecro, quid ego oculis aspicio meis?*
Herum meum indignissimè, nescio qui, sublimè ferunt.
ME. *Ecquis suppetias mihi audet afferre?* MES. *ego here audacissumè.*
O facinus indignum & malum. Epidamnij ciues, herum
Meum, hic in pacato oppido
Luci deripiet in via, qui liber ad vos venerit,
Mittitis? MEN. *nunc obsecro te, quisquis es, operam des mihi,*
Neu sinas in me insignitè fieri tãtam iniuriam.
M. *Imo & operam dabo, & defendam & subuenibo sedulo.*
Nunquam te patiar perire, me perire est æquius.
Eripe oculum isti ab humero, qui te tenet here, obsecro.
Hisce ego iam sementem in ore faciam, pugnósque obseram.
Maximo hodie malo hercle vostro istunc fertis,
mittite.
M. Teneo ego huic oculum. M. face vt oculi locus in capite appareat.
Vos scelesti, vos rapaces, vos prædones. LO. *perii mus.*
Obsecro hercle. M. mittite ergo. M. quid me vobis tactio est?
Plecte pugnis. M. agite, abite, fugite hinc in malam crucem.
Hem tibi etiam, quia postremus cedis, hoc præmij feres.
Nimis autem bene, ora commentaũi, atque ex mea sententia.
Ædepol here nè tibi suppetias tempore adueni modò.
M. Et tibi di semper adolescens, quisquis es, faciant bene.
Nam absque te esset, hodie nunquam ad solem occasum viuerem.
MES. Ergo ædepol si rectè facias, here me emittas manu.
M. Liberem ego te? M. verum, quandoquidem here te seruaui. M. quid est?
Adulescens erras. M. quid erro? M. per Iouem adiuro patrem,
Me herum tuum non esse. MES. non taces tu? MEN. non mentior.
Nec meus seruus vnquã tale fecit, quale tu mihi.
MES. Sic sine igitur, si tuum negas me esse, abire liberum.
M. Mea quidem hercle causa liber esto, atque ito quò voles.
M. Nempe iubes? M. iubeo hercle, si quid imperij est in te mihi.
M. Salue mi patrone. SERVVS ALIVS. Cum tu liber es Messenio,
Gaudeo. MES. *credo hercle vobis. sed patrone, te obsecro,*
Ne min imperes mihi, quàm cùm tuus seru fui.
Apud te habitabo, & quando ibis, vnà tecum ibo domum.
ME. *Minimè.* MES. *nunc ibo in tabernam, vasa & argentum tibi*
Referam. rectè est obsignatum in vidulo, marsupium,
Cum viatico, id tibi iam nunc afferam. ME. *affer strenuè.*
M. *Saluum tibi ita vt mihi dedisti, redhibeo. hic me mane.*
MEN. *Nimia mira mihi quidem hodie exorta sunt multis modis.*
Alij me negant eum esse qui sum, atque excludunt foras.
Etiam hic seruum esse se meum aiebat, quem ego emisi manu.
Is ait se mihi allaturũ cum argento marsupium.
Id si attulerit, dicam vt à me abeat liber quò volet:
Ne dum quando sanus factus sit, à me argen-

1 L. Herus quod strenuè f. pr. exsoluat.
2 L. Ita venio. 3 L. fiet. 4 L. omittitis?
5 L. sublimen. 6 L. deripiet, 7 L. te obsecro.
1 L. Pecte. 2 L. reddibo. 3 L. foris. 4 L. tum tum.

tum petat.
Socer & medicus me insanire aiebat. quid sit? mira sunt.
Hæc nihilo mihi esse videntur 1 *sectius, quàm insomnia.*
Nunc ibo intrò ad hanc meretricem, quamquam succenset mihi,
Si possum exorare, vt pallam reddat, quam referam domum.

MENÆCHMVS *Soſicles*, MESSENIO *seruus.*

MEn' hodie vsquam conuenisse te audax audes dicere,
Postquam aduorsum mihi imperaui, vt hùc venires? MES. *quin modò*
Eripui homines, qui te ferebant sublimen 2 *quattuor,*
Apud hasce ædes, tu clamabas, deûm fidem atque 3 *hominum,*
Quom ego accurro, téque eripio, vt pugnando, ingratijs,
Ob eam rem, quia te seruaui, me amisisti liberũ.
Quom argentum dixi me petere, & vasa: tu, quantum potè'st,
4 *Præcurristi obuiam, vt quæ feciſti, inficias eas'*
ME. *Liberum ego te iussi abire?* MES. *certò'*
MEN. *cui certissimum'st,*
Mepte potius fieri seruum, quàm te vnquam emittam manu.

MENÆCHMVS *surreptus*, MESSENIO, MENÆCHMVS *Soſicles.*

SI voltis 5 *oculos iurare: nihilo hercle ea causſa magis*
Facietis, vt ego hodie abstulerim pallam & spinther pessimæ.
MES. *Proh dij immortales, quid ego video?* M. *ſo. quid vides?* MES. *speculum tuum.*
M. *ſo. Quid negotij est?* MES. *tua est imago, tam consimilis est, quàm potè'st.*
ME. *ſo. Pol profectò haud est dissimilis, meam* 6 *quod formam noscito.*
M. *ſu. O adulescens salue, qui me seruasti, quisquis es.*
7 MEN. *ſo. Adulescens quæſo hercle loquere tuum mihi nomen, ni piget.*
M. *ſu. Non ædepol ita promeruisti de me, vt pigeat quæ velis.*
Mihi est Menæchmo nomen. M. *ſo. imò, id est ædepol mihi.*
8 ME. *ſu. Siculus ſum Syracuſanus.* M. *ſo. ea domus & patria est mihi.*
M. *ſu. Quid ego ex te audio?* M. *ſo. hoc quod res est.* MES. *noui equidem hunc, herus est meus.*
Ego quidem huius seruus ſum. sed 1 *me esse huius credidi.*
Ego hunc censebam esse te. huic etiam exhibui negotium.
Quæſo ignoſcas, ſi quid stultè dixi, atque imprudens tibi.
M. *ſo. Delirare mihi videre. non commeminiſti, ſimul*
Te hodie mecum exire è naui? ME. *enimuerò æquum postulas.*
Tu mihi herus es, tu seruum quære: ſalueto tu, tu vale.
Hunc ego esse aio Menæchmum. ME. *ſu. at ego me.* M. *ſo. quæ hæc est fabula?*
Tu es Menæchmus? ME. *ſu. me esse dico Moſcho prognatum patre.*
M. *ſo. Tu meo patre es prognatus?* ME. *ſu. imò equidem adoleſcens, tuum*
Tibi neque occupare patrem, neque præripere postulo.
M. *Dij immortales, ſpem inſperatam date mihi, quam ſuſpicor.*
Nam niſi me animus fallit, hi ſunt gemini germani duo.
Nam & patrem & matrem commemorant pariter, qui fuerint ſibi.
Sed vocabo herum. Menæchme. MEN. *AMBO, quid vis?* MES. *non ambos volo.*
Sed vter veſtrùm est huc aduectus naui mecum?
ME. *ſu non ego.*
M. *ſo. At ego.* ME. *te volo igitur, huc concede.* M. *ſo. conceſſi, quid est?*
ME. *Illic homo aut ſycophanta, aut geminus est frater tuus.*
Nanque ego hominem homini ſimiliorem nunquam vidi alterum.
Neque aqua aquæ, neque lacte est lacti, crede mihi, vſquam ſimilius,
Quàm hic tui est, túque huius: poſtea autem eandem patriam ac patrem
Memorat. melius est nos adire, atque hunc percontarier.
M. *ſo. Hercle quin tu me admonuiſti rectè, & habeo gratiam.*
Perge operam dare obſecro hercle. liber eſto, 2 *ſi inuenis:*
Hunc meum fratrem esse ſpero. ME. *& ego idem ſpero fore.*
3 *Quid ais tu? Menæchmum opinor te vocari dixeras.*
M. *ſu. Ita verò.* MES. *huic item Menæchmo nomen est in Sicilia.*
Te Syracuſs natum esse dixisti, hic natus est ibi.
Moſchum tibi patrem fuisse dixti, huic itidè fuit.
Hanc operam poteſtis ambo mihi dare, & vobis ſimul.

1 L. esse huius me cr.
2 L. ſi inuenis hunc m. fr. esse MES. ſpero. MEN. ſo. & ego. 3 L. MES. Quid.

1 L. ſecius, 2 L. quatuor *prima breui.*
3 L. hominum omnium. 4 L. Præcucurriſti.
5 L. per oculos. 6 L. quod.
7 L. MES. 8 *Verſus hic additus ex v. c. à Sambuco, abeſt à cod.* L.

M. *Iu. Promeruisti, vt nequid ores, quod velis, quin impetres.*
Tanquam si me emeris argento, liber seruibo tibi.
MES. *Spes mihi est, vos* 1 *inuenturos fratres germanos duos*
Geminos, una matre natos, & patre uno, uno die.
M. *Iu. Mira memoras: vtinam efficere, quod pollicitus's, possies.*
ME. *Possum. sed nunc agite, vterque id quod rogabo dicite.*
M. *Iu. Vbi lubet, roga, respondebo: nihil reticebo, quod sciam.*
MES. *Est tibi nomen Menachmus?* M. *Iu. fateor.*
ME. *est itidem tibi.*
M. *So. est.* MES. *patrem fuisse Moschum tibi ais?*
M. *Iu. ita verò.* M. *So. & mihi.*
MES. *Esne tu Syracusanus?* M. *Iu. certò.* MES. *quid tu?* M. *So.* 2 *quippini.*
MES. *Optimè, vsque adhuc conueniunt signa, porrò operam date.*
Quid longissimè meministi, dic mihi, in patria tua?
M. *Iu. Cum patre vt abij Tarentum ad mercatum, tum postea*
Inter homines me deerrare à patre, atque inde auehi.
ME. *So. Iuppiter supreme, serua me.* MES. *quid clamas? quin taces?*
Quot eras annos natus, cùm te pater à patria auehit?
M. *Iu. Septuennis. nam tum dentes mihi cadebant primulum.*
Neque patrem vnquam post illa ego vidi. MES. *quid vostrúm patri*
Filij quot eratis? M. *Iu. vt nunc maximè memini, duo.*
M. *Vter eratis, tun' an ille maior?* M. *Iu. aquè ambo pares.*
ME. *Qui potest?* M. *Iu. gemini ambo eramus.* M. *So. dij me seruatum volunt.*
MES. *Si interpellas, ego tacebo.* M. *So. potius taceo.*
MES. *dic mihi,*
Vno nomine ambo eratis? M. *Iu. minimè. nam mihi hoc erat,*
Quod nunc est, Menachm⁹, illum tum vocabant Sosiclem.
M. *So. Signa agnoui, contineri, quin complectar, non queo.*
Mi germane gemine frater, salue, ego sum Sosicles.
ME. *Iu. Quomodo igitur pòst Menachmo nomen est factum tibi?*
M. *So. Postquam ad nos renunciatum est, te & patrem esse mortuum,*
Auos noster mutauit. quod tibi nomen est, fecit mihi.
M. *Iu. Credo ita esse factum, vt dicis, sed mihi hoc respondè.* M. *So, roga.*
M. *Iu. Quid erat nomẽ nostræ matri?* M. *So. Theusimarce.* M. *Iu. conuenit.*
O salue insperate multis annis postquam conspicor,
Frater. M. *So. & tu quem ego multis miserisque laboribus*
Vsque adhuc quæsiui, quémque ego esse inuentum gaudeo.
M. *So. Hoc erat, quod hæc te meretrix huius vocabat nomine.*
Hunc censebat te esse, credo, cum vocat te ad prandium.
M. *Iu. Nanque adepol hic mihi hodie iussit prandium appararier,*
Clam meam vxorem, cui pallam surripui dudum domo.
Eam dedi huic. M. *So. háncne dicis frater pallam, quam ego habeo?*
M. *Iu. Quomodo hæc ad te peruenit?* M. *So. meretrix hæc ad prandium*
Me adduxit, me sibi dedisse aiebat. prandi perbene,
Potaui, atque accubui scortum, pallam & aurum hoc mihi dedit.
M. *Iu. Gaudeo adepol, si quid propter me tibi euenit boni.*
Nanque illa cùm te ad se vocabat, me esse credidit.
M. *So. Numquid me morare, quin ego liber, vt iussisti, eam?*
M. *Iu. Optimum atque æquissimum orat frater, fac caussa mea.*
M. *So. Liber esto.* M. *Iu. cùm tu es liber, gaudeo Messenio.*
M. *Iu. Sed meliore est opus auspicio, liber perpetuò vt siem.*
M. *So. Quoniam hæc euenerunt frater nobis ex sententia,*
In patriam redeamus ambo. M. *Iu.* 1 *faciam frater, vt tu voles.*
Auctionem hic faciam, & vendam quicquid est. nunc interim
Eamus intrò frater. ME. *So. fiat.* MES. *scitin' quid ego vos rogo?*
M. *Iu. Quid?* ME. *mihi vt præconium detis.* M. *Iu. dabitur.* MES. *ergo nunc iam*
Vis conclamari auctionem 2 *fore quidem?* M. *Iu. die septimi.*
MES. *Auctio fiet Menachmi mane sanè septimi.*
Venibunt serui, suppellex, fundi, ædes, omnia.
Venibunt, quiqui licebunt, præsenti pecunia.
Venibit vxor quoque etiam, si quis emtor venerit.
Vix credo tota auctione capiet quinquagesies.
Nunc spectatores valete, & nobis clarè plaudite.

1 L inuenturum
2 L. quippini? *cum interrogat. nota, pro, quid ni?*

1 L. frater faciam, 2 L. fore. quo die?

MILES

MILES GLORIOSVS.

DRAMATIS PERSONÆ.

PYRGOPOLINICES *miles.*
ARTOTROGVS *paraſ.*
PALÆSTRIO *ſeruos.*
PERIPLECTOMENES *ſenex.*
SCELEDRVS *ſeruos.*
PHILOCOMASIVM *meretrix.*
PLEVSIDES *adoleſcens.*
MILPHIDIPPA *ancilla.*
ACROTELEVTIVM *meretrix.*
PVER.
CARIO *coquus.*

ARGVMENTVM.

MEretricem Athenis Epheſum miles auehit.
Id hero dum amanti ſeruus nunciare vult,
Legato peregrè captus ipſius in mari,
Et illi eidem militi dono datus eſt.
Suum arceſſit herum Athenis, atque 1 adforat
Geminis communem clam parietem in ædibus
Licere vt quiret conuenire amantibus.
2 Obhærenteis conctos hos vidit de tegulis.
Ridiculus autem, quaſi ſit alia, luditur.
3 Itémque impellit militem Paleſtrio.
Omiſſam faciat concubinam, quando ei
Senis vicini cupiat vxor nubere:
Vltrò abeat, orat, donat multa, ipſe in domo
Senis prehenſus, pœnas pro mœcho luit.

ALTERVM ARGVMENTVM.

MEretricem ingenuam deperibat mutuò
Athenienſis iuuenis. Naupactum is domo
Legatus abijt. miles in eandem incidit.
Deportat Epheſum inuitam. ſeruos Attici
Vt nuntiaret domino factum, nauigat,
Capitur, donatur 4 illic captus militi.
Ad herum vt veniret Epheſum, ſcribit. aduolat
Adoleſcens, atque in proximo diuortitur,
Apud hoſpitem paternum medium parietem
Perfodit ſeruus, commeatus clanculum
Qua foret amantum. geminam fingit mulieris
Sororem 5 adeſſe. mox ei dominus ædium
Suam 6 clientem ſolicitandum ad militem
Subornat. capitur ille, ſperat nuptias,
Dimittit concubinam, & mœchus vapulat.

PYRGOPOLINICES, ARTOTROGVS.

CVrate vt ſplendor meo ſit clypeo clarior,
Quàm ſolis radij eſſe, olim cùm ſudum eſt ſolent,
Vt vbi vſus veniat, contrà conſerta manu,
Oculorum 1 præſtringat aciem in acie hoſtibus,
Nam ego hanc machæram mihi conſolari volo,
Ne lamentetur, néve animum deſpondeat,
Quia ſe iampridem feriatam geſtitem,
Quæ miſera geſtit 2 farctum facere ex hoſtibus.
Sed vbi Artotrogus? AR. *hic eſt. ſtat propter virum*
Fortem, atque fortunatum, & forma regia,
Tum bellatorem. Mars haud auſit dicere,
Neque æquiparare ſuas virtutes ad tuas.
PY. *Quémne ego ſeruaui in campis Gurguſtidoniis,*
Vbi Bombomachides Cluninſtaridyſarchides
Erat imperator ſummus, Neptuni nepos.
AR. *Memini, nẽpe illum dicis cũ armis aureis,*
Cuius tu legiones difflauiſti ſpiritu,
Quaſi ventus folia, aut 3 panicula tectoria.
PY. *Iſtuc quidem ædepol nihil eſt.* AR. *nihil hercle 4 hoc quidem,*
Præut alia dicam, tu quæ nunquam feceris.
Periuriorem hoc homine ſi quis viderit,
Aut gloriarum pleniorem, quam illic eſt,
Me ſibi habeto, & ego me illi mancupio dabo,
Ni vnum epityrum apud illum eſuriens, inſanè edam.
PY. *Vbi tu es?* AR. *eccum ædepol, vel elephanto in India*
Quo pacto pugno perfregiſti brachium.
PY. *Quid? brachium?* AR. *Illud dicere volui, femur.*
PY. *At indiligenter hic eram.* AR. *pol ſi quidem*
Connixus eſſes, per corium, per viſcera,
Pérque os elephanto brachium tranſmitteres.
PY. *Nolo iſtæc hic nunc.* AR. *ne hercle operæpretium quidem*
Mihi te enarrare, tuas qui virtutes ſciam.
Venter creat omnes has ærumnas, auribus
Peraudienda ſunt, ne dentes dentiant.
Et 5 aſſentandum eſt, quidquid hic mentibitur.
P. *Quid illud quod dico?* A. *hem ſcio iam quid*

30 35 40 45 50 55 60 65

1 L. perforat. 2 L. Oſculanteis.
3 L. Idémque. 4 L. illi. 5 L. hanc eſſe.
6 L. clientam.

1 L. præſtinguat. 2 *Ita Muretus. Lamb.* fartũ *eadẽ ſignif. In l. m. ſ. Camerarij eſt* fratrem *ex quo conijcit Theod. Canterus legendum* fratrem 3 L. panniculam rectoriam. 4 L. quidem hoc. 5 L. aſſentiẽdum

vis dicere.
Factum hercle, memini fieri. Quid id est? AR. *quicquid est.*
PY. *Habes tabellas?* AR. *vis* 1 *rogare, habeo & stilum.*
PY. *Facete aduertis animum tuum ad animum meum.*
AR. *Nouisse mores me tuos meditatè decet,*
Curámque adhibere vt præuolet mihi quò tu velis.
PY. *Ecquid meministi?* AR. *memini, centum in Cilicia,*
Et quinquaginta centùm Sycolatronidæ,
Triginta Sardi, sexaginta Macedones,
Sunt homines tu quos occidisti vno die.
P. *Quanta istæc hominum summa est?* AR. *septem millia.*
PY. *Tantum esse oportet, rectè rationem tenes.*
AR. *At nullos habeo scriptos, sic memini tamen.*
PY. *Ædepol memoria est optuma.* AR. *offame monet.*
PY. *Dum talem facies, qualem adhuc, assiduò ædes,*
Communicabo te semper mensa mea.
AR. *Quid in Cappadocia? vbi tu* 3 *quinquagintos simul,*
Ni hebes machæra foret, vno ictu occideres?
At peditatus reliquiæ erant, si viuerent.
Quid tibi ego dicam, quod omnes mortales sciunt,
Pyrgopolinicem te vnum in terra viuere,
Virtute & forma & factis inuictissimis?
Amant te omnes mulieres: neque hercle iniuria,
Qui sis tam pulcher, vt vel illæ quæ here pallio
Me 4 *reprehendere.* PY. *Quid here dixerunt tibi?*
AR. *Rogitabant, hiccine Achilles est, inquit, tibi?*
Immò eius frater, inquã. 5 *innuit illarũ altera,*
Ergo mecastor pulcher est inquit mihi,
Et liberalis visus, cæsaries quàm decet?
Ne illæ sunt fortunatæ, quæ cum isto cubant.
P. *Itáne aiebat tandem?* A. *quæ me amba obsecrauerint,*
Vt te hodie quasi pompam illac præterducerem.
PY. *Nimia est miseria pulchrum esse hominem nimis.*
AR. *Molestæ sunt mihi, orant, ambiunt, obsecrant*
Videre vt liceat, ad sese 6 *accersi iubent,*
Vt tuo non liceat dare operam negocio.
PY. *Videtur tempus esse, vt eamus ad forum,*
Vt in tabellis quos consignaui hic heri
Latronibus ego dinumerem stipendium.
Nam rex Seleucus me opere orauit maximo,
Vt sibi latrones cogerem, & conscriberem:
Rogi hunc 8 *diem mihi operam decretum est dare.*
AR. *Age eamus ergo.* PY. *sequimini satellites.*

1 *L.* rogat? *non interrogat. nota.* 2 *L.* edes:
3 L. quingentos. 4 *al.* deprehendêre.
5 *L. videtur legendum* annuit. 6 L. arcessi
7 L. Latrones, ibus di. 8 L. in diem.

ACTVS II.
PALÆSTRIO. (comitas,

Mihi ad enarrandum hoc argumentum est
Si ad auscultãdum vostra erit benignitas.
Qui autem auscultare nolit, exurgat foras,
Vt sit vbi sedeat ille, qui auscultare volt.
Nunc qua assedistis causa in festiuo loco,
Comœdiæ, quam nos modò acturi sumus,
Et argumentum, & nomen vobis el quar.
Alazon Græcè huic nomen est comœdiæ.
Id nos Latinè glorioſum dicimus.
Hoc oppidum Ephesiust, 1 *miles meus est heru,*
Qui hinc ad forum abiit, glorioſus, impudens,
Stercoreus, plenus periurij atque adulterij.
Ait sese vltrò omnes mulieres sectarier,
Is dericulu'st quaqua incedit omnibus.
Itaque hic meretrices labiis dum ductant eum,
Maiorem partem videas valgis suauiis.
Nam ego haud diu apud hunc seruitutẽ seruio,
Id volo vos scire, quomodo ad hunc deuenerim
In seruitutem, ab eo, cui seruiui prius.
Date operam, nam nunc argumentum exordiar.
Erat herus Athenis mihi adolescens optumus.
Is amabat meretricem æquè Athenis Atticus,
Et illa illum contrà, qui est amor cultu optimus.
Is publice legatus Naupactum 2 *fuit.*
Magna reipublicæ namque hic in gratia est.
Interim vt hic miles fortè Athenas aduenit,
Insinuat sese ad illam amicam heri mei.
Occœpit eius matri suppalpari,
Vino, ornamentis, opiparisque obsoniis.
Itaque intimum ibi se miles apud lenam facit.
Vbi primùm euênit militi huic occasio,
Subleuit os illæ lenæ & matri mulieris,
Quam herus meus amabat. nam is illius filiam,
Compegit 4 *in nauem miles clam matrem suã.*
Eámque inuitam huc mulierem in Ephesum 5 *aduehit.*
Ego 6 *quantum citius possum, mihi nauem paro,*
Vbi amicam herilem Athenis auectam scio.
Incendo, vt eam rem Naupactum ad herum nunciem.
Vbi sumus prouecti in altum, id quod volunt,
Capiunt prædones nauem illam, vbi vectus fui.
Prius perij, quàm ad herum veni, quò ire occœperam.
Ille me qui cepit, dat me huic dono militi.
Hic postquam in ædis me ad se deduxit domum,
Video illam amicam herilem Athenis quæ fuit.
Vbi contrà aspexit me, oculis mihi signum dedit,
Ne se appellarem: inde, postquam occasio est,
Conqueritur mecum mulier fortunas suas.
Ait sese Athenas fugere cupere ex hac domu,
Sese illum amare meum herum, Athenis qui fuit,

1 *L.* inde'st miles m. 2 hinc fuit.
3 L. Magnai reipublicai gratia.
4 *L.* Conii cit.
5 *al.* auehit.
6 *L.* quanto.

Neque

Neque peius quenquam odisse, quàm istum militem.
Ego quoniam inspexi mulieris sententiam,
Cepi tabellas, consignaui clanculum,
Dedi mercatori, qui ad illum deferat
Meum herum, qui Athenis fuerat, qui hanc amauerat,
Vt is huc veniret, is non spreuit nuncium.
Nam & venit, & is in proximo hic 1 *diuortitur*
Apud suum paternum hospitem, lepidum senem:
Itaque ille amanti suo hospiti morem gerit,
Nosque opera consilióque adhortatur, iuuat.
Itaque ego paraui hic intus magnas machinas,
Qui amãtes vnà inter se 2 *faciam vt conueniãt.*
Nam vnum conclaue concubinæ quod dedit
Miles, quò nemo nisi eapse inferret pedem,
In eo conclaui ego perfodi parietem,
Qua commeatus clàm esset hinc huic mulieri,
Et sene sciente hoc feci: is consilium dedit.
Nã meus conseruus est homo haud magni precij,
Quem concubinæ miles custodem addidit,
Et nos facetis fabricis, & doctis dolis
Glaucomam ob oculos obiiciemus, eúmque ita
Faciemus, vt, quod viderit, non viderit.
Et mox, ne erretis, hæc duarum hodie vicem
Et hic, & 3 illinc mulier feret imaginem,
Atq; eadem erit. verùm alia esse assimulabitur,
Ita sublinitum est os custodi mulieris.
Sed foris concrepuit hinc à vicino sene.
Ipse exit: hic est lepidus, quem dixi, senex.

PERIPLECTOMENES, PALÆSTRIO.

PE. *Nisi herclè defregeritis talos, posthac* 4 *quemque in tegulis*
Videritis alienum, ego vestra faciam latera lorea.
Mihi quidem iam arbitri vicini sunt, meæ quid fiat domi,
Ita per impluuium intrò spectant. nunc adeò edico omnibus,
Quemque à milite 6 *hic videritis hominem in nostris tegulis,*
Extra vnum Palæstrionem, hunc deturbatote in 7 *via.*
Quod ille gallinam aut columbam se sectari, aut simiam
Dicat, disperistis ni vsque ad mortem 8 *mulctassitis malè.*
Atque adeò, vt ne legi fraudem 9 *faciã talariæ,*
Accuratote, vt sine talis domi agitent conuiuiũ.
PA. *Nescio quid malè factum à nostra huic familia est, quantum audio,*
Ita hic senex talos elidi iussit conseruis meis,
Sed me excepit. nihil facio quid illis faciat ceteris.
Aggrediar hominẽ: ésne aduorsum? est quasi 10 *

1 L. deuortitur. 2 L. facerem conuenas.
3 L. illic. 4 L. quemquem. 5 L. Quemquem
6 L. hoc. 7 L. viam. 8 L. male mulcassitis.
9 L. faciant, 10 L. collaturus pedem.

Quid agis Periplectomene? PE. *haud multos homines, si optandum foret,*
Nunc videre & conuenire quãte, mauellem. PA. *quid est?*
Quid negotij est? P. *res palàm est.* PA. *quæ res palàm est?* PE. *de tegulis.*
Modò nescio quis inspectauit vestrorum familiarium
Per nostrum impluuium intus apud nos Philocomasium, atque hospitem,
Osculantis. PA. *quis homo vidit?* P. *tuus conseruus est.* PA. *quis homo est?*
P. *Nescio, ita abripuit repentè sese subitò.* PA. *suspicor*
Me periisse. P. *vbi abiit, conclamo, heus quid agis tu inquam in tegulis?*
Ille mihi abiens ita respondit, se sectari simiam.
PA. *Væ mihi misero, cui pereundum est, propter nihili bestiam.*
Sed Philocomasium hictine etiam nunc est? P. *cum exibam, hìc erat.*
P. *Sis iube transire huc, quantum possit,* 1 *sed vt videant domi*
Familiares: nisi quidem illa nos vult, qui serui sumus,
Propter amorem suum omnis crucibus contubernalis dari.
P. *Dixi ego istuc, nisi quid aliud vis.* P. *volo, hoc dicito,*
Paret artem & disciplinam, obtineat colorem. P. *quemadmodum?*
PA. *Vt eum qui hic se vidit, vero vincat, vt ne viderit,*
Siquidem centies hic visa sit, tamen inficias eat.
Os habet, linguam, perfidiam, malitiam atque audaciam,
Confidentiam, confirmitatem, fraudulentiam.
Qui arguet se, eum contrà vincat iureiurãdo suo.
Domi habet animum falsiloquum, falsificum, falsiiurium,
Domi dolos, domi 2 *dolenifica* 3 *facta, domi fallacias.*
Nam mulier olitori nunquam supplicat, si qua est mala.
Domi habet hortum, & condimenta ad omnes mores 4 *mellifica.*
P. *Ego istæc, si erit hic, nunciabo. sed quid est Palæstrio,*
Quod voluis astutè tecum in corde? PA. *paulisper tace,*
Dum ego mihi consilia in animum conuoco, & dum consulo
Quid agam, quem dolum doloso contrà conseruo patrem.
Qui illam hic vidit osculantem, id visum, vt ne visum fiet.
PE. *Quare, ego hinc abscessero abstete huc interim, illic sis vide*

1 L. se vt. 2 L. delenefica. 3 *Videtur legendum* dicta. 4 L. maleficos.

Quemadmodum abſtitit ſeuera fronte, curas cogitans.
Pectus digitis pultat, cor credo euocaturus foras.
Ecce autem quortit nisus laua, in femine habet læuam manum,
Dextera digitis rationem computat, feriens femur
Dexterum, ita vehementer 1 quòd acta ægrè ſuppetit,
Concrepuit digitus, laborat, crebrò commutat ſtatus.
Eccere autem capite nutat, nõ placet quod repperit,
Quicquid eſt incoctum, non expromit, bene coctum dabit.
Ecce autem ædificat, columnam mento ſuffulſit ſuo.
Apage, non placet profectò mihi illa ædificatio,
Nam os columnatum poetæ 2 eſſe inaudiui barbaro,
Cui bini cuſtodes ſemper totis horis accubant.
3 Euge εὐγε μάλα hercle aſtitit, & dulcè & comœdicè.
Nunquam hodie quieſcet, priuſquam id quod petit perfecerit.
Habet, opinor, age ſi quid agis, vigila, ne ſomno ſtude,
Niſi quidem hic agitari mauis varius virgis, 4 ni vigilas.
Tibi ego dico, 5 feriatus ne ſis, heus te alloquor Palæſtrio,
Vigila, inquam, expergiſcere, inquam. lucet hoc inquam. PA. audio.
PE. Viden' hoſtis tibi adeſſe? tuóque tergo obſidium? conſule,
Arripe opem, auxiliúmque ad hanc rem properè, hoc non placidè decet.
6 Anteueni aliqua, aliquos mitte, circumduce exercitum.
7 Curre in obſidium perduellis, noſtris præſidium para,
Intercludito inimicis commeatum, tibi muni viam,
Quà cibatus commeatúſque ad te, & legiones tuas
Tutò poſſit peruenire. hanc rem age, res ſubitaria eſt.
Reperi, comminiſcere, cedò calidum conſiliũ citò:
Quæ hic 8 eſt viſa, vt viſa ne ſint, facta infecta vti ſient.
10 Magnum illic honorem incipis, & magna munis mœnia.
Tute vnus ſi recipere hoc ad te dicis, conſidentia eſt
Nos inimicos profligare poſſe. PA. dico & recipio

1 L. quod facto opus eſt ægrè ſ. 2 L. ineſſe audiui. 3 L. Euge, euge, euſchemè me h.
4 L. quin vigilas? 5 L. ebriacus. 6 Anteuenito aliquà alios, aut te circumduce exer.
7 L. Coge 8 L. ſunt 9 L. ſint 10 L. Magnam illic hanc rem incipiſſis: magnam m.

Ad me. PE. & ego 1 imperatorem dico. id quod petis. PA. 2 at te Iuppiter
Bene 3 amet. PE. at imperti amice, me quod commentus'. PA. tace,
Dum in regionem aſtutiarum mearum te induco, vt ſcias
Iuxtà mecum mea conſilia. PE. ſalua ſumes indidem.
P. Herus meus elephanti corio circumtectus eſt, non ſuo.
Neque habet plus ſapientiæ, quam lapis. PE. egomet iſtuc ſcio.
PA. Nunc ſic rationem incipiſſam. ita hanc inſtituam aſtutiam,
Vt Philocomaſio hanc ſororem geminam germanam alteram
Dicã Athenis aduenisſe, cum amatore aliquo ſuo,
Tam ſimilem, quam lacte lacti eſt. & apud te eos hic 4 deuortier
Dicam hoſpitio. PE. euge, euge, lepide, laudo commentum tuum.
PA. Vt ſi illic concriminatus ſit aduerſum militẽ
Hic meus conſeruus, eam vidiſſe cum alieno oſculari,
Eum arguam vidiſſe apud te contrà conſeruum meum,
Cum ſuo amatore amplexantem atque oſculantem. PE. immò ita optimè.
Idem ego dicam, ſi me exquiret miles. PA. ſed ſimillimas
Dicito eſſe. & Philocomaſio id præcipiendum eſt, vt ſciat,
Ne titubet, ſi quæret ex ea miles. P. nimis doctum dolum.
Sed ſi ambas videre in vno miles concilio volet,
Quid agimus? PA. facile eſt, trecentæ poſſunt cauſſæ 5 concinni.
Non domi eſt, abiit ambulatum, dormit, ornatur, lauat,
Prandet, potat, occupata' ſt, operæ non eſt, non poteſt,
Quantumuis 6 prolationem, dummodo nunc prima via
Inducamus, vera vt eſſe credat quæ mentibitur.
P. Placet vt dicis. PA. intrò abi ergo, &, ſi iſtic eſt mulier, iube
Citò domum tranſire, atque hac ei 7 monſtra & præcipe,
Vt teneat conſilia noſtra, quemadmodum exorſi ſumus
De gemina ſorore. P. doctè tibi illam perdoctam dabo.
Nunquid aliud? PA. intrò vt abeas. P. abeo. PA. & quidem ego ibo domum.
8 At quem hominem inueſtigando ſumam operam, hinc diſſimulauero.

1 L. impetraturum dico id q. 2 L. at Iuppiter
3 L. te amet. 4 L. deuortier.
5 L. colligi. 6 L. prolationum.
7 L. monſtra: præcipe
8 L. atque homine.

Qui fuerit conseruus, qui hodie fuerit sectatus simiam.
Nam ille non potuit, quin 1 *sermoni suo aliquem familiarium*
Participauerit de amica heri, vidisse sese eam
Hic in proximo osculantem cum alieno adolescentulo.
Noui morem ego, & tacere nostrorum solus scio.
Si inuenio qui vidit, ad eum vineas, pluteósque agam.
Res parata est, vi, pugnandóque hominem capere certa res est.
Si ita non reperio, ibo odorans quasi canis venaticus
Vsque donec persecutus volpem ero vestigiis.
Sed fores concrepuerunt nostra. ego 2 *voce moderabo me.*
Nam illic est Philocomasio custos meus conseruus, atque it foras.

SCELEDRVS, PALÆSTRIO.

NIsi quidem ego hodie ambulaui dormiens in tegulis,
Certò ædepol scio me vidisse hic proximæ vicinæ
Philocomasium herilem amicam sibi alium quærere.
PA. *Hic illam vidit osculantem, quantum hunc audiui loqui.*
SC. *Quis hic est?* PA. *tuus conseruus. quid agis Sceledre?* SC. *te Palæstrio*
Volupe' st conuenisse. PA. *quid iam? aut quid negocij? fac sciam.*
SC. *Metuo.* PA. *quid metuis?* SC. *ne hercle* 3 *hodie quantum hic familiarium est,*
Maximum in malum, cruciatúmq; insiliamus.
PA. *tu sali*
Solus. nam ego istam insulturam & desulturam nihil hic moror.
SC. *Nescis tu fortasse, apud nos facinus est quod natum hic nouum?*
P. *Quod id est facinus?* SC. *impudicum.* P. *tute scis soli tibi,*
Mihi ne dixis, scire nolo. SC. *non faciam enim quin scias.*
Simiam hodie sum sectatus nostram in horum tegulis.
P. *Ædepol Sceledre homo sectatu's nihili nequã bestiam.*
SC *Dij* 4 *perdant.* PA. *te istuc æquum, quoniam occepisti loqui.*
SC. *Fortè fortuna per impluuium huc despexi proximum,*
Atque ego illà aspicio, osculantem Philocomasium cum altero,
Nescio quo adolescente. PA. *quod ego Sceledre scelus ex te audio?*
SC. *Profectò vidi.* PA. *tu ten?* SC. *egomet duobus his oculis meis.*

1 L. sermone. 2 L. voci mod. meæ. 3 *Expungendum* hodie 4 L. Dij te p.

PA. *Abi, non verisimile dicis, neque vidisti.*
SC. *num tibi*
Lippus videor? PA. *medicum istuc tibi melius percontarier:*
Verùm enim tu istam, si te dij ament, temere haud tollas fabulam
Tuis 1 *tunc cruribus, capitique fraudem capitalem hinc creas.*
Nam tibi iam vt pereas, paratum est dupliciter, nisi supprimis
Tuum stultiloquium. SC. *qui verò dupliciter?*
PA. *id dicam tibi.*
Primum dum falso insimulas Philocomasium, hoc perieris.
Iterum si id verum est, tu ei custos additus, perieris.
SC. *Quid fuat me nescio. hæc me vidisse ego certò scio.*
PA. *Pergin' infelix?* SC. *quid tibi vis dicam, nisi quod viderim?*
Quinetiam nunc hic in proximo est. PA. *eho an non domi est?*
SC. *Vise, abi intro tute. nam ego mihi nihil credi postulo.*
PA. *Certum est facere id.* SC. *hic te opperiar, eadem illi insidias dabo.*
Quàm mox horsum ad stabulum iumix recipiat se è pabulo.
Quid ego nunc faciam? custodem me illi miles tradidit.
Nunc, si indicium facio, interij: si taceo, interij tamen.
Si hoc palàm fuerit, quid peius muliere atque audacius?
Dum ego in tegulis sum, 2 *illac hæc se hospitio edit foras.*
Ædepol facinus fecit audax. hoccine si miles sciat?
Credo hercle has sustollat ædes totas, atque hinc in crucem.
Hercle quicquid est, mussitabo potius, quàm inteream malè.
Non ego possum, quæ ipsa sese venditat, tutarier.
PA. *Sceledre Sceledre.* SC. *quis homo interminat?* PA. 3 *est alter audacior*
Quis magis diis inimicis natus, quam tu, atque iratis? SC. *quid est?*
PA. 4 *Iube tibi oculos effodiri, quibus id quod nusquam est vides.*
SC. *Quid nusquam?* PA. *non ego nunc emam vitam tuam vt tosti nuce.*
SC. *Quid negocij est?* PA. *quid negocij sit, rogas?*
SC. *cur non rogem?*
PA. *Nonne tibi istam prætruncari linguam largiloquam iubes?*
SC. *Quamobrem iubeam?* PA. *Philocomasium eccam domi, quam in proximo*

1 L. nunc. 2 L. illhæc se ex nostro hosp. eduxit f. *Lipf. autem* illæc de hospitio dedit f.
3 L. est te alter audacior? 4 L. Iuben'

Vidisse aiebas te osculantem atque amplexantem cum altero.
SC. Mirum est lolio victitare te, tam vili tritico.
PA. Quid iam? S. quia luscitiosus. P. verbero. ædepol tu quidem
Cæcus, non luscitiosus. nam illam [1] vidi quidem domi.
S. Quid' domi? P. domi hercle verò. S. abi, ludis me Palæstrio.
P. Tam mihi sunt manus inquinatæ. S. quî dum? P. quia ludo luto.
S. Væ capiti tuo. P. tuo istuc Sceledre promitto fore,
Nisi oculos, orationémque aliam commutas tibi.
Sed fores concrepuerunt nostræ. S. at ego illas observo fores.
Nam nihil est, qua hinc huc transire ea possit, nisi recto ostio.
P. Quin domi eccam, nescio quæ te Sceledre scelera suscitant.
S. Mihi ego video, mihi ego sapio, mihi ego credo plurimum.
Me homo nemo deterruerit, quin ea sit in his ædibus.
Hic obsistam, ne imprudenti huc ea se surrepsit mihi.
P. Meus illic homo est, deturbabo iam ego illum de pugnaculis.
Vin' iam facià vt stultiuidum te fatearis? S. age face.
P. Neque te quicquam sapere corde, neque oculis vti? S. volo.
P. Nempe tu istic ais esse herilem concubinam? S. atque arguo
Eam me vidisse osculantem hic intus cum alieno viro.
P. Scin tu nullum commeatum [2] hinc esse etiam à nobis? S. scio,
Neque solarium, neque hortum, nisi per impluuium scio.
P. Quid nunc si ea domi est, si faciam vt eam hinc exire videas domo,
Dignus est verberibus multis? S. dignus. P. serua istas fores
Ne tibi clam se subterducat istinc, atque huc transeat.
S. Consilium est ita facere P. [3] ego iam illam huc tibi sistam in viam.
S. Agedum ergo face, voloscire vtrum ego, id quod vidi, viderim:
An illic faciat, quod facturum dicit [4] ea vt sit domi.
Nam ego quidem meos oculos habeo, nec rogo vtendos foris,
Sed hic illi supparasitatur semper, hic ei proximus est,
Primus ad cibum vocatur, primo pulmentum datur,
Nam illic noster est fortasse circiter triennium,
Neque cuiquam, quàm illi in nostra [1] melius famulo familia
Sed ego hoc quod ago, id me agere oportet, hoc observare ostium.
Hac obsistam, sic quidem pol verba mihi nunquam dabunt.

[1] L. eccam q. [2] L. huc. [3] L. pedes ego iam. [4] L. vt ea s.

PALÆSTRIO, PHILOC. SCELEDRVS.

Præcepta facito vt memineris. PH. *toties monere mirum est.*
PA. *At metuo, vt satis sit subdola.* PH. *cedò vel doctas docebo,*
Memini malas, vt sint malæ, mihi pol è quo [2] supersit.
PA. *Age iam nunc, insiste in dolos, ego abs te procul recedam.*
Quid astas tu Sceledre? SC. *hanc rem gero, habeo auris, loquere quid vis.*
PA. *Credo ego, istoc exemplo tibi esse eundũ actutum extra portam,*
Dispessis manibus patibulum cum habebis. SC. *quámnam ob rem?*
PA. *Respice dum ad lævam, quis illæc est mulier?* SC. *proh dij immortales.*
Heri concubina est hæc quidem. PA. *mihi quoque pol ita videtur.*
Age nunc iam quando lubet. SC. *quid agam?* PA. *peri, peri properè.*
PH. *Vbi iste bonus seruus, qui propudij me maximè innocentem*
Falsò insimulauit. PA. *hem tibi, hic mihi id dixit.* PH. *tibi quæso? Dixti*
Tuten' vidisse in proximo hic, sceleste me osculantem?
PA. *Atque cum alieno adolescentulo dixit.* SC. *dixi herclè verò.*
PH. *Tun' me vidisti?* SC. *atque his oculis quidẽ.* PH. *carebis credo,*
Qui plus vident, quam quod vident. SC. *nunquã herclè deterrebor,*
Quin viderim id quod viderim. PH. [3] *ego verò stulta moror multum,*
Quæ cum hoc insano fabulem, quem pol ego capitis perdam.
SC. *Noli minitari, scio crucem futuram mihi sepulchrum.*
Ibi mei maiores sunt sati, pater, auus, proauus, abauus.
Non possunt mihi minaciis tuis hisce oculi fodiri.
Sed paucis verbis te volo, Palæstrio, obsecro vnde
Hæc exit huc? PA. *vnde, nisi domo?* SC. *domo?*
PA. *te videnti.* SC. *video.*
Nisi mirum est facinus, quomodo hæc hinc potuerit transire:
Nam certè neque solarium hic apud nos est, ne-

[1] L. meliu'st. [2] L. superfit. [3] L. ego stulta atque mora multum,

que

que hortus vllus,
Neque fenestra, nisi clathrata. nam certò ego te hic intus vidi.
PA. *Pergin' sceleste intendere, atque hanc arguere?* PH. *ecastor ergo*
Mihi haud falsum euenit somnium, quod noctu hac somniaui.
P. *Quid somniauisti?* PH. *ego eloquar, sed amabo, aduortito animum.*
Hac nocte in somnis mea soror gemina germana visa
Venisse Athenis in Ephesum cum suo amatore quodam,
Hi ambo hospitio huc in proximum mihi[1] *diuorti sunt visi.*
SC. *Palæstrioni somnium narratur.* PA. *perge porrò.*
PH. *Ego læta visa, quia soror venisset, propter eãdem*
Suspicionem maximam, sum visa sustinere.
Nam arguere in somnis me familiaris meus mihi visu'st
Me cum alieno adolescentulo, quasi nunc esse osculatam,
Cùm illa osculata mea soror gemina suum esset amicum,
Ita me insimulatam perperam[2] *falsum esse somniaui.*
PA. *Satin' eadem vigilanti expetunt, quæ in somnis visa memoras.*
Heus hercle quàm præsentia[3] *omnia? abi intrò, & comprecare:*
Narrandum ego istuc militi censebo. PH. *facere certum.*
Neque me quidem patiar probri falsò impunè insimulatam.
SC. *Timeo quid rerũ gesserim hic, ita dorsus totus prurit.*
PA. *Scin' te perijsse nunc quidem domi certò?* SC. *certa res est,*
Nunc nostrum obseruare[4] *ostium. vbi esset?* PA. *at Sceledre quæso*
Vt ad id exemplum somnium quàm simile somniauit,
Atque vt tu suspicatus es eam vidisse te osculantem.
SC. *Me eam non vidisse arbitraris?* PA. *nã tu hercle obsecro opinor,*
Resipisce. si ad herum hæc res peruenerit, peribis pulcre.
SCE. *Nunc demum experior, prius ob oculos mihi caliginem obtigisse.*
PA. *Dudum ædepol hoc planum quidem, quæ hic vsque fuerit intus.*
SC. *Nihil habeo certi quid eloquar: non vidi eã, & si vidi.*
PA. *Nãste ædepol stultitia tua*[6] *penè perdidit.*

1 L. deuorti 2 L. falsò. 3 *Passeratius legendum putat, omina?* 4 L. ostium ne euolet. 5 L. tu. 6 L. nos penè perdidisti.

Dum te fidelem facere hero voluisti,[1] *penè absumptus es.*
Sed fores vicini proximi crepuerunt, conticiscam.

PHILOCOMASIVM, PALÆSTRIO, SCELEDRVS.

INde ignem in aram, vt Ephesiæ Dianæ laudes latas,
Gratésque agam, eique vt Arabico fumificem ôdore[2] *amœnæ,*
Quæ me in locis Neptuniis, templisque turbulentis,
Seruauit sæuis fluctibus, vbi sum afflictata multum.
SC. *Palæstrio, ô Palæstrio.* PA. *ô Sceledre, Sceledre, quid vis?*
SC. *Hæc mulier quæ hinc exit modò, est-ne herilis concubina*
Philocomasium? an non est ea? PA. *hercle opinor, ea videtur.*
Sed facinus mirum est, quomodo hæc hinc nunc potuerit transire,
Siquidem ea est? SC. *an dubium tibi est eam esse hanc?* PA. *ea videtur.*
Adeamus, appellemus. SC. *heus'quid istuc est Philocomasium.*
Quid tibi istic hisce in ædibus debetur? quid negocij est?
Quid nunc taces? tecum loquor. PA. *imò ædepol nunc tute tecum.*
Nam hæc nihil respondet. SC. *te alloquor vitij, probrique plena,*
Quæ circum vicinos vagas. PH. *quicum tu fabulare?*
SC. *Quicum, nisi tecum?* PH. *quis tu homo es, aut mecum quid negocij est?*
SC. *Men' rogas, hem qui sim?* PH. *quin ego hoc rogem quod nesciam?*
PA. *Quis ego sum igitur, si tu hunc ignoras.* PH. *mihi*[3] *odiosus quisquis es,*
Et tu & hic. SC. *non nos nouisti?* PH. *neutrum.*
SC. *metuo maximè.*
PA. *Quid metuis?* S. *enim ne nosmet perdiderimus vspiam:*
Nam neq; te, neque me nouisse ait. PA. *perscrutari hic volo,*
Sceledre, nos nostri an alieni simus, ne dum quispiam
Nos vicinorum imprudẽtis aliquis immutauerit.
SC. *Certè equidem noster sum.* PA. *& pol ego. quæris tu mulier malum.*
Tibi dico, heus Philocomasium. PH. *quæ te intẽperiæ tenent,*
Qui me perperam perplexo[4] *appelles nomine.*
PA. *eho,*
Quis igitur vocare? P. *Glycerã*[5] *nomen est?* SC.

1 L. absumptus est penè, 2 L. amœnè. 3 L. odiosu's. 4 L. nomine appelles. 5 L. Glycere.

iniuria eſt.
Falſum nomen poſſidere Philocomaſium poſtulas.
At iſtuc non decet, & meo adeò hero facis iniuriam.
PH. *Egóne?* PA. *tute.* PH. *quæ heri Athenis Epheſum adueni veſperi*
Cum meo amatore adoleſcente Athenienſi? PA. *dic mihi,*
Quid hic tibi in Epheſo eſt negocij? PH. *geminã germanam meam,*
Hic ſororem inauditi eſſe, eam veni quæſitum.
PA. *mala es.*
PH. *Immò ecaſtor ſtulta multum, quæ vobiſcum fabuler.*
Abeo. SC. *abire non ſinam te.* PH *mitte.* S. *manifeſtaria*
Res eſt, non omitto. PH. *at iam crepabunt manu malæ tibi,*
Niſi me omittis. SC. *quid malùm aſtas, quin retines altrinſecus?*
PA. *Nihil moror negocioſum mihi eſſe tergum.*
qui ſcio
An iſta non ſit Philocomaſium, atque eius alia ſimilis?
PH. *Mittis me, ánnon mittis?* SC. *Immò vi atq; inuitam ingratiis,*
Niſi voluntate ibis, rapiam te domum. PH. [1]*non oſtium hoc mihi*
Domicilium eſt, Athenis domus[2] *ac herus, ego iſtã domum*
Neque moror, neque vos qui homines ſitis noui, neque ſcio.
SC. *Lege agito, ne nuſquam mittam, niſi das firmatam fidem,*
Te huc, ſi omiſero, introituram. PH. *vi me cogis quiſquis es.*
Do fidem ſi omittis, iſtoc me intrò ituram, quò iubes.
SC. *Ecce omitto.* PH. *at ego abeo miſſa.* SC. *muliebri feciſti fide.*
PA. *Sceledre manibus amiſiſti prædam.* SC. *tamen eſt, quàm potis,*
Noſtra herilis concubina. vin' tu hoc facere ſirenuè?
PA. *Quid faciam?* SC. *affer mihi machærã huc intus.* PA. *quid facies ea?*
SC. *Introrumpam rectà in ædes.* [3] *quémque hic videro*
Cum Philocomaſio oſculantem, eum ego obtrũcabo extemplò.
PA. *Viſáne ea eſt eſſe?* SC. *imò adepol planè ea eſt.* PA. *ſed quomodo*
Diſſimulabat? SC. *abi, machærã huc effer.* PA. *iam faxo hic erit.*
Neque eques neque pedes profectò quiſquam tãta audacia,
Qui æquè faciat confidenter quicquã, quàm quæ mulieres
Faciunt. vt vtrobique orationem doctè[1] *edidit,*
Vt ſublinitur os cuſtodi cauto, conſeruo meo!
Nimis beat, quòd commeatus[2] *eſt trans parietem.*
SC. *Heus Paleſtrio machæra nihil opus.* PA. *quid iam, aut quid opus eſt?*
SC. *Domi eccam herilem cõcubinam.* PA. *quid? domi?* SC. *in lecto cubat.*
PA. *Ædepol næ tu tibi malum rem reperiſti vt prædicas.*
SC. [3] *Qui iam?* PA. *Quia hanc attingere auſu's mulierem hic in proximo.*
SC. *Magis hercle metuo. ſed nũquam quiſquam faciet, quin ſoror*
Iſta ſit germana huius. PA. *eam pol tu hic oſculantem videras,*
Et quidem palàm eſt eam eſſe vt dicis. SC. *quid propius fuit*
Quàm vt perirem, ſi locutus fuiſſem hero? PA. *ergo ſi ſapis,*
Muſſitabis. plus oportet ſcire ſeruum, quàm loqui.
Ego abeo à te, nequid tecum conſilij commiſceã,
Atque apud hunc vicinum. tuæ mihi turbæ non placent.
Herus ſi veniet, ſi me quærit, hic ero, hinc me[4] *accerſito.*

SCELEDRVS, PERIPLECTOMENES.

[5] *Satur abijt ille, neque herile negocium*
Plus curat, quàm ſi non ſeruitutem ſeruiat.
Certò quidem illa hic noſtra[6] *intus eſt in ædibus.*
Nam ego cubantem eam modò offendi domi.
Certum eſt nunc obſeruationi operam dare.
PER. *Non hercle hice homines me marem, ſed fœminam*
Vicini rentur eſſe ſerui militis.
Ita me ludificant, meamq; hic in via hoſpitam,
Quæ heri huc Athenis cum hoſpite aduenit meo,
Tractant & ludificant ingenuam & liberam.
SC. *Perij hercle, hic ad me rectà habet rectam viam.*
Metuo, illæc mihi res ne magno malo fuat.
Quantum hunc audiui facere verborum ſenem.
PE. *Accedam ad hominem. tun' Sceledre hic ſcelerum caput,*
Meam ludificaſti hoſpitam ante ædis modò?
SC. *Vicine auſculta quæſo.* PE. *ego auſcultè tibi?*
SC. *Expurgare volo me.* PE. *tun' te expurges mihi*
Qui facinus tantum támq; indignum feceris?
An quia latrocinamini, arbitramini
Quiduis licere facere vobis, verbero?
SC. *Licétne?* PE. *at ita me di deæq; omnes ament,*
Niſi mihi ſupplicium virgarum de te datur

[1] *Expungendum* non. [2] L. atque. [3] L. quemquem hic intus vid.

[1] L. & catè dedit: [2] L. tranſtinet iam parietem. [3] L. Quid. [4] L. arceſſito. [5] L. Satin' abiit ille? [6] L. intus'ſt.

Longum,

Longum, diutinúmque, à mane ad vesperum,
Quòd meas confregisti imbrices & tegulas,
Ibi dum condignam te sectaris simiam,
Quodque inde inspectauisti meum apud me hospitem
Amplexum amicam cùm osculabatur suam,
Quodq; concubinã herilem insimulare ausus es
Probri, pudicam, méque summi flagitij,
Tum quod tractauisti hospitã ante ædes meas,
Nisi 1 tibi supplicium 2 stimuleum datur,
Dedecoris pleniorem herum faciam tuum,
Quàm magno vento plenũ est vndarum mare.
SC. *3 Ita sum coactus, Periplectomene, vt nescià*
Vtrum me postulare prius tecum æquum siet,
4 Nisi istæc non est hæc, neque ista sit mihi.
An me expurgare hic tibi videatur æquius,
Sicus etiam nunc nescio quid viderim.
Ita est istæc huius similis nostræ tuæ,
Siquidem non eadem est. PE. *vise ad me intrò, iã scies.*
SC. *Licétne?* PE. *5 neque te inhibeo, placidè noscita.*
SC. *Ita facere certum est.* PE. *heus Philocomasium citò*
Transcurre curriculo ad nos, ita negocium est.
Post quando exierit Sceledrus à nobis, citò
Trãscurrito ad vos rursum curriculo domum.
Nunc pol ego metuo, ne quid 6 infucauerit.
Si hic non videbit mulierem, aperitur dolus.
SC. *Prò di immortales, similiorem mulierem,*
Magisque eandem, vt pote quæ non sit eadem, nõ reor
Deos facere posse. PE. *quid nunc?* SC. *commerui malum.*
PE. *Quid igitur? ean' est?* SC. *etsi ea est, non est ea.*
PE. *Vidistin istam?* SC. *vidi, & illam & hospitem*
Complexam atque osculantem. PE. *ean' ergo est?*
SC. *nescio.*
PE. *Vin' scire plane?* SC. *cupio.* PE. *abi intrò ad vos domum.*
Continuò, vide sitne ista hæc vostræ intus domi.
SC. *Licet, pulcrè admonuisti. iam ego ad te exibo foras.* (*ficarier*
PE. *Nunquam ædepol hominem quenquam ludificarier*
Magis facetè vidi, & magis miris modis.
Sed eccum egreditur. SC. *Periplectomene, te obsecro*
Per deos atq; homines, perq; stultitiam meam,
Perque tua genua. PE. *quid obsecras me?* SC. *insciticæ*
Meæ & stultitiæ ignoscas: nunc demum scio
Me fuisse excordem, cæcum, incogitabilem.
Nam Philocomasium eccam intus. PE. *quid nũc furcifer.*

1 L. mihi. 2 L. vlmeum de te datur.
3 L. *fortasse legendum*, Eò sum redactus.
4 *Lipsius versus transpositos esse putat, & hunc ponit post sequentem.* 5 L. inquire, iubeo, pl.
6 L. infuscauerit

Vidistin' ambas? SC. *vidi.* PE. *herum exhibeas volo.*
SC. *Meruisse equidem me maximum fateor malum.*
Et tuæ feciſse me hospitæ aio iniuriam.
Sed meam esse herilem concubinam censui,
Cui me custodem herus addidit miles meus.
Nam è summo puteo similior nunquam potest
Aqua aquæ sumi, quàm hæc est, atque ista hospita.
Et me despexe ad te per impluuium tuum
Fateor. PE. *quid ni fateare, ego quod viderim?*
SC. *Sed Philocomasium me vidisse censui.*
PE. *Ratu's ne me sic hominem esse omnium minimi precij,*
Si ego me sciente paterer vicino meo
Eam fieri apud me tam insignitè iniuriam?
SC. *Nunc demum 1 me insipientem factum esse arbitror,*
Cùm rem cognosco: at non malitiosè tamen
Feci. PE. *immò indignè, namq; hominem seruum suos*
Domitos habere oportet oculos, & manus,
Orationémque. SC. *egóne? si post hunc diem*
Mutiuero, etiam quod egomet certò sciam,
Dato excruciatum me, egomet me dedam tibi.
Nunc hoc mihi ignoscas quæso. PE. *vincam animum meum,*
Ne malitiosè factum id esse abs te arbitrer.
Ignoscam tibi istuc. SC. *at dij tibi faciant bene.*
PE. *Næ tu hercle, si te dij amant, linguam comprimes*
Posthac: etiam illud quod scies, nescieueris.
Ne videris, quod videris. SC. *bene me mones.*
Ita facere certum est me satin' oratus abiit?
Nunquid nunc aliud me vis? PE. *ne me noueris.*
SC. *Dedit hic mihi verba. quàm benignè gratiã*
Feci, ne iratus esset? scio quam rem gerat,
Vt miles cùm exemplo à foro aduenial domum,
Domi comprehendat vnà: hic & Palæstrio
Me habent venalem, sensi, & iamdudum scio.
Nunquam hercle ex ista nassa ego hodie escam petam.
Nam iam aliquò aufugiam, & me occultabo aliquot dies,
Dum hæ consilescunt turbæ, atque iræ leniunt.
Nam nunc satis & plus nimio merui mali.
Verumtamen de me quicquid est, ibo hinc domũ.
PE. *Illic hinc abscessit? sat ædepol certò scio.*
Occisam sæpe sapere plus multo suem,
Cum manducatur, ne id quod vidit viderit.
Nam illius oculi, atque auris, atque opinio
Transfugêre ad nos. vsque adhuc actum est probè.
Nimium festiua mulier operam præbuit.
Redeo in senatum rursus. nam Palæstrio
Domi nunc apud 2 me: Sceledrus nunc autem foris.

1 L. *pisà* me insipienter.
2 L. me'st.

Frequens senatus poterit nunc haberier.
Ibo intrò, nedum absum, illis [1] *sortito fuam.*

ACTVS III.
PALÆSTRIO, PLEVSIDES, PERIPLECT.

COhibete intra limen etiam vos parumper Pleusides.
Sinite me prius prospectare, ne vspiam insidiæ sient.
Concilio [2] *quod habere volumus: nam opus est nunc tuto loco,*
Vnde inimicus nequis nostris spolia capiat cõsiliis.
Vnde inimicus nequis nostra spolia capiat auribus.
Nam bene consultum, inconsultum est, si inimicis sit vsui.
Neque potest, quin si id inimicis vsui est, obsit mihi.
Nam [3] *bene consultum surripitur sapissime.*
Si minus cum cura, aut [4] *catalogo loquendi lectum id est,*
Quippe si resciuerint inimici consilium tuum,
Tuopte tibi consilio occludunt linguam, & constringunt manus.
Atque eadem quæ illis voluisti facere, faciũt tibi.
Sed speculabor, ne quis aut hinc à læua, aut à dextera,
Nostro consilio venator assit, cum auritis plagis.
Sterilis hinc prospectus vsque ad vltima platea est probè.
Euocabo, heus Periplectomene & Pleusides progredimini.
PE. *Ecce nos tibi obedientes.* PA. *facile est imperium in bonis.*
Sed volo scire, eodem consilio, quod intus meditati sumus,
Si gerimus rem. PE. *magis ad rem non potest esse vtibile.*
PA. *Imò quid tibi Pleusides?* PL. *quódne vobis placeat, displiceat mihi?*
PE. *Quis homo* [5] *sit magis meus, quàm tu es?* PL. *loquere lepidè & commodè.*
PA. *Polita decet hunc facere.* PL. *at hoc me facinus miserum macerat.*
Meum cor, corpúsq; cruciat. PE. *quid est id quod cruciat cedo.*
PL. *Me tibi istuc ætatis homini facinora puerilia*
Obiicere, neque te decora, neque tuis virtutibus,
Eáque expetere te ex opibus summis mei [6] *amoris gratia.*
Mihique amanti ire cpitulatum, atque ea te facere facinora

1 *L.* sortitio fuat. *at Lipſ.* ne dum absum, multæ (*vel potius* multai) fortuito fuam, 2 *Videtur legendum* Consilio. 3 *L.* bonum consilium surripitur tibi sæp. 4 *Lipſ.* cato loco *siue potius* catè locos loquendi lectu'st. locos *pro locus.* 5 *L.* scit magis vsquam, quam tu, loqui lepidè & commodè?
6 L. honoris.

Quæ istæc ætas fugere facta magis, quàm sectari solet:
Eam pudet me tibi in senecta obijcere solicitudinem.
PE. *Nouo modo tu homo amas, siquidem te quicquam, quod faxis, pudet.*
Nihil amas, vmbra es amantum, magis quàm amator Pleusides.
PL. *Hanccine ætatem exercere me mei amoris gratia?*
P. *Quid ais tu? itáne tibi ego videor oppidò Acherunticus*
Tam capularis. támne tibi diu videor vitam viuere?
Nam equidẽ haud sum annos natus prater quinquaginta & quatuor.
Clarè oculus video, pernix sum manibus, [1] *sum pedes mobilis.*
P. *Si albus capillus hic videtur, neutiqua ingenio est senex,*
Inest in hoc [2] *emussitata sua sibi ingenua indoles.*
PL. *Pol id quidem experior ita esse vt prædicas, Palæstrio.*
Nam benignitas quidem huius oppido vt adolescentuli est.
PE. *Immò hospes magis cùm periculum facies, magis noſces meam*
Comitatem, erga te amantem. PL. *quid* [3] *opus nota noscere?*
4 PE. [5] *Vt apud te exemplum experiundi habeas, ne petas foris.*
Nam qui ipse haud amauit, ægrè amantis ingenium inspicit.
[6] *Et ego amoris aliquantum habeo, humoriſque meo etiam in corpore.*
Neque dum exarui ex [7] *amore rebúsque voluptariis.*
Vel cauillator facetus, vel conuiua commodus.
Item ero, neque ego oblocutor sum alteri in conuiuio,
Incommoditate abstinere me apud conuiuas cõmodè
Commemini, & meæ orationis iustam partẽ persequi,
Et meam partem itidem tacere, cum aliena oratio est.
Minimè sputator, screator sum, itidem minimè muccidus.
[8] *Pòst Ephesi sum natus, non in Apulis, non sum in Vmbria.*
PA. *O lepidum* [9] *senem. si, quas memorat, virtutes habet:*
Atque equidem planè eductum in nutricatu Venerio.

1 L. pedibus mobilis. 2 L. amussitata.
3 L. opus'st. 4 *Periplect. nomen hinc sustulit Lãb. & initio versus sequentu posuit.* 5 L. Quom.
6 L. At. 7 L. amœnis rebus & volupt.
8 L. Sic Eph.
9 *Lipſ. affirmat Plautum scripsisse* senicem, *pro* senem, *antiquè.*

PE. *Plus*

PE. *Plus dabo, quàm prædicabo, ex me venustatis tibi.*
Neque ego vnquam alienũ scortum [1] *subigito in conuiuio,*
Neque præripio pulpamentum, neque prævorto poculum:
Neque per vinum vnquã ex me exoritur [2] *dissidium in conuiuio.*
Si quis ibi odiosus est, abeo domum, sermonem segrego,
Venerem, amorem, amœnitatémque accubans exerceo,
[3] *Et quidem ædepol omnis mores ad venustatem tugiter.*
PL. *Cedò treis mihi homines contra aurichalco emptos cum istis moribus.*
PA. *At quidem illuc ætatis qui sit, non inuenies alterum*
Lepidiorem ad omnes res, nec qui amicus amico sit magis.
PE. *Tute me vt fateare faciam, esse adolescẽtem moribus.*
Ita apud omnes comparebo tibi res benefactis frequens.
Opus erit tibi aduocato tristi, iracundo? ecce me.
Opus leni? leniorem dices, quàm mutú est mare:
Liquidiusculusq; ero, quàm ventus est fauonis.
Vel hilarissimum conuiuam hinc indidem expromam tibi,
Vel primarium parasitum: atque obsonatorem optumum.
Tum ad saltandum, non cinædus [5] *magis vsquã saltat, quàm ego.*
PA. *Quid ad tuas artes optassis, si optio eueniat tibi?*
[6] PE. *Huius pro meritis, vt referri pariter possit gratia.*
Tibiq;, quibus nunc me esse experior summæ sollicitudini.
PL. *At tibi tanto sumptui esse mihi molestũ est.*
PE. *morus es.*
Nam in mala vxore atque inimico, si quid sumas, sumptus est.
In bono hospite atque amico quæstus est, quod sumitur.
Et quod in diuinis rebus sumas, sapiẽti lucro est.
Deum virtute transeuntem hospitio accipi, apud me est comitas.
Es, bibe, animo obsequere mecum, atque onera te hilaritudine.
Liberæ sunt ædes, liber [7] *sum autem ego. me vti volo liberè.*

1 L. subagito. 2 L. dissidium conuiuio.
3 L. PA. Tu quidem ędepol omn. m. ad ven. valent Cedò tr. m. h. orichalco contra cum istis moribus. *Lipſ.* contrà emsim istis, *vel* mutim 4 L. PL.
5 L. magis aptus est quam ego. *At vir doctiſſ. P. Prœus in vet. Noni exemp. ſcrip. um inuenit* cinædus malacus æquè est: *quam lectionem veram eſſe aſſerit.*
6 L. PL. *eo vſque* molestum est
7 L. sum. me vti.

Nam mihi deum virtute dicam, propter diuitias meas,
Licuit vxorem dotatam genere summo ducere,
Sed nolo mihi oblatratricem intromittere.
PA. *Cur non vis? nam procreare liberos* [1] *lepidum est onus.*
PE. *Hercle verò. verùm liberum esse, id multò est lepidius.*
P. *Tute homo & alteri sapienter potis es cõsulere & tibi.*
PE. *Nã bona vxor, si ea quidem* [2] *deducta est vsquam gentium,*
Vbi eam possim inuenire? verùm egone eam ducã domum?
Quæ mihi nunquam hoc dicat, eme mi vir lanam, vnde tibi pallium,
Malacum & calidum conficiatur, tunicæq; hybernæ bonæ,
Ne algeas hac hyeme, hoc nunquam verbum ex vxore audias.
Verùm priusquam galli cantent, quæ me somno suscitet,
Dicat, Da mi vir calendis [3] *quæ mittam quom Martiæ venerint,*
Da qui [4] *faciat condiátque, da quod dem quinquatribus,*
[5] *Præcantrici, coniectrici, ariolæ atque haruspicæ.*
Flagitium est si nihil mittetur, quo supercilio [6] *spicit,*
Tum [7] *patri tam clementer non potest* [8] *hinc quin* [9] *munerem,*
Iampridem quia nihil abstulerit, succenset geraria.
Tum obstetrix expostulauit mecum, parum missum sibi.
Quid nutrici non missuru's quicquam, quæ vernas alit?
Hæc atque huius similia alia damna multa mulierum.
Me vxore prohibent, mihiq; huius similis sermones [10] *serant.*
PA. *Dij tibi sunt propitij: nam si istam semel amiseris*
Libertatem, haud facile te in eundem rursus restitues locum.
PE. *At illa laus est magna in genere, & in diuitiis maximis*
Liberos hominem educare generi monumentum & sibi.
PE. *Quando habeo multos cognatos, quid opus sit mihi liberis?*
Nunc bene viuo & fortunatè, atque vt volo, atq; animo vt lubet,
Mea bona mea morte cognatis dicam, [11] *inter eos partiam.*

1 *Ita L. ipſius. at* L. lepidiſſimum est. 2 *Lipſ.* educta est 3 L. meam quod matrem inuerit. 4 L. farciat 5 L. Præcantatrici, 6 L. ſpecit?
7 L. patricani 8 L. inquit, 9 L. munerent.
10 L. ſerat. 11 L. inter. partiant.

Illi apud me edunt, me curant, visunt quid agã, ecquid velim.
Priusquam lucet, assunt: rogitant noctu an somnum ceperim.
Eos pro liberis habeo, quin mihi mittũt munera,
Sacrificant, dant inde partem mihi maiorem, quàm sibi,
1 Adducunt ad exta: me ad se, ad prandium, ad cœnam vocant.
Ille miserrimũ se retur, minimũ qui misit mihi.
Illi inter se certant donis, ego mecum mussito:
Bona mea inhiant, certatim 2 dona mittunt, & munera.
PA. *Nimis bona ratione, 3 nimiúmque aperta tu multum vidos.*
Et tibi sunt gemini, & trigemini, si te bene habes, filij.
PE. *Pol, si habuissem, satis cepissem miseriarum liberis,*
Censerem emori, cecidissẽtne ebrius, aut de equo vspiam
Metuerem, ne ibi defregisset crura, aut ceruices sibi.
Tum 4 vxor mihi insignitos pueros pariat. postea
Aut varum, aut valgum, aut compernem, aut petum, aut 5 brocum filium.
PA. *Huic homini dignum est diuitias esse, & diu vitam duri*
Qui & rem seruat, 6 & qui bene habet, suisque amicis vult bene.
PL. *O lepidum caput, ita me dij deaq; ament, æquum fuit*
Deos 7 parasse, vno exemplo ne omnes vitam viuerent:
8 Sicuti merci precium 9 stat pro virtute vt veneat,
Quæ improba est pro mercis vitio, dominum precio pauperat:
Itidem diuos dispertisse vitam humanam æquũ fuit.
Qui lepidè ingenuatus esset. vitam longinquam darent:
10 At qui improbi & scelesti, iis adimerent animam citò,
Si hoc parauissent, homines essent minus multi mali,
Et minus audacter scelesta facerent facta, & postea
Qui probi homines essent, esset his annona vilior.
PE. *Qui deorum consilia culpet, stultus insciúsque sit,*
Quique eos vituperet, nunc iam istis rebus desisti decet.
Nunc volo obsonare. 11 vel vt hospes te virtute extua

1 L. Abducunt 2 *Sic Lamb. at Lips. ex v. cod.* nutricant & munerant 3 L. nimium ap. 4 L. ne vxor. 5 L. bronchum 6 *al.* & bene h. 7 L. parauisse. 8 L. Sicut 9 L. statur. 10 L. Qui improbi essent. 11 L. bene vt h.

Mea domi accipiam benignè, lepidè, & lepidis victibus.
PL. *Nihil me pœnitet iam quanto sumptui fuerim tibi.*
Nam hospes nullus 1 tam in amici hospitium diuorti potest,
Quin vbi triduum continuum fuerit, iam odiosius siet.
Verùm vbi dies decem continuos 2 ire ad eundem restat,
Tametsi dominus nõ inuitus patitur, serui murmurant.
PE. *Seruientis seruitutem ego seruos introduxi mihi*
Hospes, non qui mihi imperarent, quibus ego essem obnoxius,
Si illis ægrè est, mihi quod volupe est, meo remigio rem gero.
Tamen id quod odiosum est, faciundum est cum malo atque ingratiis.
Nunc quod occepi obsonatum pergam. PL. *si certum est tibi,*
Cõmodùm obsona, ne magno sumptu mihi quidquis sat est.
PE. *Quin tu istanc rationem hinc veterem atq; antiquam amoues.*
Nam proletario sermone nunc quidem hospes vtere.
Nam ij solent, quando accubuere, vbi cœna apposita est, dicere:
Quid opus fuit hoc hospes sumptu tanto nostra gratia?
Insaniuisti hercle. nam idem hoc hominibus sat erat decem.
Quod eorum causa obsonatum est, culpant, & comedunt tamen.
PA. *Fit pol illud ad illud exemplum. vt doctè & perspectè sapit?*
PE. *Sed ijdem homines nunquam dicunt, quanquam appositum est ampliter,*
Iubo illud 3 demi, tolli hanc patinam, pernam nihil moror.
Aufer illam offam penitam. probus hic conger frigidus.
Remoue, abi, aufer: neminem eorum hæc asseuerare audias.
Sed percellunt se, & procumbunt, dimidiati dum appetunt.
PA. *4 Bonos hercle vt malos descripsit mores?*
PE. *haud centesimam*
Partem dixi, atque ocium nunc si sit, possim expromere.
PA. *Igitur id quod agitur 5 hinc primùm præuerti decet.*
Nũc huc animum aduertite ambo, mihi opus est opera tua

1 L. iam. 2 L. immorabitur. 3 L. denuo tolli, hanc patinam remoue, p. 4 L. Bonus hercle *at Lips. ex vet. cod.* Bonus bene vt 5 L. huic.

Peri-

Periplectomene : nam ego inueni lepidam sycophantiam,
Qui admutiletur miles vsq; cæsariatus, atq; vti
Huic amanti ab Philocomasio hanc efficiamus copiam.
Vt hic eam abducat, abeatq;. PE. *dari istac ratione volo.*
PA. *At ego mihi annulum dari istum tuum volo.* PE. *quam ad rem vsui est?*
P. *Quando* 1 *habebo igitur rationem mearum fabricarum dabo.*
PE. *Vtere, accipe.* P. *accipe à me rursum rationem doli,*
Quam instituí. PL. *perpurgatis ambo* 2 *damnas tibi operam auribus.*
P. *Herus meus ita magnus mœchus mulierum est, vt neminem*
Fuisse æquè, neque futurum credam. PL. *credo ego istuc idem.*
P. *Itaque Alexandri præstare prædicat formam suam.*
Itaque omnis se vltrò sectari in Epheso memorat mulieres.
PE. *Ædepol* 3 *quid de isto multa? scio te non mentirier,*
Sed ego ita esse, vt dicis, teneo pulchrè. proin' Palæstrio
Quàm potes, tam verba confer maximè ad compendium.
P. *Ecquam tu potes reperire forma lepidam mulierem,*
Cui fallaciarum 4 *mens corpúsque sit plenum & doli?*
PE. *Ingenuámne an libertinam?* P. 5 *parui istuc facio, dummodo*
Eam des quæ sit quæstuosa, quæ alat corpus corpore,
Cuique sapiat pectus: nam cor non potest, quod nulla habet.
PE. *Lautam vis, an quæ nondum sit lauta?* P. *siccam, succidam,*
Quàm lepidissimam potes, quámque adolescentem maximè.
PE. *Habeo eccillam meam clientam, meretricem adulescentulam.*
Sed quid ea vsus est? P. *vt ad te eam iam deducas domum,*
Vtique eam hic ornatam adducas matronarum modo:
Capite comto, crinis, vittásque habeat, assimulétque se
Tuam esse vxorem, ita præcipiendum est. PL. *erro quam insistas viam.*
PA. *At scietis. sed ecqua ancilla est illi?* PE. 6 *Primita.*
P. *Ea quoque opus est, ita præcipito mulieri, atque ancillulæ.*
Vt simulet se tuam esse vxorem, & deperire hunc militem.
Quasiq; hoc annulum animo suæ ancillæ dederit, ea porrò mihi,
Militi vt darem, quasiq; ego rei sim interpres.
PE. *audio.*
1 P. *Ne me surdum verbera: tu si audis, rectè militi*
Dabo, à tua mihi vxore dictam delatum, & datum,
Vt se 2 *ad eum conciliarem: ille eiusmodi est, cupiet miser.*
Quin nisi adulterio studiosus, rei nullæ alia est, improbus.
PE. *Non potuit reperire, si ipsi soli quærendæ dares,*
Lepidiores duas ad hanc rem, quàm ego dabo. habe animum bonum.
P. *Ergo accurato & properato opus est. nunc tu ausculta Pleusides.*
PL. *Tibi sum obediens hoc facto.* P. *miles demum vbi aduenerit,*
Memineris ne Philocomasium nomines. PL. *quam nominem?*
P. *Dicam iam.* PL. *nempe eandem, quæ dudum constituta est.* P. *pax, abi.*
PL. *Meminero, sed quid meminisse id refert hanc ad rem tamen?*
P. *Ego enim dicam* 3 *tamen, quando vsus poscet, interea tace.*
Vt nunc etiam hic agit, actutum partes defendas tuas.
PL. *Ego eo intrò igitur.* P. *& præcepta sobriè vt cures, face.*

PALAESTRIO, LVCRIO *puer.*

QVantas res turbo, quantas moueo machinas!
Eripiam ego hodie concubinam militi,
Si centuriati bene sunt manipulares mei,
Sed illum vocabo. heus Sceledre, nisi negocium,
Progredere ante ædis, te vocat Palæstrio.
LV. *Non operæ est Sceledro.* PA. *quid iam?* LV. *sorbet dormiens.*
PA. *Quid sorbet?* LV. *illud stertit volui dicere.*
Sed quia consimile est, quod stertas quasi sorbeas.
PA. *Eho an dormit Sceledrus intus?* LV. *non naso quidem.*
Nam eo magnum clamat, tetigit calicem clanculum,
4 *Dimisit Nardini vini amphoram cellarius.*
PA. *Ehò tu sceleste, qui illi suppromus es, eho?*
LV. *Quid vis?* PA. *qui libitum est illi condormiscere?*
LV. *Oculus opinor.* PA. *non te istuc rogito scelus.*

1 L. annulum hab. 2 *L.* damus. 3 L. quin te de isto multi cupiunt non mentirier. 4 *Legendum vel vt Camer.* cor corpúsque *vel* pectus corpúsque. 5 L. æqui istuc. 6 L. est primaria.

1 *Lamb. Palæstrionis nomen ante hæc verba ponit,* tu si aud.s, 2 L. deamet, conciliem 3 L. tum q. 4 *Suspicatur Lamb. legendum,* Depromisit,

Procede huc, periisti iam nisi verum scio.
Prompsisti tu illi vinum? LV. *non prompsi.* P. *nega?*
LV. *Nego hercle verò, nam ille vetuit dicere.*
Neque equidem heminas octo exprompsi in vrceum,
Neque ille hic calidum 1 *ebibit in prandium.*
PA. *Neq; tu bibisti?* LV. *dij me perdant, si bibi,*
Si bibere potui. PA. *qui iam?* LV. *quia enim obsorbui,*
Nam nimis calebat, 2 *amburebat gutturem.*
Alij ebrij sunt, 3 *alia postquam potant via.*
PA. *Bono suppromo & promo cellam creditam.*
LV. *Tu hercle idem faceres, si tibi esset credita.*
Quoniam æmulari non licet, nunc inuides.
PA. *Ehò an vnquam promsit antehac, responde scelus,*
Atque vt tu scire possis, edico tibi,
Si falsa dixis, 4 *loris excruciabere.*
LV. *Ita verò vt tu ipse me dixisse dicites,*
Postea sagina ego eijciar cellaria,
Vt tibi qui promat, alium suppromum pares.
PA. *Non adepol faciam, age loquere audaciter mihi.*
LV. *Nunquam adepol vidi promere. verùm hoc erat:*
Mihi 5 *imperabas: ego promebam postea.*
PA. *Huic illecebroso capite sistebas cadum.*
LV. *Non hercle tam istoc valide* 6 *quassabant cadi.*
Sed in cella est paulum nimis loculi lubrici,
Ibi erat bilibris aqualis, hic propter cados,
Ea sæpe decies 7 *complebatur die.*
Eam plenam atque inanem fieri maximam
Vidi. bacchabatur 8 *auia,* 9 *quassabant cadi.*
PA. *Abi abi intrò iam, vos in cella vinaria*
Bacchanal facitis, iam hercle ego herum adducam à foro.
LV. *Perij, excruciabit me herus, domũ si venerit.*
Qom hæc facta scibit, quia sibi non dixerim.
Fugiam hercle aliquò, atq; hoc in diem extollam malum.
Ne dixeritis obsecro huic vostram fidem.
PA. *Quò te agis?* LV. *missus sum aliò, iam huc reuenero.*
PA. *Quis misit?* LV. *Philocomasium.* PA. *abi, actutum redi.*
LV. *Quæso tamen tu meam partem infortunij,*
Si diuidetur, me absente accipito tamen.
PA. *Modò intellexi quam rem mulier gesserit.*
Quia Sceledrus dormit, hunc subcustodem suum
Foris abiegauit à se, dum huc transiret, placet.
Sed Periplectomenes quam ei mandaui mulierem,

1 *L.* exinde ebibit in prandio
2 *Nonius hic legit* adurebat. 3 *L.* alij poscã pot.
4 *v. c.* nocio. *unde suspicatur Lipsius legendũ* ocyus
5 L imperabat: 6 *L.* casabant.
7 *L.* completur plena die.
8 L. hama, *at Lipsius* aula.
9 L. casabant. 10 L. Foras

Nimis lepida forma ducit: dij hercle hanc rem adiuuant,
Quam dignè ornata incedit, haud meretricie 895
Lepidè hoc succedit sub manus negocium.

PERIPLECTOMENES, MILPHIDIPPA, ACROTELEVTIVM, PALÆSTRIO.

REm omnem Acroteleutium tibi, tibiq; mea Milphidippa,
Domi demonstraui ordine, hanc fabricam fallaciásque
Minus si tenetis, dentò volo percipiatis planè.
Satis si intelligitis, aliud est quod potius 1 fabulẽ. 900
AC. 2 *Stultitia magna atque insipientia, non fallacia hæc sit,*
Me ire in opus alienum, aut tibi meam operam pollicitari.
3 *Si in ea opificina nesciam, aut mala esse, aut fraudulenta.*
PE. *At melius est monerier.* AC. *meretricem commoneri,*
Quàm sanè magni referat, nihil clàm est, quin ego me frustro, 905
Postquam 4 *admisere aures mea tua moram orationis.*
Tibi dixi, miles quemadmodum potis esset assecari.
PE. *At nemo solus sapit: nã ego multos sæpe vidi*
Regionem fugere consilij prius, quàm repertam 5 *habere.*
AC. *Si quid faciendum est mulieri malè atque* 910
malicioſè,
6 *Ea sibi immortalis memoria est meminisse, & sempiterna:*
Sin bene quid, aut fideliter faciendum est, eò deueniunt,
7 *Obliuiosè extemplò vti fiant,* 8 *meminisse nequeunt.*
PE. *Ergo istuc mecum conuenit, vobis faciundum vtrumque:*
Nam id proderit mihi malitia malè quòd facie- 915
tis amba.
AC. *Dum nescientes quid bonum faciamus, ne formida.*
PE. 9 *Mala nulla meretrix est.* AC. *ne pauc, peioribus conueniunt.*
PE. *Ita vos decet, consequimini.* PA. *cesso ego illis obuiam ire?*
Venire saluum gaudeo, lepido hercle ornatu incedit.
PE. *Bene oportunéque obuiam is Palæstrio, hem* 920
tibi assunt,
Quas me iussisti adducere, & quo ornatu. AC.

1 L. fabulamur. 2 L. Stultitia atque insipientia insulsa atque maxima hęc sit.
3 *L.* mihi ei. 4 *L. Lipsius* adhibere,
5 *Lamb. malit legi* haberent.
6 *L.* eius ille imm.
7 *L.* Obliuioſę. 8 *L.* & meminisse nequeant *non malè L.* 9 L. Non mala.

heus

1heus noster. PA. *esto.*
Palæstrio Acroteleutium salutat. AC. *quis hic amabo est,*
Qui tã pro nota me nominat? PE. *hic noster architectus est.*
AC. *Salue architecte.* PA. *salua sis. sed dic mihi, ecquid hic te*
Onerauit præceptis? PE. *probè meditatam vtranque duco.*
PA. Audire cupio, quemadmodum, ne quid peccetis paueo.
PE. At tua præcepta, de meo nihil his nouum apposui.
AC. *Nempe ludificari militem tuum herum vis.*
PA. elocuta es.
AC. *Lepidè & sapienter, commodè & facetè, res parata est.*
PA. Atque huius vxorem esse te volo 2 assimulari. AC. *fiat.*
PA. Quasi militi animum adieceris, simulare.
AC. *sic futurum est.*
PA. Quasique res per me interpretem, & tuam ancillam geratur.
AC. *Bonus vates poteras esse, 3 cum quæ sunt futura videas.*
PA. Quasique annulum hunc ancillula tua abs te detulerit ad me,
Quem ego militi darem tuis verbis. AC. *nũc vera dicis.*
PE. 4 Quid istis nunc memoratis opus est, quæ commeminere? ac meliust,
Nam mi patrone hoc cogitato, vbi probus est architectus,
Bene lineatam si semel carinam collocauit,
Facilè esse nauem facere, vbi fundata & constituta est,
Nunc hæc carina satis profundata bene & statuta est.
Assunt fabri architectique eam quidem ad rem haud imperiti.
Si non nos materarius remoratur, quod 5 opus qui det,
Noui indolè nostri ingenij, citò erit parata nauis.
PA. Nempe tu nouisti militem meum herum?
AC. *rogare mirum est,*
Populi odium quin nouerim? 6 magnum illum cicinnatum:*
Mœchum vnguentatum. PA. num ille etiam te nouit? AC. *nunquam vidit.*
Qui 7 nouerint me, quis ego sim? PA. nimis lepidè fabulare.
Eo potuerit lepidius 8 pol fieri. AC. *potine vt hominem*
Mihi des? quiescas cetera, 9 ni illum ludificata lepidè
Culpam omnem in me impingito. PA. agite, intrò abite,
Insistite hoc negocium sapienter. AC. *alia cura.*
PA. Age, Periplectomene, has nunc iam duc intrò, ego forum illum
Conueniam, atque illi hunc annulum dabo, atque prædicabo
A tua 1 mihi vxore datum esse, eámque illum deperire.
Hanc ad nos cum extemplò à foro veniemus, mittio tu,
Quasi clanculum ad me missa sit. PE. faciemus, alia cura.
P. Vos modò curate, ego illum probè iam oneratum huc accibo.
P. Bene ambula, bene rem gere. at 2 egóne, huc si efficiam planè
Vt cõcubinam militis meus hospes habeat hodie,
Atque hinc Athenas abeat, hodie hunc si dolum dolamus,
Quid tibi ego mittam muneris? AC. *3 désne aliæ mulieri?*
PE. 4 Lepidus sum, & comis sum. AC. *confido cõ futurum.*
Vbi facta erit collatio nostrarum maliciarum,
Haud vereor, ne nos subdola perfidia peruincamur.
PE. Abeamus ergo intrò, hæc vti meditemur, cogitate,
Ne quid, vbi miles venerit, titubetur. AC. *tu morare,*
Vt accuratè & commodè, hoc quod agendum est exequamur.

ACTVS IIII.
PYRGOPOLINICES, PALÆSTRIO.

VOluptas est quod agas, si id procedit lepidè ex sententia.
Nam ego hodie ad Seleucum regem misi parasitum meum,
Vt latrones quos conduxi, hinc ad Seleucum duceret,
Qui eius regnum tutarentur, mihi dum fieret ocium.
PA. Quin tu tuam rem cura potius, quàm Seleuci, quæ tibi
Conditio noua, & luculenta fertur per me interpretem.
P. Immò omnis res posteriores pono, atque operam do tibi.
Loquere, aures meas profectò dedo in ditionem tuam.
PA. Circumspicito dum nequis nostro hic auceps sermoni siet,
Nam hoc negotij clandestino vt agerem, ma-

1 *Lips. ita distinguit* heus noster esto. PA. Palæst.
2 L. assimulare. 3 L. num quæ sunt futura dicis
4 L. Quæ.
5 L. opus'st. 6 L. magnidicum, cinc. 7 L. nouerit 8 *Expunge* pol. 9 L. ni ludificata lepidè Ero, culp omn. in me imponito.

1 L. vxore mihi d.
2 L ego hoc si.
3 L. dátne ab se mulier operam?
4 L. Lepidæ sunt, & comes sunt.

datum'ſt mihi.
P. Nemo adeſt. PA. hunc arrabonem amoris primùm à me accipe.
P. Quid hic, aut vnde eſt? PA. à luculenta atque feſtiua fœmina,
Quæ te amat, tuamque expetiſſit pulcram pulcri tudinem.
Eius nunc mihi annulum ad te ancilla, porrò vt deferrem, dedit.
P. Quid ea ingenua an feſtuca facta, ſerua an libera eſt?
PA. Vah, egóne vt ad te ab libertina eſſe auderem internuncius,
Qui ingenuis ſatis reſpondere nequeas cupidis tui?
P. Nupta ea eſt, an vidua? PA. & nupta & vidua. P. quo pacto potis
Vidua & nupta eſſe eadem? P. quia adoleſcens nupta eſt cum ſene.
P. Euge. PA. Lepida & liberali forma eſt. P. cane mendacium.
PA. Ad tuam formam illa vna digna eſt. P. hercle pulcram prædicas.
Sed quis ea eſt? PA. ſenis huius vxor 2 Periplectomenis. P. in proximo?
PA. Ea demoritur te, atque ab illo incipit abire, odit ſenem.
Nunc te orare atque obſecrare iuſſit, vt tui copiam
Sibi, poteſtatémque facias. P. cupio hercle equidem ſi illa vult.
PA. Quæ cupit. P. quid illa faciemus concubina quæ domi eſt?
PA. Quin tu illam iube abs te abire, quò lubet: ſicut ſoror
Eius gemina venit Epheſum, & mater, arceſſuntque eam.
P. Ain tu? aduenit Epheſum mater eius? PA. aiunt qui ſciunt.
P. Hercle occaſionem lepidam vt mulierem 3 excludam foras.
PA. Immò vin tu lepidè facere? P. loquere, & conſilium cedo.
PA. Vin tu illam actutum amouere à te, vt abeat per gratiam?
P. Cupio. PA. tum te hoc facere oportet: tibi diuitiarum affatim eſt?
Iubeſis aurum atque ornamenta, quæ illi inſtruxti mulieri, (ſibi.
Dono habere ſibi, auferréque abs te quò lubeat
P. Placet vt dicis, ſed ne iſtam amittam, & hæc mutet fidem,
Vide mòdò. P. vah delicatu's, quæ te tanquam oculos amet.
P. Venus me amat. PA. ſt, tace. aperiuntur fores, concede huc 4 iam.
Hæc celox illius eſt, quæ 5 hic egreditur internuncia.

1 L. Quid? hic vnde eſt? 2 L. Periplectomeni. 3 L. extrudem f. 4 L. clanculum. 5 L. hinc.

P. Quæ hæc celox? PA. ancillula illius eſt, quæ hic egreditur foras,
Quæ annulum iſtunc attulit, quem tibi dedi. P. edepol hæc quidem
Bellula eſt. P. pitecium hæc eſt præ illa, & ſpinturnicium,
1 Videre tu illam oculis venaturam facere, atque aucuptum auribus?

MILPHIDIPPA, PYRGOPOLINICES, PALÆSTRIO.

IAm-ne eſt ante ædis 2 hircus, vbi ſunt ludificandi mihi?
Diſſimulabo, hos quaſi non videam, neque eſſe hic etiam dum ſciam.
P. Tace, ſubauſcultemus, ecqua de me fiat mentio.
MI. 3 Nunc quisnam hinc probe adeſt qui 4 rem alienam potius curet quàm 5 ſuam,
Qui aucupet me quid agam, qui 6 veſperi viuat ſuo,
Eos nunc homines metuo mihi ne obſint, néve obſtent vſpiam.
Domo ſi ibit, ac dum huc tranſibit, quæ huius cupiens corporis eſt,
Quæ amat hunc hominem nimium lepidum, & nimia pulcritudine
Militem Pyrgopolinicem. P. ſatin hæc quoque me deperit.
Meam laudat ſpeciem, edepol huius ſermones haud cinerem quæritant.
PA. Quo hoc argumento? P. quia enim loquitur lautè, & minimè ſordidè.
7 Tum ipſa eſt nimium lepida nimiſque nitida fœmina,
Hercle verò iam allubeſcit primum Palæſtrio.
PA. Priúſne quam illam oculis tuis 8 vides? P. 9 ideo id quod credo tibi,
Cum hæc locutu's. illa autem abſens adigit me vt amem hercle hanc quidem.
PA. Nihil tu amaſſis, mihi hæc deſponſata'ſt, tibi ſi illa hodie nupſerit:
Ego 10 hanc continuè vxorem ducam. P. quid ergo hanc dubitas colloqui?
PA. Sequere hac me ergo. P. pediſſequus tibi ſum.
MI. vtinam cuius cauſſa
Foras ſum egreſſa, conueniundi mihi poteſtas eueniat.
PA. Erit, & tibi exoptatum obtinget, bonum habe animum, ne formida.
Homo quidam eſt, qui ſcit, quod quæris, vbi ſit,
MI. quem ego hic 11 audiui?
PA. Socium tuorum conſiliorum, & participem conſiliarium.

1 L. Viden' tu. 2 Lipſ. hircus qui eſt ludificandus mihi. at L. circus, vbi ſunt ludi faciendi.
3 L. Num. 4 L. aliena. 5 L. ſua?
6 L. de veſperi v. ſuo?
7 L. Tum autem ipſa. 8 Expunge vides. 9 L. id ideo q. Lipſ. vide o idque credo tibi. Eccum hæc elocutam. PA. illam autem abſente m. PY. ſubigit me vt. 10 C. continuò hanc. 11 L. audio?

MI. Tum

MI. *Tum pol ego id quod celo haud celo.* PA. *immò ita etiamsi non celas.*
MI. *Quo argumento?* PA. *insidos celas, ego sum tibi firma fide.*
MI. *Cedò signum* 1 *si hoc verum est.* PA. *amat mulier quædam quendam.*
MI. *Pol istuc quidem multæ.* PA. *at non multæ de digito donum mittunt.*
MI. *Enim cognoui nunc, fecisti modò mihi ex procliuo palam rem.*
Sed hic 2 *nunc quis adest?* PA. *vel adest, vel non.* MI. *cedò te mihi solæ solum.*
PA. *Breuin' an longinquo sermone?* MI. *tribus verbis.* PA. *iam ad te redeo.*
P. *Quid ego hic astabo tantisper cum hac forma, & factis sic frustra?*
PA. *Patere atque asta. tibi hanc ego do operam.*
P. *properando excrucior.*
PA. *Pedetentim, tute hæc scis, tractari ita solere hasce huiusmodi merces.*
P. *Age age vt tibi maximè concinnum est.* PA. *nullum est hoc stolidius saxum.*
Redeo ad te, quid me voluisti? MI. *quo pacto hoc dudum accepi.*
Istuc fero ad te consilium. PA. *quasi hunc depereat.* MI. *teneo istuc.*
PA. *Collaudato formam & faciem, & virtutes commemorato.*
MI. *Ad eam rem habeo omnem aciem tibi vt dudum demonstraui.*
PA. *Tu cetera cura & contempla, & de meis venator verbis.*
P. *Aliquam mihi partem hodie operæ, des denique iam tandem, ades illico.*
PA. *Assum, impera, si quid vis.* P. *quid hæc narrat tibi?* PA. *lamentari*
Ait illam miseram, cruciari, & lacrumantem se afflictare:
Quia tis egeat, quia te careat, ob eam rem huc 3 *ad me missa'st.*
P. *Iube adire.* PA. *at scin' quin tu facias, facito fastidij plenum:*
Quasi non lubeat me inclamato, quia 4 *sic tam vulgo vulgem.*
P. *Memini, & præceptis parebo.* PA. *voco ergo hanc quæ te quærit?*
P. *Adeat si quid vult.* PA. *si quid vis, adi mulier.* MI. *pulcer salue.*
MI. *Meum cognomentum quis commemorauit? Dij tibi dent* 5 *quæcunque optes.*
MI. *Tecum ætatem exigere vt liceat.* P. *nimium optas.* MI. *non me dico.*
Sed heram meam, quæ te demoritur. P. *multæ aliæ idem istuc cupiunt,*
Quibus non est copia. MI. *ecastor haud mirum, si te habeas carum*
Hominem tam pulcrum, & præclara virtute & forma & factis.
Ecquis dignior fuit homo qui esset? PA. *non hercle humanum est* 1 *hoc credo.*
Nam 2 *vulturio plus humani credo est.* P. *magnum me faciam*
Nunc quoniam illæc me collaudat. PA. *viden' ignauum vt sese inferat.*
Quin tu huic respondes? hæc illæc est, ab illa quem dudum 3 *tibi.*
P. *Quánam ab illarum? nam ita me occursant multæ: meminisse haud possum.*
MI. *Ab illa quæ digitos despoliat suos, & tuos digitos decorat.*
Nam hunc annulum ab tui cupiente huc detuli, huic qui porrò.
P. *Quid nunc tibi vis mulier, memora.* MI. *vt quæ te cupit, eam ne spernas,*
Quæ per tuam nunc vitam viuit. 4 *sit ne sit, spes in te vno est.*
P. *Quid nunc vult?* MI. *te compellare, & complecti, & contrectare.*
Nam nisi tu illi fers suppetias, iam illa animum despondebit.
Age mi Achilles, fiat quod te oro, seruа illam pulcram 5 *pulcer.*
Exprome benignum ex tete ingenium vrbicape, occisor regum.
P. *Heu hercle odiosas res, quoties hoc tibi verbero ego interdixi,*
Meam ne sic vulgo polliciteris operam? PA. *audin tu mulier:*
Dixi hoc tibi dudum, & nunc dico. nisi huic veri affertur merces,
Non hic suo seminio 6 *quemque porculum imperiturus est.*
MI. *Dabitur quantum ipsus precij poscet.* PA. *talentum Philippum huic opus auri est.*
Minus à nemine accipiet. M. *heu ecastor nimis vile est tandem.*
P. *Non mihi auaritia vnquam innata est, satis est diuitiarum.*
Plus mihi auri mille est modiorum Philippei. PA. *præter thesaurum,*
Tunc argenti montes, non massas habet: Ætna non æquè alia est.
MI. *Heu ecastor hominem periurum.* PA. *vt ludo?* MI. *quid ego vt sublecto os?* PA. *scitè.*
MI. *Sed amabo mitte me actutum.* PA. *quin tu huic* 7 *respondes aliquid*
Aut facturum, aut non 8 *facturum, quid illam miseram* 9 *animi excrucias,*
Quæ nũquam malè 10 *de te merita est?* P. *at iube eam ipsam exire huc ad nos,*
Dic me omnia quæ vult facturum. MI. *facis nũc vt facere* 11 *est æquum:*

1 *L.* ergo. 2 *L.* voltorio. 3 *Expunge* tibi.
4 *L.* sit nécne sit. 5 *L.* pulcré.
6 *L* quanquam porculam impertiturus est.
7 *L.* respõdes. 8 *L.* facturũ? *cũ interrogat. nota* 9 *Ita Lipſ. at L.* & micã cr. 10 *L.* tibi dixerit? 11 *Expũge* est.

1 *Quod quæ vult, eadem tu vis.* PA. *non hic insulsum habet ingenium.*
MI. *Quúmque me oratricem haud spreuisti, siuistique exorare ex te,*
Quid est? vt ludo? PA. *nequeo hercle quidem risu*
2 *me admoderarier,*
Ob eam caussam huc abs te auorti. P. *non ædepol tu scis mulier,*
Quantum ego honorem nunc illi habeo. MI. *scio, & istuc illi dicam:*
PA. *Contrà auro alij hanc vendere potuit operam.* M. *istuc pol tibi credo.*
PA. *Meri bellatores gignuntur, quas hic prægnantes fecit,*
Et pueri annos octingentos 3 *qui viuunt.* MI. *væ tibi nugator.*
P. *Quin mille annorum perpetuò viuunt, ab seculo ad seclum.*
PA. *Eo minus dixi, ne hæc censeret me aduorsum se mentiri.*
M. *Perij, quot hic annos viuet, cuius filij tam diu viuunt?*
P. *Postriduo natus sum* 4 *ego mulier, quàm Iuppiter ex Ope natus est.*
PA. *St hic pridie natus foret, quàm ille est, hic haberet regnum in cœlo.*
MI. *Iamiam sat amabo est. sinite abeam, si possum, viua à vobis.*
PA. *Quin ergo abis quando responsum est.* MI. *ibo, illam huc adducam,*
Quam propter opera est mihi. nunquid vis? P. *ne magis sum pulcer quam sum,*
Ita me mea forma sollicitum habet. PA. *quid hic nunc stas, quin abis?* MI. *abeo.*
PA. *Atque adeò audin' tu, dicito doctè & cordatè.* MI. 5 *cura aliud.*
PA. *Philocomasio dic si est hic, domum vt transeat, hunc hic esse.*
MI. *Hic cum mea est hera, clam nostrum hunc* 6 *illæ sermonem sublegerunt.*
PA. *Lepidè factum est, iam ex sermone hoc gubernabunt doctus porrò*
Remorare. MI. *abeo, neque te moror, neque te tango, neque te teneo.*
PY. *Iube* 7 *maturatè illam exire huc, iam nos isti rei prævortemur.*

Quo pacto id fieri possit clementissimè.
Aurum atque vestem omnem muliebrem habeat sibi.
Quæ illi instruxisti, sumat, habeat, auferat.
Dicásque tempus maximum esse, vt eat domum,
Sororem geminam adesse, & matrem dicito,
1 *Quibuscum comitata rectè deueniat domum.*
PY. *Qui tu scis eas adesse?* P. *quia oculis meis*
Vidi hic sororem esse eius. PY. *conuenitne eam?*
PAL. *Conuenit.* P. *ecquid fortis visa est?* P. 2 *omnia vis:*
Opinare. P. *vbi matrem esse aiebat soror?*
P. *Cubare in naui lippam, atque oculis turgidis*
Nauclerus dixit, qui illas aduexit mihi.
P. *Is ad quos nauclerus hospitio* 3 *diuortitur?*
PAL. *Quid vis?* P. *ecquid fortis?* PA. *abi sis hinc, nam tu quidem*
4 *Æquè fuisti scitus admissarius,*
Qui consectare æquè 5 *marésque & fœminas.*
P. *Hoc age nunc istuc, quod das consilium mihi?*
6 *Tecum illa verba facere de ista re volo.*
Nam 7 *cum illa sanè congruit sermo tibi.*
PA. *Quin potius quom tute ades, tuam rem tute agas.*
Dicas vxorem tibi necessum esse ducere,
Cognatos persuadere, amicos cogere.
P. *Itáne* 8 *tu censes?* PAL. *quid ego ni ita censeam?*
P. *Ibo igitur* 9 *intrò, tu hic ante ædis interim*
Speculare, vt vbi illæc prodeat, me prouoces.
P. *Tu modò istuc cura, quod agis.* P. *curatum id quidem est.*
Quin si voluntate nolet, vt extrudam 10 *foris.*
P. *Istuc caue faxis. quin potius per gratiam*
Bonam abeat abs te, atque illæc quæ dixi dato.
Aurum, ornamentaq; quæ illi instruxisti ferat.
P. *Cupio hercle* PAL. *credo te facile impetrassere.*
Sed abi intrò, noli stare. P. *tibi sum obediens.*
P. *Nunquid videtur demutare, atque vti ego*
Dixi esse vobis dudum, hunc mœchum militem?
Nunc ad me vt veniat vsu'st Acroteleutium,
Ancilluláque eius & Pleusides. Proh Iuppiter
11 *Satine vt commoditas vsquequaque me adiuuat.*
Nam quos videre exoptabam me maximè,
Vnà exeuntis video hinc è proximo.

PYRGOPOLINICES, PALÆSTRIO.

PY. *Quid mihi nunc autor es, vt sciam Palæstrio,*
1 *De concubina? nam nullo pacto potest*
Prius hæc in ædeis recipi, quàm illam omiserim.
PA. *Quid me consultas, quid* 8 *agam? dixi equidem tibi,*

1 L. Quom. 2 *al.* mi adm.
3 *Expunge* qui. 4 *Expunge* ego.
5 *Lips. ex vet. cod.* vt cor ei saliat. 6 *Expunge* illæc.
7 *L.* maturare illam exire huc, iam isti rei pr.
8 *Vulg.* agas? *fortasse non male L.*

ACROTELEVTIVM, MILPHIDIPPA, PLEVSIDES, PALÆSTRIO.

A. *Sequimini, simul circumspicite, ne quis adsit arbiter.*

1 *Lamb. malit.* Quibus comitata.
2 *L.* omnia Vis obtinere.
3 *L.* deuortitur? 4 L. Ad equas f.
5 L. mares & f. 6 *Lips. ita restituit:* consectare quà fœminas. 7 L. PA. Tecum gl. cum alio agere sanè conferuo liceat tibi, Qui potius, quam tu. sed enim in tuam. 8 *L.* me tu'c. 9 L. foras.
10 *L.* Satin'

MI. *Neminem pol video, nisi hunc quem volumus conuentum. PA. & ego vos.*
MI. *Quid agis noster architecte? PA. egóne architectus? vah. MI. quid est?*
PA. Qui enim non sum dignus prate, vt figam palum in partetem?
A. Eia verò. PA. nimis facetè nimisque facundè mala est,
Vt lepidè 1 *deruncinauit militem? A. at etiam parum.*
PA. Bono animo es: negocium omne iam succedit sub manus.
Vos modò porrò vt occœpistis, date operam 2 *amicabilem.*
Nam ipse miles concubinam intrò abiit oratum suam,
Ab se 3 *abeat cum sorore & matre Athenas. A. eu probè.*
PA. Quin etiam aurum atque ornamenta quæ ipse instruxit, mulieri
Omnia dat dono, se vt habeat: ita ego consilium ei dedi.
PL. Facilè istuc quidem est, si & illa volt, & ille autem cupit.
PA. Non tu scis cum ex alto puteo sursum ad summum ascenderis,
Maximum periculum inde esse ab summo, ne rursum cadas?
Nunc hæc res apud summum puteum geritur. si præsenserit
Miles, nihil hinc ferri poterit, huius nunc quàm maximè
Opus est dolis. PL. domi esse ad eam rem video salis satis,
Mulieres tres, quartus tute es, quintus ego, sextus senex.
PA. 4 *Quot apud nos* 5 *fallaciarum est excitum' certò scio*
Oppidum quoduis videtur posse expugnari dolis.
Date modò operam. ACR. id nos ad te, tu si quid velles, venimus.
P. Lepidè facitis. nunc hoc tibi ego in hac impero prouincia.
AC. Imperabis imperator, quod ego potero, quod voles.
P. Militem lepidè & facetè & lautè ludificarier
Volo. AC. voluptatem me castor mihi imperas.
P. & scin' quemadmodum?
AC. Nempe vt assimulem me amore istius differri. PA. rem tenes.
AC. Quasique istius causa amoris ex hoc matrimonio
Abierim cupiens istius 6 *omen nuptiarum* 7 *ordinis.*
P. Nisi modò vnum hoc, hasce etiam edis dicas dotalis tuas.

1 L. detruncauit. 2 *Lips.* adiutabilem.
3 L. vt abeat. 4 *L.* Quod.
5 L. fallaciarum'st esse exc. 6 *L.* summè.
7 *Lips. emendat* ordium *antiquè pro exordium.*

Hinc senem abs te abiisse, postquàm feceris 1 *di-* 1185
uortium,
Ne ille mox vereatur introire in alienam domum.
AC. *Bene mones. P. sed vbi ille exierit intus, istuc te procul*
Ita volo assimulare, præ illius forma, quasi spernas tuam,
Quasiq; eius opulentitatem reuereare, & simul
Formam amœnitatis, illius faciem, pulchritudi- 1190
nem
Collaudato. satin' præceptum'st? AC. teneo. satin' est, si tibi
Meum opus ita dabo expolitum, vt improbare non queas?
P. *Sat habeo, nunc tibi ausculta quæ imperabo.*
PL. *dicito.*
P. *Quàm extemplò erit factum, vt intrò hæc abierit, tu illico*
Facito vt venias ornatus 2 *huc ornatu naucle-* 1195
rico,
Causiam habeas ferrugineam, 3 *culcitram ob oculos laneam,*
Palliolum habeas ferrugineum: nam is colos thalassicu'st:
Id erit connexum in humero læuo expapillate brachio
Præcinctus: atque assimulato quasi gubernator sies.
Atque apud hunc senem omnia hæc sunt: nam 1200
is piscatores habet.
PL. *Quid? vbi ero exornatus, quin tu dicis quid facturus sim?*
PA. *Huc venito, & matris verbis Philocomasium* 4 *accersito.*
Vt si itura est Athenas, eat tecũ ad portum citò,
Atque vt 5 *iubeas ferri in nauim, si quid imponi velit:*
Nisi eat, te sõluturum esse nauim, ventum ope- 1205
ram dare.
PL. *Satis placet pictura, perge.* PA. *ille extemplò illam hortabitur*
Vt eat, vt properet, ne sit matri moræ. PL. *multimodis sapis.*
PA. *Ego illi dicam, vt me adiutorem, qui onus feram ad portum, roget.*
Ille iubebit me ire cum illa ad portum, ego adeò vt tu scias,
Prorsus Athenas protinus abibo tecum. PL. *at-* 1210
que vbi illò veneris,
Triduum vnum seruire nunquam te quin liber sis, sinam.
PA. *Abi citò, atque orna te.* PA. *nunquid aliud?*
PA. *hæc vt memineris.*
PL. *Abeo.* PA. *& vos abite hinc intrò actutum. nam illum hinc sat scio*
Iam exiturum esse intus. AC. *celebre apud nos imperium tuum est.*

1 L. deuortium. 2 *Expunge* huc. 3 L. culcitam.
4 L. arcessito. 5 L. iubeat.

PA. *Agite, abscedite ergo: ecce autem* 1 *commodùm aperitur foris,*
Hilarus exit, impetrauit, inhiat quod nusquam est miser.

PYRGOPOLINICES, PALÆSTRIO.

PY. *Quod volui, vt volo impetraui, per amicitiam & gratiam*
A Philocomasio. P. *quidnam* 2 *tam intus fuisse dicam diu?*
PY. *Nunquam ego me tam sensi amari, quàm* 3 *nunc ab illa muliere.*
PA. *Quid iam?* PY. *vt multa verba fecit, vt lenta materies fuit?*
Verùm postremò impetraui vt volui, donauiq; ei Quæ voluit. quæ postulauit, te quoq; ei dono dedi.
PAL. *Etiam me? quomodo ego viuam sine te?* P. *age, es bono animo.*
Idem ego te liberabo. nam si posset vllo modo.
Impetrari 4 *ne te abduceret, operam dedi,*
Verùm oppressit. P. 5 *deos sperabo, téque* 6 *postremò tamen*
Etsi istuc mihi acerbum'st, quia hero te carendum est optimo,
Saltem 7 *id volupe est, cum ex virtute formæ euenit tibi*
Mea opera super hac vicina, quam ego nunc cõcilio tibi.
PY. *Quid* 8 *opus verbis? libertatem tibi ego & diuitias dabo,*
Si impetras. PA. *reddam impetratum.* P. *at gestio.* PAL. *at modice decet*
Moderare animo, ne sis cupidus. sed eccam ipsam, egreditur foras.

MILPHIDIPPA, ACROTELEVTIVM, PYRGOPOLINICES, PALÆSTRIO.

MI. *Hera eccum præsto militem.* A. *vbi is est?* MI. *ad lævam.* A. *video.*
MI. *Aspicito limis oculis, ne ille nos se videre sentiat.*
A. *Video.* MI. *adepol nunc nos tempus est malas, peiores fieri.*
A. Tuum est principium, obsecro tute ipsum conuenisti.
Ne parce voci vt audiat. MI. 9 *eum ipsum pol sum secuta,*
Placidè ipsa vt libitum est mihi, ociosè meo arbitratu, vt volui.
PY. *Audin quæ loquitur?* PA. *audio, quàm læta est: quia adit ad te.*
MI. *O fortunata mulier.* PY. *vt amari videor.*

1 L. eommodò,
2 L. te intu' fuisse tam dicam diu?
3 L. num 4 L. vt abiret, ne te a.
5 L. sperabo deos 6 L. postremò tamen.
7 L. mihi voluptas est 8 L. opu'st.
9 L. cum ipso pol sum locuta & ita Lips.

PAL. dignus es.
AC. Permirum ecastor prædicas, te adisse atque exorasse.
Per epistolam, aut per nuncium, quasi regem adiri eum aiunt.
M. Namque adepol vix fuit copia adeundi, atque impetrandi.
PA. Vt tu 1 *inclitus apud mulieres?* PY. *patiar quando ita Venus vult.*
AC. Veneri pol habeo gratiam, tandémque & oro & quæso,
Vt eius mihi sit copia quem amo, quémque expetisso:
Benignúsque erga me vt siet, quod cupiam ne grauetur.
MI. *Spero ita futurum, quanquam illum multæ sibi expetiissunt,*
Ille illas spernit, segregátque ab se, omnis, extra te vnam.
AC. Ergo iste metus me macerat, quòd ille fastidiosu'st,
Ne oculi eius sententiam mutent, vbi viderit me. (spernat.
Atque eius elegantia meam extemplo speciem
MI. Non faciet, bonum animum modò habeto.
PY. *vt ipsa se contemnit:*
A. Metuo ne prædicatio tua nunc meam formam exuperet.
MI. *Istuc curaui, vt opinione illius pulchriori sies.*
A. Si pol me ducere volet vxorem, genua amplectar,
Atque obsecrabo aliquo modo: si impetrare non quibo,
Conscisam letum, viuere sine illo scio me non posse.
PY. *Prohibendam mortem* 3 *huic mulieri video, mulierem adibon?* PA. *minimè.*
Nam tu te vilem feceris, si te vltrò 4 *largibere.*
Sine vltrò veniat, quæritet, desideret, te expectet.
5 *Summouere istam vis gloriam quam habes? caue sis faxis.*
Nam nulli mortali scio obtigisse hoc nisi duobus,
Tibi & Phaoni Lesbio, tam miserè vt amarentur.
A. Eo intrò, abi, tu illum euocato foras mea Milphidippa.
MI. *Immò operiamur, dum exeat aliquis. A. durare nequeo,*
Quin eam intrò. MI. *occlusæ sunt fores. A. effringam.* MI. *sana non es,* 6 *simula inquam.*
AC. Si amauit vnquam, aut si parem sapientiam hic habet ac formam,
Per amorem si quid fecero, clementi animo mihi ignoscet.
PA. *Vt quæso amore perdita est hæc misera?*

1 L. inclutus.
2 L. fis. 3 L. si non quibo imp. 4 Expunge huic
5 L. largière.
6 L. Si non perdere istam vis gl.
7 Expunge hæc verba simula inquam.

PYR. *mu-*

PYR. *mutuum sit.*
PA. *Tace ne audiat.* MI. *quid astitisti obstupida? cur non pultas?*
AC. Quia non est intus, quem ego volo. P. *qui scis? AC. scio ædepol facio,*
Nam odorem nasus sentiat, si intus siet. PY. *ariolatur*
Quia me amat, propterea Venus fecit eam vt diuinaret.
AC. Nescio vbi hic propè adest, quem expeto videre, olet profectò.
P. *Naso pol iam hæc quidem videt plus, quam oculis* PA. *cæca 1 hercle est.*
AC. Tene me obsecro. MI. *cur? AC. ne cadam.* MI. *quid ita? A. quia hic astare*
Nequeo, ita animus per oculos meos defit. MI. *militem pol*
Tu aspexisti. A. ita. MI. *non video. vbi est. A. videres pol si amares.*
MI. *Non ædepol tu illum magis amas, quàm egomet, si per te liceat.*
PA. *Omnes profectò mulieres te amant, vt quæque aspexit*
PYR. *Nescio tun' ex me hoc audieris an non, nepos sum Veneris.*
A. Mea Milphidippa, adi obsecro & congredere. P *vt me veretur?*
P. *Illa ad nos pergit.* MI. *vos ego volo.* PY. *& nos te* MI. *vt iussisti,*
Heram meam eduxi foras. P. *video.* MI. *iube ergo adire.*
PYR. *Induxi animum ne oderim item vt aliàs, quando hoc orasti.*
MI. *Verbum hercle facere non potis, si accesserit propè ad te,*
Dum te obtuetur, interim 2 lingua, atque oculi perierunt.
P. *Leuandum morbum mulieri video.* MI. *viden' vt tremit atque extimuit,*
Postquam te aspexit? P. *viri quoque armati idem istuc faciunt, iube domum ire.*
MI. *Ne tu mirere melius mulierem.* P. *sed quid vult me facere?*
MI. 2 *Ad se vt eas, tecum viuere volt, atque ætatem exigere.*
P. *Egon' ad illam eam, quæ nupta sit? 4 virum eius metuere æquum est.*
MI. *Quin tua caussa exegit virum à se.* P. *quid? qui id facere potuit?*
MI. *Quia ædes dotales huius sunt.* P. *Itáne?* MI. *ita pol.* P. *iube domum ire.*
Iam ego illic ero. MI. *vide ne sis in expectatione,*
Ne illam animi excrucies. P. *non ero profectò. abite.* MI. *abimus.*
P. *Sed quid ego video?* PA. *quid vides?* P. *nescio quis eccum incedit.*
Ornatu quidem thalassico. PA. *iam nos volt hic profectò,*
Nauclerus est hic quidem, videlicet 1 accersit hanc hinc credo.

1 L. certè est. 2 *Lips. ex v. c.* linguam oculi præciderunt. 3 L. Adsedeas, 4 L. vir eius est metuendus.

PLEVSIDES, PALÆSTRIO, PYRGOP.

SI alium alio pacto propter amorem nesciam
Fecisse multa nequiter, verear magis
Me amoris caussa istoc ornatu incedere.
Verùm cum multos multa admisse acceperim,
2 Inhonesta propter amorem, atque 3 aliena à bonis.
Mitto iam, vt occidit Achilles, quid passus est?
Sed eccum Palæstrionem, stat cum milite:
Oratio aliò mihi demutanda est mea.
Mulier profectò nata est ex ipsa mora.
Nam quæuis alia, quæ mora est æquè mora.
Minor ea videtur, quam quæ propter mulierẽ est.
Hoc adeo fieri credo consuetudine.
Nam ego hanc 4 accerso Philocomasium. sed fores
Pultabo. Heus ecquis hic est? PA. *adolescens quid est?*
Quid tu ais? quid pultas? PL. *Philocomasium quærito,*
A matre illius venio, si itura est, eat,
Omnis moratur, nauim cupimus 5 absoluere.
P. Iamdudum res parata est. Heus Palæstrio
Aurum, ornamenta, vestem pretiosam omnem ferat.
Duc adiutores tecum ad nauim qui ferant.
Omnia composita sunt, quæ donari auferat.
PA. *Eo.* PL. *quæso hercle propera.* P. *non morabitur,*
Quid istuc quæso, quid oculo factum est tuo?
PL. *Habeo quidem hercle oculum.* P. *at læuum dico.* PL. *eloquar.*
Moris caussa hercle istoc ego oculo vtor minus.
Nam si 6 amare abstinuissem, tanquam hoc vterer,
Sed nimis morantur me diu. P. *eccos exeunt.*

1 L. arcessi. 2 L. Inhonestum. 3 L. alienum. 4 L. arcesso. 5 L. soluere. 6 L. *ex Mureto* à mare. 7 L. ni fleam? 8 L. intus iubes.

PALÆSTRIO, PHILOCOMASIVM, PLEVSIDES, PYRGOPOLINICES.

QVid modi flendo quæso hodie facies? PA. quid ego 7 ne fleam.
Vbi pulcherrimè egi ætatem, inde abeo. PA. viden' hominem tibi
Qui à matre & sorore venit? PH. video. P. audistin' Palæstrio?
PA. Quid vis? P. quin tu 8 iubes efferri omnia, quæ isti dedi?
PL. Philocomasium salue. PH. & tu salue. PL. matérque & soror
Tibi salutem me iusserunt dicere. PH. salua sient.

P. *Orant te vt eas, ventus operam dum dat, vt velum explicent.*
Nam matri oculi si valerent, mecum venisset simul.
PH. *Ibo, quanquam inuita facio* [1] *omnia, pietas sic* [2] *cohibet.* P. *sapis.*
P. *Si non mecum ætatem egisset, hodie stulta viueret.*
PH. *Istuc crucior, à viro me tali abalienarier.*
Nam tu quamuis potus es facere vti fluat facetiis,
Et quia tecum eram, propterea animo eram ferocior,
Eam nobilitatem amittendam video. P. *nimium hæc flet.* PH. *nequeo,*
Cùm te video. PA. *habe bonum animum, scio ego, & quid doleat mihi.*
Nam nihil miror, si libenter Philocomasium hic eras.
Forma huius, mores, virtus, animum attinuere hic tuum,
Quom ego seruos, quando aspicio hunc, fleo, quia diiungimur.
PH. *Obsecro licet complecti priusquam* [3] *proficiscor?* P. *licet.*
PH. *O mei oculi, ô anime mi.* PA. *obsecro* [4] *mitte mulierem,*
Ne affligatur. P. *quid istuc?* PA. *postquam abs te abit animo malè*
Factum est huic repentè miseræ. P. *accurrite intro, atque afferte aquam.*
PA. *Nihil aquam moror.* P. *cur?* PA. *malo* [5] *ne ipse interueneris,*
Quæso dum resipiscit, capita inter se nimis nexa [6] *hic habent:*
Non placet, labra & labella inter se [7] *ferunt admodum.*
PL. *Tentabam spiraret an non,* [8] *aut eam ad nos iam oportuit,*
Sin' magis vis ambos mittam. [9] P. *nolo retineat.*
PL. *flet miser.*
P. *Exite, atque efferte huc intus omnia, quæ isti dedi.*
PA. *Etiam nunc saluto te familiaris, priusquam eo,*
Conserui, conseruæq; omnes, bene valete, & viuite,
Bene quæso inter vos dicatis, & mihi absenti tamen.
P. *Age Palæstrio, bono animo es.* PA. *heu nequeo quin fleam,*
Quum abs te abeam. P. *fer æquo animo.* PA. [10] *scio quid doleat mihi.*
PH. *Sed quid hoc? quæ res est? quid video? lux salue.*
PL. *Iam resipisti?* PH. *obsecro quàm amplexa sum*
Hominem? perij, sumne egò apud me? PL. *ne timeas voluptas mea.*
P. *Quid istuc negotij?* PA. *animus hanc modò hic reliquerat:*
Metuóque & timeo, ne hoc tandem [1] *palàm fiat nimis.*
P. *Quid id est?* PA. *nos* [2] *secùdum ferre nunc per vrbem hæc omnia,*
Ne quis tibi hoc vicio vortat. P. *mea, non illorum dedi,*
Parui ego illos facio: agite, ite cum diis bene volentibus.
PA. *Tua ego hoc caussa dico.* P. *credo.* PA. *iã vale.* P. *& tu bene vale.*
PA. *Ite citò, iam ego assequar vos. cum hero pauca etiam loquar.*
Quanquam alios fidelioris semper habuisti tibi,
[3] *Tamen tibi habeo magnam gratiam rerum omnium:*
Et si ita sententia esset, tibi seruire mauelim
Multo, quàm alij libertus esse. P. *habe bonum animum.* PA. *haud mihi,*
Cum venit in mentem, vt mores mihi mutandi sient,
Muliebres mores discendi, obliuiscendi [4] *tui.*
P. *Fac sis frugi.* PA. *iam non possum, amisi omnẽ lubidinem.*
P. *I, sequere illos, ne morêre.* PA. *bene vale.* P. *& tu bene vale.*
PA. *Quæso vt memineris, si fortè liber fieri occœperim,*
Mittam nuncium ad te, ne me deseras. P. *non est meum.*
PA. *Cogitato idẽtidem tibi quàm fidelis fuerim,*
Si id facies, tum demum [5] *scibis tibi qui bonus sit, qui malus.*
P. *Scio & perspexi sæpe, verùm cum antehac, tum hodie maxime.*
P. *Scis, immò hodie verum factum faxo pòst dices magis.*
P. *Vix reprimor, quin te manere iubeam.* P. [6] *caue istuc feceris.*
Dicent te mendacem, nec verum esse, fide nulla esse te,
Dicant seruorum præter me esse fidelem neminem.
Nam si honestè censeam te facere posse, suadeam:
Verùm non potest, caue faxis. P. *abi: iam patiar quicquid est.*
P. *Bene vale igitur.* P. *ire melius est strenuè.*
PA. *etiam nunc vale.*
P. *Ante hoc factum hunc sum arbitratus semper seruum pessimum,*
Eum fidelem mihi esse inuenio, cum egom. et mecum cogito,

1 *Expunge* omnia. 2 L. cogit 3 L. proficisco?
4 *L.* retine mul. 5 *L.* merumne ip. 6 *L.* hice h.
7 *L.* firmant. 8 L. at eam. 9 L. PA. nolo retineat: fleo m. 10 *L.* scio ego q.

1 L. propalam. 2 L. palàm sic ferre.
3 L. Quàm me, tamen tibi.
4 L. stratiotici. 5 L. sciuistis qui.
6 L. caue faxis.

Stultè

Stultè feci, qui hunc amisi, ibo nunc intrò nũc iã
Ad amoris meos. [1] *& sensi hinc, sonitum fecerunt*
fores.

PVER, PYRGOPOLINICES.

NE me moneatis, memini ego officiũ meum.
Ego iam conueniam illunc, vbi vbi est gentium
Inuestigabo, operæ ego non parcam meæ.
P. *Me quærit illic, ibo huic puero obuiam.*
PV. *Ehem te quæro. Salue vir lepidissime,*
Cumulate commoditate præter ceteros,
Duo di quem curant. P. *qui duo?* PV. *Mars & Venus.*
P. *Facetum puerum.* PV. *intrò te vt eas* [2] *illa obsecrat.*
Te volt, quærit, téque expectans deperit.
Amanti fer opem. quid stas? quin intrò is? P. *eo.*
PV. *Ipsus illic sese iam impediuit in plagas.*
Paratæ insidiæ sunt, namque in statione stat [3] *senex,*
Vt adoriatur mœchum, qui forma est ferox:
Qui omnis se amare credit, [4] *quæque aspexerit*
Mulier: eum odere tam viri, quàm mulieres.
Nunc in tumultum ibo, intus clamorem audio.

ACTVS V.

PERIPLECTOMENES, PYRGOPOLINICES, COCVS, CARIO, SCELEDRVS.

DVcite istum: si nõ sequitur, rapite sublimem foras.
Facite inter terram atque cœlum vt medius sit: discindite.
P. *Obsecro hercle Periplectomene te.* PE. *nequicquam hercle obsecras:*
Vide istic tibi sit acutus Cario culter probè.
CA. *Quin iamdudum gestio, mœcho hoc abdomen adimere,*
Vt faciam quasi in puero in collo pendeant crepundia.
P. *Perij.* PA. *haud etiam numerò hoc dicis. Iámne in hominem inuolo?*
PE. *Immò etiam prius verberetur fustibus.* CA. *multum quidem. P. perij.*
PE. *Cur es ausus subagitare alienam vxorẽ impudens?*
P. *Ita me dij ament, vltrò ventum est ad me.*
PER. *mentitur,* [5] *feri.*
P. *Mane dum narro.* PE. *quid cessatis? P. non licet mihi dicere?*
PE. *Dic. P. oratus sum ad te venire huc.* PE. *quare* [6] *ausus? hem tibi.*
P. *Hodie sum satis verberatus, obsecro. CA. quàm mox seco?*
PE. *Vbi lubet,* [8] *distendite hominem diuorsum, &*

[1] L. etiam sensi. [2] *Expunge* illa. [3] L. in statu stat senex. [4] L. quæquæ. [5] *Expunge* feri. [6] L. ausu's? [7] *al.* en tibi. [8] L. dispendite.

[1] *dispendite.*
P. *Obsecro hercle te, vt mea verba audias, priusquam secer.*
PE. *Loquere, nondum nihili factus. P. viduam esse censui:*
Itaq; ancilla conciliatrix quæ erat dicebat mihi.
PE. *Iura te non nociturum esse* [2] *hominem nunc de hac re* [3] *neminem,*
Quòd tu hodie hic es verberatus, aut quòd verberabere:
Si te saluum mittimus hinc Veneriũ nepotulum.
P. *Iuro per Dionem & Martem, me nociturum* [4] *neminem,*
Quòd ego hic hodie vapularim, iureq; id factum arbitror:
Et si intestatus non abeo hinc, bene agitur pro noxia.
PE. *Quid si id non faxis? P. vt viuam semper intestabilis.*
CA. *Verberetur etiam, pòst tibi amittendum censeo.*
P. *Dij tibi bene faciant semper, cum aduocatus mihi bene es.*
CA. *Ergo des minam auri nobis. P. quamobrem?*
CA. *saluis testibus,*
[5] *Vt te hodie hinc amittamus, Venerium nepotulum.*
[6] P. *dabitur.* CA. *magis sapis.*
De tunica & chlamide & machæra, ne quid spectres, non feres.
Verberóne etiam [7] *antequam mittis? P. mitis sum equidem fustibus,*
Obsecro vos. PE. *soluite istum. P. gratiam iam habeo tibi.*
PE. *Si posthac* [8] *prehendero, ego te hic arcebo testibus.*
P. *Caussam haud dico.* PE. *eamus intrò Cario. P. seruos meos*
Eccos video. Philocomasium iam profecta est? dic mihi.
SCE. *Iam dudum. P. hei mihi.* SCE. *magis dicas, si scias quod ego scio.*
Nanque ille qui lanã ob oculum habebat, nauta non erat.
P. *Quis erat igitur?* SCE. *Philocomasio amator. P. qui tu scis?* SCE. *scio,*
Nam postquam exierunt porta, nihil cessarunt illico
Osculari atque amplexari inter se. P. væ misero mihi.
Verba mihi data esse video. scelus [9] *vir Palæstrio,*
Is me in hanc illexit fraudẽ, iure factum iudico.
Si sic aliis mœchis fiat, minus hic mœchorũ [10] *fiet.*
Magis metuant, minus has res studeant. Eamus ad me. Plaudite.

[1] L. distendite. [2] L. homini. [3] L. nemini. [4] L. nemini. [5] L. Vt nos ce. [6] L. Aliter hinc à nobis ne sis frustra. PY. dab. [7] L. priusquam. [8] L. te reprehendero, ego ted hic. [9] L. viri. [10] L. fiet.

MERCATOR.

DRAMATIS PERSONAE.

CHARINVS *adolescens.*
ACANTHIO *seruos.*
DEMIPHO *senex.*
LYSIMACHVS *senex.*
Lorarij.
PERISTRATA *vxor.*
EVTYCHVS *adolescens.*
PASYCOMPSA *meretrix.*
DORIPPA *vxor.*
SYRA *anus, serua.*
COCVS.
LYCISSA *ancilla.*

ARGVMENTVM.

MISSVS *mercatum ab suo adolescens patre,*
Emit, atque apportat scita forma mulierem.
Requirit quæ sit, postquam eam vidit senex.
Confingit seruus emptam matri pedissequam.
Amat senex hanc, séque adsimulans vendere,
Tradit vicino. eum putat vxor illius
Obduxisse sibi scortum. tum Charinum ex fuga
Retrahit sodalis postquam amicam inuenerat.

ALIVD ARGVMENTVM.

MErcatum[2] *à se dum filium extrudit pater,*
Is peregrè[3] *militis redimit ancillam hospitis*
Amore captus, vt[4] *vehit, naui exilit.*
Pater aduolat, visámque ancillam deperit,
Cuius sit percontatur, seruus pedissequam
Ab adolescente, ait matri emptam esse ipsius.
Senex sibi prospiciens vt amico suo
Veniret, natum orabat. natus vt suo
Hic filium subdiderat vicini, pater
Vicinum. præmercatur ancillam senex.
Eam domi deprehensam coniux illius
Vicini scortum insimulat, protelat virum.
Mercator expes patria fugere destinat.
Prohibetur à sodale, qui patrem illius
Orat, suo cum patre nato vt cederet.

ACTVS I.

PROLOGVS.

CHARINVS.

DVas res simul nunc agere decretum est mihi,
Et argumentum & meos amores eloquar.
Non ego[5] *idem facio, vt alios in comœdiis*
Vidi facere amatores, qui aut nocti, aut die,
Aut soli, aut lunæ, miserias narrant suas.
Quos pol ego credo humanas querimonias
Non tanti fecere, quid velint, quid non velint,
Vobis narrabo potius meas nunc miserias.
Græce hæc vocatur Emporos Philemonis,
Eadem Latinè Mercator Marci Accij.
Pater ad mercatum hinc me meus misit Rhodum.
Biennium iam factum est, postquam abij domo:
Amare occœpi forma eximia mulierem.
Sed ea, vt sim implicitus dicam, si opera est auribus,
Atque ad aduertendum animum adest benignitas:
[1]*Et hoc parum etiam more maiorum institi.*
Per me ea percontatus[2] *sum vos, súmque index illico,*
Nam amorem hæc cuncta vitia sectari solent,
Cura, ægritudo, nimiáque elegantia.
Hæc non illum modo qui amat, sed[3] *quenque attigit,*
Magno atque solido multat infortunio.
Nec pol profectò quisquam sine grandi malo,
Præquàm res patitur, studuit elegantiæ.
Sed amori accedunt etiam hæc quæ dixi minus,
Insomnia, ærumna, error, terror, & fuga,
Ineptiæ, stultitiáq; adeò & temeritas,
Incogitantia, excors immodestia,
Petulantia, cupiditas & maleuolentia:
Inhæret etiam auiditas, desidia, iniuria,
Inopia, contumelia, & dispendium,
Multiloquium, pauciloquium. hoc ideo fit, quia
Quæ nihil attingunt ad rem, nec sunt vsui, hæc
Amator profert sæpe aduorso tempore.
Hoc pauciloquium rursum iccirco prædico,
Quia nullus vnquam amator adeo'st callidè
Facundus, quæ in rem sint suam, vt possit loqui.
Nunc vos mihi irasci ob multiloquium nõ decet.
[4]*Eodem quo amorẽ Venus mihi hoc legauit die,*
Illuc reuerti certum, vt[5] *conata eloquar.*
Principio[6] *atque animus*[7] *ephebis ætate exiit,*
Atque animus studio amotus puerili est meus,

1 L. mercater. 2 L. an socium fil. 3 L. vnius red. 4 L. venit. 5 L. item.

1 L. Neque hæc pernosse morem. 2 L. sum, si neque indice aliquo. 3 L. quenquem 4 *Ios. Scal. hunc versum sic legendum putat.* Eodem, quo amor, & Venus, me hoc legarunt die. *à quo dissentit Lambinus.* 5 *Lamb. malit legi cum Camerario* inchoata. 6 L. vt anim. 7 L. *fortasse legendum* ephebi

Amare

Amare validè cœpi hic meretricem, illico
Res exulatum ad illam abibat iam patris.
Leno importunus dominus eius mulieris,
Vi summa quicque vt poterat rapiebat domum.
Obiurgare pater hæc me noctes & dies,
Perfidiam, iniustitiam lenonum expromere?
Lacerari validè suam rem, illius augerier.
Summo hæc clamore, interdum 1 *mihi se colloqui,*
Abnuere, negitare adeò me natum suum.
Conclamitare tota vrbe & prædicere,
Omnes tenerent 2 *mutuitanti credere.*
Amorem multos illexe in dispendium.
Intemperantem, non modestum, iniurium,
Trahere, exhaurire me quod quirem ab se domo.
Rationem pessumam esse, ea quæ ipsus optuma
Omnes labores inuenisset 3 *perferos,*
Amoris vi diffunditari, ac detert.
4 *Conuicium tot me annos iam* 5 *si pasceret,*
Quod nisi puderet, ne luberet viuere.
Sese extemplo ex ephebis postquam excesserit,
Non vt ego amori, neque desidiæ in otio
Operam dedisse, neque potestatem sibi
Fuisse, adeo arctè cohibitum esse se à patre.
Multo opere immundo rustico se exercitum.
6 *Neque nisi quinto quoque anno* 7 *posse tum visere*
Vrbem, atque extemplò inde vt spectauisset 7 *poplum,*
Rus rursum confestim exigi solitum à patre,
Ibi multo primum 8 *sese familiarium*
Laborauisse, quom hæc pater sibi diceret:
Tibi aras, tibi occas, tibi seris, tibi eidem metis,
Tibi denique iste pariet lætitiam labos.
Postquam 9 *recessit vita patrio corpore,*
Agrum se vendidisse, atque ea pecunia
Nauim metretas quæ trecentis tolleret,
Parasse atque 10 *ea semper eis vectatum vndique.*
Adeò dum quæsum 11 *haberet peperisset bona.*
Me idem decere, si, vt deceret me, iorem.
Ego me vbi inuisum meo patri esse intelligo,
Atque odio, me quoi placere æquum fuit,
Amens amánsque vtut animum offirmo meum.
Dico esse iturum me mercatum si velit:
Amorem missum facere me, dum illi obsequar.
Agit gratias mihi, atque ingenium allaudat meum.
Sed mea promissa non neglexit persequi.
Ædificat nauim cercurum, & merces emit.
Parata naui imponit. præterea mihi
Talentum argenti ipsus sua annumerat manu,
Seruum vnà mittit, qui olim à puero paruulo
Mihi pædagogus fuerat, quasi vti mihi foret
Custos, eiisce confectis nauim soluimus:
Rhodum venimus: vbi quas merces vexeram,
Omnes, vt volui, vendidi ex sententia.
Lucrum ingens facto, præterquam mihi meus pater
Dedit æstimatas merces. ita peculium
Conficio grande. sed dum in portu ibi ambulo,
Hospes me quidem agnouit, ad cœnam vocat.
Venio, 1 decumbo, acceptus hilarè atque ampliter.
Discubitum noctu vt imus, ecce ad me aduenit
Mulier, qua mulier alia nulla est pulcrior:
Ea nocte mecum illa hospitis iussu fuit.
Vosmet videte, quàm mihi valde placuerit.
Postridie hospitem adeo, oro vt vendat mihi.
Dico eius pro meritis 2 *gratum me & munè fore.*
Quid verbis opus est? emi, atque aduexi heri.
Eam me aduexisse nolo resciscat pater.
Modo eam reliqui ad portum in naui, & seruolum.
Sed quid currentem seruom à portu conspicor?
Quem naui abire vetui. timeo quid siet.

1 L. mussando. 2 L. nuncuanti. 3 L. perferens.
4 *Suspicatu Lamb. ex coniectura v. c. legendum* Com mulcium. 5 L. sic pascere. 6 L. Nec.
7 L. peplum. 8 L. se fam. 9 L. recesser
10 L. eapse merceis ve. 11 *Lamb. malit legi* facere, 12 L. atque esse od,

1 *fortasse* recumbo. 2 L. gratum & memorem.
3 L. præuerteris.
4 L. emicato suspiritus. 5 L. cùm.

ACANTHIO, CHARINVS.

EX *summis opibus viribus vsque experire, nitere,*
Herus vt minor opera tua tuo seruatur: agedum Acanthio,
Abige abs te lassitudinem, caue pigritiæ 3 *præuortier.*
Simul 4 *enicat me spiritus, vix suffero hercle anhelitum.*
Simul autem plenissimè eos qui aduersum eunt aspellito,
Detrude, deturba in viam. hæc hic disciplina pessima est,
Currenti, properanti, haud quisquam dignum habet decedere.
Ita tres simitu' res agendæ sunt, 5 *quando vnam occœperis.*
Et currendum, & pugnandum, & antè iurgandum est in via.
CH. *Quid illud est, quòd ille tam expeditè exquirit cursuram sibi?*
Cura est, negocij quid sit, aut quid nunciat. AC. *nugas ego,*
Quàm resisto, tam maximè res in periclo vortitur.
CH. *Mali nescio quid nunciat.* AC. *genua hunc cursorem deserunt,*
Perij, seditionem facit lien, occupat præcordia.
Perij: animam nequeo vertere. nimis nihili tibicen siem.
C. *At tu adepol sume laciniam, atque absterge sudorem tibi.*
AC. *Nunquam adepol omnes balneæ mihi hanc lassitudinem eximent,*
Domin' an foris dicam esse herum Charinum?
CH. *ego animi pendeo.*
Quid illud sit negotij, lubet scire, ex hoc metu vt

sim certior.
AC. *At etiam aſto, at etiam ceſſo foribus facere hiſce aſſulas?*
Aperite aliquis, vbi 1 *Charinus herus domin' eſt an foris?*
Num quiſquam adire ad oſtium dignum arbitratur? C. *ecce me*
Acanthio, quem quæris. AC. *nuſquam eſt diſciplina ignauior.*
CH. *Quæ te res* 2 *malè agitant?* AC. *multæ here te atque me.* CH. *quid eſt negotij?*
AC. *Periimus* CH. *principium inimicis dato.*
AC *at tibi ſortitò id obtigit.*
CH. *Loquere id negotij quicquid eſt.* AC. *placidè volo acquieſcere.*
Tua cauſſa rupi ramices, iamdudum ſputo ſanguinem.
CH. *Reſinam ex melle Ægyptiam vorato, ſaluum feceris.*
AC. *At tu edepol calidam picem bibito, ægritudo abſceſſerit.*
CH. *Hominem* 3 *pol iracundiorem, quàm te, noui neminem,*
AC. *At ego* 4 *pol maledicentior, quàm te, noui neminem.*
CH. *Sin' ſaluti quod tibi eſſe cenſeo, id cõſuadeo.*
A. *Apage iſtiuſmodi ſalutem, cum cruciatu quæ aduenit.*
CH. *Dic mihi an boni quid ẽ ſquam eſt, quod quiſquam vti poſſiet*
Sine malo omni, aut ne laborem capias, cum illo vti voles?
A. *Neſcio ego iſtæc, philoſophari nunquam didici, neque ſcio.*
Ego bonum, malum quo accedit, mihi dari haud deſidero.
CH. *Cedò tuam mihi dexteram agedum Acanthio.* A. *en, dabitur, tene.*
CH. *Vin' tu te mihi eſſe obſequentem, an ne vis?*
A. *opera licet*
Experiri, 5 *qua me rupi cauſſa currendo tua,*
Vt quæ ſcirem, ſcire actutum tibi liceret. C. *liberum*
6 *Caput tibi faciam paucos menſes.* A. *palpo percutis.*
CH *Egon' auſim tibi vſquam quicquam facinus falſum proloqui?*
Quin iam priuſquam ſim elocutus ſcis, ſi mentiri volo. A. *ah.*
Laſſitudinem hercle verba tua mihi addunt, enicas?
CH. *Siccine mihi obſequens es?* A. *quid vis faciam?* CH. *tun'? id quod volo.*
A. *Quid eſt igitur quod vis?* CH. *dicam.* A. *dice.*
CH *at enim placidè volo.*
A. *Dormientes ſpectatores metuis ne è ſomno excites.*

1 *L* Carinum ſeruos? domin' 2 *L.* malæ.
3 *L.* ego ir. 4 *Expunge* pol. 5 L. qui.
6 L. Tibi caput faciam paucis pòſt menſeis.

CH. *Væ tibi.* A. *tibi equidem à portu apporto hoc.*
CH. *quid fers? dic mihi.*
A. *Vim, metum, cruciatum, curam, iurgiúmque atque inopiam.*
CH. *Perij, tu quidem theſaurum huc* 1 *mihi apportauiſti mali.*
Nullus ſum. A. *immò es.* CH. *ſcio iam miſerum dices.* A. *tu dixti.* CH. *ergo taces?*
Quid iſtuc eſt mali? A. *ne rogites, maximum infortunium eſt.*
CH. *Obſecro diſſolue iam me, nimis diu animi pendeo.*
A. *Placidè, multa exquirere etiam prius volo quàm vapulem.*
CH. *Hercle verò vapulabis, niſi iam loquere, aut hinc abis.*
A. Hoc ſis vide, vt palpatur, nullus eſt quum occœpit blandior.
CH. *Obſecro hercle, oróque, vt iſtuc quid ſit, actutum indices:*
Quandoquidem mihi ſupplicandum ſeruulo video meo.
AC. Tandem indignus videor. CH. *imò dignus.*
AC. equidem credidi.
C. *Obſecro, num nauis periit? A C. ſalua eſt nauis, ne time.*
CH. *Quid alia armamenta? AC. ſalua & ſana ſunt.* CH. *quin tu expedis*
Quid ſiet, quòd me per vrbem currens quærebas modò.
AC. Tu quidem ex ore orationẽ mihi eripis. 2 *tace.* CH. *taceo.*
A. Credo ſi boni quid ad te nũciem, inſtes acriter:
Qui nunc cum malum audiendum ſt, flagitas me vt eloquar.
C. *Obſecro hercle te iſtuc vti tu mihi malum faciàs palàm.*
A. Eloquar, quandoquidem me oras. tuus pater.
CH. *quid meus pater?*
A. Tuam amicam. C H. *quid eam? AC. vidit.*
CH. *vidit? væ miſero quidem.*
Hoc quidem te interrogo, reſponde. AC. quin tu ſi quid vis roga.
CH. *Qui potuit eam videre? A. oculis.* CH. *quo pacto? A. hiantibus.*
CH. *I hinc hodie directus, nugare in re capitali mea.*
A. Qui malum ego nugor? ſi tibi quod me rogas, reſpondeo.
CH. *Certén' vidit? AC. tam hercle certè, quam ego te ac tu me vides.*
CH. *Vbi eam vidit? A. intus intra nauim, vti* 3 *prora aſtitit.*
Et cum ea confabulatus eſt. C H. *perdidiſti me pater.*
Ehò tu, ehò tu, quin cauiſti ne eam videret, verbero?
Quin ſceleſte abſtrudebas, ne cõſpiceret eam pater?

1 L. mi. 2 L. CH. taceo. AC. tace. Credo.
3 L. propè.

AC.

AC. *Quia negotiosi eramus nos nostris negotiis,*
Armamentis complicandis, componẽdis studuimus.
Dum hæc aguntur, lembo aduehitur tuus pater pauxillulo:
Neque quisquam hominem [1] *conspicatus est, donec in naui super.*
CH. *Nequicquam mare subterfugi sæuis tempestatibus.*
Equidem iam me censebam esse in terra, atque in tuto loco.
Verùm video med ad saxa ferri sæuis fluctibus.
Loquere porrò quid sit actum. AC. *postquam aspexit mulierem,*
Rogitare occœpit cuius esset. CH. *quis respondit?*
AC. *illico*
Occucurri, atque interpello, matri te ancillam tuæ
Emisse illa. CH. *visu'st tibi credere id?* AC. *etiã rogas?*
Sed [2] *ea scelestius subagitare occœpit.* CH. *illáne obsecro?*
AC. *Mirum quin me subagitaret.* CH. *ædepol cor miserum meum,*
Quod guttatim contabescit, quasi in aquam indideris salem.
Perij. AC. *hem istuc vnum verbum dixisti verissimum:*
Stultitia istæc est. CH. *quid faciam cedò, nõ credet pater*
Si illam matri meæ emisse dicam. pòst autem mihi
Scelus videtur, me parenti proloqui mendacium.
Neque ille credet, neque credibile est formæ eximia mulierem
Eam me emisse ancillam matri. AC. *non taces stultissime?*
Credet hercle: nam credebat iam mihi. CH. *metuo miser,*
Ne patrem prehendat vt sit gesta res suspicio.
Hoc quod te rogo, respondè mihi. AC. *quæso quid rogas?*
CH. *Num esse amicam suspicari visus est?* AC. *non visus est.*
Quin quicque vt dicebam, mihi credebat. CH. *verum vt tibi quidem*
Visus est. AC. *non, sed credebat.* CH. *væ mihi misero, nullus sum:*
Sed quid ego hîc in lamentando pereo, ad nauim non eo?
Sequere. AC. *si istac ibis, cõmodùm obuiam venies patri,*
Posteaquam aspiciet te timidum esse atque exanimatum, illico
Retinebit, rogitabit, vnde illam emeris, quanti emeris.
Timidum tentabit te. CH. *hæc ibo potius, iam censes patrem*
Abijsse à portu? AC. *quin ea ego huc præcucurri gratia.*
Ne te opprimeret imprudentem, atque [1] *electaret.*
CH. *optimè.*

[1] L. conspicatu'st. [2] *Dels eam.*

ACTVS II.

DEMIPHO *senex.*

Miris modis dij ludos faciunt hominibus,
Mirisque exemplis somnia in somnis dant. [2]
Velut ego nocte hac quæ præteriit proxima
In somnis egi satis, & fui homo exercitus.
Mercari visus mihi sum formosam capram,
Ei ne noceret, quam domi antè habui capram,
Neu discordarent, si ambo in vno essent loco,
Posterius quàm mercatus fueram, visus sum
In custodiam eam Simiæ concredere.
Ea Simia adeò pòst haud multo ad me venit,
Malè mihi precatur, & facit conuicium:
Ait sese illius opera atque aduentu capræ,
Flagitium & damnum feciss haud mediocriter.
Dicit capram quam dederam seruandam sibi,
Suæ vxoris dotem [3] *ambedisse. oppidò*
Mihi illud videri mirum vt vna illæc capra
Vxoris Simiæ dotem [4] *ambederit.*
Instare factum Simia: atque hoc denique
Respondet, ni properem illam ab sese abducere,
Ad me intrò domum ad vxorem ducturum meam.
Ast non habere cui commendarem capram,
Atque oppidò hercle, bene velle illi visus sum:
Quo magis quid facerem cura cruciabar miser.
Interea ad me hœdus visus est aggredirier,
Insit mihi prædicare, sese ab Simia
Capram abduxisse, & cœpit irridere me.
Ego enim lugere, atque illam abductam [5] *conquiri.*
Hoc quam ad rem credam pertinere somnium,
Nequeo inuenire, nisi capram illam suspicor
Iam me inuenisse quæ sit, aut quid voluerit.
Ad portum hinc abij mane cum [6] *lucu simul.*
Postquam illic quod volui transegi, atque ego cõspicor
Nauem ex Rhodo, qua heri est aduectus filius,
Collibitum est illud mihi, nescio qui, visere:
Ascendi in lembum, atque ad nauim aduehor, atque ego
[7] *Illic aspicio formæ eximiæ mulierem,*
Filius quam aduexit meus matri ancillam suæ.
Quam ego postquam aspexi, non ita amo vt sani solent
Homines: sed eodem pacto vt insani solent.
Amaui hercle equidem ego olim in adolescentia:
Verùm ad hoc exemplum nunquam, vt nunc insanio.
Vnum quidem hercle iam scio, perisse me.

[1] L. eluctaret. [2] *Passera ius legit* Meisque exemplis omnia in s.d. [3] L. ambadedisse. [4] L. ambadederit. [5] L. conqueri. [6] L. luci. [7] L. illam conspicio.

Vosmet videte ceterùm quanti siem.
Nunc hoc profectò sic est, hæc illa est capra.
Sed simia illa atque hœdus timeo quid velint.
Sed conticescam. vicinum eccum, exit foràs.

LYSIMACHVS, DEMIPHO, LORARII.

LY. *Profectò ego illunc hircum castrari volo,*
Ruri qui nobis exhibet negocium.
DE. *Nec omen illud mihi, nec auspicium placet,*
Quasi hircum metuo ne vxor me castret mea,
Atque illius hæc nunc simia parteis ferat.
LY. *I tu hinc ad villam, atq; istos rastros villico*
[1]Præsto ipsi facito coràm vt tradas in manum.
Vxori facito vt nuncies negocium
Mihi esse in vrbe, ne me expectet. nam mihi
Tres hodie lites iudicandas dicito,
Ei & hoc memento dicere. LO. *nunquid amplius?*
LY. *Tantum est.* DE. *Lysimache, salue.* LY. *euge & tu Demipho*
Salueto. quid agis? quid fit? DE. *quod miserrimus.*
LY. *Dij melius faxint.* DE. *dij hoc quidé faciunt.*
LY. *quid est?*
DE. *Dicam, si tibi videam esse operam aut ocium.*
L. *Quanquam negocium est, si quid vis Demipho,*
Non sum occupatus vnquam amico operã dare.
DE. *Benignitatem tuam mihi experto prædicas.*
Quid tibi ego ætatis videor? L. *Acherunticus,* [2]
Senex, [3]*vetus, decrepitus.* DE. *peruorsè vides.*
Puer sum Lysimache septuennis. L. *sanun' es?*
Qui puerum te esse dicas? DE. *vera prædico.*
L. *Modò hercle in mentem venit, quid tu diceres,*
Senex cum extemplo est, iam nec sentit, nec sapit.
Aiunt solere eum rursum repuerascere.
DE. *Immò bis tanto valeo, quàm valui prius.*
L. *Bene hercle factum, & gaudeo.* DE. *immò si scias:*
Oculis quoque etiam plus iam video, quàm prius.
L. *Bene est.* DE. *malam rem dico.* L. *iam istuc non bonum est.*
DE. *Sed ausimne ego tibi eloqui, si quid velim?*
L. *Audacter.* DE. *animum aduorte.* L. *fiet sedulò.*
DE. *Hodie ire in ludum occœpi litterarium,*
Lysimache ternas scio iam. L. *quid ternas?* DE. *amo.*
L. *Tun' capite cano amas senex nequissime?*
DE. *Seu canum, seu istuc rutilum, seu atrum est, amo.*
L. *Ludificas nunc tu me hic opinor Demipho.*
DE. *Decide collum, si falsum* [3] *est vti loquar.*
Vel vt scias me amare, cape cultrum, seca
Digitum vel aurem, vel tu nasum, vel labrum,
Si mouero me, seu secari sensero,
Lysimache, autor sum vti me amando hic enices.
LY. *Si vnquam vidisti pictum amatorem, hem illic est.*
Nam meo quidem animo vetulus, decrepitus senex
[1] *Tantundem est, quasi sit signum pictum in pariete.*
DE. *Nunc tu me credo, castigare cogitas.*
LY. [2] *Egon' te?* DE. *nihil est iam quod tu mihi succenseas,*
Fecêre tale antè alij spectati viri.
Humanum amare est, humanum autem ignoscere est.
Nescis? ne obiurga. hoc non voluntas me impulit.
LY. *Quin non obiurgo.* DE. *at ne deteriorem tamen*
Hoc facto ducas. LY. *Jegóne te? ah ne di siuerint.*
DE. *Vide sis modò etiam.* LY. *visum' st.* DE. *certen'?* LY. *perdis me.*
Hic homo ex amore insanit, nunquid vis? DE. *vale.*
LY. *Ad portũ propero: nã ibi mihi negotium est.*
DA. *Bene ambulato.* LY. *bene valeto.* DE. *bene sit tibi.*
Quin mihi quoq; etiam est ad portum negocium,
Nunc adeò illuc ibo. Sed optime gnatum meum
Video. eccum: opperiar hominem, hoc nunc mihi viso est opus,
Huic persuadere quomodo potis siem,
Vt illam vendat, néve dei matri suæ.
Nã ei dono aduexe audiui. sed præcauto est opus,
Ne ad illã me animum adiecisse aliqua sentiat.

CHARINVS, DEMIPHO.

CH. *Homo me miserior nullus est æquè, opinor,*
Neque aduersa cui sint plura sempiterna.
Satin quicquid est vt quam rem agere occœpi,
Proprium nequit mihi euenire quod cupio?
Ita mihi mala res obiicitur aliqua,
Bonum quæ meum comprimit consilium.
Miser amicam mihi paraui animi causa, [4] *eripui precio,*
Ratus clam patrem meum posse habere.
Is resciuit, [5] *& vidit, & perdidit me.*
Neque is, cum roget, quid loquar cogitatum est,
Ita animi decem in pectore incerti certant.
Nec quid corde nunc consilij capere possim,
Scio, tantus cum cura [6] *meus est error animo.*
Dum serui mei perplacet mihi consilium,
Dum rursum haud placet, nec pater potis videtur
Induci, vt putet matri ancillam emptam esse illam.
Nunc si dico, vt res est, atque illam mihi me
Emisse indico, quemadmodum existimet me?

[1] L. Piſto. [2] L. *fortaſſe legendum* vietus.
[3] L. tibi lo.
[1] L. Tantidem. [2] L. Ego te? [3] L. ego te?
[4] *Dele* eripui. [5] *Dele* &
[6] L. meo.

Atque

Atque illam abſtrahat, trans mare [1]hic venum aſportet.
Scio ſeuus quàm ſit homo, & durus. igitur hocciné eſt
Amare? arare mauelim, quàm ſic amare.
Iam hinc olim inuitum domo extruſit ab ſeſe.
Mercatum iuſſit ire, ibi hoc malum inueni, vbi
Voluptatem ægritudo vincat. quid tibi ineſt amœni?
Nec quicquam abdidi, abſcondidi, abſtruſam habebam.
Muſca eſt meus pater: nihil poteſt clam illum haberi.
Nec ſacrum, nec tam profanum quicquam eſt, quin
Ibi illico aſſit. nec qui rebus meis
Confidam, mihi vlla ſpes in corde certa eſt.
DE. *Quid illuc eſt, quòd ſolus ſecum fabulatur filius,*
Sollicitus mihi, neſcio quare videtur. CH. [2]*atat*
Meus pater hic quidem eſt, quem video, ibo, alloquar. quid ſit pater?
DE. *Vnde incedis, quid feſtinas gnate mi?* C. *rectè pater.*
DE. *Ita volo, ſed iſtuc quid eſt tibi? quid commutatu' ſt color?*
Nunquid tibi dolet? CH. *Neſcio quid meo animo eſt ægrè pater,*
Poſtea hac nocte non quieui ſatis mea ex ſententia.
DE. *Per mare vt vectus, nunc oculi terram mirantur tui.*
CH. *Magis opinor.* DE. *id eſt profectò, verùm actutum abſceſſerit.*
Ergo[3] *ædepol ſi ſapias, eas, ac decumbas domi.*
CH. *Ocium non eſt, mãdatis rebus prauorti volo.*
DR. *Cras agito, perendie agito.* C. *ſæpe ex te audiui pater,*
Rei mandatæ omnes ſapientes primùm prauorti decet.
DE. *Age igitur, nolo aduerſari tuam aduerſus ſententiam.*
CH. *Saluus ſum, ſiquidem iſti dicto ſolida & perpetua eſt fides.*
DE. *Quid illuc eſt, quod ille ſolus ſe in conſilium ſeuocat.*
Iam non vereor ne illam, me amare hic potuerit reſciſcere.
Quippe haud etiam quicquam inepte feci, amantes vt ſolent.
CH. *Res adhuc quidem hercle in tuto' ſt: nam hunc neſcire ſat ſcio,*
De illa amica. quod ſi ſciret, eſſet alia oratio.
DE. *Quin ego hunc aggredior de illa?* CH. *quin ego hinc me amolior?*
Eo ego[4] *vt quæ mandat amicus amicis tradam.*
DE. *imò mane.*
Paucula etiam ſciſcitare prius volo. CH. *dic quid velis.*

1 L. hinc. 2 L. at tace. 3 L. ædepol palles, ſi
4 L. atque mandata amicum amicis tr.

DE. *Vſquéne valuiſti?* CH. *perpetuò rectè, dum quidem illic fui.*
Verùm in portum huc vt ſum aduectus, neſcio quì animus mihi dolet.
DE. *Nauſea ædepol factum credo. verùm actutum abſceſſerit.*
Sed quid ais? ecquam tu aduexti tuæ matri ancillam Rhodo?
CH. *Aduexi.* DE. *quid? ea vt videtur mulier?*
CH. *non ædepol mala.*
DE. *Vt morata eſt?* CH. [1]*nulla vt melius mea ſententia.*
DE. *Sic quidem ædepol viſa eſt cùm illam vidi.*
CH. *eho an vidiſti pater?*
DE. *Vidi, verùm non ex vſu noſtro eſt, neque adeò placet.*
CH. *Quî verò?* DE. *quia non noſtra formam habet dignam domo.*
Nihil opus nobis ancilla, niſi quæ texat, quæ molat,
Lignum cædat, penſum faciat, ædis verrat, vapuleť,
Quæque habeat cotidianum familiæ coctum cibum.
Horunc illa nihilum quicquam facere poterit admodum.
CH. *Ea cauſa equidem illam emi, dono quam darem matri meæ.*
DE. *Ne duis, ne te aduexiſſe dixeris.* C. *dij me adiuuant.*
DE. *Labefacto paulatim. verùm quod prætereà dicere,*
Neque illa matrem ſatis honeſtè tuam ſequi poterit comes,
Neque ſinam. CH. *quî verò?* DE. *quia illa forma matrem familiâs*
Flagitium ſit, ſi ſequatur, quãdo incedat per vias,
Contemplent, conſpiciant omnes, nutent, nictent, ſibilent,
Vellicent, vocent, moleſti ſint, occentent oſtium:
Impleantur meæ fores[3] *elegiorum carbonibus.*
Atque vt nunc ſunt maledicentes homines, vxori meæ,
Mihique obijcient lenocinium facere: nam quid eo eſt opus? (ego.
CH. *Herclè quin tu rectè dicis, & tibi aſſentior*
Sed quid illa nunc fiet? DE. *rectè ego emero matri tuæ.*
Ancillam vivaginem aliquam non malam, forma mala,
Vt matrem addecet familiâs: aut Syram, aut Ægyptiam.
Ea molet, conficiet penſum, pinſetur flagro, neque
Propter eam quicquam eueniet noſtris foribus flagitij.
CH. *Quid ſi igitur reddatur illi vnde empta eſt?*
DE. *minimè gentium.*
CH. *Dixit ſe redhibere, ſi non placeat.* DE. *nihil*

1 L. nullam vidi melius m.
2 L. Mihi quidem. 3 L. eclogirum.

istoc opu'st.
Litigare nolo ego vos. quàm tuam autem accusari fidem
Multo ædepol, siquid faciundum est, facere damni mauolo,
Quàm opprobramentum aut flagitium mulieb're efferri domo.
Me tibi illam posse opinor luculentè vendere.
CH. Dum quidem hercle ne minoris vendas, quàm ego emi pater.
DE. Tace modò, senex est quidam, qui illam mandauit mihi,
Vt emerem ad istam faciem. CH. at mihi quidam adolescens pater
Mandauit ad illam faciem, ita vt illa est, mulierem emerem sibi.
DE. Viginti minis opinor posse me illam vendere.
CH. At ego si velim, iam dantur septem & viginti minæ.
DE. At ego. CH. quin ego inquam. DE. at nescis quid dicturus sum, tace.
Treis minas accudere etiam possum, vt triginta sient.
CH. Quò vortisti? DE. ad illum qui emit. CH. vbi nam est is homo gentium?
DE. Eccum illum video, iubet quinque me addere etiam nunc minas.
CH. Hercle illunc dij infelicent, quisquis est. DE. ibidem mihi.
Etiam nunc [1] annutat, addam sex minas. CH. septem mihi.
Nunquam ædepol me vincet hodie. commodis poscit pater.
DE. Nequicquam poscit. ego habeo. CH. at illic pollicitus est prior.
DE. Nihili facio. CH. quinquaginta poscit. DE. non centum datur.
[2] Potin' ne vt ne licitere aduersum animi sententiam?
Maximam hercle habebis prædam, ita ille est cui emitur senex.
Sanus non est ex amore illius, quod posces feres.
CH. Certò ædepol adolescens ille, cui ego emo, efflictim perit
Eius amore. DE. multo hercle ille magis senex si tu scias.
CH. Nunquam ædepol fuit, neque fiet ille senex insanior
Ex amore, quàm ille adolescens, cui ego do hanc operam pater.
DE. Quiesce inquam, istanc rem ego rectè videro. CH. quid agis? DE. quid est?
CH. Non ego illam mancupio accepi, sed ille illam accepit. DE. sine.
C. Non potes tu lege vendere illam. D. ego aliud videro.
CH. Pòst autem communis est illa mihi cum alio. quî scio
Quid sit ei animi, veniréne eam velit, an non velit?
DE. Ego scio velle. CH. at pol ego esse credo aliquem qui non velit.
DE. Quid id mea refert? CH. quia illi suam rem esse æquum est in manu.
DE. Quid ais? CH. communis mihi illa est cum alio, is nunc hic non adest.
DE. Prius respondes quàm rogo. CH. prius tu emis, quàm vendo pater.
Nescio inquam velit ille illam, nécne abalienarier.
DE. Quid illic quidam, qui mandauit tum ille nolet: nihil agis.
Nunquam ædepol quisquam illam habebit potius, quàm ille quem ego volo.
Certum est. CH. censen' certum esse? DE. quin ad nauim iam nunc eo.
Ibi venibit. CH. vin' me tecum illò ire? DE. nolo. CH. non placet.
DE. Melius'st te quæ sunt mandata, res tibi præuortier.
CH. Tu prohibes. DE. at tu excusato te feciss sedulò.
Ad portum ne [1] ires dico iam tibi. CH. auscultabitur.
DE. Ibo ad portum, & ne hic rescisca cauto opu'st, non ipse emam,
Sed Lysimacho amico mandabo, is se ad portum dixerat
Ire dudum. [2] sed me moror cum hic asto. CH. nullus sum, óccidi.

CHARINVS, EVTYCHVS.

PEntheum diripuisse aiunt Bacchas, nugas maximas
Fuisse credo, præut quo pacto ego diuersus distrahor.
Cur ego viuo, cur non morior, quid mihi est in vita boni?
Certum est, ibo ad medicum, atque me ibi toxico morti dabo.
Quando [3] mihi adimitur, qua causa vitam cupio viuere.
EV. Mane, mane obsecro Charine. CH. qui me reuocat? EV. Eutychus
Tuus amicus & sodalis, simul vicinus proximus.
CH. [4] Non tu scis, quantum malarum rerum sustineam? EV. scio.
Omnia ego istæc auscultaui ab ostio, omnẽ rẽ scio.
CH. Quid id est quod scis? EV. tuus pater vult vendere. CH. [5] rem tenes.
EV. Tuam amicam. CH. nimium multum scis.
EV. tuis ingratiis.
CH. Plurimum tu scis, sed quî esse amicam illam meam?
EV. Tute heri ipsus mihi narrasti. C. satin' vt oblitus fui,
Tibi me narrauisse? EV. haud mirum factum

1 L. ibitas 2 *dele* sed. 3 L. id mihi. 4 L. Num. 5 L. omnem rem.

est.

est. CH. *te nunc consulo.*
Responde quo leto censes me, vt peream potissimum?
EV. *Non taces? caue istuc dixis.* C. *quid vis me igitur dicere?*
MV. *Vin' patri sublinere pulcrè me os tuo?* C. *sanè volo.*
EV. *Visne eam ad portum?* C. 1 *qui potius quàm voles.* EV. *atque eximam*
Mulierem precio. C. 2 *qui potius quàm auro expendas?* EV. *vnde at* 3 *id?*
C. *Achillem orabo aurum mihi det, Hector qui expensus fuit?*
EV. *Sanun' es?* C. *pol sanus si sim, non te medicum mihi expetam.*
EV. *Tanti quanti poscit, vin' tanti istanc emi?* C. *auctarium.*
Adijcito vel mille nummûm plusquam poscet. EV. *iam tace.*
Sed quid ais? vnde erit argentum, quod des, cùm poscet pater?
C. *Inuenietur, exquiretur. aliquid fiet.* EV. *enicas. Iam istuc aliquid fiet metuo.* C. *quin taces?* EV. *muto imperas.*
Satin' istuc mandatu' st. potin vt aliud cures? C. *non potest.*
EV. *Bene vale.* C. *non ædepol possum, priusquam tu ad me redieris.*
EV. *Melius sanus sis.* C. *vale & vince, & me serua.* EV. *ego fecero.*
Domi me ergo maneto. C. *actutum face* 4 *prædam vt recipias.*

ACTVS III.
LYSIMACHVS, PASICOMPSA.

LY. *AMicè amico operam dedi, vicinus quod rogauit,*
Hoc emi mercimonium, mea es tu. sequere sanè.
Ne plora nimis, stultè facis, oculos corrúpis tales.
Quid est tibi? quid? quod rideas magis est, quàm 5 *quod lamentere.*
P. *Amabo ecastor mi senex eloquere.* L. *exquire quid vis.*
P. *Cur emeris me.* L. *te-ne ego? vt quod imperetur facias,*
Item quod tu mihi imperes ego faciam. PA. *facere certum est,*
Pro copia & sapientia, quæ te velle arbitrabor.
LY. 6 *Laborioſi nihil tibi quicquam operis imperabo.*
PA. *Nanque ædepol equidem, mi senex, non didici baiulare,*
Nec pecua ruri pascere neque pueros nutricare.
LY. *Bona si esse vis, bene erit tibi.* PA. *tum pol ego perij misera.*
LY. *Qui?* PA. *quia illic vnde aduecta huc sum, malis bene esse solitum' st,*
Nec mos meu' st, vt prædicem quod ego omnes scire credam.
LY. *Oratio ædepol pluris est huius, quàm quanti hæc emta est:*
Quasi dicas nullam mulierem bonam esse. PA. *haud equidem dico.*
L. *Rogare hoc vnum te volo.* PA. *roganti respondebo.*
L. *Quid ais tu? quod nomen tibi dicam esse?* PAS. *Pasicompsa.*
L. *Ex forma nomen inditum est. sed quid ais Pasicompsa?*
Possin' tu, si vsus venerit, 1 subtegmen tenue nere?
PAS. *Possim.* L. *si tenue scis, scio te vberius posse nere.*
PA. *De lanificio neminem metuo, vna ætate quæ sit.*
L. *Bonam hercle te & frugi arbitror, matura iam inde ætate,*
Quoniam scis facere officium 2 *tuum.* PA. 3 *Pol à muliere docta didici.*
Operam accusari non sinam meam. L. *hem istæc hercle est.*
Quin etiam tibi ancillam dabo natam annos sexaginta
Peculiarem. PA. *mi senex, tam vetulam?* LY. *generis Græci est.*
Eam si curabis, perbona est, tondetur nimiũ scitè.
PA. *Honoris causa quicquid est quod dabitur, gratum habebo.*
LY. *Nunc mulier ne tu frustra sis, mea non es, ne arbitrere.*
PAS. *Dic igitur quæso cuia sum?* L. *tuo hero redempta es rursum.*
Ego redemi te, me orauit. PA. *animus rediit mihi,*
Si mecum seruatur fides. L. *bono animo es, liberabit*
Ille te homo, ita ædepol deperit te, atque hodie primum vidit.
PA. *Ecastor iam biennium est cum mecum rem cœpit habere:*
Nunc quando amicum te scio esse illius, indicabo.
LY. *Quid ais tu? iam biennium est, cùm tecum habet rem?* PA. *certò.*
Et inter nos coniurauimus, ego cum ille mecum,
Ego cum viro, & ille cum muliere: nisi cum illo, aut ille mecum,
Neuter stupri causa caput limaret. LY. *dij immortales,*
Etiam cum vxore non cubet? PA. *amabo an maritus ille est?*
Neque est, neque erit. LY. *nolim quidem.* PA. *homo hercle periurauit.*
Nullum adolescentem plus amo. L. *puer est ille quidem, stulta.*
Nam illi quidem haud sanè diu est cum dentes exciderunt.
PA. *Quid dentes?* L. *nihil est, sequere sis huc me.*

1 *L.* quid pot. q. voles?
2 L. quid. 3 *L.* erit id? 4 L. cum præda vt.
5 *L.* vt l. 6 L. Laboriosè.
1 L. subtemen. 2 *L.* tuum mulier.
3 L. Pol docta didici.

diem vnum orauit.
Vt apud me perhiberem sibi locum, ideo quia vxor ruri est.

DEMIPHO.

TAndem impetraui, vt egomet me corrumperem.
Empta est amica clam vxore mea & filio.
Certum est antiqua recolam, & seruibo mihi.
Decurso in spacio, breue quod vitæ reliquum est,
Voluptate, vino & amore delectauero.
Nam hanc se bene habere ætatem nimio est æquius.
Adolescens quom sis, te, cum est sanguis integer,
Rei tuæ quærendæ conuenit operam dare.
Demum igitur cum senex sis, tunc in ocium
Te colloces, dum 1 potes: si vales id iam lucro est,
Quod viuis, hoc vt dico, factis persequar.
Interea tamen huc intrò ad me inuisam domum.
Vxor me expectat iamdudum esuriens domi.
Iam iurgio enicabit, si intrò rediero.
Verùm hercle postremò vtut est, non ibo tamen,
Sed hunc vicinũ prius conueniam, quàm domũ
Redeam: vt mihi ædes aliquas conducat volo,
Vbi habitet istæc mulier, atque eccum it foras.

LYSIMACHVS, DEMIPHO.

LY. *ADducam ego illum iam ad te, si conuenero.*
DE. *Me 2 dicit?* LY. *quid ais Demipho?* DE. *est mulier domi?*
LY. *Quid censes?* DE. *quid si visam?* LY. *quid properas? mane.*
DE. *Quid faciam?* LY. *quod opus est facto facito vt cogites.*
DE. *Quid cogitem, equidem hercle opus hoc facto existimo,*
Vt illuc introeã. LY. *itáne verò veruex intrò eas?*
DE. *Quid aliud faciam?* LY. *prius hoc ausculta, atque ades.*
Prius etiam est, quod te facere æquum censeo.
Nam nunc si illò introieris, amplecti voles,
Confabulari atque osculari. DE. *tu quidem*
Meum animum gestas, scis quid acturus siem.
L. *Peruorsè facies.* DE. *quod ne ames?* L. *tanto minus,*
Iam plenus ætatis animáque fœtida,
Senex hircosus, tu osculere mulierem?
Vti ne aduenienis vomitum excutias mulieri.
DE. *Scio pol te amare, quom istæc prædicas mihi.*
3 LY. *Quid si igitur cœnam faciam?* DE. *hoc si censes, coquum*
Aliquem arripiamus, prandium qui percoquat
Apud te hic vsque ad vesperum? L. *hem istuc censeo,*
Nunc sapienter loquere, atque amatoriè.

1 L. potestur: id iam l. 2 L. dicis?
3 L. Quid si igitur vnum factum hoc si censes, cocum *Sunt autem Demiphonis verba.*

DE. *Quid stamus, quin ergo imus? atque obsoniũ*
Curamus, pulcrè vt simus. L. *equidem te sequor.*
Atque hercle inuenies tu locum illi, si sapis,
Nullum hercle præter hunc diem, illa apud me erit,
Metuo ego vxorem, cras si rure redierit,
Ne illam hic offendat. DE *res parata est, sequere me.*

CHARINVS, EVTYCHVS.

CH. *SVmne ego homo miser, qui nusquam bene queo quiescere?*
Si domi sum, foris est animus: sin foris sum, animus domi est:
Ita mihi in pectore atque in corde facit amor incendium.
Ni 1 ex oculis lacrumæ 2 descendant, iam ardeat credo caput:
Spem teneo, salutem amisi, redeat an non nescio,
Si opprimit pater, quod dixit, exulatũ abiit salus:
Sin sodalis, quod promisit, fecit, non abiit salus.
Sed tandem si podagrosis pedibus esset Eutychus,
Iam à portu redisse potuit, id illi vitium maximum'st,
Quod nimis tardus est aduorsum mei animi sententiam.
Sed isne est, quem currentem video? ipsus est, ibo obuiam.
Diuûm atque hominum, quæ spectatrix atque hera eadem es hominibus,
Spem speratam cùm obtulisti hunc mihi, tibi grates ago.
Nunquid restat? eheu disperij, vultus neutiquam huius placet:
Trisiis incedit, pectus ardet, hæreo, quassat caput.
Eutyche. EV. *3 heu Charine.* CH. *priusquam recipias anhelitum,*
Vno verbo eloquere, vbi ego sum, hic an apud mortuos?
EV. *Neque apud mortuos, neque hic es.* CH. *saluus sum, immortalitas*
Mihi data est: hic emit illam, pulchrè os sublenit patri.
4 Impetrabilior qui 5 viuit nullus est, dic obsecro,
Si neque hic, neque Acherunti sum, vbi sum?
EV. *nusquam gentium.*
CH. *Disperij, illæc interemit me modo hic oratio.*
Odiosa est oratio, cùm rem agas longinquum loqui.
Quicquid est, ad capita rerum peruenit. EV. *primum omnium*
Periimus. C. *quin tu illud potius nuncias, quod nescio.*
EV. *Mulier est alienata abs te.* C. *Eutyche capital facis.*
EV. *Qui?* CH. *quia æqualem & sodalem ciuem*

1 *L.* oculos, 2 L. descendant,
3 L. hem.
4 *Libri vet. L. habent,* Impenetrabilior.
5 L. viuat.

Iterum

liberum enicas.
EV. *Ne dij sirint.* CH. *demisisti gladium in iugulum, iam cadam.*
EV. *Quæso hercle animum ne desponde.* CH. *nullus est quem despondeam.*
Loquere porrò aliam malam rem, cui est empta? EV. *nescio.*
Iam addicta atque abducta erat, cum ad portum venio. CH. *væ mihi,*
Montes tu quidem mali in me ardenteis iamdum iacis.
Perge, excrucia carnifex, quandoquidem occœpisti semel.
EV. *Nec tibi istuc magis est diuidiæ, quam mihi hodie fuit.*
CH. *Dic quis emit?* EV. *nescio herclè.* CH. *hem istuccine est operam dare*
Bonum sodalem? EV. *quid me facere vis?* CH. *idem, quod me vides,*
Vt pereas, quin percontatus hominis quæ facies foret,
Qui illam emisset eo si pacto posset indagarier
Mulier. EV. *heu me miserum.* CH. *flere omitte, istuc quod nunc agis.*
EV. *Quid ego feci?* CH. *perdidisti me & fidem mecum tuam.*
EV. *Dij sciunt culpam meam istanc non esse vllam.* CH. *euge papæ.*
Deos absentes testes memoras, qui ego istuc credam tibi?
EV. *Quia tibi in manu est, quod credas: ego quod dicam, id mihi in manu est.*
CH. *Istac de re argutus es vt par pari respondeas.*
Ad mandata claudus, cæcus, mutus, mancus, debilis.
Promittebas te os sublinere meo patri, egomet credidi,
Homini docto rem mandare. is lapidi mando maximo.
EV. *Quid ego facerem?* CH. *quid faceres? men' rogas? requireres,*
Rogitares, quis esset, aut vnde esset, qua prosapia,
Ciuisne esset, an peregrinus. EV. *ciuem esse aiebant Atticum.*
CH. *Vbi habitaret, inuenires saltem, si nomẽ nequis.*
EV. *Nemo aiebat scire.* CH. *at saltem hominis faciem exquireres.*
EV. *Feci.* CH. *qua forma ergo esse aiebant?* EV. *ego dicam tibi.*
Canum, varum, ventriosum, bucculentum, breuiculum,
Subnigris oculis, oblongis malis, 1 pansum aliquantulum.
CH. *Non hominem mihi, sed thesaurum nescio quem memoras mali.*
Nunquid est quod dicas aliud de illo? EV. *tantum quod sciam.*
C. *Ædepol næ ille oblongis malis, dedit mihi magnum malum,*
Non possum durare. certum est exulatum hinc ire me.
Sed quam capiam ciuitatem, cogito potissimum:
Megara, Eretriam, Corinthum, Chalcidem, Cretam, Cyprum,
Sicyonem, Gnidum, Zacynthum, Lesbiã, Bœotiã.
EV. *Cur istuc ceptas consilium?* CH. *quia enim afflictat me amor.*
EV. *Quid tu ais? quid cum illuc, quò nunc ire paritas, veneris?*
Si ibi amare fortè occipiæ, atque item eius sit inopia,
Iam inde porrò aufugies: dẽinde item illinc, si item euenerit:
1 Qui modus tibi 2 exilio tandem eueniet? qui finis fugæ?
Quæ patria aut domus tibi stabilis esse poterit? dic mihi.
Cedò si hac vrbe abis, amorem te hic relicturum putas?
Si id fore ita, si ita animo acceptum est certum, id pro certo si habes,
Quanto te satius est rus aliquò abire, ibi esse, ibi viuere,
Adeo dum illius te cupiditas atque amor missum facit?
C. *Iam dixisti?* EV. *dixi.* C. *frustrà dixti. hoc mihi certissimum est,*
Eo domum, patrem atque matrem vt meos salutem, postea
Clam patrem patria hac effugiam, aut aliquid capiam consilij.
EV. *Vt corripuit se repentè, atque abijt. 3 heu misero mihi:*
Si ille abierit, mea factum omnes dicent esse ignauia.
Certum est præconum iubere iam quantum est conducier,
Qui illam inuestigent, qui inueniant. pòst ad prætorem illico
Ibo, orabo vt conquisitores det mihi in vicis omnibus.
Nam mihi nihil reliqui quicquam aliud iam esse intelligo.

1 L. pansam.

ACTVS IIII.

DORIPPA *mulier*, SYRA *anus.*

QVoniam à viro ad me rus aduenit nũcius,
Rus nõ iturum, feci ego ingenium meum,
Reueni vt illam persequar, qui me fugit,
Sed anum non video consequi nostram Syram,
Atque eccam, incedit tandem, quin is ocyus?
S. *Nequeo mecastor. tantum hoc oneris est, q̃ fero.*
DO. *Quid oneris?* S. *annos octoginta & quatuor:*
Et eòdem accedit seruitus, sudor, sitis:

1 L. Quis m. 2 L. exsulio. 3 L. hei.

Simul hæc quæ porto deprimunt. D. *aliquid cedo*
Qui hanc vicini nostri aram augeam Syra.
S. *Da sanè hanc virgam lauri.* DO. *abi tu intrò.*
S. *eo.*
DO. *Apollo quæso te, vt des pacem propitius,*
Salutem & sanitatem nostræ familiæ,
Meóque vt parcas gnato pace propitius.
S. *Disperij, perij misera, væ miseræ mihi.*
DO. *Satin' tu sana es obsecro, quid eiulas?*
S. *Dorippa mea, Dorippa.* DO. *quid clamas obsecro?*
S. *Nescio quæ est mulier intus hic in ædibus.*
DO. *Quid mulier?* S. *mulier meretrix.* DO. *verón' serio?*
S. *Nimium scis sapere, ruri quæ non manseris,*
Quamuis insipiens poterat persentiscere
Illam esse amicam tui viri bellissimi.
DO. *Credo mecastor.* S. *i hàc mecum, vt videas simul*
Tuam Alcumenam pellicem, Iuno mea.
DO. *Ecastor verò istuc eo quantum* 1 *potest.*

LYSIMACHVS.

PArúmne est hoc malæ rei quòd amat Demipho,
Ni sumptuosius insuper etiam fiet.
Decem vocasset si ad cœnam summos viros,
Nimium obsonauit, sed coquos, quasi in mari
Solet hortator remiges hortarier,
Ita hortabatur, egomet conduxi coquum.
Sed eum demiror non venire vt iusseram.
Sed qui hincnam à nobis exit? aperitur foris.

DORIPPA *mulier*, LYSIMACHVS *vir.*

MIserior mulier me nec fiet, nec fuit,
Tali viro quæ nupserim, heu miseræ mihi.
2 *Hem cui te, & tu quæ habeas, commendes viro:*
Hem cui decem talenta dotis detuli,
Hæc vt viderem, vt ferrem has contumelias.
L. *Perij hercle, ruri iam redijt vxor mea:*
Vidisse eam credo mulierem in ædibus.
Sed quæ loquatur, exaudire hinc non queo.
Accedam propius. DO. *væ miseræ mihi.* L. *immo mihi.*
DO. *Disperij.* L. *ego quidem hercle oppidò perij miser.*
Vidit, vt omnes te Demipho di perduint.
DO. *Pol hoc est, ire quò d rus meus vir noluit.*
L. *Quid nunc ego faciam, nisi vt adeam, atque alloquar.*
Iubet saluere suus vir vxorem suam.
Vrbani fiunt rustici. DO. *pudicius*
Faciunt illi, quàm qui non fiunt rustici.
L. *Nunquid delinquunt rustici?* DO. *ecastor min⁹*
Quàm vrbani, & multo minus malum quærunt sibi
L. *Quid autem vrbani deliquerunt? dic mihi.*

1 *fortassè* pote'st.
2 *Lamb. malit legi* En.

DO. *Quia illa mulier intus est.* L. *vidistine eam?*
DO. *Vidi.* L. *cuia ea sit rogitas?* DO. *resciscam tamen,*
Cupio hercle scire, sed tu me tentas sciens.
L. *Vin' dicam cuia est illa ædepol. væ mihi.*
Nescio quid dicã. DO. *hæres?* L. *haud vidi magis.*
D. *Quin dicis?* L. *quin si liceat.* DO. *dictum oportuit.*
L. *Non possum, ita instas, vrges quasi pro noxio.*
DO. *Scio innoxius, 1 audacter quiduis dicito.* L. *dicam.*
DO. *Dic igitur.* L. *ego dicam.* DO. *atqui dicundum est tamen.*
L. *Illa est.* 2 *Scin? num etiam vis nomen dicam?* D. *nihil agis.*
Manifestò teneo, in noxia es. L. *qua noxia?*
Ista quidem illa est. DO. *quæ illa est?* L. *illa.* DO. *iò illa.*
L. *Iam si nihil vsus esset, iam non dicerem.*
DO. *Non tu scis quæ sit illa? immò etiam scio.*
De istac sum iudex captus. DO. *captus? iam scio.*
Nunc tu in consilium istam aduocauisti tibi.
L. *Immò sequestro mihi data est.* DO. *intelligo.*
L. *Nihil hercle istius quicquam est.* DO. *numerò purgitas.*
L. *Nimium negocij reperi, enimuerò hæreo.*

COQVS, LYSIMACHVS, DORIPPA, SYRA.

AGite, ite actutum: nam mihi amatori seni
Coquenda st cœna. atque equidem cum recogito,
Nobis coquenda est, non cui conducti sumus.
Nam qui amat, quod amat si id habet, id habet pro cibo:
Videre, 3 amplectier, oscularier, alloqui.
Sed nos confido onustos redituros domum.
Ite hac, sed eccum qui nos conduxit senex.
L. *Ecce autem, perij, coquos adest.* CO. *aduenimus.*
L. *Abi.* CO. *quid abeam?* L. *ít, abi.* CO. *abeámne?* L. *abi.*
CO. *Non estis cœnaturi?* L. *Iam saturi sumus.*
Sed interij. DO. *quid ais tu? etiámne hæc illi tibi*
Iusserunt ferri, quos inter iudex datus?
CO. *Hæccine tua est amica, quam dudum mihi*
Te amare dixti cum obsonabas? L. *non taces?*
CO. *Satis scitum filum mulieris, verùm hercle, an net hoc.*
L. *Abin dierectus?* CO. *haud mala est.* L. *at tu malus.*
CO. *Scitam hercle opinor satis concubinam hãc.*
L. *non abis?*
Nõ ego sum, qui te dudum conduxi. CO. *quid est?*
Immò hercle tu istuc ipsius. væ misero mihi.
CO. *Nempe vxor ruri est tua quam dudum dixeras*

1 *L.* LY. audacter quanuis dicito DO. igitur.
2 *Dele* Scin?
3 *L.* complectier.

Tem-

Te odisse aquè atque angueis. L. *egón' istuc dixi tibi?*
CO. *Mihi quidem hercle.* L. *ita me amabit Iuppiter,*
Vxor, vt ego illud nunquã dixi. DO. *etiã negas?*
CO. *Non te odisse aiebat vxorem, verùm suam.*
DO. *Palàm istæc fiunt te me odisse.* L. *quin nego.*
CO. *Et vxorem suã ruri esse aiebat.* L. *hæc ea est.*
Quid mihi molestus? CO. *quia me nõ nouisse ais.*
Num metuis tu istãc? L. *sapio, nã mihi vnica est.*
CO. *Vin' me experiri?* L. *nolo.* CO. *mercedẽ cedo.*
L. *Cras petito, dabitur, nũc abi. heu misero mihi:*
Nunc ego verum illud verbum esse experior vetus:
ALIQVID *mali esse propter vicinum malum.*
CO. *Cur hic astamus? quin abimus? incommodi*
Siquid tibi euenit, non est culpa mea.
L. *Quin me eradicas miserum.* CO. *scio iam quid velis.*
Nempe hinc me abire vis. L. *volo inquam.* C. *abibitur,*
Drachmam dato. L. *dabitur.* CO. *dari ergo sis iube,*
Dari potest interea dum illi ponunt. L. *quin abis?*
Potin' vt molestus ne sis. CO. *agite, 3 opponite*
Obsonium istuc ante pedes illi seni.
Hæc vasa aut mox, aut cras iubebo abs te peti.
Sequimini. L. *fortasse te istum mirari coquum,*
Quòd venit, atque hæc attulit, dicam quid est.
DO. *Non miror, si quid damni facis, aut flagitij.*
Nec pol ego patiar, sic me nuptam tam malè,
Meásque in ædes sic scorta obductarier.
Syra, i, rogato meum patrem verbis meis,
Vt veniat ad me iam simul tecum huc. S. *eo.*
L. *Nescis negotij quid sit vxor obsecro?*
Conceptis verbis iam iusiurandum dabo,
Me nunquam quicquam cum illa. iámne abijt Syra?
Perij hercle. ecce autem hæc abijt, væ misero mihi.
At te vicine dij deæque perduint,
Tua cum amica, cúmque amationibus:
Suspicionibus impleuit me indignissimè.
Conciuit hostis, domi vxor est acerrima.
Ibo ad forum, atque Demiphoni hæc eloquar,
Me istanc capillo protracturum esse in viam.
Nisi hinc abduxit, quò vult ex hisce ædibus.
Heus vxor vxor, quanquam tu irata es mihi,
Iubeas, si sapias, hæc intrò hinc auferrier,
Eadem licebit mox cœnare rectius.

SYRA *serua*, EVTYCHVS.

HEra, quẽ me misit ad patrem, non est domi.
Rus abijsse aiebant: nunc domum renuntio.
EV. *Defessus sum vrbem totam peruenarier,*
Nihil inuestigo quicquam de illa muliere.
Sed mater rure redijt: nam video Syram
Astare ante ædes. Syra. S. *quis est qui me vocat?*

1 L. DO. heu miseræ mihi.
2 L. LY. Nunc 3 *Vulg.* apponite.

EV. *Herus atque alumnus tuus sum.* S. *salue alumne mi.*
EV. *Iam mater rure redijt? responde mihi.*
S. *Sua quidem salute ac familiæ maxima.*
EV. *Quid istuc negocij est?* S. *tuus pater bellissimus*
Amicam adduxit intrò in ædis. EV. *quomodo?*
S. *Aduenies mater rure eam offendit domi.*
EV. *Pol haud censebam istarum esse operarum patrem.* (*me.*
Etiam nunc mulier intus est? S. *etiam.* EV. *sequere*

PERISTRATA, SYRA.
LYCISSA.

DIna Astarte hominum, deorúmque vis,
vita, salus, rursus eadem quæ est
Pernicies, mors, interitus, mare, tellus, cælũ,
sidera,
Iouis quæcunque templa colimus, eius ducuntur nutu, illi obtemperant,
Eam spectãt, quod illi displicet, facilè excludunt cæteri.
Quicquid complacitum, id sequũtur, quę viuunt omnia, atque sentiunt.
Alios enicat, extinguit, alios suo lacte fouet,
atque erigit: sed quos enicat,
Hi viuunt, & sapiunt: quos properat alere, ac erigere,
Hi quidem confestim pereunt, atq; malè sapiunt miseri:
Iacent beneuolẽtes odiosi, humum mordẽt, caput reptant,
Fremunt, perstrepúntque, cúmq; putant viuere, tunc ruunt maximè.
Tunc, tunc studeant persequi, labant iuuenes,
itidem rapiuntur senes.
Illi se amant, quod amant, amatum volũt, atque cognitum.
Illi verò si amare ea ætate occœperũt, multò insaniunt acrius.
Verùm si non amant, oderũt, molesti itidem atque difficiles,
Garruli, osores, infensi, iracundi, sibi suísque inuidi,
Quod in se olim admisere turpiter, id si fiat modestius.
Nec tolerant, vt æquom est patres, sed clamant, indecenter obstrepunt.
S. Quantum intellego, & hanc malè habet Demipho. PE. id verum?
Amat filius & perit, id quom resciscit pater, insanit vehementius.
Quæ istæc intemperiæ? abegit vir meus olim ipse ad mercatum Rhodum, filium,
Nunc, vt fert Acanthio, ipse sibimet faciet exilium.
O iniquom patrẽ, ô infortunatũ filium, quò te recipies?
Vbi matrem relinques? sola degam? filium a-

mittam?non patiar.
Vendidit pater, vbiubi erit inuenta, mater redimet.
Dic tu Lycissa,num in hanc viciniam adductam autumant?
L.In hanc opinor, in amici senis cuiusdã ædeis.PE.hic præter Lysimachum,
Nullus quem sciam. S.Lysimachũ nominãt.
Mirum ni senes vicini in vnum nidum conspirauerint.
PE. Dorippam eius vxorem conueniam. L. quid conuenias? non eam vides?
PE.Video equidé, auscultemus, nescio quid senem iracunda mussitat.

Duas has scenas quæ sequuntur vt minimè Plautinas reiecerunt editiones Lambini & Camerariana.

DORIPPA, SYRA, LYCISSA, PERISTRATA.

SYra non redit, quam accersitum patrem iamdiu est quod miseram.
Tarda nimium,aut lapis obriguit,aut angue demorsa cessauit turgida.
S.Nulla sum,adest hera,me quærit.DO. domi manere nequeo.
Bellulam istanc pellicem mei non patiuntur oculi,excludissem foras.
At me meus continuit Eutychus, sed omnino quod fert non creduam.
LY. Audin hera? PE. audio,sine pergat.LY. sino.DOR. amici inquit senis
Gratia huc ad nos veniſſe,habes venalem amanti dum detrahat filio.
Hæc quidem aut viri,aut gnati fallacia,dissident sententiæ.
Sequestro vir ait datam,eandem verò venalem dicit filius.
SYRA.Ibo de improuiso obuiam,ne cessasse intellegat. DOR. istæc filio
Non credam,qui obsequitur patri?huic verò vt mero cuculo
Id certum est mentiri ampliter,equidem coquo creduam.
Eccam Syram, vt currit venefica. Syra? SY. quis me vocat?
DORIP.Malum quod di tibi danunt.SYRA. hera si sapis,hoc potius
Tuæ pellici, & marito dato. DOR. istuc dictum tibi non amplius irascor.
Sed vbi pater? quid cessat? an hominem podagra impedit?
SYRA. Nec podagricus, nec articularius est quem rus ducunt pedes.
DO Non domi? SY. non. DO. vbi?SY.rure esse autumant.
Atque nunquid redeat incertum hodie, cum villico rationis satis.
DO. Omnia mihi hodie eueniunt præter sententiam, non viuam vesperi,
Nisi illanc à me sceleſtam abigam, eo domum.LY.hera abit
Dorippa. PE.hem abit.compello. Dorippa? DO. quid molestiæ
Hoc est?quis me reuocat?PE.non sum molesta, sed beneuolens.
Et amica te compellat tua Peristrata, mane quæso.
DO.Hem Peristrata,te pol non noram,malabilis cruciat
Me,atque exagitat. PE. istuc volo quæso ne neges.
Te audiui modo, dic mihi quæ te nunc habet sollicitudo?
DO.Peristrata, Di tibi vnicum gnatum suspirent,da mihi benignius operam.
Nulla dari mihi poterit melius.Par est ætas, vnà creuimus,
Pares ætate habemus viros. nulli colloquor lubentius.
Sollicitor meritò quidem, quid tibi animi esse nunc possiet
Si amicam hac æ ate ante oculos tuus adduxerit Demipho?
PER.Adduxit? DOR. factum. PE. domi est? DORI. domi immò coqui
Conducti, parabatur conuiuium,ni meus disturbasset aduentus omnia.
Senem miserum Venus & Cupido alieno satis vexant tempore.
PE.Sed ista leuia sunt Dorippa, vtinam non ego essem miserior.
DOR Leuia?PER.leuia quidem.DOR.quæ petora tibi tuus faceret?
PE.Immò peioribus petora.DORI. quæ isthæc sunt?quæso loquere,
Vt tu mihi, ego tibi, quæ facto opus sunt, demus consilium.
Vetus id dictum est.Feliciter is sapit, qui periculo alieno sapit.
PE. Vnicus mihi Dorippa est gnatus, scis? DORI.scio.PE.hunc pater
Olim à se exrusit Rhodum.DO.quare? PE. quoniam amaret.
DO.Obid ipsum? PE.id quidem nunc quoque quom ancillam domum
Abduxisset, hanc rescisens pater produxit, venalem præbuit.
DO.Atat noui,verum dixerat filius,ego mariti amicam putaban mei,
Quoi data est?PE.seni quoidam in hac amico vicinia.
Credo hic alium,præter tuum, amicum habere neminem.
DO ea quidem est, quid filius? PE. vrbem hanc se deserturum autumat.
DO. In portu res est,quid si inuenerit? PE. mansurum credito.
DO. Præter spem saluæ sumus,ne dubita,apud me ea est.

PE.Apud

PE. Apud te? ea erat opinor, de qua loqui te audiui modò.
DO. Ea. PE. ô factum bene, merito te amo. restituisti filium.
Fac videam. DO. eamus intro. PE. eamus, Lycissa ades,
Acanthioni hæc nuncia, ego ad Dorippam huc deuortam.

SYRA.

E Castor lege dura viuunt mulieres,
Multóque iniquiore miserè, quàm viri.
Nam si vir scortum duxit clam vxorem suam,
Id si resciuit vxor, impunè est viro.
1 Vxor viro, si clam domo egressa est foràs,
Viro fit caussa, exigitur matrimonio.
Vtinam lex esset eadem vxori, quæ est viro:
Nam vxor contenta est, quæ bona est, vno viro.
Qui minus vir vna vxore contentus siet?
Ecastor faxim si itidem plectantur viri,
Si quis clàm vxorem duxerit scortum suam,
Vt illæ exiguntur quæ in se culpam commerent,
Plures 2 viri sint vidui, quàm nunc mulieres.

ACTVS V.
CHARINVS.

LImen superum inferumque salue, simul autem vale.
Hunc hodie postremum extollo mea domo patria pedem.
Vsus, fructus, victus, cultus iam mihi haruncce ædium
Interemptu'st, interfectu'st, alienatu'st, óccidi.
Dij penates, meum parentum, familiæq; lar pater,
Vobis mando 3 parentum meum rem bene vt tutemini.
Ego mihi alios deos penates persequar, alium larem,
Aliam vrbem, aliam ciuitatem, ab Atticis abhorreo.
Nam vbi mores deteriores increbrescunt indies,
Vbique amici qui infideles sint nequeas pernoscere,
Vbique eripiatur animo tuo, quod placent maximè:
Ibi quidem si regnum detur, non est cupita ciuitas.

EVTYCHVS, CHARINVS.

DIuúm atque hominum quæ spectatrix atque hera eadem es hominibus,
Spem speratam, quoniam obtuliſti hanc mihi, grates ago
Ecquisnam Deus est, qui mea nunc lætus lætitia fuat?
Domi erat quod quæritabam, ibi sex sodales repperi,
Vitam, amicitiam, ciuitatem, latitiam, ludum, iocum,
Eorum inuentu, res decem simitu pessimas pessundedi.
Iram, inimicitiam, stultitiam, exitium, pertinaciam,
Mœrorem, lacrumas, 1 exilium, inopiam, solitudinem.
Date di quæso conueniendi mihi eius celerem copiam.
CH. *Apparatus sum, vt videtis, abiicio superbiam.*
Egomet mihi comes, calator, equus, agaso, armiger,
Egomet sum mihi imperator, idem egomet mihi obedio:
Egomet mihi fero, q vsu'st. ô Cupido quantus es!
Nam tu quemuis confidentem facilè tuis factis facis,
Eundem ex confidēte actutum diffidētem denuò,
EV. *Cogito, quónam ego illum curram quaritatum.* CHA. *certa res est,*
Me vsque quærere illam quoquo 2 hinc abducta est gentium
Neque mihi vlla obsistet, amnis, neque mons: neque adeò mare,
Nec calor, nec frigus metuo. neque ventum, neque grandinem.
Imbrem perpetiar, laborem sufferam, solem, sitim.
Non concedam: neque quiescam vsquam noctu, neque interdius,
Prius profectò quam aut amicam aut mortem inuestigauero.
EV. *Nescio cuia vox ad aurem mihi aduolauit.* C. *inuoco*
Vos lares viales, vt me bene iuuetis. EV. *Iuppiter,*
Estne illic Charinus? CH. *ciues bene valete.* EV. *illico*
Sta Charine. C. *qui me reuocat?* EV. *Spes, salus, victoria.*
CH. *Quid me voltis?* EV. *ire tecum.* CH. *alium comitem quærite,*
Non amittunt hi me comites qui tenent. EV. *qui sunt ei?*
CH. *Cura, miseria, ægritudo, lacrumæ, lamentatio.*
EV. *Repudia istos comites, atque huc respice ac reuortere.*
C. *Siquidem mecum fabulari vis, subsequere.* EV. *sta illico.*
C. *Male facis, properantem qui me commorare, sol abit.*
E. *Si huc item properes, vt istuc properas, facias rectius.*
Huc secundus ventus nunc est, cape modò vorsoriam:
Hic fauonius serenus est, istic auster imbricus:
Hic facit tranquillitatem, iste omnes fluctus conciet.

1 *Lamb. malit legi* Vxor verò si clàm.
2 L. sint viri. 3 L. meum parentum

1 L. exsulium, 2 L. ea hinc.

Respice huc ad dextram Charine huc, nónne ex aduerso vides?
Nubis ater imbérque instat, aspice nunc ad sinistram,
Cœlum vt splẽdore est plenum, ex aduerso vides.
CH. *Relligionem illic obiecit, recipiam me illuc.*
EV. *sapis*
O Charine, contrà pariter fer gradum, & confer pedem.
Porrige brachium, prehende: iam tenes? CH. *teneo.* EV. *tene.*
Quò nunc ibas? CH. *exulatum.* E. *quid ibi facere vis?* C. *quod míser.*
EV. *Ne paue, restituam iam ego te in gaudia antequam is.* C. *eo.*
EV. *Maximè quod vis audire, id audies quod gaudeas,*
Sta illico, amicus aduenio multum beneuolens. C. *quid est?*
EV. *Tuam amicam.* C. *quid eam?* EV. *vbi sit ego scio.* C. *tun' obsecro?*
EV. *Sanam & saluam.* C. *vbi eam saluam?* EV. *quo ego scio.* C. *ego me mauelim.*
EV. *Potin' vt animo sis tranquillo?* C. *quid si animus fluctuat?*
EV. *Ego istum in tranquillo & tuto sistam tibi, ne time.*
CH. *Obsecro te, loquere nunc vbi sit, vbi eam videris.*
Quid taces? dic, enicas me miserum tua reticentia.
EV. *Non longè hinc abest.* CH. *quin ergo commonstras, si tu vides?*
EV. *Non video hercle nunc, sed vidi modò.* CH. *quin ego videam, facis?*
EV. *Faciam.* CH. *longinquum istuc amanti est.* EV. *etiam metuis? omnia*
Commonstrabo, amicior mihi nullus viuit, atq; is est,
Qui illam habet, neque cui magis me velle melius æquum siet.
CH. *Non curo istuc, illam quæro.* EV. *de illa ergo dico tibi.*
Sanè hoc non in mentem venit dudum vt tibi dicerem.
C. *Dic igitur vbi illa est?* EV. *in nostris ædibus.* C. *ædis probas,*
Si tu vera dicis, pulcreq; ædificatas arbitror.
Sed quid ego istuc credam? vidistin? an de auditu nuncias?
EV. *Egomet vidi.* CH. *quis eam adduxit ad vos?* EV. *iniquè rogas.*
CH. *Vera dicis.* EV. *nihil Charine te quidem quicquam pudet:*
Quid tua refert? qui cum istac venerit. C. *dum istuc siet.*
EV. *Est profectò.* C. *opta ergo ob istunc nunciũ, quid vis tibi.*
EV. *Quid si optãbo?* CH. *deos orato, vt eius faciant copiam.*
EV. *Derides.* Ch. *seruata res est demum, si illam videro.*
Sed quin ornatum hunc reiicio? heus aliquis, heus actutum huc foràs
Exite, illinc pallium mihi huc ferte. EV. *hem nunc tu mihi vt places?*
CH. *Optimè adueniens puere, cape chlamydem, atque hæc istinc sta illico:*
Vt si hæc non sint vera, inceptum hoc itinerficere exequar.
EV. *Non mihi credis?* CH. *omnia equidem credo, quæ dicis mihi.*
Sed quin introducis me ad eam, vt videam? EV. *paulisper mane.*
CH. *Quid manebo?* EV. *tempus non est introeundi.* CH. *enicas.*
EV. *Non opus est inquam nunc intrò te ire.* CH. *respondè mihi*
Qua causa? EV. *operæ non est.* CH. *cur?* EV. *quia non est illi commodum.*
CH. *Itáne commodum illi non est, quæ me amat, quam ego contrà amo?*
Omnibus hic ludificatur modis, ego stultior
Qui isti credàm commoratur, chlamydem sumam denuò.
EV. *Mane parumper, atque hoc audi.* CH. *cape sis puer hoc pallium.*
EV. *Mater irata est patri vehementer, quia scortum sibi*
Ob oculos adduxerit in ædis, dum ruri ipsa abest.
Suspicatur illam amicam esse illi. CH. *zonam sustuli.*
EV. Eam nunc rem exquirit intus. CH. iam machæra est in manu.
EV. Nam si eò te nunc introducam. CH. tollo ampullam, atque hinc eo.
EV. Heus mane, mane Charine. CH. erras, me decipere haud potes.
EV. Neque ædepol volo. CH. quin tu ergo itinerexequi meum me sinis?
EV. Non sino. CH. ergo me moror, tu puere abi hinc intrò ocyus.
Iam in currum conscendi, iam lora in manus cepi meas.
EV. Sanúsne es? CH. quin pedes vos in curriculum coniicitis?
In Cyprum rectà, quandoquidem pater mihi exilium parat.
EV. Stultus es, noli istuc quæso dicere. CH. certum est exequi,
Operam vt sumam ad perquirendum vbi sit illæc. EV. quin domi est.
CH. Nam hic quod dixit, id mentitum est. EV. vera dixi equidem tibi.
CH. Iam Cyprum veni. EV. quin sequere, vt illam videas quam expetis.
CH. Per contatus nõ inueni. EV. matris iam iram neglego.

1 *L.* Recipe te ad terram Ch. 2 *L.* quicum ista.
1 *L.* rem nunc. 2 *L.* mentitus est.

CH.

CH. *Porrò proficiscar quæsitum, nunc perueni Chalcidem,*
Video ibi hospitem Zacyntho, dico quid eò aduenerim,
Rogito quis eam vexerit, quis habeat, si inaudiuerit.
E. *Quin tu istas omittis nugas, ac mecum huc intrò ambulas?*
CH. *Hospes respondit, Zacyntho ficos fieri non malas.*
EV. *Nihil mentitus est.* CH. *sed de amica sese inaudisse autumat,*
Hic Athenis esse. EV. *Chalcas iste quidem Zacynthiu'st.*
CH. *Nauem conscendo, proficiscor illico, iam sum domi,*
Iam [1] *redijt exilio, salue mihi sodalis Eutyche,*
Vt valuisti? quid, parentes mei valent? cœna dabitur.
Bene vocas, benignè dicis, cras apud te, nũc domi,
Sic decet, sic fieri oportet. EV. *ehò quæ tu somnias?*
Hic homo non sanus est. CH. *medicari amicus quin properas?*
EV. *sequere sis.* CH. *sequor.* EV. *clementer quæso, calces deteris.*
Audin' tu? CH. *iamdudum audiui.* EV. *pacem componi volo,*
Meo patri cum matre: nam nunc est irata. CH. *i modò.*
EV. *Propter istanc.* CH. *i modò.* EV. *ergo cura.* CH. *quin tu. ergo i modò.*
Tam propitiam reddam, quàm cum propitia est Iuno Ioui.

LYSIMACHVS, DEMIPHO.

[2] DEmipho sapiẽtum illud dictum te audisse reor sæpius,
Voluptas est malorum esca, quòd ea nõ minus homines,
Quàm hamo capiuntur pisces. hæc quom fugiant senes,
Tu tamen senectuti gratiam nõ habeas, quoniam hæc tibi
Non abstulit modò, sed in amorem coniecit fortius,
Quod te, consiliúmque tuum atque mentem perdit funditus,
Atque oculorum tibi præstringit aciem, me quoque
In magnum coniecisti malum, nec quid faciam scio.
DE. Lysimache deûm hoc arbitrium est, non hominum, tute hoc tecum
Si cogites non æquom te facere arbitrabere.
Quom amico homini, tuíque cõscio ita succenseas miserè

1 L. redii. 2 *Quæ sequuntur vsque ad illum versum* Quasi nunquam *non sunt Plautina, nec ea habet Lamb. editio, vt nec Camerariana.*

Quasi tu nunquam quicquam assimile huius facti feceris.
LY. *Nam mea vxor propter illam tota in fermẽto iacet.*
[1] *Pol nunquam caui* [2] *quid facerem, vix viuos sum miser.*
DE. *At ego* [3] *expurgationem habebo, vt ne succenseat.*
Sequere me, sed exeuntem filium video meum.

EVTYCHVS, DEMIPHO, LYSIMACHVS, CHARINVS.

EV. *IAm redeo.* DE. *placet principium, quid agis? quid fit Eutyche?*
EV. *Ad patrem ibo, vt matris iram sibi esse* [4] *sedatam sciat.*
Optima opportunitate ambo aduenistis. LY. *quid rei est?*
EV. *Vxor tibi placida & placata'st, certè dextras nunc iam.*
LY. *Dij me seruant.* EV. *tibi amicam nullam esse nuncio.*
DE. *Dij te perdant, quid negotij éstnam quæso istuc?* EV. *eloquar.*
Animum aduertite igitur ambo. LY. *quin tibi ambo operam damus?*
EV. *Qui bono sunt genere nati, si sunt ingenio malo,*
Suapte culpa [5] *ex genere capiunt genus, ingenium improbant.*
DE. *Verum dicit hic.* LY. *tibi ergo dicit.* EV. *eò illud verum est magis.*
Nam te istac ætate, haud æquum fuerat filio tuo,
Adolescenti amanti amicam emptam argento eripere suo.
DE. *Quid tu ais, Charini amica'st illa?* EV. *vt dissimulat malus.*
DE. *Ille quidem illam sese ancillam matri emisse dixerat.*
E. *Propterea igitur tu mercatus, nouus amator, vetus puer.*
[6] CH. *Optimè herclè perge, ego assistam iam hinc altrinsecus,*
Quibus est dictis dignus vsque oneremus ambo. DE. *nullus sum.*
LY. *Filio suo qui innocenti fecit tantam iniuriam.*
EV. *Quem quidé herclè ego, in exilium cùm iret, reduxi domum,*
Nam ibat exulatum. DE. *an abiit?* EV. *etiam loquere larua tu?*
Temperare istac ætate istis decebat artibus.
DE. *Fateor. deliqui profectò.* EV. *etiam loquere larua tu?*
Vacuum esse istac ted ætate ijs decebat noxiis:
Itidem vt tempus anni, ætatem aliam aliud factum conuenit.
Nam si istuc ius est senecta ætate scortari senes,

1 L. Ædepol. 2 L. nequid. 3 L. eam exp. 4 L. securam. 5 *Dele.* 6 L. LY.

Vbi loci res summa nostra est publica. D. *hei perij miser.*
E. *Adolescentes rei agendæ isti magis solent operam dare.*
D. *Iam obsecro vobis hercle habete cũ porcis, cum piscina.*
EV. *Redde filio, sibi habeat.* DE. *iam vt vult, per me sibi habeat licet*
Semper adepol. EV. *quoniam vt aliter facias, non est copia.*
DE. *Supplicij sibi sumat quid vult ipse ob hanc iniuriam,*
Modò pacem[1] *faciatis. ora vt ne mihi iratus siet.*
Si hercle sciuissem, siue adeò ioculo dixisset mihi,
Se illam amare, nunquam facerem, vt illam amanti abducerem.
Eutyche ted oro, sodalis eius es. serua & subueni.
Hunc senem para me clientem, memorem dices beneficij.
LY. *Ora vt ignoscat delictis tuis, atque adolescentiæ.*
DE. *Pergin' tu autem? eia superbè inuehere. spero ego mihi quoque*
Tempus tale euenturum, vt tibi gratiam referã parem.
LY. *Missas iam ego istas artes faciam.* DE. *& quidem ego dehinc iam.* LY. *nihil*
Consuetudine rursus te animus huc inducet. DE. *obsecro*
Satis iam vt habeatis, quin loris cædite etiam, si lubet.
LY. *Rectè dicis. sed istuc vxor faciet, cùm hoc resciuerit.*
DE. *Nihil opus rescisçat.* EV. *quid*[2] *istic? non rescisçet, ne time.*
Eamus intrò, non vtibilis hic locus factis tuis.
Dum memoramus, arbitri vt sint, qui prætereant per vias.

1 L. Fasciatis misero, vt.
2 L. istuc?

DE. *Hercle quin tu rectè dicis, eadem breuior fabula*
Erit, eamus. EV. *hic est intus filius apud nos tutus.*
DEMI. *Optimè est, illac per hortum nos domum transibimus.*
LY. *Eutyche, hanc volo prius rem agi, quàm meũ intrò refero pedem.*
EV. *Quid istuc est?* LY. *suam quisque homo rem meminit, respondе mihi.*
Certón' scis non succensere mihi tuam matrem? EV. *scio.*
LY. *Vide.* EV. *me vide.* LY. *satis habeo, id quaso hercle etiam vide.*
EV. *Non mihi credis?* LY. *immò credo, sed tamen metuo miser.*
EV. *Eamus intrò, immò dicamus senibus leges censeo,*
Priusquam abeamus, quas leges teneant, contentique sint.
Annos natus sexaginta qui erit, si quẽ scibimus,
Seu maritum, siue hercle adeò cœlibem scortarier,
Cum eo nos hic lege agemus, insçitum arbitrabimur.
Et per nos quidem hercle egebit, qui suum prodegerit.
Neu quisquam posthac prohibeto adolescentem filium.
Quin amet, & scortum ducat, quod bono fiat modo:
Si quis prohibuerit, plus perdet clã, quàm si prehibuerit palàm.
Hæc adeò, vt ex hacce nocte primum lex teneat senes,
Bene valete, atque adolescentes, hæc si vobis lex placet,
Obsenum hercle industriam, vos æquum est clarè plaudere.

FINIS.

PSEVDOLVS.

DRAMATIS PERSONAE.

PSEVDOLVS *seruos.*
CALLIDORVS *adolescens.*
BALLIO *leno.*
LOLARII *quatuor.*
SIMO *senex.*
CALLIPHO *senex.*
HARPAX *cacula.*
CHARINVS *adolescens.*
PVER.
COQVVS.
SIMIA *sycophanta.*
PHOENICIVM *meretrix.*

ARGVMENTVM.

PRÆSENTIS *numerat, quindecim miles minas,*
Simul consignat symbolũ, vt Phœnicium
Et det leno,[1] *sibi qui eum cum reliquo afferat.*
Venientem Caculam interuortit symbolo,
Dicens Syrum se Ballionis, Pseudolus,

1 L. cum qui cum r. & dele sibi.

Opemq̃

Opémque herili is ita tulit. nam Simia
Leno mulierem, quem is suppositit, tradidit.
Venit Harpax verus: res palam cognoscitur.
Senex ij argentum quod erat pactus, reddidit.

PROLOGVS.

STudete hodie mihi, bona in scenam affero.
Nam bona bonis ferri, reor æquom maximè,
Vt mala malis: vt qui mali sunt, habeant mala:
Qui boni, bona: bonos quòd oderint mali,
Sunt mali: malos quòd oderint boni, bonos
Esse oportet, vosque ideo estis boni, quandoquidem
Semper odistis malos, & lege & legionibus
Hos fugitastis Quirites, successis bonis
Huic vos nunc pariter bonam boni operam date gregi,
Qui bonus est, & hodie ad bonos affert bona.
Aures, oculi, animus, ampliter fient saturi.
In scenam qui ieiunus venerit, aut sitiens,
Is risu & ventre raso vigilabit sedulò.
Dum ridebunt saturi, mordebunt famelici.
Nunc si sapitis, cedite ieiuni, atque discedite.
Vos saturi state, immò sedete, atque attendite.
Non argumentum, neque huius nomen fabulæ.
Nunc proloquar ego, satis id faciet Pseudolus.
Satis id dictum vobis puto iam, atque deputo.
Vbi lepos, ioci, risus, vinum, ebrietas decent,
Gratiæ, decor, hilaritas atque delectatio.
Qui quærit alta, is malum videtur quærere.
Curas malas abiicite iam, vt otiosi hodie.
Exporgi meliùs lombos, atque exurgier.
Plautina longa fabula in scenam venit.

PSEVDOLVS *seruus*, CALLIDORVS *adolescens.*

PS. *SI ex te tacente fieri possem certior*
Here, quæ miseria te tam miserè macerat,
Duorum labori ego hominum parsissem lubens,
Mei te rogandi, & tui respondendi mihi.
Nunc quoniam id fieri non potest, necessitas
Me subigit, vt te rogitem, responde mihi,
Quid est, quòd tu exanimatus iam hos multos dies,
Gestas tabellas tecum, eas lacrumis lauis,
Neque tui participem consilij quenquam facis?
Eloquere, vt quod ego nescio, id tecum sciam.
CA. *Miserè miser sũ Pseudole.* PS. *id te Iuppiter*
Prohibessit. CA. *nihil hoc Iouis ad iudicium atti-*
Sub Veneris regno vapulo, non sub Iouis. (*net.*
PS. *Licet me id scire quid sit, nã tu me antidhac*
Supremum habuisti comitem consiliis tuis.
CA. *Idem animus nunc est.* PS. *fac me certum quid tibi*
Sit, iuuabo te aut re, aut opera, aut consilio bono.
CA. *Cape has tabellas, tute hinc narrato tibi*
Quæ me miseria & cura 3 contabescit.
PS. *Mos tibi geretur, sed quid hoc quæso?* CA. *quid est.*
PS. *Vt opinor quærunt litteræ hæ sibi liberos.*
Alia aliam scandit. CA. *ludis me ludo tuo.*
PS. *Has quidem pol credo, nisi Sibylla legerit,*
Interpretari alium potesse reor neminem.
CA. *Cur inclementer decis lepidis literis,*
Lepidis tabellis, lepida conscriptis manu?
PS. *An obsecro hercle habent quoque gallinæ manus?*
Nam has quidem gallina scripsit. CA. *odiosus mihi es.*
Lege, vel tabellas redde. PS. *immò enim pellegam,*
Aduortito animum. CA. *non adest.* PS. *at tu cita.*
HA. *Immò ego tacebo, tu hinc eum ex cera cita,*
Nam istic meus animus nunc est, non in pectore.
PS. *Tuam amicam video Callidore.* CA. *vbi ea est obsecro?*
PS. *Eccam in tabellis porrectam, in cera cubat.*
CA. *At dij deæq; quantus es.* PS. *2 seruassunt quidem.*
CA. *Quasi solstitialis herba pauliſper fui,*
Repentè exortus sum, repentino occidi.
PS. *Tace, dũ tabellas pellego.* CA. *ergo quin legis?*
PS. *Phœnicium Callidoro amatori suo,*
Per ceram & linum literasque interpretes,
Salutem mittit, & salutem abs te expetit,
Lacrimans titubanti animo, corde & pectore.
CA. *Perij, salutem nusquam inuenio Pseudole,*
Quam illi remittam. PS. *quam salutem?* CA. *argenteam.*
PS. *Pro lignea salute vis argenteam*
Remittere illi? vide sis, quam tu rem geras?
CA. *Recita modò, ex tabellis iam faxo scies.*
Quàm subitò argento mihi vsus inuento fiet.
PS. *Leno me peregrè militi Macedonico,*
Minis viginti vendidit. voluptas mea,
Et priusquã hinc abiit, quindecim miles minas
Dederat, nunc vna quinque remorantur minæ:
Ea causa miles hic reliquit symbolum,
Expressam in cera ex annulo suam imaginem,
Vt qui huc afferret eius simile symbolum,
Cum eo simul me mitteret. ei rei dies
Hæc præstituta est, proxima Dionysia.
Cras ea quidem sunt. CA. *propè adest exitium mihi.*
Nisi quid mihi in te est auxilij. PS. *sine pellegam.*
CA. *Sino. nam mihi videor cum ea fabularier.*
Lege, dulce amarúmque vnà nunc misces mihi.
PS. *Nunc nostri amores, mores, consuetudines,*
Iocus, ludus, sermo, suauis sauiatio,
Compressiones 3 arcte amantum 4 compares,
Teneris labellis molles morsiuncula,
Papillarum horridularum oppressiuncula,
Harum voluptatum mihi omnium, atque itidem tibi
Distractio, 5 dissidium, vastities venit,
Nisi quæ mihi in te'st, aut tibi est in me salus.

1 *L.* herili ita tetulit.
2 *L.* Bona qui boni.
3 *L.* contabefacit.
1 *dele* reor. 2 *L.* seruassint.
3 *L.* arctæ. 4 *L.* corporum,
5 *L.* discidium.

Hæc quæ ego sciui, vt scires curaui omnia:
Nunc ego te experiar quid ames, quid simules, vale.
CA. *Est misere scriptum Pseudole.* PS. *ô miserrime.*
CA. *quin fles?* PS. *pumiceos oculos habeo, non queo*
Lacrumam exorare vt expuant vnam modò.
CA. *Quid ita?* PS. *genus nostrum semper siccoculum fuit.*
CA. *Nihilne adiuuare me audes?* PS. *quid faciam tibi?*
CA. *Heu.* PS. *heu id quidem herclè ne parsis dabo.*
CA. *Miser sum, argentum nusquam inuenio mutuum,*
Pseudole. PS. *heu.* CA. *neque intus nummus vllus est.* PS. *est? eheu.*
CA. *Ille abducturus est mulierem cras.* PS. *eheu.*
CA. *Istoccine pacto me adiutas?* PS. *do id quod mihi est.*
Nam is mihi thesaurus iugis in nostra est domo.
CA. *Actum hodie de me est. sed potes nunc mutuam*
Drachmam dare vnam, quam cras reddam tibi?
PS. *Vix herclè opinor, si me opponam pignori.*
Sed quid de drachma facere vis? CA. *restim volo*
Mihi emere. PS. *quamobrem?* CA. *qui me faciam pensilem.*
Certum est mihi ante tenebras persequi tenebras.
PS. *Quis mihi igitur drachmam reddet, si dederim tibi?*
An tute ea causa vis sciens suspendere,
Vt me defrudes drachma, si dederim tibi?
CA. *Profectò, nullo pacto possum viuere,*
Si illa à me abalienatur atque abducitur.
PS. *Quid fles Cucule? viues.* CA. *quid ego ni fleam?*
Cui nec paratus nummus argenti siet.
Neque libellæ spes sit vsquam gentium.
PS. *Vt literarum ego harum sermonem audio,*
Nisi tu illi drachmis fleueris argenteis,
Quod tu istis lacrumis te probare postulas,
Non pluris refeet, quàm si imbrem in cribrum geras,
Verùm ego te amantem ne paue, non deseram.
Spero alicunde hodie me bona opera, [2] aut mula
Tibi inuenturum esse auxilium argentarium,
Atque id futurum vnde vnde dicam nescio,
Nisi quia futurum est, ita supercilium salit.
CA. *Vtinam quæ dicis, dictis facta suppetant.*
PS. *Scis tu quidem herclè, mea si commoui sacra,*
Quo pacto & quantas soleam turbellas dare.
CA. *In te nunc sunt omnis spes ætati meæ.*
PS. *Satin' est, si hanc hodie mulierem efficio tibi*
Tua vt sit, aut si tibi do viginti minas?
CA. *Satis, si futurum est.* PS. *roga me viginti minas.*

1 L. Neque cui lib.
2 L. aut hac mea.

Vt me effecturum tibi quod promisi scias,
Roga. CA. *obsecro herclè.* PS. *gestio promittere.*
CA. *Dabisne argenti mihi hodie viginti minas?*
PS. *Dabo, molestius nunc iam ne sis mihi.*
Atque hoc ne dictum tibi neges, dico prius,
Si neminem alium potero, tuum tangam patrem.
CA. *Dij te mihi omnes seruent. verùm si potes*
Pietatis causa, vel etiam matrem quoque.
PS. *De istac re, in oculum vtrumuis conquiescito.*
CA. *Oculum vtrum, ánne aurem?* PS. *at hoc peruolgatum est minus.*
Nunc ne quis dictum sibi neget, dico omnibus,
Pubi præsenti, in concione, omni poplo,
Omnibus amicis, notisque edico meis,
In hunc diem à me vt caueãt, ne credant mihi.
CA. *Tace obsecro herclè.* PS. *quid negocij est?* CA. *ostium*
Lenonis crepuit. PS. *crura mauellem modò.*
CA. *Atque ipse egreditur, penitus periurum caput.*

LENO, LORARII IIII, PSEVDOLVS, CALLIDORVS.

EXite, agite, ite ignaui, male habiti, & malè conciliati,
Quorum nunquam quicquam cuiquam venit in mentem vt rectè faciant.
Quibus nisi ad hoc exemplum experior, non potest vsurpari vsura.
Neque ego, homines magis asinos vnquam vidi, ita plagis costæ callent.
Quos dum ferias, tibi plus noceas: eo enim ingenio hi sunt flagitribæ
Qui hæc habent consilia, vbi data occasio est, rape, clepe, tene, harpaga,
Bibe, es, fuge: hoc est eorum opus,
Vt mauelis lupos apud oues linquere, quàm hos domi custodes.
At faciem cùm aspicias eorum, haud mali videtur, opera fallunt.
Nunc adeò hanc edictionem [1] animo omnes aduortite.
Nisi somnum socordiámque ex pectore oculisque [2] amouebitis,
Ita ego vestra latera loris faciam vt validè varia [3] sient.
Vt ne peristromata quidẽ æquè picta sint Campanica,
Neq; Alexandrina belluata conchilata tapetia.
Atque heri antè dixeram omnibus, dederámque eas prouincias:
Verùm ita vos estis perditi, negligentes, ingenio improbo,
Officiũ vestrum vt vos malo cogatis cõmonerier.
Nempe ita animati [4] estis, vos vincere hoc du-

1 L. nisi animum aduortitis omnes.
2 L. amouetis. 3 L. sint. 4 L. estis vos vincire hoc duritia ergo atque me.

ritia

vitia tergi, atque me.
Hoc vide sis vt alias res agunt? hoc agite, hoc animum aduortite,
Huc adhibete aures, quæ ego loquar, plagigera genera hominum,
Nunquam ædepol vestrum durius tergum erit, quam terginum hoc meum,
Quin nunc dolétne? hem, sic datur. si quis herum seruus spernit.
Assistite omnes contra me, & quæ loquor, aduortite animum.
Tu qui vrnam habes, aquam ingere. face plenum aenum sit citò,
Te cum securi, caudicali præficio prouinciæ.
LO. At hæc retunsa est. LE. sine siet, itidem vos estis plagis omnes.
Num qui minus ea gratia tamen omnium opera vtor?
Tibi hoc præcipio, vt niteant ædes, habes quod facias, propera, abi intrò.
Tu esto lectisterniator. tu argentum eluito, idem extruito.
Hæc, cum ego à foro reuertor, facite vt offendam parata,
Vorsa, præsterga. strata, lautáque, coctáque omnia vti sint.
Nam mihi hodie natalis dies est, decet eum omnes vos concelebrare,
Pernam, callum, glandium, sumen, facito in aqua iaceant. [1] satin?
Magnificè volo enim summos viros accipere, vt mihi rem esse reantur.
Intrò abite, atque hæc cito celebrate: ne mora quæ sit, cocus cùm veniat
Mihi. ego eo in macellum, vt piscium quicquid est precio præstinem.
I puere præ, ne quisquam pertundat crumenam cautio est.
Vel operire, est quod domi dicere penè sum oblitus.
Auditin' vobis mulieres hanc habeo edictionem:
Vos quæ in mundiciis, molliciis, deliciisque ætatulam agitis,
Viris cum summis inclitæ amicæ, nunc ego scibo, atque hodie experiar,
Quæ capiti, quæ ventri operam det, quæq; suæ rei, quæ somno studeat,
Quam libertam fore mihi credam, & quam venalem, hodie experiar.
Facite hodie, vt mihi munera multa huc ab amatoribus conueniant.
Nam nisi penus annuus hodie conuenit, cras populo prostituam vos.
Natalem scitis mihi diem esse hũc. vbi isti sunt, quibus vos oculi estis?
Quibus vitæ, quibus deliciæ estis? quibus suauia? mamilla? mellitæ?
Manipulatim mihi munerigeruli, facite ante ædis iam hic assint.
Cur ego vestem, aurum, atque ea quibus est vobis vsui, prohibeo? quid mihi
Domi nisi malum vestra opera est hodie, improbæ vino modò cupidæ estis,
Eo vos vestros panticésq; adeò madefacitis, cùm ego sim hic siccus.
Nunc adeò hoc [1] factum est optimum, vt nomine quanque appellem suo.
Ne dictum esse actutum sibi, quæpiam vestrarum mihi neget, aduortite animum cunctæ.
Principio Hedyllum tecum ago, quæ amica es frumentariis.
Quibus cunctis montes maximi acerui frumenti sunt domi:
Fac sis sit delatum huc mihi frumentum, [2] hunc annum quod satis
Mihi, etiam familiæ omni sit meæ, atque adeò vt frumento affluam:
Vt ciuitas nomẽ mihi cõmutet, meq; vt prædicet Lenone ex Ballione regem Iasonem. CA. audin furcifer
Quæ loquitur, satin magnificus tibi videtur? PS. pol iste
Atq; etiam malificus. sed tace & hanc rem gere.
LE. Æschrodora tu, quæ amicos tibi habes lenonum æmulos.
Lanios, qui item vt nos iureiurando malo quærũt rem, audi:
Nisi carnaria tria [3] grandia tergoribus [4] onerata vberi hodie
Mihi erunt, cras quasi Dircẽ (vt memorant) duo
Gnati Iouis deuinxere ad taurum, item hodie stringam ad carnarium, id tibi
Profectò taurus fiet. CA. nimis sermone huius ira incendor.
PS. Hunccine hic hominem pati colere iuuentutem Attica?
Vbi sunt, vbi latent, quibus ætas integra est, qui amant à lenone?
Quin cõueniunt? quin vnà omnes peste hac populum hunc liberant?
Sed nimis sum stultus, nimium fui indoctus, [5] ne illi audeant
[6] Id facere, quibus vt seruiant, suus amor cogit, simul
Prohibet, faciant aduersum eos quod volunt.
CA. vah tace. PS. quid est?
CA. Malè morigerus malè facis mihi, cum sermone huic obsonas. PS. taceo.
C. At taceas malo multo, quam tacere te dicas.
LE. tu autem
Xystylis fac vt animum aduortas, qoius amatores oliui
Dynamin domi habent maxumam.
Si mihi non iam huc culleis oleum deportatur,
Te ipsam culleo ego cras faciam deportère in pergulam.

1 L. satin' audis?

1 L. fortasse legendum factu est opt.
2 L. in hunc. 3 L. grauida.
4 L. oneri, quanquam mallet onere.
5 L. illi ne. 6 L. His id facere?

Ibi tibi adeò lectus dabitur, vbi tu haud somnũ capias,
Sed vbi vsque ad languorem. tenes quorsum hæc se tendant quæ loquor?
En Excetra tu, quæ tibi amicos tot habes, tã probè [1] *onustos oleo.*
Num cuipiam est hodie tua tuorum opera conseruorum
Nitidissimum caput? aut num ipse ego pulmento vto, magis
Vncti iusculo? sed scio, tu oleum haud magnipedis, vino te
Deuincis, sine modo reprehẽdam ego cuncta hercle vna opera, nisi
Quidem hodie tu omnia facis scelesta, hæc vti loquor.
Tu autem, quæ pro capite argentum mihi iam iámque sæpe numeras,
[2] *Eáque pacisci modo scis: sed quæ pacta es, non scis soluere.*
Phœnicium, tibi hæc ego loquor, delicia summatum virum,
Nisi hodie mihi ex fundis tuorum amicorum [3] *omnis huc penus affertur,*
Cras Phœnicium Phœnicio corio inuises pergulã.

CALLIDORVS, PSEVDOLVS, BALLIO leno.

CA. Pseudole, non audis quæ hic loquitur? PS. audio here equidẽ, atq; animũ aduorto.
CA. *Quid mihi es autor, huic vt mittam, xe amicam hic meam prostituat?*
P. *Bene curassis, liquido es animo, ego pro me & te curabo,*
Iamdiu ego huic bene & hic mihi volumus, & amicitia est antiqua.
Mittam hodie huic suo die natali malam rem magnam & maturam.
C. *Quid opus est?* PS. *potin aliam rem vt cures?* C. *at.* PS. *bat.* C. *crucior.* PS. *cor dura.*
C. *Non possum.* PS. *fac possis.* C. *quonã pacto possim* [4] *animum vincere?*
P. *In rem quod sit præuortaris, quam re aduersa animo auscultes.*
C. *Nugæ isthæc sunt, non iucundum est, nisi amans facit stultè.* PS. *pergin'.*
C. *O Pseudole mi, sine sim nihili.* PS. *mitte me* [5] *sis.* C. *sino.* PS. *modò ego*
Abeam. C. *mane, mane iam vt voles* [6] *esse me, ita ero.* PS. *nunc tu sapis.*
BA. *It dies, ego mihi cesso, i præ puere.* C. *heus abiit, quin reuocas?*
PS. *Qui properas? placidè.* C. *at priusquam abeat,* [7] *quod hoc malum? tam placidè is. puere*
[8] *Hodie nate heus, hodie nate, tibi ego dico, heus hodie nate, redi &*

1 L. oleo onustos. 2 L. Ea pac.
3 L. omne. 4 L. vincere animum?
5 L. sis sino, modò ego. 6 L. me esse.
7 L. BA quod h. 8 L. PS. Hod.

Respice ad nos, tametsi [1] *occupatus, moramur, mane sunt cõlloqui*
Qui volunt te. BA. *quid hoc est, quis est qui moram occupato molestam obtulit?*
CA. *Qui tibi sospit alis fuit.* BA. *mortuus est, qui fuit: qui est. viuus est.*
PS. *Nimis superbè.* BA. *nimis molestus.* C. *reprehende hominem assequere.*
BA *I puere.* PS. *accedamus hac obuiam.* BA. *Iupiter te* [2] *quisquis es perdat.*
PS. *Te volo.* BA. *at vos ego ambos, verte hac te puere.* PS. *non licet*
Colloqui te BA. *at mihi non lubet.* C. *sin tuã est quippiam in rem?* BA. *licet*
Ne obsecro viuere, an non licet? PS. *vah manta.* BA. *omitte.* C. *Ballio*
[3] *Audi.* BA. *surdus sum, profectò inanilogus es.* C. *dedi, dum fuit.*
BA. *Non peto quod dedisti.* C. *dabo quando erit.* B. *ducito*
Quando habebis. C. *heu heu quam ego malis perdidi modis,*
Quod tibi detuli & quod dedi. B. [4] *mortuo verba fabulare nunc,*
Stultus es, rem actam agis. PS. *nosce saltem hunc quis est.* B. *iam diu*
Scio qui fuit: nunc quis est is, ipsus sciat, ambula tu [5] *modò.*
PS. *Potin' vt semel modò Ballio hunc cum lucro respicias?*
B. *Respiciam istoc precio. nam si sacrificem summo Ioui,*
Atque in manibus exta teneam vt porriciam, interea loci
Si lucri quid detur, potius rem diuinam deserã.
PS. *Non potest pietate obsisti huic, vt res sunt cetera.*
Deos quidem quos maximè æquum est metuere, eos minimi facit.
B. *Compellabo, salue multum serue Athenis pessume.*
PS. *Di te deæque ament, vel huius arbitratu vel meo:*
Vel si dignus alio pacto, neque ament, neque faciant bene.
B. *Quid agitur Callidore?* P. *amatur, atque egetur acriter.*
B. *Misereat, si familiam alere possim misericordia.*
PS. *Eia scimus nos quidem te qualis sis, ne prædices.*
Sed scin' quid nos volumus? B. *pol ego* [6] *propemodum vt malè sit mihi.*
PS. *Et id, & hoc quòd te reuocamus, quæso animum aduorte.* [7] BA. *audio.*
Atque in pauca, vt occupatus nunc sum, confer

1 *Lamb. malit legi* occupatum mor.
2 L. perdat, quisquis es. 3 L. PS. Audi.
4 L. mortua re, verba nunc facis. 5 *dele* modo.
6 L. propemodo. 7 L CA.

quid

quid velis.
PS. *Hunc pudet quod tibi promisit, quáque id promisit die,*
Quia tibi minas viginti pro amica etiam non dedit.
B. *Nimio id quod pudet facilius fertur, quàm illud quod piget:*
Non dedisse istum pudet: me quia nõ accepi, piget.
PS. *At dabit, parabit* 1 *aliquid hoc dies, manta modò.*
Nam hic id metuit, ne illam vendas ob simultatem suam.
BA. *Fuit occasio si vellet, iampridem argentum vt daret.*
CA. *Quid si non habui?* BA. *iam haberes, inuenires mutuum,*
Ad Danistam deuenires, adderes fœnusculum,
2 Surriperes patri. PS. *surriperet hic patri audacissime?*
Non periculum est, ne quid rectè monstres? BA. *non lenonium est.*
CA. *Ego patri surripere possim quicquam, tam cauto seni?*
Atque adeò si facere possem, pietas prohibet.
BA. *audio,*
Pietatem ergo istam amplexator noctu pro Phœnicio.
Sed quoniam pietatem amori video tu præuortere,
Omnes tibi patres sunt, nullus est tibi quem roges mutuum
Argentum? CA. *quin nomen quoque iam interiit mutuum.*
B. *Heus tu postquam hercle isti à mensa 3 surgunt saturi. poti* **
Qui suum repetunt, alienum reddunt nato nemini,
Ab alienis cautiores sunt, ne credant' alteri.
CA. *Nimis miser sum, nummum nusquam reperire argenti queo:*
Ita miser & amore pereo, & inopia argentaria.
BA. *Eme die cæca hercle oliuum, id vendito oculata die.*
Iam hercle vel ducentæ fieri possunt præsentes minæ.
CA. *Perij, an non tum lex me perdit, quina vicenaria,*
Metuunt credere omnes. BA. *eadem est mihi lex, metuo credere.*
PS. *Credere autem, ehò an pœnitet te, quando hic fuerit vsui?*
B. *Non est iustius quisquam amator, nisi qui perpetuat data.*
4 Détque vsque quando nihil sit, simul amare desinat.
CA *Nihilne te mei miseret?* BA *inanis 5 accedis,*
dicta non sonant.
Atque ego te viuum saluúmque vellem. PS. *ehò an iam mortuus est?*
BA. *Illico vixit amator, vbi 1 lenoni placet.*
Semper tu ad me cum argentata accedito querimonia.
Nam 2 istuc quod nunc lamentare non esse argentum tibi,
Apud nouercam querere: PS. *ehò, 3 an vnquam huius nupsisti patri?*
BA. *Di melius faciant.* PS. *fac hoc quod te rogamus Ballio*
Mea fide si isti formidas credere. ego 4 hoc triduo
Aut terra, aut mari alicunde euoluam id argentum tibi.
BA. *Tibi ego credam?* PS. *cur non?* BA. *quia pol, qua opera sic credam tibi,*
Vna opera alligem canem fugitiuam agninis lactibus.
C. *Siccine mihi abs te bene merenti malè refertur gratia?*
B. *Quid nunc vis?* C. *vt opperiare hos sex dies saltem modo,*
Ne illam vendas, neu perdas me hominem amantem. BA. *animo bono es.*
Vel sex opperibor mẽses. C. *euge homo lepidissime.*
BA. *Immò vin' etiam te faciam ex lato latantem magis?*
C. *Quid iam?* B. *quia enim nõ venalem iam habeo Phœnicium.*
C. *Non habes?* BA. *non hercle verò.* C. *Pseudole 5 accersi hostias,*
Victimas, lanios, vt ego huic sacrificem summo Ioui:
Nam hic mihi nunc est multo potior Iuppiter, quàm Iuppiter.
BA. *Nolo victimas, agninis' me extis placari volo.*
C. *Propera, quid stas? 6 accerse agnos, audin' quid ait Iuppiter?*
PS. *Iam hic ero, verùm extra portam Metiam currendu'st prius.*
C. *Quid eo?* PS. *lanios inde 7 accersam duos cum tintinabulis:*
Eadem duo greges virgarum inde vlmearum adegero,
Vt hodiè ad litationem huic suppetat satias Ioui
In malam crucem, istic ibit Iuppiter lenonius.
BA. *Ex tua re non est, vt ego emoriar.* PS. *quî dum?* BA. *ego dicam tibi,*
Quia ædepol dum ego viuus viuam, nunquam eris frugi bonæ.
PS. *Ex tua re non est, vt ego emoriar.* BA. *quî dum?*
PS. *Sic, quia si ego emortuus sim, Athenis te sit nemo nequior.*
C. *Dic mihi obsecro verum hercle serio hoc quod te rogo est,*

1 *Lamb. distingui vult post* aliquid *sic* parabit aliquid, has dies manta modò. 2 L. Surripuisses 3 L. iurgunt ** 4 L. Dátque. 5 L. cedis.

1 L. ille lenoni. 2 L. istoc. 3 L. tun' 4 L. in hoc tr. 5 L. arcesse. 6 L. arcesse. 7 L. arcessam.

Non habes venalem amicam tu meam Phœnicium?
BA. Non ædepol habeo profectò: nam iampridem vendidi.
C. Quomodo? BA. sine ornamentis, cum intestinis omnibus.
C. Meam tu amicam vendidisti? BA. valde, viginti minis.
CA. Viginti minis? B. vtrum vis, vel quater quinis minis,
Militi Macedonio, 1 & iam quindecim hic habeo minas.
CA. Quid ego ex te audio? BA. amicam tuam esse factam argenteam.
CA. Cur id ausus facere? BA. lubuit, mea fuit.
CA. ehò Pseudole,
I, gladium affer. PS. quid opus gladio? CA. qui hunc occidam, atque me.
PS. Quin tu te occidis potius: nam hunc fames iam occiderit.
CA. Quid ais, quantum terra 2 tegit hominum periurissime,
Iurauistin' te illam nulli venditurum nisi mihi?
BA. Fateor. CA. nempe conceptis verbis. BA. etiam consultis quoque.
CA. Periurauisti sceleste. BA. vt argentum intrò condidi.
Ego scelestius nunc argentum promere possum domo:
Tu qui pius es istoc genere gnatus, nummum non habes.
CA. Pseudole assiste altrinsecus, atque onera hunc maledictis. PS. licet.
Nunquam ad prætorem æquè cursim curram, vt emittar manu.
CA. Ingere mala multa. PS. iam ego te differam dictis meis,
Impudice. BA. ita est. PS. sceleste. BA. dicis vera. PS. verbero.
BA. Quippini. CA. bustirape. BA. certè. CA. furcifer. BA. factum optumè.
CA. 3 Socifraude. BA. sunt mea hæc ista. PS. patricida. BA. perge tu.
PS. Sacrilege. BA. fateor. CA. periure. BA. vetera vaticinamini.
CA. Legirupa. BA. validè. PS. pernicies adolescentum. BA. acerrimè.
CA. Fur. BA. babæ. PS. fugitiue. CA. bombax. CA. fraus populi. BA. planissumè.
PS. Fraudulente. CA. impure leno. PS. cœnum. BA. cantores probos.
C. Verberauisti patrem atque matrem. B. atque occidi quoque,
Potiusquam cibum 4 perhiberem, num peccaui quippiam?
P. In pertusum ingerimus dicta dolium, operam ludimus.
B. Nunquid aliud etiam voltis dicere? CA. ec-

1 L. etiam. 2 L. Videtur legendum gerit. L. Socio fraude. 4 L. præbiberem,

quid te pudet?
B. Ted amatorem inuentum esse inanem quasi cassam nucem.
Sed quanquam multa maláque in me dicta dixistis 1 modò,
Nisi mihi attulerit miles quinque quas debet minas,
Sicut hæc est præstituta 2 summa argentaria dies,
Si is non aderit, posse opinor facere officium meum meum.
CA. Quid id est? BA. si tu argentum attuleris, cum illo perdiderim fidem.
Hoc meum est officium: ego operæ si sit plus, tecum loquar.
Sed sine argento frustra est, quod me tui misereri postules.
Hæc mea est sententia, vt tu hinc porrò quid agas, consulas.
CA. Iámne abis? BA. negocij nunc sum plenus.
PS. paulo pòst magis.
Illic homo meus est. nisi omnes di me atque homines deserunt,
Exossabo ego illum similiter itidem vt murenam cocus.
Sed nunc Callidore operam te mihi volo dare.
CA. quid imperas?
P. Hoc ego oppidum admœnirè, vt hodie capiatur, volo.
Ad eam rem vsu'st hominem astutum, doctum, scitum, & callidum,
Qui imperata effecta reddat, non qui vigilans dormiat.
CA. Cedo mihi quid es facturus? PS. tempori ego faxo scies,
Nolo bis iterare, sat sic longæ sunt fabulæ.
CA. Optumum atque æquissimum oras. PS. propera, 3 adhuc hominem cito,
Pauci ex multis sunt amici homini qui certi siet.
CA. Ego scio istuc. P. ergo vtrumque tibi nunc delectum para.
Ex multis exquire illis vnũ tibi qui certus siet.
CA. Iam hic faxo aderit. P. potin' vt abeas? CA. tibi moram dictis creas.

1 L. mihi. 2 L. numerando argento dies. 3 L. adduc. 4 L. dicta dapsilaes. 5 L. tabulas cùm cœpit S.

PSEVDOLVS.

POstquam illic hinc abiit, tu astas solus Pseudole,
Quid nunc acturus? postquam herili filio
Largitus 1 dictis dapsilis, vbi sunt ea?
Cui neque parata gutta certi consilij,
Neque adeo argenti, neque nunc quid faciã scio,
Neque exordiri primùm, vnde occipias, habes,
Neque ad detexundam telam certos terminos.
Sed quasi poeta 4 fabulas cùm cœpit sibi,
Quærit quod nusquam est gentium, reperit tamen,

Facit

Facit illud verisimile quod mendacium est:
Nunc ego poeta fiam: viginti minæ
Quæ nusquam nunc sunt gentium, inueniam tamen,
Atq; ego huic iampridem me daturum dixeram:
1 At volui inijcere tragulam in nostrum senem:
Verùm is nescio quo pacto præsensit prius.
Sed comprimenda est mihi vox atque oratio.
Herum eccum video huc vnà Simonem simul
Cum suo vicino Calliphone incedere.
Ex hoc sepulcro vetere viginti minas
Effodiam ego hodie, quas dem herili filio.
Nũc huc concedam, vt horum sermonem legam.

SIMO, CALLIPHO, *senes duo.*
PSEVDOLVS *seruus.*

SI de damnosis natis & amatoribus
Dictator fiat nunc Athenis Atticis,
Nemo antecedat filio credo meo:
Ita nunc per vrbem solus sermo est omnibus,
Eum velle amicam liberare, & quærere
Argentum ad eam rem, hoc alij mihi renunciant,
Atque id iampridem sensi ego, & subolet mihi.
P. *Occisa est hæc res, hæret hoc negocium.*
Quò in commeatum iam volui argentarium
Proficisci, ibi nunc oppidò obsepta est via.
Præsensit, nihil est prædatoribus.
CA. *Homines qui gestant: quique auscultant crimina,*
Si meo arbitratu liceat, omnes pendeant:
Gestores linguis, auditores auribus.
Nam istæc quæ tibi renunciantur filium
Te velle amantem argento circunducere,
Forsitan ea tibi dicta sunt mendacia.
Sed si vera ea sunt, vt nunc mos est maximè.
Quid mirum fecit, quid nouum? adolescens homo
Si amat, si amicam liberat? P. *lepidum senem.*
SI. *Vetus' nolo faciat.* C. *At enim necquicquam neuis,*
Vel túne faceres tale in adolescentia.
Probum patrem esse oportet, qui gnatum suum
Esse probiorem quàm ipsus fuerit postulet.
Nam tu quod damni & quod feciſti flagitij,
Populo viritim potuit dispertirier.
Id ne tu miraris, si patrissat filius?
PS. *ὦ Ζεῦ, quam pauci estis homines commodi?*
Ehem 2 illic est patrem esse, vt æquum est filio.
SI. *Quis hic loquitur? meus hic est quidem seruos Pseudolus,*
Hic mihi corrumpit filium, scelerum caput,
Hic dux, hic ille est pædagogus, hunc ego
Cupio excruciari. CA. *iam istæc insipientia est,*
Sic iram in promptu gerere: quanto satius est,
Adire blandis verbis, atque exquirere,
Sint illa, nec ne sint, quæ tibi renúnciant,
BONVS animus in mala re, dimidium est mali.
SI. *Tibi auscultabo.* P. *itur ad te Pseudole,*

1 L. Ac 2 *L.* illuc.

Orationem tibi para aduersum senem.
Herum saluto primùm, vt æquom est: posteà
Siquid supersit, vicinos impertio.
SI. *Salue, quid agitur?* P. *statur hic ad hunc modum.*
SI. *Statum vide hominis Callipho, quasi basilicum.*
CA. *Bene confidentérque astitisse intelligo.*
P. *Decet 1 innocentem, qui sit atque innoxius,*
Seruum superbum esse apud herum potissimum.
CA. *Sunt quæ te volumus percontari, quæ quasi*
Per nebulam nosmet scimus atque audiuimus.
SI. *Conficiet iam te hic verbis vt tu censeas*
Non Pseudolum, sed Socratem tecum loqui.
P. *Ita est.* CA. *iampridem tu me spernis, sentio,*
Paruam esse apud te mihi fidem ipse intelligo:
Cupis me esse nequam, tamen ero frugi bonæ.
SI. *Fac sis vaciuas Pseudole ædis aurium,*
Mea vt migrare dicta possint quò volo.
P. *Age loquere quid vis, tametsi tibi succenseo.*
SI. *Mihin' domino seruos tu succenses?* P. *iam tibi*
Mirum id videtur? SI. *hercle qui vt tu prædicas,*
Cauendum est 2 mihi abs te irato, atque alio tu modo
Me verberare, atque ego te soleo, cogitas.
P. *Quid censes?* CA. *ædepol meritò esse iratum arbitror,*
Cùm apud te parum stet fides. SI. *iam sic sino*
Iratus sit, ego ne quid noceat cauero.
Sed quid ais? quid hoc quod te rogo? P. *si quid vis, roga*
Quod scibo, Delphis tibi responsum dicito.
SI. *Aduorte ergo animum, & fac sis promissi memor.*
Quid ais? ecquam scis filium tibicinam
Meum amare? PS. 3 *negar? mea est.* SI. *liberare quam velit?*
4 *** PS. Πρίπου καὶ τοῦτο *negari.*
*** SI. *ecquas viginti minas*
Per sycophantiam atque per doctos dolos
Paritas vt auferas à me? PS. *abs te ego auferam?*
SI. *Ita, quas meo gnato des, qui amicam liberet.*
5 *Fatere πυθοῦ, ἵνα καὶ αὐτὸς μυσάμην.*
CA. *Fatetur.* SI. *dixin' Callipho dudum tibi?*
CA. *Memini.* SI. *cur hæc tu, vbi resciuisti illico,*
Celata me sunt? cur non resciui? PS. *eloquar.*
Quia nolebam ex me morem prægigni malum,
Herum 6 vt seruos suum criminarer apud herũ.
SI. *Iuberes hunc præcipitem in pistrinum trahi.*
CA *Nunquid peccatum Simo est?* SI. *immò maximè.*
PS. *Desiste, rectè ego meam rem sapio Callipho.*
Peccata mea sunt. animum aduorte nunc iam.
Quapropter te expertem amoris nati habuerim,
Pistrinum in mundo scibam, si id saxem, mihi.

1 L. innocens quin sit. 2 *Dele* mihi.
3 L. οὐ δῆτα negare SI. liberare ecquam velit.
4 *L.* PS. Δῆτα nec τοῦτο negare. SI. ecquas viginti minas. 5 *L.* PS. Paterij δῆτα καὶ τοῦτο ταῖ. 6 *L.* vt ego ser.

SI. *Non à me scibas pistrinum in mundo tibi?*
Cum ea mussitabas. PS. *scibam.* SI. *cur non dictum est mihi?*
PS. *Quia aliud malum aderat. istus aberat longius:*
Illud erat præsens, huic erat diecula.
SI. *Quid nunc agetis? nam hinc quidem à me non potest*
Argentum auferri, qui præsertim senserim.
Ne quisquam credat nummum, iam edicam omnibus.
PS. *Nunquam edepol cuiquam supplicabo, dum quidem*
Tu viues. tu mihi hercle argentum dabis,
Abs te equidem sumam. SI. *tu à me sumes?* PS. *strenue.*
SI. *Excludito mihi hercle oculum, si dedero.* PS. *dabis.*
Iam dico, vt à me caueas. CA. *certè edepol scio,*
Si abstuleris, mirum & magnum feceris facinus.
PS. *Facã.* SI. *si non abstuleris?* PS. *virgis cædito.*
Sed quid si abstulero? SI. *do Iouem testem tibi,*
Te ætatem impunè habiturum. PS *facito vt memineris.*
SI. *Egon' vt cauere nequeam cui prædicitur?*
PS. *Prædico vt caueas, dico inquam vt caueas, caue,*
Hem istis mihi tu hodie manibus argentũ dabis.
CA. *Edepol mortalem graphicum, si seruat fidem.*
PS. *Seruitum tibi me abducito, ni fecero.*
SI. *Bene atq; amicè dicis: nam nunc iam meus es.*
PS. *Vin etiam dicam, quod vos magis miremini?*
CA. *Studeo hercle audire, nam ted ausculto libens.*
SI. *Agedum. nam satis libenter te ausculto loqui.*
PS. *Priusquam istam pugnam pugnabo, ego etiam prius*
Dabo aliam pugnam claram, & commemorabilem.
SI. *Quam pugnam?* PS. *hem ab hoc lenone vicino tuo,*
Per sycophantiam, atque per doctos dolos
Tibicinam illam, tuus quam gnatus deperit,
Eam circumducam a lepidule. SI. *quid est?*
PS. *Effectum hoc hodie reddam vtrumque ad vesperum.*
SI. *Siquidem istæc opera vt prædicas perfeceris.*
Virtute regi Agathocli anteceſseris:
Sed si non faxis, nunquid causſæ est, illico
Quin te in pistrinum condam? PS. *non vnum quidem*
Diem modò, verum hercle in omnis, quantum est. sed si effecero,
Dabin' mihi argentum quod dem lenoni? 3 illic?
Tua voluntate. CA. *ius bonum orat Pseudolus.*
Dabo inq;. SI. *at scin' quid mihi in mentẽ venit?*
Quid si hisce inter se consenserunt, Callipho,

1 *Lamb. malit legi* exsculpito.
2 *L.* Lepidè lenonem. 3 *L.* illice.

Aut de compacto faciunt consutis dolis,
Qui me argento circumuertant? PS. *quis me audacior*
Sit? si istuc facin' audeam facere. immò sic Simo.
Si sumus conspecti, siue consilium vnquam ineximus
De istac re, aut si de ea re vnquam inter nos conuenimus,
Quasi in libro cum scribuntur calamo litteræ.
Stilis me totum vsque vlmeis conscribito.
SI. *Indice ludos nunc iam quando lubet.*
PS. *Da in hunc diem operam Callipho quæso mihi,*
Ne quod te ad aliud occupes negotium.
CA. *Quin vtirus 1 irem iam herè constitueram.*
PS. *At nunc disturba quas statuisti machinas.*
CA. *Nunc non abire certum est istac gratia,*
Lubido est ludos tuos spectare Pseudole.
Et si hunc videbo non dare argentum tibi,
Quod dixi, potius quam id non fiat, ego dabo.
Non demutabo. PS. *namque edepol si non dabis,*
Clamore magno, & multum flagitabere.
Agite amouemini hinc vos intrò nunc iam,
At meis vicissim date locum fallacijs.
SI. *Fiat, geratur mos tibi.* PS. *sed te volo*
Domi vsq; adesse. SI. *quin tibi 2 hanc operã dico.*
CA. *At ego ad forum ibo, iam hic adero.* SI. *actutum redi.*
PS. *Suspicio est mihi nunc vos suspicarier,*
Me iccirco hæc tanta facinora promittere,
Qui vos oblectem, hanc fabulam dum transigã,
Neq; sim facturus, quod facturum dixeram:
Non demutabo. atque etiam certum, quod sciam
Quo sim facturus pacto, nihil etiam scio,
Nisi quia futurum est. nam qui in scenam prouenit
Nouo modo, nouum aliquid inuentum afferre addecet.
Si id facere nequeat, det locum illi qui queat.
Concedere aliquantisper hinc mihi intrò libet,
Dum concenturio in corde sycophantias.
Tibicen vos interea hic delectauerit.

ACTVS II.
PSEVDOLVS, seruus.

PRoh Iuppiter, vt mihi quicquid ago lepidè omnia prosperéque eueniunt.
Neque quod dubitem, neque quod timeam meo in pectore conditum est consilium.
Nam ea stultitia est, facinus magnum timido cordi credere. nam omnes
Res perinde sunt, vt agas, vt eas magnifacias. nam ego in meo
Pectore prius ita paraui copias duplicis, triplicis, dolos,
Perfidias, vt vbicunque cum hostibus congrediar, 3 maiorum meum
Fretus virtute dicam, mea industria & mali-

1 *L.* irem hodie, iam heri.
2 *dele* hanc. 3 *L.* malorum meorum.

cia

cia, fraudulentia,
Facilè vt vincam, facilè vt spoliem meos perduellis meis perfidijs.
Nunc inimicum ego hunc communem' meum, atque vostrûm omnium
Ballionem, exballistabo lepidè, date operam modò. hoc ego oppidum
Admœnire, vt hoc die capiatur, volo, atque 1 ad hoc meas legiones
Adducam, si hoc expugno, facilè ego hanc rem meis ciuibus faciam.
Pòst ad oppidum hoc vetus continuò mecum exercitum protinus obducam,
Inde me & simul participes omnes meos præda onerabo, atque opplebo.
Metum & fugam perduellibus meis injciam, me esse vt sciant natum.
2 Quo sum genere gnatus, magna me facinora decet efficere
Quæ pòst mihi clara, & diu clueant: sed hunc quem video, quis hic est?
Qui oculis meus obuiam ignorabilis obijcitur. libet scire
Quid hic velit cum machæra, & 3 hic, quam rem agat, hinc dabo insidias.

HARPAX Cacula, PSEVDOLVS seruus.

HI loci sunt, atque hæ regiones, quæ mihi ab hero sunt demonstratæ,
Vt ego oculis rationem capio, quam mihi ita dixit herus meus miles,
Septimas esse ædis à porta, vbi ille 4 habet leno, cui iussit
Symbolum me ferre, & hoc argentum. nimis velim certum qui
Mihi faciat Ballio leno vbi hic habitat. PS. st' tace tace,
Meus hic est homo, ni omnes di atque homines deserunt. nouo consilio
Nunc mihi opus est, noua res subitò mihi hæc obiecta est:
Hoc præuortar principio, illa omnia missa habeo quæ antè agere occœpi.
Iam pol ego hunc stratioticum nuncium aduenientem 5 percutiam probè.
HA. Ostium pultabo, atque intus euocabo aliquem foras.
PS. Quisquis es, compendium ego te facere pultandi volo:
Nam ego precator, & patronus foribus proceßi foras.
HA. Túne es Ballio? PS. immò verò ego eius sum subballio.
HA. Quid istuc verbi est? P. condus, promus sum, procurator peni.
HA. Quasi te ditas atriensem. P. imò atriensi ego impero.

1 L. vt hoc. 2 L. Eo sum. 3 L. huic. 4 L. habuit. 5 L. probè percutiam.

HA. Quid tu seruúsne es, an liber? PS. nunc quidem etiam seruio.
H. Ita videre, & non videre dignus qui liber sies.
P. Non soles respicere te, cùm dicas iniustè alteri?
HA. Hunc hominem malum esse oportet. P. di me seruant atque amant.
Nam hic mihi incus est, procudam ego hodie hinc multos dolos.
HA. Quid illic secum solus loquitur? P. quid ais tu adolescens? HA. quid est?
P. Es-ne tu, an non es ab illo milite Macedonio,
Seruus eius, qui hinc à nobis est mercatus mulierem?
Qui argenti hero meo lenoni quindecim dederat minas,
Quinque debet? HA. sum. sed vbi tu me nouisti gentium,
Aut vidisti, aut colloquutus? nam equidem Athenis antidhac
Nunquam adueni, neque te vidi ante hunc diem vnquam oculis meis.
P. Quia videre inde esse. nam olim cùm abijt, argento hic dies
Præstituta est, quoad referret nobis, neque dum rettulit.
HA. Immò adest. P. tun' attulisti? HA. egomet. P. quid dubitas dare?
HA. Tibi ego dem? P. mihi hercle verò, qui res rationésque heri
Ballionis curo, argentum accepto, expenso, & cui debet dato.
HA. Siquidem hercle etiam supremi promittas thesauros Iouis,
Tibi libellam argenti nunquam credam, dum tu strenuas.
P. Res erit soluta. HA. nunc iam potius sic seruauero.
P. Væ tibi tu inuentus verò meam qui 1 flocilles fidem:
Quasi mihi non sexcëta tanta soli soleãt credier.
HA. Potest vt alij ita arbitrentur, & ego vt ne credam tibi.
P. Quasi tu dicas me te velle argento circumducere.
H. Immò verò quasi tu dicas, quasiq; ego autem id suspicer.
Sed quid est tibi nomen? P. seruus est huic lenoni Syrus,
Eum esse me dicam. Syrus sum. HA. Syrus? P. id est nomen mihi.
HA. Verba multa facimus. herus si tuus domi est, quin prouocas,
Vt id agam quò missus huc sum. P. quicquid est nomen tibi,
Si intus esset euocarem. verum si dare vis mihi,
Magis erit solutum, quàm ipse dederis. H. at enim scin' quid est?
Reddere hoc, non perdere, herus misit. nunc certè scio,

1 L. forcillet. al. floccillet.

Hoc febrim tibi esse , quia non licet huc iniicere vngulas.
Ego nisi ipsi Ballioni , nummum credam nemini.
PS. *At illic nunc negotiosus est , res agitur apud iudicem.*
H. *Di bene vortant. at ego quando eum esse censebo domi,*
Rediero. tu epistolam hanc à me accipe , atque illi dato.
Nam istic symbolum est inter herum meum , & tuum de muliere.
PS. *Scio equidem , vt qui argentum afferret , atque expressam imaginem*
Suam huc ad nos , cum eo aiebat velle mitti mulierem,
Nam hic quoque exemplum reliquit eius. H. *omnem rem tenes.*
PS. *Quid ego ni teneam?* H. *dato ergo istum symbolum illi.* PS. *Iteet.*
Sed quid est tibi nomen? H. *Harpax.* PS. *apage te Harpax, haud places.*
Huc quidem hercle haud ibis intrò, ne quid Harpax feceris,
H. *Hostis viuos rapere soleo ex acie, ex hoc nomen mihi est.*
PS. *Pol te multo magis opinor vasa ahena ex ædibus.*
H. *Non ita est, sed scin' quod te orem Syre?* PS. *sciam, si dixeris.*
H. *Ego deuortor extra portam huc in tabernam tertiam.*
Apud anum illam 1 *doliarem, cludam, crassam, Chrysidem.*
PS. *Quid vis?* H. *inde vt me* 2 *accersas, herus tuus vbi venerit.*
PS. *Tuo arbitratu maximè?* H. *nam vt lassus veni de via,*
Me volo curare. PS. *sanè sapis, & cõsilium placet.*
Sed vide sis ne in quæstione sis , quando 3 *accersam mihi.*
H. *Quin vbi prandero , dabo operam somno.* PS. *sanè censeo.*
HA. *Nunc quid vis?* PS. *dormitum vt abeas.*
HA. *abeo.* PS. *atque audin Harpage,*
Iube sis te opperiri, beatus eris si consudaueris.

PSEVDOLVS *seruus.*

DI immortales , conseruauit me illic homo aduentu suo,
Suo viatico reduxit me vsque ex errore in viam.
Nam ipsa mihi opportunitas non potuit opportunius
Aduenire , quàm hæc cauata est mihi opportunè epistola.
Nam hæc 4 *illa cornucopiæ est , vbi inest quicquid volo.*
Hic doli , hic fallaciæ omnes sunt, sunt hic sycophantiæ,
Hic argentum est, hic amica amanti herili filio.
Atque ego nunc me 1 *glorioſum faciam , vt copi pectore,*
Quo modo quicque agerem, vt lenoni surriperem mulierculam.
Iam instituta , ornata , cuncta in ordine animo vt volueram,
Certa deformata habebã? sed profectò hoc sic erit:
Centum doctũm hominum consilia sola hæc deuincit dea
Fortuna : atque hoc verum est : proinde vt quisque 2 *ea vtitur,*
Ita præcellet , atque exinde sapere eum omnes dicimus.
Bene vbi quod consilium discimus accidisse, hominem catum
Eum esse declaramus : stultum autem illum, cui vertit malè.
Stulti haud scimus , frustra 3 *aut scimus, cùm quod cupienter dari*
Petimus nobis , quasi quid in rem sit, possimus noscere.
Certa amittimus , dum incerta petimus. atque hoc euenit
In labore atq; in dolore, vt mors obrepat interim.
Sed iam satis est philosophatum , nimis diu & longum loquor.
Di immortales, aurichalco cõtra non carum fuit
Meum mendacium , hic modò quod subitò commentus fui,
Quia lenonis me esse dixi , nunc ego hac epistola
Tres deludam, herum, & lenonem , & qui hanc mihi dedit epistolam.
Euge par pari. aliud autem quod cupiebam contigit.
Venit eccum Callidorus , ducit nescio quem secum simul.

CALLIDORVS, CHARINVS *adolescens,* PSEVDOLVS *seruus.*

DVlcia atque amara apud te sum elocutus omnia.
Scis amorem, scis laborem, scis egestatem meam.
CH. *Commemini omnia : dic tu modò me quid vis facere,* 4 *faciam.*
C. 5 *Cum hac tibi alia sum elocutus vt scires,* 6 *si scis, de symbolo.*
CH. *Omnia inquam, tu modò quæ me facere vis, fac vt sciam.*
CA. *Pseudolus ita mihi imperauit, vt aliquem hominem strenuum,*
Beneuolentem adducerem ad se. CH. *seruas imperium probè.*
Nam & amicum & beneuolentem ducis. sed istic Pseudolus
Nouus mihi est. CA. *nimium est mortalis gra-*

1 L. diobolarem, 2 L. arcessas
3 L. arcessam. 4 L. illud.

1 L. vt glorioſum faciebam, & copi pectore
2 L. fortuna vtitur, 3 L. vt simus,
4 L. sas sciam. 5 L. tum. 6 L. dele si scis,

phicus.

phicus, heuretes mihi est,
Is mihi hæc esse se effecturum dixit, quæ dixi tibi.
PS. *Magnificè hominem compellabo.* CA. *cuia vox sonat?* PS. *io, io.*
Te te te tyranne, te rogo, qui imperitas Pseudolo,
Quæro. qoi ter, trina, triplicia, tribus modis, tria gaudia,
Artibus tribus, ter demeritas dem lætitias, de tribus
Fraude partas per malitiam, & per dolum & fallaciam
In libello hoc obsignato ad te attuli pauxillulo.
CA. *Illic homo est, vt paratragœdiat carnufex.* CH. *confer gradum*
Contrà pariter. PS. *porrige audacter ad salutem brachium.*
CH. *Dic vtrum spémne an salutem, te salutem Pseudole?*
PS. *Immo vtrunque.* CH. *vtrunque salue, sed quid actum est?* PS. *quid times?*
CH. *Attuli hunc.* PS. *quid attulisti?* CA. *adduxi volui dicere.*
PS. *Quid istic est?* CH. *Charinus.* PS. *euge, iam 1 Charinum volo.*
C. *Quin tu quicquid 2 opus est mihi hic audacter imperas.*
PS. *Bene sit, Charine, nolo tibi molestos esse nos.*
CH. *Vos molestos mihi? molestum est quidem.* PS. *tum tu igitur mane.*
CH. *Quid istuc est?* PS. *epistolam 3 modò hanc intercepi, & symbolum.*
CA. *Symbolum? quem symbolum?* PS. *qui à milite allatu'st modo*
Eius seruo qui hunc ferebat cum quinque argenti minis,
Tuam qui amicam hinc 4 accersebat, ei os subleui modò.
CH. *Quomodo?* PS. *horum causa hæc agitur spectatorum fabula.*
Hi sciunt qui hic affuerunt, vobis pòst narrauero,
5 CH. *Quid nunc agimus?* PS. *liberam hodie tuã amicam amplexabere.*
6 CH. *Egóne?* PS. *tute.* 7 CH. *ego ipsus inquam.* PS. *siquidem hoc viuet caput.*
Si modò mihi hominem inuenietis properè. CH. *qua facie?* PS. *malum,*
Callidum, doctum, qui quando principium prehenderit,
Porrò sua virtute teneat, quid se facere oporteat.
Atque eum qui non hic vsitatus sæpe sit. C. *si seruos est,*
Nunquid refert? PS. *immo multo mauolo quàm liberum.*
CH. *Posse opinor me dare hominem tibi malum & doctum modò,*
Qui à patre aduenit Carysto, nec dum exiit ex ædibus
Quoquam, neq; Athenas aduenit vnquam ante hesternum diem.
PS. *Bene iuuas. sed quinque inuentis opus est argenti minis*
Mutuis, quas hodie reddam, nam vnam mihi huius debet pater.
CH. *Ego dabo, ne quære aliunde.* PS. *ô hominem opportunum mihi.*
Etiam opu'st chlamyde & machæra, & petaso. CH. *à me possum dare.*
PS. *Di immortales, non Charinus mihi hic quidem est, sed copia.*
Sed istic seruus ex Carysto hic qui aduenit, quid sapit?
CH. *Hircum ab alis.* PS. *manuleatam tunicam habere hominem 1 decet.*
Ecquid habet is homo aceti in pectore? C. *atque acidissimi.*
P. *Quid si opus siet, vt dulce promat indidem, ecquid habet?*
CH. *Rogas? murrhinam, passum, defrutum, melinam, mel qoiusmodi.*
Quin in corde instruere quondam cœpit thermopolium.
PS. *Euge pellepide Charine, me meo ludo lamberas.*
Sed quid nomen esse dicam ego isti seruo? CH. *Simiæ.*
PS. *Scítne in re aduorsa versari?* CH. *turbo non æquè 2 citus est.*
P. *Ecquid 3 argutus est?* CH. *malorum facinorum sæpissime.*
PS. *Quid cum manifestò tenetur?* CH. *anguilla'st elabitur.*
PS. *Ecquid is homo scitus est?* CH. *plebiscitum 4 non æquè scitum est.*
PS. *Probus homo est, vt prædicare te audio.* CH. *immò si scias,*
Vbi te aspexerit, narrabit vltrò quid sese velis.
Sed quid illo es acturus? PS. *dicam, vbi hominem exornauero.*
Subdititium fieri ego illum militis seruum volo.
Symbolum hunc ferat lenoni cum quinque argenti minis,
Mulierem ab lenone abducat, hem tibi omnem fabulam.
Ceterùm quo quicque pacto faciat, ipsi dixero.
CA. *Quid nunc igitur stamus?* PS. *hominem cum ornamentis omnibus*
Exornatum adducite ad me, iam ad trapezitam Æschinum.
Sed properate. CH. *prius illic erimus, quàm tu.* PS. *abite ergo ocyus.*
Quicquid incerti mihi in animo prius, aut ambiguum fuit,
Nunc liquet, nunc defecatum est, cor mihi nunc peruium'st.

1 χαῖρε ἰωνὸν, volo. 2 *L.* opu'st audacter imperas? PS. iam gratiam. Bene s.
3 *L.* hanc modò. 4 *L.* arcessebat, 5 L. CA.
6 *L* CA. 7 L. CA, ego? PS. ipsus inquã, si quidẽ

1 *L.* addecet. 2 *L.* citu'st. 3 *L.* argutu'st?
4 *L.* non est scitius.

Omnes ordine sub signis ducam legiones meas,
Aui sinistra, auspicio liquido, atque ex sententia:
Confidentia est inimicos meos me posse perdere.
Nunc ibo ad forum, atque onerabo meis præceptis Simiam,
Quid agat, ne quid titubet, doctè vt hanc ferat fallaciam.
Iam ego hoc ipsum oppidum expugnatum faxo erit lenonium.

ACTVS III.
PVER.

CVi seruitutem dedanunt lenoniam
Puero, atque eidem si addunt turpitudinem,
Nè illi, quantum ego nunc corde conspicio meo,
Malam rem magnam, multásque ærumnas dabunt.
Velut hæc 1 mihi euenit seruitus, vbi ego omnib.
Paruis magnisque miseriis præfulcior,
Neque ego amatorem mihi inuenire vllum queo,
Qui amet me, vt curet tandem nitidiuscule.
Nunc huic lenoni est hodie natalis dies,
Interminatus est à minimo ad maximum,
Si quis non hodie munus misisset sibi,
Eum cras cruciatu maximo perbitere.
Nunc nescio herclè rebus quid faciam meis.
Neque ego illud possum, quod illi qui possunt, solent.
Nunc nisi lenoni munus hodie misero,
Cras mihi patendus fructus est fullonius.
2 Hei quàm ille est herclè, ego etiàm nunc sum paruulus.
Atque edepol vt nunc malè eum metuo miser:
3 Si quispiam det. Quoi manus grauior fiet,
Quanquam illud aiunt magno gemitu fieri:
Cõprimere dẽtes posse videor aliquo modo.
Sed comprimenda est mihi vox atque oratio,
Herus eccum recipit se domum, & ducit coquum.

BALLIO leno, COQVVS, PVER.

BA. *FOrum coquinum qui vocant, stultè vocant.*
Nam non coquinum est, verùm furinum est forũ.
Nam si ego iuratus peiorem hominem quærerem,
Coquum non potui, quàm hunc quẽ duco, ducere,
Multiloquum, gloriosum, insulsum, inutilem.
Quin ob eam rem Orcus recipere hunc ad se noluit,
Vt esset hic, qui mortuis cœnam coquat.
Nam hic solus illis coquere, quod placeat, potest.
CO *Si me arbitrabare isto pacto vt prædicas,*
Cur conducebas? BA. *inopia, alius non erat.*
Sed cur sedebas in foro, si eras coquus.
Tu solus præter alios? CO. *ego dicam tibi,*
Hominum auaritia ego sum factus improbior coquus,
Non meopte ingenio. BA. *qua istuc ratione?* CO. *eloquar,*
Quia enim cum extemplò veniunt conducłum coquum,
Nemo illum quærit qui optimus, & carissimus est,
Illum conducunt potius qui vilissimus est:
Hoc ego fui hodie solus obsessor fori.
Illi 1 drachmis iissent miseri, me nemo potest
Minoris quisquam nummo vt surgam, subigere.
Non 2 item cœnam condio, vt alij coqui,
Qui mihi condita prata in patinis proferunt,
Boues qui conuiuas faciunt, herbásque oggerunt,
Eas herbas herbis aliis porrò condiunt,
Indunt coriandrum, feniculum, allium, atrum olus,
Apponunt rumicem, brassicam, betam, blitum:
Eo laserpitij libram pondo diluunt:
Teritur sinapis scelerata cum illis, qui terunt.
Priusquam tritierunt, oculi vt exilient facit.
Ei homines cœnas sibi coquint: cùm condiunt.
Non condimentis condiunt, sed strigibus,
Viuis conuiuis intestina quæ exedint,
Hoc quidem homines tam breuem vitam colunt,
Cùm hasce herbas huiusmodi in suam aluum congerunt,
Formidolosas dictu, non esu modò:
Quas herbas pecudes non edunt, homines edunt.
BA. *Quid tu? diuinis condimentis vtere,*
Qui prorogare vitam possis hominibus,
Qui ea culpes condimenta? CO. *audaciter dicito.*
Nam vel ducenos annos potuerunt viuere,
Meas qui essitabunt escas quas condiuero.
Nam ego cicilendrum quando 3 in patina scindidi,
Aut si polindrum, aut 4 meacidem, aut sanè raptidem,
Eæ ipsæ sese patinæ feruefaciunt illico,
Hæc ad Neptuni pecudes condimenta sunt,
Terrestres pecudes cicimandro condio,
Aut happalopside, aut cataractria. BA. *at Iuppiter,*
Diique omnes perdant, cum condimentis tuis,
Cúmque tuis istis omnibus mendaciis.
CO. *Sine sis loqui me.* BA. *loquere, atque i in malam crucem.*
CO. *Vbi omnes patinæ feruent, omnis aperio.*
Is odos dimissis pedibus in cœlum volat.
Eum in odorem cœnat Iuppiter cotidie.
BA. *Odor dimissis pedibus?* CO. *peccaui insciens.*
B. *Quid est?* CO. *quia enim dimissis manibus volui dicere.*
BA. *Si 5 nunquam is coctum, quidnam cœnat Iuppiter?*
CO. *It incœnatus cubitum.* BA. *i in malam crucem.*
Istaccine causa tibi hodie nummum dabo?

Omnes ordine sub signis ducam legiones meas, — *abest hic versus à Lamb. cod.*
Aui sinistra, auspicio liquido, atque ex sententia: — *Absunt & hi tres versus à Lamb. cod.*
Confidentia est inimicos meos me posse perdere.

1 L. mi euenit.
2 *abest hic versus à Lamb. cod.*
Absunt & hi tres versus à Lamb. cod.

1 *al.* issent stachmis, *L.* strachmissant.
2 *L.* itidem.
3 *L.* in patinas indidi,
4 L. macidem, aut fancaptidem.
5 *L.* nusquam.

CO. *Fateor*

CO. *Fateor equidem esse me coquum carissimum:*
Verùm pro precio facio, vt opera appareat
Mea, quò conductus veni. B. *ad furandum quidem.*
CO. *An inuenire postulas quenquam coquum,*
Nisi miluinis aut aquilinis vngulis?
B. *An tu coquinatum te ire quoquam postulas,*
Quin ibi constrictis vngulis cœnam coquas?
Nunc adeò tu qui meus es iam edico tibi,
Vti nostra properes amoliri omnia:
Tum vt huius oculos in oculis habeas tuis.
Quoquò hic spectabit, eò tu spectato simul:
Si quo hic gradietur, pariter progredi minor:
Manum si protollet, pariter profer to manum.
Suum si quid sumet, id tu sinito sumere.
Si nostrum sumet, tu teneto altrinsecus.
Si iste abit, ito: stabit, astato simul.
Si conquiniscet istic, conquiniscito simul,
Item his discipulis prius custodes dabo.
CO. *Habe modò animum bonum.* B. *quæso qui possim, doce,*
Animum habere, qui te ad me adducam domũ?
CO. *Quia sorbitione faciam ego te hodie mea,*
Item vt Medea Peliam concoxit senem,
Quem medicamento & suis venenis dicitur
Fecisse rursus ex sene adulescentulum:
Item te ego faciam. BA. *eho an tu etiam veneficus?*
C. *Immò ædepol verò hominum seruator magis.*
B. *hem mane.*
Quanti istuc vnum me coquinare perdoces?
CO. *Quid?* B. *vt te seruem, ne quid surripias mihi.*
CO. *Si credis, nummo: si non, nemina quidem.*
Sed vtrum amicis hodie, an inimicis tuis
Daturus cœnam? B. *pol ego amicis tuis.*
CO. *Quin tu illos inimicos potius quàm amicos vocas?*
Nam ego ita conuiuis cœnam conditam dabo
Hodie, atque ita suauitate condiam,
Vt quisque quicque conditum gustauerit,
Ipsos[1] *sibi faciam vt digitos prærodat suos.*
B. *Quæso hercle priusquàm quicquam conuiuis dabis,*
Gustato tute prius, & discipulis dato,
Vt prærodatis vestras furtificas manus.
CO. *Fortasse hæc tu nunc mihi non credis quæ loquor.*
B. *Molestus ne sis, nimium iam tinnis, non places.*
Hem illic ego habito, intrò huc abi, & cœnam coque
Propere. C. *quin is accubitum, & conuiuas cedò?*
Corrumpitur iam cœna. B. *hem sobolem sis vide,*
Iam hic quoque scelestus est, coquit sub linteo.
Profectò quid nunc primum caueam nescio,
Ita in ædibus sunt fures, prædo in proximo est.
Iam[2] *me hic vicinus apud forum paulo prius*
Pater Callidori opere petiuit maximo,
Vt mihi cauerem à Pseudolo seruo suo,
Neu fidem ei haberem. nam eum circumire in hunc diem
Vt me si posset muliere' interuorteret,
Eum promisisse firmiter dixit sibi,
Sese abducturum à me dolis Phœnicium.
Nunc ibo intrò, atque edicam familiaribus,
Profectò ne quis quicquam credat Pseudolo.

1 L. faciam vt digitos sibi præt. 2 L. à me,

ACTVS IIII.
PSEVDOLVS *seruus*, SIMIA *sycophanta.*

SI vnquam quenquam di immortales voluêre esse auxilio adiutum,
Tum me & Callidorum seruatum volunt esse, & lenonem extinctum,
Cùm te adiutorem genuêre mihi, tam doctum hominem atque 'astutum.
Sed vbi illic est? sùmne ego homo insipiens, qui hæc mecum egomet loquor solus?
Dedit verba mihi hercle, vt opinor, malus cum malos stultè caui.
Tum pol ego interij, homo si ille abiit, neque hoc opus quod volui, ego hodie efficiam.
Sed eccum video verberam statuam, vt magnificè infert sese?
Hem te hercle ego circumspectabam, nimis metuebam malè ne abiisses.
SI. *Fuit meum officium vt facerem, fateor.* P. *vbi restiteras?* SI. *vbi mihi libitum est.*
P. *Istuc ego iam sat scio.* SI. *cur ergo quod scis, me rogas?* P. *at hoc volo monere te.*
SI. *Monendus ne me moneat.* P. *nimis tandem abs te contemnor.*
SI. *Quippe ego te ni contemnam stratioticus homo qui cluear.* P. *iam*
Hoc volo quod occeptum'st agi. SI. *nunquid agere aliud me vides?*
P. *Ambula ergo citò.* SI. *immò ociosè volo.* P. *hæc ea occasio est, dum ille dormit*
Volo tu prior vt occupes adire. SI. *quid properas? placidè,*
Ne time: ita ille faxit Iuppiter, vt ille pallàm idem assiet,
Quisquis ille est, qui adest à milite, nunquam ædepol erit ille potior
Harpax, quàm ego, habe animum bonum: pulcrè ego hanc explicatam tibi rem dabo.
Sic ego illũ dolis atque mendaciis in timorẽ dabo,
Militarem aduenam, ipse sese vt neget eum esse qui siet,
Neque vt esse autumet, qui ipsus est. P. *quî potest?* SI. *occidis me,*
Cum istuc rogitas. PS. *ô hominem lepidum, te quoque etiam dolis*
Atque etiam mendaciis, Iuppiter te mihi seruet.
SI. *Immò mihi, sed vide ornatus hic satis me condecet?*
PS. *Optume habet.* SI. *esto.* PS. *tantum tibi boni di immortales duint,*

Quantum tibi optes. nam si exoptem quantum dignus, tantum dent.
Minus nihilo est, neque ego hoc homine quenquam vidi magis malum
Et maleficum. SI. *tun' id mihi?* PS. *taceo, sed ego quæ tibi dona*
Dabo, & faciam, si hanc rem sobriè accurassis.
SI. *potin' vt taceas?*
Memorem immemorem facit, qui monet quod memor meminit. teneo omnia.
In pectore condita sunt, meditati sunt doli doctè.
PS. *probus hic est*
Homo. SI. *neque hic est, neque ego.* PS. *at vide ne titubes.* SI. *potin' vt taceas?*
PS. *Ita me dij ament.* SI. *ita non facient, mera iam mendacia fundes.*
PS. *Vt ego ob tuam Simia perfidiam te amo, & metuo, & magnifacio!*
SI. *Ego istuc alijs dare condidici, mihi obtrudere non potes palpum.*
PS. *Vt ego te hodie accipiam lepidè, vbi effeceris hoc opus.* SI. *ha ha hæ.*
P. *Lepido victu, vino, vnguentis, & inter pocula pulpamentis:*
Ibidem vno aderit mulier lepida, tibi sauia super sauia quæ det.
S. *Lepidè accipis me.* PS. *imò si efficis, tum faxo magis dicas.*
SI. *Nisi effecero, cruciabiliter carnifex me accipito,*
Sed propera mihi monstrare vbi ostium lenonis ædium.
PS. *Tertium hoc est.* SI. *tace, ædes hiscunt.* PS. *credo, animo male'st*
Ædibus. SI. *quid iam?* P. *quia ædepol ipsum lenonem euomunt.*
SI. *Illiccine est?* PS. *illic est.* SI. *mala merx est.* PS. *illuc sis vide.*
Non prorsus: verùm ex transuerso cedit, quasi cancer solet.

BALLIO, PSEVDOLVS, SYCOPHANTA.

Minus malum hunc hominem esse opinor, quàm esse censebam coquum,
Nam, nihil etiam dum harpagauit præter cyathum, & cantharum.
PS. Heus tu nunc occasio est & tempus. SY. *tecum sentio.*
PS. Ingredere in viam dolosè, & ego hic in insidijs ero.
SY. Habui numerum sedulo, hoc est sextum à porta proximum
Angiportum, in id angiportum me deuorti iusseras,
[1] *Quotas ædis dixerit, id ego admodũ incerto scio.*
B. Quis hic homo chlamidatus est, aut vnde est, aut quem quæritat?
Peregrina facies videtur hominis, atque ignobilis.
SY. *Sed eccum, quòd ex incerto faciet mihi quod quæro certius.*
B. Ad me adit rectà, vnde ego hominem hunc esse dicam gentium?
SY. *Heus tu, qui cum hirquina ætas barba, responde quod rogo.*
B. Ehò annon prius salutas? S. nulla est mihi salus data ria
B. Nam pol hinc tantundem accipies. PS. *iam inde à principio probus.*
S. Ecquem in angiporto hoc hominem tu nouisti, te rogo?
B A. Egomet me. SY. *pauci*[1] *istuc faciunt homines, quod tu prædicas.*
Nam in foro vix decumus quisque est, qui ipsus sese mouerit.
PS. *Saluus sum, iam philosophatur.* SY. *hominẽ ego hic quæro malum,*
Legirupam, impium, periurum, atque improbũ.
BA. me quæritat:
Nam illa mea sunt cognomenta, nomen si memoret modò,
Quid est ei homini nomen? SY. *Leno Ballio. BA. sciuin' ego?*
Ipse sum adolescens quem tu quæritas. SY. *túne es Ballio?*
B. Ego enimuerò is sum. SY. *vt vestitus est perfossor parietum.*
B. Credo in tenebris conspicatus si sis me, abstineas manum.
SY. *Herus meus, tibi me salutem multam voluit dicere,*
Hanc epistolã accipe à me, hãc me tibi iussit dare.
B. Quis is homo'st qui iussit? PS. perij, nunc homo in medio luto est.
Nomen nescit, hæret hæc res. B. quem hanc misisse ad me autumas?
SY. Nosce imaginem, tute eius nomen memorato mihi,
Vt sciam Ballionem te esse ipsum. B. cedò mihi epistolam.
SY. Accipe, hem cognosce signum. B. ehò Polymachæroplacides,
Purus putus est ipsus, noui, heus. S. Polymachæroplacides,
Nomen est. scio iã tibi me rectè dedisse epistolam.
Postquam polymachæroplacidæ elocutus nomen es.
B. Sed quid agit is? SY. *quod homo ædepol fortis, atque bellator probus.*
Sed propera hanc pellegere quæso epistolam, ita negotium est.
Atque accipere argentum actutum, mulierémque mihi emittere.
Nam necesse hodie Sicyoni me esse, aut cras mortem exequi,
Ita herus meus est imperiosus. B. noui, notis prædicas.
SY. *Propera pellegere epistolam ergo. B. id ago, si*

[1] L. quotumas.

[1] L. istæc.

taceas

taceas modò.
Miles lenoni Ballioni epistolam
Conscriptam mittit Polymacheroplacides.
Imaginem obsignatam, quæ inter nos duo
Conuenit olim. SY. symbolum est in epistola.
BA. Video & cognosco signum, sed in epistola
Nullam salutem mitterene scriptam solet?
SY. Ita militaris disciplina est Ballio,
Manu salutem mittunt beneuolentibus,
Eadem malam rem mittunt maleuolentibus.
Sed vt occœpisti, perge operam experirier,
Quid epistola ista narret. BA. ausculta modò.
Harpax calator meus est, ad te qui venit.
Túne is es Harpax? SY. ego sum, atque ipse Harpax quidem.
BA. Qui epistolam istam fert, ab eo argentũ accipe, &
Cum eo simitu mulierem mitti volo.
Salutem scriptam dignum est dignis mittere:
Te si arbitrarem dignum, misissem tibi.
SY. Quid nunc? BA. argentum des, abducas mulierem.
SY. Vter remoratur? BA. quin sequere ergo intrò.
SYC. sequor.

PSEVDOLVS.

PEiorem ego hominem, magisque versutè malum,
Nunquam ædepol quenquam vidi, quàm hic est Simia:
Nimisque ego illum hominem metuo & formido male,
Ne malus item erga me sit, vt erga illum fuit,
Ne in re secunda nunc mihi obuertat cornua,
Si occasionem capsit qui siet malus.
Atque ædepol equidem nolo: nam illi bene volo.
Nunc in metu sum maximo, triplici modo.
Primum omniũ iam hunc cõparem metuo meũ,
Ne deserat nunc me, atque ad hostis transeat.
Metuo autem ne herus redeat etiam dum à foro,
Ne capta præda capti prædones fuant.
Dum hæc metuo ne ille huc Harpax aduenìat,
Priusquam hinc hic Harpax abierit cum muliere.
Perij hercle, nimium tardè egrediuntur foràs.
Cor colligatis vasis expectat meum,
Si non educat mulierem secum simul,
Vt [1] exulatum ex pectore aufugiat meo.
Victor sum, vici cautos custodes meos.

SYCOPHANTA, PSEVDOLVS.

NE plora, nescis vt res sit Phœnicium,
Verùm haud multo pòst faxo scibis accubans.
Non ego te ad illum duco dentatum virum
Macedonienſem, qui te nunc flentem facit.
Cuiam esse te vis maximè, ad eum duco te,
Callidorum haud multo pòst faxo amplexabere.
PS. Quid tu intus quæso desedisti? quàm diu
Mihi cor retunsum'st oppugnando pectore?
SY. Occasionem repperisti verbero,
Vbi perconteris me insidiis hostilibus:
Quin hinc [1] metimur gradibus militariis?
PS. Atque ædepol quanquam nequam homo es, rectè mones.
[2] Ite hac triumphi ad cantharum recta via.

BALLIO *leno.*

HA hæ: nunc demũ mihi animus in tuto est loco,
Postquam iste hinc abijt, atque abduxit mulierem,
Mihi libet nunc venire Pseudolum scelerũ caput,
Et [3] abducere à me mulierem fallaciis.
Conceptis hercle verbis satis certò scio,
Ego [4] peierare mauellem me millies,
Quàm mihi illum verba per deridiculum dare.
Nunc deridebo hercle hominem, si conuenero.
Verùm in pistrinum credo, vt conuenit, fore.
Nunc ego Simonem mihi obuiam veniat velim,
Vt mea lætitia lætus promiscam siet.

SIMO *senex*, BALLIO *leno.*

VIso quid rerum meus Vlysses egerit,
Iámne habeat signum ex arce Ballionia.
BA. O fortunate, cedo fortunatam manum,
Simo. SI. quid est? BA. iam. SI. quid iam? BA. nihil est quod metuas. SI. quid est?
Venitne homo ad te? BA. non SI. quid est igitur boni?
BA. Minæ viginti sanæ ac saluæ sunt tibi,
Hodie quas abs te indest stipulatus Pseudolus.
SI. Velim quidem hercle. BA. roga me viginti minas,
Si [5] illic hodie illa sit potitus muliere,
Siue eam tuo gnato hodie, vt promisit, dabit.
Rogato hercle obsecro, gestio promittere.
Omnibus modis tibi esse rem vt saluam scias,
Atque etiam habeto mulierem dono tibi.
SI. nullum periculum est, quod sciam stipularier.
Vt [6] occœpisti verba, viginti minas
Dabin'? BA. dabuntur. SI. hoc quidem actum'st haud malè,
Sed hominem conueniistin'? BA. immò ambos simul.
SI. Quid ait? quid narrat? quæso quid dicit tibi?
BA. Nugas theatri, verba quæ in Comœdiis
Solent lenoni dici, quæ pueri sciunt.
Malum, & scelestum, periurum [7] aiebant esse me.
SI. Pol haud mẽtitũ'st. BA. ego haud iratus fui.
Nam quanti refert te nec rectè dicere,
Qui nihili faciat, quique inficias non eat.
SI. Quid est, quod non metuas ab eo, id audire expeto.

1. L. comitamur. 2. *Hunc versum Lamb. testatur se reperisse in vet. cod.* 3. L. à me abducere. 4. L. periurare. 5. L. ille. 6. L. concepisti. 7. L. aiebant.

BA. *Quia nunquam ab me abducet mulierem*
iam, nec potest,
Meministine tibi me dudum dicere,
Eam venisse militi Macedonio?
SI. *Memini.* BA. *hem illius seruos huc ad me ar-*
gentum attulit,
Et obsignatum symbolum. SI. *quid postea?*
BA. *Qui inter me atq; illum militem cõuenerat,*
Is secum abduxit mulierem haud multo prius.
SI. *Bonan' fide istuc dicis?* BA. *vnde ea sit mihi?*
SI. *Vide modò ne illic sit contechnatus quip-*
piam.
BA. *Epistola, atque imago me certum facit.*
Quin iam quidem illã in Sicyonem ex vrbe [1] *ad-*
duxit modò.
SI. *Bene hercle factum, quid ego cesso Pseudo-*
lum
Facere, vt det nomen ad [2] *molariam coloniam?*
Sed quis hic homo est chlamydatus? BA. *non ade-*
pol scio,
Nisi vt obseruemus quò eat, aut quam rẽ gerat.

HARPAX, SIMO, BALLIO.

MAlus & nequam est homo, qui nihili im-
perium heri
Sui seruus facit: nihili est autem suum
Qui officium facere immemor est, nisi est admo-
nitus.
Nam qui liberos esse illico se arbitrantur,
Ex conspectu heri si sui se abdiderunt,
Luxuriantur, lustrantur, comedunt quod
Habent ij nomen diu seruitutis ferunt:
Nec boni ingenij quicquã in his inest, nisi vt im-
Probis se artibus teneant: cum his mihi nec locus,
nec sermo
Conuenit, neque [3] *is vnquam nobilis fui.*
Ego vt [4] *imperatum est, etsi abest, hic adesse he-*
rum
Arbitror: nunc ego illum metuo, cum hic non a-
dest,
Ne cum assiet, metuam, ei rei operam dabo.
Nam me in taberna vsque adhuc sineret Syrus,
Cui dedi symbolum, mansi vt iusserat,
Leno vbi esset domi, me aiebat arcessere,
Verùm vbi is nõ venit, nec vocat, venio huc vl-
trò,
Vt sciã quid rei siet, ne illic homo me ludificetur.
Neque quicquam est melius, quàm vt hoc pultẽ,
atque aliquem
Euocem [5] *hic intus. leno argentum hoc volo à me*
accipiat,
Atque amittat mulierem nunc mecum simul.
B. *Heus tu.* SI. *quid vis?* BA. *hic homo meu'st.* SI.
qui dum? BA. *quia*
Præda hæc mea est, scortũ quærit, habet argẽtum.
Iam admordere hunc mihi lubet.

1 L. abduxit. 2 L. molas. 3 L. his vnquam nobilis *i. notus.* 4 L. mihi im. 5 L. huc.

SI. *Iámne illum* [1] *commesurus es?* BA. *dum re-*
cens est,
Dum datur, dum calet, deuorari decet: nam
Boni viri me pauperant, improbi alunt,
Augent rem meam mali, populi strenui
Damno mihi, improbi vsui sunt. SI. *malum*
Quod tibi Dei dabunt, qui sic sceleste.
HA. *Me nunc commoror, cum has fores nõ ferio,*
Vt sciam sitne Ballio domi? BA. *Venus mihi hæc*
Bona dat, cum hos huc adigit lucrifugas, damni
Cupidos, qui se suámque ætatem bene curant,
Edunt, bibunt, scortantur: illi sunt alio ingenio
atque tu,
Qui neque tibi bene esse patere, & illis quibus est
inuides.
HA. *Heus vbi estis vos?* BA. *hic quidem ad me*
rectà habet rectam viam.
HA. *Heus vbi estis vos?* BA. *heus adolescens, quid*
istic debetur tibi?
Bene ego ab hoc prædatus ibo, naui, bona [2] *cœna*
est mihi.
HA. *Ecquis hoc aperit?* BA. *heus chlamydate?*
quid istic debetur tibi?
HA. *Ædium dominum lenonem Ballionem quæ-*
rito.
BA. *Quisquis es adolescens, operam fac compendi*
quærere.
HA. *Quid iam?* BA. *quia te is ipsus coram præ-*
sens præsentem videt.
H. *Tun' is es?* SI. *clamydate caue sis tibi à curio*
infortunio,
Atque in hunc intende digitum, hic leno est. BA.
at hic est vir probus.
Sed tu bone vir flagitare sæpe clamore in foro,
Cum libella nusquam est, nisi quod leno hic sub-
uenit tibi?
HA. *Quin tu mecum fabulare?* BA. *fabulor, quid*
vis tibi?
HA. *Argentum accipias.* BA. *iamdudum si des,*
porrexi manum.
HA. *Accipe, hic sunt quinque argenti lectæ nu-*
meratæ minæ.
Hoc tibi herus me iussit ferre Polymachæroplaci-
des,
Quod deberet, atque vt mecum mitteres Phœni-
cium.
BA. *Herus tuus?* H. *ita dico.* BA. *miles?* H. *ita lo-*
quor. BA. *Macedonius?*
H. *Admodum inquam.* BA. *te ad me misit Poly-*
machæroplacides?
H. *Vera memoras.* BA. *hoc argẽtum vt mihi da-*
res? H. *si tu quidem es*
Leno Ballio. BA. *atque vt à me mulierem abdu-*
ceres? H. *ita.*
BA. *Phœniciámne esse dixit?* H. *rectè meministi.*
BA. *mane,*
Iam redeo ad te. H. *at matura & propera.* [3] *nam*
vides

1 L. comesurus es? 2 L. sæua. 3 L. nã propero, vides.

Iam

Iam die multum esse. BA. *vide. hunc aduocare etiam volo.*
Mane modò istic, iam reuertar ad te. quid nunc fiet Simo?
Quid agimus, manifestò hunc hominem teneo, qui argentum attulit.
SI. *Quid iam?* BA. *an nescis quæ sit hæc res?* SI. *iuxtà cum ignarissimis.*
BA. *Ædepol hominem verberonem Pseudolum, vt doctè dolum*
Commentu'st tantundem argenti, quantum miles debuit,
Dedit huic, atque hominem exornauit, mulierem qui i acciperet.
Pseudolus tuus allegauit hunc, quasi à Macedonio
Militè esset. SI. *habèsne argentum ab homine.* BA. *rogitas quod vides?*
SI. *Heus memento ergo dimidium istinc mihi de præda dare:*
Commune istuc esse oportet. BA. *quid, malum, id totum tuum est.*
Quam mox mihi operam das? S. *tibi do equidem.* B. *quid nunc mihi es auctor Simo?*
SI. *Exploratorem hunc faciamus* 2 *ludo suppositicium.*
BA. *Adeò donicum ipsus sese ludos fieri senserit.*
Sequere, quid ais? nempe tu illius seruos es. H. *planissumè.*
BA. *Quanti te emit?* H. *suarum in pugna virium victoria.*
Nanque ego eram domi imperator summus in patria mea.
BA. *An etiam ille vnquam expugnauit carcerem patriam tuam?*
H. *Cötumeliam si dices, audies.* BA. *quotumo die Ex Sicyone huc peruenisti?* H. *alicro ad meridiem.*
BA. *Strenuè mehercle isti, quam vide sis pernix hic est homo?*
Vbi furam aspicias, scias posse eum gerere crassas compedes.
Quid aut tú ne etiam cubitare solitus es in cunis puer?
SI. 1 *Scilicet.* BA. *et ámne facere solitus es puer? sci quid loquare?*
SI. *Scilicet. solitum esse.* H. *sanine estis?* BA. *quid hoc quod te rogo?*
Noctu in vigiliam quando ibat miles, tum tu ibas simul?
Conueniebátne in vaginam tuam machæra militis?
HA. *I in malam crucem.* BA. *ire licebit tibi, tamen hodie tempori.*
H *Quin tu mulierem mihi emittis, aut reddis argentum?* BA. *mane.*
HA. *Quid maneam?* BA. *chlamydem hanc commemores quanti conducta'st.* HA. *quid est?*
BA. *Quid meret machæra?* HA. *helleborum hisce hominibus est opus.*
BA. 1 *Eo.* HA. *mitte.* BA. *quid mercedis petasus hodie domino demeret?*
HA. *Quid domino? quid somniatis? mea quidem hæc habeo omnia*
Meo peculio empta. B. *nempe quòd femina summa sustinent.*
HA. *Vncli hi sunt senes: fricari sese ex antiquo volunt.*
B. *Responde obsecro hercle hoc verò seriò quod te rogo,*
Quid meres? quantillo argento te conduxit Pseudolus?
HA. *Qui istic Pseudolus?* B. *præceptor tuus, qui te hanc fallaciam*
Docuit, vt fallaciis hinc à me mulierem abduceres.
H. *Quem tu Pseudolum, quas tu mihi prædicas fallacias?*
Quem ego hominem nullius coloris noui. B. *non tu istinc abis?*
Nihil est hodie hic sycophantis quæstus, proin' tu Pseudolo
Nuncies abduxisse alium prædam, qui occurrit prior
Harpax. HA. *is quidem ædepol Harpax ego sum.*
B *Imò ædepol esse vis*
Purus, purus, hic sycophanta est. H. *ego tibi argentum dedi:*
Et dudum aduenienis extemplo symbolum seruo tuo,
Heri imagine obsignatam epistolam, hic ante ostium.
BA. *Meo tu epistolam dedisti seruo? cui seruo?*
HA. *Syro.*
B. *Non confidit, sycophanta hic nequam est, nugis meditatur male.*
Ædepol hominem verberonem Pseudolum, vt doctè dolum
Commentu'st, tantundem argenti quantum miles debuit.
Dedit huic, atque hominem exornauit, mulierem qui abduceret.
Nam illam epistolam ipsus verus Harpax huc ad me attulit.
H *Harpax ego vocor, ego seruus sum Macedonis militis,*
Ego nec sycophantiosè quicquam ago, nec malesicè,
Neque istum Pseudolum mortalis quis sit noui, neque scio.
SI. *Tu nisi mirum'st leno planè perdidisti mulierem.*
BA. *Ædepol ne istuc magis magisque metuo, cùm verba audio.*
SI. *Mihi quoque ædepol iamdudum ille Syrus cor perfrigefacit,*
Symbolum qui hoc accepit. mira sunt ni Pseudolus est. Ehò

1 *Tarcite.* 2 *L.* ludos.
3 *Abest hic vers. à Lamb. 60*

1 *L.* Eho.

Tu, qua facie fuit dudum, cui dedisti symbolum?
H. Ruffius quidam, ventriosus, crassis suris, subniger,
Magno capite, acutis oculis, ore rubicundo, admodum
Magnis pedibus. SI. *perdidisti, postquam dixisti pedes.*
BA. *Pseudolus fuit ipsus: actum est de me, iam morior Simo.*
SI. *Hercle haud te sinam emoriri, nisi argentum mihi redditur.*
Viginti minæ. H. *atque etiam mihi aliæ viginti minæ.*
BA. *Auferetur id præmium à me, quod promisi per iocum?*
SI. *De improbis viris auferri præmium, & prædam decet.*
BA. *Saltem Pseudolum mihi dedas.* SI. *Pseudolum ego dedam tibi?*
Quid deliquit? dixin', ab eo tibi vt caueres, centies?
B. *Perdidit me.* SI. *at me viginti* [1] *modicis multauit minis.*
B. *Quid nunc faciam?* H. *si mihi argentum dederis, te suspendito.*
BA. *Di te perdant, sequere sis me ergo hac ad forum, vt soluam.* H. *sequor.*
BA. *Hodie ego peregrinos absoluam, cras agam cum ciuibus.*
Pseudolus mihi cĕturiata habuit capitis comitia,
Qui illum ad me hodie allegauit, mulierem qui abduceret.
Sequere tu, nunc ne expectetis dum hac domum redeam via.
Ita res gesta est, angiporta hæc certum est consectarier.
HA. *Si graderere tantum, quantum loquere' iam isses ad forum.*
B. *Certum'st mihi hunc emortualem facere ex natali die.*

SIMO *senex.*

Bene ego illum tetigi, bene autem seruos inimicum suum.
Nunc mihi certum est, alio pacto Pseudolo insidias dare,
Quàm in aliis Comœdiis fit, vbi eum stimulis aut flagris
Insidiantur: at ego iam inuitus promam viginti minas,
Quas promisi, si effecisset, obuiam ei vltrò deferam.
Nimis illic mortalis doctus, nimis versutus, nimis malus.
Superauit [2] *Troianum dolum atque Vlyssem Pseudolus.*
Nunc ibo intrò, argentum promam, Pseudolo insidias dabo.

1 *L.* commodis. 2 *L.* dolum Troianum.

ACTVS V.

PSEVDOLVS *seruus ebrius.*

Quid hoc? siccine hoc sit? pedes statin' an non?
An id voltis vt me hic iacentem aliquis tollat?
Nam hercle si cecidero, vestrum erit flagitium.
Pergitin pergere? ah sauiendum mihi
Hodie est magnum hoc vitium vino est,
Pedes captat primùm, luctator dolosu'st.
Profectò ædepol ego nunc probè habeo madulsam,
Ita victu excurato, ita mundiciis digni ah,
Itáque in [1] *loco festiuo sumus festiuè accepti.*
Quid opus me multas agere ambages? hoc
Est homini quamobrem vitam amet, hic omnes
Voluptates, in hoc omnes venustates sunt,
Deis proximum esse arbitror. nam vbi amans complexu'st
Amantem, vbi labra ad labella adiungit,
Vbi alter, alterum [2] *bilingui manifestò*
Inter se prehendunt, vbi mamma manicula
Opprimitur alia, aut si lubet corpora
Conduplicant, manu cădida cătharũ dulciferum
Propinare [3] *mitissimam amicitiam, neq; ibi esse alium alio*
Odio, ibi nec molestum, nec sermonibus [4] *morologis vti*
Vnguenta, atque odores, Lemniscos, corollas dari dapsiles.
Non enim parcè promi victu cætero, ne quis me roget,
Hoc ego modo, atque herus minor hũc diem sumpsimus prothymè,
Postquam opus meum vt volui, omne perpetraui, hostibus fugatis,
Illos accubantis, potantis, amantis, cum scortis
Reliqui, & meum scortum ibidem, [5] *corde atque animo suo*
Obsequentes: sed postquam exsurrexi, orant med vti saltem.
Ad hunc me modum intuli, vt illis satis facerem ex disciplina: quippe ego
Qui probè Ionica perdidici, sed [6] *palliolatim amictus*
Sic [7] *hæc incessi ludibundus, plaudunt parum, clamitant me vt reuertar.*
Occepi denuò, hoc modo nolui. idem amicæ dabã me meæ,
Vt me amaret, vbi circumuortor, cado, id fuit nenia ludo.
Itaque dum enitor ([8] *pax) iam penè inquinaui pallium. nimiæ tum*
Voluptati ædepol fui ob casum. datur cantharus, bibi, commuto
Illico pallium, illud posiui, inde huc exij, crapulã dum amouerem.
Nunc ab hero ad herum meum maiorem venio

1 L. locu. 2 bilingues.
3 L. amicissimam. 4 L. morologis vti.
5 L. cordi. 6 L. palliolatus. 7 L. huc.
8 L. (proh)

fœdus

fœdus commemoratum.
Aperite, aperite. heus Simoni me adesse, quis nũciate.

SIMO *senex*, PSEVDOLVS *seruus*, BALLIO *leno.*

VOx viri pessumi me exciet foras. sed quid hoc? quomodo? quid video ego?
PS. *Cum corona ebrium Pseudolum tuum.* SI. *liberè hercle hoc quidem. sed vide statum.*
Num mea gratia pertimescit? magis cogito, sauiter, blanditérne alloquar.
Sed hoc me vetat vim facere, quod fero. si qua in hoc spes sita'st mihi.
PS. *Vir malus, viro optimo obuiam it.* SI. *di te ament Pseudole. Phui in malam crucem.*
PS. *Cur ergo me* [1] *afflictem?* SI. *quid tu (malùm) ergo in os mihi ebrius ructas?*
PS. *Molliter, siste nunc me, caue ne cadam: non vides me vt madidè madeam?*
SI. *Quæ* [2] *ista hæc audacia est, te sic interdius cũ corolla ebrium incedere?* PS. *lubet.*
SI. *Quid? lubet, pergin' ructare in os mihi?* PS. *suauis ructus mihi est, sic sine modò.*
SI. *Credo equidem potesse te scelus Massici mõtis vberrumos quatuor*
Fructus ebibere in hora vna. PS. *hyberna addito.*
SI. *sed dic tamen.* PS. *haud malè*
Mones. SI. *vnde onustam celocem agere te prædicem?* PS. *cum tuo filio*
Perpotaui modò. sed Simo vt probè tactus Ballio est? quæ tibi dixi,
Effecta reddidi. SI. *derides? pessumus homo* [3] *est.* PS. *mulier hæc*
Facit, cum tuo filio libera accubat. SI. *omnia vt* [4] *quicque egisti ordine*

1 L afflictor? 2 L. istæc au. 3 *Videtur legendum* es. 4 L. quicquam.

Scio. PS. *quid ergo dubitas dare mihi argentum?*
SI. *ius petis fateor.*
Tene. PS. *at negabas daturum esse te mihi, tamẽ das. onera hunc hominem, atque*
Consequere hac. SI. *ego istum onerem?* PS. *onerabis, scio.* SI. *quid ego huic homini faciam?*
Statim vltro & argentum aufert, & me irridet.
BA. *væ victis.* PS. *vorte ergo humerum,*
Hem. BA. *hoc ego nunquam ratus sum fore me vt tibi fierem supplex.*
Heu heu heu. PS. *desine.* BA. *doleo.* PS. *ni doleres tu, ego dolerem.*
BA. *Quid hoc? auferrène Pseudole abs tuo hero?*
PS. *lubentissimo corde atque animo.*
BA. *Non audes quæso aliquam partem mihi gratiam facere hic argenti?*
PS. [1] *Noui, me dices auidum esse. nam hoc nunquam eris nummo diuitior,*
Neque te mei tergi misereret, si hoc non hodie effecissem.
BA. *Erit vbi te vlciscar, si viuo.* PS. *quid minare? habeo tergum.*
BA. *Age sanè.* PS. *igitur redi.* BA. *quid redeam?*
PS. *redi modò, non eris deceptus.*
BA. *Redeo.* PS. [2] *i, simul mecum potatum.* BA. *egone eam?* PS. *fac quod te iubeo,*
Si is, aut dimidium, aut plus etiam faxo hinc feres. BA. *eo, duc me quò vis.* PS. *quid nunc?*
Nunquid iratus es, aut mihi aut filio, propter has res, Simo? SI. *nihil profectò.*
PS. *I hac.* [3] SI. *te sequor. quin vocas spectatores simul?* PS. *hercle me isti*
Haud solent vocare, neque ergo ego istos: verùm si voltis applaudere
Atque approbare hunc gregem & fabulam, in crastinum vos vocabo.

1 *al.* Non me *& ita vet. cod.*
2 *dele* i.
3 L. BA.

FINIS.

POENVLVS.

DRAMATIS PERSONAE.

AGORASTOCLES *adolescens.*
MILPHIO *seruus,*
ADELPHASIVM *meretrix.*
ANTERASTILIS *meretrix.*
LYCVS *leno.*
ANTHEMONIDES *miles.*
ADVOCATI.
COLABISCVS *villicus.*
CINCERASTVS *seruus.*
HANNO *Pœnus.*
SIDDENEME *nutrix.*
PVER.

ARGVMENTVM.

PVER *septuennis surripitur Carthagine,*
Osor mulierum adoptat hunc emptum senex,
Et facit hæredem. eius cognatæ duæ
Nutrixque earum raptæ. mercatur Lycus,
Vexátque amantem. at ille cum auro villicum
Lenoni obtrudit, ita eum furto alligat.

Venit Hanno Pœnus, gnatũ hunc fratris repperit,
Suásque agnoscit, quas perdiderat filias.

PROLOGVS.

ACHillem Aristarchi mihi commentari lubet,
Inde mihi principium capiam ex ea tragœdia.
Siletéque, & tacete, atque animum aduortite,
Audire iubet vos imperator histricus.
Bonóque vt animo sedeant in subsellíis,
Et qui esurientes, & qui saturi venerint.
Qui edistis, multo feciſtis sapientius:
Qui non edistis, saturi ſite fabulis.
Nam cui paratum'st quod [1] edat, noſtra gratia,
Nimia est stultitia, sessum impransum incedere.
Exurge præco, fac populo audientiam.
Iamdudum expecto, si tuum officium scias.
Exerce vocem quam per vius & colis.
Nam nisi clamabis, tacitum te obrepet fames,
Age nunc reside, duplicem vt mercedem feras.
Bonum factum'st, edicta vt seruetis ea.
Scortum exoletum, ne quis' in proscenio
Sedeat, neu lictor verbum aut virgæ mutiant',
Neu [2] designator præter os obambulet,
Ne sessum ducat, dum histrio in scena fiet.
Diu qui domi ociosi dormierunt, decet
Animo æquo nunc [3] sient', [4] vel dormire temperent.
Serui ne obsideant, liberis vt sit locus,
Vel æs pro capite dent: si id facere non queunt,
Domum abeant, vitent ancipiti infortunio,
Ne & hic varientur virgis, & loris domi,
Si minus curaſſint, cum veniant heri domum'.
Nutrices pueros infantis minutulos
Domi [5] procurent, néve spectatum adferant,
Ne & ipsæ sitiant, & pueri pereant fame,
Néve esurientes hic quasi hœdi obuagiant.
Matronæ tacitæ spectent, taciè rideant,
Canora hic voce sua tinnire temperent.
Domum sermones fabulandi conferant,
Ne & hic viris sint & domi molestiæ,
Quódque ad ludorum curatores attinet,
Ne palma detur cuiquam artifici iniuria,
Néve ambitionis causſa extrudantur foras,
Quo deteriores anteponantur bonis.
Et hoc quoque etiam, quod penè oblitus fui,
Dum ludi fiunt, in popinam pedisequi
Irruptionem facite, nunc dum occasio est,
Nunc dum scribilitæ æstuant, occurrite.
Hæc imperata quæ sunt pro imperio histrico,
Bonum hercle factum pro se quisque vt meminerit.
Ad argumentum nunc vicissatim volo
[6] Remigare [7] æquè vt mecũ sitis huius [8] gnari rei'.
Eius nunc regiones, limites confinia
Determinabo, ei rei ego sum factus finitor.

1 L. edit. 2 *Lipſ.* dissignator. 3 L. *al* sient. 4 *Lamb. malit* & 5 L. vt procurent, neu quæ sp. 6 L. remigrare. 7 L. vt æquè m. 8 L. gnarures.

Sed nisi molestum est, nomen dare vobis volo
[1] Comœdias: sin [2] odio sit, dicam tamen.
Siquidem licebit per [3] illos, quibus est in manu.
Carchedonius vocatur hæc comœdia,
Latinè Plautus patruus pultiphagonides.
Nomen iam habetis, nunc rationes ceteras
Accipite: nam argumentum hoc hic censebitur.
Locus argumento'st suum sibi proscenium.
Vos iuratores estis, quæso operam date.
Carthaginienses fratres patrueles duo
Fuere, summo genere & summis diuitiis:
Eorum alter viuit, alter est emortuus.
Propterea apud vos dico confidentius,
Quia mihi pollinctor dixit, qui eum pollinxerat,
Sed illi seni qui mortuus est filius
Vnicus qui fuerat, olim abductus à patre,
Puer septuennis surripitur Carthagine
Sexennio prius quidem quàm moritur pater,
Cùm iam perijsse sibi videt gnatum vnicum,
Conijcitur ipse in morbum ex ægritudine.
Facit illum heredem fratrem patruelem suum,
Ipse abiit ad Acheruntem sine viatico.
Ille qui surripuit puerum, Calydonem auehit,
Vendit eum domino hic diuiti cuidam seni
Cupienti liberorum, osori mulierum.
Emit hospitalem is filium imprudens senex
Puerum illum, eúmque adoptat sibi pro filio:
Eúmque hæredem fecit, cum ipse obijt diem.
Is illic adolescens habitat in illisce ædibus.
Reuortor rursus denuò Carthaginem.
Si quid mandare voltis aut curarier,
Argentum nisi qui dederit, nugas egerit,
Verum qui dederit, magis maioris egerit.
Sed illi patruo huius, qui viuit senex,
Carthaginienſi duæ fuere filiæ.
Altera quinquennis, altera quadrimula,
Cum nutrice vnà periere à magalibus.
Eas qui surripuit, in Anactorium deuehit,
Venditque has omnis, & nutricem, & virgines,
Præsenti argento homini, si leno est homo,
Quantum hominum terra sustinet, sacerrimo.
Vosmet nunc facite coniecturam ceterum,
Quid id sit hominis cui Lyco nomen siet.
Is ex Anactorio vbi prius habitauerat,
Huc commigrauit in Calydonem haud diu,
Sui quæsti gratia, is in illis habitat ædibus.
Earum hic adolescens alteram efflictim perit
Suam sibi cognatam imprudens, neq; scit quæ ea
Sit, neque eam vnquam tetigit: ita eum leno macerat.
Neque quicquam cum ea fecit etiamnum stupri,
Neque duxit vnquam, neque ille voluit mittere.
Quia amare cernit, [4] hominem volt leno tangere.
Illam minorem in concubinatum sibi
Volt emere miles quidam, qui illam deperit.
Sed pater illarum Pœnus, postquam eas perdidit,
Marique terráque vsque quaque quæritat.
Vbi quamque esi in vrbem ingressus, illico

1 L. Comœdiai: 2 L. odiosum est, d. 3 L. eos. 4 L. tangere hominem volt bolo.

Omnes

Omnes meretrices, vbi quisque habitant, inuenit.
Dat aurum, ducit, noctem rogat. pòst ibi
Vnde sit, cuiatis, captáne an 1 *surrupta sit,*
Quo genere nata, qui parentes 2 *fuerint,*
Ita doctè atque astu filias quærit suas.
Et is omnis linguas scit, sed dissimulat sciens
Se scire. Pœnus planè est, quid verbis opu'st?
Is heri huc in portum naui venit vespere.
Pater harum idè huic patruus adolescentulo est,
Iámne hoc tenetis? si tenetis, ducite.
3 *Caue dirumpatis, quæso sinite transigi.*
Hem penè oblitus sum reliquum dicere.
Ille qui adoptauit hunc pro filio sibi,
Is illi Pœno 4 *olim huius patruo hospes fuit:*
Is hodie huc veniet, reperiétque hic filias,
Et hunc sui fratris filium, vt quidem didici ego.
Ego ibi ornabor, vos æquo animo noscite.
Hic qui hodie veniet, reperiet suas filias,
Et hunc sui fratris filium, dehinc ceterum
Valete, adeste. ibo, alius nunc fieri 5 *olo.*
Quod restat, restant alij, qui faciant palàm.
Valete, atque adiuuate, vt vos seruet salus.

AGORASTOCLES *adolescens,*
MILPHIO *seruus.*

SÆpe ego res multas tibi mandaui, Milphio,
Dubias, egenas, inopiosas consilij,
Quas tu sapienter doctè & cordatè & catè
Mihi reddidisti opiparas opera tua,
Quibus pro benefactis fateor deberi tibi
Et libertatem, & multas 5 *grates gratias.*
MI. *Scitum'st per tempus si obuiam* 6 *is, verbum vetus.*
Nam tuæ blanditiæ mihi sunt quod dici solet,
Gerræ germanæ 7 *atque ædepol λῆροι λήρου.*
Nunc mihi blandidicus es, heri in tergo meo
Tris facilè corios contriuisti bubulos.
AG. At amans per amorem, si quid feci, Milphio,
Ignoscere id te mihi æquum est. MI. 8 *audi tu magis.*
Et ego nunc amore pereo, sine te verberem
Item vt tu mihi feciſti ob nullam noxiam.
Post id locorum' tu mihi amanti ignoscito.
AG. *Si tibi lubido est aut voluptati, sino.*
Suspende, vinci, verbera, autor sum, sino.
MI. *Si autoritatem postea defugeris,*
Vbi dissolutus tu sies, ego pendeam.
AG. *Egóne istuc ausim facere, præsertim tibi?*
Quin si feriri video te, extemplò dolet.
MI. *Mihi quidem herclè.* AG. *immò mihi.* MI. *istuc mauelim.*
Sed quid nunc tibi vis? AG. *cur ego apud te mentiar?*
Amo immodestè. MI. *meæ istuc scapulæ sentiunt.*

1 L. surrepta. 2 L. fuerint.
3 L. Ne dirum. 4 *dele* olim.
5 L. grates gr. 6 L. it.
7 L. ædepol lyræ lyræ:
8 L. haud vidi magis.

AG. *At ego hanc vicinam dico Adelphasium meam,*
Lenonis haius meretricem maiusculam.
MI. *Iampridem equidem istuc ex te audiui.* A. *differor*
Cupidine eius. sed lenone istuc Lyco,
Illius domino, non lutum'st lutulentius.
MI. *Vin' tu illi nequam dare nunc.* AG. *cupio.*
MI. *en me dato.*
AG. *Abi dierectus.* MI. *dic mihi verò seriò,*
Vin' dare malum illi. AG. *cupio.* MI. *hem eundem me dato.*
Vtrunque faxo habebit, & nequam & malum.
AG. *Iocare.* MI. *vin' tu illam hodie sine damno & dispendio*
Tuo, tuam libertam facere? AG. *cupio Milphio.*
MI. *Ego faciam vt facias. sunt tibi intus aureï*
Trecenti nummi Philippi. AG. *sexcenti quoque.*
MI. *Satis sunt trecenti.* AG. *quid iis facturus?*
MI. *tace.*
Totum lenonem tibi cum tota familia
Dabo hodie dono. AG. *quid facturus?* MI. *iam scies,*
Tuus 1 *Colabiscus' nunc in vrbe'st villicus,*
Eum hic non nouit leno, satin' intelligis?
AG. *Intelligo hercle. sed quò euadas nescio.*
MI. *Non scis?* AG. *non hercle.* MI. *at ego iam faxo scies.*
Ei dabitur aurum, vt ad lenonem deferat,
Dicátque se peregrinum esse ex alio oppido:
Se amare velle, atque obsequi animo suo:
Locum sibi velle liberum præberier,
Vbi nequam faciat clam, ne quis sit arbiter.
Leno ad se accipiet, auri cupidus, illico
Celabit hominem & aurum. AG. *consiliũ placet.*
MI. *Rogato, seruos veneritne ad eum tuus?*
Ille me censebit quæri, continuò tibi
Negabit, quid tu dubitas? quin 2 *extemplo tibi*
3 *Duplicet, vbi auri & hominis fur leno siet.*
Neque id vnde efficiat, habet. vbi in ius venerit,
Addicet prætor familiam totam tibi.
Ita decipiemus fouea lenonem Lycum.
AG. *Placet consilium.* MI. *immò etiam vbi expoliuero*
Magis, hoc tum demum dices, nunc etiam rudis est.
AG. *Ego in ædem Veneris eo, nisi quid vis Milphio.*
Aphrodisia hodie sũt. MI. *scio hoc.* AG. *oculos volo*
Meos delectare munditiis meretriciis.
MI. *Hoc primum agamus, quod consilium cœpimus.*
Abeamus intrò, vt Collabiscum villicum
Hanc perdoceamus, vt ferat fallaciam.
AG. *Quanquam Cupido in corde versatur, tamẽ*
Tibi auscultabo. MI. *faciam vt facto gaudeas.*
Inest amoris macula huic homini in pectore,
Sine damno magno quæ elui neutiquam potest.

1 L. Colobiscus. 2 L. extempulò.
3 L. dupli tibi auri.

Itaque hic sceleſtus eſt homo leno Lycus,
Cui iam infortunij intenta baliſta eſt probè,
Quã ego haud multo pòſt mittam è balliſtario.
Sed Adelphaſium exit eccam, atque Anteraſtilis.
Hæc eſt prior, quæ meum herum dementem facit.
Sed euocabo, heus i foras Agoraſtocles,
Si vis videre ludos iucundiſſimos.
AG. *Quid iſtuc tumulti'ſt Milphio?* M. *hẽ amores tuos*
Si vis ſpectare. AG. *ó multa tibi dent bona,*
Cum mihi hoc obtuliſti tam lepidum ſpectaculũ.

ADELPHASIVM, ANTERAST. *meretrices duæ*, MILPHIO *ſeruus*, AGORASTOCLES *adoleſcens.*

NEgotij ſibi qui volet vim parare,
Nauem & mulierem, hæc duo comparato.
Nam nullæ magis res duæ plus negotij
Habent. 1 eas fortè ſi 2 exornare occeperis,
Neque vnquam ſatis hæ duæ res ornantur,
Neque eis vlla ornandi ſatis ſatietas eſt.
Atque hæc 3 ita loquor, nunc modò docta dico.
Nam nos vſque ab aurora ad hoc quod diei eſt,
Poſtquam aurora illuxit, nunquam ceſſauimus
Ex induſtria ambæ nunquam conceſſauimus
Lauari, aut fricari, aut tergeri, aut ornari,
Poliri, expoliri, pingi, fingi: & vnà
Binæ ſingulis quæ datæ nobis ancillæ,
Eæ nos lauando, eluendo operam dederunt,
4 Ab gerundáque aqua ſunt viri duo defeſſi.
Apageſis negocij quantum in muliere vna eſt.
Si vero duæ, ſat ſcio, maximo vni
Populo cui lubet plus ſatis dare potis ſunt.
Quæ noctes diéſq; omni in ætate ſemper
Ornantur, lauantur, tergentur, poliuntur,
Poſtremò modus muliebris nullus eſt,
Neque vnquam lauando & fricando 5 ſumus
6 Saturæ. Nam quæ elauta eſt, niſi
Perculta eſt meo quidem animo, quaſi illauta'ſt.
AN. *Miror equidem ſoror te iſtæc ſic fabulari,*
Quæ tam callida & docta ſis & faceta.
Nam cùm ſedulò munditer nos habemus,
Vix agréque amatorculos inuenimus.
AD. *Ita eſt, verùm hoc vnum tamen cogitato,*
Modus omnibus in rebus ſoror optimum eſt habitu.
Nimia omnia nimium exhibent negocium hominibus ex ſe.
AN. *Soror cogita amabo, item nos perhiberi*
Quaſi ſalſa muriatica eſſe autumantur
Sine omni lepòre, & ſine ſuauitate,
Niſi multa aqua vſque & diu macerantur,
Olent, ſalſa ſunt, tangere vt non velis: item nos ſumus
Eiuſcemodi, mulieres ſunt inſulſæ
Admodum atque inuenuſtæ, ſine munditia & ſumptu.
DI. *Coqa eſt hæc quidem Agoraſtocles, vt ego opinor,*
Scit muriatica vt macerent. AG. *quid moleſtus?*
AD. *Soror parce amabo, ſat eſt iſtuc alios dicere nobis,*
Ne noſmet noſtra etiam vitia loquamur.
AN. *Quieſco.* AD. *ergo amo te. ſed hoc nunc reſponde mihi,*
Sunt hic omnia quæ ad deûm pacem oportet adeſſe?
AN. *Omnia accuraui* AG. *diem pulcrum & celebrem & venuſtatis plenum,*
Dignum Veneri pol cui ſunt Aphrodiſia hodie.
MI. *Ecquid gratiæ cum huc foras te euocaui? nunc iam*
Me decet donari cado vini veteris. dic dari,
Nihil reſpondes? lingua huic excidit, vt ego opinor. quid malùm,
Aſtans 1 obtices? AG. *ſine amem, ne me obturba: ac tace.*
MI. *Taceo.* AG. *ſi tacuiſſes, iam iſtuc taceo non natum foret.*
AN. *Eamus ſoror mea.* AD. *2 hoho amabo quid illò nunc properas?* AN. *rogas?*
Quia herus nos apud ædem Veneris mantat. AD. *maneat pol mane.*
Turba eſt nunc apud aram, an ibi vis inter illas verſarier.
Proſedas piſtorum amicas, relliquias alicarias,
Miſeras, 3 ſchœno delibutas, ſeruilicolas, ſordidas:
Quæ tibi olant ſtabulum, ſtatúmque 4 ſellam, & ſeſſibulum merum.
Quas adeò haud quiſquam vnquam liber tetigit, neque duxit domum.
Seruulorum ſordidulorum ſcorta diobolaria.
MI. *I in malam crucem, tun' audes etiam ſeruos ſpernere?*
Propudium, quaſi bella ſit, quaſi eampſe reges ducti tent.
Eu monſtrum mulieris, tantula tanta verba fundit at.
Qoius ego 5 obulo arato' ſeptem noctes non emã.
A. *Dij immortales, omnipotentes, quid eſt apud vos pulcrius,*
Quid habetis, mage qui immortales vos credam eſſe, quàm ego ſiem?
Qui hæc tanta oculis bona concipio: nam Venus non eſt Venus,
Hanc equidem Venerem venerabor me vt amet, 6 ac ſit propitia.
Milphio heus Milphio vbi es? MI. *aſſum apud te, eccum.* AG. *at ego 7 elixum volo.*
MI. *Eximuerò here facis delicias.* AG. *de te quidem hæc dici omnia.*
MI. *Etiámne vt ames eam, quam nunquam*

1 *dele eas.* 2 *L. occæperis exornare* 3 *L. vti*
4 *L. aggerundáque,*
5 *L. ſcimus.* 6 *L. Facere* *. *Nam.*

1 *L. obſtipuiſti?* 2 *L. eho* 3 *L. cœno*
4 *L. & ſellam.* 5 *L. vel nebulę cyatho ſept.*
6 *L. poſthac.* 7 *L. elixus ſis v.*

ieti-

tetigeris? AG. *nihil illic quidem est.*
Deos quoque ædepol & amo & metuo, quibus ego tamen abstineo manus.
AD. *Heu.ecastor cum ornatum aspicio nostrûm ambarum, pœnitet,*
Exornatæ vt sumus. AN. *immo verò sanè commodè.*
Nam pro herili nostro quæstu satis bene exornatæ sumus.
Non enim potest quæstus consistere si eum sumptus superat, soror.
Eò illud satiùst satis quod satis est, habitus plus quàm sat est.
AG. *Ita me di ament, vt illa me amet malim, quàm di Milphio.*
Nam illa mulier lapidem silicem subigere vt se amet, potest.
MI. *Pol id quidem haud mentire.nam tu es lapide silice stultior,*
Qui hanc ames. AG. *2 at vide sis, cum illa nunquam limaui caput.*
MI. *Curram igitur aliquò ad piscinam aut ad lacum, limum petam.*
A. Quid eo opu'st? MI. *ego dicam, vt tibi & illi limem caput.*
AG. I in malam rem. MI. *3 ibi sum equidè. AG. pergis?* M. *taceo. AG. at perpetuo volo.*
MI. *Enimuerò here meo me lacessis ludo, & delicias facis.*
AN. Satis nunc lepidè ornatum credo soror te tibi viderier,
Sed vbi exempla conferentur meretricum aliarum, ibi tibi
Erit cordolium, si quam ornatam melius fortè 4 aspexeris.
AD. Inuidia in me nunquam innata'st, neque malitia 5 mala soror.
Bono ingenio me esse ornatam, quàm auro multo mauolo.
Aurum in fortuna inuenitur, 6 natura ingenium bonum.
Bonam ego quàm beatam me esse nimio dici mauolo.
Meretricem pudorem gerere magis decet, quàm purpuram,
Magisque meretricem pudorem, quàm aurum gerere condecet.
Pulcrum ornatum turpes mores peius cœno collinunt,
Lepidi mores turpem ornatum facilè factis comprobant.
AG. Ehò tu, vin tu facinus facere lepidum & festiuum? MI. *volo.*
AG. Potésne mihi ausculture? MI. *possum. AG. abi domum ac suspende te.*
MI. *Quamobrem? AG. quia 7 nunquam audibis verba tot tam suauia,*
Quid tibi opu'st vixisse? ausculta mihi modò ac suspende te.
Ml. *Siquidem tu es mecum futurus pro vua 1 pensilis.*
AG. At ego amo hanc. MI. *at ego esse & bibere.*
AD. ehò tu quid ais? AN. quid rogas?
AD. Viden' tu pleni oculi sordium qui erant, iam splendent mihi?
AN. Immò etiam in medio oculo parum sordis est. AD. cedo sis dextram.
AG. Vt tu quidem huius oculos illotis manibus tractes ac teras?
AN. Nimia nos socordia hodie tenuit. AD. qua de re obsecro?
AN. Quia 2 iam non dudum ante lucem ad eadem Veneris venimus,
3 Primæ vt inferremus ignem in aram. AD. ah non facto'st opus
Quæ habent nocturna ora, noctu sacrificatum ire occupant,
Priusquam Venus expergiscatur, prius deproperant sedulò
Sacrificare. nam vigilante Venere si veniant eæ,
Ita sunt turpes, credo ecastor Venerem ipsam è fano fugent.
AG. Milphio. MI. *Ædepol Milphionem miserum, quid nunc vis tibi?*
AG. Obsecro hercle vt mulsa loquitur. MI. *nihil nisi 4 lasserculos,*
Sesamum, papauerémque, triticum & frictas nuces.
AG. Ecquid amare videor? M. *damnum quod Mercurius minimè amat.*
AG. Nanque ædepol lucrum amare nullum amatorem addecet.
AN. Eamus mea germana. AD. age sis vt lubet. sequere hac. AN. sequor.
AG. Eunt hæ. quid si adeamus? MI. adeas. AG. primùm prima salua sis,
Et secunda tum secundò. MI. *salue in precio, tertia.*
AN. Salue extra precium. M. *tum pol ego & oleum & operam perdidi.*
AG. Quò te agis? AD. egóne? 5 in Veneris. AG. quid eò? AD. vt Venerem propitiem.
AG. 6 Ehon irata est? propitia hercle est. 7 Vel ego pro illa spondeo.
AD. Quid tu agis, quid mihi molestus obsecro? AG. ah sauiter.
AD. Mitte amabo. AG. quid festinas, turba nunc 8 illic est. AD. scio,
Sùt illi aliæ quas spectare ego, & me spectari volo.
AG. Quid lubet spectare turpis, pulcram spectandam dare?
A. Quia apud ædem Veneris hodie est mercatus

1 L. *Tolle hinc Agorast. nomen & pone initio vers. sequentis.* 2 L. ac. 3 L. *Lips.* inibi 4 L. conspexeris. 5 L. mea. 6 L. in natura. 7 L. iam nunquam.

1 L. passa pensilis. 2 L. non iam dudum. 3 L. Prima cùm vt inferr. 4 L. laterculos. 5 L. in ædem Ven. 6 L. Eho, an ir. 7 L. MI. vel. 8 L. illi.

meretricius.
Eò conueniũt mercatores: ibi ego me oſtendi volo.
AG. *Inuendibili merce oportet vltrò emptorem adducere,*
PROBA merx facilè emptorem reperit, tametſi in abſtruſo ſita eſt,
Quid ais tu quando illi apud me mecum caput & corpus copulas.
AD. *Quo die Orcus ab Acheronte mortuos amiſerit.*
AG. *Sunt mihi intus neſcio quot nummi aurei Lymphatici.*
MI. *Deferto ad me, faxo actutum conſtiterit lymphaticum.*
Bellula herclè. AG. *I directè in maximam malam crucem.*
MI. *Quàm magis aſpecto, tam magis eſt nimbata, & nugæ meræ.*
AD. *Segrega ſermonem. tædet.* A. *age ſuſtolle hoc amiculum.*
AD. *Pura ſum comperce, amabo me' attrectare Agoraſtocles.*
AD. *Quid agam nunc?* MI. *ſi ſapias, curam hanc facere compendi potes.*
AG. *Quid ego nunc curem? quid agis Milphio?* MI. *ecce odium meum.*
Quid me vis? AG. *cur mihi hæc irata eſt?* MI. *cur hæc tibi irata eſt?*
Cur ego id curem? nanque iſtæc magis tua eſt curatio.
AG. *Iã hercle tu periſti, niſi illã mihi tam tranquillam facis,*
Quàm mare eſt olim cum ibi alcedo pullos educit ſuos.
MI. *Quid faciam?* AG. *exora, blandire, expalpa.* MI. *faciam ſedulò.*
Sed vide ſis, ne tu oratorem hunc pugnis pectas' poſtea.
AG. *Non faciam.* AD. *nos eamus. nunc etiam morare.* AG. *male facis.*
AD. *Bene promittis multa ex multis. omnia incaſſum cadunt.*
1 Nam liberare iurauiſti me haud ſemel, ſed 2 decies.
Dum te expecto, neque 3 vſquam aliam mihi paraui copiam,
Neque iſtuc vſquam apparet, ita nunc ſeruio nihilo minus.
I ſoror, abſcede tu à me. A. *perij, eho quid agis Milphio?*
M. *Mea voluptas, mea delicia, mea vita, mea amœnitas,*
Meus ocellus, meum labellum, mea ſalus, meum ſauium,
4 Meum mel, meum cor, mea 5 colluſtra, meus molliculus caſeus.
6 AG. *Méne ego illæc patiar præſente dici? diſcrucior miſer.*

1 *dele* Nam. 2 *L.* centies. 3 L. vſque. 4 *L.* AG. Meum. 5 L. coluſtra. 6 *L.* AD. Mene.

Niſi ego illum iubeo quadrigis curſim ad carnificem rapi.
MI. *Noli amabo ſuccẽſere hero meo cauſſa mea.*
1 AD. *Ego faxo: ſine.* MI. *irata es nimium, argentum pro te dabit.*
Atque te faciet vt ſis ciuis Attica atque libera.
AD. *Quin abire ſinis. quid vis tibi? qui bene volunt, 2 bene viſitent.*
MI. *Si ante quidem mentitus eſt, nunc iam dehinc erit verax tibi.*
AD. *Abſcede hinc ſis ſycophanta.* MI. *pareo.* AD. *ſcin quo modo?*
MI. *Sine te exorem, ſine te prendam auriculis, ſine dem ſauium,*
Iam ego hercle faciam plorantem illum, niſi te facio propitiam.
3 *Illud faciet, niſi te propitio.*
Atque hic me ne verberet,
Malè formido, noui ego hui⁹ mores moroſi malos,
Quamobrem amabo te, mea voluptas, ſine te exorarier.
A. *Non ego homo trioboli sũ, niſi ego illi maſtigiæ*
Exturbo oculos atque dentes? hem voluptatem tibi,
Hem mel, hem cor, hem labellum, hem ſalutem, hem ſauium.
MI. 4 *Impie ſiccine oratorem verbera?* A. *iam iſtoc magis.*
Et iam ocellum addam, & labellum, & linguam.
MI. *Ecquid facies modi?*
AG. *Siccine ego te orare iuſſi?* MI. *quomodo ergo orem?* A. *rogas?*
Sic enim dicere ſceleſte, huius voluptas te obſecro,
Huius mel, huius cor, huius labellum, huius linguam, huius ſauium,
Huius 5 colluſtra, huius dulciculus caſeus, maſtigia,
Huius cor, huius ſtudium, huius ſauium, maſtigia,
Omnia illa quæ dicebas tua eſſe, ea memorares mea.
MI. *Obſecro hercle te, voluptas huius, atque odium meum.*
Huius amica Mammeata, mea inimica & maleuola.
Oculꝰ huius, lippitudo mea: mel huius, fel meum,
Vt huic irata ne ſis: aut ſi id fieri non poteſt.
A. *Capias reſtim, ac te ſuſpendas cum hero & voſtra familia.*
MI. *Hem mihi iam video propter te victitandum ſorbilo.*
Itaque iam quaſi oſtreatum tergum vlceribus geſtito,
Propter amorem veſtrum. AD. *amabo men' prohibere poſtulas,*

1 *L.* Ego faxo, ſi non irata es, nummulum pro te dabit. 2 L. bene vis item. 3 *L.* Atque hic me ne verberet illum faciat niſi te propitiẽ.
4 *L.* Impias here te or.
5 *L.* coluſtra.

Ne te

Ne te verberet, magis quàm 1 *ne mendax me adnorsum siet.*
AN. *Aliquid huic responde amabo cõmodè, ne incommodus*
Nobis sit. nam detinet nos de nostro negocio.
AD. *Verumetiam tibi hanc* 2 *admittam noxiã vnam Agorastocles.*
Non sum irata. A. *non es?* AD. *non sum.* AG. *da ergo vt credam sauium.*
AD. *Mox dabo, cum ab re diuina rediero.* A. *I ergo strenuè.*
AD. *Sequere me soror.* AG. *atque audin' etiam, Veneri dicito*
Multam meis verbis salutem. AD. *dicam.* AG. *atque hoc etiam audi.* AD. *quid est?*
AG. *Paucis verbis rem diuinam facito, atque audin' respice.*
3 *Respexit, idem pol Venerem credo facturã tibi.*

AGORASTOCLES *adolescens,*
MILPHIO *seruus.*

QVid nunc mihi es auctor Milphio? MIL. *vt me verberes,*
Atque auctionem facias. nam impunissimè
Tibi quidem herclè vendere hasce ædis licet.
AG. *Quid iam?* MI. 4 *maiorem parte minore habitas mea.*
AG. *Supersede istis verbis.* MI. *quid nunc vis tibi?*
AG. *Trecentos Philippos Colabisco villico*
Dedi dudum, priusquam me euocasti foras.
Nunc obsecro te Milphio hanc per dexteram,
Pérque hanc sororem læuam, perq; oculos tuos,
Pérque meos amores, perq; Adelphasium meam,
Pérque tuam libertatem. MI. *hem nunc nihil obsecras.*
AG. *Mi Milphidisce, mea cõmoditas, mea salus,*
Fac quod facturum te esse promisisti mihi,
Vt ego hunc lenonem perdam. MI. *perfacile id quidem est.*
Adduce testis tecum, ego intus interim
Iam & ornamentis meis & sycophantijs
Tuum exornabo villicum: propera atque abi.
AG. *Fugio.* MI. *meum est istuc magis officium, quàm tuum.*
A. *Egóne? egóne si istuc lapidẽ* 5 *faxis?* MI. *i modò.*
A. *Vt non ego te hodie?* MI. *abi modò.* AG. *emittam manu.*
MI. *I modò,* 6 *non herclè meream.* AG. *oh oh.* M. *vah abi modò.*
AG. *Quantum Acherunte' st mortuorum.* MI. *etiámne abis?*
AG. *Neque quantum aquæ est in mari.* MI. *abiturúsne es?*
AG. 7 *Neque nubis quantum est.* MI. *pergin'*

1 *dele* ne. 2 L. amittam.
3 L. MI. Respexit. *Lipsius.* AD Respexi. AG. idem pol. 4 *Lipsius.* maiorem partem in ore habitas meo.
5 L. effexis?
6 C. AG. Non hercle meream, ah,
7 L. Etiam nubeis omneis quantum:

1 *verò pergerè?*
AG. 2 *Neque stella in cœlo.* MI. *pergin' aures tundere?*
AG. *Neque huc, neque illuc, neq; enimuerò serò,*
Neq; hercle verò. 3 MI. *quid opus est verbis? quippini,*
Quod vno verbo dicere hic quiduis licet.
4 AG. *Neque herclè verò serio. scin quomodo?*
Ita me dij amabunt, vin' bona dicam fide?
Quod hic inter 5 *nos liceat. ita me Iuppiter,*
Scin quam? vide tu, credin' quod ego fabuler?
MI. *Si nequeo facere vt abeas, egomet abiero,*
Nam isti quidem hercle orationi Oedipo
6 *Opus coniectore est, qui Sphyngi interpres fuit.*
AG. *Illic hinc iratus abijt. nunc mihi cautio est,*
Ne me amet culpa meo amori obiexim' moram.
Ibo atque arcessam testis, quando amor iubet,
Meo me obedientem esse seruo liberum.

ACTVS II.

LYCVS *leno*, ANTHÆMONIDES *miles.*

DI illum 7 *infelicent omnes, qui post hunc diem*
Leno vllam Veneri vnquam immolarit hostiam,
Quive vllum thuris granum sacrificauerit.
Nam ego hodie infelix dis meis iratissimis,
Sex agnos immolaui. nec potui tamen
Propitiam Venerem facere, vti esset mihi.
Quoniam litare nequeo, abij illinc illico
Iratus, vetui exta proficarier,
Neque ea aspicere volui, quoniam illa non bona
Aruspex dixit 8 *deam esse indignam credidi.*
Eo pacto auara Veneri pulcre adij manum,
Quando id quod sat erat, satis habere noluit,
Ego pausam feci, sic ago. sic me decet.
Ego faxo posthac di deæque, cæteri
Contentiores mage erunt, atque auidi minus,
Cùm scibunt Veneri, vt adierit leno manum,
Condigne haruspex, non homo trioboli,
Omnibus in extis aiebat portendi mihi
Malum damnúmque, & deos esse iratos mihi.
Quid ei diuini aut humani æquum est credere?
Mina mihi argenti dono post illa data est.
Sed quæso vbinam illic restitit miles modò
Qui hanc mihi donauit? quem ego vocaui ad prandium?
Sed eccum incedit. AN. *ita vt occœpi dicere*
Lenulle de illac pugna pentethronica,
Qua sexaginta millia hominum vno die,
Volaticorum manibus occidi meis.
LY. 9 *Euolaticorum hominum.* AN. *ita dico quidem.*
LY. *an obsecro vsquam sunt homines volatici?*
AN. *Fuere, verùm* 10 *interfeci.* LY. *quomodo*

1 *dele* verò 2 L. Nec quot stellę in cęlo.
3 *dele* Milph. *nomen.*
4 *dele* Agor. *nomen.* 5 L. vos
6 *L.* Coniectore opus est.
7 *L.* infelicitent. 8 *L.* deum.
9 L. Ehem volatic. 10 L. ego interf.

Potuisti? AN. dicam. Viscum legioni dedi,
Fundásque, 1 eos prosternebam vt folia 2 farfari.
LY. Cui rei? AN. ne ad fundas viscus adhæresceret.
LY. Perge optime hercle periuras. quid postea?
AN. Infundas infundebam grandiculos globos,
Eo 3 illos volantis iussi funditarier,
Quid multa verba? 4 vt quenque visco offenderant,
Tam crebri ad terram decidebant quàm pira.
Vt quisque ceciderat, 5 eum necabant illico,
Per cerebrum pinna 6 fusica quasi turturem.
LY. Si hercle istuc vnquam factum est, tum me Iuppiter
Faciat, vt semper sacrificem, nec vnquam litem.
AN. An mihi hæc non credis? LY. credo, vt mihi est æquum credier.
AN. Age eamus intrò, dum exta referuntur, volo
Narrare tibi etiam vnam pugnam. LY. non moror.
AN. Ausculta. LY. non hercle. AN. immò iam elidam caput
Nisi auscultas, aut is hinc in malam crucem.
LY. Malam crucem ibo potius. AN. certúmne est tibi?
LY. Certum. AN. tum tu igitur die bono Aphrodisiis
Addice tuam mihi meretricem minusculam.
Ita res diuina mihi fuerit, res serias
Omnis extollo ex hoc die in alium diem,
Profectò festos habeam, decretum est mihi,
Nunc hinc eamus intrò. LY. sequere hac me.
AN. sequor.
In hunc diem iam tuus sum mercenarius.

ACTVS III.

AGORASTOCLES adolescens, ADVOCATI.

ITa me di ament, tardo amico nihil est quicquam iniquius,
Præsertim homini amanti, qui quicquid agit properat omnia.
Sicut ego hos duco aduocatos homines spissigradissimos,
Tardiores quàm corbitæ sunt in trãquillo mari.
Atque equidem hercle dedita opera amicos fugitaui senes'.
Scibam ætate tardiores. metuo meo amori moram.
Necquicquam hos procos mihi elegi: loripedis, tardissimos,
Qui si ituri estis hodie, ite aut ite hinc in malam crucem.
Siccine oportet ire amicos homini amanti operam datum?
Nam iste quidem gradus succretu'st cribro pollinario.

1 L. eo præsternebam folia, 2 *Lips.* farsceris
3 *dele* illos. 4 L. quenquem.
5 L. necabam cum. 6 L. sua sibi quasi.

Nisi cum pedicis condidiciſtis 1 sic occrassari gradu.
A. Heus tu, quanquam nos videmur tibi plebei & pauperes,
Se nec rectè dicis nobis, diues de summo loco,
Diuitem audacter solemus mactare infortunio.
Nec tibi nos obnoxij sumus istuc quid tu ames aut oderis.
Quum argentum pro capite dedimus, nostrum dedimus non tuum.
Liberos nos esse oportet, nos te nihili pendimus,
Ne tuo nos amori seruos tuos esse addictos censeas.
Liberos homines per vrbem modico magis par est gradu
Ire, seruile esse duco festinantem currere,
Præsertim in re populi placida, atque interfectis hostibus.
Non decet tumultuari, sed si properabas magis,
Pridie nos te aduocatos huc duxisse oportuit.
Ne tu opinere, haud quisquam hodie nostrûm curret per vias.
Neque nos populus pro 2 ceditis infectabit lapidibus.
AG. At si ad prandium me in ædem vos dixissem ducere,
Vincere eius ceruum cursu, vel grallatorem gradu.
Nunc vos quia mihi aduocatos dixi & testiu ducere,
Podagrosi estis, ac vicistis cocleam tarditudine.
AD. At verò nõ iusta causa est quo curratur celeriter,
Vbi bibas, edas de alieno quantum velis vsque affatim,
Quod inuitus tu nunquam reddas domino de quo ederis.
Sed tamen quomodocunque, quanquam sumus pauperculi,
Est domi quod edimus, ne nos tam contemptim conteras.
Quicquid est pauxillulum illuc nostrum, illud omne intus est.
Neque nos quemquam flagitamus, neque vos' quisquam flagitat.
Tua causa nemo nostrûm est suos rupturus ramices.
AG. Nimis iracundi estis, equidem hæc vobis dixi per iocum.
AD. Per iocum item dictum habeto, quæ nos tibi respondimus.
AG. Obsecro hercle operam celocem hanc mihi, ac corbitam date,
Attrepidate saltem. nam vos approperare haud postulo.
AD. Si quid tu placidè ociosèque agere vis, operam damus.
Si properas, cursores melius'st te aduocatos ducere.

1 L. isthoc grassari. *Lips.* sic hoc grass.
2 L. cerritis.

AG. Scis

AG. *Scis', rem narraui vobis,* 1 *quod vestra opera mihi opus siet.*
De lenone hoc, qui me amantem ludificatur tam diu,
Et parata vt sint insidiæ, de auro & de seruo meo.
AD. *Omnia isthæc scimus iam nos, si hi spectatores sciant,*
Horunc hic nunc causa hæc agitur spectatorum fabula,
Hosce satius est docere, vt quando agas, quid agant sciant.
Nos tu ne curassis. scimus rem omnem: quippe omnes simul
Didicimus tecum vnà, vt respondere possimus tibi.
AG. *Ita profectò est: sed agite igitur vt sciam vos scire rem*
Expeditè, & mihi quæ dudum vobis dixi, dicite.
AD. *Itáne tentas an sciamus? non meminisse nos ratus,*
Quomodo trecentos Philippeos Colabisco villico
Dederis, quos 3 *deferret hunc ad lenonem inimicum tuum,*
Isque se vt assimularet peregrinum esse aliunde ex alio oppido.
Vbi is detulerit, tu eò quæsitum seruum aduentes tuum,
Cum pecunia. AG. *meministis memoriter, seruastis me.*
AD. *Ille negabit, Milphionem quæri censebit tuum,*
Id duplicabit omne furtum, leno addicetur tibi.
Ad eam rẽ nos esse testis vis tibi. AG. *tenetis rem.*
A. *Vix quidem hercle, ita pauxilla est, digitulis primoribus.*
AG. *Hoc citò & cursim est agendum,* 4 *properate iam quantum* 5 *potest.*
AD. *Bene vale igitur, te aduocatos melius celeris ducere,*
Tardi sumus nos. AG. *optimè itis, pessumè hercle dicitis.*
Quin etiam deciderint vobis femina in talos velim.
AD. *At ædepol nos tibi in lumbos linguam, atq; oculos in solum.*
AG. *Eia haud vostrum est iracundos esse, quod dixi ioco.*
AD. *Nec tuum quidem est, amicis per iocum iniustè loqui.*
AG. *Mittite istæc, quid velim vos scitis.* A. *callemus probè.*
Lenonem periurum vt perdas, id studes. AGOR. *tenetis rem.*
Ecce opportunè egrediuntur Milphio 6 *vnà*
Et villicus basilicè exornatus incedit, & fabrè ad fallaciam.

1 *Lamb. malit legi,* quoi *sc. rei.*
2 L. Ei.
3 L. deferret. 4 L. propera iam.
5 *L.* pote est. 6 *L.* & villicus Basilicè &c.

MILPHIO *seruus,* COLABISCVS *villicus,* AGORASTOCLES *adolescens,* ADVOCATI.

IAm tenes præcepta in corde. C. pulcre. MI. vide sis calleas.
CO. *Quid opus est verbis? callum aprugnum' callere æquè non sinam.*
MI. Fac modò vt conducta tibi sint dicta ad hanc fallaciam.
CO. *Quin ædepol* 1 *indoctior sum, quam* 2 *in tragœdia comici'.*
MI. Probus homo est. AG. adeam propius, assunt testes. M. tot quidem
Non potuisti adducere homines magis ad hanc rem idoneos.
Nam istorum nullus nefastu'st, comitiales sunt omeri.
Ibi habitant, ibi eos conspicias, quàm prætorem sæpius,
Hodie iuris 3 *doctiores non sunt, qui lites creant,*
Quàm sunt hi: qui si nihil est litium, lites serunt.
AD. Di te perdant. MI. vos quidem hercle 4 *commendo, qom, quiqui tamen*
Et bene, & benignè facitis, qom hero amanti operam datis.
Sed isti iam sciunt negotij quid sit. AG. omnem rem ordine.
MI. Tum vos animum aduortite igitur, hunc vos lenonem Lycum
Nouistis. AD. facilè. C. at ego pol eum qua sit facie nescio.
Eum volo mihi demonstretis hominem. AD. nos curabimus.
Satis præceptum. AG. hic trecentos nummos numeratos habet.
AD. Ergo nos inspicere oportet istuc aurum Agorastocles,
Vt sciamus quid dicamus mox pro testimonio.
AG. Agite, inspicite, aurum est. CO. *profectò spectatores comicum,*
Macerato hoc pingues fiunt auro in barbaria boues.
Verùm ad hanc rem agundam Philippeum est.
AD. ita nos assimulabimus.
CO. *Sed ita assimulatote, quasi ego sim peregrinus. AD. scilicet.*
Et quidem quasi tu nobiscum aduenies hodie oraueris,
Liberum vt commonstraremus tibi locum & voluptarium,
Vbi ames, potes, pergræcere'. MI. heu ædepol mortales malos.
AG. Ego enim docui. MI. quis te porrò. CO. agite. intrò abite, Agorastocles

1 L. conductior. 2 L. tragœdi aut comici.
3 L. coctiores
4 L. cum eo quem, *Lips.* com eo quiqui tamen.

Ne hic vos mecum conſpicetur leno, neu fallacia
Præpedimentum obiiciatur. MI. *hic homo ſapienter ſapit.*
1 Facite quod iubet. AD. *abeamus, ſed vos. ſatis dictum'ſt?* CO. *abi.*
AG. *Abeo, quæſo di immortales.* CO. *quin abis.*
AG. *abeo.* MI. *2 ſapis.*
CO. *St tace.* AD. *quid eſt?* CO. *fores hæ fecerunt magnum flagitium modò.*
AD. *Quid eſt flagitij?* CO. *crepuerunt clarè.* AD. *di te perdunt.*
Ponè nos recede. CO *fiat.* AD. *nos priores ibimus.*
CO. *Faciunt ſeurræ quod conſueuerunt, ponè ſeſe homines locant.*
AG. *Illic homo eſt qui egreditur leno.* CO. *bonus: nam 3 ſimilis, malus eſt.*
Iam nunc ego illi egredienti ſanguinem exugam procul.

LYCVS *leno*, ADVOCATI, COLABISCVS *villicus.*

IAm iſtuc ego reuortar, miles conuiuas volo
Reperire nobis commodos qui vnà ſient,
Interibi' attulerint exta, atque eadem mulieres
Iam ab re diuina credo apparebunt domi.
Sed quid huc tantum hominum incedunt? ecquidnam afferunt?
Et ille chlamydatus quiſnam eſt, qui ſequitur procul?
Ætolus haud eſt. AD. *te' ſalutamus Lyce,*
Quanquam hanc ſalutem ferimus inuiti tibi,
Et quanquam bene volumus leuiter lenonibus.
LY. *Fortunati omnes ſitis, quod certè ſcio*
Nec fore, nec fortunam id ſituram fieri.
AD. *Iſtic eſt theſaurus ſtultis in lingua ſitus,*
Vt quæſtui habeant, malè loqui melioribus.
LY. *Viam qui neſcit, quà deueniat ad mare,*
Eum oportet amnem quærere comitem ſibi:
Ego maleloquendi vobis neſciui viam:
Nunc vos mihi amnes eſtis, vos certum eſt ſequi.
Si bene dicetis, voſtra ripa vos ſequar:
Si malè dicetis, voſtro gradiar limite.
AD. *Malo bene facere, tantundem eſt periculum,*
Quantum bono malefacere. LY. *qui vero?* AD. *ſcies.*
MALO ſi quid benefacias, id beneficium interit:
Bono ſi quid malefacias, ætatem expetit.
LY. *Facetè dictum. ſed quid iſtuc ad me attinet?*
AD. *Quia nos honoris tui cauſſa huc ad te venimus.*
Quanquam bene volumus leuiter lenonibus.
LY. *Si quid boni apportatis, habeo gratiam.*
AD. *Boni de noſtro tibi nec ferimus, nec damus,*
Neque pollicemur, neque adeò volumus datum.
LY. *Credo hercle vobis, ita veſtra eſt benignitas.*
Sed quid nunc vultis? AD. *hunc chlamidatum quem vides*
Ei Mars iratus eſt. LY. *1 capite veſtro iſtuc quidem.*
AD. *Hunc nunc Lyce ad te diripiendum adducimus.*
Cum præda hic hodie incedit venator domum.
Canes compellunt in plagas lepidè Lycum.
LY. *Quis hic eſt?* AD. *neſcimus nos iſtum quidem qui ſiet,*
Niſi dudum à mani vt ad portum proceſſimus,
Atque iſtunc è naui exeuntem oneraria
Videmus, adiit ad nos extemplò exiens,
Salueat, reſpondemus. CO *mortales malos,*
Vt ingrediuntur docte in ſycophantiam.
LY. *Quid deinde?* AD. *ſermonem nobiſcum ibi copulat.*
Ait ſe peregrinum eſſe huius ignarum oppidi,
Locum ſibi velle liberum præberier
Vbi nequam faciat. nos hominem ad te adduximus.
Tu ſi te dij amant agere tuam rem occaſio eſt.
LY. *Itane ille eſt cupiens?* AD. *aurum habet.* LY. *præda hæc mea eſt.*
AD. *Potare, amare volt.* 2 LY. *locum lepidum dabo.*
AD. *At enim clàm furtim hic eſſe volt, ne qui ſciant,*
Neve arbiter ſit nam hic latro in Sparta fuit,
Vt quidem ipſe nobis dixit, apud regem Attalum.
Inde huc' aufugit, quoniam capitur oppidum.
CO. *Nimis lepidè de latrone, de Sparta optumè.*
LY. *Di deæq; vobis multa bona dent, cùm mihi*
Et bene præcipitis. & bonam prædam datis.
AD. *Immò vt ipſe nobis dixit, quo accures magis,*
Trecentos nummos Philippos portat præ ſibi.
LY. *Rex ſum, ſi ego illum hodie hominem ad me allexero.*
AD. *Quin hic quidem tuus eſt.* L. *obſecro hercle hortamini,*
Vt 3 diuortatur ad me in hoſpitium optumum.
AD. *Neque nos hortari, neque dehortari decet*
Hominem peregrinũ: tuam rem tu ages, ſi ſapis.
Nos tibi palumbem ad aream vſque adduximus,
Nunc te illum melius capere, ſi captum eſſe vis.
L. *Iámne itis?* CO. *quid quod vobis mandaui hoſpites?*
AD. *Cum illoc te melius tuam rem aduleſcens loqui?*
Illic eſt ad iſtas res probus quas quæritas.
CO. *Videre equidem vos vellem cùm huic aurum darem.*
AD. *Illinc procul nos iſtuc inſpectabimus.*
CO. *Bonam dediſtis mihi operam. L. it ad me lucrum.*
CO *Illud quidem quorſum aſinus cadit calcibus.*
L. *Blandè huc hominem compellabo, hoſpes hoſpitem*

1 *L* AG. *Facite q iubet. abeamus.*
2 *L. ſi ſapis.*
3 *L. ſimilis eſt malo.*

1 *L. capiti.*
2 *Verba hæc* LY. *locum l. d.* AD. *At en. cl. furt. h. e: volt, abſunt à cod. Lamb.* 3 *L. deuortatur.*

Salutat.

Salutat, saluum te aduenire gaudeo.
CO. *Multa tibi di dent bona, cum me saluum esse vis.*
L. *Hospitium te aiunt quæritare.* CO. *quærito.*
L. *Ita illi dixerunt, qui hinc à me abierũt modò,*
Te quæritare à muscis. CO. *minimè gentium.*
L. *Quid ita?* CO. *Quia à muscis si mihi hospitium quærerem,*
Adueniens huc irem in carcerem recta via.
Ego id quæro hospitium, vbi ego curer mollius
Quàm regi Antiocho oculi curari solent.
L. *Ædepol ne tibi possum illum festiuum dare,*
Siquidem potes esse pati te in lepido loco,
In lecto lepide strato, lepidam mulierem
Complexum contrectare te. CO. *rectam is leno viam.*
L. *Vbi tu Leucadio, Lesbio, 2 Thasio, Coo,*
Vetustate vino edentulo ætatem irriges,
Ibi te replebo vsque vnguentûm echeumatis.
Quid multa verba faciam, vbi tu laueris,
Ibi vt balneator faciat vnguentariam.
Sed 3 hæc latrocinantur quæ ego dixi omnia.
CO. *Quid ita?* L. *quia aurum poscunt præsentarium.*
CO. *Quin hercle accipere tu non mauis, quàm ego dare.*
LY. *Quin sequere intrò.* CO. *duc ergo me intrò, addictum tenes.*
AD. *Quid si euocemus foras huc Agorastoclem,*
Vt ipse testis sit sibi certissimus.
Heus tu, qui furem captas, egredere ocyus,
Vt tute inspectes aurum lenoni dare.

AGORASTOCLES *adulescens, & Eidem.*

QVid est? quid vultis testes? AG. *specta ad dexteram.*
Tuus seruus cùm aurum ipsi lenoni dabit.
CO. *Age accipe hoc sis, hic sunt numerati aurei*
Trecenti nummi, qui vocantur Philippei.
Hinc me procura, 4 proprie hosce absumi volo.
LY. *Ædepol feciſti prodigum promum tibi.*
Age eamus intrò. CO. *te sequor.* LY. *age age ambula:*
Ibique reliqua alia 5 vnà fabulabimur.
CO. *Equidem narrabo tibi res Spartiaticas.*
L. *Quin sequere me ergo.* CO. *abduc intrò. addictum tenes.*
AG. *Quid nunc mihi autores estis?* AD. *vt fugi sies.*
AG. Quid si animo esse non sinit? AD. *esto vt sinit.*
AG. Vidistis leno cum aurum accepit? AD. *vidimus.*
AG. *Eum vos esse meum seruum scitis?* AD. *scimus.*
AG. Rem aduersus populi sæpe leges 6 esse? AD. *sciuimus.*

1 *Dele* rectam. 2 L. Coo, Thasio,
3 *Dele* hæc. 4 *L.* properè.
5 *Dele* vnà. 6 *Dele* esse.

AG. Hem istæc volo ergo vos cõmeminisse omnia,
Mox cùm ad prætorem vsus veniet. AD. *memi-*
nerimus.
AG. Quid si recenti re adis pultem? AD. *censeo.*
AG. Si pultem, non recludet. AD. 1 *pede' frangito.*
AG. Si exierit leno, censetis hominẽ interrogem,
Meus seruus si ad eum venerit nec ne? AD. *quippini?*
AG. Cum auri ducentis nummis Philippis. AD. *quippini?*
AG. Ibi extemplò leno errabit. AD. *qua de re?*
AG. *rogas?*
Quia centum nummis minus dicetur. AD. *bene putas.*
AG. Alium censebit quæritari. AD. *scilicet.*
AG. Extemplò denegabit. AD. *iuratus quidem.*
AG. Homo furti se 2 astringit. AD. *haud dubium id quidem est.*
AG. Quantum quantum ad eum erit delatum.
AD. *quippini.*
A. *Diespiter vos perduit.* AD. *te quippini.*
A. *Ibo & pultabo ianuam hanc.* AD. *ita quippini.*
A. *Tacendi tempus est, nam crepuerunt fores.*
Foràs 3 egreditur, video lenonem Lycum.
Adeste quæso. AD. *quippini 4 quin si tu voles*
Operire capita, ne nos leno 5 viderit,
Qui illi malæ rei 6 ante fuimus illices'.

LYCVS *leno*, AGORASTOCLES, *Aduocati.*

SVspendant omnes nunc iam se haruspices,
Quid ego illis posthac, quod loquantur credam?
Qui in re diuina dudum dicébant mihi
Malum damnúmque maximum 7 protendier.
Is explicaui meam rem post illa lucro.
A. *Saluus sis leno.* LY. *di te ament Agorastocles.*
A. *Magis me benignè nunc salutas, quàm antidhac.*
L. *Tranquillitas euenit, quasi naui in mari,*
Vtcunque est ventus, exin velum vortitur.
A. *Valeãt apud te quas volo, atque haud te volo.*
L. *Valent vt postulatum est, verùm non tibi.*
A. *Mitte ad me sodes hodie Adelphasium tuam,*
Die festo celebri nobilique Aphrodisiis.
L. *Calidum prandisti prandiũ hodie? dic mihi.*
A. *Quid iam?* L. *quia hoc nunc 8 frigefactus cum rogas.*
A. *Hoc agesis leno, seruum esse audiui meum*
Apud te. L. *apud me? nũquam factum reperies.*
A. *Mentire. nam ad te venit, aurúmque attulit.*
Ita mihi renunciatum est, quibus credo satis.
LY. *Malus es, captatũ me aduenis cum testibus.*

1 *L.* panem. 2 *L.* astringet. 3 *L.* egredier.
4 *Dele* quin. 5 *L.* noueris. 6 *L.* tantæ.
7 *L.* portendier. 8 *L.* frigefactas.

Tuorum apud me nemo est, nec quicquam tui.
AG. *Memẽto te illuc aduocati.* AD. *meminimus.*
LY. *Ha ha he. iam teneo quid sit, perspexi modo.*
Hi qui illum dudum conciliauerunt mihi
Peregrinum Spartanum, id nunc his cerebrum vritur,
Me esse, hos trecentos Philippos facturum lucri.
Nunc hunc inimicum quia esse sciuerunt mihi,
Eum allegauerunt, suum qui seruum diceret
Cum auro esse apud me, composita est fallacia,
Vt eo me priuent, atque inter se diuidant.
Lupo agnum erigere postulant, nugas agunt.
AG. *Negásne apud te esse aurum, nec seruum meum?*
LY. *Nego: & negando, si quid refert, rauio.*
AD. *Peristi leno, nam iste est huius villicus,*
Quem tibi nos esse Spartiatem diximus:
Qui ad te trecentos Philippos modò detulit.
Idque in istoc adeò aurum inest marsupio.
LY. *Væ vostræ ætati.* AD. *id quidem* [1] *in mondo nunc est tuæ.*
A. *Age omitte actutum furcifer marsupium,*
Manifestò fur es, mihi quæso hercle operam date,
Dum me videatis seruum ab hoc abducere.
LY. *Nunc pol ego perij certo, haud arbitrariò.*
Consultò hoc factum est, mihi vt insidiæ fierent.
Sed quid ego dubito fugere hinc in malam crucem,
Priusquam obtorto collo ad prætorem trahor?
Eheu quàm ego habui ariolos aruspices,
Qui si quid bene promittunt, pro spisso euenit.
Id quod mali promittunt, præsentarium est.
Nunc ibo, amicos consulam, quo me modo
Suspendere æquum censeant potissimum.

AGORASTOCLES *adolescens*, COLABISCVS *villicus*, ADVOCATI.

AGe tu progredere, vt testes videant te [2] *ire istinc foras.*
Estne hic seruus meus? CO. *sum mehercle verò Agorastocles.*
AG. *Quid nũc sceleste leno?* AD. *quicum litigas,*
Abscessit. AG. *vtinam hinc abierit malâ crucem.*
AD. *Ita nos velle æquum est.* AG. *cras subscribam homini dicam.*
CO. [3] *Nunqui me?* AG. *abscedas, sumas ornatum tuum.*
CO. *Non sum nec quicquam miles factus, paululum*
Prædæ intus feci, dum lenonis familia
Dormitat. extus sum satur factus probè.
Abscedam hinc intrò. AG. *factum à vobis comiter,*
Bonam dedistis aduocati operam mihi,
Cras manè quæso in comitio estote obuiam.
Tu sequere me intrò, vos valete. AD. *& tu vale.*
Iniuriam illic insignitè postulat,
Nostro sibi seruire nos censet cibo.
Verùm ita sunt isti nostri diuites,
Si quid benefacias, leuior pluma est gratia:
Si quid peccatum'st, plumbeas iras gerunt.
Domos abeamus nostras sultis nunc iam,
Quando id [1] *quò ire operam dedimus, impetrauimus,*
Vt perderemus corruptorem ciuium.

[1] *Dele* mondo [2] *Dele* ire. [3] L. Nunquid.

ACTVS IIII.

MILPHIO *seruus.*

EXpecto quo pacto meæ technæ processuræ sient.
Studeo hunc lenonem perdere, velut' meum herũ miserum macerat.
Is me autem porrò verberat, incursat pugnis, calcibus.
Seruire amanti miseria est, præsertim qui quod amat caret.
[2] *Attat è fano recipere video se Synceræstum Veneris*
Lenonis seruum, quid habeat sermonis auscultabo.

SYNCERASTVS, MILPHIO, *serui duo.*

SAtis spectatum est deos atque homines eius negligere gratiam.
Cui homini' herus est consimilis, velut ego habeo nunc huiusmodi.
Neque periurior, neque peior alter vsquam est gentium,
Quàm herus meus est: neque tam luteus, neque tam cœno collitus.
Ita me di ament, vel in [3] *lautumiis, vel in pistrino mauelim*
Agere ætatem. præpeditus latera forti ferro mea,
Quàm apud lenonem hunc seruitutem colere. quid illuc est genus?
Quæ illic hominum corruptelæ siunt? di vostram fidem,
Quoduis genus ibi hominum videas, quasi Acheruntem veneris,
Equitem, peditem, libertinũ, furem ac fugitiuum velis,
Verberatum, vinctum, addictum qui habet quod det, vt homo est.
Omnia genera recipiuntur: itaq; in totis ædibus
Tenebræ, latebræ, bibitur, estur, quasi in popina haud secus.
Ibi tu videas litteratas fictiles epistolas,
Pice signatas, nomina insunt cubitum longis literis.
Ita vinariorum habemus nostræ delectum domi.
M. *Omnia ædepol mira sunt, nisi herus hunc haredem facit,*
Nam id quidem illi vt meditatur verba facit e mortuo.

[1] *Lipſ.* quoi rei operam. [2] L. Atat.
[3] L. lautumiis.

Et

Et adire lubet hominem, [1] *equidem' nimis eum auſculto libens.*
S. *Hæc cum hic video fieri, crucior preciis emptos maximis*
Apud nos expeculiatos ſeruos ſieri ſuis herus.
Sed ad poſtremũ nihil apparet. MALE partum malè diſperit.
M. *Proinde habet hic orationem, quaſi ipſe ſit frugi bonæ:*
Qui ipſius hercle ignauiorem potis eſt facere ignauiam.
SY. *Nunc domum hæc ab ædeVeneris refero vaſa, vbi hoſtiis*
Herus nequiuit propitiare Venerẽ ſuo feſto die.
MI. *Lepidam Venerem.* SY. *nam meretrices noſtræ primis hoſtiis*
Venerem placauere extemplò. MI. *ó lepidam Venerem denuò,*
Nunc domum ibo. MI. *heus Syncerаſte.* SY. *Syncerаſtum qui vocat?*
MI. *Tuus amicus.* SY. *haud amicè facis, qui cum onere offeras moram.*
MI. *At ob hãc rem tibi reddam operam, vbi voles, vbi iuſſeris.*
SY. *Habe rem pactam ſi futurum eſt, do tibi operam* [2] *hanc modo?*
MI. *Vt enim vbi mihi vapulandum eſt, tute corium ſufferas.*
[3] SY. *Apage, neſcit quid viri ſis.* MI. *malus ſum.*
SY. *tibi ſis.* MI. *Te volo.*
SY. *At onus vrget.* MI. *at tu appone, & reſpice ad me.* SY. *fecero.*
Quanquam haud otium eſt. MI. *ſaluos ſis Syncerаſte.* SY. *ô Milphio.*
Di omnes deæq; ament. MI. *quémnam hominẽ?*
SY. *nec te, nec me Milphio,*
Neque herum meum adeò. MI. *quem ament igitur?* SY. *alium quemlibet.*
Nam noſtrorum nemo dignus eſt. MI. *lepidè loquere.* SY. *me decet.*
MI. *Quid agis?* SY. *facio quod manifeſto* [4] *deprẽſi mœchi haud fermè ſolent.*
MI. *Quid id eſt?* SY. *refero vaſa ſalua.* MI. *di te & tuum herum perduint.*
SY. *Me non perdant, illum vt perdant facere poſſim, ſi velim.* [5] MI. *quem?*
SY. *Meum herum vt perdant, ni' mihi metuam Milphio.* MI. *quid id eſt cedò.*
SY. *Malus es.* MI. *malus ſum.* SY. *malè mihi eſt.*
MI. [6] *memorandum eſſe aliter decet.*
Quid eſt quod malè ſit? [7] *cui id omne eſt quod edis, quod ames affatim,*
Neque triobolum vllum amicæ das, & [8] *eam ductas gratiis?*
SY. *Dieſpiter me ſic amabit.* M. *vt quidem ædepol dignus es.*
SY. *Vt ego hanc familiam interire cupio.* MI. *adde operam ſi cupis.*
SY. *Sine pennis volare haud facile' ſt, meæ alæ pẽnas non habent.*
MI. [1] *Nolite ædepol deuelliſſe, iam duobus menſibus*
Volucres tibi erunt hircinæ. SY. *i in malã rem.*
MI. *i tu atque herus.*
SY. *Verùm enim cui* [2] *bene eum norit, citò homo peruorti poteſt.*
MI. *Quid iam?* S. *quaſi tu tacere quicquam potis ſis.* MI. *rectius*
Tacitus [3] *rem tibi ſiſtam, quàm quod dictum eſt malæ mulieri.*
S. *Animum inducam facilè,* [4] *tibi iſtuc vt credã, ni te nouerim.*
MI. *Crede audacter meo periculo.* S. *malè credam, & credam tamen.*
[5] MI. *Scin' tu herum tuum meo hero eſſe inimicum capitalem?* [6] S. *ſcio*
[7] *Propter amorem.* MI. *omnem operam perdis.* S. *quid iam?* MI. *quia doctum doces,*
Quid ergo dubitas, quin lubenter tuo hero meus quod poſſiet
Facere, faciat malè eius merito: tũ autem ſi quid tu adiuuas,
Eo facilius poterit facere. SY. *at ego hoc metuo Milphio.*
MI. *Quid eſt quod metuas?* S. *dum hero inſidias parem, ne à te* [8] *perdar.*
Si herus meus me eſſe locutum cuiquam mortali ſciat,
Continuò is me ex Syncerаſto [9] *crurifragum fecerit.*
MI. *Nuſquam ædepol mortalis quiſquam fiet è me certior,*
Niſi hero meo vni indicaſſo, atque ei quoque vt ne enunciet
Id eſſe facinus ex te ortum. S. *malè credã, & credam tamen.*
Sed hoc tu tecum tacitum habeto. M. *fidei non melius creditur.*
Loquere, locus occaſióque liberè eſt, hic ſoli ſumus.
SY. *Herus ſi tuus volet facere frugem, meum herum perdet.* MI. *qui id poteſt?*
S. *Facilè.* MI. *fac ergo id facilè noſcam, ille vt poſſit noſcere.*
S. *Quia Adelphaſium, quam herus deamat tuus, ingenua eſt.* MI. *quomodo?*
S. *Eodem quo ſoror illius altera Anteraſtilis.*
MI. *ſed qui id credam?* S. *quia*
Illas emit in Anactorio paruulas. [10] MI. *quanti?* S. *duodeuiginti minis.*

1 L. & autem. 2 L. hauc. MI. quomodo? SY. Vt eni. 3 L. MI. Apage. SY. neſc. 4 *Dele* deprẽſi 5 *Dele hæc* MI. quem? SY. 6 *Lipſ.* memorãdum, eſſe aliter d. 7 L. quoi domi eſt q. 8 *dele* eam

1 *L. malit legi* Gaudeo ædepol te d. *vel* Gaudeto. 2 L. homo eum. 3 L. tibi reſiſtam. 4 L. vt tibi iſt. cr. 5 *dele* MI. 6 L. MI. 7 L. SY. Propter amorem? 8 L. perdeam. 9 L. crucifragum. 10 *dele* MI. quanti? SY.

De prædone Siculo. M. *quanti?* S. *duodeuiginti minis.*
MI. *Duas illas tanti quæso emit?* S. *nutricem earum tertiam,*
Et ille qui eas vendebat, dixit se furtiuas vendere,
Ingenuas Carthagine aiebat esse. MI. *di vostram fidem,*
Nimium lepidum memoras facinus. nam herus meus Agorastocles
Ibidem gnatus inde surreptus ferè sexennis, post tibi
Qui eum surripuit, huc deuexit, meoq; hero eum hic vendidit.
Is in diuitias homo adoptauit hunc, cùm diem obiit suum.
S. *Omnia memoras quo id facilius fiat, manu eas asserat*
Suas populares liberali causa. MI. *tacitus' tace modò,*
Profectò ad incitas lenonem rediget, si eas abduxerit.
Quin prius disperibit faxo, quàm 1 *vnum calcem ciuerit.*
Ita paratum est. S. *ita di faxint ne apud lenonem hunc seruiam.*
MI. *Quin hercle collibertus meus faxo eris, si di volent.*
SY. *Ita di faxint, nunc quid aliud vis memorare Milphio?*
MI. *Valeas, beneq; vt tibi sit.* S. *pol istuc tibi, & tuo hero est in manu.*
Vale, & hæc cura clanculum vt sint dicta. MI. *nõ dictum est, vale.*
S. *At enim nihil est, nisi dum calet, hoc agitur.*
MI. *lepidus cum mones,*
Et hoc ita fiet. S. *proba materies data' est, si probum adhibes fabrum.*
MI. *Potin' vt taceas?* S. *taceo, atque abeo.* MI. *mihi commoditatem creas.*
Illic hinc abijt. di immortales meum herum seruatum volunt,
Et hunc disperditum lenonem, tantũ eum instat exitij.
2 *Satine, priusquam vnum est iectũ telum, tum instat alterum?*
Ibo intrò hæc vt meo hero memorem. nam huc si ante ædes 3 *seuocem,*
4 *Quæ audiui modò, nunc si eadem hic iterem insciti'a' st.*
Hero vni potius intus ero odio, quam hic sic sim vobis omnibus.
Di immortales, 5 *quid malorum quanta aduenit calamitas*
Hodie ad hunc lenonem? sed ego nunc nil est, cur me morer.
Id negotium institutum est, non datur cessatio.

1 *putat legendum* imum. 2 L. Satísne.
3 *al.* euocem. 4 L. Et quæ audiuistis.
5 L. quanta clades, quanta ad.

Nam & hoc nocte consulendum quod modò cõcreditum'st,
Et illud autem 1 *inserendum consilium vernaculum.*
Remora si sit, qui malam rem mihi det, meritò fecerit.
Nunc intrò ibo, dum herus adueniat à foro, opperiar domi.

ACTVS V.

HANNO POENVS. *loquitur Punicè.*

NY thaloninim valõvth si corathisima cõsith
Chym lachchunyth mumys tyalmyctibari imisehi
Lypho canet hyth bynithij ad ædin bynuthij.
Byrnarob syllo homalonin vbi misyrthoho
Bythlym mothyn noctothij velechanti dasmachõ
Yssidele brim tyfel yth chylys chon, tem lyphul
Vth bynim ysdibur thinno cuth nu Agorastocles
Ythe manet ihy chyrsae lycoeh sith naso
Bynni id chil luhiligubylim lasibit thim
Bodyalyt herayn nyn nuys lym monoeth lusim
Ex anolim volanus succuratim misti Atticũ esse
Concubitum à bello cutim beant lalacant' chona enus es
Huiec silec panesse athidamascon alem induberte felono buthume
Celtum comuro lueni, at enim auosouber hent hyach Aristoclem
Et te se aneche nasoctelia elicos alemus duberter mi comps vespiti
Aodeanec lictor bodes iussum limnimcolus.
Deos deásque veneror, qui hanc vrbem colunt,
Vt quod de mea re huc veni, ritè venerim:
Meásque vt gnatas, & mei fratris filium,
Reperire me siritis, dij vostram fidem,
Quæ mihi surreptæ sunt, & fratris filium.
Sed hic mihi antehac hospes Antidamas fuit.
Eum fecisse aiunt sibi quod faciundum fuit,
Eius filium hic prædicant esse Agorastoclem,
Deum hospitalem ac tesseram mecum fero,
In hisce habitare monstratu'st regionibus:
Hos percontabor, qui huc egrediuntur foras.

1 L. inseruiendum'st. 2 L. Creta.

AGORASTOCLES, MILPHIO, POENVS.

AG. AIn' tu dixe Synceraſium, Milphio,
Has esse ingenuas ambas surrepticias
Carthaginienſis? MI. *aio, & si frugi esse vis:*
Eas liberali iam asseres causſa manu.
Nam tuum flagitium'st tuas populareis te pati
Seruire ante oculos, domi quæ fuerint liberæ.
POE. *Prò di immortales obsecro vestram fidem,*
1 *Certa est profectò horunc hominum mihi oratio.*
Quam orationem hanc aures dulcem deuorant?
Vt mihi absterserunt omnem sordidudinem?
AG. *Si ad eam rem testis habeam, faciam quod iubes.*

MI. *Quid*

MI. *Quid tu mihi testis? quin tu insistis fortiter,*
Aliqua fortuna fuerit adiutrix tibi.
AG. *Incipere multo est quàm impetrare, facilius.*
MI. *Sed quænam illæc auis est, quæ huc cũ tunicis aduenit?*
AG. *Númnam it à balneis circumductus pallio?*
Facies quidem ædepol 2 ingenua est.
3 MI. *Seruos quidem ædepol veteres antiquosque habet.* (qui?
AG. *Quî scis?* MI. *vidẽ homines sarcinatos consequi.*
Atque vt opinor digitos in manibus non habent.
AG. 4 *Quid iam?* MI. *quia incedunt cum annulatis auribus.*
Adibo ad hosce, atque appellabo Punicè.
Si respondebunt, Punicè pergam loqui:
Si non, tum ad horum mores linguam vertero.
Quid ais tu? ecquid commeministi Punicè?
AG. *Nihil ædepol, nam qui scire potui, dic mihi,*
Qui illinc sexennis perierim Carthagine?
POE. *Prò di immortales, hunc ad plurimi modum*
Periere ad pueri liberi Carthagine.
MI. *Quid tu ais tu? AG. quid vis?* MI. *vin' appellem hunc Punicè?*
AG. An scis? MI. *nullus me est hodie Pœnus Punior.*
AG. *Adi, atq; appella quid velit? quid venerit?*
Qui sit, cuiatis, vnde sit, ne parseris.
MI. *Ano, cuiates estis? aut quo ex oppido?*
POE *Hanno Muthum balle beccha edre anech.*
AG. *Quid ait?* MI. *Hãnonem sese ait Carthagine.*
Carthaginiensem, Muthum Ballis filium.
P. *Ano.* MI. *salutat.* P. *domni.* MI. *doni vult tibi*
Dare hinc nescio quid, audin' pollicerier?
AG. *Saluta hunc rursus Punicè verbis meis.*
MI. *Ano donni. hic mihi tibi inquit verbis suis.*
P. *Me bar bocca.* MI. *istuc sit tibi potius, quàm mihi.*
AG *Quid ait?* MI. *miseram esse prædicat buccam sibi.*
Fortasse medicos nos esse 5 arbitratur.
AG. *Si ita est, nega esse, nolo ego errare hospitem.*
MI. 6 *Auditu rufen mico istam.* AG. *sic volo*
Profectò vera cuncta huic expedirier.
Roga nunquid opus sit? MI. *tu qui zonam non habes,*
Quid in hanc venistis vrbem, aut quid quæritis?
POE. *Muphursa.* AG. *quid ait?* POE. *mo in lechianna.* AT. *quid venit?*
MI. *Non audis, mures Africanos prædicat*
In pompam ludis dare se velle ædilibus.
P. *Lalech labcanani limi incoht.* AG. *quid nunc ait?*
MI. Ligulas canalis ait se aduexisse & nuces.
Nunc orat operam vt des sibi, vt ea veneant.
AG. *Mercator credo est.* P. *Isam 7 aruinam.* MI. *quid est?*
P. *Palum erga dectha.* AG. *Milphio quid nunc ait?*
MI. *Palas vendundas sibi ait, & mergas datas,*
Vt hortum fodiat, atque vt frumentum metat.
Ad messim credo missus hic quidem tuam.
AG. *Quid istuc ad me? MI. certiorẽ te esse volui,*
Ne quid clam 1 furtiùe accepisse censeas.
P. *Muphonnium succoram. MI. hem caue sis feceris,*
Quod hic te orat. AG. *quid ait, aut orat? expedi.*
MI. Sub cratim vti iubeas sese supponi, atque eo
Lapides imponi multos, vt sese neces.
P. *Gunebel balsamen erasan.* AG. *narra, quid est?*
Quid ait? MI. non herclè nunc quidem quicquam scio.
P. *At 2 tu scias nunc, dehinc Latinè iam loquar.*
Seruum herclè te esse oportet & nequam & malum,
Hominem peregrinum atque aduenam qui irrideas.
MI. At herclè te hominem & sycophantam, & subdolum,
Quid huc aduenisti nos captatum 3 magdalia
4 Bisulci lingua, quasi proserpens bestia.
AG. *Maledicta hinc aufer, linguam compescas, tace.*
Maledicere huic tu temperabis, si sapis,
Meis consanguineis nolo te iniuste loqui.
Carthagini ego sum natus, vt tu scis sciens.
P. *O mihi popularis. salue.* AG. *& tu ædepol, quisquis es.*
Et si quid opus est, quæso dic atque impera,
Popularitatis causa. P. *habeo gratiam.*
Verùm ego hic hospitium habeo, Antidamæ filium
Quæro, commonstra si noui sti Agorastoclem.
Ecquem adolescentem tu hic nouisti Agorastoclem?
AG. *Siquidem 5 Antidamarchi quæris adoptaticium,*
Ego sum ipsus, quem tu quæris. P. *hem quid ego audio?*
AG *Antidamæ gnatum me esse.* P. *si ita est, tesseram*
Conferre si vis hospitalem, eccam attuli.
AG. *Age dum huc ostende, est par probè, nam habeo 6 domi.*
P. *O mi hospes salue multum, nam mihi tuus pater,*
Pater tuus ergo hospes Antidamas fuit,
Hæc mihi hospitalis 7 olim tessera cum illo fuit.
AG. *Ergo hic apud me hospitium tibi præbebitur,*
Nam haud repudio hospitium, neque Carthaginem,
Vnde sũ oriundus. P. *di dent tibi omnes quæ velis.*

1 *dele* AG. 2 L. Punica est.
3 *dele* MI. 4 *L.* quî iam?
5 L. arbitrarier. 6 *L.* Audi tu.
7 L. MI. aruinam quidem.

1 L. furtímue. 2 L. vt sc.
3 *L.* migdilibs. 4 L. Bisulca.
5 *Lips.* Antidamæ Demarchi.
6 *L.* domum. 7 *dele* olim.

Sed quid ais? quî potuit fieri, vt Carthagini
Gnatus sis, hic autem habuisti Ætolum patrem?
AG. Surreptus sum 1 *illinc, hic* 2 *me Antidamas*
hospes tuus
Emit me, & is me sibi adoptauit filium.
POE. *Demarcho item ipse fuit adoptaticius.*
Sed mitto de illo, & ad te redeo, dic mihi
Ecquid meministi tuûm parentum nomina?
AG. Patris atque matris memini. POE. *memoradum mihi',*
Si noui fortè, aut si sunt cognati mihi.
AG. Ampsigura mater mihi fuit, Iachon pater.
POE. *Patrem atq; matrem viuerent vellem tibi.*
AG. An mortui sunt? POE. *factum,* 3 *quod ægrè tuli.*
Nam mihi sobrina Ampsigura tua mater fuit.
Pater tuus is erat frater patruelis meus,
Et is me hæredem fecit, cum suum obiit diem.
Quo me priuatum esse ægrè patior mortuo.
Sed si ita est, vt tu sis Iachonis filius,
Signum esse oportet in manu læua tibi,
Ludenti puero quod momordit simia.
Ostende vt inspiciam, iam aperi, audi, atq; ades.
AG. Mi patrue salue. POE. *& tu salueto Agorastocles.*
Iterum mihi gnatus videor, quia te repperi.
MI. *Pol istam rem vobis bene euenisse gaudeo.*
Et te moneri nonne vis? POE. *sanè volo.*
MI. *Paterna oportet reddi filio bona.*
Æquum est habere hũc bona, quæ possedit pater.
POE. *Haud postulo aliter restituentur omnia.*
Suam rem sibi saluam sistam, si illo aduenerit.
MI. *Facito sis reddas, & si hic habitabit tamen.*
POE. *Quin mea quoque iste habebit, si quid de me fuat.*
MI. *Festiuũ facinus venit mihi in mentẽ modò.*
POE. *Quid id est?* MI. *tua est opus opera.* POE. *dic mihi quid lubet?*
Profectò vteris vt vóles operam meam.
Quid est negotij? MI. *potin fieri subdolus?*
POE. *Inimico possum, amico est insipientia.*
MI. *Inimicus hercle est huius.* POE. *malè faxim lubens.*
MI. *Amat à lenone hic.* POE. *facere sapienter puto.*
MI. *Leno hic habitat vicinus.* POE. *malè faxim lubens.*
MI. *Ei duæ puellæ sunt meretrices seruulæ*
Sorores. Earum hic alteram efflictim perit,
Neque eam incestauit vnquam. POE. *acerba amatio est.*
MI. 4 *Hunc leno ludificatur.* POE. *suum quæstũ colit.*
MI. *Hic illi malam rem dare volt.* POE. *frugi, si id facit.*
MI. *Nunc hoc consilium capio, & hanc fabricam apparo,*
Vt te allegemus, 5 *qui filias dicas tuas,*

1 L. illim. 2 *dele* me. 3 L. quod ego ægrè.
4 L. nunc. 5 *dele* qui.

Surreptásque esse paruulas Carthagine,
Manúque liberali 1 *caussa ambas asseras,*
Quasi filiæ tuæ sint ambæ. intelligis?
POE. *Intelligo hercle: nam mihi item gnatæ duæ*
Cum nutrice vna surreptæ sunt paruulæ.
M. *Lepidè hercle assimulas, iam in principio id mihi placet.*
POE. *Pol magis quàm vellem.* M. *heu hercle mortalem catum,*
Malum crudúmque & callidum atque subdolũ,
Vt afflet quo illud gestu faciat facilius?
Me quoque dolis iam superat architectonem.
POE. *Sed earum nutrix qua sit facie, mihi expedi.*
M. *Statura haud magna, corpore aquilo est.* P. *ipsa ea' st.*
M. *Specie venusta, ore paruo, atque oculis pernigris.*
POE. *Formam quidem hercle verbis depinxti mihi.*
M. *Vin eam videre?* POE. *filias malo meas.*
Sed i atque euoca illam, si eæ meæ sunt filiæ,
Si illarum est nutrix, me continuò nouerit.
M. *Heus ecquis hic est? nunciate vt prodeat*
Foras Giddeneme, est qui illam conuentam esse volt.

GIDDENEME *nutrix*, HANNO *Pœnus*, MILPHIO *seruus*, AGORASTOCLES *puer.*

QVis pultat? M. *qui te proximus est.* G. *quid vis?* M. *ehò*
Nouistin' tu illunc tunicatum hominem qui siet?
G. *Nam quem ego aspicio? prò supreme Iupiter,*
Herus meus hic quidem est, mearum alumnarum pater,
Hanno Carthaginiensis. M. *ecce autem mala,*
Præstigiator hic quidem Pœnus probus est,
Perduxit omnis ad suam sententiam.
G. *O mi here salue Hanno insperatissume*
Mihi tuisque filiis, salue, atque eho
Mirari noli, neque me contemplarier,
Cognoscin Giddenemen ancillam tuam?
POE. *Noui, sed vbi sunt meæ gnatæ, id scire expeto.*
AG. *Apud ædem Veneris.* P. *quid ibi faciunt, dic mihi.*
1. G. *Aphrodisia hodie Veneris est festus dies,*
Oratum ierunt deam, vt sibi esset propitia.
3 M. *Pol satis scio impetrarunt, quando hic hic adest.*
AG. *Eho an huius sunt illæ filiæ?* GI. *ita vt prædicas.*
Tua pietas nobis planè auxilio fuit,
Cum huc aduenisti hodie in ipso tempore.
Namque hodie earum mutarentur nomina,
Facerémtque indignum genere quæstum corpore.
PV. *Handones illi hanum bene-si illi in mustine.*

1 L. ambas caussa ass.
2 L. AG. 3 L. GI.

GI. *Me*

GI. *Me ipsi & eneste dum & alamna cestinum.*
AG. *Quid illi locuti sunt inter se? dic mihi.*
MI. *Matrem salutat hic suam, hæc autem hunc filium.*
POE. *Tace atque parce muliebri suppellectili.*
AG. *Quæ ea est supellex?* POE. *clarus clamor, sine modò.*
Tu adduc hos intro, & vnà nutricem simul
Iubeto [1] *hanc abire ad te.* AG. *fac quod imperat.*
MI. *Sed quis illas tibi monstrabit?* AG. *ego doctissimè.*
MI. *Abeo igitur.* AG. *facias modò quam memores, mauelim*
Patruo aduenienti cœna curetur volo.
POE. *Lachanam vos.* MI. *quos ego iam detrudã ad molas,*
Inde porrò ad puteum, [3] *atq; robustum codicem,*
Ego faxo hospitium hoc leuiter laudabitis.
AG. *Audin' tu patrue dico, ne dictum neges,*
Tuam mihi maiorem filiam despondeas.
POE. *Pactam rem habeto.* AG. *spondésne igitur?*
POE. *spondeo.*
AG. [4] *Mihi patrue salue, nam nũc es planè meus.*
Nunc demum ego cum illa fabulabor liberè.
Nunc patrue si vis tuas videre filias,
Me sequere. POE. *iamdudum equidem cupio, & te sequor.*
AG. *Quid si eamus illis obuiam?* POE. *at ne inter vias*
Præterbitamus metuo. magne Iuppiter,
Restitue certas mihi ex incertis nunc opes.
AG. *Ego quidem meos amores mecum confido fore.*
Sed eccas video ipsas. POE. *Hæccine sũt meæ filiæ?*
Quantæ è quantillis iam sunt factæ? AG. scin' quid est?
[5] *Punicè sunt columnæ', sustolli solent.*
MI. *Opinor hercle hodie, quod ego dixi per iocum,*
Id euenturum esse & seuerum, & serium,
Vt hæ inueniantur hodie esse huius filiæ.
AG. Pol istud quidem iam certum est, tu istos Milphio
Abduce intro. nos hasce hic præstolabimur.

ADELPHASIVM, ANTHERASTILIS, AGORASTOCLES, HANNO *Pœnus.*

FVit hodie operæprecium eius qui amabilitati animum addiceret,
Oculis epulas dare, delubrum qui hodie ornatum eo visere venit.
Deamaui ecastor illic ego hodie lepidissima munera meretricum.
Digna diua venustissima Venere, neque contemsi eius [6] *opus hodie.*
Tanta ibi copia venustatum aderat, [7] *suo quæq;*

[1] L. abire hanc. [2] L. MI. Lachanam vos, quos ego. [3] L. atque ad rob. [4] L. Mi p. [5] L. Græcæ sunt hæ col. [6] *Lipsiopes.* [7] L. in suo q. l. sita mundò.

loco sita nitidè.
Arabius murrhinúsque omnia odor complebat, haud sordere visus est.
Festus dies, Venus, nec tuum fanum, tantus ibi clientarum erat numerus,
Quæ ad Calydoniam venerant Venerem, certò enim quod quidem ad nos duas
Attinuit, præpotentes, pulcræ, pacíque potentes soror fuimus,
Neque ab iuuentute ibi irridiculò habitæ, quod pol soror cæteris omnibus factum est.
[1] AN. *Malim istuc aliis videatur, quàm vti* [2] *te soror collaudes.* [3] AD. *spero equidem,*
[4] *Vt pol ego cum ingeniis quibus sumus atque aliæ cognosco,*
Eo sumus gnatæ genere, vt deceat nos esse à culpa castas.
POE. *Iuppiter, qui genus colis, alísque hominũ, per quem viuimus vitalem ævum,*
Quem penes spes vitæ sunt hominum omnium, da diem hunc sospitem quæso
Rebus meis agundis, quibus annos multos carui, quásque è patria
Perdidi paruas, redde his libertatem, inuictæ præmium vt esse sciam pietati.
AG. *Omnia faciet Iuppiter faxo. nam mihi est obnoxius, & me metuit.*
POE. *Tace quæso. AG. ne lacruma patrue.*
AD. *Vt volupest homini mea soror, si quod agit, cluet victoria:*
Sicut hodie nos inter alias præstitimus pulcritudine.
AN. *Stulta soror es magis quàm volo, an verò pulchra videre obsecro,*
Si tibi illic non os oblitum est fuligine? AG. ô patrue mi paaruissime.
P. *Quid me fratris mei gnate, mi gnate quid vis? expedi.*
AG. *At enim volo hoc agas.* POE. *at enim ego istuc.* AG. *patrue mi patruissime.*
POE. *Quid est?* AG. *est lepida & lauta, vt sapit?*
POE. *ingenium patris habet, quod sapit.*
AG. *Quæres iam diu ædepol sapientiam tuam, hæc quidem cum abusa est,*
Nunc hinc sapit, hinc sentit, quicquid sapit, meo amore sapit.
A. *Non eo sumus genere prognatæ, tametsi sumus seruæ, soror,*
Vt deceat facere nos quicquam, quod homo quisquam irrideat
Multa sunt mulierũ vitia: sed hoc è multis maximum est,
Cum sibi nimis placent, nimísque operam dant vt placeant viris.
Nimiæ voluptati est, quod in extis nostris portentum est soror,
Quódque aruspex de ambabus dixit. AG. velim de me aliquid dixerit.
A. *Nos fore inuito domino nostro diebus pauctis*

[1] L. AD. [2] L. tute coll. [3] L. AN. [4] L. Et.

liberas.
Id ego nisi quid di, aut parentes faxint, quid speres haud scio.
AG. Mea fiducia hercle arusPex, [1] patruelis promisit scio
Libertatem, quia me amare hanc scit. AD. soror sequere hac. AN. sequor.
POE. Priusquam [2] vis clama has. AG. nisi piget consistite.
AD. Quis reuocat? AG. qui bene vult vobis facere. AD. facere occasio est.
Sed quis homo est? AG. amicus vobis. AD. qui quidem inimicus non est.
AG. Bonus est hic homo. mea voluptas. AD. pol istum malim, quàm malum.
AG. Siquidem amicitia est habenda, cum hoc habenda est. AD. haud precor.
AGO. Multa bona vobis facere vult. AD. bonus bonis benefeceris.
P. Gaudio ero vobis. AD. at edepol nos voluptati tibi.
P. Libertatique. AD. isto precio tuas nos facilè feceris.
AG. Patrue mi, ita me di amabunt, vt ego, si sim Iuppiter,
Iam hercle ego illam vxorem ducam, & Iunonẽ extrudam foràs.
Vt pudicè verba fecit? cogitatè & commodè.
Vt modestè orationem prabuit? certò hac mea est.
POE. Sed vt astu sum aggressus ad eas? AG. lepidè hercle atque commodè.
Perge etiam tenta, rem in pauca confer, sit iunt qui sedent.
POE. Quid istic quod faciundum est cur non agimus? in ius vos voco.
A. Nunc tene patrue POE. tu frugi si bona es. A. Vin' ego hanc apprehendam? POE. tene.
AD. An patruus est Agorastocles tuus hic? A. iã faxo scibitis.
Nunc pol ego te vlciscar probè, nam faxo mea eris sponsa.
P. Ite in ius, ne moramini. AN. antestare me atq; duce,
A. Ego te antestabor, postea hanc amabo, atque amplexabo.
Sed illud quidem volui dicere, immò dixi hercle quod volebam.
P. Moramini, in ius vos voco, nisi honestiu'st prehendi.
AD. Quid in ius vocas nos, quid tibi debemus? AG. dice tu illi.
AD. Etiam me mea [3] latrant canes? A. at tu hercle alludiato.
Dato mihi pro offa sauium, pro osse linguam obicito.
Ita hanc canem faciam tibi ego oleo tranquilliorem.
POE. Ite [4] sultis. AD. quid nos fecimus tibi? P. fures estis amba.
A. Nósne tibi? POE. vos inquam. AG. atque ego scio. AD. quid furti est id? AG. hunc rogato.
POE. Quia annos multos filias meas celauistis clam me.
Atque equidem ingenuas liberas summóque genere gnatas.
AD. Nunquam mecastor reperies tu istuc probrum penes nos.
A. Da pignus ni nunc periures in sauium, vter vtri det.
AD. Nihil tecum ago, abscede obsecro. A. atque hercle mecum agendum est.
Nam hic patruus meus est, pro hoc mihi patronus sim necesse est,
Ei prædicabo quomodo vos furta faciatis multa,
Quóque modo huiusce filias apud vos habeatis seruas,
Quas vos ex patria liberas surreptas esse scitis.
AD. Vbi sunt ea, aut quæ sunt obsecro? A. satis sunt macerata.
P. Quin eloquar. A. censeo hercle patrue. AD. misera timeo quid
Hoc sit negotij mea soror, ita stupida sine animo asto.
P. Aduortite animum mulieres primùm, si id fieri [1] possit,
Ne indigna indignis di darent, id ego euenire vellem,
Nunc quod boni mihi di dant, vobis vostrãq; matri,
Eas dis est æquũ gratias vos agere sempiternas:
Cum nostram pietatem approbant decorántq; di immortales,
Vos estis amba mea filia, & hic est cognatus vester
Huiusce fratris filius Agorastocles. AD. amabo
Num hi falso oblectant gaudio nos? A. at me ita dij seruent,
Vt hic pater est vester. date manus. AD. Salue inSperate nobis
Pater: te complecti nos sine. P. cupita atque exPectata.
AN. Pater salue, amba filia sumus, amplectamur amba.
A. Quis me amplectetur postea? P. nunc ego sum fortunatus,
Multorum annorum miserias nunc hac voluptate sedo.
AD. Vix hoc videmur credere. POE. magis qui credatis dicam.
Nam vostra nutrix primum me cognouit. AD. vbi ea amabo est?
POE. Apud hunc est. AG. quæso qui lubet tã diu tenere collum,
Priusquam te mihi desponderit? AD. omitto. [2]
AN. sperata salue. AG. omitte
Salutem, [3] & tu altera, nolo ego istuc, enicas me.

1 L. patrue. is *Lipſ.* patruelibus. 2 L. abitis, vos volo ambas, nisi piget. 3 L. allatrant. 4 L. si itis.

1 L. Posset. 2 *L. Verba sunt Agorastoclis.* 3 *Hæc quoque verba sunt Agor. & hù præfigendum eius nomen.*

POE. Con-

POE. *Condamus alter alterum ergo in neruum brachialem.*
Quibus nunc in terra melius est? A. eueniunt digna dignis.
Tandem huic cupitum contigit. ô Apella, ô Zeuxis pictor,
Cur numerò estis mortui? hic exemplum vt pingeretis.
Nam alios pictores nihil moror huiusmodi tractare exempla.
POE. *Di deæque omnes vobis habeo meritò magnas gratias,*
Cum hac me lætitia tanta & tantis affeciſtis gaudiis,
Vt meæ gnatæ ad me redirent in potestatẽ meam.
AD. Mi pater, tua pietas planè nobis auxilio fuit.
AG. Patrue, facito in memoria vt habeas, tuam maiorem filiam
Mihi te despondisse. POE. *memini. AG. & dotis quid promiseris.*

ANTHEMONIDES *miles*, & EIDEM.

SI ego minam non vltus fuero probè quam lenoni dedi,
Tum profectò me sibi habento scurræ 1 *ludificis caueis.*
Is etiam me ad prandium ad se adduxit ignauissimus.
Ipse abiit foras, me reliquit pro Atriẽsi in ædibus,
Vbi nec leno, neque 2 *ille redeũt, nec quod* 3 *edam quidquam datur,*
Pro 4 *minore parte prãdij pignus cepi, abij foras.*
Sic 5 *derisorem ære militari tetigero lenunculum.*
Nactus est hominem, mina quem argenti circunduceret.
Sed meæ amica nunc mihi irato obuiam veniat velim,
Iam pol ego illam pugnis totam faciam vt sit morula.
Itáque replebo atritate atrior multo vt siet,
Quàm Ægyptij, aut qui cortinam ludis per circum ferunt.
6 AG. Tene sis me arctè meæ voluptas. male ego metuo miluos mala
Illa bestia est, ne fortè me auferat pullum tuum.
Vt nequeo satis te complecti, mi pater. AN. ego me moror.
Propemodum hoc nunc obsonare prandium potero mihi.
Sed quid hoc est? quid hoc? quid hoc est? quid ego video? quomodo?
Quid hoc est conduplicationis, quæ hæc est congeminatio?
Quis hic homo est cum tunicis longis, quasi puer cauponius?
Satin ego oculis cerno, est ne illæc mea amica Anteraſtilis

1 *L.* ludificarui. 2 *L.* illæ. 3 *L.* edim, *vel* edam. 4 *L.* maiore. 5 *L.* dedero. 6 *L.* AN.

Et ea est certe, iampridem ego me sensi nihili pendier.
Non pudet puellam amplexari baliolum in media via?
Iam hercle ego illum excruciandum totum carnifici dabo.
Sanè genus hoc mulieroſũ est tunicis 1 *demisiciis.*
Sed adire certum est hanc ad amatricem Aphricam.
Heus tu, tibi dico mulier, ecquid te pudet?
Quid tibi negotij autem est cum istoc? dic mihi.
POE. *Adolescens salue.* AN. *nolo, nihil ad te attinet.*
Quid tibi hãc digito tactio est? POE. *quia mihi lubet.*
AN. *Lubet?* POE. *ita dico.* AN. *ligula i in malam crucem.*
Túne hic amator audes esse, hallex viri,
Aut contrectare, quod mares homines amant?
Deglupta mœnas, 2 *Sarapis, senicinctium,*
Mastruga, 3 *halagoras hama, tũ * autè plenior,*
Alli, vlpicique, quàm sunt Romani remiges.
AG. *Num tibi adolescens malæ, an dentes pruriunt,*
Qui huic est molestus? an malam rem quæritas?
Cur non adhibuisti, dum istæc loquereris, tympanum?
Nam te cinædum esse arbitror magis, quàm virũ.
AN. Scin' quàm cinæd' sum, ite istinc serui foràs,
Efferte fusteis. AG. heus tu, si quid per iocum
Dixi, nolito in serium conuertere.
AN. Quid tibi lubido est obsecro Anthemonides
Loqui inclementer nostro cognato & patri?
Nam hic noster pater est, hic nos cognouit modò,
Et hunc sui fratris filium. AG. ita me Iuppiter
Bene amet, bene factum gaudeo, & volupest mihi,
Siquidem quid lenoni obtigit magni mali,
Cúmque è virtute vobis fortuna obtigit.
AD. Credibile ecastor dicit, crede huic mi pater.
POE. *Credo AG. & ego credo, sed eccum lenonem Lycum*
Bonum virum eccum video, se recipit domum.
POE. *Quis hic est? AG. utrumuis est, & leno & Lycus.*
In seruitute hic habuit duas filias tuas.
Et mihi hic aurifur est. POE. *bellum hominem quem noueris.*
A. Rapiamus in ius. POE. *minimè. AG. quapropter?* POE. *quia*
Iniuriarum. 4 multo inducí satius est.

LYCVS *leno*, AGORASTOCLES. HANNO *Pœnus*, ANTHEMONIDES *miles.*

DEcipitur 5 nemo quidem, mea sententia,
Quis suis amicis narrat rectè res suas.

1 *L.* demissitiis. 2 *L.* arra pisa omentium. 3 *L.* hals agoras. 4 *Lps.* multum dici. 5 *L.* nemo, mea quidem s.

Nam omnibus amicis meis idē vnum conuenit,
Vt me suspendam, ne addicar Agorastocli.
AG. *Lenō eamus in tus.* LY. *obsecro te Agorastocles,*
Suspendere vt me liceat. POE. *Leno, in ius te voco.*
LY. *Quid tibi mecum autem?* POE. *quia hasce aio liberas,*
Ingenuásque esse filias ambas meas,
Quæ sunt surrepta cum nutrice paruula.
LY. *Iampridem equidem istuc sciui, & miratus sui*
Neminem venire, qui istas assereret manu.
Meæ quidem profectō non sunt. AN. *leno in ius eas.*
LY. *De prandio tu dicis. debetur. dabo.*
AG. *Duplum pro furto mihi opus est.* LY. *sume hinc quidem.*
P. *Et mihi suppliciis multis.* LY. *sume hinc quid lubet.*
AN. *Et mihi quidem mina argenti.* LY. *sume hinc quid lubet.*
Collo rem soluam iam omnibus, quasi baiolus.
AG. *Nunquid recusas contrà me?* LY. *haud verbum quidem.*
AG. *Ite igitur intrō mulieres: sed patrue mi,*
Tuam, vt dixisti mihi, desponde filiam.
P. *Haud aliter ausim.* AN. *bene vale.* AG. *& tu bene vale.*
AN. *Leno arrabonē hunc pro mina mecum fero.*
L. *Perij hercle.* A G. *imō haud multo post in ius veneris.*
L. *Quin egomet tibi me addico, quid prætore opus est?*
Verùm obsecro te, vt liceat simplum soluere,
Trecentos Philippos, credo, corradi potest.
Cras auctionem faciam. A G. *tantisper quidem,*
Vt sis apud me lignea in custodia.
L. *Fiat.* AG. *sequere intrō patrue mi, vt hunc festum diem*
Habeamus hilarem, huius malo, & nostro bono.
Multum valete, multa verba fecimus.
Malum postremō omne ad lenonem redit.
Nunc quod postremum est condimentum fa-
Si placuit, plausum postulat comœdia. (bulæ,

Hic huius videtur comœdiæ, & quæ sequitur scena subditicia. immō nullam facit eius mentionem Lambinus.

AGORASTOCLES, LYCVS, HANNO *Pœnus*, ADELPH. ANTERAST. ANTHEMONIDES.

QVam rem agit is miles, qui iubet patruo meo loqui inclementer.
Ne mirere mulieres quòd eum sequuntur, modò cognouit filias
Suas hasce esse amissas. LYCVS. Hem quod verbum aures meas tetigit, nunc perij:

Lamb. malit leg. ne verb. q.

Vnde hæ perierunt? AGORASTO. Domo Carthaginēses. LY. At ego sū perditus.
Illud ego metui semper ne cognosceret aliquis quod nunc factum est,
Væ misero mihi, periere opinor duodeuiginti minæ, qui hasce emi.
AG. Et tu ipse peristi Lyce, Carthaginenses sunt. LY. At ego sum perditus. POE. Quis hic est?
Vtrum is est nouelle nouellicus in seruitute hic qui filias habuit duas?
AGOR. Et mihi auri fuit est. POE. Bellum hominem quem noueris. Leno rapacem
Te esse semper credidi: verumetiam furacem qui norunt magis. LYC. Accedam,
Per ego tua te genua obsecro, & hunc cognatum quem tuum esse intelligo,
Quando boni estis, vt bonos facere addecet, facite & vestro subueniatis supplici:
Iam pridem equidem istas scini esse liberas, & expectabam si quis eas assereret manu:
Nam meæ prorsus non sunt. tum autem aurum tuum reddam, quod apud me est:
Et iusiurandum dabo me maliciosè nihil fecisse Agorastocles.
AGOR. Quod mihi par facere tamen egomet consulam, omitte genua. LYC. Mitto,
Si ita sententia est. AGOR. Heus tu leno. LY. Quid lenonem vis inter negocium?
AGOR. Vtinam mihi argentum reddas, priusquam in neruum abducem. LY. Dij
Meliora faxint. AGOR. Sic est, video cœnabis foris, aurum, argentum, collum
Lenostris re nunc debes simul. POE. Quid me hac re facere deceat, egomet
Mecum cogito: si volo hunc vlcisci, lites sequar in alieno oppido:
Quantum audiui ingenium, & mores eius quo pacto sient. ADELPH. Mi pater,
Ne quid tibi cum istoc rei siet, te maximè obsecro. ANTERAST. Ausculta sorori,
Abi, disiunge inimicitias cū improbo. POE. Hoc agesis leno, quanquam ego te
Meruisse vt pereas, scio, non experiar tecum. AGOR. Neque si aurū mihi reddas mecū
Leno quando ex neruo emissus compingare in carcerem. LY. Iam autem vt solet:
Ego penè tibi me purgatum volo, si quid dixi iratus aduorsum
Animi tui sententiam: id vti ignoscas quæso & cum istas inuenisti filias,
Ita me dij ament mihi voluptatis est. POE. Ignosco & credo tibi.
MILES. Leno, tu autem amicam mihi des facito, aut auri reddas mihi omnia.
LY. Tibicinam meam habere? MILES. Nihil moror tibicinam, nescias,
Vtrum ei maiores buccæne, an nammæ sient. LY. Dabo quod placeat.
AGOR. Cura. LY. Aurum cras sat referam tuum.

tuum. AGOR. facito in memoria habeas.
LY. Miles sequere me. MILES. Ego verò sequor. AGOR. Quid agis patrue? quónam hinc ire cogitas?
Carthaginem? nam tecum vnà ire certum est. POE. Vbi primum potero,
Illico. AGOR. Dum auctionem facio hic opus est aliquos vt maneas dies.
POE. Faciam ita vt vis. AGOR. Agesis eamus, nos curemus. Plaudite.

FINIS.

PERSA.

DRAMATIS PERSONAE.

TOXILVS *seruos.*
SAGARISTIO *seruos:*
SATVRIO *parasitus.*
SOPHOCLIDISCA *lena.*
LEMNISELENE *ancilla.*
PRÆGNIVM *puer.*
PERSA *virgo.*
DORDALVS *leno.*

ARGVMENTVM.

PROFECTO *domino suos amores Toxilus*
Emit, atque curat leno, vt emittat manu,
Raptámque 2 *vt is emat de prædone virginem*
Subornatam' suadet sui parasiti filiam,
Atque ita intricatum ludit potans Dordalum.

TOXILVS, SAGARISTIO, *serui duo.*

QVi amans egens ingressus est princeps in amoris vias,
Superauit ærumnis is suis ærumnas Herculis:
Nam cum leone, & cum excetra', cum ceruo, cum apro Ætolico,
Cum auibus Stymphalicis, cum Antæo deluctari mauelim,
Quàm cum amore. ita fio miser quærendo argento mutuo,
Nec quicquam, nisi, Non est, sciunt mi respondere, quos rogo.
SA. *Qui hero suo seruire vult bene seruus seruitutem,*
Nè ædepol illum multa in pectore 3 *collocare oportet suo,*
Quæ hero placere censeat præsenti atque absenti suo.
Ego neque libenter seruio, neque satis sum hero ex sententia,
Sed quasi lippico oculo me herus meus 4 *vtitur, manum abstinere haud quit tamen,*
Quin mihi imperet, quin mesuis negociis præfulciat.
Quis illic est, qui contra me astat? TO. *quis hic est, qui contra me astat?*
Similis est Sagaristionis. SA. *Toxilus hic quidem meus amicus est.*

1 L. ancilla. 2 *L.* vt emeret de.
3 L. suo collocare oportet. 4 *L. dele* vtitur.

TO. *Is est profectò.* SA. *eum esse opinor.* TO. *congrediar.* SA. *contrà aggrediar.*
TO. *O Sagaristio, di ament te.* SA. *ô Toxile, dabunt di quæ exoptes.*
Vt vales? TO. *Vt queo.* SA. *quid agitur?* TO. *viuitur.*
SA. *Satin' ergo ex sententia?* TO. *si eueniunt quæ exopto, satis.*
SA. *Nimis stultè amicis vtere.* TO. *quid iam?* SA. *Quia iam imperare oportet.*
TO. *Mihi quidem tu iam eras mortuus, quia te non visitaui.*
SA. *Negocium ædepol fuit.* TO. *ferreum fortasse.* SA. *plusculum annum*
Fui præferratus apud molas tribunus vapularis.
TO. *Vetus iam istæc militia' est tua.* SA. *satin' tu vsque valuisti?* TO. *haud probè.*
SA. *Ergo ædepol palles.* T. *saucius factus sum in Veneris prælio,*
Sagitta Cupido cor meum transfixit. SA. *iam serui hic amant.*
TO. *Quid ergo faciant? vis ne aduorser, quasi Titani cum*
Dis belligerem, quibus sat esse non queam?
SA. *Vide modò vlmea cùtapultæ tuum ne transfigant latus.*
T. *Basilicè* 1 *eleutheria agito.* SA. *quid iam?*
T. *Quia herus peregrè est.* SA. *ain tu peregrè est?*
T. *Si tute* 2 *tibi bene esse potes pati, veni, viues mecum,*
Basilico accipière victu. SA. *vah iam scapulæ pruriunt,*
Quia te istæc audiui loqui. T. *sed hoc me vnum excruciat.*
SA. *Quidnam id est?* T. 3 *hæc summa est, hodie mea amica sit-ne libera,*
An sempiternam seruitutem seruiat. SA. *quid nunc vis ergo?*

1 L. agito eleutheria. 2 *L.* vbi 3 L. hęc dies summa hodie est, mea am.

T. *Facere amicum tibi me potis es sempiternum.*
SA. *quemadmodum?*
TO. *Vt mihi des nummos sexcentos, quos pro capite illius pendam,*
Quos continuò tibi reponam in hoc triduo, aut quatriduo.
Age 1 si benignus subueni.
SA. *Qua confidentia rogare tu à me argentum tantum audes*
Impudens? quin si egomet totus venea, vix recipi potesſit
Quod tu me rogas. nam tu aquam è pumice nunc postulas,
Qui ipsus sitiat. TO. *siccine hoc te mihi facere?*
SA. *quid faciam?* TO. *rogas ne?*
Alicunde exora mutuum. SA. *tu fac idem quod 2 me rogas.*
TO. *Quæsiui, nusquam repperi.* SA. *quæram equidem, si quis credat.*
TO. *Nempe habeo in mundo.* SA. *si id domi esſet mihi, iam pollicerer.*
Hoc meum est, vt facium sedulo. TO. *quicquid erit, recipe te ad me.*
S. *Quare tamen. ego item sedulò si quid erit 3 faxo iam vt scias.*
TO. *Obsecro te, 4 resecro, operam da hanc mihi fidelem.* SA. *ah, odio me enicas,*
TO. *Amoris vitio, nō meo, nūc tibi morologu fio.*
S. *At pol ego abs te concessero.* TO. *iámne abis?*
SA. *bene ambulato.*
T. *Sed recipe te quamprimum potes, caue fuas mihi in quæstione.*
Vsque ero domi, dum excoxero lenoni malum.

SATVRIO *parasitus.*

VEterem atque antiquum quæstum meum alimoniã
Seruo atque obtineo, & cum magna cura colo.
Nam nunquam quisquam meorum maiorum fuit,
Quin parasitando pauerint ventres suos.
Pater, auos, proauos, abauos, atauos, tritauos,
Quasi mures semper edere alienum cibum,
Neque educitate eos quisquam poterat vincere.
His cognomentum erat duris capitonibus.
Vnde hunc ego quæstum obtineo, & malorum locum.
Neque quadruplari me volo, neque enim decet,
Sine meo periculo ire aliena ereptum bona:
Neq; illi qui faciunt, mihi placent, planè loquor.
Nam publicæ rei causa quicunque id facit
Magis, quàm sui quæsti, animus induci potest,
Eum esse ciuem & fidelem & bonum.
Sed legirupam 5 quidem ni det in publicum
Dimidium, atque etiam 6 in ea lege ascribier.
Vbi quadruplator quempiam iniexit manum,
Tantidem ille illi rursus iniiciat manum,
Vt aqua 1 patri prodeant ad tres viros.
Si id fiat, nec isti saxim nusquam appareant.
Qui hic albo rete aliena oppugnant bona.
Sed sumne ego stultus, qui rem curo publicam,
Vbi sunt magistratus, quos curare oporteat?
Nunc huc introibo, visam hesternas reliquias,
Quieuerint rectè nécne, num insuerit febris,
Opertane fuerint, nequis obreptauerit.
Sed aperiuntur ædes, remorandus est gradus.

1 L fi. 2 L. rogas me. 3 L. faciam vt sc.
4 L. SA. resecro TO. operam.
5 L. qui damnet, det. in p. 6 L. iubeat lege.

TOXILVS *seruus*, SATVRIO *parasitus.*

TO. *OMnem rem inueni, vt sua sibi pecunia*
Hodie illam faciat leno libertã suam.
Sed eccum parasitum, cuius mihi auxilio est op⁹.
Simulabo quasi non videam, ita 2 elliciam virũ.
Curate istic vos, atque approperate ocyus:
Ne mihi mora sit quicquam, vbi ego intrò aduenero.
Cõmisce mulsum, strutheã, 3 coluthea q; appara,
Bene vt in 4 strutheis concaleat, & calamum inijce.
Iam pol ille hic aderit, credo congerro meus.
SA. *Me dicit euge.* TO. *lautum credo à balneis*
Iam hic affuturum. SA. *vt ordine omnem rem tenet.*
TO. *Collyra facite vt madeant, & colliphia.*
Ne mi hæc incocta detis. SA. *rem loquitur meram,*
Nihil sunt crudæ, nisi quas madidas glutias.
Tum nisi cremore crasso 5 socias collyricum.
Nihil est, macrum illud, epicrocum, pellucidum,
Quasi ituram esse ius decet collyricum,
Nolo in vesicam, quod est in ventrem volo.
TO. *Prope me hic nescio quis loquitur.* S. *ó. mi Iuppiter*
Terrestris te coepulonus compellat tuus.
TO. *O Saturio opportunè aduenisti mihi.*
S. *Mendacium ædepol dicis, atq; haud te decet.*
Nam esurio venio, non aduenio Saturio.
TO. *At edes: nam iam intus ventris fumant foculo.*
Calefieri iussi reliquiæ. SA. *pernam quidem*
Ius est apponi frigidam postridie.
TO. *Ita fieri iussi.* SA. *ecquid alecis?* TO. *vah rogas?*
SA. *Sapis multum ad genium.* TO. *sed ecquid meministi herè,*
Qua de re ego tecum mentionem feceram?
SA. *Memini, vt murænã & congrem ne calefierẽt,*
Nam nimio melius oppectuntur frigida.
Sed quid cessamus prælium committere?
Dum mane est, omneis esse mortalis decet.
T. *Nimis penè mane est.* SA. *maneo ip tu occæperis*
Negocium agere, id totum procedit diem.
TO. *Quæso animum aduorte, hoc enim iam here*

1 L. parti. 2 L. alliciam,
3 L. coluthecę anuam appara.
4 L. scutris. 5 L. est ius coll.

narrauí

narraui tibi,
Tecumque oraui, vt nummos sexcentos mihi
Dares vtendos mutuos. SA. memini & scio,
Et te me orare, & mihi non esse quod darem.
Nihili parasitus est, cui argentum domi est.
Lubido extemplò cœpere est conuiuium,
Tuburcinari de suo si quid domi est.
Cynicum esse egentem oportet parasitum probè,
Ampullam, strigilem, scaphium, soccos, pallium.
Marsupium habeat, inibi paulum præsidij,
Qui familiarem suam vitam oblectet modò.
TO. Iam nolo argentum, filiam vtendam tuam
Mihi da. S. nunquam ædepol cuiquam etiam vtendam dedi.
TO. Non ad istoc quod tu insimulas. SA. quid eam vis? TO. scies,
Quia forma lepida & liberali est. SA. res ita'st.
TO. Hic leno neq; te nouit, neq; gnatam tuam.
SA. Me vt quisquam norit, nisi ille qui præbet cibum?
T. Ita est, hoc tu mihi reperire argentum potes.
SA. Cupio hercle. TO. tum tu me sine illam vendere.
SA. Tun' illam vendas? T. immò alium allegauero
Qui vendat, qui esse se peregrinum prædicet.
Siquidem hic leno nondum sex menses Megaribus
Huc est cùm commigrauit. SA. pereunt reliquiæ.
Posterius istuc tamen potest. T. scin' quàm potest?
Nunquam hercle hodie hic prius edis, ne frustrà sis,
Quàm te hoc facturũ quod rogo, affirmas mihi.
Atque nisi gnatam tecum huc iam quantum potest
Adducis, exigam hercle ego te ex hac decuria.
Quid nunc? quid est? quin dicis quid facturus sis?
SA. Quæso hercle me quoq; etiam vĕdas, si lubet,
Dum saturum vendas. T. hoc si facturus face.
SA. Faciam equidem quæ vis. T. bene facis, propera, abi domum.
Præmonstra docte, præcipe astu filiæ,
Quid fabuletur, vbi se natam prædicet,
Qui sibi parentes fuerint, vnde [1] surrupta sit.
Sed longè ab Athenis esse se gnatam autumet:
Et vt affleat, cum ea memoret. SA. etiam tu taces?
Ter tanto peior ipsa est, quàm illam tu esse vis.
TO. Lepidè hercle dicis, sed scin' quid facias? cape
Tunicam atque zonam, & chlamidem affer to & causiam,
Quam ille habeat, qui hanc lenoni huic vendat.
SA. heu probè.
TO. Quasi sit peregrinus. SA. laudo. TO. & tu tuam gnatam tamen
Ornatam adduce, lepidè in peregrinum modum.
SA. Sed [illi] ornamenta? TO. abs chorago sumito.

1 L. surrepta.

1 Præbenda ædiles locauero. inde petito.
SA. Iam faxo hic aderunt, sed ego horũ nihil scio.
TO. Nihil hercle vero? nam vbi ego argentum accepero.
Continuò tu illam à lenone asserito manu.
SA. Sibi habeat, si non extemplò ab eo abduxero.
TO. Abi, & istuc cura, ego puerum volo
Mittere ad amicam meam, vt habeat animum bonum,
Me esse effecturum hodie. nimis longum loquor.

ACTVS II.

SOPHOCLIDISCA, LEMNISELENE.

SAtis fuit indoctæ, immemori, insipienti dicere toties.
Nimis tandem me quidem pro barda & pro rustica reor habitam
Esse abs te, quanquam ego vinum bibo, at mandata non consueui simul bibere.
Nam me quidem iam satis tibi spectatam censueram esse, & meos mores:
Nam equidem iam te sector quintum hunc annum, cum interea iam credo,
Canis si in ludum iret, potuisset iam fieri vt probè literas sciret,
Cum interim tu meum ingenium fans non edidicisti, atque infans.
Potin' vt taceas? potin' ne moneas? memini & scio & calleo, & commemini,
Amas pol misera, id tuus scatet animus, ego istuc placidum tibi
Vt sit faciam. LE. [2] ecastor miser est qui amat.
SO. Certò is quidem nihili est, qui nihil amat, quid ei homini opus vita est?
Ire decet me, [3] heræ obsequens fiam, libera mea opera ocyus vt sit.
Conueniam hunc Toxilum, eius aures quæ mandata sunt, onerabo.

TOXILVS seruus, PÆGNIVM puer, SOPHOCLIDISCA ancilla.

TO. SAtin' hæc tibi sunt plana & certa? satin' hæc meministi & tenes?
PÆ. Melius quàm qui docuisti. T. ain' verò vbereum caput?
PÆ. Aio enimuerò. T. quid ergo dixi? PÆ. ego rectè apud illam dixero.
T. Non ædepol scis. PÆ. da hercle pignus, ni omnia memini & scio.
T. Equidem si scis tute, quot habeas hodie digitos in manu,
Ego dem pignus tecum. PÆ. audacter, si lubido est perdere.
T. Bona pax sit potius. PÆ. tum igitur sine me ire. T. & iubeo & sino.
Sed ita volo te curare, vt domi sis cum ego te esse illic censeam.

1 L. Dare debet. præbendæ æd. locauerunt.
2 dele ecastor. 3 L. vt heræ

PÆ. Faciam. T. quò ergo is nunc? PÆ. domum, vti domi sim cum illi censeas.
TO. Scelus tu pueri es, atque ob istam rem ego aliquid te peculiabo.
P. Scio fidei hercle herili, vt soleat 1 opprobrari impudicitia
Ne subigi queantur vnquam, vt pro ea fide habeant iudicem.
TO. Abi modò. P. 2 laudabis faxo. TO. sed has tabellas Pægnium,
Ipsi Lemnisleneæ fac des, & quæ iussi nunciato.
SO. Cessò ire ego quò missa sum?
P. Eo ego. TO. i sanè, ego domum ibo, face rem hanc cum cura geras.
Vola curriculò. P. istuc marinus passer per circum solet,
Illic abijt hinc intrò huc. sed quis hæc quæ me aduorsum incedit?
SO. Pægnium hic quidem est. P. Sophoclidisca hæc peculiaris est eius.
Quò ego sum missus. SO. nullus esse hodie hoc 3 peior perhibetur puero.
Compellabo. P. Commorandum'st mihi apud 4 hanc.
SO. Pægnium delicia pueri, salue. quid agis? vt vales?
P. Sophoclidisca di me amabunt. SO. quid me? vtrum? P. hercle nescio.
5 Verum si vt digna es faciant, odio hercle habeant, & faciant malè.
SO. Mitte malè loqui. P. cum vt digna es, dico, bene, non malè loquor.
SO. Quid agis? P. fœminam sceleſtam te astans contra contuor.
SO. Certè equidem puerum peiorem, quàm te noui neminem.
P. Quid mali facio, aut cui malè dico? SO. cui pol cunque occasio est.
P. Nemo homo vnquam ita arbitratus est. SO. at pol multi esse ita sciunt.
P. Eia. SO. eia. P. tuo ex ingenio mores alienos probas.
SO. Fateor ego profectò, me esse vt decet lenonis familiæ.
PÆ. Satis iam dictum habeo. SO. sed quid tu? confitere, vt te autumo?
P. Fatear, si ita sim. SO. iam abi, vicisti. P. abi nunc iam. SO. ergo hoc mihi expedi,
Quò agis? PÆ. quò tu? SO. dic tu, prior rogaui. PÆ. at pòst scies.
SO. Eo ego hinc haud longè. P. & quidem ego haud longè. SO. quò ergo scelus?
PÆ. Nisi sciero prius ex te, tu ex me nunquam hoc quod rogitas scies.
SO. Nunquam ecastor hodie scibis priusquam ex te audiuero.
P. Itáne est? SO. itáne est? P. mala es. SO. sceleſtus.

1 L. impudicitia opprobrari. 2 L. ergo laud. 3 L. puero peior perhibetur. 4 L. hanc obicem, 5 L. Sed si.

P. decet me. SO. me quidem haud decet.
P. Quid ais? certúmne est celare, quò iter facias pessuma?
SO. Affirmaslin' occultare, quò te immittas pessume?
P. Par pari respondes dicto', abi iam, quando ita cert a res est.
Nihili facio scire. valeas. SO. asta. P. at propero. SO. & pol ego item.
P. Ecquid habes? SO. ecquid tu? P. Nihil equidem. SO. cedo manum ergo. P. estne hæc man'?
S. Vbi illa altera est furtifica lana? P. domi, eccam huc nullam attuli.
S. Habes nescio quid. PÆ. ne me attrecta subagitatrix. S. sin te amo?
P. Malè operam locas. SO. quî? P. quia enim nihil amas, cum ingratum amas.
SO. Tempori hanc vigilare oportet formulam, atque ætatulam:
Ne vbi capillus versipellis 1 fuat, fœdè semper seruias,
Tu quidem haud etiam es octoginta pondo. P. at confidentia
Illa militia militatur multo magis quàm pondere.
Atque ego hanc nunc operam perdo. SO. quid iam? PÆ. quia peritæ prædico.
Sed ego cesso. SO. mane. PÆ. molesta es. SO. ero quoque, nisi scio
Quò agas te. PÆ. ad vos. SO. & pol ego ad vos. PÆ. Quid eò? SO. quid id ad te attinet?
PÆ. Enim non ibis nunc vicissim, nisi scio. SO. odiosus es. PÆ. lubet.
1 Nunquam hercle istuc exterebrabis tu, vt sis peior quàm ego siem.
3 SO. Malitia certare tecum, miseria est. 4 PÆ. merx tu mala es.
5 SO. Quid est quod metuas? 6 PÆ. idem istuc quod tu. 7 SO. dic ergo, quid est? 8
PÆ. Ne hoc cuiquam homini 9 edicerem, omnes muti vt loquerentur prius.
10 Edictum est magnopere mihi, ne cuiquam homini crederem,
Omnes muti, vt loquerentur prius hoc, quàm ego. SO. at tu hoc face,
Fide data credamus. P. noui, omnes sunt lena 1 leui fidæ:
Neque tipulæ leuius pondus est, quàm fides lenonia.
SO. Dic amabo. PÆ. dic amabo. SO. nolo ames. P. facilè impetras.
SO. Tecum habeto. PÆ. & tu hoc taceto. SO. tacitum erit. P. celabitur.
SO. Toxilo has fero tabellas tuo hero. PÆ. abi, eccillum domi.
At ego hanc ad Lemniselenem tuam heram ob-

1 L. fiat. 2 L. SO. Nũquam. 3 L. PÆ. 4 L. SO. 5 L. PÆ. 6 L. SO. 7 L. PÆ. 8 L. SO. at vetita sum Ne hoc. 9 L. dicerem. 10 L. PÆ. Edictum. 11 L. leuifidæ.

signatam

signatam abietem.
SO. *Quid istuc scriptum?* P. *iuxta tecum, si tu nescis, nescio.*
Nisi fortasse blanda verba. SO. *abeo.* P. *at ego abiero.* SO. *ambula.*

SAGARISTIO *seruus.*

IOui opulento, inclyto. Ope gnato, supremo, valido, viripotenti,
Opes, spes, bonas copias commodanti lubens, vitulorque merito,
Quia meo amico amiciter hãc commoditatis copiam
Danunt argenti mutui, vti egenti opem afferam.
Quod ego non magis somniabam, neque opinabar, neque censebam.
Nam herus meus me Eretriam misit, domitos boues vti mercarer.
Eam fore mihi occasionem, ea nunc quasi decidit de cœlo,
Dedit argentum: nam vbi mercatum dixit esse die septimi,
Stultus qui hoc mihi daret argentum, cuius ingenium nouerat.
Nam hoc argentum alibi abutar, boues quos emerem, non erant.
Nunc & amico meo prosperabo, & Genio meo multa bona faciam.
Diu quod bene erit, die vno absoluam: tax tax tergo meo erit, non curo.
Nunc amico homini bobus domitis, mea ex crumena largiar.
Nam id demum lepidum est, triparcos homines, vetulos, auidos, aridos
Bene admordere, qui salinum seruo obsignant cum sale,
Virtus est, vbi occasio admonet dispicere, quid faciet mihi?
Verberibus cædi iusserit, compedes imponi, vapulem,
Ne sibi me credat supplicem fore. væ illi, mihi iam nihil noui
Offerri potest, quin sim peritus: sed Toxili puerum Pægnium eccum.

PÆGNIVM *puer*, SAGARISTIO *seruus.*

PEnsum meum quod datum'st confeci, nunc propero domum. SA. *mane, etsi*
Properas, Pægnium ausculta. PÆ *emere oportet, quem tibi obedire velis.*
SA. *Asta.* P. *exhibeas molestiã, vt opinor, si quid debeam,*
Qui nunc sic tam es molestus. SA. *scelerate etiam respicis?*
P. *Scio ego quid ætatis sim, eo istuc maledictum impunè auferes?*

1 *Lips. Transpositi sunt versus, hoc ordine legendi.* Quod ego &c. Ea fore. &c. Nam herus meus, &c. Dedit argentum &c. 2 *L.* ibi.

S. *Vbi Toxilus est tuus herus?* P. *vbi illi libet, neque te consulit.*
S. *Etiámne dicis vbi sit venefice?* P. *nescio inquam vlmitriba tu.*
S. *Maledicis maiori.* P. *prior promeritus, perpetiare:*
Seruam operam, linguam liberam herus meus me iussit habere.
S. *Dicisne mihi vbi sit Toxilus?* P. *dico, vt perpetuò pereas.*
S. *Cædere hodie tu restibus.* P. *tua quidem cucule causa,*
Non hercle si os præciderim tibi metuam morticine.
SA. *Video ego te, iam incubitatus es.* P. *ita sum. quid id attinet ad te?*
At non sum ita 1 vt tu. S. *confidens.* P. *sum hercle verò.*
Nam ego me confido liberum fore, tu te nunquam speras.
S. *Potin' vt molestus ne sies.* P. *quod dicis facere non quis.*
S. *Abi in malam rem.* P. *at tu domum, nam ibi tibi parata præsto'st.*
S. *Vadatur hic me.* P. *vtinam vades desint, in carcere vt sis.*
S. *Quid hoc?* P. *quid est?* S. *etiam scelus malè loquere?* P. *tandem vt liceat,*
Cum seruus sis, seruum tibi maledicere. S. *itáne? spectа*
Quid dedero. P. *nihil, 2 iam nihil habes.* S. *di deæque te omnes perdant,*
Nisi te hodie, si prehendero, defigam in terram colaphis.
P. *Amicus sum, eueniant volo tibi quæ optas, atque id fiat:*
Tu me defigas, te cruci ipsum propediem affigent alij.
S. *Quin te di deæque, scis quid hinc porrò dicturus fuerim,*
Ni linguæ moderari queam, potin' abeas? P. *abigis facilè.*
Nam vmbra mea 3 intus vapulat. S. *vt istunc di deæque perdant.*
Tanquam proserpens bestia est, bilinguis & scelestus.
Hercle illum abiisse gaudeo. fores aperite: accere autem,
Quem conuenire maximè cupiebam, egreditur 4 foras.

TOXILVS, SAGARISTIO *serui duo*, SOPHOCLIDISCA *ancilla.*

PAratum iam esse dicito, vnde argentum sit futurum:
Iubeto habere animum bonum, dic me illam amare multum,
Vbi se alluat, ibi me alluat, quæ dixit nunciares

1 L. vt tu gratis. 2 L. Nam. 3 *L.* iam intus. 4 *vet. cod.* intus.

Satin' ea tenes? SO. *magis calleo quàm aprugnum callum callet.*
TO. *Propera, abi domum.* SA. *nũc ego huic graphicè facetus fiam.*
Subnixis alis me inferam atque amicibor glorioſè.
T. *Sed quis hic anſatus ambulat?* SA. *magnificè 1 conteſtabor.*
T. *Sagariſtio hic quidem eſt. quid agitur Sagariſtio? vt valetur?*
Ecquid quod mandaui tibi? éſne quid in te ſpecule? S. *adito.*
Videbitur, factum vola: venito, promoueto.
T. *Quid hoc hic in collo tibi tumet? SA. vomicaſt, preſſare parce.*
Nam vbi quis mala tetigit manu, dolores cooriuntur.
T. *Quando iſtæc 3 eſt innata tibi? SA. hodie.* TO. *ſecari iubeas.*
SA. Metuo ne immaturam ſecem, ne exhibeat plus negotij.
T. *Inſpicere morbum tuum lubet. SA. abi atque caueſis*
A cornu. TO. *quid iam? SA. quia boues bini hic ſunt in crumena.*
T. *Emitte ſodes. ne enices fame, ſine ire paſtum.*
S. *Enim metuo, vt poſſim in bubilem reiicere ne vagentur.*
TO. *Ego reiiciam. SA. habe animum bonum, creditur, commodabo,*
Sequere hàc ſis, argentum hic eſt, quod me dudum rogaſti.
TO. *Quid tu ais? SA. dominus me boues mercatum Eretriam miſit:*
Nunc mihi Eretria erit hæc tua domus. TO. *nimis tu facetè loquere.*
Atque ego omne argentum tibi actutum incolume redigam:
Nam iam omnes ſycophantias inſtruxi & comparaui,
Quo pacto ab lenone auferam hoc argentum. SA. tanto melior.
TO. *Et mulier vt ſit libera, atque ipſe vltrò det argentum.*
Sed ſequere me, ad eam rem vſus eſt tua mihi opera. SA. vtere vt vis.

ACTVS III.
PARASITVS, VIRGO.

QVæ res bene vertant mihi, & tibi, & ventri meo,
Perennitatiſque adeò huic perpetuo cibo,
Vt mihi ſuperſit, ſuppetat, ſuperſtitet,
Sequere hac mea gnata me, cum diis volentibus.
Cui rei opera detur ſcis, tenes, intelligis,
Communicaui tecum conſilia omnia.
Ea cauſa ad hoc exemplum te exornaui ego,
Venibis tu hodie virgo. VIR. *amabo mi pater.*

1 L. conſecrabor. 2 L. tibi, eſt mihi in te ſpeculæ? 3 L. innata'ſt.

Quanquam libenter eſcis alienis ſtudes,
Tuin' ventris cauſa filiam vendis tuam?
P*A. Mirum, quin regis Philippi cauſa, aut Attali*
Te potius vendam, quàm mea, quæ ſis mea.
VIR. *Vtrum tu pro ancilla me habes, an pro filia?*
P. *Vtrum hercle magis in vĕtris rem videbitur:*
Meum opinor imperium in te, non in me tibi'ſt.
V. *Tua iſtæc poteſtas eſt pater. veruntamen*
Quanquam res noſtræ ſunt, pater, paupercũlæ,
Modicè & modeſtè melius eſt vitam viuere.
Nam ſi ad paupertatem admigrant infamiæ,
Grauior paupertas fit, ſides ſubleſtior.
P*A. Enimuerò odioſa es.* V. *non ſum, neque me eſſe arbitror,*
Cum parua natu rectè præcipio pater.
Nam inimici famam non ita vt nata eſt, ferunt.
P. *Ferant, eantq; in maximam malam crucem.*
Non ego inimicitias omnis pluris æſtimo,
Quàm menſa inanis nunc ſi apponatur mihi.
V. *Pater hominum immortalis eſt infamia,*
Etiam tum viuit, cum eſſe credas mortuam.
P. *Quid? metuis ne te vendam?* V. *non metuo pater,*
Verum inſimulari nolo. P. *at nequicquam ne vis,*
Meo modo iſtud potius fiet, quàm tuo,
V. 1 *Fiet.* P. *quæ hæ res ſunt?* VIR. *cogita hoc verbum pater,*
Herus ſi minatus eſt malum ſeruo ſuo,
Tametſi id futurum non eſt, vbi captum'ſt flagrum,
Dum tunicas ponit, quanta afficitur miſeria?
Ego nunc quod non futurum'ſt formido tamen.
P. *Virgo atq; mulier nulla erit quin ſit mala,*
Quæ præter ſapiet quàm placet parentibus.
V. *Virgo atque mulier nulla erit, quin ſit mala,*
Quæ reticet ſi quid fieri peruorsè videt.
P. *Malo cauere melius eſt te.* V. *at ſi non licet*
Cauere, quid agam? nam ego tibi cautum volo.
P. *Malúſne ego ſum?* VIR. *non es, neque me dignum'ſt dicere.*
Verùm ei rei operã do, ne alij dicãt quibus licet.
P. *Dicat quod quiſque vult, ego de hac ſententia*
Non demouebor. V. *at, meo ſi liceat modo,*
Sapienter potius faciam quàm ſtultè. BA. *libet.*
V. *Lubere per me tibi, licere intelligo.*
Verùm libere haud liceat, ſi lubeat mihi.
P. *Futura es dicto obediens ánnon patri?*
V. *Futura.* P. *ſciſnam tibi quæ præcipio?* VIR. *omnia.*
P. *Et id, vt ſurrepta fueris?* V. *doctè calleo.*
P. *Et qui parentes fuerint?* VIR. *habeo in memoria.*
Neceſſitate me mala vt fiam facis,
Verùm video, vbi me voles nuptum dare,
Ne hæc fama faciat repudioſas nuptias.
PA. *Tace ſtulta, non tu 2 nunc hominum mores vides,*

1 L. Fiat. quæ hæ ſ. ſunt? cogita.
2 *Lamb. coniunctim* nunc hominum.

Quoiuſ-

Quoiusmodi hic, cum fama facilè nubitur?
Dum dos sit, nullum vitium vitio vortitur.
VIR. *Ego istuc facito, vt veniat in mentem tibi,*
Me esse indotatam. P. *cauesis tu istuc dixeris.*
Pol deùm virtute dicam, & maiorum meùm,
Ne te indotatam dicas, cui dos sit domi.
Librorum eccillum habeo plenum sorracum.
Si hoc accuraſſis lepidè cui rei operam damus,
Dabuntur dotis tibi inde sexcenti logi.
Atque Attici omnes, nullum Siculum acceperis,
Cum hac dote poteris vel mendico nubere.
VIR. *Quin tu me ducis, si quò ducturus pater.*
Vel tu me vende, vel face quod tibi lubet.
PA. *Bonum æquúmque oras, sequere hac.* VIR. *dicto sum audiens.*

DORDALVS *leno.*

QVidnam esse acturum hunc dicam vicinum meum,
Qui mihi iuratus est, sese hodie argentum dare?
Quòd si non dederit, atque hæc dies præterierit,
Ego argentum, ille iusiurandum amiserit.
Sed ibi concrepuit foris, quisnam egreditur foras?

DORDALVS *leno*, TOXILVS *seruus.*

1 DO. *CVrate istuc intus, iam ego* 2 *me recipiam domum.*
3 *Toxile quid agitur?* DO. *eho lutum lenonium?*
Commixtum cœno, sterquilinium publicum,
Impure, inhoneste, iniure illex, labes populi,
Pecuniæ accipiter, auide atque inuide,
Procax, rapax, trahax, trecentis versibus
Tuas impuritias traloqui nemo potest.
Accipin' argentum? accipe sis argentum impudens,
Tenesis argentum. etiam tu argentum tenes?
Possum te facere, vt argentum accipias, lutum?
Qui nisi iurato mihi nihil ausus credere.
DO. *Sine respirare me, tibi vt respondeam.*
Vir summe populi, stabulum seruitricium,
Scortorum liberator, subiculum flagri,
4 *Compedum contritor, pistrinorum ciuitas,*
Perenniserue, lurco, edax, furax, fugax,
Cedo sis mihi argentum, da mihi argentum impudens.
Possum à te exigere argentum? argentum inquam cedo.
Quin tu mihi argentum reddis, nihilne te pudet?
Leno te argentum poscit, solida seruitus,
Pro liberanda amica, vt omnes audiunt.
TO. *Tace obsecro hercle, næ tua vox validè valet.*
DO. *Referundæ ego habeo linguã natam gratiã.*
Eodem mihi precio sal perhibetur, quo tibi.
Nisi me hæc defendet, nunquam delinget salem.
TO. *Iam omitto iratus esse: id tibi succensui,*
Quia te negabas credere argentum mihi.
DO. *Mirum, quin tibi ego crederem, vt ipse idem mihi*

1 L. TO. 2 *L.* domum me recipiam. 3 L. DO. Toxile. 4 L. Compedium tritor.

Faceres, quod partim faciunt argentarij.
Vt quid credideris, citius extemplo à foro
Fugiũt, quàm ex porta ludus cum emissu'st lepus.
TO. *Cape hoc sis.* D. *quin das?* T. *nummi sexcenti hic erunt.*
Probi, numerati: fac sit mulier libera.
Atque huc continuò adduce. D O. *iam faxo hic erunt,*
Non hercle cui nunc hoc dem spectandum scio.
TO. *Fortasse metuis in manum concredere.*
DO. *Mirum,* 1 *quin citius iam à foro argentarij*
Abeunt, quàm in cursu rotula circumuortitur.
TO. *Abi istàc* 2 *aduorsis angiportis ad forum,*
Eadem istac facito mulier ad me transeat
Per hortum. D. *iam hic faxo aderit.* T. *at ne propalàm.*
DO. *Sapienter sanè.* T O. *supplicatum eras eat.*
DO. *Ita hercle verò.* TO. *dum stas, reditum oportuit.*

ACTVS IIII.
TOXILVS.

SI quam rem accures sobriè aut frugaliter,
Solet illa rectè sub manus succedere.
Atque adepol firmè, vt quisque rem accurat suam,
Sic ei procedit, post principia denique
Si malus aut nequam'st, malè res vertunt, quas agit:
Sin autem frugi'st, eueniunt frugaliter.
Hanc ego rem exorsus sum facetè & callidè,
Igitur prouenturam bene confido mihi.
Nunc ego lenonem ita 3 *hodie intricatum dabo,*
Vt ipsus sese, quà se expediat, nesciat.
Sagaristio heus exi, atque educe virginem,
Et istas tabellas, quas consignaui tibi,
Quas tu attulisti mihi ab hero meo vsque è Persia.

SAGARISTIO, TOXILVS *serui.*

SA. *NVnquid moror?* T. *euge euge, exornatus basilicè,*
Tiara ornatum lepidè condecorat tuum.
Tum hanc hospitam autem crepidula vt graphicè decet?
Sed satin estis meditati? SA. *tragici atque comici*
Nunquam æquè sunt meditati. T. *lepidè hercle adiuuas.*
SA. *Age illuc aspice de procul in conspectum.*
TO. *tace.*
Vbi cum lenone me videbis colloqui,
Id erit adeundi tempus, nunc agite ite vos.

DORDALVS *leno*, TOXILVS *seruus.*

CVi homini Di propitij sunt, aliquid obiiciunt lucri.
Nam ego hodie compendi feci binos panes indies.

1 L. quum. 2 *vet. ed. Lamb.* trauorsis. 3 *dele* hodie.

Ita ancilla mea quæ hodie fuit, sua nunc est, argento vicit.
Iam hodie alienum cœnabit: nihil gustabit de meo.
Súmne probus? sum lepidus ciuis, qui Atticam hodie ciuitatem
Maximam maiorẽ feci, atque auxi ciui fœmina.
Sed vt & ego hodie fui benignus! vt ego multis credidi!
Nec satis à [1] *quicquam homine accepi, ita prorsum credebam omnibus,*
Nec metui quibus credidi hodie, nequis mihi in iure abiurassit.
Bonus volo iam ex hoc die esse, quod neque fiet, neque fuit.
TO. *Hunc ego hominem hodie in transennam doctis ducam dolis,*
Itaque huic insidiæ paratæ sunt probè, aggrediar virum.
Quid agis, cedò, vnde agis te nunc Dordale? DO. *credo tibi.*
TO. *Di dent quæ velis, eho an iam manu emisisti mulierem?*
DO. *Credo pol, credo inquam tibi.* TO. *iam liberta auctus es.* DO. *enicas.*
Quin tibi me dico credere. TO. *dic bona fide, iam libera est?*
DO. *I, ad forum, ad prætorem, exquire, siquidem credere mihi non vis,*
Libera inquam est, ecquid audis? TO. *at tibi Di benefaciant omnes.*
Nunquam enim posthac tibi, nec tuorum [2] *quod nolis volam.*
DO. *Abi, ne iura, satis credo.* TO. *vbi nunc tua liberta'st?* DO. *apud te.* TO. *ain,*
Apud me est? DO. *aio inquam, apud te est inquam.* TO. *ita me di ament, vt ob istam rem,*
Tibi multa bona instant à me: nam est res quædam quam occultabam
Tibi dicere: nunc eam narrabo, vnde prægrande lucrum facias,
Faciam vt mei memineris dum [3] *vita viuas.* D. *benedictis*
Tuis benefacta aures meæ auxilium èxpostulant.
TO. *Tuum promeritum'st, meritò vt faciam, & vt me scias esse facturum,*
Tabellas tene has, pellege. DO. *hæ quid ad me?*
TO. *immò ad te attinent,*
Et tua refert. nam è Persia ad me allatæ modo sunt istæ à meo domino.
DO. *Quando?* TO. *haud dudum.* D. *quid* [4] *istæc narras?* TO. *percunctare ex ipsis,*
Ipsæ tibi narrabunt. DO. *cedò sanè mihi.* TO. *at clarè recitato.*
DO. *Tace dum pellego.* TO. *haud verbum faciam.*
DO. *Salutem dicit Toxilo Timarchides,*
Et familiæ omni: Si valetis, gaudeo,

1 L. quiquam. 2 L. quoiquam quod n.
3 L. vitam. 4 L. istæ.

Ego valeo rectè, & rem gero, & facio lucrum.
Neque istò redire his octo possum mensibus.
Itaque hic est quod me detinet negotium.
Eleusipolim Persæ cepere vrbem in Arabia,
Plenam bonarum rerum, atque antiquum oppidum.
Ea comparatur præda, vt fiat auctio
Publicitus, ea res me domo expertem facit.
Operam, atque hospitium ego isti præberi volo,
Qui tibi tabellas affert. cura quæ is volet,
Nã is mihi honores suæ domi habuit maximos.
DO. *Quid id ad me, aut ad meam rem refert,*
Persæ quid rerum gerant,
Aut quid herus tuus? TO *tace stultiloque, nescis quid instet boni.*
Nequicquam tibi fortuna faculam lucrificam allucere volt.
DO. *Quæ istæc fortuna lucrifica est?* TO. *istas, quæ norunt, roga.*
Ego tantundem scio quantum tu, nisi quod pellegi prior.
Sed vt occœpisti, ex tabellis nosce rem. DO. *bene me mones,*
Fac silentium. TO. *nunc ad illud venies, quod refert tua.*
DO. *Iste qui tabellas affert, adduxit simul*
Forma expetenda liberalem mulierem.
Furtiuam, aduectam ex Arabia penitissima,
Eam te volo accurare, vt istic veneat,
Ac suo periculo is emat, qui eam mercabitur,
Mancipio neq; promittet, neque quisquam dabit.
Probum numeratum argentum vt accipiat face.
Hæc cura, & hospes cura vt curetur, vale.
T. *Quid igitur, postquam recitasti quod erat cera creditum,*
Iam mihi credis? D. *vbi nunc ille'st hospes, qui hasce attulit?*
TO. *Iam hic credo aderit,* [1] *accersit illã à naui.*
DO. *nihil mihi opus est*
Litibus, neque tricis. quamobrem ergo argentum numerem foras?
Nisi mãcipio accipio, quid eo mihi opus mercimonio?
TO. *Tacen'? an non taces? nunquam ego te tam esse matulam credidi.*
Quid metuis? D. *metuo hercle verò, sensi ego iam compluries,*
Neque mihi haud imperito eueniet, tali vt in luto hæream.
TO. *Nihil periculi videtur.* D. *scio istuc, sed metuo mihi.*
TO. *Mea quidem istuc nihil refert, tua ego refero gratia,*
Vt tibi rectè conciliandi primò facerem copiam.
D. *Gratiam habeo, sed te de aliis, quàm alios de te suauius'st*
Feri doctos. TO. *nequis verò ex* [2] *Arabia penitissima*
Persequatur, etiam tu illam destinas? DO. *vi-*

1 L. arcessit. 2 L. Barbaria.

deam

deam modò
Mercimonium. TO. *æqua dicis. sed optimè eccum ipse aduenit,* [1] *& adducit eam*
Hospes ille qui has tabellas attulit. DO. *hiccine est?* TO. *hic est.*
DO. *Hæccine illa'st furtiua virgo?* T. *iuxta tecũ æquè scio,*
Nisi [2] *qui aspexi equidem ædepol liberali'st,* [3] *quisque est.*
DO. *Sat ædepol concinna est facie.* TO. *vt contemptim carnifex?*
Taciti contemplemur formam. DO. *laudo consilium tuum.*

SAGARISTIO, VIRGO, TOXILVS, DORDALVS *leno.*

SA. *Tin' Athenæ tibi visæ fortunatæ atque opiparæ?*
VIR. *Vrbis speciem vidi, hominum* [4] *morem perspexi parum.*
TO. *Nunquid in principio cessauit verbum doctè dicere?*
DO. *Haud potui etiam in primo verbo perspicere sapientiam.*
SA. *Quid id quod vidisti, vt munitum muro tibi visum'st oppidum?*
VIR. *Si incolæ bene sunt morati, pulcrè munitũ arbitror.*
Perfidia & peculatus ex vrbe & auaritia si exulant:
Quarta inuidia, quinta ambitio, sexta obtrectatio,
Septimum periurium. TO. *euge.* VIR. *octaua indiligentia,*
Nona iniuria, decimum quod pessimum aggressu scelus:
Hæc nisi vnde aberunt, centuplex murus rebus seruandis parum est.
TO. *Quid ais tu?* DO. *quid vis?* TO. *tu in illis es decem sodalibus,*
Te in exilium ire hinc oportet. DO. *quid iam?*
TO. *quia periurus es.*
DO. *Verba quidem haud indoctè fecit.* TO. *ex tuo inquam vsu est, eme hanc.*
DO. *Ædepol qui* [5] *cum hanc magis contemplo, magis placet.* TO. *si hanc emeris,*
Di immortales, nullus leno te alter erit opulẽtior.
Euortes tuo arbitratu tu homines fũdis, familijs.
Cum optimis virus rem habebis, gratiam cupient tuam,
Venient ad te [6] *comessatum. D. at ego intromitti* [7] *vereor.**
TO. *At enim illi noctu occentabunt ostium, exurent fores.*
Proinde tu tibi iubeas concludi ædes foribus ferreis,
Ferreas ædes commutes, limina indas ferrea.
Ferream seram atque annulum, ne si ferro parseris,
Ferreas tute tibi impingi iubeas crassas compedis.
DO. *I in malum cruciatum.* TO. *i sanè, hanc eme atque ausculta mihi.*
DO. *Modò vt sciam quãti indicet.* TO. *vin' huc vocem? D. ego illo accessero.*
TO. *Quid ais hospes.* SA. *venio, adduco hanc, vti dudum dixeram.*
Nam heri in portum noctu nauis venit, venire hanc volo
Si potest: si non potest: ire hinc volo, quantum potest.
DO. *Saluus sis adolescẽs.* SA. *siquidem hanc vendidero precio suo.*
T. *Atqui aut hoc emptore vendes pulcrè, aut alio non potes.*
SA. *Esne tu huic amicus?* TO. *tanquam Di omnes qui cœlum colunt.*
D. *Tum tu mihi es inimicus certus. nam generi lenonio*
Nunquam vllus Deus tam benignus fuit, qui fuerit propitius.
S. *Hoc age, opus ne'st hac tibi empta?* DO. *si tibi venisse'st opus,*
Mihi quoque empta est: si tibi subiti nihil est, tãtundem'st mihi.
SA. *Indica, fac precium.* DO. *tua merx est, tua indicatio est.*
TO. *Æquum hic orat.* SA. *vin' bene emere?* DO. *vin' tu pulcrè vendere?*
TO. *Ego scio hercle vtrumque velle.* DO. *age indica* [1] *prognariter.*
SA. *Prius dico hanc mancupio nemo tibi dabit, iam scis?* DO. *scio.*
Indica minimo daturus qui sis, qui duci queat.
T. *Tace, tace, nimis tu quidem hercle homo stultus es pueriliter.*
DO. *Quid ita?* TO. *quia enim te ex puella prius percontari volo,*
Quæ ad rem referunt. DO. *& quidem hercle tu me monuisti haud malè,*
Videsis, ego ille doctus leno penè in foueã decidi,
Ni hic adesses: quantum est adhibere hominem amicum vbi quid geras.
TO. *Quo genere, aut qua in patria sit nata, aut quibus parentibus,*
Ne temerè hanc te emisse dicas suasu atque impulsu meo:
Nisi molestũ est, percontari hanc paucis hic volt.
S. *maximè,*
Suo arbitratu. TO. *quid stas? abi tute, atque ipse itidem roga,*
Vt tibi percontari liceat quæ velis, etsi mihi
Dixit dare potestatem eius: sed ego te malo tamen
Eum ipsum adire, vt ne contemnat te ille. DO. *satis rectè mones.*

1 *Dele hæc verba* & adducit eam 2 L. quia.
3 L. quisquis. 4 L. mores. 5 *Lamb. malit legi* quam 6 L. commissatum.
7 L. non sinam.

1 *Lamb. legendum putat* prognauiter.

Hospes, volo ego hanc percontari. SA. *à terra ad cœlum, quid lubet.*
TO. *Iubedum ea huc accedat ad me.* SA. *i sanè, ac morem illi gere,*
Percontare, exquire quid vis. TO. *agè agè nunc tu i, præpara.*
Vide vt ingrediare auspicatò. DO. *liquidum est auspicium.* TO. *tace.*
Concede sis, iam [1] *illam ego adducam.* DO. *age, vt rem esse in nostram putas.*
T. *Sequere me, adduco hãc: siquid vis ex hac percontarier.*
DO. *Enim volo te adesse.* TO. *haud possũ, quin huic operam dem hospiti,*
Cui herus iussit: quid si hic non vult me adesse vnà? SA. *immò i modò.*
TO. *Do* [2] *ego tibi operam.* DO. *tibi* [3] *ibidem das, vbi tu tuum amicum adiuuas,*
Exquire. TO. *heus tu aduigila.* VIR. *satis est dictum quanquam ego serua sum,*
Scio ego officium meum, vt quæ rogitet vera, vt accepi eloquar.
TO. *Virgo, hic homo probus est.* VIR. *credo.* TO. *non diu apud hunc seruies.*
VIR. *Ita pol spero, si parentes facient officium suum.*
DO. *Nolo ego te mirari, si nos ex te percontabimur,*
Aut patriam tuam, aut parentes. VIR. *cur ego id mirer, mi homo?*
Seruitus mea mihi interdixit, ne quid mirer [4] *malum*
Meum. TO. *Dij istam perdant, ita cata est &* [5] *callida.*
Habet cor, quàm dicit quod opu'st. DO. *quod nomen tibi est?*
TO. *Nunc metuo ne peccet.* VI. *Lucridi nomẽ in patria fuit.*
TO. *Nomẽ atque omen quantiuis est precij. quin tu hanc emis?*
Nimis pauebam ne peccaret, expediuit. DO. *si te emam,*
Mihi quoque lucridem confido fore te. TO. *tu si hanc emeris,*
Nunquam hercle hunc mensem vertentem credo seruibit tibi.
DO. *Ita velim quidem hercle.* TO. *optata vt* [6] *conueniant, operam addito.*
Nihil adhuc peccauit etiam. DO. *vbi tu nata es?*
VI. *vt mihi*
Mater dixit, [7] *in culina in angulo ad læuã manum.*
TO. *Hæc erit tibi fausta meretrix, nata est in calido loco,*
Vbi rerum omnium bonarum copia est sæpissimè.
Tactus est leno, qui rogarat vbi nata esset diceret.

1 L. ego illam. 2 *L. Fortasse legendum* ergo.
3 L. idem. 4 L. meum malum meũm TO. Noli flere. VIR. ah. T. dij. 5 L. callida est. 6 *al.* conueniant. 7 *Lips.* inquilina, in ang.

Lepidè lusit. DO. *at ego patriam te rogo quæ sit tua.*
VIR. *Quæ mihi sit, nisi hæc vbi nunc sum?* DO. *at ego illam quæro quæ fuit.*
VIR. *Omne ego pro nihilo esse ducto, quod fuit, quando fuit*
Tanquam hominem quando animam efflauit, quid eum quæras qui fuit?
TO. *Ita me Di bene ament, sapienter, atque equidem miseret tamen.*
DO. *Sed tamen virgo, quæ patria est tua, age nunc actutum expedi, quid taces?*
VIR. *Dico equidem patriam, quandoquidẽ hic seruio, hæc patria est mea.*
TO. *Iam de istoc rogare omitte. non vides nolle eloqui?*
Ne suarum se miseriarũ in memoriam inducas. D. *quid est?*
Captũsne est pater? VIR. *nõ captus, sed quod habuit, id perdidit.*
TO. *Hæc erit bono genere nata, nihil scit nisi verum loqui.*
DO. *Quis fuit? dic nomen.* VIR. *quid illum miserum memorem qui fuit?*
Nunc & illum miserum & me miseram æquum est nominarier.
D. *Quoiusmodi is in populo habitus est?* VIR. *nemo quisquam acceptior.*
Serui libertã amabant. TO. *hominem miserum prædicas,*
Cum ipsus probè perditus est, & beneuolentis perdidit.
DO. [1] *Emam opinor.* TO. *etiã opinor?* DO. *summo genere esse arbitror.*
T. *Diuitias tu ex istac facies.* D. *ita Di faxint.*
T. *eme modò.*
VIR. *Iam hoc tibi dico, iã actutum ecastor meus pater vbi me sciet*
Venisse huc, aderit hic, & me absentẽ [2] *redimet.*
TO. *quid nunc?* DO. *quid est?*
TO. *Audin' quid ait?* VIR. *nã etsi res sunt fractæ, amici sunt tamen.*
D. *Nesis plora, libera eris actutũ, si crebrò cades.*
Vin mea esse? VIR. *dum quidẽ, ne nimis diu tua sim volo.*
T. *Satin' vt meminit libertatis, dabit hæc tibi grandis bolos.*
Age si quid agis, ego ad hunc redeo. sequere, reduco hanc tibi.
DO. *Adolescens vin' vendere istanc?* SA. *magis lubet quàm perdere.*
DO. *Tum tu pauca in verba confer, quid datur, tanti indica.*
SA. *Faciam ita vt te velle videam, vt emas. habe tibi centum minis.*
DO. *Nimium'st.* SA. *octoginta.* DO. *nimium'st.*
SA. *nummus abesse hinc non potest,*
Quod nunc dicam. D. *quid id est, ergo eloquere actutum, atque indica.*

1 L. Etiam. 2 L. redimet. quid nunc? *sublato* TO.
SA. *Tuo*

SA. *Tuo periculo sexaginta hæc datur argenti minis.*
D. *Toxile quid ago?* T. *Di Deæq; te agitant irati, scelus,*
Qui hanc non properes destinare. D. *habebo.* T. *heu prædatus probè.*
Abi argentum affer huc,
Non ædepol minis trecentis cara'st, fecisti lucri.
SA. *Heus tu etiam pro vestimentis huc decem accedant minæ.*
D. *Abscedent enim, non accedent.* TO. *tace sis, nonne tu illum vides*
Quærere ansam, infectum vt faciat? abisne atque argentum petis?
DO. *Heus tu, serua istum.* TO. *quin tu is intrò.*
DO. *abeo, atque argentum affero.*

TOXILVS, SAGARISTIO *serui*, VIRGO.

Adepol dedisti virgo operam allaudabilem,
Probam & sapientem & sobriam. VIR. *si quid bonis*
Boni fit, esse idem & graue & gratum solet.
TO. *Audin' tu Persa, vbi argentum ab hoc acceperis,*
Simulato quasi eas prorsum in nauem. SA. *ne doce.*
TO. *Per angiportum rursum te ad me recipito,*
Illac per hortum. SA. *quod futurum est, prædicas.*
TO. *At ne cum argento protinam permutes domum,*
Moneo te. SA. *quod te dignum'st, me dignum esse vis.*
TO. *Tace, parce voci, præda progreditur foras.*

DORDALVS *leno*, SAGARISTIO, TOXILVS *serui.*

Probati hic argenti sunt sexaginta minæ.
Duobus nummis minus est. SA. *quid ei nummi sciunt?*
D. *Crumenam hanc emere, aut facere vt remigret domum.*
SA. *Ne non sat esses leno, id metuebas miser,*
Impure, auare, ne crumenam amitteres.
TO. *Sine quæso quando leno'st nihil mirũ facit.*
DO. *Lucro faciundo ego auspicatus in hunc diẽ.*
Nihil mihi tam parui est, quin id me pigeat perdere.
Age, accipe hoc sis. SA. *hunc in collum, nisi piget,*
Impone. DO. *verò fiat.* SA. *nunquid cæterum*
Me voltis? TO. *quid tam properas?* SA. *ita negocium'st,*
Mandata quæ sunt, volo deferre epistolas.
Geminum autem fratrem seruire audiui hic meum,
Eum ego vt requiram atque vt redimam, volo.
TO. *Atq; ædepol tu me commonuisti haud malè.*

Videor vidisse hic forma persimilem tui,
Eadem statura. SA. *quippe qui frater siet.*
1 DO. *Sed scire velimus quod tibi nomen siet.*
TO. *Quid attinet 2 nomen scire?* SA. *ausculta ergo vt scias:*
Vaniloquidorus, Virginisuendonides,
Nugipolyloquides, argentiextenebronides,
Tedigniloquides, nummerum expalponides.
Quod semel arripides, nunquam postea eripides.
DO. *Hæü hercle nomen multis modis scriptum'st tuum.*
SA. *Ita sunt Persarum mores, longa nomina*
Contortiplicata habemus. nunquid cæterum
Voltis? 3 DO. *vale.* SA. *& vos. nã animus in naui'st meus.*
DO. *Cras ires potius, hodie hic cœnares. Vale.*

TOXILVS, DORDALVS, SATVRIO *parasitus*, VIRGO.

Postquam illic abiit, dicere hic quiduis licet,
Næ hic tibi dies illuxit lucrificabilis:
Nam non emisti hanc, verùm fecisti lucri.
DO. *Ille quidem iam scit quid negocij gesserit,*
Qui mihi furtiuam meo periculo vendidit,
Argentum accepit, abiit. quid ego nunc scio,
An iam asseratur hæc manu? quò illum sequar?
In Persas? nugas. TO *credidi gratum fore*
Beneficium meum apud te. DO. *immò equidem gratiam*
Tibi Toxile habeo. nam sensi te sedulò
Mihi dare bonam operam. TO. *tibin' ego? immò* 4 *serui.*
DO. *At at oblitus sum intus dudum edicere*
Quæ volui edicta, asserua hanc. TO. *salua'st hæc quidem.*
VIR. *Pater nunc cessat.* TO. *quid si admoneam.*
VI. *tempus est.*
TO. *Heus Saturio exi, nunc est illa occasio*
Inimicum vlciscier. SA. *ecce me, nunquid moror?*
TO. *Age illuc abscede procul è cõspectu.* SA. *tace.*
TO. *Vbi cum lenone me videbis colloqui,*
Tum turbam' facito. SA. *dictum sapienti sat est.*

DORDALVS *leno*, TOXILVS *seruus.*

Transcidi loris omnis aduenientes domi,
Ita mihi suppellex squalet, atq; ædes meæ.
TO *Redis tu tandem.* D. *redeo.* T. *næ ego hodie tibi*
5 *Bonam vitam feci.* D. *fateor,* 6 *habeóque gratiã.*
T *Num quippia aliud me vis?* D. *vt bene sit tibi.*
T *Pol istuc quidem omne iã ego vsurpabo domi,*
Nam iam inclinabo me cum liberta tua.

SATVRIO, *parasitus*, DORDALVS, VIRGO.

Nisi ego illunc hominem perdo. D. *Perij.* S. *at quæ optimè,*

1 *Versus hic qui antea desiderabatur à Lamb. est restitutus ex v.c.* 2 *L.* nos 3 *L.* TO.
4 *L.* seriò. 5 *L.* Bona multa f.
6 L. habeo gr.

a L. pergere volo.

Eccum ipſum ante ædes. VIR. *ſalue multum mi pater.*
S. *Salue mea gnata* D. *Perſa me peſſundedit.*
VIR. *Pater hic meus eſt.* D. *hem quid pater? perij oppidò.*
Quid ego igitur ceſſo infelix lamentarier
Minas ſexaginta? S. *ego pol te faciam ſcelus,*
Te quoque etiam ipſum vt lamenteris. D. *óccidi.*
S. *Age ambula in ius leno.* D. *quid me in ius vocas?*
S. [1] *Illic apud prætorem dicam, ted ego in ius voco.*
D. *Nónne anteſtaris?* S. *Tuan' ego cauſſa carnufex*
Cuiquam mortali libro auris atteram,
Qui hic commercaris ciues homines liberos?
D. *Sine dicam.* S. *nolo.* D. *audi.* S. *ſurdus ſum, ambula,*
Sequere [2] *hac ſceleſta feles virginaria.*
Sequere hac mea nata me vſque ad prætorem.
VIR. *ſequor.*

ACTVS V.
TOXILVS, SAGARISTIO *ſerui,* LEMNISELENE.

HOſtibus victis, ciuibus ſaluis, re placida, pacibus perfectis,
Bello extincto, re bene geſta, integro exercitu, & præſidiis,
Cum bene nos Iuppiter iuuiſti', Dique alij omnes cœlipotentes.
Ea vobis grates habeo, atque ago, quia probè ſum vltus [3] *inimicum meum.*
Nunc ob eam rem inter participes diuidam prædam, & participabo.
Ite foras hic volo ante oſtium & ianuam meos participes [4] *accipere bene.*
Statuite hic lectulos, ponite hic quæ aſſolent. hic ſtatui volo, primum [5] *aquilam mihi*
Vnde ego omnes hilaros, ludentis, lætificantis faciam, vt [6] *fiant,*
Quorum opera hæc mihi facilia factu facta ſunt, quæ volui effieri.
Nam improbus eſt homo, qui beneficium ſcit ſumere, & reddere neſcit.
LEM. *Toxile mi, cur ego ſine te ſum?* [7] T. *cur autem tu ſine me es?* [8] LEM. *age dum ergo,*
[9] *Accedin' ad me, atque* [10] *amplecteris?* [11] T. *ego verò? oh, nihil magis dulce'ſt.*
Sed amabo oculus meus, quin lectis nos actutum commendamus.
LEM. *Omnia quæ tu vis, ea cupio.* T. *mutua fiùt à me, age, age, age, ergo*
Tu Sagariſtio accũbe in ſummo. S. *ego nihil moror, cedò* [12] *partam quam pepigi.*

1 *L.* Illi ap. 2 *Lamb. malit ita legi* hac ſceleſte, feles virg. 3 L. meum inimicum. 4 *L.* bene accipere. 5 *dele hæc verba* aquilam mihi.
6 L. fiant. aliqua mihi. 7 *dele* Toxili *nomen.*
8 *L.* TO. 9 *L.* accede. 10 L. amplectere ſis
11 *L.* LEM. 12 L. partem.

T. Temperi. SA. mihi iſtuc temperi ſero'ſt. T. hoc age, accumbe, hunc diem ſuauem
Meum natalem agitemus amœnum: date aquã manibus, apponite menſam.
Do hanc tibi florentem florenti. tu hic eris dictatrix nobis. age puere
A ſummo ſeptenis cyathis committe hos ludos. moue manus, propera.
Pægnium tardè cyathos mihi das. cedò ſanè, bene mihi, bene vobis, bene amicæ meæ,
Optatus hic mihi dies datus hodie'ſt à diis, quia te licet liberam me amplecti.
LEM. *Tua factum opera bene omnibus nobis, hoc mea manus tuæ poculum donat,*
Vt amantem amanti decet. TO. *cedò.* LEM. *accipe.* TO. *bene ei qui inuidet mihi,*
Et ei [1] *qui hoc gaudio gaudet.*

DORDALVS, TOXILVS, SAGARISTIO, LEMNISELENE, PÆGNIVM *puer.*

QVi ſunt, qui erunt, quique fuerunt, quique futuri ſunt poſthac
Solus ego omnibus antideo, facilè miſerrimus hominum vt viuam.
Perij, interij, peſſimus hic mihi dies hodie illuxit, corruptor
Ita me Toxilus perfabricauit, itáque me rem diuexauit.
Vehiculum argenti miſer eieci, amiſi, neque quãobrem eieci, habeo.
Qui illum Perſam, atque omnes Perſas, atque etiam omnes perſonas,
Malè Di omnes perdant, ita miſer. Toxilus hæc mihi conciuit.
Quia ei fidem non habui argẽti, eo mihi eas machinas molitu'ſt.
Quem pol ego vt non in cruciatum atque in cõpedis cogam, ſi viuam,
Siquidem huc vnquam herus redierit eius, quod ſpero: ſed quid ego aſpicio?
Hoc vide, quæ hæc [2] *fabula eſt? pol hic quidem potant, aggrediar, ô bone vir*
Salueto, & tu bona liberta. TO. *Dordalus hic quidem eſt.* SA. *quin iube adire.*
TO. *Adi, ſi lubet, agite applaudamus. Dordale homo lepidiſſime ſalue.*
Locus hic tuus eſt, [3] *huc accumbe. ferte aquam pedibus, præben' tu puere?*
DO. *Ne ſis me vno digito attigeris, ne te ad terram* [4] *affligam ſcelus.*
PV. *At tibi ego hoc continuò cyatho oculum excutiam tuum.*
DO. *Quid ais crux, ſtimulorum tritor, quomodo me hodie verſauiſti?*
Vt me in tricas conieciſti? quomodo de Perſa manus mihi adita'ſt?

1 L qui hoc * gaudet.
2 L. familia eſt? 3 L. hîc.
4 L. ſcelus, affligam.

TO. *Iur-*

TO. *Iurgium hinc auferas, si sapias.* DO. *at bona liberta hæc sciuisti,*
Et me celauisti. LEM. *stulticia'st, cui bene esse licet, eum prævorti*
Litibus. posterius istæc te magis peragere'st. DO. *vritur cor mihi.*
TO. *Da illi cantharum, extingue ignem, si cor vritur, caput ne ardescat.*
DO. *Ludos me facitis, intelligo.* TO. *Vin' cinædum nouum tibi dari Pægnium?*
DO. *Quin elude, vt soles, quãdo liber locu'st hic.*
TO. *Hui babæ basilicè te intulisti & facetè.*
PV. *Decet me facetum esse, & hunc irridere*
Lenonem lubido'st, quando dignu'st.
TO. *Perge vt cœperas.* PV. *hoc leno tibi.*
DO. *Perij, perculit me propè.* PV. *hem serua rursum.*
DO. *Delude vt lubet, herus dum hinc abest.*
PV. *Viden' vt tuis dictis pareo!*
Sed quin tu meis contrà item dictis seruis.
Atq; hoc quod tibi suadeo facis? DO. *quid est id?*
PV. *Restim tibi cape crassam, ac suspende te.*
DO. *Cauc sis me attigas, ne tibi hoc scipione*
Malum magnum dem. PV. *vtere, te condono.*
T. *Iamiam Pægnium da pausam.*
D. *Ego pol vos eradicabo.* PV. *at te ille qui supra nos habitat,*
Qui tibi malè volt, maléque faciet. non hi dicunt, verùm ego.
T. *Age circumfer mulsum bibere. da vsque plenis cantharis.*
Iamdiu factum est postquam bibimus, nimis diu sicci sumus.
D. *Di faciant vt id bibatis, quod vos nunquam transeat.*
P. *Nequeo' leno quin tibi saltem staticulum, olim quem Hegea*
Faciebat: vide verò si tibi satis placet. S. *me quoque volo*
Reddere, Diodorus quem olim faciebat in Ionia.
DO. *Malum ego vobis dabo, nisi abitis.* SA. *etiã mutus impudens?*
Iam ego tibi, si me irritassis, Persam adducam denuò.
D. *Iam taceo hercle, atq; tu Persa es, qui me vsq; admutilauisti ad cutem.*
T. *Tace stulte, hic eius geminus est frater.* D. *hiccine'st?* T. *ac geminissimus.*
D. *Di Deæq; & te, & geminum fratrem excrucient.* SA. *qui te perdidit:*
Nam ego nihil merui. D. *at enim quod ille meruit, tibi id obsit volo.*
T. *Agite sultis hunc ludificemus, nisi non dignu'st.* SA. *non opu'st.*
LEM. *At me haud par est.* T. *eo credo, quia non inconciliauit cum te emo.*
LEM. *Attamen.* T. *non tamen. caue ergo sis malo, & sequere me.*
Te mihi dicto audientem esse addecet. nam hercle absque me
Foret & meo præsidio, hic faceret te prostibulum propediem.
Sed ita pars libertinorum est, nisi patrono qui aduersatus est,
Nec satis liber sibi videtur, nec satis frugi, ne 2 *honestus satis.*
Ni id efficit, ni ei maledixit, ni grato ingratus repertus est.
LE. *Pol benefacta tua me hortantur, tuo vt imperio paream.*
TO. *Ego sum tibi patronus planè, qui huic argẽtum pro te dedi.*
3 *Pro hisce, hunc volo ludificari.* LE. *meo ego in loco sedulò curabo.*
DOR. *Certò illi homines mihi nescio quid mali* 4 *conciunt quid faciant.* SA. 5 *heu vos.*
TO. *Quid ais?* SA. *hiccine Dordalus est leno, qui hic liberas virgines* 6 *mercatur?*
Hiccine est, qui fuit quondã fortis? DO. *quæ hæc res est? hei* 7 *colaphum icit.*
Malum vobis dabo. TO. *at tibi nos dedimus, dabimúsque etiam.* DO. *hei nates peruellit.*
PV. *Licet, diu sæpe sunt expunctæ.* DO. *loquere tu etiam frustum pueri?*
LE. *Patrone, i intro amabò ad cœnam.* DO. *mea ignauia, tu nunc me irrides?*
LE. *Quiáne te voco, bene vt tibi sit?* DO. *nolo mihi bene esse.* LE. *ne sit.*
TO. *Quid igitur, sexcenti nummi, quid agunt? quas turbas danunt?*
DO. *Malè disperij, sciunt referre probè inimico gratiam.*
TO. *Satis sumpsimus supplicij iam.* DO. *fateor, manus vobis do.* TO. *& post dabis*
Sub furcis, abi intrò. SA. *in crucem.* DO. *anne hic parum exercitum*
Hisce me habent? TO. *conuenisse te Toxilum memineris.*
Spectatores bene valete. leno perijt. Plaudite.

1 L. Attamen non tamen. TO. caue. 2 L. satis honestus. 3 L. Graphicè hunc. 4 L. consulũt, quod f. 5 L. heus v. 6 *Subintelligendum non adscribendum* mercatur. 7 *L. videtur legendum* colaphum ducit, *vel* colapho icit.

FINIS.

RVDENS.

DRAMATIS PERSONAE.

ARCTVRVS *Prologus.*
SCEPARNIO *seruos.*
PLEVSIDIPPVS *adolescens.*
DÆMONES *senex.*
PALÆSTRA *mulier.*
AMPELISCA *mulier.*
SACERDOS *anus.*
PISCATORES.
TRACHALIO *seruos.*
LABRAX *leno.*
CHARMIDES *parasitus.*
LORARII.
GRIPVS *piscator.*

ARGVMENTVM.

RETI *piscator* [1] *de mari extraxit vidulum,*
Vbi erant herilis filiæ crepundia,
Dominum ad lenonem quæ surrepta' venerat:
Ea in clientelam suipte imprudens patris
Naufragio iecta deuenit: cognoscitur,
Suóque amico Pleusidippo iungitur.

PROLOGVS.
ARCTVRVS.

QVi gentes omnes, mariáque & terras mouet,
Eius sum ciuis ciuitate cœlitum.
Ita sum vt videtis, splendens stella, candida,
Signum quod semper tempore exoritur suo,
Hic atque in cœlo nomen Arcturo est mihi,
Noctu sum in cœlo clarus, atque [2] interdiu,
Inter mortales [3] ambulo interdius [4] & inter deos.
Et alia signa de cœlo ad terram occidunt.
Qui est imperator diuûm atq; hominũ Iuppiter,
Is nos per gentis alium in alia disparat,
Hominum qui facta, mores, pietatem & fidem
Noscamus, vt quenque adiuuet opulentia,
Qui falsas litis falsis testimoniis
Petunt, quiq; in iure abiurant pecuniam,
Eorum referimus nomina, [5] excripta ad Iouem:
Cotidie ille scit, quis hic quærat malum.
Qui hic litem apisci' postulant periurio,
Mali res falsas qui impetrant apud iudicem,
Iterum ille eam rem iudicatam iudicat,
Maiore multa multat quàm litem auferunt,
Bonos in aliis tabulis [6] exscriptos habet:
Atque hoc scelesti illi in animum inducunt suum,
Iouem se placare posse [7] omnibus hostiis,
Et operam & sumptum perdunt: ideo sit, quia
Nihil ei acceptum est à periuris supplicij.
Facilius si qui pius est à dis supplicans,
Quàm qui scelestus est, inueniet veniam sibi:
Iccirco moneo vos ego hæc, qui estis boni,
Quiq; ætatem agitis cum pietate, & cum fide,
Retinete porrò, post factum vt lætemini.
Nunc, huc qua causa veni, argumentum eloquar.
Primùm dum huic esse nomen vrbi Diphilus
Cyrenas voluit, illic habitat Dæmones
In agro atque villa proxima propter mare,
Senex, qui huc Athenis [1] exul venit, haud malus.
Neque is adeò propter maliciam patria caret:
Sed dum alios seruat, se impediuit interim,
Rem bene paratam comitate perdidit:
Huic filiola virgo perijt paruula,
Eam de prædone vir mercatur pessumus.
Is eam huc Cyrenas leno aduexit virginem.
Adolescens quidam ciuis huius Atticus
Eam vidit ire è ludo [2] fidicinio domum,
Amare occepit, ad lenonem deuenit,
Minis triginta sibi puellam destinat,
Dátque arabonem, & iureiurando alligat.
Is leno, vt se æquum est flocci non fecit fidem,
Neque quod iuratus adolescenti dixerat:
Ei erat hospes par illius Siculus, senex
Scelestus, Agrigentinus, vrbis proditor,
Is illius laudare infit formam virginis,
Et aliarum itidem quæ eius erant mulierculæ,
Infit lenoni suadere, vt secum simul
Eat in Siciliam: ibi esse homines voluptarios
Dicit, potesse ibi fieri eum diuitem,
Ibi esse quæstum maximum meretricibus
Persuadet. nauis clanculum conducitur:
Quicquid erat noctu in nauem comportat domo
Leno adulescenti qui puellam ab eo emerat,
Ait sese Veneri velle votum soluere.
[3] Hic id est fanum Veneris, & eò ad prandium
Vocauit adolescentem huc: ipse hinc illico
Nauem conscendit, auehit meretriculas.
Adolescenti alij narrant, vt res gesta sit,
Lenonem abiuisse ad portum adolescens venit,
Illorum nauis longè in altum absceserat.
Ego quoniam video virginem 'asportarier,
Tetuli ei' auxilium & lenoni exitium simul.
Increpui hybernum & fluctus moui maritimos.
Nanq; Arcturus signum sum omniũ acerrimum,

1 L. extraxit de mare vid. 2 L. inter deos. 3 L. ambulóque. 4 *L. dele hæc verba* & inter deos. 5 L. escripta. 6 L. escriptos. 7 L. donis. hostiis.

1 L. exsul. 2 L. fidicino. 3 L. Id hîc est.

Vehe-

Vehemens ſum exoriens: cùm occido, vehementior.
Nunc ambo illi in ſaxo, leno atque hoſpes, ſimul
Sedent eiecti, nauis confracta eſt ibus.
Illa autem virgo, atque altera itidem ancillula,
De naui timidæ deſilierunt in ſcapham.
Nunc eas ab ſaxo fluctus ad terram ferunt,
Ad villam illius 1 exul vbi habitat ſenex,
Cuius deturbauit ventus tectum & tegulas,
Et ſeruus illic eſt eius qui egreditur foras.
Adoleſcens huc iam adueniet quem videbitis,
Qui illam mercatu'ſt de lenone virginem.
Valete, vt hoſtes veſtri diffidant ſibi.

ACTVS I.
SCEPARNIO *ſeruus.*

Proh di immortales tempeſtatem cuiuſmodi
Neptunus nobis nocte hac miſit proximâ!
Detexit ventus villam, quid verbis opu'ſt?
Non ventus 2 fuit, verum Alcumena Euripidi,
Ita omnes 3 de tecto deturbauit tegulas,
Illuſtrioris fecit, feneſtraſque indidit.

PLEVSIDIPPVS *adoleſcens*, DÆMONES, SCEPARNIO *ſeruus.*

PL. *ET vos à veſtris abduxi negotiis,*
Neque id proceſſit, qua vos duxi gratia,
Neque quiui lenonem ad portum prehendere.
Sed mea deſidia ſpem deſerere nolui,
Eo vos amici detinui diutius,
Nunc huc ad Veneris fanum venio viſere,
Vbi rem diuinam ſe facturum dixerat.
SC. *Si ſapiam, hoc quod me mactat, concinnem lutum.*
4 Prope me hic neſcio quis loquitur. DÆ. *heus Sceparnio.*
SC. *Qui nominat me?* DÆ. *qui pro te argentum dedit.*
SC. *Quaſi me tuum eſſe ſeruum dicas Dæmones?*
DÆ. *Luto vſus multo multam terram confode,*
Villam integundam intelligo totam mihi:
Nã nũc perlucet ea quàm cribrũ crebrius. (*es.*
PL. *Pater ſalueto, ambóque adeò.* DÆ *ſaluus ſi-*
SC. *Sed vtrum tu 5 vir an fœmina es, qui illum patrem*
Voces? P L. *vir ſum equidem.* D Æ. *quære vir porrò patrem,*
Filiolam ego vnam habui, eam vnam perdidi.
Virile ſexus nunquam vllum habui. P L. *at di dabunt.*
SC. *Tibi quidem hercle quiſquis es magnum malum,*
Qui oratione hic nos occupatos occupes.
PL. *Iſticcine vos habitatis?* SC. *quid tu id quæritas?*
An quo furatum venias mox, veſtigas loca?
PL. *Peculioſum eum eſſe decet ſeruum & 6 improbum*

1 L. exſul. 2 L. fuit. 3 *Expunge* de.
4 L. PL. Prope. 5 L. mas, an. 6 L. Probum.

Quem hero præſente prætereat oratio,
Aut qui inclementer dicat homini libero.
SC. *Et impudicum & impudentem hominem addecet,*
Moleſtum vltrò aduenire ad alienam domum,
Cui debeatur nihil. DÆ. *tace Sceparnio.*
Quid opus eſt adoleſcens? P L. *iſti infortunium,*
Qui præfeſtinet vbi herus aſſit præloqui.
Sed, niſi moleſtum'ſt, paucis percontarier
Volo ego ex te. DÆ. *dabitur opera atque in negocio.*
SC. *Quin tu in paludem is, 1 exigíſq; arundines',*
Qui pertegamus villam, dum ſudum'ſt? D Æ. *tace.*
Tu ſi quid opus eſt dice. PL. *dic quod te rogo.*
Ecquem tu hic hominem criſpum, incanum videris,
Malum, periurum, palpatorem? DÆ. *plurimos.*
Nam ego propter eiuſmodi viros viuo miſer.
PL. *2 Hic dico in fanum Veneris qui mulierculas*
Duas ſecum adduxit, quique 3 adornarit ſibi
Vt rem diuinam faciat aut hodie, aut heri.
DÆ. *Non hercle adoleſcens iam hos dies compluſculos*
Quenquam iſtic vidi ſacrificare: neque poteſt
Clam me eſſe, ſi qui ſacrificant: ſemper petunt
Aquam hinc aut ignem, aut vaſcula, aut cultrum, aut veru,
Aut aulam extarem, aut aliquid: quid verbis opu'ſt?
Veneri paraui vaſa, & puteum, non mihi.
Nunc interuallum iam hos dies multos fuit.
PL. *Vt verba perhibes, me periiſſe prædicas,*
DÆ. *Mea quidem hercle cauſa ſaluus ſis licet.*
SC. *Heus tu qui fana ventris cauſa circuis,*
Iubere melius eſt prandium ornari domi:
Fortaſſe tu huc vocatus es ad prandium.
Ille qui vocauit, nullus venit. PL. *admodum.*
SC. *Nullum'ſt periculum te hinc ire impranſum domum.*
Cererem te melius quàm Venerem ſectarier,
4 Amorem hæc curat, 5 triticum curat Ceres.
PL. *Deludificauit me ille homo indignis modis.*
D Æ. *Proh dij immortales, quid illud eſt Sceparnio*
Hominum ſecundum litus? SC. *vt mea eſt opinio,*
Propter viam illi ſunt vocati ad prandium.
DÆ. *Qui?* SC. *quia poſt cœnam credo lauerunt heri.*
Confracta nauis in mari eſt illis. DÆ. *ita eſt.*
SC. *At hercle nobis villa in terra & tegulæ.* DÆ. *hui,*
Homunculi quanti eſtis eiecti? vt natant?
P L. *Vbi ſunt ij homines obſecro?* DÆ. *hæc ad dexteram,*
Viden' ſecundum littus? PL. *video, ſequimini.*
Vtinam ſit is, quem ego quæro, vir ſacerrimus,
Valete. SC. *ſi non moneas, noſmet meminimus.*

1 L. exſiciſque. 2 *Lamb. malit* l. gi Huc.
3 L. adornauit. 4 L. Amore. 5 L. tritico.

Sed ô Palæmon ſancte Neptuni comes,
Quique hercule illi ſocius eſſe diceris,
Quod facinus video? DÆ. quid vides? SC. mulierculas
Video ſedentes in ſcapha ſolas duas,
Vt afflictantur miſeræ! euge euge perbene.
Ab ſaxo auortit fluctus ad litus ſcaphã:
Neque gubernator vſquam illic eſſe potuit?
Non vidiſſe vndas me maioris cenſeo.
Salua ſunt, ſi illos fluctus deuitauerint·
Nunc nunc periculum'ſt, eiecit alteram:
At in vado'ſt, tam facilè enabit, eugepæ.
Viden' alteram illam vt fluctus eiecit foras?
Surrexit, horſum ſe capeſſit, ſalua res.
1 Deſiliuit hæc autẽ altera in terram è ſcapha,
Vt præ timore in genua in vndas concidit?
Salua'ſt, euaſit ex aqua, iam in littore eſt.
Sed dextrouorſum auerſa it in malam crucem.
Hem errabit illæc hodie. DÆ. quid id refert tua?
SC. Si ad ſaxum quod capeſſit, ea deorſum 2 cadit,
Errationis fecerit compendium.
D Æ. Si tu de illarum cœnaturus veſperi es,
Illis curandum cenſeo Sceparnio:
Si apud me eſurus es, mihi dari operam volo.
SC. Bonum æquúmque oras. DÆ. ſequere me hac ergo. SC. ſequor.

PALÆSTRA *mulier.*

NImio hominum fortunæ minus miſeræ memorantur,
Quàm reapſe experiundo iis datur acerbum:
Hoc Deo complacitum eſt, me hoc ornatam
In incertas regiones timidam, eiectam,
Hanccine ego ad rem natam miſeram me memorabo:
Hanccine ego partem capio ob pietatem præcipuam?
Nam hoc 3 mihi haud labori eſt laborem hunc potiri,
Si erga parentem aut deos me impiaui:
Sed id ſi paratè curaui vt cauerem,
Tum hoc mihi indecorè, iniquè, immodeſtè
Datis di. nam qui habebunt ſibi igitur 4 impij
Poſthac, ſi ad hunc modum eſt innoxiis honor
Apud vos? nam me ſi ſciam feciſſe
5 Aut parentis ſceleſtè, minus mei miſerer.
Sed herile ſcelus me ſolicitat, eius me impietas malè
Habet. is nauem atque omnia perdidit in mari,
6 Hæc bonorum eius ſunt reliquiæ: etiam quæ ſimul
Vecta mecum in ſcapha'ſt, excidit, ego nunc ſola ſolum,
Quæ ſi mihi foret ſalua, ſaltem labor
Leuior eſſet hic mihi eius operæ:
Nunc quam ſpem, aut opem, aut conſilij quid capeſſam?
Ita hic ſolis locis compedita' ſum,
Hic ſaxa ſunt, hic mare ſonat: nec quiſquam
Homo mihi obuiam venit,
Hoc quod induta ſum, ſummæ opes oppido,
Nec cibo, nec loco tecta quo ſim ſcio.
Quæ mihi eſt ſpes, qua me nunc viuere velim?
Nec loci gnara ſum, nec diu hic fui.
Saltem aliquem velim, qui mihi ex his locis,
Aut viam, aut ſemitam monſtret: ita nunc hac
An illac eam, incerta conſilij ſum,
Nec propè vſquam hic quidem cultum agrum conſpicor.
Algor, error, pauor membra omnia tenent:
Hæc parentes haud mei ſcitis miſeri,
Me nunc miſeram ita eſſe vt ſum. libera ego
Prognata fui maximè, nec quicquam fui,
Nunc qui minus ſeruio, quàm ſi forem ſerua nata,
Neque quicquam vnquam iis profui qui me ſibi eduxerunt.

AMPELISCA, PALÆSTRA, *mulieres duæ.*

QVid mihi melius eſt? quid magis in rem eſt, quàm corpore vitam ſecludam,
Ita malè viuo, atque ita mihi multæ in pectore ſunt curæ exanimales.
Nunc dein vitæ haud parco, perdidi ſpem, qua me oblectabam.
Omnia iam circuncurſaui, atque omnibus in latebris perreptaui
Quærere conſeruam voce, oculis, auribus, vt perueſtigarem.
Neque eam vſquam inuenio, neque quò eam, neque quà quæram conſultum'ſt,
Neque quẽ rogitem 1 quenquam interea inuenio.
Neque magis ſolæ terræ ſolæ ſunt, quam hæc loca atque hæ regiones.
Neque ſi viuit, eam viuam vnquam quin inueniam, deſiſtam.
PA. Quænam vox mihi propè hic ſonat? AM. pertimui,
Quis hic loquitur propè? P. ſpes bona obſecro ſubuenta (res
Mihi. AM. mulier eſt, muliebris vox mihi ad auVenit. PA. an eximes ex hoc miſeram metu?
AM. Certè vox muliebris auris tetigit meas.
PA. Num Ampeliſca obſecro'ſt? A. ten' Palæſtra audio?
PA. Quin voco, vt me audiat nomine illam ſuo?
Ampeliſca. AM. hem quis eſt? PA. ego Palæſtra ſum.
AM. Dic vbi es? PA. pol ego nũcin malis plurimis.
AM. Socia ſum, nec minor pars mea'ſt, quã tua.
Sed videre expeto te. PA. mihi es æmula.

1 L. Deſiliuit. 2 L. cadet. 3 L. mi.
4 L. impij poſthac, Si ad h. m. e. i. honor apud vos? 5 L. nam me ſi ſc. f. a. p. ſc. m. me miſer er.
6 L. Hæ.

2 L. reſponſorem quemque.

AM. Can-

AM. *Consequamur gradu vocem, vbi est* PA. *ecce me,*
Accede ad me. atque adi contrà. AM. *fit sedulò.*
PA. *Cedo manum.* AM. *accipe.* PA. *dic viuísne obsecro.*
AM. *Tu facis me quidem vt viuere nunc velim,*
Quando mihi te licet tangere, vt vix mihi
Credo ego hoc, te tenere, obsecro amplectere,
Spes mea, vt me omnium iam laborum leuas.
PA. *Occupas præloqui, quæ mea est oratio.*
Nunc abire hinc decet nos. AM. *quò amabo ibimus?*
PA. *Lit⁹ hoc persequamur.* AM. *sequor quò lubet.*
PA. *Siccine hic cum vuida' veste grassabimur?*
AM. *Hoc quod est, id necessarium est perpeti.*
Sed quid hoc obsecro est? PA. *quid?* AM. *viden' amabo*
Fanũ, vidésne hoc? PA. *vbi est?* AM. *ad dexterã.*
PA. *Video decorum dis locum viderier.*
AM. *Haud longè abesse oportet homines hinc, ita hic*
Lepidu'st locus. nunc quisquis est deus veneror,
Vt nos ex hac ærumna eximat miseras,
Inopis, ærumnosas, aliquo auxilio vt adiuuet.

SACERDOS, ET EÆDEM MVLIERES.

Qui sunt qui à patrona 1 *preces mea expetiſsunt?*
Nam vox precantum me huc foras excitauit.
Bonam atque obsequentem deam, atque haud grauatam
Patronam exequuntur, benignámque multum.
PA. *Iubemus te saluere mater.* SA. *saluete*
Puellæ, sed vnde vos ire cum vuida'
Veste dicam obsecro, tam mœstiter vestitas?
PA. *Illico hinc imus, haud longulè ex hoc loco:*
Verùm longè hinc abest, vnde huc vectæ sumus.
SA. *Nempe equo ligneo per vias cæruleas*
Estis vectæ. PA. *admodum.* SA. *ergo æquius vos erat*
Candidatas venire, hostiatásque ad hoc
Fanum ad istunc modum non veniri solet.
PA. *Quæ nũc ejectæ è mari sumus ambæ, obsecro*
Vnde nos hostias agere voluisti huc?
Nunc tibi amplectimur genua, egentes opum,
Quæ in locis nesciis, nescia spe sumus,
Vt 2 *tua recipias tecta, seruésque nos,*
Miserarúmque te ambarum vti miserear,
Quibus nec locus vllus, nec spes parata est,
Neque hoc amplius quàm quod vides nobis quicquam'st.
SA. *Manus mihi date, exurgite à genibus ambæ.*
Misericordior nulla me est fœminarum.
Sed hæ pauperes res sunt, 3 *inopésque puellæ:*
Egomet vix vitam colo, Veneri cibo meo
Seruio. AM. *Veneris fanum obsecro hoc est?* SA.

1 L. paces.
2 L. tuo recip. tecto, 3 *Distinguendum post* inopésque *& ad res referendum, vt* puellę *sit* e. *vocandi.*

fateor ego,
Huius phani sacerdos clueo, verùm quicquid est,
Comiter fiet à me, quo non copia
Valebit. ite hac mecum. PA. *amicè benignéque*
Honorem mater nostrum habes. SA. *oportet.*

ACTVS II. PISCATORES.

Omnibus modis qui pauperes sunt homines miseri viuunt,
Præsertim quibus nec quæstus est, nec 1 *artem didicere vllam,*
Necessitate quicquid est domi, id sat est habẽdum.
Nos iam de ornatu propemodum vt locupletes simus, scitis.
Hisce hami, atque harundines sunt nobis quæstu & cultu.
2 *Ex vrbe ad mare huc prodimus pabulatum*
Pro exercitu gymnastico & palæstrico, hoc habemus,
Echinos, 3 *lopadas, ostreas, balanos captamus, conchas,*
Marinam vrticã, musculos, 4 *plaguſias, striatas:*
Post id piscatum hamatilem & saxatilem aggredimur,
Cibum captamus è mari: sin euentus non venit,
Neque quicquam captum est piscium, salsi lautique purè
Domum redimus clanculũ, dormimus incœnati.
Atque vt nunc validè fluctuat mare, nulla nobis spes est:
Nisi quid concharum capsimus, incœnati sumus profectò.
Nunc Venerem hanc veneremur bonam, vt nos lepidè adiuuerit hodie.

TRACHALIO *seruus*, ET EIDEM PISCATORES.

Animo' aduersaui sedulò, ne herum vsquam præterirem.
Nam cùm modò exibat foras, ad portum se aiebat ire.
Me huc obuiam iussit sibi venire ad Veneris fanum.
Sed quos perconter commodè eccos video astare, adibo.
Saluete 5 *mures maritimi, conchitæ atque hamiotæ,*
Famelica hominum natio, quid agitis? vt peritis?
PI. *Vt piscatorem æquum est, fame, siti, spéque.*
TR. *ecquem adolescentem huc,*
Dum hic astatis, strenua facie, rubicundum, fortem, qui tres
Duceret 6 *chlamydatos cum macheriis, vidistis venire?*
PI. *Nullum istac facie, vt prædicas, venisse huc*

1 L. didicere artem. 2 *L.* Cotidie ex vrb.
3 L. lepadas, 4 *Lamb. multi legi* placuſſas, aut pelaguſſas.
5 L. fures. 6 *v. c. Lamb.* semi homines clamidatos.

ſcimus. TR. *ecquem*
Recalunum ac Silenum ſenem, ſtatutum, ventrioſum',
Tortis ſuperciliis, contracta fronte, fraudulentũ,
Deorum odium atque hominum, malum, mali vitij probrique plenum,
Qui ducerct mulierculas duas ſecum ſatis venuſtas?
PI. *Cum iſtiuſmodi virtutibus operiſque natus qui ſit,*
Eum quidem ad carnificem eſt æquius, quàm ad Venerem commeare.
TR. *At ſi vidiſtis, dicite.* PI. *huc profectò nullus venit,*
Vale. TR. *valete. credidi, factum eſt quod ſuſpicabar,*
Data verba hero ſunt. leno abijt ſceleſtus exulatum.
In nauem aſcendit, mulieres auexit, ariol[o] ſum.
Is huc herum etiam ad prandium vocauit ſceleris ſemen.
Nunquid mihi meliu'ſt, quàm illico hic operiar herum dum veniat?
Eadem, 2 hanc ſacerdotem Veneriam, ſi quid amplius ſcit,
Si videro, exquiſiuero, faciet me certiorem.

AMPELISCA *mulier*, TRACHALIO *ſeruus.*

INtelligo, hanc quæ proxima eſt, villam Veneris fano me
Pulſare iuſſiſti, atque aquam rogare. TR. *cui ad auris*
Vox mihi aduolauit? AM. *obſecro, quis hic loquitur? quem ego video?*
TR. *Eſtne Ampeliſca hæc quæ foras è phano hoc egreditur?*
AM. *Eſtne hic Trachalio, quem conſpicor, calator Pleuſidippi?*
TR. *Ea eſt.* AM. *is es. Trachalio ſalue.* TR. *ſalue Ampeliſca.*
Quid agis tu hic? AM. *ætatem haud mala male.*
TR. *melius ominare.*
AM. *Verum omnes ſapientes decet conferre & fabulari.*
Sed Pleuſidippus tuus herus vbi amabo eſt? TR. *eia verò,*
Quaſi non ſit intus. AM. *Neque pol eſt, neque vllus quidem huc venit.*
TR. *Non venit?* AM. *vera prædicas.* TR. *non eſt meum Ampeliſca.*
Sed quàm mox coctum eſt prandium? AM. *quod prandium obſecro te?*
TR. *Nempe rem diuinam facitis hic.* AM. *quid ſomnias amabo?*
TR. *Certè Labrax huc Pleuſidippum ad prandium vocauit*
Herum meum, herus veſter. AM. *pol haud miranda facta dicis,*
Si deos decepit & homines, lenonum more fecit.
TR. *Non rem diuinam facitis hic vos, neque herus?* AM. *ariolare.*
TR. *Quid tu agis hic igitur?* AM. *ex malis multis, metúque ſummo,*
Capitalique ex periculo, orbas auxiliique opúmque huc
Recepit ad ſe Veneria hæc ſacerdos me & Palæſtram.
TR. *An hic Palæſtra'ſt obſecro te heri mei amica?* AM. *certò.*
TR. *Ineſt lepos in nuncio tuo magnus mea Ampeliſca.*
Sed iſtuc periculum perlubet quod fuerit volui ſcire.
AM. *Confracta mi Trachalio eſt hac nocte nauis nobis.*
TR. *Quid nauis? quæ iſtæc fabula eſt?* AM. *non audiuiſti amabo,*
Quo pacto leno clanculum nos hinc auferre voluit
In Siciliam, & quicquid domi fuit, in nauem 1 impoſuit,
Ea nunc perierũt omnia. T. *Neptune lepide ſalue,*
Nec te aleator vllus eſt ſapientior, profectò.
Nimis lepidè feciſti bolum, periurum perdidiſti.
Sed nunc vbi eſt leno Labrax? AM. *perit potando opinor.*
Neptunus magnis poculis hac nocte eum inuitauit,
Credo hercle, 2 annado datum quod biberet, T. *vt ego amo te*
Mea Ampeliſca, vt dulcis es, vt mulſa dicta dicis.
Sed tu & Palæſtra quo modo ſalua eſtis? AM. *ſcibis faxo.*
E naui timida amba in ſcapham inſiluimus, quia videmus
Ad ſaxa nauem ferrier, properans exolui reſtim
Dum illi timent, nos cum ſcapha tempeſtas dextrouorſum
Differt ab illis, itaq; nos ventiſque fluctibúſque
Iactatæ exemplis plurimis miſeræ perpetuã noctẽ:
Vix hodie ad littus pertulit nos ventus exanimatas.
TR. *Noui, Neptunus ita ſolet, quãuis faſtidioſus*
Ædilis eſt, ſi quæ improbæ ſunt merces iactat omnes.
AM. *Væ capiti atque ætati tuæ.* TR. *tuo mea Ampeliſca.*
Sciui lenonem facturum hoc quod fecit, ſæpe dixi.
Capillum promittam, optumum'ſt, occipiámque ariolari.
AM. *Cauiſtis ergo tu atque herus ne abiret cum ſcibatis?*
TR. *Quid faceret?* AM. *ſi amabat, rogas quid faceret? aſſeruaret',*
Dies noctéſque in cuſtodia eſſet ſemper. verùm ecaſtor

1 *L.* ſilenum. 2 *v. c.* hęc ſacerdos Veneria ſi.
1 L. impoſuit? 2 L. anaczo.

Vt

Vt multi,fecit,ita probè curauit Pleusidippus.
TR. *Cur tu istuc dicis?* AM. *res palàm est.* TR. *scin tu etiam, qui it lauatum*
In balneas,illi cum sedulò sua vestimenta seruat,
Tamen surripiuntur, quippe qui quem illorum obseruet falsus est.
Fur facilè quem obseruet videt:custos,qui fur sit, nescit.
Sed duce me ad illam,vbi est? AM.*i sane in Veneris fanum huc intrò,*
Sedentem flentémque opprimes. TR. *Vt iam istuc mihi molestum'st.*
Sed quid flet? A.*ego dicam tibi,hoc sese excruciat animi,*
Quia leno ademit cistulam ei,quam habebat,vbique habebat,
Qui suos parentis noscere posset,eam veretur,
Ne perierit. TR.*vbinam ea fuit cistella?* AM. *ibidem in naui.*
Concluſit ipse in vidulum,ne copia esset eius
Qui suos parentes nosceret. TR. *ô facinus impudicum,*
Quam liberam esse oportet,seruire postulare.
AM. *Nunc eam cum naui scilicet abiuisse pessum in altum,*
Et aurum & argentũ fuit lenonis omne ibidem,
Credo aliquem immersisse, atque eum excepisse, id misera mœsta'st
sibi eorum euenisse inopiam. TR.*iam istoc magis vsus facto'st*
Vt eam intrò, consolérque eam ne se sic excruciet animi.
Nam multa præter spem, scio multis bona euenisse.
AM. *At ego etiam qui sperauerint,spem decepisse multos.*
T.*Ergo animus æquus optimum est ærumnæ condimentum.*
Ego eò intrò, nisi quid vis. AM.*eas:ego quod mihi imperauit*
Sacerdos, id faciam,atque aquam hinc de proximo rogabo.
Nam extemplò si verbis suis peterem,daturos dixit:
Neque digniorem censeo vidisse anum me quenquam,
Cui deos atq; homines censeam benefacere magis decere,
Vt lepidè, vt liberaliter, vt honestè, atque haud grauatè
Timidas,egentes,vuidas,iectas, exanimatas
Accepit ad sese: haud secus, quàm si ex se simus natæ.
Vt eapse sis succincta aquam calefactat,vt lauemus,
Nunc ne morã illi sim,petam hinc aquam, vnde mihi imperauit.
Heus ecquis in villa'st?ecquis recludit?ecquis prodit?

SCEPARNIO *seruus*, AMPELISCA *mulier.*

QVis est qui nostris tam prot eruè foribus facit iniuriam?
AM.*Ego sum.* SCE.*Hem quid hoc boni est? heu ædepol* 1 *lepida mulier.*
AM.*Salue adolescens.* S.*& tu multum salueto adolescentula.*
AM. *Ad vos venio.* SCE.*Accipiam hospitio, si mox* 2 *venis*
Item vt affectam,nam nunc nihil est,qui te 3 *maneam.*
Sed quid ais mea lepida hilara? AM. *aha nimium familiariter*
Me attrectas. SCE.*Prò di immortales,Veneris effigia hæc quidem est.*
Vt in ocellis hilaritudo est, eia corpus cuiusmodi,
Subuolturium illud quidem, subaquilum volui dicere,
Vel papillæ cuiusmodi,tũ quæ indoles in sauio est?
AM. *Non ego sum pollucta* 4 *pago.potin' vt me abstineas manum?*
SC.*Non licet te sicce placidè bellam bellè tangere?*
AM. *Ocium vbi erit, tum tibi operam ludo & deliciæ dabo:*
Nunc quamobrem 5 *huc sum missa amabo vel tu mihi aias,vel neges.*
SCE. *Quid nunc vis?* AM.*sapienti ornatus quid velim, indicium facit.*
SC. *Meus quoque hic sapienti ornatus quid velim indicium facit.*
A. *Hæc sacerdos Veneris hinc me petere iussit à vobis aquam.*
SC. *At ego Basilicus sum, quem nisi oras, guttam non feres.*
Nostro illum puteum periculo & ferramentis fodimus.
Nisi multis blãditijs à me gutta non ferri potest.
AM.*Cur tu aquam grauare amabo,quam hostis hosti commodat?*
SC.*Cur tu operam grauare mihi,quam ciuis ciui commodat?*
AM.*Imò etiam tibi,mea voluptas,quæ voles faciam omnia.*
SC. *Euge saluus sum, hæc iam me suam voluptatem vocat:*
Dabitur tibi aqua 6 *nequicquam me ames, cedo mihi vrnam.* AM.*cape.*
Propera amabo efferre. S.*manta iam hic ero voluptas mea.*
AM. *Quid sacerdoti* 7 *meæ dicam, hic demoratam tam diu?*
Vt etiam nunc misera timeo, vbi oculis intueor mare.

1 *L.*specie lepidam.
2 *L.*venies vesperi,
3 *L.*mane mulierem.
4 *L.*pſ.censet legendum apage potin' 5 L.hic.
6 L.ne nequicquam. 7 L.me dicam.

Sed quid ego misera video procul in littore,
Meum herum lenonem, Sicilienſemque hoſpitem,
Quos periiſſe ambos miſera cenſebam in mari,
Iam illud mali plus nobis viuit, quàm ratæ.
Sed quid ego ceſſo fugere in fanum, ac dicere hæc
Palæſtræ in aram vti confugiamus prius,
Quàm huc ſceleſtus leno veniat, nóſque hic opprimat.
Confugiam 1 hinc: res ſuppetit ſubitò mihi.

SCEPARNIO *ſeruus.*

PRoh di immortales, in aqua nunquam credidi
Voluptatem ineſſe tantam, vt hãc traxi lubens,
Nimio minus altus puteus 2 viſus eſt, quàm prius,
Vt ſine labore hanc extraxi 3 præſiciſſimè ſatis.
Satis nequam ſum, vt pote qui hodie inceperim
Amare. hem tibi aquam, mea tu bella. hem ſic volo
Te ferre honeſtè, vt ego fero, vt placeas mihi:
Sed vbi tu & delicata? cape aquam hanc ſis', vbi es?
Amat hercle me vt ego opinor delituit mala,
Vbi tu es? etiámne hanc vrnam es acceptura? vbi es?
Commodulè melius, tandem verò ſeriò.
Etiam es acceptura vrnam hanc? vbi tu es gentium?
Nuſquam hercle equidem illam video, ludos me facit.
Apponam hercle vrnam iã ego hãc in media via.
Sed autem, quid ſi hanc hinc abſtulerit quiſpiam
Sacram vrnam Veneris? mihi exhibeat negotium.
Metuo hercle ne illa mulier mihi inſidias locet,
Vt comprehendar cum ſacra vrna Veneria.
Nempe optimo me iure in vinculis enicet
Magiſtratus, ſi 4 quis me hanc habere viderit.
Nam hæc literata' ſt 5 abſe cantat cuia ſit.
Iam hercle euocabo hinc hanc ſacerdotem foras,
Vt hanc accipiat vrnam, accedam huc ad fores.
Heus ſis Ptolemocratia cape hanc vrnam tibi.
Muliercula hanc neſcio quæ huc ad me detulit,
6 In proferunda abijt, reperi negotium,
Si quidem his vltro mihi aggerunda etiam eſt aqua.

LABRAX *leno*, CHARMIDES *Sicul'.*

QVi homo ſeſe miſerũ & mendicum volet,
Neptuno credat ſeſe, atque ætatem ſuam.
Nam ſi quis quid cum eo rei commiſcuit,
Ad hoc exemplum amittit ornatum, domum.
Ædepol libertas lepida es, quæ nunquam pedem
Voluiſti in nauem cum Hercule vnà imponere.
Sed vbi ille meus eſt hoſpes qui me perdidit?

1 L. huc. 2 L. viſu' ſt.
3 L. præſciſcinè, *omiſſa voce* ſatis.
4 *dele* quis. 5 *v. c. Lamb.* eapſe cantat.
6 *om. v. c. L.* Introferunda' ſt.

Atque eccum incedit. CH. quò malùm, properas Labrax?
Nam equidem te nequeo conſequi tam ſtrenuè.
LA. *Vtinam te prius quàm oculis vidiſſem meis*
Malo cruciatu in 1 Siciliam perbiteres'.
Quem propter hoc mihi obtigit miſero mali.
CH. *Vtinam cùm in ædes me ad te adduxiſti tuas,*
In carcere illo potius cubuiſſem die,
Deóſque immortales quæſo, dum viuas, vti
Omnes tui ſimiles hoſpites habeas tibi.
LA. *Malam fortunam in ædis te adduxe meas.*
Quid mihi ſceleſto tibi erat auſcultatio?
Quidue hinc abitio? quidue in nauem inſcenſio?
Vbi perdidi etiam plus boni quàm mihi fuit.
CH. *Pol minimè miror nauis ſi fracta ſit tibi,*
Scelus te, & ſceleſtè parta quæ vexis bona.
LA. *Peſſum dediſti me blandimentis tuis.*
CH. *Sceleſtiorem cœnam cœnaui tuam,*
Quàm quæ Thyeſtæ quondam antepoſita eſt, & Tereo.
LA. *Perij, animo malè ſit, contine quæſo caput.*
CH *Pulmoneum ædepol nimis velim 2 vomitum vomas.*
LA. *Eheu Palæſtra atque Ampeliſca, vbi eſtis nunc?*
CL. *Piſcibus in alto credo præbent pabulum.*
LA. *Mendicitatem mihi obtuliſti operæ tuæ,*
Dum tuis auſculto magnidicis mendacijs.
CH. *Bonam eſt quòd habeas gratiã meritò mihi,*
Qui te ex inſulſo ſalſum feci operæ meæ.
LA. *Quin tu hinc is à me in maximam malam crucem?*
CH. *Eas, eáſque res agebam commodùm.*
LA. *Eheu quis viuit me mortalis miſerior?*
CH. *Ego multo tanto miſerior quàm tu Labrax.*
LA. *Qui?* GH. *quia ego indignus ſum, tu dignus, qui ſies.*
LA. *O ſcirpe, ſcirpe, laudo fortunas tuas,*
Qui ſemper ſeruas gloriam aritudinis.
CH. *Equidem me ad velitationem exerceo,*
Nam omnia coruſca præ tremore fabulor.
LA. *Ædepol Neptune es balneator frigidus,*
Cum veſtimentis poſteaquam abs te 3 abi, algeo.
Ne termopolium quidem vllum ille inſtruit,
Ita ſalſam præbet potionem & frigidam.
CH. *Vt fortunati ſunt fabri ferrarij,*
Qui apud carbones aſſident, ſemper calent.
LA. *Vtinam fortuna nunc 4 anteacina vterer,*
Vti cùm exiuiſſem ex aqua, arerem tamen.
CH. *Quid ſi aliquò ad ludos me pro manduco locem?*
L. *Quapropter?* C. *quia pol clarè crepito dentibus.*
Sed nunc iure optimo me lauiſſe arbitror.
L. *Qui.* CH. *quia auderem tecum in nauem aſcendere,*
Qui à fundamento mihi vſque mouiſti mare.

1 L. Sicilia.
2 L. vomitum. 3 L. abij.
4 L. anatina.

L. Ti-

L. *Tibi auscultaui, tu promittebas mihi*
1 Illic' esse quæstum maximum meretricibus,
Ibi me corruere posse aiebas diuitias.
CH. *Iam postulabas te impurata belua*
Totam Siciliam 2 deuortaturum insulam.
L. *Quænam balæna meum vorauit vidulum,*
Aurum atque argentum, vbi omne compactum fuit?
CH. *Eadem illa credo quæ meum marsupium,*
Quod plenum argenti fuit, in sacciperio.
L. *Eheu redactus sum vsque ad 3 hanc vnam tuniculam,*
Et ad hoc miserum pallium perij oppido.
CH. *Vel consociare mihi quidem tecum licet,*
Æquas habemus partes. L. *saltem si mihi*
Mulierculæ essent salua spes aliqua forent
Nunc si me adolescens Pleusidippus viderit,
A quo arrabonem pro Palæstra acceperam,
Iam is exhibebit hic mihi negotium.
CH. *Quid stulte ploras? tibi quidem edepol copia'st,*
Dum lingua viuet, qui rem soluas omnibus.

SCEPARNIO *seruus*, CHARMIDES *Siculus*, LABRAX *leno*.

Quid istuc est obsecro negocij, quòd duæ mulierculæ
Hic in fano Veneris signum flentes amplexæ tenent,
Nescio quem metuentes miseræ: nocte hac verò proxuma
Se iactatas atq; iectas hodie esse aiunt è mari?
LA. *Obsecro hercle adolescens, vbi 4 istæc sunt, quas memoras mulieres?*
SC. *Hic in fano Veneris.* LA. *quot sunt?* SC. *totidem quot ego & tu sumus.*
LA. *Nempe meæ.* SC. *nempe nescio istuc.* LA. *qua sunt facie?* SC. *scitula,*
Vel ego amare vtramuis possim, si probè appotus siem.
LA. *Nempe puellæ?* SC. *nempe molestus es, vise. si lubet.*
LA. *Meas oportet intus esse hic mulieres, mi Charmides.*
CH. *Iuppiter te perdat, & si sunt, & si non sunt tamen.*
LA. *5 Intrò rumpam iam huc in Veneris fanum,*
CH. *in baratrum mauelim.*
Obsecro hospes, da mihi aliquid vbi condormiscam loci.
SC. *Istic vbi vis condormisce, nemo prohibet. publicum est.*
CH. *At vides me, ornatus vt sim vestimentis vuidis:*
Recipe me in tectum, da mihi vestimentis aliquid aridi,
Dum mea arescunt, in aliquo 6 referam gratiam

1 *L.* illi. 2 *L.* deuoraturum. 3 L. vnam hanc.
4 *L.* istæ. 5 *L.* Introrumpam.
6 *L.* tibi referam gratiam.

tibi.
SC. *Tegillum eccillud mihi vnum aresci, id si vis dabo.*
Eodem amictus, eodem tectus esse soleo, si pluuit.
Tu istæc mihi dato, exarescant faxo. CH. *ehò an te pœnitet,*
In mari quod elaui, nisi hic in terra iterũ eluam?
SC. *Eluas tu an exunguare 1 cicũ nõ interduim'.*
Tibi ego nnnquam quicquam credam, nisi accepto pignore.
Tu vel suda, vel peri algu. 2 CH. *vel tu ægrota, vel vale.*
SC. *Barbarum hospitem mihi in ædeis, nihil moror, sat litium est.*
C. *Iámne abis? venalis illic ductit auit quisquis est,*
Non est misericors. sed quid ego hic ásto infelix vuidus?
Quin abeo hinc in Veneris fanum, vt edormiscam hanc crapulam,
Quam potaui præter animi quàm libuit sententiam.
Quasi vinis Græcis Neptunus nobis suffudit mare.
Itaque aluum 3 prodisperauit nobis salsis poculis,
Quid opu'st verbis? si inuitare nos paulisper pergeret,
Ibidem obdormissemus: nunc vix viuos amisit domum.
Nunc lenonem quid agat intus visam, conuiuam meum.

ACTVS III.
DÆMONES.

Miris modis di ludos faciunt hominibus,
Mirisq; exẽplis somnia in somnis danunt.
Ne dormientis quidem sinunt quiescere.
Velut ego hac nocte quæ præcessit' proxima,
Mirum atque inscitum somniaui somnium.
Ad hirundininum nidum visa est simia
Ascensionem vt faceret admolirier,
Neque eas 4 recipere quibat inde: pòst ibi
Videbatur ad me simia aggredirier,
Rogare scalas vt darem vtendas sibi.
Ego ad hoc exemplum simiæ respondeo,
Natas ex Philomela atque ex Progne esse hirundines,
Ago cum illa, ne quid noceat meis popularibus.
Atque illa animo iam fieri ferocior,
Videtur vltrò mihi malum minitarier,
In ius vocat me. ibi nescio ego quomodo
Iratus videor mediam arripere simiam,
Concludo in vincla bestiam nequissimam.
Nunc quàm ad rem dicã hoc attinere somnium,
Nunquam hodie quiui ad coniecturam euadere.
Sed quid hic in Veneris fano 5
Clamoris oritur? animus miratur meus.

1 L. ciccum.
2 L. *dele* Charm. *nomen, sunt n. verba Sceparn.*
3 *L.* prodisparauit.
4 L. deripere. 5 *L.* mee viciniæ.

TRACHALIO *seruus*, DÆMONES *senex*.

PRò Cyrenenſes populares veſtram ego implo-
ro fidem,
Agricolæ, accolæ, propinqui, qui eſtis his regioni-
bus,
Ferte opem inopiæ, atque exemplum peſſumum
peſſundate,
Vindicate, ne impiorum potior ſit pollentia
Quàm innocentium, qui ſe ſcelere fieri 1 nolunt
nobiles:
Statuite exemplum 2 impudenti. date pudori præ-
mium.
Facite hic lege potius liceat, quam vi victo vi-
uere.
Currite huc in Veneris fanum, veſtram iterum
imploro fidem,
Qui propè hic adeſtis, quique auditis clamorem
meum,
Ferte ſuppetias, qui Veneri, Veneriæq; Antiſtitæ
More antiquo in cuſtodiam ſuum commiſerunt
caput,
Prætorquete iniuriæ prius collum, quàm ad vos
perueniat.
D. *Quid iſtuc eſt negocij?* T. *per ego te hæc genua,*
obteſtor ſenex
Quiſquis es. D. *quin tu ergo omitte genua, &*
quid ſit mihi expedi,
Quid tumultues. T. *téque oro & quæſo, ſi ſperas*
tibi
Hoc anno multum futurum ſirpe & laſerpicium,
Eámque 3 euenturam exagogam 4 captam ſalua
& ſoſpitem.
Atque ab lippitudine vſque ſiccitas vt ſit tibi.
D. *Sanun' es?* T. *ſeu tibi confidis fore multa ma-*
guderim,
Vt te ne pigeat dare operam mihi quod te orabo
ſenex.
D. *At ego te per crura & talos, tergúmque obte-*
ſtor tuum,
Vt tibi vlmeam vberè eſſe ſperes virgidemiam,
Et tibi eſſe euenturam hoc anno vberem meſſem
mali,
Vt mihi iſtuc dicas negocij quid ſit, quod tumul-
tues.
T. *Qui lubet maledicere? equidem tibi bona exo-*
ptaui omnia.
D. *Bene equidem tibi dico, qui te digna vt eue-*
niant precor.
T. *Obſecro 5 hoc reuortere.* D. *ergo quid negocij eſt?*
T. *mulieres*
Duæ innocentes intus hic ſunt, tui indigentes au-
xilij,
Quibus aduorſum ius, legéſque inſignitè iniuria
hic
Facta eſt, ſitque in Veneris fano, tum ſacerdos Ve-
neria
Indignè afflictatur. D. *quis homo eſt tanta confi-*
dentia,
Qui ſacerdotẽ audeat violare? ſed eæ mulieres
Quæ ſunt? aut quid iis iniqui ſit? T. *ſi das ope-*
ram eloquar:
Veneris ſignum ſunt amplexæ, 1 nunc (ras.
Eas deripere vult, eas ambas eſſe oportet libe-
D. *Quis 2 hic eſt, qui deos tam paruipendit?* 3
T. *Fraudis, ſceleris parricidij, periurij pleniſſimus.*
Legirupa impudens, impurus, inuerecundiſſimus:
Vno verbo abſoluam, Leno'ſt: quid illum porrò
prædicem?
D. *Ædepol infortunio hominem prædicas dona-*
bilem.
T. *Qui ſacerdoti ſceleſtus fauceis interpreſſerit.*
D. *At malo cum magno ſuo hercle fecit, ite iſtinc*
foras.
Turbalio, Sparax vbi eſtis? T. *i obſecro intrò, ſub-*
ueni
Illis. D. *iterum haud imperabo, ſequimini hac.* T.
age nunc iam.
Iube oculos elidere itidem vt ſepiis faciunt coqui.
D. *Proripite hominem pedibus huc itidem quaſi*
occiſam ſuem.
T. *Audio tumultum, opinor leno pugnis pectitur,*
Nimis velim improbiſſimo homini malas edentauerint.
Sed ecce ipſæ huc egrediuntur timidæ è fano mu-
lieres.

PALÆSTRA, AMPELISCA, *duæ mulieres*, TRACHALIO *seruus*.

NVnc id eſt cum omnium copiarum atque e-
pum,
Auxilij, præſidij, viduitas nos tenet,
Nec vlla ſpecula eſt quæ ſalutem afferat,
Nec ſcimus quam in partem ingredi perſequa-
mur:
Maximo miſeræ in metu nunc ſumus ambæ,
Tanta importunitas, tantáque iniuria
Facta in nos eſt modò hic intus ab noſtro hero,
Qui ſceleſtus ſacerdotem anum præcipem
Reppulit, propulit, perquàm indignis modis,
Noſque ab ſigno intimo vi deripuit ſua.
Sed nunc ſeſe vt ferunt res fortunæque noſtræ,
Par eſt moriri, neque eſt melius morte in malis
Rebus miſeris. T. *quid eſt? quæ illæc oratio'ſt?*
Ceſſo ego has cõſolari? heus palæſtra. P. *quivocat?*
T. *Heus Ampeliſca.* A. *obſecro quis eſt qui vocat?*
PA. *Quis is eſt qui nominat?* T. *ſi reſpexis, ſcies.*
PA. *O ſalutis meæ ſpes.* T. *tace, ac bono animo es,*
Me vide. PA. *ſi modò id liceat, 4 vis ne opprimat.*
T. *Quæ vis?* PA. *vim mihi afferam ipſa adigit.*
T. *ah deſine, nimis ineptæ es.*
AM. *Deſiſte dictis nunc iam miſeram me conſo-*
lari.

1 *L.* nunc homo audaciſſimus. 2 *L.* iſtic.
3 *Lamb. ſic verſum integrat, Plautis expedi.*
4 Víſne opprimat Quæ vis. vim mihi afferam
&c.

1 *L.* volunt. 2 *L.* impudentiæ. 3 L. venturam,
4 L. Capuam. 5 *L.* huc.

P. Niſi

P. Nisi quid re præsidium apparas Trachalio, acta hæc res est:
Certum'st moriri, quàm hunc pati grassari lenonem in me.
Sed muliebri animo sum tamen, misera vbi venit in mentem
Mihi mortis, metus membra occupat & depol. T. etsi hoc acerbum,
Bonum animum habete. P. nam obsecro vnde animus mihi inueniatur?
T. Ne inquam timete, assidite hic in [1] aram. AM. istæc quid ara.
Prodesse nobis plus potest, quàm signum in fano hic intus
Veneris, quòd amplexæ modò, vnde abreptæ per vim miseræ?
T. Sedete hic modò, ego hinc vos tamen tutabor, aram habete hanc
Vobis pro castris, [2] mœnia, hinc ego vos defensabo,
Præsidio Veneris malitiæ lenonis contrà incedam.
AM. Tibi auscultamus, & Venus alma ambæ ted obsecramus,
Aram amplexantes hanc tuam lacrumantes, genibus nixæ,
Nos in custodiam tuam vt recipias, & tutere,
Illos sceleslos, qui tuum fecerunt fanum parui,
Vt vlciscare, nósque vt hanc tua pace aram obsidere
Patiare, quæ elautæ ambæ sumus opera Neptuni noctu,
Ne inuisas habeas, néve iccirco nobis vitio vertas,
Si quippiam'st minus quod bene esse lautum tu arbitrare.
T. Æquum hasce petere intelligo, decet abs te id impetrari.
Ignoscere his te conuenit, metus has, id vt faciant, subigit.
Te ex concha natam esse autumant, caue tu harum conchas spernas.
Sed optumè eccum exit senex, patronus mihique & vobis.

DÆMONES *senex*, LABRAX *leno*, LORARII, TRACHALIO *seruus*.

EXi è fano natum quantum est hominum sacrilegissime.
Vos in aram abite sessum, sed vbi sunt? T. huc respice.
DÆ. Optumè. LO. istuc volueramus, iube modò accedat propè.
D. Tun' legirupionem hic nobis cum dis facere postulas?
Pugnum in os impinge. L. iniqua hæc patior cum precio tuo.
D. At etiam minitatur audax. L. ius meum ereptum est mihi,
Meas mihi ancillas inuito me eripis. T. ergo dato

De senatu Cyrenensi quemuis opulentum arbitrum,
Si tuas esse oportet, nive eas esse oportet liberas.
Neu te in carcerem compingier est æquum, atatémque ibi
Te vsque habitare, donec totum carcerem contriueris.
L. Non hodie isti rei auspicaui, vt cum furcifero fabuler,
Te ego appello. D. cum istoc primum, qui te nouit, disputa.
L. Tecum ago. TR. atqui mecum agendum'st, súntne illæ ancillæ tuæ?
L. Sunt. TR. agedum ergo tange vtramuis digitulo minimo modò.
L. Quid si attigero? TR. extemplò hercle ego te follem pugilatorium
Faciam, & prudentem incursabo pugnis periurissime.
L. Mihi non liceat meas ancillas Veneris de ara abducere?
DÆ. 1 * Est lex apud nos. L. mihi cum vestris legibus
Nihil est commercij, equidem istas iam ambas educam foras.
Tu senex si istas amas, huc arido argento est opus.
DÆ. Hæ autem Veneri complacuerunt. L. habeat, si argentum [2] dabis.
DÆ. [3] Do tibi argentum, [4] nunc adeò vt scias meam sententiam,
Occipito modò illis afferre vim ioculo pausillulum.
Ita hinc ego te ornatum amittam, tu ipsus te vt non noueris,
Vos adeò, vbi ego innuero vobis, [5] si non ei caput exoculassitis,
Quasi murteta iuncis, item ego vos virgis circumuinciam.
LAB. Vi agis mecum. TR. etiam vim opprobras flagitij flagrantia.
L. Tun trifurcifer mihi audes inclemèter dicere?
T. Fateor, ego trifurcifer sum: tu es homo apprime probus.
Num qui minus hasce oportet esse liberas. L. quid, liberas?
T. Atque heras tuas quidem herclè, atque ex germana Græcia.
Nam altera hæc est nata Athenis [6] sincerissumis testibus.
DÆ. Quid ego ex te audio? T. hanc Athenis esse natam liberam,
DÆ. Mea popularis obsecro hæc est? T. non tu Cyrenensis es?
DÆ. Immò Athenis natus, altúsque educatúsque Atticis.
T. Obsecro defende ciues [7] duas senex. DÆ. ô filia mea,

1 L. Non licet. est l. 2 L. dabit. 3 L. Dē tibi arg. 4 L. modò adeò. 5 L. si non ei 6 L. ingenuis parentibus. 7 L. tuas.

1 I ara. 2 Lamb. putat legendum hîc vel hæc mœnia sunt.

Cum ego hanc video, mearum me absens miseriarum commones,
Trima quæ periit mihi: iam tanta 1 esset, si viuit scio.
L. Argentum pro istisce ambabus cuiæ erant Domino dedi,
Quid mea refert, Athenis hæ natæ, an Thebis sient,
Dum mihi rectè seruitutem seruiant? T. itane impudens,
Túne hic 2 falsis virginalis liberos parentibus
Subiectos habebis, atque indigno quæstu conteres?
Nam huic alteræ patria quæ sit profectò nescio,
Nisi scio probiorem hanc esse, quàm te impuratissime.
L. Tuan' istæ sunt? T. contende ergo, vter sit tergo verior.
Ni offerumentas habebis pluris in tergo tuo,
Quam vlla nauis longa clauos, tum ego ero mendacissimus:
Postea aspicito meum, qaando ego tuum inspectauero,
Nisi erit tam syncerum, vt quiuis dicat ampullacius,
Optimum esse 3 opere faciundo corium, & syncerissimum.
Quid caussæ est, quin virgis te vsque ad saturitatem sauciem.
Quid illas spectas? quas si attigeris, oculos eripiam tibi.
L. Atqui, quia vetas, vtramque iam mecum abducam simul.
D. Quid facies? L. Volcanum adducam, is Veneris est aduersarius.
D. Quo illic it? L. heus ecquis hic est? heus. D. si attigeris ostium,
Iam hercle tibi messis in ore fiet mergis pugneis.
LO. Nullum habemus ignem, sicis victitamus aridis.
D. Ego dabo ignem, siquidem in capite tuo conflandi copia'st.
L. Ibo hercle aliquo quæritatum ignem. D. quid tum cum inueneris?
L. Ignem magnum hic faciam. D. quin vt tu manum exuras tibi.
L. Immò hasce ambas hic in ara vt viuas comburam. D. id volo.
Nam hercle ego te barba continuò arripiam, & in ignem coniiciam,
Téque ambustulatum obiiciam magnis auibus pabulum.
Cùm coniecturam egomet mecum facio, hæc illa est simia,
Quæ has hirundines ex nido volt 4 eripere ingratiis,
Quod ego in somniis somniaui. TR. Scin' quid? tecum oro senex,
Vt illas serues, vim defendas, dum ego herum
ad luco meum.
D. Quære herum, atque adduce. T. at hic ne. D. maximo malo suo,
Si attigerit, 1 siue occeptassit. T. cura. D Æ. curatum est, abi.
T. Hunc quoque asserua ipsum, ne quò 2 abitat. nam promisimus
Carnifici aut talentum magnum, aut hunc hodie sistere.

DÆMONES senex, LABRAX leno, LORARII.

VTtrum tu leno cum malo libentius
Quiescis, an sic sine malo, si copia est?
LA. Eho quæ tu loquere, flocci non facio, senex.
Meas quide te inuito & Venere, & summo Ioue,
De ara capillo iam deripiam. D. tange dum.
LA. Tangam hercle vero. D Æ. agedum ergo, accede huc modò.
LA. Iube dum recedere istos ambo illuc modo.
D. Imò ad te accedent. LAB. non hercle egomet censeo.
D. Quid ages, si accedent propius? LA. ego recessero,
Verùm senex si te vnquam in vrbe offendero,
Nunquam hercle quisquam me lenonem dixerit,
Si non te ludos pessimos dimisero.
D. Facito istuc quod minitaris. sed nunc interim,
Si illas attigeris, dabitur tibi magum malum.
LA. Quàm magnum verò? D Æ. quantum leoni sat est.
LA. Minacias ego istas flocci non facio tuas:
Equidem te inuito 3 iam ambas rapiam. D. tange dum,
L. Tangam hercle verò. D. tange, sed scin' quomodo?
I dum Turbalio, atque curriculo affer huc
Duas clauas. L. clauas? D. probas, propera citò.
Ego te hodie faxo rectè acceptum, vt dignus es.
L. Eheu sceleſtus galeam in naui perdidi,
Nunc mihi opportuna hic esset, salua si foret.
Licet saltem istas mihi appellare? D. non licet.
Ehem optimè ædepol eccum clauator aduenit.
L. Illud quidem ædepol tinnimentum est auribus.
D. Age, accipe illanc alteram clauam Sparax.
Age alter istinc, alter hinc assiste.
Assistite ambo sic: audite nunc iam:
Si hercle illic illas hodie digito tetigerit
Inuitas, 4 nisi tunc illum vos exoculassitis
Vsque adeò, donec quà domum abeat nesciat,
Peristis ambo, si appellabit quempiam,
Vos respondetote istinc istarum vicem:
Si verò hic ipse abire hinc volet, quàtum potest,
Extemplò amplectitote crura fustibus.
L. Etiam me abire hinc non sinent? D. dixi satis.
Et ille vbi seruus cum hero huc aduenerit,
Qui herum 5 accersiuit, itote extemplò domum,

1 L. est. 2 L. feles virginalis. 3 L. operi. 4 deripere.

1 v. c. néve ocenturit. fortasse rectè 2 L. abiter. 3 L. iam iam. 4 L. ni istunc istis inuitassitis. 5 L. arcessiuit,

Curate

Curate hæc sultis magna diligentia.
L. *Eheu hercle, næ isthic fana mutantur citò,*
Iam hoc Herculis est, Veneris fanum quod fuit,
Ita duo destituit signa hic cum clauis senex.
Non hercle quò hinc nunc gentium aufugiam scio.
Ita nunc mihi vtrunque sæuit & terra & mare,
Palæstra. LO. *quid vis?* L. *apage controuersia est.*
Hæc quidem Palæstra, quæ respondit nõ mea est,
Heus Ampelisca. LO. *caue sis infortunio.*
L. [1] *Vt potest ignaui homines satis rectè monent.*
Sed vobis dico, heus vobis num molestia est,
Me adire ad illas propius? LO. *nihil nobis quidē.*
L. *Nunquid molestum mihi erit?* LO. *nihil, si caueris.*
L. *Quid est quod caueam?* LO. *hem à crasso infortunio,*
L. *Quæso hercle abire vt liceat.* LO. *abeas si velis.*
L. *Bene hercle factum, habeo vobis gratiam.*
[2] LO. *Non, accedam potius illic tu asta illico.*
L. *Ædepol proueni nequiter multis modis,*
Certum'st hasce hodie vsque obsidione vincere.

PLEVSIDIPPVS *adolescens*, TRACHALIO *seruus*, LENO, LORARII, CHARMIDES.

MEámne ille amicam leno [3] *vi ac violentia*
De ara deripere Veneris voluit? TR. *admodum.*
PL. *Quin occidisti extemplo?* TR. *gladius non erat.*
PL. *Caperes aut fustem, aut lapidem.* TR. *quid ego quasi canem,*
Hominem insectarer lapidibus nequissimum?
L. *Nunc pol ego perij. Pleusidippus eccum adest,*
Conuerret iam hoc me totum cum pulueiscuio.
PL. *Etiámne in ara tunc sedebant mulieres,*
Cum ad me profectus 4 *ires?* TR. *ibidem nunc sedent.*
[5] L. *Quis illas nunc illic seruat?* TR. *nescio quis senex,*
Vicinus Veneris, is dedit operam optimam,
Is nunc cum seruis seruat, ego mandaueram.
PL. *Duc me ad lenonem rectà, vbi illic est homo?*
L. *Salue.* PL. *nihil salutem moror, opta ocyus,*
Rapi te obtorto collo mauis, an trahi?
Vtrum vis opta, dum licet. L. *neutrum volo.*
PL. *Abi sanè ad littus curriculo Trachalio,*
Iube illos in vrbem ire obuiam ad portam mihi,
Quos mecum duxi, hunc qui ad carnufice [6] *traherent,*
Post huc redito, atque agitato hic custodiam,
Ego hunc sceleſtum in ius rapiam exulem,
Age ambula in ius. LA. *quid ego deliqui?* PL. *rogas?*

1 Vt dote'st. L A. ign.
2 L. Non accedam potius. LO. illic.
3 L. vi violentia. 4 L. ite?
5 L. PL. 6 L. traderent.

[1] *Quin arrabonem à me accepisti ob mulierem, &*
Eam hinc abduxisti. LA. *nõ auexi.* PL. *cur negas?*
LA. *Quia pol prouexi, auehere non quiui miser,*
Equidem tibi me dixeram præsto fore
Apud Veneris fanum. quid multa? sumne ibi?
PL. *In iure caussam dicito, hic verbum sat est.*
Sequere. LA. *obsecro te subueni mi Charmides,*
Rapior obtorto collo. CH. *quis me nominat?*
LA. *Viden' me vt rapior.* C. *video atque inspecto lubens.*
L. *Non subuenire mihi audes?* CH. *quis homo te rapit?*
L. *Adulescēs Pleusidippus.* CH. *vt nactus es, habe*
Bono animo, [2] *melius est te in neruum correpere,*
Tibi obtigit quod plurimi exoptant sibi.
L. *Quid id est?* CH. *vt id quod quærant inuenīāt sibi.*
L. *Sequere obsecro* [3] *me.* CH. *pariter suades qualis es,*
Tu in neruum rapere, eò me obsecras, vt te sequar?
Etiam retentas? L. *perij.* PL. *verum sit velim.*
Tu mea Palæstra & Ampelisca ibidem illico
Manete, dum huc ego redeo. LO. *equidem suadeo*
Vt ad nos abeant potius, dum recipis. P. *placet,*
Benefacitis. L. *fures mihi estis.* LO. *quid fures.*
PL. *rape.*
L. *Oro obsecro Palæstra.* PL. *sequere carnifex.*
L. *Hospes.* CH. *non sum hospes, repudio hospitium tuum.*
L. *Siccine me spernis?* CH. *sic ago, semel bibo.*
L. *Di te* [4] *infelicitent.* CH. *isti capiti dicito.*
Credo alium in aliam belluam hominem vortier.
Illic in columbum, credo leno vortitur.
Nam in columbarij collum haud multo pòst erit,
In neruom [5] *mille hodie nidamenta congeret*
Veruntamen ibo ei aduocatus vt siem,
Si qui mea opera citius addici potest.

ACTVS IIII.
DÆMONES *senex.*

BEnefactum & volupe est hodie me his mulierculis
Tetulisse auxilium, iam clientas repperi,
Atque ambas forma scitula atque ætatula.
Sed vxor sceleſta me omnibus seruat modis,
Nequid signi sim quippiam mulierculis.
Sed Gripus seruus noster, quid rerum gerat,
Miror, de nocte qui abijt piscatum ad mare,
Pol magis [6] *sapisset, si dormiuisset domi.*
Nam nunc & operam ludos facit, & retia,
Vt tempestas est nunc, atque vt noctu fuit.
In digitis hodie percoquam quod ceperit,
Ita fluctuare video vehementer mare.
Sed ad prandium vxor me vocat, redeo domum,
Iam [7] *meas opplebit aures sua vaniloquentia.*

1 L. Qui. 2 L. meliu'st. 3 L. me pariter. CH. suades. 4 L. infelicent. 5 L. ille. 6 sapuisset. 7 L. opplebit meas aur.

GRIPVS *piscator.*

NEptuno has ago meo patrono gratias,
Qui salsis locis incolit pisculentis,
Cum me ex suis pulcrè ornatum expediuit
Templis reducem, plurima præda onustum:
Salute, horiæ quæ in mari fluctuoso
Piscatu nouo me vberi compotiuit.
Miróque modo, atq; incredibili hic piscatus mihi
Lepidè euenit, neque piscium vllam vnciam hodie
Pondo cepi, nisi hoc quod fero in rete.
Nam vt de nocte multa impigrè exurrexi,
Lucrum præposiui sopori & quieti,
Tempestate sæua experiri expetiui
Paupertatem heri, qui & meam [1] sententiam
Tolerarë, opera haud fui parcus mea. nimis homo
Nihili est, qui piger est, nimisque id genus odi ego male.
Vigilare decet hominem, qui vult sua tempori conficere officia.
Non enim illum expectare oportet, dum herus se ad suum suscitet officium,
Nam qui dormiunt libenter, sine lucro & cum malo quiescunt.
Nam ego nunc mihi, qui impiger fui, repperi, vt piger si velim siem,
Hoc ego in mari quidquid ineſt repperi, quicquid ineſt, graue quidem est. aurum
Hic ego ineſſe reor, nec mihi conscius est vllus homo. nunc hæc tibi
Occasio Gripe obtigit, vt liberet ex populo prætor te.
Nunc sic faciam, sic consilium est, ad herum veniam doctè atque astutè,
Pauxillatim pollicitabor pro capite argentum, vt sim liber.
Iam vbi liber ero igitur, domum instruam, agrũ, ædes, mancipia,
Nauibus magnis mercaturam faciam, apud reges rex perhibebor.
Pòst animi caussa mihi nauem faciam, atque imitabor Stratonicum,
Oppida circumuectabor: vbi nobilitas mea erit clara,
Oppidum magnũ communibo, eiŋ ego vrbi Gripo indam nomen,
Monimentum meæ famæ & factis, ibiq; regnum magnum instituam.
Magnas res hic agito in [2] mente instruere, nunc hunc vidulum condam.
Sed hic rex cum aceto pransurus est, & sale, sine bono pulmento.

TRACHALIO *seruus*, GRIPVS *piscator.*

HEus mane. GR. quid maneam? TR. dum hanc tibi, quã trahis rudentem complico.
G. Mitte modò. T. at pol ego te adiuuabo. nam bonis quod
Bene sit, haud perit. G. turbida tẽpestas heri fuit,
Nil habeo adolescens piscium, ne tu mihi esse postules.
[1] Nam vides me referre vuidum rete, sine squamoso pecu.
T. Non ædepol piscis expeto, [2] tui sermonis sum indigens.
G. Enicas iam me odio quisquis es. T. non sinam ego abire hinc te, mane.
G. Caue sis malo, quid tu, malùm, nam me retrahis? T. audi.
G. Non audio. T. at pol quin audies pòst. G. quin loquere quid vis?
T. Ehò modò, est operæpreciũ, quod tibi ego narrare volo.
G. Eloquere quid id est? T. vide num quispiam consequitur propè nos.
G. Ecquid est quod mea referat? T. scilicet, sed boni consilij
Ecquid in te mihi est? G. quid negocij est modò dic? T. dicam,
Tace, si fidem modò das mihi te nõ fore infidum.
G. Do fidem tibi, fidus ero quisquis es. T. audi. furtum ego vidi.
Qui faciebat, noueram dominum id cui fiebat, pòst ad
Furem egomet deuenio, feróque ei conditionem hoc pacto:
Ego istuc furtum scio, cui factum est. nunc mihi si vis
Dare dimidium, indicium domino non faciam: is mihi nihil
Etiam respondit, quid inde æquum est dari mihi dimidium.
Volo vt dicas. G. imò hercle amplius: nam nisi dat, domino [3] dicundum
Censeo. T. tuo consilio faciam, nunc aduorte animum:
Nanque hoc attinet omne ad te. G. quid est factum? T. vidulum
Istum cuius [4] ille est, noui ego hominem iampridem. G. quid est?
T. Et quo pacto perijt. G. at ego quo pacto inuentum'st scio,
Et qui inuenit hominem noui, & dominus qui nunc est scio.
G. Nihilo pol pluris tua hoc, quam quanti illud refert mea.
Ego illum noui cuius nunc est, tu illum cuius antehac fuit,
Hunc homo feret à me nemo, ne tute speres potius. T. non ferat,
Si dominus veniat? G. dominus huic nemo, ne frustra sies,
Nisi ego nemo natu'st hunc qui cepi in venatu meo.

1 L. seruientiam. 2 L. mentem.

1 L. Non vides? &c. interrogatiuè. 2 L. quàm tui serm. 3 Fortasse legendum indicandum.
4 dele ille.

T. Itáne

T. Itáne verò? GR. ecquem esse dices in mari piscem meum,
Quos cum capio, siquidem cepi, mei sunt, habeo pro meis,
Nec manu asseruntur, neque illinc partem quisquam postulat,
In foro palàm omnes vendo pro meis venalibus.
Mare quidem commune certò'st omnibus. TR. assentio,
Qui minus hunc communem quæso mihi esse oportet vidulum.
In mari inuentum'st. cõmune est. G. 1 ne impudenter impudens.
Nam si istuc ius sit quod memoras, piscatores perierint,
Quippe cùm extemplò in macellum pisces prolati sient.
Nemo emat, suam quisque partem piscium poscat sibi,
Dicat in 2 mari communi captos. T. quid ais impudens,
Ausus etiam comparare vidulum cum piscibus,
Eadem tandem res videtur? G. in manu non est mea,
Vbi demisi retem atque hamum, quicquid hæsit, extraho.
Meum quod rete atque hami nacti sunt, meum potissimum'st.
TR. Imò hercle haud est, si quidem quod vas excepisti. G. philosophe.
T. Sed tun' 3 vnquam piscatorem vidisti venefice,
Vidulum piscem cepisse? aut protulisse vllum in forum?
Non enim tu hic quidem occupabis omnis quæstus quos voles,
Et 4 venatorem & piscatorem te esse impurè postulas?
Vel te mihi monstrare oportet piscis qui sit vidulus,
Vel quod in mari non natum est, neque habet squamas, ne feras.
G. Quid? tu nunquam audiuisti esse antehac vidulum piscem? T. scelus,
Nullus est. G. immò est profectò. ego qui sum piscator, scio:
Verò rarò capitur, nullus minus sæpe ad terram venit.
T. Nil agis: dare verba speras mihi te posse furcifer.
Quo colore est? GR. hoc colore capiuntur pauxilluli.
Sunt alij puniceo corio, magni item atque atri.
T. scio.
Tu hercle opinor in vidulum te piscem conuertes, nisi caues:
Fiet tibi puniceum coriu 1, postea atrum denuò.
GR. Quod scelus hodie hoc inueni? TR. verba fa-

1 L nz tui. 2 L. mare.
3 L. inquam. 4 L. victorem.

cimus, it dies,
Videsis cuius arbitratu nos facere vis? GR. vi- 995
duli
Arbitratu. T. ita enimuerò stultus es. G. salue Thales.
TR. Tu isthunc hodie non feres, nisi das sequestriũ aut arbitrum,
Cuius hæc res arbitratu fiat. G. quæso sanus es?
TR. Elleborosius sum. G. at ego territus, hunc non amittam tamen.
TR. Verbum adde etiam vnum, iam in cerebro 1000
colaphos abstrudam tuo,
G. Ego iam hic te itidem quasi penicillus nouos exugeri solet,
Ni hunc amittis, exugebo quicquid humoris tibi'st.
Tange, affligam ad terram te itidem, vt piscem soleo polypum.
Vis pugnare? T. quid opu'st, quin tu potius prædam diuide.
G. Hinc tu nisi malum 1 fruisci nihil potes, ne po- 1005
stules.
Abeo ego hinc. T. at ego hinc offlectam nauem, ne quò abeas, mane.
G. Si tu proreta isti naui es, ego gubernator ero.
Mitte rudentem sceleste. T. mittam, omitte vidulum.
G. Nunquam hercle hinc hodie ramenta fies fortunatior.
T. Non probare pernegando mihi potes, nisi pars 1010
datur,
Aut ad arbitrum reditur, aut sequestro ponitur.
G. Quémne ego excepi in mari? T. at ego inspectaui e littore
G. Mea opera, labore & rete & horia. T. num qui mirus,
Si veniat nunc dominus cuius est, ego qui inspectaui procul,
Te hunc habere, fur sum, quàm tu. G. nihilo. T. 1015
mane mastigia.
Quo argumento socius non sum, & fur sum, fac dum ex te sciam.
G. Nescio, neque ego istas vestras leges vrbanas scio,
Nisi quia hunc meum esse dico. T. & ego item esse aio meum.
G. Mane iam, reperi rem, quo pacto nec fur, nec socius sies.
T. Quo pacto? G. sine me hinc abire, tu abi tacitus 1020
tuam viam,
Nec tu me cuiquam indicassis, neque ego tibi quicquam dabo,
Tu taceto, ego mussitabo. hoc optimum atque æquissimum est.
T. Ecquid conditionis audes ferre? G. iamdudum fero
Vt abeas, rudentẽ amittas, mihi molestus ne sies.
T. Mane dum refero conditionem. G. te obsecro 1025
hercle, aufer te modò.

1 L. Lamb. cum Camerario legendum sentit fruisci.

T. Ecquem in his locis nouisti? G. oportet vicinos meos.
T. Vbi tu hic habitas? G. porrò illic longè vsque in campis vltimis.
T. Vin' qui in hac villa habitat eius arbitratu tu fieri?
G. Paulisper remitte restem, dum concedo & consulo.
T. Fiat. G. euge salua res est, præda hæc perpetua est mea.
Ad meum herum arbitrum vocat me hic intra præsepis meas.
Nunquam hercle hodie abiudicabit ab suo triobolum,
Næ iste haud scit quã conditionem retulerit, ibo ad arbitrum.
T. Quid igitur? G. quanquam istuc esse ius meum certò scio,
Fiat istuc potius, quàm nunc pugnem tecum. T. nunc places.
G. Quanquam ad ignotum arbitrum me appellis si adhibebit fidem,
Etsi est ignotus, notus est: si non notus, ignotissimus est.

DÆMONES *senex*, MVLIERES, PALÆSTRA, AMPELISCA, TRACHALIO, GRIPVS.

SErio ædepol, quanquam vobis cupio quæ voltis mulieres,
Metuo propter vos, ne vxor mea me extrudat[2] ædibus.
Quæ me pellices adduxe dicet ante oculos suos:
Vos confugite in aram potius, quàm ego. M. miseræ perimus.
DÆ. Ego vos saluas sistam, ne timete. sed quid vos foràs
Prosequimini? quoniam ego assum, faciet nemo iniuriam.
T. Ite inquam domum ambo, nunc iam ex præsidio præsides.
G. O here salue. D. salue Gripe, quid fit? T. tuúsne hic seruus est?
G. Haud pudet? T. nihil ago tecum. G. ergo abi hinc sis. T. quæso responde senex,
Tuus hic seruus est? D. meus est. T. hem istuc optimè quando tuus est.
Iterum te saluto. D. & ego te. túne es qui haud multo prius
Abisti hinc herum 4 accersitum? DR. ego is sum.
D. Quid nunc vis tibi?
TR. Nempe hic tuus est? D. meus est. TR. istuc optimè quando tuu'st.
D. Quid negoti'st? TR. vir scelestus illic est. D. quid fecit tibi
Vir scelestus? TR. homini ego isti talos suffringi volo.
D. Quid est, qua de re litigatis nunc inter vos? TR. eloquar.
GR. Immò ego eloquar. TR. ego opinor, rem facesso. GR. siquidem
Sis pudicus, hinc facessas. D. Gripe animum aduorte ac tace.
GR. Vtin' istic prius dicat. D. Audi, loquere tu.
GR. alienon' prius,
Quàm tuo dabis orationem? TR. vt nequitur cõprimi,
Ita vt occœpi dicere, illum quem dudum[1]
Lenonem extrusisti, hic eius vidulum eccillum.
GR. Non habeo. TR. negas quod oculis video? G. at ne videas velim.
Habeo, non habebo, quid tu me curas, quid rerum geram?
T. Quomodo habeas illud refert, iuréne an ne iniuria.
GR. Ni istum cepi nulla caussa est quin me condones cruci,
Si in mari reti adprehendi, quî tuum potius est, quàm meum?
TR. Verba dat, hoc modo res gesta est, vt ego dico.
GR. quid tu ais?
T. Quoad primarius vir dicat, comprime hunc sis, si tuus est.
GR. Quid? tu idem mihi vis fieri quod herus consueuit tibi?
Si ille te comprimere solitus, hic noster nos non solet.
D. Verbo illo modò ille vicit, quid nunc tu vis? dic mihi.
T. Equidem neque ego partem posco mihi istinc de istoc vidulo,
Neque meum hodie esse vnquam dixi, sed istic inest cistellula
Huius mulieris, quam dudum dixi fuisse liberã.
D. Nempe tu hanc dicis, quam esse aiebas dudum popularem meam?
T. Admodum, & ea quæ olim parua gestauit crepundia,
Istic in ista cistula insunt, quæ istic inest in vidulo,
Hoc neque isti vsus est, & illi miseræ suppetias feret,
Si id dederit qui suos parentes quærat. D. faciam vt det, tace.
G. Nihil ego hercle sum isti daturus. T. nihil peto nisi cistulam,
Et crepundia. D. quid si ea sunt aurea? T. quid istuc tua?
Aurum auro expendetur, argentum argento exæquabitur.
G. Facias aurum vt videam, pòst ego faciam vt videas cistulam.
D. Caue malo, ac tace tu: tu perge vt occœpisti dicere.
T. Vnum te obsecro, vt te huius commiserescat mulieris:

1 L. rem f. 2 L. pedibus. 3 Lamb. eadem hic non habet Trach. nomen. 4 L. arcessitum?

1 L. è fano Veneris.

Siquidem

Siquidē hic lenonis eius est vidulus quē suspicor.
Hic nisi de opinione, certum nihil dico tibi.
G. *Viden' sceleſtus vt aucupatur? T. sine me vt occœpi loqui,*
Si sceleſti illius est hic cuius dico vidulus,
Hæ poterunt nouisse. ostendere his iube. G. ain ostendere.
D. Haud iniquum dicit Gripe, vt ostendatur vidulus.
G. *Immò hercle insignitè inique. DÆ. quí dum? G. quia si ostendero,*
Continuò hunc nouisse dicent scilicet. T. scelerum caput,
Vt tute es, item omnis censes esse? periurij caput.
G. *Omnia istæc ego facilè patior, dum hic hinc à me sentiat.*
T. *Atqui nunc abs te* [1] *stat verū hinc ibi testimonium.*
D. Gripe aduorte animum, tu paucis expedi, [2] G. *quid postulas?*
T. *Dixi equidem, sed si parum intellexti, dicam denuo:*
Hasce ambas vt dudum dixi, ita esse oportet liberas:
Hæc Athenis parua fuit virgo surrepta. G. dic mihi,
Quid ista ad vidulum pertinent, seruæ sint istæ an liberæ?
T. *Omnia iterum vis memorari scelus, vt desiat dies.*
D. Abstine maledictis, & mihi quod rogaui dilue.
T. *Cistellam istic inesse oportet caudeam in isto vidulo,*
Vbi sunt signa, qui parētes noscere hæc possit suos,
Quibuscum parua perijt Athenis, sicuti dixi prius.
G. *Iuppiter te dig*[3] *perdāt, quid ais vir venefice?*
Quid? istæ mutæ sunt, quæ pro se fabulari non queant?
T. *Eò tacent, quia tacita bona'st mulier semper, quam loquens.*
G. *Tum pol tu pro portione, nec vir nec mulier mihi es.*
T. *Quidum? G. quia enim neque loquens es, neq*[3] *tacens vnquam bonus.*
Quæso an vnquam hodie licebit mihi loqui? D. si præter hac
Vnum verbum faxis hodie, ego tibi comminam caput.
T. *Vt id occœpi dicere senex, eam te quæso cistulā,*
Vt iubeas hunc reddere illis, ob eam si quid postulat
Sibi mercedis, dabitur: aliud quicquid ibi est, habeat sibi.
G. *Nunc demum istuc dicis, quoniam ius meum esse intelligis.*
Dudum dimidiam petebas partem. T. *Immò etiā nunc peto.*
G. *Vidi petere miluium, etiam cum nihil auferret tamen.*
D. Non ego te comprimere possum sine malo? G. *si istic taceat,*
Ego tacebo: si iste loquitur, sine me pro re mea loqui.
D. Cedò modò mihi istum vidulum Gripe. G. *cō-credam tibi,*
[1] *Ac si istorum nihil sit, vt mihi reddas. D. reddetur. G. tene.*
D. Audi nunc iam Palæstra atque Ampeliſca hoc quod loquor,
Est-ne hic vidulus vbi cistellam tuam inesse aiebas? P. *is est.*
G. *Perij hercle ego miser, vt priusquam planè aspexit, illico*
Eum esse dixit. P. *Facilē ego hanc rē*[2] **planā tibi:*
Cistellā istic inesse oportet caudeā in isto vidulo,
Ibi ego dicam quicquid inerit nominatim, tu mihi
Nullum ostenderis. si falsa dicam, frustra dixero.
Vos [3] *tamen istæc quicquid istic inerit, vobis habebitis.*
Sed si erunt vera, tum obsecro te, vt mea mihi reddantur. D. placet.
Ius merum oras, meo quidem animo. 4 T. *at meo hercle.**
G. *Quid si ista aut superstitiosa, aut ariola est, atque omnia*
Quicquid insit, vera dicet, an ne habebit ariola?
D. Non [5] *feret', nisi vera dicet, nequicquam ariolabitur.*
[6] P. *Solue vidulum ergo, vt quid sit verum, quā primum sciam.*
[7] *D. Bene hoc habet.* G. *solutum est, ah peri, video cistellam. D. hæccine est?*
P. *Istæc est, ô mei parentes, hic vos concluſos gero,*
Huc opēsque spēsque vestrūm cognoscendūm condidi'.
G. *Tunc tibi hercle deos iratos esse oportet, quisquis es,*
Quæ parentes tam in angustum tuos locum compegeris.
D. Gripe accede huc, tua res agitur, tu puella istinc procul,
Dicito quid insit, & qua facie memorato omnia.
Si hercle tantillum peccassis, quod posterius postules,
Te ad verum conuerti, nugas mulier magnas egeris.
G. *Ius bonum oras.* T. *ædepol haud* [8] *te orat, nam tu iniurius.*
D. Loquere nunc iam puella. Gripe animum aduorte, ac tace.
P. *Sunt crepundia. D. ecca video. G. perij in primo prælio.*

1 L. At si. 2 L. quem quæris. 3 *Lamb. putat legendum* autem. 4 L. GR. at meo hercle iniuriam meram. 5 L. refert. 6 *dele* Palæstrę *nomen, sunt enim verba* Dam. 7 L. GR. Hoc habes, solum est, aperi, video cistellam.

1 L. orat te.

a L. stat. verūm hinc tibi test. 2 *dele* Gripi *nomē.*

D. Mane, ne ostenderis, qua facie sunt? responde ex ordine.
P. [1] Ensiculu'st aureolus primum litteratus. D. dice dum,
In eo ensiculo litterarum quid est? P. mei nomen patris,
Post altrinsecus est securicula ancipes, item aurea,
Litterata, ibi matris nomen in securicula'st. D. mane.
Dic in ensiculo quod nomen est paternum? P. Dæmones.
D. Di immortales, vbi loci sunt spes meæ? G. immò ædepol meæ.
D. Pergite obsecro continuò placidè. G. aut ite in malam crucem.
D. Loquere matris nomen hic in securicula quid siet.
P. Dædalis. D. di me seruatum cupiunt. G. at me perditum.
D. Filiam meam esse hanc oportet Gripe. G. sit per me quidem.
Quin te di omnes perdant, qui me hodie oculis vidisti tuis,
Meq; adeò scelestum, qui non circumspexi centies
Prius, me ne quis inspectaret, quàm rete extraxi ex aqua.
P. Post in [2] sicilicula argenteola, & duæ connexæ manicula, &
Sucula. G. quin tu i directa cum sucula & cum porculis.
P. Et bulla aurea est, pater quam dedit mihi natali die.
D. Ea est profectò, contineri quin complectar, non queo.
Filia mea salue: ego is sum, qui te produxi pater,
Ego sum Dæmones, & mater tua ecca hic intus Dædalis.
P. Salue mi pater insperate. D. salue, vt te amplector libens.
T. Volupe'st, cum istuc ex pietate vestra vobis cõtigit.
D. Capedum hunc si potes fer intrò vidulum, age Trachalio.
T. Ecce [3] Gripe scelestra, cùm istæc res malè euenit tibi,
Gripe gratulor. D. age eamus mea gnata ad matrem tuam,
Quæ ex te poterit argumentis hanc rem magis exquirere,
Quæ te magis tractauit, magísque signa pernouit tua.
T. Eamus intrò omnes, quando operam promiscam damus.
P. Sequere me Ampelisca. AM. cum te dij amant, voluptati est mihi.
G. Sum-ne ego scelestus, qui illunc hodie excepi vidulum,
Aut cum excepi, qui non alicubi in solo abstrusi loco?
Credebam ædepol turbulentam prædam euenturam mihi,
Quia illa mihi turbulenta tempestate euenerat.
Credo ædepol ego illic inesse auri & argenti largiter.
Quid melius est, quàm vt hinc intrò abeam, & me suspendam clanculum,
Saltem tantisper dum abscedat hæc à me ægrimonia.

[1] L. Ensiculus est primum aureolus lit.
[2] Lamb. edidit situla. putaret tamen legendum situlula. [3] L. Gripi.

DÆMONES senex.

PRoh di immortales, quis me est fortunatior,
Qui ex improuiso filiam inueni meam?
Satin' si cui homini Dei esse ben efactum volunt,
Aliquo illud pacto obtingit optatum piis.
Ego hodie qui neque speraui, neque credidi,
Is improuiso filiam inueni tamen,
Et eam de genere summo adolescenti dabo
Ingenuo, Atheniensi, & cognato meo.
Ego eum adeò [1] accersi huc ad me quamprimùm volo,
Iussíq; exire huc seruum eius, vt ad forum
Iret: nondum egressum esse eum id'miror: tamen
Accedam opinor ad fores. quid conspicor?
Vxor complexa collo retinet filiam,
Nimis [2] inepta atque odiosa eius amatio est.

[1] L. arcessi. [2] L. penè inept.

DÆMONES, TRACHALIO seruus.

ALiquando osculando melius est vxor, paulsam fieri,
Atque adornare, vt rem diuinam faciam, cum intro aduenero,
Laribus familiaribus, cùm auxerũt nostram familiam:
Sunt domi agni, & porci sacres. sed quid istum remoramini.
Mulieres Trachalionem? atque optimè, eccum exit foras.
T. Vbi vbi erit, tamen inuestigabo, & mecum ad te adducam simul
Pleusidippum. D. eloquere vt hæc res obtigit de filia,
Eum rogato, vt relinquat alias res, & huc veniat. T. licet.
D. Dicito daturum meam illi filiam vxorem. T. licet.
D. Et patrem eius me nouisse, & mihi esse cognatum. TR. licet.
D. Sed propera. T. licet. D. iam hic fac cœna vt curetur. T. licet.
D. Omnian' licet? T. licet. sed scin' quid est quod te volo?
Quod promisisti vt memineris hodie vt liber sim. DÆ. licet.
TR. Fac exores Pleusidippum, vt me emittat

manu.

manu.D.licet. (cet.
T. Et tua filia facito oret, facilè exorabit. D. li-
TR. Atque vt mihi Ampelisca nubat, vbi ego sim liber.D.licet.
TR. Atque vt gratum mihi beneficium factis experiar.D.licet.
TR. Omnian' licet? D Æ. licet.tibi rursum refero gratiam.
Sed propera ire in vrbem actutum, & recipe te huc rursum.TR.licet.
Iam hic ero, tu interibi adorna caterum quod opus est.D.licet.
Hercules istum 1 infelicet cum sua licentia,
Ita meas repleuit aures, quicquid memorabam, licet.

GRIPVS piscator, DÆMONES senex,

QVàm mox licet te compellare Dæmones?
D. Quid est negocij Gripe? G.de illo vidulo
Si sapias, habeas quod 2 di boni danunt.
D. Æquum videtur tibi vt ego, alienũ quod est,
Meũ esse dicam? G. quod ne ego inueni in mari?
D. Tanto melius illi obtigit, qui perdidit,
Tuum esse nihilo magis oportet vidulum.
G. Isto tu pauperes, cum nimis sanctè pius.
D. O Gripe Gripe, in ætate hominum plurima
Fiunt transennæ, vbi decipiuntur dolis.
Atque adepol in eas plerunque esca imponitur,
Quam si quis auidus poscit escam auariter,
Decipitur in transenna auaritia sua.
Ille qui consulè, docte, atque astutè cauet,
Diutini ei vti bene licet, partum bene:
Mihi istæc videtur præda prædatum irier,
Vt cum maiore dote abeat quàm aduenerit.
Ego' ne vt quod ad me allatum esse alienũ sciã,
Celem? minimè istuc faciet noster Dæmones.
Semper cauere hoc sapientes æquissimum est,
Ne conscij sint ipsi maleficiis suis,
Ego mihi cum lusi, nihil moror vllum lucrum.
GR. Spectaui ego pridem comicos ad istum modum
Sapienter dicta dicere, atque ius plaudier,
Cum illos sapienteis mores monstrabant poplo:
Sed cum inde suam quisque ibant diuorsi domum,
Nullus erat illo pacto, vt illi iusserant.
DÆ. Abi intrò, ne molestus, lingua tempera.
Ego daturus tibi nihil sum, ne tu frustra sis.
GR. At ego deos quæso, vt quicquid in illo vidulo'st,
Si aurum, si argentum est, omne id vt fiat cinis.
DÆ. Illuc est quod nos nequam seruis vtimur.
Nam illic cum seruo si quo congressus foret,
Et ipsum sese & illum furti astringeret.
Dum prædam habere se censeret, interim
Præda ipsus esset, præda prædam duceret.

1 L.infelicitet. 2 L.di dant boni.
3 Lamb. verba esse Gripi autumas, eò vsque, Egóne vbi rursus verba sunt Dæm.

Nunc hinc intro ibo, & sacrificabo.post ibi
Iubebo nobis cœnam continuò coqui.

PLEVSIDIPPVS adolescens, TRACHALIO seruus.

ITerum mihi istæc omnia itera mi anime, mi Trachalio,
Mi liberte, mi patrone, immò potius mi pater.
Repperit patrem Palæstra suum atque matrem? T.repperit.
PL. Et popularis est? TR. opinor.PL.& nuptura est mihi? TR. suspicor.
PL. Censen' hodie despondebit eam mihi quæso? TR.censeo.
PL. Quid? patri etiam gratulabor cum illam inuenit? TR.censeo.
P. Quid matri eius? T. censeo. P. quid ergo censes? T.quod rogas
Censeo.P.dic ergo quanti censes? T.egóne? censeo.
P. Adsum equidem, ne censionem semper facias.T.censeo.
P. Quid si curram? T.censeo. P.an sic potius placidè? T.censeo.
P. Etiamne eam adueniens salutem? T. censeo.
P.etiámne patrem?
TR.Censeo.PL. pòst eius matrem? TR.censeo.PL. quid postea?
Etiámne adueniens complectar eius patrem? T. non censeo.
P. Quid matrem? T. non censeo.P. quid eampse illam.T.non censeo.
P. Perij, delectum dimisit, nunc non censet cum volo.
TR. Sanus non es, sequere. PL. duc me mi patrone quò libet.

ACTVS V.

LABRAX.

QVis me est mortalium miserior, qui viuat alter hodie?
Quem ad recuperatores modò damnauit Pleusidippus.
Abiudicata à me modò est palæstra, perditus sum.
Nam lenones ex gaudio credo esse procreatos,
Ita omnes mortales si quid est mali lenoni, gaudent.
Nunc alteram illam, quæ mea est, visam huc in Veneris fanum.
Saltem vt eam abducam, de bonis quod restat reliquiarum.

GRIPVS piscator, LABRAX leno.

NVnquam adepol hodie ad vesperum Gripum inspicietis viuum,
Nisi vidulus mihi redditur. LA. perij, cum mentionem
Fieri audio vsquam viduli, quasi palo pectus tundat.
G. Istic sceleslus liber est, ego qui in mari prehẽdi

Rete, atque excepi vidulum, dare ei negatis quicquam:
L. *Prò di immortales, sue mihi hic sermone arrexit auris.*
G. *Cubitum hercle longis litteris signabo iam vsquequaque,*
Si quis perdiderit vidulum cum auro atque argento multo.
Ad Gripum vt veniat, non feretis istum, vt postulatis.
L. *Meum hercle illic homo vidulum scit, qui habet, vt ego opinor.*
Adeundus mihi illic est homo. di quæso subuenite.
G. *Quid me intrò reuocas? hoc volo hic ante ostium extergere.*
Nam hoc quidem polè robigine, non è ferro factum est.
Ita quanto magis extergeo, rutilum atq; tenuius fit.
Nanque quidem hoc verè natum est, verùm ita in manibus consenescit.
LA. *Adolescens salue.* G. *Di te ament cum irraso capite.* L. *quid fit?*
G. *Verùm extergetur.* L. *vt vales?* G. *quid tu? num medicus quæso es?*
L. *Immò edepol vna littera plus sum, quàm medicus.* G. *num tu*
Mendicus es? L. *tetigisti acu.* G. *videtur digna forma.*
Sed quid tibi est? L. *hac proxima nocte in mari*
1 mihi & alij
Confracta est nauis, perdidi quicquid erat miser ibi omne.
GR. *Quid perdidisti?* LA. *vidulum, cum auro atque argento multo.*
G. *Ecquid meministi in vidulo qui perit, quid infuerit ibi?*
LA. *Quid refert qui periit?* GR. *2 tamen si non hoc, aliud fabulemur.*
Quid si ego sciam qui inuenerit? volo ex te scire signa.
L. *Numi octingenti aurei in marsupio infuerunt.*
Præterea centum 3 minæ, Philippeæ in pascelo seorsus.
G. *Magna hercle præda'st, largiter mercedis indipiscar.*
Dij me, hominésque respiciunt, bene ego hinc prædatus ibo.
Profectò huius est vidulus, perge alia tu expedire.
LA. *Talentum argenti commodum magnum inerat in crumena,*
Præterea sinus, epichysis, cantharus, gaulus, cyathúsque.
GR. *Papæ! diuitias tu quidem habuisti luculentas.*
LA. *Miserum istuc verbum & pessimum est, habuisse, & nihil habere.*
GR. *Quid dare velis, qui istæc tibi inuestiget, in-*

1 L. clauinam. 2 L. nihil tamen.
3 L. denaria Philippea.

dicétque?
Eloquere properè celeriter. L. *nummos trecentos.* G. *tricas.*
LA. *Quadringentos.* GR. *tramas 1 putidas.* L. *quingentos.* G. *cassam glandem.*
L. *Sexcentos.* G *curculiunculos minutos fabulare.*
L. *Dabo septingentos.* G. *os calet tibi, 2 nunc id frigefactas.*
LA. *Mille dabo numos.* G. *somnias.* L. *Nihil addo, abi.* G. *igitur audi,*
Si hercle abiero hinc, hic non ero. LA. *vin' centum & mille?* G. *dormis.*
LA. *Eloquere hercle quantum postules.* G. *quo nihil inuitus addas:*
Talentum magnum, non potest triobolum hinc abesse:
Proin tu vel aias, vel neges. L. *3 quid istic necessum esse video,*
Dabitur talentum. GR. *accede dum huc, Venus hæc volo arroget te.*
L. *Quod tibi libet, id mihi impera.* GR. *tange aram hanc Veneris.* L. *tango.*
G. *Per Venerem hanc iurandum est tibi.* L. *quid iurem?* G. *quod iubebo.*
LA. *Præi verbis quiduis, id quod domi est, nunquam vlli supplicabo.*
G. *Tene aram hanc.* LA. *teneo.* G. *deiura te mihi argentum daturum,*
Eodem illo die, viduli vbi sis potitus. L. *fiat.*
G. *Venus Cyrenensis testem te testor mihi.*
Si vidulum illum, quem ego in naui perdidi,
Cum auro atque argento saluum inuestigauero,
Isque in potestatem meam peruenerit:
Tum ego huic Gripo dico, inquito, & me tangito.
L. *Tũ ego huic Gripo dico Venus, vt tu exaudias,*
Talentum argenti magnum continuò dabo.
G. *Si fraudassis, dicito vti te in quæstu tuo*
Venus eradicet caput atque ætatem tuam,
Tecum hoc habeto, tamen vbi iuraueris.
L. *Et illũ ego aduorsum si quid peccasso Venus,*
Veneror te, vt omnes miseri lenones fient.
GR. *Tamen fiet: & si tu fidem seruaueris,*
Tu hic opperire, iam ego faxo exibit senex,
Eum tu continuò vidulum reposcito.
L. *Si maximè mihi illum reddiderit vidulum,*
Non illi ego hodie debeo triobolum,
Meus arbitratus est lingua 4 quod iuret mea.
Sed conticescam, eccum exit, & ducit senem.

GRIPVS *piscator*, DÆMONES *senex*, LABRAX *leno.*

Sequere hàc, vbi istic leno est? heus tu, hem tibi hic habet vidulum.
D. *Habeo & fateor esse apud me, & si tuus est, habeas tibi*
Omnia, vt quæque infuere, ita salua sistẽtur tibi,
Tene si tuus est. L. *ó di immortales, meus est, salue vidule.*

1 L. putridas. 2 L. linguam frig. 3 L. qui istuc? 4 L. quid.

D. *Tuúsne*

D. *Tuúsne est?* L. *rogitas, siquidem hercle Iouis fuit, meus est tamen.*
D. *Omnia insunt salua, vna istinc cistella excepta est modo,*
Cum crepundiis, quibuscum hodie filiam inueni meam.
L. *Quam?* D. *tua quæ fuit Palæstra, ea filia inuenta est mea.*
L. *Bene mehercle est factum, cum istæc tibi res ex sententia*
Pulcrè euenit, gaudeo. D. *istuc facile non credo tibi.*
L. *Immò hercle vt scias gaudere me, mihi triobolum*
Ob eam ne duis, condono te. D. *benignè adepol facis.*
L. *Immò tu quidem hercle verò.* GR. *heus tu iámne habes vidulum?*
L. *Habeo.* GR. *propera.* L. *quid properabo?* G. *reddere argentum mihi.*
L. *Neque adepol tibi do, neque quicquam debeo.*
G. *quæ hæc factio est?*
Non debes? L. *non hercle verò.* G. *non tu iuratus mihi es?*
L. *Iuratus sum, & nunc iurabo, si quid voluptati est mihi,*
Iusiurandum rei seruandæ non perdendæ, conditum est.
G. *Cedo sis mihi talentum magnum argenti periurissime.*
D. *Gripe quod tu istum talentum poscis?* G. *iuratu'st mihi*
Dare. L. *libet iurare, tun' meo pontifex periurio es?*
D. *Qua pro re argentum promisit hic tibi?* L. *si vidulum*
Istum redegissem in potestatem eius, [1] *iuratus dare*
Mihi talentum magnum argenti. L. *cedo qui cum habeam iudicem,*
Ni dolo malo instipulatus sis, nive etiam dum siem
Quinque & viginti natus annos. G. *habe cum hoc.* M. [3] *alio'st opus.*
D. [4] *Iam ab isto auferre haud sinam, nisi istum condemnauero.*
Promisisti huic argentum? L. *fateor.* D. *quod seruo meo*
Promisisti, meum esse oportet, ne tu leno postules,
Te hic fide lenonia vti: non potes. GR. *iam te ratus*
Nactum hominem quem defraudares, dandum huic argentum est probum,
Id ego continuò huic dabo, adeò me vt hic emittat manu.
D. *Quando ergo erga te benigus fui, atque opera mea*
Hæc tibi sunt seruata. G. *immò hercle mea, ne tu dicas tua.*
D. *Si sapias, tacebis, tam te mihi benignè itidem addecet*
Benemerenti bene ferre gratiam. LA. *nempe pro meo*
Iure oras. D. *mirum quin tuum ius meo periculo abs te expetam.*
L. *Saluus sum, leno labascit, libertas portenditur.*
D. *Vidulum istic ille inuenit, illud mancipium meum est.*
Ego tibi hunc porrò seruaui cum magna pecunia.
L. *Gratiam habeo, & de talento nulla caussa est quin feras*
Quod isti sum iuratus. G. *heus tu mihi dato ergo, si sapis.*
D. *Tacen' an non?* G. *Tu meam rem simulas agere, tibi nunc* *
Non hercle istoc me interuortes, si aliam prædam perdidi.
D. *Vapulabis, verbum si addes istunc vnum.* G. [1] *vel hercle enica,*
Non tacebo vnquam alio pacto, nisi talento dom-
primor.
LA. *Tibi operam hic quidem dat, taceto.* D. *concede tu hoc leno.* LA. *licet.*
L. *Palàm age, nolo* [2] *murmur vllum, neque susurrum fieri.*
D. *Dic mihi, quanti illam emisti tuam alteram mulierculam*
Ampelisca? L. *mille nummos denumeraui.* D. *vin' tibi*
Conditionem luculentam ferre me? L. *sanè volo.*
D. *Diuiduum talentum faciam.* L. *benefacis.* D. *pro illa altera,*
Liberavt sit, dimidium tibi sume, dimidium huic cedo.
L. *Maximè.* D. *pro illo dimidio ego Gripum emittam manu,*
Quem propter tu vidulum, & ego natam inueni.
LA. *benefacis,*
Gratiam habeo magnam. L. *quàm mox mihi argentum ergo redditur?*
D. *Res soluta est Gripe. ego habeo.* L. *hercle, at ego me mauolo.*
D. *Nihil hercle hic tibi est, ne tu speres, iusiurandi volo*
Gratiam facias. L. [3] *peri hercle, nisi me suspendo, occidi.*
Nunquam hercle iterum defraudabis me quidem post hunc diem.
D. *Hic hodie cœnato leno* L. *fiat, conditio placet.*
D. *Sequimini intrò, spectatores vos quoque ad cœnam vocem*
Ni daturus nihil sim, neque sit quicquam [4] *po-*

1 L. quid. 2 L. *fortasse legendum* iuratu'st.
3 L. alio opu'st. 4 L. Iam te ab.

1 L. vel tu hercl.
2 L. murmurilum.
3 L. perij.
4 L. pollucti.

luti' domi,
Néve adeò vocatos credam vos esse ad cœnam foras.
Verùm si voletis plausum fabulæ huic clarum dare,
1 Comessatum omnes venitote ad me ad annos sedecim,
Vos hic hodie cœnatote ambo. L. *fiat.* D. *plausum date.*

1 L. Comissate.

STICHVS.

DRAMATIS PERSONÆ.

PANEGYRIS *mulier.*
PINACIVM *mulier.*
ANTIPHO *senex.*
GELASIMVS *parasitus.*
CROCOTIVM *ancilla.*
DINACIVM *puer.*
EPIGNOMVS.
STICHVS *seruos.*
PAMPHILIPPVS *adolescens.*
SAGARINVS *seruos.*
STEPHANIVM *ancilla.*

ARGVMENTVM.

SENEX castigat filias, quòd hæ viros
Tam perseuerent peregrinantis pauperes
Ita sustinere fratres, neque relinquere.
Contráque verbis delenitur commodis,
Habere sineret, quos semel nactæ forent.
Viri reueniunt opibus aucti trans mare,
Suam quisque retinet. ac Sticho ludus datur.

ACTVS I.
PANEGYRIS, PINACIVM.

CRedo ego miseram fuisse Penelopam soror,
Ex animo quæ tamdiu suo caruit viro.
Nam nos eius animum de nostris noscimus,
Quarum viri nunc hic absunt: 1 quorumce nos
Negociis, vt æquom est, absentium
Solicit æ noctes & dies soror sumus.
PINA. *Semper nostrum officium nos facere æquomst. neque*
Id faciemus magis, quàm nos pietas monet.
Sed hic mea soror assis, multa dum volo
Tecum loqui de re viri. PA. *2 Saluæ-ne amabo?*
PI. *Spero quidem, & volo, sed hoc crucior soror*
Patrem tuum, meúmque, adeo 3 qui vnus vnicè
Ex omnibus perhibetur ciuibus probus,
Eum nunc improbi officio fungi viri.
Tantas viris qui absentibus nostris facit
Iniurias immeritò: nósque abducere
Ab iis volt. hæ res vitæ me saturant soror:
Hæ mihi diuidiæ & senio sunt. PA. *ne lacruma*
Soror: néve tuo id animo fac, tibi quod tuus
Minatur facturum pater. spes est, eum
Melius facturum, noui ego illum. istæc ioco
Dicit. neque ille mereat Persarum sibi
Montes qui esse perhibentur aurei, istud vt
Faciat, quod tu metuis, & si faciat, tamen
Minimè irasci decet neque id immeritò eueniet.
Nam tertius hic est annus, vt nostri domo
Viri abierunt. PI. *ita vt memoras.* PA. *cum ipsi interea*
Viuant, valeant, vbi sint, quid agant, ecquidve agant,
Neque participant nos, neque redeunt. PI. *an id doles*
Soror, quia illi officium non colunt suum,
Cùm tuum facis? PA. *ita pol.* PI. *tacesis. caue audiam*
Ego istuc posthac ex te. PA. *nam quid iam?* PI. *quia*
Pol meo animo 1 sapientis officium suum
Æquom'st colere, & facere. quamobrem 2 ego te hoc soror
Tametsi es maior, moneo, vt memineris tuum.
Et si improbi 3 sint illi, atque aliter nos faciant,
Quàm æquom'st, 4 tamẽ, ne quid malis obnoxiæ
Simus, opibus omnibu' nostrum officiũ nos decet
Meminisse. PA. *placet, taceo.* PI. *at, vt memineri facito.*
PA. *Nolo ego soror, me credi esse immemorẽ viri,*
Neque ille honores mihi quos habuit, perdidit.
5 Nã pol mihi grata acceptaq; huiu'st benignitas.
Et me quidem hæc conditio nunc non pœnitet.
Neque est, cur studeam has nuptias mutarier.
Verùm postremò in patri' potestate est situm.
Faciendum id nobis, quod parentes imperant.
PI. *Scio. atque 6 cogitando mœrore augeor.*
Nam propemodum iã ostẽdit suam sententiam.
PA. *Igitur quæramus, nobis quid facto vsu' sit.*

ANTIPHO, PANEGYRIS, PINACIVM.

AN. *QVi manet vt moneatur semper seruos homo officium suum,*

1 L. omnis sapientis. 2 [illegible] ego [illegible] scribe ted hoc s. 3 L. sint; atque aliter in nos f secus.
4 L. tamen pol se neque. 5 L. Non.
6 L. in cogitando.

1 L. quo úmve. 2 L. Saluæ-ne res?
3 L. vnus qui.

Nec

Nec voluntate id facere 1 *meminit: seruos is habitu haud probus est.*
Vos meministis quot calendis petere dimensum cibum,
Qui minus meministis, quòd opus sit facto, facere in ædibus?
Iam quidem in suo quicque loco nisi erit mihi situm suppellectilis.
Cum ego reuortar, vos monumentis commonefaciam bubulis.
Non homines habitare mecum mihi hic videntur, sed sues,
Facite, sultis, nitida vt ædes meæ sint, cum redeam domum.
Iam ego domi adero. ad meam maiorem filiam intuiso domum.
Siquis me quæret, inde vocatote aliqui, aut iam egomet hic ero.
PI. *Quid agimus soror, si offirmabit pater aduersum nos?* PA. *pati*
Nos oportet quod ille faciat, cuius potestas plus potest.
AN. *Si manere hic sese malint potiùs quàm alio nubere,*
Non faciam. quid mihi opus est decurso ætatis spacio cum eis
Gerere bellum, cùm nihil quamobrem faciam, meruisse arbitrer?
Minimè volo turbas. sed hoc mihi optimum factu arbitror.
Principium ego quo pacto cum illis occipiam id ratiocinor,
Vtrum ego perplexim lacessam oratione ad hunc modum,
Quasi nunquam quicquam in eas simulem, quasi nihil inaudiuerim,
Eas in se 2 *meruisse, an potim tentem leniter,*
An minaciter? scio litis fore. ego meas noui optumè.
Exorando, haud aduersando sumendam operam censeo.
PI. *Gratiam à patre, si petimus, spero ab eo impetrassere:*
Aduorsari sine dedecore & scelere summo haud possumus:
Neque ego factura sum, neque tu vt facias consilium dabo,
Verùm vt exoremus. noui ego nostros, exorabili' st.
AN. *Sic faciam,* 3 *assimulabo quasi aliquam culpam* 4 *in se admiserint,*
Perplexabiliter earum hodie perpauefaciam pectora.
Post id agam igitur: deinde, vt animus meus erit, faciam * *palam'.*
Multa scio facienda verba: ibo intrò, sed aperta est foris.
PI. *Certò enim mihi paternæ vocis sonitus auris accidit.*
PA. *Is est ecastor, ferre aduorsum hominem occupemus osculum.*
PI. *Salue mi pater.* AN. *& vos amba illico agite, assidite.*
PI. *Osculum.* AN. *sat est mihi oscüli vostri.* PI. *quî amabò pater?*
AN. *Quia ita meæ animæ salsura euenit.* PI. *assidè hic* 1 *pater.*
AN. *Non sedeo, istic vos sedete, ego sedero in subsellio.*
PI. *Mane lupuinum.* AN. *bene* 2 *procuras, satis sic fultum est mihi.*
PI. *Sine pater.* AN. *quid opus est?* PI. *opus est.* A. *morem tibi geram, atque hoc satis est.*
PI. *Nunquam enim nimis curare possunt suum parentem filiæ.*
Quem æquius est nos potiorem habere, quàm te? postidia, pater,
Viros nostros, quibus tu voluisti esse nos matres familiâs.
Æ. *Bonas vt æquum est facere, facitis: cùm tamen absentis viros*
Perinde habetis, quasi præsentes. PI. *pudicitia est pater*
Eos magnificare, qui nos socias sumpserunt sibi.
AN. *Nunquis hic est alienus nostris dictis auceps auribus?*
PA. *Nullus, prater nos, téque.* AN. *vostrum animum adhiberi volo.*
Nam ego ad vos nunc imperitus rerum, & morum mulierum,
Discipulus venio ad magistras, quibus matronas moribus,
Quæ optumæ sunt esse oportet, sed vtraque vt dicat mihi.
PA. *Quid istuc est, quod huc exquæsitum mulierum mores venis?*
A. *Pol ego vxorem quæro, postquam vostra mater mortua est.*
PA. *Facilè inuenies & peiorem, & peius moratam pater,*
Quàm illa fuit: meliorem neque tu reperies, neque sol videt.
AN. *At ego ex te exquiro, atq; ex istac tua sorore.*
PI. *ædepol pater*
Scio vt oportet esse, si sint ita, vt ego æquũ censeo.
AN. *Volo scire ergo vt æquum censes.* PI. *vt per vrbem cùm ambulent,*
Omnib⁹ os obturent, nequis meritò maledicat sibi.
A. *Dic vicissim nunc iam tu.* PI. *quid vis tibi dicam pater?*
A. *Vbi facillimè spectatur mulier quæ ingenio est bono?*
P. *Cui malefaciundi est potestas, quæ ne faciat, id temperat.*
A. *Haud malè istuc, age tu altera, vtra sit conditio pensior,*

1 L. meminit sua. is h. h. probu'st.
2 L. meruisse culpam.
3 L. al. insimulabo. 4 L. in sese.
1 L. mi pater.
2 L. procuras mihi.

Virginem an viduam habere? PI. quanta mea sapientia est,
E malis mutuis, malum quod minimum est, id minimum est malum.
Qui potest mulieres vitare, vitet: vt quotidie
Pridie caueat, ne faciat quod pigeat postridie.
AN. Quæ tibi mulier videtur multo sapientissima?
PA. Quæ 1 tum cùm res secundæ sunt, se poterit noscere,
Et illa quæ æquo animo patietur sibi esse peius, quàm fuit.
AN. Ædepol vos lepidè tentaui, 2 vostrúmque ingenium.
Sed hoc est quod ad vos venio, quódque esse ambas conuentas volo.
Mihi autores ita sunt amici, vt vos 3 abducam hinc domum.
PA. At enim nos, quarum res agitur, aliter autores sumus.
Nam aut olim, nisi tibi placebant, non datas oportuit:
Aut nunc non æquum est abduci, pater, illisce absentibus.
AN. Vósne ego patiar cum mendicis nuptas, me viuo, viris?
P. Placet ille meus mihi mendicus, suus rex reginæ placet.
Idem animus est in paupertate, qui olim in diuitiis fuit.
AN. Vósne latrones & mendicos homines magnipenditis?
PA. Non tu me argento dedisti, opinor, nuptum, sed viro.
A. Quid? illos expectatis, qui abhinc iã 4 abierunt triennium?
Quin vos capitis conditionem ex pessuma primariam?
PA. Stultitia est, pater, venatum ducere inuitas canes.
Hostis est vxor, inuita quæ ad virum nuptum datur.
AN. Certúmne est neutram vestrarum persequi imperium patris?
PI. Persequimur. nam quò dedisti nuptum, abire nolumus.
AN. Bene valete. ibo, atque amicis vostra consilia eloquar.
PA. Probiores credo arbitrabunt, si probis narraueris.
AN. Curate igitur familiarem rem, vt potestis optumè.
PA. Nunc placet, cum recte monstras: nunc tibi auscultabimus.
Nunc soror 5 abeamus intrò. PI. immò intersam domum:
Si à viro tibi fortè veniet nuncius, facito vt sciã.

1 L. tamen. 2 L. vostrúmque ingenium dudum. 3 L. hinc abducam d. 4 L. absunt. 5 L. nos abeamus.

PA. Neque ego te celabo, neque tu me celassis quod scies.
Ehò Crocotium, i: parasitũ Gelasimum huc 1 accersito,
Tecum adduce. nam illum ecastor mittere ad portum volo,
Si quæ fortè ex Asia nauis heri aut hodie venerit.
Nam dies totos apud portum seruos vnus assidet.
Sed tamẽ volo interuisi. propera, 2 ac actutũ redi.

ACTVS II.

PARASITVS GELASIMVS, CROCOTIVM ancilla.

PA. FAmem fuisse suspicor matrem mihi:
Nam postquam natus sum, satur nunquam fui,
Sed quam ego matri meæ refero inuitissimus,
3 Ea mihi nunquam retulit mater gratiam.
Nam me illa in aluo menses gestauit decem,
At ego illam in aluo gesto plus annos decem.
Atque illa puerum me gestauit paruulum,
Quò minus laboris 4 illam cepisse existimo:
At ego non pauxillulam in vtero gesto famem,
Verùm herclè multò maximam & grauissimam.
Vteri dolores mihi oboriuntur cotidie.
Sed matrem parere nequeo, nescio quomodo.
Audiui sæpe hoc vulgo 5 dicier:
Solere elephantum grauidam perpetuos decem
Esse annos, eius ex semine hæc certo est fames.
Nam iam complures annos vtero hæret meo.
Nunc si ridiculum hominem quæret quispiam,
Venalis ego sum, cum ornamentis omnibus.
Inanimentis explementum quærito.
Gelasimo nomen mihi indidit paruo pater.
Propter paupertatem hoc adeò nomen repperi.
Quia inde iam à 6 pauxillo puero ridiculus fui.
Eo quia paupertas fecit, ridiculus forem.
Nam illa omnes artes perdocet, vbi quem attigit,
Per annonam caram dixit me natum pater:
Propterea, credo, nunc ego esurio acrius.
Sed generi nostro hæc reddita est benignitas,
Nulli negare soleo 7 si quis me esum vocat.
Oratio vnà interiit hominum pessumè,
Atque optima herclè meo animo & scitissima,
Qua antè vtebãtur, veni illò ad cœnam, sic face,
Promitte verò, ne grauare, est commodum.
Volo inquam fieri, non amittam, quin eas.
Nunc repererunt ei verbo vicarium,
8 Nihil quidem herclè verbum ac vilissimum,
Vocem te ad cœnam, nisi egomet cœnem foris.
Ei herclè verbo lumbos defractos velim,
Ni verè perierit, si cœnassit domi.
Hæc verba subigunt me, mores vt barbares
Discam, atque vt faciam præconis compendium.

1 L. arcessito. 2 L. atque. 3 L. Eam neque refert quisquam omnium hominum gratiam. Neque retulit quam ego refero meæ matri fami: Nam me &c. 4 L. cepisse illam. 5 L. dictũ dicier. 6 L. pauxillo. 7 L. qui esũ me v. 8 L. Nihili.

Ita

Ita auctionem prædicem, ipse veneãm.
C. *Hic ille est parasitus, quem* 1 *accersitum missa sum.*
Quæ loquitur, ausculabo, priusquam colloquar.
GE. *Sed curiosi sunt hic quàm plures mali,*
Alienas res qui curant studio maximo,
Quibus ipsis nulla est res, quam procurent, sua,
Ei quando quem auctionem facturum sciunt,
Adeunt. perquirunt quid siet causæ illico',
Alienum as cogat, an parârit prandium,
2 *Vxor' an sit reddenda dos diuortio?*
Eos omnis, tametsi hercle haud indignos iudico,
Qui vt multum miseri sint, laborẽt, nihil moror.
Dicam auctionis causam, vt animo gaudeant.
Nam curiosus nemo est, quin sit maleuolus.
Ipse egomet quamobrem auctionem prædicem,
Damna euenerunt maxima misero mihi,
Ita me mancupia miserum affecerunt malè,
Potationes plurimæ demortuæ,
Quot adeò cœnæ, quas defleui, mortuæ?
Quot potiones mulsi, quot autem prandia?
Quæ inter continuum perdidi triennium.
Præ mœrore adeò miser atque ægritudine
Consenui, penè sum fame 3 *emortuus.*
Ridiculus aquè nullus est, quàm quando esurit.
Nunc auctionem facere decretum est mihi,
Foràs necessum est quicquid habeo vendere.
Adeste sultis, præda erit præsentium.
Logos ridiculos vendo, agite licemini,
Qui cœna poscit? ecquis poscit prandio?
Hercules te amabit prandio? cœna tibi?
Ehem annuistin'? nemo meliores dabit.
Nullis meliores esse parasitos sinam.
Vel vnctiones græcas, sudatorias,
Vel alias 4 *malis malacas ampullarias*
Cauillationes, assentatiunculas,
Ac periuratiunculas parasiticas,
Rubiginosam strigilem, ampullam rubidam,
Parasitum inanem, quo recondas reliquias.
Hæc venisse iam opus est, quantum potest,
Vti decumam partem Herculi polluceam.
CR. *Ecastor auctionẽ* 5 *facit haud magni precij.*
Adhæsit homini ad infimum ventrem fames.
Adibo hominem. GE. *quis hæc est, quæ aduersum it mihi?*
Epignomi ancilla hæc quidem est Crocotium.
CR. *Gelasime salue.* GE. *non est id nomen mihi.*
CR. *Certò mecastor id fuit nomen tibi.*
GE. *Fuit* 6 *disertum, verùm id vsu perdidi:*
Nunc 7 *Microtrogus nomine ex vero vocor.*
CR. *Heu ecastor, risi te hodie multum.* G. *quando, aut quo in loco?*
CR. *Hic, cum auctionem prædicabas.* G. *pessima.*
Ehon' audiuisti? CR. *te quidem dignissimam.*
GE. *Quò nunc is?* CR. *ad te.* GE. *quid venis?* CR. *Panegyris*
Rogare iussit te multo opere maximo,

1 *L.* arcessitum. 2 *L.* Vxoria. 3 *L.* mortuus.
4 L. magis malacas. 5 *Dele* facit.
6 L. disertim, 7 *L.* Miccotrogus.

Mecum simitu vt ires ad sese domum.
GE. *Ego illò mehercule verò eo quantum potest.*
Iámne exta cocta sunt, quot agnis' fecerat?
CR. *Illa quidem nullum sacrificauit.* GE. *quo modo?*
Quid igitur me volt? CR. *tritici modios decem*
Rogare, opinor, te volt. GE. *méne vt ab se petam?*
CR. *Immò vt abs te mutuum nobis dares.*
GE. *Negato esse quod dem, nec mihi, nec mutuum,*
Nec aliud quisquam, nisi hoc quod habeo pallium:
Linguam quoque mihi etiam esse venditariam
CR. *Hau, nulla tibi lingua est, quæ quidem dicat, dabo?*
GE. *Veterem reliqui, eccam illam, quæ dicat tibi.*
CR. *Malũ tibi di dent.* GE. *hæc eadem dicit tibi.*
CR. *Quid nunc, iturus an non?* GE. *abi sanè domum,*
Iam illo venturum dicito, propera, atque abi.
Demiror quid illæc me ad se 1 *accersi iusserit,*
Quæ nunquam iussit me ad se 2 *accersi ad hunc diem,*
Postquam vir abiit eius, miror quid siet,
Nisi vt periculum fiat, visam quid velit.
Sed eccum Dinacium eius puerum. hoc vide
Satin' vt facetè, atque ex pictura astitit,
Ne iste adepol vinum poculo pauxillulo
Sepe 3 *exanclauit submerum scitissimè.*

DINACIVM puer, GELASIMVS parasitus.

Mercurius, Iouis qui nuncius perhibetur,
nunquàm æque patri
Suo nuncium lepidum attulit, quàm ego nunc mea hera nunciabo.
Itaque onustum pectus porto lætitia, lubentiaq;.
Neque lubet, nisi gloriosè quicquam proloqui:
profectò
Amœnitates omnium venerum atque venustatum affero,
Ripásque superat mihi atque abundat pectus lætitia meum.
Propterea Dinacium pedes hortare honesta dicta factis.
Nunc tibi potestas adipiscendi est gloriam, laudem, decus.
4 *Egenti heræ subueni, benefacta maiorum tuorum exauge.*
Quæ misera expectatione est Epignomi aduentu viri.
Proinde vt decet, amat virum suum cupidè, nunc expedi Dinacium.
Age vt placet, curre vt lubet, caue quenquam floccifeceris.
Cubitis depulsa de via: tranquillã concinna via

1 *L* arcessi. 2 L. arcessi.
3 *L.* extantlauit.
4 *L.* Heræque egentis.

Si rex obstabit obuiam, regem ipsum 1 *peruortito.*
GE. *Quidnam dicam Dinacium*
Lasciuibundum tam lubenter currere?
Harundinem fert, sportulámque & hamulum piscarium.
DI. *Sed tandem opinor æquius est heram mihi esse supplicem,*
Atque oratores mittere ad me, donáque ex auro & quadrigas
Qui vehar. nam pedibus ire non queo. ergo iam reuortar.
Ad me iri & supplicari egomet mihi censeo æquum.
An verò nugas censeas? nihil esse quod ego nunc scio?
Tantum à portu apporto bonum, tam gaudium affero grande.
Vix ipsa domina hoc, nisi sciat, exoptare à dis 2 *ausit ipsis.*
Nunc vltrò hoc deportem? haud placet, neque id verò officium arbitror.
Hic hoc videtur mihi magis meo conuenire huic nuncio,
Aduersum vt veniat, obsecret se vt nuncio hoc impertiam.
Secundas fortunas decent superbiæ.
Sed tandem cum 3 *recogito, qui potuit scire hæc scire me?*
Non enim possum, quin reuortar, quin loquar, quin edissertem,
Herámque ex mœrore eximam, benefacta maiorum meum
Exaugeam, atque illam augeam ex insperato opportuno modo.
Contundam factaTalthybij, contemnámque omnis nuncios.
Simúlque ad cursuram meditabor me ad ludos Olympiæ.
Sed spacium hoc óccidit, breue'st curriculo, quàm me pœnitet!
Quid hoc? occlusam ianuam video, ibo & pultabo fores.
Aperite atque approperate, fores facite vt pateant, remouete meram.
Nimis hæc res sine cura geritur. vide quamdudum hic ædes pulto?
Non operam datis? experiar fores, an cubiti an pedes plus valeant:
Nimis vellem hæ fores herum fugissent, ea caussa vt haberent malum.
4 *Defessus sum pultando,*
Hoc est postremum vobis.
GE *Ibo, atque hunc compellabo.*
Saluus sis. DI. *& tu salue.*
GE. *Iam tu piscator factus.*
DI. *Quampridem non edisti?*
GE. *Vnde is? quid fers? quid festinas?*
DI. *Tua quod nihil refert, ne*

1 L. prius peruortito. 2 L. audeat.
3 L. ego recogito. 4 L. Defessus.

Cures. GE. *quid istic inest?*
DI. 1 *Quas tu vides colubras?*
GE. *Quid tam iracundus?* DI. *si in te*
Pudor adsit, non me appelles.
GE. *Possum scire ex te verum?*
DI. *Potes, hodie non cœnabis.*

PANEGYRIS *mulier*, GELASIMVS, DINACIVM.

Quisnam obsecro has frangit fores? vbi est?
Tun' hæc facis? tun' mihi huc hostis venis?
GE. *Salue, tuo accersitu venio huc.* PA. *eam' gratia fores effringis?*
GE *Tuos inclama, tui delinquunt, ego quid me velles visebam,*
Nam equidem harum miserebat. DI. *ergo auxilium properè latum est* 2 *eis.*
P. *Quisnam hìc loquitur tam prope nos?* DI. *Dinacium.* P. *vbi is est?*
DI. *Respice me, & relinque egentem parasitum Panegyris.*
P. *Dinacium.* DI. *istuc indidere nomen maiores mihi.*
P. *Quid agis?* DI. *quid agam rogitas?* P. *quid ni rogitem?* DI. *quid mecum est tibi?*
P. *Men' rogas propudiose? eloquere properè Dinacium.*
DI. *Iube me omittere igitur hos qui retinent.* P. *qui retinent?* DI. *rogas?*
Omnia membra lassitudo mihi tenet. P. *linguam quidem*
Sat scio tibi non tenere. DI. *ita* 3 *celeri iui curriculo*
Properè à portu tui honoris caussa. P. *ecquid apportas boni?*
DI. *Nimio impertior multo tãto plus, quàm speras.* P. *salua sum.*
DI. *At ego perij, cui medullam lassitudo perbibit.*
GE. *Quid ego cui misero medullam ventris* 4 *peracepit fames?*
P. *Ecquem conueniisti?* DI. *multos.* P. *at virum ecquem?* DI. *quàm plurimos.*
Verùm ex multis nequiorem nullum, quàm hic est. GE. *quomodo*
Iamdudum ego istum patior, dicere iniustè mihi?
Præterhac si me irritassis. DI. *adepol esuries malè.*
GE. *Animum inducam, vt istuc verum te elocutum esse arbitrer.*
D. *Munditias volo fieri, efferte huc scopas, simúlque arundinem,*
Vt operam omnem aranearum perdam, & texturam improbam,
Deiictámque earum omnis telas. G. *miseræ algebunt postea.*
DI. *Quid illas itidem esse censes, quasi te, cumveste vnica?*
Cape illas scopas. GE. *capiam.* DI. *hoc egomet,*

1 L. Qua tu id re excolubras? 2 Dele eis. 3 L. celeri curriculo fui. 4 L. ipsi. perrepit.

tu hoc

tu hoc conuerre. G. *fecero.*
DI. *Ecquis huc effert Nasiternum cum aqua?* G. *sine suffragio*
Populi, tamen ædilitatem hic quidem gerit. D. *age tu ocyus*
1 *Pinge, humum consperge ante ædis.* G. *faciam.* DI. *factum oportuit.*
Ego hinc araneas de foribus deiiciam, & de pariete,
Ædepol rem negociosam. PA. *quid sit, nihil etiam scio,*
Nisi fortè hospites vẽturi sunt. DI. *lectos sternite.*
P. *Principium placet de lectis.* DI. *alij ligna cædite,*
Alij pisces depurgate, quos piscator attulit,
Pernam & glandium deiicite. G. *hic hercle homo nimium sapit.*
PA. *Non ecastor, vt ego opinor, satis heræ morem geris.*
DI. *Immò res omnis relictas habeo, præ quod tu velis.*
PA. *Tum tu igitur qua caussa missus es ad portum, expedi.*
DI. *Dicam, postquam me misisti ad portum cum luci simul,*
Commodùm radiosus esse sol superabat ex mari.
Dum percontor portitores, ecquæ nauis venerit
Ex Asia, negant venisse, conspicatus sum interim
Cercurum, quo ego me maiorẽ non vidisse censeo,
In portum vento secundo, velo passo peruenit,
Alius alium percontamur, Cuia est nauis, quid vehit?
Interim Epignomum conspicio tuum virum, & seruum Stichum.
P. *Hem quid Epignomum elocutus?* DI. *tuum virum.* P. *& vitam meam?*
DI. *Venit inquam.* P. *tun' eum ipsum vidisti?* DI. *ita ego libens.*
Argenti aurique aduexit multum. PA. *nimis factum bene.*
GE. *Hercle verò capiam scopas, atque hoc conuerram libens.*
DI. *Lanam purpurámque multam.* GE. *Ehem quî ventrem vestiam.*
DI. *Lectos eburatos auratos.* GE. *accubabo regiè.*
DI. *Tum Babylonica peristromata, consutáque tapetia,*
Aduexit nimiùm bonæ rei. GE. *herclè rem gestam bene.*
DI. *Post vt occepi narrare, fidicinas, tibicinas,*
Sambucinas aduexit secum forma exumia. GE. *eugepæ.*
Quando adbibero, alludiabo, tum sum ridiculissimus.
DI. *Postea vnguenta* 2 *multigenerum multa.* GE. *non vendo logos.*
Iam non facio auctionem, quando mihi obtigit hæreditas.
Maleuoli perquisitores auctionum perierint.

1 *Lips.* Tinge humum. 2 L. multum generum.

Hercules decimam asse adauctam tibi quam voui, gratulor.
DI. *Post autem aduexit secum parasitos.* GE. *heu, perij miser.*
DI. *Ridiculosissimos.* GE. *reuerram hercle hoc, quod conuerri modò.*
P. *Vidistin' virum sororis Pamphilippum?* DI. *non.* P. *adest?*
DI. *Immò aiebant eum venisse simul: sed ego huc citus*
Præcucurri, vt nunciarem nuncium 1 *optabilem.*
GE. *Venales* 2 *logi sunt illi quos negabam vendere*
Illico, & meo malo est, quòd maleuolentes gaudeant.
Hercules sanè qui deus sis, discessisses non malè.
P. *I intrò Dinacium, iube famulos rem diuinam mihi apparent.*
Bene vale. GE. *vin' administrem?* P. *sat seruorum habeo domi.*
GE. *Enimuerò Gelasime opinor prouenisti futile,*
Si neque ille adest, neque hic qui venit, quicquã subuenit.
Ibo intrò ad 3 *liberos, & discam de dictis melioribus,*
Nam ni illos homines expello ego, óccidi planissumè.

ACTVS III.

EPIGNOMVS *adolescens,* STICHVS *seruus.*

CVm bene re gesta saluus conuortor domum,
Neptuno grates habeo & tempestatibus
Simul Mercurio, qui me in mercimoniis
Iuuit, lucrisque quadruplicauit rem meam.
Olim quos abiens affeci ægrimonia,
Eos nunc lætantis faciam aduentu meo
Nam iam Antiphonem conueni affinem meum,
Cúmque eo reueni ex inimicitia in gratiam.
Videte quæso quid potest pecunia.
Quoniam re bene gesta redisse me videt,
Magnásque apportauisse diuitias domum,
Sine aduocatis ibidem in circuo, in stega,
In amicitiam atque in gratiam conuortimus.
Et 4 *sic hodie apud me venit, & frater meus.*
Nam heri ambo in vno portu fuimus. sed mea
Hodie soluta est nauis aliquanto prius.
Age 5 *abduc has in eo, quas mecũ adduxi Stiche.*
ST. *Here, siue ego faceam, seu loquar, scio scire te*
6 *Quas multas tecum miserias multauerim.*
7 *Nunc hunc diem vnum ex illis multis miseriis,*
Volo me Eleuteriam capere aduenientem domum.
EP. *Et ius æquum postulas, sumas Stiche*
In hunc diem te nihil moror, abi quò lubet.
Cadum tibi veteris vini propino. ST. *papæ.*

1 L. ex[illegible]tabilem. 2 v. c. ioci.
3 L. li[illegible]os. 4 L. hic 5 L. duc.
6 L. [illegible]am. 7 L. In hunc d.

Ducam hodie amicam. EP. *vel decem, dum de tuo.*
Vbi cœnas hodie? [1] ST. *si hanc rationem instituis:*
Amicam ego habeo Stephanium hinc ex proximo,
Tui fratris ancillam, eo [2] *condixi in symbolam*
Ad cœnam, ac eius conseruum Sagarinum Syrum.
Eadem est amica ambobus, riuales sumus.
E. *Age abduc eas intrò, hunc tibi dedo diem.*
ST. *Meam culpam habeto, nisi probè excruciauero.*
Iam hercle ego per hortum amicam transibo meam.
Mi hanc occupatum noctem, eadem symbolam
Dabo, & iubebo ad Sagarinum cœnam coqui.
Aut egomet ibo, atque obsonabo obsonium.
Atque id ne vos miremini, homines seruulos
Potare, amare, atque ad cœnam condicere,
Licet hoc Athenis nobis: sed cùm cogito
Potius quàm in diuidiam veniam, est etiam hic ostium
Aliud posticum nostrarum harunce ædium,
(Posticam partem magis vtuntur ædium)
Ea ibo obsonatum, eadem referam obsonium
Per hortum, vtroq; commeatus continet.
Ite hâc secundum vos me, ego hunc lacero diem.

GELASIMVS *parasitus*, EPIGNOMVS *adolescens.*

Libros inspexi, tam confido quàm [3] *poti'st,*
Me meum obtenturum regem, ridiculis meis.
Nunc exteruiso, iámne à portu aduenerit,
Vt eum aduenientem meis dictis deliniam.
E. *Hic quidem Gelasimus est parasitus qui venit.*
GE. *Auspicio hodie optumo exiui foras,*
Mustela mihi mihi abstulit præter pedes.
Eum strenua obsonauit. spectatum hoc mihi est,
Nam vt illa veram repperit hodie sibi,
Item [4] *meo spero facturum augurium. hoc facit*
Epignomus, hic quidem qui astat: ibo atque alloquar,
Epignome, vt ego te nunc conspicio lubens?
Vt præ lætitia lacrymæ prosiliunt mihi'.
Valuistin' vsq;? E. *sustentatum'st sedulò,*
G. *Bene atque amice dicis. Vi dent quæ velis,*
Propino tibi salutem plenis pocibus.
Cœnabis apud me, quoniam huius aduenis.
EP. *Vocata est opera.* G. [5] *nunquidem tam graue est?*
Promitte. EP. *certum est.* G. *sic, inquam.* E. *certa res est.*
GE. *Lubente me hercle facies.* E. *Idem ego istuc scio.*

1 *Stichi nomen non hic, sed initio vers. habet Lāb.*
2 *L.* condicam. 3 *L.* potest. 4 *L.* e spero.
5 *L.* nunquid hoc tibi tam gr.

Quando vsus veniet, fiet. GE. *nūc ergo vsus est.*
EP. *Non ædepol possum.* GE. *quid grauare? censeas?*
Nescio quid vero habeo in mundo. [1]. EP. *I modo,*
Alium conuiuam quærito [2] *in nunc diem tibi.*
GE. *Quin tu promittis?* EP. *non grauer, si possiem.*
GE. *Vnum quidem hercle certum promitto tibi,*
Libens accipiam, certò si promiseris.
EP. *Valeas.* GE. *certum'ne est?* EP. *certū, cœnabo domi.*
GE. *Quandoquidem operam tuam non vis promittere,*
Vin' ad te ad cœnam veniam? EP. *si possim, velim:*
Verùm hic apud me cœnant alieni nouem.
GE. *Haud postulo equidem* [3] *summo in lecto accumbere,*
Scis tu med esse imi subsellij virum?
EP. *At ij oratores sunt populi summi viri,*
Ambracia veniunt huc legati publicè.
GE. *Ergo oratores populi summates viri*
Summi accumbent, ego infimatis infimus.
EP. *Haud æquum est te inter oratores accipi.*
GE. *Equidem hercle orator sum, sed procedit parum.*
EP. *Cras de reliquis nos volo. multum vale.*
GE. *Perij hercle verò planè non obnoxiè.*
Vno Gelasimo minus est, quàm dudum fuit.
Certum est mustelæ posthac nunquam credere.
Nam incertiorem nullam noui bestiam.
Quin ipsa decies in die mutat locum.
Eam [4] *ego auspicaui in re capitali mea.*
Certum est amicos conuocare, vt consulam
Qua lege me nunc esurire oporteat.

ACTVS IIII.

ANTIPHO *senex*, PAMPHILIPPVS, EPIGNOMVS.

Ita me Di bene ament, meásque mihi bene seruassint filias,
Vt mihi volupe'st Pamphilippe, quia vos in patriam domum
Redisse video, bene gesta re ambos, te & fratrem tuum.
PA. *Satis abs te accipiam, nisi videam mihi te amicum esse Antipho.*
Nunc quia te amicum mihi experior esse, creditur tibi.
AN. *Vocem ego te ad me ad cœnam, frater tuus nisi dixisset mihi,*
Te apud se cœnaturum [5] *hodie, cum me ad se ad cœnam vocat.*
Et magis par fuerat me dare vobis cœnam aduenientibus,
Quàm me ad illum promittere, nisi nollem ei aduersarier.

1 *Nomen Epign. non hic, sed initio seq. versus habet Lamb.* 2 L. tibi in h. diem. 3 L. medio.
4 L. auspicaui ego. 5 L. esse hod.

Nunc

Nunc me gratiam abs te inire verbis nihil desidero,
Cras apud me eritis, & tu & ille, cum vestris vxoribus.
PA. *Et apud me perendie: nam ille herè me iam vocauerat*
In hũc diem. sed satin' ego tecum pacificatus sum Antipho?
AN. *Quando ita rem gessistis, vti vos vellem, amicos atque addecet,*
Pax commerciúmque est vobis mecum. nam hoc tu facito cogites,
Vt cuiq; homini res parata est, firmi amici sunt: si res labat
Itidem amici collabascunt. res amicos inuenit.
EP. *Iam redeo, nimia voluptà'st si diu* [1] *abfueris à domo,*
Domum si redieris, si tibi nulla est ægritudo animo obuiam.
Nam ita me absente familiarem rem vxor curauit meam,
Omnium me [2] *exilem atque inanem fecit ægritudinem.*
Sed eccum fratrem Pamphilippum, incedit cum socero suo.
PA. *Quid agitur Epignome?* EP. *quid tu? quamdudum in portum venis*
Huc? PA. *longissimè.* EP. *postilla, iam iste est trãquillus tibi?*
AN. *Magis quàm mare, quo ambo estis vecti.* EP. *facis vt alias res soles.*
Hodiéne exoneramus nauem frater? PA. *clementer volo.*
Nosmet potius oneremus vicissatim voluptatib.
Quàm mox cocta est cœna, impransus ego sum.
EP. *abi intrò ad me, & laua.*
PA. *Deos salutatum atque vxorem modò intrò deuortor domum.*
EP. *Apud nos* [3] *eccilla festinat cũ sorore vxor tua.*
PA. *Optimum est* [4] *iam istoc, moræ minus erit. iã ego apud te ero.*
A. *Priusquam abis, præsente te huic apologum agere vnum volo.*
EP. *Maxumè.* AN. *fuit olim, quasi ego sum senex, ei filiæ*
Duæ erant, quasi nunc meæ sunt, eæ erant duobus nuptæ fratribus,
Quasi nunc meæ sunt vobis. PA. *miror quo euasurus' st apologus.*
AN. [5] *Erat minori illi adolescenti fidicina & tibicina,*
Quam peregrè aduexerat, quasi nunc tu: sed ille erat celebs senex,
Quasi ego nunc sum. PA. *perge porro, præsens hic quidem est apologus.*
AN. *Deinde senex ille illi dixit, cuius erat tibicina,*

1 L. afueris. 2 L. exsulem. 3 L hîc eccilla. 4 L. iam: istoc moræ. 5 L. minori ex illis adolescens fidicinam atque tibicinam Peregrè aduex.

Quasi ego nunc tibi dico. PA. *ausculto, atque animum aduorto sedulò.*
AN. *Ego tibi meam filiam, bene quicum cubitares dedi:*
Nunc mihi reddi ego æquum esse abs te, quicum cubitem. censeo.
PA. *Quis istuc dicit, an ille quasi tu?* AN. *quasi ego nunc dico tibi,*
Immò duas dabo, inquit ille adolescens, vna si parum est:
Et si duarum [1] *pœnitebit, inquit, addentur duæ.*
PA. Quis istuc quæso, an ille quasi ego? An is ipse quasi tu senex,
Ille quasi ego, si vis inquit, quatuor sanè dato.
Dum equidem hercle quod edant addas, meum ne contruncent cibum.
PA. Videlicet' illum fuisse parcum senem, qui dixerit.
Quoniam ille illi pollicetur, qui eum cibum poposcerit.
AN. Videlicet' fuisse illum nequam adolescẽtem, qui illico
[2] *Vbi ille possit, denegauit se daro granum tritici.*
Hercle quia æquum postulabat ille senex, quandoquidem
Filiæ ille dederat dotem, accipere pro tibicina.
PA. Hercle ille quidẽ certè adolescens doctè versutus fuit,
Qui seni illi concubinam dare dotatam noluit.
AN. Senex quidẽ voluit, si posset indipisci de cibo,
Quia nequiuit qua lege liceret, velle dixit fieri.
Fiat, ille inquit adolescens. facis benignè, inquit senex.
Habeon' rem factã? inquit. faciam ita, inquit, vt fieri voles.
Sed ego ibo intrò, & gratulabor vostrum aduentũ filiis.
Postea ibo lauatum in [3] *Pilum, ibi fouebo senectutem meam.*
Pòst vbi lauero, ociosus vos opperiar accubans.
PA. Graphicum mortalem Antiphonem, vt Apologum fecit, quàm fabre?
Vt iam nunc sceleſtus esse [4] *ducit pro adolescentulo?*
Dabitur homini amicæ, noctu quæ in lecto accẽdet senem.
Nanque adepol aliud quidem illi, quid amica opus sit nescio.
Sed quid agit parasitus noster Gelasimus? etiam valet?
EP. Vidi adepol hominem haud perdudum. PA. quid agit? EP. quod famelicus.
PA. Quin vocasti hominem ad cœnam? EP. nequid aduenies perderem.
Atque eccum tibi lupum in sermone. præsens esuriens adest.
PA. Ludificemur hominem. EP. capti consilij memorem mones.

1 L. pœnitet. 2 L. ille vbi p. 3 L. pyelum, 4 L. cupit.

GELASIMVS, *parasitus*, PAMPHILIPPVS, EPIGNOMVS.

Ed ita quod occœpi narrare vobis, cum hic non affui.
Cum amicis deliberaui iam, & cum cognatis meis.
Ita mihi autores fuere, vt egomet me hodie iugulem fame.
Sed videóne ego Pamphilippum cum fratre Epignomo? atque is est.
Aggrediar hominem. sperate Pamphilippe, ô spes mea,
O mea vita, ô mea voluptas, salue, saluũ gaudeo,
Peregrè in patriam rediisse saluum. PA. *salue Gelasime.*
GE. *Valuistin' bene?* PA. *sustentaui sedulò.* GE. *ædepol gaudeo,*
Ædepol ne egomet mihi modium nunc mille esse argenti velim.
EP. *Quid eo opus est?* GE. *hunc ad cœnam hercle vt vocem, te non vocem.*
EP. *Aduorsum te fabulare illud quidem.* GE. *ambos vt vocem.*
EP. *Ædepol te vocem libenter, si superfiat locus.*
GE. *Quin tu stas, obstruso aliquid strenuè.* EP. *immò vnum hoc potest.*
GE. *Quid?* EP. *vbi cõuiuæ abierint, tum venias.* GE. *væ ætati tuæ.*
EP. *Vnà lautum, non ad cœnam dico.* GE. *di te perduint.*
Quid agis Pamphilippe. PA. *ad cœnam hercle, alio promisi foras.*
GE. *Quid foras?* PA. *foras hercle verò.* GE. *quí malùm tibi lasso libet*
Foris cœnare? PA. *vtrum tu censes?* GE. *iube domi cœnam coqui,*
Atque ad illum renunciari. PA. *solus cœnabo domi?*
GE. *Non enim solus, me vocato.* PA. *at ille ne succenseat,*
Mea qui caussa sumptum fecit. GE. *facilè excusari potest.*
Mihi modò ausculta, iube domi cœnam coqui. EP. *non me quidem*
Faciet autore hodie vt illum decipiat. GE. *non tu hinc abis?*
Nisi me non perspicere censes quid agas, caue sis tu tibi.
Nam illic homo tuam hæreditatem inhiat, quasi esuriens lupus.
Non tu scis, quàm [4] afflictentur homines noctu hîc in via?
PA. *Tanto pluris qui defendant ire aduorsum iussero.*
EP. *Non it, non it, quia tanto opere suades ne [5] bibitat.* GE. *iube*

1 L. Est ita vt occ. 2 L. Id mihi. 3 L. iugularem. 4 *al.* afflictentur. 5 L. betat.

Domi mihi, tibi, tuæq; vxori celeriter cœnã coqui.
Si hercle faxis, [1] *non opinor dices deceptum fore.*
P. [2] *Per hanc tibi cœnam incœnato Gelasime esse hodie licet.*
GE. *Ibisne ad cœnam foras?* PA. *apud fratrem cœno in proximo.*
GE. [3] *Certum est?* PA. *certum.* GE. *ædepol te hodie lapide percussum velim.*
PA. *Non metuo. per hortum transibo: non prodibo in publicum.*
EP. *Quid ais Gelasime?* G. *oratores tu accipis. habeas tibi.*
EP. *Tua pol refert enim.* GE. *siquidem mea refert, opera vtere.*
EP. [4] *Posse ædepol tibi opinor etiam vni locum conspicor,*
Vbi accubes. P A. *sanè faciundum censeo.* GE. *ô lux oppidi.*
EP. *Si [5] arte poteris accubare.* G. *vel inter cuneos ferreos,*
Tantillum loci vbi catellus cubet, id mihi sat est loci.
PA. *Exorabo aliquo modo.* EP. *veni.* G. *huccine?*
EP. *imò in carcerem.*
Nam hic quidem meliorem genium tuum [6] *non facies, eamus tu.*
PA. *Deos salutabo modò, postea ad te continuò transeo.*
GE. *Quid agitur?* EP. *dixi equidem, in carcerem ires.* GE. *quin si iusseris,*
Eò quoque ibo. PA. *Di immortales hic quidem vi summa in crucem*
Cœna aut prandio perduci potest. GE. *ita ingenium meum est,*
Qui cum vis, depugno multo facilius, quàm cum fame.
PA. *Non ergo* [7] *is tu apud me satis spectata est mihi iam tua felicitas.*
Dum parasitus mihi atque fratri fuisti, rem confregimus.
Nunc ego nolo è Gelasimo mihi te Catagelasimum.
GE. *Iam'ne abisti Gelasime? vide quid es capturus consilij.*
Egóne? túne? mihine? tibine? vides vt annona est grauis?
[8] *Vides, benignitates hominum periere &* [9] *prothymias?*
Vides ridiculos nihili fieri, atque ipsos parasitarier?
Nunquam ædepol me viuum quisquam in crastinum prospiciet diem.
Nam mihi iam intus potione vincea onerabo gulam.
Neque ego hoc committam, vt homines mortuũ me dicant fame.

1 L. nõ te, op. 2 L. Tibi per h.c. 3 L. Certúm ne est? 4 L. esse. 5 L. arctè 6 *Lamb. malit legi haud f. propter versum.* 7 L. is tu? apud me satis sp. 8 L. Vt ben. 9 L. prothymie?

ACTVS V.
STICHVS.

MOre hoc fit, atque stultè, mea sententia,
Si quem hominem expectant, cum solent prouisere,
Qui hercle illa caussa nihilo citius venit.
Idem ego nunc facio, qui prouiso Sagarinum,
Qui nihilo citius venit tamen hac gratia.
Iam hercle ego decumbam solus, si ille huc non venit,
Cadũ modò hinc à me huc cum vino trãsferam,
Postea accumbam, quia sensim extabescit dies.

SAGARINVS, STICHVS, *serui duo.*

SAluete Athenæ, quæ nutrices Græciæ.
1 Terra herilis patria, te video libens.
Sed amica mea & conserua quid agat Stephanium,
Cura est, vt valeat. nam Sticho mandaueram
Salutem vt nunciaret, atque ei vt diceret
Me hodie venturum, vt cœnam coqueret 2 tẽpori.
Sed Stichus est hic quidem. ST. *fecisti here facetias,*
Cum hoc donauisti dono tuum seruum Stichum.
Pro Di immortales, quot ego voluptates fero?
Quot risiones, quot iocos, quot sauia,
Saltationes, blanditias, prothymias?
SA. *Stiche.* ST. *hem.* SA. *quid fit?* ST. *euge Sagarine lepidissime.*
Fero conuiuam Dionysum mihi & tibi.
Nanque ædepol cœna dicta est, locus liber 3 datus est
Mihi & tibi apud vos: nam apud nos est conuiuium.
Ibi noster cœnat cum vxore adeò & Antipho.
Ibidem herus est noster. hoc mihi dono datum'st.
SA. *Quis somniauit aurum?* ST. *quid id ad te attinet?*
Proin tu lauare propera. SA. *lautus sum.* ST. *optimè,*
Sequere ergo hac me intrò, SA. *ego verò sequor.*
ST. *Volo eluamus hodie. peregrina omnia*
Relinque: Athenas nunc colamus: sequere me.
SA. *Sequor, & domum redeundi principium placet,*
Bona 4 cœna strenuáque obuiam accessit mihi.

STEPHANIVM *ancilla.*

MIrum videri nemini vestrûm volo, spectatores,
Quid ego hinc, quæ illic habito, exeam: faciam vos certiores.
Domo dudum sum huc 5 accersita quoniam nuntiatum est,
Istarum venturos viros, ibi festinamus omnes,
Lectis sternendis studuimus, manditiisque apparandis.

1 L. O terra. 2 *L. al.* temperi. 3 *L.* datu'st. 4 *L.* scœna str. 5 *L.* arcessita.

Inter illud tamen negocium meis curaui amicis,
Sticho & conseruo Sagarino meo, cœna cocta vt esset.
Stichus obsonatus est, cæterum ego curando id allegaui.
Nunc ibo hinc, & amicos meos curabo hic aduenientes.

SAGARINVS, STICHVS, *serui.*

SA. *AGite, ite foras, ferte pompam, cado te præficio Stiche.*
Omnibus modis tentare certum'st nostrum hodie conuiuium.
Ita me di ament, lepidè accipiemur, cum hoc recipiamur in loco.
Quisquis prætereat, 1 commessatum volo vocari. ST. *conuenit,*
Dum quidem herclè quisque veniat cum vino suo. nam hinc quidem
Hodie polluctura, præter nos iam dabitur nemini.
Nosmet inter nos ministremus 2 Monotrophæ. hoc conuiuium est
Pro opibus nostris, satis commodulè, nucibus, fabulis, ficulis,
Oleæ 3 interrupto lupillo, comminuto crustulo.
Sat est seruo homini. modestè melius facere sumptum, quàm ampliter
Suum quemque decet. quibus diuitiæ domi sunt, scaphio, 4 & cantharis,
Batiolis bibunt, nos nostro Samiolo poterio
Tamen viuimus, nos tamen efficimus pro opibus nostra mœnia.
SA. *Amicæ vter vtrubi accumbamus?* ST. *abi tu sanè superior,*
Atque adeò vt tu scire possis. factum ego hoc tecũ diuido.
Vide vtram tibi libet etiamnũ capere, cape prouinciam.
SA. *Quid istuc est prouinciæ?* ST. *vtrum 5 fontali an libero,*
Imperium te inhibere mauis. SA. *nimiò liquidò liberò,*
Sed amica mea & tua dum comit, dúmque se exornat, nos volo
Tamẽ ludere inter nos. Strategum te facio huic conuiuio.
ST. *Nimium lepidè in mentem venit: potius in subsellio*
Cynicè accipiemur, quàm in lectis. SA. *imò enim hic magis est dulcius,*
Sed interim Stratege noster, cur hic cessat cantharus?
Vide quot cyathos hos bibimus? ST. *tot, quot digiti sunt tibi in manu.*
Cantio 6 est Græca, ἢ πέντε πίν', ἢ τρία πίν', ἢ μετέτταρα.

1 L. commissatum. 2 L. monotrophè. 3 L. in cryblio, lupilli, cum minuto cr. 4 *dele* & 5 L. Fontinali an Lib. 6 L. Græca est.

Tibi propino decuma fontè. tibi tute inde si sapis.
SA. Bene vos, ben: nos, bene te, bene me, bene nostram etiam Stephanium,
Bibe, si bibis. ST. non mora erit apud me. SA. edepol conuiui sat est,
Modò nostra huc amica accedat: id abest, aliud nihil abest.
Lepidè hoc actum est, tibi propino cantharum, vinum tu habes.
ST. Nimis vellem aliquid pulpamenti. SA. si horum quæ assunt pœnitet,
Nihil est. tene aquam. S. melius dicis, nihil mor or cupedia.
Bibe tibicen, age, si quid agis, bibendum hercle hoc est, ne nega.
Quid hoc fastidis? quod faciundum vides esse tibi? quin bibis?
Age si quid agis, accipe inquam, non hoc impendet publicum.
Haud tuũ istuc est te vereri. eripe ex ore tibias.
ST. Vbi illic biberit, vel seruato meum modum vel tu dato.
Nolo ego nos pro summo bibere. nulli relerimus postea:
Nanque' edepol, quamuis dè subito vel cadus, verti potest.
SA. Quid agitur, quanquam grauatus fuisti, non nocuit tamen.
Age tibicen quando bibisti, refer ad labia tibias,
Suffla celeriter tibi buccas, quasi proserpens bestia.
Age dum Stiche vter demutassit, poculo multabitur.
ST. Bonum ius dicis: impetrare oportet, quia æquum postulas.
Age ergo observa, si peccassis multam hic retibo illico.
SA. Optimum atque æquissimum oras. S. hem tibi hoc primum omnium.
Hæc facetia' st, amare inter se riuales duos:
Vno cantharo potare, & vnum scortum ducere.
Hoc memorabili' st, ego tu sum, tu es ego, vnanimi sumus,
Vnam amicam amamus ambo: mecum vbi est, tecum est tamen.
Tecum autem mihi est, mecum autem ibi est: neuter alteri inuidet.
SA. Ohe iam satis nolo obcœdes catuli vt [1] ludũ nunc volo,
Vin' amicam huc euocemus? ea saltabit? S T. censeo.
S. mea suauis, amabilis, amœna Stephaniũ ad amores tuos
Foras egredere, satis mihi pulcra es. S. at enim pulcerrima.
SA. Fac nos hilaros hilarioves, opera atque aduentu tuo.
Peregrè aduenientes te expetimus Stephanisci-dium mel meum.

L. ludunt.

Si amabilitas tibi nostra placet, si tibi ambo accepti sumus.

STEPHANIVM *ancilla, & eidem.*

Morem vobis geram meæ delicię, nam ita me Venus amœna amet,
Vt ego [1] hic iamdudum exissem simitu vobiscum foras,
Nisi me vobis exornarem. nam ita est ingenium muliebre:
Bene cum lauta est, tersa, ornata, ficta est, insecta est tamen.
Nimióque sibi mulier meretrix repperit odium ocius.
Sua immundicia, quam in perpetuum vt placeat mundicia sua.
SA. Nimium lepidè fabulata est. S. Veneris mera est oratio,
Sagarine. SA. quid est? S. totus doleo. SA. totus? tanto miserior.
STE. Vtrubi accumbo? SA. vtrubi tu vis? ST. cum ambobus volo, nam ambos amo.
ST. Vapulat peculium, actum est, fugit hoc libertas caput.
STE. Date mihi locum, vbi accumbam, amabo siquidem placeo, tum mihi
Cupio cum vtroque mihi esse bene. ST. dispereo. SA. quid ais? ST. quid ego?
SA. Ita me di ament, nunquam enim fiet [2] hodie, hæc quin saltet tamen.
Age mulsa mea, suauitudo, salta, saltabo ego simul.
ST. Nunquam edepol me istoc vinces, quin ego ibidem pruriam.
STE. Siquidem mihi saltandum est, tum vos date, bibat, tibicini.
ST. Et quidem nobis. SA. tene tibicen primùm postidea loci.
Si hoc eduxeris, proinde vt consuetus antehac celeriter
Lepidam & suauem cantionem aliquam occipto cinædicam,
[3] Vbi perpruriscamus vsque exunguiculis, inde huc aquam.

EIDEM *duo.*

SA. Tene tu hoc educe, dudum placuit potio,
Nunc minus grauatè iam accipit, tene tu interim,
Meus oculus, da mihi suauium, dum illic bibit.
[4] Prostibili est autem stantem stanti sauium.
Dare amicum amicæ. euge euge sic furi datur.
Quid igitur quanquam grauatus, non nocuit tamen.
Age iam infla buccas. ST. nunc iam aliquid suauiter.
Redde cantionem, veteri pro vino, nouam.

1 L. huc. 2 L. hodie, hoc, quin. 3 L. Vti.
4 L. Prostibuli.

EIDEM

EIDEM.

SA. *Qui Ionicus aut cinædicus, qui hoc tale facere possiet?*
Si istoc me vorsu viceris, alio me prouocato.
Fac tu hoc modo. ST. *at tu hoc modo.* SA. *babæ.*
ST. *tatæ.* SA. *papæ.* ST. *pax.*
SA. *Nunc pariter amabo omnis voco cinædos contrà.*
[1]Satis esse nobis non magis potis est, quàm fungo imber.
Intrò hinc abeamus. nunc iam saltatum satis pro vino'st.
Vos spectatores plaudite, atque ite ad nos [2]co-
messatum.

1 L. Staticulis stare nobis non magis potis est, quàm fungus imbri.
2 L. commissatum.

FINIS.

TRINVMMVS.

DRAMATIS PERSONAE.

LVXVRIA.
INOPIA.
MEGARONIDES *senex.*
CALLICLES *senex.*
LYSITELES *adolescens.*
PHILTO *senex.*
LESBONICVS *adolescens.*
STASIMVS *seruos.*
CHARMIDES *senex.*
SYCOPHANTA.

ARGVMENTVM.

THESAVRVM *abiens peregrè Charmides,*
Rémque omnem animo Callicli mandat suo:
Istoc absente malè rem perdit filius.
Nam & ædis vendit, has mercatur Callicles.
Virgo indotata soror istius poscitur.
Minus quo cum inuidia ei det dotem Callicles,
Mandat qui dicat aurum ferre [1]sese à patre.
Vt venit ad ædis, hunc deludit Charmides
Senex vt rediit, cuius nubunt liberi.
Sed de argumento ne expectetis fabulæ.
Senes qui huc venient, hi rem vobis aperient.
Huic nomen Græcè est Thesauro fabulæ.
Philemo scripsit, Plautus vertit barbarè,
Nomen Trinummo fecit. nunc hoc vos rogat,
Vt liceat possidere [1] hanc nomen fabulam.
Tantum est. valete, adeste cum silentio.

PROLOGVS.
LVXVRIA & INOPIA.

LV. *SEquere mea gnata, vt munus fungaris tuum.*
IN. *Sequor, sed finem fore quem dicam, nescio.*
LV. *Adest, hem illæ sunt ædes, i intrò nunc iam.*
Nunc ne quis erret vostrûm, paucis in viam
Deducam, siquidem operam dare promittitis.
Nunc primùm igitur, quæ ego sim, & quæ illa hæc siet,
Huc quæ abijt intrò, dicam si animum aduortitis.
Primùm mihi Plautus nomen Luxuriæ indidit.
Tum [2] hanc mihi gnatam esse voluit Inopiam.
Sed ea huc quid introierit impulsu meo,
Accipite, & date vacuas auris, dum eloquar.
Adolescens quidam est, qui habitat in hisce ædibus:
Is rem paternam me adiutrice perdidit,
Quoniã ei qui me aleret, nihil video esse reliqui.
Dedi meam gnatam, quicum ætatem exigat.

1 L. se à p. 2 L. mihi natam hanc is esse v.

ACTVS I.
MEGARONIDES *senex.*

AMicum castigare ob meritam noxiam,
[2]Immune est facinus: verùm in ætate vtile
Et conducibile. nam ego amicum hodie meum
Concastigabo pro commerita noxia,
Inuitus, ni me id inuitet, vt faciam, fides.
Nam hic nimium morbus mores inuasit bonos:
Ita [3] plerunque omnis iam sunt intermortui.
Sed dum illi ægrotant, interim mores mali:
Quasi herba irrigua succreuerunt vberrimè.
Neq; quicquã hic vile nunc est, nisi mores mali,
Eorum licet iam messem metere maximam,
Nimioque hic pluris pauciorum gratiam
Faciunt, pars hominũ, quàm id, quod prosit pluribus.
Ita vincunt: illud conducibile gratiæ
Quæ in rebus multis obstant, odioseq; sunt,
Remorámque faciunt rei priuatæ & publicæ.

CALLICLES, MEGARONIDES *senes duo.*

CA. *LArem corona nostrum decorari volo.*
Vxor venerare, vt nobis hæc habitatio
Bona, fausta, felix, fortunatáque eueniat,

1 L. hoc. 2 L. Immœne. 3 L. plerique omnes.

Neque vt quamprimum possim, videam emortuam.
ME. *Hic ille est, senecta ætate qui factus est puer,*
Qui admisit in se culpam castigabilem.
Aggrediar hominem. CA. *cuia vox propè me sonat?*
ME. *Tui benevolentis, si ita es, vt ego volo:*
Sin aliter es, inimici atque irati tibi.
CA. *O amice salue, atque æqualis mihi. vt vales*
Megaronides? ME. *& tu ædepol salue Callicles.*
[1] *Valen'? valuistin'?* [2] CA. *valeo, & valui rectius.*
[3] M. *Quid agit tua vxor? vt valet?* [4] CA. *plusquã ego volo.*
[5] ME. *Bene hercle est, illam tibi bene valere & viuere.*
[6] CA. *Credo hercle te gaudere, si quid mihi mali est.*
[7] ME. *Omnibus amicis quod mihi est, cupio esse idem.*
[8] CA. *Ehò tua vxor quid agit?* [9] ME. *immortalis est.*
Viuit, victuráque est. [10] CA. *bene hercle nuncias,*
Deósque oro, vt vitæ tuæ superstes suppetat.
[11] ME. *Dum quidem hercle tecum nupta sit.* CA. *sanè velim.*
ME. *Vin' cõmutemus, tuã ego ducã, & tu meam?*
[12] CA. *Faxo haud tantillum dederis verborum mihi.*
ME. *Nũquã tu, credo, mihi imprudẽti obrepseris.*
CA. *Ne tu hercle faxo haud scies quã rem egeris.*
[13] ME. *Habeas vt nactus: nota mala, res opuma'st.*
Nam ego nunc si ignotam capiam, quid agam nesciam.
[14] *Ædepol proinde vt bene viuitur, diu viuitur.*
Sed hoc animum aduorte, atque aufer ridicularia:
Nam ego dedita opera huc ad te aduenio. CA. *quid venis?*
ME. *Malis te vt verbis multis multum obiurgitem.*
CA. *Men'?* ME. *num quis est hic alius præter me atque te?*
CA. *Nemo est, quid igitur?* ME. *rogitas? téne obiurgitem?*
Nisi tute mihi me censes dicturum male:
Nam si in te ægrotant artes antiquæ tuæ.
[15] *Sin immutare vis ingenium moribus,*
Aut si demutant mores ingenium tuum,
Neque eos antiquos seruas, aßt captas nouos,
Omnibus amicis morbum tu incuties grauem,
Vt te videre audiréque ægroti sient.
C. *Quid in mentem venit tibi ißt æc dicta dicere?*
ME. *Quia omnis bonos bonaq; accurare addecet,*

1 L.CA. Valen'? 2 L.ME. 3 L.CA 4 L.ME. 5 L.CA. 6 L.ME. 7 L.CA. 8 L.ME. 9 L.CA. 10 L.ME. 11 L.CA. *vsq.* ad velim. 12 *Verba sunt Megaronidis vsque ad versum* Habeas. *& delenda nomina interposita.* 13 L.CA. 14 L.ME. Ædepol. 15 L. sine.

Suspicionem, & culpam vt ab se segregent.
C. *Non potest vtrunque fieri.* ME. *quapropter?* C. *rogas?*
Ne amittam culpam, ego meo sum promus pectori,
Suspicio est in pectore alieno sita.
Nam nunc ego si te surripuisse suspicer,
Ioui coronam de capite, è Capitolio
Quod in culmine astat summo: si id non feceris,
Atque id tamen lubeat suspicarier,
Qui tu id prohibere me potes ne suspicer?
Sed ißtud negotij scire cupio, quicquid est.
ME. *Haben' tu amicum aut familiarem quempiam*
Cui pectus sapiat? C. *ædepol haud dicam dolo,*
Sunt quos scio esse amicos, sunt quos suspicor,
Quorum ingenia atque animos non possum noscere
Ad amici partem, an ad inimici [1] *perueniat.*
Sed tu ex amicis certis mihi es certissimus,
Si quid scis me fecisse inscite aut improbè,
Si id non accusas, tu ipse obiurgandus es scio.
ME. *Etsi alia huc causa ad te aduenì, æquũ postulas.*
C. *Expecto si quid dicas.* ME. *primum dum omnium,*
Male dictitatur tibi vulgo in sermonibus:
Turpilucricupidum te vocant ciues tui.
Tum autem sunt alij, qui te volturium vocant.
Hosti sine, an ciuis comedis, paruipendere.
Hæc cum audio in te dicier, excrucior miser.
C. *Est, atque non est mihi in manu Megaronides.*
Quin dicant, non est: meritò vt ne dicant, id est.
ME. *Fuitne hic tibi amicus Charmides?* CA. *est, & fuit.*
Id ita esse vt credas, rem tibi autorem dabo.
Nam postquam hic eius rem confregit filius,
Videtq; ipse ad paupertatem protractum esse se,
Suámque filiam esse adultam virginem,
Simul eius matrem, suamq; vxorem mortuam,
Quoniam hinc iturus est ipse in Seleuciam,
Mihi commendauit virginem gnatam suam,
Et rem suam omnem, & illum corruptum filiũ.
Hic, si mihi inimicus esset, credo haud crederet.
ME. *Quid tu? adolescentem, quem esse corruptum vides,*
Qui tuæ mandatus est fidei & fiduciæ,
Quin eum restituis? quin ad frugem corrigis?
Ei rei operam dare te fuerat aliquanto æquius,
Si qui probiorem facere possis: non vti
In eandem tute accederes infamiam,
Malúmque vt eius cum tuo misceres malo.
CA. *Quid feci?* ME. *quod homo nequam.* CA. *nõ ißtuc meum est.*
ME. *Emißtin' de adolescẽte has ædes? quid taces?*
Vbi nunc tute habitas? CA. *emi, atque argentum dedi,*

1 L. perueniant. 2 L Hæc. 3 *Lamb. verba hæc* (quid taces?) *includit parenthesi, & præcedentia coniũgit cum sequentibus,* has ædes vbi t. hab.

Minas

Minas quadraginta adolescenti ipsi in manum.
ME. *Dedisti argentum?* CA. *factum, neque facti piget.*
ME. *Ædepol fidei adolescentem mandatum malæ.*
Dedistine hoc pacto ei gladium qui se occideret?
Quid secus est, aut quid interest dare te in manus
Argentum amanti homini adolescenti, animi impoti,
Qui exædificaret suam inchoatam ignauiam?
CA. *Non ego illi argentum redderem?* ME. *non redderes,*
Neque de illo quicquam neque emeres, neq; venderes.
Nec qui deterior esset, faceres copiam.
Inconciliastin' eum, qui mandatu'st tibi?
Illum qui mandauit, eum exturbasti ex ædibus?
Ædepol mandatum pulcrè, & curatum probè.
Crede huic 1 *tutè suam iam melius rem gesserit.*
CA. *Subigis maledictis me tuis Megaronides*
Nouo modo adeò, vt, quod meæ concreditum est
Taciturnitati clàm, fidei & fiduciæ,
Ne enunciarem cuiquam, neu facerem palàm,
2 *Vbi mihi necesse sit iam id tibi concredere.*
ME. *Mihi quod credideris, sumes, vbi posiueris.*
CA. *Circunspice dum te, ne quis assit arbiter*
Nobis, & quæso identidem circumspice.
ME. *Ausculto, si quid dicas.* CA. *si taceas, loquar.*
3 *Quoniam hinc est profectus peregrè Charmides,*
Thesaurum mihi demonstrauit in hisce ædibus,
Hic in conclaui quodam. sed circumspice.
ME. *Nemo est.* CA. *nummorum Philippeûm ad tria millia.*
Id solus solum per amicitiam & per fidem,
Flens me obsecrauit, suo ne gnato crederem,
Néve cuiquam, vnde ad eum id posset permanascere.
Nunc si ille huc saluus reuenit, reddam suũ sibi:
Si quid eo 4 *fuerit, certò illius filiæ,*
Quæ mihi mandata est, habeo dotem vnde dem,
Vt eam in se dignam conditionem collocem.
ME. *Proh di immortales, verbis paucis quam citò*
Alium fecisti me! alius ad te veneram.
Sed vt occepisti, perge porrò proloqui.
CA. *Quid tibi ego dicam? qui illius sapientiam*
Et meam fidelitatem & celata omnia
Penè ille ignauus funditus pessum dedit?
ME. *Qui dum?* CA. *quia rure dum sum ego vnos sex dies.*
Me absente atque insciente, inconsultu meo,
Ædes venales hasce inscribit literis.
ME. *Adesuriuit magis, & inhiauit acrius*
Lupus, obscruauit, dum 5 *dormiturent canes.*
Gregem vniuersum voluit tecum auertere.
CA *Fecisset ædepol, ni hæc præsensisset canes.*
Sed nunc rogare ego vicissim te volo,

1 L. tu te. tuam i. m. r. gesseris. 2 L. Vti.
3 L. Cùm iam. 4 L. fuerit factum, illius f.
5 L. dormitaret.

Quid fuit officium meum me facere? face sciam.
Vtrum indicare me ei thesaurum æquum fuit,
Aduersum quàm eius me obsecrauisset pater:
An ego alium dominum paterer fieri ædibus.
Qui emisset? eius esset ne ea pecunia?
Emi egomet potius ædis, argentum dedi
Thesauri causa, vt saluum amico traderem.
Neque adeò hasce emi mihi, nec vsuræ meæ.
Illi redemi rursum, à me argentum dedi.
Hæc sunt, seu rectè, seu peruorsè facta sunt.
1 *Egomet fecisse confiteor Megaronides,*
Hem mea malefacta, hem meam auaritiam tibi,
2 *Hascine me propter res maledicta differunt?*
ME. *Pausa, vicisti castigatorem tuum.*
Occlusti linguam, nihil est qui respondeam.
C. *Nunc ego te quæso vt me opera & consilio iuues,*
Communicésque hanc 3 *mecum meam prouinciam.*
ME. *Polliceor operam.* C. *ergo vbi eris paulò pòst?*
ME. 4 *domi.*
C. *Nunquid vis?* 5 ME. *cures tuam fidem.* 6 C. *fit sedulò.*
M. *Sed quid ais?* C. *quid vis?* M. *vbi nunc adolescens habet?*
C. *Postículum hoc recepit, cum ædis vendidit.*
M. *Istuc volebam scire. i sane nunc iam.*
Sed quid ais? C. *quid?* M. *nunc virgo nempe apud te est.* C. *ita est.*
Iuxtáque eam curo cum mea. ME. *rectè facis.*
C. *Num quid prius, quàm ab eo me rogaturus?*
M. *vale.*
Nihil est profectò stultius neque stolidius,
Neque mendaciloquius, neque argutum magis,
Neque confidentiloquius, neque periurius,
Quàm vrbani assidui ciues, quos scurras vocant.
Atque egomet me adeò cum illis 7 *vnà ibidem traho,*
Qui illorum verbis, falsis acceptor fui,
Qui omnia se simulant scire, nec quicquam sciũt.
Quod quisque in animo habet, 8 *aut habiturus est, sciunt.*
9 *Id quod in aurem rex reginæ dixerit,*
Sciunt: quod Iuno fabulata est cum Ioue,
Quæ neque futura, neque facta sunt, tamen ij sciunt.
Falsan' an vera laudent, culpent, quem velint,
Non floccifaciunt, dum illud quod lubeat, sciant.
Omnis mortalis hunc aiebat Calliclem
Indignum ciuitate hac esse, viuere:
Bonis qui hunc adolescentem euertisset suis.
Ego de eorum verbis famigeratorum insciis,
Prosilui amicum castigatum innoxium.
Quòd si exquiratur vsque ab stirpe autoritas.
Vnde quicquid auditum dicant, nisi id appareat,

1 L. Ego me. 2 L. Hascene. 3 L. tecum.
4 L. domi. Nunquid vis? *omisso Call. nomine.*
5 L. CA. 6 L. ME. sit sedulò Sed quid ais? CA.
7 L. traho ibidem vnà. 8 L. habituru'st,
9 L. Idque quod.

Famigerator iure fiet cum damno & malo.
Hoc ita si fiat, publico fiat bono:
Pauci sint faxim, qui sciant, quod nesciunt,
Occlusioremque habeant fluiloquentiam.

ACTVS II.

LYSITELES adolescens.

MVltas res simitu in meo corde verso, multum in cogitando
Amorem indipiscor, egomet me concoquo, & macero, & defatigo.
Magister mihi exercitor animus, hinc est. sed hoc non liquet,
Nec satis cogitatum est, vtram potius harum mihi artem expetessam.
Vtram ætati agundæ arbitrer firmiorem amori me, an rei
Obsequi potius par siet, vtra in parte plus voluptatis sit vitæ,
Ad ætatem agundam. de hac re mihi satis haud liquet nisi hoc
Sic faciam opinor, vtramque rem simul exputem, iudex sim,
Reúsque ad eam rem, ita faciam, ita placet, omnium primum
Amoris artis eloquar, quemadmodum expediant, nunquam
Amor quenquam nisi cupidum hominem postulat se in plagas
Conijcere: eos cupit, eos consectatur, subdole blanditur, ab re
Consulit blandiloquentulus, harpago, mendax, cuppes, auarus,
Elegans, despoliator, latebricolarum hominum corruptor,
Blandus, inops, celati indagator. nam qui ab eo quod amat,
Quam extemplò sauijs sagittatis percussus est, illicò res foras
Labitur, liquitur. da mihi hoc mel meum, si me amas, sodes,
Ibi ille cuculus, ocelle mi, fiat & istuc: & si amplius vis dari,
Dabitur. ibi illa pendentem ferit, iam amplius orat. non sat
Id est mali, ni amplius etiam quod ebibit, quod comest,
Quod facit sũpti, nox datur, ducitur familia tota.
Vestispicæ vnctor, auri custos, flabelliferæ, sandaligerulæ,
Cantrices, cistellatrices, nuncij, renuncij, raptores panis, & peni.
Fit ipse, dum illis comis est, inops amator. hæc ego cum ago,
Cum meo animo & recolo, vbi qui eget, quàm precij sit parui, apage te,
Amor non places, nihil te vtor, quanquam illud est dulce esse & bibere.
Amor amara dat tibi satis quo ægrè sit, fugit foras

a L. Vestispici.

rum, fugat tuos
Cognatos, fugat ipse se à suo contuitu.
Neque enim cum sibi amicum volunt dici, mille modis amor ignorandus est.
Procul adhibendus est, atque abstinendus. nam qui in amore
Præcipitauit, peius perit, quã si saxo saliat. apage sis amor
Tuas res tibi habe. amor, mihi amicus nefuas vnquam: sunt tamen
Quos miseros malèque habeas, quos tibi obnoxios feceris.
Certum'st ad frugem applicare animum, quanquam ibi animo
Labos grandis capitur, boni sibi hæc expetunt, rem, fidem, honorem,
Gloriam, & gratiam, hoc probis precium'st: èo mihi magis lubet
Cum probis potius, quàm cum improbis viuere vanidicis.

PHILTO senex, LYSITELES adolescens.

PH. QVò illic homo foràs se penetrauit ex ædibus? LY. pater assum.
Impera quod vis, neque tibi ero in mora, neque latebrosè me abs tuo
Conspectu occultabo. PH. feceris par tuis cæteris factis patrem
Tuum si percoles, per pietatem. nolo ego cum improbis te viris
Gnate mi, neque in via, neque in foro vllum sermonem exequi.
Noui ego hoc seculum moribus quibus sit. malus bonum, malum
Esse volt, vt sit sui similis: turbant, miscent mores mali, rapax,
Auarus, inuidus, sacrum prophanum, publicum, priuatum habent,
Hiulca gens. hæc ego doleo, hæc sunt quæ me excruciant,
Hæc dies noctesque tibi canto vt caueas: quod manu non queunt
Tangere, tantum fas habent, quo manus abstineant.
Cætera, rape, trahe, fuge latè. lacrumas hæc mihi, cùm video,
Eliciunt: quia ego ad hoc genus hominum durauí. quin prius
Me ad pluris penetraui? nam hi mores maiorum laudant,
Eosdem lutilant, quos collaudãt. hisce ego te artibus gratiam
Facio, neu colas, neu imbuas ingenium. meo modo & moribus viuito
Antiquis: quæ ego tibi præcipio, ea facito. nihil ego istos
Moror facetos mores, & turbidos, quibus boni dedecorant se.

a L. amorem.

Hæc

Hæc tibi, si mea imperia capesses, multa bona in pectore consident.
LY. *Semper ego vsque ad hanc ætatem ab ineunte adolescentia,*
Tuis seruiui seruitutem imperiis & præceptis pater,
Pro ingenio ego me liberum esse ratus sum : pro imperio tuo,
Meum animum tibi seruitutem seruire, æquum censui
PH. *Qui homo cum animo inde ab ineunte ætate depugnat suo,*
Vtrum 1 id ne esse maluerit, vt eum animus æquum censeat:
An ita potius, vt parentis eum esse & cognati velint.
Si animus hominem 2 perpulit, actum est, animo seruiuit, non sibi.
Si ipse animum 3 perpulit, dum viuit, victor victorem cluet:
Tu si animum vicisti, potius, quam animus te, est quòd gaudeas.
Nimio satius est vt opu'st, te ita esse, quàm vt animo lubet.
Qui animum vincunt, quàm quos animus, semper probiores cluent.
LY. *Istæc ego mihi semper habui ætati tegumentum meæ,*
Ne penetrarem me vsquam, vbi esset damni conciliabulum,
Ne noctu irem obambulatum, neu suum adimerem alteri.
Neu tibi ægritudinẽ pater párerem, parsi sedulò.
Sarta tecta tua præcepta vsque habui, mea modestia.
P. *Quid exprobras ? bene quod feci'sti, tibi feci'sti, non mihi.*
Mihi quidem ætas acta est fermè, tua istuc refert maximè.
IS PROBVS est, quem nõ pœnitet quàm probus sit, & frugi bonæ.
Benefacta benefactis aliis pertegito ne perpluant.
Qui ipsus se contemnit, in eo est indoles industriæ.
LY. *Ob eam rem hæc pater autumaui, quia res quædam'st quam volo*
Ego me abs te exorare. P. *quid id est? veniam iam dare gestio.*
LY. *Adolescenti huic genere summo amico, atque æquali meo,*
Minus qui cautè & cogitatè suam rem tractauit pater,
Bene volo ego illi facere, si tu non 4 abnuis. PH. *nempe de tuo.*
LY. *De meo, nam quod tuum'st, meum'st, omne meum est autem tuum.*
PH. 5 *Quid ais, egétne?* LY. *eget.* PH. *habuítne rem?* LY. *habuit.* PH. *qui eam perdidit?*
Publicísne affinis fuit, an maritumis negociis?
Mercaturámne, an venales habuit, vbi rem perdidit?
LY. *Nihil istorum.* PH. *quid igitur?* LY. *per comitatem ædepol pater,*
Præterea aliquantum animi causa in deliciis disperdidit.
PH. *Ædepol hominem prædicatum fermè familiariter,*
Qui quidem nunquam per virtutem rem confregit, atque egit.
Nihil moror eum tibi esse amicum, cum eiusmodi virtutibus.
LY. *Quia sine omni malitia est, tolerare eius egestatem volo.*
PH. *De mendico malè meretur qui ei dat quod 1 edat, aut quod bibat.*
Nam & illud quod dat, perdit, & illi producit vitam ad miseriam.
Non eò hoc dico, quin quæ tu vis, ego velim, & faciam lubens,
Sed ego hoc verbum cum illi cuidam dico, prædicto tibi,
Vt ita te aliorum 2 misereat, caue ne tui alios misereat.
LY. *Deserere illum, & deiuuare in rebus aduersis pudet.*
PH. *Pol pudere quàm pigere præstat, totidem litteris.*
LY. *Ædepol deũm virtute dicam pater, & maiorum, & tua,*
Multa bona bene parta habemus. bene si amico feceris,
Ne pigeat fecisse: at potius pudeat, si non feceris.
PH. *De magnis diuitiis si quid demas, plus sit, an minus?*
LY. *Minus pater, sed ciui immunifico scis quid cantari solet?*
Quod habes, ne habeas : & illud quod nunc non habes, habeas malum:
Quandoquidem nec tibi bene esse potes pati, nec alteri.
PH. *Scio equidem istuc ita solere fieri. verùm gnate mi,*
Is est immunis, cui nihil est qui munus fungatur suum.
LY. *Deum virtute habemus, & qui nosmet vtamur pater,*
Et aliis qui comitati simus 3 beneuolentibus.
P. *Non ædepol tibi pernegare possum quicquam quod velis,*
Cuius egestatem tolerare vis ? loquere audacter patri.
LY. *Lesbonico huic adolescenti Charmidæ filio,*
Qui illic habitat. PH. *qui comedit quod fuit, quod non fuit?*
LY. *Ne opprobra pater: multa eueniunt homini, quæ vult, quæ 4 non vult.*
PH. *Age dum eloquere, quid dare illi nunc vis?*

1 L. is. 2 L. perculit. 3 L. perculit.
4 L. neuis. 5 L. Quid? is egetne?
1 L. edit. 2 L. misereſcat ne tui &c.
3 L. nostris beneuol. 4 L. ne vult.

LY. *nihil quicquam pater.*
Sapientiæ ætas condimentum'st, 1 *sapiens ætati cibus est.*
PH. *Mentire ædepol gnate, atque id nunc facis haud consuetudine.*
Nam sapiēs quidem pol ipse fingit fortunam sibi.
Eōne multa quæ neuolt eueniunt nisi fictor 2 *malus est.*
Multa est opera opus ficturæ, qui se fictorē probum
Vitæ esse agendæ expetit. L. *sed hic admodum adolescentulus.*
P. *Non ætate, verùm ingenio adipiscitur sapiētia.*
L. *Tu modò ne me prohibeas accipere, si quid det mihi.*
P. *An eo egestatem eius tolerabis, si quid ab illo acceperis?*
L. *Eo pater.* P *pol ego istam volo me rationem edoceas.* L. *licet.*
Scin' tu illum quo genere gnatus sit? P. *scio apprimè probo.*
L. *Soror illi est adulta virgo grandis, eam cupio pater*
Ducere vxorem. P. *sine dote?* L. *sine dote.* P. *vxorem?* L. *ita.*
Tua re salua, hoc pacto ab illo inibis summam gratiam,
Neq; commodius vllo pacto ei poteris auxiliarier.
A. 3 *Ego indotatam te vxorem vt patiar?* L. *patiundum est pater,*
Et eo pacto addideris nostræ lepidam famam familiæ,
P. *Multa ego possum docta dicta & quamuis facundè loqui,*
Historiam veterem atque antiquam hæc mea senectus sustinet.
Verùm ego quando te & amicitiam & gratiam in nostram domum
Video allicere, & si aduersat⁹ tibi fui, istac iudico.
Tibi permitto, posce, duce. L. *di te seruassint mihi.*
Sed adde ad istam gratiam vnum. P. *quid id est autem vnum?* L. *eloquar,*
Tute ad eum adeas, tute concilies. tute poscas. P. *eccere.*
L. *Nimio citius transiges firmum omne erit, quod tu egeris.*
Grauius erit tuum vnum verbum ad eam rem, quàm centum mea.
P. *Ecce autem in benignitate hoc repperi negocium.*
Dabitur opera. L. *lepidus viuis. hæ sunt ædes, hic habet.*
Lesbonico est nomen. age, rem cura, ego te opperiar domi.

PHILTO *senex.*

NOn optuma hæc sunt. neq; ego vt æquum censeo:
Verùm meliora sunt, quàm quæ deterruma.

1 L. sapientia æt. 2 L. malu'st.
3 L. Egóne ind.

Sed hoc vnum consolatur me atq; animū meum:
Quia qui nihil aliud, nisi quod sibi placet,
Consulit, aduorsum filium, nugas agit,
Miser ex animo fit, factius nihilo facit:
Suæ senectuti is acriorem hyemem parat,
Cum illanc importunam tempestatem conciet.
Sed aperiuntur ædes quò ibam commodè,
Ipse exit Lesbonicus cum seruo foras.

LESBONICVS *adolescens*, STASIMVS *seruus*, PHILTO *senex.*

MInus quindecim dies sunt, cùm pro hisce ædibus
Minas quadraginta accepisti à Callicle.
Estne hoc quod dico Stasime? ST. *cùm considero,*
Meminisse videor fieri. LE. *quid factum est eo?*
ST. 1 *Comessum, expotum, exutum, elotum in balneis,*
Piscator, pistor abstulit, lanij, coqi,
Olitores, myropolæ, aucupes, confit citò,
Quàm si tu obiicias formicis papauerem.
LE. *Minus hercle in hisce rebus sumptum est sex minis.*
ST. *Quid quod dedisti scortis?* LE. *ibidem vnà traho.*
ST. *Quid quod ego defraudaui?* LE. *hem ista ratio maxuma est.*
ST. *Non* 2 *tibi illud apparere, si sumas, potest:*
Nisi tu immortale rere esse argentum tibi.
Serò atque stultè prius quod cautum oportuit.
Postquam comedit rem, pòst rationem putat.
LE. *Nequaquam argenti ratio comparet tamen.*
ST. *Ratio quidem hercle apparet, argentum* οἴχεται
Minas quadraginta accepisti à Callicle.
Et ille ædis abs te accepit mancipio. LE. *admodum.*
P. *Pol opinor affinis noster ædes vendidit.*
Pater cùm peregrè veniet, in porta est locus,
Nisi fortè in ventrem filio correpserit.
ST. *Trapezitæ mille drachumarum Olympicûm,*
Quas de ratione debuisti, reddite.
LE. *Nempe quas spopondi.* ST. *immò quas dependi, inquito.*
Qua sponsione pronuper tu exactus es,
Pro illo adolescente, quem tu aiebas esse diuitem.
LE. *Factum.* ST. *vt quidem illud perierit.* LE. *factum id quoque est,*
Nam 3 *nunc eum vidi miserum, & me eius miseritum'st.*
ST. *Miseret te aliorum, tui te nec miseret, nec pudet.*
PH. *Tempus adeundi est.* LE. *Estne hic Philto qui aduenit?*
Is hercle est ipsus. ST. *ædepol næ ego istum velim*
Meum fieri seruum cum suo peculio.
PH. *Herum atq; seruum plurimum Philto iubet*
Saluere, Lesbonicum & Stasimum. LE. *di duint*
Tibi Philto quæcunque optes, quid agit filius?

1 L. Comesum, 2 L. illud tibi. 3 L. tunc.

PH. *Bene*

PH. *Bene vult tibi.* LE. *Ædepol mutuum mecum facit.*
ST. *Neque illud verbum'st, bene vult, nisi qui benefacit.*
Ego quoque volo esse liber, nec quicquam volo,
Hic postulet frugi esse, nugas postulet.
PH. *Meus gnatus me ad te misit, inter se atq; vos*
Affinitatem vt conciliarem & gratiam.
Tuam vult sororem ducere vxorem, & mihi
Sententia eadem'st, & volo. LE. *hau nosco tuum,*
Bonis tuis rebus meas res irrides malas.
PH. *Homo ego sum, homo tu es: ita me amabit Iuppiter,*
Neque te derisum veni, neque dignum puto.
Verùm hoc, vt dixi, meus orauit filius,
Vt tuam sororem poscerem vxorem sibi.
LE. *Mearum rerum me nouisse æqum'st ordinẽ,*
Cum vestris nostra non est æqua factio.
Affinitatem vobis aliam quærite.
ST. *Sátin' tu sanus mentis, aut animi tui,*
Qui conditionem hanc repudies? nam illum tibi
Ferentárium esse amicum inuentum intelligo.
LE. *Abin' hinc dierectè?* ST. *si hercle ire occipiam, vétes.*
LE. *Nisi quid me aliud vis Philto, respondi tibi.*
PH. *Benigniorem Lesbonice te mihi,*
Quàm nunc experior esse, confido fore,
Nam & stultè facere, & stultè fabularier.
Vtrunque Lesbonice in ætate haud bonum'st.
ST. *Verum hercle hic dicit.* LE. *oculum ego tibi effódiam,*
Si verbum addideris. ST. *hercle quin dicã tamẽ;*
Nam si sic non licebit, luscus dixero.
PH. *Ita tu nunc dicis non esse* 1 *æquiparabiles*
Vestras cum nostris factiones, atque opes?
LE. *Dico.* PH. *quid* 2 *tunc, si in ædem ad cœnam veneris,*
Atque ibi opulentus tibi par fortè vt venerit,
Appósita sit cœna, popularem quam vocant,
Si illi congesta sint epulæ à clientibus,
Si quid tibi placeat, quod illi, congestum siet,
3 Edásne, an incœnatus cum opulento accubes?
LE. *Edim, nisi ille vetet.* ST. *at pol ego etiam si vetet,*
Edim atque ambabus malis expletis vorem:
Et quod illi placeat præripiam potissimum,
Neque illi concedam quicquam de vita mea.
Verecundari neminem apud mensam decet,
Nam ibi de diuinis atque humanis cernitur,
PH. *Rem fabulare.* ST. *non tibi dicam dolo.*
Decedam ego illi de via, de semita,
De honore populi: verùm quod ad ventrem attinet,
Non hercle 4 hoc longè, nisi me pugnis vicerit.
5 Cœna hæc annona est, sine sacris hæreditas.
PH. *Semper tu hoc facito* 6 *Lesbonici cogites,*

1 L. æquiparabiles. 2 L. tum. 3 Edísne.
4 L. Lipſ. hoc vngue.
5 Lipſ. Cœna hæc annon est?
6 L. Lesbonice,

Id optumum esse, tute vti sis optumus.
Si id nequeas, saltem vt optumis sis proximus.
Nunc conditionem hanc, quam ego fero, & quam abs te peto,
Dare atque accipere Lesbonice te volo.
Dei diuites sunt, deos decet opulentia
Et factiones: verùm nos homunculi
Salillum animæ, qui cùm extemplò amisimus,
Æquè mendicus atque ille opulentissimus
Censetur censu ad Acherontem mortuus.
ST. *Mirum ni tu illuc tecum diuitias feras,*
Vbi mortuus sis, ita sis vt nomen cluet.
PH. *Nunc vt scias hic factiones atque opes*
Non esse, neque nos tuam negligere gratiam,
Sine dote posco tuam sororem filio,
Quæ res bene vortat, habeon' pactam? quid taces?
S. *Proh di immortales, conditionem quiusmodi?*
PH. *Quin fabulare, di bene vortant, spondeo.*
ST. *Eheu vbi vsus nihil erat: dicto, spondeo*
Dicebat: nunc hic quom opus est, non quit dicere.
LE. *Cùm affinitate vestra me arbitramini*
Dignum, habeo vobis Philto magnam gratiam.
Sed etsi hercle grauiter 1 *cecidit stultitia mea*
Philto, est ager sub vrbe hic nobis, eum dabo
Dotem sorori. nam is de stultitia mea
Solus superfit præ vitam reliquus.
PH. *Profectò dotem nihil moror.* LE. *certum'st dare.*
ST. *Nostrámne nutricem here, quæ nos educat,*
Abalienare à nobis? caue sis feceris,
Quid edemus nosmet postea? LE. *etiam tu taces?*
Tibi ego rationem reddam? ST. *planè periimus.*
Nisi quid ego comminiscor. Philto te volo.
PH. *Si quid vis Stasime.* ST. *huc concede aliquantum* PH. *licet.*
ST. *Arcano tibi ego hoc dico, ne ille ex te sciat,*
Néve alius quisquam. PH. *crede audacter quid lubet.*
ST. *Per deos atque homines dico, ne tu illunc agrum*
Tuum 2 *sitis vnquam fieri, neque gnati tui,*
Ei rei argumentum dicam. PH. *audire ædepol lubet.*
ST. *Primum omnium olim terra cùm proscinditur,*
In quinto quoque sulco moriuntur boues.
PH. *Apage.* ST. *Acherontis hostium in nostro'st agro.*
Tum vinum priusquam coactum'st, pendet putidum.
LE. *Consuadet homini credo, etsi sceleſtus est.*
At mihi infidelis non est. ST. *audi cætera,*
Post id frumenti quom alibi messis maxima'st.
Tribus tritis illi minus 3 *reddit, quàm obseueris.*
PH. *Hem istic oportet obseri mores malos,*
Si in obserendo possint interficier.
ST. *Neque vnquam quisquam est cuius ille ager fuit,*
Quin possumè ei res vorterit, cuium fuit.

1 L. cecidit. 2 L. siris. 3 L. redit.

Alij 1 *exulatum abierunt, alij emortui,*
Alij se suspendere.hem nunc,hic cuius est,
Vt ad incitas redactus? PH.*apage à me istum agrum.*
ST. *Magis apage dicas, si omnia à me audiueris.*
Nam fulgurita sunt hic alterna arbores.
Sues moriuntur angina hic acerruma.
Oues scabra sunt, tam glabra,hem,quàm hæc est manus.
Tum autem Syrorum genus, quod patientissimum est
Hominum,nemo extat,qui ibi sex mẽses vixerit:
Ita cuncti solstitiali morbo decidunt.
PH. *Credo ego istuc Stasime ita esse, sed* 2 *campans genus,*
Multo Syrorum iam anteit patientia,
Sed iste est ager profectò,vt te audiui loqui,
Malos in quem omnes publicè mitti decet.
Sicut fortunatorum memorant insulas,
Quò cuncti qui ætatem egerunt castè suam,
Conueniant:contrà istoc detrudi maleficos
Æquum videtur,qui quidem istius sit modi.
ST.*Hospitium est calamitatis,quid verbis opu'st?*
Quamuis malam rem quærens,illic reperias.
PH *At tu hercle &* 3 *ibi & alibi.*ST.*caue sis dixeris,*
*Me tibi dixisse hoc.*PH.*dixisti arcano satis.*
S. *Quin hic quidem cupit illum ab se alienarier,*
Si quidem reperire possiet,cui os sublinat.
PH.*Meus quidem hercle nunquam fiet.*ST.*si sapies quidem*
Lepide hercle de agro ego hunc senem deterrui:
Nam qui viuamus nihil est, si illum amiserit.
PH.*Redeo ad te Lesbonice.*LE.*dic sodes mihi.*
Quid hic locutus tecum? PH. *quid censes? homo'st.*
Vult fieri liber:verùm quod det, non habet.
LE. *Et ego esse loculpes,verùm nequicquam volo.*
ST.*Licitum si velles, nunc quoniam nihil est, non licet.*
LE. *Quid tecum Stasime?* ST.*de istoc quod dixisti modò,*
Si antea voluisses,esses:nunc serò cupis.
PH.*De dote mecum conuenire nihil potes,*
4 *Quid tibi lubet,tute agito cum nato meo.*
Nunc tuam sororem filio posco meo.
Qua res bene vortat, quid nunc etiam consulis?
LE. *Quid istuc? quando ita vis,di bene vortant, spondeo.*
PH. *Nunquam ædepol cuiquam tam expectatus filius*
Natus, quàm est illud:spondeo natum mihi.
ST *Di fortunabunt vestra consilia.*PH.*ita volo.*
LE. *Sed Stasime abi huc ad meam sororem, ad Calliclem.*
Dic hoc negocij quomodo actum est. ST.*ibitur.*
LE.*Et gratulator meæ sorori.* ST.*scilicet.*

1 L exsulatum. 2 L.Campans,*Campanus Nonius.*
3 L.illi & al.
4 L.Quod.

PH.*I hac Lesbonice mecum. vt coràm nuptijs*
Dies constituatur,eadem hæc confirmabimus.
LE.*Tu istuc cura quod iussi,iam ego hic ero,*
*Dic Callicli me vt conueniat.*ST.*quin tu i modò.*
LE.*De dote vt videat quid op*ª *sit facto.*S.*i modò.*
LE.*Nam certum'st sine dote haud dare.*ST.*quin tu i modò.*
LE. *Neque enim illi damno inquam esse patiar.*
ST.*abi modò.*
LE.*Meam negligentiam.*ST.*i modò.*LE.*ô pater,*
Æquum videtur quin quod peccarim. S.*i modò.*
LE.*Potissimũ mihi id obsit.* S.*i modo.*LE.*ô pater*
*En nunquam aspiciam te?*S.*i modo,i modò,i modò,*
Tandem impetraui abiret,di vestram fidem,
Ædepol re gesta pessumè, 1 gesta probè,
Siquidem ager nobis saluus est, etsi admodum
In ambiguo est etiam, nunc quid de hac re fiat.
Sed si alienatur,actum'st de collo meo.
Gestandus peregrè clipeus,galea,sarcina,
Effugiet ex vrbe,vbi erunt factæ nuptiæ,
Ibit istac aliquò in maximam malam crucem.
Latrocinatum aut in Asiam,aut in Ciliciam.
Ibo huc quò mihi imperatum'st,etsi odi hanc domum
Postquam exturbauit hic nos ex nostris ædibus.

ACTVS III.

CALLICLES *senex*, STASIMVS *seruus.*

QVomodo tu istuc Stasime dixisti? nostrum herilem filium
*Lesbonicum suam sororem despondisse?*S.*hoc modo*
CA. *Cui homini despondit?*S. *Lysiteli Philtonis filio,*
*Sine dote.*CA.*sine dote ille illam in tantas diuitias dabit?*
Non credibile dicis. ST. *at tu ædepol nullus creduas.*
*Si hoc non credis,ego credidero.*CA.*quid?*ST.*me nihili pendere.*
CA. *Quamdudum istuc,aut vbi actum'st?* ST. *illico hic ante ostium,*
2 *Iam modò, inquit prænestinus.* CA.*tanton' in re perdita.* (lior?
Quàm in re salua, Lesbonicus factus est fruga-
ST.*Atque equidem ipsus vltrò venit Philto oratum filio.*
CA. *Flagitium quidem hercle fiet,nisi dos dabitur virgini.*
Postremo ædepol ego istam rem ad me attinere intellego.
Ibo ad meum castigatorem, atque ab eo consilium petam.
ST.*Propemodum quid illic festinet sentio,& subolet mihi,*
Vt agro euortat Lesbonicum, quando euertit ædibus.

1 L.gestum pr. 2 L. iam

O here

O here Charmide, quàm absente te hic tua res distrahitur tibi?
Vtinam te rediſſe ſaluum videã, vt inimicos tuos
Vlciſcare, vt mihi vt erga te fui & ſum, referas gratiam.
Nimium difficile'ſt reperiri amicum ita vt nomen cluet,
Cui tuam cùm rem credideris, ſine omni cura dormias.
Sed generum noſtrum ire eccillum video cum affini ſuo.
Neſcio quid non ſatis inter eos conuenit, celeri gradu
Eunt vterq;, ille reprehendit hunc priorẽ pallio,
Haud illi 1 iuxta me aſtiterunt, huc aliquantum abſceſſero
Eſt lubido orationem audire duorum affinium.

LYSITELES, LESBONICVS, STASIMVS.

STa illico, noli aduerſari, neque tu occulta ſſis mihi.
LE. Potin' vt me ire quò profectus ſum, ſinas?
LY. ſi in rem tuam
Lesbonice eſſe videatur, gloria aut fama, ſinam.
LE. Quod eſt facillimum, facis. LY. quid id eſt?
LE. amico iniuriam.
LY. Neque meum'ſt, neque facere didici. LE. indoctus quàm doctè facis?
Quid faceres, ſi quis docuiſſet te, vt ſic odio eſſes mihi?
Qui bene cùm ſimulas facere mihi te, malè facis, malè conſulis.
LY. Egóne? LE tu ne. LY. quid malè facio? LE. quod ego nolo, id cùm facis.
LY. Tua rei bene conſulere cupio LE. tu mihi es melior, quàm egomet mihi?
Sat ſapio, ſatis in rem quæ ſint meam ego conſpicio mihi.
L. An id eſt ſapere, vt qui beneficium 2 benevolente 3 repudies?
LE. Nullum beneficium duco eſſe id, quod cui facias, non placet.
L. Scio ego, & ſentio ipſe quid agam, neque à me officium
Nec tuis depellor dictis, quin rumori ſeruiam.
LE. Quid ais? L. nam retineri nequeo, quin dicam ea quæ promeres.
Itáne tandem maiores famam tradiderunt tibi tui,
Vt virtute eorum antè parta per flagitium perderes?
Atque honori poſterorum tuorum vt 4 vindex ſieres:
Tibi patérque auósque facilem fecit & planam viam
Ad quærendum honorem: tu feciſti vt difficilis foret,

1 L. euſchemè. 2 L. à beneuol.
3 L. repudiet? 4 L. vibex.

Culpa maximè & deſidia, tuíſque ſtultis moribus
Præoptauiſti, amorem tuum vti virtuti præponeres.
Nunc te hoc pacto credis poſſe obtegere errata?
LE. ah non ita eſt.
L. Cape ſis virtutem animo, & corde expelle deſidiam tuo,
In foro operam amicis da, haud in lecto amica, vt ſolitus es,
Atque ego iſtum agrum tibi relinqui ob eam rem enixè expeto,
Vt tibi ſit qui te corrigere 1 poſſis, ne omnino inopiam
Ciues obiectare poſſint tibi, quos tu inimicos habes. (gnauero,
LE. Omnia ego 2 iſtæc quæ tu dixiſti ſcio, vel exſi-
Vt rem patriam, & gloriam maiorum fœdarim meum.
Sciebam vt eſſe me deceret, facere non quibam miſer,
Ita vi Veneris 3 vinctus, ocio captus in fraudem incidi:
Et tibi nunc proinde ac merere, ſummas habeo gratias.
LY. At operam perire meam ſic, & te hæc dicta ſpernere,
Perpeti nequeo, ſimul me piget parum pudere te.
Et poſtremò niſi me auſcultas, atque hoc vt dico facis,
Tute ponè te latebis facilè, ne inueniat te honor.
In occulto iacebis, cùm te maximè clarum voles.
Pernoui equidem Lesbonicè 4 imperitum tuum ingenium admodum.
Scio te ſponte non tuapte erraſſe, ſed amorem tibi
Pectus obſcuraſſe, atque ipſe amoris teneo omnis vias.
Ita eſt amor, 5 baliſta vt iacitur, nihil ſic celere eſt, neque volat.
Atque is mores hominũ moros & moroſos efficit.
Minus placet magis quod ſuadetur, quod diſſuadetur placet.
Cum inopia'ſt cupias, quando eius copia'ſt, tum non velis.
Ille qui aſpellit, is compellit: ille qui conſuadet, vetat.
Inſanum'ſt & malum in hoſpitium deuorti ad Cupidinem.
Sed te moneo hoc etiam atque etiam vt reputes, quid facere expetas.
Si iſtuc vt conare facis 6 indicium, tuum incendes genus.
Tum igitur tibi aqua erit cupido, genus qui reſtingas tuum:
Atque erit ſi nactus, proinde vt corde amantes ſunt cati,
Ne ſcintillam quidem relinques genus qui conglíſcat tuum.
L. Facile eſt inuentu, datur ignis, tametſi ab ini-

1 L. poſſit. 2 L. iſtæc. 3 L. vinctus.
4 L. peritum, 5 L. balliſta. 6 L. incendium.

micis petas.
Sed tu obiurgans me à peccatis rapis deteriorem in viam.
Meam vis sororem tibi dem, suades sine dote, hoc non conuenit,
Me qui abusus sum tantam rem patriam, porrò in diuitiis
Esse, agrúmque habere: egere illam autem, vt me meritò oderit.
LY. *Nunquam erit alienis grauis, qui suis se concinnat leuem.*
Sicut dixi faciam, nolo te iactari diutius.
Tanto melius[1] sororis caussa egestatem exequi?
Atque eum agrum me habere quàm te, tua qui toleres mœnia?
L. *Nolo ego mihi te tam prospicere, qui meam egestatem leues,*
Sed vt inops infamis ne sim, ne mihi hanc famam differant,
Me germanam meam sororem in concubinatum tibi
Sic sine dote dedidisse: magis quàm in matrimonium.
Quis me improbior perhibeatur esse? hac famiferatio
Te honestet, me autem collutulet, si sine dote duxeris.
Tibi sit emolumentum honoris, mihi quod obiectent siet.
LY. *Quid? te dictatorem censes fore, si abs te agrum acceperim?*
LE. *Neque volo, neque postulo, neque censeo: verùm tamen*
Is est honos homini pudico, meminisse officium suum.
LY. *Scio equidem, te animatus vt sis video. subolet, sentio.*
Id agis, vt vbi affinitatem inter nos nostram astrinxeris,
Atque eum agrum dederis, nec quicquam hic tibi sit, qui vitam colas,
Effugias ex vrbe inanis, profugus, patriam deseras,
Cognatos, affinitatem, amicos, factis nuptiis.
Mea opera hinc proterritum te, meáque auaritia autument.
Id me commissurum, vt patiar fieri, ne animum induxeris.
ST. *Non enim possum quin exclamem, euge, euge Lysiteles*
Facile palmam habes hic victus, vicit tua comœdia.
Hic agit magis ex argumento, & versus meliores facit.
Etiam ob stultitiam tuam te tueris, multa abomina.
LE. *Quid tibi interpellatio, aut in consilium huc accessio est?*
S. *Eodem pacto quo huc accessi, abscessero.* LE. *i hac mecum domum*
Lysiteles, ibi de istis rebus plura fabulabimur.
LY. *Nihil ego in occulto agere soleo: meus vt animus est eloquar,*
Si mihi tua soror, vt ego æquum censeo, ita nuptum datur
Sine dote, neque tu hinc abiturus, quod meum erit, id erit tuum.
Sin aliter animatus es, bene & agas, eueniat tibi:
Ego amicus nunquam tibi ero alio pacto, sic sententia est.
S. *Abiit hercle ille quidem. ecquid audis Lysiteles? ego te volo.*
Hic quoque hinc abiit. Stasime restas solus, quid ego nunc agam,
Nisi vti sarcinam constringam, & clypeum ad dorsum accommodem.
Fulmetas iubeam suppingi soccis, non sisti potest,
Video caculam militarem me futurum, aut longius,
Aut aliquem ad regem in[2] saginam herus se conieecerit meus.
Credo ad summos bellatores acrem fugitorem fore:
Et capturum spolia, ibi illum qui meo hero aduersus venerit,
Egomet autem quom extemplò arcum mihi & pharetram & sagittas sumsero,
Cassidem in caput, dormibo placidè in tabernaculo.
Ad forum ibo, nudius sextus cui talentũ mutuũ
Dedi, reposcam, vt habeam mecum quod feram viaticum.

MEGARONIDES, CALLICLES, senes.

VT mihi rem narras Callicles, nullo modo
Potest fieri prorsus, quin dos detur virgini.
CA. *Nam, hercle honeste fieri fermè non potest,*
Vt eam perpetiar ire in matrimonium
Sine dote, cùm eius rem penes me habeam domi.
ME. *Parata dos domi'st, nisi expectare vis,*
Vt eam sine dote frater nuptum collocet.
Pòst adeas tute Philtonem, & dotem dare
Te ei dicas, facere id eius ob amicitiam patris.
Verùm hoc ego vereor ne istæc pollicitatio
Te in crimen populo ponat atque infam iam.
Non temere dicam te benignum virgini,
Datam tibi dotem: ei quam dares eius à patre.
Ex ea largitari te illi, neque ita vt sit[2] data,
Columen te sistere illi & detraxe autument.
Nunc si operiri vis aduentum Charmidis,
Perlongum'st, huic ducendi interea abscesserit.
CA. *Nam hercle omnia istæc veniunt in mentem mihi.*
ME. *Vide si hoc vtibile magis atque in rem deputas,*
Vt adeam Lesbonicum, edoceã vt res sese habet.
CA. *Vt ego nunc adolescenti thesaurum indicem*

1 L. ac sororis c. 2 L. ted.

1 L. sagenam. 2 L. data, incolumem.

Indomito

Indomito, pleno amoris, ac lasciuiæ?
Minimè minimè hercle verò. nam certò scio
Locum quoque illum omnem vbi situ'st comederit,
Quem fodere metuo, sonitum ne ille exaudiat,
Neu ipsam rem indaget, dotem dare si dixerim.
ME. *Quo pacto ergo agetur?* C. *clàm dos depromi potest,*
Dum occasio ei rei reperiatur, interim
Ab amico alique alicunde argentum in dotem roges.
ME. *Potin' est ab amico alicunde exorari?* CA. *potest.*
ME. *Gerræ.* [1] *ne tu illud verbum actutum inueneris,*
Mihi quidem hercle non est quod dem mutuum.
C. *Malim hercle vt verum dicas, quàm vt des mutuum.*
ME. *Sed vide consilium, si placet.* C. *quid consili'st?*
ME. *Scitum, vt ego opinor, consilium inueni.* C. *quid est?*
ME. *Homo conducatur aliquis iam quantum potest.*
Quasi sit peregrinus. C. *quid is scit facere postea?*
ME. *Is homo ornetur graphicè in peregrinum modum,*
Ignota facies, [2] *quæ non vsitata sit,*
[3] *Falsidicum confidentem.* C. *quid tum postea?*
M. *Quasi ad adolescentem à patre ex Seleucia*
Veniat, salutem ei nunciet verbis patris,
Illum bene gerere rem, & valere & viuere,
Et eum redditurum actutum, ferat epistolas
Duas, eas nos consignemus, quasi sint à patre.
Det alteram illi, dicat alteram tibi'
[4] *Dare sese velle.* C. *perge porrò dicere.*
ME. *Séque aurum ferre virgini dotem à patre*
Dicat, patrémque id iussisse aurum tibi dare.
Tenes iam? C. *propemodum, atque ausculto perlubens.*
M. *Tum tu igitur demum id adolescenti aurum dabis,*
Vbi erit locata virgo in matrimonium.
C. *Scitè hercle sanè.* M. *hoc vbi thesaurum effoderis,*
Suspicionem ab adolescente amoueris.
Censebit aurum esse à patre allatum tibi.
Tu de thesauro sumes. C. *satis scitè & probè.*
Quanquam hoc me ætatis sycophantari pudet.
Sed epistolas quando obsignatas afferet,
Siquidem obsignatas attulerit epistolas,
Nonne arbitraris eum adolescentem annuli
Paterni signum nouisse? M. *etiam tu taces?*
Sexcentæ ad eam rem causæ possunt colligi,
Eum quem habuit perdidit, alium pòst fecit nouum,
Iam si obsignatas non feret, dici hoc potest,
Apud portitorem eas resignatas sibi
Inspectásque esse, in huiusmodi negocio
Diem sermone terere, segnities mera'st:
Quamuis sermones possunt longi texier.
Abi ad thesaurum iam confestim clanculum,
Seruos, ancillas amoue atq; audin'? CA. *quid est?*
ME. *Vxorem quoque ipsam, hanc rem vt celes face.*
CA. *Nam pol tacere nunquã quicquam'st quod queat.*
ME. *Quid nunc stas? quin te hinc amoues, & te moues?*
Aperi, deprome inde auri ad hanc rem quod sat est.
Continuò operito denuò. sed clanculum
Sicut præcepi, cunctos exturbá ædibus.
CA. *Ita faciam.* M. *at enim nimis longo sermone vtimur,*
Diem conficimus, quod iam properato'st opus.
Nihil est de signo quod vereare, me vide.
Lepida est illa caussa, vt commemoraui, dicere,
Apud portitores esse inspectas: denique
Diei tempus non vides? quin illum putas
Natura illa, atque ingenio? iamdudum ebriu'st.
Quiduis probare poterit tum quod maximum est
Asserre, non petere hic se dicet. CA. *iam sat est.*
ME. *Ego sycophantam iam conduco de foro*
Epistoláque iam consignabo duas,
Eumque huc adolescentem meditatum probè
Mittam. CA. *eo ego igitur intrò ad officiũ meũ.*
Tu istuc age. ME. *actum reddam.*

ACTVS IIII.

CHARMIDES *senex.*

SAlsipotenti & multipotenti Iouis fratri, [1] *& Nerei Neptuni,*
Lætus, lubens, laudes ago & grates, gratiásque habeo, & fluctibus salsis,
Quos penes mei potestas boni míseque foret, & meæ vitæ.
Quòn suis me ex locis in patriam vrbísque mœnia reducem faciunt.
Atque ego Neptune tibi ante alios deos gratias ago, atque habeo summas.
Nam te omnes sauúmque seuerúmque atque auidis moribus commemorant,
Spurcificum, immanè, intolerandum, vesanum, contra opera expertus.
Nam pol placido te & clementi meo vsque modo, vt volui vsus sum, haud alio.
Atque hanc tuam gloriam iam antè auribus acceperam, & nobiles apud homines,
Pauperibus te parcere solitum, diuites damnare atque domare.
Abi laudo, scis ordine, vt æquum'st,
Tractare homines. hoc dis dignum'st, semper mẽdicis modesti sint.
Fidus fuisti, insidum esse iterant. nam absquo

1 L. næ. 2 L. atque inusitata sit. 3 L. Falsidicus confidénsque. 4 *Lamb. malit legi* Dari.

1 L. Neptuno & Nereo.

foret te, sat scio in alto
Distraxissent, disque tulissent satellites tui me miserum fœde,
Bonáque omnia, ita vnà mecum passim ceruleos per campos:
Ita iam quasi canes haud secus circunstabant nauem turbines venti,
Imber, fluctúsque atque procellæ infensæ, frangere malum,
Ruere antennas, scindere vela, ni tua pax propitia foret præstò.
Apage me sis, deinde hinc certum'st ocio me dare, satis partum habeo.
Quibus ærumnis deluctaui, filio dum diuitias quæro?
Sed quis hic est, qui in plateam ingreditur cum nouo ornatu, speciéque
Simul? pol quanquam domum cupio, operiar hic quam gerat rem.

SYCOPHANTA, CHARMIDES *senex.*

SY. *HVic ego diei nomen Trinummo faciam: nam ego operam meam*
Tribus nummis hodie locaui ad artes nugatorias.
Aduenio ex Seleucia, Macedonia, Asia atque Arabia,
Quas ego neque oculis, neque pedibus vnquam vsurpaui meis.
Viden' egestas quid negotij dat homini misero mali?
Qui ego nunc subigor trium nummorum causa, vt has epistolas
Dicam ab eo homine me accepisse, quem ego qui sit homo, nescio,
Neque noui: neque natus, nécne is fuerit, id solidè scio.
C. *Pol hic quidem fungino genere est, capite se totum tegit:*
Illurica facies videtur hominis, eo ornatu aduenit.
SY. *Ille qui me conduxit, vbi conduxit, abduxit domum.*
Quæ volui, mihi dixit: docuit, & præmonstrauit prius
Quomodo quicque agerem: nunc adeò si quid addidero amplius,
Eo conductor melius de me nugas conciliauerit.
Vt ille me exornauit, ita sum ornatus. argentum hoc facit,
1 Ipsa ornamenta à Chorago hæc sumpsit suo periculo.
Nunc ego si potero ornamentis hominem circumducere,
Dabo operam, vt me esse ipsum planè sycophantam sentiat.
C. *Quàm magis specto, minus placet mihi hominis facies: mira sunt*
Ni illic homo'st aut dormitator, aut sector zonarius.
Loca contemplat, circumspectat sese, atque ædis noscitat.
Credo ædepol, quò mox furatum veniat, speculatur loca,
Magis lubido'st obseruare quid agat, ei rei operam dabo.
SY. *Has regiones demonstrauit mihi ille conductor meus.*
Apud illas ædis sistendæ mihi sunt sycophantiæ.
Fores pultabo. CH. *ad nostras ædes hic quidem habet rectam viam.*
Hercle opinor mihi aduenienti hac noctu agitandæ sunt vigiliæ.
S. *Aperite hoc, aperite. heus ecquis foribus tutelam gerit?*
CH. *Quid adolescens quæris? quid vis? quid istas pultas?* SY. *heus senex,*
Census coniuratori si rectè rationem dedi,
Lesbonicum hic adolescentem quæro, in his regionibus
Vbi habitet, & item alterum ad istanc capitis albitudinem,
Calliclem aiebat vocari, qui has mihi dedit epistolas.
C. *Meum gnatum hic quidem Lesbonicum quærit & amicum meum,*
Cui ego liberósque bonáque commendaui, Calliclem.
S. *Fac me si scis certiorem hisce, homines vt habitent, pater.*
CH. *Quid eos quæris? aut quis es? aut vnde es? aut vnde aduenis?*
S. *Multa simul rogitas, nescio quid expediam potissimum.*
Sin vnum quidquid singillatim & placidè percunctabere,
Et meum nomen, & mea facta, & itinera, ego faxo scias.
C. *Faciam ita vt vis, agedum nomen tuum primum memora mihi.*
S. *Magnum facinus incipis sic petere.* CH. *quid ita?* S. *quia pater,*
Si ante lucem ire occipias à meo primo nomine,
Concubium sit noctis, priusquam ad postremum perueneris.
C. *Opus 1 facto'st & viatico ad tuum nomen, vt tu prædicas.*
SY. *Est minusculum alterum quasi vasculum vinarium.*
C. *Hic homo solidè sycophanta est, quid ais tu adolescens?* S. *quid est?*
C. *Eloquere isti tibi quid homines debent quos tu quæritas?*
S. *Pater istius adolescentis dedit has duas mihi epistolas*

1 L. fercto vel potius farto. at Lips. Opus face est emendat.

Lesbonici. C. mihi est amicus, teneo hunc manifestarium.
Me sibi epistolas dedisse dicit, ludam hominem probè.
S. Ita vt occœpi, si animū aduortas, dicam. CH. dabo operam tibi.
S. Hanc me iussit Lesbonico suo gnato dare epistolam.
Et item hanc alteram suo amico Callicli iussit dare.
C. Mihi quoque adepol quoniam hic nugatur, contrà nugari lubet.
Vbi ipse erat? S. benè rē gerebat. C. ergo vbi? SY. in Seleucia.
C. Ab ipson' istas accepisti? S. è manibus dedit mihi ipse in manus.
C. Qua facie est homo? S. sesquipede quidem est quàm tu longior.
C. Nouistin' hominem? S. ridiculè rogitas, [1] quicum vnà cibum
Capere soleo. CH. quod est ei nomen? S. quod adepol homini probo.
C. Lubet audire. S. illi adepol illi illi, va misero mihi.
C. Quid est negocij? S. deuoraui nomen imprudens modò.
C. Non placet, qui amicos intra dentes conclusos habet.
S. Atque etiam modò vorsabatur mihi in labris primoribus.
C. [2] Tempore huic hodie anteueni. S. teneor manifesto miser.
C. Iámne commentus es nomen? S. deùm herclè me atque hominum pudet.
C. Vide homo vt hominem noueris. S. tanquam me istuc fieri solet,
Quod in manu teneas, atque oculis videas, id desideres
Literis recommminiscar. [3] CH. est principium nomini,
[4] Callicles? SY. non est. CH. Callippus? SY. non est. C. Callidemides?
SY. Non est. CH. Callinicus? SY. non est. C. [5] Callimarchus. SY. nil agis
Neque adeò adepol floccifacio, quando egomet memini mei.
CH. At enim multi Lesbonici sunt hic. nisi nomen patris
Dices, non monstrare possum istos homines, quos tu quaritas.
Quod ad exemplum est? Coniectura si reperire possumus.
Ad hoc exemplum est? an Chares? an Charmides, num Charmides?
S. Hem istic erit, qui istum di perdant. CH. dixi ego iamdudum tibi:
Te potius bene dicere aquum' st homini amico,
quàm male,
S. Satin intra labra atque dentes latuit vir minimi precij?
CH. Ne male loquare ei præsenti amico. SY. quid ergo ille ignauissimus
Mihi latitabat? CH. si appellasset, respondisset nomine.
Sed ipse vbi est? S. pol illum reliqui ad Rhadamantem in Cecropia insula.
C. Qui homo est me insipientior, qui ipse egomet vbi sim, quaritem?
Sed nihil disconducit huic rei, quid ais? SY. quid. CH. hoc quod te rogo,
Quos locos adisti? SY. nimium miris modis mirabiles.
C. Lubet audire, nisi molestum' st. SY. quin discupio dicere:
Omnium primum in Pontum aduecti ad Arabiam terram sumus.
CH. Ehò an etiam Arabia' st in Ponto? SY. est, nō illac vbi thus gignitur,
Sed vbi absinthium fit, atque culina gallinacea.
C. Nimium graphicum hunc nugatorem: sed ego sum insipientior,
Qui egomet, vnde redeam, hunc rogitem, qua ego sciam, atque hic nesciat.
Nisi quia lubet experiri, quò euasurū est denique.
Quod est tibi nomen adolescens? S. Pax, id est, nomen mihi,
Hoc quotidianum' st. C. adepol nomen nugatorium,
Quasi dicas, si quid crediderim tibi Pax. periisse illico,
Sed quid ais, quò inde iisti porrò? S. si animum aduortas, eloquar.
Ad caput amnis, quod de cœlo exoritur sub solio Iouis.
CH. Sub solio Iouis? SY. ita dico. CH. è cœlo? SY. atque medio quidem.
CH. Ehò an etiam in cœlum ascendisti? S. imò horiola aduecti sumus,
Vsque aqua aduorsa per amnem. C. ehò an etiam vidisti Iouem?
S. Callicli isse ad villam aiebant seruis depromptū cibum.
Deinde porrò. C. deinde porrò nolo quicquā prædices.
S. Ego herclè, si eris molestus. C. nam pudicum neminem
Esse oportet, qui abs terra ad cœlum peruenerit.
S. Dimittam vt te velle video. sed monstra hosce homines mihi.
Hos ego quæro, quibus me oportet has deferre epistolas.
C. Quid ais tu nunc? si fortè eum ipsum Charmidem conspexeris,
Illum quem tibi istas dedisse commemoras epistolas,
Noueris ne hominem? S. na tu me adepol arbitrare beluam,

[1] L. qotum [2] L. Tempori. [3] L. C. est pr. no. nomen eius à litera C incipit. [4] CH. Gall. [5] L. Callimachus?

Qui quidem non nouisse possim, quicum etatem exegerim.
An ille tã esset stultus, qui mihi mille nummûm crederet
Philippeûm, quod me aurum deferre iussit ad gnatum suum,
Atque ad amicum Calliclem, cui rẽ aiebat mãdasse hic suam,
Mihi concrederet, nisi me ille & ego illum nossem approbè.
C. *Enimuerò ego nunc Sycophantæ huic sycophãtari volo,*
Si hunc possim illis mille nũmis Philippeis circũducere,
Quos sibi me dedisse dixit: quem ego qui sit homo, nescio,
Neque oculis ante hunc diem vnquam vidi, eine aurum crederem?
Cui si capitis res siet, nummum nunquam credam plumbeum,
Aggrediundu'st hic homo mihi astu. heus Pax te tribus verbis volo.
SY. *Vel trecentis.* CH. *haben' tu id aurum, quod accepisti à Charmide?*
S. *Atque etiam Philippeum, numeratum illius in mensa manu,*
Mille nummos. C. *nẽpe ab ipso id accepisti Charmide?*
SY. *Mirum quin ab auo eius, aut proauo acciperem, qui sunt mortui.*
C. *Adolescens cedò dum istuc aurum mihi.* SY. *quod ego aurum dem tibi?*
C. *Quod à me te accepisse fassus.* SY. *abs te accepisse?* C. *ita loquor.*
S. *Quis tu homo es?* CH. *qui mille nummûm tibi dedi, ego sum Charmides.*
SY. *Neque ædepol tu is es, neque hodie is vnquã eris, auro huic quidem.*
Abi sis nugator, nugari nugatori postulas.
C. *Charmides ego sum.* S. *nequicquam hercle es: nam nihil auri fero.*
Nimis argutè obrepsisti in eapse occasiuncula,
Postquam ego me aurum ferre dixi, pòst tu factus Charmides.
Prius tu non eras, quàm auri feci mentionem. nihil agu,
Proin tute itidem vt Charmidatus es, rursum recharmida.
CH. *Quis ego sum igitur, siquidem is non sum qui sum.* SY. *quid id ad me attinet?*
Dum ille ne sis, quem ego esse nolo, sis mea causa [1] *quod lubet.*
Prius non is eras qui eras, nunc is factus qui tum non eras.
CH. *Age si quid agis.* SY. *quid ego agã?* CH. *aurum redde.* SY. *dormitas senex.*
C. *Fassus Charmidem dedisse aurum tibi?* S. *scriptum quidem.*
C. *Properas, an non properas abire actutum ab his regionibus*
Dormitator, priusquam ego hic te iubeo [1] *multari malè?*
SY. *Quamobrem?* CH. *quia illum quem ementitus es, ego sum ipsus Charmides,*
Quem tibi epistolas dedisse aiebas. S. [2] *eò quæso tu is es?*
C. *Is enimuerò sum.* S. *ain' tu tandem, is ipsúsne es?* CH. *aio.* S. *ipsus es?*
CH. *Ipsus inquam Charmides sum.* SY. *ergo ipsúsne es?* CH. *ipsissimus.*
Abi hinc ab oculis. S. *enimuerò serò quoniã aduenis,*
Vapulabis arbitratu meo, & nouorum ædilium.
CH. *An etiam maledicis?* S. *immò saluus quandoquidem aduenis,*
Di te perdant, si te floccifacio, [3] an perijsses prius.
Ego ob hanc operam argentum accepi, te malo infortunio.
Sed enim tu qui sis, tu qui non sis, floccum non interduim.
Ibo ad illum, renunciabo, qui mihi tris nummos dedit,
Vt sciat se perdidisse, ego abeo. malè viue & vale.
Quod di te omnes aduenientem peregrè perdant Charmides.
C. *Postquam ille hinc abijt, pòst loquendi libere*
Videtur tempus veniisse, atque occasio.
Iamdudum meum ille pectus pungit aculeus,
Quid illi negocij fuerit ante ædis meas.
Nam epistola illa mihi concenturiat metum
In corde, & illud mille nummûm quam rẽ agat.
Nunquam ædepol temerè tinniit tintinnabulum,
Nisi qui illud tractat aut mouet [4] *mutus tacet.*
Sed quis hic est, qui huc in plateam cursuram incipit?
Lubet obseruare quid agat, huc concessero.

STASIMVS *seruus*, CHARMIDES *senex.*

ST. *Tasime fac te properè celerem, recipe te ad dominum domum:*
Ne subitò metus exoriatur, scapulis stulticia tua.
Adde gradum, appropera, iamdudum factum'st cum abisti domo.
Caue sis tibi, ne bubuli in te cottabi crebri crepẽt.
Si aberis ab heri quæstione, ne desiteris currere.
Ecce hominem te Stasime nihili, satin' in thermopolio
Condalium es oblitus, postquam thermopotasti gutturem.
Recipe te, & recurre petere recenti. CH. *huc quisquis est,*
Curculio'st exercitor, is hunc hominem cursurã docet.
ST. *Quid homo nihili, non pudet te? tribus'ne te proteriis*
Memoria esse oblitum? an verò, quia cum frugi

[1] L. mulcari. [2] L. eho. [3] L. pòst, an p.
[4] L. mutum *sc.* tintinnabulum.

homini-

hominibus
Ibi bibisti, qui ab alieno facilè cohiberet manus?
Theruchus fuit cerconicus, crinnus, cercobulus, collabus.
Oculicrepidæ, cruricrepidæ, ferriteri, mastigiæ.
Inter eos ne homines condalium te redipisci postulas,
Quorum eorum vnus surripuit currenti cursori solum?
CH. *Ita me di ament graphicum furem.* ST. *quid ego? quod periit petam?*
Nisi etiam laborem ad damnum apponam 1 *apothecam insuper?*
Quin tu quod periit, periisse ducis, cape vorsoriam.
Recipe te ad herum. CH. *non fugitiu'st hic homo, commeminit domi.*
ST. *Atque vtinam veteres mores, veteresque parsimoniæ,*
Potius maiori honori hic essent, quàm mores mali.
C. *Di immortales, basilica quidem facinora inceptat loqui.*
Vetera quærit, vetera amare hunc morem maiorum scias.
S. *Nam nunc* 2 *mores nihil faciunt quod licet, nisi quod lubet.*
Ambitio iam more sancta'st, libera'st à legibus.
Scuta iácere fugeréque hostis, more habet licentiam.
Petere honorem pro flagitio, more fit. CH. *morem improbum.*
ST. *Strenuos præterire more fit.* CH. *nequam quidem.*
ST. *Mores leges perduxerunt iam in potestatem suam.*
Magis queis sunt 3 *obnoxij quàm parentes liberis.*
Ea misera etiam ad parietem sunt fixa clauis ferreis,
Vbi malos mores affigi nimio fuerat æquius.
CH. *Lubet adire atque appellare hunc, verum ausculto perlubens.*
Sed metuo si compellabo, ne aliam rem occipiat loqui.
ST. *Neque istis quicquam lege sanctum'st, leges mori seruiunt.*
Mores autem rapere properant, quà sacrum, quà publicum.
CH. *Hercle istis malam rem magnam moribus dignum'st dari.*
ST. *Nónne hoc publicè animum aduorti? nam id genus hominum hominibus*
Vniuersis est aduorsum, atque omni populo malefacit,
Malè fidem seruando: illis quoque abrogant etiam fidem
Qui nihil meriti, quippe ex eorum ingenio ingenium horum probant.

1 *al.* hypothecam *quod videtur aptius quadrare.*
2 *L.* more. 3 *L.* obnoxioſi.

Hoc qui in mentem venerit mihi, reipsa modò commonitus sum.
Si quis mutuum quid dederit, sit pro proprio perditum.
Cum repetas, inimicum amicum beneficio inuenis tuo.
Si mage exigere cupias, duarum rerum exoritur optio:
Vel illud quod credideris perdas, vel illum amicum amiseris.
CH. *Meus est hic quidem Stasimus seruus.* ST. *nam ego talentum mutuum*
Quod dederam, talento inimicum mihi emi, amicum vendidi.
Sed ego sum insipientior, qui rebus curem publicis,
Potius quam id quod proximum'st meo tergo, tutelam geram.
Eo domum. CH. *heus tu sta illico, audi, heus tu.*
ST. *non sto.* CH. *at ego te stare volo.*
ST. *Quid si egomet te velle nolo.* CH. *ha nimium Stasime sæuiter.*
ST. *Emere meliu'st, cui imperes.* CH. *pol ego emi, atque argentum dedi.*
Sed si non dicto audiens 2 *es, quid ago?* S. *damnum malum.*
CH. *Bene mones, ita facere certum est.* ST. *nisi quidem es obnoxius.*
C. *Si bonus* 3 *es, obnoxius sum: sin secus* 4 *es, faciam vti iubes.*
ST. *Quid id ad me attinet, bonisne seruis tu vtare, an malis?*
C. *Quia boni malique in ea re pars tibi est.* S. *partem alteram*
Tibi permitto, illam alteram ad me quod boni est, apponito.
CH. *Si eris meritus, fiet. sed respice ad me huc, ego sum Charmides.*
S. *Hem quis est, qui mentionem facit homo hominis optimi?*
C. *Ipse homo optimus.* ST. *mare, terra, cœlum, di vestram fidem,*
Satin ego oculis planè video? est ne ipsus, an non est? is est,
Certè is est, is est profectò. ô mi here exoptatissime
Salue. C. *Salue Stasime.* S. *saluum te.* C. *scio & credo tibi.*
Sed omitto alia: hoc mihi responde, liberi quid agunt mei.
Quos reliqui hic filium atque filiam? S. *viuunt, valent.*
C. *Nempe vterque?* S. *vterque.* C. *di me saluum & seruatum volunt.*
Cætera intus ociosè percunctabor quæ volo.
Eamus intrò, sequere. S. *quò tu te agis?* C. *quónam nisi domum?*
S. *Huccine nos habitare censes?* C. *vbinam ego alibi censeam?*

1 L. Nam ſi erig.
2 *L.* mihi eſt, q. 3 L. eſt, 4 *L.* eſt, 5 *L.* ergo.

S. Iam. C. quid iam? S. non sunt nostræ ædes istæ.
CH. quid ego ex te audio?
S. Vendidit tuus natus ædis. C. perij. ST. præsentariis
Argenti minis numeratis. C. quot? S. quadraginta. C. óccidi.
Qui eas emit? S. Callicles, cui tuam rem commendaueras,
Is habitatum huc commigrauit, nósque exturbauit foras.
CH. Vbi nunc filius meus habitat? ST. hic in hoc posticulo.
CH. Malè disperij. S. credidi ægrè tibi id vbi audisses fore.
CH. Ego miser meis periculis sum, per maria maxima
Vectus capitali périculo, per prædones plurimos
Me seruaui, saluus redij, nunc hic disperij miser,
Propter eosdem, quorum causa fui hac ætate exercitus.
Adimit animam mihi ægritudo Stasime, tene me. ST. vísne aquam
Tibi petam? CH. res quom animam agebat, tum esse offusam oportuit.

CALLICLES, CHARMIDES, senes duo, STASIMVS seruus.

CA. QVid hoc hic clamoris audio ante ædis meas?
CH. O Callicles, ô Callicles, ô Callicles,
Qualin' amico mea commendaui bona?
CA. Probo & fideli, & fido, & cum magna fide.
Et salue, & saluum te aduenisse gaudeo.
CH. Omnia istæc tibi si ita'st vt prædicas, 1 credo.
Sed quis iste est tuus ornatus? CA. ego dicã tibi.
Thesaurum effodiebam intus, dotem filiæ
Tuæ quæ daretur: sed intus narrabo tibi
Et hoc & alia, sequere. CH. Stasime. ST. hem. CH. strenuè
Curre 2 in Pireum, atque vnum curriculum face.
Videbis iam illic nauem, qua aduecti sumus.
Iubeto Sangarionem quæ imperauerim
Curare, vt efferantur, & tu ito simul.
Solutum'st portitori iam portorium.
ST. Nihil est moræ? CH. nihil ambula, actutum redi.
ST. Illic sum atque hic sum. CA. sequere tu me hac intrò. CH. sequor.
ST. Hic meo hero 3 amico solus firmus restitit,
Neque demutauit animum de firma fide.
4 Sed hic vnus, vt ego suspicor, seruat fidem,
Quanquam labores multos ob rem eum ego' cepisse censeo.

1 dele credò, 2 L. Piræeum, 3 L. amicus,
4 Lamb. ædex pro duobus his vers. tres habet, hoc ordine, Quanquam labores multos ** Sed hic vnus vt e. s. s. f. Ob rem laborem eũ ego cepisse censeo. primus vers. est mutilus, quem replet addens, ipse pertuli.

ACTVS V.
LYSITELES adolescens.

HIc homo est omnium hominum præcipuis voluptatibus gaudiisque anteponendus.
Ita commoda quæ cupio eueniunt, quod ago assequitur, subest,
Subsequitur, ita gaudiis gaudium suppeditat.
Modo me Stasimus Lesbonici seruus conuenit, is
Mi dixit, suum herum peregrè huc aduenisse Charmidem.
Nunc mihi is properè conueniendus est, vt quæ cum eius filio
Egi, ei rei funditus pater sit potior. eo. sed fores
Hæ sonitu suo mihi moram obiiciũt incommodè.

CHARMIDES, CALLICLES, senes: LYSITELES, LESBONICVS adolescentes.

CH. NEque fuit, neq; erit, neq; esse quẽquam hominum in terra dum arbitror,
Cui fides, fidelitásque amicum erga 1 æquiperet suum,
Nam exædificauisset me ex his ædibus, absque te foret.
CA. Si quid amicum erga benefeci, aut consului fideliter,
Non videor meruisse laudem, culpa caruisse arbitror.
Nam 2 beneficium homini proprium quod datur, proprium sumpserit:
Quod datum est vtendum, id repetendi copia'st quando velis.
CH. Est ita, vt tu dicis. sed ego hoc nequeo mirari satis,
Eum sororem despondisse suam in tam fortem familiam,
Lysiteli quidem Philtonis filio. LY. enim me nominat.
CH. Familiam optumam occupauit. LY. quid ego cesso hos colloqui?
Sed maneam etiam opinor, namque 3 hic commodum orditur loqui.
CH. Vah. CA. quid est? CH. oblitus intus dudum tibi sum dicere:
Modo mihi aduenienti nugator quidam accessit obuiam,
Nimis pergraphicus sycophanta, is mille nummûm se aureûm
Meo datu tibi ferre, & gnato Lesbonico aiebat meo,
Quem ego nec qui esset noram, neque eum antè vsquam conspexi prius.
Sed quid rides? CA. meo allegatu venit, quasi qui aurum mihi
Ferret abs te, quod darem tuæ gnatæ dotem, vt filius
Tuus quando illi à me darem, esse allatum id

1 L. æquiparet. 2 L. benef. quod datur propr. homini propr. sums. 3 L. hic.

abs

abs te crederet,
Neu quis rem ipſam poſſet intelligere, & theſaurum tuum
Me eſſe penes, atque eum à me lege populi patriũ poſceret.
CH. *Scite ædepol.* CA. *Megaronides communis hoc meus & tuus*
Beneuolens commentu'ſt. CH. *quin collaudo conſilium, & probo.*
LY. *Quid ego ineptus, dum ſermonem vereor interrumpere,*
Solus ſto, nec quod conatus ſum agere ago? homines colloquar.
CH. *Quis hic eſt, qui huc ad nos incedit?* LY. *Charmidem ſocerum ſuum*
Lyſiteles ſalutat. CA. *dicendum tibi Lyſiteles quæ velis.*
CH. *Non ego ſum ſalute dignus.* LY. *immò ſalue Callicles,*
Hunc priorem æquum'ſt me habere, tunica[1] *proprior pallio eſt.*
CH. *Deos volo conſilia veſtra rectè vortere.*
Filiam meam tibi deſponſatam eſſe audio. LY. *niſi tu neuis.*
CH. *Imò haud nolo.* LY. *ſponden' ergo tuã gnatam vxorem mihi?*
CH. *Spondeo, & mille auri Philippûm dotis.* LY. *dotem nihil moror.*
CA. *Si illa tibi placet, placenda dos quoque eſt, quam dat tibi.*
C. *Poſtremò quod vis non duces, niſi illud quod non vis feres.*
CA. *Ius hic orat.* LY. *impetrabit te aduocato atque arbitro,*
Iſtac lege filiam tuam ſponden' mihi vxorem dari?
CH. *Spondeo.* CA. *& ego ſpondeo idem hoc.* LY. *ô ſaluete affines mei.*
CH. *Atque ædepol ſunt res, quas propter tibi tamen ſuccenſui.*
CA. *Quid ego feci?* CH. *meum corrumpi quia perpeſſus filium.*
C. *Si id mea voluntate factum eſt, eſt quod mihi ſuccenſeas.*
Sed ſine me hoc abs te impetrare, quod volo. CH. *quid id eſt?* CA. *ſcies,*
Si quid ſtultè fecit, vt ea miſſa facias omnia.
Quid quaſſas caput? CH. *cruciatur cor mihi, & metuo.* CA. *quidnam id eſt?*
CH. *Quom ille ita'ſt, vt eſſe nolo, id crucior, metuo ſi tibi*
Denegem quod me oras, ne te leuiorem erga me putes.
Non grauabor, faciam ita vt vis. CA. *probus es. eo, vt illum euocem.*
CH. *Miſerum'ſt, malè promerita, vt merita ſi mihi vlciſci non licet.*
CA. *Aperite hoc, aperite properè, & Lesbonicum, ſi domi'ſt, foras*
Euocate, ita ſubito'ſt properè quod eum conuentũ volo.
L. *Quis homo tam tumultuoſo ſonitu me exciuit ſubitò foras?*
C. *Beneuolens tuus, atque amicu'ſt.* LE. *ſatin' ſalua? dic mihi.*
CA. *Rectè tuum patrem rediiſſe ſaluom peregrè gaudeo.*
LE. *Quis id ait?* CA. *ego.* LE. *tun' vidiſti?* CA. *& tute idem videas licet.*
LE. *O pater, pater mi ſalue.* CH. *ſalue multum gnate mi.*
LE. *Si quid tibi pater laboris.* CH. *nihil euenit, ne time:*
Bene re geſta ſaluus redeo, ſi tu modò frugi eſſe vis,
Hæc tibi pacta'ſt Callicli filia. LE. *ego ducam pater,*
Etiam ſi quam aliam iubebis. CH. *quamquam tibi ſuccenſui.*
CA. *Miſeria*[1] *vni quidem homini'ſt affatim.* CH. *immò huic parum'ſt.*
Nam ſi pro peccatis centum ducat vxores, parum'ſt.
LE. *At iam poſthæc tẽperabo.* CH. *dicis, ſi facias modò.*
[2]CA. *Nunc quid cauſæ eſt, quin vxorem cras domum* [3]*ducat?* CH. *optimum'ſt, licet.*
Tu in perendinum paratus ſis vt ducas. Plaudite.

1 L. propior.

1 L. vna vni. 2 L. LY.
3 L. ducam?

FINIS.

TRVCVLENTVS.

DRAMATIS PERSONAE.

PROLOGVS.
DINARCHVS *adolescens.*
PHRONESIVM *meretrix.*
GETA *seruus.*
CALLICLES *senex.*
ASTAPHIVM *ancilla,*
STRATILAX *seruus.*
STRATOPHANES *miles.*
STRABAX *adolescens rusticus.*
Ancilla altera.

ARGVMENTVM.

TRES vnam pereunt adolescentes mulierem,
Rurè vnus, alter vrbe, peregrè tertius,
Vtque ista ingenti militem tangat bolo,
Clàm [1] suppositit sibi clandestino editum.
Vi magna seruus est ac trucibus moribus,
Lupæ ne rapiant domini parsimoniam.
Et is tamen mollitur. Miles aduenit,
Natique causa dat propensa munera.
Tandem [2] compressæ pater cognoscit omnia,
Vtque illam ducat, qui vitiarat, conuenit:
Suúmque is repetit à meretrice subditum.

PROLOGVS.

PErparuam partem postulat Plautus loci
De [3] vestris magnis atque amœnis mœnibus:
Athenas quo sine [4] architectis conferat.
Quid? nunc daturin' estis, an non? annuunt.
Meditor equidem [5] vobis me ablaturum sine
Mora. Quid si de vestro quippiã orem? abnuunt.
En mehercle in vobis residem mores pristini,
Ad denegandum vt celeri lingua vtamini.
Sed hoc agamus, huc qua ventum est gratia,
Athenæ istæ sunto, ita vt hoc est proscenium,
Tantisper dum transigimus hanc comœdiam.
Hic habitat mulier, [6] nomen cui est Phronesium,
Hæc huius secli mores in se possidet,
Nunquam ab amatore suo postulat id quod datum est.
Sed reliquum dat operam, ne sit reliquum
Poscendo, atque auferendo, vt mos est mulierum.
Nam omnes id faciunt, cum se amari intelligũt.
Ea se peperisse puerum simulat militi,
Quò citius rem [7] ab eo auferat cum puluisculo.
Quid multa? ætas huic si superet mulieri',
[8] His cum anima ad eum habenti euorterit.

ACTVS I.

NDINARCHVS *adolescens.*
On omnis atas ad perdiscendum sat est

1 L. suppositit 2 L. pater compressæ.
3 *Lips.* mœris. 4 *Vatic.* arcuspletis *antiquæ notæ verbum & ignotum Lips.* 5 L. à vobis. 6 L. nomine quæ est 7 L. auferat ab eo. 8 L. Ad secum anima eius habentiam auerrerit.

Amanti, dum id perdiscat quot pereat modis,
Neque eam rationem eapse vnquam edocet Venus,
Quam penes amantum summa summarum redit,
Quot amans exemplis ludificetur, quot modis
Pereat, quótque exoretur exorabilis.
Quot illic blanditiæ, quot illic iracundiæ
Sunt? quótque [1] perclamanda: Di vestram fidem. hui
Quid [2] peierandum est? etiam præter munera?
[3] Primum dum mœret animus, is primus bolus' st.
Ob eam tris noctes vtor. interea loci
Aut æra, aut vinum, aut oleum, aut triticum
Tentat, benignúsne an bonæ frugi sies.
Quasi in piscinam, rete qui [4] iacit, vim parat.
*Quando abiit rete pessum [5] adducit **
Sin iecit rete, piscis ne effugiant cauet.
[6] Dum huc, dum illuc reti eos impedit
Pisces, vsque adeò donicum eduxit foras.
Itidem est amator, si id, quod oratur, dedit,
Atque est benignus potius quàm frugi bonæ,
Adduntur noctes, interim ille hamum vorat.
Si semel amoris poculum accepit merè,
Eáque intra pectus se penetrauit potio,
Extemplo & ipsus perijt, & res, & fides.
Si [7] iratum scortum fortè est amatori suo,
Bis perijt amator ab re, atque animo simul.
Sin alter alteri [8] potius est, itidem perit.
Si raras noctes ducit, ab animo perit:
Sin increbruit, ipsus gaudet, res perit.
[9] Ita est disciplina in ædibus lenoniis.
Priusquam vnum dederis, centum quæ poscat, parat.
Aut aurum perijt, aut conscissa pallula est,
Aut empta ancilla, aut aliquod vasum argenteum,

1 *Camer.* pericla vianda? 2 *Lips.* perierandum.
3 L. Promendum numina annua is pr. 4 L. iaculum parat. 5 L. tũ adducit sinum: 6 L. Modò hîc, modo illic irretitos impedit. 7 L. iratum'st sc f.am. 8 L. potitus'st. 9 L. ita disc. in æd. est len.

Aut

Aut vasum aheneum aliquod, aut lectus [1] *dapsilis,*
Aut armariola Græca, aut aliquid semper est
Quod pereat, debeátque amans scorto suo.
Atque hæc celamus nos damna vna industria,
Cùm rem fidemq́ nostrã nosmet perdimus,
Ne quid parentes neu cognati sentiant.
Quos cum celamus, si faximus consçios,
Qui nostræ ætati tempestiuè [2] *temperent,*
[3] *Vnde anteparta demus post partoribus.*
Faxim lenonum & scortorum vt plus est, minus
Et minus damnosorum hominum quàm nunc
[4] *sunt, fiet.*
Nam nunc lenonum & scortorum plus est ferè,
Quàm olim muscarum est, cùm caletur maximè.
Nam nusquam alibi si sunt, circum argentarias
Scorti lenones quasi sedent quotidie.
Ea nimia est ratio. quippe qui certò scio,
Triplo plus scortorum esse iam quàm ponderum,
Quos quidem quam ad rem dicam in argẽtarijs
Referre habere: nisi pro tabulis, nescio,
Vbi æra perscribantur vsuraria:
Accipiat [5] *dico expensa, neque censeat.*
Postremò in magno populo in multis hominibus,
Res placida atque otiosa, victis hostibus,
Amare oportet omnes, qui, quod dent, habent.
Nam mihi hæc meretrix, quæ hic habet, Phronesium
Suum nomen omne ex pectore exmouit meo,
Nam me fuisse huic fateor summum atque intumum.
Quod amantis multo pessimum est pecuniæ.
Eadem postquam alium reperit qui plus daret,
Damnosiorem me exinde amouit loco,
Quem infestum ac odiosum sibi esse memorabat, mala,
Babylonienſem militem. Is nunc dicitur
Venturus peregrè eò nunc commenta est dolum,
Peperisse. simulat sese vt me extrudat foras,
Eum esse simulant militem puero patrem.
Atque vt cum solo pergræcetur milite,
[6] *Cum isti supposítum puerum opus pessimæ,*
Mihi verba retur dare [7] *se. an me censuit*
Celare se posse grauida si foret?
Nam ego Lemno aduenio Athenas nudiustertius,
Legatus hinc quò cum [8] *publico imperio fui.*
Sed hæc quis mulier est? Astaphium est ancillula,
Cum ea quoque etiam mihi fuit commercium.

ASTAPHIVM *ancilla*, DINARCHVS *idem.*

Ad fores auscultatè, atque [9] *asseruatè has ædis,*

Ne quis aduentor grauior abeat quàm adueniat,
Neu qui manus attulerit steriles intrò ad nos,
Grauidas foràs exportet. Noui ego hominum mores,
Ita nunc adolescentes morati sunt. Quin ei
Vt simitu aduenium ad scorta [1] *congerrones,*
Consulta sunt consilia, quando intrò aduenerũt,
Vnus eorum aliquis osculum amicæ vsq́ oggerit,
Dum illi [2] *agant* * *cæteri clepta*
Sin videant quempiam se asseruare, obludunt,
dum custodem
Oblectent per ioculum & ludum: de nostro sæpe
edunt, quod
Fartores faciunt. fit pol hoc, & pars spectatorum
scitis,
Pol hæc vos me haud mentiri.
Vbi est [3] *vsus pugnæ & virtuti, de prædonibus*
prædam capere:
At nos rursum lepidè referimus gratiam furibus
nostris.
Nam ipsi vident, cùm eorum aggerimus bona:
quin etiam vltrò ipsi aggerunt ad nos.
DI. *Me illis quidem hæc verberat verbis. nam*
ego huic dona accongessi.
AS. *Commemini. iam pol ego eum ipsum, si domi*
erit, mecum adducam.
DI. *Heus manedũ Astaphium, prius quàm abis.*
AS. *qui reuocat?* DI. *scies,*
Respice huc. AS. *quis est?* DI. *vobis qui multa bona*
esse vult. A. *dato,* [4] *si esse vis.*
DI. *Faxo erunt. respice huc modò.* A. *Io enicas me*
miseram, quisquis es.
DI. *Pessuma mane.*
A. *Optime odio es.*
Dinarchúsne illic est? atque is est. it ad nos. DI. *&*
tu fer contrà manum, & pariter
Gradere. A. *tibi seruio atque audiens sum imperij.* DI. *tute quid agis?*
AS. *Valeo, & validum teneo. peregrè cùm aduenis, cœna detur.*
DI. *Benignè dicis.* AS. *at enim amabo sine me*
ire quò iussit ea.
D. *Sed quid ais?* A. *quid vis?* D. *istic quò iter inceptas, quid es?? quem arcessis?* A. *Archiuam*
Obstetricem. D. *mala fœmina es.* A. *solens sum. ea*
est disciplina.
DI. *Manifestam mendacij mala te teneo.* A. *quid*
iam amabo?
DI. *Quia te* [5] *adducturam huc dixeras eum ipsum, non eampse.*
Nunc mulier facta es ex viro, mala es. A. *præstigiator.*
DI. *Sed tandem loquere, qui is homo est Astaphium? vnúsne amator?*
A. *Nimis ociosum arbitror hominem esse te.* DI.

---

1 *Vet. cod. Lipſ.* lapſilis, *quæ pura puta eſt Plauti ſcriptura, commutatis literis antiquo more.* 2 *Vet. cod. Lipſ.* temperint *vt edint.* 3 L. Vt ne. 4 L. eſt. 5 L. illico exp. 6 *L.* Quid iſti. 7 *L.* ſeſe. 8 *L.* poplico. 9 *al.* aſſeruabis.

1 *L. fortaſſe legendum* congerones *cong-rend.*
2 *L.* agunt quod agunt cæt. cl farcantur vel harpagant. 3 *L.* ibus. 4 *L.* ſi eſſe Vis. faxo erunt. DI. reſp. 5 *Lipſ.* adducturam.

1 quinam arbitrare?
A. Quia tuo vestimento & cibo alienis rebus curas.
DI. Vos me reddidistis ociosum. A. quid iam amabo? DI. expedibo,
Rem perdidi, cum re meum negotium absiuliſtis.
Si rem seruassem, fuit vbi negocioſus essem.
A. An tute bene 2 rem publicani aut amoris alia lege
Habere se postulas quin tu ociosus sias?
DI. Illa, haud ego, habuit publicum, peruorsè interpretatis,
Nam aduorsum legem, à me ob meam scripturam pecudem 3 accepit.
AS. Plerique idem quod tu facis, faciunt, rei malè gerentes.
Vbi non est scriptura vnde dent, incusant publicanos.
D. Malè vertit res pecuaria mihi, apud vos nunc viciſſim
Volo habere aratiũculam pro copia hic apud vos.
AS. Non aruus hic, sed pascuus est ager, si arationes
Ambituris, qui 4 arare solent, ad eos verò ire melius est.
Hunc nos habemus publicum, illi alij sunt publicani.
DI. Vtrosque percognoui vtrobidem. AS. istoc pol tu ociosus,
Cum & illic & hic peruorsus es. Sed vtris cum rem esse mauis?
DI. Procaciores estis vos, sed illi periurioſi.
Illis perit quicquid datur, neque ipsis apparet quicquam,
Vos saltem si quid quæritis, ebibitis & comestis.
Postremo illi sunt improbi, vos nequam & glorioſæ
Malæq;. AS. quæ in nos illósque, ea omnia tibi dicis Dinarche,
Et nostram & illorum vicem. DI. quî istuc? AS. rationem dicam.
Quia qui alterum incusat probri, 5 eum ipsum se intueri oportet.
Tu à nobis sapiens nihil habes, nos nequam abs te habemus.
DI. O Astaphium, haud istoc modo solita es me antè appellare,
Sed blandè, cùm illuc, quod apud vos nunc est, apud me haberem.
AS. Dum viuit, hominem noueris: vbi mortuus est, quiescas.
Te, dum viuebas, noueram. DI. an me mor uum arbitrare?
AS. Quî potis es, amabo, planius? qui antehac amator summus
Habitus's, istunc ad amicam meras querimonias referre?
DI. Vostra hercle factum iniuria, quæ properauistis olim
Rapere ociosè oportuit, diu vt essem incolumis vobis.
AS. Amator similis's oppidi hostilis. DI. quo argumento est? AS. quàm
Primùm expugnari potis's amator, optimum est amicæ.
DI. Ego fateor. sed longè aliter est amicus atque amator.
Certè hercle quam veterrimus homini optimus est amicus.
Non hercle occiderunt mihi etiam fundique & ædis.
A. Cur obsecro ergo ante ostium pro ignoto alienoque astas?
I intrò, haud alienus tu quidem es. nam ecastor neminem hodie
Magè amat corde atque animo suo, siquidem habes fundum atque ædis.
DI. In melle sunt linguæ sitæ vostræ, atque orationes,
Lacteque, corda in felle sunt sita, atque acerbo aceto.
1 Linguis dicta dulcia datis, corde amare facitis
Amantes, siquidem non danunt. AS. Non didici fabulare.
DI. Non istæc mea benignitas docuit te fabulari,
Sed istli qui cum geniis belligerant parcipromi.
Mala es, atque eadem quæ soles 2 illecebr'. A. vt expectatus
Peregrè aduenisti! nam obsecro, cupiebat te hera videre,
Quæ tandem te vnum ex omnibus amat. DI. euge funde & ædis
Per tempus subuenistis sed quid ais Astaphium?
AS. quid vis?
DI. Estne intus nunc Phronesium? AS. tibi quidem 3 intus.
DI. Valétne? AS. immò ædepol melius iam credo fore, vbi te videbit.
DI. Hoc nobis vitium maxumum est: cùm amamus, tum perimus.
Si illud quod volumus dicitur, palàm cum mentiuntur,
Verum esse inſciti credimus, 4 ne vt in æstu mutuantur ira.
AS. Eia haud ita est res. DI. 5 Ain tute me amare? A. immò vnicè vnum.
DI. Peperisse eam audiui? AS. ah obsecro tace Dinarche. DI. quid iam?
A. Horresco misera, mentio quoties fit partionis.
Ita penè tibi fuit Phronesium. i intrò iam amabo,
Vise illam, atque operire ibi, iam exibit, nam lauauit.

1 Lipſ. quianam? 2 L. rempublicam.
3 Lipſ. ex v.c. accepit Æraq. AS. idem.
4 Lipſ. ex v.c. ærari solent ad pueros ire.
5 Lipſ. eumpsed vel cumsed.

1 L. Elinguis. 2 L. elecebra. sic restituit Iſ. Scaliger. 3 L intus est. 4 Lamb. legit næ vt in æstu mutuamur ira: locus est corruptus. 5 L. Videtur legendum potius ain' tu me amari?

DI.

DI. *Quid ais tu? quæ nunquam fuit prægnans, qui parere potuit?*
Nam equidem vterum illi nunquam extumere sensi.
A. *Celabat, metuebátq; te illa, ne sibi persuaderes*
Vt abortioni operam daret, puerúmque vt enecaret.
DI. *Tum pol isti puero quis est pater?* A. *Babylonensis miles,*
Cuius nunc ista aduentum expectat. immò adeò vt nunciatum'st,
Iam hic affuturum aiunt eum, nondum aduenisse miror.
DI. *Ibo igitur intrò?* A. *quippini? tam audacter, quàm domum ad te,*
Nam tu adepol noster es. etiam nunc Dinarche 1
DI. *Quàm mox te recepisti? iam hic eras.* A. *propè est profecta quò sum.*
DI. *Redi verò actutum. ego interim te apud vos opperibor.*

ACTVS II.
ASTAPHIVM *ancilla.*

AS. *Ha ha ha. hercle quieui, quia introiuit odium tandem sola sum.*
Nunc quidem meo arbitratu loquar liberè quæ volam, & quæ lubebit.
Huic homini amanti mea hera apud nos dixit maniam de bonis:
Nam fundi & ædis obligatæ sunt ob amoris prandium. verùm
Apud hunc mea hera consilia summa loquitur liberè, magisque
Adeò ei consiliarius hic amicus est, quàm auxiliarius.
Dum fuit, dedit. nunc nihil habet. quod habebat, nos habemus.
Iste nunc id habet quod nos habuimus: humanum facinus factu est.
Actutum fortunæ solent mutarier, varia vita est.
Nos diuitem eum meminimus, atque iste paupere nos.
Verterunt sese memoriæ, stultus sit qui id admiretur.
Si eget, necesse est nos patiatur ali, ita æquum factu est.
Piaculum est, misereri nos hominum 2 *rem malè gerentum.*
Bonis esse oportet dentibus lænam probam: arridere,
Quisquis veniat, blandéque alloqui, malè corde consultare,
Bene loqui lingua. meretricem esse similem sentis condecet,
3 *Quēquam hominem attigerit profectò aut malum, aut damnum dari.*
Nunquam amatoris meretricem oportet caussam noscere,

1 L. hæres tu? 2 L. rei.
3 L. Quemquem.

Quin vbi nil det, pro infrequente eum mittat militia domum,
Nec vnquam quisquam probus erit amator, nisi qui rei inimicu'st suæ.
Nugæ sunt, nisi quod modò cum dederit, dare 1 *iam iubeat denuò,*
Is amator apud nos, qui quod dedit, id oblitu'st datum.
Dum habeat, 2 *tum amet: vbi nihil habeat, alium quæstum cœpiat.*
Æquo animo ipse si nihil habeat, aliis qui habent det locum.
Probus est amator, qui relictis rebus rem perdit suam.
At nos malè agere prædicant viri solere secum,
Nosque esse auaras, quæso 3 *nunqui malè nos agimus tandem?*
Nam ecastor nunquam satis dedit suæ quisquam amicæ amator:
Neque pol satis accepimus, neque vlla satis poposcit.
Nam quando sterilis est amator 4 *satis* ✶
Si negat se habere quod det, soli 5 ✶
Nec satis accipimus, satis cùm quod det, non habet.
Semper datores nouos oportet quærere,
Qui de thesauris integris demum danunt.
Velut hic agrestis est adolescens qui hic habet,
Nimis pol mortalis lepidus, nimisque probus dator.
Sed is clam patre etiam 6 *hanc noctem illac*
Per hortum transiliuit ad nos, eum volo conuenire,
Sed est huic vnus seruus violentissimus,
Qui vbi quãque nostrarum videt prope ædis, hàc si aggredias,
Item vt de frumento anseres, clamore abterret, abigit.
Is item est agrestis. sed fores, quicquid est futurum, feriam.
Ecquis huic tutelam ianuæ gerit, ecquis intus exit?

STRATILAX *seruus*, ASTAPHIVM *ancilla.*

Quis illic est, qui tam proteruè nostras ædis arietat?
AST. *Ego sum, respice ad me.* ST. *quid ego? nónne ego video? væ tibi,*
Quid tibi ad hasce accessio est ædis propè, aut pultatio est?
AS. *Salue.* ST. *satis mihi est tuæ salutis. nihil moror, non saluco.*
Ægrotare malim, quàm esse tua salute sanior.
Id volo scire, quid debetur nostræ tibi domi. AS. *comprime.*

1 L. lubeat. 2 L. dum amet 3 L. nunquid.
4 L. à datis improbus est.
5 L. pernoctandum'st.
6 L. nocte illanc illam macerem per h.

ST. *Spero meam quidem hercle,* 1 *tu quem solita es comprimas.*
Impudens per ridiculum, 2 *vt rustico suadet stuprum.*
AS. *Iram dixit.* S. *vt esse cœpisti, si dem. si est vna altera.*
AS. *Nimis hic quidem truculentus.* ST. *pergin malè loqui mulier mihi?*
AS. *Esquid tibi ego autem dico?* S. *quia enim truculentum nominas.*
Nunc adeò nisi abis actutum, ac dicis quid quæras citò,
Iam hercle ego hic te mulier quasi sus catulos pedibus proteram.
AS. *Rus merum hoc quidem est.* ST. *pudendum' ne? tu verò* 3 *clurinum pecus,*
Aduenisti huc nos tentatum cum exornatis ossibus.
Quia tibi insuaso infeciſti propudiosa pallulam.
An eo bella es tu? quia accepisti arma aduenias.
AS. *nunc places,*
Cum me illi velim mentiri dicis. S. *quid quod te rogo?*
Mancupi vin quia accipias. gesta tecum henos annuos?
AS. *Dignis.* 4 *dant.* ST. *lauinia hic sunt, quas habes, victorias?*
AS. *Ne attigas me.* ST. *tangámne ego te? ita me* 5 *amabis sarculum,*
Vt ego me ruri hamaxari mauelim 6 *patulum bouem,*
Cúmque eo ita noctem in stramentis pernoctare perpetim,
Quàm tuas cĕtŭ cœnatas noctes mihi dono dari.
Rus tu mihi opprobras, vt nacta es hominem quem pudeat probri?
Sed quid apud nostras negocij mulier est ădis tibi?
Quid tu 7 *hoc occursas in vrbem quotiescunque aduenimus?*
AS. *Mulieres conuenire volo vestras.* ST. *quas tu mulieres* (*dibus.*
Mihi narras? vbi musca nulla fœmina est in ă-
A. *Nullane istic mulier habitat?* ST. *rus inquam abierunt. abi.*
AS. *Quid clamas insane?* ST. *abire hinc ni properas grandi gradu,* (*tuos*
Iam ego istos fictos, compositos, crispos 8 *cicinnos*
Vnguentatos vsque ex cerebro 9 *expellam.* A. *quánam gratia?*
S. *Quia adeò fores nostras vnguentis vncta es ausa accedere.*
Quiáque istas buccas tam bellè purpurissatas habes.
AS. *Erubui mecastor misera, propter clamorem tuum.*
ST. *Itáne erubuisti? quasi verò corpori reliqueris*
Tuo, potestatem coloris vlli capiendi, mala.
Buccas 1 *rubrica, cera omne corp*° 2 *intinxit tibi,*
Pessumæ estis. A. *quid est quod vobis pessumæ* 3 *hæc via**
ST. *Scio ego plus quàm me arbitrare scire.* AS. *quid id est obsecro* (*Strabax*
Quod scias? ST. *herilis noster filius apud vos*
Vt pereat, vt eum illiciatis in malam fraudem & 300 *præmium.*
AS. *Sanus* 4 *si videare, dicis contumeliam.*
Nemo hominum hic perire solet apud nos, res perdunt suas.
Vbi perdidere res, abire hinc si volunt, tum illis licet.
Ego 5 *non hunc noui adolescentem vostrum.* ST. 6 *Veron'?* AS. *serio'n.*
ST. *Quin maceria illa ait in horto quæ est, quæ* 305 *in noctes singulas*
Latere fit minor, qua iste ad vos damni perm ensu'st viam.
A. *Non mirum est,* 7 *vetus est maceria, lateres si veteres ruunt.*
S. *Ain tu mala, lateres veteres ruere? nunquam ædepol mihi*
Quisquam homo mortalis posthac 8 *suarum rerum creduit,*
Ni ista ego vestra hero maiori facta denarrauero. 310
AS. *Estne ille violentus?* ST. *suam non enim ille meretriculis*
Molliendis rem coegit, verum 9 *parsimoniæ,*
Duritiæq; quæ nunc ad vos iam exportatur pessumæ.
Em tu es exungula, malè viuitis. egóne 10 *hic mussitem?*
Iam enim eccere ibo in forum, atque hæc facta 315 *narrabo seni.*
11 *Neq; istuc in se gestit, ergo coget exanimi mali.*
AS. *Si ecastor hic homo sinapi victitet, nõ censeã*
Tam esse tristem posse. at pol hero beneuolens vt is est suo?
Verùm ego illum quamquam violentus est, spero mutari, potest
Blandimentis, ornamentis cæteris meretricijs. 320
Vidi equidem 12 *ex iumentis domita fieri, atque alias beluas.*
Nunc ad heram reuidebo. sed eccum odium progreditur meum.
Tristis exit, haud conuenire etiam hic velim Phronesium.

DINARCHVS *adolescens*, ASTAPHIVM *ancilla.*

Piscis ego credo, qui, vsq; dum viuunt, lauant,

1 *L.* esse pudicam tu quæ sol. 2 *L.* nunc vt r. 3 L. clusinũ 4 *L.* dantur. 5 amabit. 6 L. patalem. 7 *L.* huc. 8 *L.* cincinnos. 9 *L.* exuellam.

1 L. rubrico. 2 L. intinxsti. 3 L. ac cuia via? 4 *L.* si sis, videas ne dixeris cont. 5 *L.* hunc non n. 6 *L.* veron'? serion'? Quin &c. 7 L. vetustam ac. 8 L. duarum, 9 *L.* parsimonia. Duritiáque 10 L. hæc. 11 *L.* Ne qua is istuc in segastro cogat examen mali. 12 *L.* iumenta d.

Minus

Min' diu 1 *lauere, quàm hæc lauat Phronesium.*
Si proinde amentur mulieres, diu quàm lauant,
Omnes amantes balneatores sient.
AS. *Non quis parumper durare opperirier?*
DI. *Quin hercle lassus iam sum durando miser.*
Mihi quoque præ lassitudine opus est vt lauem.
Sed obsecro hercle Astaphium, i intrò, ac nuncia
Me adesse, tu i properè, & suade iam vt satis lauerit.
AS. *Licet.* DI. *audin etiam?* AS. *quid vis?* DI. *di me perduint.*
Qui te reuocaui, non tibi dicebam, i modò.
AS. *Quid iam me reuocabas improbe, nihilique homo?*
Quæ tibi mille passuum peperit mora mora?
DI. *Sed quid hæc hic autem tandiu ante ædis stetit?*
Nescio quem præstolata est, credo, militem.
Illud est, vide vt iam quasi volturij triduo
Prius prædiuinant quo die esuri sient.
Illum inhiant omnes. ille est animus omnibus.
Me nihilo magis respiciet, vbi iste huc venerit,
Quàm si hinc ducentos annos fuerim mortuus.
Vt rei seruire suaue est. væ misero mihi,
Post factum 2 *flector, quia antè partum perdidi.*
Verùm nunc si qua mihi obtigerit hæreditas
Magna atque luculenta, nunc postquam scio
Dulce atque amarum, quid sit ex pecunia,
Ita ego illam ædepol seruem, itáq; parcè victitem,
Vt nulla faxim cis dies paucos siet.
Ego istos, qui nunc me culpant, confutauerim.
Sed est vocis sat, sentio aperiri fores.
Quæ obsorbent quicquid venit intra pessulos.

PHRONESIVM *meretrix,*
DINARCHVS *adolescens.*

NVm tibinã amabo ianua est mordax mea,
Quò introire metuas, mea voluptas? DI. *ver vide,*
Vt tota floret! vt olet! vt nitidè nitet!
PH. *Qui tam infacetus Leno adueniens, qui tuæ*
Non des amicæ Dinarche suauium?
DI. *Vah vapulo hercle ego nunc, atq; adeo malè.*
PH. *Quò te auertisti?* DI. *salua sis Phronesium.*
P. *Salue, hicne hodie cœnas saluos cùm aduenis?*
D. *Promisi.* P. *vbi cœnabis tu?* DI. *vbi tu iusseris.*
Hic. PH. *Me lubente facies.* DI *ædepol me magis.*
Nempe tu eris hodie mecum mea Phronesium.
PH. *Velim, si fieri possit.* DI. *cedo soleas mihi.*
3 *Properatè auferte mensam.* PH. *amabo sanum es?*
DI. *Non ædepol bibere possum iam, ita animo malè est.*
PH. *Mane, aliquid fiet, ne abi.* DI. *ah aspersisti aquam.*
Iam rediit animus, deme soleas, cedo
Vinum. PH. *idè es ecastor qui soles. sed dic mihi,*
Benène ambulauisti? DI. *huc quidem hercle ad te bene,*

1 *L.* lauare. 2 *L.* plector.
3 *L* properate: auf.

Quoniam tui videndi est copia. PH. *complectere.*
DI. *Libens. ah hoc est mel melli dulci dulcius.*
Hoc tuis fortunis, Iuppiter, præstant meæ.
Dane suauium? PH. *immo vel decem.* DI. *haud istoc pauper es,*
Plus pollicere tu quàm ego à te postulo.
Vtinam à principio rei item parsissem meæ,
Vt nunc reparcis suauiis. PH. *si quid tibi*
Compendij facere possim, factum ædepol velim.
DI. *Iam lauisti?* PH. *iam pol mihi quidem atque oculis meis,*
Num tibi sordere videor? DI. *nõ pol mihi quidẽ.*
Verùm tempestas memini cum quondam fuit,
Cùm inter nos sorderemus vnus alteri.
Sed quod ego facinus audiui aduenies tuum?
Quod tu hic 1 *absente me noui negocij gesseris?*
Cúmque bene proueneris salua, gaudeo.
PH. *Tibi mea consilia summa, semper credidi.*
Equidem nec peperi puerum, nec pregnas fui,
Verùm assimulaui me esse prægnatem.
DI. *Quapropter ô mea vita?* PH. *propter mili-*
tem
Babylonienſem, qui quasi vxorem sibi
Me habebat annum dum hic fuit. DI. *ego sensseram,*
Sed quid istuc? cui rei te assimulare retulit?
PH. *Vt esset aliquis laqueus & 2 redimiculum,*
Reuersionem vt ad me faceret denuò.
Nunc huc remisit nuper ad me epistolam,
Sese experturum quanti sese penderem:
Si quod peperissem, id educarem & tollerem,
Bona sua me habiturum omnia. DI. *ausculto lubens.*
Quid denique agitis? PH. *mater ancillas iubet,*
Quoniam iam decumus mensis aduentat propè,
Aliam aliorsum ire: præmandare & quærere
Puerum aut puellam, qui supponantur mihi.
Quid multa verba facimus? tonstricem Suram
Nouisti nostram, quæ modò erga ædem 3 *sese habet*
DI. *Noui.* PH. *hæc vna opera circumit per familias,*
Puerum vestigat clanculum, ad me detulit.
Datum sibi esse dixit. DI. *ô merces malæ.*
PH. *Eum nunc non illa peperit, quæ peperit prior.*
DI. *Sed tu posterior.* PH. *omnem rem tenes.*
Nunc, vt præmisit nuncium miles mihi,
Non multò pòst hic aderit. DI. *nunc tu te interim*
Quasi pro puerpera hic procuras? PH. *quippini?*
Vbi sine labore res geri pulcrè potest,
Ad suum quenque æquum est quæstum esse callidum.
DI. *Quid me futurum est, quando miles venerit?*
Relictúsne abs te viuam? PH. *vbi illud quod volo*
Habebo ab illo, facile inuenero quomodo
Diuortium & discordiam inter nos parem.
Postidea ego tota tecum, mea voluptas, vsq; ero
Assiduò. DI. *immò hercle verò accubuo mauelim.*

1 *L.* me absentem.
2 *Lamb mallet legi* reticulum. 3 *L.* ha.

PH. *Quin dis sacrificare hodie pro puero volo*
Quinto die, quod fieri oportet. DI. *censeo.*
PH. *Non audes aliquod dare mihi munusculum?*
DI. *Lucrum hercle videor facere mihi, voluptas mea,*
Vbi quippiam me poscis. PH. *at ego vbi abstuli?*
DI. *Iam faxo hic aderit, seruolum huc mittam meum.*
PH. *Sic facito.* DI. *quicquid autem erit, boni consulas.*
PH. *Ecastor munus te curaturum scio,*
Vt cuius me non pœniteat, mittas mihi.
DI. *Num quippiam me vis aliud?* PH. *vt quando ocium*
Tibi sit, ad me reuisas tu. DI. *valeas.* PH. *vale.*
DI. *Prò di immortales, non amantis mulieris,*
Sed sociæ vnanimantis fidentis fuit
Officium facere, quod modò hæc fecit mihi
Suppositionem pueri, quæ mihi credidit,
Germanæ quod sorori non credit soror.
Ostendit mihi iam sese medullitus,
Se mihi infidelem nunquam se viua, fore.
Egone illam vt non amem? egóne illi vt non bene velim?
Me potius non amabo, quàm desit huic amor.
Ego isti non munus mittã? [2] iã modò ex hoc loco
Iubebo ad istam quinque perferri minas.
Præterea obsonari duntaxat ad minam.
Multo illi potius bene erit, bene quæ vult mihi,
Quàm mihimet, omnia qui mihi facio mala.

PHRONESIVM *meretrix.*

PVero isti date mammam: vt miseræ matres' sollicitæque
Ex animo sunt, cruciantúrque ædepol commentum malè.
Cúmque eam rem in corde agito, nimio minus perhibemur
Malæ, quàm sumus ingenio. ego prima de me modò ista dicito.
Quanta est cura in animo? quantum corde capio dolorem?
Dolus ne occidat morte pueri, mater dicta quod sum, eo magis.
Studeo vitæ, quæ ausa sum tantum clàm dolum aggrediri.
Lucri causa auara probrum sum executa, alienos dolores
Mihi suppositi, nullam rem oportet dolosè aggrediri, nisi
Astutè accuratéque exequare: vosmet iam videtis,
Vt ornata incedo puerperio, ego nunc me esse ægram assimulo.
Malè quod mulier facere incepit, nisi id efficere perpetrat,
Id illi morbo, id illi senio est, ea illi miseræ miseria'st.

[1] L. sese iam mihi. [2] L. modo hoc ex loco.

Si bene facere incepit, eius eam citò odium percipit.
Nimisquam paucæ sunt defessæ, malè quæ facere occeperunt.
Nimisquam paucæ efficiunt, si quid occeperint benefacere.
Mulieri nimio malefacere melius est onus, quàm bene.
Ego, quòd mala sum, matris opera mala sum, & meapte malicia,
Quæ me grauidam esse assimulaui militi Babylonio,
Eam nunc maliciam accuratam miles inueniat volo.
Iste hic haud multo pòst credo aderit, nunc prius præcaueo sciens:
Eúmque gero ornatum, vt [1] grauida quasi puerperio cubem.
Date mihi huc flaclam, atque ignem in aram, vt venerem Lucinam meam,
Hic apponite, atque abite ab oculis. ó Pithecium
Face vt accumbã, adiutare sic decet puerperam.
Soleas mihi date, pallium inijce in me huc Archillis.
Vbi est Astaphium? fer huc verbenam mihi, thus & bellaria.
Date aquam manibus. Nunc ecastor venerit miles velim.

STRATOPHANES *miles,* PHRONESIVM *meretrix,* ASTAPHIVM *ancilla.*

NE expectetis spectatores meas pugnas dum prædicem:
Manibus duellis prædicare soleo, haud in sermonibus.
Scio ego multos memorauisse milites mendaciũ.
Et Homeronidam & post illa mille memorari potest,
Qui & conuicti & condemnati falsis de pugnis sient.
Non laudandus cui plus credit qui audit, quàm qui videt.
Non placet cùm illi plus laudant qui audiunt, quàm qui vident.
PLVRIS est oculatus testis vnus, quàm auriti decem.
Qui audiunt, audita dicunt: qui vident, planè sciunt.
Non placet quem scurræ laudant, manipulares mussitant.
Neque illi, quorum lingua gladiorum aciem [2] præstringit domi.
Strenui nimio plus prosunt populo, quàm arguti & cati.
Facilè sibi facunditatem virtus arguta inuenit.
Sine virtute argutum ciuem mihi habeam pro præfica.

[1] L. ægra. [2] L. præstinguit.

Qua

Quæ alios collaudare absẽtes, sese verò non potest.
Nunc ad amicam decumo mense pòst Athenas Atticas
Viso, quam grauidam reliqui meo compressu, quid ea agat.
PH. *Vide quis loquitur?* AS. *iam propinquè miles, mea Phronesium,*
Tibi adest Stratophanes. Nunc tibi opu'st ægram vt te assimules. PH. *tace.* 1
ST. *Peperit mulier, vt ego opinor.* AS. *vin' 2 adeas hominem?* PH. *volo.*
S. *Euge Astaphium eccam, it mi aduorsum.* AS. *salue ecastor Stratophanes,*
Venire saluum. ST. *scio. sed peperitne obsecro Phronesium?*
AS. *Peperit puerum nimium lepidum.* ST. *ecquid mihi simili'st?* AS. *rogas?*
Quin vbi natu'st, iam machæram & clypeum poscebat sibi.
ST. *Meus est, scio iam de argumentis, nimium quidem simili'st. papæ*
Iam magnu'st? támne electat legiones quas spoliare velit?
A. *Here nudiusquintus natus quidem ille est.* ST. *quid tum postea?*
Inter tot dies quidem herclè iam actum aliquid oportuit.
Quid illi ex vtero exitio est, priusquam poterat ire in prælium?
A. *Consequere, atque illam saluta, & gratulare illi.* ST. *sequor.*
P. *Vbi illa obsecro est? quæ me hic reliquit atque abstitit?*
A. *Assum, adduco tibi exoptatum Stratophanem.* PH. *vbi is est obsecro?*
ST. *Mars peregrè adueniens salutat Nerienem vxorem suam.*
Cùm tu rectè proueneristi, cúmque es aucta liberis,
Gratulor, cùm mihi tibiq; magnũ dedisti decus.
PH. *Salue, qui me interfeciſti penè vita & lumine,*
Quiq; vim magni doloris per voluptatem tuam
Condidisti in corpus, quo nunc etiam morbo misera sum.
ST. *Eia haud ab re, mea voluptas, tibi obuenit istic labos:*
Filium peperisti, qui ædis spoliis opplebit tuas.
PH. *Multo ecastor magis oppletis opu'st tritici granariis,*
Ne ille priusquam spolia capiat, hic nos extinxit fames.
ST. *Habe bonum animum.* PH. *sauium sis pete hinc à me, nequeo caput*
Tollere, ita dolui, itáque ego nunc doleo, neque etiam queo
Pedibus mea sponte ambulare. ST. *si plane ex*

1 *Lipſ. lacunam quæ hic erat replet, additis duobus his verſibus.* Tace quid adhuc egeo tui, malùm, ammonitricis? an me maleficio vincere est? ST. peperitm. 2 L. adeam.

medio mari
Sauium petere tuum iubeas, petere haud pigeat me mel meum.
Id ita esse experta es, núncque experiere, mea Phronesium,
Me te amare. adduxi ancillas tibi eccas, ex Suria duas,
Iis te dono. adduce huc tu istas. Sed istæ reginæ domi,
Suæ fuere ambæ, verum patriã ego excidi manu.
Iis te dono pœnitétne te quod ancillas iam?
PH. *Quin etiam ne insuper adducas, quæ mihi comedint cibum.*
ST. *Hoc quidem herclè si ingratum est donum, cedo tu mihi istam puere,*
Hem mea voluptas, attuli eccam 1 pallulam ex pari gratia tibi,
Tene tibi. PH. *hoccine mihi ob labores tantos tantillum dari?*
ST. *Perij herclè, iam mihi auro contrà constat silius,*
* *Etiam num me vilipendit?* 2 *addit purpuram, exorat tibi*
Attuli * 3 *duas Ponto amœnas. tene tibi voluptas mea.*
Accipe, huc adduce hasce in conspectum 4 *Suras'.*
Ecquid amas me? PH. 5 *equidem has ecastor nihil moror.* ST. *nihilne huic sat est?*
Ne mihi vnum verbum quidem dixit. viginti minis
Venire illæc posse credo dona quæ ei dedi.
Vehementer nunc mihi est irata, sentio atque intelligo.
Verùm adibo, quid ais nunc tu? númne vis me voluptas mea,
Quò vocatus sum, ire ad cœnam? mox ad te huc cubitum iuero:
Quid taces? planissumè edepol perij. Ecquid illuc boni est?
Quis homo est qui inducit pompam tantam? certu'st quò ferant,
Obseruare, huic credo fertur. Verùm iam scibo magis.

GETA *seruus*, PHRONESIVM *meretrix*, STRATOPHANES *miles.*

ITe, ite hac simul mulieri, damnigeruli, foras gerones,
Bonorum 6 *hamaxagogæ. Satinne qui amat, nequit quin nihili*
Sit, neque improbis sese artibus expoliet. Nam hoc qui sciam, ne quis
Id quærat ex me, domi est qui facit improba facta amator,
Qui bona sua prostercore habet. foras lubet ferri, metuit

1 L. pallam exoticam tibi. 2 L. ad id purpuram ex Sara tibi. 3 *Lamb. non habet vocem* duas.
4 L. vestitas Suras. 5 L. nihil æcastor, neque mores 6 *Lipſ.* exagogæ.

*Publicios.*1 *mundissimum sit. Puras sibi esse vult ædes,*
Domi quicquid habet, verritur ixo. quandoquidem ipsus perditum se it,
Secretò hercle equidem illum adiutabo, neque mea ille quidem
Opera vnquam 2 *nihilo minus properè quàm potest peribit.*
Nam iam de hoc obsonio, de mina vna deminui,
Modò quinque numos, mihi detraxi partem Herculanam.
Nam hoc assimile est quasi de fluuio qui aquam deriuat sibi,
Nisi 3 *detinetur, tamen omnis ea aqua abeat in mare.*
Nam hoc in mare abit, miserèque perit sine omni bona gratia. hæc
Cũ video fieri suffuror, suppilo, de præda prædam
Capio. Meretricem ego item esse reor mare, vt est, quod des deuorat, nec vnquam
Abundat, at hoc saltem 4 *seruat mecum* * *Vbi est ea apparet. huic des*
Quantumuis, nusquam apparet neque datori, neque acceptrici.
Velut meretrix meum herum miserum sua blandicia 5 *intulit in (micis.*
Pauperiem, priuauit bonis, luce, honore atque a-
Atat eccam adest propinquè, credo audiisse hæc me loqui
Pallida est vt peperit puerum, alloquar quasi nesciam.
Iubeo vos 6 *valere.* PH. *noster Geta, quid agis, vt vales?*
GE. *Valeo, & venio ad minus valentem, & melius qui valeat fero.*
Herus meus, ocellus tuus, ad te ferre me hæc iussit tibi
Dona, quæ illos ferre vides, & has quinque argenti minas.
PH. *Pol haud perit, quod illum tantum amo.*
GE. *iussit orare vt hæc grata haberes tibi.*
PH. *Grata acceptáque ecastor habeo, iube* 7 *auferri. intrò i Cyame.*
Etquid auditis hæc quæ imperata sunt? G. *ah! nolo, auferant:*
Desiccari lubet, 8 *immò pudet ecastor quantum est negocij* *
Túne ais impudentem me esse, quæ sis stabulum flagitij?
PH. *Dic, amabo te. vbi est Dinarchus?* GE. *domi.*
PH *dic ob hæc dona, quæ*
Ad me mi erit, me illum amare plurimum omnium hominum.

1 *Lips.* mundissimu'st.
2 L hilo minus. 3 L. deriuetur.
4 L. seruatum tibi æstuat: eccum apparet: huic des *Lips. autem ita emendat* seruat mare: quod illi subest apparet: huic des.
5 *Lips.* impulit. 6 *Lips.* saluere.
7 L. auferri intro. is. 8 L. PH. impudens es mecastor. G. tun' bona fide Tunc.

Vniq; honorem illi me habere omniũ maximum?
Atq; vt huc veniat obsecra. GE. *i licet. Sed quisnam illic homo est*
Qui ipsius se comest, oculis malis, tristis? animo hercle homo suo est miser,
Quisquis est. PH. *dignus est imecastor ille.* GE. *quid est?* PH. *non nouisti obsecro?*
* *Qui illic apud me erat, huius pater pueri illic est vsque ad* 1 *iectaculum*
Iussit ali. mansi, auscultaui, obseruaui. GE. *quem* 2 *pernam*
Noui hominem nihili, illic quæso est? PH. *illic est.*
G. *me intuetur gemens.*
Traxit ex intimo ventre suspirium. hoc vide dentibus
Frendit. icit femur. 3 *num obsecrónam ariolus est? qui ipsus se verberat.*
ST. *Nunc ego meos animos violentos, meámque iram ex pectore*
Iam promam. loquere, vnde es? cuius es? cur ausus inclementer
Mihi dicere? GE. *lubido est.* ST. *istuccine mihi* 4 *responsas?*
GE. *Hoc, non ego te floccifacio.* ST. *quid tu? cur ausa es alium te*
Dicere amare hominem? PH. *lubitum est.* ST. *ain tandem? istuc primum experiar,*
Tun' tantilli doni causa, olerum atque escarum, & poscarum
Mœchum malacum, 5 *cicinnatum, vmbraticolam, tympanotribam,*
Amas? hominem non nauci? GE. *quæso hercle, meóne hero tu* 6 *improbe &*
Malè dicere audes? fons vitij & periurij. ST. *verbum vnum*
Adde istoc, iam hercle ego te hic hac offatim 7 *offutiam.* G. *tango*
Modo, iam ego te hic agnum faciam, & medium distruncabo, si tu
Ad legionem bellator clues, at ego in culina 8 *clueo.*
PH. *Si æquum facias, aduentores meos non incuses, quorum mihi*
Dona accepta grataque habeo, tuáque ingrata, quæ abs te accepi.
ST. *Tum pol ego & donis priuatus sum, & perij.*
GE. *planè istuc est,*
Quid nunc ergo huic 9 *odiosè es confessus omnibus te iis.*
ST. *Perij hercle hodie, nisi hunc à te abigo.* GE. *accede huc modò.*
Adi huc modò. ST. *etiam* 10 *scelus minitare, quem ego*
Offatim iam iam concipilabo. Quid tibi huc ventio est?

1 L. ientaculum. 2 L. pernimis. 3 L. numnam obsecro hariol. 4 L. respondes.
5 L. cincinnatum. 6 L. improbè. 7 *Lips.* confuciam *si e* conficiam, *u pro* i. 8 *Lips.* ares i. *Mait.*
9 L. odio es? confessus bufleus. 10 L. seclus viri min.

Quid

Quid tibi hanc aditio est? quid tibi hanc notio est inquam?
Amicã meam? emoriere ocyus, [1] *si manus niceris,*
[2] *Quid manu nicerim, fac quod iussi: mane, iam ego te hic*
Offatim [3] *conficiam.* GE. *occidi, optimum est, captio est, istam*
Macharam longiorem habes quàm hac est. sed [4] *veru*
Sine dum petere, siquidem belligerandum est tecum.
Ibo domum. Ego tecum bellator arbitrum æquum ceperim.
Sed ego cesso me hinc amoliri, ventre dum saluo licet?

PHRONESIVM *meretrix*, STRATOPHANES *miles*.

PH. *Date soleas, atque me intrò actutum ducite.*
Nam mihi de vento miseræ condoluit caput.
ST. *Quid mihi futurũ est, cui duæ ancillæ dolent,*
Quibus te donaui? iámne abiisti? hem sic datur,
Quo pacto excludis quæso? [5] *potius planius*
Quàm exclusus nunc sum, pulcrè ludificor. sine
Quantillo mihi opere nunc persuaderi potest?
Vt ego his suffringam talos totis ædibus.
Num quippiam auarum mutat mores mulierũ?
Postquam filiolum peperit, animos sustulit:
[6] *Num quasi mihi dicat, nec te iubeo, nec veto,*
Introire in ædis. At ego nolo, non eo.
Ego faxo dicat me in diebus pauculis
Crudum virum esse, sequere me hac, verbum sat est.

ACTVS III.
STRABAX *adolescens rusticus*, ASTAPHIVM *ancilla*.

ST. *Rvs manè dudum hinc ire* [7] *iussit pater,*
Vt bubus glandẽ prandio depromerem.
Pòst illuc veni quàm, aduenit, si dis placet,
Ad villam argentum meo qui debebat patri,
Qui ouis Tarentinas erat mercatus de patre.
Quærit patrem, dico esse in vrbe. interrogo
Quid eum velit. homo crumenam sibi de collo detrahit,
Minas viginti mihi dat, accipio lubens,
**Condo in crumenam. ille abiit, ego* [8] *properè minas*
Ouis in crumena hac [9] *in vrbem detuli.*
Fuit ædepol Mars meo periratus patri,
Nam oues illius haud longè absunt à lupis.
Nunc ego istos mundulos vrbanos amasios
Hoc ictu exponam, atque omnes eiiciam foras.

1 L. si viam imbiteris *i. inieris.* 2 L. Quid? nam imbiternum? ST fac. 3 L. offutiam. 4 L. verutũ. 5 L. potin' pl. 6 L. Nunc. 7 L. me iussit p. 8 L. perperas. 9 L. properè in vrb.

Eradicare est certum cumprimis patrem.
Post id locorum matrem, nunc hodie efferam
Ad hanc argentum, quam mage amo quàm matrem meam.
Tate ecquis est? nulla est? ecquis aperit hoc hostium?
AS. *Quid* [1] *istuc alienũ est? amabo mi Strabax,*
**Qui non extemplò intres, anne oportuit*
Ita te quidem qui es familiaris? ST. *ibitur,*
Ne me morari censeas. AS. *lepidè facis.*

STRATILAX *seruus*, ASTAPHIVM *ancilla*.

Mirum videtur rure herilem filium
Strabacem non rediisse, nisi si clanculum
Collapsus est hic in corruptelam suam.
AS. *Iam pol ille me inclamabit, si aspexerit.*
ST. *Nimio minus sæuus iam sum Astaphium, quàm fui,*
Iam non sum truculentus, noli metuere.
Quid vis? AS. *quid? tuam expecto truculentiam.*
ST. *Dic, impera mihi,* [2] *quid tibi & quo vis modo.*
Nouos omnes mores habeo, veteres perdidi,
Vel amare possum, vel iam scortum ducere.
AS. *Lepidè mecastor nuncias, sed dic mihi,*
[3] *Habent?* ST. *parasitum te fortasse dicere.*
AS. *Intellexisti lepidè quid ego dicerem.*
ST. *Heus tu, iã postquã in vrbem crebrò commeo,*
Dicax sum factus, iam sum cauillator probus.
AS. *Quid id est amabo? istæcce ridicularia,*
Cauillationes vis fortasse dicere.
ST. *Ita, vt pauxillum* [4] *differer à cauillulis.*
A. *Sequere intrò me, amabo, mea voluptas.* S. *tene hoc tibi,*
Rabonem habeto, mecum vt hanc noctem sies.
AS. *Perij, Rabonem? quam esse dicam hanc beluam?*
Quid tu arabonem dicis? ST. [5] *at facio lucri,*
Vt Prænestinis conia, est ciconia.
AS. *Sequere obsecro.* ST. *Strabacem hic opperiar modò,*
Si rure veniat. AS. *is quidem apud nos est hic Strabax,*
Modò rure venit. ST. *priúsne quàm ad matrem suam?*
Heu ædepol hominem nihili. AS. *ánne autem vt soles?*
ST. *Immò nihil dico.* AS. *i intrò amabo, cedo manum.*
ST. *Tene, in tabernam ducor* [6] *diuersoriam,*
Vbi malè accipiar mea mihi pecunia.

ACTVS IIII.
DINARCHVS *adolescens*.

Neque gnatu'st, neque progignetur, neque potest reperirier,

1 L. ictus? alienus es, am. 2 L. quid &. 3 L. Ain' parasitum te potesse ducere? *Lips. autem si*, Haben'? ST. *τοῦτο τοῦτο* fortasse. 4 L. differat. 5 L. ar. f. 6 L. deuersoriam.

Cui ego nunc dictum aut factum melius quàm
1 velim.
Dij magni vt ego lætus sum, & lætitia differor! ita
Ad me magna nunciauit Cyamus hodie gaudia,
Mea dona deamata acceptáque habita esse apud Phronesium.
Cùm hoc iam volupe'st, tum hoc nimio magnæ mellinæ mihi.
Militis odiosa ingratáque habita. totus gaudeo,
Mea illa est. si repudiatur miles, mulier mecum erit.
Saluos sum, quia pereo: si non peream, planè 2 exuriam.
Nunc speculabor quid ibi agatur, quis eat intrò, 3 qui
Veniat: procul hinc obseruabo miles quid facturus fuat?
**Quia nihil habeo, vnum animos 4 mouit mihi, omnia agam precario.*

ASTAPHIVM *ancilla*, DINARCHVS *adolescens*.

Epidè efficiam mea hera officium. vide intus modò vt tu tuum
Item efficias. ama id quod decet, rem tuam, istum exinani.
Nunc dum isti lubet, dum habet, tempus ei rei secunda'.
Prome venustatem 5 amanti tuam, vt gaudia compares.
** Ego interim hic restitrix 6 his præsidebo, iste dum sic faciat.*
Domum ad te exagogam, nec quenquam interim 7 istoc ad vos,
Qui sit odio, intromittam: tu perge vt lubet. ludin' istos?
Qui est iste? DIN. *eia Astaphium, indica quî perit.* AST. *amabo, hiccine tu*
Eras? D. *molestus' ne sum?* AST. *nunc magis quàm fuisti. nam si qui haud*
Nobis vsui est, nobis molestus. Sed obsecro da mi operam, vt
Narrem quæ volo. D. *nam quid est?* AST. *nam ea 8 refert nummos, & Intus bolos quos dat.* D. *quid? amator nouos quispiam?*
A. Integrum & plenum 9 adorta est thesaurum. D. *quis est?* A. *eloquar.*
Sed tu taceto. Nouistin tun' hunc Strabacem? D. *quid ni?*
AS. Solus summam habet hic apud nos. nunc is est fundus nobis.
Animo bono malè rem gerit. D. *perij hercle 10 ego idem stultus es,*
Qui facta infecta facere verbis postules, Thetis quoque etiam
Lamentando lessum fecit filio. D. *non ego nunc intrò*
Ad vos mittar. A. *quidum quàm miles magis?*
DI. Quia enim plus dedi. AS. *1 plus enim es intromissus, 2 cùm dabas.*
Sine vicissim qui dant 3 operam ob id quod dant operis vtier.
Litteras didicisti: quando scis, sine alios discere.
DI. Discant, dum mihi 4 commentari liceat, ni oblitus siem,
Qui dedi. AS. *interea magister dum tu commentabere,*
Volti terim illa itidem commentari. D I. *quia?* AS. *rem accipere ident idem.*
DI. Dedi equidem hodie ei quinque argenti deferri minas,
Præterea vnam in obsonatum. AS. *idem 5 istoc delatum scio.*
De eo nunc bene sumus tua virtute. DI. *illi ne vt inimici mei*
Bona istic edant? mortuum hercle me, quàm vt id patiar, mauelim.
A. Mauelim mihi inimicos inuidere, quàm me inimicis meis.
Nam inuidere alij bene esse, tibi malè esse, miseria est.
Qui inuident, egent: illi quibus inuidetur, rem habent.
Sultus es. DI. *quid est?* AS. *opperire* DI. *quid iam?* AS. *quia pol.*
DI. Non licet de obsonio saltem me participem fieri?
AS. Si volabas participare, auferres dimidium domum.
Nam itidem vt Acherunti hic ratio accepti scribitur.
Intrò accipimus: quando acceptum est, non potest ferri foras.
Bene vale. DI. *resiste.* AS. *amitte, sine.* DI. *6 amitto intrò.* AS. *ad te quidem.*
DI. Imò istoc ad vos. AS. *7 ire non potes tu nimium pati.*
DI. Experiri sine. AS. *immò opperire.* DI. *melius est experirier.*
AS. Dicam 8 adesse. DI. *vbi est?* AS. *occupata est.*
DI. resiste. A. abeo. frustra es. DI. *redin'?*
An non redis? A. sed vocat me quæ in me plus 9 potest. DI. *quàm potest,*
Vno verbo eloquere, mittin' me intrò? A. mendax es, abi.
Vnum aiebas, tria iam' dixti verba, atque mendacia.

1 L. Veneri velim. 2 L. interea m. 3 L. qui foras. 4 L. monuit me. 5 L. amantiam, gaudia, copeis amores. 6 L. resídebo, 7 L. istuc. 8 L. refert. nummos est Intus, & bolos q.d. 9 L. adepta. 10 L. ego. AS. stultus es.

1 L. *dele* plus. 2 L. cum plus d. 3 *dele* operam. 4 L. argumentari. 5 L. istuc. 6 L. amitto, intro. 7 L. iri non potest. DI. nimium potest. Exp. 8 L. te adesse. 9 L. potest, quàm potes. DI. vno verbo eloquar.

DI.

DI. *Abiit intrò, [1]irruit', ego vt hæc mihi patiar fieri?*
Iam hercle ego tibi illecebra ludos faciã [2] clamare in via,
Quæ aduorsum legem accepisti à plurimis pecuniam.
Iam hercle apud omnes magistratus faxo erit nomen tuum.
Postidea ego in te manum iniiciam quadrupli, venefica,
Suppostrix puerûm. ego edepol iam tua probra aperibo omnia.
Nihili me, perdidi omne quod fuit, sio impudens,
Nec mihi adest ad illum pensi iam quos capiam calceos.
Sed quid ego hic clamo? quid si me iubeat intromittier?
Conceptis, me non facturũ, verbis iurem, si velit,
Nugæ sunt. Si stimulos pugnis cædis, manibus plus dolet.
De nihilo nihil est irasci, quæ te non flocci facit.
Sed quid hoc est? prò di immortales, Calliclem video senem,
Alteram tonstricem huius, alteram ancillam suam, meus
Qui affinis fuit, ancillas duas constrictas ducere.
Pertimui, postquam vna cura cor meum mouit modò:
Timeo ne malefacta antiquæ mea nunc inueniã omnia.

CALLICLES *senex*, ANCILLÆ *duæ*, DINARCHVS *adolescens.*

EGóne tibi maledicam, aut tibi adeò malè velim, vt animus meus'sit?
Propemodum expertæ estis, quàm ego sim mitis tranquillúsque homo.
*Rogitaui ego vos [3] verber * anteis, has pendentes simul,*
Commemini quo quicque pacto sitis cõfessæ, scio.
Hîc nunc volo scire eodem pacto si sine malo fateamini.
Quanquam vos colubrino ingenio ambæ estis, edico prius,
Ne duplices habeatis linguas, ne ego bilingues vos necem.
Nisi si ad Tintinnaculos voltis vos educi viros.
AN. *Vis subegit verum fateri, ita lora lædunt brachia.*
CA. *At si verum mihi eritis fassæ, vinclis exoluemini.*
DI. *Etiam nunc quid sit negocij, falsus, incertúsque sum.*
Nisi quia timeo tamen ego, nec quid peccaui scio.
CA. *Omnium primũ diuersæ state. hem sic, istuc volo,*
Néve inter vos significetis. ego ero paries, loquere tu.

1 L. hinc iuit. 2 L. clamore.
3 L. verberans pendenteis.

AN. *Quid loquar?* CA. *quid puero factum est, mea quem peperit filia,*
Meo nepoti? capita rerum mihi expedite. AN. *ista dedi.*
CA. *Iam tace. accepistin' puerum tu ab hac?* AN. *accepi.* CA. *tace,*
Nihili moror præterea, satis est fassa. AN. *inficias non eo.*
CA. *Iam liuorem tute scapulis istoc concinnas tuis.*
Conueniunt adhuc vtriusque verba. DI. *væ misero mihi,*
Mea nunc facinora aperiunt, clàm quæ speraui fore.
CA. *Loquere tu, quis darete huic puerum iussit?* AN. *hera maior mea.*
CA. *Quid tu? cur eum accepisti?* AN. *hera me rogauit minor,*
Puer vt afferretur, eaq; vt celarentur omnia.
CA. *Loquere tu. Quid eo feciſti puero?* AN. *ad meam heram detuli.*
CA. *Quid eo puero tua hera fecit.* AN. *hera mea extemplò dedit.*
CA. *Cui malùm, hera?* AN. *Duæ sunt istæ.* CA. *caue tu nisi quòd te rogo, nisi*
Ea, quæ exquiro. AN. *mater filiæ dono dedit inquam.*
CA. *Plusquam dudum, inquam, loquere.* AN. *plus tu rogitas.* CA. *respondeocyus.*
Quid illa, cui donatus est? AN. *suppositiuit.* C. *cui?* AN. *sibi*
Pro filiolo. C. *pro filiolo?* [1] DI. *obsecro vostram fidem,*
Vt facilius alia quàm [2] alia vnde est, puerum alienum parit!
Hæc labore alieno puerum peperit sine doloribus.
Puer quidem beatus, matres duas habet, & auias duas.
Iam metuo patres quot fuerint. vide sis facinus muliebre.
AN. *Magis pol hæc malitia pertinet ad viros, quàm ad mulieres.*
Vir illam, non mulier prægnatam fecit. CA. *idem ego istuc scio.*
Tu bona ei custos fuisti. AN. *plus potest, qui plus valet.*
Vir erat, plus [3] volebat, vicit, quod petebat, abstulit.
CA. *Et tibi quidem hercle idem attulit magnũ malum.*
AN. *De istoc ipsa, etsi tu taceas, reapse experta intelligo.*
CA. *Nunquam te facere hodie quiui, vt is quis esset diceres.*
AN. *Tacui, at nunc non tacebo. quando adest, necesse est indicem.*
DI. *Lapideus sum, commouere me miser non audeo.*

1 L. di obsecro v.
2 L. illa. 3 L. valebat.

Res palàm omnis est, meo illic nunc fiunt capiti comitia.
Meum illuc facinus, mea stultitia est. timeo quã mox nominer.
CA. *Loquere filiam meam quis integram stupraverit.*
AN. *Video ego te propter.* CA. *mala * qui est?*
AN. *patronus parieti.*
DI. *Neque viuus neque mortuus sum, neq; quid nunc faciam scio,*
Neque vt hinc abeam, neque vt hunc adeã scio, timore torpeo.
CA. *Dicin an non?* AN. *Dinarchus: cui illã prius desponderas.*
CA. *Vbi is homo est quem dicis?* DI. *assum Callicles, per tua obsecro*
Genua, vt tu istuc insipienter factum, sapienter feras,
Mihique ignoscas, quod animi impos vini vitio fecerim.
CA. *Non places, in mutum culpam confers, quod nequit loqui.*
Nam vinum si fabulari posset, se defenderet.
Non vinum hominibus moderari, sed vino homines solent,
Qui quidem probi sunt. verùm qui improbus est, aquam si bibit,
Siue adeò caret temeto, tamen ab ingenio est improbus.
DI. *Scio equidem quæ nolo, multa mihi audienda obnoxia.*
Ego me tibi obnoxium esse fateor, culpæ cõpotem.
AN. *Callicles, vide quæso homini ne facias iniuriam,*
Reus solutus causam dicit. DI. [1] *mitte istas. Sanun' es?*
CA. *Soluite istas, agite abite, tu domum, & tu item domum.*
Eloquere hæc here tua, puerum reddat, si quis eũ petat.
Eamus tu in ius. DI. *quid vis in ius me ire? tu es prator mihi.*
Verùm te obsecro, vt tuam gnatam des mihi vxorem Callicles.
CA. *Eundem pol te iudicasse quidem istam rem intelligo.*
Nam haud manssisti dum ego darem illam, tute sumsisti tibi
Nunc habeas vt nactus. verùm hoc ego te multabo bolo,
Sex talenta magna à dote demam pro ista inscitia.
DI. *Bene agis mecum.* CA. *filium istinc tuum te meliu's repetere.*
Cæterùm vxorem quàm primùm potest, abduces ex ædibus.
Ego adeò iam illi remittam nunciũ affini meo,
Dicam vt aliam conditionem filio inueniat suo.

[1] *Pro his verbis lacuna est cum asteriseo in Lamb. cod.*

DI. *At ego ab hac puerum reposcam, ne mox inficias eat.*
Nihil est. nam ipsa hæc vltrò vt factum est, fecit omnem rem palàm.
Sed nimium pol opportunè ecce ab sese egreditur foras.
Næ illa stimulum longum habet, quæ vsque illinc cor pungit meum.

PHRONESIVM *meretrix*, DINARCHVS *adolescens*, ASTAPHIVM *ancilla.*

Blitea & lutea est meretrix, nisi quæ sapit in vino ad rem suam.
Si alia membra vino madeant, cor sit saltem sobrium.
Nam mihi diuidia est, tonstricem meam sic multatam malè
Ea dixit, eum Dinarchi puerum esse inuentum filium
Vbi id audiuit, quanquam [2] penes est mea omnis res & liberi.
Video eccũ qui manstutorẽ [3] me adoptauit bonis.
*DI *Mulier assum. [4] profectu's't. PH. quid agitur voluptas mea?*
DI. *Non voluptas. aufer nugas. nihil ego nunc de istac re ago.*
PH. *Scio mecastor, quid velis, & quid postules, & quid petas.*
Me videre vis. & [5] me te amare puerum petù.
DI. *Di immortales vt planiloqua est! paucis vt rem ipsam attigit.*
PH. *Scio equidem sponsam tibi esse, & filium ex sponsa tua.*
Et tibi vxorem ducendam iam esse, alibi iam animum tuum:
[6] *Et me quasi pro derelicta sis habiturus. sed tamen*
Cogitato, mus pusillus quàm sit sapiens bestia,
Ætatem qui vni cubili nunquam committit suam:
Quia si vnum ostium obsideatur, aliud perfugiũ [7] gerit.
DI. *Ocium vbi erit, de istis rebus tum amplius tecum loquar.*
Nunc puerum redde. P. *immò amabo vt hos dies aliquos sinas*
Eum esse apud me. DI. *minimè.* PH. *iam amabo.*
DI. *quid opu's't?* PH. *è re [8] mea.*
Triduum hoc saltem, dum aliquò miles circumducitur.
In eam rem, si quid habebo, tibi quoque etiam proderit.
Si auferes puerum, à milite omnis tum mihi spes animam efflauerit.
DI. *Factum cupio. nam re facere si velim, non est locus.*

1 L. mulcatam. 2 L. eum penes. 3 L. med. 4 L. ipsf. PH. profectò is est. q. 5 L. à me te mari, p. 6 L. Vt. 7 L. erit. 8 L. mea est.

Nunc

Nunc puero vtere & procura, quia vnde procures habes.

PH. Multum amabo te ob istam rem mecastor. vbi domi metues malum,

Fugito huc ad me, saltem amicus mihi esto manubiarius.

DI. Bene vale Phronesium. PH. *iam me tuum oculum non vocas?*

DI. Id quoque interim 1 *futatim nomen commemorabitur.*

PH. Nunquid vis? DI. *facultas operæ vbi mihi erit, ad te venero.*

P. Ille quidem hinc abiit, abscessit, dicere hic quid vis licet.

Verum est verbum, quod memoratur: VBI 2 *amici, ibidem sunt opes.*

Propter hunc 3 *spes etiam se hodie* 4 * *tam interit in militem,*

Quem ego ecastor mage amo quàm me, dum id quod cupio, inde aufero.

Quæ cum multum abstulimus, haud multum apparet quod datum est.

Ita sunt gloriæ meretricum. AS. *Aha tace.* P. *quid* 5 *est obsecro?*

AS. *Adest, pueri.* P. *sine eum ipsum adire huc, sine: si is est modò,*

Sine eum ipsum adire vt cupit ad me, 6 *hac rectà si venerit*

Næ istum ecastor hodie astutis confectum fallaciis.

ACTVS V.

STRATOPHANES *miles*, ASTAPHIVM *ancilla*, PHRONESIVM *meretrix*, STRABAX *rusticus*.

7 *EO mihi amare, fero supplicium damnis ad amicam meam,*

8 *Vt illud acceptum sit * prius quod perdidi, hoc addam insuper.*

Sed quid? video heram atque ancillam ante ædis: adeunda est hæc mihi.

Quid hic vos agitis? P. *ne me appella.* ST. *nimiũ sauis.* P. *sic sine.*

Potin es vt mihi molestus ne sies? ST. *quid Astaphylitium est?*

AS. *Meritò ecastor tibi succenset.* P. *egon'? atque isti etiam parum*

Malè volo. ST. *ego mea voluptas, si quid peccaui prius*

Supplicium ad te hanc minam fero auri, si mihi rides, spice.

9 *Manus vetat priusquam penes sese habeat, quicquam credere,*

Puero opus'st 10 *cibum, opus est matri autem quæ puerum lauit.*

Opus nutrici autem vtrem vt habeat veteris vini largiter,

Vt dies noctésque potet, opus'st igne, opus est carbonibus,

Fasciis opus est, puluinis, cunis, 1 *incunabulis.*

Oleum opus est, farina puero opus est, opus'st totum diem.

Nunquam hoc vno die efficiatur opus, quin opus semper siet.

* *Non enim possunt militares pueri* 2 *& à via educier.*

ST. *Respice ergo, accipe hoc, qui istuc exefficius opus.* P. *cedo,*

Quanquam parum est. ST. *addam minam adhuc istic postea.* PH. *parum est.*

ST. *Tuo arbitratu quod iubebis, id dabitur, da nunc sauium.*

PH *Mitte me inquam, odiosus es.* ST. *nihil fit, non amor, teritur dies,*

Plus decem pondo amoris pauxillisper perdidi.

PH. *Accipe hoc, atque auferto intrò.* ST. *vbi amica mea est gentium,*

Neque ruri neque hic operis quicquam facto, corrumpor situ.

Ita miser cubando in lecto hic expectando obdurui.

Sed eccam video, heus amica quid agis? S. *quis illic homo?*

PH. *Quem ego mecastor magis amo quàm te.* ST. *quàm me? quomodo?*

PH. *Hoc modo, vt molestus ne sies.* ST. *iam abis postquam aurum habes.*

PH. *Condidi intrò quod dedisti.* ST. *adest. amica te alloquor.*

P. *At ego ad te ibam.* S. *ad me delicia.* 3 *hercle verò seriò.*

Quanquam ego tibi videor stultus, gaudere aliqui me volo.

4 *Nam quanquam es bella, malo tuo nisi* 5 *tecum aliqui gaudeo.*

PH. *Vin te amplectar, & sauium dem?* ST. *quiduis face, gaudeam.*

S. *Meósne ante oculos ego illam patiar alios amplexarier?*

Mortuum hercle me esse satius. Absti ne hoc mulier manum.

Nisi si te mea manu 6 *vis in machæra & hunc mori.*

7 ST. *Nihil φλυαρῶ satius est miles, si te amari postulas.*

Auro, haud ferro deterrere potes me, amet Stratophanes.

ST. *Qui malum bella aut facета es, quæ ames hominem istiusmodi?*

PH. *Venitne in mentem tibi quod verbum in cauea dixit histrio,*

---

1 *Lipſ.* furatim *sive* furtim. 2 L. amici esse, ibidem opus. 3 L. sæpe. 4 L. excludi vidit m.
5 L. obsecro est? 6 L. dimittam, si v.
7 L. Meo m more 8 L. Illud vt acceptum.
9 L. P H. Manus.
10 L. cibus.

1 L. incunabulis. 2 L. seranio ed.
3 L. PH hercle. 4 L. Nequicquã. 5 L. simitu ego al. 6 L. bina in machæra vis & h. 7 L. PH.

Omnes homines ad suum quæstum callent 1 *& fastidiunt.*
S. *Hunccine hominem te amplexari, tam horridum atque squalidum?*
PH. *Quanquam hic horridus est, quanquam hic squalidus est, at est bellus mihi.*
S. *Dedin' ego aurum?* PH. *mihi? dedisti filio cibaria.*
STRAB. *Nunc si hanc tecum esse speras, alia opus est auri mina.*
ST. 2 *Malam rem i, & magnam.* ST. *magno opere serua* 3 *ibi viaticum.*
Quid ista debet nisi tria? ST. *quæ triánam?* ST. *vnguenta, noctem, sauium.*
PH. *Par pari respondet. verùm nunc saltem si amas* 4 ***
5 *Da mihi *de tuis* deliciis* summis, quicquid pauxillulum.*
ST. *Quid ita?* PH. *Ab auo est, quod idem dictum superfert,*
Campas dicit ab aui consultaui istuc. MIL. *Mihi homo*
Caue faxis volnus, tibi iam cui sunt dentes ferrei.
Vulgo ad se omnes intromittit, absline 6 *istanc tu manum.*
ST. *Iam hercle iam magno tu* 7 *vapula vir strenuus.*
TS. *Dedi ego huic aurum.* ST. *at ego argentum.*
S. *at ego pallam & purpuram.*
S. *At ego oues, & lanam, & alia multa quæ poscet dabo.*
Melius te minis certare mecum quàm minaciis.
P. *Lepidus ecastor* 8 *mortalis est. Strabax mi perge obsecro.*

1 L. nec satis. 2 L. in malam r. 3 L. tibi. 4 L. eam. 5 L. Tum mihi nonnihil compasticis. ST. abi, abi consultam istuc mi homo Caue faxit v. 6 L. istac. 7 L. vapulas. 8 L. mortalis Strab.

Stultus atque insanus damnis certant. nos salue sumus.
S. *Age prior tiro da aliquid.* ST. *immò tu prior perde & peri.*
S. *Hem tibi talentum argenti, Philippicum est, tene tibi.*
P. *Tanto melior noster esto, sed de vestro viuito.*
S. *Vbi est quod tu das? solue zonam.* P. *prouocatur.* ST. *quid times?*
S. *Tu peregrinus, hic habito* 1 *nunc, non ego ambulo.*
Pecua ad hanc collo in crumena ego obligata defero.
S. *Quid dedi? vt distrinxi hominem.* STRAB. *immo ego verò qui dedi.*
PH. *I nunc intrò amabo & tu ergo hac mecum.*
ST. *tu eris mecum quidem.*
STRAB. *Quid tu quid ais? cum hoccine?* 2 *ST. *ego posterior dedi.*
P. *Tu dedisti,* 3 *iam daturus est. istuc habeo, hoc expeto.*
Verùm vtrique mos geratur, amborum ex sententia.
ST. *Fiat vt rem gnatam video, hoc accipiundum est quod datur.*
STR. *Meum quidem te lectulum certè occupare non sinam.*
PH. *Lepidè ecastor aucupaui, atque ex mea sententia.*
Meámque vt rem 4 ** bene gesta vestram rursus bene geram.*
Verùm amabo, si quid 5 *animatust facere, faciam vt sciam.*
Veneris causa applaudite, eius hæc in tutela est fabula.
Spectatores bene valete, plaudite, atque exurgite.

1 L. timeo meas: non e. 2 L. MIL. 3 L. hic iam 4 L. voluistis gestam, v. 5 L. animatus.

CN. NÆVII
VITA.

EX PETRO CRINITO ET LILIO Geraldo desumpta.

CN. Nævius Poeta Comicus illustris est habitus, Campanus fuit, vt à Gellio traditur in Atticis noctibus. Volcatius Sedigitus post Cęcilium & Plautum constituit illi tertium locum. Neque Licinio tantum, verum etiam Attilio, Terentio atque Turpilio præposuit. Eo maximè tempore in scena dicitur pręstitisse fabulis ad populum editis, quo Sp. Carbilius, cognomento Ruga, primus Romæ de amicorum sententia diuortium

tium cum vxore fecit, quòd esset sterilis, iurauítque apud censores, vxorem se liberûm quærendorum causa habere. Traditum est ab antiquis scriptoribus, Poëtam Nævium stipendia fecisse bellis Punicis, ídque ipsum testari Nævium eo carmine, quod à se scriptum est de bello Punico. Qua in re nec illud est omittendum, quòd cum esset vnicum volumen Nævij, Octavius Lampadio, Grammaticus excellens, diuisit illud in VII. libros, vt alibi diligenter exposuimus. Prisci enim Grammatici consueuerunt pro iudicio suo, atque eruditione, omnium scriptorum opera, percensere, autorésque ipsos aut numero eximere, aut in ordinem redigere. Scripsit Nævius præter Punicum bellum Comœdias ac Tragœdias stylo in primis erudito & graui, vt veteres testantur. Comœdias aliquot exemplo Græcorum composuit probris, atque maledicentia plenas, in quibus Romanæ ciuitatis principes acriter est insectatus: vt qui Metellum consularem virum, & P. Scipionem Africanum maledictis suis onerauerit. Sic enim de Scipione:

Etiam qui res magnas manu sæpe gessit gloriosè,
Cuius facta viua nunc vigent: qui apud gentes solus
Præstat: eum suus pater cum pallio vna ab amica abduxit.

Hinc factum est, vt Poëta Nævius in vincula coniiceretur à Triumuiris, propter immoderatam verborum petulantiam, ac mordacitatem. Et cùm aliquãdiu haberetur in custodiis, fabulas aliquot composuit. Paulò mox à Tribunis plebis è carcere exemptus est, ea conditione, vt delicta illa ac probra dilueret, quæ contra Romanos ciues suis fabulis inseruerat. De quo scribuntur cõplura in Atticis commentariis. Qui de Nævij fabulis agunt, citant illum in Alceste, in Aureolo, Lycurgo, Tripholo, Leonte, in Colace, Ægysthо, Tereo, & Zenone. Terentius Varro in libris de Latina lingua ad M. Tullium plures alias pro Nævianis commemorat, vt Esionam, Clastidium, Dolum, Demetrium, Persas, Lampadionem, Agedonem, Romulum, Stigmatiam. Ab hoc Nævio multa mutuatus est Pub. Verg. sicuti ab Ennio, Lucretio, Pacuuio & aliis: vt à Macrobio diligenti studio est obseruatum. Obiisse traditur Vticæ, cùm factione nobilium, præcipuéque Metelli, foret ex Vrbe eiectus.

CN. NÆVII
FRAGMENTA QVÆ EXSTANT.

De bello Punico.

LIBRO I.

Inerant signa expressa quomodo Titani bicopores, gigãtes, magníque Atlantes, Rhuncus, atque Purpureus, filij terræ.
Syluicolæ homines bellique inertes.
Marcus Valerius consul partem exerciti in expeditionem ducit.

LIBRO II.

Blandè & doctè percontat Ennius quo pacto Troiam vrbem reliquisset.

Prima incedit Cereris Proserpina puer.
ámque eius mentem fortuna fecerat quietem.
Deinde pollens sagittis inclytus arcitenens sanctúsque Delphis prognatus Pythius Apollo.

LIBRO III.

Hectore proficiscente tunc ipsos adoriant, nequis hinc partam referat nuntium.
Isque sursum ad cœlum suas res Amulius gratulabatur diuis.
Tarquinio dedit imperium, simul & sola regni.
Virum prætor adueniet, auspicat auspicium prosperum.

LIBRO IV.

Transit Melitam Romanus exercitus, insulam integram vrit, populatur, vastat, rem hostium concinnat.
Eam carnem victoribus danunt.
Simul atrocia proiecerunt exta ministratores.
Vicissatim volui victoriam.

LIBRO VI.

Superbiter contemptim conterit legiones.
Conuenit regnum, simulatque locos, vt haberent.
Septimum decimum annum illico sedent.
Censent eò venturum obuiam.

LIBRO VII.

Id quoque paciscunt mœnia sint, quæ Luctatium reconciliant captiuos plurimos.

Alij loci ex eodē opere De bello Punico quibus non adscriptum est ex quoto sint illius libro.

Summe deûm regnator, quianam genus isti.
Senex fretus pietate deûm, alloquutus sūmi deûm regis fratrem Neptunum, regnatorem marum.
Magnámque domum decorémq; ditem vexerāt.
Fames acer augescit hostibus.
Plerique omnes subiungunt sub suum iudicium.
—pulchrámque ex auro vestémque citrosam.
Quòd bruti nec satis sardare queunt.
Res diuas edicit, prædicit castus.

Qui sequuntur loci, ex fabulis petiti sunt, quarum nonnullas non Næuio solùm, sed & Nouio adscribunt grammatici. Nam tā Nouium quàm Næuium in Colace, Danæ, Exodio, Lycurgo, Pedio, & aliis, citant. Nos autem, nostrum hac de re suspendentes iudicium, omnes qui ex vna eadémq; fabula afferuntur loci, vno in loco ponendos censuimus, admonentes tamē interim, qui Nouio nō Næuio adscribantur: siue ea diuersitas nominis ab ipsismet grammaticis posita sit, siue ex nato librariorum incuria errore irrepserit. Siquidem non tantùm diuersa est in diuersis exempl. scriptura, sed in vno eodémq; codice iidē versus eiusdem fabulæ ab eodem grāmatico citati nomine Næuij, vno in loco, in altero, nomine Nouij reperiuntur: & quædā quæ Gellius Næuio, Non. Marcellus Nouio adscribit, si quidē fides vulg. eorū edition. adhibēda est. Quin & tertium quoddam nomen Nauius pro Næuius alicubi legitur.

ACONTIZOMENO.

Acontizomenus fabula est primè proba.
Sulpitij noctu interfecit.
Huius autem gnatus dicitur geminum alterum falsò occidisse.

ÆGISTHO.

Tum autem lasciuum Nerei simum pecus
Ludens ad cantum lustratur.

AGITATORIA.

Age, ne tibi mihi aduersari dicas, hunc vnum diem de meo sequor: sinam ego illos esse taxpax, postea currentes ego illos vendam, nisi iu viceris.
Suopte vtrosque decuit acceptos cibo.
Alteris inanem bullam madidam dari,
Alteris nuces in procliui profundere.
Deprandi autem leonis obdas oreas.

ASINIO.

Age nunc quando reuortit, responde quod te rogo.

ASSIGIOLA.

Ac sibi prospica ac despica.

AVLVLARIA.

Præcisum, omasum, pernam, callum, glires, glandia.

BVBVLCO CERDONE.

Quum ad lupam nostram tam multi crebro cōmetant lupi.

BVCCVLA.

Quod editis nihili est: si vultis quod caceris, copia est.

CARBONARIA.

Tibi serui multi apud mensam adstant, ille ipse adstat quando edit.

CLASTIDIO.

Vita insepulta lectus in patriam reduxit.

COLACE.

Vbi vidi, exanimabiliter timidis pedibus protinā me dedi.
Et asseri laudes ago cum votis me multatis meis, quòd præter spem quem vellem audiebam hoc,
Eho, an vicimus? vicistis volop: quomodo dicam tibi.
Secus si vnquam quicquam feci, carnificem cedo.
Quasi dedita opera, quæ ego volo, ea tu non vis: quæ ego nolo, ea cupis.
Ego semper pluris feci potiorémque habui multo quàm pecuniam.
Nimio arte colligo, cur inquæsita colligor.

AGRICOLA.

Lernete duo verbis, etiam primò & postremò.
Quid ita? quia enim repueraſcis, fugit has personas pater.
Ædepol paternam qui comest pecuniam.

ALCE-

ALCESTIDE.

Corpore pectoréque vndique obeso, ac mente exsensa, tardigenulo senio oppressum.

ANNAGRE NVNTIVS.

Nam in scæna vos nocturnos cœpit præmiatores tollere.

APPELLA.

Cui cepe edendo oculus alter profluit.
Vt illum dij terant qui primùm olitor cepam protulit.

ARIOLO.

Quis heri apud te, Præneſtini & Lanuuini hoſpites hi Ennius.
Qui decumas, partes quantum alieni fuit polluxit, tibi à publicando epulo Herculis decumas.
Et volo, & vereor, & facere in proluuio eſt.

COROLLARIA.

Nolo ego hanc adeo effictim amare. diu viuat volo, vt mihi prodeſſe poſſit.
Vtinam naſum abſtuliſſet mordicus.
Quid ſalue at tat tat at at tatæ. Riualis. Salue. quid iſtud à te aduertiſti tam citò?
Se tale verbum caue faxis.
Trit.
Nimis homo formidoloſus eſt.

DANÆ.

Omnes formidant hominis eius valentiam,
Animi iubeo fonte lauere nemini manum.
Contemplo placidè formam & faciem virginis.
Excidit orationis omnis confidentia.
Indignè exigor patria innocens.
Quæ quandam fulmine icit Iuppiter.
Quia vt quiſque eſt meritus, præſens pretium pro factis ferat.
Deſubito ſamam tollunt, ſi quam ſolam vidère in via.
Etiam minitas? mitte ea quæ tua ſunt magis quàm mea.
Manubias ſuppetat pro me.
Eam nunc eſſe inuëtam opprobriis compotem ſcis.

DECVMA.

Quid prophanari modò ſi treis menſes in æde, vt pariter diſpertiam.
Me non vocabit ob eam rem, hanc feci fallam.
Iam ego illi ſubtùs ſublabrabo eſui illud ſinciput.

DOTATA.

Artiuit linguam in palatum, cœpit labia ſugere.
Meum, in pœnum componam ſatius eſt.

DVOBVS DOSENNIS.

Sequimini, præminate, ſequere temeti timor.

ECVLEO.

Oleas, cepe, ſicus.

EQVO TROIANO.

Nunquam hodie effugies, quin mea manu moriare.

PROTOPÆGNIOIS.

Nocte vt opertus amictu latibuletur.
1 *Fortaſſe legendum eſt* quam quondam.

EXODIO. 1

Quando ad ludos venit, alij quum tacerent, totum diem argutatur quaſi cicada.
Multum ames, paulum des crebro, venias rarenter.
Puerum mulieri præſtare nemo ſcit quanto melior ſit, cuius vox gallulaſcit, cuius iam ramus roboraſcit.
In molis non ludunt, raptim pilo, datatim morſo.
Putidum poterunt antequam pugnæ pilant.

FIGVLO.

Nimis auarus.

FVLLONIBVS FERIATIS.
Vel, vt alicubi, Fullonibus, ſine adiectione.

Vortit ſe in omnes beſtias, comeſt quicquid tetigit tantum.
Nihil eſt periculi. dabo tibi virum validum, virum animoſum.
Teſtis peſtinas piſtillos mihi cantent.

FVNERE.

Agite, exite, temulentiámque tollite.

GALLINARIA.

O peſtifera Pontica fera, trux tolutiloquentia.
Mactatote hiſce verbenis. mactat villam infortunio.
Operæ coactor, cantor, curſor, ſenium ſonticum.

GEMINIS.

O domus parata pulchræ familiæ feſtiuiter.

GLAVCOMA.

Quod de eo obſonio ſtilo mihi in manum pupugit.

GYMNASTICO.

Saxa, ſyluas, lapides, montes diſicis, diſpulueras.
Vtrum eſt meliu? virginem an viduam vxorem ducere? Virginem ſi muſta eſt.
Homines, pecua, belluáſque.
At enim tu minus ſpiſſe atque tardè incedis.
Pol. 2. aut paraſitorum aliorum ſimile eſt.
Atque meis bonis omnibus ego te hærem faciam.
In alto nauem iubet deſtitui ancoris.
Ædepol Cupido quum puſillus ſis, nimis multum vales.

HESIONA.

Siue mihi gerere morem videar lingua, verùm lingula.

HETÆRA.

Conatus artiuit matri inter fœmina fortiter.

ILIADE CYPRIA. *Vel* Iliade, ſimpliciter.

Collum marmoreum torquis gemmata coronat.
Fœcundo penetrat penitus halamoque potitur.

IPHIGENIA.

Paſſo vel hoc vicinum aquilone hortum ſer foras.

ITHYPHALLO.

Si vnquam quicquam filium reſciuero
Argentum amoris cauſa ſumpſiſſe mutuum,
Extemplo illò te ducam, vbi non deſpuas.
2 *al.* exordio. 3 *alij legunt* haud.

LIGARATA LICINIARIA.

Quia supellex multa quæ non vtitur, emitur tamen.

LIGNARIA.

Signare oportet frontem calida forcipe.

LVPO.

Vel Veiens regem salutat iube Albanum milium comitem senem sapientem contra redhostis Menalus.

LYCVRGO.

Latè longéque trans nostros feruere.
Tuos qui celsos terminos tutant.
Vos qui regales corporis custodias
Agitis, ite actutum in frondiferos lucos,
Ingenio arbusta vineta sunt, non obscuritas.
Ignoti 1 iteris sumus, tute scis,
Oderunt dij homines. Iniuriosè egóne an ille iniuriè facimus.
Sed quasi amnis cis rapit, sed tamen inflexa flectitur.
Iam solis æstu candor quum liquesceret.
Pallis, patagiis, crocotis, malatijs, mortualibus.
Quæq; incedunt omnes aruas obterunt.
Pergite thyrsigeræ bacchæ modò bacchico eum schemate.
Pro industria ne te regem prognatum patre Lycurgum cette.
Sine ferro pecuda manebus vt ad mortẽ 2 meãt.
Altè iugatos angues in se gerunt.
Suaue summum melos.
Caue sis tuam contendas iram contra cum ira Liberi.
Ne ille mei feri ingenij, atque animi acrem acrimoniam.
Iam vbi nos duplicant aduenientis timos vapósque.
Vos qui adstatis obstinati.
Ducite eo cum argutis linguis mutas quadrupedes.
Vt videam, Vulcani opera, hæc flaminis fieri flora.
Dic quo pacto eum potiti, pugna an dolis.
Alis sublime alios saltus illicite,
Vbi bipedes volucres lino linquant lumina.
Vt in venatu vitulantes ex suis locis nos mittant pœnis decoratos feris.

MACCHO EXVLE, Alicubi etiam Maccho sine adiectione.

Verberatio, populus homini labias pugnis cædere.
Pecunia quid bonum? quid bonum, respondi, Sardis veniens caseum?
Scalpis dentes derepente in cauam si peccaueris.
Dixi iturum hominem in Thuscos tolutim.
Curisis, tunc vadimonia suum vestimentum vesceris.
Limen superum, quod mihi misero sæpe confregit caput: inferum autem, vbi ego omnes digitos defregi meos.
3 *Actutum scribit cum in neruo nictabere.*

1 *al.* itineris. 2 *fortasse legendum* eant.
3 *aliàs* pon. actutum.

1 MALEVOLIS.

Si perconctassem, malum hoc me præterisset.
Vnde hoc tam repentè iucundum inaudiui malum?

MILITIBVS POMETINENSIBVS.

Vel, Parnctinensibus.

Instant mercaturam: spero, rem faciet. frugi est homo.
Tu pueri pusilli simile es: quia enim ad os fers quicquid nactus es.
Valgus, veternosus, genibus magnis, talis turgidis.

MIMA MEDICA. Vel, Minia, vel, Mania.

Lacrymæ cadent, calet pistillus.
2 *Medicatè volumus dona donare pulchra præsente omnibus.*

MORTIS ET VITÆ IVDICIO.

Ita vobis otiosus sum: mihi algebo & mihi esuribo.

OPTIONE.

Qui me miserum miseriorem reddidit quàm panus puerum.

PACEVO.

Vt sole horrescit sera, castra crebro catapulta impulit.

PAPPO PRÆTERITO.

Dum istos inuitaueris suffragatores, pater prius in capulo quàm in curuli sella suspendit nates.

PARTV.

Quod magnopere quæsierunt, id fruisci non queunt.
Qui non par sit apud se, fructus est.

PATHICIS. Vel, DEPATHICIS.

Primum quod dicebo, rectè, secundum quod dicebo, eo melius.
Tibi quum videbo, fidelis ero.

PAVLO.

Nunc te obtestor, celerem sancto subueni censori.

PEDIO.

Quot res vis hunc priuari pulchras, quas vti solet.
Mollicinam, crocotam, chirodotam, ricam.
Certanius si me diploidi à recta grassatur via.
Nunc me res ipsa reprimit, sæpe hac eadem grassatus sum via.

PELLICO.

Desine socri tuo, fratri patrui meo.

PHILONICO.

Non multo pòst sonoram accepit, absedet, consequitur penularium, psilothrum petit.

PHOENISSIS.

Sume arma, id est, iam te occidam claua scirpea.

PICO.

Quid ego facerem? otiosus rodebam rutabulum.

1 *al.* maleuolo.
2 *quidam autumant sic legendum.*

PRÆ-

PRÆCONE POSTERIORE.

Ergo dedita opera te pater ſolum foras
Seduxi, vt nequis eſſet teſtis tertius
Præter nos, tibi quum tunderem labias lubens.

PROTECTO.

Quid morai?
Populus patit: tu patias modò.

PROTESILAO.

Vide gracilentis colorem, dum & quàm citò factus eſt gracilens.
Clam ineunt, irruunt, cachinnos, ioca, dicteriis itatis.
Laodamia complexa ſomno corpora operiuntur, ac ſuaui quiete dicantur.

PVLLIS.

Vbi tu nequaquam cubares aſperiter.
Hic iure inops paulo da adſimile, ſimul aſſulatim vis aias, ſumit cibum.

QVADRIGEMINIS.

Suo labori nullus parcuit.

SANNIONIBVS.

In licio cretam, ceruſſam, purpuriſſam.

SATYRA.

Quianam Saturnium populum pepuliſti.

SVRDO.

Filias habeo temulentas, ſed eccas video incedere.

TABELLARIA.

Qui habet vxorem ſine dote, pannum poſitum in purpura eſt.
Dotem ad nos nullam attollat.

TARENTILLA.

Vtribi cœnaturi eſtis? hiccine, an in triclinio?
Vereor ſeriò.
Quæ ego in theatro hîc meis probaui plauſibus.
Ea non audere quenquam regem rumpere,
Quanto libertatem hanc hic ſuperat ſeruitus abſolutè.
Nam quippiam,
Ei ei, etiam ſe audenti ne cum vna apparere.
At at tatæ caue cadas amabo.
Salui & fortunati duo, duûm noſtrûm patres.
Facetè & defricatè.
Nunquam quiſquam amico amanti amica
Nimis ſiet fidelis, nec nimis erit
Morigera nota quiſque.
Primùm ad virtutem vt redeatis, abeatis ab ignauia, domo præſens patriam vt colatis potius quàm peregri probro.
Vbi iſti duo adoleſcentes habẽt: qui hîc antè parta patria peregrè prodigunt?
Alij adnutat, alij adnictat, alium amat, alium tenet.

TELEPHO.

Studiúmque iteris reprime.

1TOGVLARIA.

2 *Abi deturba te ſaxo, quiſquiliæ, non homo.*

1 *vel* tegularia. 2 *al.* Deturba te ſaxo, homo non, quiſquiliæ.

TESTICVLARIA.

Immo quo ſciſcidimus conſcindam atque abiiciam.

TRIPARTITA.

Poſtquam ſe vidit hæredem, deſubito diuortium fecerunt.

TRIPERDITA.

Si autem pingue eſt, malè cubandum eſt putrem panticas.

1TVNICVLARIA.

Theodotum compellas, qui aras compitalibus
Sedens, in cella circumtectas tegetibus
Lares ludentes peni pinxit bubulo.
Eius noctem nauci ducere.

VINDEMIATORIBVS.

Cœpit vnumquenque prælumbare fuſtibus.

VIRGINE PRÆGNANTE.

Quando ego plus ſapiui, qui fullonem compreſſi quinquatribus.
Sequere me, puriter volo facias, igni atque aquæ volo hunc accipere.

ZONA.

Duriter me habere, vigilaſſe.
Aquæ facilitatem video vteris vulgariam.

Alij eiuſdem Næuij verſus, qui ab authoribus citantur, non adſcripto nomine operis vnde petiti ſunt.

Etiam qui res magnas manu ſæpe geſſit gloriosè,
Cuius facta viua nunc vigent, qui apud gentes ſolus
Præſtat, eum ſuus pater cum pallio vno ab amica abduxit.
Immortales mortales ſi foret fas flere,
Flerent diuæ Camœnæ Næuium poetam.
Itaque poſtquam Orcio traditus eſt theſauro,
Obliti ſunt Romæ lingua Latina loquier.
An nata eſt ſponſa prægnans? vel ai, vel nega.
Sallaturus iſtæc, mittam ſalem.
Siquidem loqui vis, non perdocere, multa longè promicanda oratio eſt.
Magni metus tumultus pectora poſſidet.
Cor vtrum ſcapulæ plus angulus colli habeat neſcio.
Ingurgitauit vſque ad imum gutturem.
Sicilienſes paciſcit obſides vt reddant.
Per deam ſanctam Lauernam, quæ cultrix quæ fiuis ſit.
Ficitores omnes capiunt ficitatem, iners eſt ſine moleſtia.
Huic puellæ præcoquis libido ineſt.
Eſt pedis vnus ingens in naſo.
Dubiis fauentem per fretum intrò currimus.
Sanè à ſuo ſonitu claro fulgoriuit Iuppiter.
Conſponſi ſpondebatur pecunia, aut filia nuptiarum cauſa.
Expirante vapore vides vnde ignes cluet mor-

1 *al.* Cunicularia.

talibus diues.
Risi egomet cassabundum ire ebrium.
Eccum ire video ferme iniuria.
Sed velatas frondentis comas cornua taurum.
Vel quæ sperat se nupturum iri adulescentulo, ea licet senile tractet retritum rutabulum.
Petimine piscino qui meruerat.
Pessimorum pessime, audax, ganeo, lurco, aleo.
Non hercle apluda est hodie quàm tu nequior.
Bilbit amphora.
Buttubata,
Concipilauisti
Coquus edit Neptunum, Venerem, Cererem.
Libera lingua 1 loquemur ludis liberalibus.
Neminem vidi, qui numero sciret, quique scit, id est opus.
An panurgus Antonius hæc ait numero nimium citò.
Malè parta, malè dilabuntur.
2 Penitam offam
Et qui fuerit Persicus carpenti est ratio.
Pisatilem.
Simul alius aliunde rumitant inter se.
Merula sandaracino ore.

1 *al.* loquuntur. 2 *al.* pœnitam.

Sonticam esse oportet, causam quamobrem perdas mulierem.
Seseque ij perire mauolunt ibidem, quàm cum stupro redire ad suos populares.
Sin illos deserant fortissimos viros: magnum stuprum populo fieri 1 pergetis.
Odi, inquit, sũmussos: proinde aperte dicte quid sit.
Qui, si taceat, dum videat, tam etiam sciat quid scriptum sit.
Titinnire & titinnabunt,
Tantùm vbi molle crepitum faciebant, titinnabant compedes.
Capesset flammam Volcani topper.

Sic in eodem.

Nanque nullum peius macerat humanũ, quando mare sæuum. vires cui sunt magnæ topper confringent importunæ undæ.
Hæc quidem mehercle, opinor, prafica est, quæ sic mortuum collaudat.
Ius sacratum Iouis iurandum sagmine.
Scapos atque verbenas sagmina sumpserunt.
Mare interbibere.
Trionum hic moderator rusticus.
In montes vbi venti frangebant locum.

1 *al.* pergentes.

M. PACVVII

VITA,

EX PETRO CRINITO desumpta.

MAR. Pacuuius in scribendis tragœdiis nobilis iisdem fermè temporibus natus est, quibus Cato quæstorius, & Metellus clariores in vrbe habebantur. Quidam tradunt illum fuisse ex Brunduſio Calabriæ vrbe. Nepos fuit Quinti Ennij, quod Eusebius ac Plinius referunt. Romæ vixit in summa claritate nominis. Commendatur maximè illius ingenium, & natiua quædam facilitas in capiendis liberalibus disciplinis. Neque defuit illi studium pingendi, quod & C. Plinius indicat, qui Pacuuij Poëtæ opera in magno honore à veteribus habita affirmat, eíque in primis, quæ in æde Herculis foro Boario perfecit: quocirca clariorem fecit eam artem in vrbe propter gloriam scenæ. Idem Pacuuius amplum ac sonorum dicendi genus sequutus est, & M. Varro testatur, quod si durior alicubi ac propè horridus habitus est: id ipsum tamen non vitio illius, sed temporum adscribitur: nam Fabius Quintilianus apertè asserit, clarissimum fuisse Pacuuium grauitate sententiarum, verborum pondere, & autoritate personarum. In qua sententia & M. Cicero fuit: qui hunc ipsum ex cęteris omnibus in Tragœdia facilè præfert, carménque illius magnopere commendat. Grammatici Veteres permultum Pacuuio concesserunt, eiúsque fabulas complures enumerant, in quibus non mediocrem laudem acceperit: vt Peribeam, Hermionam,

mionam, Atalantam, Ilionam, Antiopam, Teucrum, & Medeam. Citatur etiã in Chryse, in Nyptris, in Paulo, in Oreste, in Armorum iudicio. Ex qua fabula decantatum carmen traditur, cùm ludi celebrarentur in funere Iulij Cęsaris, quò magis commiseratio, & inuidia excitaretur contra ipsius interfectores. Horatius Flaccus in epistola ad Octauiũ Aug. cùm de antiquis Poëtis iudicium facit, in Pacuuio doctrinæ famã locauit. Paulò senior fuit L. Accio. & in iisdẽ ędibus, vt refert M. Cicero, Pacuuius atque Accius fabulas docuerunt, paucis quidẽ annis interpositis. Vixit ad extremã senectutẽ, & vt seruatũ est in Latinis annalibus, cùm tædio senectutis, ac morbo detineretur. Tarẽtũ se cõtulit, ibíq; propè nonagenarius obiit, neque sine maxima iactura studiorum.

M. PACVVII
FRAGMENTA QVÆ EXSTANT.

ANCHISE.

D promontorium cuius lingua in altum proïcit.

ANTIOPA.

Nonne hinc vos propere stabulis amolimini?
Fruges frendo solas, ac si probo re.
Saluete gemini mea propages sanguinis.
Sed quum animum attendo ad quærendum quid siet.
Flammeo vapore torrens terræ fœtum exusserit.
Loca arida initas.
Minitabiliterque increpare dictis sæuis incipit.
Perdita illuuie atque insomnia.

ARMORVM IVDICIO.

Nam canis quando est percussa lapide, non tam illum appetit qui se icit, quam illum eum ipsum lapidem quo ipsa icta est, petit.
Seque ad ludos iam inde abhinc exerceant.
Pro imperio agendum quis vetat, quisve attollat.
Et æquum & rectum est quod postulas, iurati cernant.
Quod ego inaudiui accipite, & quod sit facto opus decernite.
Qui viget, vescatur armis, vt percipiat præmium.
Feroci ingenio, toruus, prægrandi gradu.
Quum recordor eius ferocem & toruam confidentiam.
Prologo nunc pœnitebant, libant liberi grato ex loco.
Si non est ingratum reapse quod feci.
Qui sese ad finem esse ad causandum volunt de virtute, ijs ego cernundi do potestatem omnibus.
An quis est qui te esse dignum quicum certetur putet?
Dic quid faciam, quod me moneris effectum da.

ATALANTA.

Regi vt memorabis, nunc regnum potitur transmissu patris.
Triplicem virili sexu partum procreat.
Suspensum in læuo brachio ostendo vngulum.
Dubito ad quam insistam viam, aut quod primordium capissam ad stirpem exquirendum.
Grandem atque atrocem coercere confidentiam.
Habeo ego istam qui distinguam inter vos geminitudinem.
Nam quod conabar quum interuentum est, dicere, nunc expedibo.
Quas famulitas, vis, egestas, fama, formido, pudor.
Mortem ostentant, regno expellunt, consanguineam esse abdicant.
Parentum incertam inuestigandum gratia.
Omnes qui tanquam nos seruiũt sub regno, callent domitum imperio metuere.
Vbi ego me grauidam sentio aggraueścere propinquitate parti.
Sollicita studio, obstupida suspenso animo ciuitas.
Dolet pigétque magis magisque me conatum hoc nequicquam itiner.
Quæ ægritudo insolens mentem attentat tuam?
Supersatis agere vt ne in mare animum occupes.
Magna te vt verear loqui porcet pudor.
Quis istic est vultus, alligat quæ tristitias?
Quum incultes perueștigans inrimare sinus.
Concertare ac dissentire partim da cursim æquiter.
Is vestrorum vter sit cui signum datum est, certè.
Etsi metuo pietate plaga palam.

CHRYSE.

Incipio saxum tentans scandere vorticem in summis, dein hominis partes prospectu aucupo.
Est ibi sub eo saxo penitus strata arena ingens spectus.

Ossium inhumatum, æstuosam auram.
Fugimus qui artvese hac cimur.
Iuueni opino esse optumum, Oreste vt hæres.
Solisque exortu capessit candorem, occasu nigret.
Simul quum videam Graios nihil mediocriter redantruare, opibúsque summis persequi.
Pérque nostram egregiam vnanimitatem, quam memoria 1 deiugat.
Si qua potestur inuestigari via.
Dij 2 monerint meliora, atque amentiam auerruncassint.
Æsti forte ex aridо.
Mater est terra, ea parit corpus, anima mater adiugat.
Interea loca fluctiflaccíscunt, síleſcunt, mollitur mare.
3 Aiutamini & defendite.
Atque vt promeruit pater, mihi patriam populauit meam.
Propemodum animus coniectura de errore eius augurat.
Sed cessо inimicitiam integrare.
Atque eccos vnde 4 certissent.
Nam istis qui linguam auium intelligunt,
Plusque ex alieno iecore sapiunt quàm ex suo,
Magis audiendum quàm auscultandum censeo.
Quicquid est hoc, omnia animat, formát, alit, auget, creat,
Sepelit, recipitque in sese omnia: omniúmque idem est pater.
Indidémque eadem quæ oriuntur, deintegro atque eodem occidunt.
Ciues antiqui amici maiorum meûm,
Consiliúm sócij, auguriúm atque extúm interpretes.
Postquam prodigiúm horriferúm, portentúm pauor.

5 DVLORESTE.

Macte esto virtute operáque: oménque approsere.
Clamore & sonitu colles resonantes bount.
Mulier egregiissima forma.

6 MEDO.

7 Populo qui faustum sempiternè sospitent.
Atque eccum in ipso tempore ostentum senem.
Credo quorsum itiner tetinisse aiunt.
Lingua bisulcis actu crispo fulgere.
Quæ res te ab stabulis abiugat, certum est loqui.
Repudio auspicium: regrediundum est illico.
Qua super re interfectum esse hippotem dixisti,
Tonsilla pegi læuo in littore.
Sentio pater te vocis calui similitudine. sed quid conspicio? nam me lactans caluitur ætas.
Te sol inuoco, vt mihi potestatem duis inquirendi mei parentis.

1 *al.* defugat. 2 *al.* monuerint *vel* maluerint.
3 *al.* adiutamini.
4 *al.* certissant, *quidam* certiscant, *alij* certissint.
5 *al.* Duloraste. 6 *al.* Hedo. 7 *al.* puloque vt faustum,

Ques sunt 1 ij ignoti nescio ques.
2 Custodite istum vos, ne eum quis attollat, néve quis attingat.
Bibite si resto, pergitur. iam si ire conor, prohibet bœtere.

MERCATORE.

Non tibi istuc magis diuidia est quàm mihi hodie fuit.

NIPTRIS.

Barbaricam pestem 3 nauibus nostris obtulit 4 noua figura factum, commissam infabré.
Ætate integra, feroci ingenio, facie procera virum.
Tu quoque Vlyxes, quanquam grauiter cernimus ictum,
Nimis es penè animo molli, qui consuetus in armis ævum agere.
--retinete, tenete, opprimite,
Vlcus nudate. heu miserum me, excrucior.
Operite, abscedite, iamiam dimittite.
Nam attrectatu & quassu sæuum amplificatis dolorem.
Conqueri fortunam, non lamentari decet:
Id viri est officium, fletus muliebri ingenio additus.
Vos bætite defensum patriam in pugnam.
Pariter te esse erga illum video vt illum te erga scio.
Nec vlla subsetus cohibet compagem aluei.
Sed suta lino & sparteis serilibus.
Quantámque ex descorditate cladem importem familiæ.
Non tute hinc è conspectu amolire?
Tyndareo fieri contumeliam, cuius à te veretur maximè acta gratulatione.
Nihilne te populi veretur, qui vociferare in via?
Quod ego in acie celebri obiectans, vitam bellando aptus sum.
Lamentas fletus facere compendi licet.
Et obnoxium esse, aut brutum, aut elinguem putes.
Prius data est quàm tibi dari dicta, aut quàm reditum est Pergamo.
Concorditatem hospitio adiunctam, perpetem probitatem conseruetis.
Quum neque me aspicere æquales dignarit meæ,
Tristitia atque animi intoleranda anxitudine.
Regni alieni cupidit as pellexit.
Aut non cernam nisi tagam.
Habet hoc in se, quum pigra est ipsa, vt spisse omnia videantur 5 confiteri.
Currum liquit, chlamide contorta astu clypeat brachium.
Rudentisibilus, hinc *incuruiceruicum pecus*, hinc *chlamide clupeat brachium.*
O flexanima atque omnium regina rerum oratio.

1 *al.* isti. 2 *al.* custodite hunc vos, ne quis eum abstulat néve attigat. 3 *perperam* Sabinus.
4 *al.* nouam figuram. 5 *al.* confieri.

Quod

Quod tamen ipsa orbitas grandæuitásque Pelei per penuriam stirpis subaxet.
Sub iudicio quæ omnes gradus tetinerim.
Paucis absoluit, ne moraret diutius.
Sermonem hic nostrum ex occulto clepit, quantum intelligo.
Ita solus Danaus hic domutionem dedit.
Par fortitudo, gemina confidentia.

1 ILIONA.

Ne porro te error qui nunc lactat maceret.
Cur illa hic mecum altercata est?
Dij me etsi perdunt, tamen esse ad vitam expetunt, quòd priusquam intereo spatium vlciscendi dauunt.
Ab ea depulsum mamma pædagogandum accipit 2 *appotalis liber.*
Vt si onere credo adhuc sceptrum patientur poti.
Profectò aut inibi est, tam iam potiuntur frugũ.
Quos ego ita vt volui offendo incolumes.
Occidisti vi, multa paucis vnosè obnuntiem.
Blandam hortatricem adiugat voluntatem.
Quis deos infernos quibus cælestes dignet decorare hostes.
Repugnanti ego porro hunc vi detraxi vngulum.
Sed hæc cluentur hospitum infidelissimi.
Fac vt cœpisti, 3 *hanc operam mihi des perpetem oculis traxerim.*

MEDEA.

Diuersi circumspicimus, horror percipit.
Quid tandem? vbi ea est, quod receptat exul, incerta vagat.
Possum ego istam capite cladem auerruncasbo.
Gnatam despondit nuptijs, hanc dat diem.
Quid quondam & mihi piget paternum nomen, maternum pudet profari.
Amplus rubicundo colore, & spectu proteruo ferox.
Primùm hoc abs te oro, nimis inexorabilem faxis, ni turpassis vanitudine ætatem tuam.
Vbi illic est? me miseram quonam clam eliminat?
Pater Achæos in Caphareis saxis pleros perdidit.
Nihil coniectura quiui interpretarier quorsum flexiuice contenderet.
Hiccine is est quem fama gratia ante omnes nobilitat viros?
Nam te tenebricas sæpe lacerabo fame clausum, & fatigans artus toto distrahaam.
Hymenæum fremunt æquales, resonit crepitu musico.
Nonne officium fungar vulgi, atque ægrè madefactum feram?
Responsa explanat, mandat me mater fuar cognoscendi vnquam aut contuendi copia.
Non vetit animum ægritudine in re crepera confici.
Sed ne incertat dictio. quam rem expedi.

1 *al.* Nidona.
2 *al.* apportalis.
3 *al.* hanc operam mihi perpetem oculis traxerim.

Vel quum illum videas sollicitum orbitudine.
Delphos venum pecus secundæ absiabula, ac itiner contuli.
Is quis est? qui tunc si tu illum occupas, letho dabis.
Nec grandiri 1 *frugum fœtum posse, nec mitescere.*
Oro mi ne flectas fandimi 2 *prolixitudinem.*
Vnde exoritur? quo præsidio fretus? auxiliis quibus? quo consilio consternatur? qua vi? cuius copiis?
Animum quæ tum largitio multis ignota erat, munificus nemo putabatur, nisi pariter volens.
Quidnam autem hoc soniti est quòd stridunt fori?
Vbi ille est? me miseram, quoniam clamor eliminat.
Siquis hac me oratione incilet, quid respondeam?
Vtinam nunc matrescam ingenio, vt meum patrem vlciscì queam.
Egóne tyranni noui temeritudinem?
Me caluitur suspicio, hoc est illud quod fore occultè Aiax prædixit.
Aut hic est, aut hic adfore actutum autumo.
Illum quæro qui adiutatur.
Vt si ita sunt promerita vestra æquiparare vt queam. vereor nisi vnquam fatiscar facere quodque boxi.
Nunc ne illum expectes, quando amico amiciter fecisti.

LIBRO II.

ΕΡΩΤΟΠΑΙΓΝΙΟΙΣ.

Hunc quòd meum amissum nocens hostis voluntatem tuam.

HEDO, vide in MEDO.

HERMIONA.

NVPTIIS.

Aduenio in scrupulosam specum.

PAVLO.

Pater supreme nostræ progenij patri.
Quanuis caprigeno pecori grandior gressio est.
Sagittis, plumbo, & saxis grandinat, niuit.

PERIBOEA.

Neque tuum te ingeniu moderat, neque fraternum ira exilium leuat.
Parum est quòd te ætas male habet, ni etiam hic ad malam ætatem adiungas cruciatum reticenti.
Sed nescio quidnam est animi, horrescit, & gliscit gaudium.
Nam me peruitere illis opitularier quouis exilio cupio dum prosum.
Ardua per loca agresti ac trepidante gradu nititur.
Thessiantem, fremita concidi melum.
Consternare anime, ex pectore hac & voluere

1 *al.* frugem secum.
2 *al.* Plenitudine.

consilium, subit omnes quod de nata est modò, qui pacto inimicis mortem, & huic vitam efferas.

Belluarum ac ferarum aduentus ne tetret loca.
Aut quæ egi, ago, vel axim, auerruncem.
In triplici pertimefactus mœrore animi incertè errans vagat.
Postquam est honoratus frugum & floris Liberi.
Tamen obfirmato animo miteſcit metus.
Patior facilè iniuriã si est vacua à contumelia.
Corpusque meum tabe, mœrore, errore, macore senet.
Regnum potior, coniugem macto inferis.
Flexa non falsa autumare dictio Delphis solet.
Tu mulier tege & tuta templa Liberi.
Non potest Menalippe hic sine tua opera exanclari clauos.
Lapit cor cura, ærumna corpus conficit,
Et fare quæ cor tuum timiditas terret.
Nã si te tegeret pudor, siue adeo cor sapientia imbutum foret.
Mane, expedibo: fac tum mihi quod contrà rogo, respondeas.
Regnum imperator, æternum morum sator.
Gnato ordinem omnem vt dederit enoda patri.
O multis modis varie dubium & prosperum copem diem.
Quanquam ætas senet satis, habeam rem virium vt te ab ara arceam.
Metus, egestas, mœror, senium, exiliúmque & senectus.

TANTALO.

Extremum intra cauterem ipsum prægreditur Parthenopæum.

TARENTILLA.

Ab luce inlustre.

TEVCRO.

Quæ desideria alumnum, 1 pœnitudines, squales, scapréſque & incultas vastitudines.
Nos illum interea perficiendo, propitiaturos facul remur.
Rapido, 3 reciproco, 4 percito, 5 augusto, citare, 6 recte, reciprocare, 7 vnde è que gremiis subiectare, adsigere.
Quanquam annisque & ætate hoc corpus putret.
Vt ego, si quisquam me tagit, & tagam.
Nisi coercuero proteruitatem, atque ostio ferociam.
Nam Teucrum regi sapsa res restibilet.
Aut me occide illa, hinc sine vsquam prouideam gradum.
Te repudio, nec recipio naturam, dico facessi.
Facessite hinc omnes, parumper tu mane.
Quàm te post 8 multas tueor tempestates.

1 *al.* plenitudine. 2 *al.* rapito. 3 *al.* reciproca. 4 *al.* parcito. 5 *al.* augeto. 6 *al.* nectere. 7 vndique gremiis subiectare. 8 *al.* multis habeo tempestatibus.

Vbi poetæ pro sua parte falsa ficta canant, qui causam humilem dictis amplant.
Profusus gemitu, 1 murmuro.
Neque perpetrare precibus imperia, qui decimus patris Spartam deponere instat, id si perpetrat.
Periere Danai plera pars 2 pessundata est.
Nisi citia ferocitate atque ferocia.
Haud sinam quicquam profari priusquam accepso quod peto.
Mihi classem impetrat Thessalam, nostrámque in altum vt properiter deducerem.

TVNICVLARIA.

Echolas quassant, eiiciunt.

Alij Pacuuij loci ex tragœdiis quarum adscripta non sunt ab authoribus nomina.

Fortunam insanam esse, & cæcam & brutam perhibent philosophi,
3 Saxique 4 instar 5 globosi prædicant 6 volubilem,
Quia quò saxum impulerit fors, eò cadere fortunam autumant.
Cæcam ob eam rem esse iterant, quia nihil cernat quo sese applicet:
Insanam autem aiunt, quia atrox, incerta instabilisque sit:
Brutam, quia dignum atque indignum nequeat internoscere.
Sunt autem alij philosophi qui contrà fortunam 7 negant
Esse vllam, sed temeritate omnia regi, id magis
Verisimile aiunt, quod vsus re ipsa experiundo edocet.
Velut Orestes modò fuit rex, modò mendicus factus est.
Naufragio res contigit: nempe ergo haud fortuna obtigit.
Segregare abs te ausus, aut sine illo Salamina ingredi?
Neque paternum aspectum es veritus
Quum ætate ex acta indigerem liberûm,
Lacerasti, orbasti, extinxisti, neque fratris neci,
Neque gnati eius parui, qui tibi in tutelam est traditus?
Interea propè iam occidente sole inhorrescit mare.
Tenebræ conduplicantur, noctisque & nimbûm occæcat nigror.
Flamma inter nubes coruscat, cœlum tonitru contremit.
Grando mista imbri largifluo subita turbine præcipitans cadit.
Vndique omnes venti erumpunt, sæui existunt turbines,
Feruet æstu pelagus.

1 & murmure. 2 *al.* pessundatur. 3 *al.* saxoque. 4 *al.* instare. 5 globoso. 6 *al.* volabili. 7 *al.* negent.

Qua-

Quadrupes, tardigrada, agreſtis, humilis, aſpera,
Capite breui, ceruice anguina, aſpectu truci.
Euiſcerata, inanima cum animali ſono.
Hoc quod memoro, noſtri cælum, Graij perhibent æthera.
Graiugena de iſto aperit ipſa oratio,
Hoc vide circum ſupráque, quod complexu continet terram.
Id quod noſtri cælum memorant.
Quinetiam fera, quibus abeſt ad præcauendum intelligendi aſtutia, ſibi iniecto terrore mortis horreſcunt.
Pedetentim ite, & ſedato niſu, ne ſuccuſſu arripiat maior dolor.
Nihilne ad te de iudicio armûm accidit?
Adoleſcens ſi properas, hoc te ſaxum rogat
Vt ſe aſpicias, deinde quod ſcriptum eſt legas.
Hic ſunt poetæ Pacuuij Marci ſita
Oſſa. hoc volebam neſcius ne eſſes. Vale.
Cedo tamen pedem, lymphis flauis flauum vt puluerem,
Manibus iiſdem quibus Vlyſſi ſæpe permulſi, abluam,
Laſſitudinémque nimiam manuum mollitudine.
Ego odi homines ignaua opera, & philoſopha ſententia.
Nam ſiqui quæ euentura ſunt præuideant, æquiparent Ioui.
Cælitum Camilla expectata aduenis, ſalue hoſpita.
Omniuomo Oceano Hyperion fulgurat Euro,
Arrepto plauſtro Boreas bracchatur aheno,
Heſperio Zephyro ſed Orion voluitur Auſtro,
Fuluo acrique Noto vaga Cynthia proruit atro.
Qui ſtirpem occidit meum.
In turba Oreſti cognita, agnota eſt ſoror.
Filios tibi procreaſſe eandem per Calypſonem autumant.
Si Priamus adeſſet, & ipſe eius commiſereſceret.
Paſtor exorto iubare, noctis decurſo itinere.
Flexanimat aquam lymphatam.
Calydonia altrix terra exuberantium virûm.
Terra exhalat auram, atque auroram humidam humectam.
Halcyonis ritu littus peruolgans furor.
Liqui in Ægeo freto.
Nulla res cicurare, neque mederi potis eſt, neque repcere.
Æges fermè aderant æquore in alto ratibus repentibus.
Nunc primùm opacat flore lanugo genas.
Reprime incicorem iracundiam.
Conſilium cicur.
Ad manticulandum aſtu aggreditur. Scit enim quid promeruerit.. medici manticulatur.. ita me facti oppreſſi iugo
Aggreditur aſtu regem, manticulandum hîc eſt mihi.
Machinam ordiris nouam manticulæ tactu
An ſanctiora dicis iureiuranda.
Quid me obtutu terres? mulces laudibus?
Sed quum contendi nequitum, vt clam tendenda eſt plaga.
Obſtinati exorſus.
Quid eſt? nam me exanimaſti prologio tuo?
Paulum[1] *repeda gnate à veſtibulo gradum.*
Hinc ſæuitiam ſalaciæ fugimus.
Solatur, auxiliatur, hortaturque me.
Quid ceſſatis ſocij eijcere ſpiras ſparteas?
Topper tecum ſit poteſtas, faxit ſi mecum velit.
Labitur trabica in alueos.
Nec ſatis reſarrire.
At accepiſti me iſto cum verbo, miſeretur tui
Poſtquam calamitas plures annos aruas caluitur.
Miſeret me lacrymis, lingua debiliter ſtupet.
Voce ſuppreſſa innata fronte, vultu turbido.
Improbus, confidens æquum malus videatur.
Quiſquis tu es mulier qua me inſueto nuncupaſti nomine.
Non illic luteus aurora biiugis.
Non ego ſic fui vt nunc ſunt meretrices diobolæ, quæ ſuam nummi cauſa parui pendunt gratiam.

1 al. recede.

S. CÆCILII
VITA,
EX PETRO CRINITO deſumpta.

STATIVS Cæcilius in Gallia natus eſt, vt creditur, & ob id Mediolanenſem quidam dixerunt, quod ex annalibus Hieronymi acceperunt. Illud pro certo haberi debet, in vrbe Roma cum vixiſſe, & in ſcribendis Comœdiis principem locum tenuiſſe, vt à Volcatio Se-

digito scriptum est, qui hunc ipsum Cæcilium non Terentio tantum & Plauto, sed reliquis omnibus comicis sine controuersia prępoſuit. M. Cicero in eadem sententia est, tantumque Statio Cæcilio concedit, vt illius quidem carmen, vt constat, summis laudibus prosequatur. Fabius Quintilianus qui in omni antiquitate publicus censor est habitus, tres maximè nominat in describendis Comœdiis, hoc est, M. Plautum, P. Terentium, & Statium Cæcilium. Vixit summa familiaritate cum poeta Ennio, vt ab Eusebio refertur. Idem magnopere dilectus est à Terentio, qui tantũ illius iudicio tribuit, vt ad Poëtam Cæcilium, ceu ad optimum censorem, suas fabulas referret. Enumerantur supra xxx. Statij Comœdiæ à Grammaticis veteribus. Neque togatas minore studio composuit, quàm palliatas, vnde singularem gratiam reportauit, iudicio eruditorum. In pretio magno fuerunt, Nauclerus Syracusæ, Pausimachus, Hyppobolymeus, Epiclerus, Cratinus, Plocius, Asotus, Ephæstion. Citatur etiã in Subditiuo, in Fallacia, in Andria, in Annalibus, in Fœneratore, in Venatorio, in Vmbris, in Obolo, in Synaristosis, quarum partem à Menandro, Philemone, & Apollodoro transtulit. Neque defuerunt antiqui Grammatici, qui hunc Cæcilium accusauerint, quòd in vertendis à Menandro fabulis parum aptè aut concinnè quædam transtulerit. Mortuus est sequenti anno post obitum Quinti Ennij, & iuxta Ianiculum sepultus traditur. De Statio rhetore qui Tolosanus fuit, suo loco scripsimus.

S. CÆCILII

FRAGMENTA QVÆ EXSTANT.

AETHRIONE.[1]

Oram reperire nullam, quam expediam, queo.
Hei perij, quid ita? numero venit: fuge domum.
Cum Mercurio capit consilium, postquam sentinat satis.

AMPHITRYONE.

De nocte ad portum sum prouectus prosumia.

ANDROGYNO.

Sepulchrum plenum taniarum, ita vt solet.
Sed ego stolidus: gratulatum me oportuit prius.

ARIOLO.

Deprandi autem leonis obdas oreas.

ARISTOSIS.

Heri verò prospexisse eum expassum domi.

ASOTO.

Nihilne tibi esse quod edim?
Tu iam callebis, ille festus desidet.
Nam ego duabus vigiliis transactis duco desubito domum.
Meritissimo hic me eiecit ex hac decuria.
Iamdudum depopulat macellum.

1 *al.* Æchrione vel Echione.

CALCHIS.

Sat hic vicinus, se autem peperisse & vobis datũ id prudenter.
Nam quidnam fores fecere soniti.

CARINE.[1]

Vt aurum & vestem, quod matris fuit,
Reluat, quod viua ipsi opposuit pigneri.

CHRYSIO.

Quanquam ego mercede hic conductus tua aduenio,
Ne tibi me esse ob eam rem obnoxium reare:
Audibis male si male dicis mihi.

CRATINO.

Modò sit obsequens hilaris, comis, communis, cõcordis, dum id quod petit potitur.
Ex aure eius stalagmium domi habeo.

DARDANO.

Nihil ego spei credo: omnes res spissas facit.

DAVO.

Ea tum compressa parit huic puerum, sibi probrum.

DE MANDATIS.

Si vnquam quisquam vidit quem catapulta aut balista icerit.

1 *al.* Carmine.

EM-

EMBONO.

Audire ignoti quod imperat soleo, nō ausculture.

EPHÆSTIONE.[1]

Tum in senectute hoc deputo miserrimum.
Sentire ea ætate eum ipsum esse odiosum alteri.

EPICLERO.

An vbi vos sitis, ibi consilium claudeat.
Itáne Antipho tuuentus profluuia fide?
Itáne est immemoris? itan' est madida memoria?

EPINAVSIMACHE.

Si properas, extende huc in meam nauem, ita celeris est.

EPISTOLA.[2]

Nam nouus quidem Deus repertus est Iouis.

EXVLE.

Non hæc putas? non hæc in corde versantur tibi?
Nam hic in tenebris intus sese abscondit.

FALLACIA.

Nam quàm duriter vos educauit atque asperè nō negat.
Velim paulisper experiri te, quantisper non plus triduum.
Nam si illi, postquam rem paternam amiserant, egestate aliquantisper iactati forent.
Ossiculatim Parmenonem de via liceat legant.
Facilè ærumnam ferre possunt, si male abest iniuria: etiam iniuriam, nisi contra constant contumeliam.
Nullus sum, nisi meam rem iam omnem propere incursim peræere.
Nisi quidem qui se malit pugnitus possundari.

FOENERATORE.

Volat sanguis, simul anhelat peniculamentum, & pallio datur.
Peluim sibi poposcit.

GAMO.

Vt hom--toxico transegerit.

HARPAZOMENE.[3]

Qui homo ineptitudinis cumulatus cultum oblitus est.
Hunc collum ludo præcidi iube.
Dij boni, qui illud est pulchritatis?

HYMNIDE.

Vide luculentitatem eius & magnificentiam.
Sine suam senectutem ducat vtique ad senium sorbitio.
Prodigere est, quum nihil habeas, te irriderier.
Garrulis medentes iactent siue nictentur perticis.
Quæ narrare inepti est scitras feruentis, quin machæra licitari aduersum quum cœpisti sciens.
Desine blaterare, nihil agit in amore inermis.

HYPOBOLIMÆO ÆSCHINO.[4]

Ego illud minus nihilo exigor portorium.
Ærumnam pariter tetulisti meam.
Abi hinc tu stolide, illic vt tibi sit pater?
Mea rastraria, quod proluuium, quæ voluptas, quæ te lactat largitas?
Filius in me incedit satis hilari schema.

1 *al.* Hephæstione. 2 *al.* epistola. 3 *al.* ἁρπαζομένη. 4 *al.* Hypobolimæo, sine adiunctione.

HYPOBOLIRASTRARIA.

Obsorduit iam hæc in me ærumna miseria.
Hos singulatim sapere, vos minus arbitror.
Iam voltu eodem in eadem mantat malitia.

INDIA. Vide in DAVO MERETRICE.

Qui pro gubernatore se gerens propè euertit prosumiam.
Memini ibi candelabrum ligneum ardentem.

NAVCLERO.

Suppilatum esse eum, atque ornamenta omnia.
Vt te dij omnes infœlicitent cum malè monita memoria.
Num ab eo audibus, præterea si dicis, filia redeat Pergamo.

NOTONICASIONE.

Habes, vide, tibi tradidi: in tuo collo est, decolles caue.
Illico ante ostium hic erimus.

OBOLOSTATE.

Ego perdidi te, qui omnes seruos perdo populatim: quæso ne ad malum hoc addas malum.
Ista re depositus modò sum anima, vita sepultus sum.
Nunc enimuero est quum meæ morti remedium reperibit nemo.
Si linguas decem habeam, vix habeam satis te qui laudem ache. Immo verò hic antè solitus sum delicat.

PAVSIMACHO.

Hoc à te postulo, ne cũ meo gnato posthac limassis caput.
Ædepol voluntas homini rarenter venit.
Carbasina, molochina, ampelina.
Liber essem iamdiu si habuissem ingeniosos coamatores mihi.

PERIBOEA RASTRARIA.

Aere obscuro hercle desinam, mane cœpiam.

PLOTIO.

Tu nurum non vis odiosam tibi esse quam rarẽter videas.
Dum eius mortem inibo,
Placere occœpit grauiter postquam est mortua.
Ædepol senectus si nihil quicquam aliud vitij
Apportet secum quum aduenerit, vnum id satis est,
Quòd diu viuendo, multa quæ non vult videt.
Abi intro, atqui ista hæc auser: tamen hodie extollat nuptias.
Quid hoc futurum obsonio, & vbi tantum sumpti factum.
Insanum hospitium aliter histrionum est, atque vt magistratus publicè quum auspicant.
Opulentitate nostra sibi iniuriam faciam.
Ibo domum ad plebem: pergitur publicitus: defendendum est.
Ibo ad forum & pauperi tutelam geram.

1 *al.* Ædepol senectus si nihil aliud apportes tecum quum aduenis, vnum id sat est.

Consequitur comes insomnia, ea porro insaniam affert.
Patiere quod datur, quando optata non dabunt.
Properatim in tenebris tunc confectum est opus.
S. Is demum miser est qui erumnam suam nequit
Occultare. M. Ferre ita me vxor forma & factis facit.
Si taceam, numen indicium est: quæ nisi dotem, omnia
Quæ nolit, habet. qui sapit, de me discet, qui quasi
Ab hoste captus, liberè seruio, salua vrbe, atque arce.
Quæ nihil quicquam placet, eo priuatum, vin' me seruatum?
Dum eius mortem inhio, egomet meo mortuus
Inter viuos. Ea me, clam se, cum mea ancilla ait
Consuetum: id me arguit: ita plorando, orando,
Instando, atque obiurgando me obtudit, vti eam
Venundarem. nunc credo inter suas æquales
Et cognatas sermonem serit, Quæ nostrum fuit
Integra ætatula quæ hoc itidem à viro
Impetrauit suo quod ego anus modo
Effeci, pellice vt meum priuarem virum?
Hæc erunt concilia hodie: differor sermone miser.
S. Sed tua morosáne vxor quæso est? M. Quam rogas?
S. Qui tandem? M. Tædet mentionis: quæ mihi, vbi domum
Adueni, ac sedi, extemplò suauium dabat ieiuna anima.
S. Nihil peccat de suauio: vt deuomas volt quod foris potaueris.
Is demum infortunatus est homo pauper
Qui educit in egestate libros: cui fortuna
Et res est vt continuò pateat. nam opulento famam
Facilè occultat factio.
Insolétne mulier decimo mense parere? Pol nono etiam, septimo atque octauo.

AD POL.

Ego neque florem, neque floces volo mihi: vinum volo.

PVGILE.

Tum inter laudandum hunc timidum tremulis palpebris Percutere nictu: hic gaudere & mirarier.

SVBDITITIO.

Nam ij sunt inimici pessimi, fronte hilaro,
Corde tristi, quos neque vt adprehendas, neque vt mittas scias.
Quæso ne temere hanc rem agas, & ne iracunditer.

SYMBOLO.

Destituit omnes seruos ad mensam ante se.

SYNARISTVSIS.

Heri verò prospexisse eum se ex tegulis
Hæc nuntiasse & flammeum expassum domi.

SYNEPHEBIS.

Serunt arbores quæ alteri sæculo prosint.
Ad restim res redit: imò collus, non res. nam ille argentum habet.

SYRACVSIS.

Vide Demea hominis quid fert morum similitas.
Hic amet, familiæ fame pereant, ager autem stet sentibus.
Tanta huic inuasit in corda indulcitas.

TITHE.

Hic dum abit, huc concessero.

TRIVMPHO.

Nunc meæ malitiæ astutia opus est succenturia.
Hierocles hospes est mihi adolescens adprobus.

TYCHE.

Egon' vitam meam Atticam contendam cum istac rusticana Syra?
Vbi adijcientem compitum.
Per mysteria hic inhonestè grauidauit probro.

VENATORE.

Satisne huic ordine, etsi nihil egi quæsti, quia sum æmuli
Credo nimis tandem hoc fit veneraliter.

VMBRIS.

Age age puere duce me ad patrios fines, decoratũ opiparè.
Mirum adeo nisi frater domi ebrius turbam aliquam dedit.
Quid mihi non sunt balneæ.
Nunc vter crescit, non potest celari.
Et homini & pecudibus omnibus.

Sequentibus locis non adscriptum est ab authoribus nomen comœdiæ ex qua sumpti sunt.

Deum qui non summum putet,
Aut stultum, aut rerum esse imperitum existima.
Cui in manu sit quem esse dementem velit,
Quem sapere: quem sanari, quem in morbum injici:
Quem contrà amari, quem accersiri, quem expeti.
Sæpe est etiam sub palliolo sordido sapientia.
Aduehuntur cum ilignea corona & chlamyde.
Dij vostram fidem.
Mulierculam ego illam huic despondebo ex gnato saltem obsopem.
Quid tibi occupatio est argumentum, aut de meo amore verificatio est patri?
Nam ista quidem noxa mulieru est magis quàm viri.
Cruento ita ore grundibat miser.
Filium alta eorum fama occultabat & factio.
Quid narras barbare cum indomitis moribus, illiterate? illex es.
Quisquilias volantis? venti spolia memorant modo.
Quæso igitur quisquis es mea mulier.
Proh dij immortales vnde hic prorepsit truo?
Tito præsertim quæ non peperit lacte non habet.

Nomen

Nomen virginis, nisi mirum est, deintegrauit.
Præterea si non sarcire quitur.
Credidi silicernium eius me esse esurum,
Gramosis oculis ipsa, atratis dentibus.
Nullæ nationi tot, tantas, tam continuas victorias tam breui spatio datas arbitror quàm vobis.
Glubrum tapete.
Decora domi.
Tantam rem dilabare vt pro nihilo habuerit Varro.
Ex scriptis eorum qui veri arbitrantur.

Qui sequuntur loci, Cælio in vulg. edit. adscripti, eidem Cæcilio videntur potius adscribendi: vt vicissim nonnulli ex proximè citatis fortasse illius Cælij sunt qui Annales scripsit.

Sequere me tu, qui mihi oscitans hietánsque restas.
Mihi sordido domitũ suadet vt eam quisquam? etsi ego obdormiero, tute idem ibi eris expertectus.
Qui panis soli corbulam.
Cur depopulato gerra.

L. ACCII VITA.

EX LYLIO GIRALDO desumpta.

LVCIVS Accius Serrano & Mancinno Coss. parentib. libertinis natus, & sene iam Pacuuio floruit. Fundus fuit Actianus ab eo, vt ait Eusebius, iuxta Pisaurum vocatus, quia illuc ipse cum aliis colonis deductus fuit. Actius ait, vt refert Cicero, iisdem Ædilibus (non ædibus, vt plerique scribunt) se & Pacuuium docuisse fabulam, cum ille LXXX. ipse XXX. annos natus esset. Sunt codices qui de numero euariant: quos ego emendatiores existimo, sum secutus, quando & Gellius scribit, Cum Pacuuius grandi iam ætate & diutino corporis morbo affectus, Tarentum ex vrbe Roma concessisset, Actius tunc haud paruo iunior proficiscens in Asiam, cum in oppidum venisset, diuertit ad Pacuuium, comitérque inuitatus, plusculísque ab eo diebus retentus tragœdiam suam, cui Atreus nomen fuit, desideranti legit: tũ Pacuuium dixisse aiunt, sonora quidem esse quæ scripsisset & grandia, sed videri ea tamen sibi duriora paulùm & acerbiora. Ita est, respondit Actius, vti dicis: neque eius sanè me pœnitet: meliora enim fore spero quæ deinceps scribam. nã quod in pomis est, itidem, inquit, esse aiunt in ingeniis: quæ dura & acerba nascuntur, pòst fiunt mitia & iucunda: sed quæ gignuntur statim vieta & mollia, atque à principio sunt viuida, non matura mox fiunt, sed putria. Relinquendum igitur visum est ingenio, quod dies atque ætas mitificet. Hæc vtique totidem verbis ex Gellio, quibus præter historiam multa notatione dignam, videtis Actium etiam Pacuuio longè iuniorem. Fuit is quoque populo Romano gratus, adeò vt eum qui L. Actium contumeliosè nominauerat, P. Mutius condemnarit. Pusillæ insuper & breuis staturæ Plinius Actium fuisse ait, nihilominus sibi in æde Camœnarum maxima forma statuam poni curauit. Actium aiunt interrogatum, cur causas non ageret, cum apud eum in Tragœdiis tanta vis esset: optimè hanc scribi Fabius reddidisse rationem, quòd illic ea dicerentur quæ ipse vellet, sed in foro essent dicturi aduersarij quæ ipse minimè vellet. Amatus etiamnum in tantum Actius à Decio Bruto fuisse di-

citur,vt Actianis versibus templorum & monumentorum frontes & aditus exornare consueuerit,vt autor est Cicero : qui & alio loco ipsius Decij familiarē fuisse scribit, séque de Bruti eloquētia ab ipso Actio didicisse: quę quidē Ciceronis verba me de temporis ratione ambigere vsqueadeo faciant, vt aliquādo alterum hunc Actium à priore fuisse autumarim,vt hic vobis statim subiiciam, id quod parum alij animaduertére. Sed, ni piget,& tu Piso recita, quā de Pacuuio & Actio censuram fecit Fabius Quintilianus. Id quidem Lili,libēter agam,respondit Piso,si tu nobis prius de isto Actio,quem alterum à priore aliquādo putasti quæ te mouebāt,attuleris.Id agam scilicet,vt & vos eodem mecum errore ducamini, si vobis minus tempora vtrique conuenire videbuntur. Alter igitur hic L. Actius à priore is mihi visus, qui eodem quo Cicero & Cæsar floruit tēpore,adeò vt de eo Val.Maximus libro tertio scribat: Actius, inquit, Iulio Cæsari amplissimo ac potentissimo viro in collegiū poetarum venienti, nunquam assurrexit, non maiestatis eius immemor, sed quòd in comparatione communium studiorum aliquanto superiorem se esse confideret:quapropter insolētiæ crimine caruit, quia ibi voluminum, non imaginum certamina exercebantur. & hæc quidem Valerius. Huius præterea in nono meminit Vitruuius:meminit & Ouidius in tertio de Ponto,cum ait: Autor opus laudat(ad Brutum scribens)si forsitan Actius olim, Thersiten facie dixerit esse bona. Fuerunt & qui hunc eum existimarent, quem Iliada scripsisse Persius Flaccus ait: *Non hic est Ilias Actij Ebria veratro.* Scripsit vero L.Actius præter fabulas,annales, vt in primo Saturnalium Aurelius Macrobius obseruat,ex quibus & versus hos citat.

Maxima pars Graiûm Saturno & maximæ Athenæ
Conficiunt sacra,quæ Cronia esse iterantur ab illis.
Cúmque diem celebrant,per agros vrbésque ferè omnes
Exercent epulis læti,famulósque procurant
Quisque suos,nostríque itidem,& mos traditus illinc
Iste,vt cum dominis famulum epulentur ibidem.

Atque hæc quidem de Actio. Quæ cum retulissem, pensum, quod pollicitus Piso fuerat, exoluere iam paratus erat.Sic itaque cœpit:Fabius igitur Quintilianus lib.x. de Pacuuio & Actio sic ait:Tragœdiæ, inquit, scriptores Actius & Pacuuius clarissimi, grauitate sententiarum, verborúmque pondere & autoritate personarum. Cæterùm nitor & summa in excolendis operibus manus,magis videri potest temporibus, quàm ipsis defuisse, virium tamen Actio plus tribuitur. Pacuuium videri doctiorem, qui esse docti affectant, volunt,& hactenus Fabius.Et Piso: Cęterùm in Pacuuio Cicero ait ornatos esse versus & elaboratos. Sed & horum vtriusque plurimæ fuisse feruntur fabulæ, quæ passim à scriptoribus citantur, ex quibus pleræque sententiæ circunferuntur. Ex Pacuuij quidem tragœdia,quæ inscripta fuit Armorum iudicium, decantatum carmen est,cum ludi in Iulij Cæsaris funere celebrarentur,vt eo carmine commiseratio maior & inuidia contra conspiratos cæsores commoueretur. Actij verò nobilis illa sententia ex eius Astyanacte in augures & diuinatores dicitur: Nihil,inquit, credo istis auguribus, qui aures verbis diuitant alienas,suas vt auro locupletent domos.

LVCII

LVCII ACCII

FRAGMENTA QVÆ EXSTANT.

ACHILLE.

VA re alia ex crimine inimicorum effugere possis, delica.
Ne tum quum seruat pectus iracundia.
An sceptra iam flaccent, ferat.

ÆDILITIA.

Datum est aurum, exultat planipes.
Sed si pepugero, metuet.

ÆGISTHO.

Heu cuiatis stirpem funditus fligi studet.
Neque fera hominum pectora frageſcunt donec vim perſenſerint imperij.
Melius quàm viri callent mulieres.
Celebri gradu greſſum accelebraſſe decet.
Quum manus materno sordet sparsa sanguine.

ÆNEADIS, aut DECIO.

Vim Gallicam obduc contrà in acie exercitúque patrum, hostili fusum sanguen sanguine.
Clamore & gemitu templum resonit calitum.
Et nunc quod eorum segnitas ardet focus.
Fateor: sed sæpe ignauit fortem in spe expectatio.
Patrio exemplo, & me dicabo atque animã deuorabo hostibus.
Te sancte verans precibus, inuicte inuoco, portenta vt populo, patriæ veruncent bene.
Calleti voce canora fremitu peragrant minitabiliter.
Castra hæc vestra est, optumè essis meritus à nobis.
Di summa tibi perduellium est, quorum aut quibus se à partibus gliscunt.
Nihil neque periculi, neque tumulti est, quod sciam.
Quod periti sumus in vita, atque vsu callemus magis.
Quibus rem summam & patriam nostram quõdam adauctauit pater.

AGAMEMNONIDIBVS.

Inimicitias Pelopidarum extincta tam obliteratas memoria renouare.
Composita dicta ex pectore euoluunt suo,
Sic multi, animus quorum atroci iunctus malitia est,
Quæ quum componas, dicta factis discrepant.

ALCESTIDE.

Quum strideret retracta rursus inferis.

ALCMÆONE.

Tanta frustrando lactans, vanans protrahit.
Qui dij interdum inferam penitus depressum altis clausere specis?
Quia nec vos nec ille impunè irrideret meã grandauitatem.
Suos deseruit liberos, superstites sunt.
Atque eccos segneis somno & tarditudine.
Postremò amplexa fructum quem dij dant, cape.
Qui ducat, quum te viderit socerum, generibus tantam esse impietatem.
Vt me repositum immerentem repentino nuntio alacrem reddidisti, ac ex me excitasti ex luctu in lætitudinem.

ALPHESIBOEA.

Quid tam obscuri dicunt, éstne tam inenodabile?
At vereor quum te esse Alcmæonis fratrem factis dedicat.
Sed angustitatem inclusam ac saxis squalidam.
Etsi est in malis depositus animus meus, quæ scribi exinde audiet.
Ita territa membra animo ægroto cunctant sufferre laborem.
Cum ipsa sim & miseritudo eorum ista est liberûm.
Si tui veretur te progenitoris, cedo.
Odiorum hostificúmque diem obuium turbam aspecti atque horribilem.
Sed tibi cautim est adeundum ad virum.

AMPHITRYONE.

Si satis rectè aut vera ratione augurent.
Hoc in re est quòd tu tam temeriter meam beneuolentiam interijsse es ratus.
Cedò ecquid te redhosti tum quum me assem obiectet facilius.
Aut tam obstinato animo confisus tuo.
An mala ætate mauis male multari exemplis omnibus?
Quin meum senium cum dolore tuo coniungam & comparem.
Miseret lachrymarum, luctuum, orbitudinis.
Sed quanam hæc est mulier, funesta veste, tonsu lugubri?
Tametsi statuæ gracilitudo & propemodum luctus facit ne dubitem.
Cum patre paruos patrum hostifice sanguine sanguen hiscere suo.
Non paruam rem ordibor, ne retice, obsecro.

ANDROMACHE.

Hæc malos annos multósque longinquè à domo bellum gerentes summum summa industria.

ANDROMEDA.

Qui neque terræ est datus, nec cineris causa vnquam euasit vapos.
Muliebre ingenium, proluuium, occasio.
Alui, educaui, id facite gratum vt sit seni.
Multi in quo mulier animo sibi mala auferre in malis, quibus natura praua magis quàm fors aut fortuna obfuit.
Quum ninxerit cælestium molem mihi.
Immane te habeat templum obuallatum ossibus.
Donec tu auxilium Perseu tetulisti mihi.
Nanque vt dicam te metu aut segnitate addubitare, haud meum est.
Misera obualla saxo, senio, pædore, algóque & fame.
Nósque vt seorsum diuidos letho offeres.
Nam postquam paruos tuos oppressit famulitas.
Quot luna circulos annuos institit.
Quod beneficium haud sterili in segete rex te obesse intelligis.

ANNALIBVS.

Maia nemus retinens grauido concepit in aluo
Maxima pars Graiûm Saturno & maximè Athenæ.
Conficiunt sacra quæ Cronia esse iterãtur ab illis:
Quúmque diem celebrant, per agros vrbésque fere omnes
Exercent epulas læti, famulósque procurant
Quisque suos: nostrique itidem, & mos traditus illinc
Iste, vt cum dominis famuli tum epulentur ibidem maximæ Athenæ.
Calones, famulique, metellique, caculæq́.
Fraxinus fixa ferox infensa infunditur ossis.
Vt quàm frigidissimus aluus.

ANTENORIDIS.

Nanque huic inuenio vt mea ope opes togæ integrent,
Fortasse an sit quod hic non mertet metus.
Ad populum intelligo referundum, quoniam æquiter sententiæ fuere.
Qui aut illorum copias fundam in campo, aut naues vram, aut castra mactabo in mare.
Sed quis hic est qui matutinum cursum huc celeranter rapit?

ANTIGONA.

Ne istum numerum amittas subitum oblatum.
Atat, nisi me fallit in obitum sonitus.
Iam iam neque dij regunt,
Neq; profectò deûm summus rex omnibus curat.
Quanto magis te istiusmodi esse intelligo.
Tanto Antigona magis me par est tibi
Consulere & parcere.
Heu vigiles properate, expergite pectora tarda sopore: exurgite.
Quid agis? perturbas rem omnem ac resupinas sorori.

ARGONAVTIS.

-tanta moles labitur.
Fremebunda ex alto ingenti sonitu & spiritu:
Præ se vndas voluit, vertices vi suscitat:
Ruit prolapsa, pelagus respergit, reflat.
Ita dum interruptum credas nimbum voluier,
Dum quod sublime ventis expulsum rapi,
Saxum aut procellis vel globosos turbines
Existere ictos vndis concursantibus.
Nisi quas terrestres pontus strages conciet:
Aut fortè Triton fuscina euertens specus,
Subrer radices penitus vndanti in freto
Molem ex profundo saxeam ad cælum vomit.
-tanta moles labitur
Fremebunda ex alto, &c.
Molem ex profundo saxeam ad cælum vomit.
Sicut inciti atque alacres rostris perfremunt
Delphini.
Syluani melo
Consimilem ad aures cantum & auditum refert.
Aut fortè Triton fuscina euertens specus,
Subrer radices penitus vndanti in freto
Molem ex profundo saxeam ad cælum vomit.
Fremebunda ex alto ingenti sonitu & spiritu
Præ se vndas voluit, vertices vi suscitat,
Ruit prolapsa, pelagus respergit, reflat.

ARMORVM IVDICIO.

Item vereor plusquam fas est captiuum hiscere.
Cedit Achilli indutus armis, vesci studet vt ea cũcta optime Achilli induto leuia præ illis putet.
Bene facis, sed nũc, quid subiti mihi febris æstuat mali.
Quid est cur componere ausis mihi te, aut me tibi?
Ocule noxitudo obliteretur Pelopidarum, ac per nos sanctescat genus.
Nam trophæum ferre me à forti viro pulchrũ est: si autem & vincar, vinci à tali nullũ est probrum.
Inter quos sæpe sanguine imbutos.
Sed peruico Aiax animo atque morabilioni.
NON facile sine Deûm opera, propria humana sunt bona.
Vbi cura est, ibi anxitudo acerba, ibi cuncta consiliorum ratio fortuna fit.
In quo salutis, spésquè summas sibi habet summa exerciti.
Virtuti is par, dispar fortunis patris.

ASTYANACTE.

Itera in quibus partibus (nanque audire volo) si est quem opto, & quo captus modo, fortunáne an forte reperitur.
Troia est testis: quære ex aliis qui illius miseritudinem, nomen clarum in humili saxo multis memorant vocibus.
Nunc in consilio id reges Argiuûm aucupant, id quærunt.
Propter te, tot tantásque habemus vastitates funerum.
In celsis montibus pecua, atque inter colles pascũt Danai in Phrygia & terminis.
Qui nostra per vim patria populauit bona.
Quorum crudelitatem nunquam vlla explet satias sanguinis.

NIHIL

NIHIL credo auguribus, qui aures verbis diuitant
Alienas, suas vt auro locupletent domos.
Hic per matutinum lumen, tardo properantem gradu derepente aspicio ex nemore pauidum & properantem aggredi.
Abducite intro. nam mihi miseritudine commouit animum excelsa aspecti dignitas.
Vtinam vnicâ mihi antistitam arcitenens suam tutetur
Ferum feroci contundendum sauiter.
Hunc aicaiſpinem regionũ fac, ac desistet exercitum morari, nec me ab domuitione marceretur obscœno homine.

ATHAMANTE.

Atque ita de illis merui vt iure hæc nunquam miserarent mala.
CVIVS sit vita indecoris, mortem fugere turpem haud conuenit.
Vt profugiens hostẽ, inimici inuadam in manus.
An dubito. ah quid agis? caue ne in turbam te implices.
Veneficius & egresia hostium deperisti & graue.
Priusquam infans esses, facinus oculi vescuntur tui.

ATREO.

Epularum fictor, scelerum fratris delitor
Concoquit partem vapore, flammam tribuit verubus lacerta in focos.
Ne cum tyranno quisquam epulandi gratia accumbat mensam, aut eandem vescatur dapẽ.
Simul & Pisæa præmia arrepta à socru possedit sua.
Sed quid tonitru turbida toruo,
Concussa repente æquora cæli
Sensimus sonere?
Egóne Argiuûm imperium attingam, aut Pelopis digner domo? Quo me ostendam? quod templum adeam? quo more funesto colloquar?

BACCHIS.

O Dionyse pater optime vitisator, Semela genitus Euthyia, Almáque curru noctiuago Phœbe.
Syluicolæ ignota inuisentes loca.
Deinde omnes stirpe cum inclyta Cadmi deuagant matronæ percitatæ tumultu vecordiuaga insania.
Agite modico gradu, iacet & nisus leuis.
Latum in Parnasso inter pinos tripudiantem in circulis ludo atque tedis fulgere.
Tunc pecudum exuuias læuo pictas lateri accommodans.
Vbi sanctus Citharon frondet viridantibus fœtis.
Præsens præsto irrideris nobis, stipe vltro ostentum obtulit.
Quia neque vetustas, neque mores, neque grandæuitas,
Indecorabiliter alienos aiunt.
Quanta in venando affectus est latitudine.
Formæ, figuræ nitiditate hospes regis.
Splendet sæpe, aſt idem nimbus interdum nigret.
Tunc syluestres exuuias sæuo pictas lateri accommodant.

BRVTO.

Quum iam quieti corpus nocturno impetu
Dedi, sopore placans artus languidos,
Visum est in somnis pastorem ad me appellere,
Duos consanguineos arietes inde eligi,
Pecus lanigerum eximia pulchritudine:
Præclariorémque alterum inuolare me:
Deinde eius germanum cornibus connitier
In me arietare, eóque ictu me ad casum dari:
Exin protractu terra, grauiter saucium,
Resupinum, in cælo contueri maximum
Ac mirificum facinus, dextrorsum orbẽ flammeũ
Radiatum solis liquier cursu nouo.
Rex, quæ in vita vsurpant homines, cogitant, curant, vident,
Quæque agunt vigilantes, agitántque, ea sicui in somno accidunt,
Minus mirum est: sed in re tanta haud temere visa offerunt.
Proin vide ne, quem tu esse hebetem deputes æquè ac pecus,
Is sapientia munitum pectus egregium gerat,
Téque regno expellat. nam id quod de sole ostentum est tibi,
Populo commutationem rerum portendit fore.
Per propinqua hæc bene verruncent populo. nam quod ad dexteram
Cepit cursum ab læua signũ præpotẽs, pulcherrimè
Auguratum est, rem Romanam publicam summam fore.
Qui rectè consulat, Consul fiat.

CHRYSIPPO.

Neque quisquam à telis vacuus, sed vti cuique obuiam fuerat, ferrum, alius saxum rodum.
Qui hinc superesscit, Spartam atque Amyclas trado.
MELIVS pigrasse quàm properasse est nefas.
Quid agam? vox illius est cerrè, idem omnes cernimus.
Æternabilem diuitiam partissent.

CLYTÆMNESTRA.

Sed valde resonunt regiæ.
Mater meo iure factum incilas, genitorem iniustum approbas
Vt quæ tum absentem rebus dubiis coniugem tetinerit, nunc prodat vltorem.
Omnes gaudent facere rectè mali pignem.
Scibam hanc mihi supremam lucem, & seruitutis finem dari.
Cur me misera irridet magnis cõpotem & multis malis?
Flucti immisericordes iacere, & atra ad saxa allidere.
Aut ego illum eripiam, aut illi pœnam sufferam.

CONCILIATRICE.

Vrsum me momordisse autumat.

DEIPHOBO.

Nos continuò ferrum eripimus, omnibus mani-

cas neximus.
At infando homini gnatu'a erat, aut arena se exule, qui neque amico amicus vnquam grauis, neque hostis hosti fuit.
Eo ante noctem externa retia vt proueherem & statuerem: fortè aliquanto quàm solitus lembo sum progressus longius.

DEMETRIO.

Huic colomenula geminis aptum cornibus.

DIDASCALICO. *Vide infra.*

DIOMEDE.

Ferè exanclauimus tyranni sæuum ingenium atque execrabile.
Simul aurē attēdo, vt qui rē exaudire amplius.
Adsum apud te genitor.
Passim quæ præda pecua balabant agris.
Ego me Argos referam (nam hic suam gnobilis) necui cognoscar noto.
Benignè & pro beneficio largi, atque ampliter.
Si vnquam perpediar gnato puer, ne attenderis petere à me id quod nefas sit concedi tibi.
Et qualis fuerit fama celebrescat tua.
Multa amittuntur tarditate & socordia.
Ita è fletu & tenebris obstinatus speciem emissi luminis conspiciunt insolentia.
Non genus virum ornat, generi vir forti loco.

DVLORESTE.

Vereor si vnquā fatiscar facere, quodquod quibo boni.

ΕΠΙΓΟΝΟΙΣ EPIGONIS.

Inuenitur etiam scriptum alicubi Epigono, item Epigona, apud Nonium: sed suspicor ibi scribendum esse Erigona: vt vicissim vbi apud eum legitur Erigonis, reponi debere Epigonis.

Qui nisi genitores vllo, nullum meis dat finem miserijs.
SAPIMVS animo, fruimur anima: sine animo anima est debilis.
Sed iam Amphilochum huc vadere cerno: & nobis data bona pausa loquendi.
Apud abundantem antiquam amnem & rapidas vndas Inachi.
Et nonne Argiuos fremere bellum, & velle vi vulgum videt.
Ita imperitus stupiditate erūpit se, impos consilij.
Viden' vt te impietas stimulat? nec moderat metus?
Nunc pergamus, supplicijs placans cælitum aras expleam.
Quid cesso ire ad camēhem præsto est, camo collum grauem.
Eloquere propere, ac pauorem hunc meum expectora.
Eáq; hoc causa vt nequis nostra auribus verba cleperet.

EPINAVSIMACHE.

Martes armis duo congressos crederes.
Contra quantum obfueris si victus sies, considera, & quo reuoces summam exerciti.
Vt nunc quū animatus iero, satis armatus sum.
Probis probatum potius quam multis fore.
Incursio ita erat acris.
Quod si procedit, neque te, neque quenquam arbitror tua pœniturum laudis: quam vt serues vide.
Vbi non terricula sita sunt.
Lucifera lampade exurat Iouis arietem.
Mundam falso sanctam obtexus sanguine, atque acerbos alta in amni corpore expleuisti hostico.
Ab classe ad vrbem tendunt, neque quisquam potest fulgentium armū armatus ardorē obtui.
Nec perdolescit fligi socios morte, campos contingi.
Tamen haud fatiscā quin tuam implorem fidem.
Proin tu id cui fiat, non qui facias compara.
Primores procerum reuocarent nomina nisi esset quis qui armis secum vellet cernere.
Eos mortalis fœnis.
Misereor sæpe studitos volo.
Item ad mœstitiam mutā infantium quadrupedum.
Tamen haud fatiscar quin tuā implorem fidem.
Mors amici subigit, quod mihi est senium multo acerrimum.

ERIGONA.

Tum autem Aegisthus si me esse eodem lecto comitasset patri.
Fateor: sed cur propter te pigrem hæc, aut huius dubitem parcere capiti?
Quibus oculis quisquam nostrum poterit illorum obtui vultus, quod iam ab armis anni porcet?
Quanquā exangue hoc corpus mihi annis putret.
Locrorum latè viridia & frugum vbera.
Assentio, age nunc tu tuam progeniā & ordine.
Age, age, amolire, amitte, caue vestem attigas.
Sed vbi ad finem ventum est, in quo illum fors expectabat loco, ad quem Orestes grauis sacerdos ferro prompto assistit.
Quod vtinam me suis arcitenens telis mactasset dea.

ERIPHILA.

Pallas bicorpor anguinum spiras trahit.

EVRYSACE.

Nunc per terras vagus, extorris regno, exturbatu mari.
Tu autem quod quæro enoda, & qui sis explica.
NAM ea oblectat spes ærumnosum hospitem, dum id quod miser est, clā esse censet alteros.
Iam potero incipiam, & sine, qui diu contendam vt hinc comportet texum salaminem habeā.
Sed vt ratusta & rauestē & vastitudine tarde forma tuis.
Nunquam erit tam immanis, quum mea opera extincta sciet, qui frageſcat.
Apud ipsum addiscas.

Diffi-

Diffidam amantem cidere turbato vulgum ambigua.
Persuasit mœror, anxitudo, error, dolor.
Heu me miserum, quum hæc recordor, quum illos reminiscor dies.
Opinione factum est, quanto minus educabant stirpem, tanto vereremur magis eos esse.
Tot trophæa tam de subito summam gloriam Eurotis sines.
Tuam solitatem memorans, formidans tibi.
Reprime parumper: millia sex numûm in arcam dimisi numariam.
Disertim id vnum incommodum desit meis.
Proh dij immortales speciem humanam inusitatam, egregiam, indignã clade & squalidine.
Sed memet caluor: vos istum, vt iussi, ocius abstrahite.
Quemadmodum impetum occupemus facere vltro in regem fidem per eos, & nisi clamoris regem, aut ferre ab regina occupo puerum.
Nihil est, si autem ad te retardat socium, in portu est, copiáque subsistat, modò tu te ipse effirma & compara.
Heu mihi, vt etiam hæc ærumna mihi luctũ addit luctibus.
Quid? miserari id me Euryface tuam sodalitatem memoras? formidas tibi. te commiserabar magis quàm miserabar mei, & multis mei & aliquando vexata generibus.
Ille orbus expers liberum.
Ilico, inquam, habitato vis quàm propius.

FIDICINIS.

Neque vlla interea finis curas datur.
Abtorque proram, ac supra tortas copulas.
Quam vehat grato tibi cõgenerat gentium, aut generum affinitas.

HECVBA.

Veter fatorum terminus sic iusserat.

HELENIBVS.

Signo extemplo canere ac tela ob mœnia offerre imperat.
Qui nisi probrum omnia alia in delicta æstimant.

HONILA.

Attrice vrsum se memordisse autumat.

ILIONA.

Ibo ad eam vt sciscam quid velint, valuæ sonunt.
Aut stagnorum humorem rimarem loca.

IONE.

Quibusnam te aibant ortum locis?

MEDEA.

Ego me extollo in abietem, altè ex tuto prospectans aucupo.
Tunc Diomedes, & cuius aditum expectant, pernixi vsque adhuc.
Nisi vt astu ingenium, linguæ laudem, & dictis lactem lenibus.
Vagant, pauore pecuda in tumulis deserunt. quis nos pascet postea?
Qui potis est repelli quisquã, vbi nullus est caussandi locus?
Fors dominatur, neq; vita vlli propria in vita est.
Par neci orbifico liberorum letho & tabificabili.
Prima ex immani victum ad mansuetum applicans.
Peritè in stabulis frænos immittens feris.
Vt tristes turbinum toleraret hyemes, mare quũ horret fluctibus.
Principio extispicum ex prodigiis congruens ars te arguit.
Lauere falsis vultum lachrymis.
Exul inter hostes, expes, expers, desertus, vagus.

MELEAGRO.

Vagent ruspantes syluas sextam tesseras.
Quæ vastitudo hæc, aut vnde inuasit mihi?
Gaudent, currunt, celebrant, herbam conferunt, donant, tenent: pro se quisq; cum corona clarum connectit caput.
Cuius exuuias & coronam huic numerauit virgini.
Erat virile istuc ferre aduorsam fortunã facul.
Frigit fricantem corpus aerium occultè abstruso in flumine.
Frigit æstas rubore ex oculis fulgens flammeo.
Eum suum vitæ finem ac fati internecionem fore Meleagro, quum torris esset interfectus flammeus.
Remanet gloria apud me, exuuias dignaui Atalantæ dare.
Quique non me spernens, incilans probris, sermone indecorans, turpi fama differret.
Quàm innita ancillans, dicto obediens viri.
Tum vt eliminor clamore, simulac nota vox ad aures accidit.
Fruges perhibet grandescere.
Labore aut minuat itiner ingressum via.
Caue lassitudo poplitum cursum leuet.
Nunc si me matrẽ mansues misericordia capsit.
Heu cor ira feruit cæcum, amentia rapior ferórque.

MENALIPPO.

Constituit, cognouit, sensit: conlocat sese in locum celsum, hinc manibus rapere rodus saxeum grandem & grauem.
Te esse huic noxæ obnoxium.
Credite me amici mortem imbaturum manus.
Regina, erit tempus quum hic torris quem amburi vides.
Obuia mens, idque aduorsum aptus alter in promptu occupat.
Aeneũ aliquis cette in conspectũ, aut nos, vbi est, ducite ad eam.
Est res aliqua quæ præsente his te prius maturè institit.
Vnde aut quis mortalis florem liberum inuidit meum.
Egóne auxilio motus, temere vt hosti me animato offeram?
Neque ratum est quod dicas, nec quæ agitas, dicendi est locus.

Hi Menalippum interea traiectus nemorum in
salti faucibus.

MINOTAVRO.

Taurigeno semine ortum fuisse, an humano.

MYRMIDONIBVS.

Mea fata in acie obliti.
Ego me non peccasse planè ostendam, aut pœnas
sufferam.
Tu pertinaciam esse Archiloche hanc prædicas,
Ego pertinaciam aio, & me uti volo.
Nam pertinacem dicis me esse, & vincere.
Perfacilè patior: pertinaciam nihil moror:
Hæc fortes sequitur illam indocti possident.
Tu addis quod vitio est, demis quod laudatur.
Nolo equidem: sed tu huic quem scis quali in te
siet fidelitate, ob fidam naturam viri ignosce.
Quod sicut decuit istà res mecũ, aut meus mer-
taret dolor, iamdiu inflammari & ardere na-
ues vidissent suas.
Lassis trahere in salum, & vela ventorum ani-
mæ immittere.
Regnum tibi permitti malunt: cernam tradam e-
xercitum.
Irã infrænis obstes animis, reprimas confidentiam.
Tua honestitudo Danaos decipit diu.

NEOPTOLEMO.

Vbi nihil contra rationem, & quam habuit as-
sensit silens.
Haud quisquam potis est tolerare acritudinem.
Vim, ferociam, animum, atrocitatem, iram, acri-
moniam.
Do & pudet quæ grauium me, & verò piget.
An pro me Dane quiete adiutem inuenio hortari
pudet, non prodesse id piget.
Decorare est satius quam vrbem taniis.
Sed quem mihi iungent, cuique tu illo fuerint, di-
gnabor dari.
Atque adeo valuas sonere sensi regias.
Quid si ex Græcia omne nomen Ilium par nemo
reperiri potest?
Vis veritatis atque acritas.

NIPTRIS.

Inde aduenio montem Oetam, scrupulosam spe-
cum.

NICTEGRESIA.

Iube nunc attentare, iube nunc animo ruspari
Phrygas.
Classis adit, clauditur, feruit.
Cuncta expedibo, id modò iusiurandum date.
Illos suapte induxit virtus, tu laudem illorum le-
uas.
Cuius vos tumulti causa accierim, & quid pa-
rem, animum aduortito.
Scandit ora laterum texta Vulcani vorax.
Tunc quod supereſt, socium mittis letho, an lucti
pœnitet.
An ego Vlyssem obliuiscar vnquam, aut quem-
quam præponi velim?

OENOMAO.

Vos ite actutum, atque opere magno edicite per
vrbem vt omnes qui arcem asteúmque acco-
lunt ciues, omnibus faustis augustam adhi-
beant fauentiam, ore obscœna dicta segregent.
Quencunque institeram grumum aut præcisum
iugum.
Saxum id facit angustitatem, & sub eo saxo exu-
berans scatebra fluuia eradit rupem.
Præsto etiam adsum: exprome quid fers, nam te
longo itere cerno vadere.
Coniugium Tisis pater eat te itiner tendere.
Atque hanc postremo solit vsuram cape.
Ferte ante auroram radiorum ardentem indicem
cum somno in segetem agrestis cornuto scient,
vt rorulentas terras ferro fidas proscindant gle-
bas, quæ aruo ex molli excitent.
Horrida honestitudo Europæ principium primo
ex loco.
Ego, vt essem affinis tibi, non vt te extinguerem,
tuam peti gnatam. numero te expurgat timor.
Atque ea coniectura auguro.

PELOPIDIS.

Nam me vt hæredem ex tuo esse conceptum satu,
vt argumenta redigunt animum & cõmouent.
Eius serpentis squamæ squalido auro & purpura
prætextæ.
Et te vt triplici lætarem bono.
Cesso hinc ire, & rapere lucti vestem in lecto con-
tingis.

PERSIDIS.

SATIS *vt quẽ cuique tribuit fortuna ordinẽ,*
Nunquam vlla humilitas ingenium infirmat
bonum.

PHILOCTETE.

Heu Mulciber arma ignauo inuicta es fabrica-
tus & manu.
Contempla hanc sedem in qua ego nouem hye-
mes saxo stratus pertuli.
Contra est eundum cautim & captandum mihi.
Vbi horrifer Aquilonis stridor gelidas molitur ni-
ues.
Quem neque tueri contra neque affari queas.
Cui potestas detur, tua cupienter malis membra
discerpat suis.
Agite, ac vulnus ne succusset gressus, cautè ingre-
dimini.
Vt dixi his armis, macte, macte virtute patris.
Phrygiam minorem esse immanem Græciam.
Quod te obsecro, ne hæc aspernabilem teritudo
mea in occulto faxit.
Lemnia quis tu es mortalis qui in deserta & te-
sca te apportes loca?
Caprigenum trita vngulis.
Quum ex viperino morsu venæ viscerum,
Veneno imbutæ tetros cruciatus cierent.
Heu quis salsis fluctibus mandet
Me ex sublimi vertice saxi?
Iamiam absumor: conficit animam
Vis vulneris, vlceris æstus.
Vbi habet vrbem, agrósue?

PHOENISSIS.

Iussit proficisci exulem quouis gentium, Ne scelere tuo Thebani vastescant agri.
Sol qui micantem candido curru atque equis
Flammam citatis feruido ardore explicas,
Quàm natum aduerso augurio & inimico omine
Thebis radiatum lumen ostendis tuum.
Si venis sterilem esse illius opera medicinam autumas.
Incusant vltro à fortuna opibúsque omnibus desertum, abiectum, afflictum, & animo expectorant.
Natus vt tute sceptrum potiretur patris.
Ibi fas, ibi cunctam antiquam castitudinem.
Vicissitatémque imperandi tradidit.
Ac vbi curuo littore latratu vnda sub vndis labunda sonit.
Surpe amata exoratus genere antiquior.
Aut sæpe ex humili sede sublima euolat.
Ne horum diuidiæ & discordiæ dissipent & disturbent tantas etiam optumas ciuium diuitias.
Quæ ego cuncta esse fluxa, in mea re crepera comperij.
Simul & circum magna sonantibus excita saxis.
Scæua sonando cum crepitu clangentes cachinnant.
Delubra cæli, tu maris sanctitudines.
Salsis cruorem guttis lachrymarum laui.
Num pariter videor patris vesci præmijs?
Vbi nunc vestra mœnia omnes saucios conuisit, vt curentur diligentius.
Egredere, exi, effer te, elimina vrbe.

PROMETHEO.

Titanum soboles, socia nostri sanguinis,
Generata cælo, aspicite religatum asperis
Vinctúmque saxis, nauem vt horrisono freto
Noctem pauentes timidi adnectunt nautæ.
Saturnius me sic infixit Iupiter,
Iouisque nomen Mulcibri adsciuit manus.
Hos ille cuneos fabrica crudeli inserens
Perrupit artus: qua miser solertia
Transuerberatus castrum hoc furiarum incolo.
Iam tertio me quoque funesto die,
Tristi aduolatu aduncis lacerans vnguibus
Iouis satelles pastu dilaniat fero.
Tum iecore opimo farta & satiata affatim
Clangorem fundit vastum, & sublime aduolans
Pinnata cauda nostrum adulat sanguinem.
Quum verò adesum inflatu renouatum est iecur,
Tum rursus tetros auida se ad pastus refert.
Sic hunc custodem mœsti cruciatus alo,
Qui me perenni viuum fœdat miseria.
Nanque, vt videtis, vinclis constrictus Iouis,
Arcere nequeo diram volucrem à pectore.
Sic me ipse viduus pestes excipio anxias,
A more mortis terminum inquirens mali:
Sed longè à letho numine aspellor Iouis.
Atque hæc vetusta, seclis glomerata horridis,
Luctifica clades nostro infixa est corpori,
Ex quo liquata solis ardore excidunt
Guttæ, quæ saxa assiduè instillant Caucasi.
Tum profusus flamine hyberno gelus.

PVTATORIBVS.

Progredere, & ne quis latibuletur prospice.

SOTADICORVM lib. I.

Non ergo aquila, ita vt hi prædicant,
Seciderat pectus.

ΣΤΑΣΙΑΣΤΑΙΣ vel TROPAEO.

Alicubi & Tropheo legitur.

Non vides, quantam turbam quantósue fluctus concites?
Vulnere tetro deformatum, suo sibi lautum sanguine tepido.
Cum subida Delio dolore hoc animo corpus liquerit.
Corporare abs tergo es ausus.

TELEPHO.

Iamiam stupido Thessala somno,
Pectora languéntque senéntque.
Quem ego vbi aspexi, virum memorabilem intui viderer, ni vestitus teter, mœstitudo, vastitudo, prædicarent hominem esse.
Nam si à me regnum fortuna atque opes
Eripere quiuit, & virutem nequiuit.
Remisque nixi properiter nauem in fugam
Tradunt, subter saxa ad læuam qua mons mollibat mare.
Nunc tu in re crepera tua quid capias consilij vide.
Proinde ista hæc tua aufer terricula, atque animum iratum comprime.
Pro certo arbitrabor sortis oracla adytis augura.
Profecti quaquam est ortus meliori satu.
Qui neque cuiatis esset vnquam potuimus multi rogitantes scire.
Nam etsi operta squalitate est luctúque horrificali,
Aere atque ferro feruere igni, insignibus florere.
Nam is demum miser est cuius nobilitas miserias nobilitat.
Quantam Tyndareo gnata & Menelai domus.
Molem excitarit belli, pastórque illius.
Fluctli cruoris voluerent mihi.

TEREO.

Video ego te mulier more multarum vtier,
Vt vim contendas tuam ad maiestatem viri.
Tereus indomito more atque animo barbarico conspexit in eam, amore vecors flammeus, & depositus, facinus pessimum ex dementia consugit.
Deuincat, mone natum, Semela affare, & famulanter pete.
Atque id ego semper mecum sic agito, & comparo, quo pacto magnam molem minuam.
Alia hic sanctitudo est, aliud & nomen & numen Iouis.
Suauem linguæ sonitum, ô dulcitas conspiri-

tum animæ.
Fama nam nobilitas lata ex stirpe præclarè vagat.
Nouus nouo dabunt. aduena animo audaci in medium proripit sese ferox.
Deum Cadmo generatum semel affare & famumularent perpetuere.

THEBAIDE.

Quum id circæo fonte aduenient mundulæ, nitidantur vulgo, pripendantur soni.

TROADIBVS.

Sed vtrum terræmotus sonitúsve inferûm peruasit aures inter tonitra & turbines.
Saxo fruges frendas.

Ex Accio hæc quoque citantur, sed eorum loci non indicantur.

Nam neque pretio neque amicitia, neque vi impelli, neque prece quitus sum.
NVLLVM est ingenium tantum, neque cor tam ferum,
Quod non labascatur lingua, mitescat malo.
Euitat meros dicisit.
Personas distortas oribus deformes, miriones.
Scrantiæ, scrupedæ, stritabillæ, tantalæ.
Hanc vrbem ferro vastam faciet.
Iámque auroram rutilare procul cerno.
Peruade polum, splendida mundi sidera bigis continuis se cepit spolijs.
Reciproca tendens neruo equino concita tela.
Custodem assiduum Ioni apposuit virgini.
Neque vi tanta quisquam est, neque tam abundans fortunis ferox.
Tacete & tonsillas littore in læda edite.
Repudio eiecta ab Argis iamdudum exulo.
Impari fræna thesauri equorum accommodant.
Nocte intempesta nostram deuenit ad domum.
Multa inuenta expertáque ex hoc sunt bona.
Veteres Casmenas, cascas res volo profari.
Multis nomen vestrum numénque ciendo.
Cum virginali mundo clam pater.
Vacci acri crepitantes melos.
Imò topper, vt sit patris tunc eiicit iras.
Quinam Tantalidarum internecioni modus sit,
Quorum genitor fertur esse ops gentibus.
Multi iniqui atque infideles regno, pauci boni sunt.
Video sepulchra dua duorum corporum.
Mulier vna duúm virûm.

Quæ sequuntur, quòd ex Accij libris soluta oratione scriptis sumpta videantur, à reliquis separanda existimauimus.

EX ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΚΩΝ LIBRIS.

Vt dum velint breuitatem consequi verborum, aliter relatum redostire sponsum.
Sapientiæque inuictæ gratia, atque honoris pater honestè rem mactauit auream,
Placare hostem ferocem inimicitérq; accensum.
Falsidica audax gnati mater pessimi, odibilis, natura impos, excors & fera.
Quod Homerus (inquit) *quum in principio carminis Achillem esse filium Pelei diceret, quis esset Peleus non addidit. Quam rem procul* (inquit) *dubio dixisset nisi ab Hesiodo iam dictum videretur. De Cyclope itidem* (inquit) *vel maximè quod vnoculus fuit, rem tam insignem non præteriisset, nisi æquè prioris Hesiodi carminibus vulgatum esset.*
Seu Euripidis, qui thoros temerius in fabulis.
Vectigalia legerant vestra, & seruantur statim.
Nam quàm varia sunt genera poematorũ Bæbi, quámque longè distincta, ab alijs nosce.

PARERGIS.

Bene proscissas cossigerare ordine porcas, bidenti ferro rectas diruere.

PRAGMATICIS.

Et cuncta fieri cætera imbecillia, non quod ponderitatem grauitatémque hominis.
Describere in theatro perperos populares.
Et eo plectuntur poetæ quàm suo vitio sæpius, ductabilitate nimia vestra aut properitudine.

PVB. TERENTII

VITA,

EX AELIO DONATO desumpta.

PVBLIVS Terentius Afer, Carthagine natus, seruiuit Romæ Terentio Lucano Senatori, à quo ob ingenium & formam, non institutus modò liberaliter, sed & maturè manumissus est. Quidam captum esse existimant: quod fieri nullo modo potuisse Fenestella do-

la docet: quum in fine secundi belli Punici, & ante initium tertij natus sit, & mortuus: nec si à Numidis aut Getulis captus sit, ad ducem Romanum peruenire potuisset, nullo commercio inter Italicos & Afros, nisi post deletam Carthaginem, cœpto. Hic cum multis nobilibus familiariter vixit: sed maxime cum Scipione Africano, & cum Lælio, quibus etiam corporis gratia conciliatus existimatur, quod & ipsum Fenestella arguit, contendens vtroque maiorem natu fuisse, quamuis & Cornelius Nepos æquales omnes fuisse tradat, & Porcius suspicionem de consuetudine per hæc faciat,

Dum lasciuiam nobilium & fucosas laudes petit:
Dum Africani voce diuina inhiat auidis auribus:
Dum ad Furium se cœnitare, & Lælium, pulchrum putat:
Dum se amari ab hisce credit, crebrò in Albanum rapi
Ob florem ætatis suæ: ipsus sublatis rebus ad summam
Inopiam redactus est.
Itaque è conspectu omnium abiit in Græciam in terram vltimam.
Mortuus est in Stimphalo Archaiæ oppido: nihil Publius
Scipio profuit, nihil ei Lælius, nihil Furius,
Tres per idem tempus qui agitabant nobiles facillime.
Eorum ille opera ne domum quidem habuit conductitiam:
Saltem vt esset quò referret obitum domini seruulus.

Hæc carmina sunt vitiata & mutilæ.

Scripsit comœdias sex, ex quibus primam Andriam cum ædilibus daret, iussus antè Cerio recitare, ad cœnantem cum venisset, dictus est, initium quidem fabulæ, quòd erat contemptiore vestitu, subsellio iuxta lectulum residens legisse: post paucos verò versus inuitatus vt accumberet, cœnasse vnà, deinde cętera percurrisse non sine magna Cerij admiratione. & hanc autem, & quinque reliquas æqualiter populo probauit. Quanuis Volcatius de enumeratione omnium ita scribat, Sumetur Hecyra sexta ex his fabula.

Eunuchus quidem bis acta est: meruitque pretium quantum nulla antea cuiusquam comœdia, id est octo millia nummûm. propterea summa quoque titulo ascribitur. Nam Adelphorum principium Varro etiam præfert principio Menandri. Non obscura fama est adiutum Terentium in scriptis à Lælio & Scipione, quibuscum familiariter vixit. Eandem ipse auxit: nunquam enim nisi leuiter se tutari conatur, vt in prologo Adelphorum,

Nam quod isti dicunt maleuoli, homines nobiles
Hunc adiutare, assiduéque vnà scribere:
Quod illi maledictum vehemens existimant,
Eam laudem hic ducit maximam: cum illis placet,
Qui vobis vniuersis, & populo placent:
Quorum opera in bello, in otio, in negotio,
Suo quisque tempore vsus est sine superbia.

Videtur autem se leuius defendisse, quia sciebat Lælio & Scipioni non ingratam esse hanc opinionem, quæ tamen magis & vsque ad posteriora tempora valuit.

Qu. Memmius in oratione pro se ait: P. Africanus, qui à Terentio personam mutuatus, quæ domi luserat ipse, nomine illius in scenam detulit. Nepos authore certo comperisse se ait, C. Lælium quondam in Puteolano Cal. Martiis admonitum ab vxore, temporius vt discumberet, petiisse ab ea ne interpellaretur: serius tandem ingressum triclinium dixisse, non sæpe in scribendo magis succesisse sibi: deinde rogatum vt scripta illa proferret, pro-

nuntiasse versus qui sunt in Heautontimorumeno,

Satis pol proterue me Syri promissa huc induxerunt.

Santra Terentium existimat, si modo in scribendo adiutoribus indiguerit, non tam Scipione & Lælio vti potuisse, qui tunc adolescentuli fuere: quàm Sulpitio Gallo homine docto, & qui consularibus ludis initium fecerit fabularum dandarum: vel Qu. Fabio Labeone, & M. Popilio, consulari vtroque, ac Poëta. Ideo ipsum non iuuenes designasse, qui se adiuuisse dicerentur: sed viros, quorum operam, & in bello, & in otio, & in negotio populus sit expertus. Post editas comœdias nondum quintum atque trigesimum egressus annum, causa euitandæ opinionis, quia videbatur aliena pro suis edere: seu percipiendi Græcorum instituta moresque, quos perinde exprimeret in scriptis, egressus vrbem est, neque amplius rediit. de morte eius Volcatius tradit,

Sed vt Afer sex populo edidit comœdias,
Iter hinc in Asiam fecit: nauim cum semel
Conscendit, visus nunquam est. sic vita vacat.

Qu. Consetius redeuntem è Græcia periisse in mari dicit cum centum & octo fabulis conuersis à Menandro. Cæteri mortuum esse in Arcadiæ Stimphalo, siue Leucadia tradunt, Cn. Cornelio Dolabella, M. Fuluio nobiliore Coss. morbo implicitum acri, dolore ac tædio amissarum satyrarum, quas in naui præmiserat, ac simul fabularum quas nouas fecerat. Fuisse dicitur mediocri statura, gracili corpore, colore fusco. reliquit filiam, quæ equiti Romano nupsit. Item hortulos xx. iugerum, via Appia ad Martis villam: quo magis miror Porcium scribere, *---nihil Publius*

Scipio profuit, nihil ei Lælius, nihil Furius,
Tres per idem tempus qui agitabant nobiles facillime,
Eorum ille opera ne domum quidem habuit conductitiam:
Saltem vt esset, quò referret obitum domini seruulus.

Hunc Afranius quidem omnibus comicis præfert, scribens in compitalibus, Terentio non similem dices quempiam.

Volcatius autem non solum Næuio, & Plauto, & Cecilio: sed Licinio quoque postponit. Cicero, in limone hactenus laudat,

Tu quoque qui solus lecto sermone Terenti
Conuersum, expreßúmque Latina voce Menandrum
In medio populi sedatis vocibus effers,
Quicquid come loquens, ac omnia dulcia dicens.

Item C. CAESAR.

Tu quoque tu in summis, ô dimidiate Menander,
Poneris, & merito, puri sermonis amator,
Lenibus atque vtinam scriptis adiuncta foret vis
Comica, vt æquato virtus polleret honore
Cum Græcis, neque in hac despectus parte iaceres,
Vnum hoc maceror, & doleo tibi deesse Terenti.

Hæc Suetonius Tranquillus. Nam duos Terentios Poëtas fuisse scribit Metius, quorum alter Fregellanus fuerit Terentius Libo, alter libertinus Terentius Afer patria, de quo nunc loquimur. Scipionis fabulas edidisse Terentium Valgius in Acteone ait,

Credo, aut simile verbum deest. Fortè consulius.

Hæ quæ vocantur fabulæ, cuius sunt?
*Non has qui iura populis * recensentibus dabat,*

Honore

Honore ſummo affectus fecit fabulas?

Duæ ab Apollodoro tranſlatæ eſſe dicuntur comico, Phormio & Hecyra: quatuor reliquæ à Menandro. ex quibus magno ſucceſſu & precio ſtetit Eunuchus fabula: Hecyra ſæpe excluſa, vix acta eſt.

ANDRIA TERENTII

FABVLÆ INTERLOCVTORES.

SIMO	*Senex.*
PAMPHILVS	*Adoleſcens.*
DAVVS	*Seruus.*
DROMO	*Lorarius.*
SOSIA	*Libertus.*
CHARINVS	*Adoleſcens.*
BIRRIA	*Seruus.*
CRITO	*Hoſpes.*
CHREMES	*Senex.*
GLYCERIVM	*Meretrix.*
MYSIS	*Ancilla.*
LESBIA	*Obſtetrix.*

ACTA LVDIS MEGALENSIB. M. FVLVIO, ET M. GLABRIONE ÆDILIB. CVRVLIB. EGERVNT L. AMBIVIVS TVRPIO, L. ATTILIVS PRÆNESTINVS. MODOS FECIT FLACCVS. CLAVDI FILIVS, TIBIIS PARIB. DEXTRIS. ET SINISTRIS. ET EST TOTA GRÆCA, EDITA M. MARCELLO, CN. SVLPITIO COSS.

PROLOGVS.

POETA cum primùm animum ad ſcribendum appulit,
Id ſibi negoci credidit ſolùm dari,
Populo vt placerent, quas feciſſet fabulas.
Verùm aliter euenire multò intelligit.
Nam in prologis ſcribundis operam [1] *abutitur:*
Non qui argumentum narret, ſed qui maleuoli
Veteris poëtæ maledictis reſpondeat.
Nunc, quam rem vitio dent, quæſo animum aduortite.
Menander fecit Andriam, & Perinthiam.
Qui vtramuis rectè norit, ambas nouerit.
Non ita [2] *diſſimili ſunt argumento: ſed tamen*
Diſſimili oratione ſunt factæ, ac ſtilo.
Quæ conuenere, in Andriam ex Perinthia
Fatetur tranſtuliſſe, atque vſum pro ſuis.
[3] *Id iſti vituperant factum, atque in eo diſputãt,*
Contaminari non decere fabulas.
Faciunt næ intelligendo, vt nihil intelligant.
Qui cum hunc accuſant, Nauium, Plautum, Enzium
Accuſant, quos hic noſter auctores habet:
Quorum æmulari exoptat negligentiam
Potius, quàm iſtorum obſcuram diligentiam.
Dehinc, vt quieſcant porrò, moneo, & deſinant
Maledicere, malefacta ne noſcant ſua.
Fauete, adeſte æquo animo, & rem cognoſcite,
Vt pernoſcatis, ecquid ſpei ſit reliquum:
Poſthac quas faciet de integro comœdias,
Spectandæ, an exigendæ ſint vobis prius.

1 Operam legit Diom. 2 diſſimile. G.F. in act. 4. 2. ſc. 3 Iſti id. An. G. & M.M.

ACTVS PRIMI, SCENA I.

SIMO, SOSIA.

VOs iſtæc intrò auferte: abite. Soſia
Adeſdum: paucis te volo. SO. dictum puta:
Nempe vt curentur rectè hæc. SI. immò aliud.
SO. quid eſt,
Quod tibi mea ars efficere hoc poſſit amplius?
SI. Nihil iſtac opus eſt arte ad hanc rem, quam paro:
Sed his, quas ſemper in te intellexi ſitas,
Fide & taciturnitate. SO. expecto, quid velis.
SI. Ego poſtquam te emi à paruulo, vt ſemper tibi
Apud me iuſta, & clemens fuerit ſeruitus,
Sciſ. feci, ex ſeruo vt eſſes libertus mihi,
Propterea quòd ſeruiebas liberaliter.
Quod habui ſummum pretium, perſolui tibi.
SO. In memoria habeo. SI. haud muto factum.

SO. *gaudeo,*
Si tibi quid feci, aut facio, quod placeat, Simo, &
Id gratum fuisse aduorsum te, habeo gratiam.
Sed mihi hoc molestum'st: nam istæc commemoratio,
Quasi exprobratio'st, immemoris beneficii.
Quin tu vno verbo dic, quid est, quod me velis.
SI. *Ita faciam. hoc primũ in hac re prædico tibi:*
Quas credis esse has, non sunt veræ nuptiæ.
SO. *Cur simulas igitur?* SI. *rem omnem à principio audies:*
Eo pacto & gnati vitam, & consilium meum
Cognosces: & quid facere in hac re velim.
Nam is postquam excessit ex ephebis, Sosia,
Liberius vinendi fuit potestas: nam antea
Qui scire posses, aut ingenium noscere,
Dum ætas, metus, magister prohibebant? SO. *ita'st.*
SI. *Quod plerique omnes faciunt adolescentuli,*
Vt animum ad aliquod studium adiungant, aut equos
Alere, aut canes ad venandum, aut ad philosophos:
Horum ille nihil egregiè, præter cætera,
Studebat, & tamen omnia hæc mediocriter.
Gaudebam. SO. *non iniuria: nam id arbitror*
Apprimè in vita esse vtile, vt NE QVID NIMIS.
SI. *Sic vita erat: facilè omneis perferre, ac pati,*
Cum quibus erat cunque vnà: his sese dedere:
Eorum obsequi studiis: aduorsus memini:
Nunquam præponens se illis: ita, vt facillimè
Sine inuidia inuenias laudẽ, & amicos pares.
SO. *Sapienter vitam instituit: namque hoc tempore,*
Obsequium amicos, veritas odium parit.
SI. *Interea mulier quædam ab hinc triennium*
Ex Andro commigrauit huc 4 vicinia,
Inopia, & cognatorum negligentia
Coacta, egregia forma, atque ætate integra.
SO. *Heu vereor, ne quid Andria apportet mali.*
SI. *Primum, hæc publicè vitã, parcè, ac duriter*
Agebat, lana, ac tela victum quæritans.
Sed postquam amans accessit, pretium pollicens,
Vnus, & item alter, (ita vt ingenium'st omnium
Hominum ab labore procliue ad lubidinem)
Accepit conditionem: dein quæstum occipit.
Qui tum illam amabant, fortè (ita vt fit) filium
Perduxere illuc secum, vt vnà esset, meum.
Egomet continuò mecum: Certè captus est:
Habet. obseruabam mane illorum seruolos
Venientes, aut abeuntes: rogitabam, heus puer,
Dic sodes, quis heri Chrysidẽ habuit? nã Andriæ
Illi id erat nomen. SO. *Teneo.* SI. *Phædrum, aut Cliniam*
Dicebant, aut Niceratum (nam hi tres tũ simul
Amabãt.) eho, quid Păphilus? quid? 1 *symbolum*
Dedit, cœnauit. Gaudebam. item alio die
Quærebam: conperiebam nihil ad Pamphilum
Quidquam attinere. enimuero spectatum satis
Putabam, & magnum exemplum continentiæ:
Nam qui cum ingeniis 2 conflictatur eiusmodi,
Neque commouetur animus in ea re tamen,
Scias posse habere iam ipsum suæ vitæ modum.
Cùm id mihi placebat, tũ vno ore omnes omnia
Bona dicere, & laudare fortunas meas,
Qui gnatum haberem tali ingenio præditum.
Quid verbis opus est? hac fama impulsus Cremes,
Vltrò ad me venit, vnicam gnatam suam,
Cum dote summa, filio vxorem vt daret.
Placuit: despondi: hic nuptiis dictu'st dies.
SO. *Quid igitur obstat, cur non veræ fiant?* SI. *audies:*
Ferè in diebus paucis, quibus hæc acta sunt,
Chrysis vicina hæc moritur. SO. *ô factum bene:*
Beasti, 3 metui à Chrysíde. SI. *ibi tum filius*
Cum illis, qui 4 amabant Chrysidem, vnà aderat frequens:
Curabat vnà funus: tristis interim,
Nonnunquã conlacrumabat. placuit tũ id mihi.
Sic cogitabam: 5 hic paruæ consuetudinis
Causa, mortem huius tam fert familiariter:
Quid, si ipse amasset? quid hic mihi faciet patri?
Hæc ego putabam esse omnia humani ingenij
Mansuetique animi officia: quid multis moror?
Egomet quoque eius causa in funus prodeo:
Nihil suspicans etiam mali. So. Hem, quid est? SI. *scies.*
Effertur: imus. interea inter mulieres,
Quæ ibi aderant, fortè vnam aspicio adolescentulam,
Forma. SO. bona fortasse: SI. & vultu, Sosia,
Adeò modesto, adeò venusto, vt nihil supra.
Quia tum mihi lamentari præter cæteras
Visa'st, & quia erat forma præter cæteras
Honesta & liberali, accedo ad pedissequas:
Quæ sit, rogo: sororem esse aiunt Chrysidis.
Percussit illico animum. at at, hoc illud est:
Hinc illæ lacrumæ, hæc illa'st misericordia.
SO. Quàm timeo, quorsum euadas. SI. *funus interim*
Procedit: sequimur: ad sepulchrum venimus:
In ignem imposita'st: fletur. Interea hæc soror,
Quam dixi, ad flammam accessit imprudentius,
Satis cum periclo. ibi tum exanimatus Păphilus
Benè dissimulatum amorem, & celatum indicat:
Accurrit: mediam mulierem complectitur:
Mea Glycerium, inquit, quid agis? cur te is perditum?
Tum illa, Vt consuetum facile amorem cerneres,

1 Cum quibus erat cunque vnà M.M. & I.Vr.
2 Antiq. aliis. F.F. & I.R. 3 ita facillimè. F.F. & G.L. Probat. ita vt: G.F. 4 al. huic vicinię, Ael. Don. Non. Prisc. Charis.
5 Primò. Pris. lib. 15. Ser. Hin. 8. æn.

1 *symbolam.* M.M. & G.F. è Palat. Plau. modò mas. modò fœm. vtitur. Vulgus Neutro. G.F.
2 Conflictat. vt & Phor. 3. 2. An. G.
3 heu merui. EE. è Pris. lib. 8. & Ven.
4 amarant. MM. 5 hem. hic. F.F. è Ven. vet.

Reiecit

Reiecit se in eum flens, quàm familiariter.
SO. *Quid ais?* SI. *redeo inde iratus, atque ægrè ferens:*
Nec satis ad obiurgandum causæ. diceret,
Quid feci? quid commerui, aut peccaui pater?
Quæ sese in ignem inicere voluit, prohibui.
Seruaui. honesta oratio'st. SO. *rectè putas:*
Nam si illum obiurges, vitæ qui auxilium tulit,
Quid facias illi, qui dederit damnũ aut malum?
SI. *Venit Chremes postridie ad me, clamitans,*
Indignum facinus comperisse, Pamphilũm
Pro vxore habere hanc peregrinam. ego illud sedulo
Negare factum. ille instat factum. denique
Ita tum discedo ab illo, vt qui se filiam
Neget daturum. SO. *non tu ibi gnatum?* SI. *ne hæc quidem*
Satis vehemens causa ad obiurgandum. SO. *quî, cedo.*
SI. *Tute ipse his rebus finem præscripsti pater:*
Propè adest, cum alieno more viuendum'st mihi:
Sine nunc meo me viuere interea modo.
SO. *Quis igitur relictus est obiurgandi locus?*
SI. *Si propter amorem vxorem nolit ducere,*
Ea primum ab illo animaduertenda iniuria'st.
Et nunc id operam do, vt per falsas nuptias
Vera obiurgandi causa sit, si deneget:
Simul sceleratus Dauos, si quid consilij
Habet, vt consumat nunc, cùm nihil obsint doli:
Quem ego credo manib. pedibúsque, obnixe omnia
Facturum, magis id adeò, mihi vt incommodet,
Quàm vt obsequatur gnato. SO. *quapropter?* SI. *rogas?*
Mala mens, malus animus. quem quidem ego si sensero.
Sed quid opu'st verbis? [1] *sin eueniat quod volo,*
In Pamphilo vt nihil sit mora: restat Chremes,
[2] *Qui mihi exorandus est: & spero confore.*
Nunc tuum est officium, has benè vt assimules nuptias:
Perterrefacias Dauom: obserues filium,
Quid agat, quid cum illo consilij captet. SO. *sat est:*
Curabo: eamus iam nunc intro. SI. *i præsequar.*

ACTVS PRIMI, SCENA II.

SIMO, DAVVS.

Non dubium'st, quin vxorem nolit filius:
Ita Dauom modo timere sensi, vbi nuptias
Futuras esse audiuit. sed ipse exit foras.
D. *Mirabar, hoc si sic abiret: & heri semper lenitas,*
Verebar, quorsum euaderet.
Qui postquam audierat, non datum iri filio vxorem suo:
Nunquam cuiquam nostrum verbum fecit, neq; id ægrè tulit.

1 Vulgò: sine vt. 2 Al. Qui mihi expurgandus est: pro, cui excusandus. Nam Qui, veteres pro cui, dixere. Interp.

S. *At nunc faciet, neque vt opinor, sine tuo magno malo.*
D. *Id voluit, nos sic nec opinanteis duci falso gaudio,*
Speranteis iam amoto metu, [1] *interea oscitanteis opprimi,*
[2] *Ne esset spatium cogitandi ad disturbandas nuptias:*
Astutè. S. carnufex quæ loquitur? D. herus est, neque [3] *prænideram.*
S. Daue. D. hẽ, quid est? S. ehodum ad me. D. quid hic volt? S. quid ais? D. qua de re? S. rogas?
Meum gnatum rumor est amare. D. id populus curat scilicet.
S. Hoccine agis, an non? D. ego verò istuc. S. sed nunc ea me exquirere,
Iniqui patris est. nam, quod ant ehac fecit, nihil ad me attinet:
Dum tempus ad eam rem tulit, siui, animum vt expleret suum:
Nunc hæc dies aliam vitam adfert, alios mores postulat:
Dehinc postulo, siue æquom'st, te oro Daue, vt rideat iam in viam.
D. [4] *Hoc quid sit. S. omnes qui amãt, grauiter sibi dari vxorem ferunt.*
D. Ita aiunt. S. tum si quis magistrum cepit ad eam rem improbum,
Ipsum animum ægrotum ad deteriorem partem plerunque applicat.
D. Non hercle intelligo. S. Non? hem. D. non: Dauos sum, non Oedipus.
S. Nempe ergo aperte vis, quæ restant, me loqui.
D. sanè quidem.
S. Si sensero, hodie quicquam in his te nuptiis
Fallacia conari, quò fiant minus,
Aut velle in ea re ostendere, quàm sis callidus:
Verberibus cæsum te in pistrinum, Daue, dedam vsque ad necem:
Ea lege atque omine, vt, si te inde exemerim, ego pro te molam.
Quid hoc? intellextin? an nondum etiam ne hoc quidem? D. immo callide.
Ita apertè ipsam rem modò locutus: nihil circuitione vsus es.
S. Vbiuis facilius passus sim, quàm in hac re, me deludier.
D. Bona verba quæso. S. irrides? nihil me fallis. sed dico tibi,
Ne temerè facias: neque tu haud dicas tibi non prædictum, caue.

ACTVS PRIMI, SCENA III.

DAVVS.

Enimuero Daue, nihil loci'st segnitiæ, neq; socordiæ,

1 inter. F.F. è Vin. inter obscitantes. G.L.
2 Vt ne F.F. 3 Prouideram. G.E. è Pal. & Horat. 1. epi. 7. & Plauto Asin. & Gab. F.
4 Don. Hoc quid sit? i. quæris.

Quantum intellexi modò senis sententiam de nuptijs,
Quæ si non astu prouidentur, me aut herum pessundabunt.
Nec, quid agam, certum'st: Pamphilúm ne adiutem, an auscultem seni.
Si illum relinquo, eius vitæ timeo: sin opitulor, huius minas:
Cui verba dare difficile'st: primùm iam de amore hoc comperit:
Me infensus seruat, ne quamfaciam in nuptiis fallaciam.
Si senserit, perij: aut, si lubitum fuerit, causam ceperit:
Quo iure, quâque iniuria, præcipitem me in pistrinum dabit.
Ad hæc mala hoc mihi accedit etiã: hæc Andria,
Siue ista vxor, siue amica'st, grauida è Păphilo'st:
Audiréque eorum est operæ pretium audaciam.
(Nam inceptio'st amentium, haud amantium)
Quidquid peperisset, decreuerunt tollere.
Et fingunt quandam inter se nunc fallaciam,
Ciuem Atticam esse hanc: fuit olim quidã senex
Mercator: nauem is fregit apud Andrum insulam:
Is obijt mortem: ibi tum hanc eiectam. Chrysidis
Patrem recepisse orbam, paruam, fabulæ.
Mihi quidem hercle non sit verisimile: atqui ipsis commentum placet.
Sed Mysis ab ea egreditur. at ego hinc me ad forum, vt
Conueniam Pamphilum, ne de hac re pater imprudentem opprimat.

ACTVS PRIMI, SCENA IV.
MYSIS.

AVdiui Archillis, iamdudum Lesbiam adduci iubes.
Sanè pol illa temulenta'st mulier, & temeraria.
Nec satis digna, cui committas primo partu mulierem.
Tamen eam adducam. Importunitatem spectate anicula,
Quia compotrix eius est. Dij date facultatem, obsecro,
Huic pariundi, atque illi in aliis potius peccandi locum.
Sed quidnam Pamphilum exanimatum video? vereor, quid siet.
Opperiar, vt sciam, [1]nunquidnam hæc turba tristitiæ adferat.

ACTVS PRIMI, SCENA V.
PAMPHILVS, MYSIS.

[2]Hoccine'st humanum factũ, aut inceptum? hoccine est officium patris?

1 Vt sciam nunc, quidnam. Gab.F.Don.Numquidnam, ait, comicum est & Terentianum.
2 Hoccine Gab.F. semper.

[1]Quid illud est? P. prò deûm, atque hominum fidẽ, quid est? si hæc non contumeliâ'st?
Vxorem[2] decrêrat dare sese mihi hodie: nónne oportuit
Præscisse me ante? nónne prius communicatum oportuit?
M. *Miseram me, quod verbum audio?*
P. *Quid Chremes? qui denegârat se commissurũ mihi*
Gnatam suam vxorem: id mutauit, quia me immutatum videt.
Ità ne obstinate operam dat, vt me à Glycerio miserum abstrahat?
Quod si fit, pereo funditus.
Adeon' hominem esse inuenustum, aut infelicem quenquam, vt ego sum?
[3] Prò deûm, atque hominum fidem!
Nullon' ego Chremetis pacto adsimitatem effugere potero?
Quot modis contemptus, spretus? facta, transacta omnia. hem
Repudiatus repetor. quamobrem? nisi si id est, quod suspicor:
Aliquid monstri alunt. ea quoniam nemini obtrudi potest,
Itur ad me. M. *oratio hæc me miseram exanimauit metu.*
P. *Nam quid ego dicam de patre? ah*
Tantámne rem tam negligenter agere? prætereuntem modò
Mihi apud forum, vxor tibi ducenda'st, Pamphile, hodie, inquit: para:
Abi domũ. id mihi visu'st dicere, abi citò, & suspende te.
Obstupui. cẽsen' vllũ me verbũ potuisse proloqui?
Aut vllam causam, ineptã saltem, falsam, iniquam? obmutui.
Quod si ego rescissem id prius, quid facerẽ, si quis nunc me roget:
Aliquid facerem, vt hoc ne facerem: sed nunc quid primum exequar?
Tot me impediunt curæ, quæ meum animum[4] diuorsè trahunt:
Amor, misericordia huius, nuptiarum solicitatio,
Tum patris pudor, qui me tam leni passus est animo vsque adhuc,
Quæ meo cunque animo lubitum'st, facere. eine ego vt aduorser? hei mihi,
Incertum'st, quid agam. M. *misera, timeo hoc incertum quorsum accidat.*
Sed nunc peropu'st, aut hunc cum ipsa, aut me aliquid de illa aduorsum hunc loqui.
Dum in dubio'st animus, paulo momento huc [5] illuc impellitur.
P. *Quis hic loquitur? Mysis, salue.* M. *ô salue Pă-*
phile.

1 M M hos versus aliter concinnauit: & laudat Gab.F. 2 decreuit M M. & Faer.
3 hos versus aliter M.M. Et omittit, Fidem.
4 diuorsæ Gab F. 5 huc vel illuc Gab.F. & Don Absque disiungendi particula sensus est acrior. G.F.

*phile.*P.*quid agit?* M.*rogas?*
Laborat è dolore, atque ex hoc misera 1 *solicita'st, diem*
Quia olim in hunc sunt constitutæ nuptiæ: tum autem hoc timet,
*Ne deseras se.*P.*hem, egone istuc conari queam?*
Ego propter me illam decipi miseram sinam?
Quæ mihi suum animum, atque omnem vitam credidit.
Quam ego animo egregiè caram pro vxore habuerim:
Bene & pudicè eius doctum, atque eductum, si-nam,
Coactum egestate ingenium immutarier?
Non faciam. M.*haud vereor, si in te solo sit situm:*
Sed vim vt queas ferre. P. *adeon' me ignauum putas?*
Adeon' porro ingratum, aut inhumanum, aut ferum,
Vt neque me consuetudo, neque amor, neq; pudor
Commoueat, neque commoneat, vt seruem fidem?
M.*Vnum hoc scio, hanc meritam esse, vt memor esses sui.*
P.*Memor essem? ô Mysis Mysis, etiam nunc mihi*
Scripta illa dicta sunt in animo, Chrysidis
De Glycerio. iam fermè moriens me vocat:
Accessi: vos semotæ: nos soli. incipit:
Mi Pamphile, huius formã, atque ætatem vides:
Nec clam te'st, quàm illi vtræq; 2 res nunc vtiles
Et ad pudicitiam, & ad tutandam rem sient.
Quod ego per hanc te dextram oro, & genium tuum,
Per tuam fidem, pérque huius solitudinem
Te obtestor, ne abs te hanc segreges, neu deseras:
Si te in germani fratris dilexi loco,
Siue hæc te solum semper fecit 3 maxumi:
Seu tibi morigera fuit in rebus omnibus.
Te illi virum do, amicum, tutorem, patrem:
Bona nostra hæc tibi cõmitto, & tuæ mãdo fidei.
Hanc 4 in manum dat: mors continuo ipsam occupat,
Accipi: acceptam seruabo. M.*ita spero quidem.*
P.*Sed cur tu abis ab illa?* M. *obstetricem accerso.* P. *propera: atque audin'?*
6 Verbum vnum: caue de nuptiis: ne ad morbum hoc etiam. M. *teneo.*

ACTVS SECVNDI SCENA PRIMA.

CHARINVS, BIRRIA, PAMPHILVS.

C. *QVid ais Birria? datúrne illa Pamphilo hodie nuptum?* B. *sic est.*

1 solicita est die G.F.è Pal. & addit: diem quia &c. est magis poëticum. 2 res inutiles. M.M. illi nunc vtræque inutiles. Gab. F. 3 Maximum. G. F. è perantiquis: & manuf. Pris. 4 Hanc mihi in Gab. F. & An. G. 5 Sed cur tu ab illa. comica brevitas. F F

6 Verbum vnum caue. alij.

C. *Qui scis?* B. *apud forum modo* 1 *è Dauo audiui.* C. *væ misero mihi,*
Vt animus in spe atque in timore vsque antehac attentus fuit,
Ita, postquam adempta spes est, lassus, cura confectus, stupet.
Quæso edepol, Charine, quoniam non potest id fieri, quod vis,
Id velis, quod possit. C. 2 *nihil volo aliud, nisi Philumenam.* B. *Ah quanto satius est,*
Te id dare operam, qui istum amorem ex animo dimoueas tuo,
Quam id loqui, quò magis lubido frustra incendatur tua.
C. *Facile omnes, cùm valemus, recta consilia ægrotis damus,*
Tu si hic sis, aliter sentias. B. *age age, vt lubet.* C. *sed Pamphilum*
Video. omnia experiri certu'st prius, quàm pereo.
B. *quid hic agit?*
C. *Ipsum hunc orabo: huic supplicabo: amorem huic narrabo meum:*
Credo, impetrabo, vt aliquot saltem nuptiis 3 prodat dies.
Interea fiet aliquid, spero. B. *id aliquid nihil est.*
C. *Birria,*
Quid tibi videtur? adeon' ad eum? B. 4 *quid? nisi nihil impetres,*
Vt te arbitretur sibi paratum mœchum, si illam duxerit?
C. 5 *Abi hinc in malam* 6 *rem cum suspicione* 7 *istac, scelus.*
P. *Charinum video. salue.* C. *ô salue, Pamphile,*
Ad te 8 *aduenio, spem, salutem, auxilium, consilium expetens.*
P. *Neque pol consilij locum habeo, neque auxilij copiam.*
Sed istuc quidnam'st? C. *hodie vxorem ducis?* P. *aiunt.* C. *Pamphile,*
Si id facis, hodie postremùm me vides. P. *quid ita?*
C. *hei mihi!*
Vereor dicere: huic dic quæso Birria. B. *ego dicam.*
P. *quid est?*
B. *Sponsam hic tuam amat.* P. *næ iste haud mecum sentit. ehodum dic mihi,*
Nunquidnam amplius tibi cum illa fuit, Charine? C. *ah Pamphile,*
Nihil. P. *quàm vellem.* C. *nunc te per amicitiam, & per amorem obsecro,*
Principiò, vt ne ducas. P. *dabo equidem operam.*
C. *sed si id non* 9 *potes,*
Aut tibi nuptiæ hæ sunt cordi. P. *cordi?* C. *saltem aliquot dies*
Profer, dum proficiscor aliquò, ne videam. P. *au-*

1 al. à Dauo. al. de Dauo. M.M. Gab. F. T.R.
2 al. nihil aliud, nisi Philumenam, volo. 3 Ita Don. al. protrahat. 4 Quid ni? si. M.M. & Gab. F. Quid? nisi. G.F.è Palat. 5 crucem alij, 6 Abin' hinc. Gab F. Abi hinc: absque elisione: & 7 suspicione, secunda syll. longa. 8 Ita Riuius è man. & Pris. lib. 17. Alij venio. 9 Interp. potest. s. fieri.

di nunc iam:
Ego, Charine, neutiquam officium 1 *esse liberi puto,*
Cum is nihil promereat, postulare, id gratiæ adponi sibi.
Nuptias effugere ego istas malo, quam tu adipiscier.
C. *Reddidisti animum.* P. *nunc siquid potes aut tu, aut hic Birria,*
Facite fingite, inuenite, efficite, qui detur tibi.
Ego id agam, mihi qui ne detur. C. *sat habeo.* P. *Dauum optumè*
Videò: 2 *cuius consilio fretus sum.* C. *at tu hercle haud quicquam mihi,*
Nisi ea, quæ nihil opus sunt 3 *scire. fugin' hinc.*
B. *ego vero ac lubens.*

ACTVS SECVNDI SCENA II. DAVVS, CHARINVS, PAMPHILVS.

DII boni, boni quid porto! sed vbi inueniam Pamphilum,
Vt metum, in quo nunc est, adimam, atque expleam animum gaudio?
C. *Latus est, nescio quid.* P. *nihil est. nondum hæc resciuit mala.*
D. *Quem ego nunc credo, si iam audierit sibi paratas nuptias.*
C. *Audin' tu illum?* D. *toto me oppido exanimatum quærere.*
Sed vbi quæram? aut quò nunc primum intendam? C. *cessas alloqui.*
D. 4 *Abeo.* P. *Daue: ades. resiste.* D. *quis homo'st, qui me? ô Pamphile,*
Te ipsum quæro, euge ô Charine: ambo opportunè: vos volo.
P. 5 *Daue, perij.* D. *quin tu hoc audi.* P. *interij.* D. *quid timeas, scio.*
C. *Mea quidem hercle* 6 *certè in dubio vita'st.*
D. *& quid tu scio.*
P. *Nuptiæ mihi.* D. 7 *& id scio.* P. *hodie.* D. *obtundis, tametsi intelligo.*
Id paues, ne ducas tu illam, tu autem, vt ducas. C. *rem tenes.*
P. *Istuc ipsum.* D. *atque istuc ipsum, nihil periculi'st: me vide.*
P. *Obsecro te, quamprimum hoc me libera miserum metu.* D. *hem,*
Libero: vxorem tibi iam non dat Chremes. P. *quî scis?* D. *scio.*
Tuus pater modò me 8 *prehendit: ait, tibi vxorem dare se*
Hodie: item alia multa, quæ nunc non est narrandi locus.

Continuò ad te properans percurro ad forum, vt dicam tibi hæc.
Vbi te non inuenio, ibi ascendo in quendam excelsum locum.
Circunspicio, nusquam. fortè ibi huius video Birriam:
Rogo: negat vidisse. mihi molestum. quid agam, cogito.
Redeunti interea ex ipsa re mihi incidit 1 *suspicio: hem,*
Paululum obsoni, ipsus tristis, de improuiso nuptiæ?
C. *Non cohærent.* P. *quorsumnám istuc?* D. 2 *ego met continuo ad Chremem,*
Cùm illò aduenio, solitudo ante ostium: iam id gaudeo.
C. 3 *Rectè dicis.* P. *perge.* D. *maneo: interea introire neminem*
Video, exire neminem, matronam nullam in ædibus
4 *Nihil ornati, nihil tumulti, accessi,* 5 *introò aspexi.* P. *scio.*
Magnum signum. D *num videntur conuenire hæc nuptiis?*
P. *Non, opinor, Daue.* D. *opinor, narras? non rectè accipis.*
Certares est. etiam puerum inde abiens conueni
6 *Chremi,*
Olera, & pisciculos minutos ferre obolo in cœnam seni.
C. *Liberatus sum, Daue, hodie tua opera.* D. *at nullius quidem.*
C. *Quid ita? nempe huic prorsus illam non dat.*
D. *ridiculum caput.*
Quasi necesse sit si huic non dat, te illam vxorem ducere,
Nisi vides, nisi senis amicos oras, ambis. C. *bene mones.*
Ibo: etsi hercle sæpe iam me spes hæc frustrata'st vale.
P. 7 *Quid igitur sibi volt pater? cur simulat?* D. *ego dicam tibi,*
Si id succenseat nunc, quia non det tibi vxorem Chremes,
Ipsus sibi esse iniurius videatur: neque id iniuria.
Prius, quàm tuum, vt sese habeat, animum ad nuptias perspexerit.
Sed si tu negaris ducere, ibi culpam in te transferet:
Tum illæ turbæ fient. P. 8 *quid vis, patiar?* D. *pater est, Pamphile.*
Difficile'st. tum hæc sola'st mulier. dictum ac factum inuenerit.

1 liberi esse hominis. Faër.
2 huius. vt sit troch. FF. 3 Sciri. Fr. F.
4 Don. ait, legi &: Habeo. vt sit deliberationis cõclusio. Et antiquis, Habeo, etiã sine adspiratione aliquãdo scriptũ est. In ff. &c. 5 Charini per sonam vtrobique pro Pamphili habet Faer.
6 Herclè certè Comicè, vt Phor. 1. 3. I. R. & G. F.
7 etsi scio. P. B. & G. F. è Pal. 8 Ita I. R. vt & Heaut. 3. 1. Vulgò apprehendit.

1 Quidam suspect o. FF.
1 Aliqui Egome. sed, Egomet. Prisc. li. 6.
3 Sic G. F è Pal. Alij & G. L. ita. Pam. Rectè dicis. Perge. 4 Nil ornati: nil tumulti. FF. ex ant. Prisc. libris. 5 introò aspexi. G. L. G. F. introàspexi.
6 Ita Don. sicut Vlissi. Al. Chremis. Prisc. P. V. l. 5. c. 8. Var lect. 7 M. M. & alij nonnulli: hic ponunt scenam III. Sed & Camer. coniungit. & G. F. ex man. 8 quid? vis. patiar? MM.

Aliquam

Aliquam cauſam, quamobrem eijciat oppidò. P. *eijciat?* D. *citò.*
P. *Cedò igitur, quid faciam, Daue?* D. *dic, te dicturum.* P. *hem.* D. *quid eſt?*
P. [1] *Egóne dicam?* D. *cur non?* P. *nunquàm faciã.* D. *ne nega.*
P. *Suadere noli.* D. *ex ea re quid fiat, vide.*
P. *Vt ab illa excludar,* [2] *huc concludar.* D. *nón ita'ſt.*
Nempe hoc ſic eſſe opinor dicturum patrem,
Ducas volo hodie vxorem: tu, ducam, inquies:
Cedò, quid iurgabit tecum? hic reddes omnia,
Quæ nunc ſunt certa ei conſilia, incerta vt ſient,
Sine omni periclo: nam hocce haud dubium'ſt,
quin Chremes
Tibi non det gnatam. nec tu ea cauſa [3] *minueris*
Hæc quæ facis, ne is ſuam mutet ſententiam.
Patri dic, velle: vt cum velit, tibi iure iraſci, non queat.
Nam quod tu ſperas, propulſabo facile. vxorem his moribus
Dabit nemo, inueniet inopem potius, quã te corrumpi ſinat.
Sed ſi te æquo animo ferre accipiet, negligentem feceris,
Aliam otioſus quæret: interea aliquid acciderit boni.
P. *Itan' credis?* D. *haud dubium id quidem'ſt.* P. *vide, quò inducas.* D. *quin taces.*
P. *Dicam. puerum autem ne reſciſcat mihi eſſe ex illa, cautio'ſt:*
Nam pollicitus ſum ſuſcepturũ. D. *ô facinus audax!* P. *hanc fidem*
Sibi, me obſecrauit, qui ſe ſciret non deſerturum vt darem.
D. *Curabitur. ſed pater adeſt. caue, te eſſe triſtem ſentiat.*

ACTVS SECVNDI SCENA III.

SIMON, DAVVS, PAMPHILVS.

S. *Reuiſo, quid agant, aut quid captent conſilij.*
Hic nunc non dubitat, quin te ducturum neges:
Venit meditatus alicunde ex ſolo loco,
Orationem ſperat inueniſſe ſe,
[4] *Qua differat te: proin' tu face, apud te vt ſies.*
P. *Modo vt poſſim.* D. *crede mihi hoc, inquam, Pamphile:*
Nunquam hodie tecum commutaturum patrem
Vnum eſſe verbum, ſi te dices ducere.

1 Ego dicam? M. M. An. G. & FF. vt ſint Iambici ſenarij integri.
2 Ita Don. Linacer: Hic: vel vt Riuius legit: Hac.
3 timueris. Nam 1. miſ & Hæc, pro ob hæc.
4 Qui differat. Ga. F. Don. interp. in diuerſum ferat: diſcruciet.

ACT. SECVNDI SCENA IIII.

BIRRIA, SIMO, DAVVS, PAMPHILVS.

B. *Herus me, relictis rebus, iuſſit Pamphilum*
Hodie obſeruare, vt, quid ageret de nuptijs,
Scirem. id propterea nunc huc venientem ſequor.
Ipſum adeo præſto video cum Dauo, hoc agam.
S. Vtrumque adeſſe video. D. *hem ſerua.* S. *Pamphile.*
D. *Quaſi de improuiſo reſpice ad eum.* P. [1] *ehem.*
D. *Probe.* S. *hodie vxorem ducas, vt dixi, volo.*
B. *Nunc noſtræ parti timeo, quid hic reſpondeat.*
P. *Neque iſtic, neque alibi tibi vſquam erit in me mora.* B. *hem.*
D. *Obmutuit.* B. *quid dixit?* S. *facis, vt te decet,*
Cum iſtuc, quod poſtulo, impetro cum gratia.
D. *Sum verus?* B. *herus, quantum audio, vxore excidit.*
S. *I iam nunc intro, ne in mora, cum opus ſit, ſies.*
P. *Eo.* B. *nullane in re eſſe homini cuiquam fidẽ?*
Verum illud verbum'ſt, volgo quod dici ſolet,
OMNES ſibi malle melius eſſe, quàm alteri.
Ego illam vidi virginem: forma bona
Memini videre: quò æquior ſum Pamphilo,
Si ſe illã in ſomnis, quàm illã amplecti maluit.
Renuntiabo, vt pro hoc malo mihi det malum.

ACT. SECVNDI SCENA V.

DAVVS, SIMO.

D. *Hic nunc me credit aliquam ſibi fallaciam*
Portare, & ea me hic reſtitiſſe gratia.
Quid Dauos narrat? D. *æquè quicquam nunc quidem.*
S. *Nihilne? hem.* D. *nihil prorſus.* S. *atqui expectabam quidem.*
D. *Præter ſpem euenit: ſentio: hoc malè habet virum.*
D. *Potin' es mihi verum dicere?* D. *nihil facilius.*
S. *Num illi moleſtæ quippiam hæ ſunt nuptiæ,*
Propter hoſpitæ huiuſce conſuetudinem?
D. *Nihil hercle: aut, ſi adeò: bidui eſt, aut tridui*
Hæc ſolicitudo, noſtin'? deinde deſinet:
[2] *Etenim eam ſecum rem recta* [3] *reputabit via.*
S. *Laudo.* D. *dum licitum eſt ei, dumq; ætas tulit,*
Amauit: tum id clàm: cauit ne vnquã infamiæ
Ea res ſibi eſſet, vt virum fortem decet:
Nunc vxore opus eſt: animum ad vxorẽ appulit.
S. *Subtriſtis viſu'ſt eſſe* [4] *aliquantulum mihi.*
D. *Nihil propter hanc rem: ſed eſt, quod* [5] *ſuccenſet tibi.*

1 Vulgò: hem. Ioh. R. è Man. Ehem. Priore frequentius vtitur poeta, cum ſimplicieter reſpondentẽ facit. 2 Ai. man. Etenim ipſus eam rem ſecum. G. F. 3 *al.* repurauit. G. E.
4 Priſ. lib. 18. aliquid. Et Attici, inquit, *vi* ex ſuperuacuo adiiciunt. 5 *al.* ſuccenſeat. I. R. vbi G. F. eſt quod: i. cur, quamobrem cum coniunctiuo ferè leguntur. Rarius cum indicatiuo. In Pal. eſt ſuſcenſet. In Aldin. ſubcenſet. G. F.

S. *Quidnam'st?* D. *puerile'st.* S. *quid est?* D. *nihil.* S. *quin dic quid est.*
D. *Ait, nimium parcè facere sumtum.* S. *méne?* D. *te.*
Vix, inquit, drachmis obsonatus est decem:
1 *Num filio videtur vxorem dare?*
Quem, inquit, vocabo ad cœnam meorum æqualium
Potissimum nunc: &, quod dicendum hic siet,
Tu quoque? perparcè nimium. non laudo. S. tace.
D. *Commoui. S. ego istæc rectè vt fiant, videro.*
Quidnam hoc rei'st? quidnam hic volt veterator sibi?
Nam si hic mali'st quicquam, hem illic est 3 *huic rei caput.*

ACT. TERTII SCENA I.

MYSIS, SIMO, DAVVS, LESBIA, GLYCERIVM.

M. *ITa pol quidem res est, vt dixit Lesbia:*
Fidelem haud fermè mulieri inuenias virum.
Ab Andria'st ancilla hæc. quid narras? D. *ita'st.*
M. *Sed hic Pamphilus.* S. *quid dicit?* M. *firmauit fidem.* S. *hem.*
D. *Vtinã aut hic surdus, aut hæc muta facta sit.*
M. *Nam quod peperisset, iussit tolli.* S. *ô Iuppiter!*
Quid ego audio? actum'st, siquidem hæc vera prædicat.
L. *Bonum ingenium narras adolescentis.* M. *optumum.*
Sed sequere me intrò: ne in mora illi sis. L. *sequor.*
D. *Quod remedium nunc huic malo inueniam?*
S. *quid hoc?*
Adeon' est demens, ex peregrina iam scio, ah
Vix tandem sensi stolidus. D. *quid hic sensisse ait?*
S. *Hæc primùm adfertur iã mihi ob hoc fallacia:*
Hanc simulant parere, quò Chremetem absterreant.
G. *Iuno Lucina, fer opem: serua me obsecro.*
SI. *Hui, tam cito? ridiculum. postquam ante ostium*
Me audiuit stare, adproperat. non sat commodè
Diuisa sunt tẽporibus tibi, Daue, hæc. D. *mihin'?*
SI. *Num* 4 *immemor es discipuli?* D. *ego, quid narres, nescio.*
SI. *Hiccine me si imparatum in veris nuptiis*
Adortus esset, quos mihi ludos redderet?
Nunc huius periclo fit: ego in portu nauigo.

ACT. TERTII SCENA II.

LESBIA, SIMO, DAVVS.

L. *ADhuc Archillis, quæ adsolent, quæq; oportet*
Signa ad salutem esse, omnia huic esse video.

1 Non filio. In ant. G. F. 6 Pris. 17 pernimium.
2 Huic rei. Antiqui: Seruius. Al. Huius rei de man. 1 Immemores s. sunt mulierculæ. M. M. G. F. Pal. Int.

Nunc primum fac, istæc vt lauet: post deinde,
Quod tussi ei 1 *dare biber', & quantum imperaui,*
Date: mox ego huc 2 *reuertar.*
3 *Perecastor scitus puer est natus Pamphilo.*
Deos quæso, vt sit superstes, quandoquidẽ ipse'st ingenio bono,
Cumq; huic veritus est optumæ adolescenti facere iniuriam.
SI. *Vel hoc quis non credat, qui norit te, abs te esse ortum? Da. quidnam id est?*
S. *Non imperabat coram, quid opus facto esset, puerperæ:*
Sed postquam egressa'st, illis, quæ sunt intus, clamat de via.
O Daue, itan' contemnor abs te? aut itáne tandè idoneus
Tibi videor esse, quem tam apertè fallere incipias dolis.
Saltem accuratè, vt metui videar. certè, si resciuerim.
DA. *Certè hercle nunc hic se ipsus fallit, haud ego.* SI. *edixin' tibi?*
Interminatus sum, ne faceres? num veritus? quid retulit?
Credon' 4 tibi hoc, nunc peperisse hanc è Pamphilo?
D. *Teneo, quid erret: quid ego agam, habeo.* S. *quid taces?*
DA. *Quid credas? quasi non tibi renuntiata sint hæc, sic fore.*
S. *Mihin' quisquam? Da. eho, an tute intellexti hoc adsimulari?* S. *irrideor.*
D. *renuntiatum'st: nam quî istæc tibi incidit* 5 *suspicio?*
S. *Qui? quia te* 6 *noram.* D. *quasi tu dicas, factum id consilio meo.*
S. *Certè enim scio.* D. *non satis me pernosti etiã, qualis sim, Simo.*
S. *Egóne te?* D. *sed si quid narrare occœpi, continuo dari*
Tibi verba censes. S. *falsò.* D. *itaque hercle nihil iam mutire audeo.*
S. *Hoc ego scio vnum, neminem peperisse hic.* D. *intellextin'?*
Sed nihilo secius mox deferent puerum huc ante ostium.
Id ego iam nunc tibi, here, renuntio futurum, vt sis sciens:
Ne 7 *tu hoc mihi posterius Daui factum consilio, aut dolis.*
Prorsus à me opinionem hanc tuam esse ego amotam volo.

1 Dari M.B. 2 reuertor. F.F.
3 al. Perecastor: & Percastor.
4 tibi hoc nunc, F. F. è Pris. 18.
5 Longa antepenultima est. Ita G. F. & alij: Cæteri quidem: suspectio. Qua voce vtitur Cor. Celsus lib. 2 cap. 9. & Am. Marcellinus l. R.
6 noui. F. F. è Pris. 17.
7 Ne hoc posterius dicas, Daui, &c. M. M. G. F. omittit verbum propter.

S. *Vnde*

S. *Vnde id scis?* D. *Audiui, & credo.* S. 1 *Multa cõcurrunt simul:*
Qui coniecturam hanc nunc facio. iam primùm
hæc se è Pamphilo
Grauidam dixit esse. inuentum est falsum. nunc,
postquam videt,
Nuptias domi apparari, missa'st ancilla illicò,
Obstetricem accersitum ad eam; & puerum vt
afferret simul.
D. *Hoc nisi fit, puerum vt tu videas; nihil 2 mouentur nuptiæ.*
S. *Quid ais? cùm intellexeras,*
Id consilij capere; cur non dixti extemplo Pamphilo?
D. *Quis igitur eum ab illa abstraxit; nisi ego? nam omnes nos quidem*
Scimus, quàm miserè hanc amarit. nunc sibi vxorem expetit.
Postremò id mihi da negotij. tu tamen 3 idem has nuptias
Perge facere ita, vt facis: & id spero 4 adiuturos deos.
S. *Immo abi intro. ibi me opperire, & quod parato opu'st para.*
Non impulit me, hæc nunc omnino vt crederem.
Atque haud scio, an, quæ dixit, sint vera omnia:
Sed paruipendo: illud mihi multo maximum'st,
Quod mihi pollicitu'st ipsus gnatus. nunc Chremem
Conueniam: orabo gnato vxorem: si impetro,
Quid aliàs malim, quàm hodie has fieri nuptias?
Nam gnatus quod pollicitus est, haud dubium'st mihi,
Si nolit, quin eum meritò possim cogere.
Atq; adeo in ipso tempore eccũ ipsum obuiam. 5

ACTVS TERTII SCENA III.
SIMO, CHREMES.

IVbeo Chremetem. CH. *oh, te ipsum quærebam.*
SI. *& ego te.* CH. *optatò aduenis.*
Aliquot me adiere, ex te auditum qui aiebant, hodie filiam
Meam nubere tuo gnato: id viso, túne, an illi insaniant.
S. *Ausculta 6 pauca: & quid ego te velim, & tu quod quæris, scies.*
CH. *Ausculto: loquere, quid velis.*

1 F. F. & An. G. & G 1. hęc verba omnia Dauo tribuunt: idque ex interprete, qui verba: Inuentum est falsum: scribit dici secundum id, quod senex credit. 2 morentur. An G.

3 Ita I. R ex Don. & aliis doctis. Alij omittunt: Idem. 4 I. R. è Ven. & aliis: adiutores deos. Et confert cũ illo: Nihil circuitione vsor es. &: Quid huc reditio es? &: Quid hanc rem curatio est? vocátque ἀντίμετρειαν. 5 Aliqui addunt: Chremem. alij Chremetem. Idque I R Interp. Don. legisse ostendit. Sícque etiam esse trimetrum docet Iambicum, absorpta prima syllaba, At, in fine præcedentis versus.

6 paucis M. M. & Gab. F. Don. pauca. Prisc. libro 18. Paucas: G. F. è Pal.

S. *Per ego te deos oro, & nostram amicitiam, Chreme,*
Quæ incepta à paruis cum ætate accreuit simul,
Perq; vnicam gnatam tuam, & gnatum meum, 540
Cuius tibi potestas summa seruandi datur,
Vt me adiuues in hac re, atque ita, vti nuptiæ
Fuerant futuræ, fiant. CH. *ah, ne me obsecra:*
Quasi hoc te orando à me impetrare oporteat.
Alium esse censes nunc me, atque olim, cum dabam? 545
1 *Si in rem est vtrique, vt fiant, accersi iube.*
Sed si ex ea re plus mali'st, quàm commodi
Vtrique: id oro te, 2 in commune vt consulas,
Quasi illa tua sit, Pamphilique ego sim pater.
S. *Immo ita volo, itáque postulo, vt fiat, Chreme:* 550
Neque postulem abs te, ni ipsa res moneat. CH. *quid est?*
S. *Iræ sunt inter Glycerium, & gnatum.* C. *audio.*
S. *Ita magnæ, vt sperem posse auelli.* CH. *fabulæ.*
S. *Profecto sic est.* CH. *sic hercle, vt dicam tibi.*
AMANTIVM iræ, amoris 3 integratio'st. 555
S. *Hem, id te oro, vt antè eamus, dum tempus datur,*
Dúmque eius lubido occlusa'st contumeliis,
Prius quàm harum scelera, & lacrymæ confictæ dolis
Reducant animum ægrotum ad misericordiam.
Vxorem demus, spero, consuetudine, 560
Et coniugio liberali 4 deuictum, Chreme,
Dehinc facile ex illis sese emersurum malis.
CH. *Tibi ita hoc videtur: at ego non posse arbitror,*
Neque illum hanc perpetuo habere, neque me perpeti.
S. *Qui scis ergo istuc, nisi periclum feceris?* 565
CH. *At istuc periclum in 5 filia fieri, graue'st.*
S. *Nempe incommoditas deniq; huc omnis redit.*
Si eueniat 6 quod dij prohibeant, 7 discessio.
At si corrigitur, quot commoditates, vide:
Principiò, amico filium restitueris: 570
Tibi generum firmum, & filiæ inuenies virum.
CH. 8 *Quid istuc? si ita istuc animum induxti esse vtile,*
Nolo tibi vllum commodum in me claudier:
S. *Meritò te semper 9 maximi feci, Chreme.*
CH. *Sed quid ais?* S. *quid?* CH. *qui scis, eos nunc* 575
discordare inter se?
S. *Ipsus mihi Dauos, qui intumus est eorum consiliis, dixit:*
Et is mihi suadet, nuptias quantum queam vt

1 Si in re est. I. R. è Don & Ven. & Linacro libro 2.

2 in commune consule. Int.

3 Sic I. R. & M M. & Scruius in 2. Ecl. Carisius: vt & vet. Venet. reintegratio, Alij: redintegratio.

4 deuinctum. M M Gab F.

5 In filiam: in quodam exemp. G. F.

6 Quam Don. in 12 Aen.

7 dissidium Pris. lib. 8. vel potius, discidium.

8 Quid istic? Gab. F.

9 maximum. G. F.

maturem.
Num censes faceret, filium nisi sciret eadem hæc velle?
Tute adeo iam eius audies verba, heus euocate huc Dauom.
Atque eccum video ipsum foras exire.

ACTVS TERTII SCENA IIII. DAVVS, SIMO, CHREMES.

AD te ibam. S. *Quidnam est?*
D. *Cur* 1 *vxor non accersitur? iam adueſperascit.* S. *audin' tu illum?*
Ego dudum nonnihil veritus sum, Daue, abs te, ne faceres idem,
Quod volgus seruorum solet, dolis vt me deluderes,
Propterea quòd amat filius. D. *egon istuc facerem?* S. *credidi:*
Idq; adeo metuens vos cèlaui, quod nunc dicam. D. *quid?* S. *scies:*
Nam propemodum habeo iam tibi fidem. D. *tandem cognosti, qui siem.*
S. *Non fuerant nuptiæ futuræ.* D. *quid non?* S. *sed ea gratia*
Simulaui, vos vt pertentarem. D. *quid ais?* S. *sic est res.* D. *vide,*
Nunquam istuc quiui ego intelligere. vah, consilium callidum.
C. *Hoc audi. vt hinc te intro ire iussi, opportunè hic fit mihi obuiam.*
D. *Hem númnam* 2 *perimus?* S. *narro huic, quæ tu dudum narrasti mihi.*
D. *Quidnam* 3 *audio?* S. *gnatum vt det oro, vixque id exoro.* D. *occidi.*
S. *Hem, quid dixti?* D. *optumè inquam factũ.* S. *nunc per hunc nulla'st mora.*
CH. *Domum modò ibo: vt adparentur, dicam: atque huc renuntio.*
S. *Nunc te oro, Daue, quoniam solus mihi effecisti has nuptias.*
D. *Ego verò solus.* S. *corrigere mihi gnatum porrò enitere.*
D. *Faciam hercle sedulo.* S. *potes nunc, dum animus irritatus est.*
D. *Quiescas.* S. *age igitur: vbi nunc est ipsius?* D. *mirum ni domi est.*
SI. *Ibo ad eum, atque eadem hæc, quæ tibi dixi, dicam* 4 *itidem illi.* D. *nullu' sum.*
Quid causæ'st, quin hinc in pistrinum recta proficiscar via?
Nihil est preci loci relictũ: iã perturbaui omnia:
Herum fefelli: in nuptias conieci herilem filium:
Feci hodie, vt fierent, insperante hoc, atque inuito Pamphilo.
Hæ astutias, quòd si quieſsẽ, nihil euenisset mali.
Sed eccum ipsum video. occidi.
Vtinam mihi esset aliquid hic, quò nunc me præcipitem darem.

1 Muretus omittit: vxor. Probat M. B. & Erasmus, & G. E. qui ait: additum ab interprete. Et plus dicitur dissimulando. 2 periimus. alij.
3 audiam? imitatione Menandri: τί δ' ἤκουσ' ἀκούσω; Int. 4 eadem. G. F. è Vet. & Ant. G.

ACTVS TERTII SCENA V. PAMPHILVS, DAVVS.

P. *VBi illic scelus est, qui me perdidit?* D. *peri!*
P. *atque hoc confiteor,*
1 *Iure obtigisse: quandoquidem tam iners, tam nulli consilij*
Sum. seruon' fortunas meas me commisisse futili?
Ergo pretium ob stultitiam fero: sed inultum id nunquam 2 *auferet.*
D. *Posthac incolumem sat scio fore me: hoc nunc si deuito malum.*
P. *Sed quid ego nunc dicam patri? negabon' velle me, modò*
Qui sum pollicitus ducere? qua fiducia id facere audeam?
Nec, quid me nunc faciam scio. D. 3 *nec quidem me. atque id ago sedulo.*
Dicam: aliquid iam inuenturum, vt huic malo aliquam producam moram. P. *oh.*
D. *Visus sum.* P. *ehodum bone vir: quid ais? viden' me consiliis tuis*
Miserum impeditum esse? D. *at iam expediam.* P. *expedies?* D. *certè Pamphile.*
G. *Nempe vt modo.* D. *immò melius spero.* O. *oh, tibi ego vt credam furcifer?*
Tu rem impeditam, & perditam restituas? hem quo fretus siem,
Qui me hodie ex tranquillissima re conieciſti in nuptias.
An non dixi hoc esse futurum? D. *dixti.* P. 4 *quid meritus?* D. *crucem.*
Sed sine paululum ad me vt redeam: iam aliquid dispiciam. P. *hei mihi,*
Cum non habeo spatium, vt de te sumam supplicium, vti volo!
Nanque hocce tempus, præcauere mihi me, haud te vlcisci sinit.

1 Iure mihi. Gab. Faër. 2 Al. feret. al. à me auferet. I. R. 3 nec de me equidem. M. M.
4 Sic Pris. lib. 8. Al. quid meritus es? Don. in 11. Aen. Virgil. Quid meritis? vt Plautus Aul. Quid factis? G. F. 5 Sic aliqui: vt Plautus Men. Hei mihi cum nihil est, qui illi diminuam caput. Alii, cur non habeo. I. R.

ACTVS QVARTI SCENA PRIMA. CHARINVS, PAMPHILVS, DAVVS.

C. *HOccine credibile est, aut memorabile,*
Tanta vecordia innata cuiquã vt siet,
Vt malis gaudeant, atque ex incommodis
Alterius sua vt comparent commoda? ah
Id ne est verum? immo id est genus hominum pessumum, in
Denegando modo quèis pudor paululum adest.

1 *Post vbi tempus promissa iam perfici,*
Tum coacti necessariò se aperiunt,
Et timent, & tamen res 2 *cogit denegare:*
Ibi tum eorum impudentissima oratio'st,
Quis tu es? quis mihi es? cur meam tibi? heus,
Proximus sum egomet mihi attamen vbi 3 *fides,*
Si roges, nihil pudet. hic, vbi opus est,
Non verètur: illic, vbi nihil opus est, ibi verentur.
Sed quid agam? adeámne ad eum? & cum eo
iniuriam hanc expostulem?
Ingeram mala multa: atque aliquis dicat: nihil
promoueris.
Multum: molestus certè ei fuero, atque animo
morem gessero.
P. *Charine, & me, & te imprudens, (nisi quid*
dij respiciunt) perdidi.
Itáne imprudens? tandem inuenta'st causa, sol-
uisti fidem.
P. *Quid tandem?* C. *etiam nunc me* 4 *subducere*
istis dictis postulas?
P. *Quid istuc est?* C. *postquam me amare dixi,*
complacita'st tibi.
5 *Eheu me miserum,* 6 *cùm tuum animum ex a-*
nimo spectaui meo.
P. *Falsus es.* C. 7 *nónne tibi satis esse hoc visum*
solidum'st gaudium,
Nisi me lactasses amantem, & falsa spe pro-
duceres?
Habeas. P. *habeam? ah, nescis, quantis in malis*
verser miser,
Quantásque hic suis consiliis mihi confecit soli-
citudines,
Meus carnufex. C. *quid istud tam mirum est? de*
te si exemplum capit?
G. *Haud istuc dicas, si cognoris vel me, vel amo-*
rem meum.
C. *Scio, cum patre* 8 *altercasti dudum: & is nunc*
propterea tibi
9 *Succensèt: nec te quiuit hodie cogere, illam vt*
duceres.
P. *Immo etiam, quò tu minus scis ærũnas meas,*
10 *Hæ nuptiæ non adparabantur mihi,*
Nec postulabat nunc quisquam vxorem dare.
C. *Scio: coactus tua voluntate es.* P. *mane,*
Nondum etiam scis. C. *scio equidem, illam du-*
cturum esse te.
P. *Cur me enecas? hoc audi. nunquam destitit*
Instare, vt dicerem, me esse ducturum, patri:
Suadere, orare, vsque adeò donec perpulit.
C. *Quis homo istuc?* P. *Dauos.* C. *Dauos?* P. *Da-*
uos omnia.
C. *Quamobrem?* P. *nescio: nisi mihi deos facis*
Scio fuisse iratos, qui auscultauerim.
C. *Factum'st hoc Daue?* D. *factum est.* C. *hẽ quid*
ais scelus?
At tibi dij dignum factis exitium duint.
Eho, dic mihi, si omnes hunc cõiectum in nuptias
Inimici vellent, quod, nisi hoc, consilium darent?
D. *Deceptus sum, at non defatigatus.* C. *scio.*
D. *Hac non succesit, alia adgrediemur via:*
Nisi id putas, quia primò processit parum,
Non posse iam ad salutem conuerti hoc malum.
Immo etiam: nam satis credo, si aduigilaueris,
Ex vnis geminas mihi conficies nuptias.
D. *Ego, Pamphile, hoc tibi pro seruitio debeo,*
Conari manibus, pedibus, noctésque & dies,
Capitis periculum adire, dum prosim tibi.
Tuum'st, siquid præter spem 1 *euenit, ignoscere.*
Parum succesit quod ago, at facio sedulo:
Vel melius 2 *tute aliud reperi: me missum face.*
P. *Cupio. restitue, in quem me accepisti locum.*
D. *Faciam.* P. *at tam hoc opu'st.* D. *Hem.* 3 *sed ma-*
ne: 4 *concrepuit à Glycerio ostium.*
P. *Nihil ad te.* D. *quæro.* P. *hem. nunccine demũ?*
D. *at iam hoc tibi inuentum dabo.*

ACTVS QVARTI SCENA II.

MYSIS, PAMPHILVS, CHARINVS, DAVVS.

IAm vbi vbi erit, inuentum tibi curabo, & mecum adductum
Tuum Pamphilum: tu modo, anime mi, noli te macerare.
P. *Mysis.* M. *quid est? hem Pamphile, optumè mihi te obfers.* P. *quid est?*
M. *Orare iussit, si se ames, hera:* 5 *iam vt ad sese venias:*
Videre ait te cupere. P. *vah. perij: hoc malum in-*
tegrascit.
Siccine me, atque illam opera tua nunc miseros
6 *sollicitarier?*
Nam iccirco accersor, nuptias quòd mihi appa-
rari sensit.
C. *Quibus quidem quam facilè* 7 *poterat quiesci,*
si hic quiesset.
D. *Age, si hic non insanit satis sua sponte, insti-*
ga. M. *atque edepol*
Ea res est: & propterea nunc misera in mœro-
re'st P. *Mysis,*
Per omneis tibi adiuro deos, nunquam eam me
deserturum,
Non, si capiundos mihi sciam esse inimicos om-
nes homines.
Hanc mihi expetiui, contigit: conueniunt mores:
valeant,
Qui inter nos dissidium volunt: hanc, nisi mors,
mihi adimet nemo.
M. Resipisco. P. *non Apollinis magus verum, atq;*

1 Pòst, vbi iam tempus est, promissa perfici.
2 premit Faer. 3 fides est, M.M.
4 ὑπάγειν decipere. Seducere. M. M. ducere. Gab. F. 5 Heu MM. 6 qui. M.M.
7 non. M.M. 8 Interp. alcercatus es.
9 Suscenset: Gab. F. Subcenset: ant. 10 Hæc nuptiæ: ἀρχαϊσμός. Interp. G.F.

1 Euenit, mihi ignoscere. I.R. & G.F. vt tamen sit Iamb. An. 2 tu: Mur. tute reperi: Faer.
3 hem'st: mane. Mur. & F. F. silentij nota: vt Phor. 5. 1. 4 Crepuit. Mur. 5 iam ad sese. I.R. G.F. 6 solicitari. An. G & G.H. 7 potuerat. Gab. F. 8 Sic I.R. è Man. & Ven. & Has. Alij: Propterea nunc.

hoc, responsum'st.
Si poterit fieri, vt ne pater per me stetisse credat,
Quò minus hæ fierent nuptiæ, volo. sed si id non poterit,
Id faciam, in 1 procliui quòd est, per me stetisse vt credat.
Quis videor? C. *miser æquè, atque ego.* D. *consilium quæro.* C. *fortis.*
Scio, quid concre. D. *hoc ego tibi profectò effectũ reddam.*
P. *Iã hoc opus est.* D. *quin iam habeo.* C. *quid est?* D. *huic, non tibi, habeo, ne erres.*
C. *Sat habeo* P. *quid facies? cedo.* D. *dies hic 4 mihi vt sit satis, vereor,*
Ad agendum: ne vacuum esse me nunc ad narrandum credas:
Proinde hinc vos amolimini: nam 5 mihi impedimento estis.
P. *Ego hanc visam.* D. *quid tu? quò 6 hinc te agis?* C. *verum vis dicam?* D. *immo etiam:*
Narrationis incipit mihi initium. C. *quid me fiet?*
D. 7 *Eho tu impudens, non satis habes, quod tibi dieculam addo:*
Quantum huic promoueo nuptias? C. *Daue, attamen.* D. *quid ergo?*
CH. *Vt ducam.* D. *ridiculum.* C. *huc face ad me* 8 *venias: si quid poteris.*
D. *Quid veniam? nihil habeo.* C. *attamen si quid*
D. *age, veniam.* C. *si quid,*
Domi ero. D. *tu Mysis, dum exeo, parumper* 9 *opperire me hic.*
My. Quapropter? D. *ita factò opus est.* M. *matura.*
D. *iam inquam hic adero.*

ACT. QVARTI SCENA III.
MYSIS, DAVVS.

Nihilne esse propriũ cuiquam? dij vestram fidem!
Summum bonum esse herã putabam hunc Pamphilum,
Amicum, amatorem, virum; in quouis loco
Paratum: verum ex eo nunc misera quem capit
Dolorẽ? facile hic plus malt'st, quàm illic boni.
Sed Dauos exit. mi homo, quid istuc obsecro'st?
Quò portas puerum? D. *Mysis nunc opũst tua*
Mihi ad hanc rem expromta 11 *memoria, atque astutia.*
M *Quidnam incepturus?* D. *accipe à me hunc ocyus,*
Atque ante nostram ianuã appone. My. obsecro,

1 Man. procliue. Vet. G.F. procliuo à procliuus. Plaut. Capt. 2 fortis es Ant. 3 Hæc etiam. CH. dat M.M. M in Pam. G.F. ex Inter. non esse Pamphili, ex subiectis ostenditur. 4 mi, M. 5 mi. M.M. 6 nunc. Int. Agere se, tardi & tristes dicunt. Virg. Eece gubernator sese Palinurus agebat. Et act. 5. scen 3 similiter dicit: Huc me attuli. Vir. Quò te. Mœri pedes? 7 Ehò impudens M.M. & F.F. & Prisc. lib. 5 Man. 8 al. vt venias. irrepsit ex glossis: vt multis locis. G. F. 9 Operire hic M.M. 10 Laborem. Faer. 11 malitia. Faer.

Humine? D. *ex ara hinc sume verbenas tibi,*
Atque eas substerne. M. *quamobrem id tute non facis?*
D. *Quia, si forte opus sit ad herum* 1 *iurandum mihi,*
Non apposuisse; vt liquidò possim. M. *intelligo:*
Noua nunc religio 2 *in te istæc incessit; cedo.*
D. *Moue ocyus te, vt, quid agam, porro intelligas.*
Prò Iuppiter! M. *quid?* D. *sponsæ pater interuenit.*
Repudio consilium, quod primùm intenderam.
M. *Nescio, quid narres.* D. *ego quoque hinc ab dextera*
Venire me assimulabo: tu vt subseruias
Orationi, vtcunque opus sit verbis, vide.
M. *Ego, quid agas, nihil intelligo. sed, si quid est,*
Quod 3 *mea opera opus sit vobis, aut tu pluuvides,*
Manebo, ne 4 *quod vestrum remorer commodum.*

ACT. QVARTI SCENA IIII.
CHREMES, MYSIS, DAVVS.

Reuertor, postquam, quæ opus fuere ad nuptias
Gnatæ, paraui, vt iubeam accersi: sed quid hoc?
Puer hercle'st. mulier, tun' apposuisti hunc? M. *vbi illic est?*
Ch. Non mihi respondes? M. *Nusquam est. væ misera mihi!*
Reliquit me homo, atque abiit. D. *dij vestram fidem*
Quid turbæ est apud forum? 5 quid illic hominum 6 litigant?
Tum annona cara'st. quid dicam aliud, nescio.
M. *Cur tu obsecro hic me solam?* D. *hem, quæ hæc est fabula?*
Eho Mysis, puer hic vnde est? quisue hunc attulit?
M. *Satin' sanus es, qui me id rogites?* D. *quem ego igitur rogem?*
7 *Qui hic neminem alium video?* CH. *miror, vnde sit.*
D. *Dicturáne quod rogo?* M. *AV.* D. *concede ad dexteram.*
M. *Deliras: non tute ipse?* D. *verbum si mihi*
Vnum, præterquam quod te rogo, faxis, caue.
M. 8 *Maledicis.* D. *vnde est? dic clare.* M. 9 *à vobis.*
D. *ha ha hæ.*
Mirum vero, impudenter mulier si facit meretrix!
CH. *Ab Andria est ancilla hæc, quantum intelligo.*
D. *Adeon' videmur vobis esse idonei,*
In quibus sic inludatis? CH. *veni in tempore.*
D. *Propera adeò puerum tollere hinc ab ianua:*

1 Don. ita: al iusiurandum. Plaut. Cist. tuo iurãdo. 2 religio te. 3 meam operam. Interp. 4 ne quid. vet. Vã. id est. ne in aliqua re. F. Fab. 5 Quod hominũ. Prisc. 17. vt I. R. vel. Quid: vt F.F 6 Al. litigat. Interp. 7 Sic G.F. è man. alij: Ego omittunt. 8 Qui pronomen est. G.F. è Pal. legit videam. Si erit Qui, pro cum. 9 al. Dauo dant. Int. & G.F.

Mane:

Mane:caue quoquam ex istoc excessis loco.
M. *Dij te eradicent:ita me miseram territas.*
D. *Tibi ego dico,an non?* M. *quid vis?* D. *at etiam rogas?*
Cedo cuium puerum hic apposuisti mihi.
M. *Tu nescis.* D. *mitte id,quod scio:dic,quod rogo.*
M. *Vestri.* D.* *cuius vestri?* M. *Pamphili.* D. *hem. quid? Pamphili?*
M. *Eho!an non est? Ch. rectè ego semper fugi has nuptias.*
D. *O facinus animaduertendum!* M. *quid clamitas?*
D. *1 Quémne ego heri vidi ad vos afferri vesperi?*
M. *O hominem audacem!* D. *verum vidi 2 Cantharam*
Subsarcinatam. M. *dijs pol habeo gratias,*
Cum in pariundo aliquot affuerunt liberæ.
D. *Nè illa illum haud nouit,cuius causa hæc incipit*
Chremes,si positum puerum ante ædes viderit,
Suam gnatam non dabit:tantò hercle magis dabit.
Ch Non herclè faciet. D. *nũc adeò,vt tu sis sciẽs,*
Ni puerum tollis,iam ego hunc in mediam viam
Prouoluam,téque ibidem 3 peruoluam in luto.
M. *Tu pol homo non es sobrius.* D. *fallacia*
Alia aliam trudit.iam susurrari audio,
Ciuem Atticam esse hanc.Ch.hem. D. *coactus legibus*
Eã vxorẽ ducet. M. *eho,obsecro,an non ciuis est?*
Ch. Iocularium in malum insciens penè incidi.
D. *Quis hic loquitur?ô Chreme, per tempus aduenis:*
Ausculta Ch.Audiui iam omnia. D. *4 an hæc tu omnia?*
CH. *Audiui inquam à principio.* D. *audistin'obsecro? hem*
Scelera: hanc iam oportet in cruciatum hinc abripi.
Hic ille est:non te credas Dauom ludere.
M. *Me miseram:nihil pol falsi dixi,mi senex.*
Ch.5 Noui omnem rem. est Simo intus? D. *est.*
M. *6 Ne me attingas,*
Sceleste. Si pol Glycerio non omnia hæc.
D. *Eho inepta, nescis quid sit actum.* M. *qui sciam?*
D. *Hic socer est.alio pacto haud poterat fieri,*
Vt sciret hæc,quæ volumus. M. *1 hem, prædicetes.*
D. *Paulum interesse censes,ex animo omnia,*
Vt fert natura,facias,an de industria?

ACTVS QVARTI SCENA V.

CRITO, MYSIS, DAVVS.

IN hac habitasse platea dictum'st Chrysidem,
2 Quæ sese inhonestè optauit parere hic diuitias
Potius,quàm in patria honestè 3 pauper viuere.
Eius morte ea ad me lege redierunt bona.
Sed quos 4 perconter,video.saluete. M. *obsecro.*
Quem video? éstne hic Crito, sobrinus Chrysidis?
Is est.C.ô Mysis salue. M. *saluos sis Crito.*
Cr.Itan' Chrysis?hem. M. *nos quidem pol miseras perdidit.*
C.Quid vos?quo pacto hic?satinè rectè? M. *nósne?*
5 sic
Vt quimus,aiunt,quando,vt volumus,non licet.
C.Quid Glycerium? iam hic suos parentes repperit?
M. *Vtinam.C.an nondum etiam? haud auspicatò huc 6 me attuli.*
Nam pol, si id sciissem, nunquam huc tetulissem pedem.
Semper enim dicta hæc eius atque habita est soror.
Quæ illius fuere,possidet:nunc me hospitem
Lites sequi quàm hic mihi sit facile,atque vtile,
Aliorum exempla commonent.simul arbitror,
Iam esse aliquem amicum,& defensorem ei:nam ferè
Grandiuscula iam profecta est illinc. clamitent,
Me sycophantam, hæreditatem persequi,
Mendicum:tum ipsam 7 despoliare non licet.
M. *8 Optume hospes, pol Crito,antiquum 9 obtines.*
C.Duc me ad eam,quando huc veni,vt videam.
M. *maxumè.*
D. *Sequar hos:nolo,me in tempore hoc videat senex.*

* Al.cuius? nostri? *F.F.* è Pris. 17.An G.Cuiusnam? 1 G.F.è Pal.Quem nę.è Pris. Quémne. vt Plaut. Mil. & Epid. & Catullus Argon.& alibi. Estq; hęc venusta lectio & comici sermonis propria:ait G *F.* 2 Nam.1.misc.cantharum:per vasc. in quo puerum supposititiũ attulerint. Sed Don. vel Int.Cantharam,nomen est anus.

3 proluam,Nam.1 Miscell.

4 Don.an nec:pro non,aut anne. G. *F.*è Vvert. ah nondum omnia. 5 Eras.& M.M.ita:Noui rem omnem:sed est Simo intus? D.intus est M.Ne me attingas sceleste.si pol Gl.n o.hęc.G *F* ita:Noui rem Sed est Simo intus?D est M.ne me attigas.

6 Quidam hic coniunctim faciunt Octonariũ. Goueanus autem ita legit: Ne me attingas sceleste.Si pol Glycerio Non omnia hæc. D. eho inepta,nescis. M. quid sciam?Vt sint duo senarij:omissis his:Quid sit actũ:quod ex glossa irrepserit.

1 Hem,omittit Gab.*F.* I.R.Hem,requirit propter metrum & fidem exempl. 2 Quę se inhoneste optauit parare hîc ditias.An G.& MM.Ditias à dite:vt Diuitias,à diuite.Rursum alij,se:alij,sese:& alij parere:alij parare:eodem sensu:eodem metro I.R.& *F F* è Probo H.F.è Palat.

3 Ita legunt G F.& alij è Probo,Ser.Pris. Sed Florent.& FF.è Plauto paupera.

4 Perconter & percunctor:vtrumuis.G.F.è vet,

5 Ita G *F* è Pal.& H.Acr.& *F.F.*è Prisc.lib.18. Alij omittunt. Sic. Addit & I R.è Phormione & Don. 6 Sic G *F.* qui docet esse comicum genus dicendi:è Plaut.Amph Qualia sunt: Ago me:duco:rapio me.&c. Item *F.F.*è Pris.15.M.M.legit:appuli.vt & Gab.Faër. 7 dispoliare non licet.I.R. ex Has.Alij:non libet.

8 ô optume.M.M.& *F. F.*Eras.oportunè.

9 An.G.addit:morem.

ACTVS QVINTI SCENA I. CHREMES, SIMO.

CH. *Satis iam, satis, Simo spectata erga te amicitia est mea:*
Satis pericli cœpi adire: orandi iam finem face.
Dum studeo obsequi tibi, penè inlusi vitam filiæ.
S. *Immò enim quam maximè 1 abs te postulo atque oro Chreme,*
Vt beneficium verbis initum dudum, nunc re comprobes.
CH. *Vide, quàm iniquus sis præstudio, dum efficias id, quod 2 cupis.*
Neque modum benignitatis, neque, quid me orés, cogitas:
Nam si cogites, 3 remittas iam me onerare iniuriis.
S. *Quibus?* CH. 4 *ah rogitas? perpuliſti me, vt homini adoleſcentulo,*
In alio occupato amore, abhorrenti ab re vxoria,
Filiam darem, in ſeditionem, atque incertas nuptias,
Eius labore, atque eius dolore, gnato vt medicarer tuo:
Impetraſti: incepi. 5 dum res tetulit: nunc non fert: feras.
Illam hinc ciuem eſſe aiunt: puer eſt natus: nos miſſos face.
S. *Per ego te deos oro, vt ne illis animum inducas credere,*
Quibus id maxime vile eſt, illum eſſe quàm deterrimum.
Nuptiarum gratia hæc ſunt ficta, atque incepta omnia.
Vbi ea cauſa, quamobrem hæc faciunt, erit adempta his, deſinent.
CH. *Erras. cum Dauo egomet vidi iurgantẽ ancillam.* S. *ſcio.* C. *at*
Vero voltu, cum, ibi me adeſſe, neuter 6 tum præſenſerat.
S. *Credo, & id facturas, Dauos dudum prædixit mihi,*
Et neſcio, quid tibi ſum oblitus hodie, ac volui, dicere.

ACTVS QVINTI SCENA II. DAVVS, CHREMES, SIMO, DROMO.

A *Nimo iam nunc otioſo eſſe impero.* C. *hem Dauom tibi.*
S. *vnde egreditur?* D. *meo præſidio, atq; hoſpitio.*
S. *quid illud mali'ſt?*

1 G.F. è man. probat. abs te poſtulo &c. Nam vt nonnulli: abs te oro &c. minus latinè videtur & An Go. 2 iubes. Don. vel Int.

3 Remittes: ant. perperam. Horat. 2. od. 11. Remittas quærere. G. F. & F. F.

4 at I. R. è man. & al.

5 Ita I. R. è man. Alij: dum res tulit. Ab. cum res retulit. Ven. Lug. M. M. Plant.

6 dum. Gab. F.

D. *Ego commodiorem hominem, adiutum, tempus non vidi.* S. *ſcelus,*
Quemnam hic laudat? D. *omnis res eſt iam in vado.* S. *ceſſo alloqui.*
D. *Herus eſt: quid agam?* S. *ô ſalue, bone vir.* D. *ehem Simo, ô noſter 1 Chreme,*
Omnia apparata iam ſunt intus. C. *curaſti ꝓbè.*
D. *Vbi voles, 2 accerſe.* S. *bene ſanè. id enim vero*
3 hinc nunc abeſt.
Etiam tu hoc reſpondes? quid iſtic tibi negoci eſt?
D. *mihin'?* S. *ita.*
D. *Mihine?* S. *tibi ergo.* D. *modò introij.* S. *quaſi ego, quamdudum, rogem.*
D. *Cum tuo gnato vnà.* S. *anne eſt intus Pamphilus? crucior miſer.*
Eho, non tu dixti, eſſe inter eos inimicitias, carnifex?
D. *Sunt.* S. *cur igitur hic eſt?* C. *quid illum cenſes? cum illa litigat.*
D. *Immò verò indignum, Chreme, iam facinus faxo ex me audias.*
Neſcio 4 qui ſenex modo venit: ellum conſidens, catus:
Cùm faciem videas, videtur eſſe quantiuis pretij.
Triſtis ſeueritas ineſt in voltu, atq; in verbis fides.
Quidnam adportas? D. *nihil equidem, niſi quòd illum audiui dicere.*
S. *Quid ait tandem?* D. *Glycerium ſe ſcire ciuem eſſe Atticam.*
S. *Hem Dromo, Dromo.* D. *quid eſt?* S. *Dromo.* D. *audi.* S. *verbum ſi addideris: Dromo.*
D. *Audi obſecro. Dro. quid vis?* S. *ſublimem intrò*
5 hunc rape, quantum potes.
Dro. Quem? Dauom? D. *quamobrem?* S. *quia lubet. rape inquam.* D. *quid feci?* S. *rape.*
D. *Si quidquam mentitum 6 inuenies, occidito.* S. *nihil audio.*
Ego iam te commotum reddam. D. *7 tametſi hoc verum'ſt.* S. *tu tamen*
Cura adſeruandum, vinctum: atq; audin'? quadrupedem conſtringito.
Age, nunc iam ego pol hodie, ſi viuo, tibi
Oſtendam, herum quid ſit pericli fallere, &
Illi, patrem. C. *ah, ne ſæui tantopere.* S. *Chreme,*
Pietatem gnati. nónne te miſeret mei?
Tantum laborem capere ob talem filium?
Age Pamphile: exi Pamphile: ecquid te pudet?

ACT. QVINTI SCENA III. PAMPHILVS, SIMO, CHREMES.

QVis me volt? perij: pater eſt. S. *quid ais omnium?* C. *ah,*

1 Chremes. Priſ. lib. 12. F. F. 2 I. P. in 10 Aen. arceſſe è man. & Scauro: idem eſſe, accerio, & arceſſo. Et M. M. in 4 Phil. Cic. 3 hic: vulgo. Hinc G. F. ex emendationibus. 4 Qui. mollius & comicum. I. R. & G. F. è Ven. & Haſ. & Nonio. Quis, alij. 5 G. F. hoc. vt ſit vel generis mutatio, comicis familiaris: vel aduerbium: vt: Hoc tunc ignipotens cœlo deſcendit ab alto. F F.

6 Faer. tamen etſi &c. S. tamen.

7 Ita

Rem-

Rem potius ipsam dic: ac mitte malè loqui.
Quasi quidquam in hunc iam grauius dici possiet.
Ain' tandem? ciuis Glycerium'st? P. *ita prædicant.*
S. *Ita prædicant? ô ingentem confidentiam.*
Num cogitat, quid dicat? num facti piget?
2 Vide, num eius color pudoris signum vsquam indicat?
Adeon' impotenti esse animo, vt, præter ciuium
Morem, atque legem, & sui voluntatem patris,
Tamen hanc habere 3 studeat, cum summo probro?
P. *Me miserum.* S. *modóne id demum sensti, Pamphile?*
Olim istuc, olim, cum ita animum induxti tuũ,
Quod cuperes, aliquo pacto efficiendum tibi:
Eodem die istuc verbum verè in te accidit.
4 Sed quid ego? cur me excrucio? cur me macero?
Cur meam 5 senectutem huius sollicito amentia? an
Vt pro huius peccatis ego supplicium sufferam?
Immo habeat: valeat: viuat cum illa. P. *mi pater.*
S. *Quid mi pater? quasi tu huius indigeas patris.*
Domus, vxor, liberi inuenti inuito patre:
Adducti, qui illam ciuem hinc dicant: viceris.
P. *Pater, licétne pauca?* S. *quid dices mihi?*
CH. *6 Attamen, Simo, audi.* S. *ego audiam? quid ego audiam,*
Chreme? CH. *7 attamen dicat sine.* S. *age dicat: sino,*
Ego me amare hanc fateor. si id peccare est, fateor id quoque.
Tibi pater me dedo: quiduis oneris impone, impera:
Vis me vxorem ducere? hanc 8 vis amittere? vt potero, feram.
Hoc modò te obsecro, vt ne credas, à me allegatum hunc senem,
Sine me expurgem, atque illum huc coràm adducam. S. *adducas!* P. *sine pater.*
CH. *Aequum postulat: da veniam.* P. *sine te hoc exorem.* S. *sino.*
Quiduis cupio, dum ne ab hoc me falli comperiar Chreme.
CH. *Pro peccato magno 9 paululum supplicij satis est patri.*

1 Mur. O. omittit. Probat F.F. & Ant. G. 2 Vide: omittunt Mur. & Faer. & G. L. & *F.F.* 3 cupiat. E. Man. G. F. Qui ait: non paulò grauius est verbum cupiditatis, quam studij.
4 M.M. Sed quid ago? vt & G.L.
5 Ita An. G. Aliqui: senectam. Notat. *F.F.*
6 Tamen: Faer. quid audiam? Faer.
7 at tandem dicat. Gab. Faer. & G.F. è man. Tandem, pro tamen apud comicos frequentissimum.
8 hanc amittere? M.M. & Ant. G. & Eras.
9 *F.F.* paulum.

ACT. QVINTI SCENA IIII.

CRITO, CHREMES, SIMO, PAMPHILVS.

CR. *MItte orare. vna harum quauis causa*
me, vt faciam, monet:
Vel tu, vel quòd verum'st, vel quòd ipsi cupio Glycerio.
CH. *Andrium ego Critonem video? 1 certè is est.*
2 saluos sis Crito:
Quid tu Athenas insolens? CR. *euênit. sed hicci-*
ne'st Simo?
CH. *Hic est.* S. *men' quæris? eho, tu Glycerium hinc ciuem esse ais?*
CR. *Tu negas?* S. *itáne huc paratus aduenis?* CR. *quare?* S. *rogas?*
Túne impunè hoc facias? túne hic homines adolescentulos,
Imperitos rerũ, eductos liberè, in fraudem inlicis?
Sollicitando, & pollicitando eorum animos lactas? CR. *sanúsne es?*
S. *Ac meretricios amores nuptiis conglutinas?*
P. *Perij: metuo, vt subsidet hospes.* CH. *si, Simo, hunc noris satis,*
Non ita arbitrere: bonus hic est vir. S. *hic vir sit bonus?*
Itáne adtemperatè venit hodie in ipsis nuptiis,
Vt veniret antehac nunquam? est verò huic credendum 3 Chreme?
P. *Ni metuam patrem, habeo pro illa re, illum quod moneam probe.*
S. *Sycophãta.* CR. *hem.* CH. *sic, Crito, est hic: mitte.* CR. *videat, qui siet,*
Si mihi pergit, quæ volt, dicere: ea quæ non volt, audiet.
Ego istæc moueo, aut curo? non tu tuum malum æquo animo feres?
Nam, ego quæ dixi, vera, an falsa audieris, iam sciri potest.
Atticus quidam, olim naui fracta apud Andrum eiectus est,
Et istæc vna parua virgo. tum ille egens, fortè adplicat
Primùm ad Chrysidis patrem se. S. *fabulam inceptat.* CH. *sine.*
CR. *4 Itáne vero obturbat?* CH. *perge.* CR. *tum is mihi cognatus fuit, (Atticum:*
Qui eum recepit. ibi ego audiui ex illo, sese esse
Is ibi mortuus est. CH. *eius nomen?* CR. *nomen tam cito tibi? Phania.* CH. *Hem. perij.* CR. *verũ hercle: opinor fuisse Phaniam: hoc certò scio,*
Rhamnusium se aiebat esse. CH. *ô Iupiter?* CR. *eadem hæc, Chreme, multi alij in Andro tum*

1 Ant. Gou. Ecere, vel Aecere: id est, per ẽdẽ Cererisvt æcastor, ædepol. Sex. Põp. Phorm. 2. 1. Plautus sæpè, Probant & M.M. & *FF.* & Nan 2. miscell.
2 Sic Don. Al. saluos sis Chreme. vt sint Critonis verba. I.R. & *F.F.* 3 Casus vocandi vbique per S. in Palat. Chremes: Laches: scriptus est. G.F. 4 Itáne verò, obturbat. Al. Itáne vero obturbat.

audiuere CH. *vtinam id* 1 *sit, quod spero. eho dic mihi*
Quid eam tum!
Suamne esse aiebat? CR. *non.* CH. *Cuiam igitur?*
CR. *fratris filiam.*
CH. *Certè mea'st.* CR. *quid ais?* S. 2 *quid tu ais?*
P. 3 *arrige auritis Pamphile.*
S. *Quî credis?* CH. *Phania ille, frater meus fuit.* S. *noram & scio.*
CH. *Is hinc bellum fugiens, méque in Asiam persequens, profici scitur.*
Tum illam hic relinquere'st veritus post illa nunc primùm audio,
Quid illo sit factum. P. *vix sum apud me, ita animus commotu'st metu, abono*
Spe, gaudio, mirando hoc tanto, tam repentino
S. *Nè istam* 4 *multi' modis tuam inueniri gaudeo.* P. *credo, pater.*
CH. *At mihi vnus scrupulus etiam restat, qui me male habet.* P. *dignus es*
Cum tua relligione, odium. nodum in scirpo quaeris. CR. *quid istuc est?*
CH. *Nomen non conuenit.* CR. *fuit hercle aliud huic paruæ.* CH. *quod Crito?*
Nunquid meministi? CR. *id quæro.* P. *egóne huius memoriam patiar meæ (dicari mihi?*
Voluptati obstare, cùm 5 *ego possim in hac re me-*
Non patiar. heus Chreme: quod quæris, Pasibula 6'st. C R. *ipsa est.* CH. *ea est.*
P. *Ex ipsa millies audiui.* S. *omneis nos gaudere hoc, Chreme,*
Te credo credere. CH. *Ita me dij ament, credo.* P. *quid restat pater?*
SI. Iamdudum res reduxit me ipsa in gratiam. P. *ô lepidum patrem!*
De vxore ita, vt possedi, nihil mutat Chremes. CH. *causa optuma'st:*
Nisi quid pater aliud ait. P. *nempe.* S. 7 *id scilicet.* CH. *Dos est,* 8 *Pamphile,*
Decem talenta. P. *accipio.* CH. *propero ad filiam. eho, mecum Crito:*
Nam illam me haud nosse credo. S. *cur non illam huc transferri iubes?*
P. *Rectè admones: Dauo istuc dedam iam negoci.*
S. *non potest.*
P. *Quî?* S. *quia habet aliud magis ex sese, & maius.* P. *quid nam?* S. *vinctus est.*
P. *Pater, non rectè vinctu'st.* S. 9 *haud ita: iussi.*
P. *iube solui obsecro.*
S. *Age fiat.* P. *at matura.* S. *eo intrò.* P. *ô faustum, & felicem hunc diem!*

1 Eras. id sit, H. G è Ver. fiet id. Vulgò: id fiet. 2 Interpres putat, hæc à Simone omnia dici Assentit G. F. 3 quid tu? quid ais? F. F. 4 Multimodis. P. B & I. R. è man. 5 Sic legunt I. R. posteriore iudicio: & G. F. è Pal. & F. F. Alij nonnulli. Egomet. 6 F. F. omittit & intelligit est. 7 In quibusdã id: non est Et Chremetis persona sic est: scilicet dos est Pamphile G. F. 8 Al. Pamphili: al. Pamphilo. Interp. & An. G. & F. F.
9 Int. haud ita iussi. H. G. At ita iussi:

ACT. QVINTI SCENA V. CHARINVS, PAMPHILVS, DAVVS.

CH. PRouiso, *quid agat Pamphilus: atque ecum. P aliquis forsan me putet*
Non putare hoc verum: at mihi nunc sic esse hoc verum lubet. *arbitror,*
Ego vitam deorum propterea sempiternam esse
Quòd voluptates eorum propriæ sunt. nam mihi immortalitas
Parta est, si nulla agritudo huic gaudio intercesserit.
Sed quem ego potissimum 1 *exoptem nunc mihi, cui hæc narrem, dari?*
CH. 2 *Quid illuc gaudi est?* P. *Dauom video. nemo est, quem mallem omnium:*
Nà hunc scio mea solidè solum gauisurũ gaudia.
D. *Pamphilus vbinam hic est?* P. *Daue.* D. *quis homo est?* P. *ego sum.* D. *ô Pamphile.*
P. 3 *Nescis quid mihi obtigerit?* D. *certè: sed, quid mihi obtigerit, scio.*
P. *Et quidem ego.* D. *more hominum euènit, vt, quod sim nactus mali, (boni.*
Prius resciscere tu, quàm ego, 4 *quod tibi euènit*
P. *Mea Glycerium suos parentes* 5 *reperit.* D. *ô factum bene! C. hem.*
P. *Pater amicus summus nobis.* D. *quis?* P. *Chremes.* D *narras probè.*
P. *Nec mora vlla est, quin* 6 *iam vxorem ducam.*
C. *num ille somniat*
Ea, quæ vigilans 7 *voluit?* P. *tum de puero, Daue.*
D. *ah desine:*
Solus es, quem 8 *diligunt dij.* C. *saluos sum, si hæc vera sunt:*
9 *Conloquar.* P. *quis homo'st? Charine, in tempore ipso mihi aduenis.*
C. *Bene factum.* P. *o audisti? C. omnia. age, me in* 11 *tuis secundis respice.*
Tuus est nunc Chremes. facturum, quæ voles, scio 12 *esse omnia.*
P. *Memini, atque adeò longum est, nos illum exspectare, dum exeat.*
Sequere hac me. intus 13 *apud Glycerium est nunc-* *tu Daue, abi domum:*
14 *Properè accerse, hinc qui auferant eam: quid stas? quid cessas?* D. *eo.*
Ne exspectetis, dũ exeant huc: intus desponsabitur:
Intus transigetur, si quid est, quod restet. Plaudite.

1 optem. Faer. 2 Hæc ferè Charini, in recentioribus: in vetustis Daui verba sunt G. F. 3 Alij sine interrogatione. 4 G. F. ita è Pal. In antiq. est illud quod. Malè. 5 repperit D. factũ bene. Faer. 6 eam. vulgò. Sed G. F è Pal. iam. 7 vel à volo. vel à voluo. 8 diligant. G. ab Faer. 9 adibo & cõloquar. Vet. G. F. 10 hẽ audisti in M. M. 11 Pronomen in plerisque omissum est, cum imminutione elegantiæ. C. F. 12 esse, non habet M. M. Probat I. R. 13 intus ad Glycerium nunc. Gab. F. 14 Properã, quidam. Rectius G. F. Properẽ.

PVB-

PVB. TERENTII EVNVCHVS.

FABVLAE INTERLOCVTORES.

PRÆDRIA *adoleſcens,*
PARMENO *ſeruus,*
THAIS *meretrix,*
GNATHO *paraſitus,*
CHÆREA *adoleſcens,*
THRASO *miles,*
PYTHIAS *ancilla.*
CHREMES *ſenex,*
ANTIPHO *adoleſcens,*
DORIAS *ancilla,*
DORVS *eunuchus,*
SANGA *coquus, lixa.*
SOPHRONA *nutrix,*
SENEX.

ACTA LVDIS MEGALENSIBVS L. POSTVMIO ALBINO, L. CORNELIO MERVLA ÆDILIBVS CVRVLIB. EGERE L. AMBIVIVS TVRPIO, L. ATTILIVS PRÆNESTINVS. TIBIIS DVAB. DEXTRIS. GRÆCA MENANDRV. ACTA SECVNDA. MODOS FECIT FLACCVS CLAVDI. M. VALERIO, C. SANNIO COSS.

PROLOGVS.

SI quiſquam eſt, qui placere ſe ſtudeat bonis
Quamplurimis, & minimè multos lædere:
In his poëta hic nomen profitetur ſuum.
Tum ſi quis eſt, qui dictum in ſe inclementius
Exiſtimat eſſe; ſic exiſtimet: ſciat,
Reſponſum, non dictum eſſe, quia læſit, prius
Qui bene vertendo, & eas deſcribendo malè,
Ex Græcis bonis Latinas fecit non bonas.
Idem Menandri Phaſima nunc nuper dedit,
Atque Theſauro, ſcripſit cauſam dicere
Prius, vnde petitur, aurum quare ſit ſuum,
Quàm illic qui petit, vnde is ſit theſaurus ſibi,
Aut vnde in patrium monumentum peruenerit.
Dehinc, ne fruſtretur ipſe ſe, aut ſic cogitet,
Defunctus iam ſum, nihil eſt quod dicat mihi,
Is ne erret, moneo: & deſinat lacesſere.
Habeo alia multa, quæ nunc condonabitur,
Quæ proferentur poſt, ſi perget lædere
Ita, vt facere inſtituit. nunc quam acturi ſumus
Menandri Eunuchum, poſtquam Ædiles emerunt,
Perfecit, ſibi vt inſpiciundi eſſet copia.
Magiſtratus cum ibi adeſſet, occepta eſt agi.
Exclamat, furem, non poetam, fabulam
Dediſſe & nihil dediſſe verborum tamen:
Colacem eſſe Naui, & Plauti veterem fabulam,
Paraſiti perſonam inde ablatam, & militis.
Si id eſt peccatum, peccatum imprudentia eſt
Poëtæ: non qui furtum facere ſtuduerit.
Id ita eſſe, vos iam iudicare poteritis.
Colax Menandri eſt: in ea eſt paraſitus Colax,
Et miles glorioſus: eas ſe non negat
Perſonas tranſtuliſſe in Eunuchum ſuam
Ex græca: ſed eas fabulas factas prius
Latinas, ſciſſe ſeſe, id vero pernegat.
Quod ſi perſonis iiſdem vti aliis non licet:
Qui magis licet currentes ſeruos ſcribere,
Bonas matronas facere, meretrices malas,
Paraſitum edacem, glorioſum militem,
Puerum ſupponi falli per ſeruum ſenem,
Amare, odiſſe, ſuſpicari? denique
Nullum eſt iam dictum, quod non dictum ſit prius.
Quare æquom eſt vos cognoſcere, atque ignoſcere,
Quæ veteres factitarunt, ſi faciunt noui.
Date operam, & cum ſilentio animaduertite,
Vt pernoſcatis, quid ſibi Eunuchus velit.

1 An. G. & F. F Quam, plurimis, ſubintelligendo Potius: more græco. 2 pro Exiſtimauit. Interp. Ita tamen legunt M. M. & Faër & omittunt, ſciat 3 G. F. quia læſit prius: è Pal. M. M. & Faër. quia læſit prior. Eraſ. quale ſit: prius &c 4 Interp. vel Don. in theſauro. I. R. è man. à theſauris. G. F. è Pal. à theſauro. 5 Sic omnes eruditi: I. R. & G. F. & F. F. & alij.

ACTVS PRIMI SCENA I.

PHÆDRIA, PARMENO.

PH. *QVid igitur faciam? non eam, ne nunc quidem,*
Cum accerſor vltro? an potius ita me comparem,
Non perpeti meretricum contumelias?
Excluſit: reuocat: redeam? non, ſi me obſecret.
PA. *Siquidem hercle poſſis, nihil prius, neque fortius:*
Verùm ſi incipies, neque pertendes gnauiter,
Atque vbi pati non poteris, cum nemo expetet,

1 non quo. Gab. F. 2 currentem ſeruum. G. F. 3 Sic An. G. & I. R. ex Heaut. 5. 5. & Propert. 2. & Var. lib. 1. Ling. lat. Perficies: M. M. Pol tendes: Char. G. F.

Infecta pace, vltrò ad eam venies, indicans,
Te amare, & ferre non posse, actum est. ilicet,
Peristi: eludet, vbi te victū senserit. (cogita.
1 PH. *Proin tu, dū est tempus, etiam atque etiam*
PA. *Here: quæ res in se neque consilium, neque modum*
Habet vllum, eam consilio regere non potes.
In amore hæc omnia insunt vitia, iniuriæ,
2 *Suspiciones, inimicitiæ, indutiæ,*
Bellum, pax rursum: incerta hæc si tu postules
Ratione certa facere, nihilò plus agas,
Quàm si des operam, vt cum ratione insanias.
Et quod nunc tute tecum iratus cogitas:
Egone illam? quæ illum? quæ me? quæ non? sine modo,
Mori me malim: sentiat qui vir siem:
Hæc verba, vna me hercle falsa lacrumula,
Quam, oculos terendo miserè, vix vi expresserit,
Restinguet: & te vltrò 3 accusabit: & dabis ei
Vltrò supplicium. PH. 4 *ô indignum facinus! nūc ego*
Et illam scelestam esse, & me miserum sentio.
Et tædet: & amore ardeo: & prudens, sciens,
Viuus, videns que pereo: nec, quid agam, scio.
PA. *Quid agas? nisi vt te redimas captum, quàm queas*
Minimo: si nequeas paululo, at quanti 5 queas:
Et ne te afflictes. PH. *itáne suades?* PA. *si sapis,*
Neque præter, quàm quas ipse amor molestias
Habet, addas: & illas, quas habet, rectè feras.
Sed 6 ecca ipsa egreditur, nostri fundi calamitas:
Nam quod nos capere oportet, hæc intercipit.

ACTVS PRIMI SCENA II.

THAIS, PHÆDRIA, PARMENO.

TH. *MIseram me! vereor ne illud grauius Phædria*
Tulerit, néue aliorsum, atque ego feci, acceperit.
Quòd heri intromissus nō est. P. *totus, Parmeno,*
Tremo, horreóque, postquam aspexi hanc. P. *bono animo es:*
Accede ad ignem hunc, iam calescès plus satis.
PH. *Quis hic loquitur? 7 ehem, tun' hic eras, mi Phædria?*
Quid hic stabas? cur non rectâ introibas? PA. *cæterùm*
De exclusione verbum nullum. TH. *quid taces?*
PH. *Sanè, quia verò hæ mihi patent semper fores,*
Aut quia sum apud te primus. TH. *missa ista hæc face.*
PH. *Quid missa? ô Thais, Thais, vtinā esset mihi*
Pars æqua amoris tecum, ac pariter 8 fieret,
Vt aut hoc tibi doleret itidem, vt mihi dolet,
Aut ego istuc abs te factum nihili penderem.
TH. *Ne i crucia 2 te obsecro, anime 3 mi, Phædria,*
Non pol, quòd quenquam plus amē, aut plus diligam,
Eo feci: sed ita erat res: faciendum fuit.
PA. *Credo, vt sit, misera præ amore exclusisti hunc foras.*
TH. 4 *Siccine ais Parmeno? age: sed, huc qua gratia*
Te accersi iussi, ausculta. PH. *fiat.* TH. *dic mihi*
Hoc primum, potin' est hic tacere? PA. *egóne? optumè.*
Verum heus tu, lege hac tibi meam adstringo fidem:
Quæ vera audiui, taceo, & contineo optumè:
Sin falsum, aut vanum, aut fictum est, continùo palàm est:
Plenus rimarum sum, hac atque illac perfluo:
Proin tu, taceri si vis, vera dicito.
TH. *Samia mihi mater fuit: ea habitabat Rhodi.*
PA. *Potest taceri hoc.* TH. *ibi tum matri paruolam*
Puellam dono quidam mercator dedit,
Ex Attica hinc abreptam. PH. *ciúmne?* TH. *arbitror:*
Certum non scimus: matris nomen & patris
Dicebat ipsa: patriam, & signa cætera
Neque scibat, neque per ætatem etiam potuerat.
Mercator hoc addebat: è prædonibus,
Vnde emerat, se audisse, abreptam è Sunio.
Mater vbi accepit, cœpit studiosè omnia
Docere, 5 educere, ita vti si esset filia.
Sororem plerique esse credebant meam.
Ego cum illo, quo cū vno rem habebam tum, hospite, (nia.
Abij huc: qui mihi reliquit hæc, quæ habeo, omnia.
PA. *Vtrumque hoc falsum est: effluet.* TH. *qui istuc?* PA. *quid.*
Neque tu vno eras contenta, neque solus dedit:
Nam hic quoque bonam, magnámque partem ad te attulit.
TH. *Ita est: sed sine me peruenire, quò volo.*
Interea miles, qui me amare occeperat,
In Cariam est profectus: te interea loci
Cognoui. tute scis post illa quàm intumum
Habeam te, & mea consilia vt tibi credam omnia.
PH. *Ne hoc quidem tacebit Parmeno.* PA. *oh, dubiúmne id est?*
TH. *Hoc agite amabo, mater mea illic mortua est*
Nuper: eius frater aliquantum ad rem est auidior.
6 *Is vbi 7 hanc forma videt honestā virginem,*

1 M.M. etiam hæc verba relinquit seruo. & F.F.
2 Ant.G. Suspectiones.
3 Ita G.F. è vet. Alij vulgò: accusabis.
4 Aliis omittitur ô. FF. 5 queat, s. fieri. Comice. F.F. 6 vel: eccipsa: vt eccilla. D. in Sed, exilitate absorbetur. G.F. vulgò: Sed ipsa.
7 F. Fabr. hem tun' eras. In Quid, eliditur d. F.F.
8 G.F. fieret, vt Aut hoc &c.

1 Ant.G. discrucia. 2 Eras. legit: te te. Th. P. te crucia, te obsecro. 3 mi. mi. F.F. ex interprete.
4 Siccine agis. Gab. F. 5 Vulgò: educare; Malè. I.R. & G.F. & An.G. & G.L. & H. & F.F. omnes: educere, 6 Is hanc vbi. Ant. G.
7 al. hancce. F.F.

Et

Et fidibus scire, pretium sperans, illicò
Producit: vendit. forte fortuna affuit
Hic meus amicus: emit eam dono mihi,
Imprudens harum rerum, ignarúsque omnium.
Is venit: postquam sensit me tecum quoque
Rem habere, fingit causas ne det, sedulò.
Aut, si fidem habeat se iri præpositum tibi
Apud me: ac non id metuat, ne, vbi [1] *acceperim,*
Sese relinquam: velle se illam mihi dare:
Verum id vereri. sed, ego quantum suspicor,
Ad virginem animum adiecit. PH. *etiámne amplius?*
TH. *Nihil: nam quæsiui. nunc ego eam mi Phædria,*
Multæ sunt causæ, quamobrem [2] *cupio abducere:*
Primùm, quòd soror est dicta: præterea, vt suis
Restituam, ac reddam. sola sum: habeo hic neminem,
Neque amicum, neque cognatum. quamobrem, Phædria,
Cupio aliquos parere amicos beneficio meo.
Id amabo adiuta me, quò id fiat facilius.
Sine illum priores parteis [3] *hosce aliquot dies*
Apud me habere. nihil respondes? PH. *pessuma,*
[4] *Egon' quicquam cum istis factis tibi respondeam?*
PA. *Heu noster, laudo: tandem perdoluit: vir es.*
PH. [5] *At ego nescibam, quorsum tu ires? paruola*
Hinc est abrepta: eduxit mater pro sua:
Soror est dicta: cupio abducere, vt reddam suis:
Nempe omnia hæc nunc verba huc redeunt denique,
Ego excludor, ille recipitur: qua gratia?
[6] *Nisi si illum plus amas, quàm me: & istam nũc times,*
Quæ [7] *aducta est, ne illum talem præripiat tibi.*
TH. *Egon' id timeo?* PH. *quid te ergo* [8] *aliud solicitat? cedò*
Num solus ille dona dat? [9] *nuncubi meam*
Benignitatem sensisti [10] *in te claudier?*
Nónne, vbi mihi dixti, cupere te ex Æthiopia
Ancillulam relictis rebus omnibus,
Quæsiui? eunuchum porrò dixti velle te,
Quia sola vtuntur his regina: repperi.
Heri minas viginti pro ambobus dedi:
Tamen contẽptus abs te, hæc habui in memoria:
Ob hæc facta abs te spernor. TH. *quid istuc Phædria?*
Quanquam illam cupio abducere, atque hac re arbitror
Id fieri posse maxumè: veruntamen
Potius, quàm te inimicum habeam faciam, vt iusseris.
PH. *Vtinam istuc verbum ex animo, ac verè diceres:*
Potius, quàm te inimicum habeam: si istuc crederem
Sincerè dici, quiduis possem perpeti.
PH. *Labascit, victus vno verbo, quàm citò!*
TH. *Ego non ex animo misera dico? quam ioco*
Rem voluisti à me tandem, quin perfeceris?
Ego impetrare nequeo hoc abs te, biduum
Saltem vt concedas solùm. PH. *siquidem biduum:*
Verùm ne fiant isti viginti dies.
TH. *Profectò non plus biduum, aut.* PH. *aut? nihil moror.*
TH. *Non fiet: hoc modò sine te exorem.* PH. *scilicet*
Faciundum est, quod vis. TH. [1] *benè facis: meritò te amo.*
PH. *Rus ibo: ibi hoc me macerabo biduum.*
Ita facere certum'st: mos gerundus'st Thaidi.
Tu Parmeno, huc fac illi adducantur. PA. *maxumè.*
PH. *In hoc biduum, Thais, vale.* TH. *mi Phædria,*
Et tu: nunquid vis aliud? PH. *egóne quid velim?*
Cum milite isto præsens, absens vt sies:
Dies, noctésque me ames: me desideres:
Me somnies: me exspectes: de me cogites:
Me speres: me te oblectes: mecum tota sis:
Meus fac sis postremò animus, quando ego sum tuus.
TH. *Me miseram! forsitan hic mihi parum habeat fidem,*
Atque ex aliarum ingeniis nunc me iudicet.
Ego pol, quæ mihi sum conscia, hoc certo scio:
Neque me finxisse falsi quicquam, neque meo
Cordi esse quenquam cariorem hoc Phædria:
Et quicquid huius feci, causa virginis
Feci: nam mè eius fratrem spero propemodum
Iam reperisse, adolescentem adeo nobilem: &
Is hodie venturum ad me constituit domum.
Concedam hinc intrò, atq; expectabo, dum venit.

ACT. SECVNDI SCENA I.

PHÆDRIA, PARMENO.

PH. [2] *FAc ita vt iussi, deducantur isti.* PA. *faciam.* PH. *at diligenter.*
PA. *Fiet.* PH. *at maturè.* PA. *fiet.* PH. *satin' hoc mandatum est tibi?*
PA. *Ah! rogitare quasi difficile sit.*
Vtinam tam aliquid inuenire facile possis, Phædria,
Quàm hoc peribit. PH. *ego quoq; vnà pereo, quod mihi est carius:*
Ne istuc tam iniquo patiare animo. P. *minimè: quin effectum dabo.*

1 vbi eam. F.F. & M M. 2 cupiam. Gab.F.
3 I.R ex man. & Don. Alij: per hosce. 4 Ego. F.F. An.G. & H.G. 5 Ita I.R Alij manu. Haud ego nescibam. Faer. 6 Nisi illum. Mur. & Faer.
7 I.R. malit: abducta 8 An.G. & F.F. omittunt, aliud: vt à versu alienum.
9 num vbi. G.F. ex ant.
10 Et: interclaudier: è Palat Sed & Andr. Nolo tibi commodum in me claudier. M.M. & Paul. Man. sensisti te caluier.

1 Vulgo sic: Th. meritò te amo. PH. bene facis. Rus ibo. &c. 2 Ita fac, vt M.M. & M.B.

Sed nunquid aliud imperas?
PH. *Munus nostrum ornato verbis, quòd poteris: & istum amulum,*
Quòd poteris, ab ea pellito. PA. [1]*memini, tametsi nullus moneas.*
PH. *Ego rus ibo, atque ibi manebo.* PA. *Censeo.*
PH. *sed heus tu.* PA. *quid vis?*
PH. *Censen' posse me obsirmare, &*
Perpeti, ne redeam interea? PA. *tè ne? non hercle arbitror:*
Nam aut iam reuertêre, aut mox noctu te[2] *adigent horsum insomnia.*
PH. *Opus faciam, vt*[3] *defatiger,*[4] *vsque*[5] *ingratis vt dormiam.*
PA. *Vigilabis lassus, hoc plus facies.* PH. [6]*abi sis: ah nihil dicis Parmeno.*
Eijciunda hercle hæc est mollities animi, [7]*nimis me indulgeo.*
Tandem ego non illa caream, si sit opus, vel totũ triduum? PA. *hui,*
Vniuersum triduum? vide, quid agas. PH. *stat sententia.*
PA. *Dij boni, quid hoc morbi est? adeon' homines immutarier*
Ex amore, vt non cognoscas eundem esse? hoc nemo fuit
Minus ineptus, magis seuerus quisquam, nec magis continens.
Sed quis hic est, qui huc pergit? at at, hic quidem est parasitus Gnatho
Militis: ducit secum vnà virginem dono huic. papæ,
Facie honesta. mirum, ni ego me turpiter hodie hîc dabo,
Cum meo decrepito hoc eunucho. hæc superat ipsam Thaidem.

ACTVS SECVNDI SCENA II.
GNATHO, PARMENO.

GN. *DII immortales, homini homo quid præstat? stulto intelligens*
Quid interest? hoc adeò ex hac re venit in mentem mihi:
Conueni hodie aduenientes quendã mei loci hinc, atque ordinis
Hominem, haud impurum, itidẽ patria qui[8] *abligurierat bona:*
Video sentum, squalidum, ægrum, pannis annisq; obsitum.
Quid istuc, inquam, ornati est? quoniam miser, quod habui, perdidi. hem
Quò redactus sum? omnes noti me, atque amici deserunt:

1 G.F. au memini. ex antiq. 2 adiget. I.R. ex Don. & G.F. & præsertim F.F. ex Ad.T. 3 defetiger. G F. antiq & Palat. 4 defatiger vsque: M. B 5 ingratus: vulgò, ingratis: 6 Abi sis: omittũt ex man. & vet. Ven. & Lug. I.R. & F.F. & M M. & Gab. F. 7 Sic I.R. è Don. & Lug. & Ven. & Sex. Pomp & G F. Vulgo hîc: mihi indulgeo.
8 abligurrierat: M.M. & F.F. & Gab.

Hic ego illum contemsi præ me: quid homo, inquam, ignauissume?
Itán' parasti te, vt spes nulla relliqua in te[1] *sit tibi?*
Simul consilium cum re amisti?[2] *viden' me ex eodem ortum loco?*
Qui color, nitor, 3 *vestitus, quæ habitudo est corporis?*
Omnia habeo, neque quicquam habeo: nihil cùm est, nihil defit tamen.
At ego infelix neque ridiculus esse, neque plagas pati
Possum. quid tu his rebus credis fieri? tota erras via.
Olim isti fuit generi quondam quæstus apud seclum prius.
Hoc nouum est aucupium: ego adeò hanc primus inueni viam.
Est genus hominum, qui esse primos se omnium rerum volunt,
Nec sunt: hos consector: 4 *hisce, ego non paro me, vt rideant:*
Sed his vltro adrideo, & eorum ingenia 5 *admiror, simul*
Quicquid dicunt, laudo: id rursum si negant, laudo id quoque,
Negat quis, nego: ait, aio: postremo imperaui egomet mihi,
Omnia assentari. is quæstus nunc est multò uberrimus.
PA. *Scitum hercle hominem: hic homines prorsum ex stultis insanos facit.*
GN. *Dum hæc loquimur, interea loci ad macellum vbi* 6 *aduenimus,*
7 *Concurrunt læti mi obuiam cupedinari omnes,*
Cetarij, lanij, coqui, fartores, piscatores, aucupes,
Quibus & re salua & perdita profueram & prosum sæpè:
Salutant: ad cœnam vocant: aduentum gratulantur.
Ille vbi miser, famelicus, videt me esse in tantum honorem,
Et tam facile victum quærere: ibi homo cœpit me obsecrare,
Vt[8] *sibi liceret discere id de me, sectari iussi,*
Si pote, tanquam philosophorum habent disciplinæ ex ipsis
Vocabula, parasiti itidẽ vt Gnathonici vocẽtur.
PA. *Viden', otium, & cibus quid*[9] *faciat alienum?*
GN. *sed ego cesso*
Ad Thaidem hanc deducere, & [10] *rogitare, ad*

1 esset Faer. 2 Vide H.G. 3 Aliqui: qui vestitus? F.F. 4 admiror simul: Plant. & interp.
5 Sic plerique. Sed Int. Datiuo casu: alii Nominandi accipiunt. 7 G.L. & alij: venimus Ant. G. & Gab. Fa. aduentamus, I.R. è man. & Ven. aduenimus. 7 Variè hi versus à diuersis concinnãtur. I R. M M. G.F. Citat Cicero 1. off. Et imitatur ludens Horat. 2. sat. 3.
8 sibi, ant Quintil. lib. 1. G.F. 9 al. facit.
10 rogare. Faer.

cœnam

cœnam vt veniat.
Sed Parmenonem ante ostium 1 *Thaidis tristem video,*
Riualis seruum: salua res est: nimirum hîc homines frigent.
Nebulonem hunc certum est ludere. PA. 2 *hisce hoc munere arbitrantur*
Suam Thaidem esse. GN. *plurima salute Parmenonem*
Summum suum impertit Gnatho. quid agitur?
PA. *statur.* GN. *video:*
Nunquidnam hic, quod nolis, vides? PA. *te.* GN. *credo: at nunquid aliud?*
PA. *Qui dum?* GN. *quia tristis es.* PA. *nihil equidem.* GN. *ne sis. sed quid videtur*
Hoc tibi 3 *mancipium? PA. non malum hercle.*
GN. *vro hominem.* PA. *vt falsus* 4 *animi est:*
GN *Quàm hoc munus gratum Thaidi arbitrare esse? PA. hoc nunc dicis,*
Eiectos hinc nos: OMNIVM RERVM heus vicissitudo est.
GN. *Sed ego te totos, Parmeno, hos menses quietum reddam,*
Ne sursum, deorsum cursites: néue vsque ad lucem vigiles:
Ecquid beo te? PA. men'? papæ. GN. *sic soleo amicos.* PA. *laudo.*
GN. *Detineo te, fortasse tu* 5 *profectus aliò fueras.*
PA. Nusquam. GN. tum tu igitur paululum da mihi operæ: fac vt admittar
Ad illam. PA. age, modò nunc tibi patent fores hæ, quia istam ducis.
GN. Num quem euocari hinc vis foras? PA. sine, biduum hoc prætereat:
Qui mihi nunc vno digitulo 6 *fores aperis fortunatus,*
Næ tu 7 *istas saxo calcib. sæpe insultabis frustra.*
GN. 8 *Etiam tu hic stas Parmeno: eho nimnam tu hic relictus custos;*
Ne quis fortè inuernuntius clàm à milite ad istam 9 *cursitet?*
PA. Facetè dictum: mira verò, militi quæ placeant.
Sed video herilem filium minorem huc aduenire.
Miror, 10 *quid ex Piræo abierit: nam ibi custos publicè est nunc.*
Non temerè est: & properans venit: nescio, quid circunspectat.

1 meretrici<: M.M. & FF. 2 Sic I.R & F.F.& Don.& Prisc. 2 Hice, vel Hiice. G.F. è man.
3 mancupium vetustè. G.F. è Pal. & iurecõs. libris. 4 Sic I.R & Don. Aliquibus omittitur genitiuus, animi. 5 profecturus. G.I. & alij.
6 forem. &: Næ 7 tu istam. &c. M.M Aliter legit An.G. Aliter H.G. vide F.F.
8 Alij: Etiam nunc hic. I.R. Etiam nunc tu hic stas. &c. 9 An. G. cursitet ad istam. F. F. curset. 10 M.M. quî i cur. In metro, eliditur D. in quid. F.F.

ACTVS SECVNDI SCENA III. CHÆREA, PARMENO.

CH. *OCcidi.*
Neque virgo est vsquam: neque ego, qui illam è conspectu amisi meo.
Vbi quæram? vbi inuestigem? quem perconter? quam 1 *insistam viam?*
Incertus sum: vna hæc spes est, vbi vbi est, diu celari non potest.
O faciem pulchram! deleo omnes dehinc ex animo mulieres:
Tædet harum cotidianarum formarum. P. *ecce autem* 2 *alterum,*
Nescio quid de amore loquitur. ô infortunatum senem:
Hic vero est, qui si amare occeperit, ludum iocúmque
Dices fuisse illum alterum, præut huius rabies quæ dabit.
C. *Vt illum dij, deæq; senium perdant, quime hodie remoratus est:*
Meq; adeo, qui restiterim: tum autem, qui illum flocci fecerim:
Sed eccum Parmenonem. salue. P. *quid tu es tristis? quidue* 3 *es alacris?*
Vnde is? C. *egóne? nescio hercle, neque vnde eam, neque quorsum eam:*
Ita prorsum oblitus sum mei.
P. *Quî quæso?* C. *amo.* P. 4 *hem.* C. *nunc te Parmeno ostendes, qui vir sies.*
Scis, te mihi sæpe pollicitum esse. Chærea, aliquid inueni
Modò, quod ames: in ea re vtilitatem ego faciam vt cognoscas meam.
Cùm in cellulam ad te patris penum 5 *omnem congerebam clanculum.*
P. *Age inepte.* C. *hoc hercle factum est. fac sis nũc promissa appareant,*
6 *Siue adeo digna res est, vbi tu neruos intendas tuos:*
Haud similis virgo est virginum nostrarum: quas matres student
Demissis humeris esse, vincto pectore, vt 7 *graciles sient.*
Si qua est habitior paulo, pugilem esse aiunt: deducunt cibum:
Tametsi bona est natura, reddunt curatura iunceas:
Itaque ergo amantur. P. *quid tua istæc?* C. *noua figura oris.* P. *papæ.*

1 Sic I.R è man. 2 Sic G.F. comica Phrasi syllepseos contra Vallam. qui legit: alter: li. 2. ca. 15.
3 F.F. quidue alacris? Perturbatio amatoria.
4 Sic F.F. vt vltima in amo non elidatur: Alij: ehem. 5 Sic Prisc. lib. 5. & 15 & I.R. & M.M. ex omnibus vet. Don. etiam penũ omne. 6 I.R. Siue: ex Don. Alij. Si adeò. G.F. Parmenoni tribuit, è Pal. Sed mihi, inquit, rectius Chæreæ sunt. Meminit vtriusque interpres. 7 Ita Probus & I.R. & G.F. è Pal. vt & Lucilius lib. 8. sat.

C. *Color verus, corpus solidum, & succi plenum.*
P. 1 *anni?* C. *anni?* 2 *sedecim.*
P. *Flos ipse.* C, *hanc tu mihi* 3 *vel vi, vel clàm, vel precario*
Fac tradas: mea nihil refert, dum potiar modo.
P. *Quid, virgo cuia est?* C. *nescio hercle.* P. *vnde est?* C. *tantundem.* P. *vbi habitat?*
C. *Ne id quidem.* P. *vbi vidisti?* C. *in via.* P. *qua ratione amisti?* C. *id equidem*
Adueniens mecum stomachabar modò: neque
Quemquam esse ego hominem arbitror, cui magis bona
Felicitates omnes aduorsæ sient.
4 *Quid hoc est sceleris? perij.* P. *quid factum est?* C. *rogas?*
Patris cognatum atque æqualem 5 *Archidemidem*
Nostin'? P. *quid ni?* C. *is, dum sequor hanc, fit mihi obuiam.*
P. *Incommodè hercle.* C. *immò enimuero infeliciter:*
Nam incommoda alia sunt dicenda Parmeno.
Illum, liquet mihi deierare, his mensibus
6 *Sex, septem prorsum non vidisse proxumis,*
Nisi nunc, cum minimè vellem, miniméque opus fuit.
Eho, nónne hoc monstri simile est? quid ais? P. *maxumè.*
CH. *Continuò accurrit ad me, quàm longè quidem,*
Incuruus, tremulus, labiis demissis gemens:
Heus heus, tibi dico Chærea, inquit. restiti:
Scin', quid ego te volebam? dic cras est mihi
Iudicium. quid tum? vt diligenter nuncies
Patri, aduocatus mane mihi esse vt meminerit.
Dum hæc 7 *loquitur, abiit hora. rogo, num quid velit?*
Rectè, inquit. abeo. cum huc respicio ad virginem,
Illa sese interea commodùm huc aduorterat
8 *In hanc nostram plateam.* P. *mirum, ni hanc dicit, modò*
Huic quæ data est dono. C. *huc cum aduenio, nulla erat.*
P. *Comites secuti scilicet sunt virginem?*
C. *Verum parasitus cum ancilla.* P. *ipsa est:* 9 *ilicet:*
Desine. iam conclamatum est. C. *alias res agis.*
P. *Istuc ago equidem.* C. *nostin', quæ sit? dic mihi: aut*

1 anni semel tantum in vet. Ven. F.F. 2 Ita G. F. è Pal. Sexdecim: legit Interp. 3 F.F. cum An. G. mihi vi, clam, precario. Pris. 15. seu vi, seu clam, seu precario. Vi, clam, precario.

4 Ita G. F. tribuit Chææ: Alij sic: PA. Quid h. e. sceleris? CH. perij. 5 Ita legendum docet I.R. è Plauti Bacchi. etsi man. & alia habeant mendosè, Archimenidem. 6 Sic I. R. Eras. G.F. è Man. & aliis. Item P.B. & F.F. è Pris. lib. 18. antiq. Vulgò, Sex vel septem 7 I. R. è man. Dicit, legunt Mur. & Faër. 8 An. G. In nostram hanc. Eras. In nostram plat. 9 Alij: Scilicet. Sed P.B. & G.F. & F.F. ilicet.

Vidistin'? PA. *vidi: noui: scio, quò abducta sit.*
CH. 1 *Ehò Parmeno mi, nostin'?* PA. *noui.* CH. *& scis, vbi siet?*
PA. *Huc deducta est ad Thaidem* 2 *meretricem: ei dono data est.*
CH. *Quis is est tam potens cum tanto munere hoc?* PA. *miles Thraso,*
Phædriæ riualis. CH. *duras fratris partes prædicas.*
PA. *Immò enim, si scias quod donum huic dono contrà comparet,*
Tum magis 3 *id dicas.* CH. *quodnam quæso hercle?* PA. *eunuchum.* CH. *illúmne, obsecro,*
Inhonestum hominem, quem mercatus est here, senem, mulierem?
PA. *Istunc ipsum.* CH. *homo quatietur certè cũ dono foras.*
Sed istam Thaidem non sciui nobis vicinã. PA. *haud diu est.*
CH. *Perij, nunquámne etiam me illam vidisse? ehodum dic mihi:*
Est' ne, vt fertur, forma? PA. *sanè.* CH. *at nihil ad nostram hanc.* PA. *alia res est.*
CH. 4 *Obsecro hercle Parmeno, fac vt potiar.* PA. *faciam sedulo, ac*
Dabo operam, 5 *adiuuabo: nunquid me aliud* 6 *vis?* CH. *quò nunc is?* PA. *domum,*
Vt mancipia hæc, ita vti iussit frater, 7 *deducam ad Thaidem.*
CH. *O fortunatum istum eunuchum, qui quidẽ in hanc detur domum.*
PA. *Quid ita?* CH *rogitas? summa forma semper conseruam domi*
Videbit, conloquetur: aderit vnà in vnis ædibus:
Cibum nonnunquam capiet cum ea: interdum propter dormiet.
PA. *Quid, si nunc tute fortunatus fias?* CH. *quare Parmeno?*
Respondè. PA. *capias tu illius vestem.* CH. *vestẽ? quid tum postea?*
PA. *Pro illo te ducam.* CH. *audio.* PA. *te esse illum dicam.* CH. *intelligo.*
PA. *Tu illis fruare commodis, quibus tu illum dicebas modò:*
Cibum vna capias, adsis, tangas, ludas, propter dormias:
Quandoquidem illarum neque quisquam te nouit, neque scit qui sies.
Præterea 8 *forma & ætas ipsa est, facilè vt pro eunucho probes.*

1 FF. è Pris. 13. & Agræt. io. Sed G.L. & An.G. legunt: ô Parmeno. 2 F.F. omittit: meretricem.
3 F.F. ex omnibus emendatis. H.G. & Faër. & M.B. omittunt: id. 4 obsecro te hercle: M M.
5 adiutabo. M. M. 6 Vis: omittit Faër. & probat G.F. Addit: Vis: I.R. è Don. & man. & aliis.
7 Sic An.G. Deducam. Faër.
8 Sic Don. legit vel Int. forma atque ætas ipsa est, facile vt pro. &c. Deest, inquit, Te: quod subaudiamus. I. Vv & An.G. ita: forma, ætas ipsa est, facilè vt te pro &c.

CH. 1 *Di-*

CH. [1] *Dixti pulchrè: nunquam vidi melius consilium dari.*
Age eamus intrò nunc iam: orna me, abduc, duc,
[2] quantum potes.
P. *Quid agis? iocabar equidem.* C *garris.* P. *perij,*
quid ego egi miser?
Quo trudis? perculeris iam tu me. tibi equidem
dico, mane.
CH. *Eamus.* P. *pergin'?* CH. *Certum'st.* P. *vide,*
ne nimium calidum hoc sit modò.
CH. *Non est profectò. sine.* P. *at enim istæc in me*
cudetur faba. CH. *ah.*
P. *Flagitium, [3] facinus.* CH. *an id flagitium'st, si*
in domum meretriciam
Deducar, & illis crucibus, quæ nos, nostrámque
adolescentiam
Habent [4] despicatam, & quæ nos semper omnib.
cruciant modis,
Nunc referam gratiam: atque eas itidem fallam,
vt ab illis fallimur?
An potius hæc [5] patri æquom est fieri, vt à me [6] ludatur dolis?
Quod qui rescierint, culpent: illud meritò factum
omnes putent.
P. [7] *Quid istic? si certum'st facere, [8] facias. verùm*
ne post conferas
Culpam in me. CH. *non faciam.* P. *iubésne?* CH.
[9] iubeo, cogo, atque impero.
Nunquam [10] defugiam auctoritatem. P. *sequere.*
dij vortant bene.

ACT. TERTII SCENA I.

THRASO, GNATHO, PARMENO.

T. *MAgnas vero agere gratias Thais mihi?*
GN. *Ingenteis.* T. *ain' tu, lætа'st?* G. *non*
tam ipsa quidem
Dono, quàm abs te datum esse: id vero seriò
Triumphat. P. *huc prouiso, vt, vbi tempus siet,*
Deducam: sed eccum militem. T. *est istuc datum*
Profectò, vt grata sint mihi quæ facio omnia.
G. *Aduorti hercle animũ.* T. *vel rex semper maxumas*
Mihi agebat, quicquid feceram: aliis non item.
G. *Labore alieno [11] magno partam gloriam*
Verbis sæpe in se transmouet, qui habet salem:
Quod in te est. T. *habes.* G. *rex te ergo in oculis.*
T. *scilicet.*
G. *Gestire.* T. *[1] verò, credere omnem exercitum,*
Consilia. G. *mirum.* T. *tum sicubi eum sattetas*
Hominum, aut negoti si quando odium ceperat,
Requiescere vbi volebat, quasi: nostin'? G. *scio.*
Quasi vbi illam expueret miseriam ex animo. T.
tenes.
Tum me conuiuam solum abducebat sibi. G. *hui.*
Regem elegantem narras. T. *immo [2] sic homo'st*
Perpaucorum hominum. G. *immò nullorum arbitror,*
Si tecum viuit. T. *inuidere omnes mihi,*
Mordere clanculum: ego [3] non floccipendere:
Illi inuidere misere, verùm vnus tamen
Impensè, elephantis quem Indicis præfecerat.
Is vbi molestus magis est, quæso, inquam, Strato,
Eone es ferox, quia habes imperium in [4] belluas?
G. *Pulchrè me hercle dictum & sapienter. papæ,*
Iugularas hominem. quid ille? T. *mutus illicò.*
G. *Quid ni esset?* P. *dij vostram fidem, hominem*
perditum,
Miserúmque: & illum sacrilegum. T. *quid? illud,*
Gnatho,
Quo pacto Rhodium tetigerim in conuiuio,
[5] Nunquid tibi dixi? G. *nunquam: sed narra obsecro.*
Plus millies iam audiui. T. *vnà in conuiuio*
Erat hic, quem dico, Rhodius adolescentulus.
Fortè habui scortum: cœpit ad id [6] alludere,
Et me irridere. quid [7] agis, inquam, homo impudens?
Lepus tute es, & pulpamẽtũ quæris. G. *ha, ha, hæ.*
T. *Quid est?* G. *facetè, lepidè, lautè, nihil supra.*
[8] Tuum obsecrone hoc dictum erat? vetus credidi.
T. *Audieras?* G. *sæpè, & fertur inprimis.* T. *meũ'st.*
[9] Dolet dictum imprudenti adolescenti, & libero.
P. *At te dij perdant.* G. *quid ille quæso?* T. *perditus.*
Risu omnes, qui aderant, emoriri: denique
Metuebant omnes iam me. G. *non iniuria.*
T. *Sed heus tu, purgon' ego me de istac Thaidi,*
Quòd eam me amare [10] suspicata est? G. *nihil minus,*
Immò auge magis suspicionem. T. *Cur?* G. *rogas?*
Scin'. si quando illa mentionem Phædriæ
Facit, aut si laudat, te vt malè vrat? T. *sentio.*
G. *Id vt ne fiat, hæc res sola'st remedio.*
Vbi nominabit Phædriam, tu Pamphilam
Continuò. si quando illa dicet: Phædriam

1 H.G.& F.F Dixisti. versus octon. requirit.
2 G,F. quantũ potest: è vet. Impersonaliter iũgitur omnibus personis. 3 M.M. & Gab. F. legũt. Flagitiũ facimus. 4 Ita F.F.& Don. ab inusitato Despicor: Eras. & P.B. legũt: Despectã 5 Sic Faer. & M B.I.R.& G.Fab. An potius hęc pati? ah æquõ est, &c Inter. An potius hęc pati æquom est.
6 G.F. ludatur Vver. ludantur. 7 Sic F F.& M. B.è Pris. li. 15. I.R. Quid istuc? è man.& Don. vel ins. Aduerbium ægrè concedentis. 8 Sic interp. Alij & F F. faciam. 9 Vet.& Non. exempl. Ven. Imò cogo. I.R. 10 Sic M M. & F.F. Alij ita. Par. Nunquam defugiam auctoritatem: sequere. G.H. Dij vortant bene. I.Vv. auctoritatem tuam. Interp. malè. 11 vulgò: magnam.

1 Ita Faër. Vulgò: verum.
2 Charis. lib 2. 3 Sic M B Alij: flocci pendere. G.F.è vet.& FF. 4 G F. in belluis.
5 Nunquam. G.F.è vet.
6 F.F. è Pris. li. 18. Ludere. G.F.è man.
7 I.R.è man.& ven. & sensus rei præsentis. Et Ant. G. Alij: Quid ais? 8 Tuúmne obsecro. I.R.
9 G.I.& Gou. & F. F tribuunt hæc verba Gnathoni ex Interprete.
10 G F.è Pal. Alij vulgò suspicatur.

[1]*Intromittamus commissatum: tu, Pamphilam*
Cantatum prouocemus. si laudabit hæc
Illius formam: tu huius contra. denique
Tu par pari referto, quod eam [2] *mordeat.*
T. *Siquidem me amaret, tum istuc prodesset, Gnatho.*
G. *Quando illud, quod tu das, exspectat, atque amat,*
Iamdudum amat te, iamdudum illi facile sit,
Quod doleat: metuit semper, quem ipsa nunc capit
Fructum, ne quando iratus tu aliò conferas.
T. *Bene dixti: ac mihi istuc non in mentem venerat.*
G. *Ridiculum: non enim cogitaras: cæterùm*
Idem hoc tute melius quanto inuenisses Thraso!

ACT. TERTII SCENA II.

THAIS, THRASO, PARMENO, GNATHO, PYTHIAS.

TH. *Audire vocem visa sum modò militis:*
Atque eccum: salue mi Thraso. T. *ô Thais mea,*
Meum suauium, quid agitur? ecquid nos amas
De fidicina istac? P. *quàm venustè! quod dedit*
Principiũ aduenienti! TH. *plurimùm merito tuo.*
G. *Eamus ergo ad cœnam. quid stas?* P. *hem alterum!*
Ex homine hunc natum dicas. TH. *vbi vis, non moror.*
P. *Adibo, atque assimulabo, quasi nunc exeam.*
Iturane Thais quopiam es? TH. [3] *hem Parmeno,*
Bene [4] *pol fecisti: hodie itura.* P. *quò?* TH. *quid? hunc non vides?*
P. *Video, & me tædet. vbi vis, dona assunt tibi*
A Phædria. TH. *quid stamus? cur nò imus hinc?*
P. *Quæso hercle, vt liceat, pace quod fiat tua,*
Dare huic quæ volumus, conuenire & conloqui.
THR. *Perpulcra credo dona, [5] aut nostris similia.*
P. *Res indicabit. heus iubete istos foras*
Exire, quos iussi, ocyus. procede tu huc.
Ex Æthiopia est vsq; hæc. T. *hic sunt tres minæ.*
G. *Vix.* P. *vbi tu es Dore? accede huc: [6] hem eunuchum tibi:*
Quàm liberali facie, quàm ætate integra!
TH. *Ita me dij ament, honestus est.* P. *quid tu ais, Gnatho?*
Nunquid habes, quod contemnas? quid tu autem Thraso?
Tacent: satis laudant. fac periculum in litteris,
Fac in palæstra, in musicis: quæ liberum
Scire æquom est adolescentem, solertem dabo.
T. *Ego illum eunuchum, si opus siet, vel sobrium.*
P. *Atque hæc qui misit, non sibi soli postulat*
Te viuere, & sua causa excludi cæteros:
Neque pugnas narrat, neque cicatrices suas
Ostentat: neque tibi obstat, quod quidam facit:
Verùm, vbi molestum non erit, vbi tu voles,
Vbi tempus tibi erit, sat habet, si tum recipitur.
T. *Apparet, seruum hunc esse domini pauperis,*
Miserique. G. *nam hercle nemo posset, sat scio,*
Qui haberet, qui pararet, alium, hunc perpeti.
P. *Tace tu:* [1] *quem ego esse infra infimos omnes puto*
Homines: nam, qui huic animum assentari induxeris,
E flamma te petere cibum posse arbitror.
T. *Iámne imus?* TH. *hos prius introducã, & quæ volo,*
Simul imperabo: postea continuò exeo.
T. *Ego hinc abeo: tu istum opperire.* P. *haud cõuenit*
Vnà ire cum [2] *amica imperatorem in via.*
T. *Quid tibi ego multa dicã,* [3] *domini simillimus es.*
G. *Ha, ha, hæ.* T. *quid rides: istuc, quod dixti modo:*
Et illud de Rhodio [4] *dictum in mentem venit.*
Sed Thais exit. T. *abi: præcurre, vt sint domi*
Parata. G. *fiat.* TH. *diligenter, Pythias,*
Fac cures, si Chremes huc forte aduenerit,
Vt ores, primum vt maneat: si id non commodum'st,
Vt redeat: si id non poterit, ad me adducat.
PY. *Ita faciam.* TH. *quid? quid aliud volui dicere?*
Hem, curate istam diligenter virginem:
Domi adsitis, facite. T. *eramus.* TH. *vos me sequimini.*

ACTVS TERTII SCENA III.

CHREMES, PYTHIAS.

Profectò, quanto magis magisque cogito,
Nimirum dabit hæc Thais mihi magnũ malum:
Ita me ab ea video astutè labefactarier.
Iam tum, cum primum iussit me ad se accersier,
(Roget quis, quid tibi cum illa? ne noram quidem)
Vbi veni, causam, vt ibi manerem, repperit:
Ait, rem diuinam [5] *fecisse & rem seriam*
Velle agere mecum. iam tum erat suspicio,
Dolo malo hæc fieri omnia. ipsa accumbere

1 Sic Polit. è Bembo: & P.V. è Man. & T.P. Alij comessatum intromittamus. Illi omittũt pronomen: Tu: vel primam syllabam absorbent siue versus prioris.
2 remordeat Seruius in 1. Æn. & Hass.
3 F.F. ehem.
4 Bene feciſti: M.M. & Faer. Bene pol. I.R. è Don. & ver. 5 Vulgò, haud.
6 G.F. è Pal. Em. vnde corruptores fecerũt: En.

1 Ita I.R. è vet & F.F. è Prisc. lib. 14. Alii: Quem ego esse puto infra omnes, &c. 2 G.F. è Pal. Alij: amica cum: nimis cum Anastrophe. 3 Ita G. F. & F.F. è Prisc. Al. domino. 4 eum in mente venit. Faer. 5 Ita Riuius ex ant. & ob versum. Ant. G. facere se: malè, ait F.E.

Mecum,

Mecum, mihi sese dare: sermonem quærere.
Vbi friget, huc euasit, quàm pridem pater
Mihi & mater mortui essent. dico, iam diu.
Rus Sunij 1 ecquod habeã, & quàm longè à mari.
Credo, ei placere hoc: sperat se à me auellere.
Postremò, ecqua inde parua perisset soror,
Ecquis cum ea vnà: quid habuisset, cùm perit:
Ecquis eam posset noscere: hæc cur quæritet?
Nisi illa fortè, quæ olim periit paruola
Soror, hanc se intendit esse, vt est audacia.
Verùm ea si viuit, annos nata'st sedecim,
Non maior: Thais, ego quàm sum, maiuscula'st.
Misit porrò orare, vt venirem. seriò.
Aut dicat 2 quod volt, aut molesta ne siet.
Non hercle veniam tertiò. heus heus. 3 PY. hic quis est?
CH. Ego sum Chremes. PY, ô capitulum lepidissimum.
CH. Dico ego mihi insidias fieri? PY. Thais maxumo
Te orabat opere, vt cras redires. CH. rus eo.
PY. Fac amâbo. CH. non possum, inquam. PY. at apud nos hic mane,
Dum redeat ipsa. CH. nihil minus. PY. cur mi Chremes?
CH. Malam 4 rem hinc abis. PY. si istuc ita certum'st tibi,
Amabo, vt illuc transeas, vbi illa'st. CH. eo.
PY. Abi Dorias, citò hunc deduce ad militem.

ACTVS TERTII SCENA IIII. ANTIPHO.

HEri aliquot adolescentuli coimus in Peireo,
In hunc diem vt de symbolis essemus. Chæream ei rei
Præfecimus: dati annuli: locus, tempus constitutum'st.
Præteriit tempus: quo in loco dictum'st, parati nihil est.
Homo ipse nusquam'st: neque scio, quid dicam, aut quid coniectem.
Nunc mihi hoc negotî cæteri dedêre, illum vt quæram:
5 Ibo ad eum, visam, si domi'st. quisnam hinc à Thaide exit?
Is est, an non est? ipsus est. quid hoc hominis? qui hic ornatus est?
Quid illud mali est? nequeo satis mirari, neque conijcere.
Nisi quicquid est, procul hinc libet prius, quid sit, sciscitari.

1 Ita I.R. è man. & aliis. Vulgò: & quod.
2 Inter. quid. comicè. 3 Faer. heus heus: ecquis hic? Inter. quoque omittit personam Pyth.
4 Ant. G. Malam in rem hinc. vt Plaut. Capt.
5 Ita I.R. & G.F.F. è Pal. & man. & Hass. & infra Heautont. & Plaut. Bacch. Alij vulgo. Idque, adeo, visam &c. Bembus repetit verbum, visam. Malé.

ACTVS TERTII SCENA V. CHAEREA. ANTIPHO.

NVmquis hic est, nemo est. numquis hinc me sequitur? nemo homo'st.
Iámne erumpere hoc licet mihi gaudium? prò Iuppiter!
Nunc est profectò, interfici cùm perpeti me possum,
Ne hoc gaudium contaminet vita ægritudine aliqua.
Sed 1 neminémme curiosum interuenire nunc mihi,
Qui me 2 sequatur, 3 quoque eam, rogitando obtundat, 4 enecet,
Quid gestiam, aut quid lætus sim, quò pergam, vnde emergam, vbi siem
Vestitum hunc nactus, quid mihi quæram, sanus sim, anne insaniam?
A. Adibo, atque ab eo gratiam hanc, quam video velle, inibo.
Chærea, quid est quod sic gestis? 5 quidue sibi hic vestitus quærit?
Quid est, quod lætus sis? quid tibi vis? satísne sanus? quid me
Adspectas? quid taces? CH. ô festus dies hominis! amice,
Salue: 6 nemo est omnium, quem ego magis nunc cuperem, quàm te.
AN. Narra istuc, quæso, quid siet. CH. immo ego te obsecro hercle, vt audias.
Nostin' hanc, quam amat frater? A. noui, nempe opinor Thaidem.
CH. Istam ipsam. A. sic commemineram. CH. hodie quædam est ei dono data
Virgo: quid ego eius tibi nunc faciem prædicem, aut laudem Antipho,
Cùm ipsum me noris, quàm elegans formarum spectator siem?
In hac commotus sum. AN. ain tu? CH. primam dices, scio, si videris.
Quid multa verba? amare cœpi. forte fortuna domi
7 Erat quidam eunuchus, quem mercatus fuerat frater Thaidi:
Neque is deductus etiam tum ad eam. summonuit me Parmeno,
Ibi seruos, quod ego arripui. AN. quid id est? CH. 8 tace sis, citius audies.
Vt vestem cum eo mutem, & pro illo iubeam me

1 Ita G.F. è Pal. Alij vulgò: neminem.
2 Ita I.R. è Don. & man. Vulgò consequatur.
3 Sic G.F. è Pal. Faer. habet: quoquò. Has. quiq. iã. 4 M.M. Pl. enicet. Interp. εὐφωνότερον ait, est enecet. 5 Al. aut quid. F. F. quid sibi. 6 Ita I. R. è Don. & Vẽ. & Rom. Sed Faer. ita: Nemo est hominũ quem ego nunc magis cuperem videre, quàm te. F. E. Nemo omnium est, quẽ ego magis nunc cuperẽ videre 7 Sic Erasmus primam syllabam absorbet priore versu. Al. Quidam erat eunuchus.
8 Sic I.R. Sed G.L. Tacitus. Alij, Tacitus sis.

illò ducier.
AN. Pro eunuchon'? CH. sic est. AN. quid ex ea re tandem vt caperes commodi?
CH. Rogas? viderem, audirem, essem vnà, qua cum cupiebam Antipho.
Num parua causa, aut parua ratio est? traditus sum mulieri.
Illa illicò vbi me accepit, læta verò ad se abducit domum,
Commendat virginem. AN. cui? tibine? CH. mihi. AN. satis tutò tamen.
CH. Edicit, ne vir quisquam ad eam adeat: & mihi, ne abscedam, imperat.
In interiore parte vt maneam solus cum sola. adnuo,
Terram intuens modestè. AN. 1 miser. CH. ego, inquit, ad cœnam hinc eo:
Abducit secum ancillas: paucæ, quæ circum illam essent, manent,
Nouitiæ 2 puellæ. continuò hæc adornât, vt lauet.
Adhortor, properent. dum apparatur, virgo in cõclaui sedet,
Suspectans tabulam quandam pictam, vbi inerat pictura hæc, Iouem
Quo pacto Danaë 3 misisse aiunt quondam in gremium imbrem aureum.
Egomet quoque id spectare cœpi: & quia consimilem luserat
Iam olim ille ludum, impendiò magis animus gaudebat mihi,
Deum sese in hominem conuertisse, atque 4 per alienas tegulas
5 Venisse clanculum per impluuium fucum factum mulieri:
At quem deum? qui templa cœli summa sonitu concutit.
Ego 6 homuncio hoc non facerem? ego illud vero 7 ita feci ac lubens.
8 Dum hæc mecum reputo, accersitur lauatum interea virgo:
It, lauit, redit: deinde 9 eam in lectum illæ conlocarunt.
Sic exspectans, si quid mihi imperent. venit vna, heus tu, inquit, Dore,
Cape hoc flabellum, & ventulum huic sic facito, dum 10 lauamur.
Vbi nos lauerimus, si voles, lauato. accipio tristis.
AN. Tum equidem istuc os tuum impudens videre nimium vellem,
11 Qui esset status, flabellum tenere te asinum tantum.

1 Int. & hoc verbum Chereę tribuit: miser: & s. dono datus & seruiens meretrici. Sed ironicè.
2 M. M. omittit, Puellę: per ellipsin. 3 Al. Danaę, P. V. 1. Var. lect. 15 4 Faer. in. 5 M. M. Fucũ factum mulieri, venisse per impluuium clanculũ.
6 homuncio. P. B. & P. V. & Th. Pul. 7 Alij: ego verò illud feci. 8 Prisc. lib. 9. Hęc dũ 9 alij illam. 10 Ita interp. Alij: lauamus.
11 Sic I. R. è Don. & vet. vt nihil elidatur. Alij: Quis. Al. status quis.

CH. Vix elocuta'st hoc, foras simul omnes proruunt se:
Abeunt lauatum, perstrepunt, ita vt sit, domini vbi absunt.
Interea somnus virginem opprimit. ego limis 1 aspecto
Sic per flabellum clanculum, & simul alia circumspecto,
Satin' explorata sint. video esse: pessulum ostio obdo.
AN. Quid tum? C. 2 quid? quid tum fatue. AN. fateor. C. 3 an ego occasionem
Mihi ostentam 4 tantam, tam breuem, tam optatam, tam insperatam,
Amitterem? tum pol ego is essem 5 verò, qui assimulabar.
AN. Sanè hercle vt dicis. sed interim de symbolis quid actum'st?
CH. Paratum'st. AN. frugi es: vbi? domin'? CH. immò apud libertum Discum.
AN. Perlongè est. 6 sed tanto ocyus properemus: muta vestem.
CH. Vbi mutem? perij: nam domo exulo: nũc metuo fratrem,
Ne int9 sit: porrò autem, pater ne rure redierit iã.
AN. Eamus ad me, ibi proximum'st, vbi mutes. CH. rectè dicis.
Eamus: & de istac simul quo pacto porrò possim
Potiri, consilium volo capere vnà tecum. A. fiat.

ACTVS QVARTI SCENA I. DORIAS.

ITa me dij 7 bene ament, quãtum ego illum vidi, nonnihil timeo misera,
Ne quam ille hodie insanus turbam faciat, aut vim Thaidi.
Nam postquam iste aduenit Chremes adolescens frater virginis,
8 Militem rogat, vt eum admitti iubeat: ille continuo irasci,
Neque negare audere: Thais porrò instare, vt hominem inuitet:
Id faciebat retinendi illius causa: quia, illa quæ 9 cupiebat
De sorore eius indicare, ad eam rem tempus non erat.
Inuitat tristis 10 mansit ibi, illa cum illo sermonem occipit.

1 al. specto. F. 2 Alij hoc Quid? omittunt.
3 M. M. Egóne.
4 Sic I. R. è ma. & S. Pomp. lib. 13. & G. F. è man. Vvert. Sed ostentatã F. F. è Pal. 5 Al. & I. Vv. verè.
6 Ita legit cum aliis F. F. Sed I. R. ex man. ant. ita: Chę. sed tantò ocyus properemus. An. muta vestem.
7 Benè, omittunt Gab. F. & I. R. ex Haf. & Ven. & metri ratione sua.
8 F. F. & An. G. Rogat, illum admitti vt iubeat. Militem inculcatum putant.
9 F. F. cupibat. Antiquè.
10 Gab. F. manfit. ibi illa. F. F. & G. F. illicò. per ellipsin & paronomasian.

Miles

Miles verò sibi putare adductum ante oculos æmulum:
Voluit facere contra huic ægrè: heus, inquit puer, Pamphilam
Accerse, vt delectet hic nos. illa exclamat, minimè gentium.
In conuiuium illam? miles tendere inde ad iurgium.
Interea aurum sibi clàm mulier 2 demit; dat mihi vt auferam:
Hoc est signi, vbi primum poterit, 3 se illinc subducet scio.

ACTVS QVARTI SCENA II. PHAEDRIA.

DVm rus eo, cœpi egomet mecum inter vias,
Ita vt fit, vbi quid in animo est molestiæ,
Aliam rem ex alia cogitare, & ea omnia in
Peiorem partem: quid opu'st verbis? dum hæc puto,
Præterij imprudens villam. longè iam abieram,
Cùm sensi, redeo rursum, malè verò me habens:
Vbi ad ipsum veni diuorticulum, constiti:
Occepi mecum cogitare, hem, biduum hîc
Manendum'st soli, sine illa? quid tum postea?
Nihil est. quid? nihil? si non tangendi copia'st,
Eho, ne videndi quidem erit? si illud non licet,
Saltem hoc licebit. certè extrema linea
Amare, haud nihil est. villam prætereo sciens.
Sed 3 quid hoc, quòd timida subitò egreditur Pythias?

ACTVS QVARTI SCENA III. PYTHIAS, DORIAS, PHÆDRIA.

VBi ego illum sceleroſum misera, atque impium inueniam? aut vbi quæram?
Hoccine tã audax facinus 4 facere esse ausum?
5 perij! PH. hoc quid sit, vereor.
PY. Quin etiam insuper scelus, postquam ludificatus est virginem,
Vestem omnem miserè discidit, tum ipsam capillo conscidit.
PH. Hem. PY. qui nunc si detur mihi,
Vt ego vnguibus facilè illi in oculos inuolem venefico?
PH. 6 Nescio quid profectò, absente nobis, turbatum'st domi.
Adibo. quid istuc? quid festinas? aut quem quæris Pythias?

1 In conuiuium illam? Don Ant. G. Tun' in conuiuium illam? M. B. minimè gentium.

2 P. B. demet, pro demit.

3 Non. se illi subducet. Et obiicit miles postea: Clam subduci te mihi. Fortassis scriptum fuit: illim.

4 Sic Don. vocat Archaismum. Ant. G. omittit: Facere.

5 Alij: Phæd. Perij. Sed G. F. ita.

6 G. F. è Prisc. lib. 18. Profectò nescio quid. Vt sit Iambicus.

PY. 1 Hem Phædria, egon' quem quæram? 2 I hinc, quò dignus es cum donis tuis
Tam 3 lepidis. PH. quid istuc est rei?
PY. Rogas me? eunuchum quem dedisti nobis, quas turbas dedit?
Virginem, quam heræ dono dederat miles, vitiauit. PH. quid ais?
PY. Perij. PH. temulenta es. PY. vtinam sic sint, qui mihi malè volunt.
D. Au, obsecro mea Pythias, quod istúcnam monstri fuit?
PH. Insanus: qui istuc facere eunuchus potuit? PY. ego illum nescio
Qui fuerit: hoc, quod fecit, res ipsa indicat:
Virgo ipsa lacrumat, neque cum rogites, quid sit, audet dicere.
Ille autem bonus vir nusquam appáret. etiam hoc misera suspicor,
Aliquid domo abeuntem abstulisse. PH. nequeo mirari satis,
Quò ille abire ignauos possit longius, 5 nisi, si domum
Fortè ad nos rediit. PY. vise amábo, 6 num sit, PH. iam faxo scies.
D. Perij, obsecro tam infandum facinus, mea tu, ne audiui quidem.
PY. At pol ego amatores audieram esse mulierum eos maxumos:
Sed nihil 7 potesse: verùm miseræ non in mentem venerat:
Nam illum aliquò concluſſem; neque illi commisissem virginem.

ACT. QVARTI SCENA IIII. PHÆDRIA, DORVS, PYTHIAS, DORIAS.

PH. *EXi foras, sceleste: at etiam 8 restitas? Fugitiue, prodi: malè conciliate. Do. obsecro. PH. oh,*
Illud vide, os vt sibi distorsit carnufex.
Quid huc 9 reditio'st? quid vestis mutatio est?
Quid narras? 10 paululum si cessassem, Pythia,
11 Domi non offendissem; ita iam adornabat fugam.
PY. Habésne hominem amábo? PH. 12 quidni habeam? PY. ô factum bene.

1 Gab. F. Pyt. Ehem Phædria, ego quem quæram in' hinc. &c. pro ísne hinc.

2 G. F. hinc. è Palat. Alij: abi hinc.

3 Vulgo: illepidis. 4 F. F. Quò abire ignauos ille. 5 Ita G. F. & alij. Quidam, Nisi domũ. &: redierit. 6 I. R. ita legit. Vulgò: num ibi sit: fortassis addidit sciolus.

7 Ita I. R. è Pris. & Plaut. Cist. & Trucul. & Menæch. Alij vulgò: posse.

8 G. F. & F F. à Non. restitas fugitiue, prodi male conciliate.

9 Gab. F. huc tibi reditio est? Ἀ'χαϊσμός.

10 F. F. paulum, mauult.

11 Sic interp. & Pal. & Vvert. man. & Ven. & Lug. & alia. G. F. hic facit, vv. domi. H. G. & I. R. ornabat. Gab. Formarat. 12 An. G. quid ni?

DO. *Istuc pol vero bene.* PY. *vbi est?* PH. *rogitas? non vides?*

PY. 1 *Videam obsecro? quem?* PH. *hunc scilicet.* PY. *quis hic est homo?*

PH. *Qui ad vos deductus hodie'st.* PY. *hunc oculis suis*

Nostrarum nunquam quisquam vidit Phædria.

PH. *Non vidit?* PY. *an tu hunc credidisti esse obsecro*

Ad nos deductum? PH. 2 *namque alium habui neminem.* PY. *hau,*

Ne comparadus hic quidem ad illum est. Ille erat

Honesta facie, & liberali.. PH. *ita visus est*

Dudum, quia varia veste exornatus fuit:

3 *Nunc eò tibi videtur fœdus, quia illâ nõ habet.*

PY. *Tace obsecro: quasi verò paulum interfiet.*

Ad nos deductus hodie est adolescentulus,

Quem tu verò videre velles Phædria.

Hic est vetus, viêtus, veternosus, senex,

Colore mustellino. PH. *hem, quæ hæc est fabula?*

Eo redigis me, vt, 4 *quid egerim, egomet nesciam.*

Eho tu, emin' ego te? DO. *emisti.* PY. *iube mihi denuo*

Respondeat. PH. *roga.* PY. *venistin' hodie ad nos? negat.*

At ille alter venit, annos natus sedecim:

Quem secum adduxit Parmeno. PH. *agedum, hoc mihi expedi:*

Primùm istam, quam habes, vnde habes, vestẽ? taces?

Monstrum hominis, non dicturus? DO. *venit Chærea.*

PH. *Fratérne?* DO. 5 *ita.* PH. *quando?* DO. *hodie.* PH. *quàm dudum?* DO. *modò.*

PH. *Quicum?* DO. *cum Parmenone.* PH. *norásne eum prius?*

DO. *Non.* 6 PH. *vnde igitur fratrem meum esse sciebas?* DO. *Parmeno*

Dicebat eum esse: is dedit 7 *hanc mihi vestem.*

PH. *occidi.*

DO. *Meam ipse induit: post vnà ambo abierunt foras.*

PY. *Iam satis credis, sobriam esse me, & nihil mentitam tibi?*

Iam satis certum'st virginem vitiatam esse? PH. *age nunc bellua,*

Credis huic quod dicat? PY. *quid isti credam? res ipsa indicat.*

1 Videam obsecro quẽ? Gab. F. 2 Gab. F. & G. F. è Vvert. Nam quem? alium habui, & c. è Pal. Nam quem alium? habui neminem.

3 MM omittit: Eo. Vti & Faer. & F.F & An. G. & Non. M. & H. G. 4 Sic I. R. & G. F. ex vet. & è Phor. Interp. & quædam vet. & Lug. ven. emerim.

5 M. M. ita est Prisc. lib. 15. 6 D. Non. nec quis esset, vnquam audierã dicier. Hæc verba in Aldino omissa fuerãt. Itaq. Riuius censuit, adulterina esse. Verùm quia sunt in antiquis omnibus. MM. & F.F. receperunt. 6 Faer. Is dedit mihi hanc: omittit, vestem.

PH. *Cõcede istuc paululum. audin'? etiam* 1 *nunc paululum. sat est.*

Dic dum hoc rursum, Chæream' tuam vestem detraxit tibi?

DO. *Factum.* PH. *&* 2 *ea est indutus?* DO. *factũ.* PH. *& pro te huc deductus est?* DO. *ita.*

PH. *Iuppiter magne, ó sceleslum atque audacem hominem!* PY. *væ mihi,*

Etiam nunc non credis, indignis nos 3 *esse irrisas modis?*

PH. *Mirũ, ni tu* 4 *credus, quod iste dicat.* 5 *quid agam, nescio.*

Heus tu (negato rursum) 6 *possúmne ego hodie ex te excúlpere*

Verum? vidistine fratrem Chæream? DO. *non.*

PH. *non potest.*

Sine malo fateri, video, 7 *sequere hac: modò ait, modò negat.*

(Ora me.) DO. *obsecro te verò Phædria.* PH. *I intro.* DO. *hoi, hei.*

PH. *(Alio pacto honestè quomode hinc abeam nunc nescio:*

Actum est siquidem) tu me hic etiam nebulo lutificabere?

PY. *Parmenonis tam scio esse hanc technam quàm me viuere.*

DO. *Sic est.* PY. *inueniam pol hodie, parem vbi referam gratiam.*

Sed nunc quid faciundum censes Dorias? DO. *de istac rogas*

Virgine? PY. *ita, vtrum taceámne, an* 8 *prædicẽ?*

DO. *tu pol, si sapis,*

Quod scis 9 *nescis, neque de eunucho, neque de vitio virginis.*

Hac re & te omni turba 10 *euolues, & illi gratum feceris.*

Id modo dic, abisse Dorum. PY. *ita faciam.* DO. *sed videon' Chremem?*

Thais iam aderit. PY. *quid ita?* DO. *quia, cùm inde abeo, iam tum* 11 *inceperat*

Turba inter eos. PY. 12 *tu aufer aurum hoc: ego scibo ex hoc quid siet.*

ACTVS QVARTI SCENA V.

CHREMES, PYTHIAS.

CH. *Atat, data hercle verba mihi sunt: vicit vinum, quod bibi.*

Ac dum accubabam, quàm videbar mihi esse

1 An. Gou. omittit: nunc.

2 Ita Prisc. lib. 2. Syntax. G. F. manuf. eam.

3 FF. omittit: esse. Ant. G. addit: & elidit S. in credis. 4 Ita G. F. è Pal. Sed: credas: Gab. F.

5 Antiqua: quid agamus scio. Deprauatè, inquit G. F. 6 Sic I. R. è man. Vulgo: Possúmne hodie.

7 sequere me hac Mur.

8 M. B. si prædicem, legitur, versus labat. Faer. prædicam:

9 G. F. è Pal. nescias.

10 FF. cũ Ad. Tur. euoluis. 11 G. F. è Vvert. cœperat. 12 G. F. ex ant. Tu aufer. Faer, omittit, Tu.

pulchrè

pulchrè sobrius!
Postquam surrexi, neque pes, neque mens suum
satis officium facit.
PY. *Chreme.* CH. 1 *quid est? ehem Pythias, vah*
quanto nunc formosior
2 *Videre mihi quàm dudum?* PY. *certè tu quidem pol multò* 3 *hilarior.*
C. *Verbum hercle hoc verum* 4 *est: SINE CERERE & Libero* 5 *friget Venus.*
730 *Sed Thais multò antè venit?* P. 6 *an abijt iam à milite?*
C. *Iamdudum ætatem: lites sunt inter eos facta maximæ.*
P. *Nihil dixit tum, vt sequerere sese?* C. *nihil, nisi abiens mihi innuit.*
P. *Eho, nónne id sat erat?* C. *at nesciebam id dicere illam, nisi quia*
Correxit miles, quod intellexi minus: nam me extrusit foras.
735 *Sed eccam ipsam:* 7 *miror, vbi ego huic anteuorterim.*

ACTVS QVARTI SCENA VI.
THAIS, CHREMES, PYTHIAS.

CRedo equidem illum iam affuturum 8 *esse: vt illam à me eripiat: sine,*
9 *Veniat.* 10 *atqui si illam digito attigerit vno, oculi illico*
Effodientur: vsque 11 *adeò ego illius ferre possum* 12 *ineptias,*
Et magnifica verba, verba dum sint: verùm enim si ad rem
740 *Conferentur, vapulabit.*
C. *Thais ego, iamdudum hic* 13 *assum.* TH. *ô mi Chreme, te ipsum* 14 *expectabam:*
Scin' tu turbam hanc 15 *propter te esse factam? & adeò ad te attinere hanc*
Omnem rem? C. *ad me? qui? quasi istuc.* TH. *quia dum tibi sororem studeo*
Reddere & restituere, hæc atque huiusmodi sum multa passa.
745 C. *Vbi est?* T. *domi apud me.* C. 16 *ehem.* T. *quid est?*
Educta ita, vti téque, illáque dignum est. C. *quid ais?* T. *id quod res est.*
Hanc tibi dono do, neq; repeto pro illa quicquam abs te pretij.

1 Faer. quis est?
2 F.F. Videre quàm dudum. An G.M.M.
3 M.M. alacrior. F.F.
4 erit. Faer. & M.B. 5 G.F. frigit: è Pal.
6 I.R. anne abiit, ex antiquis.
7 M.M. & F.F. ex ant. eccam ipsam video.
8 F.F. è vet. Ven. & An. G. omittunt; esse.
9 Sic I.R. & G.F. è Don. Alij malè: vt veniat.
10 Sic I.R. è vet. Alij: qui si.
11 M.M vsque eò. 12 Faer. ineptiam.
13 Ita F. Fab. legit. Sed G.F. è vet. sum.
14 expecto: I.R.
15 I.R. te propter & F.F. è Prisc. lib. 18.
16 An. G. hem. Th. quid id est?

C. 1 *Et habetur, & refertur à me, Thais, tibi, ita vti merita es, gratia.*
T. *At enim caue, ne prius, quàm hanc à me accipias, amittas Chreme:*
Nam hæc ea est, quàm miles à me vi nunc ere- 750
ptum venit.
Abi tu, cistellam, Pythias, domo 2 *effer cum monumentis,*
C. *Viden' tu illum Thais?* P. *vbi sita est?* T. *in risco.*
odiosa cessas?
C. *Militè secum ad te quantas copias adducere?*
3 *At at.* T. *num formidolosus obsecro es mi homo?*
C. *apagesis:*
Ego formidolosus? 4 *nemo est hominum, qui vi-* 755
uat, minus.
T. 5 *Atque ita opu'st.* C. 6 *au, metuo, qualem tu me esse hominem existumes.*
T. *Immò hoc cogitato: qui cum res tibi est, peregrinus est,*
Minus potens quàm tu, minus notus, amicorum hîc habens minus.
C. *Scio istuc, sed TV QVOD cauere possis,*
stultum admittere est.
Malo ego nos prospicere, quam hunc vlcisci, acce- 760
pta iniuria.
Tu abi, atq; ostium obsera intus, 7 *ego dum hinc transcurro ad forum:*
Volo ego adesse hic aduocatos nobis in turba hac.
T. 8 *mane.*
C. *Melius est.* T. *mane.* C. *amitte,* 9 *iam adero.* T.
nihil opus est istis, Chreme:
Hoc modò dic, sororem esse illam tuam, & te paruam, virginem
Amisisse, nunc cognosse: signa ostende. P. *assunt.* 765
T. *cape.*
Si vim faciet, in ius ducito hominem: intellextin'?
C. *probè.*
T. *Fac, animo hæc præsenti dicas.* C. *faciam.* T. *attolle pallium.*
Perij, huic ipsi est opus patrono, quem defensorem paro.

ACT. QVARTI SCENA VII.
THRASO, GNATHO, SANGA, CHREMES, THAIS.

THR. *HAncccine ego vt contumeliam tam insignem in me accipiam Gnatho?*

1 Sic F.F. è Prisc. lib. 18. & I.R. è Don. Idem è Linacro & man. ita: & referetur à me Thais, ita vti merita es, gratia. 2 affer: in vet. Ven. P.V. 1. Var. lect. 3. 3 F.F. & H.G. & An. G. atat at. Et I.R. tribuit Chremeti Malè alij Thaidi. 4 Probat I.R. Ex ant. & Hasd. tamen legi ait etiam: nemo est omnium, qui metuat minus. 5 F.F. è Prisc. lib. 16. Atqui. & è man. At quin. Vt versus sit Iambicus. 6 Faer. ah. I.R. Hau metuo, qualē Alij: quē. 7 cùm ego. Gab.F. 8 G.F. mane, mane. Ita, nobis, in versu omittendum erit. 9 I.R. ita legit è man. & Don. Alij: iam istic adero. Th. nihil opus est Chreme.

Mori me ſatius eſt. Simalio,1 Donax, Syriſce, ſequimini.
Primum ædes expugnabo. Gn. rectè.Thr.virginem eripiam.Gn.probè.
Thr. Malè 2 multabo ipſam. Gn. pulcrè.Thr.in medium huc agmen cum 3 vecti Donax.
Tu Simalio in ſiniſtrum 4 cornu. tu Syriſce in dexterum:
Cedo alios. vbi centurio eſt Sanga,& manipulus ſiorum?Sa.eccum adeſt.
Thr. Quid? ignaue: periculon' pugnare, qui 5 iſiunc huc portes,cogitas?
Sa. Egóne? imperatoris virtutem noueram, & vim militum:
Sine ſanguine hoc fieri non poſſe, qui abſtergérem vulnera.
Thr. Vbi alij? Sa.qui(malùm) alij? ſolus Sannio ſeruat 6 domi.
Thr. Tu hoſce inſtrue: hîc ego ero poſt principia: inde omnibus ſignum dabo.
Gn.Illuc eſt ſapere: vt hoſce inſtruxit, 7 ipſus ſibi cauit loco.
Thr.8 Idem hoc iam Pyrrhus facìitauit. Ch.viden'tu,Thais,quam hic rem agit?
Nimirum conſilium illud rectum eſt, de occludendis ædibus.
Th. Sanè,9 quòd tibi nunc vir videatur eſſe, hic nebulo magnus eſt:
Ne metuas. Thr. quid videtur? Gn.fundam tibi nunc nimis vellem dari,
Vt tu illos procul hinc ex occulto cæderes:facerent fugam.
Thr.Sed eccam Thaidem ipſam video.Gn.quàm mox irruimus?Thr.mane.
10 OMNIA prius experiri,quàm armis,ſapiẽtem decet.
Quî ſcis, an quæ iubeam, ſine vi faciat? Gn.Dij voſtram fidem,
Quanti eſt ſapere? nunquam 11 accedo, quin abs te abeam doctior.
Thr.Thais,primum hoc mihi reſponde: cùm tibi do iſtam virginem,
Dixtin' mihi hos dies ſoli dare te? Th. quid tum poſtea?Thr.rogitas?

Quæ mihi ante oculos 1 amatorem coràm adduxti tuum?
Th. Quid cum illoc agas? Thr. & cum eo clam te ſubduxti mihi?
Tha.Libuit.Thr. Pamphilam ergo huc redde; 2 niſi ſi mauis eripi.
CH.Tibi illam reddat?aut tu 3 eam tangas?om.nium.GN.ah,quid ais?tace.
CH.Quid tu tibi vis?Thr.ego non tangam meã? CH.tuam autem furciſer?
GN.Cauesis:neſcis,cui maledicas nunc viro.CH. non tu hinc abis?
Scin' tu,vt tibi res ſeſe habeat?ſi quicquam hodie hic turbæ cœperis,
4 Faciam vt huius loci, dieique, meique ſemper memineris.
GN.Miſeret tui me, qui hunc tantum hominem facias inimicum tibi.
CH. Diminuam 5 ego caput tuum hodie,niſi abis.GN.ain' vero canis?
Siccine 6 agis? THR. quis tu homo es? quid tibi vis?quid cum illa rei tibi eſt?
CH. Scibis, principio eam eſſe dico liberam. Thr. hem. CH. ciuem Atticam.Thr.hui.
CH. Meam ſororem. Thr. os durum. CH. miles, nunc adeo edico tibi,
Ne vim facias vllam in illam. Thais, ego eo ad Sophronam
Nutricem, vt eam adducam, & ſigna oſtendam hæc.Thr.tun' me prohibeas,
Meam ne tangam?CH.7 prohibeo inquam.GN. audin' tu:hic furti ſe alligat.
CH. Satin' hoc eſt tibi ?THR. idem tu hoc ais, Thais? THA. quare, qui reſpondeat.
Thr.Quid nunc agimus? GN. 8 quin redeamus: iam hæc tibi aderit ſupplicans
Vltrò. Thr.credin'? GN. immò certè: noui ingenium mulierum:
Nolunt,vbi velis:vbi nolis,cupiunt vltrò. THR. bene putas.
GN.Iam dimitto exercitum? THR.vbi vis.GN. Sanga,ita vti forteis decet
Milites, domique, focique fac viciſſim vt memineris.
San.Iamdudum animus eſt in patinis. GN. frugi es. THR.vos me hac ſequimini.

ACTVS QVINTI SCENA I.

THAIS, PYTHIAS.

TH. PErgin' ſceleſta mecum perplexè loqui? Scio,neſcio:abiit: audiui,ego non affui. Non tu iſtuc mihi dictura aperte es, quicquid eſt?

1 Faer.coram amatorem.
2 F.F.ita.Alij,vt Pal.Niſi ſi vi,Mur.& Faer.Niſi vi,&c. 3 illam.Gab.F. 4 Ita F.F. Verſus Iambicus octonarius perfectus. Aliqui omittunt:vt.
5 Ita Don.Alij:ego tibi caput hodie. 6 G.F.è Pal.ſic agis? 7 prohibebo. Faer. 8 Sic I.R.è man.Alij aliter.P.B.quid? redeamus. Improbat ex Don.ex aliis man.& impreſſis I.R.

1 aliqui:Dorax. 2 Vet.mulcabo. 3 Priſcianus li.7 Alij:vecte. 4 Antiq.cornum.G.F è Pal.Priſ. lib.6. 5 Vulgò:iſtũ. 6 G.F.è Pal.vet.& Florent. & Don.& Plauti aul.& moſt.& amph.& Marcellinuslib.14.I.R ſeruat domum ex Apuleio.6.met. & variis exemplaribus.
7 I.R è Don.& Priſ.lib.13.Vulgò:ipſe.
8 G.F.Diem hoc iam ex Plauti Mil.vt ſit:Diem iam:iam primum:& tribuit Gnathoni hęc verba. I.R.è man.& aliis:Idem hoc iam.Alij:Idem hocce.Al.hoc.M.M.& Faer.
9 I.R.ex int.qui ait: Deeſt,vt ſit:Non eſt,quod vir tibi videatur eſſe. Al. qui tibi nunc vir, &c. Quidam omittunt: eſſe.
10 M.M.& F.F.addunt: experiri verbis:ex vet. Ven. & man. & Libanio. Nonius legit:experiri conſilio
11 accedo ad te.F.F.è vet.Ven.Priſc.lib.17.

Virgo

Virgo conſciſſa veſte lacrumans obticet:
Eunuchus abiit: quamobrem? quid factum eſt?
taces?
PY. Quid tibi ego dicam miſera? illum eunuchum negant
Fuiſſe. TH. quis fuit igitur? PY. iſte Chærea.
TH. Qui Chærea? PY. iſte ephebus frater Phædriæ.
TH. Quid ais venefica? PY. atqui certè comperi.
TH. 1 Quid is obſecro ad nos, 2 aut quamobrem adductu'ſt? PY. neſcio,
Niſi amaſſe credo Pamphilam. TH. hem, miſera occidi,
Infelix, ſi quidem tu iſtæc vera prædicas.
Num id lacrumat virgo? PY. id opinor. TH. quid ais, ſacrilega?
Iſtuccine interminata ſum hinc abiens tibi?
PY. Quid facerem? ita vt 3 tu iuſti, ſoli credita eſt.
TH. Sceleſta, ouem lupo 4 commiſiſti. diſpudet
Sic mihi data eſſe verba. 5 quid illic hominis eſt?
PY. Hera mea tace, 6 tace obſecro, ſaluæ ſumus:
Habemus hominem ipſum. TH. vbi is eſt? PY. hem ad ſiniſtram, 7 non 8 vides?
En! TH. video. PY. comprehendi iubo, quantum poteſt.
TH. 9 Quid illo 10 facies ſtulta? P. quid 11 faciam, rogas?
Vide amabo, ſi non, cùm aſpicias, os impudens
Videtur. 12 TH. non 13 eſt. P. tum quæ eius confidentia eſt?

ACTVS QVINTI SCENA II.
CHÆREA, THAIS, PYTHIAS.

CH. *APud Antiphonem vterque, mater, & pater,*
Quaſi dedita opera, domi erant, vt nullo modo
Introire poſſem, quin viderent me. interim
Dum ante oſtiũ ſto, notus mihi quidam obuiam
Venit, vbi vidi, ego 14 me in pedes, quãtum queo,
Inangiportum quoddam deſertum, inde item
In aliud, inde in aliud: ita miſerrimus
Fui fugitando, ne quis me cognoſceret.
Sed éſtne hæc Thais, quam video? ipſa eſt, 15 hæreo.
Ah, quid faciam? quid mea autem? quid faciet mihi?
TH. *Adeamus. bone vir Dore, ſalue: dic mihi,*
Aufugiſtin'? CH. *hera, factum.* TH. *ſatin' id tibi placet?*
CH. *Non.* TH. *credin' te impune 1 habiturum?*
CH. *vnam hanc noxiam.*
2 Amitte: ſi aliam admiſero vnquam, occidito.
TH. *Num meam ſeuitiam veritus es?* CH. *non.*
TH. *quid igitur?*
CH. *Hanc metui, ne me criminaretur tibi.*
TH. *Quid feceras.* CH. *3 paululum quiddam.*
PY. ehò, 4 paululum impudens?
An paululum hoc eſſe tibi videtur, virginem
Vitiare ciuem? CH. *conſeruam eſſe credidi.*
PY. *Conſeruam? vix me cõtineo, quin inuolem in*
Capillum. monſtrum, etiam vltrò deriſum aduenit.
TH. *5 Abi hinc inſana.* P. *6 quid ita verò? debeã,*
Credo, iſti quicquam furcifero, ſi id fecerim,
Præſertim cùm ſe ſeruom fateatur tuum?
TH. *Miſſa hæc faciamus. non te dignum Chærea*
Feciſti: nam ſi ego digna hac contumelia
Sum maxume, at tu indignus qui faceres tamen.
Neque edepol, quid nunc conſilij capiam, ſcio,
De virgine iſtac: ita conturbaſti mihi
Rationes omnes, vt eam non poſſiem ſuis,
Ita vt æquom fuerat, atque vt ſtudui, tradere,
Vt ſolidum parerem hoc mihi beneficium Chærea.
CH. *At nunc dehinc ſpero æternam inter nos gratiam*
Fore, Thais. ſæpe ex huiuſmodi re quapiam, &
Malo ex principio magna familiaritas
Conflata eſt. 7 quid, ſi hoc quiſpiam voluit deus?
TH. *Equidẽ pol in eam partẽ accipióque & volo.*
CH. *Immò ita quæſo. vnum hoc ſcito, contumeliæ*
Non me feciſſe cauſa, ſed amoris. TH. *ſcio,*
Et pol propterea magis nunc ignoſco tibi.
Non adeò inhumano ingenio ſum, Chærea,
Neque tam imperita, vt, quid amor valeat, neſciam.
CH. *Te quoque iam, Thais, ita me dij bene amẽt, amo.*
PY. *Tum pol tibi ab 8 iſtoc, hera, cauendum intelligo.*
CH. *Non auſim.* PY. *nihil tibi quicquam credo.*
TH. *deſinas.*
CH. *Ego me tuæ commendo & committo fidei.*
Nunc ego te in hac re mihi oro vt adiutrix ſies,
Te mihi patronam cupio, Thais: te obſecro.
Emoriar, ſi non hanc vxorem duxero.
TH. *Tamen ſi pater.* CH. *9 ah quid? volet, certo ſcio,*

1 P.B Quid? is obſecro ad nos quamobrem adductus eſt. 2 Aut: expunctum vult omnino I. R.
3 Sic I.R ex Haſ. per ſyncopen: vt & Int. Vulgò: vt iuſſiſti. 4 Sic An.G.& H G. lupo ouem commiſiſti G. F. per ſyncopen: lupo commiſti.
5 In vet. Ven. ita eſt. Alij: quid hominis illic eſt:
6 Sic B. ſ & I.R. è Lig. Sed M.M H ra mea, tace obſecro: ſaluæ ſumus: hominẽ H bemus ipſum.
7 Apud I.R. Lug. viden'? T. video. P. comprehendi nunc iube. quantum potes. Item alia.
8 Vidéſne? Gab.F. 9 Sic quidam. Priſ. lib. 17. & G F. è Pal. Quid illo faciemus? Vulgò: illi faciemus?
10 Faer. faciemus? 11 facias rogas? F.F.
12 Hæc verba omnia Pythiæ vel Pythiadi tribuunt G.F. è Pal. & Gab. F. 13 Eſt omittunt: M.M. & F.F. & An.G. 14 I.R. è man. & impreſſis multis: egomet. Gab.F. egomed in pedes.
15 Ant.G. eccere: vel æcere.

1 Sic I.R. Sed G F. è Pal. abiturum.
2 Sic G.F. è Pal. & I.R. man. Quædam: admitte. vitioſa. Vulgò & Haſ al. Mitte: ſi aliam vnquam admiſero vllam, occidito.
3 Ita H.G. & F F. Paulum: paulum. Eraſ. & An.G.
4 Abin' hinc? Faer. 5 Sic I.R. & Manut. & G. F. è Pal. Quid ita? Vero debeam. Gab. Faer. 6 In qu buſdã: 7 quid: vitioſè. I.R. & ita F.F. vt verſus cõſtet. 8 Vulgò: ab iſto. Iſtoc quoq; eſt in vet. Ven. 9 M.M. & Faer. & F.F. & G.L. quid? ah, volet:

Ciuis modò hæc sit, TH. paululum opperirier
Si vis, iam frater ipse hic aderit virginis:
Nutricem accersitum iit, quæ illam aluit paruolam:
In cognoscendo, tute ipse 1 hic aderis, Chærea.
CH. Ego verò maneo. TH. visne interea, dum is venit,
Domi opperiamur potius, quàm hic ante ostium?
CH. Immò percupio. PY. quam tu rem actura obsecro es?
TH. Nam quid ita? PY. Rogitas? hinc tu adeis cogitas
Recipere posthac? TH cur non? PY. credo hoc meæ fidei,
Dabit hic pugnam aliquam denuo. TH. au, tace obsecro.
PY. Parum perspexisse eius videre audaciam.
CH. Non faciam Pythias. PY. non pol credo, Chærea,
Nisi si commissum non erit. CH. quin Pythias
Tu me seruato. PY. neque pol seruandum tibi
Quicquam dare ausim, neque te seruare, apage te.
TH. 2 Adest optumè ipse frater. CH. perij hercle: obsecro
Abeamus intrò, Thais; nolo, me in via
Cum hac veste videat. TH. quamobrem tandem? an quia pudet?
CH. Id ipsum. PY. id ipsum? virgo verò! TH. i præ, sequor.
Tu istic mane, vt Chremem introducas, Pythias.

ACTVS QVINTI SCENA III.
PYTHIAS, CHREMES, SOPHRONA.

P. *QVid? quid venire in mentem nunc possit mihi,*
Quidnam? quî referam illi sacrilego gratiam,
Qui hunc supposuit nobis? C. move verò ocyus
Te; nutrix. SO. moueo. C. video, sed nihil promoues.
P. *Iámne ostendisti signa nutrici? C. omnia.*
P. *Amábo, quid ait? cognoscitne? C. ac memoriter.*
P. *Bene 4 edepol narras: nam illi faueo virgini.*
Ite intrò: iamdudum hera vos expectat domi.
Virum bonum eccum Parmenonem incedere
Video: vide, vt otiosus sit, si diis placet.
Spero me habere, qui hunc meo excruciem modo:
Ibo intro, de cognitione vt certum sciam:
Post exibo, atque hunc perterrebo sacrilegum.

ACT. QVINTI SCENA IIII.
PARMENO, PYTHIAS.

P. *REuiso, quidnam Chærea hic rerum gerat.*

1 Sic G.F. qui addit: hic: quod vulgò abest. Et ait: Præpositionem à fine versus antecedentis absorberi. 2 Sic Eras. & H.Gl. Sed Ant.G. & F.F. Optimè. adest ipse frater.
3 Sic Ioh.R. Vulgò: Te mea nutrix.
4 Sic F.F. prima correpta. Ant.G. æpol.

Quòd si astu rem tractauit, dij vestram fidem,
Quantam, & quam veram laudem capiet Parmeno?
Nam vt 1 omittam, quòd ei amorem difficillimum, &
Carissimum, ab meretrice 2 auara: virginem
Quam amabat, eam confeci 3 sine molestia,
Sine sumtu, sine dispendio: tum hoc alterum,
Id verò est, quod 4 ego mihi puto palmarium,
Me reperisse, quomodo adolescentulus
Meretricum ingenia & mores posset noscere:
Maturè vt cum cognorit, perpetuò oderit.
Quæ, dum foris sunt, nihil videtur mundius,
Nec magis compositum quicquam, nec magis elegans:
Quæ, cum amatore suo cùm cœnant, 5 liguriunt.
Harum videre 6 ingluuiem, sordes, inopiam,
Quàm inhonesta sola sint domi, atq; auida cibi,
Quo pacto ex 7 iure hesterno panē atrum vorent:
Nosse omnia hæc, salus est adolescentulis.
P. *Ego te pol pro istis dictis & factis, scelus,*
Vlciscar, vt ne impune in nos inluseris.

ACT. QVINTI SCENA V.
PYTHIAS, PARMENO.

PY. *PRò fidem deúm. facinus fœdum: ô infelicem adolescentulum!*
O sceleſtum Parmenonem, qui istum huc adduxit. PA. *quid est?*
P. *Miseret me: itaque, vt ne viderem, misera huc effugi foras.*
Quæ 8 futura exempla dicunt in eum indigna?
PA. *ô Iuppiter,*
Quæ illæc turba est? númnam ego perij? adibo. quid istuc Pythias?
Quid ais? in quem exempla fient? P. rogitas audacissume?
Perdidisti istum, quem adduxti pro eunucho, adolescentulum,
Dum studes dare verba nobis. PA. *quid ita? aut quid factum est? cedo.*
P. *Dicam? virginem istam, Thaidi hodie qua dono data est,*
Scin' eam hinc ciuem esse? & eius fratrem appriмè nobilem?
PA. *Nescio.* P. *atqui sic inuenta est. eam iste vitiauit miser.*
Ille vbi id resciuit factum frater violentissimus.
PA. *Quidnam fecit?* P. *conligauit primum eum miseris modis.* P. *hem.*
Conligauit? P. *atque equidem orante, vt ne id*

1 G.F. è Pal. Mittam. 2 In vet. quodam additur: auara surripi. Perperam. I.R.
3 G.Bud. citat ita: Confeci vt potiretur. Irrepsit è glossa. I.R. 4 Sic I.R. è manu. Alij vulgò: quòd mihi puto. 5 G. F. & Gab. F. ligurriunt. Ex ant.
6 Probat I.R. Idem tamen ex altero man. illuuiē: ex altero inluuiem. citat. Hæc arripit Faer.
7 F.F. ex P. V. iure externo.
8 Sic I.R. Alij perperā inseruerunt: futura esse, &c. 9 Alij: Conligauit? hem. M.M.

face-

faceret, Thaide.
PA. Quid ais? PY. [1] nunc minitatur porrò sese id, quod mœchis solet:
Quod ego nunquam vidi fieri, neque velim. PA. qua audacia
Tantum facinus audet? PY. quid ita tantum? PA. an non hoc maxumum est?
Quis homo pro mœcho vnquam vidit in domo meretricia
Deprehendi quenquam? PY. nescio. PA. [2] at ne hoc nesciatis, Pythias,
Dico, edico vobis, nostrum esse illum herilem filium. PY. hem,
Obsecro an is est? PA. ne quam in illum Thaidis vim fieri sinat:
Atque adeò autem, cur non egomet intro eo? PY. vide Parmeno,
Quid agas, ne neque illi prosis, & tu pereas: nam hoc putant,
Quicquid factum est, ex te esse ortum. PA. quid igitur faciam miser?
Quidue incipiam? ecce autem, video rure redeuntem senem.
Dicam huic, an non? dicam hercle: & si mihi magnum malum
Scio paratum: sed necesse est, huic vt subueniat. PY. sapis.
Ego abeo intrò: tu isti narrato ordine, vt factum siet.

ACTVS QVINTI SCENA VI.
SENEX, PARMENO.

SE. EX meo propinquo rure hoc capio commodi:
Neque agri, neque vrbis odium me vnquam percipit.
Vbi satias cœpit fieri, commuto locum.
Sed estne ille noster Parmeno? & certè ipsus est.
Quem præstolare, Parmeno, hìc ante ostium?
PA. Quis homo est? ehem, saluom te aduenire, here, gaudeo.
SE. Quem præstolare? PA. perij: lingua haret metu. SE. hem,
Quid est? [3] quid trepidas? satisne saluè? dic mihi.
PA. Here, primum te arbitrari id, quod res est, velim:
Quicquid huius factũ est, culpa non factũ est mea.
SE. Quid? PA. rectè sanè interrogasti, oportuit
Rem prænarrasse me. emit quendam Phædria
Eunuchum, quem dono huic daret. SE. cui? PA. Thaidi.
SE. Emit? perij hercle. quanti? P. viginti minis.
SE. Actum est. PA. tum quandam fidicinam amat hic Chærea.
SE. Hem, quid? amat? an scit iam ille, quid meretrix siet?
An in astu venit? aliud ex alio malum.
PA. Here, ne me spectes: me impulsore hæc non facit.
SE. Omitte de te dicere, ego te furcifer,
Si viuo. sed isthuc, quicquid est, primum expedi.
PA. Is pro illo eunucho ad Thaidem hanc deductus est.
SE. Pro eunuchon'? PA. sic est. hũc pro mœcho possea
Comprehendere intus, & constrinxere. SE. óccidi.
P. Audaciam meretricũ specta. SE. nunquid est
Aliud mali, damnive, quod non dixeris,
[1] Reliquom? P. tantum est. SE. [2] cesso huc intrò inrumpere?
PA. Non dubium est, quin mihi magnum ex hac re sit malum,
Nisi, quia [4] necesse fuit hoc facere, id gaudeo,
Propter me hisce aliquid esse euenturum mali:
Nam iamdiu aliquam causam quærebat senex,
Quamobrem insigne aliquid faceret [5] iis, nunc repperit.

ACTVS QVINTI SCENA VII.
PYTHIAS, PARMENO.

PY. NVnquam edepol quicquam iamdiu, quod magis vellem euenire,
Mihi euenit, quàm quòd modò senex intro ad nos vênit errans.
Mihi solæ ridiculo fuit, quæ, quid timeret, [6] sciebam.
PA. Quid hoc autem? PY. nunc id prodeo, vt conueniam Parmenonem.
Sed vbi obsecro est? PA. men' quærit hæc? PY. at qs eccum video: adibo.
PA. Quid est inepta? quid tibi vis? quid vides? pergin'? PY. perij.
Defessa iam sum misera [7] te ridendo. PA. quid ita? PY. rogitas?
Nunquam [8] edepol hominem stultiorem vidi, nec videbo. ah,
Non possum satis [9] narrare, quos ludos præbueris intus.
At etiam primò callidum, & disertum credidi hominem.
[10] Quid? illicó ne credere ea, quæ dixi, oportuit te?
An pœnitebat flagitij, te auctore quod fecisset
Adolescens, ni miserum insuper etiam patri indicares?
Nam quid illi credis animi tum fuisse, vbi ve-

1 I.R. ex suis exem. & Don. Nunc minitat porrò sese id. Alij. Nunc minatur, facturum se id.
2 Sic I.R. è man. & Lug. & Ven. Vulgò: ac ne hoc. 3 G.F. ita emendauit, ex antiq. in Pal. quid tu trepidas?
1 Eras. propter versum legit pro Reliquũ: Relictum. 2 F.F. cessón'. 3 Non: intrò rumpere, vt est in Ven. ant. & aliis. 4 Faër. è F.B. legit necessus: 5 Sic P.B. & I.R. cum vulgò: is nunc reperit.
6 Scibam. F.F. 7 I.R. ita, ex quibusdam exẽplaribus. Vulgò: de te. 8 I.R. Nunquam pol. è man. & Don. 9 M.M. narrari. 10 Vulgò sic: Par. Quid? Pyt. illicone, &c. Sed G. Pab. è Pal. vult induci Parmenonis personam: & omnia hæc esse continua verba Pythiæ: sed interspirãtis his particulis: Quid? quid? & quærentis, quid dicat amplius ad seruum insectandum.

ſtem vidit.
Illam eſſe eum indutum pater? quid? iam ſcis te periſſe.
PA. [1] *Hem, quid dixti, peſſuma? an mentita es? etiam rides?*
Itáne lepidum tibi viſum eſt ſcelus, nos inridere?
PY. nimium.
PA. Si quidem iſthuc impunè habueris. PY. verũ?
PA. reddam hercle. PY. credo:
Sed in diem iſthuc, Parmeno, eſt fortaſſe, quod mi nitare:
Tu iam pendebis, qui ſtultum adoleſcentulum [2] *nobilitas*
Flagitiis, & eundem indicas: vterque exempla in te [3] *edent.*
PA. Nullus ſum. PY. hic pro illo munere tibi honos eſt habitus: abeo.
PA. Egomet meo indicio, miſer, quaſi Sorex, hodie perij.

ACT. QVINTI SCENA VIII. GNATHO, THRASO.

GN. *Quid nunc? qua ſpe, aut quo conſilio huc imus? quid* [4] *cœptas Thraſo?*
T. *Egóne? vt Thaidi me dedam, & faciam quod iubeat. G. quid eſt?*
T. *Qui minus quàm Hercules ſeruiuit Omphale? G. exemplum placet.*
Vtinam tibi cõmitigari videam ſandalio caput.
Sed fores crepuerunt ab ea. perij. T. *quid autem hoc eſt mali?*
Hunc ego nunquam videram: & iam quidnam [5] *hinc properans* [6] *proſilit?*

ACT. QVINTI SCENA IX. CHÆREA, PARMENO, PHÆDRIA, GNATHO, THRASO.

CH. *O Populares, ecquis me viuit hodie fortunatior?*
Nemo hercle quiſquam: nam in me planè dij poteſtatem ſuam
Omnem oſtendêre; cui tam ſubitò tot [7] *congruerint commoda.*
PA. *Quid hic lætus eſt?* CH. *ô Parmeno mi, ô mearum voluptatum omnium*
Inuentor, inceptor, perfector, ſcin me in quibus ſim gaudiis?
Scis Pamphilam meam inuentam ciuem? PA. audiui. CH. *ſcis ſponſam mihi?*
PA. *Bene, ita me dij ament, factum.* GN. [8] *audin' tu, hic quid ait?* C. *tum autem Phædriæ*
Meo fratri gaudeo amorem eſſe omnem in tranquillo: vna eſt domus:
Thais patri ſe commendauit in clientelam & fidem,
Nobis dedit ſe. P. *fratris igitur Thais tota eſt.*
CH. *ſcilicet.*
P. *Iam hoc aliud eſt quod gaudeamus: miles* [1] *pellitur foras.*
CH. [2] *Tum tum tu frater, vbi vbi eſt, fac quam primum hæc audiat.* PA. [3] *viſam domum.*
T. *Nunquid Gnatho dubitas, quin ego nunc perpetuò perierim?*
GN. [4] *Sine dubio opinor.* CH. *quid commemorem primum aut* [5] *laudem maxumè?*
Illum, qui mihi dedit conſilium, vt facerem: an me, qui id auſu' ſim
Incipere? an fortunam conlaudem, quæ gubernatrix fuit:
Quæ tot res, tantas, tam opportune in vnum cõcluſit diem? an
Mei patris feſtiuitatem & [6] facilitatem? ô Iuppiter
Seruæ obſecro hæc nobis bona. PH. *Dij voſtram fidem. incredibilia*
Parmeno modò quæ narrauit. ſed vbi eſt frater?
CH. [7] *præſtò adeſt.*
P. *Gaudeo.* CH. *ſatis credo, nihil eſt Thaide hac, frater, tua*
Dignius quod ametur: ita noſtræ eſt omni fautrix familiæ. PH. [8] *hui,*
Mihi illam laudas. T. *perij, quantò minus ſpei eſt, tanto magis amo.*
Obſecro, Gnatho, in te ſpes eſt. GN. *quid vis faciam.* T. *perfice hoc*
Precibus, precio, vt hæream in parte aliqua tandẽ [9] *apud Thaidem.*
GN. *Difficile eſt.* TH. *ſi quid* [10] *conlibuit, noui te. hoc ſi effeceris,*
Quoduis donum, præmium à me optato, id optatum feres.
GN. *Itáne.* TH. *ſic erit.* GN. *ſi efficio hoc poſtulo, vt* [11] *tua mihi domus*
Te præſente, abſente pateat, inuocato vt ſit locus
Semper. TH. *do fidem, ita futurum.* GN. *accingar.* PH. *quem ego hic audio,*
[12] *O Thraſo.* TH. *ſaluete.* PH. *tu fortaſſe, qua facta hic ſient,*
Neſcis. TH. *ſcio.* PH. *cur te ergo in his ego conſpicor regionibus?*
TH. *Vobis fretus.* PH. *ſcis quàm fretus: miles, ſi dico tibi,*
Si in platea hac te offendero pòſt vnquam

1 *F.F.* hem quid dixti. An G. Hem quid dixiſti? 2 Vulgò quidẽ malè: denobilitas. 3 Alij: edet. Interp. 4 *al.* Inceptas: quidam vet. 5 Gab. F. I. 6 Aliqui vulgò: proſiliit. 7 Sic vulgò eſt, Sed in man. & Int. eſt contigerint. 8 Sic H. G. è vet. Ven. An. G. & *F.F.* audin' tu illum.

1 al. pelletur. 2 G. F. è Pal. ita legit: Vulgò omittuntur: Tum tu. 3 Et hoc probat G. F. Et: viſam domi: è V Vert. & H. G. è man. 4 F. F. particulam: ſine: priori verſui coniungit. vt & An. G. & G L. 5 F. F. inferi vult: aut quem laudem, &c. 6 Ita I. R. ex antiq. & Don. Vulgò fuit: felicitatẽ, Malè. 7 Alij: præſtò eſt. F. F. 8 Sic I. R. Vulgò omittitur. G. F. particulam: Hui: tribuit Chæreæ. è Pal. 9 M. M. tamen. 10 P. B. conlibitum. 11 Sic G. F. è Pal. Vulgò: vt mihi tua domus. 12 Sic I. R. hos verſus legit ex Haſ. & aliis emẽdatis.

1 quod

1 *quod dicas mihi:*
Alium quærebam, iter hac habui: periſti. GN. *eia, haud ſic decet.*
PH. *Dictum eſt.* GN. *non cognoſco veſtrum tam ſuperbum.* PH. *ſic erit.*
GN. *Prius audite paucis: quod cùm dixero: ſi placuerit:*
Facitote. PH. *audiamus.* GN. *tu concede* 2 *paululum iſtuc, Thraſo.*
Principiò, ego vos 3 *ambo credere hoc mihi vehementer velim,*
Me huius quicquid 4 *faciam, id facere maxumè cauſa meâ:*
Verùm idem ſi vobis prodeſt, vos non facere inſcitiâ'ſt.
PH. *Quid id eſt?* GN. *militem ego riualem recipiundum cenſeo.* PH. *hem,*
Recipiundum? GN. *cogita modò. tu hercle cum illa, Phædria,*
Et libenter viuis, etenim bene libenter victitas,
Et quod des paululum, & neceſſe eſt, multum accipere Thaidem,
Vt tuo amori ſuppeditare poſſit ſine ſumtu tuo.
Ad omnia hæc magis opportunus, nec magis ex vſu tuo
Nemo eſt. principiò & habet quod det, & dat nemo largius:
Fatuus eſt, inſulſus, tardus: ſtertit noctéſque, & dies:
5 *Neque iſtum metuas ne amet mulier: facile pellas, vbi velis.*

1 Vulgò & interp. quoque: Nihil eſt, quod dicas: 2 F. F. Paulum:
3 M. M & Faer. Credere ambos.
4 Alij: facio. Mur. & Faer.
5 An. G. Neque tu iſtum.

PH. *Quid agimus?* GN. *præterea hoc etiam, quod ego vel primum puto,*
Accipit 1 *hominem nemo melius* 2 *prorſum, neq; prolixius.*
PH. *Mirum, ni illoc homine quoquo pacto opu'ſt.*
CH. *idem ego arbitror.*
GN. *Rectè facitis. vnum etiam hoc vos oro, vt me in veſtrum gregem*
Recipiatis, ſatis diu hoc tam ſaxum 3 *voluo* PH. *recipimus.*
CH. *Ac lubenter.* GN. *at ego pro* 4 *iſtoc, Phædria, & tu Charea,*
Hunc comedendum, & deridendum vobis, 5 *propino.* CH. *placet.*
PH. *Dignus eſt?* GN. *Thraſo, vbi vis, accede.*
TH. *obſecro te, quid agimus?*
GN. *Quid? iſti te ignorabant. poſtquàm eis mores oſtendi tuos,*
Et conlaudaui ſecundam facta & virtutes tuas,
Impetraui. TH. *bene feciſti. gratiam habeo maxumam.*
Nunquam etiam fui vſquam, quin me omnes amarent plurimum.
GN. *Dixin ego in hoc eſſe vobis Atticam* 6 *eloquentiam?*
PH. *Nihil præter* 7 *promiſſum'ſt. ite* 8 *hac. Vos valete, & plaudite.*

1 Ita Non. Sed G. F. homo nemo, &c.
2 Al. vulgò: prorſus. I. R.
3 Sic I. R. è man. & ant. Faer. Vorſo.
4 Gab. F. prò iſto.
5 Sic I. R. ex Inter. & Non. & I. Vv. & alij. G. F. è Pal. citat: propinabo.
6 Sic vulgò & pænè omnes. Faer. elegantiam.
7 Alicubi eſt: Nil præter omiſſum eſt: F. F. emèdat impromiſſum. Interp. Nil prætermiſſum.
8 Vulgò: ite hac omnes.

HEAVTONTIMORVMENOS TERENTII.

FABVLAE INTERLOCVTORES.

CHREMES *ſenex.*
CLITIPHO *adoleſcens.*
SYRVS *ſeruus.*
MENEDEMVS *ſenex.*
CLINIA *adoleſcens.*
SOSTRATA *matrona.*
BACCHIS *meretrix.*
PHRYGIA *ancilla.*
DROMO *ſeruus.*
ANTIPHILA *puella.*

ACTA LVDIS MEGALENSIBVS L. CORNELIO LENTVLO, L. VALERIO FLACCO ÆDILIBVS CVRVLIBVS. EGIT AMBIVIVS TVRPIO. MODOS FECIT FLACCVS CLAVDI. GRÆCA MEDANDRV. 1 ACTA PRIMA TIBIIS IMPARIBVS; DEINDE DVABVS DEXTRIS: ACTA ETIAM 2 TERTIA 3 T. SEMPRONIO, M. IVVENCIO COSS.

1 Alij: primum. Faer. 2 Alij: tertio. 3 Alij: C. Cornelio.

PROLOGVS.

NE cui ſit veſtrum mirum, cur parteis ſeni
Poëta dederit, quæ ſunt adoleſcentium:
Id primùm dicam: deinde, quod veni, eloquar.
Ex integra græca integram comœdiam
Hodie ſum acturus Heautontimorumenon.
Duplex quæ ex argumento facta eſt ſimplici. 5

Nouam esse ostendi, & quæ esset: nunc qui scripserit,
Et cuia græca sit, ni partem maximam
Existimarem scire vostrum, id dicerem.
Nunc quamobrem has partes diuiderim, paucis dabo.
Oratorem voluit esse me, non prologum:
Vostrum iudicium fecit: me actorem dedit.
Sed hic actor tantum poterit à facundia,
Quantum ille potuit cogitare commodè,
Qui orationem hanc scripsit, quã dicturus sum.
Nam quod rumores distulerunt maleuoli,
Multas contaminasse græcas, dum facit
Paucas latinas: esse id factum hic non negat,
Neq; [1] se id pigere, & deinde facturum autumat.
Habet bonorum exemplum: quo exemplo sibi
Licere id facere, quod illi fecerunt, putat.
Tum, quod maleuolus vetus poëta dictitat,
Repentè ad studium hunc se applicasse musicum,
Amicũm ingenio fretum, haud natura sua:
Arbitrium vestrum, vestra existimatio
Valebit. [2] quamobrem omnes vos oratos volo.
Ne plus iniquũm possit, quàm æquũm oratio.
Facite, æqui sitis. date crescendi copiam,
[3] Nouarum qui spectandi faciunt copiam
Sine vitiis: ne ille pro se dictum existimet,
Qui nuper fecit, seruo currenti, Auia
Decesse populum: cur insano seruiat?
De illius peccatis plura dicet, cùm dabit
Alias nouas, nisi finem maledictis facit.
Adeste æquo animo: date potestatem mihi,
Stationariam agere vt liceat per silentium,
Ne semper seruos currens, iratus senex,
Edax parasitus, sycophanta autem impudens,
Auarus leno, assiduè agendi sint [5] seni
Clamore summo, cum labore maximo.
Mea causa causam hanc iustam esse animum inducite,
Vt aliqua pars laboris minuatur mihi:
Nã nunc nouas qui scribunt, nihil parcunt seni:
[6] Si qua laboriosa est, ad me curritur:
[7] Sin lenis est, ad alium defertur gregem.
In hac est pura oratio. experimini,
In vtranq; partem ingenium quid possit meum.
Si nunquam auarè pretium statui arti meæ,
Et eum esse quæstum in animũ induxi maximũ,
Quàm maximè seruire vostris commodis:
Exemplum statuite in me, vt adolescentuli
Vobis placere studeant potius, quàm sibi.

1 Faer. Neque se pigere.

2 Quare Gab. 3 Vulgò sic constructuunt: crescẽdi nouarum. Sed eruditiores ita: Date crescendi copiam iis poetis, qui faciunt vobis copiam spectandi nouarum (Hellenismus) fabularũ. Earumque quæ viciis careant.

4 Sic G.F. Alij vt M.M. & Gab. F. in via.

5 G.F. Seni. è Pal. Mihi. Mur. & Faer. 5 M.M. Laboriosa si qua est. Faer. Si quę, &c. vers. causa. vterq. Sed nihil opus est: si habeas, qua, dissyllabum. 7 I.R. probat eum aliis hanc lectionem. Citat aliam sciolorum, vt appellat: Sin leuis est, ad alium mox defertur, &c.

ACTVS PRIMI, SCENA I.

CHREMES, MENEDEMVS.

QVanquam hæc inter nos [1] nuper notitia admodum est,
Inde adeò, quòd agrum in proxumo hîc mercatus es,
Nec rei ferè sanè amplius quicquam fuit:
Tamen vel virtus tua me, vel vicinitas,
(Quod ego in propinqua parte amicitiæ puto)
Facit, vt te audacter moneam, & familiariter,
Quod mihi videre præter ætatem tuam
Facere, & præter quàm res te adhortatur tua.
Nam prò deum, atque hominum fidem, quid vis tibi? [2] aut
Quid quæris? annos sexaginta natus es,
Aut plus eò, vt conijcio: agrum in his regionibus
Meliorem, neque pretij maioris, nemo habet:
Seruos complureis: proinde quasi nemo siet,
Ita tute attentè illorum officia fungere.
Nunquam tam mane egredior, neque tam vespere
Domum reuortor, quin te in fundo conspicer
Fodere, aut arare, aut aliquid ferre denique:
Nullum remittis tempus, neque te respicis.
Hæc non [3] voluptati esse, satis certò scio.
[4] At enim (dices) me, hic quantum operis fiat, pœnitet.
Quod in opere faciundo opera consumis tua,
Si sumas in illis exercendis, plus agas.
ME. *Chreme, tantúmne est ab re tua otij tibi,*
Aliena vt cures, eaq; nihil quæ ad te attinent?
CH. *Homo sum: humani à me nihil alienũ puto.*
Vel me monere hoc, vel percontari puta.
[5] Rectum est, ego vt faciam: non est, te vt deterream.
ME. *Mihi sic est vsus: tibi vt opus est facto, face.*
CH. *An cuiquam est vsus homini, se vt cruciet?*
ME. *mihi est.*
CH. *Si quid laboris est, nollem: sed quid istuc mali est?*
Quæso, quid de te tantum meruisti? ME. *eheu.*
CH. *Ne lacruma, atque istuc, quicquid est, fac me vt sciam.*
Ne retice: ne verere: crede (inquam) mihi:
Aut consolando, aut consilio, aut re iuuero.
ME. *Scire hoc vis?* CH. *hæc quidem causa, qua dixi tibi.*
ME. *Dicetur.* CH. *[6] at istos rastros interea tamen*

1 F.F. legit: nupera, id est, recens: ex Non. Mar. & Plaut. Capt. 2 aut: omittit Faer. & G.F. de vetustis. 3 Sic Faer. Alij: Voluptati tibi.

4 M.M. ita: At enim me, quantũ hîc operis fiat pœnitet. Faër. At enim, dices, quantum hic operis fiat, &c. G.F. è Vvert. At, dices, enim me quantum hic operis fiat pœnitet.

5 Sic Faër. & G.F. ex antiq. Alij omittunt: Est: nõ vt deterream. Faernus ita exponit: Si rectum est quod tu tantum labores, percontor, vt idem ego faciam. Si non est rectum: vt deterreã te, moneo.

6 I.R. ex ant. ita. Vulgò omissa coniunctio est: At &c.

Appe-

1 *Appone, ne labora.* ME. *minimè.* C. *quam rem agis?*
ME. *Sine,* 2 *sine,* 3 *vacuum tempus ne quod dem mihi*
Laboris. C. *non sinam inquam.* ME. *ah, non æquom facis.*
C. *Hui, tam graueis hos quæso!* ME. 4 *sic meritum'st meum.*
C. *Nunc loquere.* ME. *Filium vnicum adolescentulum*
Habeo: ah quid dixi habere me? immo habui, Chreme:
Nunc habeam, nec ne, incertum'st: C. *quid ita istuc?* ME *scies.*
Est è Corintho hic aduena anus pauperculæ:
Eius filiam ille amare cœpit perditè,
Propè iam vt pro vxore haberet: hæc clam me omnia.
Vbi rem resciui, cœpi non humanitus,
Neq; vt animum decuit ægrotum adolescentuli,
Tractare, sed vi & via peruolgata patrum:
Cotidiè accusabam: hem, tibine hæc diutius
Licere sperας facere, me viuo patre,
Amicam vt habeas propè iam in vxoris loco?
Erras, si id credis, & me ignoras, Clinia.
Ego te meum esse dici tantisper volo,
Dum, quod te dignum'st facias: sed si id non facis,
Ego, quod me in te sit facere dignum, inuenero.
Nulla adeo ex re istuc fit, nisi ex nimio otio.
Ego, istuc ætatis, non amori operam dabam,
Sed in Asiam hinc abij propter pauperiem, atque ibi
Simul rem, & gloriam armis belli repperi.
Postremo adeo res rediit. adolescentulus
Sæpe eadem, & grauiter audiendo, victus est:
5 *Putauit: me & ætate, & beneuolentia*
Plus scire & prouidere, quàm se ipsum sibi:
In Asiam ad regem militatum abiit, Chreme.
C. *Quid ais?* ME. *clam me profectus, mensis treis abest.*
C. *Ambo accusandi, etsi illud inceptum tamen*
Animi est pudentis signum, & non instrenui.
ME. *Vbi comperi ex iis, qui ei fuere consci,*
Domum reuortor mœstus, atque animo ferè
Perturbato atque incerto præ ægritudine:
Assido: accurrunt serui: soccos detrahunt:
Video alios festinare, lectos sternere,
Cœnam apparare: pro se quisque sedulo
Faciebat, quò illam mihi lenirent miseriam.
Vbi video hæc, cœpi cogitare: hem, tot mea
Solius sollicitæ sunt causa, vt me vnum expleant:
Ancillæ tot me vestiant? sumtus domi
Tantos ego solus faciam? sed gnatum vnicum,
Quem pariter vti his decuit, aut etiã amplius,
Quòd illa ætas magis ad hæc vtenda idonea est,
Eum ego hinc eieci miserum iniustitia mea.
Malo quidem me dignum quouis deputem,
Si id faciam: nam vsque dum ille vitam illam colet
Inopem, carens patria ob meas iniurias,
Interea vsque illi de me supplicium dabo,
Laborans, quærens, parcens, illi seruiens.
Ita facio prorsus: nihil relinquo in ædibus,
Nec vas, nec vestimentum: conrasi omnia:
Ancillas, seruos, nisi eos, qui opere rustico
Faciundo facilè 1 *sumtum exercerent suum.*
Omneis produxi ac vendidi: inscripsi illico
2 *Ædeis mercede: quasi talenta ad quindecim*
Coëgi. agrum hũc mercatus sum: hic me exerceo:
Decreui tantisper me minus iniuriæ,
Chreme, meo gnato facere, dum fiam miser,
Nec fas esse vlla me voluptate hic frui,
Nisi vbi ille huc saluos redierit meus particeps.
CH. *Ingenio te esse in liberos leni puto, &*
Illum obsequentem, si quis rectè aut commodè
Tractaret: verùm, neq; tu illum satis noueras,
Nec te ille. 3 *hoc ibi fit, vbi non verè viuitur.*
Tu illum nunquam ostendisti, quanti penderes,
Nec tibi ille'st credere ausus, quæ est æquom patri.
Quod si esset factum, hæc nunquam euenissent tibi.
ME. *Ita res est, fateor: peccatum à me maxumùm est.*
CH. *Menedeme, at porrò rectè spero: & illum tibi*
Saluom affuturum esse hic confido propediem.
ME. *Vtinam dij ita faxint.* CH. *facient. nunc, si commodum est,*
Dionysia hic sunt, hodie apud me sis volo.
ME *Non possum.* CH. *cur non? quæso tandem aliquantulum*
Tibi parce: idem absens facere te hoc volt filius.
ME. *Non conuenit, qui illum ad laborem* 4 *impulerim,*
Nunc me ipsum fugere. CH. *siccine est sententia?*
ME. *Sic.* CH. *bene vale.* ME. *& tu.* CH. *lacrumas excussit mihi,*
Miserétque me eius: sed vt diei tempus est,
Monere oportet me hunc vicinum Phaniam,
Ad cœnam vt veniat: ibo: visam si domi est.
Nihil opus fuit monitore: iam dudum domi
Aiunt, præsto apud me esse: egomet conuiuas moror.
Ibo adeò hinc intro. sed quid crepuerunt fores?
Hinc à me 5 *qui nam egreditur? huc concessero.*

1 Sic G.F. è man & PlautiPœn. Vulgò: Depone.
2 Sic G.F. Sed Vvert. & H. G. Ah sine: & prodem. duim. Vulgo. sine me, vacuum, &c.
3 Vaciu. Faër.
4 I.R. è man. Sic meritum meum. Sic I.R. è man. Vulgo: ah quid.
5 Ita I.R. è man & aliis. M.M. & P.B. Ætate me putauit & sapientia. Alij. Et ætate putauit me & beneuolentia. F.F.

1 *al.* victum exerceat. Ad. T. lib. 3 aduers. cap. 5. exercitent. 2 Sic I.R. & G.F. Aliter P.B. Inscripsi illico ædes: mercedem quasi talenta, &c.
3 Ant. G. Hoc vbi fit, ibi nõ rectè viuitur. Faer. Hócque fit, vbi non &c. 4 Ad medendum versui quidam legunt: impulserim: quidam impegerim. F.F Ex duobus vet. Gab. F. legit: impellerim:
5 Faer. fores Hinc à me? quisnam, &c.

ACTVS PRIMI SCENA II. CLITIPHO, CHREMES.

CLI. *Nihil adhuc est, quod vereare Clinia: haud quaquam etiam cessant.*
Et illam simul cum nuntio tibi hic 1 ego affuturam
Hodie scio: proin tu sollicitudinem istam falsam
Quæ te excruciat, omittas. CA. *qui cum loquitur filius?*
CLI. *Pater adest, quem volui: adibo. pater opportunè aduenis.*
CH. 2 *Quid id est?* CLI. *hunc Menedemum nostin' nostrum vicinum?* CH. *probè.*
CLI. *Huic filium scis esse?* CH. *audiui 3 esse in Asia.* CLI. *non est pater,*
Apud nos est. CH. *quid ais?* CLI. *4 aduenientem è naui egredientem illicò*
Abduxi ad cœnam: nam mihi magna cum eo iam inde vsque 5 à pueris
Semper fuit familiaritas. CH. *voluptatem magnam nuntias.*
Quàm vellem Menedemum inuitatum, vt nobiscum esset 6 hodie amplius,
Vt hanc lætitiam nec opinanti primus ei obiicerem domi.
Atque etiam nunc tempus est. CLI. *caue faxis, non est opus pater.*
CH. *Quapropter?* CLI. *quia enim incertum'st etiam, quid se faciat, modò venit:*
Timet omnia, patris iram, & animum amicæ, se erga vt sit suæ.
Eam miserè amat. propter eam hæc turbæ, atque abitio euenit. CH. *scio.*
CLI. *Nunc seruolum ad eam in vrbem misit, & ego nostrum vnà Syrum.*
CH. *Quid narrat?* CLI. *quid ille? se miserum esse.* CH. *miserum? quem minus credere'st?*
Quid reliqui est, quin habeat quæ quidem in homine dicuntur bona?
Parenteis, patriam incolumem; amicos, genus, cognatos, 7 diuitias:
Atque hæc perinde sunt, vt illius animus, qui ea possidet:
Qui vti scit, ei bona: illi qui nõ vtitur rectè, mala.
CL. *Immò ille senex fuit importunus semper: & nunc nihil magis*
Vereor, quàm ne quid in illum iratus plus satis faxit pater.
CH. *Illéne? sed reprimam me: nam in metu esse hunc, illi est vtile.*
CL. *Quid 8 tute tecum?* CH. *dicam vt vt erat, mansum tamen oportuit,*
Fortasse aliquantò iniquior erat præter eius libidinem:
Pateretur: NAM QVEM *ferret, si parentem non ferret suum?*
Hunccine erat æquom ex illius more, an illum ex huius viuere? &
Quod illum 1 insimulat durum, id non est: nam parentum iniuriæ
Vniusmodi sunt fermè (paulò qui est homo tolerabilis)
Scortari crebrò nolunt: nolũt crebrò conuiuarier:
Præbent exiguè sumptum: 2 & ea sunt tamen ad virtutem omnia.
Verò vbi animus semel se cupiditate deuinxit mala,
Necesse est Clitipho consilia cõsequi cõsimilia. hoc
Scitum'st, PERICLVM *ex alijs facere tibi quod ex vsu siet.*
CLI. *Ita credo.* CH. *ego ibo hinc intrò, vt videam nobis cœnæ quid siet.*
Tu, vt tempus est diei, videsis, ne quò hinc abeas longius.

ACT. SECVNDI SCENA I. CLITIPHO.

Quàm iniqui sunt patres in omneis adolescenteis iudices:
Qui æquom esse censent, nos iam à pueris illico nasci senes,
Neque illarum affines esse rerum, quas fert adolescentia.
Ex sua lubidine moderantur, nunc quæ est, non quæ olim fuit.
Mihi si vnquam filius erit, næ ille 3 facili me vtetur patre:
Nam & cognoscendi, & ignoscendi dabitur peccati locus:
Non vt meus, qui mihi per alium ostendit suam sententiam.
Perij, is mihi, vbi adbibit plus paulò, sua quæ narrat facinora?
Nunc ait: periclum ex aliis facito, tibi quod ex vsu siet.
Astutus: næ ille haud scit, quàm mihi nunc surdo narret fabulam.
Magis nunc me amicæ dicta stimulant: da mihi, atque affer mihi:
Cui quid respondeam, nihil habeo: neque me quisquam est miserior:
Nam hic Clinia, etsi is 4 quoque suarum rerum satagit, attamen
Habet bene acpudicè eductam, ignaram artis meretriciæ.

1 Ego: omittit Gab. F. 2 Alij vulgò: Quid est?
3 Sic G.F. ex ant. Vulgò: audiui, in Asia.
4 F.F. venientem. 5 Sic G.F. è Vvert. Sed M.M. retinet: à puericia. 6 Hodiè: non est in Pal. neque in Non. verbo Inuitare. 7 Ant. G. ditias: per syncopen. Nisi est à Dis. 8 Ita è Pal. G.F. M.M. & alij: Quid tu.

1 Sic apud Non. est. M.M. insimulant.
2 Atque hæc sunt tamen ad virtutem omnia: G.F. è Pal. & Inter. ad illud Andriæ: Signa ad salutem: 3. 2.
3 Sic Hal. & vet. Ven. F.F. Sed vulgò: facillimè vtetur. 4 Sic I.R. ex ant. & metri ratione. Al. omittitur. quoque.

Mea

Mea est potens, procax, magnifica, sumtuosa, nobilis.
Tum, quod dem ei, recte'st, nam nihil esse mihi, relligio est dicere.
Hoc ego mali non pridem inueni: neque etiam dũ scit pater.

ACT. SECVNDI SCENA II.
CLINIA, CLITIPHO.

CLI. *SI mihi secundæ res de amore meo essent, iamdudum scio*
Venissent: sed vereor, [1] ne mulier me absente hic corupta sit.
Concurrunt multæ opiniones, quæ mihi animum exaugeant:
Occasio, locus, ætas, mater, cuius sub imperio est, mala:
Cui, nihil iam præter precium dulce est. CLit. Clinia. CLI. hei misero mihi!
CLit. Etiam caues, ne videat fortè hinc te, à patre aliquis exiens?
CLin. Faciam: sed nescio, quid profectò mihi animus præsagit mali.
CLit. Pergin' istuc prius diiudicare, quàm scis, quid veri siet?
CLin. Si nihil mali esset, iam hic [2] adesset. CLit. Iam [3] aderunt. CLin. quando istuc erit?
CL. *Non cogitas hinc [4] longius abesse? & nosti mores mulierum:*
Dum moliuntur, dum comuntur, annus est. CL. ô Clitipho,
Timeo. CL. respira: eccum Dromonem cum Syro, vnà assunt tibi.

ACTVS SECVNDI SCENA III.
SYRVS, DROMO, CLIINIA, CLITIPHO.

SY. *AIn' tu?* DR. *sic est.* SY. *verum interea dum sermones cædimus,*
Illæ sunt relictæ. CL. *mulier tibi adest, audin' Clinia?*
CL. *Ego verò audio, nunc demum, & video, & valeo, Clitipho.*
Sy. [5] Minimè mirum: adeò impeditæ sunt: ancillarum gregem
Ducunt secum. CL. *perij, vnde illi sunt ancillæ?*
CL. *men' rogas?*
Sy. Non oportuit relictas: portant quid rerum.
CL. *hei mihi.*
Sy. Aurum, vestem: & vesperascit, & non nouerunt viam.
Factum à nobis stultè est. abidum tu, Dromo, illis obuiam

1 Ita man. I.R. & F.F. in vet. Ven. sed M.M. Ne me absente mulier hic, &c. 2 Ita F.F. ex vet. Ven. & aliis antiq. Sed Ant. G. & G.L. adessent.
3 Sic Ant. G. & G.L. Verum G.F. ex ant. iam aderit. 4 Faer. & G.F. & H.G. longulè abesse.
5 Sic G.F. ex antiq. Alij Dromonis esse autumãt.

Properè: quid stas? CL. *væ misero mihi, quanta de spe decidi!*
CL. *Quid istuc? quæ res sollicitat autem?* CL. *rogitas quid siet?*
Viden' tu ancillas, aurum, vestem? [1] quam ego cũ vna ancillula
Hic reliqui: [2] vnde esse censes? CL. *vah, nunc demum intelligo.*
Sy. Dij boni! quid turbæ est? ædes nostræ vix capient, scio.
Quid comedent? quid ebibent? quid sene erit nostro miserius?
Sed video eccos, quos volebam. CL. *ô Iuppiter, vbinam est fides!*
Dum ego propter te errans patria careo demens, tu interea loci
Conlocupletasti te, Antiphila, & me in his deseruisti malis,
Propter quam in summa infamia sum, & meo patri [3] minus obsequens,
Cuius nunc pudet me, & miseret, qui harum mores cantabat mihi,
Monuisse frustrà, neque potuisse eum vnquam ab hac me expellere:
Quod tamen nũc faciam: tum, cùm gratum mihi esse potuit, nolui.
Nemo est miserior me. Sy. hic de nostris verbis erat videlicet.
Clinia, aliter tuum amorem, atque est, accipis:
Nam & vita'st eadem, & animus te erga idem, ac fuit,
Quantùm ex ipsa re coniecturam [4] cepimus.
CL. *Quid est obsecro? nam mihi nunc nihil rerum omnium'st*
Quod malim, quàm me hoc falsò suspicarier.
Sy. Hoc primum, vt nequid huius [5] rerum ignores: anus
Quæ est dicta mater esse ei antehac, non fuit:
Ea obijt mortem: [6] hoc ipsa in itinere altera
Dũ narrat, fortè audiui. CL. *quanã est altera?*
Sy. Mane: hoc, quod cœpi, primum enarrem, Clitipho:
Pòst istuc veniam. CL. *propera. Sy. iam primum omnium*
Vbi ventum ad ædes est, Dromo pultat fores:
Anus quædam prodit: hæc vbi aperuit ostium,
Continuò hic se coniecit intrò, ego consequor:
Anus foribus obdit pessulum, ad lanam redit.
[7] Hinc sciri potuit, [8] haud nusquam alibi, Clinia,
Quo studio vitam suam te absente exegerit.
Vbi de improuiso est interuentum mulieri,

1 An. Go. & M.M. quã cum vna hic ancillula Ego reliqui. 2 I.R. Man. ita legit. Vulgò: vnde eã esse censes. 3 Ita I.R. legit è man. & aliis & Don. in Phor. F.F. minus sum: vt elidatur S. minu'.
4 Ita I.R. è vet. & manus. Alij: fecimus. 5 H.G. ἀχαϊσμὸν putat: vt illud Eun. absente nobis. M.M. omittit: Rerum. 6 Pris. lib. 6. hæc ipsa. 7 Faer. Hîc: vt respondeat voci: alibi: quod sequitur.
8 Al. aut nusquam. I. R. è man. & Lug. & vet. Ven. haud vsquam.

(*Nam ea res dedit tum existimandi copiam*
Cotidianæ vitæ consuetudinem,
Quæ,cuiusque ingenium vt sit, declarat maxumè)
Texentem telam studiosè ipsam offendimus,
Mediocriter vestitam, veste lugubri,
Eius anuis causa,opinor,quæ erat mortua,
Sine auro tum ornatam [1] *ita vti quæ ornantur sibi,*
[2]*Nulla mala re expolitam muliebri:*
Capillus passus,prolixus,circum caput
Reiectus negligenter,pax. CL.*Syre mi,obsecro,*
Ne me in lætitiam frustra conijcias.Sy.anus
[3] *Subtegmen nebat: præterea vna ancillula*
Erat,ea texebat vnà,pannis obsita,
Neglecta,immunda inluuie. CL. *si hæc sunt Clinia,*
Vera,ita vti credo,quis te est fortunatior?
[4]*Scin' tu hanc, quam dicit sordidatam & sordidam?*
Magnum hoc quoque signum'st, dominam esse extra noxiam,
Cùm eius tam negliguntur internuntij:
Nam disciplina est eisdem,munerarier
Ancillas primùm, ad dominas qui affectant viam.
CL. *Perge, obsecro te, & caue, ne falsam gratiam*
Studeas inire.quid ait,vbi me nominas?
Sy.Vbi dicimus,redisse te,& rogare, vti
Veniret ad te,mulier telam [5] *deserit*
Continuò,& lacrumis opplet os totum sibi.
Vt facilè scires,desiderio id fieri tuo.
CL. *Prægaudio (ita me dij ament) vbi sim nescio.*
*Ita timui.*CL.*at ego nihil esse scibam,Clinia.*
Agedum vicissim,Syre,dic,quæ illa'st altera?
Sy. [6] *Adducimus tuam Bacchidē.* CL. *hem,quid Bacchidem?*
Eho,sceleste,quo illam adducis? SY. *quo ego illã? ad nos scilicet.*
CLit. Ad patrémne? SY.*ad eum ipsum. CLit.ó hominis impudentem audaciam!*
SY.*Heus tu, non sit sine periclo facinus magnum & memorabile.*
CLit.Hoc vide:in mea vita tu tibi laudē is quæsitum,scelus:
Vbi si paululum modò quid te fugerit, ego perierim.
Quid illo facias? SY. at enim. CLit. quid enim?
SY.*si sinas,dicam.CLi.sine.*
CLit.Sino. SY. ita res est,hæc nunc, quasi, cùm.
CLit.quas(malùm) ambages mihi
Narrare occipit? CLi. Syre, verum hic dicit:mitte.ad rem redi.
SY.*Enimuero reticere nequeo:* [1] *multi modis iniurius*
Clitipho est:neque ferri potis est. CL.*audiendum hercle est,tace.*
SY.*Vis amare:vis potiri:vis,quod des illi,effici:*
Tuum esse in potiundo periclum non vis: haud stultè sapis:
Siquidem id sapere est, velle te id, quod non potest,contingere.
Aut hæc cum illis sunt habenda, aut illa cum his [2] *amittenda sunt.*
Harum duarum conditionum nunc vtram malis,vide:
Etsi cõsilium, quod cepi, rectum esse & tutũ scio:
Nam, apud patrem tua amica tecum sine metu vt sit,copia'st.
Tum quod illi argentum es pollicitus, eadem hac inueniam via:
Quòd vt efficerem,orando surdas iam aureis reddideras mihi.
Quid aliud tibi vis? CLit.siquidem hoc sit. SY.*siquidem experiundo scies.*
*CLit. Age age,cedo istuc tuum consilium quid id est?*SY. *assimulabimus,*
Tuam amicam,huius esse [3] *amicam.* CL.*pulcrè: cedo,quid hic faciet tua?*
An ea quoque dicetur huius, si vna hæc dedecori est parum?
SY. *Immò ad tuam matrem* [4] *deducetur.* CL. *quid eo?* SY.*longum est,Clitipho,*
[5] *Si tibi narrem,quaobrem id faciam:vera causa est.CLit.fabulæ:*
Nihil satis firmi video, quamobrē accipere hunc mihi expediat metum.
SY.*Mane,habeo aliud, si istuc metuis: quod ambo confiteamini.*
*Sine periclo esse.CLit. huiusmodi, obsecro,aliquid reperi.*SY.*maxumè:*
Ibo obuiam hinc:dicam,vt reuortantur domum.
CL.*hem,*
*Quem dixti?*SY.*ademtum tibi iam faxo omnem metum,*
In aurem vtramuis otiosè vt dormias.
CL.*Quid ago nunc?* CL.*túne?* [6] *quod boni est.*
CL.*Syre,dic modò*
Verum SY.*age,modò hodie, serò ac nequicquam voles.*
CL.[7]*Datur modo:fruere dum licet:nã nescias,*
Eius sit potestas posthac, an nunquam tibi.
CL.*Syre inquã.* SY. *perge porrò, tamè istuc ago.*
CL.*Verum hercle istuc est, Syre, Syre inquam, heus heus Syre.*

1 M.M.multi modis.
2 Faer.mittenda.
3 Faer huius esse:omisso,amicam.
4 Faer abducetur. 5 F.F.distinguit ita: Tibi si narrem,quamobrem id faciam,vera causa est.
6 Vulgo:quid boni est M M quod boni:
7 Faer ita:Datur:fruare. Sic & I.R.è man.Verum G.F.è Pal. vt est in textu.

1 Sic I R Alii omittunt:ita : vt Faer. 2 Sic Faer. & M B.venustè:Mala,gena muliebris expolita nulla re. 3 Faer.ex Bēbo:Subtemen: id est, quod subit stamē.Th.P. 4 Sic I.R.è man.&aliis. Et sordidatã. 5 Faer.desinit è Bēbo. 6 Ita vulgò & Non.Sed I R ex Don.in Adelph.Abducimus.
7 Faer.hem quid?Bacchidem ducis?

Sy.Con-

Sy. Concaluit: quid vis? CL. *redi. redi. Sy. assum, dic quid est?*
Iam hoc quoque negabis tibi placere. CL. *immò Syre,*
Et me, & meum amorẽ, & famã permitto tibi.
Tu es iudex: ne quid accusandus sis, vide.
Sy. Ridiculũ est, 1 te istuc me admonere, Clitipho:
Quasi isthic minor mea res agatur, quàm tua.
Hic si quid nobis fortè aduorsi euenerit,
Tibi erunt parata verba, huic homini verbera.
2 Quapropter neutiquam hæc res neglectui est mihi: (*licet*
3 Sed istunc exora, vt suam esse assimulet. CL. *Scio*
Facturum me esse, in eum iam res redijt locum,
Vt sit 4 necesse. CL. *5 merito te amo, Clinia.*
CL. *Verùm illa ne quid titubet. Sy. perdocta est probè.*
CL. *At hoc demiror, qui tam facilè potueris*
Persuadere illi, quæ solet quos spernere.
Sy. In tẽpore ad eam veni: quod rerum omniũ est
Primũ: nam miserum quendã offendi ibi militẽ,
Eius noctem orantem. hac arte tractabat virum,
Vt illius animum cupidum inopia incenderet,
6 Eadémque vt esset apud te quàm gratissima.
Sed heus tu, videsis ne quid imprudens ruas.
Patrem nouisti, ad has res quàm sit perspicax.
Ego te autem noui, quàm esse soleas impotens,
Inuersa verba, euersas ceruices tuas,
Gemitus, screatus, tussis, risus, abstine.
CL. *Laudabis. Sy. videsis.* CL. *tutemet mirabere.*
Sy. Sed quàm cito sunt consecutæ mulieres?
Clit. vbi sunt? cur retines? SY. iam nunc hæc non est tua.
CLit. Scio, apud patrem. at nunc interim. Sy. nihilò magis.
Clit. Sine. SY. non sinam inquam. CLit. quæso pauliſper. SY. veto.
CLit. Saltem salutare. SY. abeas, 7 si sapis. CLi. eo.
Quid istic? SY. manebit. CLit. ô hominem felicem! SY. ambula.

ACT. SECVNDI SCENA IIII.
BACCHIS, ANTIPHILA, CLINIA, SYRVS.

EDepol te, mea Antiphila, laudo, & fortunatam iudico,
Id cum studuisti, isti formæ mores vt consimiles forent:
Miniméque (ita me dij ament) miror, si te sibi quisque expetit.
Nam mihi, quale ingenium haberes, fuit indicio oratio.

Et cùm egomet nunc mecum in animo vitam tuam considero,
Omniúmque adeo vostrarum, volgus quæ ab se segregant,
Et vos esse istiusmodi, & nos non esse, haud mirabile est:
Nam expedit bonas esse vobis: nos, quibus cum est res, non sinunt:
Quippe forma impulsi nostra nos amatores co- 390
lunt:
Hæc vbi 1 immutata est, illi suum animum vltrò conferunt.
2 Nisi prospectum interea aliquid nobis est, deserta viuimus.
Vobis cum vno 3 simul vbi ætatem agere decretum'st viro,
Cuius mos maxumè est consimilis vostrum, hi se ad vos applicant,
Hoc beneficio vtriq; ab vtrisq; verò deuincimini, 395
Vtnunquam vlla amori vostro incidere possit calamitas.
AN. Nescio alias: me scio quidem semper feciſſe sedulò, vt
Ex illius commodo meum compararem commodum. CL. vah,
Ergo, mea Antiphila, tu nunc sola reducem me in patriam facis.
Nam, dum abs te absum, omnes mihi labores fue- 400
re, quos cœpi, leues,
Præterquàm tui carendum quòd erat. SY. credo.
CLin. Syre, vix suffero.
Hoccine me miserum non licere meo modò ingenio frui!
SY. Immò vt patrem tuum vidi esse habitum diu, etiam duras dabit.
BA. Quisnam hic adolescens est, qui intuitur nos? AN. ah. retine me, obsecro.
BA. Amábo, quid tibi est? AN. disperij. BA. perij 405
misera, quid stupes
Antiphila? AN. videon' Cliniam, annon? BA. quẽ vides?
CLi. Salue, anime mi. AN. ô mi Clinia, 4 salue,
CLin. vt vales?
AN. Saluom venisse gaudeo. Clin. teneóne te
5 Antiphila, maxumè animo exoptata meo?
SY. Ite intrò: nam vos iamdudũ exspectat senex. 410

ACTVS TERTII SCENA I.
CHREMES, MENEDEMVS.

CH. 6 LVcescit hoc iam: cesso pultare ostium
Vicini? primùm ex me vt sciat, sibi filium
Rediſſe. et si adolescentem hoc nolle intelligo.

1 Sic G. F. è Pal. Alij vulgo pronomen omittunt. 2 Faer. Quapropter hęc res neutiquam neglectu est mihi.
3 Ita G. F. ex ant. priore in, st correpta: Alij vulgo: istum. 4 Faer. necessus antiq.
5 M. M. merito amo te.
6 Sic è Pal. G. F. Alij vulgo: apud te ob hoc q. g. F. è Bẽb. Eadémque vt esset apud te hoc quam gratissimum. 8 Faer. sapias.

1 imminuta. Faer. 2 Faer. Nisi si prospectum interea aliquid est. &c.
3 Faer. semel.
4 ô mi Clinia expectate, salue. G. F. & F. F. ex ant. & vet. Ven. 5 Sic vulgò: M. M. Antiphila, animo exoptata maxumè meo. Faer. Antiphila, maxume animo exoptatam meo.
6 G, F, è vet. & P. F. dialogo de fab. Ter. Luciscit

Verum, cùm videam miserum hunc tam excruciarier
Eius abitu, celem tam insperatum gaudium?
Cum illi pericli nihil ex indicio siet:
Haud faciam: nam, 1 quod potero adiutabo senẽ,
Ita vt filium meum amico, atque 2 quasi suo
Video inseruire: & socium esse in negotiis.
Nos quoque senes est æquom senibus obsequi.
ME. Aut ego profectò ingenio egregiè ad miseriã
Natus sum, aut illud falsum'st, quod volgo audio
Dici, DIEM adimere ægritudinem hominibus:
Nam mihi quidem cotidiè augescit magis
De filio ægritudo, & quantò diutius
Abest, magis cupio tantò, & magis desidero.
CH. Sed ipsum foras egressum video: ibo, alloquar.
Menedeme, salue: nuncium apporto tibi,
Cuius maximè te fieri participem cupis.
ME. Nunquidnã de gnato meo audisti, Chreme?
CH. valet, atq; viuit. ME. 2 Vbinam est quæso?
CH. apud me domi.
ME. Meus gnatus? CH. sic est. ME. venit? CH. certè. ME. Clinia
Meus venit? CH. dixi. ME. eamus, duc me ad eũ obsecro.
CH. Non volt te scire, se rediisse etiam, & tuum
Conspectum fugit at propter peccatum 3: tum hoc timet,
Ne tua duritia illa antiqua etiam adaucta sit.
ME. Non tu ei dixisti, vt essem? CH. non. ME. quamobrem, Chreme?
CH. Quia pessumè istuc in te, atque in illum consulis,
Si te tam leni, & victo esse animo ostenderis.
ME. Non possum: satis iam, satis pater durus fui. CH. ah,
Vehemens in vtranque partem, Menedeme, es nimis,
Aut largitate nimia, aut parsimonia.
In eandem fraudem ex hac re, atque ex illa, incides.
Primùm, olim potius, 4 quàm paterere filium
Commeare ad mulierculam, quæ paululo
Tum erat contenta, cuique erant grata omnia,
Proterruisti hinc. ea coacta ingratis
Posti illa cœpit victum volgo quærere.
Nunc, cum sine magno 5 intertrimento nõ potest
Haberi, quidquid dare cupis. nam, vt tu scias,
Quàm ea nunc instructa pulchrè ad perniciẽ siet,
Primùm, iam ancillas secum adduxit plus decem,
Oneratas veste, atque auro: satrapes si siet
Amator, nunquam sufferre eius sumptus queat,
Nedũ tu possis. M. ésne ea intus? CH. 1 sit rogas?
Sensi. nam vnam ei cœnam, atque eius comitibus
Dedi: quod si iterum mihi sit danda, actum siet.
Nam vt alia omittam, pitissando modò mihi
Quid vini absumpsit? sic hoc dicens: asperum,
Pater, hoc est: aliud lenius, sodes vide:
Releui dolia omnia, omnes scrias:
Omnes sollicitos habui: atque hac vna nox:
Quid te futurum censes, quem assiduè exedent?
Ita me dij amabunt, vt tuarum miseritum'st
Menedeme fortunarum. ME. faciat. quod lubet:
Sumat. consumat. perdat, decretum'st pati:
Dum illum modò habeã mecum. CH. si certum est tibi
Sic facere, illud permagni referre arbitror,
Vt nescientem sentiat te id sibi dare.
ME. Quid faciã? CH. quidquis potius, quàm quod cogitas:
Per aliumquemuis vt des, falli te sinas
Technis per seruolum: etsi subsensi id quoque,
Illos ibi esse, & 2 id agere inter se clanculum.
Syrus cum illo vostro consusurrat: conferunt
Consilia adolescentes: & tibi perdere
Talẽtum hoc pacto satius est, quàm illo minam.
Non nunc pecunia agitur, sed illud, quo modo
Minimo periclo id demus adolescentulo.
Nam si semel tuum animum is intellexerit,
Prius proditurum te tuam vitam, & prius
Pecuniã omnẽ, quàm abs te amittas filium: hui,
Quantam fenestram ad nequitiam patefeceris?
Tibi autem porrò vt non sit suaue viuere:
Nam dereriores omnes sumus licentia.
Quodcunq; inciderit in mentem, volet, neque id
Putabit, 3 prauom, an rectum, quod petet, fiet.
Tu, rem perire, & ipsum, non poteris pati.
Dare 4 denegaris: ibit ad illud illicò,
Quo maximè apud te se valere sentiet,
Abiturum se abs te esse illicò 5 minitabitur.
ME. Videre verum, atque ita vti res est, dicere.
CH. Somnum hercle ego hac nocte oculis non vidi meis,
Dum id quæro, tibi quî filium restituerem.
ME. Cedo dextram: porrò te idem oro, vt facias, Chreme.
CH. Paratus sum. ME. Scin', quid nunc te facere volo?
CH. Dic. ME. quod sensisti illos me incipere fallere,
Id vt maturent facere, cupio illi dare,
Quod volt, cupio ipsum iam videre. CH. operam dabo,
Syrus est prehendendus atque adhortandus mihi.
A me nescio quis exit: concede hinc domum,
6 Ne nos inter nos congruere sentiant.

1 Ita I.R. pro quoad: ex Vetust. Vulgò: quàm.
2 Sic G. F. Alij vt F. F. quęso vbinam? apud me domi.
3 M.M. ob peccatum 4 F. F. ex An. Gou. inuertit ita: olim potius commeare filium Quam paterere ad mulierculam, &c.
5 Sic I.R. è Calphurnio & man. & Ven. & Athent. Vulgò detrimento.

1 Al. Si sit rogas?
2 I.R. tollit: & nec non. Faer.
3 Faer. Prauómne an rectum sit, quod petet.
4 I.R. è man. G.F. è Pal. ita habent. Vulgò: denegabis. 5 Faer. & Mur. minabitur.
6 Ant. G. & H. G. ita: Ne illi nos.

Faut-

Paulum negotî mihi obſtat: Simus & Crito
Vicini noſtri hîc ambigunt de finibus.
Me cepere arbitrum: ibo, ac dicam, vt dixeram,
Operam daturum me, hodie non poſſe iis dare.
Continuò hîc adero. MEi. *ita quæſo. dij veſtram fidem!*
Itan' comparatam eſſe hominum naturam omnium,
1 *Aliena melius vt videant, & iudicent,*
Quam ſua? an eò fit, quia in re noſtra aut gaudio
Sumus præpediti nimio, aut ægritudine?
Hîc mihi nunc quantò plus ſapit, quàm egomet mihi?
CH. Diſſolui me, 2 *otioſus operam vt tibi darem.*

ACT. TERTII SCENA II.

SYRVS, CHREMES.

HAc illac circuncurſa: inueniendum eſt tamen
Argentum, intendenda in ſenem fallacia.
CH. *Num me fefellit, hoſce id ſtruere? videlicet,*
Eſt Cliniæ ille ſeruus tardiuſculus,
Iccirco huic noſtro tradita eſt prouincia.
S. Quis hîc loquitur? perij. númnam? hæc audiuit?
C. Syre. S. hem.
C. Quid tu iſtîc? Sy. 4 *rectè: equidem te demiror, Chreme,*
Tam mane, qui here tantum biberis. C. nihil nimis.
Sy. Nihil narras? viſa verò eſt, quod dici ſolet,
Aquilæ ſenectus. C. eia. Sy. mulier 5 *eſt commoda, &*
Faceta hæc meretrix. C. ſanè idem viſa eſt mihi.
Sy. Et quidem hercle forma luculẽta. C. ſic ſatis.
Sy. Ita non vt olim, ſed vti nunc, ſane bona:
Miniméque miror, Clinia hanc ſi deperit:
Sed habet patrem quendam, auidum, miſerum, atque aridum.
6 *Vicinũ hũc noſtin'?* 7 *at quaſi is non* 8 *diuitiis*
Abundet, gnatus eius profugit inopia.
Scin' eſſe factum vt dico? C. quid? ego neſciam?
Hominem piſtrino dignum. Sy. quem? CH. iſtum ſeruolum
Dico adoleſcentis. Sy. Syre, tibi timui malè.
CH. Qui paſſus eſt id fieri. Sy. quid faceret? CH. rogas?
Aliquid reperiret, fingeret fallacias,
Vnde eſſet adoleſcenti, amicæ quod daret,
Atque hunc difficilem inuitum ſeruaret ſenem.
Sy. Garris. CH. hæc facta ab illo oportebant, Syre.
Sy. Eho quæſo, laudas qui heros fallunt? CH. in loco,

1 Faer. Al. vt. m. V. & diiudicent. 2 Ita I. P. & G. F. è Pal. & M. M. ex aliis. Vulgo: Diſſolui me ocyus. 3 Alij omittunt: hæc. 4 Faer. & G. F. è man. rectè equidem; ſed te miror.
5 Ita legũt I. R. & G. F. Sed M. M & F. F. ex antiquis omnibus: mulier commoda & faceta hæc eſt meretrix. 6 M. M. aridum vicinum hunc, noſtin?
7 Sic I. R. è vet. & Haſ. Vulgo atque ſi is non.
8 An. G. non ditiis.

Ego verò laudo. Sy. rectè ſanè. CH. 1 *quippe quia*
Magnarum ſæpe 2 *id remedium ægritudinum eſt:*
Iam huic manſiſſet vnicus gnatus domi.
Sy. Iocon' an ſerio illæc dicat, neſcio,
Niſi mihi quidem addit animum, quò lubeat magis.
CH. 3 *At nunc quid expectat, Syre? an, dum hinc denuo*
Abeat, cùm tolerare huius ſumtus non queat?
Nónne ad ſenem aliquam fabricam fingit? Sy. ſtolidus eſt.
CH. At at te adiutare oportet adoleſcentuli
Cauſa. Sy. facile equidem facere poſſum, ſi iubes:
Etenim quo pacto id fieri ſoleat, calleo.
CH. Tanto hercle melior. Sy. non eſt mentiri meum.
CH. Fac ergo. Sy. at heus tu, facito dum, eadem hæc memineris,
Si quid huius ſimile fortè aliquando euenerit,
(Vt ſunt humana) tuus vt faciat filius.
CH. Non vſus veniet, ſpero. Sy. ſpero hercle ego quoque:
Neque eò nunc dico, quò quicquam illum ſenſerim:
Sed ſi quid, ne quid: quæ ſit eius ætas, vides:
Et næ ego te, ſi vſus veniat, magnificè, Chreme,
Tractare poſſim. CH. de iſtoc, cum vſus venerit,
Videbimus quid opus ſiet: nunc iſtuc age.
Sy. Nunquam commodius vnquam herum audiui loqui,
Nec cum 4 *malefacere crederem mihi impunius*
Licere. Quiſnam à nobis egreditur foras?

ACTVS TERTII SCENA III.

CHREMES, CLITIPHO, SYRVS.

CH. *QVid iſtuc, quæſo? qui iſtîc mos eſt Clitipho? Itane fieri*
Oportet? CLI. quid ego feci? CH. vidin' ego te modo manum in ſinum huic
Meretrici inſerere? Sy. acta hæc res eſt; perij. CL. méne? CH. hiſce oculis, ne nega.
Facis adeo indignè iniuriam illi, qui non abſtineas manum:
Nam iſthæc quidem contumelia eſt,
Hominem amicum recipere ad te, atque eius amicam 5 *ſubagitare.*
Vel heri 6 *in vino quam immodeſtus fuiſti? Sy. factum. CH. quàm moleſtus?*
Vt equidem (ita me dij ament) me tui quid futurum denique eſſet.
Noui ego amantium 7 *animum: aduortunt grauiter, quæ non cenſeas.*
CL. At mihi fides apud hunc eſt, nihil me iſtius facturum pater.

1 G. F. è Pal. quippe qui.
2 Id: omittunt quidam malè.
3 Faer. Et nunc. 4 Sic M. M. & F F. Vulgo: malefacerem. 5 G. F. F. è Pal. ſubagitare: antiquè.
6 Vulgo alij: in conuiuio. 7 Sic G. F. è Pal. & & al. i. e. ſenſum calleo. Mur. animos:

Ch. Esto: at certè cõcedas aliquo ab eorum ore aliquantisper.
Multa fert lubido: ea prohibet facere tua præsentia.
Ego de me facio coniecturam. nemo est meorum 1 amicorum hodie,
Apud quem expromere omnia mea occulta, Clitipho, audeam.
Apud alium prohibet dignitas: apud alium ipsius facti 2 piget.
Ne ineptus, ne proteruus videar. quod illum facere credito.
Sed nostrum est intelligere, vt cunque, atque vbicunque opus sit obsequi.
SY. Quid istic narrat? CLi. perij. SY. Clitipho, hæc ego præcipio tibi,
Hominis frugi & temperantis functus officium.
CLit. tace sodes.
SY. Rectè sane. CH. Syre, pudet me. SY. credo: neq; 3 id iniuria.
Quin mihi molestum'st. CL. pergin'? SY. verum hercle dico, quod videtur.
CL. Nonne accedam ad illos? CH. eho quæso, vna accedendi via est?
SY. Actum'st: hic prius se indicarit, quàm ego argentum 3 effero. Chreme,
Vin' tu homini stulto mihi auscultare? Ch. quid faciam? SY. iube hunc
Abire hinc aliquò. CL. quò ego hinc abeam? S. 4 quò lubet: da illis locum:
Abi deambulatum. CL. deambulatum, quò? S. vah, quasi desit locus.
Abi sanè istac, istorsum, quòvis. Ch. rectè dicit: cẽseo.
CL. Dij te eradicent, Syre, qui me 5 istinc 6 extrudis. S. at tu pol tibi istas
Posthac comprimito 7 manus.
Censen' vero? quid illum porrò credis facturum, Chreme,
Nisi eum, quantum dij dant tibi opis, seruas, castigas, mones?
Ch. Ego istuc curabo. S. atqui nunc, here, hic tibi adseruandus est.
Ch. Fiet. S. sapias: nam mihi iam minus minúsq. obtemperat.
Ch. Quid tu? ecquid de illo, quod dudum tecũ egi, egisti, Syre? aut
Reperisti, tibi quod placeat. an nondum etiam? S. de fallacia
8 Dicis? est, inuzni nuper quãdam. Ch. frugi es: tedo, quid id est?
S. Dicam: verùm, vt aliud ex alio incidit. CH. quidnam, Syre?
S. Pessuma hæc est meretrix. Ch. ita videtur. S.

1 tollit: amicorũ: vt si Troch. oct. catal. 2 Faer. pudet. 3 Faer. effecero.
4 M.M. quo? quo lubet?
5 Faer. hinc. 6 G.F. è Pal. extrudas: & sine particula, Pol. 7 M.M. comprimito istas manus.
8 Plantinus edidit: De fallacia dicis? Interiectione corripientis cogitationem.

immo, si scias,
Hoc vide, quod inceptet facinus. Fuit quædam anus Corinthia
Hic: huic drachmarum argenti hæc mille dederat mutuum.
Ch. Quid tum? S. ea mortua'st: reliquit filiam adolescentulam:
Ea relicta huic arrhaboni est, pro illo argento. Ch. intelligo.
Sy. Hanc secum huc adduxit, 1 eaq; est nunc 2 ad vxorem tuam. 605
Ch. Quid tum? Sy. Cliniam orat, sibi vti id nunc det, illam, illi tamen
Post daturã, mille nummûm poscit. Ch. & poscit quidem? S. hui,
Dubiúmne id est? Ch. ego sic putaui. quid nũc facere cogitas?
Sy. Egóne? ad Menedemum ibo: dicam hanc esse captam ex Caria,
Ditem, & nobilem: si redimat, magnum inesse in 610
ea lucrum.
Ch. Erras. Sy. quid ita? Ch. pro Menedemo nunc tibi ego respondeo:
Non emo: quid ais? Sy. optata loquere. Ch. atqui non est opus.
Sy. Nõ opus est? Ch. non hercle vero. Sy. quid istuc? miror. Ch. iam scies:
Mane, mane. quid est, quod tam à nobis grauiter 3 crepuerunt fores?

ACT. QVARTI SCENA I.
SOSTRATA, CHREMES, NVTRIX, SYRVS.

NIsi me animus fallit, hic profecto est anu 615
lus, quem ego suspicor,
Is, quicum exposita est gnata. C. quid volt sibi, Syre, hæc oratio?
SO. quid est? ecquis tibi videtur? NV. dixi equidem: vbi 4 mihi ostendisti, illico
Eum esse. SO. vt sit satis 5 modo contemplata sies, mea nutrix. NV. satis.
SO. Abi nunc iam intro: atque, illa si iam lauerit, mihi nuntia.
Hic ego virum interea opperibor. Sy. te volt: vi- 620
deas, quid velit:
Nescio quid tristis est: non temere'st: metuo quid sit. C. quid siet?
Nã ista hercle magno iam conatu magnas nugas dixerit.
SO. Ehem mi vir. C. ehem mea vxor. SO. teipsum quæro. C. loquere, quid velis.
SO. Primum hoc te oro, nequid credas me aduersus edictum tuum
Facere esse ausam. C. vin' me istuc tibi, etsi incredibile est, credere? 625

1 Sic G.F. ex Vvert. Vulgo: quæ nunc est. 2 apud vxorem. Faer.
3 M.M. crepuit foris: propter versum. 4 An G. & F.F. pronomen, mihi, omitti volunt, ob versum.
5 Contemplata modo sis. Faer.

Credo.

Credo. Sy. nescio quid peccati portat hæc purgatio.
SO. Meministin', me esse grauidam, & mihi te
maxumo opere interminatam,
Si puellam parerem, nolle tolli. CH. scio quid fe-
ceris,
Sustulisti. Sy. sic est factum domina? ergo herus
damno auctus est.
SO. Minimè: sed erat hic Corinthia anus haud
impura: ei dedi
Exponendam. CH. ô Iuppiter, tantam esse in a-
nimo insciti am!
SO. Perij, quid ego feci? CH. at rogitas? SO. si pec-
caui, mi Chreme,
Insciens feci. CH. 1 id quidem ego, etsi tu neges,
certo scio,
Te insscientem, atque imprudentem dicere ac fa-
cere omnia.
Tot peccata in hac re ostendis. nam iam primùm
si meum
Imperium exsequi voluisses, interemptam opor-
tuit,
Non simulare mortẽ verbis, re ipsa spẽ vitæ dare.
At id omitto: misericordia, animo matern⁹: sino.
Quam bene verò abs te prospectum est: quid vo-
luisti? cogita:
Nempe anui illi ꝓdita abs te filia est planissumè,
Per te vel vti quæstum faceret, vel vti veniret
palàm.
Credo, id cogitasti: 2 quiduis satis est, dum viuat
modò.
Quid cum illis agas, qui neque ius, neque bonum
atque æquom sciunt?
Melius, peius prosit, obsit: nihil vident, nisi quod
lubet.
SO. Mi Chreme, peccaui, fateor: vincor: nunc hoc
te obsecro,
Quãtò tuus est animus natu grauior, 3 ignoscẽtior,
Vt meæ stultitiæ 4 iustitia tua sit aliquid præsidi.
CH. Scilicet, equidem istuc factum ignoscam: ve-
rùm, Sostrata,
Malè docet te mea facilitas multa. sed istuc, quic-
quid est,
Qua hoc occeptum'st causa? loquere. SO. vt stultæ,
& miseræ omnes sumus.
Religiosæ, cum exponendam do illi, de digito anu-
lum
Detraho, & cum dico vt vnà cum puella expone-
ret.
Si moreretur, ne expers partis esset de nostris bo-
nis.
CH. Istuc rectè! conseruasti te, atque illam. SO. is
hic est anulus.
CH. Vnde habes? SO. quam Bacchis secum addu-
xit adolescentulam. SY. hem.

1 I. R. ex man. ita legit. Alij: Id equidem ego, etiamsi tu neges. Faer. si tu neges.

2 Al. quiduis satius est. &c. G. F. & F. F. è vet. Ven: quid vis? satis est, &c.

3 Ita I. R. è man. & B. Ph. Vulgò ita: tantò sit ignoscentior. Malè.

4 Faer. in iustitia.

Ch. Quid ea narrat? SO. ea lauatum dum it, ser-
uandum mihi dedit.
Animum non aduorti primo: sed postquam a-
spexi,
Cognoui, ad te exsilui. Ch. quid nunc suspicare
aut inuenis
De illa? SO. nescio, nisi vt ex ipsa quæras, vnde
hunc habuerit,
Si potis est reperiri. Sy. interij: plus spei video,
quàm volo:
Nostra est, ita si est. Ch. viuitne illa, cui tu dede-
ras? SO. nescio.
Ch. Quid renuntiauit olim, si fecisse? SO. id quod
iusseram.
Ch. Nomen mulieris cedò quod sit, vt quæratur.
SO. Philtere.
Sy. Ipsa est. 2 mirum ni illa salua est, & ego perij.
Ch. Sostrata,
Sequere me intrò; hac. SO. vt præter spem euenit.
quàm timui malè,
Ne nunc animo ita esses duro, vt olim in tollen-
da, Chreme.
Ch. Non licet hominem esse sapè ita vti volt, si
res non sinit.
Nunc ita tempus est mihi, vt cupiam filiam: olim
nihil minus.

ACTVS QVARTI SCENA II.
SYRVS.

NIsi me animus fallit, haud multum à me
aberit infortunium:
4 Ita hercle in angustum oppido nunc meæ co-
guntur copiæ:
Nisi aliquid video, ne esse amicam hanc gnati re-
sciscat senex.
Nam quod 5 sperem de argento, aut posse postulem
me fallere,
Nihil est: triumpho, si licet me latere tecto absce-
dere.
Crucior, bolum tantum mihi ereptum tam subi-
tò è faucibus.
Quid agam? aut quid comminiscar? ratio de in-
tegro ineunda'st mihi.
Nihil tam difficile, quin quærendo inuestigari
possiet.
Quid? si hoc sic incipiam nunc? nihil est. quid si
sic? tantundem egero:
Ac sic opinor: non potest: immò optumè: euge optu-
mam habeo.
Retraham hercle, opinor, ad me idem illud fugi-
tiuum argentum tamen.

ACTVS QVARTI SCENA III.
CLINIA, SYRVS.

NVlla mihi res posthac potest iam interuenire
tanta,

1 Faer. ita: Olim? SO. fecisse id quod ius. 2 In Pal. mirum ne. 3 Hac, omittit Faer. 4 Ita I. R. è man. & vet. cum alibi: Ita hac re. 5 de argento sperem.

Quæ mihi ægritudinem afferat: tanta hæc lætitia oborta est.
Dedo patri me nunc iam, vt frugalior sim, quàm volt.
SY. *Nihil me fefellit: cognita est, quantum audio huius verba.*
Istuc tibi ex sententia tua obtigisse lætor.
685 *Clin. O mi Syre, audistin' obsecro?* SY. *quid ni? qui vsque vnà affuerim.*
CL. *Cui æquè audisti commodius quicquam euenisse?* SY. *nulli.*
CL. *Atque ita me dij ament, vt ego nunc non tam meapte causa*
Lætor, quàm illius: quam ego scio esse honore quouis dignam.
SY. *Ita credo: sed nunc, Clinia, age, da te mihi vicissim:*
690 *Nam amici quoque res est videnda, in tuto vt collocetur,*
Ne quid de amica nunc senex. CL. *ô Iuppiter!* S. *quiesce.*
CL. *Antiphila mea nubet mihi.* SY. *siccine me interloquere?*
CL. *Quid faciam, Syre mi, gaudeo: fer me.* SY. *fero hercle vero.*
CL. *Deorum vitam adepti sumus.* SY. *frustra operam, opinor, sumo.*
695 CL. *Loquere, audio.* SY. *at iam hoc non ages.*
CL. *agam.* SY. *videndum est, inquam,*
Amici quoq; res, Clinia, tui in tuto vt collocetur:
Nam si nunc à nobis abis, & Bacchidem hic relinquis,
Noster resciscet illicò, esse amicam hanc Clitiphonis:
Si abduxeris, celabitur itidē, vt celata adhuc est.
700 CL. *At enim istoc nihil est magis, Syre, meis nuptiis aduorsum:*
Nam quo ore appellabo patrem? tenes, quid dicam? SY. *quid ni?*
CL. *Quid dicam? quam causam afferam?* SY. *Quin nolo mentiare:*
Apertè, ita vt res sese habet, narrata, CL. *quid agis?* S. *iubeo*
Illam te amare, & velle vxorem: hanc esse Clitiphonis.
705 CL. *Bonam atque iustam rem oppidò imperas, & factu facilem.*
Et scilicet iam me hoc voles patrem exorare, vt celet
Senem vostrum. S. *immò vt recta via rem narret ordine omnem.* CL. *hem.*
Satiu' sanus es, & sobrius? tu quidem illum planè prodis:
Nam quî ille poterit esse in tuto? dic mihi.
710 SY. *Huic equidem consilio palmam do: hic me magnificè effero,*
Qui vim tantam in me, & potestatem habeam tantæ astutiæ,
Vera dicenda, vt eos ambos fallam, vt cùm narret senex
Vester nostro, istam esse amicam gnati, non credat tamen.
CL. *At enim spem istoc pacto rursum nuptiarum omnem eripis:*
Nam dum amicam hanc meam esse credet, non committet filiam. 715
Tu fortasse, quid me fiat, parui pendis, dum illi consulas.
SY. *Quid (malum) me ætatem censes velle id assimularier?*
Vnus est dies, dum argentum eripio, pax, nihil amplius.
CL. *Tatum sat habes? quid tum quæso, si hoc pater resciuerit?*
SY. *Quid, si redeo ad illos qui aiunt, quid si nunc* 720 *cœlum ruat?*
CL. *Metuo quid agam.* SY. *metuis? quasi non ea potestas sit tua,*
Quo velis in tempore vt te exsoluas, rem facias palàm.
CL. *Age, age, traducatur Bacchis.* SY. *optumè ipsa exit foras.*

ACTVS QVARTI SCENA IIII.
BACCHIS, CLINIA, SYRVS, DROMO, PHRYGIA.

SAtis pol proteruè me Syri promissa huc induxerunt:
Decem minas, quas mihi dare pollicitus est. quòd 725 *si is nunc me*
Deceperit, sæpe obsecrans me, vt veniam, frustra veniet:
Aut, cùm venturam dixero, & constituero, cùm is certè
Renunciarit, Clitipho cum spe pendebit animi:
Decipiam, ac non veniam: Syrus mihi ter o pœnas pendet.
CL. *Satis scitè promittit tibi.* SY. *atqui tu hanc* 730 *iocari credis?* (*mouebo.*
Faciet, nisi caueo. BA. *dormiunt: ego pol istes com-*
Mea Phrygia, audistin', homo iste modo quam villam demonstrauit
Charini? PH. *audiui.* BA. *proximam esse huic fundo ad dextram?* PH. *memini.*
BA. *Curriculo percurre: apud eum miles Dionysia agitat.*
SY *Quid hæc inceptat?* BA. *dic me hic oppidò esse* 735 *inuitam, atque asseruari,*
Verum aliquo pacto verba me his daturam esse, & venturam.
SY. *Perij hercle: Bacchis: mane mane, quò mittis istanc quæso?*
Iube, maneat. BA. *abi.* SY. *quin est paratum argentum.* BA. *quin ego maneo.*
SY. *Atqui iam dabitur.* BA. *vt lubet, num ego insto?* SY. *at scin' quid sodes?*
BA. *Quid?* SY. *transeundum nunc tibi ad Mene-* 740 *demum est, & tua pompa*
Eò traducenda est. BA. *quam rem agis? scelus.* SY. *egon' argentum cudo,*

Quod

Quod tibi dem? BA. dignam me putas, quam inludas? Sy. non est temerè.
BA. Etiámne tecum hic res mihi est? Sy. minimè: tuum tibi reddo.
BA. Eatur. Sy. sequere hac: heus Dromo. DR. quis me volt? Sy. Syrus. DR. quid est rei?
Sy. Ancillas omneis Bacchidis transduce huc ad vos properè.
DR. Quamobrem? Sy. ne quaras: & ferant, quæ secum huc attulerunt.
Sperabit sumtum sibi senex leuatum esse 1 harunc' abitu.
Nã ille haud scit, hoc paulum lucri quantum ei damni apportet.
Tu nescis quod scis, Dromo, si sapies. DRO. mutum dices.

ACT. QVARTI SCENA V.
CHREMES, SYRVS.

CH. *Ita me dij amabunt, vt nunc Menedemi vicem*
Miseret me, tantum deuenisse ad eum mali.
Illanccine mulierem alere cum illa familia?
Etsi, scio, hosce aliquot dies non sentiet:
Ita magno desiderio fuit ei filius.
Verùm vbi videbit tantos sibi sumtus domi
Cotidianos fieri, nec fieri modum:
Optabit rursum, vt abeat ab se filius.
Syrum optumè, eccum. Sy. cesso hunc adoriri? CH. Syre. Sy. hem.
CH. Quid est? Sy. te 2 mihi ipsum 3 dudum exoptabam dari.
CH. Videre egisse iam, nescio, quid cum sene.
Sy. De illo, quod dudum? dictum ac factum reddidi.
CH. Bonan' fide? Sy. bona hercle. CH. non possum pati,
Quin tibi caput demulceam. accede huc, Syre:
Faciam boni tibi aliquid pro ista re, ac lubens.
Sy. At si scias, quàm scitè in mentem venerit.
CH. Vah, 4 gloriare euenisse ex sententia?
Sy. Non hercle verò, verum dico. CH. dic, quid est?
Sy. Tui Clitiphonis esse amicam hanc Bacchidẽ,
Menedemo dixit Clinia, & ea gratia
Secum adduxisse, ne tu id 5 persentisceres.
CH. Probè. Sy. dic sodes. CH. nimium inquam. Sy. immò sic satis.
Sed porrò ausculta quod supereſt fallaciæ.
Sese ipse dicet tuam vidisse filiam,
Eius sibi complacitam formam, postquam aspexerit:
6 Hanc se cupere vxorem. CH. 7 modò quæ inuenta est? Sy. eam:

1 Sic G.F. è Pal. Vulgò: harum. M.M. esse harum abitu leuatum. 2 Quidam omittunt: mihi. I.R.
3 Ita & I.Vv. & alij. At F. F. iamdudum optabã & M.M. & Int.
4 Nannius lib. 2. miscel. Legi vult: hariolare.
5 Præsentisceres: legitur apud Prisc. li. 8. in impressis: cũ in man. omnibus sit, persentisceres. F.F.
6 Faer. Hãc cupere vxorẽ. 7 Faer. modone quę.

Et quidem iubebit posci. CH. quamobrem istuc, Syre?
Nam prorsus nihil intelligo. Sy. vah, tardus es.
CH. Fortasse. Sy. argentum dabitur ei ad nuptias,
Aurum, atque vestem, qui, tenésne? CH. comparet?
Sy. Id ipsum. CH. at illi ego neque do, nec despondeo.
Sy. Non, quamobrem? CH. quamobrem? me rogas? homini? Sy. vt lubet.
Non ego 1 perpetuum dicebam illam illi vt dares,
Verùm vt simulares. CH. non mea'st simulatio:
Ita tu istæc tua misceto, ne me admisceas.
Egon' cui daturus non sim, vt ei despondeam?
Sy. Credebam. CH. minimè. Sy. scitè poterat fieri.
Et ego hoc, quia dudum tu tantopere iusseras,
Eò cœpi. CH. credo. Sy. cæterum equidem istuc, Chreme,
Aequi bonique facio. CH. atqui 2 cum maximè
Volo te dare operam vt fiat, verùm alia via.
Sy. Fiat: quæratur aliud. sed illud, quod tibi
Dixi de argento, quod ista debet Bacchidi,
Id nunc reddendum est illi: neque tu scilicet
Eò nũc confugies: quid mea? num mihi datum'st?
Num iussi? num illa oppignerare filiam
Meam, me inuito, potuit? verum illud, Chreme,
Dicunt: IVS SVMMVM, sæpe summa malitia est.
CH. Haud faciam. Sy. immò aliis si licet, tibi non licet.
Omnes te in lauta, & 3 bene aucta parte putant.
CH. Quin egomet iam ad eam deferam. Sy. immò filium
Iube potius. CH. quamobrem? Sy. quia enim in hunc suspicio st
Translata amoris. CH. quid tum? Sy. quia videbitur
Magis verisimile id esse, cum hic illi dabit:
Et simul conficiam facilius ego, quod volo.
Ipse adeò adest: abi: effer argentum. CH. effero.

ACTVS QVARTI SCENA VI.
CLITIPHO, SYRVS.

CL. *Nulla est tam facilis res, quin difficilis siet,*
Quam inuitus facias: vel me hæc deambulatio,
Quàm non laboriosa, ad languorem dedit:
Nec quicquam magis nunc metuo, quàm ne denuo
Miser aliquò extrudar hinc, ne accedam ad Bacchidem.
Vt te omnes quidem dij, deæq;, quãtum est, Syre,
Cum 4 tuo isthoc inuento, cumq; incepto perduint.
Huiusmodi res semper comminiscere,
Vbi me excarnusices. Sy. 5 i tu hinc, quò dignus es,

1 Ita putat I.R. cum in man. eius esset: perpetuò, vt & Int. In Hasp. perpetuam. Faer. Non ego dicebam in perpetuum.
2 tum maxumè M.M.
3 Faer. bene acta.
4 Sic G.F. è man. Faër. omittit: Tuo. M.M. Cum tuo isto. F.F. Cum: præcedenti versui adscribit.
5 P.B. is hinc q. d. es? Mur. in' hinc q. dies!

Quàm penè tua me perdidit proteruitas!
CLI. *Vellem hercle factum: ita meritus.* SY. *meritus? quomodo?*
Næ me istuc ex te prius audisse gaudeo,
Quàm argentum haberes, quod daturus iam fui.
CLI. *Quid igitur dicam tibi vis? abiisti, mihi*
Amicam adduxti, quam non 1 *liceat tangere.*
SY. Iam non sum iratus: sed scin', vbi nũc sit tibi
Tua Bacchis? CLIT. *apud nos.* SY. *non.* CL. *vbi igitur? SY. apud Cliniam.*
CLI. *Perij. SY. bono animo es: iam argentum ad eam deferes,*
Quod ei pollicitus. CLI. *garris: vnde id?* SY. *à tuo patre.*
CLI. *Ludis fortasse me. SY. ipsa re experibere.*
CLI. *Næ ego fortunatus homo sũ. deamo te, Syre.*
SY. 3 *Sed pater egreditur: caue, quicquam admiratus sis.*
Qua causa id fiat: obsecundato in loco:
Quod imperabit, facito: loquitor paucula.

ACT. QVARTI SCENA VII.
CHREMES, CLITIPHO, SYRVS.

CH. *VBI Clitipho nunc est? S. eccum me, inque.* CLI. *eccum hic tibi.*
CH. *Quid rei esset: dixti huic? S. dixi plæraque omnia.*
CH. *Cape hoc argentum, ac defer. S. 4 hei, quid stas lapis?*
Quin accipis? CLIT. *cedò sanè. S. sequere hac me ocyus.*
Tu hìc nos, dum eximus, interea opperibere:
Nam nihil est, illic quòd moremur diutius.
CH. *Minas quidem iam decem habet à me filia.*
Quas pro alimentis esse nunc duco datas.
Hasce ornamentis consequentur alteræ.
Porrò, hæc talenta dotis 5 *apposcent duo.*
QVAM multa 6 *iusta iniusta fiunt moribus?*
Mihi nunc 7 *relictis rebus, inuentendus est*
Aliquis: labore inuenta mea cui dem bona.

ACTVS QVARTI SCENA VIII.
MENEDEMVS, CHREMES.

ME. *MVltò omnium nunc me fortunatissimum*
Factum: puto esse, gnate, cùm te intelligo
Resipisse. CH. *vt errat.* ME. *te ipsum quærebam' Chreme:*
Serua quod in te est, filium, & familiam.
CH *Cedo. quid vis faciam?* ME. *inuenisti hodie filiam.*
CH. *Quid tum?* ME. *hanc sibi vxorem dari volt Clinia.*
CH. *Quæso, quid tu hominis es?* ME. *quid?* CH. *iámne oblitus es,*
Intèr nos quid sit dictum de fallacia,
Vt ea via abs te argentum auferretur! ME. *scio.*
CH. *Ea res nunc agitur ipsa?* ME. *quid dixti, Chreme?*
Immo hæc quidè, quæ apud me est, Clitiphonis est
Amica. ita aiunt. CH. *& tu credis?* ME. *omnia.*
CH. *Et illum aiunt velle vxorem, vt, cùm desponderim,*
Des, qui aurum, ac vestem, atque alia, quæ opus sunt, comparet.
ME. *Id est profectò: id amicæ dabitur.* CH. *scilicet*
Daturum ME. *vah, frustra igitur gauisus miser.*
Quiduis tamen iam malo, quàm hunc amittere.
Quid nunc renunciem abs te responsum, Chreme?
Ne sentiat me sensisse, atque ægrè ferat.
CH. *Ægrè? nimium illi, Menedeme, indulges.* ME. *sine:*
Inceptum' st: perfice hoc mihi perpetuo, Chreme.
CH. *Dic, conuenisse, egisse te de nuptiis.*
ME. *Dicam. quid deinde?* CH. *me facturum esse omnia,*
Generum placere: postremo etiam, si voles,
Desponsam quoque esse, dicito. ME. *hem, istuc volueram.*
CH. *Tanto ocyus te vt poscat, & tu id, quod cupis,*
Quàm ocyssimè vt des. ME. *cupio.* CH. *næ tu propediem,*
Vt istam rem video, istius obstaturabere.
Sed hæc 1 *vtut sunt, cautim, & paulatim dabis,*
Si sapies. ME. *faciam.* CH. *abi intro: vide, quid* 2 *postulent:*
Ego domi ero, si quid me voles. ME. *sanè volo:*
Nam te 3 *sciente faciam, quicquid egero.*

ACTVS QVINTI SCENA I.
MENEDEMVS, CHREMES.

ME. *EGo me non tam astutum, neq; ita perspicacem esse, id scio,*
Sed hic adiutor meus, & monitor, & prænostrator, Chremes
Hoc mihi præstat: in me quiduis harum rerum conuenit,
Quæ sunt dicta in stultum, caudex, stipes, asinus, plumbeus:
In illum nil potest: nam exsuperat eius 4 *stultitia hæc omnia.*
CH. *Ohe, iam* 5 *desine deos, vxor, gratulando obtundere,*
Tuam esse inuentam gnatam, nisi illos tuo ex ingenio iudicas,

1 licitum'st G.F. è vet. 2 Mur. & Gou. omittunt ob versũ: cui 1. Faer. eo seruato legit, ergo, pro igitur. Eras. expungit, apud. in Plant. poster. est: ad Cliniã. 3 Ita M.M. Vulgò erant præposteræ omnia. I.Vv. Qua causa id fiat, obsecundato in loco. Sed p. eg c. q. a. Si. Quod i. f. l. p. Alij: Qua c. i. f. c. q. a. s. Sed p. e. o. in Q. i. f. l. p. 4 P. B. ij: pro is: vetustè 5 Faer. apposcunt. 6 I Vv. Iusta iniustis fiunt moribus.
7 Ita I.R. ex ant. & M.M. ex mã. & And. 2. 4. Alij: relictis omnibus.

1 Ita I.R. & Ant. Gou. ex antiq. Vulgò: Sed hæc ita vt sunt. 2 Faer. postulet.
3 M.M. te scientem: è suo man. & vet.
4 M.M. è suo man. astutia: Ironicè.
5 G.F. desine inquam. ex antiq.

Vt

Vt nihil credas intelligere, nisi si idem dictum est centiens.
Sed interim quid illic iamdudum gnatus cessat cum Syro?
ME. *Quos ais homines, Chremes, cessare?* CH. *ehem, Menedeme, aduenis?*
Dic mihi, Cliniæ quæ dixi, nuntiastin'? ME. *omnia.*
C. *Quid ait?* ME. *gaudere adeò occepit, quasi qui cupiunt nuptias.*
C. *Ha, ha, hæ.* ME. *quid risisti?* C. *serui venêre in mentem Syri*
Calliditates. ME. *itáne?* C. *voltus quoque hominum fingit scelus.*
ME. *Gnatus quòd se assimulat lætum, id dicis?* C. *id.* ME. *idem istuc mihi*
Venit in mentem. C. *veterator.* ME. *magis, si magis noris putes,*
Ita rem esse. C. *ain' tu?* ME. *quin tu ausculta.* C. *mane: hoc prius scire expeto,*
Quid perdideris: nam vbi desponsam nuntiasti filio,
Continuò iniecisse verba tibi Dromonem, scilicet
Sponsæ vestem, aurum, ancillas opus esse: argentum vt dares.
ME. *Non.* C. *quid non?* ME. *non inquam.* C. *neque ipse gnatus?* M. *nihil prorsus, Chreme.*
Magis vnum etiam instare, vt hodie [1] *conficerentur nuptiæ*
C. *Mira narras. quid Syrus meus? ne is quidem quicquam?* ME *nihil.*
C. *Quamobrem?* M. *nescio equidem. sed te miror, qui alia tam planè scias.*
Sed ille tuũ quoq; Syrus idem mire finxit filium,
Vt ne paulum quidem suboleat, esse amicam hãc Cliniæ.
C. *Quid ais?* M. *mitto iam osculari, atque amplexari: id nihil puto.*
C. *Quid est, quod amplius simuletur?* M. *vah.* C. *quid est?* ME. *audi modò,*
Est mihi vltimis conclaue in ædibus quoddam retrò:
Huc est intrò latus lectus: vestimentis stratus est.
C. *Quid, postquam hoc est factum?* M. *dictum factum, huc abiit Clitipho.*
C. *Solus?* M *solus.* C. *timeo.* M. *Bacchis consecuta est illicò.*
C. *Sola?* ME. *sola.* C. *perij.* M. *vbi abiere intrò, opperuere ostium.* C. *hem.*
Clinia hæc fieri videbat? M. *quid ni? mecum vnà simul.*
C. *Filij est amica Bacchis Menedeme: occidi.*
M. *Quamobrem?* C. *decem dierum vix mihi est familia.*
M. *Quid? istuc times, quòd ille operam amico dat suo?*
C. *Immo quòd amica.* M. *si dat.* C. *an dubium id tibi est?*
Quẽquam ne animo tã comi esse aut leni putas,

1 Aliqui: conficerem. Monet G.F.

Qui se vidente amicam patiatur suam? ME. *hæ,*
Quidni? quò verba facilius dentur mihi.
CH. *Derides? merito mihi nunc ego succenseo.*
Quot res dedêre, vbi possem [2] *persentiscere,*
Nisi essem lapis? quæ vidi! væ misero mihi!
At [3] *næ illud haud inultum, si viuo, ferent:*
Nam iam. M. non tu te cohibes? non te respicis?
Non tibi ego exempli satis sum? C. *præ iracundia,*
Menedeme, non sum apud me. ME. *te ne istuc loqui?*
NONNE id flagitium'st, te aliis consilium dare,
Foris sapere, tibi non posse te auxiliarier?
C. *Quid faciam?* M. *id quod me feciſſe aiebas parum:*
Fac, te esse patrem sentiat: fac, audiat
Tibi credere omnia, abs te petere, & poscere,
Ne quam aliam quærat copiam, ac te deserat.
C. *Immo abeat potius malo quouis gentium,*
Quàm hic per flagitium ad inopiam redigat patrem:
Nam si illi [4] *pergam suppeditare sumptibus,*
Menedeme, mihi illæc [5] *verè ad rastros res redit.*
M. [6] *Quot incommoda tibi in hac re capies, nisi caues,*
Difficilem ostendes te esse, & ignosces tamen
Post, & id ingratum. C. *ah nescis, quàm doleam.*
M. *vt lubet.*
Quod hoc, quod [7] *rogo, vt illa nubat nostro? nisi quid est*
Quod [8] *mauis.* C. *immo & gener, & affines placent.*
M. *Quid dotis dicam te dixisse filio?*
Quid obticuisti? C. *dotis?* M. *ita dico.* C. *ah.* M. *Chreme,*
Ne quid vereare: si minus, nihil dos nos mouet.
C. *Duo talenta, pro re nostra, ego esse decreui satis:*
Sed ita dictu opus est, si me vis saluom esse, & rẽ, & filium:
Me mea omnia bona doti dixisse illi. M. *quam rem agis?*
C. *Id mirari te simulato, & illum* [9] *rogitato simul,*
Quamobrem id faciam. M. *quin ego verò, quamobrem id facias, nescio.*
C. *Egóne? vt eius animum, qui nunc luxuria, & lasciuia*
Diffluit, retundam, redigam, vt, quò se vortat, nesciat.
M. *Quid agis?* C. *mitte, ac sine me in hac re gerere mihi morem.* M. *sino:*
Itáne vis? C. *ita.* ME. *fiat.* C. *age iam, vxorem*

1 Ita & I. Vv. Vulgò alij: ha ha hæ.
2 præsentiscere. M. M. 3 Vulgo: anné.
4 Faër. pergo: M. M 5 Faër. verò.
6 M M. ita legit. Sed I R Quot incommoda t. i. h. re accipies. E. man. & aliis, & Calph. Sed Faër. Quot incommoditates in h. r. accipias? 7 M. M. volo. 8 M. M. malis.
9 illum hoc rogitato, Gab. F.

vt accersat, paret.
Hic ita, vt liberos est æquom, dictis confutabitur.
Sed Syrum. ME. quid eum? CH. egone? si viuo,
adeo exornatum dabo,
Adeò depexum, vt, dum viuat, meminerit semper mei:
Qui sibi me pro deridiculo, ac delectamento putat.
Non (ita me dij ament) auderet hæc facere viduæ mulieri,
Quæ in me fecit.

ACTVS QVINTI SCENA II.
CLITIPHO, MENEDEMVS, CHREMES, SYRVS.

CL. ITáne tandem quæso, Menedeme, vt pater
Tam in breui spatio omnem de me ieecerit animum patris?
Quòdnam ob facinus? quid ego tantum sceleris admisi miser?
1 *Volgo faciunt.* ME. *scio, tibi esse hoc grauius multò, ac durius,*
Cui sit: verùm ego haud minus ægrè patior id, qui nescio.
Nec rationem capio nisi quòd tibi bene ex animo volo.
CLI. *Hic patrem astare aiebas?* ME. *eccum.* CH. *quid me incusas Clitipho?*
Quicquid ego huius feci, tibi prospexi, & stultitiæ tuæ.
Vbi te vidi esse animo omisso, &, suauia in præsentia
Quæ essent, prima habere, neque consulere in longitudinem:
Cepi rationem, vt neque tu egeres, neque vt hæc posses perdere.
Vbi, cui decuit primò, tibi non licuit per te mihi dare,
Abij ad proxumos, tibi qui erant: eis commisi' & credidi.
Ibi tuæ stultitiæ semper erit præsidium, Clitipho,
Victus, vestitus, quò in tectum te receptes. Clit. hei mihi.
CH. *Satius est, quàm te ipso hærede hæc possidere Bacchidem.*
SY. *Disperij: scelestus quantas turbas conciui insciens?*
CLI. *Emori cupio. CH. prius quæso disce, quid sit viuere.*
Vbi scies, si displicebit vita, tum istoc vtitor.
SY. *Here, licétne? CH. loquere.* SY. *at tuto? CH. loquere.* SY. *quæ ista prauitas,*
Quæue amentia est? quod peccaui ego, id obesse huic? CH. licet,
Ne te admisce: nemo accusat, Syre, te: nec tua ram tibi,
Neque precatorem pararis. SY. *quid agis? CH. nihil succenseo,*
Nec tibi, nec huic: nec vos est æquom, quod facio, mihi.

1 Sic Fabr. anti. & eleganter. Al. Volgo id f.

SY. *Abiit: 1 ac rogasse vellem.* CLIT. *quid? SY. vnde mihi peterem cibum.*
Ita nos abalienauit. tibi iam esse ad sororem intelligo.
CLIT. Adeon' rem rediisse, vt periculum etiam fame mihi sit, Syre?
SY. Modò liceat viuere, est spes. CLIT. quæ? SY. nos esurituros satis.
CLIT. Inrides in re tanta, neque me quicquam consilio adiuuas?
SY. *Immò & ibi nunc sum, & 2 vsque dudum id egi, dum loquitur pater.*
Et, quantum ego intelligere possum. CLIT. quid? SY. non aberit longius.
CLIT. Quid id ergo? SY. sic est, non esse horum te arbitror. CLI. quî istuc, Syre?
Satin' sanus es? SY. ego dicam, quod mihi in mentem: 3 tu diiudica:
Dum istis fuisti solus, dum nulla alia delectatio,
Quæ propior esset 4, te indulgebant, tibi dabant: nunc filia
Postquam est inuenta vera, inuenta est causa, qua te expellerent.
CLI. Est verisimile. SY. an tu ob peccatũ hoc esse illum iratum putas?
CLI. Non arbitror. SY. nunc aliud specta: matres omnes pliis
In peccato adiutrices, auxilio in paterna iniuria
Solent esse: id non fit. CLI. verum dicis: quid ergo nunc faciam, Syre?
SY. 5 Suspicionem istanc ex illis quære: rem profer palàm:
Si non est verum, ad misericordiam ambos adduces citò, aut
Scibis, cuius sis. CLIT. rectè suades, faciam. SY. sat rectè hoc mihi in
Mentem venit: 6 namque adolescens, quàm minima in spe situs erit,
Tam facilimè patris pacem in leges conficiet suas.
Etiam haud scio, anne vxorem ducat, ac Syro nil gratiæ.
Quid autem hoc? senex exit foras: ego fugio. adhuc quod factum'st.
Miror, non iussisse illicò me arripi: 7 ad Menedemum hinc pergam: eum
Precatorẽ mihi paro, seni nostro fidei nihil habeo.

ACTVS QVINTI SCENA III.
SOSTRATA, CHREMES.

SO. PRofectò, nisi caues tu homo, aliquid gnato conficies mali:

1 Vah rogasse. Faer.
2 Faer. id egi dudum.
3 Vvert. in mente est.
4 Vulgò: Quæ p. e. te: indulgebant.
5 Prisc. ita legit, lib. 12. Ant. G. suspectionem quære ex illis istam.
6 I. R. ex ant. & Valla & Int. & L. Vv. alij Gab. F. nam quàm adolescens maxumè spe situs erit.
7 G. F. è vet. hinc nunc ad Men.

Idque

Idque adeo miror, [1]*cùm tam ineptum quicquam potuerit tibi*
Venire in mentem, mi vir. CH. *oh, pergin' mulier esse? vllámne ego*
Rem vnquam volui, quin tu in ea re mihi fueris aduorsatrix, Sostrata?
At si rogitem iam, quid est quod [2] *peccem? aut quamobrem hoc faciam? nescias.*
In qua re nunc tam confidenter restas stulta? SO. *ego nescio.*
CH. *Immò scis potius, quàm quidem redeat ad integrum eadem oratio.*
SO. *Oh, iniquos es, qui me tacere de re tanta postules.*
CL. *Non postulo: iam loquere: nihilo minus ego hoc faciam tamen.*
SO. *Facies?* CH. *verum.* SO. *non vides, quantũ mali ex ea re excites?*
Subditum se suspicatur. CH. [3] *subditum? ain' tu?*
SO. *Acertè inquam, mi vir.*
CH. *Confitere tuum non esse.* SO. *au, obsecro, istuc inimicis siet,*
Egon' confitear meum non esse filium, qui sit meus?
CH. [5] *Quid? metuis, ne non, cum velis, conuincas esse illum tuum?*
SO. *Quòd filia est inuenta?* CH. *non, sed quòd magis credundum siet,*
Id quod est consimilis moribus,
Conuinces facile ex te natum: nam tui similis est probè:
Nam illi nihil vitij est relictum, quin id itidem sit tibi.
Tum præterea talem, nisi tu, nulla pareret filium.
Sed ipse ego, editur, quàm seuerus. rẽ cùm videas, censeas.

ACT. QVINTI SCENA IIII.

CLITIPHO, SOSTRATA, CHREMES.

CL. *SI vnquam vllum fuit tempus, mater, cùm ego voluptati tibi*
Fuerim, dictus filius tuus tua voluntate, obsecro
Eius vt memineris, atque inopis nunc te miserescat mei.
Quod peto, & volo, parenteis meos vt commonstres mihi.
SO. *Obsecro mi gnate, ne istuc in animum inducas tuum,*
Alienum esse te. CL. *sum.* SO. *miseram me, hoc cine quæsisti obsecro?*
Ita mihi, atque huic sis superstes, vt ex me, atque ex hoc natus es:
Et caue posthac, si me amas, vnquam istuc verbum ex te audiam.
CH. *At ego, si me metuis, mores caue in te esse istos sentiam.*
CL. *Quos?* CH. *si scire vis: ego dicam: gerro, iners, fraus, helluo,*
Ganeo, damnosus: crede, & nostrũ te esse credito.
CL. *Non sunt iam hæc parentis dicta.* CH. *non, si ex capite sis meo*
Natus, item vt aiunt Mineruam esse ex Ioue, ea causa magis
Patiar, Clitipho, flagitiis tuis me infamem fieri.
SO. *Dij istæc prohibeãt.* CH. *deos nescio: ego, quod potero, enitar sedulo.*
Quæris id, quod habes, parenteis: quod abest, non quæris, patri
Quo modo obsequare, & [1] *vt serues quod labore inuenerit.*
Non mihi per fallacias adducere ante oculos? pudet
Dicere hæc præsente verbum turpe: at te id nullo modo
Facere piguit. CL. eheu quàm ego nunc totus displiceo mihi!
Quam pudet! neque, quod principium incipiam ad placandum, scio.

ACT. QVINTI SCENA V.

MENEDEMVS, CHREMES, CLITIPHO, SOSTRATA.

ME. *ENimuerò, Chremes nimis grauiter cruciat adolescentulum,*
Nimisque inhumanè. exeo ergo, vt pacem conciliem: optumè
Ipsos video. CH. ehem, Menedeme, cur non accersi iubes
Filiam, &, quod dotis dixi, firmas? SO. mi vir, te obsecro
Ne facias. CL. pater, obsecro mihi ignoscas. ME. *da veniam, Chreme:*
Sine te [2] *exorant. CH. egóne mea bona vt dem Bacchidi* [3] *dono? sciens*
Non faciam. ME. at [4] *id nos non sinemus. CL. si me viuum vis pater,*
Ignoscе. SO. age, Chreme mi. ME. age quæso, ne tã obfirma te, Chremes.
CH. Quid istuc? video non licere, vt cœperam, hoc pertendere.
ME. Facis, vt te decet. CH. ea lege hoc adeò faciã, si id faciat
Quod ego hunc æquom censeo. CL. pater, omnia faciam: impera.
CH. Vxorẽ vt ducas. CL. pater. CH. nihil audio,

1 G.F. quom: scriptione antiqua. Vnde quidam fecerunt: quomodo. Faernus dimetrum facit. Idq; adeò miror, quomodo. Reliquos ita: Tã ineptum quicquam tibi venire in mentem, mi vir, potuerit. Ch. Pergin' mulier odiosa esse? vllámne ego rem vnquam in vita mea Volui: quin tu in ea re. &c. Faernus tamen idem: nullam ego rem: legit. Muretus legit: qui tam &c. 2 peccem hîc? Faer. 3 ain' tu: subditum? Mur. 4 Faer. certè sic erit, Mi vir. 5 Alij: Quid metuis? nónne cum velis, conuincas illum esse tuum?

1 Vt: omittit M.M. 2 G.F. è Pal. exoret: Faer. Al. exorent. 3 Plant. dono sciens? 4 G.F. in Pal. id: est omissum.

ME. *ad me recipio.*
Faciet. CH. *nihil etiam audio ipsum. CLI. perij.*
SO. an dubitas, Clitipho?
CH. *Immo vtrum vult.* ME. *faciet omnia. SO. hæc, dum incipias, grauia sunt,*
Dúmque ignores: vbi cognoris, facilia. CLI. faciam, pater.
SO. Nate mi, ego pol tibi dabo [1] *illam lepidam, quam tu facile ames,*
Filiam Phanocratæ nostri. CLIT. rufámne illam virginem,
Cæsiam, sparso ore, adunco naso? non possum, pater.
CH. Eia, vt elegans est! credas animum ibi esse. SO. aliam dabo.
CLIT. Quid istuc? quandoquidem ducenda est, egomet habeo propemodum,
Quam volo. SO. nunc laudo, gnate. CL. Archonidis filiam.
SO. Perplacet. CL. pater, hoc nũc restat. CH. quid? CL. Syro ignoscas volo,
Quæ mea causa fecit. CH. fiat. Vos valete, & plaudite.

1 Pal. G. F. ellam lepidam. Vulgò erat: puellam.

PVB. TERENTII
ADELPHOS.

FABVLAE INTERLOCVTORES.

MITIO *senex,*
DEMEA *senex,*
SANNIO *leno,*
ÆSCHINVS *adolescens,*
SYRVS *seruus,*
CTESIPHO *adolescens,*
SOSTRATA *matrona,*
CANTHARA *nutrix,*
GETA *seruus,*
HEGIO *senex,*
DROMO *seruus,*
PAMPHILA *puerpera.*

ACTA LVDIS FVNEBRIB. L. ÆMILI PAVLI: Q. FABIO MAXIMO, P. CORNELIO AFRICANO: ÆD. CVR. EGERE L. ATTILIVS PRÆNESTINVS, MINVTIVS PROTIMVS; MODOS FECIT FLACCVS CLAVDI. TIBIIS SARRHANIS. FACTA GRÆCA MENANDRV; L. ANICIO, M. CORNELIO COSS.

1 M.M Quia ludi funebres ad ædilium curam non pertinuerunt: neque legitur, hos duos L. Æmilij filios, simul ædiles fuisse: & constat, P. Cornel. nunquam fuisse ædilẽ: legit ex antiq. ita: Acta L. Fun. L. Aimilij Paulli. Quos fecere Q. Fab. Maximus, P. Cornelius Affricanus. Don. Hec F. F.

PROLOGVS.

POSTQVAM poëta sensit, scripturam suam
Ab iniquis obseruari, & aduersarios
Rapere in peiorem partem, quam acturi sumus:
Indicio de se ipse erit: vos eritis iudices.
Laudin' an vitio duci [1] *factum oporteat.*
Synapothnescontes Diphili Comœdia'st.
Eam commorientes Plautus fecit fabulam:
In græca adolescens est, qui lenoni [2] *eripit*
Meretricem, in prima fabula, eum Plautus locũ
Reliquit integrum: eum hic locum sumsit sibi
In Adelphos, verbũ de verbo expressum extulit.
Eam nos acturi sumus nouam: pernoscite,
Furtúmne factum existumetis, an locum
Reprehensum, qui præteritus negligentiæ'st.
Nam quod isti dicunt maleuoli, homines nobiles
Eum adiutare, assiduéque vnà scribere,
Quod illi maledictum vehemens existumant,
Eam laudem hic ducit maxumam, cùm illis placet,
Qui vobis vniuersis, & populo placent,
Quorum opera in bello, in otio, in negotio,
Suo quisque tempore vsus est, sine superbia.
Dehinc ne expectetis argumentum fabulæ:
Senes qui primi venient, [1] *hi partem aperient,*
In agendo partem ostendent. facite, æquanimitas
Poëtæ ad scribundum augeat industriam. [2]

1 Faer. duci id factũ. 2 Ita G. F. è Pal. Al. eripuit.

ACTVS PRIMI, SCENA I.
MITIO.

STorax, non rediit hac nocte à cœna AEschinus? [3]
Neque seruolorum quisquam, qui aduorsum ierant? [4]
Profectò hoc verè dicunt: si absis vspiam,
Aut vbi si cesses, euenire ea satius est, [5]
Quæ in te vxor dicit, & quæ in animo cogitat
Irata, quàm illa, quæ parentes propitij.
Vxor, si cesses, aut te amare cogitat,

1 Faër. 1j partem. 1 M.M. & F.F. addunt: Vestra poetæ. Int. omittit. 3 Alij: Styrax. 4 Sic I.R. è Non. & Don. Alij vulgò: aduorsè.
5 pro sicubi: Alij: Sicubi. Faër. Ibi si cesses.

Aut

Aut tete amari, aut potare, aut animo obsequi:
Tibi bene esse soli, cùm sibi sit malè.
Ego, quia non rediit filius, quæ cogito!
Quibus nunc sollicitor rebus! ne aut ille alserit,
Aut vsquam ceciderit, aut perfregerit
Aliquid, vah, quenquámne hominem in animo instituere aut
Parare, quod sit carius, quàm ipse est sibi!
Atque ex me hic non natus, sed ex fratre: is adeò
Dissimili studio est, iam inde ab adolescentia.
Ego hanc clementem vitam vrbanam, atque otium
Secutus sum: &, quod fortunatum isti putant,
Vxorem nunquam habui. ille contrà, hæc omnia,
Ruri agere vitam, semper parcè, ac duriter
Se habere: vxorem duxit: nati filij
1 Duo. inde ego hunc maiorem adoptaui mihi,
Eduxi à paruolo. habui, amaui pro meo:
In eo me oblecto: solum id est carum mihi.
Ille vt item contrà me habeat, facio sedulo:
Do, prætermitto, non necesse habeo omnia
Pro meo iure agere: postremò, alij clanculum
Patres quæ faciunt, quæ fert adolescentia:
Ea ne me celet, consuefeci filium:
NAM QVI mentiri, aut fallere insuerit patrem, aut
Audebit, tantò magis audebit cæteros.
PVDORE, & liberalitate liberos
Retinere, satius esse credo, quàm metu.
Hæc fratri mecum non conueniunt, neque placent.
Venit ad me sæpe clamitans, quid ais Mitio?
Cur perdis adolescentem nobis? cur amat?
Cur potat? cur tu his rebus sumtus suggeris?
Vestitu nimio indulges: nimium ineptus es.
Nimium ipse durus est, præter æquómque, & bonum:
Et errat longè, mea quidem sententia,
Qui imperium credat grauius esse, aut stabilius,
Vi quod fit, quàm illud, quod amicitia adiungitur.
Mea est sic ratio, & sic animum induco meum.
MALO coactus qui suum officium facit:
Dum id rescitum iri credit, tantisper cauet:
Si sperat fore clàm, rursum ad ingenium redit.
Ille, quem beneficio adiungas ex animo facit,
Studet par referre: præsens, absensq; idem erit.
Hoc patrium est, potius consuefacere filium,
Sua sponte rectè facere, quàm alieno metu.
Hoc pater, ac dominus interest, hoc qui nequit,
Fateatur nescire imperare liberis.
Sed éstne hic ipsus, de quo agebam? & certè is est,
Nescio quid tristem video. credo iam (vt solet)
Iurgabit: saluom te aduenire Demea,
Gaudemus.

1 Alij addunt: Duo sint.

ACTVS PRIMI SCENA II.
DEMEA, MITIO.

DE. *HEm, opportunè, te ipsum quærito.*
MI. *Quid tristis es?* DE. *rogitas me? vbi nobis Æschinus*
Siet? quid tristis ego sum? MI. *dixin' hoc fore?*
Quid is fecit? DE. *quid ille fecerit? quem neque pudet*
Quicquam: neque metuit quenquam: neque legem putat
Tenere se vllam. nam illa, quæ antehac facta sunt,
Omitto: modò quid designauit? MI. *quidnam id est?*
DE. *Fores effregit, atque in ædeis irruit*
Alienas: ipsum dominum, atque omnem familiã
Multauit vsque ad mortem: eripuit mulierem,
Quam amabat: clamant omnes: indignissimè
Factum esse. 1 hoc aduenienti quot mihi, Mitio,
Dixere? in ore est omni populo denique,
Si conferendum exemplum est, non fratrem videt
Rei dare operam, ruri esse parcum ac sobrium?
Nullum huius simile factum. Hæc cùm illi Mitio
Dico, tibi dico: tu illum corrumpi sinis.
MI. *HOMINE imperito nunquam quicquam iniustius,*
Qui, nisi quod ipse fecit, nihil rectum putat.
DE. *Quorsum istuc?* MI. *quia tu, Demea, hæc malè iudicas.*
Non est flagitium (mihi crede) adolescentulum
Scortari, neque potare, non est, neque fores
Effringere. hæc si neque ego neque tu fecimus,
Non 2 siuit egestas facere nos. tu nunc tibi
Id laudi ducis, quod tum feciſti inopia.
Iniurium'st: nam si esset, vnde id fieret,
Faceremus: & tu illum tuum, si esses homo,
Sineres nunc facere, dum per ætatem licet,
Potius, quàm, vbi te expectatum eieciſſet foras,
Alieniore ætate post faceret tamen.
DE. *Pro Iuppiter! 3 tu homo adiges me ad insaniam.*
Non est flagitium facere hæc adolescentulum?
MI. *ah,*
Ausculta, ne me obtundas de hac re sæpius.
Tuum filium dediſti adoptandum mihi;
Is meus est factus: si quid peccat Demea,
Mihi peccat: ego illi maxumam partem feram:
Obsonat, potat, olet vnguenta? de meo.
Amat? dabitur à me argentum, dum erit commodum:
Vbi non erit, fortasse excludetur foras.
Fores effregit? restituentur: discidit
Vestem? resarcietur. est diis gratia,
Et vnde hæc fiant: & adhuc non molesta sunt.
Postremò aut desine, aut cedò quemuis arbitrum:

1 I.R. & G.R. hoc, pro, huc aduerbialiter.
2 non fiit, Faër.
3 Charis. lib. 2. tu me homo adigis ad inſ. M. M. exvet. Ven. rediges tu homo me, &c.

Te plura in hac re peccare oſtendam. DE. *hei mihi,*
Pater eſſe diſce ab aliis, qui verè ſciunt.
MI. *Natura tu illi pater es, conſiliis ego.*
DE. *Tun' conſulis quicquam?* MI. *ah, ſi pergis, abiero.*
DE. *Siccine agis?* MI. *an ego toties de eadem re audiam?*
DE. *Curæ eſt mihi.* MI. *& mihi curæ eſt: verùm, Demea,*
Curemus æquam vterque partem, tu alterum,
Ego item alterum: nam ambos curare, propemodum
Repoſcere illum eſt quem dediſti. DE. *ah, Mitio.*
MI. *Mihi ſic videtur.* DE. *quid iſtuc? tibi ſi iſtuc placet,*
Profundat, perdat, pereat, nihil ad me attinet.
Iam ſi verbum vnum poſthac. MI. *Rurſum, Demea,*
Iraſcere? DE. *an non credis? repeton' quem dedi?*
Ægrè eſt, alienus non ſum. ſi obſto: hem deſino.
Vnum vis curem, curo: & eſt diis gratia,
Cùm ita, vt volo eſt. [1] *iſte tuus, ipſe ſentiet,*
Poſteriùs: nolo in illum grauius dicere.
MI. *Nec nihil, neque omnia hæc ſunt, quæ dicit: tamen*
Nonnihil moleſta hæc ſunt mihi: ſed oſtendere,
Me ægrè pati, illi nolui: nam ita eſt homo:
Cùm placo, aduorſor ſedulo, & deterreo:
Tamen vix humanè patitur: verùm ſi augeam,
Aut etiam adiutor ſim eius iracundiæ,
Inſaniam profectò cum illo. etſi Æſchinus
Nonnullam in hac re nobis facit iniuriam.
Quam hic non amauit meretricem? aut cui non dedit
Aliquid? poſtremò nuper (credo iam omnium
Tædebat) dixit velle vxorem ducere.
Sperabam iam [2] *deferuiſſe adoleſcentiam:*
Gaudebam. ecce autem de integro: niſi quicquid eſt,
Volo ſcire, atque hominem conuenire, ſi apud forum eſt.

ACT. SECVNDI SCENA I.
SANNIO, ÆSCHINVS.

SA. *OBſecro, populares, ferte miſero, atque innocenti auxilium:*
Subuenite inopi. Æ. *otioſe, nunc iã illicò hic conſiſte. quid*
Reſpectas? nihil periculi eſt: nunquam, dum ego adero, hic te tanget.
SA. *Ego iſtam inuitis omnibus.*
Æ. *Quanquam eſt ſceleſtius, non committet hodie vnquam iterum vt vapulet.*
SA. Æſchine, audi, ne te ignarum fuiſſe dicat meorum morum,
Leno ego ſum. Æ. *ſcio.* SA. *at ita, vt vſquam fui:*
ſide quiſquam optuma.
Tu quòd te poſterius purges, nolle hanc iniuriam mihi
Factam eſſe, huius non faciam. crede hoc, ego meum ius perſequar:
Neque tu verbis ſolues vnquã, quòd mihi re maleſeceris.
Nouî ego voſtra hæc: nollem factum, iuſiurandum dabitur, te eſſe
Indignum iniuria hac: indignis cùm egomet ſim acceptus modis.
Æ. *Abi præſtrenue, ac fores aperi.* SA. *caterùm hoc nihil facis.*
Æ. *I intrò nunc iam tu.* SA. *at enim non ſinam.*
Æ. *accede illuc: Parmeno,*
Nimium iſtoc abiſti: hic propter hunc aſſiſte: hem, ſic volo.
Caue nunc iam oculos à meis oculis quoquam dimoueas tuos.
Ne mora ſit, ſi innuerim, quin pugnus continuò in mala hæreat.
SA. Iſtuc volo ergò ipſum experiri. Æ. *hem ſerua: omitte mulierem.*
SA. O facinus indignum! Æ. *geminabit, niſi caues.* SA. *hei miſeriam!*
Æ. *Non innueram: verùm in iſtam partem potius peccato tamen:*
I nunc iam. SA. *quid hoc rei eſt? regnúmne, Æſchine, hic tu poſſides?*
Æ. *Si poſſiderem, ornatus eſſes ex tuis virtutibus.*
SA. *Quid tibi rei mecum eſt?* Æ. *nihil.* SA. *quid? noſtin', qui ſim?* Æ. *non deſidero.*
SA. *Tetigin' tui quicquam?* Æ. *ſi attigiſſes, ferres infortunium.*
SA. *Qui tibi magis licet meam habere, pro qua ego argentum dedi?*
Reſponde. Æ. *ante ædes non feciſſe, erit melius, hic conuitium:*
Nam ſi moleſtius pergis eſſe, iam intrò abripiere atque ibi
Vſque ad necem operiere loris. SA. *loris, liber?*
Æ. *ſic erit.*
SA. *O hominem impurum! hiccine libertatem aiunt æquam eſſe omnibus?*
Æ. *Si ſatis eam debacchatus es, leno: audi, ſi vis nunc iam.*
SA. Ego debacchatus ſum autem, an tu in me?
Æ. *mitte iſta, atque ad rem redi.*
SA. Quam rem? quò redeam? Æ. *iámne me vis dicere, quod ad te attinet?*
SA. Cupio? modò æqui aliquid. Æ. *vah, leno iniqua me non volt loqui!*
SA. Leno ſum, fateor, pernicies communis adoleſcentium,
Periurus, peſtis: tamen tibi à me nulla eſt orta iniuria.
Æ. *Nam hercle etiam id reſtat.* SA. *illuc qua-*

1 Ita diſtinguit I.R. è Do. & Priſ. 17. & ma. & Haſ. Vulgò] vt volo, eſt iſte: tuus ipſe, &c. G.F. è Pal. & Chariſ. 2. ipſe ſentiet. Poſterius nolo, &c.
2 Alij deferbuiſſe. Alij. deſæuiſſe.

1 Ita I.R. è man. & Ven. & Lugd. & aliis, & Don. Vulgò alij: Hei miſero mihi.

ſo

so redi, quò cœpisti, Æschine.
Æ. Minis viginti tu illã emisti, quæ res tibi vertat malè:
Argenti tantum dabitur. SA. *quid? si ego tibi illam nolo vendere,*
Coges me? Æ. *minimè.* SA. *namque id metui.*
Æ. *neque vendundam censeo,*
Quæ libera est: nam ego illam liberali adsero causa manu.
Nunc vide, vtrum vis, argẽtum accipere, an causam meditari tuam?
Delibera hoc, dum ego redeo, leno. SA. *prò supreme Iuppiter!*
Minimè miror, qui insanire occipiunt exiniuria.
Domo me eripuit, verberauit: me inuito abduxit meam:
Ob malefacta hæc[1] *tantidem emtam postulat sibi tradier.*
[2]*Homini misero plus quingentos colaphos infregit mihi.*
Verum enim quando bene promeruit, fiat: suum ius postulat.
Age iam cupio, si modò argentum reddat. sed ego hoc aliter:
Vbi me dixero dare tanti, testeis faciet illicò,
Vendidisse me, de argento somnium. mox, cras redi.
Id quoque possum ferre, si modò reddat: quanquã iniurium'st.
Verum cogito id, quod res est, quando eum quæsum occeperis,
Accipiunda, & mussitanda iniuria adolescentium est.
Sed nemo dabit: frustra egomet mecum has rationes deputo.

ACT. SECVNDI SCENA II.
SYRVS, SANNIO.

SY. *Tace, egomet conueniam iam ipsum: cupidè accipiat saxo, atque etiam*
Bene dicat secum esse actũ. quid istuc, Sannio'st, quod te audio,
Nescio quid, concertasse cum hero? SA. *nunquam vidi iniquius*
[3]*Certationem comparatam, quàm hæc hodie inter nos fuit:*
Ego vapulando, ille verberando vsque, ambo defessi sumus.
SY. *Tua culpa.* SA. *quid agerem?* SY. *adolescenti morem gestum oportuit.*
SA. *Qui potui melius, 4 qui hodie vsque ad os præbui? SY. age. scis quid loquar?*
PECVNIAM in loco negligere, maxumum interdum'st lucrum. SA. *hui.*
SY. *Metuisti, si nunc de tuo iure concessisses pau-*
lulum, atque
Adolescenti esses morigeratus, hominum homo stultissime:
Ne non tibi istuc fœneraret. SA. *Ego spem pretio non emo.*
SY. *Nunquam res facies: abi, nescis inescare homines Sannio.*
SA. *Credo, istuc melius esse: verùm ego nunquam adeo astutus fui,*
Quin, quicquid possem, mallem auferre potius in præsentia.
SY. *Age, noui tuum animum:* [1]*quasi iam vsquã tibi sint viginti minæ,*
Dum huic obsequare: præterea autem te aiunt proficisci Cyprum. SA. hem.
SY. *Coemisse hinc quæ illuc veheres, multa: nauem conductam, hoc scio.*
Animus tibi pendet: vbi illinc, spero, redieris, [2]*tamen hoc ages.*
SA. *Nusquam pedem. perij herele: hac illi spe hoc inceperunt.* SY. *timet:*
Inieci scrupulum homini. SA. *ô scelera!* [3] *illuc vide.*
Vt in ipso articulo oppressit. emptæ mulieres
Complures, & item hinc alia, quæ porto Cyprum,
Nisi eò ad mercatum [4] *venio, damnum maxumum est.*
Nunc si hoc omitto, actum agam: vbi illinc rediero,
Nihil est, refrixerit res: nunc demum venis?
Cur passus? vbi eras? vt sit satius perdere,
Quam aut hic nunc manere tam diu, aut tum persequi.
SY. *Iámne enumerasti, quod ad te rediturum putes?*
SA. Hoccine illo dignum'st? hoccine incipere Æschinum?
Per oppressionem vt hanc mihi eripere postulet?
SY. *Labascit. vnũ hoc habeo: vide si satis placet:*
Potius, quàm venias in periclum, Sannio,
Seruésne, an perdas totum, diuiduum face.
Minas decem conradet alicunde. SA. hei mihi,
Etiam de sorte nunc venio in dubium miser.
Pudet nihil: omneis dentes labefecit mihi:
Præterea colaphis tuber est totum caput.
Etiam insuper [5] *defraudet? nusquam abeo. Sy. vt lubet.*
Nunquid vis, quin abeam? SA. immò hercle hos quæso, Syre,
Vt vt hæc sunt facta, potius, quàm lites sequar,
Meum mihi [6] *reddat, saltem quanti empta'st, Syre.*

1 Ita G.F. è Prisc. lib. 12. Alij: totidem. Int.
2 Hunc versum sunt qui præcedenti præponant: ob malefactorum seriem. F.F.
3 Ita G.F. ex omnibus exemplis. Vulgò: Concertationẽ. 4 Faer. quin hodie vsq; os præbui.

1 Sic interp. Alij: Quasi quidquam tibi sint viginti minæ.
2 Probat I.R. è man. duobus. vulgò & Ven. & Lug. & aliis: tum hoc ages.
3 Faer. illud.
4 Ita G.F. ex ver. & Seruio in Virg. Alij veniã.
5 Mur. antiquè: defrudet.
6 Ita I.R. ex Don. & Ven. Vulgò: reddatur.

Scio, te non vsum antehac amicitia mea:
Memorem me dices esse, & gratum. SY. sedulò
Faciam. sed Cteſiphonem video. lætus eſt
De amica. SA. quid? quod te oro? SY. pauliſper
mane.

ACT. SECVNDI SCENA III.
CTESIPHO, SYRVS.

CT. *ABs quiuis homine, cùm eſt opus, beneficium accipere gaudeas:*
Verùm enimuerò id demum iuuat, ſi, quem æquom'ſt benefacere, is facit.
O frater frater, quid ego te nunc laudem? ſatis certò ſcio:
Nunquam ita magnificè quicquam dicam, id virtus quin ſuperet tua:
Itaque vnam hanc rem me habere præter alios præcipuam arbitror,
Fratrem homini nemini eſſe primarum artium magis principem.
SY. *O Cteſipho.* CT. *ô Syre, Æſchinus vbi eſt?*
SY. *ellum, te exſpectat domi.* CT. *hem.*
SY. *Quid eſt?* CT. *quid ſit? illius opera, Syre, nunc viuo: feſtiuum caput,*
Qui omnia ſibi poſtputarit eſſe præ meo cõmodo:
Maledicta, famam, meum amorem, & peccatum in ſe tranſtulit.
Nihil pote ſuprà. ſed quidnam foris crepuit? SY. *mane: mane. Ipſus exit foras.*

ACT. SECVNDI SCENA IIII.
ÆSCHINVS, SANNIO, CTESIPHO, SYRVS.

VBi ille eſt ſacrilegus? SA. *men' quærit? numquidnam effert? occidi.*
Nihil video. Æ. *ehem, opportunè: te ipſum quæro: quid ſit Cteſipho?*
In tuto eſt omnis res: omitte vero triſtitiam tuam.
CT. [2] *Ego illam herclè verò omitto, qui quidem te habeam fratrem, ô mi Æſchine,*
O mi germane, ah vereor coràm in os te laudare amplius.
Ne id aſſentandi magis, quàm quòd habeã gratum, facere exiſtimes.
Æ. *Age inepte, [3] quaſi nunc nõ norimus nos inter nos Cteſipho:*
Sed hoc mihi dolet, nos penè ſero ſciſſe, & penè in eum locum
Rediſſe, vt ſi omnes cuperẽt, nihil tibi poſſent auxiliarier.
CT. *Pudebat.* Æ. *ah, ſtultitia'ſt iſtæc, non pudor, tam ob paruolam*
Rem penè ex patria, turpe dictu, deos quæſo vt iſtæc prohibeant.
CT. *Peccaui.* Æ. *quid ait tandem nobis Sannio?*
SY. *iam mitis eſt.*
Æ. *Ego ad forum ibo, vt hunc abſoluam: tu intrò ad illam Cteſipho.*
SA. *Syre inſta: Sy. eamus: namque hic properat in Cyprum.* SA. *ne tam quidem,*
Quamuis etiam maneo otioſus hic. Sy. reddetur, ne time.
SA. *At vt omne reddat. SY. omne reddet: tace modò, ac ſequere hac.* SA. *ſequor.*
CT. *Heus heus, Syre. SY. hem quid eſt?* CT. *obſecro hercle te, hominem iſtum impuriſſimum*
Quamprimum abſoluitote, ne, ſi magis irritatus ſiet,
Aliquâ ad patrem hoc [1] permanet, atque ego tũc perpetuò perierim.
SY. Non fiet. bono animo [2] eſto. tu cum illa te intus oblecta interim,
Et lectulos iube ſterni nobis, & parari cætera.
Ego iam, tranſacta re, conuortam me domum cũ obſonio.
CT. *Ita quæſo: quando hoc bene ſucceſſit, hilarem hunc ſumamus diem.*

ACT. TERTII SCENA I.
SOSTRATA, CANTHARA.

OBſecro te, mea nutrix, quid nunc fiet? CA. *quid fiet? rogas?*
Rectè edepol ſpero. SO. *modo dolores, mea tu, occipiunt primulum.*
CA. *Iam nunc times, quaſi nunquam affueris, nunquam tute pepereris?*
SO. *Miſeram me, neminem habeo: ſola ſumus: Geta autem hic non adeſt:*
Nec quem ad obſtetricem mittam, nec qui accerſat Æſchinum.
CA. *Pol, is quidem iam hic aderit: nam nũquam vnum intermittit diem,*
Quin ſemper veniat. SO. *ſolus mearum eſt miſeriarum remedium.*
CA. *E re nata melius fieri haud potuit. quàm factum eſt hera:*
Quando vitium oblatum eſt, quod ad illum attinet potiſſimum,
Talem, tali genere, atque animo, natum ex tanta familia.
SO. *Ita pol eſt, vt dicis. ſaluos nobis, deos quæſo, vt ſiet.*

ACT. TERTII SCENA II.
GETA, SOSTRATA, CANTHARA.

NVnc illud eſt, quod ſi omnes omnia ſua conſilia conferant,
Atque huic malo ſalutem quærant, auxilij nihil afferant,
Quod mihi, heræ, filiæ herili eſt. va miſero mihi,

1 al. laborem.

2 Ita legit I.R ex vet. & int. M. M. Ego illam facile verò omitto: qui te habeam fratrem quidem Et omittit: ô mi Æſchine.

3 Ita F.F. legit è Priſc. lib. 7. Et ex alio man. q. nos nunc norimus inter nos.

1 tum permanet. Faer. 2 es. Faer.

Tot

Tot res repentè circumuallant, vnde emergi non poteſt,
Vis, egeſtas, iniuſtitia, ſolitudo, infamia.
Hóccine ſeclum? ô ſcelera! ô genera ſacrilega! ô hominem 1 impium!
SO. *Me miſeram, quidnam eſt, quod ſic video timidum & properantem Getam?*
GE. *Quem neque fides, neque iuſiurandum, neq; 2 illum miſericordia*
Repreſſit, neque reflexit, neque quòd partus inſtabat propè:
Cui miſeræ indignè per vim vitium obtulerat.
SO. *non intelligo*
Satis, quæ loquatur. CA. *propius obſecro accedamus, Soſtrata.* GE. *ah,*
Me miſerum, vix ſum compos animi, ita ardeo iracundia.
Nihil eſt, quod malim, quàm 3 illam totam familiam dari mihi obuiam,
Vt iram hanc in eos euomam omnem, dum ægritudo hæc eſt recens:
Satis mihi id habeam ſupplicij, dum illos vlciſcar modo.
Seni animam primùm extinguerem ipſi, qui illud produxit ſcelus:
Tum autem Syrum impulſorem, vah, quibus illum lacerarem modis?
Sublimem medium arriperem, & capite primum in terram ſtatuerem,
Vt cerebro diſpergat viam:
Adoleſcenti ipſi eriperem oculos, poſthæc præcipitem darem:
Cæteros ruerem, agerem, raperem, tunderem, & proſternerem.
Sed ceſſo heram hoc malo impertire properè. SO. *reuocemus: Geta:*
GE. *Hem, quiſquis es, ſine me.* SO. *ego ſum Soſtrata.* GE. *vbi ea' ſt? te ipſam quærito:*
Te expecto: oppido opportunè te obtuliſti mihi obuiam
Hera. SO. *quid eſt? quid trepidas?* CA. *hei mihi.*
SO. *quid feſtinas, mi Geta?*
4 Animum recipe. G. *prorſus.* SO. *quid iſtuc prorſus ergo' ſt?* GE. *perijmus:*
Actum' ſt. SO. *eloquere obſecro, quid ſiet.* G. *iam.*
SO. *quid iam, Geta?*
GE. *Æſchinus.* SO. *quid ergo is?* GE. *alienus eſt ab noſtra familia.* SO. *hem,*
Perij, quare? GE. *amare occepit aliam.* SO. *væ miſeræ mihi.* (*làm.*
G. *Neq; id occulte fert, à lenone ipſus eripuit pa-*
SO. *Satin' hoc certo?* GE. *certè, hiſce oculis egomet vidi, Soſtrata.* SO. *ah*
Me miſeram, quid credas iam? aut cui credas? noſtrum 1 ne Æſchinum,
Noſtram vitam omnium, in quo noſtræ ſpes opéſque omnes ſitæ
Erant, qui ſine hac iurabat ſe vnum nunquam victurum diem,
Qui ſe in ſui gremio poſiturum puerum dicebat, patrem
Ita obſecraturũ, vt liceret ſibi hãc vxorẽ ducere.
GE. *Hera, lacrumas mitte, ac potius, quod ad hanc rem opus eſt, porrò 2 conſule,*
Patiamúrne an narremus cuipiam? CA. *3 au, au, mi homo, ſanúſne es?*
An proferendum hoc tibi videtur vſquam eſſe?
GE. *mihi quidem non placet.*
Iam primùm illum alieno animo à nobis eſſe, res ipſa indicat.
Nunc ſi hoc palàm proferemus, ille inficias ibit, ſat ſcio,
Tua fama, & gnata vita in dubium veniet. tum ſi maximè
Fateatur, cùm amet aliam, non eſt vtile hanc illi dari:
Quapropter quoquo pacto 4 celato eſt opus. SO. *ah minimè gentium:*
Non faciam. GE. *quid ais?* SO. *proferam.* GE. *hẽ, mea Soſtrata, vide quam rem agas.*
SO. *Peiore res loco eſſe non poteſt, quàm in 5 quo nunc ſita eſt.*
Primùm indotata eſt, tum præterea, quæ ſecunda ei dos erat,
Perijt: pro virgine dari nuptum non poteſt: hoc rẽ liquom' ſt,
Si inficias ibit, teſtis mecum eſt anulus, quem amiſerat.
6 Poſtremò quando ego conſcia mihi ſum, à me culpam eſſe hanc procul, neque
Pretium, neque remullam interceſſiſſe, illa aut me indignam, Geta,
Experiar. GE. *Quid iſtuc? accedo, vt melius dicas.*
SO. *tu, 7 quantum potes,*
Abi, atque Hegioni cognato huius rem narrato omnem ordine:
Nam is noſtro Simulo fuit ſummus, & nos coluit maximè.
GE. *Nam hercle alius nemo reſpicit nos. S. propera: tu mea Canthara,*
Curre. obſtetricem accerſe, vt, cum opus ſit, ne in mora nobis ſiet.

ACT. TERTII SCENA III.

DEMEA.

DIſperij: Cteſiphonem audiui filium
Vna affuiſſe in raptione cum Æſchino.

1 Ita I.R. Alij ſine, nc.
2 I.R & M.M. proſpice: ex man. & aliis.
3 Ita Int. Alij ſic: Soſt hau, hau mi homo, &c I. R. Verũ Soſtrata paulò inferius proferendũ cẽſet.
4 alij: tacito. 5 Al quàm in hoc, quo n. ſ.
6 M.M. Poſt. q. e cõſ. mi ſum à me cul. h. p. eſſe: nec Pre neque r. vl. interceſſe, illa, aut m. ind. experiar, Geta, &c. 7 G.F. quantum poteſt.

1 I.R. impurum. è manuſ & Ven & Int.
2 al. Vlla miſericordia: & Mur.
3 G.F. è Pal. omitti ait: totam. Idem vult omitti: illam. Alij: mihi obuiam Dari, vt iram.
4 Animam Gab. F.

Id miſero reſtat mihi mali, ſi illum poteſt,
Qui 1 alicui rei eſt, etiam eum ad nequitiam 2 abducere.
Vbi ego illum quærã? credo abductum in ganeum
Aliquò: perſuaſit ille impurus, ſat ſcio.
Sed eccum Syrũ ire video: hinc ſcibo iam, vbi ſiet.
Atque hercle hic de grege illo eſt: ſi me ſenſerit
Eum quæritare, nunquam dicet carnufex.
Non oſtendam me id velle.

ACT. TERTII SCENA IIII.
SYRVS, DEMEA.

OMnem rem modò ſeni,
Quo pacto 2 haberet, enarramus ordine.
Nihil quicquam vidi lætius. DE. *pro Iuppiter*
Hominis ſtultitiam! S. *Conlaudauit filium:*
Mihi, qui id dediſſem conſilium, egit gratias.
DE. *Diſrumpor.* S. *argentum adnumerauit illico:*
Dedit præterea in ſumptum dimidium minæ,
Id diſtributum ſanè eſt ex ſententia. DE. *hem,*
Huic mandes, ſi quid rectè curatum velis.
S. *Ehem Demea, haud aſpexerã te:: quid agitur?*
DE. *Quid agatur? voſtram nequeo mirari ſatis*
Rationem. S. *eſt hercle inepta, ne dicam dolo, atque*
Abſurda: piſceis cæteros purga, Dromo:
Congrũ iſtum maxumum in aqua ſinito ludere
3 Pauliſper: vbi ego venero, exoſſabitur:
Prius nolo D. *hæccine flagitia?* S. *mihi quidem non placent:*
Et clamo ſæpe, ſalſamenta hæc, Stephanio,
Fac macerentur pulcrè. DE. *Dij voſtram fidem,*
Vtrum ſtudió ne id ſibi habet, an laudi putat
Fore, ſi perdiderit gnatum? væ miſero mihi,
Videre videor iam diem illum, cùm hinc egens
Profugiet aliquo militatum. S. *ô Demea,*
ISTVC EST ſapere, non quod ante pedes modo eſt
Videre, ſed etiam illa, quæ futura ſunt,
Proſpicere. DE. *quid? iſtæc iam penes vos pſaltria eſt?*
S. *4 Ellam intus.* DE. *eho, an domi eſt habiturus?*
S. *credo, vt eſt*
Dementia. DE. *hæccine fieri?* S. *inepta lenitas*
Patrũ, & facilitas praua. DE. *fratris me quidem*
Pudet, pigétque. S. *nimium inter vos, Demea,*
Ac non, quia ades, præſens dico hoc, pernimium intereſt.
Tu, quantus quantus, nihil niſi ſapientia es:
Ille futilis ſomnium. ſineres vero tu illum tuum
Facere hæc? DE. *ſinerem illum? an non ſex totis menſibus*
Prius olfeciſſem, quàm ille quicquam 5 cœperet?

Sy. Vigilantiam tuam tu mihi narras? DE. *ſic, ſiet*
Modo, vt nunc eſt, 1 quæſo. Sy. vt quiſque ſuum volt eſſe, ita eſt.
DE. *Quid eum? vidiſtin' hodie? Sy. tuum ne filium?*
(2 Abigam hunc rus) iamdudum aliquid ruri agere arbitror.
DE. *Satin' ſcis ibi eſſe? Sy. oh, qui egomet produxi.*
DE. *optumè eſt.*
Metui, ne hæreret hic. Sy. atque iratum admodum.
DE. *Quid autem? Sy. adortus iurgio fratrem apud forum*
De pſaltria iſtac. DE. *ain' vero? Sy. vah, nihil reticuit:*
Nam, vt numerabatur fortè argentũ, interuenit
Homo de improuiſo: cœpit clamare; Æſchine,
Hæccine flagitia facere te? hæc te admittere
Indigna genere noſtro? DE. *oh, lacrumo gaudio.*
Sy. Non tu hoc argentum perdis, ſed vitam tuam.
DE. *Saluos ſit, ſpero, eſt ſimilis maiorum ſuũm.*
Sy. hui.
DE. *Syre, præceptorum plenus iſtorum ille. Sy. phy,*
Domi habuit, vnde diſceret. DE. *ſit ſedulò:*
Nihil prætermitto; conſuefacio: denique
Inſpicere, tanquam in ſpeculum, in vitas omnium
Iubeo, atque ex aliis ſumere exemplum ſibi.
Hoc facito. Sy. rectè ſanè. DE. *hoc fugito. Sy. callidè.*
DE. *Hoc laudi eſt. Sy. iſthæc res eſt.* DE. *hoc vitio datur.*
Sy. Probiſſimè. DE. *porrò autem. Sy. non hercle otium eſt*
Nunc mihi auſcultandi: piſceis ex ſententia
Nactus ſum: hi mihi ne corrumpãtur, cautio eſt:
Nam id nobis tam flagitium'ſt, quàm illa, Demea,
Non facere, vobis, quæ modò dixti: & quod queo,
Conſeruis ad eundem iſtunc præcipio modum:
Hoc ſalſum'ſt, hoc aduſtũ, hoc lautum'ſt parum:
Illud rectè, iterum ſic mementote: ſedulò
Moneo, quæ poſſum pro mea ſapientia:
Poſtremò, tanquam in ſpeculum, in patinas, Demea,
Inſpicere iubeo, & moneo, quid facto vſus ſiet.
Inepta hæc eſſe, nos quæ facimus, ſentio:
Verùm quid facias? vt homo'ſt, ita morem geras.
Num quid vis? DE. *mètem vobis meliorem dari.*
Sy. Turus hinc ibis? DE. *rectè. Sy. nam quid hic agas,*
Vbi, ſi quid bene præcipias, nemo obtemperat?
DE. *Ego verò hinc abeo, quando is, quamobrem huc veneram,*
Rus abijt: illum curo vnum, ille ad me attinet.
Quando ita volt frater, de iſtoc ipſe viderit.
Sed quis illic eſt, procul quem video? eſtne Hegio

1 I.R. cœperem ex Haſ. & Priſ. à verb. obſoleto cæpio.

1 F.F. alicuius: ex Int. & vet. Ven. 2 Alij: ſe haberet. 3 Faer. Tantiſper.

4 Ita Don. vel Int. qui cum illo confert: Ellum: confidens. Alij male. Eſt iam intus.

5 F.F. tollit: quæſo: vt & G.L.

2 Hæc verba quidam dant Demeæ. Et ſequentia Syro.

Tribulio

Tribulis noſter? ſi ſatis cerno, is hercle'ſt: vah
Homo amicus nobis iam inde à puero, dij boni,
Nã illiuſmodi tam nobis magna ciuium
Penuria'ſt, homo antiqua virtute, ac fide.
Haud 1 *citò mali quid ortum ex hoc ſit publicè.*
Quàm gaudeo, vbi & ita huius generis reliquias
Reſtare video. vah, viuere etiam nunc lubet.
Opperiar hominem hîc, vt ſalutem, & conloquar.

ACT. TERTII SCENA V.
HEGIO, GETA, DEMEA.

HE. PRò dij immortales, facinus indignum! Geta,
Quid narras? GE. *ſic eſt factum.* HE. *ex illan' familia*
Tam illiberale facinus eſſe ortum? ô Æſchine,
Pol haud paternum iſtuc dediſti. DE. *videlicet*
De pſaltria hac audiuit: id illi nunc dolet
Alieno: pater is nihili pendit, hei mihi,
Vtinã hic propè adeſſet alicui, atque audiret hæc.
HE. *Ni facient quæ illos æquom'ſt, haud ſit auferent.*
GE. *In te ſpes omnis, Hegio, nobis ſita eſt:*
Te ſolum habemus: tu es patronus, tu parens:
Ille tibi moriens nos commendauit ſenex.
Si deſeris tu, perijmus. HE. *caue dixeris:*
Neque faciam, neque me ſatis pîe poſſe arbitror.
DE. *Adibo. Saluere Hegionem plurimum*
Iubeo. HE. *oh, te quærebam ipſum, ſalue Demea.*
DE. *Quid autem?* HE. *Maior filius tuus Æſchinus,*
Quem fratri adoptandum dediſti, neque boni,
Neque liberalis functus officium eſt viri.
DE. *Quid iſtuc?* HE. *noſtrum amicum noras Simulum,*
Atque æqualem? DE. *quid ni?* HE. *filiam eius virginem*
Vitiauit. DE. *hem.* HE. *mane, nondum audiſti, Demea,*
Quod eſt grauiſſimum. DE. *an quicquam eſt etiam amplius?*
HE. *Verò amplius! nam hoc quidem ferendum aliquo modo eſt:*
Perſuaſit nox, amor, vinum, adoleſcentia:
Humanum'ſt. vbi ſcit factum, ad matrem virginis
Venit ipſus vltrò, lacrumans, orans, obſecrans,
Fidem dans, iurans ſe illam ductурum domum.
Ignotum'ſt, tacitum'ſt, creditum'ſt. virgo ex eo
Compreſſu grauida facta eſt: menſis hic decimus.
Ille bonus vir nobis pſaltriam (ſi dijs placet)
Parauit, quicum viuat, illam deſerat.
DE. *Pro certon' tu iſthæc dicis?* HE. *mater virginis*
In medio eſt, ipſa virgo, res ipſa: hic Geta
Præterea, vt captu'ſt 2 *ſeruolorum, non malus,*
Neque iners, alit illas: ſolus omnem familiam
Sustentat: hunc abduce, 3 *vinci, quære rem,*

1 Al. haud ſcio mali, &c.
2 ſeruorum: P. F. è Priſ. & Fa.
3 Sic I. R. ex emendatis. Vulgò: vince.

GE. immò hercle extorque: niſi ita factum'ſt, Demea:
Poſtremò non negabit: coram ipſo cedo.
De. Pudet: nec, quid agam, neque quid huic reſpondeam,
Scio. PA. *miſeram me differor doloribus.*
Iuno Lunica fer opem, ſerua me obſecro. HE. *hem.*
Númnam illa quæſo parturit? GE. *certè Hegio.*
HE. *hem.*
Illæc fidem nunc veſtram implorat, Demea:
Quod vos 1 *ius cogit, id voluntate impetret.*
Hæc primùm vt fiant, deos quæſo, vt vobis decet:
Sin aliter animus veſter eſt, ego, Demea,
Summa vi defendam hanc, atque illum mortuum.
Cognatus mihi erat: vnà à pueris paruoli
Sumus educti: vnà ſemper militiæ, & domi
Fuimus: paupertatem vnà pertulimus grauem.
Quapropter nitar, faciam, experiar, denique
Animam relinquã potius, quàm illas deſeram.
Quid mihi reſpondes? DE. *fratrem conueniam, Hegio:*
Is quod mihi de hac re dederit conſilium, id 2 *ſequar.*
HE. *Sed Demea, hoc tu facito dum, animo cogites,*
Quàm vos facilimè agitis, quàm eſtis maximè
Potentes, dites, fortunati, nobiles,
Tam maximè vos æquo animo æqua noſcere
Oportet, ſi vos voltis perhiberi probos.
DE. *Redito: fient, quæ fieri æquom'ſt, omnia.*
HE. *Decet te facere: Geta, duc me intrò ad Soſtratam.*
DE. *Non me indicente hæc fiunt: vtinam hoc ſit modo*
Defunctum: verùm nimia illæc licentia
Profectò euadet in aliquod magnum malum.
Ibo, requiram fratrem, vt in eum hæc euomam.
GE. *Bono animo ſac ſis, Soſtrata, & iſtã* 3 *quod potes,*
Fac conſolere. Ego Mitionem, ſi apud forum'ſt,
Conueniam, atque, vt res geſta'ſt narrabo ordine:
Si eſt, vt facturus officium ſiet ſuum,
Faciat: ſin aliter de hac re eſt eius ſententia,
Reſpondeat mihi, vt quid agam, quam primùm ſciam.

ACT. QVARTI SCENA I.
CTESIPHO, SYRVS.

A *In' patrem hinc abiſſe rus?* Sy. *iam dudum.*
CT. *dic ſo des.* Sy. *apud*
Villam'ſt, nunc eum maximè operis aliquid facere credo. CT. *vtinam quidem:*
Quod cum ſalute eius fiat, ita ſe 4 *defatigarit velim,*

1 Faër. vis. 2 Vulgò: exequar.
3 Ita Charif. ὡς δύνασαι quantum potes. G. F. Al. etiam quàm potes
4 G. F. & Gab. antiquè è Pal. defetigarit.

Vt triduo hoc perpetuo prorsum è lecto nequeat surgere.
Sy. Ita fiat, & istoc, si quis potis est, rectius. CT. ita: nam hunc diem
1 Miserè nimis cupio, vt cœpi, perpetuum in lætitia degere:
Et illud rus nulla alia causa tam malè odi, nisi quia
Prope'st: quod si abesset longius,
Prius nox oppressisset illic, quam huc reuorti posset iterum.
Nunc vbi me illic non videbit, iam huc recurret, sat scio:
Rogabit me, vbi fuerim: quem ego hodie toto non vidi die:
Quid dicam? Sy. nihilne in mente est? CT. nunquam quicquam. Sy. tantò nequior:
Cliens amicus, hospes, nemo est vobis? CT. sunt. quid postea?
Sy. Hisce opera vt data sit. CT. quæ non data sit? non potest fieri. Sy. potest.
CT. Interdiu: sed si hic pernocto, causæ quid dicam, Syre?
Sy. Vah, quam vellem etiam noctu amicis operam mos esset dari!
Quin tu otiosus es: ego illius sensum pulcrè calleo.
Cum feruit maximè, tam placidum, quàm ouem, reddo. CT. quo modo?
Laudarier te audit lubenter: facio te apud illum deum:
Virtutes narro. CT. meas? SY. tuas: homini illico lacrumæ cadunt,
Quasi puero, gaudio. hem tibi autem. CT. quidnam est? Sy. lupus in fabula.
CT. 2 Pater adest? Sy. ipsu'st. CT. Syre, quid agimus? Sy. fuge modo intrò, ego videro.
CT. Si quid rogabit: nusquam tu me: audistin'? Sy. potin' vt desinas?

ACT. QVARTI SCENA II.

DEMEA, CTESIPPHO, SYRVS.

DE. *NAe ego homo sum infelix. Primùm fratrem nusquam inuenio gentium.*
Præterea autem, dum illum quæro, à villa mercenarium
Vidi: is filium negat esse ruri: nec, quid agam, scio.
CT. Syre. Sy. 3 quid ais? CT. men' quærit? Sy. verum. CT. perij. Sy quin tu animo bono es.
DE. *Quid hoc (malùm) infelicitatis? nequeo satis decernere,*
4 Nisi me credo huic esse natum rei, ferundis miseriis.
Primus sentio mala nostra: primus resciscо omnia:
Primus porrò obnuntio: ægrè solus, si quid sit, fero.
SY. Rideo hunc: primum ait se scire: is solus nescit omnia.
DE. *Nunc redeo: si fortè frater redierit, viso. CT. Syre,*
Obsecro, vide ne ille huc prorsus se irruat. SY. etiam taces?
Ego cauebo. CT. nunquam hercle ego hodie istuc committam tibi:
Nam me iam in cellam aliquam cum illa concludam: id tutissimum'st.
SY. Age, tamen ego 1 hunc amouebo. DE. *sed ec-* *cum sceleratum Syrum.*
SY. Non hercle hic quidem durare quisquam, si sic fit, potest.
Scire equidem volo, quot mihi sint domini. quæ hæc est miseria?
DE. *Quid ille 2 gannit? quid volt? quid ais, bone vir, est frater domi?*
SY. Quid (malum) bone vir, mihi narras? equidem perij. DE. *quid tibi est?*
SY. Rogitas? Ctesipho me pugnis miserum, & istam psaltriam
Vsque occidit. DE. *hem, quid narras? SY. hem, vide, vt discidit labrum.*
DE. *Quamobrem? SY. me impulsore hanc emtam esse ait.* DE. *non tu eum rus hinc modò*
Produxe aiebas? SY. factum: verùm venit post insaniens:
Nihil pepercit. non puduisse verberare hominem senem,
Quem ego modo puerum tantillum in manibus gestaui meis?
DE. *Laudo, Ctesipho: patrissas: abi, virum te iudico.*
SY. Laudas: næ ille continebit posthac, si sapiet, manus!
DE. *Fortiter. SY. perquam, quia miseram mulierem & me seruolum,*
Qui referire non audebam, vicit; hui, perfortiter!
DE. *Non potuit melius: idem quod ego sensit; te esse huic rei caput.*
Sed éstne frater intus? SY. non est. DE. *vbi illum quæram, cogito.*
SY. Scio vbi sit, verum hodie nunquam monstrabo. DE. *hem quid ais? SY. ita.*
DE. *Diminuetur tibi quidem iam cerebrum. SY. at nomen nescio*
Illius hominis; sed locum noui vbi sit. DE. *dic ergo locum.*
SY. Nostin' porticum apud macellum hanc deorsum? DE. *quid ni nouerim?*
Sy. Præterito hac recta platea sursum: vbi eò veneris,
Clinos deorsum versum est: hac te præcipitato: posthea
Est ad hanc manum sacellum: ibi angiportum propter est.
DE. *Quónam? Sy. illic, vbi etiam caprificus magna est.* DE. *noui. Sy. hac pergito.*

1 Ita I. R. è Don quod meminit in Has. & Argent. esse: mi Syre. 2 G. F. è Pal. sic legit. Vulgò: Pater est? Sy. ipsus est. 3 Faer. quid est? 4 Int. Nisi quia me credo.

1 Sic I. R. è Donat. & vet. Vulgò erat: nunc. 2 G. F. è Pal. gannuit?

DE. *Id*

DE. *Id quidem angiportum non eſt peruium. S. verum hercle, vah,*
Cenſen' hominem me eſſe? erraui, in porticum rurſum redi.
Sanè hac multò propius ibis, & minor eſt erratio.
Scin' Cratini huius ditis ædes? DE. *ſcio. S. vbi eas prætereris,*
Ad ſiniſtram hac recta platea: vbi ad Dianæ veneris,
Ito ad dextram prius, quàm ad portam venias, apud ipſum lacum
Eſt piſtrilla, & exaduorſum fabrica: ibi eſt. DE. *quid ibi facit?*
S. *Lectulos in ſole iligneis pedibus faciundos dedit.*
DE. 1 *Vbi potetis vos? ſanè benè. ſed ceſſo ad eum pergere.*
S *I ſanè. ego te exercebo hodie, vt dignus es, ſilicernium.*
Aeſchinus odiosè ceſſat: prandium corrumpitur:
Cteſipho autem in amore eſt totus, ego iam proſpiciam mihi:
Nam iam adibo atque vnum quodq; quod quidem erit belliſſimum,
Carpam, & cyathos ſorbillans paulatim hunc producam diem.

ACTVS QVARTI SCENA III.
MITIO, HEGIO.

MI. *EGo in hac re nihil reperio, quamobrem lauder tantopere, Hegio.*
Meum officium facio: quod peccatum à nobis ortum'ſt, corrigo,
Niſi ſi me in illo credidiſti eſſe hominum numero, qui ita putant,
Sibi fieri iniuriam, vltrò ſi quam fecere ipſi, expoſtules,
Et vltrò accuſant: id quia non eſt à me factum, agis gratias.
HE. *Ah, minimè: nunquam te aliter, atque es, in animum induxi meum.*
Sed quæſo, vt vna mecum ad matrem virginis eas, Mitio,
Atque iſthæc eadem, quæ mihi dixti, tute dicas mulieri,
Suſpicionem hanc propter fratrem eius eſſe, & illam pſaltriam.
MI. *Si ita æquom cenſes, aut ſi ita opus eſt facto, eamus.* HE. *bene facis:*
Nam & illi animum iam releuabis, quæ dolore, ac miſeria
Tabeſcit, & tuo officio fueris functus: ſed ſi aliter putas,
Egomet narrabo, quæ mihi dixti. MI. *immo ego ibo.* HE. *bene facis:*
OMNES quibus res ſunt minus ſecundæ, magis ſunt, neſcio quo modo,
Suſpicioſi: ad contumeliam omnia accipiunt magis,
Propter ſuam impotentiam, ſe ſemper credunt negligi.
Quapropter te, ipſum purgare ipſis coràm placabilius eſt.
MI. *Et rectè, & verum dicis.* HE. *ſequere me ergo hac intrò.* MI. *maxumè.*

1 Al. vbi potetis vos? Syr. benè ſanè. De. ſed ceſſo a. e. p. Vulgò hęc. Syri ſunt: faciundos dedit, Vbi pot. vos. poſtea Demeę: ſanè bene. &c.

ACT. QVARTI SCENA IIII.
ÆSCHINVS.

DIſcrucior animi, hoccine de improuiſo mali mihi obijci
Tantum, vt 1 *neque quid me faciam, neque quid agam certum ſiet?*
Membra metu debilia ſunt: animus timore obſtupuit:
Pectore cõſiſtere nihil cõſilij quit. vah, quomodo
Me ex hac expediam turba tanta? nunc de me ſuſpicio
Incidit, neque ea immeritò: Soſtrata credit mihi
Pſaltriam hanc emiſſe: (me
Id anus mihi indicium fecit.
Nam vt hinc fortè ea ad obſtetricem erat miſſa, vbi eam vidi, illicò
Accedo, rogito, Pamphila quid agat, iam ne partus adſiet,
Eóne obſtetricem accerſat: illa exclamat, abi, iam Aeſchine,
Satis diu verba dediſti: ſatis adhuc tua nos fruſtrata'ſt fides.
Hem, quid iſtuc obſecro inquam'ſt? vãleas, habeas illam quæ placet.
Senſi illicò id illas ſuſpicari: ſed me repreſſi tamẽ,
Ne quid de fratre garrulæ illi dicerem, ac fieret palàm.
Nunc quid faciam? dicámne, fratris eſſe hanc? quod minimè eſt opus
Vſquam efferri: age, mitto, fieri potis eſt, vt ne quà exeat.
Ipſum id metuo vt credant: tot concurrunt veriſimilia:
Egomet rapui: 2 *ipſe egomet ſolui argentum: ad me abducta eſt domum.*
Hæc adeò mea culpa fateor fieri, non me hanc rem patri,
Vt vt erat geſta, indicaſſe, exoraſſem, vt eam ducerem:
Ceſſatum vſque huc eſt: nunc porrò, Aeſchine, expergiſcere:
Nunc hoc primum eſt: ad illas ibo, vt purgem me: accedam ad fores:
Perij, horreſco ſemper, vbi pultare haſce occipio miſer:
Heus, heus: Aeſchinus ego ſum: aperite aliquis actutum oſtium.

1 Al. neque quid me faciam, nec quid. Neque nec: 2 Priſ. lib. 13. ipſe ego ſolui.

Prodit, nescio quis, concedam huc.

ACTVS QVARTI SCENA V. MITIO, ÆSCHINVS.

MI. *Ita, vti dixi, Sostrata,*
Facite: ego Æschinum conueniam, vt, quomodo acta hæc sint, sciat.
Sed quis ostium hoc pultauit? Æ. pater hercle est: perij. MI *Aeschine.*
Æ. Quid huic hic negoti'st? MI. *túne has pepulisti fores?*
Tacet: cur non ludo hũc aliquantisper, melius est,
Quandoquidem hoc nunquam mihi ipse voluit credere.
Nihil mihi respondes? Æ. non equidem istas, quod sciam.
MI. *Ita? nam mirabar, quid hic negoti esset tibi.*
Erubuit: salua res est. Æ. dic sodes pater.
Tibi verò quid istic est rei? MI. *nihil mihi quidẽ,*
Amicus quidam me à foro abduxit modo
Huc aduocatum sibi. Æ. quid? MI. *ego dicam tibi.*
Habitant hic quædam mulieres pauperculæ:
Vt opinor, has non nosse te, & certò scio:
Neque enim diu huc commigrarunt. Æ. quid tum postea?
MI. *Virgo est cum matre. Æ. perge.* MI. *hæc virgo orba'st patre:*
Hic meus amicus illi genere est proxumus:
Huic leges cogunt nubere hanc. Æ. perij. MI. *quid est?*
Æ. Nihil rectè: perge. MI. *is venit, vt secum auehat:*
Nam habitat Mileti. Æ. hem, virginem vt secum auehat?
MI. *Sic est. Æ. Miletum vsque obsecro?* MI. *ita. Æ. animo male'st.*
Quid ipsæ? quid aiunt? MI. *quid istas censes? nihil enim*
Commenta mater est, esse ex alio viro,
Nescio quo. puerum natum, neque eum nominat,
Priorem esse illum, non oportere huic dari.
Æ. Ehò nonne hæc iusta tibi videntur postea?
MI. *Non. Æ. obsecro non? an illam hinc abducet, pater?*
MI. *Quid ni illam abducat? Æ. factum à vobis duriter,*
Immisericorditérque, atque etiam, si est pater,
Dicendum magis apertè, inliberaliter.
MI. *Quamobrem? Æ. rogas me? quid illi tandem creditis*
Fore animi misero: qui 1 *cum illa consueuit prius,*
(Qui infelix haud scio an illam miserè nunc amat)
Cùm hanc sibi videbit præsens præsenti eripi,
Abduci ab oculis? facinus indignum pater.
MI. *Qua ratione istuc? quis despondit? quis dedit?*
Cui, quando nupsit? auctor his rebus quis est?

1 Al. Qui illi consueuit, Don. legit &: illam consueuit.

Cur duxit alienam? Æ an sedere oportuit
Domi virginem tam grandem: dum 1 *cognatus hinc*
Illinc veniret, expectantem? hæc, mi pater,
Te dicere æquom fuit, & id defendere.
MI. *Ridicule: aduorsúmne illum, causam dicerẽ,*
Cui veneram aduocatus? sed quid ista, Aeschine,
Nostra? aut quid nobis cum illis? abeam⁹. quid est?
Quid lacrumas? Æ. pater obsecro, ausculta. MI. *Aeschine, audiui omnia,*
Et scio: nã te amo: quo magis, quæ agis, curæ sunt mihi.
Æ. Ita velim me promerentem ames, dum viuas, mi pater,
Vt me hoc delictum admisisse in me, id mihi vehementer dolet,
Et me tui pudet. MI. *credo hercle: nam ingenium noui tuum*
Liberale: sed vereor, ne indiligens nimium sies.
In qua ciuitate tandem te arbitrare viuere?
Virginem vitiasti: quam te ius non fuerat tangere:
Iam id peccatum primum: magnum magnum, at humanum tamen.
Fecere alij sæpè: item boni: at postquam id euenit, cedò,
Nunquid circumspexti? aut nunquid tute prospexti tibi,
Quid fieret? quà fieret? si te mihi ipsum puduit dicere,
Qua resciscerem: hæc dum dubitas, menses abierunt decem.
Prodidisti te, atque illam miseram, & gnatum, quod quidem in te fuit.
Quid? credebas dormienti hæc tibi confecturos deos?
Et illam sine tua opera in cubiculum iri deductum domum?
Nolim cæterarũ rerum te socordem eodem modo.
Bono animo es, duces vxorem hanc. Æ. hem. MI. *bono animo es, inquam. Æ. pater,*
Obsecro, num ludis tu nunc me? MI. *ego te? quamobrem? Æ. nescio:*
Nisi quia tam miserè hoc esse cupio verum, eò vereor magis.
MI. *Abi domum, ac deos comprecare, vt vxorem accersas: abi.*
Æ. Quid? iámne vxorem? MI. *iam. Æ iam?* MI. *iam* 2 *quantum potes. Æ. dij me, pater,*
Omnes oderint, ni magis te, quàm oculos nunc ego amo meos.
MI. *Quid? quàm illam? Æ. æquè.* MI. *perbenignè. Æ quid? ille vbi est Milesius?*
MI. *Abijt, perijt, nauem ascendit: sed cur cessas? Æ abi pater:*
Tu potius deos comprecare: nam tibi eos certò scio,

1 Al cognatus hic, illinc veniret.
2 G. F. è vet. quantum potest. vt suprà. F. F. quantum pote.

Quo

Quo vir melior multò es quam ego, obtemperaturos magis.
MI. Ego i eo intro, vt quæ opus sunt, parentur: tu fac, vt dixi, si sapis.
AE. Quid hoc est negoti? hoc est patrem esse, aut hoc est filium esse?
Si frater, aut sodalis esset, quî magis morem gereret?
Hic non amandus? hiccine non gestandus in sinu'st? hem,
Itaque adeò magnam mihi iniecit sua commoditate curam,
Ne forte imprudens faciam, quod nolit. sciens cauebo:
Sed cesso ire intro, ne mora meis nuptiis egomet siem.

ACTVS QVARTI SCENA VI. DEMEA.

DEfessus sum ambulando: vt, Syre, te cum tua
Monstratione magnus perdat Iuppiter.
Perreptaui vsque omne oppidum: ad portam, 2 ad lacum,
Quò non? 3 neque fabrica illic vlla erat, neque fratrem homo
Vidisse aiebat quisquam, nunc verò domi
Certum obsidere est vsque, donec redierit.

ACTVS QVARTI SCENA VII. MITIO, DEMEA.

MI. IBo, illis dicam, nullam esse in nobis moram.
D. Sed eccum ipsum: te iam dudum quæro, Mitio.
M. Quidnam? D. fero alia flagitia ad te ingentia
Boni illius adolescentis. M. ecce autem. D. noua, Capitalia. M. ohê, iam. D. ah nescis, qui vir siet? M. scio.
D. Ah, stulte, tu de psaltria me somnias agere.
Hoc peccatum est in virginem ciuem. M. scio.
D. Eho, scis, & patere? M. quid ni patiar? D. dic mihi,
Non clamas? non insanis? M. non. 4 malim quidê.
D. Puer natu'st. M. dij bene vortant. D. virgo nihil habet.
M. Audiui. D. & ducenda indotata est? M. scilicet.
D. Quid nunc futurum'st? M. id enim, quod res ipsa fert.
Illinc huc transferetur virgo. D. ô Iuppiter!
Istoccine pacto oportet? M. quid faciam amplius?
D. Quid facias? si non ipsa re tibi istuc dolet,
Simulare certè est hominis. M. quin iam virginem

1 Prisc. lib. 17 Ego ibo.
2 Vulgò: &.
3 Sic G. F. & vet. Faer. Neque illic fabrica vlla est. Muret. omittit, illic.
4 Alij: non malim quidem sanè insanire.

Despondi: res composita est? fiunt nuptiæ:
Demsi metum omnem: hæc magis sunt hominis. D. cæterùm
Placet tibi factum Mitio? M. non, si quicam
Mutare: nunc, cùm non queo, æquo animo fero.
ITA VITA EST hominum, quasi, cùm ludas tesseris:
Si illud, quod maximè opus est iactu, non cadit:
Illud, quod cecidit fortè, id arte vt corrigas.
D. Corrector: nempe tua arte viginti minæ
Pro psaltria periere: quæ, quantum potest,
Aliquò abiiciunda est, si non pretio, 1 at gratiis.
M. Neque est, neque illam sanè studeo vendere.
D. Quid igitur facies? M. domi erit. D. prô diuûm fidem,
Meretrix, mater familiâs, erit vnà in domo?
M. Cur non? D. 2 sanúmne te credis esse? M. equidem arbitror.
DE. Ita me dij ament, vt video ego tuam ineptiam.
Facturum credo, vt habeas qui cum cantites.
M. Cur non? D. & noua nupta eadem hæc discet. M. scilicet.
D. Tu inter eas restim ductans saltabis. M. probè.
D. 3 Probè? M. & tu nobiscum vnà, si opus sit. D. hei mihi!
Non te hæc pudent? M. iâ vero omitte, Demea,
Tuam istanc iracundiam, atque ita vti decet,
Hilarem, ac lubentem fac te in nati nuptiis.
Ego hos conueniam, pòst huc redeo. D. ô Iuppiter!
Hanccine vitam? hoscine mores? hanc dementiam?
Vxor sine dote veniet: intus psaltria est:
Domus sumptuosa: adolescens luxu perditus:
Senex delirans: ipsa, si cupiat, Salus
Seruare prorsus non potest hanc familiam.

ACT. QVINTI SCENA I. SYRVS, DEMEA.

SY. EDepol, Syrisce, te curasti molliter,
Lautéque munus administrasti tuum:
Abi: sed postquam intus sum omnium rerũ satur,
Prodeambulare huc lubitum est. D. illud sis vide
Exemplum disciplinæ. S. ecce autem hic adest senex
Noster quid sit? quid tu es tristis? D. ohè scelus.
S. Ehò iam tu verba fundis hic sapientia?
D. Tun', si meus esses? S. dis quidem esses, Demea,
Ac tuam rem constabilisses. DE. exemplum omnibus
Curarem, vt esses. SY. quamobrem? quid feci? DE. rogas?
In ipsa turba, atque in peccato maximo,
Quod vix sedatum satis est, 4 potasti, scelus,

1 Aliqui legunt: vel gratis. T. P.
2 Faer. sanum te c. e?
3 Alij: M. probè. E. tu nobiscum vna.
4 Int. potastis: grauior accusatio. vt: Crimine ab vno Disce omnes.

Quasi re bene gesta. Sy sanè nollem 1 *huc exitum.*

ACTVS QVINTI SCENA II.
DROMO, SYRVS, DEMEA.

DR. *HEus Syre, rogat te Ctesipho vt redeas.*
Sy. abi.
Quid Ctesiphonem hic narrat? Sy. nihil. DE. ehò carnifex,
Est Ctesipho intus? S. non est. D. cur hic nominat?
Sy. Est alius quidam parasitaster 2 *paruolus:*
Nostin? DE. iam scibo. Sy quid agis? quò abis?
DE. mitte me.
Sy. Noli inquam. DE. non manum abstines, mastigia?
An tibi mauis cerebrum dispergi hic? Sy. abiit.
Edepol commessatorem haud jane commodum,
Præsertim Ctesiphoni, quid ego nunc agam?
Nisi, dum hæ file, cunt turbæ, interea in angulum
Aliquò abeam, atque edormiscam hoc villi. sic agam.

ACTVS QVINTI SCENA III.
MITIO, DEMEA.

MI. *PArata à nobis sunt, ita vti dixi, Sostrata,*
Vbi vis. quisnam à me pepulit tam graviter fores?
DE. Hei mihi quid faciam 4 *? quid agam? quid clamem? aut querar?*
O cœlum, ô terra, ô maria Neptuni! MI. hem tibi,
Resciuit omnem rem: id nunc clamat, ilicet:
Parat & lites: succurrendum'st. DE. eccum adest
Communis corruptela nostrum liberum.
MI. Tandè reprime iracundiam atque ad te redi.
DE. Repressi, redij, mitto maledicta omnia:
Rem ipsam putemus. dictum inter nos hoc fuit,
Ex te adeò est ortum, ne tu curares meum,
Neue ego tuum. responde. MI. factũ est, non nego.
DE. Cur nunc apud te potat? cur recipis meum?
Cur emis amicam, Mitio? Vnum qui minus
Mihi idem ius æquom'st esse, quod mecum'st tibi?
Quando ego tuum non curo, ne cura meum.
MI. Non æquom dicis. 5 *non. nam vetus verbum hoc quidem'st,*
COMMVNIA esse amicorum inter se omnia.
DE. Facetè, nunc demum istæc nata oratio est.
MI. Ausculta paucis, nisi molestum'st, Demea.
Principiò, si id te mordet, sumptum filij
Quem faciunt, quæso facito, hæc tecum cogites.
Tu illos duos olim pro re tollebas tua,
Quod satis putabas tua bona ambobus fore,
Et me tum vxorem credidisti scilicet
Ducturum: eandem illam rationem antiquam obtine:
Conserua, quare parce fac quamplurimum
Illis relinquas: gloriam tu istam obtine:
Mea, quæ præter spem euenere, vtantur sine.
De summa nihil decedet? quod hinc accesserit:
Id de lucro putato esse. omnia hæc si voles
In animo verè cogitare, Demea,
Et mihi & tibi, & illis demseris molestiam.
DE. Mitto rem, consuetudinẽ ipsorum. MI. mane:
Scio: istuc ibam. multa in homine, Demea,
Signa insunt, ex quibus coniectura facile sit,
Duo cùm idem faciunt sæpè, vt possis dicere,
Hoc licet impunè facere huic, illi non licet:
Non quòd dissimilis res sit, sed quòd is, qui facit:
Quæ ego esse in illis video, vt confidam fore, ita,
Vt volumus. video, eos sapere, intelligere, in loco
Vereri inter se amare: scire est liberum
Ingenium, atque animum: quouis illos tu die
Reducas. at enim metuas, ne ab re sint tamen
Omissiores paulò. ô noster Demea,
Ad omnia alia ætate sapimus rectius:
Solũ vnũ hoc vitium affert senectus hominibus,
Attentiores sumus ad rem omnes, quàm sat est:
Quod illos sat ætas acuet. DE. ne nimium modò
Bonæ tuæ istæ nos rationes, Mitio,
Et tuus iste animus æquus subuortat. MI. tace,
Non fiet. mitte iam istæc, da te hodie mihi:
Exporge frontem. DE. scilicet, ita tempus fert.
Faciundum'st: cæterùm rus cras cum filio
Cum primo lucu. MI. immo de nocte censeo:
Hodie modo hilarem te face. DE. & istam psaltriam
Vnà illuc mecum hinc abstraha. MI. pugnaueris.
Eo pacto prorsum 1 *illic alligaris filium.*
Modo facito, vt illam serues. DE. ego istuc videro:
Atque illi fanillæ plena fumi, ac pollinis
Coquendo sit saxo, & molendo: præter hæc
Meridie ipso, faciam, vt stipulam colligat:
Tam excoctam reddam, atque atram, quàm carbo'st. MI. placet.
Nunc mihi videre sapere, atque equidem filium,
Tum etiam si nolit, cogas, vt cum illa vnà cubet.
DE. Derides? fortunatus, qui istoc animo sies:
Ego sentio. MI. ah pergis' nè? D. iamiam desino.
MI. I ergo intro, &, 2 cui rei est, ei rei hunc sumamus diem.

ACT. QVINTI SCENA IIII.
DEMEA.

NVnquam ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit,
Quin res, ætas, vsus semper aliquid adportet noui,
Aliquid moneat, vt illa, quæ te scire credas, ne scias,
Et, quæ tibi putaris prima, in experiundo repudies.
Quod mihi nunc euenit: nam ego vitam duram,

1 *Faër. illi.* 2 *Ita G.F. è Pal. I.R. cui opus est rei. hilarem hunc. Vulgò: cui op. e. r. ei r. h. h. s. d.*

quam

1 I.R. ita ex Int. in Andr. Alij: hunc exitum. 2 Th.P. paululus: 3 Faër. An tibi iam m. c. dispergam hic? Syr. abit. 4 I.R. & M.M. ita leguntur, ex ant. & int. & versu. Alibi: quid agam? non lectũ fuit. 5 I.R. & G.F. ex Int. & Pal. & exemplis: & vi sententiæ, reperi volunt: Non: vulgò imperitè tribuunt alterum Demeæ. Dem. non?

quam vixi vsque adhuc,
Propè iam excurso spatio. mitto: id quamobrem?
re ipsa repperi,
FACILITATE nihil homini esse melius, neque clementia.
Id esse verum, ex me, atque ex fratre cuiuis facile'st noscere.
Ille suam semper egit vitam in otio, in conuiuiis:
Clemens, placidus, nulli ledere os, arridere omnibus:
Sibi vixit: sibi sumptum fecit: omneis bene dicũt, amant.
Ego ille agrestis sauus, tristis parcus, truculentus, tenax:
Duxi vxorem, quam ibi miseriam vidi? nati filij,
Alia cura: [1] porrò autem, dum studeo illis vt quamplurimum
Facerem, contriui in quærendo vitam, atque ætatem meam:
Nunc exacta ætate, hoc fructi pro labore ab his fero,
Odium. ille alter sine labore patria potitur commoda:
Illum amant, me fugitant: illi credunt consilia omnia.
Illum diligunt, apud illum sunt ambo, ego desertus sum:
Illum, vt viuat, optant, meam autem mortem expectant, scilicet:
Ita eos meo labore eductos maxumo, hic fecit suos,
Paulo sumtu. miseriam omnem ego capio: hic potitur gaudia.
[2] Age age, nunc experiamur, contra hæc quid ego possiem,
Blandè dicere, aut benignè facere, quando eò prouocat.
Ego quoque à meis me amari, & magnipendi postulo.
Si id fit dando, atque obsequendo, non posteriores feram.
Deerit: id mea minimè refert, qui sum natu maximus.

ACT. QVINTI SCENA V.
SYRVS, DEMEA,

SY. *HEus Demea, rogat frater, ne abeas longius.*
DE. *Quis homo? ô Syre noster, salue, quid fit? quid agitur?*
S. *Rectè.* DE. *optumè est, iam nunc hæc tria primùm addidi,*
Præter naturam, ô noster: quid fit? quid agitur?
Seruum haud inliberalem præbes te, & tibi
[3] Lubens bene faxim. S. *gratiam habeo.* DE. *atqui, Syre,*

1 Faer: Heia autem. 2 Plant. edit. post. nunc iã experiamur contra, ecquid ego possiem. F. F. contra, ecquid. Faer. Age age: nunc iam experiamur porrò contrà, & quid ego possiem. 3 Lubes, pro lubens, antiquè: in vetustis.

Hoc verum'st, & ipsa re experiere propediem.

ACTVS QVINTI SCENA VI.
GETA, DEMEA.

GE. *HEra, ego hinc ad hos prouisam, quam mox virginem*
Accersant, sed eccum Demeam. salues sies.
DE. *Oh, qui vocare?* GE. *Geta.* DE. *Geta, hominem maxumi*
Pretij [1] esse te, hodie iudicaui animo meo.
Nam is mihi est profectò seruos spectatus satis,
Cui dominus curæ'st, ita vt tibi sensi, Geta:
Et tibi ob eam rem. si quid vsus venerit,
Lubens bene faxim. meditor esse affabilis,
Et benè procedit. GE. *bonus es, cũ hæc existimas.*
DE. *Paulatim plebem primulum facio meam.*

ACTVS QVINTI SCENA VII
ÆSCHINVS, DEMEA, SYRVS, GETA.

AE. *OCcidunt me quidem, dum nimis sanctas nuptias*
Student facere: in apparando consumunt diem.
DE. *Quid agitur, Æschine?* AE. *hem pater mi, tu hic eras?*
D. *Tuus hercle vero & animo, & natura pater,*
Qui te amat plus quam hosce oculos: sed cur non domum
Vxorem accersis? Æ. *cupio: verum hoc mihi mora est*
Tibicina, & hymenæum qui [2] canat. DE. *ehò,*
Vin' tu hinc seni auscultare? Æ. *quid?* DE. *missa hac face,*
Hymenæum, turbam, lampadas, tibicinas:
Atque hanc in horto maceriam iube dirui,
Quantùm potest: hæc trãsfer: vnam fac domum:
Transduce & matrem, & familiam omnem ad nos. Æ. *placet,*
Pater lepidissume. DE. *euge, iam lepidus vocor.*
Fratri ædes fient peruiæ: turbam domum
Adducet, sumptum [3] admittet: multa: quid mea?
Ego lepidus ineo gratiam. iube nunc tam
Dinumeret illi Babylo viginti minas.
Syre, cessas ire, ac facere? S. *[4] quid ergo?* DE. *dirue*
Tu illas, abi, & transduce. GE. *dij tibi, Demea,*
Bene [5] faciant, cùm te video nostræ familiæ
Tam ex animo factũ velle. DE. *dignos arbitror.*
Quid tu ais? Æ. *sic opinor.* DE. *multò rectius est,*
Quàm illam puerperam hac nunc duci per viam
Ægrotam. Æ. *nihil enim vidi melius, mi pater.*
DE. *Sic soleo, sed eccum Mitio egreditur foras.*

1 Plant. poster. Pretij esse hodie te 1. a. m. G. F. Precij esse te hodie. 2 I. R. canat. Et videtur ita velle: ex Don. & quibusd. edit. Vxorem quæso accersis? AE. cupio: verum hoc mihi Mora est: tibicina & hym. q. canat. De. ehò M. M. & Faer. ordinem omnem in versibus conseruant, qui in textu est: & legunt: Cantent. 3 Faer. amittet. 4 Ita I. R. ex mun. Alij: quid ago? 5 faxint. Mur.

ACTVS QVINTI SCENA VIII. MITIO, DEMEA, ÆSCHINVS.

MI. IVbet frater? vbi is est? túne iubes hoc, Demea?
DE. Egò verò iubeo, & 1 in hac re, & aliis omnibus,
Quàm maximè vnam facere nos hanc familiam,
Colere, adiuuare, adiungere. Æ. ita quæso, pater.
MI. Haud aliter censeo. DE. immò hercle ita nobis decet. (stea?
Primum huius vxoris est mater. MI. 2 quid po-
DE. Proba, & modesta. MI. ita aiunt. DE. natu grandior.
MI. Scio. DE. parere iam diu hæc per annos non potest:
Nec, qui eam respiciat, qui'squam est: sola est.
MI. quam hic rem agit?
DE. Hanc te æquom'st ducere, & te operam, vt fiat, dare.
MI. Me ducere autem? DE. te. MI. me? DE. te inquam. MI. ineptis. DE. si tu sis homo,
Hic faciat. Æ. mi pater. MI. quid? tu autem huic, asine, auscultas? DE. nihil agis:
Fieri aliter non potest. MI. deliras. Æ. sine te exorem, mi pater.
MI. Insanis? 3 aufer. DE. age, da veniam filio. MI. satin' sanus es?
Ego nouus maritus anno demum quinto & sexagesimo
Fiam, atque anum decrepitam ducam? idne e-
Æ. Fac: promisi ego illis. MI. promisti autem? de te largitor puer.
DE. Age, quid si quid te maius oret. MI. quasi non hoc sit maxumum.
DE. Da veniam. Æ. ne grauare. DE. fac, promitte. MI. non omittis?
Æ. Non, nisi te exorem. MI. vis est hæc quidem. DE. age prolixè Mitio.
MI. Etsi hoc mihi prauom, ineptum, absurdum, atque alienum à vita mea (ne facis:
Videtur: si vos tantopere istuc voltis, fiat. Æ. be-
Meritò te amo. DE. 3 verum, quid ego dicam? hoc consit, quod volo.
Quid nunc quod restat? Hegio his est cognatus proxumus, (decet.
Affinis nobis, pauper: bene nos aliquid facere illi
MI. Quid facere? DE. agelli est hic sub vrbe paulum, quod locitas foris:
Huic demus, qui fruatur. MI. paulum id autem?
DE. 5 si multum fiet,

1 I.R. omitti cupit: in: 2 Vulgò: est: quid postea? I.R. & F.F. ex vet. omittūt, est. 3 Ita I.R. ex Don. qui ait: aut deest: te: aut, Manum: aut pro eo, quod est, abi: facesse hinc. G.F. in suis vetustis ita: Insanis. De. age da veniam quæso filio. 4 Ita G.F. propter carmen. Idem coniicit, quosdam legisse: hac sub vrbe. 5 Vulgò: Si multum, tamen fac. est.

Faciundum est: pro patre huic est, bonus est, noster est. recte datur.
Postremò, non neu 1 illud verbum facio, quod tu, Mitio.
Bene, & sapienter, dixti dudum, vitium commune omnium est,
Quòd nimium ad rem in senecta attenti sumus: hanc maculam nos decet
Effugere: dictum est verè, & re ipsa fieri oportet, Mitio.
MI. Quin istuc est? dabitur quidem, quando hic volt, Æschine. Æ. mi pater.
DE. Nunc tu mihi es germanus pariter corpore & animo. MI. gaudeo.
DE. Suo sibi hunc gladio iugulo.

ACTVS QVINTI SCENA IX. SYRVS, DEMEA, MITIO, ÆSCHINVS.

SY. FActum est, quod iussi, Demea.
D. Frugi homo es, ego edepol hodie mea quidem sententia
Iudico, Syrum fieri esse æquom liberum. MI. istunc liberum?
Quodnam ob factum? DE. multa. SY. ó noster Demea, edepol vir bonus es:
Ego istos vobis vsque à pueris curaui ambos sedulò,
Docui, monui, bene præcepi semper, quæ potui, omnia.
DE. Res apparet: & quidem porrò 1 hæc, obsonare: cum fide
Scortum adducere: apparare de die conuiuium:
Non mediocris hominis hæc sunt officia. SY. ó lepidum caput!
DE. Postremò hodie in psaltria istac em unda hic adiutor fuit:
Hic curauit: prodesse æquom est: alij meliores erunt:
Denique hic volt fieri. MI. vin' tu hoc fieri? Æ. cupio. MI. siquidem
Tu vis, Syre, ehò accede huc ad me, liber esto. SY. bene facis:
Omnibus gratiam habeo, & seorsum tibi præterea, Demea.
DE. Gaudeo. Æ. & ego. SY. credo: vtinam hoc perpetuum fiat gaudium.
Phrygiam vt vxorem meam vnà mecum videam liberam.
DE. Optumam quidem mulierem. SY. & quidem tuo nepoti, huius filio,
Hodie primam mammam dedit hæc. DE. hercle verò seriò,
Siquidem prima dedit, haud dubium, quin emitti æquom siet.
MI. Ob eam rem? DE. ob eam: postremò à me argentum, quanti est, sumito.
SY. Di tibi, Demea, omnes semper omnia optata afferant.

1 Aliis omittitur: hæc.

MI.

MI. *Syre, processisti hodie pulcrè.* DE. *siquidem porrò, Mitio,*
Tu tuum officium facies, atque huic aliquid paululum præ manu
Dederis, vnde vtatur: reddet tibi citò. M. *istoc vilius.*
Æ. Frugi homo est. SY. *reddam hercle, da modò.*
Æ. age pater. MI. *post consulam.*
DE. *Faciet.* SY. *ô vir optume.* Æ. *ô pater mi festiuissime.*
MI. *Quid istuc? quæ res tam repentè mores mutauit tuos?*
Quod proluuium? quæ istæc subita est largitas?
DE. *dicam tibi:*
Vt id ostenderem, quòd te isti facilem, & festiuũ putant,
Id non fieri ex vera vita, neque adeò ex æquo, & bono,
Sed ex assentando, indulgendo, & largiendo, Mitio,
Nunc adeo si ob eam rem vobis mea vita inuisa, Æschine est,
Quia non iusta iniusta prorsus omnia omnino obsequor:
Missa facio, effundite, emite, facite, quod vobis lubet.
Sed si id voltis potius, quæ vos propter adolescentiam
Minus videtis, magis impensè cupitis, consulitis parum,
Hæc reprehendere, & corrigere me, & obsecundare in loco:
Ecce me, qui id faciam vobis. Æ. tibi, pater, permittimus:
Plus scis, quid opus facto est. sed de fratre quid fiet? DO. *sino:*
Habeat: in istæc finem faciat. Æ. istuc rectè. Plaudite.

PVB. TERENTII
HECYRA.

FABVLAE INTERLOCVTORES.

PHILOTIS *meretrix,*
SYRA *anus,*
PARMENO *seruus,*
LACHES *senex,*
SOSTRATA *mulier,*
PHIDIPPVS *senex,*
PAMPHILVS *adolescens,*
MYRRHINA *mulier, matrona,*
SOSIA *seruus,*
BACCHIS *meretrix,*
PHILVMENA *puella.*

ACTA LVDIS MEGALENSIB. SEX. IVLIO CÆSARE, CN. CORNELIO DOLABELLA, ÆDIL. CVRVLIB. NON PLACVIT. ITERVM DATA CN. OCTAVIO, T. MANLIO COSS. L. ÆMILI PAVLI LVDIS FVNEBRIB. NON EST PLACITA. TERTIO RELATA Q. FVLVIO, L. MARTIO ÆDILIB CVRVLIB. EGIT L. AMBIVIVS TVRPIO: PLACVIT.

Faer. sic legit inscriptionem. Acta ludis Megalensibus, Sex. Iul. Cæsare, Cn. Cor. Dolabella ædilib. curulib. Non est peracta. Modos fecit Flaccus Claudij. Tibiis paribus. Tota græca Menãdru facta est. Acta primò sine prologo. Data secundò Cn. Octauio, Tit. Manlio coss. Relata est L. Æmylio Paulo Ludis funeralibus. Nõ est placita. Tertiò relata est, Q. Fulvio, L. Marcio ædilibus Curulibus. Egit L. Ambiuius Turpio. Placuit.

I. PROLOGVS.

HECYRA *est huic nomen fabulæ: hæc cum data est*
Noua, nouum intervenit vitiũ, & calamitas:
Vt neque spectari, neque cognosci potuerit:
Ita populus studio stupidus in funambulo
Animum occuparat. nunc hæc planè est pro noua.
Et is, qui scripsit hunc, ob eam rem noluit
Iterum referre, vt iterum possit vendere.
Alias cognostis eius: quæso hanc noscite.

II. PROLOGVS.

ORator ad vos venio, ornatu prologi:
Sinite exorator sim: eodé vt iure vti senem
Liceat, quo iure sum vsus adolescentior:
Nouas qui exactas feci vt inueterascerent,
Ne cum poëta scriptura euanescerent.
In his, quas primum Cæcilij didici nouas,
Partim sum earum exactus: partim vix steti.
Quia sciebam, dubiam fortunam esse scenicam:
Spe incerta, certum mihi laborem sustuli.
Easdem agere cœpi, vt ab eodem alias discerem
Nouas studiosè, ne illum ab studio abducerem.
Perfeci, vt spectarentur vbi sunt cognitæ:
Placitæ sunt. Ita poëtam restitui in locum,
Propè iam remotum iniuria aduersariũm
Ab studio, atque ab labore, atque arte musica.
Quod si scripturam spreuissem in præsentia,
Et in deterrendo voluissem operam sumere,
Vt in otio esset potius, quàm in negotio,
Deterruissem facile, ne alias scriberet.
Nunc, quid petam mea causa, æquo animo attendite.
Hecyram ad vos refero, quam mihi per silentium

Nunquam agere licitum est, ita eam oppressit calamitas:
Eam calamitatem vostra intelligentia
Sedabit, si erit adiutrix nostra industria.
Cum primùm eam agere cœpi, pugilum gloria,
Funambuli eodem accessit expectatio,
Comitum cõuentus, strepitus, clamor mulierum
Fecere, vt ante tempus exirem foras.
Vetere in noua cœpi vti consuetudine,
In experiundo vt essem: refero denuò:
Primo actu placeo: cùm interea rumor venit,
Datum iri gladiatores: populus conuolat:
Tumultuantur, clamant, pugnant de loco:
1 Ego interea meum non potui tutari locum.
Nunc turba nulla est: otium, & silentium est:
Agendi tempus mihi datum est: vobis datur
Potestas condecorandi ludos scenicos.
Nolite sinere per vos artem musicam
Recidere ad paucos: facite, vt vostra auctoritas
Mea auctoritati fautrix, adiutrixque sit:
Si nunquam auarè statui pretium arti meæ,
Et eum esse quæstum in animum induxi maximum,
Quam maximè seruire vostris commodis:
Sinite impetrare me, qui in tutelam meam
Studium suum, & se in vostram commisit fidẽ,
Ne eum circumuentum iniquè iniqui inrideant.
Mea causa causam hanc accipite, & date silentium,
Vt libeat scribere aliis, mihique vt discere
Nouas expediat, posthac pretio emtas meo.

ACTVS PRIMI SCENA I.
PHILOTIS, SYRA.

PH. *PErpol quàm 2 paucos reperias meretricibus*
Fideleis euenire amatores, Syra.
Vel hic Pamphilus iurabat quotiens Bacchidi,
Quàm sanctè, vt quiuis facilè posset credere,
Nunquam illa viua ducturum vxorem domum:
Hem duxit. SY. *ergo propterea te sedulò*
Et moneo, & hortor, ne cuiusquam misereat,
Quin spolies, mutiles, laceres, quenquè nacta sis.
PH. *Vtin' eximium neminem habeam?* SY. *neminem:*
Nam nemo illorum quisquam, scito, ad te venit,
Quin ita paret sese, abs te vt blanditiis suis,
Quam minimo pretio suam voluptatem expleat.
Hiscine tu amabo non contra insidiabere?
PH. *Tamen pol eandem iniuriũ est, esse omnibus.*
SY. *Iniurium autem est vlcisci aduorsarios?*
Aut qua via captent te illi, eadem ipsos capi?
Eheu me miseram, cur non aut istæc mihi
Ætas & forma est, aut tibi hæc sententia?

ACT. PRIMI SCENA II.
PARMENO, PHILOTIS, SYRA.

PAR. *SEnex, si quæret me, modò isse dicito*

1 M.M. Interea ego. 2 Quidam: paucis:

Ad portum, percontatum aduentum Pamphili.
Audin', quid dicam, 1 Scirte? si quæret me, vti
Tum dicas: si non quæret, nullus dixeris:
Aliàs vt vti possim causa hac integra.
Sed videon' ego Philotium? vnde hæc aduenit?
Philotis, salue multum. PH. *ô salue, Parmeno.*
SY. *Salue me castor, Parmeno.* PA. *& tu edepol, Syra.*
2 Dic, vbi Philotis te oblectasti tam diu?
PH. *Minimè equidem me oblectaui, quæ cum milite*
Corinthum hinc sum profecta inhumanissimo:
Biennium ibi perpetuum misera illum 3 tuli.
PAR. *Edepol te desiderium Athenarũ arbitror,*
4 Philotium, cepisse sapè, & te tuum
Consilium contemsisse. PH. *non dici potest,*
Quàm cupida eram huc redeundi, 5 abeundi à milite,
Vósque hic videndi, antiqua vt consuetudine
Agitarem inter vos liberè conuiuium:
Nam 6 illi haud licebat, nisi præsinitò loqui
Quæ illi placerent. PA. *haud opinor commodè*
Finem statuisse orationi militem.
PH. *Sed quid hoc negoti est, modò quæ hæc narrauit mihi*
Hic intus Bacchis? quod ego nunquam credidi
Fore: vt hac ille viua posset animum inducere
Vxorem habere. PA. *habere autem?* PH. *eho tu, an non habet?*
PA. *Habet, sed firmæ hæ vereor, vt sint nuptiæ.*
PH. *Ita dij deæq; faxint, si in rem est Bachidis.*
Sed quî istuc credam ita esse? dic mihi, Parmeno.
PA. *Non est opus prolato: hoc percontarier*
Desiste. PH. *nempe ea causa, vt ne id fiat palàm.*
Ita me dij amabunt, haud propterea te rogo,
Vt hoc proferam, sed vt tacita mecum gaudeam.
PA. *Nunquam tam dices commodè, vt tergum meum*
Tuam in fidem committam. PH. *ah, noli Parmeno,*
Quasi tu non multò malis narrare hoc mihi,
Quàm ego, quæ perconter, scire. PA. *vera hæc prædicat:*
Et illud mihi vitium'st maximum, si mihi fidem
Das te taciturum, dicam. PH. *ad ingenium redis.*
Fidem do, loquere. PA. *ausculta.* PH. *istic sum.*
PA. *hanc Bacchidem*
Amabat, vt cum maximè, tum Pamphilus,
Cùm pater, vxorem vt ducat, orare occipit:
Et hæc, communia omnium quæ sunt patrum,
Sese senem esse dicere, illum autem esse vnicum.
Præsidium velle se senectuti suæ.

1 Ita I.R. & G.F. ex Int. & antiq. monumentis, & aliis. Vulgò perperã: Syre. 2 F.F. & Faer. Dic mihi, Philoti, vbi te obl. 3 I.R. è man. & Don. tuli. Alij: pertuli. 4 Ita I.R. è man. & aliis. Vulgò perperam: Philotim. 5 Vulgò: redeũdi & abeundi. Sed I.R. & G.F. è man. & aliis omittunt: &.
6 Ita I.R. è Don. pro illic.

Ille

Ille primò se negare: sed postquam acrius
Pater instat, fecit, animi vt incertus foret;
[1] Pudorin' an ne amori obsequeretur magis.
Tundendo, atque odio denique effecit senex:
Despondit ei gnatam huius vicini proxumi.
Vsq; illud visum'st Pamphilo neutiquam graue,
Donec iam in ipsis nuptiis, postquam videt
Paratas, nec moram vllam, quin ducat, dari:
Ibi demum ita aegrè tulit, vt ipsam Bacchidem,
Si adesset, credo ibi eius commiserescéret.
Vbicunque datum erat spatium solitudinis,
Vt conloqui mecum vna posset: Parmeno,
Perij, quid ego egi? in quod me conieci malum?
Non potero hoc ferre, Parmeno: perij miser.
PH. *At te dij deaq; perduint cum istoc odio, Laches.*
PA. *Vt ad pauca redeam, vxorem deducit domum:*
Nocte illa prima virginem non attigit:
Quae consecuta'st nox, eàm nihilo magis.
PH. *Quid ais? cum virgine vnà adolescens cubuerit,*
Plus potus, [2] se illac abstinere vt potuerit?
Non verisimile dicis: nec verum arbitror.
PA. *Credo ita videri tibi: nam nemo ad te venit,*
Nisi cupiens tui: ille inuitus illam duxerat.
PH. *Quid deinde fit?* PA. *diebus sanè pauculis*
Post, Pamphilus me solum seducit foras,
Narrátque, vt virgo ab se integra etiam tum siet:
Séq; antè, quàm eam vxorem duxisset domum,
Sperasse, eas tolerare posse nuptias.
Sed quam decrerim, me non posse diutius
Habere, eam ludibrio haberi, Parmeno,
Quin integram itidem reddam, vt accepi à suis,
Neq; honestum mihi, neque vtile ipsi virgini est.
PH. *Pium, ac pudicum ingenium narras Pāphili.*
PA. *Hoc ego proferre, incommodum esse mihi arbitror:*
Reddi patri autem, cui tu nihil dicas vitij,
Superbum'st: sed illam spero, vbi hoc cognouerit,
Non posse se mecum esse, abituram denique.
PH. *Quid interea? ibáne ad Bacchidem?* PAR. *cotidie,*
Sed, vt fit, postquam hunc alienum ab sese videt,
Maligna multò, & magis procax facta illico est
PH. *Non edepol mirum* PA. *Atqui ea res multò maxumè*
Disiunxit illum ab illa postquam & ipse sese,
Et illam, & hanc, quae domi erat, cognouit satis.
Ad exemplum ambarum mores earum existimans.
Hac ita vti liberali esse ingenio decet,
Pudens, modesta, incommoda, atque iniurias
Viri omneis ferre, & tegere contumelias.
Hic animus partim vxoris misericordia
Deuictus, partim victus huiusce iniurijs,
Paulatim elapsus'st Bacchidi, atque huic transtulit
Amorem, postquam par ingenium nactus est.
Interea in Imbro moritur cognatus senex
[1] Horunce: ea ad hos redibat lege hereditas.
Eò amantem inuitum Pamphilum extrudit pater.
Reliquit cum matre hîc vxorem: nam senex
Rus abdidit se: huc rarò in vrbem commeat.
PH *Quid adhuc habent infirmitatis nuptiae?*
PA. *Nunc audies.* [2] *primùm dies compluscules*
Bene conueniebat sanè inter eas. interim
Miris modis odisse cœpit Sostratam,
Neque lites vllae inter eas: postulatio
Nunquam. PH. *quid igitur?* PAR. *si quando ad eam accesserat*
Confabulatum, fugere è conspectu illico,
Videre nolle. denique, vbi non quit pati,
Simulat, se à matre accersi ad rem diuinam. abiit.
[2] *Vbi illic dies est complureis, accersi iubet.*
Dixere causam tunc, nescio quam: iterum iubet:
Nemo rem: sit postquam accersunt sapius,
Ægram esse simulant mulierem. nostra illicò
It visere ad eam: admisit nemo. hoc vbi senex
Resciuit, heri ea causa rure huc aduenit,
Patrem continuò conuenit Philumenae.
Quid egerint inter se, nondum etiam scio:
Nisi sanè curae est, quorsum euenturum hoc siet.
Habes omnem rem: pergam, quò cœpi hoc iter.
PH. *Et quidem ego: nam constitui cum quodam hospite*
Me esse illum conuenturam. PA. *dij vortant bene*
Quod agas. PH. *vale.* PAR. *& tu bene vale, Philotium.*

ACT. SECVNDI SCENA I.
LACHES, SOSTRATA.

LA. *PRò deûm atq; hominum fidem, quod hoc genus est, quae haec coniuratio?*
Vt omnes mulieres eadem aequè studeant, nolintque omnia?
Neque declinatam quicquam ab aliarum ingenio vllam reperias?
Itaque adeò vno animo omnes socrus oderunt nurus.
Viris esse aduorsas, aequè studium est, similis pertinacia est.
In eodem omnes mihi videntur ludo doctae ad malitiam: &
Ei ludo si vllus est, magistram hanc esse, satis certò scio.
SO *Me miseram, quae nunc, quamobrem accuser nescio.* LA. *hem*
Tu nescis? SO. *Non, ita me dij bene ament, mi Laches,*
Itaque vnà inter nos agere aetatem liceat. LA. *dij mala prohibeant.*

[1] Sic M.M. & Ant G. si legas: Pudori an ne: hiatus erit, & I longum. *F.F.*
[2] Faer. sese illa.

[1] Sic Bembus. Vulgò Horum.
[2] *F.F.* Vbi ibi est dies. & Ant. G.

SO. *Meq; abs te immeritò esse accusatam, postmodum rescisces.* LA. *scio:*
Te immeritò? an quicquam pro istis factis dignũ te dici potest,
Quæ me, & te, & familiam [1] *dedecorus, filio luctum paras:*
Tum autem, ex amicis inimici vt sint nobis affines, facis:
Qui illum decrerunt dignum, suos cui liberos cõmitterent.
Tu sola exorere, quæ perturbas hæc tua impudentia.
SO. *Egóne?* L. *tu inquam mulier, quæ me omnino lapidem, haud hominem putas.*
An, quia ruri esse crebrò soleo, nescire arbitramini,
Quo quisque pacto hic vltam [2] *vestrorum exigat?*
Multò melius, hic quæ fiunt, quam illic vbi sum assiduè, scio:
Ideo, quia, vt vos mihi domi eritis, proinde ego ero [3] *fama foris.*
Iampridem equidem audiui, cepisse odium tui Philumenam:
Miniméque adeò mirum: & ni id fecisset, magis mirum foret.
Sed non credidi adeò, vt etiam totam hanc odisset domum:
Quod si scisses, illa hic maneret potius, tu hinc isses foras.
At vide, quàm immerito ægritudo hæc oritur mihi abs te, Sostrata.
Rus habitatum abij, concedens vobis, & rei seruiens:
Sumtus n stros, otiúmque, vt nostra res posset pati.
Meo labori haud parcens, præter æquom atque ætatem meam.
Non te pro his curasse rebus, ne quid ægrè esset mihi?
SO. *Non mea opera, neque pol culpa euenit.* LA. *immo maxumè.*
Sola hic fuisti: in te omnis hæret culpa solâ, Sostrata.
Quæ hic erant, curares, cum ego vos solui curis cæteris.
Cum puella anum suscepisse inimicitias non pudet?
Illius dices culpa factum. SO. *haud equidem dico, mi Laches.*
LA. *Gaudeo (ita me dij ament) gnati causa: nam de te quidem,*
Satis scio, peccando detrimenti nihil fieri potest.
SO. *Qui scis, an ea causa, mi vir, me odisse adsimulauerit,*
Vt cum matre vnà plus esset? LA. *quid ais? non signi sat est,*
Quòd heri nemo voluit visentem, ad eam te intrò admittere?
SO. *Enim lassam oppido tum aiebant: eò ad eam non admissa sum.*
LA. *Tuos esse illi mores morbum magis, quàm vllam aliam rem arbitror:*
Et meritò adeò: nam vestrarum nulla est, quin gnatum velit
Ducere vxorem: & quæ vobis placita est, conditio datur:
Vbi duxere impulsu vestro, vestro impulsu eandẽ exigunt.

1 Faer. famil. omnem. 2 pro, vestrum, Antiquè. Int. Faer. vostrarum. 3 An. G. sustulit nomen, fama: quasi adulterinum.

ACT. SECVNDI SCENA II.
PHIDIPPVS, LACHES, SOSTRATA.

PH. *ETsi scio, Philumena, meum ius esse, vt te cogam,*
Quæ ego imperem facere: ego tamen patrio animo victus faciam
Vt tibi concedã, neque tuæ libidini aduorsabor.
LA. [1] *Atque eccum Phidippũ optumè video, hinc iam scibo, quid sit.*
Phidippe, etsi ego meis me omnibus scio esse adprimè obsequentem,
Sed non adeo, vt facilitas mea illorum corrumpat animos:
Quod si tu idem faceres, magis in rem & nostrã, & vestram id esset.
Nunc video in illarum potestate esse te. PH. *eia vero.*
LA. *Adij te heri de filia, vt veni, itidem incertũ amisti.*
Haud ita decet, si perpetuam vis esse adfinitatem hanc,
Celare te iras. si quid est peccatũ à nobis, profer:
Aut ea refellendo, aut purgando vobis, corrigemus,
Te iudice ipso. sin ea est causa retinẽdi apud vos,
Quia ægra est, te mihi iniuriam facere arbitrer, Phidippe:
Si metuis, satis vt mea domi curetur diligenter.
At, ita me dij ament, haud tibi hoc concedo, etsi illi pater es.
Vt tu illam saluam magis velis, quàm ego: id adeò gnati causa,
Quem ego intellexi illam haud minus, quam se ipsum magnificare.
Neque adeo me clam est, quàm esse eum grauiter laturum credam,
Hoc si rescierit. eo domum, studeo hæc prius, quàm ille huc redeat.
PH. *Laches, & diligentiam vestram, & benignitatem*
Noui: &, quæ dicis, omnia esse vt dicis, animum induco:
Et te hoc mihi cupio credere: illam ad vos redire studeo,

1 Sic G. F. Al. ex hoc. H. G. Atque eccum ipsum opt. video: ex hoc, quid fiet, iam scibo.

Si fa-

Si facere possim vllo modo. LA. *quæ res te facere id prohibet?*
Eho, nunquid nam accusat virum? PH. *minimè: nam postquam attendi*
Magis, & vt copi cogere vi rediret, sanctè adiurat,
Non posse apud vos Pamphilo se absente perdurare.
Aliud fortasse alijs vitij est: ego sum animo leni natus:
Non possum aduorsari meis. LA. *hem Sostrata.*
SO. *heu me miseram.*
LA. *Certúmne est isthuc?* PH. *nunc quidem vt videtur: sed nunquid vis?*
Nam est quod me transire ad forum iam oportet. LA. *eo tecum vna.*

ACT. SECVNDI SCENA III.
SOSTRATA.

Depol næ nos sumus mulieres iniquè æquè inuisæ viris,
Propter paucas, quæ omnes faciunt dignæ vt videamur malo.
Nam, ita me dij ament, quod me accusat nunc vir, sum extra noxiam.
Sed non facile est expurgatu: ita animum induxerunt, socrus
Omneis esse iniquas. hæud pol me quidem: nam nunquam secus
Habui illam, ac si ex me esset nata: nec, qui hoc mihi eueniat, scio:
Nisi pol filium multi modis iam exspecto, vt redeat domum.

ACT. TERTII SCENA I.
PAMPHILVS, PARMENO, MYRRHINA.

PA. *NEmini ego plura acerba esse credo ex amore homini vnquam oblata,*
Quam mihi. heu me infelicem! hanccine ego vitam parsi perdere?
Haccine causa ego eram tantopere cupidus redeundi domum? cui
Quanto fuerat præstabilius, vbiuis gentium agere ætatem,
Quàm huc redire? atque, hæc ita esse, miserum me rescíscere?
Nam nos omneis, quibus est alicunde aliquis obiectus labos,
Omne quod est interea tempus, prius quàm id rescitum est, lucro est.
PAR. *At sic, citius qui te expedias his ærumnis,*
reperias.
Si nõ redisses, hæ iræ factæ essent multò ampliores:
Sed nunc aduẽtum tuum ambas, Pamphile, scio, reuerituras.
Rem cognosces: iram expedies: rursum in gratiam restitues.
Leuia sunt, quæ tu pergrauia esse in animum induxti tuum.
PA. *Quid consolare me? an quisquam vsquam gentium est æquè miser?*
Prius, quàm hanc vxorem duxi, habebam alibi animum amori deditum:
Iã in hac re, vt taceam, cuiuis facile scitu, quàm fuerim miser:
Tamen nunquam ausus sum recusare eam, quã mihi obtrudit pater.
Vix me illinc abstraxi, atq; impeditum in ea expediui animum meum:
Vixq; huc contuleram, hem noua res orta est, porro ab hac quæ me abstrahat.
Tum matrem ex ea re, aut me vxorem in culpa inuenturum arbitror:
Quod cum ita esse inuenero, quid restat, nisi porro vt fiam miser?
Nam matris ferre iniurias me, Parmeno, pietas iubet:
Tum vxori obnoxius sum: ita olim suo me ingenio pertulit,
Tot meas iniurias quæ nunquã in vllo patefecit loco.
Sed magnum, nescio quid, necesse est euenisse, Parmeno,
Vnde ira inter eas intercessit, quæ tam permansit diu.
PAR. *Haud quidem hercle parum est, si vis vero veram rationem exequi,*
Non maximas, quæ maximæ sunt interdũ iræ, iniurias
Faciũt: nam sæpe est, quibus in rebus alius ne iratus quidem est,
Cùm de eadem causa est iracundus factus inimicissimus.
Pueri inter sese quàm pro leuibus noxiis iras gerunt?
Quapropter? quia enim, qui eos gubernat animus, infirmum gerunt.
Itidem illæ mulieres sunt fermè, vt pueri, leui sententia:
Fortasse vnum aliquod verbum inter eas iram hanc conciuerit.
PAM. *Abi, Parmeno, intrò, ac me venisse nũcia.*
PAR. *hem, quid hoc est?* PAM. *tace.*
PAR. *Trepidari sentio, cursari rursum prorsum: agedum ad fores*
Accede propius. hem, sensistine? PAM. *noli fabularier.*

1 G.F.m.n. Aliud fortasse alij vitij est.
2 Ita legit G.F.& I.Vv. Sed I.R. ita: ex Don. Ae.n.n.s.m.i h. omnes i.v. Eras. nè ędepol, vult esse extra versum. Faer. Ædepol nę nos sumus iniq.æq.omnes in viris. M.M. Ædeppl nę nos æquè sumus omnes inuisæ viris. P.B. Æd.n.n.s.iniq.ęq. omaino omnes inuis.vir. 3 M.M.B. vbiuis ætatem agere gentium.

1 Faern. Tum matrem ex ea re me, aut vx.
2 Plaut. post. Hoc q.h. paruum est: & Ant. G. Haud qui h. paruum est: F.F. haud q.h. paruũ est: Alij At q.h. paruum, si vis. Faer.

Prô Iuppiter, clamorem audio! PAr. tute loqueris, me vetas?
MYr. Tace obsecro, mea gnata. PAm. matris vox visa est Philumenæ.
Nullius sum. PAr. quid dũ? PA. quia perij. PAr. quãobrem? PAm. nescio, quod magnum malũ
Profecto, Parmeno, me celas. PAr. vxorem Philumenam
Pauitare, nescio quid, dixerunt: id si fortè est, nescio.
PAm. Interij: cur mihi id non dixti? PAr. quia non poteram vnà omnia.
PAm. Quid morbi est? PAr. nescio. PAm. quid? nemon' medicum adduxit? PAr. nescio.
PAm. Cesso hinc ire intrò, vt hoc quamprimum, quicquid est, certùm sciam?
Quónam modo, Philumena mea, nunc te offendam affectam?
Nam si periclum vllum in te est, perijsse me vnà haud dubium est.
PAr. Non vsus facto est mihi nũc, hunc intrò sequi:
Nam inuisos omneis nos esse illis sentio:
Herè nemo voluit Sostratam intro admittere.
Si fortè morbus amplior factus siet,
Quod sanè nolim, maxumè heri causa mei:
Seruom illicò introisse dicent Sostratæ,
Aliquid tulisse comminiscentur mali
Capiti, atq; ætati illorum, morbus quî auctus sit.
Hera in crimen veniet, ego verò in magnum malum.

ACT. TERTII, SCENA II.
SOSTRATA, PARMENO, PAMPHILVS.

SO. NEscio quid iam dudum hic audio tumultuari misera.
Malè metuo, ne Philumenæ magis morbus adgraueſcat:
Quod te Æsculapi, & te Salus, ne quid sit huius, oro.
Nunc ad eam visam. PAr. heus Sostrata. SO. ehem. PAr. iterum istinc excludere.
SO. Ehem Parmeno túne hîc eras? perij, quid faciam, misera?
Non visam vxorem Pamphili, cùm in proxumo hic sit ægra?
PAr. Non visas. nec mittas quidem visendi causa quenquam.
Nam qui amat, cui odio ipsus est, bis facere stultè duco:
Laborem inanem ipsus capit, & illi molestiam affert.
Tũ autem filius[1] tuus introijt videre, vt venit, quid agat.
SO. Quid aũ? an venit Pamphilus? PAr. venit. SO. dijs [2]gratiam habeo.

1 Ita G.F.è man. Vulgò omittebatur, tuus. Faer. Tum filius tuus intr. 2 Sic M.M. cum vulgò esset: diis habeo gratias.

Hem, istoc verbo animus mihi redijt, & cura ex corde excessit.
PAr. Iam ea te causa maxumè huc nunc introire nolo:
Nam si remittent quippiam Philumenæ dolores,
Omnem rem narrabit, scio, continùo sola soli,
Quæ inter vos interuenit, vnde ortum est initiũ ira:
Atque eccum video ipsum egredi: quàm trisiũ est. SO. ô mignate.
PA. Mea mater, salue. SO. gaudeo venisse saluũ, saluán'
Philumena est? PAm. meliuscula est. SO. vtinã istuc ita dij faxint.
Quid tu igitur lacrumas? aut quid es tam trisiũ? PAm. rectè mater.
SO. Quid fuit tumulti? dic mihi: an dolor repẽtè inuasit?
PAm. Ita factum est. SO. quid morbi est? PAm. febris. SO. cotidiana? PAm. ita aiunt.
I sodes intrò, consequar iã te mea mater. SO. fiat.
PAm. Tu pueris curre, Parmeno, obuiam, atque his onera adiuta.
PAr. Quid? non sciunt ipsi viam, domum qua redeant? PAm. cessas?

ACTVS TERTII SCENA III.
PAMPHILVS.

NEqueo mearum rerum initium vllum in uenire idoneum,
Vnde exordiar narrare, quæ nec opinanti accidunt,
Partim quæ perspexi hisce oculis, partim quæ accepi auribus:
Quæ me propter exanimatum citius eduxi foras.
Nam modò intrò me vt corripui timidus, alio suspicans
Morbo me visurum affectam, ac sensi esse, vxorẽ: hei mihi,
Postquam me aspexere ancillæ aduenisse, illico omnes simul
Lætæ exclamant, venit: id quod derepentè aspexerant.
Sed continuo voltum earum sensi immutari omnium,
Quia tam incommodè illis fors obtulerat aduentum meum.
2 Vna illarum interea properè præcucurrit, nuntians
Me venisse: ego eius videndi cupidus, recta consequor.
Postquam introij, extemplo eius morbum cognoui miser.
Nam neque, vt celari posset, tempus spatium vllum dabat:

1 F.F. meliuscule est. 2 Ita G.F.& F.F.è Pris. li. 10. Al. vna illarum fortè interea properè procurrit nuncians. Al. Fortè vna illarũ interea properè præcurrit nuncians.

Neque

Neque voce alia, ac res monebat, ipsa poterat conqueri.
Postquam aspexi, ô facinus indignum inquam: & corripui illicò
Me inde, lacrumans: incredibili re, atque atroci percitus.
Mater consequitur: iam vt limen exirem, ad genua accidit,
Lacrumans misera: misertum est. profectò hoc sic est, vt puto,
OMNIBVS nobis, vt res dant sese, ita magni atque humiles sumus.
Hanc habere orationem mecum à principio 1 *institit:*
O mi Pamphile, abs te quamobrem hæc abierit, causam vides:
Nam vitium est oblatum virgini olim, ab nescio quo improbo.
Nunc huc confugit, te, atque alios partum vt celaret suum.
Sed cùm orata eius reminiscor, nequeo quin lacrumem miser.
Quæque Fors fortuna est, inquit, nobis quæ te hodie obtulit,
Per eam te obsecramus ambæ, si ius, si fas est, vti
Aduorsa eius per te tecta tacitáque apud omnes sient:
Si vnquam erga te animo esse amico sensisti eam, mi Pamphile,
Sine labore hanc gratiam, te, vti sibi des pro illa nunc, rogat:
Cæterum de reducenda id facias, quod in rem sit tuam,
Parturire eam, neque grauidam esse ex te, solus consçius.
Nam aiunt, tecum post duobus concubuisse eam mensibus.
Tum, postquam ad te venit, mensis agitur hic iam septimus:
Quod te scire, ipsa indicat res. nunc si potis est, Pamphile,
Maxumè volo, dóque operam, vt clam partus eueniat patrem,
Atque adeò omneis. sed si fieri id non potest, quin sentiant,
Dicam abortum esse: scio, nemini aliter suspectum fore.
Quin, quod verisimile est, ex te rectè eum natum putent.
Continuò exponetur: hic tibi nihil est quicquam incommodi.
Et illi miseræ indignè factam iniuriam contexeris.
Pollicitus sum, & seruare in eo, certum est, quod dixi, fidem.
Nam de reducenda, id verò neutiquam honestum esse arbitror:
Nec faciam: etsi me amor grauiter, consuetudoq; eius tenet.
Lacrumo, quæ posthac futura est vita, cum in mentem venit
Solitudóque. ô fortuna, vt nunquam perpetuò es bona!
Sed iam prior amor me ad hanc rem exercitatum reddidit.
Quem ego 1 *consilio missum feci, idem nunc huic operam dabo,*
Adest Parmeno cum pueris: hunc minimè est opus
In hac re adesse: nam olim soli credidi,
Ea me abstinuisse, in principio, cùm data est,
Vereor, si clamorem eius hic crebrò 2 *exaudiat,*
Ne parturire 3 *eam intelligat: aliquò mihi est*
Hinc ablegandus, dum parit Philumena.

ACT. TERTII SCENA IIII.
PARMENO, SOSIA, PAMPHILVS.

PA. *Ain' tu tibi hoc incommodũ euenisse iter?*
SO. *Non hercle verbis, Parmeno, dici potest*
4 *Tantùm, quàm re ipsa nauigare incommodum'st.*
Par. Itane est? SO. ô fortunate, nescis quid mali
Præterieris, qui nunquam es ingressus mare.
Nam alias vt omittam miserias, vnam hanc vide:
Dies triginta, aut plus eo, in naui fui,
Cum interea semper mortem exspectabam miser:
Ita vsque aduorsa tempestate vsi sumus.
Par. Odiosum. SO. haud clã me est: denique hercle aufugerim
Potius, quàm redeam, si eò mihi redeundum siet.
P. *Olim quidem te causæ impellebant leues,*
Quod nunc minitare facere, vt faceres, Sosia.
Sed Pamphilum ipsum video stare ante ostium:
Ite intrò: ego hunc adibo, si quid me velit.
Here, 5 *etiam tu hîc stas? PAM. equidem te exspecto. PAR. quid est?*
PAM. In arcem transcurso opus est. PAR. cui homini? PAM. tibi.
PAM. In arcem? quid eò? PAM. Callidemidem hospitem
Myconium, qui mecum vna aduectus'st, conueni.
PAR. Perij: vouisse hunc dicam, si saluos domum
Redisset vnquam, vt me ambulando rumperet.
PAM. Quid cessas? PAR. quid vis nunciem? an conueniam modo?
PAM. Immò, quod constitui me hodie conuenturum eum.

1 Faern. ego tum consil.
2 Faer. audiat.
3 Faer. omittit, eam.
4 F.F.c Non. & aliis: Tantum, quantum.
5 G.F. ita carminis gratia. Pal. etiãnum tu hic stas? Al. etiam tu nunc hîc. Faer. Tu nunc hic stas? Pam. quidem.

Non posse, ne me frustra ille exspectet, volo.
PAR. *At non noui hominis faciem.* PAM. *at faciem vt noueris:*
Magnus, rubicundus, crispus, crassus, casius:
Cadauerosa facie. PAR. *dij illum perduint.*
Quid, si non veniet: maneámne vsque ad vesperum?
PAM. *Maneto: curre.* PAR. *non queo: ita defessus sum.*
PAM. *Ille abijt. quid agam infelix? prorsus nescio*
Quo pacto hoc celem, quod me orauit Myrrhina,
Suæ gnatæ partum: nam me miseret mulieris.
Quod potero faciam, tamen vt pietatem colam.
Nam me parenti potius, quam amori, obsequi
Oportet. atat eccum Phidippum, & patrem
Video: horsum pergunt. quid dicam hisce, incertus sum.

ACT. TERTII SCENA V.
LACHES, PHIDIPPVS, PAMPHILVS.

L. *Dixtin' dudum, dixisse illam, se exspectare filium?*
PH. *Factum.* L. *venisse aiunt: redeat.* PA. *quam causam dicam patri,*
Quamobrem non re ducam, nescio. L. *quem ego hic audiui loqui?*
PA. *Certum obfirmare est viam me, quam decreui persequi.*
L. *Ipsus est, de quo hoc agebam tecum.* PA. *salue, mi pater.*
L. *Gnate mi, salue.* PH. *bene factum, te adueniisse, Pamphile,*
Atque adeò, quod maxumum est, saluom atque validum. PA. *creditur.*
L. *Aduenis modo?* PA. *admodum.* L. *cedò, quid reliquit Phania*
Consobrinus noster? PA. *sanè hercle homo voluptati obsequens*
Fuit, dum vixit: & qui sic sunt, haud multum hæredem iuuant.
Sibi verò hanc laudem 1 *relinquunt: vixit, dum vixit, bene.*
L. *Tum tu igitur nihil attulisti huc plus vna sententia?*
PA. *Quidquid est id, quod reliquit, profuit.* L. *immò obfuit:*
Nam illum viuom & saluom vellem. PA. *impunè optare istuc licet.*
Ille reuiuiscet iam nunquam: & tamen, vtrum malis, scio.
L. *Heri Philumenam ad se accersi hic iussit: dic iussisse te.*
PH. *Noli fodere: iussi.* L. *sed eam iam remittet.* PH. *scilicet.*
PA. *Omnem rem scio, vt sit gesta: adueniens audiui omnia.*
L. *At istos inuidos dij perdant, qui hæc lubenter nuntiant.*

1 Sic I.R. & F.F. & An-G. Vulgò: reliquit.

PA. *Ego me, scio, cauisse, ne vlla meritò contumelia*
Fieri à vobis posset: idque si nunc memorare hic velim,
Quàm fideli animo & benigne in illam & clementi fui,
Verè possim, ni te ex ipsa id magis velim rescisce-re:
Namque eo pacto maxumè apud te meo erit ingenio fides,
Cum illa, quæ nunc in me iniqua est, æqua de me dixerit.
1 *Neque mea culpa hoc discidium euenisse, id testor deos.*
Sed quando esse indignam sese deputat matri meæ,
Cui concedat, cuiúsque mores toleret sua modestia,
Neque alio pacto componi potest inter eas gratia:
Segreganda aut mater à me est, Phidippe, aut Philumena.
Nunc me pietas: matris potius commodum suadet sequi.
PH. *Pamphile, ad aures haud inuito sermo mihi accessit tuus.*
Cum te post putasse omnes res præ parente intelligo.
Verùm vide, ne impulsus ira, prauè insistas, Pamphile.
PA. *Quibus iris impulsus nunc in illam iniquos sim?*
Quæ nunquam quicquam erga me commerita est, pater,
Quod nollem: & sæpe meritam, quod vellem, scio:
Amóque, & laudo, & vehementer desidero:
Nam fuisse erga me miro ingenio, expertus sum,
Illique exopto, vt relliquam vitam exigat
Cum eo viro, me qui sit fortunatior:
Quandoquidem illam à me distrahit necessitas.
PH. 2 *Tibi id in manu est, ne fiat.* L. *si sanus sies,*
Iube illam redire. PA. *non est consilium pater:*
Matris seruibo commodis. L. *quò abis? mane,*
Mane inquàm, quò abis? PH. *quæ hæc est pertinacia?*
L. *Dixine, Phidippe, hanc rem ægrè laturum esse eum?*
Quamobrem 3 *te orabam, vt filiam remitteres.*
PH. *Non credidi edepol, adeò inhumanum fore:*
Ita nunc is sibi me supplicaturum putat?
Si est, vt velit reducere vxorem, licet:
Sin alio est animo, renumeret dotem huc: eat.
L. *Ecce autem, tu quoque proteruè iracundus es.*
PH. *Percontumax rediisti huc nobis, Pamphile.*
L. *Decedet iam ira hæc: etsi meritò iratus est.*
PH. *Quia paululum vobis accessit pecuniæ,*

1 Ita G.F. ex interpretum commentariis. M.M. Neque c.h.m.e.d. Alij: N.c h.e.d.mea.
2 I.R. Tibi in manu est ne fiat. L. si sanus es satis. vel: si sanus sies. Ex vet. & Int.
3 G.F. tecum orabam.

Sublati

Sublati animi 1 sunt. LA. etiam mecum litigas?
PH. Deliberet, renuncietq; hodie mihi,
Velitne, an non: vt alij, si huic non sit, siet.
LA. Phidippe, ades, audi paucis. abiit: quid mea?
Postremò inter se transigant ipsi, vt lubet:
Quando nec gnatus neque hic, mihi quicquam obtemperant:
Quæ dico, paruipendunt. porto hoc iurgium ad
Vxorem: cuius hæc fiunt consilio omnia:
Atque in eam hoc omne, quod mihi ægrè est, euomam.

ACTVS QVARTI SCENA I.
MYRRHINA, PHIDIPPVS.

M. PErij, quid agam? quò me vortam? quid viro meo respondebo
Misera? nam audisse vocem pueri vagientis visus est:
Ita corripuit derepente tacitus sese ad filiam:
Quod si rescierit, peperisse eam, id qua causa clàm me habuisse
Dicam, non edepol scio.
Sed ostium concrepuit: credo, ipsum ad me exire: nulla sum.
P. Vxor vbi me ad filiam ire sensit, se duxit foras:
Atque eccam video. quid agis Myrrhina? heus tibi dico. MYR. mihine mi vir?
PH. Vir ego tuus sum? 2 tu virum me, aut hominem deputas adeo esse?
Nam si vtrumuis horum, mulier, vnquam tibi visus forem,
Non sic ludibrio tuis factis habitus essem. Myr. quibus? PH. at rogas?
Peperit filia? hem, taces? ex quo? Myr. istuc patrem rogare est æquom?
Perij: ex quo censes, nisi ex illo, cui data est nuptum obsecro?
PH. Credo: neque adeò arbitrari patris est aliter. sed demiror,
Quid sit, quamobrē tantopere 3 hunc omnes nos celare 4 volueris
Partum, præsertim cum & rectè, & tempore suo pepererit.
Adeóne peruicaci esse animo, vt puerum præoptares perire,
Ex quo firmiorem inter nos fore amicitiam posthac scires,
Potius, quàm aduorsum animi tui libidinem esset cum illo nupta?
Ego etiam illorum esse hanc culpam credidi, quæ te est penes.
My. Misera sum. PH. vtinam sciam ita esse istuc. sed nunc mihi in mentem venit,

1 Sic I.R. ex man. & ver. & Non. Vulgò: adsunt.
2 Antiqua. Túne virum me aut hominem. Sed illud: tu vir. me, &c. ad stomachum aptius & magis virile. G.F. 3 hunc: omittit Facr.
4 Aliqui: volueritis. G.F.

De hac re quod locuta es olim, cum illum generum cepimus.
Nam negabas, nuptam filiam tuam posse te pati
Cum eo, qui meretricem amaret, qui pernoctaret foris.
Myr. Quamuis causam hanc suspicari, quam ipsam veram, mauolo.
PH. Multo prius sciui, quam tu, illum habere amicam, Myrrhina:
Verum id vitium nunquam decreui esse ego adolescentiæ:
Nam id omnibus innatum est. at pol iam 1 aderit, se quoque etiam cùm oderit.
Sed vt olim te ostendisti? 2 eadem esse nihil cessasti vsque adhuc,
Vt filiam ab eo abduceres: neu, quod ego egissem, esset ratum.
Id nunc res indicium hæc facit, quo pacto factum volueris.
My. Adeon' me esse peruicacem censes, cui mater siem,
Vt eo essem animo, si ex vsu esset nostro hoc matrimonium?
PH. Tun' prospicere, aut iudicare, nostram in rem quod sit, potes?
Audisti ex aliquo fortasse, qui vidisse eum diceret
Exeuntem, aut introeuntem ad amicam: quid tum postea,
Si modestè ac rarò hoc fecit? nónne ea dissimulare nos
Magis humanum est; quàm dare operam, id scire, qui nos oderit?
Nam si is posset ab ea sese derepente auellere,
Qui cum tot consuesset annos; non eum hominem ducerem,
Nec virum satis firmum gnatæ. Myr. mitte adolescentem obsecro;
Et quæ me pecasse ais: abi, solum solus conueni:
Roga, velitne, an non vxorem: si est, vt dicat velle se,
Redde: sin est autem, vt nolit, rectè, consului meæ.
PH. Siquidem ille ipse non vult, & tu sensti esse in eo, Myrrhina,
Peccatum: aderam, cuius consilio fuerat ea par prospici.
Quamobrem incendor ira, esse ausam facere hæc iussu meo:
Interdicone extulisse extra ædes puerum, vsquam velis.
Sed ego stultior, meis dictis parere hanc qui postulem.
Ibo intrò, atque edicam seruis, ne quoquam efferri sinant.
Myr. Nullam pol credo mulierem me miseriorem viuere:
Nam vt hic laturus hoc sit, si ipsam rem, vt siet, resciuerit,

1 In antiq aderit tempus.
2 Plant. te ost. eandem esse. nihil.

Non edepol clam me est, cùm hoc, quod leuius
est, tam animo iracundo tulit:
Nec, qua via, sententia eius possit mutari, scio.
Hoc mihi vnum ex plurimis miserijs relliquum
fuerat malum,
Si, puerum vt tollam, cogit, cuius nos qui sit ne-
scimus pater:
Nam cùm compressa est gnata, forma in tenebris
nosci non quita est:
Neque detractum ei tum quicquam est, qui post
possit noscier, qui siet:
Ipse eripuit vi, in digito quem habuit: virgini
abiens anulum:
Simul vereor Pamphilum, ne orata nostra ne-
queat diutius
Celare, cum sciet alienum puerum tolli pro suo.

ACTVS QVARTI SCENA II.
SOSTRATA, PAMPHILVS.

SO. *NOn clam me est, gnate mi, tibi me esse*
suspectam, vxorem tuam
Propter meos mores hinc abisse: etsi ea dissimu-
las sedulò:
Verum ita me dij ament, itaque obtingant ex te,
quæ exopto, mihi,
Vt nunquam sciens commerui, meritò vt caperet
odium illa mei:
Téque antè quàm me amare rebar, ei rei firma-
sti fidem:
Nam mihi intus tuus pater narrauit modò, quo
pacto me habueris
Præpositam amori tuo: nunc tibi me certum est
contrà gratiam
Referre: vt apud me præmium esse positum pie-
tatis scias.
1 Mi Pamphile, hoc & vobis, & meæ commodum
famæ arbitror:
Ego vos abituram hinc cum tuo me esse, certò
decreui, patre,
Ne mea præsentia obstet, neu causa vlla restet
reliqua,
Quin tua Philumena ad te redeat. PAM. *quæso*
quid istuc consilij est?
Illius stultitia victa, ex vrbe turus habitatum
migres?
Haud facies: neque sinam, vt qui nobis, mater,
maledictum velis,
Mea pertinacia dicat esse factum, haud tua
modestia.
Tum tuas amicas te, & cognatas deserere, &
festos dies
Mea causa, nolo. SO. *2 nihil pol iã isthæc res mi-*
hi voluptatis ferunt:
Dum ætas, tempus tulit, perfuncta satis sum: sa-
tias iam tenet
Studiorum istorum: hæc mihi nunc cura est ma-
xuma, vt ne cui mea
Longinquitas ætatis obstet, mortémve exspectet
meam.
Hic video me esse inuisam immeritò: tempus est
concedere:
Sic optume, vt ego opinor, omneis causas prati-
dam omnibus:
Et me hac suspicione exsoluam, & illis morem
gessero.
Sine me obsecro hoc effugere, volgus quod malè
audit mulierum.
PA. *Quàm fortunatus cæteris sum rebus, 1 absq;*
vna hæc foret,
Hanc matrem habens talem, illam autem vxo-
rem. SO. *obsecro mi Pamphile,*
Non tute incommodam rem, vt quæque est, in a-
nimum inducas pati.
Si cætera sunt ita, vt tu vis, itáque vt esse ego
illa existimo,
Mi gnate, da veniam hanc mihi, reduc illam.
PA. *væ misero mihi.*
SO. *Et mihi quidem: nam hæc res non minus me*
malè habet, quàm te, gnate mi.

ACTVS QVARTI SCENA III.
LACHES, SOSTRATA, PAMPHILVS.

LA. *QVem cum isthoc sermonem habueris,*
procul hinc stans accepi, vxor:
Isthuc est sapere, qui, vbicunque opus sit, ani-
mum possis flectere,
Quod faciundum sit post fortasse, idem hoc nunc
si feceris.
SO. *Fors fuat pol.* LA. *abi rus ergo hinc: ibi ego*
te, & tu me feres.
SO. *Spero ecastor.* LA. *i ergo intrò, & compone,*
quæ simul tecum
Ferantur: dixi. SO. *ita vt iubes, faciam.* PAM.
Pater.
LA. *Quid vis, Pamphile?* PAM. *hinc abire ma-*
trem? minimè. LA. *quid ita istuc vis?*
PAM. *Quia de vxore incertus sum etiam, quid*
sim facturus. LA. *quid est?*
2 Quid vis facere, nisi reducere? PAM. *equidem*
cupio, & vix contineo:
Sed non minuam meum consilium: ex vsu quod
est, id persequar.
3 Credo ea gratia concordes magis si non redu-
cam, fore.
LA. *Nescias: verum tua refert nihil, vtrum illa*
fecerint,
Quando hæc aberit. odiosa hæc est ætas adole-
scentulis:

1 J. R. è man. sic legit. Alibi ita: M. P. h. vobis & m. c. f esse arbitror.

2 Sic G. F. Sed J. R. è man. Nihil pol iam mihi. Al. nihil iam mihi isthæc res.

1 Duplex lectio: Absque vna hæc foret: vt absque sit aduerbium. Vel: absque vna hac foret: vt sit præpositio. G. F.

2 Plant. quid vis? nisi reducere? P. M. M. & Ant. Gou. 3 M. M. Credo, s. n. r. e. g. c. magis fore.

E medio

E medio æquòm excedere est: postremò nos iam fabulæ
Sumus Pamphile, senex atque anus.
Sed video Phidippum per tempus egredi: accedamus.

ACT. QVARTI SCENA IIII.
PHIDIPPVS, LACHES, PAMPHILVS.

PH. *Tibi quoque edepol sum iratus, Philumena,*
Grauiter quidem: nam hercle abs te factum est turpiter:
Et si tibi causa est de hac re: mater te impulit:
Huic verò nulla est. LA. *opportunè te mihi,*
Phidippe, in ipso tempore ostendis. PH. *quid est?*
PA. *Quid respondebo his? aut quo pacto hoc operiam?*
LA. *Dic filiæ rus concessuram hinc Sostratam:*
Ne reuereatur, minus iam quò redeat domum.
PH. *ah,*
Nullam de his rebus culpam commeruit tua:
A Myrrhinæ hæc sunt mea vxore exorta omnia:
1 Mutatio sit: ea nos perturbat, Laches.
PA. *Dum ne reducam, turbent porro, quàm velint.*
PH. *Ego, Pamphile, esse inter nos, si fieri potest,*
Affinitatem hanc sanè perpetuam volo:
Sin est, vt aliter tua siet sententia,
Accipias puerum. PA. *sensit peperisse: occidi.*
L. *Puerum? quem puerum?* PH. *natus est nobis nepos:*
Nam abducta à vobis prægnans fuerat filia,
Neque fuisse prægnantem vnquam ante hunc sciui diem.
L. *Bene, ita me dij ament, nuncias: & gaudeo,*
Natum illum, & tibi illam saluam: sed quid mulieris
Vxorem habes? aut quibus moratam moribus?
Nósne hoc celatos tandiu? nequeo satis,
Quàm hoc mihi videtur factum prauè, proloqui.
PH. *Non tibi illud factum minus placet, quàm mihi, Laches.*
PA. *Etsi iamdudum fuerat ambiguum hoc mihi,*
Nunc non est, cùm eam iam consequitur alienus puer.
L. *Nulla tibi, Pamphile, hic iam consultatio est?*
PA. *Perij.* L. *hunc videre sæpe optabamus diem,*
Cùm ex te esset aliquis, qui te appellaret patrem:
Euenit: habeo gratiam dijs. PA. *nullus sum.*
L. *Reduc vxorem, ac noli aduorsari mihi.*
PA. *pater, si illa ex me liberos vellet sibi,*
Aut se esse mecum nuptam, satis certò scio,
Non me clam haberet, quæ celasse intellego.
Nunc cum eius alienum à me esse animum sentiam,
Nec conuenturum inter nos posthac arbitror:

1 Plant. post. editio tribuit Pamphilo: Mutatio fit. Phid. ea vos perturb.

Quamobrem reducam? L. *mater quod suasit sua,*
Adolescens mulier fecit: mirandúmne id est?
Censen' te posse reperire vllam mulierem,
Quæ careat culpa? an quia non delinquunt viri?
PH. *Vosmet videte iam, Lache, & tu Pamphile,*
Remissam opus sit vobis, an reductam domum:
Vxor quid faciat, in manu non est mea:
Neutra in re vobis difficultas à me erit.
Sed quid faciemus puero? L. *ridicule, rogas.*
Quicquid futurum est, huic reddas. suum scilicet,
Vt alamus nostrum. PA. *quem? ipsa neglexit, pater,*
Ego alam? L. *quid dixti? eho an non alem', Pamphile?*
Prodemus quæso potius? quæ hæc amentia est?
Enimuero prorsus iam tacere non queo.
Nam cogis ea, quæ nolo, vt præsente hoc loquar.
Ignarum censes tuarum lacrumarum esse me?
Aut quid sit id, quod solicitere ad hunc modum?
Primùm, hanc vbi dixti causam, te propter tuam
Matrem non posse habere hanc vxorem domi,
Pollicita est ea, se concessuram ex ædibus
Nunc, postquam ademtam hanc quoq; tibi causam vides,
Puer quia clam te est natus, nactus alteram es.
Erras, tui animi si me esse ignarum putas:
Aliquando tandem huc animum vt 2 abducas tuum.
Quam longum spatium amandi amicam tibi dedi?
Sumtus quos feciſti in eam, quàm animo æquo tuli?
Egi, atque oraui tecum, vxorem vt duceres:
Tempus dixi esse: impulsu duxisti meo.
Quæ tum, obsecutus mihi feciſti, vt decuerat.
Nunc animum rursum ad meretricem induxti tuum.
Cui tu obsecutus, facis huic adeò iniuriam.
Nam in eandem vitam te reuolutum denuo
Video esse. PA. *méne?* LA. *te ipsum, & facis iniuriam,*
Cùm fingis falsas causas ad discordiam,
Vt cum illa viuas, testem hanc cum abs te amoueris:
Sensitq; adeò vxor: nam ei causa alia quæ fuit
Quamobrem abs te abiret? PH. *planè hic diuinat: nam id est.*
PA. *Dabo iusiurandum, nihil esse istorum, tibi.* L. *ah,*
Reduc vxorem: aut quamobrē non opus sit, cedo.
PA. *Non est nunc tempus.* LA. *puerum accipias: nam is quidem*
In culpa non est. pòst de matre videro.
PA. *Omnibus modis miser sum: nec, quid agam,*

1 Alij: ipse. vtrumque legit Int. Faer. tamen mauult: ipse: vt alius quidam pater pueri intelligatur. 2 sà Bacchide ad vxorem. Ita Don. vel Int. I.R. in vet. & man. inuenit etiam: adducas. F.F. & M.M. adiungas G.F. è Vvert. Al. t. volo huc animum vt adducas tuum.

scio:
Tot nunc me rebus miserum concludit pater:
Abibo hinc, præsens quando promoueo parum.
Nam puerum credo iniussu non tollent meo:
Præsertim in ea re cùm sit mihi adiutrix socrus.
LA. Fugis? hem, nec quicquam certi respondes mihi?
Num tibi videtur esse apud sese? sine:
Puerum, Phidippe, mihi cedò, ego alam. PH. maxumè.
Non mirum fecit vxor mea, si hoc ægrè tulit:
Amaræ mulieres sunt, non facilè hæc ferunt,
Propterea hæc ira est: nam ipsa narrauit mihi:
Id ego hoc præsente tibi 1 nolebam dicere:
Neque illi credebam primo: nunc vero palàm est.
Nam omninò abhorrere animum huic video à nuptiis.
LA. Quid ergo agam, Phidippe? quid das consilij?
PH. Quid agas? meretricem hanc primùm adeũdam censeo:
Oremus: accusemus grauius: denique
Minitemur, si cum illo habuerit rem postea.
LA. Faciam, vt mones. eho puer, curre ad Bacchidem hanc
Vicinam nostram: huc euoca verbis meis,
Et te oro porrò, in hac re adiutor sis mihi. PH. ah
Iamdudum dixi, itidémque nunc dico, Lache,
Manere affinitatem hanc inter nos volo,
Si vllo modo est, vt possit, quod spero fore:
Sed visne adesse me vnà, dum istam conuenis?
LA. Immò verò abi, aliquam puero nutricẽ para.

ACTVS QVINTI SCENA I.

BACCHIS, LACHES.

BAC. NOn hoc de nihilo est, quòd Laches nunc me conuentam esse expetit.
Nec pol me multùm fallit, quin, quod suspicor, sit, quod velit.
LA. Videndum est, ne minus propter iram hanc impetrem, quam possiem:
Aut ne quid faciam plus, 2 quod me post minus fecisse satius sit.
Aggrediar. Bacchis, salue.
BA. Salue, Laches. LA. credo edepol, te nonnihil mirari, Bacchis:
Quid sit, quapropter te huc foras puerum euocare iussi.
BAC. Ego pol quoque etiam timida sum, cum venit mihi in mentem, quæ sim,
Ne nomen mihi quæstus obstet: nam mores facile tutor.
LA. Si vera dicis, nihil tibi est à me pericli, mulier.
Nam iam ætate ea sum, vt non siet peccato mihi ignosci æquom:
Quo magis omneis res cautius, ne temerè faciam, accuro.
Nam si id nũc facis, facturáve es, bonas quod par est facere?
Inscitum offerre iniuriam tibi: immerenti iniquom est.
BA. Est magna ecastor gratia, de istac rè quam tibi habeam.
Nam qui post factam iniuriam se expurget, parum mihi prosit.
Sed quid istuc est? LA. meum receptas filium ad te Pamphilum. BAC. ah.
LA. Sine dicam: vxorem prius quàm hanc duxit, vostrum amorem pertuli:
Mane. nondum etiam dixi id, quod volui. hic nunc vxorem habet:
Quare alium tibi firmiorem 1 amicum, dum tempus consulendi est.
Nam neque ille hoc animo erit ætatem, neque pol eadem ista ætate tu.
BA. Quis id ait? LA. socrus. BA. mène? LA. te ipsam & filiam abduxit suam:
Puerúmque ob eam rem clàm voluit, natus qui est, extinguere.
BA. Aliud si scirẽ, qui firmare meam apud vos possem fidem,
Sanctius, quàm iusiurandum, id pollicerer tibi, Laches:
Me segregatum habuisse, vxorem vt duxit, à me Pamphilum.
LA. Lepida es. sed scin', quid volo potius sodes facias? BA. quid vis? cedo.
LA. Eas ad mulieres huc intro, atque istuc iusiurandum idem
Polliceare illis: exple animum 2 hu, téque hoc crimine expedi.
BA. Faciam: quod pol, si esset alia ex hoc quæstu, haud faceret, scio,
Vt de tali causa nuptæ mulieri se ostenderet.
3 Sed esse falsa fama nolo gnatum suspectum tuum:
Nec leuiorem vobis, quibus est minimè æquom, viderier
Immeritò: nam meritus de me est, quod queam, illi vt commodem.
LA. Facilem, beneuolúmque lingua tua iam tibi me reddidit:
Nam non sunt solæ arbitratæ hæ: ego quoque hoc etiam credidi.
Nunc, cùm ego te esse præter nostram opinionem comperi:
Fac eadem vt sis porrò: nostra vtère amicitia, vt voles.
Aliter si facis: sed reprimam me, ne ægrè quicquam ex me audias.
Verùm te hoc moneo vnum, qualis sim amicus aut quid possiem,
Potius quàm inimicus, periclum facias. BA. fa-

1 Faer. nolueram. I. R. è man. volueram. Alij: volebam.
2 Sic I. R. ex Interp. & aliis. Vulgò: quod post me non feciſſe, ſatius ſit.
1 G. F. Sunt qui omittunt, amicum & transponunt verba. M. M. Q. a. f. d. c. t. e. Faer. Q. a. t. f. d. tibi t. c. e.
2 Faer. iis. 3 Sed n. f. f. e. g. Faer. minus grauem: minus honore dignum. Int.

cias

ciam sedulò.

ACTVS QVINTI SCENA II. PHIDIPPVS, LACHES, BACCHIS.

PH. *Nihil apud me tibi deferi patiar: quin, quod opus sit,*
Benignè præbeatur.
Sed cùm tu satura, atque ebria eris, puer vt satur sit, facito.
LA. *Noster socer, video, venit: puero nutricem adduxit.*
Phidippe, Bacchis deierat persanctè. PH. haccine ea est? LA. hæc est.
PH. *Nec pol istæ metuunt deos: neque has respicere deos opinor.*
BA. *Ancillas dedo: [1] quo lubet cruciatu per me exquire.*
Hæc res hîc agitur: Pamphilo me facere, vt redeat vxor,
Oportet: quod si perficio, non pœnitet me famæ,
Solam fecisse id, quod aliæ meretrices facere fugitant.
LA. *Phidippe, nostras mulieres suspectas [2] fuisse falsò*
Nobis, in re ipsa inuenimus: porro hanc nunc experiamur. nam si
Comperit crimini tua se falso vxor credidisse,
Missam iram faciet: sin autem est ob eam rem iratus gnatus,
Quod peperit vxor clam, id leue est: cito ab eo hæc tra abscedet.
Profecto in hac re nihil mali est, quod sit discidio dignum.
PH. *Velim quidem hercle. LA. exquire: adest: quod satis sit, [3] faciet. BA. faciam.*
PH. *Quid istuc mihi narras? an quia non tute ipse audisti dudum,*
De hac re animus meus vt sit, Laches? illis modo explete animum.
LA. *Quæso edepol, Bacchis, quod mihi es pollicita, tute vt serues.*
BA. *Ob eam rem vin' ergo introeam? LA. i, atque exple animum his, vt credant.*
BA. *Eo: etsi scio pol, his fore meum conspectum inuisum hodie:*
Nam nupta meretrici hostis est, à viro vbi segregata est.
LA. *At hæ amicæ erunt, vbi, quamobrem adueneris, resciscent.*
PH. *At easdem amicas fore tibi promitto, rem vbi cognorint:*
Nam illas errore, & te simul suspicione exsolues.
BA. *Perij, pudet Philumenæ: sequimini me intro huc ambæ.*
LA. *Quid est, quod mihi malim, quàm quod huic intelligo euenire,*
Vt gratiam ineat sine sumptu dispendio, & mihi vnà prosit?
Nam si est, vt hæc nunc Pamphilum verè ab se segregarit,
Scit sibi nobilitatem ex eo, & rem natam, & gloriam esse,
Referétque gratiam ei, vnáque nos sibi opera amicos iunget.

[1] Al. quolibet.
[2] Alij sustulerunt verbum: fuisse: Alij vocem: falsò. Alij aliter. An. Gou. & M.M. & F.F.
[3] Faer. Faciet ipsa. Bacchidis responso omisso.

ACTVS QVINTI SCENA III. PARMENO, BACCHIS.

PAR. *Edepol næ meam herus esse operam deputat parui pretî,*
Qui ob rem nullam misit: frustrà vbi totum desedi diem,
Myconium hospitem dum exspecto in arce Callidemidem:
Itaque ineptus hodie dum [1] illi sedeo, vt quisque venerat,
Accedebam: adolescens, dic dum quæso, estu Myconius?
Non sum. at Callidemides? non. hospitem ecquem Pamphilum
Hîc habes? omnes negabant: neque [2] enim quenquam esse arbitror.
Denique hercle iam pudebat: abij. sed quid Bacchidem
Ab nostro affine exeuntem video? quid huic hic est rei?
BA. *Parmeno, opportunè te offers, properè curre ad Pamphilum.*
PA. *Quid eò? BA. dic me orare, vt veniat. PA. ad te? BA. immò ad Philumenam.*
PA. *Quid rei est? BA.* TVA QVOD *nihil refert, percontari desinas.*
PA. *Nil aliud dicam? BA. etiam, cognosse auulum illum Myrrhinam,*
Gnatæ suæ fuisse, quem ipsius olim mihi dederat.
PA. *scio.*
Tantúmne est? BA. tantum: aderit continuò, hæc vbi ex te audiuerit.
Sed cessas? PA. minimè equidem: nam hodie mihi potestas haud data est:
Ita cursando, atque ambulando totum hunc contriui diem.
RA. *Quantam obtuli aduentu meo lætitiam Pamphilo hodie!*
Quot commodas res attuli! quot autem ademi curas!
Gnatum ei restituo, qui planè harum ipsiúsque opera periit:
Vxorem, quam nunquam est ratus posthac se habiturum, reddo:
Quare suspectus suo patri, & Phidippo fuit, exsolui.
Hic adeo his rebus anulus fuit initium inueniundis.

[1] Sic L R. pro illic & Bemb. dial. fab. Ter.
[2] Faer. neque eum.

Nam memini, ab hinc menſes decem ferè ad me nocte prima
Confugere anhelantem domum, ſine comite, vini plenum
Cum hoc anulo: extimui illicò: mi Pamphile, inquam, amábo,
Quid exanimatus es obſecro? aut vnde anulum iſtum nactus?
Dic mihi: ille alias res agere ſe ſimulare poſtquam id video,
Neſcio quid ſuſpicarier magis cœpi, inſtare vt dicat,
Homo ſe fatetur vi, in via, virginẽ, neſcio quam, compreſſiſſe.
Dicitq; ſeſe illi anulum, dum luctat, detraxiſſe:
Eum hæc cognouit Myrrhina in digito modò me habentem:
Rogat, vnde ſit: narro omnia. hæc inde eſt cognitio facta,
Philumenam eſſe compreſſam ab eo, & filium inde hunc natum.
Hæc tot propter me gaudia illi contigiſſe lætor:
Etſi hoc meretrices aliæ nolunt: neque enim eſt in rem noſtram,
Vt quiſquam amator nuptiis lætetur. verùm ecaſtor
Nunquam animum quæſti gratia ad malas adducam partes.
Ego, dum illo licitum eſt, vſus ſum benigno, & lepido, & comi.
Incommode mihi nuptiis euenit: factum fateor:
At pol mè feciſſe arbitror, ne id merito mihi eueniret.
MVLTA EX QVO fuerint commoda, eius incommoda æquom eſt ferre.

PAm. Egóne, qui ab Orco mortuum mẽ reducem in lucem feceris,
Sinam ſine munere à me abire? ah nimium me ingratum putas.
Sed Bacchidem eccam video ſtare ante oſtium:
Me expectat credo: adibo. BA. ſalue, Pamphile.
PAm. O Bacchis, ó mea Bacchis, ſeruatrix mea.
BA. Bene factum, & volup' eſt. PAm factis, vt credam, fatis:
Antiquámque adeo tuam venuſtatem obtines,
Vt voluptati obitus, ſermo, aduentus tuus, quocunque aduenieris,
Semper ſiet. BA. at tu ecaſtor morem antiquom, atque ingenium obtines,
Vt vnus 1 hominum homo te viuat nunquam quiſquam blandior.
PAm. Ha ha, hæ, tun' mihi iſtuc? BA. rectè amaſti, Pamphile, vxorem tuam:
Nam nunquam ante hunc diem meis oculis eam, quòd noſſem, videram:
Perliberalis viſa eſt. PA. dic verum. BA. ita me dij ament, Pamphile.
PAm. Dic mihi harum rerum nũquid dixti iam patri? BA. nihil. PAm. neque opus eſt:
Adeò mutito: placet non fieri hoc itidem, vt in Comœdiis,
Omnia vbi omnes reſciſcunt: hîc quos par fuerat, reſciſcere.
Sciunt, quos non autem ſcire 2 æquom eſt, neque reſciſcunt, neque ſcient.
BA. Immò etiam qui hoc occultari facilius credas, dabo:
Myrrhina ita Phidippo dixit, iuriiurando meo
Se fidem habuiſſe, & propterea te ſibi purgatum.
PAm. optumè eſt:
Speróque hanc rem eſſe euenturam nobis ex ſententia.
PAR. Here. licétne ſcire ex te, hodie quid ſit, quod feci boni?
Aut quid iſthuc eſt, quod vos agitis? PAm nõ licet.
PAR. tamen ſuſpicor.
Egóne hunc ab Orco mortuum? quo pacto? PAm. neſcis Parmeno,
Quantum hodie profueris mihi, & exquanta ærumna me extraxeris.
PAR. Immò verò ſcio, nec hoc imprudens feci.
PAm. ego iſtuc ſatis ſcio.
PAR. 3 An temerè quicquam Parmenonem prætereat, quod facto vſus ſit?
PA. Sequere me intrò, Parmeno. PAR. ſequor: equidem plus hodie boni
4 Feci imprudens, quam ſciens ante hunc diem vnquam.

ACT. QVINTI SCENA IIII. PAMPHILVS, PARMENO, BACCHIS.

PAM. VIde, mi Parmeno, etiam ſodes, vt mihi hæc certa & clara attuleris:
Ne me in breue hoc conijcias tempus, gaudio hoc falſo frui.
PAR. Visũ eſt. PAM. certon'? PAR. certè. PAM. deus ſum, ſi hoc ita eſt. PAR. verum reperies.
PAM. Manedum ſodes: timeo, ne aliud credam, atque aliud nunties.
PAR. Maneo. PAM. ſic te dixiſſe opinor: inueniſſe Myrrhinam,
Bacchidem anulum ſuum habere. PAR. factum, PAM. eum, quem olim ei dedi.
Eáque hoc te mihi nuntiare iuſſit. itáne eſt factum? PAR. ita inquam.
PAM. Quis me eſt fortunatior? venuſtatiſque adeò plenior?
Egóne te pro hoc nuntio quid donem? quid? quid? neſcio.
PAR. At ego ſcio. PAm. quid? PAR. nihil enim.
Nam neque in nuncio, neque in meipſo, tibi quid ſit boni, ſcio.

PLAVDITE.

1 Faer. Vt vnus omnium homo.
2 æquom eſt ſcire, neque reſciſcent, neque ſcient.
3 Faer. Parmeno prætereat: & tribuit verba Pamphilo. 4 E Plauto Capt. M. B. ſic legendum cenſet: Feci imp. q. ſ. a. h. d. vnquam. Vos valete & plaudite.

PVB. TERENTII
PHORMIO.

FABVLAE INTERLOCVTORES.

PHORMIO *parasitus,*
DEMIPHO *senex,*
ANTIPHO *adolescens,*
GETA *seruus,*
DORIO *leno,*
CHREMES *senex,*
PHÆDRIA *adolescens,*
DAVVS *seruus.*
SOPHRONA *nutrix,*
NAVSISTRATA *matrona,*
HEGIO,
CRATINVS, *aduocati.*
CRITO.

ACTA LVDIS ROMANIS, L. POSTVMIO ALBINO, L. CORNELIO MERVLA ÆDIL. CVR. EGERE L. AMBIVIVS TVRPIO, L. ATTILIVS PRÆNESTINVS. MODOS FECIT FLACCVS CLAVDI. TIBIIS IMPARIB. TOTA GRÆCA APOLLODORV. EPIDICAZOMENOS. FACTA QVART. CN. FANNIO, M. VALERIO COSS.

PROLOGVS.

POSTQVAM *poëta vetus poëtam non potest*
Retrahere ab studio, & transdere hominem in otium,
Maledictis deterrere, ne scribat, parat:
Qui ita dictitat, quas antehac fecit fabulas,
Tenui esse oratione, & scriptura leui.
Quia [1] *nusquam, insanum scripsit adolescentulum,*
Ceruam videre, fugere, sectari canes,
Et eam plorare, orare, vt subueniat sibi.
Quòd si intelligeret, cùm stetit olim noua,
Actoris opera magis stetisse, quàm sua:
Minus multò audacter, quàm nũc ladit, laderet:
Et magis placerent, quas fecisset fabulas.
Nunc si quis est, qui hoc dicat, aut sic cogitet:
Vetus si poëta non lacessisset prior,
Nullum inuenire prologum potuisset nouus:
Quem diceret, nisi haberet, cui malediceret:
Is sibi responsum hoc habeat, in medio omnibus
Palmam esse positam, qui artem tractant musicam.
Ille ad famem hunc ab studio studuit reiicere:
Hic respondere voluit: non lacessere.
Benedictis si certasset, audisset bene,
Quod ab ipso allatum est sibi esse id vellatum putet.
De illo iam finem faciam dicendi mihi,
Peccandi cùm ipse de se finem non facit.
Nunc quid velim, animum attendite: apporto nouam
Epidicazomenon quam vocant comœdiam
Graci, Latini Phormionem nominant:
Quia primas parteis qui aget, is erit Phormio
Parasitus, per quem res geretur maxumè,
Voluntas vostra si ad poëtam accesserit.
Date operam, adeste æquo animo, per silentium:
Ne simili vtamur fortuna, atque vsi sumus,
Cùm per tumultum noster grex motus loco est:
Quem actoris virtus nobis restituit locum,
Bonitasq; vostra adiutans, atq; æquanimitas.

[1] M.M. Quia nusquam scripsit insanum adoles. Alij pro scripsit. legunt. Fecit. G.F.

ACTVS PRIMI SCENA I.
DAVVS.

AMicus summus meus, & popularis Geta
Heri ad me venit: erat ei de ratiuncula
Iam pridem apud me relliquum pauxillulum
Nummorum: id vt conficerem. confeci: affero.
Nam herilem filium eius duxisse audio
Vxorem: ei credo munus hoc conraditur.
Quàm iniquè comparatum est, hi, qui minus habent,
Vt semper aliquid addant diuitioribus?
Quod ille vnciatim, vix de demenso suo,
Suum defraudans genium, comparsit miser,
Id illa vniuersum abripiet, haud existumans
Quanto labore partum. porrò autem Geta
Ferietur alio munere, vbi hera pepererit:
Porro alio autem, vbi erit puero natalis dies:
Vbi initiabunt: omne hoc mater auferet:
Puer causa erit mittundi. sed videon' Getam?

ACTVS PRIMI SCENA II.
GETA, DAVVS.

GE. SI *quis me quæret ruffus.* D. *præstò est, desine.* GE. *oh,*
At ego obuiam conabar tibi, Daue. D. *accipehem:*
Lectum est: conueniet numerus, quantum debui.
G. *Amo te, & non neglexisse, habeo gratiam.*
D. *Præsertim vt nunc sunt mores, adeò res redit:*
Si quis quid reddit, magna habenda est gratia.

Sed quid tu es triſtis? GE. *egóne? neſcis quo in me tu, &*
Quanto in periclo ſimus. D. *quid iſthuc eſt?* GE. *ſcies,*
Modò vt tacere poſſis. D. *abi ſis inſciens:*
Cuius tu fidem in pecunia perſpexeris,
Vereré verba ei credere? vbi quid mihi lucri eſt
Te fallere? G. *ergo auſculta.* D. *hanc operam tibi dico.*
GE. *Senis noſtri, Daue, fratrem maiorem Chremem*
Noſtin? D. *quid ni?* GE. *quid? eius gnatum Phædriam?*
D. *Tanquam te.* GE. *euênit, ſenibus ambobus ſimul*
Iter, illi in Lemnum vt eſſet: noſtro in Ciliciam,
Ad hoſpitem antiquum: is ſenem per epiſtolas
Pellexit, modò non montes auri pollicens.
D. *Cui tanta erat res, & ſupererat?* GE. *deſinas:*
Sic eſt ingenium. D. *oh, regem me eſſe oportuit.*
G. *Abeuntes ambo hinc tum ſenes, me filiis*
Relinquunt quaſi magiſtrum. D. *ô Geta, prouinciam*
Cepiſti duram. G. *mihi* [1] *vſu venit, hoc* [2] *ſcio:*
Memini relinqui me deo irato meo.
Cœpi aduorſari primò: quid verbis opu'ſt?
Seni fidelis dum ſum, ſcapulas perdidi.
D. *Venêre in mentem iſtæc mihi:* [3] *nanque inſcitia eſt,*
Aduorſum ſtimulum calces. G. *cœpi his omnia*
Facere, obſequi quæ vellent. D. *ſciſti vti foro.*
GE. *Noſter mali nihil quicquam primò: hic Phædria*
Continuò quandam nactus eſt puellulam
Cithariſtriam: hanc amare cœpit [4] *perditè.*
Ea ſeruiebat lenoni impuriſſimo:
Neque, quod daretur quicquam, id curarant patres.
Reſtabat aliud nihil, niſi oculos paſcere,
Sectari, in ludum ducere, & reducere:
Nos otioſi operam dabamus Phædriæ.
In quo hæc diſcebat ludo, [5] *exaduorſum ei loco*
Tonſtrina erat quædam: hic ſolebamus ferè
Plerunque eam operiri, dum inde iret domum.
Interea dum ſedemus [6] *illi, interuenit*
Adoleſcens quidam lacrumans: nos mirarier:
Rogamus, quid ſit: nunquam æquè (inquit) ac modo
Paupertas mihi onus viſum eſt, & miſerum, & graue,
Modò quandam vidi virginem hîc vicinæ
Miſeram, ſuam matrem lamentari mortuam.

1 Faer. vſus venit: & Palat. 2 Sic G.F. Palat. Alij? mihi vſu venit hoc: ſcio. 3 I.R. ita legit è man. & Lug. & Ven. & aliis. Alij: nam quæ inſcitia eſt? 4 Charif. lib. 2. interpretatur, valde. Plant. perditus: Interp. 5 Faer. ex aduorſo illicò: & G.F. ex aduerſum illico: ex Int. 6 Sic I.R. & P. B. & Don. & alij. Vulgò: illic.

Ea ſita erat ex aduorſo: neque illi benevolens,
Neque notus, neque cognatus, extra vnam aniculam,
Quiſquam aderat, qui adiutaret funus: miſeri-
tum eſt.
Virgo ipſa facie egregia. quid verbis opu'ſt?
Commórat omnes nos: ibi continuò Antipho,
Voltiſne eamus viſere? alius, cenſeo,
Eamus: duc nos ſodes: imus, venimus,
Videmus: virgo pulcra: & quò magis diceres,
Nihil aderat adiumenti ad pulcritudinem:
Capillus paſſus, nudus pes, ipſa horrida:
Lacrumæ, veſtitus turpis: vt, ni vis boni
In ipſa ineſſet forma, hæc formam exinguerent.
Ille, qui illam amabat fidicinam, tantummodo,
Satis, inquit, [1] *ſcita: noſter verò.* DA. *iam ſcio:*
Amare cœpit. GE. *ſcin' quam? quò euadat, vide:*
Poſtridie ad anum recta pergit: obſecrat,
Vt ſibi eius faciat copiam. illa enim ſe negat:
Neque eum æquom ait facere: illam ciuem eſſe
Atticam,
Bonam, bonis prognatam: ſi vxorem velit,
Lege id licere facere: ſin aliter, negat.
Noſter, quid ageret, neſcire: & illam ducere
Cupiebat, & metuebat abſentem patrem.
DA. *Non ſi rediſſet pater, ei veniam daret?*
GE. *Illéne indotatam virginem, atque ignobilem*
Daret illi? nunquam faceret. DA. *quid fit denique?*
GE. *Quid ſiat? eſt paraſitus quidam Phormio,*
Homo confidens, qui (illum dij omnes perduint)
DA. *Quid is fecit?* GE. *hoc conſilium, quod dicam, dedit:*
Lex eſt, vt orbæ, qui ſunt genere proxumi,
His nubant, & illos ducere eadem hæc lex iubet.
Ego te cognatum dicam, & tibi ſcribam dicam:
Paternum amicum me aſſimulabo virginis:
Ad iudices veniemus: qui fuerit pater,
Quæ mater, [2] *qui cognata tibi ſit, omnia hæc*
Confingam: quod erit mihi bonum, atque commodum.
Cùm tu horum nihil refelles, vincam ſcilicet.
Pater aderit: mihi parata lites: quid mea?
Illa quidem noſtra erit. DA. *iocularem audaciam.*
GE. [3] *Perſuaſit homini: factum eſt: ventum eſt: vincimur:*
Duxit. DA. *quid narras?* GE. *hoc, quod audis.*
DA. *ô Geta,*
Quid te futurum eſt? GE. *neſcio hercle: vnum hoc ſcio:*
QVOD FORS feret, feremus æquo animo.
DA. *placet:*
Hem iſtuc viri eſt officium. GE. *in me omnis ſpes mihi eſt.*
DA. *Laudo.* GE. *ad precatorem* [4] *abeam credo,*

1 Sic Ioh. R. è man. & Lugd. Alij: ſcita eſt. 2 Ita I.R. probat. Qui, vnde vel quomodo, qua ratione. Interp. Alij mendosè: quæ cognata. 3 Faer. perſuaſum eſt. 4 Faer. adeam: è libro Bembi.

qui

qui mihi
Sic oret: nunc omitte quæso hunc: cæterùm
Posthac si quicquam, nihil precor, tantummodò
Non addat: vbi ego hinc abiero, vel occidito.
DA. *Quid ille pædagogus, qui citharistriam?*
Quid rei gerit? GE. *sic, tenuiter.* DA. *non multũ habet*
Quod det fortasse. G. *immò nihil, nisi spem merã.*
DA. *Pater eius redijt, an non?* GE. *nondum.* DA. *quid? senem*
Quoad expectatis vostrum? GE. *non certum scio.*
Sed epistolam ab eo allatam esse audiui modo,
Et ad portitores esse delatam: hanc petam.
DA. *Nunquid, Geta, aliud me vis?* GE. *vt bene sit tibi.*
Puer heus, nemón' huc prodit? cape, da hoc Dorcio.

ACTVS PRIMI SCENA III.
ANTIPHO, PHÆDRIA.

AN. *Adeon' rem rediisse, vt, qui mihi consultum optume velit esse,*
Phædria, patrem vt extimescam, vbi in mentem eius aduenti venit?
Quod ni fuissem incogitans, ita eum expectarem, vt par fuit.
PH. *Quid istuc est?* AN. *rogitas? qui tam audacis facinoris mihi conscius sis?*
Quod vtinam ne Phormioni id suadere in mentem incidisset,
Neu me cupidum eò impulisset, quod mihi principium est mali.
Non potitus essem: fuisset tum illos mihi ægrè aliquot dies:
At non cotidiana cura hæc angeret animum.
PH. audio.
AN. Dũ exspecto, quàm mox veniat: qui adimat hanc mihi consuetudinem.
PH. Aliis, quia defit, quod amant, ægrè est: tibi, quia supersit, dolet.
Amore abundas, Antipho.
Nam tua quidem hercle certè vita hæc expetenda optandáque est:
Ita me dij bene ament, vt mihi liceat tandiu, quod amo frui:
Iam depacisci mortem cupio: tu conijcito cætera,
Quid ego ex hac inopia nunc capiam, & quid tu ex istac copia:
Vt ne addam, quòd sine sumptu, ingenuam, liberalem nactus es:
Quòd habes, ita vt voluisti, vxorem, sine mala fama: palam
Beatus, ni vnum hoc desit, animus qui modestè istæc ferat.
[1]Et, si tibi res cum eo sit, quocum mihi est, tum sentias.

1 Sic G.F. emẽdat ex Int. & man. Et addit: Ablatiuus, Lenone, cum propter versum commodè omittitur: tũ propter sententiam, quæ plus significat si expressa species nõ fit. M.M. ex vet. Quod si tibi res sit. Et F.F. vult, ablatiuum relinqui: cũ eo lenone: vt & Faër.

ITA PLERIQVE ingenio sumus omnes, nostri nosmet pœnitet.
AN. At tu mihi contrà nunc videre fortunatus, Phædria,
Cui de integro est potestas etiam consulendi, quid velis,
Retinere, amare, amittere: ego in eũ incidi infelix locum,
Vt neque mihi eius sit amittundi, nec retinendi copia.
Sed quid hoc est? videóne ego Getam currentem huc aduenire?
[1]Is est ipsus: hei timeo miser, quam hic nunc mihi nunciet rem.

ACTVS PRIMI SCENA IIII.
GETA, ANTIPHO, PHÆDRIA.

GE. *Nullus es, Geta, nisi aliquod iam tibi cõsilium celere repereris:*
Ita nunc imparatum subito tãta [2]te impendent mala:
Quæ neque vti deuitem scio, neque quo modo me inde extraham:
(Nam non potest celari nostra diutius iam audacia)
Quæ si non astu prouidentur, me aut herum pessundabunt.
AN. *Quidnam ille commotus venit?* GE. *tum, temporis punctum mihi*
Ad hanc rem est, herus adest. AN. *quid istuc est mali?*
GE. *Quod cùm audierit, quod eius remedium inueniam iracundiæ?*
Loquar ne? incendam: taceam? instigem: purgem me? laterem lauem.
Eheu me miserum: cùm mihi paueo, tum Antipho me excruciat animi:
Eius me miseret: ei nunc timeo: is nunc me retinet: nam absque eo esset,
Rectè ego mihi vidissem, & senis essem vltus iracundiam:
Aliquid conuasassem, atque hinc me conijcerem protinam in pedes.
AN. *Quam hic fugam, aut furtum parat?*
Sed vbi Antiphonem reperiam? aut qua quærere instistam via?
PH. *Te nominat.* AN. *nescio, quod magnum hoc nuncio exspecto malum.*
PH. *Ah, sanús ne es?* GE. *domum ire pergam: ibi plurimùm est.* PH. *reuocemus*
Hominem. AN. *sta illico.* GE. *hem,*
Satis pro imperio, quisquis es. AN. *Geta.* GE. *ipse est, quem volui obuiam.*
AN. *Cedò, quid portas, obsecro? atque id, si potes, verbo expedi.*
GE. *Faciam.* AN. *eloquere.* GE. *modo apud por-*

1 Idem: Is ipsus est: timeo miser, q.n.m.h.r.nunciet. 2 Antiquè: indulgeo me. Lucilius: quæ res me impendet. In Vvert. impediũt. Plaut. Epid. In te impendent. G.F.

tum. AN. *meúmne?* GE. *intellexti.* AN. *occidi.*
GE. *hem.*
AN. *Quid agam?* PH. *Quid ais?* GE. *huius patrè*
vidisse me, patruum tuum.
AN. *Nam quod ego huic nunc subito exitio re-*
medium inueniam miser?
Quod si eo meæ fortunæ redeunt, Phanium, abs
te vt distrahar,
Nulla est mihi vita expetẽda. GE. *ergo istæc cùm*
ita sint, Antipho,
Tanto magis te aduigilare æquom est: FORTEIS
fortuna adiuat.
AN. *Non sum apud me.* GE. *atqui opus est nunc,*
cùm maximè, vt sis, Antipho:
Nam si senserit te timidum pater esse, arbitrabi-
tur
Commeruisse culpam. PH. *hoc verum est.* AN. *nõ*
possum immutarier.
GE. [1]*Quid faceres si aliud quid grauius tibi nũc*
faciundum foret?
AN. *Cùm hoc non possum: illud minus possem.*
GE. *hoc nihil est Phædria, ilicet:*
Quid conterimus operam frustra? quin abeo. PH.
& quidem ego. AN. *obsecro,*
Quid si adsimulabo? satin' est? GE. *garris.* AN.
voltum contemplamini, hem,
Satisne sic est? GE. *non.* AN. *quid si sic?* GE. *pro-*
pemodum. AN. *quid sic?* GE. *sat est:*
Hem istuc serua, & verbum verbo, par pari vt
respondeas.
[2]*Ne te iratus suis sæuidicis dictis protelet.* AN.
scio.
GE. *Vi coactũ te esse, inuitum, lege, iudicio: tenes?*
Sed quis hic est senex, quem video in vltima pla-
tea? AN. *ipsus est.*
Non possum [3] *adesse.* GE. *ah quid agis, quò abis*
Antipho? mane.
Mane inquam. AN. *egomet me noui, & peccatũ*
meum:
Vobis commendo Phanium, & vitam meam.
PH. *Geta, quid nunc fiet?* GE. *tu iã lites audies:*
Ego plectar pendens, nisi quid me fefellerit:
Sed quod modo hic nos Antiphonem monuimus,
Id nosmet ipsos facere oportet, Phædria.
PH. *Auser mihi, oportet: quin tu, quod faciam,*
impera.
GE. *Meministin' olim vti fuerit vostra oratio*
In re incipiunda ad defendendam noxiam?
Iustam illam causam, facilem, vincibilem, optu-
mam.
PH. *Memini.* GE. *hem nunc ipsa est opus, aut, si*
quid potest,
Meliore & callidiore. PH. *fiet sedulo.*
GE. *Nunc prior adito tu: ego in insidiis hic ero*
Succenturiatus, si quid deficies. PH. *age.*

1 Sic I.R. ex Haf. & Al. & F.F. Vulgò perperam. Quid faceres, si aliquid grauius tibi. 2 Ità I.R. è man. & aliis & Don. & G. F. è Pal. M.M. & vet. Ven. Ne suis te iratus sæuis dictis. F.F. sæuidictis, vt multimodis. 3 M.B. omittit: adesse.

ACT. SECVNDI SCENA I.
DEMIPHO, GETA, PHÆDRIA.

DE. *ITáne tandem vxorem duxit Antipho in-*
iussu meo?
Nec meum imperium: age, mitto imperium: non
simultatem meam
Reuereri [1] *saltem? non pudere? ô facinus audax! ô*
Geta
Monitor! GE. *vix tandem.* DE. *quid mihi dicẽt?*
aut quam causam [2] *reperient?*
Demiror. GE. *atqui reperi iam: aliud cura.* DE.
anne hoc dicent mihi?
Inuitus feci: lex coegit. audio, & fateor. G. *places.*
DE. *Verum scientem, tacitum, causam tradere*
aduersariis,
Etiámne id lex coëgit? PH. *illud durum.* GE. *ego*
expediam: sine.
DE. *Incertum est, quid agam, quia præter spem,*
atque incredibile hoc mihi obtigit:
Ita sum inritatus, animum vt nequeã ad cogi-
tandum instituere.
Quamobrẽ OMNES CVM secundæ res sunt
maximè, tum maximè
Meditari secum oportet, quo pacto aduorsam a-
rumnam ferant:
Pericla, damna, exilia: peregrè rediens semper co-
gitet,
Aut filij peccatum, aut vxoris mortem, aut mor-
bum filiæ:
Communia esse hæc: fieri posse: vt ne quid animo
sit nouum:
Quicquid præter spem eueniat, omne id deputare
esse in lucro.
GE. *O Phædria, incredibile est, quantò herũ an-*
teeo sapientia.
Meditata mihi sunt omnia mea incommoda, he-
rus si redierit:
Molendum vsque in pistrino: vapulandum: ha-
benda compedes:
Opus ruri faciundum: horum nihil quicquã ac-
cidet animo nouum.
Quicquid præter spem eueniet, omne id deputabo
esse in lucro.
Sed quid cessas hominem adire, & blandè in
principio alloqui?
DE. [4] *Phædriam mei fratris video filium mihi*
ire obuiam.
PH. *Mi patrue, salue.* DE. *salue: sed vbi est Anti-*
pho?
PH. *Saluom aduenire.* DE. *credo: hoc respon de*
mihi.
PH. *Valet: hic est, sed satin' omnia ex sententia?*
DE. *Vellem quidem.* PH. *quid istuc?* DE. *rogitas,*
Phædria?

1 Aliqui: saltem non pudere.
2 Manus. 1 R. reperiam. Probat tamen illud.
3 Plant. audio fateor.
4 Ant. G. & M.M. & F.F. omittunt Phædriam: & sic legunt: Mei fratris v.f. i.m. obuiam.

Bonas

Bonas me absente hic confeciſtis nuptias.
PH. *Eho, an id ſuccenſes nunc illi?* GE. *ô artificem probum!*
DE. *Egone illi non ſuccenſeam? ipſum geſtio*
Dari nihil in conſpectum, nunc ſua culpa vt ſciat
Lenem patrem illũ factum me eſſe acerrumum.
PH. *Atqui nihil fecit, patrue, quod ſuccenſeas.*
DE. *Ecce autem ſimilia omnia: omnes congruunt:*
Vnum cognoris, omnes noris P. *haud ita eſt.*
D. Hic in noxia eſt, ille ad defendendam cauſam adeſt:
Cum ille eſt, hic præſtò eſt: tradunt operas mutuas.
GE. *Probe eorum facta imprudẽs depinxit ſenex.*
DE. *Nam ni hæc ita eſſent, cum illo haud ſtares, Phædria.*
PH. *Si eſt, patrue, culpam vt Antipho in ſe admiſerit;*
Ex qua re minus rei foret, aut famæ [1] *temperans:*
Non cauſam dico, quin, quod meritus eſt, ferat.
Sed ſi quis fortè malitia fretus ſua,
Inſidias noſtræ fecit adoleſcentiæ,
Ac vicit: noſtráne ea culpa eſt, an iudicium,
Qui ſæpè propter inuidiam adimunt diuiti,
Aut propter miſericordiam addunt pauperi?
G. *Ni noſſem cauſam, crederem vera hunc loqui.*
D. *An quiſquam iudex eſt, qui poſſit noſcere*
Tua iuſta, vbi tute verbum non reſpondeas,
Ita vt ille fecit? PH. *functus adoleſcentuli eſt*
Officium liberalis: poſtquam ad iudices
Ventum eſt, non potuit cogitata proloqui:
Ita eum tum timidum ibi obſtupefecit pudor.
GE. *Laudo hunc: ſed ceſſo adire quamprimum ſenem.*
Here ſalue: ſaluom te aduenisſe gaudeo. D. *oh,*
Bone cuſtos, ſalue: columen verò familiæ,
Cui commendaui filium hinc abiens meum.
GE. *Iandudum te omnes nos accuſare audio*
Immeritò, & me omnium horum' [2] *immeritiſſimo:*
Nam quid me in hac re facere voluiſti tibi?
Seruom hominem cauſam orare leges non ſinunt:
Neque teſtimonij dictio eſt. D. mitto omnia:
Adde iſtuc: imprudens timuit adoleſcens. ſino.
Tu ſeruos: verùm ſi cognata eſt maximè,
Non fuit neceſſe habere: ſed, id quod lex iubet,
Dotem daretis: quæreret alium virum.
Qua ratione inopem potius ducebat domum?
GE. *Non ratio, verùm argentum deerat.* DE. *ſumeret*
Alicunde. G. *alicunde? nihil eſt dictu facilius.*
DE. *Poſtremò, ſi nullo alio pacto, vel fœnore.*
GE. *Hui, dixti pulcrè, ſiquidem quiſquam crederet,*
Te viuo. DE. *non, non ſic futurum eſt: non poteſt.*
Egóne illam cum illo vt patiar nuptam vnum diem?
Nihil ſuaue meritum eſt: hominem commonſtrarier.
Mihi iſtum volo, aut vbi habitet, demonſtrarier.
GE. *Nempe Phormionem.* DE. *iſtum patronum mulieris.*
GE. *Iam faxo hic aderit.* DE. *Antipho vbi nunc eſt?* PH. *foris.*
DE. *Abi Phædria, eum require, atque adduce huc.* PH. *eo.*
Recta via equidem illuc. GE. *nempe ad Pamphilam.*
DE. *At ego deos penateis hinc ſalutatum domum*
Reuortar: inde ibo ad forum, atq; aliquot mihi
Amicos aduocabo, ad hanc rem qui adſient,
Vt ne imparatus ſim, cum adueniat Phormio.

[1] Sic I.R. è man. & Don. qui interpretatur, cõſulens, prouidens. Lugd. & Ven. & alij, mendosè: obtemperant. [2] al. immeritiſſimum.

ACT. SECVNDI SCENA II.

PHORMIO, GETA.

PH. ITáne patris ais conſpectum veritum hinc abiiſſe? GE. *admodum.*
PH. *Phanium relictam ſolam?* GE. *ſic.* PH. *& iratum ſenem?*
GE. *Oppidò.* PH. *ad te ſumma ſolum, Phormio, rerum redit:*
Tute hoc intriſti, tibi omne eſt exedundum: accingere.
GE. *Obſecro te.* PH. *ſi rogitabit?* GE. *in te ſpes eſt.*
PH. [1] *eccere,*
Quid ſi reddet? GE. *tu impuliſti.* PH. *ſic opinor.*
GE. *ſubueni.*
PH. *Cedo ſenem: iam inſtructa ſunt mihi corde conſilia omnia.*
GE. *Quid ages?* PH. *quid vis? niſi vt maneat Phanium, atque ex crimine hoc*
Antiphonem eripiam, atque in me omnem iram deriuem ſenis?
GE. *O vir fortis atque amicus! verùm hoc ſæpe, Phormio,*
Vereor, ne iſthæc fortitudo in neruum erumpat denique. PH. *ah.*
Non ita eſt: factum eſt periclum: iam pedum viſa'ſt via.
Quot me cenſes homines iam deuerberaſſe vſque ad necem
Hoſpites, tum ciues, quò magis noui, tantò ſæpius?
Cedo dum, en vnquam iniuriarum audiſti mihi ſcriptam dicam?
GE. *Quid iſtuc?* PH. *quia non rete accipitri tenditur, neque miluio,*

[1] Sic I.R. ex ant & G.F. è Pal. Chariſ. vocat adverbium monſtrandi. Feſtus, iurandi propter Cererem. Ioſ. S. in Feſt. ex gloſſis vet. κ' τὸς δ' μητρος. M.M. æcere: quaſi propter ædem Cereris. vt ædepol, æcaſtor I.R. monet, alibi corruptè legi: ecce rem. Alibi: ecce in re.

Qui malè faciunt nobis : illis, qui nihil faciunt, tenditur:
Quia enim in illis fructus est, in illis opera luditur.
Alijs aliunde est periclum, vnde aliquid abradi potest:
Mihi sciunt nihil esse. dices, ducent damnatum domum.
Alere nolunt hominem edacem: & sapiunt, mea sententia,
Pro maleficio si beneficium summum nolunt reddere.
GE. *Non potest satis pro merito ab illo tibi referri gratia.*
PH. *Immò enim nemo satis pro merito gratiam regi refert.*
Téne asymbolum venire: vnctum, atque lautum à balneis,
Otiosum ab animo: cùm ille & cura, & sumtu absumitur,
Dum tibi sit, quod placeat: ille ringitur, tu rideas:
Prior bibas, prior decumbas : cœna dubia apponitur?
GE. *Quid isthuc verbi est?* PH. *vbi tu dubites, quid sumas potissimum.*
Hæc, cum ratione ineas, quam sint suauia, & quàm cara sint,
Ea qui præbet, non tu hunc habeas plane præsentem deum?
GE. *Senex adest: vide quid agas: prima coitio est acerrima:*
Si eam sustinueris, post illa iam, vt lubet, ludas licet.

ACTVS SECVNDI SCENA III.

DEMIPHO, GETA, PHORMIO.

DE. EN, *vnquam cuiquam contumelioſius*
Audiſtis factam iniuriam, quàm hæc est mihi?
Adeste quæso. GE. *iratus est.* PH. *quin tu hoc age:*
Iam ego hunc agitabo. pro deùm immortalium!
Negat Phaniũ esse hanc sibi cognatam Demipho?
Hanc Demipho negat esse cognatam? Ge. negat.
PH. *Neque eius patrem se scire, qui fuerit?* GE. *negat.*
DE. *Ipsum esse opinor, de quo agebam. sequimini.*
PH. *Nec Stilphonem ipsum scire, qui fuerit?* GE. *negat.*
PH. *Quia egens relicta est misera, ignoratur parens:*
Negligitur ipsa, vide, auaritia quid facit.
GE. *Si herum insimulabis* 1 *auaritiæ, malè audies.*
DE. *O audaciam! etiámne vltro accusatum aduenit?*

1 I.R. è man. & G.F. ex antiq. vno consensu: malitiæ.

PH. *Nam iam adolescenti nihil est quod succenseam,*
Si illum minus norat: quippe homo iam grandior,
Pauper, cui opera vita erat, ruri ferè
Se continebat: ibi agrum de nostro patre 365
Colendum habebat, sape interea mihi senex
Narrabat, se hunc negligere cognatum suum:
At quem virum? quem ego viderim in vita, optumum.
GE. *Videas te atque illum, vt narras.* PH. *abi in malam crucem:*
Nam ni ita eum existimassem, nunquam tam 370
graueis
Ob hanc inimicitias caperem in nostram familiam,
Quam is aspernatur nunc tam inliberaliter.
GE. *Pergin' hero absenti malè loqui, impurissime?*
PH. *Dignum autem hoc illo est.* GE. *ain' tandem carcer?* DE. *Geta.*
GE. *Bonorum extortor, legum contortor.* DE. 375
Geta.
PH. *Responde.* GE. *quis homo est? ehem.* DE. *t ace.*
GE. *absenti tibi,*
Te indignas, séque dignas contumelias
Nunquam cessauit dicere hodie. DE. *obe desine.*
Adolescens, primùm abs te hoc bona venia expeto,
Si tibi placere potis est, mihi vt respondeas: 380
Quem amicum tuum ais fuisse istum, explana mihi:
Et qui cognatum me sibi esse diceret.
PH. *Proinde expiscare, quasi non nosses.* DE. *nossem? PH. ita.*
DE. *Ego me nego: tu, qui ais, redige in memoriam.*
PH. *Eho: tu sobrinum tuum non noras?* DE. *e-* 385
nicas.
Dic nomen. PH. *nomen? maxumè.* DE. *quid nunc, taces?*
PH. *Perij hercle, nomen perdidi.* DE. *hem, quid ais?* PH. *Geta,*
Si meministi id, quod olim dictum est, subijce.
hem,
Non dico: quasi non noris, tentatum aduenis.
DE. *Egón autem tento?* GE. *Stilpho.* PH. *atque a-* 390
deo, quid mea?
Stilpho est? DE. *quem dixti?* PH. *Stilphonem inquam noueras?*
DE. *Neque ego illum noram, neque mihi cognatus fuit*
Quisquam isthoc nomine. PH. *itáne? non te horum pudet?*
At si talentum rem reliquisset decem.
DE. *Dij tibi malè faciant.* PH. *primus esses, me-* 395
moriter
Progeniem vestram vsque ab auo atque atauo proferens.

DE.

DE. *Ita vt dicis. ego tũ si aduenissem, qui mihi*
[1] Cognata ea esset, dicerem: itidem tu face:
Cedo, qui est cognata? GE. *heus noster, rectè: heus*
tu, caue.
PH. *Dilucidè expediui, quibus me oportuit*
Iudicibus: tum, si id falsum fuerat, filius
Cur non refellit? DE. *filium narras mihi?*
Cuius de stultitia dici, vt dignum'st, non potest.
PH. *At tu, qui sapiens es, magistratus adi,*
Iudicium de eadem causa iterum vt reddant tibi:
Quandoquidem solus regnas, & soli licet
Hic de eadem causa bis iudicium adipiscier.
DE. *Etsi mihi facta iniuria est, veruntamen*
Potius quàm lites sector, aut quàm te audiam:
Itidem vt cognata si sit, id quod lex iubet
Dotem dare. abduce hanc, minas quinque accipe.
PH. *Ha, ha, hæ, homo suauis.* DE. *quid est? num*
iniquom postulo?
An ne hoc quidem adipiscar ego, quod ius publicum est?
PH. *[2] Itáne tandem quæso, itidem vt meretricem*
vbi abusu' sis,
Mercedem dare lex iubet ei, atque amittere? an,
Vt ne quid turpe ciuis in se admitteret,
Propter egestatem, proxumo iussa est dari,
Vt cum vno ætatem degeret, quod tu vetas?
DE. *Ita, proxumo quidem: at nos vnde? aut quãobrem?* PH. *ohe.*
Actũ, aiunt, ne agas. DE. *non agam? immò haud*
desinam,
Donec perfecero hoc. PH. *ineptis.* DE. *sine modo.*
PH. *Postremò tecum nihil rei nobis, Demipho, est:*
Tuus est damnatus, gnatus, non tu: nam tua
Præterierat iam ad ducendum ætas. DE. *omnia hæc*
Illum putato, quæ ego nunc dico, dicere:
Aut quidem cũ vxore hac, ipsum prohibeo domo.
GE. *Iratus est.* PH. *tute idem melius feceris.*
DE. *Itáne es paratus facere me aduorsum omnia,*
Infelix? PH. *metuit hic nos, tametsi sedulò*
Dissimulat. GE. *bene habent tibi principia.* PH.
quin, quod est
Ferundum, fers: tuis factis dignum feceris,
Vt amici inter nos simus. DE. *Egone tuam expetam*
Amicitiam? aut te visum, aut auditum velim?
PH. *Si concordabis cum illa, habebis, quæ tuam*
Senectutem oblectet: respice ætatem tuam.
DE. *Te oblectet: tibi habe.* PH. *minue verò iram.*
DE. *hoc age:*
Satis iam verborum'st: nisi tu properes mulierem
Abducere, ego illam eiciam: dixi, Phormio.
PH. *Si tu illam attigeris secus, quàm dignum est*
liberam,
Dicam impingam tibi grandem: dixi, Demipho.
Si quid opus fuerit, heus, domo me. G. intelligo.

[1] Sic I.R. ex antiq. Alij: Qui mihi cognata esset.
[2] Ita I.R. è man. & Eras. & alij. Vulgò: Itáne t. q. meretricem vbi abusus sis. G L. ciuem itẽ vt meretricem, vbi abusus sis. An. G. ciuem item vbi abusus sis.

ACT. SECVNDI SCENA IIII.

DEMIPHO, GETA, HEGIO, CRATINVS, CRITO.

DE. *QVanta me cura, & solicitudine afficit*
Gnatus, qui me & se hisce impediuit nuptijs?
Neque mihi in conspectum prodit, vt saltem sciam,
Quid de hac re dicat, quidve sit sententiæ:
Abi tu, vise, redieritne iam, an nondum, domum.
GE. *Eo.* DE. *videtis, quo in loco res hæc siet:*
Quid ago? dic Hegio. HE. *ego? Cratinum censeo:*
Si tibi videtur. DE. *dic, Cratine.* CRA. *méne vis?*
DE. *Te.* CRA. *ego, quæ in rem tuam sint, ea velim facias: mihi*
Sic hoc videtur, quod te absente hic filius
Egit, restitui in integrum, æquom [1] est, & bonum:
Et id impetrabis. dixi. DE. *dic nunc, Hegio.*
HE. *Ego sedulò hunc dixisse credo: verùm ita est,*
QVOT HOMINES, tot sententiæ: suus cuique mos.
Mihi non videtur, quod sit factum legibus.
Rescindi posse: & turpe inceptu est. DE. *dic, Crito.*
CRI. *Ego amplius deliberandum censeo:*
Res magna est. HE. *nunquid nos vis?* DE. *feciſtis probe:*
Incertior sum multò, quàm dudum. GE. *negant*
Rediisse. DE. *frater est exspectandus mihi: is*
Quod mihi dederit de hac re consilium, id exsequar.
Percontatum ibo ad portum, quoad se recipiat.
GE. *At ego Antiphonem quæram, vt, quæ acta hic sunt, sciat.*
Sed eccũ ipsum video in tempore huc se recipere.

[1] G.F. è Pal. hanc lectionem probat: vt comicã. Et addit: legi à nonnullis: æq. esse & bonum.
[2] Int. moner, legi &: Poteretur.

ACT. TERTII SCENA I.

ANTIPHO, GETA.

AN. *ENimuero, Antipho, multi modis cum*
istoc animo es vituperandus:
Itáne te hinc abesse, & vitam tuam tutandam
aliis dedisse?
Alios tuam rem credidisti magis, quàm tete animaduersuros?
Nam vt vt erant alia, illi certè, quæ nunc tibi domi est, consuleres,
Ne quid propter tuam fidem decepta [2] pateretur mali:

Cuius nunc miseræ spes, opésque sunt in te vno omnes sitæ.
GE. *Equidem, here, nos iamdudum hîc te absentem incusamus, qui*[1] *abieris.*
AN. *Te ipsum quærebam.* GE. *sed ea causa nihilo magis defecimus.*
AN. *Loquere obsecro. quónam in loco sunt res & fortunæ meæ?*
Nunquid patri subolet? GE. *nihil etiam.* AN. *ecquid spei porrò est?* GE. *nescio.* AN. *ah.*
GE. *Nisi Phædria haud cessauit pro te eniti.* AN. *nihil fecit noui.*
GE. *Tum Phormio itidem in hac re, vt alijs, strenuum hominem præbuit.*
AN. *Quid is fecit?* GE. *confutauit verbis admodum iratum patrem.*
AN. *Heu Phormio.* GE. *ego, quod potui porrò.* AN. *mi Geta, omneis vos amo.*
GE. *Sic habent principia sese, vt dico: adhuc trãquilla res est.*
Mansurúsque patruum pater est, dum huc aduenîat. AN. *quid eum?* GE. *vt aiebat,*
De eius consilio velle sese facere, quod ad hanc rẽ attinet.
AN. *Quantus metus est mihi, venire huc saluom nunc patruum, Geta?*
Nam per eius vnam, vt audio, aut viuam, aut moriar sententiam.
GE. *Phædria tibi adest.* AN. *vbinam est?* GE. *eccum ab sua palæstra exit foras.*

ACT. TERTII SCENA II.

PHÆDRIA, DORIO, ANTIPHO, GETA.

PH. *Dorio, audi obsecro.* DO. *nõ audio.* PH. *parumper.* DO. *quin omitte me.*
PH. *Audi, quod dicam.* DO. *at enim tædet iam audire eadem millies.*
PH. *At nunc dicam, quod lubenter audias.* DO. *loquere, audio.*
PH. *Nequeo te exorare, vt maneas triduũ hoc? quò nunc abis?*
DO. *Mirabar, si tu mihi quicquã afferres noui.*
AN. *Hei, metuo lenonem, ne quid suo suat capiti.* GE. *idem ego metuo.*
PH. *Non mihi credis?* DO. *ariolare.* PH. *sin fidem do.* DO. *fabulæ.*
PH. *Fœneratum istuc beneficium tibi pulcrè dices.* DO. *logi.*
PH. *Crede mihi, gaudebis facto: verum hercle hoc est.* DO. *somnium.*
PH. *Experire, non est longum.* DO. *cantilenam eandem canis.*
PH. *Tu mihi cognatus, tu parens, tu amicus, tu.* DO. *garris modò.*
PH. *Adeóne ingenio esse duro te, atque inexorabili*
Vt neque misericordia, neque precibus molliri queas?

1 Int. videtur legisse &: quia abieris.

DO. *Adeóne te esse incogitantem atque impudentem, Phædria,*
Vt phaleratis dictis ducas me, & meam ductes gratiis?
AN. *Miseritum est.* PH. *hei veris vincor.* GE. *quã vterque est simili sui!*
PH. *Neque, Antipho alia cùm occupatus esset sollicitudine,*
Tum hoc esse mihi obiectum malum? AN. *ah, quid istuc autem est, Phædria?*
PH. *O fortunatissime Antipho!* AN. *egóne?* PH. *cui, quod amas, domi est:*
Nec cum huiusmodi vnquam vsus venit, vt cõflictares malo.
AN. *Mihin' domi est? immò, quod aiunt, auribus teneo lupum:*
Nam neque[1] *quò amittam à me inuenio, neque vti retineam scio.*
DO. *Ipsum istuc mihi in hoc est.* AN. *eia, ne parum leno sies.*
Num quid hic confecit? PH. *hiccine? quod homo inhumanissimus:*
Pamphilam meam vendidit. GE. *quid? vendidit?* AN. *ain', vendidit?*
PH. *Vendidit.* DO. *quàm indignum facinus, ancillam, ære emtam suo.*
PH. *Nequeo exorare, vt maneat, & cum illo vt mutet fidem*
Triduum hoc, dum id, quod est promissum ab amicis, argentum aufero.
Si non tum dedero, vnam præterea horam ne oppertus sies.
DO. *Obtundis.* AN. *haud longum est id, quod orat, Dorio: exoret, sine.*
[2]*Idem hoc tibi, quod bene promeritus fueris, conduplicauerit.*
DO. *Verba istæc sunt.* AN. *Pamphilámne hac vrbe priuari sines?*
Tum præterea horunc' amorem distrahi poterin' patt?
DO. *Neque ego, neque tu.* GE. *dij tibi omnes id, quod est dignum, duint.*
DO. *Ego te complureis aduorsum ingenium meũ menses tuli,*
Pollicitantem, & nihil ferentem, flentem: nunc contrà, omnia,
Repperi, qui det, neque lacrumet: da locum melioribus.
AN. [3]*Certè hercle, ego si satis commemini, tibi quidem est olim dies,*
Quam ad dares huic, præstituta. PH. *factum.* DO. *num ego istuc nego?*
AN. *Iam ea præterijt?* DO. *non, verum ei hæc antecessit.* AN. *non pudet*

1 Sic G.F è Vvert I.R. è Ven. N n. q. à me amittam. vt & Gou. Alij Vulgò. N. quo modo à me. Alij: Nam n. vt amittam. Faer. Nam neque quo pacto à me amittam.
2 Faer Idem hic tibi.
3 Ita G.F.e vet. Sed Mur. Certè hercle, satis si commemini. Vulgò: si satis commemini.

Vani-

Vanitatis? DO. *minimè, dum ob rem.* GE. *ſterquilinium.* PH. *Dorio:*
Itáne tandem facere oportet? DO. *ſic ſum: ſi placeo, vtere.*
AN. *Siccine hunc decipis?* DO. *immò enimuerò, Antipho, hic me decipit:*
Nam hic me huiuſmodi eſſe ſciebat: ego hunc eſſe aliter credidi.
Iſta me fefellit: ego iſti nihilò ſum aliter, ac fui:
Sed vt vt hæc ſunt, tamen hoc faciam: cras mane argentum mihi
Miles ſe dare dixit: ſi mihi prior tu attuleris, Phædria,
Mea lege vtar, vt potior ſit, qui prior ad dandum eſt. Vale.

ACT. TERTII SCENA III.
PHÆDRIA, ANTIPHO, GETA.

PH. *QVid faciam? vnde ego nunc tam ſubitò huic argentum inueniam miſer,*
Cui minus nihilo eſt? quod ſi hic potuiſſet nunc exorarier
Triduum hoc, promiſſum fuerat. AN. *itáne hunc patiemur, Geta,*
Fieri miſerum, qui me dudum, vt dixti, adiuuerit comiter?
Quin cùm opus eſt beneficium, rurſum ei experimur reddere?
GE. *Scio equidem, hoc eſſe æquom.* AN. *age ergo, ſolus ſeruare hunc potes.*
GE. *Quid faciam?* AN. *inuenias argentum.* GE. *cupio: ſed id vnde, edoce.*
AN. *Pater adeſt hic.* GE. *ſcio: ſed quid tum?* AN. *ah, dictum ſapienti ſat eſt.*
GE. *Itáne?* AN. *ita.* GE. *ſanè hercle pulcrè ſuades: etiam tu hinc abis?*
Non triumpho, ex nuptiis tuis ſi nihil nanciſcor mali,
Ni etiam nunc me huius cauſa quærere in malo iubeas crucem?
AN. *Verum hic dicit.* PH. *quid? ego vobis, Geta, alienus ſum?* GE. *haud puto:*
Sed parúmne eſt, quod omnibus nunc nobis ſuccenſet ſenex,
Ni inſtigemus etiam, vt nullus locus relinquatur preci?
PH. *Alius ab oculis meis illam in ignotum hinc abducet locum? hem:*
Dum igitur diem licet, dúmque adſum, loquimini mecum, Antipho:
Contemplamini me. AN. *quamobrem? aut quidnam facturus? cedò.*
PH. *Quoquò hinc aſportabitur terrarum, certum eſt perſequi,*
Aut perire. AN *dij bene vortant, quod agas: pedetentim tamen.*
Vide, ſi quid opis potes afferre huic. GE. *ſi quid? quid?* AN. *quære obſecro,*
Ne quid plus minúſue faxit, quod nos poſt pigeat,
Geta.
GE. *Quæro: ſaluos eſt, vt opinor: verum enim metuo malum.*
AN. *Noli metuere: vnà tecum bona, mala tolerabimus.*
GE. *Quantum opus eſt tibi argenti? loquere.* PH. *ſolæ triginta minæ.*
GE. *Triginta? hui, percara eſt, Phædria.* PH. *iſthæc verò vilis eſt.*
GE. *Age, age, inuentas reddam.* PH. *ô lepidum caput.* GE. *1 aufer.* PH. *iam eſt opus.* GE. *iam feres.*
Sed opus eſt mihi Phormionem ad hanc rem adiutorem dari.
AN. *Præſtò eſt: audaciſſumè oneris quiduis impone, & feret:*
Solus eſt homo amico amicus. GE. *eamus ergo ad eum ocyus.*
PH. 2 *Abi, dic, præſtò vt ſit domi.*
AN. *Nunquid eſt, quod opera mea vobis opus ſit?*
GE. *nihil: verum abi domum,*
Et illam miſeram, quam ego nunc intus ſcio eſſe exanimatam metu,
Conſolare: ceſſas? AN. *nihil eſt, æquè quod faciam lubens.*
PH. *Qua via iſthuc facies?* GE. *dicam in itinere: modò te hinc amoue.*

ACT. QVARTI SCENA I.
DEMIPHO, CHREMES.

DE. *QVid? qua profectus cauſa hinc es Lemnum, Chremes?*
Adduxtin' tecum filiam? C. *non.* DE. *quid ita nō?*
CH. *Poſtquam videt me eius mater eſſe hic diutius,*
Simul autem non manebat ætas virginis
Meam negligentiam: ipſam cum omni familia
Ad me profectam eſſe aiebant. DE. *quid illic tandiu*
Quæſo igitur commorabare, vbi id audiueras?
CH. *Pol me detinuit morbus.* DE. *vnde? aut quis?*
CH. *rogas?*
Senectus ipſa eſt morbus: ſed veniſſe eas
Saluas audiui ex nauta, qui illas vexerat.
DE. *Quid gnato obtigerit me abſente, audiſtin' Chreme:*
CH. *Quod quidem me factum conſilij incertum facit:*
Nam hanc conditionem ſi cui tulero extrario:
Quo pacto aut vnde mihi ſit, dicēdum ordine eſt.
Te mihi fidelem eſſe æquè, atq; egomet ſum mihi,
Sciebam, ille ſi me alienus affinem volet.
Tacebit, dum intercedet familiaritas:
Sin ſpreuerit me, plus, quàm opus eſt ſcito ſciet:

1 Sic G. F. ex ver. omnibus & Adelph vt ſit verniliter: aufer, ſ vel manum, vel te, vel blanditias. Vulgò aufer te hinc. Quod retinent M.M. & Faer.

2 Iambicus dimeter. Abi verò: Mur. Faer. totum dimetrum omittit.

Vereórque, ne vxor aliqua hoc resciscat mea.
Quod si sit, vti 1 *me excutiã, atq; egrediar domo,*
Id restat: nam ego meorum solus sum meus.
DE. *Scio ita esse: & istæc mihi res solicitudini est:*
Neque desistam vsque adeò experirier,
Donec tibi id, quod pollicitus sum, effecero.

ACTVS QVARTI SCENA II. GETA.

EGo hominem callidiorem vidi neminem,
Quàm Phormionem. venio ad hominem, vt dicerem,
Argento opus esse, & id quo pacto fieret:
Vix dum dimidium dixeram, intellexerat:
Gaudebat: me laudabat: quærebat senem.
Dijs gratias agebat, tempus sibi dari,
Vbi Phædriæ se ostenderet nihilò minus
Amicũ esse, quàm Antiphoni, hominem ad forũ
Iussi opperiri: eò me esse adducturum senem.
Sed 2 *eccum ipsum: quis est vlterior? atat Phædriæ*
Pater venit: sed quid pertimui autem bellua?
An quia, quos fallam, pro vno duo sunt mihi dati?
Commodius esse opinor, duplici spe vtier.
Petã hinc, vnde à primo instituí: is si dat, sat est:
Si ab hoc nihil fiat, tum hunc adoriar hospitem.

ACTVS QVARTI SCENA III. ANTIPHO, GETA, CHREMES, DEMIPHO.

AN. *EXspecto, quàm mox recipiat sese huc Geta.*
Sed patruum cum patre video astantem. hei mihi,
Quàm timeo, aduentus huius quò impellat patrem.
GE. *Adibo hosce: ô noster Chremes.* C. *salue Geta.*
GE. *Venire saluom volup' est.* CH. *credo.* GE. *quid agitur?*
CH. *Multa aduenienti, vt fit, noua hic cõpluria.*
GE. *Ita. de Antiphone audistin' quæ facta?* CH. *omnia.*
GE. *Tun' dixeras huic? facinus indignũ, Chreme,*
Sic circumiri? DE. *cum hoc id agebam commodum.*
GE. *Nam hercle ego quoque id quidem mecum agitans sedulo,*
Inueni, opinor, remedium huic rei. DE. *quid, Geta?*
Quod remedium? GE. *vt abij abs te fit fortè obuiam*
Mihi Phormio. CH. *qui Phormio?* GE. *is, qui istã.*
CH. *scio.*
GE. *Visum est mihi, vt eius tentarem sentẽtiam,*
Prendo hominem solum: cur non, inquam, Phormio,
Vides, inter vos sic hæc potius cum bona
Vt componantur gratia, quàm cum mala?
Herus liberalis est, & fugitans litium:
Nam ceteri quidem hercle amici omnes modo
Vno ore auctores fuere, vt præcipitem hanc daret.
AN. *Quid hic cœptat? aut quò euadet hodie?* GE. *an legibus*
Daturum pœnas dices, si illam eiecerit?
Iam id exploratum est: eia, sudabis satis,
Si cum illo inceptas homine: ea eloquentia est.
Verùm pone esse victum eum: at tandem tamen
Non capitis eius res agitur, sed pecuniæ.
Postquam hominem his verbis sentio mollirier,
1 *Soli sumus nunc, inquam: eho dic, quid velis dari*
Tibi in manum, vt herus his desistat litibus:
Hæc hinc faceßat. tu molestus ne sies.
AN. *Satin' illi dij sunt propitij?* GE. *nam sat scio,*
Si tu aliquam partem æqui, bonique dixeris,
Vt ille est bonus vir, tria non commutabitis
Verba hodie inter vos. DE. *quis te istæc iussit loqui?*
CH. *Immò non potuit melius peruenirier*
Eò, quò nos volumus. A. *occidi.* C. 2 *perge eloqui.*
GE. *At primò homo insanibat.* CH. *cedo, quid stulat?*
GE. *Quid? nimium: quantum libuit.* CH. *dic.* G. *si quis daret*
Talentum magnum. CH. *immò malum hercle: vt nihil pudet?*
GE. *Quod dixi adeò ei: gũæso, quid si filiam*
Suam vnicam locaret? parui retulit
Non suscepisse: inuenta est, quæ dotem petat.
Vt ad pauca redeam, ac mittam illius ineptias:
Hæc denique eius fuit postrema oratio:
Ego, inquit, iam à principio amici filiam,
Ita vt æquom fuerat, volui vxorem ducere,
Nam mihi veniebat in mentẽ eius incõmodum,
In seruitutem pauperem ad ditem dari:
Sed mihi opus erat, vt apertè tibi nunc fabuler,
Aliquantulum quæ afferret, qui dissoluerem
Quæ debeo: & etiam nunc, si volt Demipho
Dare, quantũ ab hac accipio, quæ sponsa est mihi,
Nullã mihi malim, quàm isthanc vxorem dari.
AN. *Vtrum stultitia facere ego hunc, an malitia*
Dicam: scientem, an imprudentem: incertus sum.
DE. *Quid, si animam debet?* GE. *ager oppositus est pignori*
Ob decem minas, inquit. DE. *age, age, iam ducat, dabo.*
G. *Aedicula item sunt ob decẽ alias.* D. *hoi, hui,*
Nimium est. C. *ne clama. petito hasce à me decẽ.*

1 G.F. ex Inter. monet etiam legi: excutiat: sed aduersari carmen. ex Apollodoro. Int.

2 Sic F.F. more Terentiano: vt Eun. 4 5. Alij vulgò saltem: eccum ipsum.

1 Faer: Soli s. n. hic, inquam: eho quid vis dari.

2 Hęc verba Demiphoni tribuuntur in manuſ. vt & illa: cedo, quid poſtulat. Et: dic. Et: imò malum hercle, I. R. è man. & vetuſt. impreſ.

GE. V-

GE. *Vxori emunda ancillula est: tum autem pluscula*
Supellectile opus est: opus est sumtu ad nuptias:
His rebus pone sane, inquit, decem minas.
DE. *Sexcentas proinde potius scribito iam mihi dicas:*
Nihil do: impuratus me ille vt etiam inrideat?
CH. Quaeso, ego dabo? quiesce tu modò filius
Fac vt illam ducat, nos quam volumus. AN. hei mihi,
Geta, occidisti me tuis fallacijs.
CH. Mea causa eijcitur: me hoc est aequom amittere.
GE. Quantum potes, me certiorem, inquit, face,
Si illam dant, hanc vt 1 omittam; ne incertus siem:
Nam illi mihi dotem iam constituerunt dare.
CH. Iam accipiat: illis repudium renuntiet,
Hanc ducat. DE. quae quidè illis res vortat malè.
CH. Opportunè adeo nunc argentum mecum attuli,
Fructum, quem Lemni vxoris reddunt praedia:
2 Id sumam: vxori, tibi opus esse, dixero.

ACT. QVARTI SCENA IIII.
ANTIPHO, GETA.

AN. *GEta. GE. hem. An. quid egisti? GE. emunxi argento senes.*
Satin' id est? GE. nescio hercle; tantum iussus sum.
AN. Ehò verbero, aliud mihi respondes, ac rogo?
GE. Quid ergo narras? AN. quid ego narrem? opera tua
Ad rectum mihi quidem res redijt planissumè:
Vt te quidem omnes dij, deaeq; superi, inferi
Malis exemplis perdant: hem, si quid velis,
3 Huic mandes, quod quidem rectè curatum velis,
Qui te ad scopulum è tranquillo inferat,
Quid minus vtibile fuit, quàm hoc vlcus tangere,
Aut nominare vxorem? iniecta est spes patri,
Posse illam extrudi. cedò, nunc porrò Phormio
Dotem si accipiet, vxor ducenda est domum:
Quid fiet? GE. 4 non enim ducet. An. noui: caterùm
Cùm argentum repetent, nostra causa scilicet
In neruom potius ibit. GE. NIHIL EST, Antipho,
Quin malè narrando possit deprauarier.
Tu id, quod boni est, excerpis: dicis, quod mali est.
Audi nunc contrà iam: si argentum acceperit,
Ducenda est vxor, vt ais: concedo tibi:
Spatium quidem tandem apparandi nuptias,
Vocandi, sacrificandi, dabitur paululum:
Interea amici, quod polliciti sunt, dabunt.
Id ille istis reddet. AN. quamobrem? aut quid dicet? GE. rogas.
1 Quot res post illa, monstra euenerunt mihi!
Introijt in aedis ater alienus canis:
Anguis per impluuium decidit de tegulis:
Gallina cecinit: interdixit ariolus:
Aruspex vetuit ante brumam aliquid noui
Negoci incipere: quae causa est iustissima.
Haec fient. AN. vt modò fiant. GE. fient: me vide.
Pater exit, abi: dic, esse argentum, Phaedria.

ACTVS QVARTI SCENA V.
DEMIPHO, GETA, CHREMES.

DE. *QVietus esto inquam: ego curabo, ne quid verborum duint.*
Hoc temerè nunquam amittam ego à me, quin mihi testeis adhibeam,
2 Cui dem: & quam ob rem dem, commemorabo.
GE. vt cautus est, vbi nihil opus est.
CH. Atque ita opus facto est. at matura: dum lubido eadem haec manet:
Nam si altera illa magis instabit, forsitan nos reijciat.
GE. Rè ipsam putasti. DE. duc me ad eum ergo.
GE. non moror. CH. vbi hoc egeris,
Transito ad vxorem meam, vt conueniat hanc prius, quàm hinc abeat:
Dicat, eam dare nos Phormioni nuptum, ne succenseat:
Et magis esse illum idoneum, qui ipsi sit familiarior:
Nos nostro officio nihil egressos esse: quantum is voluerit,
Datum esse dotis. DE. quid tua (malùm) id refert? CH. magni, Demipho.
DE. Non sat tuum te officium fecisse, si non id fama approbat?
CH. Volo ipsius quoque voluntate hoc fieri, ne se eiectam praedicet,
DE. Idem ego istuc facere possum. CH. mulier mulieri magis congruet.
DE. Rogabo. CH. vbi nunc illas ergo reperire possim, cogito.

ACT. QVINTI SCENA I.
SOPHRONA, CHREMES.

SO. *QVid agam? quem mihi amicum inueniam, misera? aut cui consilia haec referam?*
Aut, vnde mihi 3 auxilium petam?
Nam vereor, hera ne ob meum suasum indignè iniuria afficiatur,
Ita patrem adolescentis facta haec tolerare au-

1 Sic G.F.Al. amittam: Vvert. mittam: vt & Faer. & I.R. ex Has. 2 Inde sumam. Faer. 3 M.M. & Faer. ita: Huic mandes, qui te ad scopulum è tranquillo inferat. 4 Mur. enim non ducet. Confirmantis particula. Hec. 2. 1.

1 Al. & Plaut. Quot res? post illa m.e. m. 2 Aliqui: cum dem. 3 Sic G.F.è Vvert. Alij: Aut vnde mihi nunc aux. pet. Faer. aut vnde auxil. petam. i.e. Phanium.

dio violenter.
CH. Nam quæ hæc est anus exanimata, à fratre quæ egressa est meo?
SO. Quod vt facerem, egestas me impulit, cum scirem infirmas nuptias
Hasce esse, vt id consulerem, interea vita vt in tuto foret.
CH. Certè edepol, nisi me animus fallit, aut parum oculi prospiciunt, meæ
Nutricem gnatæ video. SO. neque ille inuestigatur: CH. quid agam?
SO. Qui est eius pater. CH. 1 adeo, an maneo, dum ea, quæ loquitur, magis cognosco?
SO. Quòd si eum nunc reperire possim, nihil est, quod verear. CH. ea ipsa est.
Conloquar. SO. quis hic loquitur? CH. Sophrona. SO. & meum nomen nominat?
CH. Respice ad me. SO. dij obsecro vos, éstne hic Stilpho? CH. non. SO. negas?
CH. Concede hinc à foribus paululum istorsum sodes, Sophrona,
Ne me istoc posthac nomine appellassis. SO. quid? non is obsecro es,
Quem semper te esse dicitasti? CH. 2 st. SO. quid has metuis fores?
CH. Concluſam hic habeo vxorem sæuam. verùm istoc de nomine
Eò perperam olim dixi, ne vos fortè imprudentes foris
Effutiretis, atque id porrò aliqua vxor mea resciſceret.
SO. 2 Hem istoc pol nos te hic inuenire miseræ nũquam potuimus.
CH. Ehò dic mihi, quid tibi rei est cum familia hac, vnde exis?
Aut vbi illæ sunt? SO. miseram me. CH. hem, quid est, viuúntne? SO. viuit gnata.
Matrem ipsam ex 3 ægritudine miseram mors consecuta est.
CH. Malè factum. SO. ego aut ea quæ essem anus deserta, egens, ignota,
Vt potui, nuptum virginem locaui huic adolescenti,
Harum qui est dominus ædilum. CH. Antiphonine inquam? SO. hem isti ipsi.
CH. Quid? duásne is vxores habet? SO. au obsecro, vnam ille quidem hanc solam.
CH. Quid illa altera, quæ dicitur cognata? SO. hæc ergo est. CH. quid ais?
SO. Compositò est factum quo modo hanc amans habere posset
Sine dote. CH. dij vestram fidem, quàm sæpè fortè temerè
Eueniunt, quæ non audeas optare! offendi adueniens,
Qui cum volebam, atque vt volebam, conlocatam filiam.
Quod nos ambo opere maxumo dabamus operam
1 M.M. adeon'? an maneo? Faer. adeo? maneo?
2 Hem, omittit Faer. 3 Faer. ægritudine hac.

vt fieret,
Sine nostra cura, maxuma sua cura, hæc sola fecit.
SO. Nunc quid facto est opus, vide: pater adolescentis venit,
Eúmque animo iniquo hoc oppidò ferre aiunt.
CH. nihil periclí'st.
Sed per deos atque homines, meam esse hanc, caue resciscat quisquam.
SO. Nemo ex me scibit. CH. sequere me: cætera intus audies.

ACT. QVINTI SCENA II.
DEMIPHO, GETA.

DE. NOstrapte culpa facimus, vt malos expediat esse,
Dum nimium dici nos bonos studemus & benignos:
Ita fugias, ne præter casam, quod aiunt. nonne id sat erat,
Accipere ab illo iniuriam? etiam argentum est vltrò obiectum.
Vt sit qui viuat, dum aliquid aliud flagitij conficiat.
GE. Planissimè, his nunc præmium est, qui recta prauæ faciunt.
GE. Verissimè. DE. vt stulti issimè quidem illi rem gesserimus.
GE. Modò vt hoc consilio possiet discedi, vt istam ducat.
DE. Etiámne id dubium est? GE. haud scio hercle, vt homo est, an mutet animum.
DE. Hem, mutet autem? GE. nescio: verùm si forte, dico.
DE. Ita faciam, vt frater censuit, vxorem huc eius adducam,
Cum ista vt loquatur. tu Geta, abi: præuuncia hanc venturam.
GE. Argentum inuentum'st Phædriæ, de iurgio siletur:
Prouisum est, ne in præsentia hac hinc abeat: quid nunc porrò?
Quid fiet? in eodem luto hæsitas, vorsuram solues,
Geta: præsens quod fuerat malum, in diem abiit: plagæ crescunt,
Nisi prospicis: nunc hinc domum ibo, ac Phanium edocebo.
Ne quid vereatur Phormionem, aut eius orationem.

ACTVS QVINTI SCENA III.
DEMIPHO, NAVSISTRATA, CHREMES.

DE. AGedum, vt soles, Nausistrata, fac vt illa placetur nobis,
Vt sua voluntate id, quod est faciundum, faciat.
NA. faciam.
DE. Pariter nunc opera me adiuues, ac diudum re opitulata es.
NA. Factum volo: ac pol minus queo viri culpa, quàm me dignum est.

DE. Quid

DE. *Quid autem?* NA. *quia pol mei patris bene parta indiligenter*
Tutatur: nam ex his prædiis talenta argenti bina
Statim capiebat: hem, vir viro quid præstat? DE. *bina quæso?*
NA. *Ac rebus vilioribus multò, tamen duo talenta.* DE. *hui.*
NA. *Quid hæc videntur?* DE. *scilicet.* NA. *virum me natam vellem:*
Ego ostenderem. DE. *certò scio.* NA. *quo pacto?*
DE. *parce sodes,*
Vt possis cum illa, ne te adolescens mulier defatiget.
NA. *Faciam, vt iubes: sed meum virum abs te exire video.* CH. *hem Demipho,*
Iam illi datum est argentum? DE. *curaui illicò.*
CH. *nollem datum.*
Hei, video vxorem, penè plus, quàm sat erat. DE. *cur nolles, Chreme?*
CH. *Iam rectè.* DE. *quin tu? ecquid locutus cum ista es. quamobrem hanc ducimus?*
CH. *transegi.* DE. *quid ait tandem?* CH. *abduci non potest.* DE. *qui non potest?*
CH. *Quia vterque vtrique est cordi.* DE. *quid isthuc nostra?* CH. *magni præter hæc,*
Cognatam comperi esse nobis. DE. *quid? deliras?*
CH. *sic erit:*
Non temerè dico: redi mecum in memoriam. DE. *satine sanus es?*
NA. *Au, obsecro, caue ne in cognatam pecces.* DE. *non est.* CH. *ne nega:*
Patris nomen aliud dictum est. hoc tu erraſti. DE. *non norat patrem?*
C. *Norat.* DE. *Cur aliud dixit?* CH. *nunquámne hodie concedes mihi,*
Neque intelliges? DE. *si tu nihil narres.* CH. *pergis?* NA. *miror quid hoc siet.*
DE. *Equidem hercle nescio.* CH. *vin' scire? at ita me seruet Iuppiter,*
Vt propior illi, quam ego sum, ac tu, homo nemo est. DE. *dij vestram fidem:*
Eamus ad ipsam vnà omneis nos: aut scire, aut nescire hoc volo. CH. *oh.*
DE. *Quid est?* CH. *itáne parum mihi fidem esse apud te?* DE. *vin' me hoc credere?*
Vin' satis quæstum mihi isthuc esse? age fiat. quid illa filia
Amici nostri, quid futurum est? CH. *rectè.* DE. *hanc igitur mittimus?*
CH. *Quid ni?* DE. *illa maneat?* CH. *sic.* DE. *ire igitur tibi licet, Nausistrata.*
NA. *Sic pol commodius esse in omneis arbitror, quàm vt cœperas,*
Manere hanc: nam perliberalis visa est, cùm vidi, mihi.
DE. *Quid isthuc negotî est?* CH. *iámne aperuit ostium?* DE. *iam.* CH. *ô Iuppiter.*
Dij nos respiciunt: gnatam inueni nuptam cum tuo filio. DE. *hem,*
Quo pacto id potuit? CH. *non satis tutus est ad narrandum hic locus.*
DE. *At tu intro abi.* CH. *heus, ne filij quidem nostri hoc resciscant, volo.*

ACT. QVINTI SCENA IIII.
ANTIPHO.

Lætus sum, vtut meæ res sese habent, fratri obtigisse quod volt.
Quàm scitum est, eiusmodi parare in animo cupiditates,
Quas, cùm res aduorsæ sient, paulò mederi possis?
Hic simul argentum repperit, cura sese expediuit:
Ego nullo possum remedio me exsoluere ex his turbis,
Quin, si hoc celetur, in metu, sin patefit, in probro sim.
Neque me domum nunc reciperem, ni mihi esset spes ostensa
Huiusce habendæ. sed vbinam Getam inuenire possum,
Vt rogem, quod tempus conueniundi patris me capere iubeat?

ACT. QVINTI SCENA V.
PHORMIO, ANTIPHO.

PH. *Argentum accepi, tradidi leno ni: abduxi mulierem:*
Curaui, propria ea Phædria vt potiretur: nam emissa est manu.
Nunc vna res mihi restat, quæ est etiam conficiunda, otium
Ab senibus ad potandum vt habeam: nam aliquot hos sumam dies.
AN. Sed Phormio est: quid ais? PH. quid? AN. quidnam nunc facturus Phædria?
Quo pacto satietatem amoris ait se velle sumere?
PH. Vicissim parteis tuas acturus est. AN. quas?
PH. vt fugitet patrem:
Te suam rogauit rursum vt ageres, causam vt pro se diceres.
Nam potaturus est apud me: ego me ire senibus Sunium,
Dicam ad mercatum, ancillulam emptum, dudum quam dixit Geta,
Ne, cùm hic non videant me, conficere credant argentum suum.
Sed ostium concrepuit abs te. AN. vide, quis egrediatur. PH. Geta est.

ACTVS QVINTI SCENA VI.
GETA, ANTIPHO, PHORMIO.

GE. *O Fortuna! ô fors fortuna! quantis commoditatibus,*
Quàm subitò hero meo Antiphoni ope vestra hunc onerastis diem?

1 Plant. nunquam hod. 2 Faer. perdis.
3 Ita I R. Vulgò non legitur, homo.
1 Ita G.F. & G.L. Sed Faer. & M. habet, euoluere.

AN. *Quidnam hic sibi volt?* GE. *nósque amicos eius exoneraſtis metu?*
Sed ego nunc mihi ceſſo, qui non humerum hunc onero pallio:
Atque hominem propero inuenire, vt hæc, quæ contigerint, sciat?
AN. *Num tu intelligis, quid hic narret?* PH. *num tu?* AN. *nihil.* PH. *tantundem ego.*
GE. *Ad lenonem hinc ire pergam: ibi nunc sunt.*
AN. *heus Geta.* GE. *hem tibi.*
Num mirum aut nouum eſt, reuocari, cursum cùm inſtitueris? AN. *Geta.*
GE. *Pergin? hercle nunquam tu tuo odio vinces me.* AN. *non manes?*
G. *Vapulabis. Curialis vernula eſt, qui me vocat.*
AN. *Id quidem tibi iam fiet, niſi reſiſtis, verbero.*
GE. *Familiariorem oportet eſſe hunc, qui minitatur malum:*
Sed is-ne eſt, quem quæro, an non? ipſu'ſt. PH. *congredere actutum.* AN. *quid eſt?*
GE. *Omnium, quantum eſt qui viuant, hominum homo honoratiſſime.*
Nam ſine controuerſia ab diis ſolus diligere, Antipho.
AN. *Ita velim: ſed qui iſtuc credam ita eſſe, mihi dici velim.*
GE. *Satin' eſt, ſi te delibutum gaudio reddo?* AN. *enicas.*
PH. *Quin tu hinc pollicitationes aufer, &, quod fers, cedò.* GE. *oh,*
Tu quoque hic aderas, Phormio? PH. *aderam: ſed ceſſas?* GE. *accipe, hem.*
Vt modò argentum tibi dedimus apud forum, recta domum
Sumus profecti: interea mittit herus me ad vxorem tuam.
AN. *Quamobrem?* GE. *omitto proloqui: nam nihil ad hanc rem eſt, Antipho:*
Vbi in gynæceum ire occipio, puer ad me adcurrit Myda:
Pone apprehendit pallio, reſupinat: reſpicio: rogo,
Quamobrem retineat me: ait eſſe vetitum intrò ad heram accedere:
Sophrona modò fratrem huc, inquit, ſenis introduxit Chremem,
Eúmque nunc eſſe intus cum illis: hoc vbi ego audiui, ad fores
Suſpenſo gradu placidè ire perrexi: acceſſi: adſtiti:
Animam compreſſi: aurem admoui: ita ánimum cœpi attendere:
Hoc modo ſermonem captans. AN. *euge Geta.*
GE. *hic pulcerrimum*
Facinus audiui: itaque penè hercle exclamaui gaudio.
PH. *Quod?* GE. *quódnam arbitrare?* AN. *neſcio. atqui mirificiſſimum:*
Patruus tuus pater eſt inuentus Phanio vxori tuæ. AN. *hem,*
Quid ais? GE. *cum eius conſueuit olim matre in Lemno clanculùm.*
PH. *Somnium: vtin' hæc ignoraret ſuum patrem?*
GE. *aliquid credito,*
Phormio, eſſe cauſæ: ſed me conſen' potuiſſe omnia
Intelligere extra oſtium, intus quæ inter ſeſe ipſi egerint?
PH. *Atque hercle ego quoque illam audiui fabulam.* GE. *immò etiam dabo,*
Quò magis credas: patruus interea intus egreditur foras:
Haud multò pòſt cum patre idem recipit ſe intrò denuò:
Ait vterque tibi poteſtatem eius habendæ ſe dare:
Denique ego ſum miſſus, te vt requirerem, atque adducerem.
AN. *Hem, quin ergo? rape me: quid ceſſas?* GE. *feci cero.* AN. *ó mi Phormio,*
Vale. PH. *vale, Antipho: bene, ita me dij ament, factum: & gaudeo.*

ACTVS QVINTI SCENA VII.
PHORMIO.

TAntam fortunam de improuiſo eſſe his datam!
Summa eludendi occaſio eſt mihi nunc ſenes,
Et Phædriæ curam adimere argentariam,
Ne cuiquam ſuorum æqualium ſupplex ſiet:
Nam idem hoc argentum ita[1] vt ingratis eſt datum,
His datum erit: hoc qui cogam, re ipſa repperi.
Nunc geſtus mihi, voltúſque eſt capiundo nouus.
Sed hinc concedam in angiportum hunc proximum:
Inde hiſce oſtendam me, vbi erunt egreſſi foras:
Quò me adſimularam ire ad mercatum, non eo.

ACTVS QVINTI SCENA VIII.
DEMIPHO, PHORMIO, CHREMES.

DE. *DIis magnas meritò gratias habeo, atque ago,*
Quando euenere hæc nobis, frater, proſpere.
Quantum poteſt nunc conueniendus Phormio eſt,
Prius, quàm dilapidet, noſtras triginta minas
Vt auferamus. PH. *Demiphonem ſi domi eſt,*
Viſam: vt quod. DE. *at nos ad te ibamus, Phormio.*
PH. *De eadem hac fortaſſe cauſa?* DE. *ita hercle.*
PH. *credidi.*
Quid ad me ibatis? ridiculum: an veremini,
Ne non id facerem, quod recepiſſem ſemel?
Heus, quanta quanta hæc mea paupertas eſt: tamen
Adhuc curaui vnum hoc quidem, vt mihi eſſet fides.

[1] Sic G.F. è Vvert. & al. Int. Pergit hercle. Al. Pergit: hercle. vt & Plaut. Alij, Pergis? Faer. Pergis hercle.

[1] In antiq. ita vt datum eſt ingratis. Al. ingratiis. G.F. & Th. P.M.M. & Faer.

CH.

C. Estne ea ita, vt dixi, liberalis? D. oppidò.
P. Itaque ad vos venio nuntiatum, Demipho,
Paratum me esse: vbi voltis, vxorem date.
Nam omneis postĥabui mihi res, ita vti par fuit.
Postquam tantopere id vos velle, animum aduorteram.
D. At hic dehortatus est me, ne illam tibi darem:
Nam qui erit rumor populi, inquit, si id feceris?
Olim cùm honestè potuit, tum non est data:
Nunc viduam extrudi, turpe est: fermè eadem omnia,
Quæ tute dudum coram me incusaueras.
P. Satin' superbè inluditis me. D. qui? P. rogas?
Quia ne alteram quidem illàm potero ducere:
Nam quo redibo ore ad eam, quam contempserim?
CH. Tum autem Antiphonem video ab sese amittere
Inuitum eam: inque. D. tum autem video, filium
Inuitum sanè mulierem ab se amittere.
Sed transi sodes ad forum, atque illud mihi
Argentum iube rursum rescribi, Phormio.
PH. Quódne ego perscripsi porrò illis, quibus debui.
D. Quid igitur fiet? P. si vis mihi vxorem dare.
Quam despondisti, ducam: sin est, vt velis
Manere illà apud te, dos hic maneat, Demipho:
Nam non est æquom, me propter vos decipi,
Cum ego vostri honoris causà repudium [1] alteri
Remiserim, quæ dotis tantundem dabat.
D. I hinc [2] malam, rem cum istac magnificentia,
Fugitiue: etiam nunc credis te ignorarier,
Aut tua facta adeò? PH. inritor. DE. túne hanc duceres,
Si tibi data esset? PH. fac periclum. D. vt filius
Cum illa habitet apud te: hoc vostrum consilium fuit.
PH. Quæso, quid narras? D. quin tu mihi argentum cedò.
PH. Immo vero tu vxorem cedo. DE. in ius ambula.
PH. in ius? enimuero si porro esse odiosi pergitis.
D. Quid facies? P. egòne? vos me indotatis modo
Patrocinari fortasse arbitramini:
Etiam dotatis soleo. C. quid id nostra? P. nihil.
Hic quandam noram, cuius vir vxorem. C. hem.
D. quid est?
P. Lemni habuit aliam. C nullus sum. P. ex qua filiam
Suscepit: & eam clàm [3] educit. C. sepultus sum.
P. Hæc adeo ego illi iam denarrabo. C. obsecro,
Ne facias. P. oh, túne is eras? D. vt ludos facit.
C. Missum te facimus. P. fabulæ. C. quid vis tibi?
Argentum quod habes? condonamus te. P. audio:

Quid (vos malum) ergo me sic ludificamini
Inepti, vostra puerili sententia?
Nolo, volo: volo, nolo rursum: cedo, cape:
Quod dictum, indictum est: quod modo erat ratum, irritum est.
C. Quo pacto, aut vnde hæc hic resciuit? D. nescio,
Nisi me dixisse id nemini, certo scio.
CH. Monstri, ita me dij ament, simile. PH. inieci scrupulum. DE. hem,
Hiccine vt à nobis hoc tantum argenti auferat,
Tam apertè irridens? emori hercle satius est:
Animo virili præsentique vt sis, para.
Vides tuum peccatum esse elatum foras,
Neque iam id celare posse te vxorem tuam:
Nunc quod ipsa ex aliis auditura sit, Chreme,
Id nosmet indicare placabilius est.
Tum hunc impuratum poterimus nostro modo
Vlcisci. P. atat, nisi mihi prospicio, hæreo:
Hi gladiatorio animo ad me affectant viam.
C. At vereor, vt placari possit. D. bono animo es:
Ego redigam vos in gratiã, hoc fretus, Chreme,
Cùm è medio excessit, vnde hæc suscepta est tibi.
P. Itáne agitis mecum? satis astute aggredimini:
Non hercle ex re istius me instigasti, Demipho.
Ain' tu? vbi peregrè, tibi quod lubitum fuit, feceris,
Neque huius sis veritus fœminæ primariæ,
Nouo modo ei quin faceres contumelias,
Venias mihi precibus lautum peccatum tuum!
Hisce ego illam dictis ita tibi incensam dabo,
Vt ne restinguas lacrumis, si extillaueris.
D. Malum, quod isti dij, deæq; omnes duint.
Tantáne affectum quenquam esse hominem audaciã?
Nonne hoc publicitus scelus hinc deportarier
In solas terras? C. in id redactus sum loci,
Vt, quid agam cum illo, nesciam prorsum. D. ego scio:
In ius eamus. P. in ius? huc, si quid lubet.
DE. Obsequere, ac retine, dum hinc ego seruos euoco.
CH. Etenim nequeo solus: adcurre huc. PH. vna iniuria' st
Tecum. CH. lege agito ergo. PH. altera est tecum, Chreme.
DE. Rape hunc. PH. itáne agitis? enimuerò voce est opus.
Nausistrata exi. C. os opprime. D. impurum vide
Quantum valet. PH. Nausistrata, inquam. CH. non taces?
PH. Taceam? DE. nisi sequitur, pugnos in ventrem ingere.
PH. Vel oculum exclude: est, vbi vos vlciscar, probè.

ACT. QVINTI SCENA II.
NAVSISTRATA, CHREMES, PHORMIO, DEMIPHO.

QVi nominat me? CH. hem. NA. quid istuc turbæ est obsecro,

1 Faer. alteræ: antiquè.
2 Sic I.R.Al I hinc in malam rem. Al. I hinc in malam crucem. Faer. I in malam rem hinc.
3 Sic alibi Educere pro Educare, per archaismum. Alij vulgò: educat: vt M.M. & Faern.

Mi vir? PH. *hem, quid nunc* 1 *obticuisti?* NA. *quis hic homo est?*
Non mihi respondes? PH. *hiccine vt tibi respondeat,*
Qui hercle, vbi sit, nescit? CH. *caue illi quicquam creduas.*
PH. *Abi: tange: si non totus friget, me enica.*
CH. *Nihil est.* NA. *quid ergo est? quid istic narrat?*
PH. *iam scies:*
Ausculta. CH *pergin' credere?* NA. *quid ego obsecro*
Huic credam, qui nihil dixit? PH. *delirat miser*
Timore. NA. *Non pol temerè est, quod tu tam times.*
C. *Ego timeo?* P. *rectè sanè: quando nihil times*
Et hoc nihil est, quod ego dico, tu narra. DE. *scelus*
Tibi narret? PH. *eho tu, factum'st abs te sedulò*
Pro fratre. NA. *mi vir, non mihi narras?* CH. *at.*
NA. *quid at?*
CH. *Non opus est dicto.* PH. *tibi quidem: at scito huic opu'st,*
In Lemno. CH. *hem quid ais?* DE. *non taces?*
PH. *clam te.* CH. *hei mihi.*
PH. *Vxorẽ duxit.* N. *mi homo, dij melius duint.*
PH. *Sic factum'st.* NA. *perij misera.* PH. *& inde filiam*
Suscepit iam vnam, dum tu dormis. CH. *quid agimus?*
NA. *Prò dij immortales, facinus* 2 *indignum, & malum!*
PH. *Hoc actum'st.* NA. *an quicquam hodie est factum indignius?*
Qui mihi, vbi ad vxores ventum'st, tũ fiũt senes.
Demipho, te appello: nam me cum hoc ipso dista det loqui.
Haccine erant itiones crebræ, & mansiones diutinæ
Lemni? haccine erat ea quæ nostros fructus minuebat, vilitas?
DE. *Ego, Nausistrata, esse in hac re culpam meritam non nego,*
Sed eam, quæ sit ignoscenda. PH. *Verba fiunt mortuo.*
DE. *Nam neque negligentia tua, neque odio id fecit tuo.*
Vinolentus ferè ab hinc annos quindecim, mulierculam
Eam compressit, vnde hæc nata'st. neque post illa vnquam attigit.
Ea mortem obiit, è medio abiit: 3 *qui fuit in re hac scrupulus.*
Quamobrem te oro, vt alia facta non sunt, æquo animo hoc feras.
NA. *Quid ego æquo animo? cupio misera in hac re iam defungier.*
Sed quid sperem? ætate porrò minus peccaturum putem?
Iam tum erat senex, senectus si verecundos facit.
An mea forma, atque ætas nunc magis expetenda est, Demipho?
Quid mihi hic affers, quamobrem expectem, aut sperem porro non fore?
PH. *Exequias Chremeti: quibus est commodum ire,* 1 *hem tempus est.*
Sic dabo. age nunc, age Phormionem, qui volet, lacessito:
Faxo tali eum mactatum, atque hic est, infortunio.
Redeat sanè in gratiã: iam supplicij satis est mihi.
Habet hæc ei, quod, dum viuat, vsque ad aurem obganniat.
NA. An meo merito credo: quid ego nunc commemorem, Demipho,
Singillatim, qualis ego in hunc fuerim? DE. *noui æquè omnia*
Tecum. NA. meritòne' hoc meo videtur factum?
DE. *minimè gentium:*
Verùm, quando tam accusando fieri insectum non potest,
Ignosce: orat, confitetur, purgat, quid vis amplius?
PH. *Enimuerò prius quam hæc dat veniam, mihi prospiciam & Phædriæ.*
Heus Nausistrata, prius quàm huic respondes temere, audi. NA. *quid est?*
PH. *Ego minas triginta per fallaciam ab illo abstuli:*
Eas dedi tuo gnato: is pro sua amica lenoni dedit.
CH. *Hem quid ais?* NA. *adeo hoc indignum tibi videtur, filius*
Homo adolescens, si habet vnam amicam, tu vxores duas?
Nihil pudere? quo illum ore obiurgabis? respondemihi.
DE. *Faciet, vt voles* NA. *immò, vt iam meam scias sententiam,*
Neque ego ignosco, neque promitto quicquam, neque respondeo
Priùs, quàm gnatum videro: eius iudicio permitto omnia:
Quod is iubebit, faciam. PH. *mulier sapiens es Nausistrata.*
NA. Satin' id est tibi? P H. *immò verò pulcrè discedo, & probe,*
Et præter spem. NA. *tu tuum nomen dic quod est.* PH. *mihin'? Phormio,*
Vostræ familiæ hercle amicus, & tuo summus Phædriæ.
NA. Phormio, at ego ecastor posthac tibi, quod potero, & quæ voles,
Faciamque, & dicam. PH. *benignè dicis.* NA. *pol meritum'st tuum.*
PH. Vin' primum hodie facere, quod ego gau-

1 M.M. obstupuisti. Gab. Faern. Ehem quid nunc ostipuisti?
2 Faern. miserandum & malum.
3 Ita I.R. è vetustiss. & manuscr. pronunciatiuè. An. Goucan. & G.L. & F.F. qui sit in re hac scrupulus? Alij: qui sit in re hac scrup.

1 Sic G.F. è Pa I. & M.M. è duobus man. Vulgò: iam tempus est.

dum.

deam, Nausistrata.
Et quod tuo viro oculi doleant. NA. *cupio.* PH. *me ad cœnam voca.*
N. *Pol verò voco.* DE. *eamus intrò hinc.* N. *fiat.*
sed vbi est Phædria,
Iudex noster? P. *iam hic faxo aderit. Vos valete, & plaudite.*

1 Sic Interpretes hæc verba Nausistratæ relinquunt: quæ ridiculè dicantur ab irata. Alij sunt, qui Chremeti tribuant, irridenti vxorem, quæ iudicem ceperit in amoris lite & hominem adolescentem & filium aduersus patrem. G. Fab. Ergo sic etiam Faer. Ch. fiat: sed vbi est Phædria, &c.

SEX COMOEDIARVM TERENTII
FINIS.

CAII LVCILII VITA.

CAIVS Lucilius Satyrarum scriptor, iisdem propè temporibus floruit, quibus Poëta Accius, Sex. Turpilius, & Statius Cęcilius in Scena celebres habiti sunt. Ex Arunca vrbe Ausoniæ fuit. Quocirca alumnus Aruncæ vocatus est à Iunio Iuuenale. Parentes habuit satis nobiles, &, vt quidam Grammatici tradunt, fuit auunculus Cnęo Pompeio. Illud in primis manifestum est, fuisse Lucilium ingenio acerrimo, & in scribendis versibus festiuo, & vrbano. Amicos habuit Q. Attam Poëtam Comicum, Albutiũ Lapathum, Albinum, & C. Persium, qui est appellatus ab antiquis doctissimus: ad quos scribere etiam consueuit. Præter alios omnes Q. Philocomum familiarissimè coluit. Idem Lucilius primus cœpit scribere Satyras, maximéque insectatus est Rutilium Lupum, Carbonem, L. Tubulum, & alios plures, quorũ scelera atque flagitia ferre æquo animo non poterat. Fuit enim Lucilius optimis moribus, & alienæ iniquitatis acerrimus accusator, Satyrarum libros supra xxx. composuit, vti Varro & alij Grammatici ostendunt. Neque me præterit. Q. Philocomum & Lælium Archelaum fuisse autores, vt Lucilij Satyræ in libros referrentur: quod à Suetonio scribitur. Nam Grammatici veteres censoria virgula vtebantur, Poëtarúmque carmen in libros diuidebant: vt C. Octauius Næuij opus de bello Punico, & Q. Varguntcius Ennianos annales. Horatius Flaccus Lutulentum vocat Lucilium, & in scribendis carminibus incõpositum. Qua in re magni autores ab eo dissentiunt: præcipuè Gellius & Fab. Quintilianus, cuius verba subiiciemus. Satyra quidem tota nostra est, in qua primus insignem laudem adeptus est Poëta Lucilius, qui quosdã ita deditos sibi habet amatores, vt eum non eiusdem modò operis autoribus, sed omnibus Poëtis præferre non dubitent. Ego quantum ab illis, tantum ab Horatio dissentio, qui Luciliũ fluere lutulente, & esse aliquid quod tollere possis, putat. Nam eruditio in eo mira, libertásque, & acerbitas, & abunde salis. Hadrianus Imperator eundem Lucilium omnibus Poëtis præponebat, qui Satyram scripsissent. Metrophanem seruum habuit, cuius fidem atque industriam in Satyris commendauit. Mortuus vrbe Neapoli, eodem propè anno, quo Furius Bibaculus natalem habuit. Neque desunt auctores qui scribant, publico funere Lucilium fuisse elatum, cùm annum ætatis sextum & quadragesimum impleuisset.

CAII LVCILII

OPERA QVÆ EXSTANT.

SATYRIS.

LIBRO I. SAT.

Hæc vbi dicta dedit, pausam facit ore loquendi.
Si non amplius ad lustrum hoc protelleret vnum.
Serpere vti gangræna malo ad quem herpestica posset.
Psilæ atque amphitapæ villis ingentibus molles.
Prætextæ ac tunicæ Lydorum opus sordidum omne.
--vt contendere possem
Thestiadas Ledæ, atque ixionas Archilochio.
Porrò chænopodas, clinopodas, lychnósque.
Diximus cennos 1 ante pedes lecti atque lucernas.
Ad cœnam adducam, & primum hisce 2 abdomina thynni
Aduenientibus priua dabo, cephaleámque carnem.
Stultè saltatum te interuenisse cinædos.
Munus tamen fungi, & muros seruare.
Per satyram ædilem factum qui legibus soluat.
Non vim, ætatem, tempestatem hanc scelerosi merentur.
Nodum in scirpo insanè facere vulgus.
Quo pacto populum atque vrbẽ seruare potis sit
Amplius Romanam.
Irritata 3 canes quàm homo quam planius dicit.
Miracula ciet thelephantas.
Infamem honestam turpémque odisse popinam.
Vultus itẽ vt facies mors citer morbus venenum.
Porro quæcunque & cuicunque, vt diximus ante,
Obstiterit, primo hoc minuendi refert res.
Et mercede meret religiones.

LIBRO II. 4 SAT.

Viuite lurcones, comedones, viuite ventres.
--quæ horis sublata duabus
Omnia sunt, sole occaso ductóque.
Succussatoris tetri tardique caballi.
Hostilibus contra pestem perniciémque catax quam & Manlius nobis.
Tum facta omnia sunt circumlata.
Ricini aurati cica & oraria mitra.
Quem illi quum vidissent Hortensius Posthumiúsque.
Cæteri itẽ in capulo hunc nõ esse, aliúmq. cubare.
Homo impudicus, & impune est rapinator.
--vix viuo homine ac monogrammo.
--in vulgum penetrare pilosam.
Non dico, vncat & vagus exulet, erret exlex.
Homo impuratus & impuno est rapister.
Nunquid Mutio subiectóque huic opus signo,
Vt lurcaretur lardum, & carnaria furtim 1
Conficeret.
Quæ ego nunc Æmilio præcanto, atque exigo, atque excanto.
Sinatibus natricem impressit crassam & capitatam.
Iniuriatum hunc in fauces inuolasse, animámque elisse illi.
Nunc nomen iámque ex testibus ipse rogando
Exculpo, hæc dicam.
Quid dicis? cur est factum quòd coniicis istuc?

LIBRO III. SAT.

Bronchus nouit lanius, dente aduerso eminulo. hic est rhinoceros.
Verùm hic ludus ibi súsque omnia déque fuerũt.
Súsque & déque fuêre, inquam, omnia; ludius iocúsque.
Illud opus durum, vt setinum accessimus sinem.
Vt aiunt, montes Ætnæ omnes asperi Athones.
Illud ad incitas quum rediit atque internecionem.
Viamque degrumari vis, vt castris mensor facit olim.
Ostrea nulla fuit, non purpura nulla Pelori.
Malas tollimus animo, atque vtimur rictu.
Non (vt opinor) id à lecto iam longiter rati.
Et somno pueros cum mane expergitus clamat.
Exhalas tum acidos ex pectore ructus.
Præterea omne iter hoc est laborsum.
Caupona hic tamen vna Syria.
--& spatium curando corpore honestum
Sumemus.
Symmachus præterea iam tum depositus bubulcus,
Exhalans animam pulmonibus ager agebat.
Ad portam mille, à porta est exinde 2 Salernum.
Non peperit, verùm postica parte protundit,
Cernuus extemplo plantas conuestit honestas

1 al. semnos. 2 al. abdomina thynnia venientibus priua dabo cephaleámque carnem.
3 alij, Irritata canis quòd homo quam plurima dictat, vel, Irritata canx. 4 al. lib. 5.

1 al. fartim.
2 vel sex inde.

Conturbare

Conturbare animam potis est quicunque adoritur.
Crebræ vt scintillæ in stricturis quod genus olim
Feruenti ferro.
Romanis ludis forus olim ornatus lacernis.
Asparagi nulli.
--studens hi ligna videre.

LIBRO IIII. SATYR.

Vertitur œnophoris fundus sententia nobis.
Eserninus fuit flacco ore, vna equidem
Samnis spurcus homo, vita illa dignus, locóque,
Cum Pacidiano componier, optimus multo
Post homines natos gladiator qui fuit vnus.
Tisiphone te pulmonibus adirem, vnguentum excoctum attuli Eumenidibus sanctissima Erynnis.
Ne agitarem manu tu pessulus, & hunc vectem possis cuneis ipso.
Tu partem laudis caperes, tu gaudia mecum partisses.
Assequitur nec opinantem, in caput insilit ipsum:
Commanducatur totum complexa, coméstque.
Quúmque hic tam formosus homo, ac te dignus puellus.
Obtursi ebrius.
Longior hic quàm grus grue tota cũ volat olim.
Concursaret agros, catulos fœtúmque ferarum.
Hæret verticulis adfixum in posteriore
Parte, atque articulis, vt nouis talus genusq́; est.
Quòd si nulla potest mulier tam corpore duro
Esse, tamen tenero moueat succussa lacerto
Atque manus vberi lactanti in sumine sidat.
Rhinocerus velut Æthiopus.
Sufficit huic dum fulmentas quatuor addit.
Qui edit se, hic comedit me.
& diuos thure precemur
Consilium fas si placent: túne impunè superbis?
Possisne elabi an porro prodenda dies sit.
Quo me habeam pacto, tametsi non quæris, docebo.
Quando in eo numero mansi, quo in maxima nõ est
Pars hominum, vt perijsse velis, quem nolueris, quum
Visere debueris, hoc nolueris, & debueris, te
Si minus delectat quod ἄτεχνον Isocratium est,
Οχληρῶδες quæ simul totum καὶ σὺ μεθρακιώδης
Non operam perdo. Si tu hic--
Lustratus, piatus.
--interea stat sentibus pectus.
Deficit alma Ceres, nec plebes pane potitur.
Flebile cæpe simul, lacrymosæq́; ordine talpæ.
Si tam corpus loco validum ac regione maneret,
Scriptores quàm vera manet sententia cordi.
Sanute soli mihi in magno mœrore,
Tristitia in summa, crepera iuuentus salutis.
Leuius pauperiem ait se ingentia munera fungi.
Nam si quod satis est homini id satis esse potesset,
Hoc sat erat: nunc quum hoc non est, qui credimus porro
Diuitias vllas animum mihi explere potesse?
[1] *Lippus edenda, acria assiduè ceparius cepa lacrymosa.*
Nec designati rostrum prætoris pedésque
Spectes.
Sicuti quum primus ficos propalam recentes
Protulit, & pretio ingenti dat primitus paucos.
Macte, inquam, virtute simúlq́; his versibus esto.
Vrceus aut longa geminus mistarius ansa.
Lasciuire pecus iussit, rostriq́; repandum.
Dic quàm cogitas, vis ire minutim,
Per commissuras rimarum noctis nigrore.
Intybus præterea pedibus prætensus equinis.
--hic solus vigilauit, opinor.
Et quum id mihi visus facere est, tũ retia nexit.
Custodem classis catapulta instila sarissas.

LIBRO VI. SATYR.

Si nosti, non magnus homo est, nasutus: macellus.
Peccare impunè rati sunt posse, & nolit à te facul propellere iniquos.
Atque ea vis omnis morborum, pestilitásque.
Saluere iubere.
Et id solum aduersæ fortunæ rei quæ resistit.
Inde venit Romam tener ipse etiam atq́; puellus.
Suam enim inuadere atque innubere censent.
Zonatim circum impluuium cineraris cludebat.
Quem neque Lucanis oriundi montibus tauri
Ducere protelo validis ceruicibus possent.
Hortare illorum si possim capi sortiri.
Si hic vestimenta eleuit luto, ab eo risum magnũ ad cachinnum imprudens subijcit.
Pluma atque amphitapæ, & si aliud quid deliciarum.
--non te porro procedere porcent.
Postquam præsidium castris educere creui.
Hoc tu aptè, credit quenque latrina perisse.
Verùm & mercaturæ omnes & quæsticuli instituti.
Hæc, inquam, rudet è rostris, atque eiulitauit,
Concursas veluti arenarius, claréque quiritas.
Scutam ligneolam cerebro infixit.
Qui te bonus Iupiter, inquit, Crasso Mutium quum cœnabat dominum fortem,
Date bibere summo.
Cui neque iumentum est, nec seruus, nec comes vllus,
Bulgam, & quicquid habet nummorum, secum habet ipse:
Cum bulgat cœnat, dormit, lauit: omnis in vna
Spes hominis bulga, hac deuincta est cætera vita,
Nequitia occupat os, petulantia, prodigitásque,

1 alij lib. 6 Satyr. Lippus edenda acri assiduè κραμυοπώδης homo ceparius cepa.

Thaunomeno, inquit, valua sororem lanificam dici siccam atque abstemiam vbi audit.

LIBRO VII. SATYR.

Quinque hastæ aureolo cinctu rorarius velox.
Primum fulgit vti caldum & fornaceum ferrum.
Simauit taxum ad nareis, delphinus vt olim.
Hunc molere, illa autem vt frumentum vannere tum vis.
Ne auriculam obsidat caries, ne vermiculiq;.
Phryne nobilis illa vbi amatorem improbius quem.
Eodem pacto lo gannis.
Sador, subellor, desquamor, punicor, ornor,
Expilor, pingor.
Rate ad catulos acceleret inultum.
Qui te diligit, ætati faciiq; tuæ se
Fautorem ostendat, fore amicum polliceatur.
Hic est Macedo, si agron longius flaccet.
Ætatem & faciem vt saga & bona conciliatrix.
Tristes, difficiles sumus, fastidimus bonorum.
Aptari caput, atque comas fluitare capronas
Altas, frontibus immissas, vt mos fuit illis.
Solem auram aduersam segetem immuxasse statúmque.
Muginamur, molimur, [1] seducimur.
Hunc in ego vnquam hyacintho hominem cortinipotentis deliciis contendi.
Quos oculi non sunt, neque nasum, & qualia sunt.
Caldissima ac bene plena iasolorum atque anseris collus.
Dixi ad principium venio, vetulam atque virosam
Vxorem cædam potius quàm castrem egomet me.

LIBRO VIII. SATYR.

Quòd gracila est, pernix, quòd pectore puro,
Quòd puero similis.
Quarum & abundemus rerum, & quarum indigeamus.
Gallinaceus quum victor se gallus honestè
Sustulit in digitos, primoréque erigit vngueis.
Vnde parectato chlamydes ac barbula prima.
Quum vinulentas disceret vini, buas designauit.
Hanc vbi vult malè habere, vlcisci procellæ, eius testam sumit homo samiam. Ibi an vno telo inquit præcessit caulem testis, quæ vna amputat ambo.
Feruit aqua, & feruet: feruit nunc, feruet ad annum.
Rerum flumen, atque vti ipso diurotio ligneis pedibus cercurum concurret æquis.
Hiberam insulam fomenti omni colore collustra.
Pistrinum appositum, posticum, sella, culina.
Feruere ne longum vero hoc lictoribus tradam.
Lentet opus.
Non hæc quid valeat, quidve hoc interfiet illud,

[1] *al.* subducimur.

Cognoscis primum hoc quod dicimus esse poema.
Cum Plotio eodem obuio amplector, labra labellis Compono. hoc est, cum ipso duco pœnas.
Sallere murænas, mercem in frigidaria ferre.
Intus verò stet rectus subtegmine panus.
Gigeria sunt siue adeo hepetia.
Si omne iter euadit stadiúmque accliue tolutim.

LIBRO IX. SATYR.

Latere qui ducit, habet nihil amplius: nam quàm commune lutum à paleis cœnúmque aceroso.
Hinc ancilia, ab hoc apices capidásque repertas.
Arripio & rostrum labe, atque hoc referiat impercutio, dentésque aduersos discutio omneis.
Quid? ego si cerno Ostrea, cognorim fluuium, limũ ac cœnum sapere ipsum?
Rugosi passiq; senes eadem omnia quærunt.
Scaberat vt porcus contritis arbore costis.
Tu milli nummum potes vno quærere centum.
Discere labora, ne res te ipsa ac ratio ipsa refellat.
Quòd deformis senex appetitus ac podagrosus,
Quòd mancus, miserque exilis, ramice magno.
Frumentarius est, modium hic secum atq; etiam rutellum vnum affert.
Nec tutus spatio est elephas.
Eodem in poculo bibo, eodem amplector, labra labellis fingens compono.
Vt vulgus redandruet inde.
Foris subtegminis panus est.
Si nihil ad faciem, etsi olim lupa prostibulúmq;, Nummi opus, atque absit.

LIB. X. SATYR.

--honorum Iudicium crassis est, vt describimus ante,
Hoc est, quid sumam, quid non, in quoque locemus.
Fluctibus à ventisq; aduersis firmiter essent.
Languor obrescit q; pigror, torporq; quietis.
Tonsillas quoque validis in funibus aptas.
Ponè paludatus stabat rorarius velox,
Quanuis desubito trinis deducere scalis.

LIBRO XI. SATYR.

Cassius Caius hic operarius, quem Cephalonem
Dicimus sectorem, furiumq;, hunc Tullius quem
Iudex hæredem facit, & damnant alij omnes.
Cursauit, vt si frumentum clunibus vannat.
Lucius Corta senex Crassi pater huius Paneti
Magnus trico fuit nummarius, soluere nulli Lentus
Scipiadæ magno improbus obijciebat asellus.
Lustrum illo censore malum infelixq; fuisse.
--& iam Conijcere in versus dictum præconis volebam [1] Granij.
Hic vbi concessum, pellésque in ordine tentæ.
Annos hic erat tam plures miles hyberna no-

[1] *al.* Graij.

biscum

biscum meret.
Qui in latrina lacúque.
Conuentus pulcher, bracæ, saga, fulgere torques
Magni.
Prætor noster adhuc, quàm spurcus est ore, quòd
omnes
Extra castra vt stercus foras eiecit ad vnum.
Viam struendam & iaciendum huc aggerem, &
id genus rudus.
Quintus Opimius illo Iugurthini pater huius,
Et formosus homo fuit & famosus, vtrunque,
Primò adolescens, posterius directius sese.

LIBRO XII. SAT.

Hunc iuga mulorum protelo ducere centum non
possunt.
Assensus sum homini.
Firmiter hoc paritérque tuo sit pectore fixum.
Quibus fructibus me decollaui.
Huic homini quæstore aliquo esse opus atq; cho-
rago.
Publicitus qui mi atq; Episco præbeat aurum.
Rugosum atque famij plenum.
Insignis varis cruribus & petilis.

LIBRO XIII. SAT.

Adde Syracusis sola, pascoelum, alutamen.
His itidem in cœna dabis ostrea millibus num-
mum Empta.
Cui parilem fortuna locum fatúmque tulit fors.
Aut forte omnino ac fortuna vincere bello,
Si fortè ac temere omnino quid cursum ad hono-
rem.
Ipse equus nõformosus, gradarius optimus victor.
Primùm d mini atq; sodalitia omnia tollantur.

LIBRO XIIII. SAT.

Id ne ægri est magis, an quod pane & viscere
primo
[1] Quod viscus dederas, tu quidem, hoc est viscera
largi.
Naumachiam licet hæc inquam alueolumq; pu-
tare,
Et calces: delectes te, hilo non rectius viuas.
Non paucis male aesi à sapientibus esse probatum.
Καὶ πᾶσιν νεμέσει κατὰ σύμφορον ἀνίαχειν.
Ad regem legatus Rhodum, Ecbatanam ac Ba-
bylonem
Ibo: cercurum sumam.
Nam vetus ille Cato lacessisse appellari, quòd
conscius ipse non erat sibi.
Publius Panus mihi Tubitanus quæstor Hibera
In terra fuit, lucifugus nebulo id genus sané.
Nam sumptibus magnis & structam ampliter,
atque quum accumbimus mensam.
Si mihi non prætor siet additus, atq; agitet me:
Non malè sic ille, vt dico, me extenderat vnus.
Quin potius vitam degat sedatus quietam,

1 al. Quod viscus dederas, hoc tu quidem in viscera largi.

Quam tu antiquius facere quàm hoc feciſſe vi-
dearis.
Caseus ala molliet.
Quum illud quid faciat quod manducamur in
ore.
Dilectum video studiosè vulgus habere.
Id epulo cibus atque epulatio Iouis omnipotentis.
Quem metuas sæpe, interdum quem vtare li-
benter.
Et non pauper me vti Samio curtóque catino.
Macróque palumbes.

LIBRO XV. SAT.

Scit poeticon esse, videt tunicam, & toga quid
sit.
Te primùm cum istis insanum homines & cere-
brosum.
Quum tectum est, quid vis? satis est: visuri alieni
Sint homines, spiram, pallas, redimicula promit.
Non ergastulus vnus & alius iudicem apposuit,
vt nemo sententiam libere quasi ergastulus
possit dicere.
Hic strigosus bouinatórque ore improbus duro.
In numero quorum nunc primus Trebellius mul-
tos
Titos Lucios marcescebat, febris, senium, vomi-
tus, pus.
Hunc mili passum qui vicerit atq; duobus
Campanus sonipes [1] succussor nullus sequetur
Maiore in spatio, ac diuersus videbitur ire.
Multa homines portenta in Homeri versificata
Monstra putant: quorum in primis Polyphemus
ducentos
Cyclopas coclites, & porro huic maius bacillum
Quàm malus nauis in corbita maximus vlla.
Dum miles hybernat ac meret tersa ex ætate
quasi annos.
Penulam si quæris, cantherius scautus segestre v-
tilior mihi quàm sapiens.
Adde istos sacer illoto colso fax syro fenix, quid
facere est solitus.
Truleus postomis huic ingens de naribus pendet.
Tintinnabulum abest hinc surpiculique holero-
rum.
Subiicit huic humilem & [2] suffectus posteriorem.
Nemo est halicarius posterior te.
Præterquam in pretio: primus semisse, secundus
Numo: tertius iam plures quàm totus medim-
nus.

LIBRO XVI. SAT.

Lysippi Iuppiter ista transiuit quadraginta cu-
bita, altius Tarento.
Cur tam ignauiter hoc præsertim tempore queris?
Hoc aliud longè est, inquit qui cepe ferebat.
Legauit quidam vxori mundum omne, penum-
que.
Quod mundum, atque penum? nam qui diiudicet
istuc?

1 alij, successor. 2 al. suffertus.

Et hi quos diuitiæ producunt, & caput vngunt
Horridulum
Fundi delectat virtus te, villicus paulo
Strenuior si euaserit.
Media è pistrina ad tabernam referens.
Publicitus vendit tamen extrema liguris
Fingere præterea afferri quod quisque volebat.
Illum fumina ducebant, atque altilium lanx,
Hunc pontes Therinos duo inter captus catillo.

LIBRO XVII. SATYR.

Cætera contemnit, & in vsura omnia ponit
Non magna: proprium verò nihil neminem habere.
Si messes facit, Musas? si vendis, Lauernæ.
Compernem aut varam fuisse Amphitryonis
Coniugem.
Nupturum te nupta negas, quòd viuere Vlyssem
Speras.
Sed non capito inquit eum, etsi caluitur ergo fur dominum.

LIBRO XVIII. SAT.

Denique vt stulto nihil sit satis, omnia quæ sint.
Aeque fruniscor ego ac tu.
In re iactanda ipsa ridicula id atque adsederet.

LIBRO XIX. SAT.

Nam vt discrimen non facit, neque signat linea alba.
Sic singillatim nostrum vnusquisque mouetur.
Si tu illos fructus quæras aduersa hyeme olim
Queis vti possis hæc delectare domi ve.
Aurum vis, hominem habeas, hominem? quid ad aurum?
Quare vt dicimus, non video hic quidnam magnopere optem.
Sume diem qui est visus tibi pulcherrimus vnus.
Tu naufragio expulsus vspiã, saxis fixus asperis,
Euiscerate, [1] latere pendêres (vt ait ille) saxa spargens tabo,
Sanie, sanguine atro.
Peniculamentum vere reprehendere noli.

LIBRO XX. SAT.

Nugator quidam ac nebulo sit Maximus multo.
Pulmentaria vtentibus aut aliquod genus herba, & ius mænarum bene habet se myctyris, hoc est meri.
Calphurnij sæua lege in Pisonis reprehendi, eduxique animam in primoribus naribus.
Terricolas lamias Fauni quas Pompiliique
Instituêre Numæ, tremit has, hic omnia ponit.
Vt pueri infantes credunt signa omnia ahena
Viuere & esse homines, sic isti omnia ficta
Vera putant, credunt signis cor ineſſe ahenis.
Pertica pictorum, veri nihil, omnia ficta.
Illuuies, scabies oculos, petigo conscendere.

[1] al. latere pendens, saxa spargens tabo, sanie & sanguine atro.

Tum ephebum quendã, quem vocant parectaton.
Iam disrumpetur medius, iam vt Marsus colubras
Disrumpit cantu, venas quum extenderit omnes
Proras despoliate, & detundite guberna.
Illi præciso atque epulis capiuntur opimis.
Purpureo tersi tunc latas gausape mensas.

LIBRO XXI. SAT.

Deligata ad patibulos deligantur & circumferuntur, cruci defiguntur.

LIB. XXII. SAT.

Sopirion labias cædit vtrinqu e secus.
Mercede quæ conductæ flent alieno in funere præficæ,
Multo & capillos scindunt & clamant magis.
Nasum rectius nũc homini est, suræ nec pedes dici.

LIB. XXIII. SAT.

Cupiditas ex homine, cupido ex stulto nunquam tollitur: quòd cupiditas pars quædam sit temperatior defluens ex cupidine.
Iucundáque puer qui lamberat ore placentas.
Quæ Gallam viuere, ac rugis conducere ventris,
Farre aceroso olei decumano, pane cumano
Coegit.
Nisi portenta anguisque volucres ac pinnatos scribitis.
Solus iam vim de classe prohibuit Vulcani.
Vt populus Romanus victus vi & superatus præliis sæpe est multis, bello verò nunquam, in quo sunt omnia.
Neque priusquam venas hominis tetigit ac præcordia.
Rem cognoscat simul & dictis animum attendat postulo.
Quidni & tu idem illiteratum me atque idiotam diceres?
Munifici munéque amicis nostris videamur viri.
Rauco contentionem sonitu & curuis cogant cornibus.
Ego vbi quem ex præcordijs effero versum
Depeculasse aliqua sperans me ac deargentasse, decalanticare, eburno speculo depeculasse.
Vt si illuuiem facere per ventrem velis, curare omnibus distento corpore expiret vis.
Redisse ac repedasse vt Roma vitet gladiatorib⁹.
Ita vt quisque nostrum è bulga est matris in lucem editus,
Curet ægrotum, sumptum hemini præbeat, genium suum defraudet, alij parcat.
Hæc si tu voles. per aureis pectus irrigarier.
Qui sex menses vitam ducunt, orco spondent septimum:
Facilè deridemur, scimus capital esse irascier.
Tum doloribus confectũ corpus animo obsistere.
Non te multitudinem tuorum, quam in album

[1] al. Cogit.

inclytæ

inclyta dextra confici sibi.
Prætento tepido glutinator glutino.
Aggere in iaciendo siquod est in vineis actis opus, primùm id dant operam vt quamprimum appellant,
Nunc itidem populum istum scriptoribus volumus capere animum illorum.
Quare hoc colere est satius quàm illam studium omne hic consumere.
Pars difflatur vento, pars autē obrigescit frigore.
Ferri tantum si roget me, non dem quantum auri petit, si se tubit, & si quoque à me quæ roget non impetret.
Summis niti naturæ opibus: at ego contrà vt dissimilis siem.
Paucorum atque hoc pacto si nihil gustat inter nundinum.
Depugnabunt pro te ipsi, & morientur ac se vltro efferent.
At enim dicis clandestinò tibi quod commissum foret ne mutires quicquam, neu mysteria hæc ferres foras.
Quapropter deliro, & cupiendi officium fungor ruberum.
Rex Corus ille duos hos ventos Austrum atq; Aquilonem nouissimè alebat, solos de magis istos ex nimbo austellos, nec nos seneces putare.
Siquod verum inusitatum, aut zetematium offenderam.
Tuam probatam mihi & spectatam maximè adolescentiam.
Cum studio in gymnasio duplici, corpus siccassem pila.
Malis necesse est lautum è mensa purè captaturus cibum.
Et quod tibi magnopere cordi est, mihi vehemēter displicet.
Audiui quem febris vna atque vnà[1] ἀπεψία, vini[2] inquam hiatus vnus potuit tollere.
Nunc ignobilitas his mirum ac monstrificabile.
Quid cauendum tibi censerem, quid euitandum maxumè.
Hunc laborem sumas, laudem qui tibi ac fructū ferat.
Non idcirco extollitur, [3]nec vitæ vegrādi datur.
Quam fastidiosum ac vescum cum fastidio edēdi viuere.
Mihi quidem non persuadetur publicè vt mutem meos.
Deniq; adeo malè me accipiunt decimæ & proueniunt malè.
Animoq; ægrotat: vidimus corpore hunc signum dare,
Vt ego effutiam quod ego te in primis cupere adipisci intelligo.
Luporum exauctorem maluanum, & fulgoritatem arborum.
Percrepa pugnam Pompili factam, Corneli caue.

1 *al.* Hermia. 2 *al.* in quam. 3 *al.* vel iræ, vel gaudij dator.

Vt eleuiem facere per ventum velis?
Contra flagitium nescire bello vinci à barbaro viriato Annibale.
Si miserantur se ipsi, vide ne illorum causa superiore loco collocauerit.
Ducunt vxores, producunt quibus hæc faciam liberos.
Homines ipsi hanc sibi molestiam vltro atque ærumnam offerunt, ducunt vxores.
Suspendátne se, an in gladium incumbat, ne cælum videat,
Squalitate, summa scabie, [1] summa ærumna obrutam, neque inimicis inuidiosam, neque amicis exoptabilem.
Quódque te in tranquillum ex sæuis transfert tēpestatibus.
Porro amici est bene præcipere, tueri, bene prædicare.
Idcirco omnes euasuros censent ægritudinem.
Sin autem hoc vident, bona semper petere sapiētem, & putant.
Quandoquidem reperi magnis combibonum ex copiis.
[2]Publicanus verò, vt Asiæ fiam scripturarius pro Lucilio: id ego nolo, & in vno hoc non muto omnia.
Coniugem infidámque, flacitam familiam, impuram domum,
Illuc oculi deducunt ipsi, atque animum spes illuc rapit.
Nec minimo & proferatur pax quòd Cassandrā signo deripuit.
Euadat saltē aliquid aliqua quod conatus sum.
Domutionis cupidi, imperium regis penè imminuimus.
Ego si quis sum, & quo folliculo nunc sum indutus, non queo.
At libertinus Tricorius Syrus ipse ad mastigias, quicum versipellis sio, & quicum commuto omnia.
Veterem historiam inductus studio scribis ad amores tuos.
Principio Physici omnes homines ex anima & corpore constare dicunt.
Vestimētis frigus atq; horrorem exacturū putet.

LIBRO XXVII. SATYR.

Quum mei me adeunt seruuli, non dominam ego appellem meam?
Tamen aliti verruca, aut cicatrix medius papulæ differunt.
Hymnis velim te id quod verum est credere.
Mordicus petere aurum è[3] flamma expediat, & è cœno cibum.
Cribrum, incerniculum, lucernam in laternam in telam licium.
Nec si paulo minus vsuras, & magna adiutatus diu.

1 *al.* summa in ærumna. 2 *al.* Publicarum rerū assuefiam vt scripturarius. 3 *al.* igno.

Tu Lucilium credis contenturum, quum me ruperim, summa omnia fecerim.
Quæ pietas, monogrammi quinque adducti pietatem vocant.
Quum pacem peto, quum placo, quum adeo, & quum appello meam.
Modò sursum, modò deorsum, tanquam collus cernui.
Aut quod animum induxit semel, & vt ille omnino putat.
Consilium patriæ, legumq; oriundus rogator.
Certa sunt sine detrimẽto quæ inter seſe cõmodẽt.
Cocus non curat caudam insignem esse illã, dum pinguis siet:
Sic amici animũ quærunt, parasiti autẽ diuitias.
Rem cognoscas simul, & dictis animum attendas postula.
Si facies præstat facie, si corpore corpus.
Quòd si pauliſper captare atque obseruare hæc volueris.
Paulo hoc melius quàm mediocre, hoc minus malum vt quampeſſimum.
Concedere vnum, atque in eo dicere quo superatur manus.
Parcat illi maius cui possit, cui fidem esse existiment.
Quum sciam nihil esse in vita proprium mortali datum.
Fuimus pernices, æternum id nobis sperãtes fore.
Lignum cædat, pensum faciat, ædes verrat, vapulet.
Viginti domi, an triginta, vel cẽtũ tibicidas alas.
In venis porro est viris, si irati seu cui proputij sunt, vt diutius vna maneant in sententia. nã cum benignitate sollicito propositus.
[1]Salutem fictis verbis Lucilius quibus potest impertit, totúmque hoc studioſè & sedulò.
Nam hîc quidem reditum suum talem portendebant, neque alia in re vlla offendere.
Proferat ergo iam noster ordo scelera quæ in se admiserit.
Potius quàm non magnam messem esse non proba vindemia.
Si tamen non ad te hoc rediuit, hoc carebis commodo.
Trado ergo illius minimo, porro quod mihi cõstat carius:
Facio, ad lenonem venio, tribus in libertatẽ millibus destiner.
Metuo vt fieri possit, eo viuo ab Archilocho excidere.
Ardum, miserrimum atque infelix lignum sambucum vocant.
Dij maluerint meliora, atque amentiam auerruncassint tuam.
Quã non solùm deuorare se omnia ac deuerrere.
Iam qua tempestate viuo certo fine ad me recipio.
Nulli me inuidère, non strabonem fieri sæpius delicijs me istorum.
Cæterùm quicquid sit, quid non sit, fero æquo animo ac fortiter.
Hos è feneſtris in caput deijciam qui propè ad ostium aspirauerint.
Etsi maximè quod spero mutuum hoc meum facias.
Primùm qua virtute seruitutem excluserit.
Ille contra omnia inter plures sensim & pedetentim foris, ne quem lædat.
Nullo honore displetus, nullo funere.
Quanti vellet quàm canicas pulte & maconis manu.
At metuis porro ne aspectu & forma capiare altera.
Re in secunda tollere animos, & in mala demittere.
Quod si obseruas hominem qui pro commodo & regno gaudeat.
Facit idem quod illi qui inscriptum ex porta exportant clanculum, ne portorium dent.
Nec sicubi Græci, vbi nunc Socratici charti, quicquid quæritis petimus.
Quibus potest impertit.
Rerum explicatorem mittam, miserum mendicum petam.

[1] *al.* Item populũ salute & fictis versibus quibus potest impertit.

LIBRO XXVIII. SATYR.

Summittas alios siquos possis censeas.
Hinc ad me, hinc licet anus rursum ad armillũ.
Quapropter certum est facere contrà, & prosequi, & nomen deferre hominis.
Ne hoc faciat, atque ex hac ærumna exeatis.
Quid me fiet, si quidem non vis te improbis committere?
Vel si aliqua opus sit, fortè hinc aliquò cesseris.
Polemon & amauit mortem, & huic transmisit suam stolam, quam ducunt.
[1] Cõcedat homini id quod vult, deliniat, corrumpat prorsus, ac neruos omnes delicet.
Omnia viscatis manibus leget, omnia sumet.
Crede mihi, preſsè auferet omnis.
Quum cognoueris, vitam sine cura exigas.
Hæc tum conuentus, tela, insidiasq; locaui.
Hymnis ego animum sic induco, quòd tu ab insano auferas.
Piscium magnam atque altilium vim interfecisti, vt nego.
Cade [2] ostium, gnato vrgere restant, perimus.
Adde eodem, tristis ac seuerus philosophus.
Agite, agite fures, mendaciã argutamini.
Sed fuga singitur, timido vadit pede percitus.
Orationem facere compendi postes, dum saluo in tergo, & tergi non licet.
Quid sit? baliſtas iactas centenarias.
Primo redundat aurum, ac thesauri patent.
Persuade, & transi, vel da quamobrem transeas.
Pueri præterea nostris qui subeant iubet.

[1] *ab* Lib. 29. concedat homini, id quod velit deliniat. [2] *al.* hostium.

Malo

Malo hercle vestro confectores cardinum.
Millia ducentúm frumenti tolles medimnûm,
Vini mille cadûm.
Sospitat impertit salutem plurimam & plenissimam.
Vt si progeniem antiquam qua est Maximus
Quintus vacax, qua varicosius vatrax.
Socrate vt quid dante tyranno mississe Aristippum autumant.
Vtrum anno ánque horno te abstuleris à viro.
Insanum vocant quem maltam ac fœminam dici volet.
Anno vertente dies tetri miseri ac religiosi.
Præterea hæc subsiciua quando voles operam.
Vitam ac fortunas cui crediderim meas.
Doctior cæteris isasamitis mutes aliquò tecum sacra facta.
Fulmentas eis atque ænois subducere.
Cui sæpe imposui mille plagarum in diem.
Sarcinatorem esse summum, suere centonem optumè.
Tanti se temporis montes & fœdera tollent.
Conÿce te intro, ac bono animo es.
Prospiciendum ergo in senecta nunc adolescentia est.
Atque dolo attonitos vincere Epicuri volam.
Nec par vocat vllo pretio.
Chremes in mediũ, in summũ iêre Addemenetus.
Verùm tu quid agis? interpella me vt sciam.
Aquam te in animo habere intercutem.
Quare pro facie, pro statura.
Hæc est ratio peruersa, æra summa & subducta improbè.
Rausuro tragicus qui carmina perdit Oreste.
Corrumpat prorsus, ad neruos omnes eligat.
Nato quid actum est, depilati omnes sumus.
Diuidant, differant, dissipent, distrahant.
Dissociat atque omnia ac nefantia.
Supplantare aiunt.
Si Socrates in amore & in adolescentulis meliore paulo facie signat, nihilque amaret.
Præterea vt nostros animos attendere dictis atque adhibere velis.
Hic corpus solidum inuenies, hîc stare papillas
Pectore marmoreo.
Colligere auxilium, tametsi est indigna vt feram.
Tyroneo & non mortifero adfectus vomica & vulnere.
Etsi retinere hunc voles, si longius te productu rum & diutius.
Fauitorem me tibi, amicum, amatorem putes.
Eodem vno hîc modo rationes subduceret.
Amicos hodie cum improbo illo audiuimus Lucilio adnocasse.
Vt nunc hac re mihi opem atque auxiliũ offeras.
Prius non tollas quàm tuli animum ex nomine, atque hominem ipsum interfeceris.
Hoc tum habebat, & fere omnem Appuliam.
Quòd te intromisi, gratiam referat mihi:
Magno, non magna mercede, magno quidem conduxeris.
Vos interea lumen auferte, atque aulæa obducite.
Tum illud epiphoni, quod etiam tum nobile est.
Grus lapide, nihil est, credam si te offenderint.
Vecte atque ancipiti ferro effringam cardines.
Ventrem alienum, mœstum, scuere ex molito hordeo, vti cataplasmo.
Certum scio esse ita vt dicis. nam mihi erant de illo explorata omnia.
Ætatem istuc tibi laturam, & bellum, si hoc bellum putas.
Apolost numen, qui te antiquis non sinet delicĩs maculam atque ignominiam imponere.
Hyemem vnamquanque carpam.
Primùm ex aduerso si quod est cœnaculum quò recipiat te.
Hic me vbi videt, subblanditur, palpatur, caput scabit.
In mellis spem esse omnem quouis possem emungi volo.
Quid mihi proderit? satias te iam omnium rerum tenet facta.
Pluteos excutit, tectáque & testudines reddet.
Cuius si in periculo feceris periculum.
Adde alios omnes meo periculo ex ordine.
Cohibet & domi mœstus se Albinus, repudium quòd filiæ remisit.
In gymnasio vt schema antiquo est peccatores retinerem.
Paulisper cui medentia medem, hæc se vt polypus ipsa.
Non rediret ad se, atque illam exterminaret miseram.
Nunc tu contrà venis, vel qui in nuptiis, vel se seneces, nec sine pernicie.
Quiete poscente minus, & præbeat rectius multo & sine flagitio.
Surge mulier, ducito filium non malum.
Dierat enim scripsisse, & pòst non scripturum redi in consortionem.
Perge, amabo, ac si potes, face dignam me vt vobis putem.
Ibi erat scorpios eijcere istum abs te quamprimum & perdere amorem.
Huc, alîo quum iter haberet, præteriens venit.
Quid quas partiret ipse pro doctrina boni?
Vt si id quod concupisset non aptus.
Nec ventorum flamina flando suda secundent.
Sic inquam veteratorem illum, vetulum lupum Annibalem, acceptum.
Vnde domum vix redeat, vixq; hoc exuat se.
Cum manicis catulo, collaréque vt fugitiuum Deportem.
Vrget grauedo sapius culpa tua.
Deletionem nostri ad vnum exercitus.
Habeásque animo, mihi admodum causam grauẽ fore quæ me ab vllo commodo abducat tuo.
Detrusus tota vi, deiectáque Italia.
Virum tristis, contorto aliquo ex Pacuuiano exordio.

Age nunc summam sumptus, ducátque ari simul atque alieni.
Tu qui iram indulges nimis, manus abstinere à muliere melius est.
Quum ipsi in locum descendant, quum alios detrahant.
Habes omnem rem, timeo ne accuser.
At non sint similes, neque dant, quid si dare vellent,
Acceperisne, doce.
Insulta miserum te quoque in me.
Quàm mihi quantum est inter humanum genᵒ, rerúmque inter se coniungat, communicat.
Primam Chrysum negat signatam reddere.
Et amabat omnes. nam discrimen non facit, neque signat linea alba.
Nihil parui ac pensi vti litera doceas lutum.

LIBRO XXX.

Hîc vbi muscipula tenta eáque scorpios cauda sublata.
Deblaterat plenus bonus rusticus, concinit vnà.
Quãto haurire animus musarũ è fontibus gestit.
Neque barbam immiseris istam.
Illo quid fiat lamia & pitto ixiodentes,
Quòd venitũt genua illa, vetula, improba, inepta.
Nunc Cai quoniam incilans nos ladis vicissim.
Et sua percipere retro, relicta iacere.
Deductat hunc voce leo, Cur tu ipsa venire
Non vis huc?
Quantas quoque modò arumnas, quantósque labores exanclaris.
Quàm me hoc tẽpore nugator cognoscere non vis.
Sicuti te, qui ea quæ speciem vitæ putamus esse.
Secus cum eo medio ac ludo bene potus recessit.
Et sæuo ac duro in bello multo optimus hostis.
Lana opus omne perit, squalor, tineæ omnia cadunt.
Planta vna est pedibus carioſis mensulibano.
Neminis ingenio quenquam confidere oportet.
Summatim tamen expertar rescribere paucis.
Conficit ipse coméstque.
Omnia alia in quibus efferimur rebus, ne egomultis loquar.
Quid quærimus acre inductum, cantu custoditũ.
Quòd tuas laudes culpes non proficis hilum.
Culcitræ accedunt priuæ centonibus binis.
Inde canino ritu, oculisque inuolem.
Sed tamen hoc dicas, nenum molestum est.
Cuia opera troginus calix per castra cluebat.
Idque tuis sanis factis & tristibus dictis.
Gratia habetur vtrisq; illis, quæ sibi quæ simitu.
Quid tu istuc curas vbi ego oblinar atq; voluter?
Citò enim bene longinquum mortalibᵒ morbum
In vino esse, vbi qui inuitauit dapsilius se.
Si liceat facere etiam hoc, versibus reddere quod do.

1 *al.* pollor. 2 *al.* Neminis ingenium tantum confidere oportet.

Quid verò est centum ac ducentum possideas si millium.
Maximus si argẽti sexcentùm ac mille reliquit.
Maximus si argento in verbi Androgyni barbati mœcho cinædi.
Quid dare, quid sumpti facere ac præbere potisset.
Túne iugo iungas me antè, & succedere aratro
Inuitum & glebas subigas proscindere ferro?
Quis totum scis corpus iam peroleſſe biſculis.
Si laqueis, manicis, pedicis mens irretita est.
Non datur, admittit nemo, nec viuere ducunt,
Orco spondent septimum.
Sicubi ad aures fama tuam pugnam claram allatam dicasset.
Gaudet quum de me ista foris sermonibus differs.
Et maledicendo multis sermonibus differs.
Hoc tu me insimulas, nõne antè in corde volutas?
Quid sibi vult, quare fit vt intro versus vt ad te
Spectent, atque ferant vestigia se omnia prorsus?
Vnus consternit nouis vetus restibus aptus,
Quódque adeo fuerunt qui temnere superbum.
Sperans ætatem eandem hæc proferre posset, mansum ex ore daturum.
Neu quis te ignoret famulis subducere.
Cuius cum vultu, ac facie, ludo, ac sermonibus nostris,
Virginis hoc pretiũ, atque hũc reddamus honorẽ,
Continuò simulac paulo vehementius aura
Inflarit, fluctus erexerit, extuleritque.
Multis inductis sermonibus concelebrarunt.
Omnia timendo mucro videas feruente micare.
Ipso cum domino calce omnes excutiamus.
Vt semel in cœli pugnas inuadere vidi.
Virtutis hæc tuæ artis monimenta locantur.
Caluus palãtino quidã vir nobilis, bonus bello.
Producunt me ad te, tibi me hæc ostendere cogũt.
Et his te versibus interea contentus teneto.
Quanti nos faciant socij quum parcere possunt.
Quem sumptum facis in lustris, circum oppida lustrans.
Hæc vestimentis maculosis aspicit ipse.
Iuratam se vni cui sit data adæquè dicata:
Accipiunt leges, populus quibus legibus exlex.
Hoc etiam accipe quod dico. nam pertinet ad rẽ.
Publica lege vt mereas præsto est tibi quæstor.
Quem scis scire tuas omnes maculásque notásq;.
Præseruit, labra delicit, delinit amore.
Pulmentaria, vt intybus, aut aliqua id genus herba.
Aut operat aliquo in celebri cum æqualibus fano.
Cui vbi decimucia meæ epitegina appeti longè opera ante omnia alia.
Ruis hæc & colligis omnia furtim.
Et virtute tua & claris conducere chartis.
Sensu nutricatum sanè caput opprimit ipse.
Quæ non spectans spectandi studiosè, at hominis tetri impulsu ingressus
Quod sua committunt mortali claustra camœnæ.
Et circumuolitant ficedulæ, turdi curatis coci,

Euplo-

Euplocamo digitis discerniculúmque capillo.
Nolito tibi me maledicere posse putare.
Sed quid ego hæc animo trepidante dicta profundo.
Triste & corruptum, scabie & porriginis plenum.
Perstringat oculorum aciem in acie hostibus.
An ego te acuam atque animosam Thessalam, vt indomitam frænis subigam antè domemque.
Quin totum purges, debellas me atque deauras, exultes, sollicites.
Quæ quondam populi oris aures pectora rumpit.
Quid seruas quò eam? quid agam? quid id attinet ad te?
Nemo istum ventrem pertundet, delicet vti atque videbis.
Hoc missum face, illomet vtere libenter.
Sublatus pudor omnis, licentia fœnus refertur.
Et illud quoque mite malum blandum atque dolosum.
--curare domi sint Gerdius, ancillæ, pueri, zonarius, tector.
Et Musconis manu perscribere posset Aiacem.
Contra hæc inuitasse aut instigasse videntur.
Improbior multo quàm de quo diximus antè.
Quanto blãdior, hoc tanto vehementius mordet.
Omnes formosi fortes: ergo improbus esto.
Aut quum iter est aliquò & causam commentaui, vt apud aurificem, ad matrem, communem cognatam, ad amicam.
Vir mare metitur magnum fluctibus tradit.
Hic in stercore humi, fabulisque simo atque sucerdis.
Vti tu pecudem tu, asinúmque vt denique nasci præstiterit.

LIBRO XXXVI. SAT.

Ego enim contemnificus fieri, & fastidire Agamemnonis.
Quòd is intelligebat posse haud paucos, retuli.
Hic cruciatur fame, frigore, illuuie, inualnitie, improfundie, incuria.

LIBRO XXXIX. SAT.

Hoc inuenisset vnum ad morbum illum homini vel bellissimum.
Nemo hos ancipites ferro effringat cardines.
Quæuis non magna pars poema est illa: poesis opus totum, totáque illa summa est vna διάνοια: vt Annales Ennij. At quæstus vnum est, maius multo est quàm quod dixi ante poema.
Quapropter dico, nemo qui culpat Homerum.
Perpetuò culpat. neque quod dixi ante poesim,
In versum vnum culpat verbum enthymemate malo cum Var. Parmenone.

al. Thessaliam & indomitam frænis subigantque domentque.

Ex iisdem Satyrarum libris loci addendi superioribus.

LIB. I. SATYR.

Vulturius.
Arutæne aquales.

LIB. II. SATYR.

Duceret has greges.
Nunc prætor tuus est, meus si discesserit horno Gentili.

LIB. III. SATYR.

Longè tria millia passuum.
--ille alter abundans Cum septem in locum Hispanus r.a.r.p.

LIB. V. SATYR.

Adipatam pultem.

LIB. X. SATYR.

Næ in arce bouem discerpsi magnificè.

LIBRO XIIII. SATYR.

Puncto vna hora--& qui quoque inuasit.

LIBRO XVII. SATYR.

1 Nunc censes καλλιπλόκαμον καλλίσφυρον illam
Non licitum esse vtrem aquæ etiam inguina tangere mammis,
Compernem aut varam fuisse Amphitryonis
Coniugem Alcmenam, atque alias, Ledã ipsam denique nolo
Dicere. tute vide, atque disyllabom dilige quod vis. πλὼ δὲ πατρείαν aliquã rẽ insignẽ habuisse,
Verrucam, nævum pictum, dentem eminulum vnum.

LIBRO XIX. SAT.

Rausuro tragicus qui carmina perdit Oreste.
Scalprorum forcipúmque millia XX.
Quiuis forcipibus dentes vellere.

LIB. XX. SATYR.

Tempestate sua atque eodem vno tempore, & horæ
Dimidio & tribus confectis duntaxat eandem
Et quartam.

LIB. XXV. SATYR.

Arabus artemo.

LIB. XXVIII. SATYR.

Nihil parui ac pensi vti litera doceas lutum.

LIB. XXIX. SATYR.

Nemo est, ideo dixit, quis tu homo es? nemo sum homo ar--

1 Al. Num.

Non laudare hominem quenquam, neque mu facere vnquam.
Cui si cum iure populus vix totus satisfit.
Curarum retia nexit.
--ex facie florem delegeris.

EPODIS HYMNIS.

1 *Sine eugio, ac destina.*

SERANO.

Cali nomine & salis fretus.

Ex incertis eiusdem Lucilij libris, id est, quorum incertum est nobis nomen, quippe quod authores tacuerint. Videntur tamē esse ex Satyrarum volumine, quum cæteri tituli suspecti sint.

Vti esurienti leoni ex ore exculpere prædam.
Flacci lege vtria.
Si argenti indiges.
Tantalus laboſas pœnas,
Et ventrem & gutturem eundem.
Intereunt, labuntur, euntur omnia versum
Asparagi molles, sed viride cyma.
Pulchrè inuitati acceptique benignè.
Verna acer cupit hac.
Si tibi porro isthæc res idcirco est cordi quòd re vtilem.
Durum molle voras, fragmenta interficis panis.
Nam in quibus mēdæ omnibus in rebus fiunt, fieriq; potis sunt.
Velle tolutim hic semper incœpturus videtur.
Hærebat mucro gladium in pectore tantum.
Nam tam algo atque nigrore maius.
Sanctum ego à Metello Romam repedabam munere.
Saxa & stridor vbi atque erunt dum sibilus institis.
Caput colle sustentatur, truncus sustinetur à coxendicibus.
Armamenta tamen vel omnia seruo: funis enim præcisus citò, atque anchora soluta.
Tertius hic mali superat carchesia summa.
--bisquinoctoginta videbis Commoda de capua, quinquaginta atque octo.
Transuerso ordine posuit hippocampi elephanto camelos.
Hæc te imbubinat, & contra te imbulbitat.
Cariſſam
Vinum crucium
--palmisque miſellam
Depuuit me.
Pistricem validam, si nummi suppeditabunt,
Addas empleuron, mamphulas quæ sciat omnes.
Nunc ad te redeo, vt quæres me impendet agatur.
Inde Dicæarchum populos, Delúmque minorem,

1 alij Sine eugio & hymenæ.

Nequam aurum est, auris quoduis vehementius ambit.
Non omnibus dormio.
--agipes vocem mittere cœpit.
Vbi me videt, caput scabit, pedes legit.
Sicuti mechanici cum alto exiluêre Petauro.
Vt petimen naso, aut lumbos ceruicibus tangat.
Pro obtuso ore pugil, piscinensis res est.
Porro homines nequam malus vt quartarius cippos Colligere omnes.
Iactans me vt febris querquera.

Item alibi.

Querquera consequitur febris, capitisque dolores.
Præsul vt ampiruet, inde vulgus redamplauit:
Quò facetior videare, & scire pluſquam cæteri, pertisum hominem, non pertæsum dicere ferunt. nam genus--
Quanam vox ex te resonans meo gradu remoram facit?
Rhonde sciadiónque,
Plumbi 1 pauxillum rodus liniq; 2 matexam.
Quem præclarus helops, quem Aegypto sargus mouebit.
Cornelius Publius noster Scipiadas dicto, tempúsque intorquet in ipsum
Oti, & deliciis luci effictæ, atque cinædo.
Et sectatori adeo ipsi suo, quo rectius dicas.
Ibat forte domum, sequimur multi atque frequentes.
Et pedibus læua sicyonia demit honesta.
3 Suasa quoque omnino dirimit non solla dupondi.
Tum spara, tum 4 murices portantur, tragula porro.
Varronum, ac rupicum squarrosa incondita rostra.
Pedibus stlembum
Vt veles bonus sub vitem, qui summisit hastas.
Neque prodire in altum, præliari procul sub vite
Si verò das quod rogat, & si suggeri suppue.
Inguen ne existat, papula, tama, ne boa noxit.
Tapullam rident legem contere opimi.
Verticulas
Nemo hic vindicias, neque sacra, neque numen veretur.
Hæc odiosa mihi vitiligo est, non dolet, inquit.
Pascali pecore & montano, hirto atque soloce.
Nam veluti intro aliud longè esse atque intus, sic apud se longè aliud esse, neque eadem valet. at tu intro nos vocas, & sese tenet.
Plura fora suenti.
Pedetentim hunc resalutem.
Fici comeduntur & uuæ.
Plure foras vendunt.
Quum illa fora itant.
Tierei Leontado & Pemani & thermo Parnime.

2 *al.* pauxillum. 2 *al.* metaxam.
3 vel, vasa. 4 *al.* rumices.

Prator

Prætor ne rusticus fias.
Et suffocare conatur.
Vultis? empta est: noltis? non empta est.
Magna penus paruo spatio consumpta peribit.
A me auxiliatus es.
Quin amplexetur qui velit, ego non sinam me amplectier.
Vicimus ô socij, & magnam pugnauim⁹ pugnam.
Lecti omnes. Atticon hoc est.
Myconi calua omnis iuuentus.
Carcer vix carcere dignus.
Animo ac virtutibus tuis.
Vt multos mensésque diésque.
Tuam vt memoriam retineas.
Ante fores autem & triclinij lumina quidam
Perditus Tiresia tussi grandæuus gemebat.
Ecquem Pamphilum quæris.
Scinde calam, vt caleas.
Mihi necesse est loqui: nam scio Amyclas tacendo periisse.
Consilium summis hominum de rebus habebãt.
χῖός τε δυνασθαι. Vir. Georg. 2. *Sunt & amineæ vites,*
firmissima vina. Tmolus & assurgit quibus, & rex ipse Phanæus.
Resultant ædésque lacúsque!
Et velut in fabricam feruens quum marculus ferrum
Multorum magnis ictibus tundit.
Hanc cataporatem puer eodem defert, vnctum plumbi pauxillum 1 *rudis linique mataxam.*
Centum genera solœcismorum
Thynno capto 2 *coruum excludunt foras, occidúntque lupos à perdite, & iura siluri. Sume rete atque amiam.*
Terra abiit in nimbos imbrésque.
Quadrantis ratiti
Vis est vita vides, quæ nos facere omnia cogit.
Ergo prætorum est antè præire.
Quum ad se cubitum venerit sua voluntate, spõte ipsam suapte adductam vt tunicam & cætera reijceret.
Quid tibi ego ambages ambiui scribere coner?
Nequam & magnus homo, laniorum immanis canes vt.
Cæcilius ne rusticus fiat.
Hæc inquam rudet ex rostris, atque hinnilitabat.
Quantum hinnitum atque equitatum.
Rhodos Carpathium in pelagus inclinat apertum.
Iudicis Hortensi est ad eam rem nata palæstra.
Græcum te Albuti, quàm Romanum atque Sabinum,
Municipem Ponti, 3 *Titi, Anni, centurionum,*
Præclarorum hominum, ac primorum, signiferúmque,
Maluisti dici. Græcè ergo prætor Athenis.

1 *al* rodus, linique matexam.
2 vel, corium.
3 alij, Tritanni.

Id quod maluisti, te, quum ad me accedis, saluto.
Χαῖρε *inquam Tite, lictores, turma omnis, cohórsque,*
Χαῖρε τε. *hinc hostis Muti Albutius, hinc inimicus.*
Quam lepidè lexeis compostæ vt tesserulæ omnes
Arte pauimento atque emblemate vermiculato,
Crassum habeo generum: ne rhetoricωteros tu sis.
Occidam illum equidem, & vincam, si id quæritis, inquit.
Verùm illud credo fore, in os prius accipiam ipse
Quàm gladium in stomacho, sura ac pulmonibus sisto.
Odi hominem: iratus pugno: nec longius quicquam
Vobis, quàm dextræ gladium dum accommodet alter:
Vsque adeo studio atque odio illius, efferor ira.
--Tubulus si Lucius vnquam,
Si lupus, aut Carbo: aut Neptuni filius.
Quid Decius Nuculam? an confixum vis facere, inquit?
--quanuis bonus ipse
Samnis in ludo, ac rudibus causis satis asper.
O Lapathe, vt iactare necesse est cognitus cui sis:
In quo Lælius clamores σοφὸς *ille solebat*
Edere, compellans gumas ex ordine nostros.
O Publi, ô gurges, Galloni es homo miser, inquit.
Cœnasti in vita nunquam bene, quum omnia in isto
Consumis, squilla atque accipensere cum decumano.
Luna alit ostrea, & implet echinos, muribus sibras
Et pecu addit.
Quidni? & scruta quidem vt vendat scrutarius laudat,
Præfractam strigilem, soleam improbus dimidiatam.
Legem vitemus Licini.
Fanni centussisq; misellos.
Et primùm facie honestas accedit.
Quod sumptum atque epulas victu præponis honesto.
Vno oculo pedibúsque duobus dimidiatus
Vt porcus.
Queis hunc currere equum nos atque equitare videmus,
His equitat, curritq́; oculis equitare videmus.
Ergo oculis equitat.
Virtus, Albine, est pretium persoluere verum
Queis inuersamur, queis viuimus rebus potesse:
Virtus est homini, scire id quod quæque habeat res:
Virtus scire homini, rectum, vtile, quid sit honestum,
Quæ bona quæ mala item, quid inutile, turpe, inhonestum.
Virtus, quærendæ rei finem scire, modúmque:
Virtus diuitiis pretium persoluere posse:
Virtus, id dare quod re ipsa debetur honori:

Hostem esse atque inimicum hominum morúmque malorum,
Contrà defensorem hominum morumq; bonorũ.
Magnificare hos, his bene velle, his viuere amicum.
Commoda præterea patriæ sibi prima putare,
Deinde parentum, tertia iam postremáque nostra.
Vt nemo sit nostrum quin aut pater optimus diuûm,
Aut Neptunus pater, Liber, Saturnus pater,
Mars,
Ianus, Quirinus pater, nomen dicatur ad vnum.
Nunc verò à mane ad noctem, festo atque profesto
Totus item pariterque die populúsque patresq;
Iactare indusoro se omnes, decedere nusquam,
Vni se atque eidem studio omnes dedere, & arti
Verba dare vt cautè possint, pugnare dolosè.
Blanditia certare, bonum simulare virum se,
Insidias facere, vt si hostes sint omnibus omnes,
Homini amico ac familiari non est mentiri meum.

1 *al.* dies. 2 *al.* blandiri.

SEX. TVRPILII
VITA.

SEX. Turpilius poëta Comicus ingenio facili fuit, & in fabulis componendis idoneo. Quocirca tantum nominis consecutus est in scena, vt comœdiæ Turpilianæ magnopere probatæ sint à Romanis. Inuenio apud veteres Grammaticos hunc Turpilium summa beneuolentia coniunctum fuisse Pub. Terentio: & in iisdem ludis vtriusque fabulas aliquando actas. Volcatius sedigitus septimum locum Turpilio dedit inter Comicos poetas, cúmque Luscio, Q. Ennio, & Trabeæ præponit. Nonius Marcellus in commentariis ad filium xv. Comœdias nominat, quæ à Turpilio compositæ fuerunt. In quibus legendis atq; obseruandis diligentiam, atque studium probat. Citatur in Philopatro, in Lemnis, in Demetrio, in Bethonibus, in Pedis, in Epiclero, in Canephoro, in Thrasilione, in Demiiurgo, Hecyra, Parateruſa, & Leucadia. Lyndia quoque in magno pretio habita est à Grammaticis, in qua commendantur præcipuè hi senarij de officio & ratione viuendi:

Profectò vt quisque omnino contentus fuit,
Ita fortunatam vitam duxit minimè:
Vt Philosophi aiunt, isti quiduis sat est.

Auctores sunt qui referant hunc Turpilium ad extremam penè ætatem accessisse: & in Sinuessana vrbe periisse iisdem penè temporibus, quibus Furius Bibaculus natalem suum habuerit.

S. TVRPILII
FRAGMENTA QVÆ REPERIVNTVR.

ACTA.

TQVI scalis cum meretrice à nostro ornatu per vias lupantur.

1 BETHONIBVS.

1 al. Bęthonibus, vel Bethontibus, aut Bętuntibus.

Qui verba venatur mea, pestis ars cadat, & sermonem hinc sublegam.
Quaso cogita ac delibera.
Non ago hoc per sagam pretio conductam, vt vulgò solent.

Melixa

Melixa intus ceſſat, credo hercle helluo tuburcinatur.
Eum derepente vxorem audio ducere.
Macte virtute eſto.

CANEPHORO.

Ita eſt: verùm haud facile eſt venire illi vbi ſpiſſa eſt ſapientia.
Satis fructi reddunt.
Teſtamentum ergo calabis logi.
Noſti quàm ſit gracili corpore.

DEMETRIO.

Nunc me ex aliorum ingeniis iudicat, intercapedo quorum amicitias leuat.
Nam ſi iceris me poſthac, credas mihi velim, inquit: tum quid cenſes? dolebit ſcilicet.
Et me iam irrides peſſume ac ſacerrume?
Ab initio vt res ſit geſta, enoda mihi.
Nunquam nimis numero quenquam vidi facere quàm facto eſt opus.
Homo vnica eſt natura & ſingularia.
Pudet pigétque mei me.
Nec rectè dici mihi iamdudum audio.
In acta cooperta age inoras oſtreas.
Timere occœpit, interdum oſcitarier ineptus.
Quid mihi vellem ex inſolentia neſciebam.
Sandalio innixa digitis primoribus.
At etiã ineptus meus mihi eſt iratus pater, quia ſe talento argenti tetigi, veteri exemplo amantis.
Dolentis perſona 1 *meos parentes careo.*
Vide mirum ingenium, ac deleníficam mulierem: commorat hominem lacrymis.
Antehac ſufflabat Aquilo, aut Auſter: inopia tũ erat piſcati.

DEMIVRGO.

Ego ædepol docta dico, quæ mulier volet ſibi.
Summum amicum eſſe, indulgentem & diutinum.
Modicè atque parcè eius ſerui ad cupidines.
Apertæ ſuræ, brachia autem procera horrorem mihi ex corde ſuſcitabant.
Iudicia, lites, turbas, tricas, contentiones maximas.
Quia enim odio ac ſenio mihi hæ ſunt nuptiæ.
Neque nautæ, quum eſſent circumuenti ventis, incerto itinere porti indigentes.
Mulier meretrix, quæ me quæſti cauſa cognouit ſui.
Quia nõ minus res hominem quàm ſcutus tegit.

EPICLERO.

Quæſo ædepol quò ante lucem te ſubitò rapis, Here, cum vno puero?
Nequeo eſſe intus Stephanio.
Quid ita? Præut ſolent me cura ſomno ſegregant, Foráſque noctis excitant ſilentio.
Currendo ſic eſt, ſic datur nimium vbi ſopori ſeruias
Potius quàm domino, & vbi ſeuero imperio quæ imperata ſunt.
1 al. cos.

Patrocinantem vbi factum audierit ſaucius.
Quam legere te optimum eſſe atque æquiſſimum, qua cum ætas vegeta, & iubendum eſſe tibi.
Sperabam conſilia noſtra diuidia tibi, quum ætas acceſſet, non fore.
In Caliphonis nunc te miſera liberum.
Sed vola vt familia noſtra officia fungatur ſua.
Non inuitat pluſculum hic ſeſe, vt ſolet,
Quàm matris nunc patris me miſeretur magis.
At enim ſcies quæ fuiſti inſcius.
Te quidam omnium iam pater copem cauſa rem facit.
Ecquis eſt qui interrumpit ſermonem meum obitu ſuo?

HETÆRA.

Simulari me à ſe amari quæſti gratia.
Rhodienſis ſe iſtuc commigrauit iamdiu.
Stupidus adſtat: ita eius aſpectus repens cor torporauit homines amore.
Hæc ſi impetro abs te vt faciat, ſatis fructi cepero ex te.
Rus ad illas commigrat, habitamus hyemem totam cum mulierculis.
Sat me vt meum cor voluptatibus dat, immortalitus ſe obtulit mihi hæc facultas.
Hortatur hominem quamprimum proficiſceret.
Hic villicor ante vrbem, nuncrus eo.
Meret me meritò vt diligare.

LEMNIIS.

Remulis ſenſim celox ab oppido proceſſerat.
Iembi redeuntes domum duæ ad nos certam accelerarunt ratem.
Habet poteſtatem: niſi poteſtatem ſenis pretio contendas, vt redempto Phædria liceat redire antiquam in conſuetudinem.
Nunquam vnius me cõparaui ſeruire elegantiæ.
Propter peccatum pauxillum indigniſſime patria protelatum eſſe, ſæuitia patris.
Neque durare poſſunt, ita huius inſcitia atque dementia extorrem facit.

LEVCADIA.

Intercapedine interficior, deſiderio differor, tua mihi cupiditas ſuauitudo, & mei animi expectatio.
Ne me attingas, atque aufer manum. eia quàm ferocula eſt.
Quem olim oderat, ſectatur vltro ac detinet
Ille inſolens aut faſtidiat carnifex.
Miſeram terrent me omnia, maris ſcopuli, ſonitus, ſolitudo, ſanctitudo Apollinis.
Vultu vecordi vagas inſania.
Hoc quæro ignoſcere iſtic ſolent necis minoris noxia ſerum, ſi fortè quaſi alias res vini cauo.
Antefacta in ignem committo, triſtitias ante diuortium.
Et amplius illam apparere condecet, quandoquidem voti condemnata eſt.
Vide, nunc faſtidit mei.

Hortari noſtros cœpi illico vt celerarent lembum.
Videtur ſtigus inceſſum, quàm eſt conſidens diis tunc perdunt.
Sed quàm longè eſt cùm iſti illico
Veritus ſum ne amoris cauſa cum illa limaſſis caput.
Vtinam nunc apud ignem aliquem magnum aſſidam.
Inuitanis pluſculum hic ſeſe in prandio.
Arripuit colubram mordicus.
Ciperi vident vt oſculatur cariem. num illum illæc pudet?
Iam ego iſtam tibi triſtitiam exorbebo.

LINDIA.

Profectò vt quiſque minimo contentus fuit,
Ita fortunatam vitam duxit maximè.
Vt philoſophi aiunt iſti, quiduis ſatis eſt.
Dij aduenientem perdant. hic quidem nos perdidit:
Factum eſſe diem hinc quartum hodie iterant ita conuentum.
Conſilium hoc cœpi. literas miſi ad ſenem noſtrũ, prodeſſe nobis ex ſententia mercaturam.
Abhinc triennium ſacerrimum domicilium hoc quidem contulit leno.
Quibus ſenem rebus deſpoliaſti fœdum, in luſtris latet.
Me vis potiri, fac ergo potiar quod volo.
Quin moneam, quin clamem, & querar tua vitia, quæ te vilitant.
Ego interim in turba foras ſubduxi cum 1 *hac me, nequis ad numero mihi videbat currere.*
Miſero mihi mitigabat ſandalio caput.
Comperce verbis velitare, ad rem dedi.

PARATERVSA.

Quum antehac videbam ſtare triſtes turbido vultu, ſubductis cum ſuperciliis ſenes.
Ego nondum etiam hic villicabar Phædria.
Dum ego connixi ſomno, hic ſibi proſpexit vigilans virginem.
Meritiſſimo te magnifacio.
O dic mihi, an oblita obſecro es eius crebras manſiones ad amicam, & ſumpti largitatem?
Caput vt offendit ad limen pol.

PEDIO.

Cuius aduentu inſula hodie claret Cypros.
Vt ille hac ſeſe abſtineret, ego ſuperſederem nuptiis.
Quando equidem amorem intercapedine ipſe leniuit dies,
Ego præſtolabo illi, vt citante opicium.
Tamen oculis longa intercapedine appetunt, cupidè intui.
Quæſo omittite ac deſerite hanc meretricem, quæ te ſemel vt eſt nacta, ſemper ſtuduit perdere, detegere, ſpoliare, oppleréque adeo fama ac flagitiis,
Nuptias abieci, amicos vtor primores viros.
1 *al.* haccine.

Nec vnquam vidit roſtrum hæc tragœdia tantum vti.
Progredior foras viſere quid hinc tumulti ante fores.
Quare eſſe dicat quiſquã illum hominem, haud quicquam facere humanitus.
Age tu hymenæum increpa.
Neque virum educta vt par eſt, expers malitiæ, metuens ſui.
Iam deſine meminiſſe illius formam.

PHILOPATRO.

Ecce autem tuum ore vti ſoles videre mihi ægrè hæc pati, quia hic dies compluſculos intercapedo ſumpti faciundi fuit.
Certum ac deliberatum eſt me illis obſequi.
Miſerum puto ſi etiam iſtuc ad malam ætatem acceſſit mali.
Diſperij miſera. verum cruciatur mihi.
Lucus ipſe inuitat hercle hic Veneris.
Quum te ſaluum video vt volui, gliſco gaudio,
Vtinam poſſim tibi referre gratias vt de me meres.
Gemmeas fortunas mater. hem qua cauſa huc opere maximo contenditur?
Deinde quum ad te redierit res olim poſt mortem patris.
Ecce autem tuo more, vt ſoles, videre mihi ægrè pati, quia hos dies compluſculos intercapedo ſumpti faciundi fuit.
Mira lenitudine ac ſuauitate abundat.
Fortè eo die meretrices ad me de leuitate Attica, vt conuenerat, 1 quo dixerant quæ cœnam apud me, Thais atque Erotium, Antiphila, Pythias. ego extra cubui domina.
Simul circunſpectat: vbi prater ſe neminem videt eſſe, tulit, ai fert: ego clam conſequor.
Me miſeram, quid agam? inter viæ epiſtola excidit mihi: infelix inter tuniculam ac ſtrophiũ collocaram.

THRASYLEONE.

Quum interea nihil quicquam à me eſt præmij, neque erat tuæ benignitatis atque obſequelæ.
Dat vltro, ac munerat quod ab illo abſtulit.
Non vtilitate factione fretus, intercedere.
Age, age, egredere? atque vtinam iſtuc perpetuum itiner ſit tibi.
Ceſſo occupare, & me in colloquium conferre horum?
Oncra, menſam, talos, vinum, in hac huiuſmodi quibus rebus vitam amat tum inuitari ſolem.
Videre cupio noſtrum mercimonium.
Dij me diuitant.
Non eſt mediocris res, neq; vulgaria fallacia hæc.
Nemo vnquam vidit ebrium ire interdiu, neque turbam facere, neque fores exurere.
Hoc te oro, vt illius commiſereſcas miſeræ orbitudinis.

VELITERNA.

Ducit me ſecum: poſtquam ad ædem venimus,
1 vel condixérántque.

vene-

veneratur deos. Interea aſpexit virginem geſtantem in capite riculam, indutam oſtrinam.

Loci alij eiuſdem Turpilij, quibus adſcripta non ſunt fabularum nomina.

1 *Et geleros, & neque offerre hunc diutius errari,*
& conqueri neceſſe ſua obſequela.
Quaſi quum ventus fert nauem in mare ſecundus, ſiquis 2 *propedon miſit ſi veli ſiniſtrum.*
Glabrum tapete.

1 vel, Turpilius Epiclero, & neque.
2 vel, propedem.

CN. MATII
VITA,
EX PETRO CRINITO.

CN. Matius Mimorum ſcriptor, in magno pretio habitus eſt: quod cùm alij plures, tum Au. Gellius teſtatur in Atticis commentariis. Ingenio fuit eleganti & facili. In ſuis autem Mimis, quos vocauit Mimiambos, verba quædam noua, & perlepida poſuit, vt Grammatici obſeruarunt. Iulianus Rhetor, vir multiplici eruditione ornatus, permultum delectatus traditur Matianis fabulis propter natiuum quendam leporem, & mirificam illorum ſuauitatem, maximéque hos verſus commendabat:

Iam tonſiles tapetes ebrij ſucco,
Quos concha purpura imbuens venenauit.

Et item:

Sinu amicam reſicere frigidam calido
Columbatim labra conſerens labris.
Quapropter edulcare conuenit vitam,
Curáſque acerbas ſenſibus gubernare.

Idem Matius, vt quidam exiſtimant, compoſuit opus hexametris verſibus, quod inſcriptum eſt de Iliade. Cuius carmen M. Varro, & alij Grammatici, quandoque citant. Sed hac in re parum conſentiunt veteres auctores. Maurus Terentianus de poeta Matio facit mentionem, eiúſque Mimiambos, vt elegantes & lepidos celebrat. Fuit alter Matius Romanus ciuis, & amicitia Octauij Cæſaris nobilis, qui primus Tonſilia nemora excogitauit.

CN. MATII
FRAGMENTA QVÆ EXSTANT.

MIMIAMBIS.

NVPER die quarto vt recordor, & certè
Aquarium vrceum vnicum domi fregit.
Iam iam albicaſcit Phœbus: & recentatur.
Commune lumen hominibus voluptáſque.
Quapropter edulcare conuenit vitam,
Curáſq; acerbas ſenſibus gubernare,
Sinuq; amicam recipere frigidam calde,

5

Columbatimque labra conferens labris.
Iam tonsiles tapetes ebrij fuco,
Quos concha purpura imbuens venenauit.
ILIADE.

An maneat specij simulacrum in morte silentum.
Altera pars acij vitasset fluminis vndas.
Corpora Graiorum mœrebar mandier igni.
Obscani interpres funestique ominis auctor.

L. AFRANII VITA,

PER PET. CRINITVM.

LVCIVS Afranius Poëta Comicus, iisdem fermè temporibus in vrbe claruit, quibus Poëta Terentius, & Sext. Cæcilius in senium vergebant. Vulcatius Sedigitus Afranium hunc non numerat inter cæteros Comicos. Operam suam, atque diligentiam posuit in togatis fabulis componendis. Sunt autem Togatæ illæ, in quibus de rebus Romanis ageretur, à toga denominatæ. In his primum locum obtinuit, vt à veteribus traditur. Menandrum Poëtam præcipuè imitatus est stylo & orationis charactere: quo circa sic Horatius in Epistola ad Octauium Augustum.

Dicitur Afrani toga conuenisse Menandro.

Furius Albinus, & Macrobius asserunt, Afranium ipsum permulta à Menandro sumpsisse, quod ille etiam liberè, atque ingenuè professus est, vt omnibus apertè demonstraret, quàm modestus, atque ingenuus foret. Itaque in Compitalibus ita respondet suis obtrectatoribus:

Fateor, sumpsi non à Menandro modò,
Sed vt quisque habuit, quod conueniret mihi:
Quòd me non posse melius facere credidi.

Cúmque ingenio ac salibus excelleret, sententias passim, & acutè dicta, inserebat suis fabulis, non sine summa elegantia, & mirifica venustate: quod cùm alij multi, tum M. Cicero testatus est. Culpatur à Quintiliano Afranius, quòd in suis argumentis amores proprios paulò imprudêtius vulgauerit. In togatis, inquit, excellit Afranius, vtinámq. non inquinasset argumenta puerorũ fœdis amoribus, mores suos fassus. A. Gellius permultum Afranio tribuit, præcipuéque illud carmen putauit commendandum, in quo de Sapientia sic loquitur,

Vsus me genuit, mater peperit memoria,
Sophiam me Graij vocant, vos Sapientiam.

Citatur idem Afranius persæpe ab antiquis Grammaticis, in Augure, in Cõsobrinis, in Cinerario, in Compitalibus, in Brunduſinis, in Fratribus, in Homine, in Incendio, in Emancipato, in Prodito, in Patella, in Rosa, in Suspecta, in Sella, in Talione. De obitu ipsius nihil apud veteres legimus.

L. APRANII

OPERA QVÆ EXSTANT.

ABDVCTA.

QVAM sentícosa verba pertorquet turba.
Nescis, num. Heri mei omnẽ melius callent rem quàm volo.
Dispartiantur patris bona pariter.

AQVALIBVS.

Iste, vt tu rem narras, dona comest hic quotidie.

AVCTIONE.

Simul limen intrabo, illi extrabunt ilico.
Haud facul (vt ait Pacuuius) fœmina inuenietur bona.
Si hac absente nobis venerit puer.

AVGVRIBVS.

Et fallaci aspectu paries pictus, putidus.
Quid est isthuc te blaterare atque obloqui?
Quanquam non istus exercetur in locis hic noster delaborat quum puer statim.

BRVNDVSINIS. 1

Imò iamdudum obcubuisse, degulasse oportuit.
Equidem nunc respui postquam pectus est latitia honustum.
In parte inferiore hîc implicabatur. caput fateor.
Quis tam sagaci corde atque ingenio vnico?

CÆDO.

Itaq; spissum videtur fieri, non possunt domi meũ virũ expectare, quẽ mihi studeo iamdudũ dari.

CINERARIO.

Id me celabat cucurru.
Quòd saluus venis melius est, gratulor diis.
Sexte frater mi salue, quum saluus venis, meliúsque tibi est, gratulor dijs.

COMPITALIBVS.

Vt quicquid loquitur, sal merum est.
Si non verear, nemo vereatur tui.
Præterea corpus meũ nunc pilare primùm cœpit.

CONSOBRINIS.

Non sum apud me: en lentus lenteq; te rogabo.
Pol magis istius temulentæ sutilis.
Vaha retinet homo linguam mordicus.
Hem istle parentum est vitabilis liberis.
Vbi malunt metui, quàm vereri se à suis.
Scis habitum ita vt nunc obtinet præfiscine.

CRIMINE.

Quos impune depopulatur & dispoliatur dedecus.
Orbitatem senectuti tuæ malam metui, quod in solum non venit cæco ac dementi.
Hæc ieiuna ientauit.

DEDITIONE.

Quòd quadrati sunt sagi.

1 al. Brundusina.

DEPOSITO.

Dij sunt irati tibi, qui cõciere cogites tantũ mali.

DIVORTIO.

Vigilans, ac solers, sicca, sana, sobria, viriosa non sum. & si sim, non desunt mihi
Qui vltro dent. ætas integra est, formæ satis,
Qui coner noctu clãculũ brusire dotẽ ne remittat vafer, honestè vt latites, & nos laudas diutius.
Quum testamento patria partisset bona.
Imo illum mitem saxo faciant fustibus.
Mulier nouercæ nomen huc adde impiũ: Spurcæ gremio vestigio haud dici potest.
O dignum facinus adolescentis, optumas, bene conuenientes, concordes quum vires repente viduas faciat spurcitia patris.
Disperij, perturbata sunt: iam flaccet fortitudo.
Letium genus cognominationis morborum cognominis.
O diem scelerosum & indignum.
Quàm perspicacè, quàm benigno, quàm cito,
Quàm blando, quàm miti est pectore.
Quod vult disertè pactum aut dictum,
Et puncto auerruncent cur Syriam simul.
Nouis dictis quæso ne ille audiat.

EMANCIPATO.

Quàm beatæ scenicæ videntur mihi mulieres,
Quæ iurgio & beneuolẽtia terrent desubito viros.
Sollicito corde corpus non potitur nunc quie.
Vide vt facundè contra causaris patrem.
Optandum vxorem quæ non vereatur viri.
Deos ego omnes vt fortunassint precor.
Principium hoc oro, in animo vt sic tuo statuas, officiis cogi vt abs te seorsus sentiam de vxoria re.
Nudiustertius tute aduenisti quàm diluculo.
Idem es qui semper, idque vt rite intelligas te facere.
Ne te summatim ratio putes.
Vt sint repentinò apparandæ nuptiæ.
O quot clamas.
Idcirco hæc agere tecum secreto institi.
Hem quid ais? mane serua quæso, nisi molestum est, pauca sunt tecum quæ volo.
An mi homo. immo ædepol vos supremum meum concelebretis diem.
An quid me censes obsecro? non audisti?
Te facere compactò omnia.
Paulo prius hinc abijt.
Cur nimium adpetimus, si respondetur nemini nimium, bene est.
Malo pudenter metientem.
Post narrauero: nunc est distentus animus vt

negotiis porro autem propero.
Quàm lentè tractat me atque inludit.
Vetuit me sine mercede prosum paucis remeare in ludum.

EPISTOLA.

Iactauit sese, iactet, mihi erit tristior.
Natura tristiori paululo.
Ita intricauit huius hanc rem temeritas.
Nam proba & pudica quòd sum, consulto & parco mihi.
Quoniam comparatum est vno vt simus contenta viro.
Tace, puella non sum, supparo si induta sum.
Amare, habere puerum depositum foris.
Ego misera risu clandestino rumpier, fere matera monstra feruere.
Tum protinis rectà domum digredimur.
Quanquam ista hæc malitiosa non tam calleo, tamen non fefelli.
Atq; adeo extũdo exitio datur mihi custodiẽdus.
Huc venit fugiens tenebrionem Tyrum.
Hunc seruum autem, maria Tyria conciet.
Me authore mater abstinebis. quid nisi?
Non licet me quò contendissem ita peruenire.

EXCEPTO.

Etiam depellis mihi manum per palæstricos.
Vbi hic, nescis quæso, habet meretrix Neapolitis?
Si ille hæc nunc sentis, facere illi satis vis, quãta illius mors sit maceries tibi.
Conchas, echinos, ostreas marinas.
Meretrix cum veste longa, peregrino in loco solet tutandi causa sese sumere.
Habitu appellant huc ad molem nostram nauiculam.
Quod vitæ studium, aut quod præsidium in posterum mihi supponebas, mecum priius tui?
Consimili grassantur via à quibus est hic omnis cultus.
Tum conscendo cymbam, interibi lucis piscatoriã venio, iacitur anchora, inhibent leuiter,
Audite pueri pauca, vos succedite.
Fit opus luculentum, hoc diei herbam det.
De vita ac morte domini fabulauere aduorsum fratrem illius ac dominum suum.
Atque adeo nolo nudo pediolo es pus.
Proficiscor, res, tempus, locus, simul otium hortabatur vt operatum illum Dianæ degere sanctum diem.
Iubeo hominem tolli & collocari & confoueri, soluo operam Dianæ.

FRATRIIS [1] & FRATRIBVS.

Dat rustico nescio cui vicino suo perpauperi, cui dicat dotis paululum.
Facilè manducari qui potest.
Formosa virgo est, dotis dimidium vocant
Isti qui dotes negligunt vxorias.
Curre & nuntia venire, & mecum speratum adduce.
Videat puellam: curent, conformentur iube.

1 *al.* epistula. 2 *al.* vel.

Speratam non odi tuam.
Interim merendam occurro: cautè quum veni iuuat.
Nunc vide, hoc quo pacto eo aurũ in medio proferam, tu Castalia cogita, tu singe, fabricare, vti libet.
Proin tutum quæram, ne requiram te vide.
Equidem prandere stantem nobiscum incincta togam.
Retinebitur vir vt voluntate vna probabili pragnantem quod non exigat.
Pistori nouat cur non scribitari vt mittas fratris filio luculentulus.
Aquam ex cœno haurire, qui lauerent manus.
Nullam profectò accessi ad aram quin Deos supplicijs, sumptu vatis, donis, precibus, plorans, obsecrans nequicquam defatigarem.
O sacrum scurram & malum.
Dimittit adsestricem, me ad sese vocat.
Non potest qui in illas tacta longæq; & multis olat.
Commemorabo, ostendam illius facta & spurca improbi.
Mea nutrix surge. si vis profer purpuram, præclauium, contextus.
Septembris heri calenda: hodie atri dies.

HOMINE.

Atque ille derepente in iumentum exilit, contendit oculos derepente abit cælo.
Satis fortiter paulo vestras scisciditis colus.
Amabit sapiens cupient cæteri.
Ea memorier quum venero cõfecta vt offendam
Bacillum deligatum corneolum poscit.
Datatim vxorem vt ludas.
Tertium diem præclauium vnum texere.
Ipsi me velle vestimenta dicito.

IDA.

Nostrum in conuentum, aut consessum ludum, lapsúmque petulcum.

IMIS.

Multa atque molesta res potis vt dicta facesses.

INCENDIO.

Non vsquequaque idoneum inuenias locum
Vbi derepente quum velis facias lutum.
O puere puere sine me prospicere mihi.
Illud memento, nequid imprimis blateres.
Seruus est mihi Nicasio, sceleratus, curiosus: is cum filio ei conijcere ad nescio quicquid de latratiuncula.
Atq; hæc etiam incendit hoc, procul concessero.
Experiurabant, execrabant se ac suos.

INIMICIS.

Hæc obsecro igitur, agite & me adiutamini.

LIBERTO.

Nolo hic te videat, dominus est, puer facesse hinc.

1 *al.* Non potest qui in illa est acta, longéque & cunctis olat. Vel, non potest quin illa tacta longéque & multum olat.

2 MA-

MARITIS.

Meo vt obsequar amori, obedibo tibi.

[1]MATERTERIS.

Quum is Balbum supra modum differere conantem laudaret, an tu eloquens ilicet.

Causam coniicere hodie ad te volo: ambo adestis, profuturos arbitror.

In quem plenam papulam, panum, tympanum.

Quod exspectans defessa domi sedi, quod spisso venire visum est mihi.

Perij, lachryma linguam sepiunt.

Postquam se vidit inibi esse gignatam, paruulam sororibus commendat.

Quid isthuc est? quid fles? quid lachrymas? largitus proloquere.

MEGALENSIBVS.

Adeste, assentio te amare, me adorare saniter.

NOMΩ.

Adpetis dominatiũ demens præmaturè præcocem.

PANTALEO.

Contemnens inquit liber natus est, ita mater eius dixit in Gallia, quum ambos emerem.

Sed eccos ambos.

Reuocas nos ambo ad prælium.

POMPA.

Interim tua clienta.

Tene tu, in medio nemo est, magnificè volo fluctuatim ire ad illum, accipe hoc tegmen tu & sustine.

PRIVIGNO.

Silentio opus est: nulla inest paratio.

Vxorem quærit firmamentum familiæ, scias abesse ab ius lustris ingenium procul.

Et propter patruelem tuam constituit hilare anhelans deiecta coma.

Quæ festis nos facere solemus de quotidiano opere promiscuè atque profesto concelebras focum.

Videt ludos, huic auscultaui procul.

Quam mihi sit grata illius obsequela.

Quod si feciſſem paulo sapius, didicisset id ferre & non esse intolerabilis.

Dehinc temeritatem repudio vulgariam.

Nemo illa viuit carie carioſior.

Viuax vetus, quàm duriter nunc consulis tergo meo.

Hoc potius, hoc non feruit minus, hæc volo.

Occasione certa mulier inuolat in collum, plorat, orat, occurrit nepos pauxillus, neptis porro de lecto frigit.

A fulica penè peristi: dij te mactassint malo.

Orbus virilis sexus adoptauit sibi.

Ni tantum amarem talem tam meritò patrem, miratus essem adquo licere.

Numero inepti pertimuistis cassam terriculam aduersarij.

Interea verba iactare, & labris inter se velitari velificarier.

1 vel Matertera.

Noui amicum atque æqualem eum.

Non ego te noui tristem? seruum serium?

Vixisti tristis, durus, difficilis, tenax.

PRODIGO.

Nam me pudet vbi mecum loquitur Numerius: aliquid suffero, Græcè irridet me illico.

PRODITO.

Rem eligo à laribus missa [1] sum hanc quæ cursum coit.

Tu senecionem hunc satis est si seruas anus.

PROMO vel PRIMO.

Pro manibus credo habere ego illos tentipellium.

Caue ne pendeas si suas in quæstione.

Vt scire possis ad quo te expediat loqui.

REPVDIATO.

Quanto facilius ego, qui equo venio, adducor ferre humana humanitus.

Perdit ingens imbecillitas tuam æquo secius me colligant ceciderit.

Sin, id quod non spero, ratio talis sequius ceciderit.

Pauxillo prius me conuenit.

Te istuc facere officiosè scio.

Age curre cursim ad Numisium occultò.

ROSA.

Gannire ad aurem nunquam didici.

[2]SELLA.

Vsus me genuit, mater peperit Memoria:

Σοφίαν vocant me Graij, vos Sapientiam.

Pomum, holus, ficum, vua.

SIMVLANTE.

Sæuum ferre hæc te simul, & gnatam ab illo abducere.

Tui veretur, me ad te misit oratum peteret.

Ne ego illos vel tantis auscultà libens.

Simulantem offendit, regit, rumpit, icit poculo.

Vellem interueniſſem antè. nam (vt signa indicant)

Hi coniecere verba inter se acrius.

Nolim matri me præsente cum patre coniicere, non si me non vis mel meum.

Enim sera numero ac nequicquam egi gratias.

SORORIBVS.

Nunc se obsequeatem atq; hilarem dixi præbeas.

At puer est vescis imbecillus viribus.

SVSPECTA.

Per falsum abs te creditum numero nimis celeriter.

Adeo vt te satias caperet toti [3] familiæ

Tamen animo [4] ordire me oportet paula paululum.

Non amatorem olim defensorem per eam volet.

Vident lauere lachrymis me tuum collum pater.

Tuam maiestatem & nominis matronæ sanctitudinem.

Noli ex stultitia multarum credere esse animum meum.

1 vel, huc quæ cursum cohibeam.
2 al. Scilia. 3 totæ. 4 vel ordiri.

In Arpinos iam quantum potes explodam hominem vt villicetur.
Vt me esse in hac re ducat abs te extrarium.

TALIONE.

Vos quibus cordi est intra tunicam manus læua, dextra in penum herile.

TEMERARIO.

Quis hic est simia qui me hodie ludificatus est?

THAIDE.

Ea quæ ferme sedere melius consultoribus quàm restrictim cogitata omnibus rationibus.

VIRGINE.

Ne veniret quod non agitur in solum.
Verbis pauculis respondit, tristis voce deducta, malléq; se non quieuisse dixit.
Quo tu commentas? vbi confixus desides?
Aliis de rebus cœpisti super.

VOPISCO.

Nam nutricatur oliua,
Excludat vxor tam cõsidenter virum? non faciet.
Deinde id quod dedita opera, controuersiæ concinno.
Id est intus actum, perit opera nimium mea, ea aio fidelitatis.
Equidem te nunquam mihi parasitum, verum amicum, æqualem atque hospitem quotidianum & lautum conuiuam, domi.
Hem quid hoc? perij, pertimui: quid tumulti exaudiŷ?
Si possent homines delinimentis capi,
Omnes haberent nunc amatores anus.
Ætas, & corpus tenerum & morigeratio,
Hæc sunt venena formosarum mulierum.
Mala ætas nulla delinimenta inuenit.
Quoque nunc offendo sæpe procul nostra sit mala.
Quanta vociferatione feruitur! hei miseræ mihi.
Voluptatem capio maximam cruciari tua te culpa, qui det, & de illa pessuma quam deamas, promere.
Non dolorum partionis veniet in mentem tibi, quos misera pertulisti, vt partum proiiceret pater?
Dum morigeram, dum morosam præbeo, deinde aliquid dedita opera controuersiæ concinno, lædo interdum contumeliis.
Antiquitas petenda in principio est mihi, maiores vestri incupidiores liberûm fuere.
Malè merentur de nobis heri, qui nos tantopere indulgent in pueritia.
Apage sis, cliuum tuum animum in naribus primoribus vix pertuli ædepol.
Cuius te suscitat imago? cuius effigia cognatus patre?
Tu flagrionibus priuigno iucunditatis plus inest in te mihi, quàm commercatis conquisitæ edulibus.
Noui non inscituram ancillulam vespere.
Tandem vt possimus nostra fungi munera.
Homo mulierosus confert me illico aliò.
Sedit verùm non vt omnino tamen.
Titinnire ianitoris impedimenta audio.
Dij tibi dent propria quæcunque exoptes bona.
Igitur quiescit quoniam inter nos nuptiæ sunt dictæ.
Amentes quibus animi non sunt integri, surdè audiunt.
Tumultuosè & cunctis copiis.
Memini memoriter.
Cecidit spes reducendi domum quam cupio: cuius ego in dies impendio ex desiderio magis magiq; maceror.
Quia scit me illam amare perditè.
Porro passuros scio.
*Præfestinamus quæ sit causa sciscere, quod sit necessum scire, præsertim in bre**

Ex Afranio hæc quoque citantur, sed locis non indicatis.

Indignum verò dici solet testu
Támne arcula tua plena est aranearum?
Hostiarij impedimenta titinnire audio.
Mustricolam in dentes impingam tibi.
Fratris facilè manducari qui potest,
Suspecta ita vt huic hero adolescenti cui suspiriũ tradidit, qui me est animi exercitus.
Bucone adoptato, ientare nulla inuitat.
Palam facito Demea, & plagulam de lecto pellis dimitte ordine.
Aliber totius menilis possestricem, ita impulsatrix, ita curatrix, ita plaustrix, ita assestrix.
Quis tu es, ventoso in loco soleatus, intempesta noctu sub diuo, aperto capite, silicem quũ findat gelus?
Virgini tam crescit vterus quàm grauidæ mulieri.
Heu me miserum! Dummodo doleat aliquid, doleat quod lubet.
Nam quod vulgo prædicant aurito me parente natum, non ita est.
Nescio qui nostri miseritus tandem Deus.

Q. TRABEÆ VITA

PER PETRVM CRINITVM.

QVINTVS Trabeas Comœdiæ autor, in ordine Comicorum relatus est à Vulcatio Sedigito. Locum octauum obtinuit post Terentium, & Turpilium: de quibus commodè diximus. Mentio de hoc Trabea fit à veteribus Grammaticis, qui persæpe citant eius fabulas. M. Cicero minimè dubitauit commendare eundem Trabeam, carménque illius locis multis referre. Sunt qui credant, in scribēdis Togatis præstitisse, quod & Sext. Pompeius demonstrat. Laudantur à Marco Tullio ij versus Trabeæ, in quibus credulitas amantis, ac nimia gestientis animi lætitia, lepidè & eleganter describitur.

Lena delinita argento, nutum obseruabit meum,
Quid velim, quid studeam, adueniens digito impellam ianuam,
Fores patebunt: de improuiso Chrysis vbi me aspexerit,
Alacris obuiam mihi veniet, complexum optans meum
Mihi se dedet, fortunam ipsam anteibo fortunis meis.

Ex his colligitur quantum salis, atque vrbanitatis in poeta Trabea fuerit.

Q. TRABEÆ

FRAGMENTA QVÆ EXSTANT.

TANTA lætitia auctus sum vt mihi non constem.
Nunc demum mihi animus ardet.
Lena delinita argento nutum obseruabit meum.
Quid velim, quid studeam, adueniens digito impellam ianuam:
Fores patebunt. de improuiso Chrysis vbi me aspexerit,
Alacris obuiam mihi veniet, complexum exoptans meum:
Mihi se dedet.
Fortunam ipsam anteibo fortunis meis.

C. LICINII IMBRICIS

VITA.

GAIVS Licinius Imbrex inter eos Poetas refertur, qui Comœdias scripserunt. Vulcatius Sedigitus, cùm de Comicis scriptoribus iudicium facit, Licinio multum tribuit, cúmque non Attilio tātùm, & Ennio præposuit, sed & Turpilio atque Terentio. Grammatici veteres citant aliquot Licinij comœdias, vt Næuiam & Neæram, de qua Gel-

lius in Atticis noctibus scribit, quo loco de comprecationibus Deorum disserit. Sextus quoque Pompeius ita Licinium nominat vt Poetam maximè lepidum, atque vrbanum.

C. LICINII IMBRICIS FRAGMENTA QVÆ EXSTANT.

Ex Neæra.

NOlo ego Neæram te vocent, sed Nerientem,
Cum quidem Marti es in connubium data.

Q. NOVII VITA.

QVINTVS Nouius Atellanarum scriptor illustris est habitus. Grammatici veteres cùm de ipsius ingenio & doctrina disserũt, permultum illi concedunt. Aurelius Macrobius probatissimum Poetam hunc vocat inter eos auctores, qui Atellanas fabulas ediderunt. Qua in re post Nouium, inquit Pomponius atque Mommius præclari habentur. Scripsit Nouius complures Comœdias, in quibus magnopere probauit ingenium suum, atque vrbanitatem. Citantur maximè in his fabulis, hoc est, in Fullonico, in Exodio, in Virgine prægnãte, in Pedio, in Dotata, in Gallinaria, in Geminis, in Partu. De quibus multa leguntur in commentariis Nonij Marcelli. De obitu illius nihil apud antiquos auctores legimus.

ADMONITIO AD LECTOREM.

Fragmenta Q. Nouij iam habes, amice lector, suprà pag. 343. & seq. eam ob causam cum CN. Næuij fragmentis coniunctim descripta, ideò quòd fabulæ ex quibus petita sunt non Nouio solùm, sed & ipsi Næuio adscribantur à Grammaticis.

T. LVCRETII VITA, *EX P. CRINITO DESVMPTA.*

TItus Lucretius Charus ex Lucretiorum familia natus creditur, quæ Romæ insignis, & peruetusta habita est. Paulò antiquior fuit Terentio Varrone, & M. Tullio, vt quidam scripserunt, quod est obseruatum diligenter.

Quo-

Quoniam in his Annalibus, quos à Græcis habemus, complura falsò exposita sunt, contráque rationem temporum peruersè signata. Ingenio summo traditur fuisse, & in scribendis carminibus maximè excitato. Solebat enim per interualla temporum ad carmẽ accedere, non sine quodam animi furore, vt veteres autores ostendunt. Fabius Quintilianus, cùm de Latinis poëtis disserit, Æmilium Marcum, & T. Lucretium præstare elegantia testatur: sed ipsius Lucretij carmen multum difficultatis retinere. Quę res non modo propter ipsam materiam illi contigit, sed etiam propter egestatem linguæ, & rerum nouitatem: vt ille inquit. Scripsit libros sex de rerum natura, in quibus Epicuri doctrinam, & Empedoclem poëtam secutus est: cuius carmen atque ingenium vehementer admiratur. Neque desunt qui scribant, fuisse Lucretij opus à M. Tullio emendatum. Quocirca verisimile est, propter importunum obitum ab eo imperfectum atque inemendatum relictum. Q. frater plurimum Lucretij versibus concessit, & in eius opere multum esse artis, atque ingenij refert: neque mirari oportere, si Lucretij versus duriores interdum videntur, & quasi orationi solutæ similes. Fuit hoc proprium illis temporib⁹: vt optimè testatur apud Macrobium Furius Albin⁹, cuius verba hæc sunt: Nemo debet antiquiores poetas ea ratione viliores putare, quòd eorum versus nobis scabri vidẽtur. Ille enim stylus maximè tum placebat: diúque laborauit ætas secuta, vt magis huic meliori stylo acquiesceret. Itaque minimè defuerunt, imperantib⁹ etiam Vespasianis, qui Lucretium, pro Vergilio, & Lucilium pro Horatio legerent. Idem Lucretius misit suum opus ad C. Memmium L. Memmij filium, qui à deuicta Achaiá cognomen accepit, & vrbem Corinthũ diruit, signísque ac tabulis spoliauit. Non me præterit alios in hoc differentire. Sed hi quidem dum parum diligenter temporum rationem obseruant, facilè refelli possunt. Publius Vergilius non modo verba aliquot accepit ex Poematis Lucretij, sed locos penè integros ab eo transtulit: quod & Grammatici veteres accuratè notarunt. Natus est circa CLXXI Olympiadem. Periit ætate integra, cùm paucos annos supra XL. impleuisset. Eusebius tradit, tanto eum furore percitum fuisse assumpto amatorio poculo, vt propria manu se interfecerit. Quo tempore (vt quidam testantur) P. Vergilius virilem togam assumpsit, Cn. Põpeio & M. Licinio Crasso iterum Cos. Inter alios veteres nominatur Lucretius Poeta Comicus, vt à Fulgentio relatum est in commentario de priscis verbis.

PVB. OVIDII NASONIS
DE TITO LVCRETIO
TESTIMONIA.

LVCRETIVM vsque adeo celebrat Ouidius, vt perpetuò eius carmina duratura vaticinetur, ita canens:

Carmina diuini tunc sunt moritura Lucreti,
Exitio terras cum dabit vna dies.

Idem in secundo de Tristibus.

Explicat & causas rapidi Lucretius ignis,
Causarúmque triplex vaticinatur opus.

Statius quoque poëta tale de Lucretio testimonium protulit:

Et docti furor arduus Lucreti.

T. LVCRETII CARI

DE RERVM NATVRA, LIBER PRIMVS.

AENEADVM[1] genetrix, hominum, diuúmque voluptas,
Alma Venus, cæli subterlabentia signa,
Quæ mare nauigerum, quæ terras frugiferentis
Concelebras, per te quoniam genº omne animantum
Concipitur, visitque exortum lumina solis,
Te, dea, te fugiunt venti, te nubila cæli,
Aduentúmque tuum, tibi suauis dædala tellus
Summittit flores, tibi rident æquora ponti,
2 Placatúmque nitet diffuso lumine cælum.
Nam simul ac species patefacta est verna diei,
Et reserata viget genitalis aura fauoni,
Aëriæ primùm volucres te, diua, tuúmque
Significant, initium percussæ corda tua vi:
Inde feræ pecudes persultant pabula læta,
Et rapidos tranant amnis: ita capta lepore,
Te sequitur cupidè, quò 4 quamque inducere pergis.
Denique per maria, ac montis, fluuiósque rapacis,
Frondiferásque domos auium, campósque virentis,
Omnibus incutiens blandum per pectora amorem,
Efficis, vt cupidè generatim sæcla propagent.
Quæ quoniam rerum naturam sola gubernas,
Nec sine te quidquam dias in luminis oras
Exoritur: neque fit lætum, nec amabile quidquam:
Te sociam studeo scribendis versibus esse,
Quos ego de rerum natura pangere conor
Memmiadæ nostro, quem tu, dea, tempore in omni
Omnibus ornatum voluisti excellere rebus.
Quo magis æternum da dictis diua leporem:
Effice, vt interea fera mœnera militiai
Per maria, ac terras omnis sopita quiescant.
Nam tu sola potes tranquilla pace iuuare
Mortalis: quoniam belli fera mœnera Mauors
Armipotens regit: in gremium qui sæpe tuum se
5 Reficit æterno deuinctus volnere amoris:
Atque ita 6 suspiciens tereti ceruice reposta,
Pascit amore auidos inhians in te, dea, visus,
Eq̃ tuo pendet resupini spiritus ore.
Hunc tu, diua, tuo recubantem corpore sancto
Circumfusa super suauis ex ore loquelas
Funde, petens placidam Romanis inclita pacem.
Nam neque nos agere hoc patriai tempore iniquo
Possumus æquo animo, nec Memmi clara propago
Talibus in rebus, communi deesse saluti.
Quod superest, vacuas auris mihi 1 Mẽmius, & te
Semotum à curis adhibe veram ad rationem,
Ne mea dona tibi studio disposta fideli,
Intellecta prius quàm sint, contempta relinquas.
Nam tibi de summa cæli ratione, deúmque
Disserere incipiam, & rerum primordia pandam,
Vnde omnis natura creet res, auctet, alátque:
Quóve eadem rursum natura perempta resoluat:
Quæ nos materiem, & genitalia corpora rebus
Reddunda in ratione vocare, & semina rerum
Appellare suëmus, & hæc eadem vsurpare
Corpora prima, quod ex illis sunt omnia primis.
Omnis enim per se diuûm natura necesse est
Immortali æuo summa cum pace fruatur,
Semota à nostris rebus, seiunctáque longè.
Nam priuata dolore omni, priuata periclis,
Ipsa suis pollens opibus: nihil indiga nostri,
Nec bene promeritis capitur, nec tangitur ira.
Humana ante oculos fœdè cum vita iaceret
In terris oppressa graui sub relligione:
Quæ caput à cæli regionibus ostendebat,
Horribili super aspectu mortalibus instans:
Primùm Graius homo mortalis 2 tollere contrà
Est oculos ausus, primúsque obsistere contrà:
Quem nec fama deûm, nec fulmina, nec minitanti
Murmure compressit cælum, sed eo magis acrem
Virtutem inritât animi, confringere vt arta
Naturæ primus portarum claustra cupiret.
Ergo viuida vis animi peruicit, & extra
Processit longè flammantia mœnia mundi:
Atque omne immensum peragrauit mente, animóque.
Vnde refert nobis victor quid possit oriri,
Quid nequeat, finita potestas denique cuique
Quánam sit ratione, vtq̃ altè terminus hæreat.
Quare relligio pedibus subiecta vicissim
3 Obteritur nos exæquat victoria cælo.
Illud in his rebus vereor, ne forte rearis

1 al. genitrix. 2 Pacatúmq; 3 al. initũ percussę. 4 al. cumque. 5 al. Reiicit. 6 al. Suspirãs.

1 Lamb. Memmiada. rectus pro vocandi casu.
2 al. leg. tendere. 3 al. exeritur.

Impia

Impia te rationis inire elementa, viamque
Endogredi sceleris, quòd contrà sæpius olim
Religio peperit scelerosa, atque impia facta:
Aulide quo pacto Triuiai virginis arma,
Iphianassai turparunt sanguine fœdè
Ductores Danaûm delecti, prima virorum:
Cui simul infula virgineos circumdata comptus
Ex vtraque pari malarum parte profusa est,
Et mæstum simul ante aras adstare parentem
Sensit, & hunc propter ferrum 1 celare ministros,
Adspectúque suo lacrumas effundere ciues,
Muta metu, terram genibus summissa petebat.
Nec miseræ prodesse in tali tempore quibat,
Quòd patrio princeps donarat nomine regem:
Nam sublata virûm manibus, tremebundáque ad aras
Deducta est, non vt sollemni more sacrorum
Perfecto, posset claro comitari hymenæo,
Sed casta incestè nubendi tempore in ipso
Hostia concideret mactatu mœsta parentis:
Exitus vt classi felix, faustúsque daretur.
Tantum religio potuit suadere malorum.
Tutemet à nobis iam quouis tempore vatum
Terriloquis victus dictis 2 desciscere quares.
Quippe etenim quàm multa tibi me fingere possum
Somnia, quæ vitæ rationes vertere possint,
Fortunásque tuas omnes turbare timore?
Et meritò, nam si certam finem esse viderent
Aerumnarum homines, aliqua ratione valerent
Religionibus, atque minis obsistere vatum:
Nunc ratio nulla est restandi, nulla facultas,
Aeternas quoniam pœnas in morte timendum.
Ignoratur enim, quæ sit natura animai:
Nata sit, an contrà, nascentibus insinuetur:
Et simul intereat nobiscum morte dirempta:
An tenebras Orci visat, vastásque lacunas:
An pecudes alias diuinitus insinuet se,
Ennius vt noster cecinit, qui primus amœno
Detulit ex Helicone perenni fronde coronam,
Per gentis Italas omnium quæ clara clueret.
Etsi præterea tamen esse Acherusia templa
Ennius æternis exponit versibus edens,
Quò neque permanent animæ, neque corpora nostra,
Sed quædam simulacra modis pallentia miris:
Vnde sibi exortam semper florentis Homeri
Commemorat speciem, lacrumas 3 & fundere salsas
Cœpisse, & rerum naturam 4 expandere dictis.
Quapropter bene cùm superis de rebus habenda
Nobis est ratio, solis, lunæq; meatus
Qua fiant ratione, & qua vi quæque 5 gerantur
In terris: tum cumprimis ratione sagaci,
Vnde anima, atque animi constet natura, videndum:
Et quæ res nobis vigilantibus obuia, mentes
Terrificent, morbo adfectis, somnóque sepultis:
Cernere vti videamur eos, audiréque coràm,
Morte obita quorum tellus amplectitur ossa.
Nec me animus fallit Graiorum obscura reperta
Difficile inlustrare Latinis versibus esse:
Multa nouis verbis præsertim cum sit agendum,
Propter egestatem linguæ, & rerum nouitatem.
Sed tua me virtus tamen, & sperata voluptas
Suauis amicitiæ quemuis efferre laborem
Suadet, & inducit noctes vigilare serenas,
Quærentem dictis quibus, & quo carmine demum
Clara tuæ possim præpandere lumina menti.
Res quibus occultas penitus, conuisere possis.
Hunc igitur terrorem animi, tenebrásque necesse est
Non radij solis neque lucida tela diei
Discutiant: sed naturæ species, ratióque,
Principium hinc cuius nobis exordia sumet,
Nullam rem è nihilo gigni diuinitus vnquam.
Quippe ita formido mortalis continet omnis,
Quòd multa in terris fieri, cæloque tuentur;
Quorum operum causas nulla ratione videre
Possint, ac fieri diuino numine rentur.
Quas ob res, vbi viderimus, nihil posse creari
De nihilo: tum, quod sequimur, iam rectiùs inde
Perspiciemus, & vnde queat res quæque creari,
Et quo quæque modo fiant opera sine diuûm.
Nam si de nihilo fierent, ex omnibus rebus
Omne genus nasci posset: nihil semine egeret.
E mare primùm homines, è terra posset oriri
Squamigerum genus, & volucres: erumpere cælo
Armenta, atque aliæ pecudes: genus omne ferarum
Incerto partu culta, ac deserta teneret.
Nec fructus ijdem arboribus constare solerent,
Sed mutarentur: ferre omnes omnia possent.
Quippe vbi non essent genitalia corpora cuique,
Qui posset mater rebus consistere certa?
At nunc seminibus quia certis quæque creantur:
Inde enascitur, atque oras in luminis exit,
Materies vbi inest cuiusque & corpora prima.
Atque hac re nequeunt ex omnibus omnia gigni,
Quòd certis in rebus inest secreta facultas.
Præterea, cur vere rosam, frumenta calore,
Vites autumno fundi 1 sudante videmus,
Si non certa suo quia tempore semina rerum
Cum confluxerunt, patefit quodcunque creatur,
Dum tempestates adsunt, & viuida tellus
Tutò res teneras effert in luminis oras?
Quòd si de nihilo fierent, subitò exorerentur
Incerto spatio, atque alienis partibus anni:
Quippe vbi nulla forent primordia, quæ genitali
Concilio possent arceri tempore iniquo.
Nec porrò augendis rebus, spatio foret vsus
Seminis ad coitum, è nihilo si crescere possent.
Nam fierent iuuenes subitò ex infantibus partis:

1 al. celebrare. 2 al. desistere. vel discisc ere. 3 al. effundere. 4 Exponere q. l. 5 Lamb. genantur.

1 Ita v. q. & vulg. Sudor, seu humor, ac vapor congruit vitibus, vino, & autumno. in al. suadent e. male.

E terráque exorta repente arbusta salirent.
Quorum nihil fieri manifestum'st, omnia quando
Paullatim crescunt, vt par est, semine certo:
Crescendóque genus seruant: vt noscere possis
Quaque sua de materia grandescere, alique.
Hoc accedit, vti sine certis imbribus anni
Latificos nequeat fetus summittere tellus:
Nec porrò secreta cibo natura animantum
Propagare genus 1 possit, vitámque tueri.
Vt potius multis communia corpora rebus
Multa putes esse, vt verbis elementa videmus,
Quàm sine principiis vllam rem exsistere posse.
Denique cur homines tantos natura parare
Non potuit, pedibus qui pontum per vada possent
Transire, & magnos manibus diuellere montes,
Multáque viuendo vitalia vincere secla:
Si non materies quia rebus reddita certa est
Gignundis, è qua constat quid possit oriri?
Nihil igitur fieri de nihilo posse fatendum'st:
Semine quando opus est rebus, quo quaque creata
Aeris in teneras possint proferrier auras.
Postremò, quoniam incultis praestare videmus
Culta loca, & manibus meliores reddier fetus,
Esse videlicet in terris primordia rerum:
Quæ nos fecundas vertentes vomere glebas,
Terraique solum subigentes, cimus ad ortus.
Quòd si nulla forent, nostro sine quaque labore
Sponte sua multo fieri meliora videres.
Hoc accedit, vti quæque in sua corpora rursum
Dissoluat natura, neque ad nihilū interimat res.
Nam si quid mortale è cunctis partibus esset,
Ex oculis res quaque repentè erepta periret,
Nulla vi foret vsus 2 ei, qua partibus eius
Discidium parere, & nexus exsoluere posset.
Quod nunc, aterno quia constat semine quaque,
Donec vis 3 obiit, qua res diuerberet ictu,
Aut intus penetret per inania, dissoluátque,
Nullius exitium patitur natura videri.
Praterea, quacunque vetustate amouet ætas,
Si penitus perimit, consumens materiem omnem,
Vnde animale genus 4 generatim in lumina vitæ
Reducit Venus? aut reductum dædala tellus
Vnde alit, atque auget, generatim pabula præbens?
Vnde mare, 5 ingenui fontes, externáque longè
Flumina suppeditant? vnde æther sidera pascit?
Omnia enim 6 debet, mortali corpore qua sunt,
Infinita ætas consumse anteacta, diésque.
Quòd si in eo spatio, atque anteacta ætate fuere,
E quibus hæc rerum consistit summa refecta,
Immortali sunt natura prædita certè.
Haud igitur possunt ad nihilū quaque reuerti.
Denique res omnis eadem vis, caussáque volgo
Conficeret, nisi materies æterna teneret
Inter se nexus, minus aut magis 7 endopedita.

1 posse 2 al. enim. 3 al. obeat.
4 al. generatim. 5 al. ingeniti. 6 vel debent.
7 al. indupedité.

Tactus enim, leti satis esse caussa profecto:
Quippe vbi nulla forent æterno corpore, 1 quorū
Contextum vis deberet dissoluere quaque.
At nunc inter se quia nexus principiorum
Dissimiles constant, æternáque materies est:
Incolumi remanent res corpore, dum satis acris
Vis obeat pro textura cuiusque reperta.
Haud igitur redit ad nihilū res vlla, sed omnes
Discidio redeunt in corpora materiai.
Postremò pereunt imbres, vbi eos pater æther
In gremium matris terrai præcipitauit:
At nitidæ surgunt fruges ramique virescunt
Arboribus, crescunt ipsæ, fetúque grauantur.
Hinc alitur porro nostrum genus, atque ferarum:
Hinc lætas vrbes pueris florere videmus,
Frundiferáque nouis auibus canere vndique siluas.
Hinc 2 fessæ pecudes pingues per pabula læta
Corpora deponunt, & candens lacteus humor
Vberibus manat distentis. hinc noua proles
Artibus infirmis teneras lasciua per herbas
Ludit, lacte mero mentis percussa nouellas.
Haud igitur penitus pereunt quæcūque videntur,
Quando aliud ex alio reficit natura, nec vllam
Rem gigni patitur, nisi morte adiuta aliena.
3 Nunc agesis, quoniam docui nihil posse creari
De nihilo, neq; item genita ad nihilum reuocari:
Ne qua forte tamen cœptes diffidere dictis,
Quod nequeunt oculis rerum primordia cerni,
Accipe præterea, quæ corpora tute necesse est
Confiteare esse in rebus nec posse videri.
Principio venti vis verberat incita 4 portus,
Ingentisque ruit nauis, & nubila differt:
Interdum rapido percurrens turbine campos
Arboribus magnis sternit, montisque e supremos
Siluifragis vexat flabris: ita per furitari
Cum fremitu, sæuitque minaci murmure pontus.
Sunt igitur venti nimirum corpora cæca,
Quæ mare, quæ terras, quæ denique nubila cæli
Verrunt, ac subito vexantia turbine raptant.
Nec ratione fluunt alia, stragemq; propagant,
Quàm cum mollis aquæ fertur natura repente
Flumine abundanti, quod largis imbribus auget
Montibus ex altis magnus decursus aquai,
Fragmina coniciens siluarum, arbustaq; tota.
Nec validi possunt pontes venientis aquai
Vim subitā tolerare, ita magno turbidus imbri
Molibus 5 incurrens validis cum viribus amnis,
Dat sonitu magno stragem, voluitque sub vndis
Grandia saxa, ruit qua 6 quicquid fluctibus obstat.
Sic igitur debent venti quoque flamina ferri,
Quæ, veluti validum flumen, cùm procubuere,
Quamlibet in partem trudunt res antè, ruuntque
Impetibus crebris: interdum vertice torto
Conripiunt, 7 rapidiq; 8 rotanti turbine portant.

1 Lamb. eorum. 2 al. fetæ. 3 In vet. cod lēg. Age, res quoniam d. non posse cr. D. n. neque res genitas ad nihil reuocari. & q. vet. quando.
4 al. pontum. 5 al. incurrit. 6 Quidquam
7 al. rapidóque. 8 Lamb. rotantia.

Quare

Quare etiam atq; etiam sunt venti corpora cæca
Quandoquidē factis, ac 1 motibus, æmula magnis
Amnibus inueniuntur, aperto corpore qui sunt.
Tum porro varios rerum sentimus odores:
Nec tamē ad nares venientes cernimus vnquam:
Nec calidos æstus tuimur, nec frigora quimus
Vsurpare oculis, nec voces cernere suemus:
Quæ tamen omnia corporea constare necesse est
Natura, quoniam sensus impellere possunt.
Tāgere enim & tāgi nisi corpus, nulla potest res.
Denique fluctifrago suspensa in litore vestes
Vuescunt: eadem dispansæ in sole serescunt.
At neque quo pacto perfederit humor aquai,
Visum'st, nec rursum, quo pacto fugerit æstu.
In paruas igitur partes dispergitur humor,
Quas oculi nulla possunt ratione videre.
Quinetiam multis solis redeuntibus annis
Anulus in digito subtertenuatur habendo,
Stillicidi casus lapidem cauat: vncus aratri
Ferreus occultè decrescit vomer in aruis:
Stratáque iam volgi pedibus detrita viarum
Saxea conspicimus: tum portas propter ahena
Signa manus 2 dextras ostendunt attenuari
Sæpe salutantum tactu, præterq; meantum.
Hæc igitur minui, cum sunt detrita, videmus:
Sed quæ corpora decedant in tempore quoque,
Inuida præcluſit speciem natura videndi.
Postremò, quæcunque dies, naturaq; rebus
Paullatim tribuit, moderatim crescere cogens:
Nulla potest oculorum acies contenta tueri.
Nec porrò quæcumque ævo maciéque senescunt:
Nec, mare quæ impendent vesco sale saxa peresa,
Quid quoque amittant in tempore, cernere possis.
Corporibus cæcis igitur natura gerit res.
Nec tamen vndique corporea stipata tenentur
Omnia natura: namque est in rebus inane:
Quod tibi cognosse in multis erit vtile rebus,
Nec sinet errantem dubitare, & quærere semper
De summa rerum, & nostris diffidere dictis.
Quapropter locus est intactus, inane, vacansque.
Quod si non esset, nulla ratione moueri
Res possent. namq; officium quod corporis exstat,
Officere, atque obstare, id in omni tempore adesset
Omnibus. haud igitur quidquam procedere posset,
Principium quoniam cedendi nulla daret res.
At nunc per maria, ac terras, sublimáque cæli,
Multa modis multis varia ratione moueri
Cernimus ante oculos, quæ, si non esset inane,
Non tam sollicito motu priuata carerent,
Quàm genita omnino nulla ratione fuissent:
Vndique materies quoniam stipata quiesset.
Præterea quamuis solidæ res esse putentur,
Hinc tamen esse licet raro cum corpore cernas:
In saxis ac speluncis permanat aquarum
Liquidus humor: & vberibus flent omnia guttis:
Dissupat in corpus sese cibus omne animantum:
Crescunt arbusta, & fetus in tempore fundunt,
Quòd cibus in totas vsque ab radicibus imis
Per truncos ac per ramos diffunditur omnis:

1 in v. q. motibus. 2 al. extras.

Inter septa meant voces, & clausa domorum
Transuolitant: rigidum permanat frigus ad ossa:
Quod, nisi inania sint, quà possent corpora quæq;
Transire, haud vlla fieri ratione videres.
Denique cur alias aliis præstare videmus
Pondere res rebus, nihilo maiore figura?
Nam si tantundem est in lanæ glomere, quantū
Corporum in plumbo est, tantumdem pendere par est:
Corporum officium est quoniam premere omnia deorsum:
Contra autem natura manet sine pōdere, inanis.
Ergo quod magnum est æquè, leuiúsque videtur,
Nimirum plus esse sibi declarat inanis.
At contrà grauius, plus in se corporum esse
Dedicat, & multo 1 vacui minus intus habere.
Est igitur nimirum, id quod ratione sagaci
Quærimus, admistū rebus quod inane vocamus:
Illud in his rebus ne te deducere vero
Possit, quod quidam fingunt, præcurrere cogor.
Cedere squamigeris latices nitentibus aiunt,
Et liquidas aperire vias: quia pòst loca pisces
Linquant, quò possint cedentes confluere vndæ:
Sic alias quoque res inter se posse moueri.
Et mutare locum, quamuis sint omnia plena.
Scilicet id falsa totum ratione receptum'st:
Nam quò squamigeri poterunt procedere tandē,
Ni spatium dederint latices? concedere porrò
2 Quò poterunt vndæ, cum pisces ire nequibunt?
At igitur motu priuandum'st corpora quæque:
Aut esse admistum dicendum'st rebus inane,
3 Vnde initiū primū capiat res quæque mouendi.
Postremò duo de concursu corpora lata
Si cita dissiliant, nempe aer omne necesse est
Inter corpora quod fiat, possidat inane:
Is porrò, quamuis circum 4 celerantibus auris
Confluat, haud poterit tamen vno tempore totū
5 Complere spatium: nam primum quemque necesse est
Occupet ille locum, deinde omnia possideantur.
Quòd si fortè aliquis, cum corpora dissiluere,
Tum putat id fieri, quia se condenseat aer,
Errat: nam vacuum 6 tūc fit, quod non fuit antè,
Et repletur item, vacuum quod constitit antè.
Nec tali ratione potest denserier aer,
Nec si iam posset sine inani posset, opinor,
Se ipse in se trahere, & partis cōducere in vnum.
Quapropter quamuis caussando multa moreris,
Esse in rebus inane, tamen fateare necesse est.
Multáque præterea tibi possum commemorando
Argumenta, fidem dictis 7 contradere nostris:
Verùm animo satis hæc vestigia parua sagaci
Sunt, per quæ possis cognoscere cetera tute.
Namque canes vt montiuagæ persæpe ferai
Naribus inueniunt intectas fronde quietes,
Cum semel institerunt vestigia certa viai:

1 al. vacuum. 2 al. Qui. 3 Ita quid. leg. Primum vnde initium al initum. 4 al. defantibus. 5 vulg. compleri. 6 vel, tum.
7 Lamb. conradere

Sic aliud ex alio per te tute ipse videre
Talibus in rebus poteris, cæcásque latebras
Insinuare omnis, & verum protrahere inde.
Quod nisi pigraris, paullumve 1 receſſeris ab re,
Hoc tibi de plano poſſum promittere Memmi,
Vſque adeò largos 2 hauſtus de fontibus magnis
Lingua meo ſuauis diti de pectore fundet,
Vt verear, ne tarda priùs per membra ſenectus
Serpat, & in nobis vitai clauſtra reſoluat,
Quàm tibi de quauis vna re verſibus omnis
Argumentorum ſit copia miſſa per auris.
Sed nunc iam repetam cœptum pertexere dictis:
Omnis vt eſt igitur per ſe natura, duabus
3 Conſiſtet rebus. nam corpora ſunt, & inane,
Hæc in quo ſita ſunt, & quà diuerſa mouentur.
Corpus enim per ſe communis dedicat eſſe
Senſus: quo niſi prima fides fundata valebit,
Haud erit, occultis de rebus quò referentes
4 Confirmare animi quidquam ratione queamus.
Tum porrò locus, ac ſpatium, quod inane vocamus,
Si nullum foret: haud 5 vſquam ſita corpora poſſent
Eſſe, neque omnino 6 quaquam diuerſa meare:
Id quod iam ſuperà tibi paullo oſtendimus antè.
Præterea nihil eſt, quod poſſis dicere ab omni
Corpore ſeiunctum, ſecretúmque eſſe ab inani,
Quod, quaſi tertia ſit numero natura reperta.
Nam quodcunque erit, eſſe 7 aliquid debebit id ipſum
Augmine vel grandi, vel paruo denique, dum ſit:
Cui ſi tactus erit quamuis leuis, exiguúſque,
Corporum augebit numerum, ſummámque ſequetur:
Sin intactile erit, nulla de parte quod vllam
Rem prohibere queat per ſe tranſire meantem,
Scilicet hoc id erit, vacuum quod inane vocamus.
Præterea per ſe quodcunque erit, aut faciet quid,
Aut aliis fungi debebit agentibus ipſum,
Aut erit, vt poſſint in eo res eſſe, gerique.
At facere & fungi ſine corpore nulla poteſt res:
Nec præbere locum porrò, niſi inane, vacánſque,
Ergo præter inane, & corpora, tertia per ſe
Nulla poteſt rerum in numero natura relinqui.
Nec, quæ ſub cenſus cadat vllo tempore noſtros,
Nec, ratione animi quam quiſquam poſſit apiſci.
Nam quæcumque cluent, aut his coniuncta duabus
Rebus ea inuenies, aut horum euenta videbis.
Coniunctum'ſt id, quod nunquam ſine perniciali
Diſcidio potis eſt ſeiungi, ſeque gregari:
Pondus vti 8 ſaxis, calor 9 ignibus, liquor aquai,
Tactus corporibus cunctis, intactus inani.
Seruitium contrà, libertas, diuitiæq;,
Paupertas, bellum, concordia, cetera, quorum
Aduentu manet incolumis natura, abitúque,
Hæc ſoliti ſumus, vt par eſt, euenta vocare.
Tempus item per ſe non eſt, ſed rebus ab ipſis
Conſequitur ſenſus, tranſactum quid ſit in æuo,
Tum quæ res inſtet, quid porrò deinde ſequatur:
Nec per ſe quemquam tempus ſentire fatendum'ſt,
Semotum ab rerum motu, placidáque quiete,
Denique Tyndaridem raptam bellóque ſubactas
Troiugenas gentis cum dicunt eſſe, videndum'ſt,
Ne forte hæc per ſe cogant nos eſſe fateri,
Quando & ſæcla hominum, quorum hæc euenta fuere,
Inreuocabilis abſtulerit iam præterita ætas.
Namque aliud rebus, aliud regionibus ipſis
Euentum dici poterit, quodcumque erit actum.
Denique materies ſi rerum nulla fuiſſet,
Nec locus, ac ſpatium, res in quo quæque geruntur,
Numquam Tyndaridis formæ conflatus amore
Ignis Alexandri Phrygio ſub pectore gliſcens
Clara accendiſſet ſæui certamina belli:
Nec clam durateus 1 Troianis Pergama partu
Inflammaſſet equus nocturno Graiugenarum.
Perſpicere vt poſſis res geſtas funditus omnis,
Non ita vti corpus per ſe conſtare, neque eſſe,
Nec ratione cluere eadem, qua conſtat inane:
Sed magis vt meritò poſſis euenta vocare
Corporum, atque loci, res in quo quæque 2 gerantur.
Corpora ſunt porrò partim primordia rerum,
Partim conſilio quæ conſtant principiorum.
Sed quæ ſunt rerum primordia, nulla poteſt vis
Stringere, nam ſolido vincunt ea corpore demum,
Etſi difficile eſſe videtur 3 credere quicquam
In rebus ſolido reperiri corpore poſſe:
Tranſit enim fulmen cæli per ſæpta domorum,
Clamor vt ac voces: ferrum candeſcit in igne,
Diſſiliúntque 4 fero feruenti ſaxa vapore:
Conlabefactatus rigor auri ſoluitur æſtu:
Tum glacies æris flamma deuicta liqueſcit:
Permanat calor argentum, penetraléque frigus,
Quando vtrumque, manu retinentes pocula ritè,
Senſimus infuſo lympharum rore ſupernè.
Vſque adeò in rebus ſolidi nihil eſſe videtur.
Sed quia vera tamen ratio, naturáque rerum
Cogit, ades, paucis dum verſibus expediamus,
Eſſe ea, quæ ſolido, atque æterno corpore conſtent,
Semina quæ rerum, primordiáque eſſe docemus,
Vnde omnis rerum nunc conſtet ſumma creata.
Principio quoniam duplex natura duarum
Diſſimiles rerum longè conſtare reperta eſt,
Corporum, atque loci, res in quo quæque geruntur:
Eſſe vtramque ſibi per ſe, purámque neceſſe eſt.

1 al. abſceſſeris. 2 Lamb. ex v. q. legit hauſtis d.f. amnis.
3 alij vet. lib. Conſtitit in rebus.
4 vulg. animoſi
5 vel. Quaquam. 6 al. quoquam.
7 vel aliud. 8 al. ſaxi. 9 ignis.

1 Lamb. Troiai. 2 quid. leg. regantur. Lamb. genantur. 3 al. diſting. 4 quid. fero feruentia.

Nam

Nam quacumque vacat ſpatium , quod inane vocamus,
Corpus eà non eſt: quà porrò cumque tenet ſe
Corpus eà vacuum nequaquam conſtat inane.
Sunt igitur ſolida, ac ſine inani corpora prima.
Prætereà quoniam genitis in rebus inane eſt,
Materiam circùm ſolidam conſtare neceſſe eſt:
Nec res vlla poteſt vera ratione probari
Corpore inane ſuo celare, atque intus habere,
Si nõ, quod cohibet, ſolidum conſtare relinquas.
Id porrò nihil eſſe poteſt, niſi materiai
Concilium, quod inane queat rerum cohibere.
Materies igitur ſolido quæ corpore conſtat,
Eſſe æterna poteſt, cum cetera diſſoluantur.
Tum porrò ſi nihil eſſet, quod inane vacaret,
Omne foret ſolidum: niſi contrà corpora 1 certa
Eſſent, quæ loca complerent, quæcunque tenerent,
Omne quod eſt ſpatium, vacuum cõſtaret inane.
Alternis igitur nimirum corpus inani
Diſtinctum'ſt, quoniam nec plenum nauiter exſtat,
Nec porrò vacuum, ſunt ergo corpora 2 certa,
Quæ ſpatium pleno poſſint diſtinguere inane.
Hæc neque diſſolui plagis extrinſecus icta
Poſſunt, nec porrò penitus penetrata retexi,
Nec ratione queunt alia tentata labare:
Id quod iam ſuperà tibi paullo oſtendimus antè.
Nam neque conlidi ſine inani poſſe videtur
Quidquam, nec frangi, nec 3 findi in bina ſecãdo:
Nec capere humorem, neque itẽ manabile frigus,
Nec penetralem ignem, quibus omnia conficiuntur:
Et quo quæque magis cohibet res intus inane,
Tam magis his rebus penitus tentata labaſcit.
Ergo ſi ſolida, ac ſine inani corpora prima
Sunt, ita vti docui, ſint hæc æterna, neceſſe eſt.
Præterea, niſi materies æterna fuiſſet,
Antehac ad nihilum penitus res quæque rediſſent:
De nihilo quoque nata forent, quæcumque videmus:
At quoniam ſuprà docui nihil poſſe creari
De nihilo, neque quod genitum'ſt, ad nihil reuocari:
Eſſe immortali primordia corpore debent,
Diſſolui quò quæque ſupremo tempore poſſint,
Materies vt ſuppeditet rebus reparandis.
Sunt igitur ſolida primordia ſimplicitate,
Nec ratione queunt alia ſeruata per æuum,
Ex infinito iam tempore, res reparare.
Denique ſi nullam finem natura paraſſet
Frangendis rebus, iam corpora materiai
Vſque 4 redacta forent, æuo frangente priore,
Vt nihil ex illis à certo tempore poſſet
Conceptum, ſummum ætatis peruaderes 5 ſinem.
Nam quiduis citius diſſolui poſſe videmus,
Quàm rurſus reſici: quapropter, longa diei
Infinita ætas anteacti temporis omnis
Quod fregiſſet adhuc diſturbans, diſſoluénſque.
1 Nunquam relliquo reparari tempore poſſet.
At nunc nimirum frangendi reddita finis
Certa manet, quoniam reſici rem quamque videmus,
Et finita ſimul generatim tempora rebus
Stare, quibus poſſint æui contingere florem.
Hôc accedit, vti, ſolidiſſima materiai
Corpora quom conſtant, poſſint tamen omnia reddi
Mollia, quæ 2 fiant aër, aqua, terra, vapores,
Quo pacto fiant, & qua vi cumque gerantur:
Admiſtum quoniam ſimul eſt in rebus inane.
At contra ſi mollia ſint primordia rerum,
Vnde queant validi ſilices, ferrúmque creari,
Non poterit ratio reddi: nam funditus omnis
Principio fundamenti natura carebit.
Sunt igitur ſolida pollentia ſimplicitate,
Quorum condenſo magis omnia conciliatu
Artari poſſunt, validáſque oſtendere vires.
Denique iam quoniam generatim reddita finis
Creſcendi rebus conſtat, vitámque 3 tuendi:
Et quid quæque queant per fœdera naturai,
Quid porrò nequeant, ſancitum quandoquidem exſtat:
Nec commutatur quidquam, 4 quando omnia conſtant,
Vſqueadeò, variæ volucres vt in ordine cunctæ
Oſtendant maculas generales corpori ineſſe:
Immutabile materiæ quoque corpus habere
Debent nimirum. nam ſi primordia rerum
Commutari aliqua poſſent ratione reuicta:
Incertum quoque iam conſtet, quid poſſit oriri,
Quid nequeat, finita poteſtas denique cuique
Quanã ſit ratiane, vtque altè terminus hereat:
Nec toties poſſent generatim ſæcla referre
Naturam, motus, victum, moréſque parentum.
Tum porrò, quoniam extremum quoiuſque cacumen
Corporis eſt aliquod, noſtri quod cernere ſenſus
Iam nequeunt, id nimirum ſine partibus exſtat,
5 Et minima conſtat natura: nec fuit vnquam
Per ſe ſecretum, neque poſt hac eſſe valebit,
6 Alterius quoniam'ſt ipſum pars: primáque & ima,
Inde aliæ, atque aliæ ſimiles ex ordine partes,
Agmine condenſo naturam corporis explent:
Quæ quoniam per ſe nequeunt conſtare, neceſſe eſt
Herere, vnde queant nulla ratione reuelli.
Sunt igitur ſolida primordia ſimplicitate:
Quæ minimis ſtipata cohærent partibus arctè,
Non ex vllorum conuentu conciliata,
Sed magis æterna pollentia ſimplicitate:
Vnde neque auelli quidquã, neque deminui 7 iã

1 quid cæca. 2 al. cæca. 3 al. ſcindi. 4 al. reducta. 5 al. florem.

1 al. q. Relliquo id nunquam, vulg. id nunquam reliquo. 2 al. fiant. 3 al. tenendi. 4 al. quin. 5 al. De minimo. 6 al. Alterius quoniam ſunt ipſum primáque & ma. quid. Alternis 7 al. quid.

Concedit natura, reseruans semina rebus.
Praterea nisi erit minimũ, paruissuma quaeque
Corpora constabunt ex partibus infinitis.
Quippe vbi dimidiæ partis pars semper habebit
Dimidiam partem, nec res 1 perfiniet vlla,
Ergo rerum inter summam, minimámque quid escit?
Non erit, vt distet nam quamuis funditus omnis
Summa sit infinita, tamen paruissuma quæ sunt,
Ex infinitis constabunt partibus æquè.
2 Quoi quoniam ratio reclamat vera, negatq;
Credere posse animum: victus fateare necesse'st
Esse ea, quæ nullis iam prædita partibus exstent,
Et minima constent natura: quæ quoniam sunt,
Illa quoque esse tibi solida atque æterna, fatendum.
Denique si minimas in partis cuncta resolui
Cogere consuesset rerum natura creatrix,
Nam nihil ex illis eadem reparare valeret:
Propterea, quia quæ 3 vllis sunt partibus aucta,
Non possunt ea, quæ debet genitalis habere
Materies, varios connexus, pondera, plagas,
Concursus, motus, per quæ res quæque 4 geruntur.
Porrò si nulla est frangendis reddita finis
Corporibus, tamen ex æterno tempore quædam
Nunc etiam superare necesse'st corpora rebus,
Quæ nondum clueant vllo tentata periclo.
At quoniam fragili natura prædita constant,
Discrepat. æternum tempus potuisse manere
Innumerabilibus plagis vexata per ævum.
Quapropter, qui materiem rerum esse putarunt
Ignem, atque ex igni summam consistere solo:
Magnopere à vera lapsi ratione videntur:
Heraclitus init quorum dux prælia primus,
Clarus ob obscuram linguam magis inter inanes
Quamde grauis inter Graios, qui vera requirunt.
Omnia enim stolidi magis admirantur, amantque,
Inuersis quæ sub verbis latitantia cernunt,
Veráque constituunt, quæ belle tangere possunt
Aures, & lepido quæ sunt fucata sonore.
Nam cur tam variæ res possent esse, requiro,
Ex vero si sunt igni, puróque creatæ.
Nihil prodesset calidum denserier ignem,
Nec rarefieri, si partis ignis eandem
Naturam, quam totus habet super ignis haberent.
Acrior ardor enim conductis partibus esset,
Languidior porrò disiectis, disque supatis.
Amplius hoc fieri nihil est, quod posse rearis
Talibus in caussis: nodum variantia rerum
Tanta queat densis, rarisque ex ignibus esse.
5 Atque hi si faciant admistum rebus inane.
Denseri poterunt ignes, rarique relinqui:

1 al. præsiniet.
2 quid. Quod.
3 Lamb. multis. vulg. nullis.
4 Lamb. genuntur,
5 vulg. Id quoque.

Sed quia multa sibi cernunt contraria esse,
Et fugitant in rebus inane relinquere purum,
Ardua dum metuunt, amittunt vera viai.
Nec rursum cernunt exempto rebus inani
Omnia denseri, fierique ex omnibus vnum
Corpus, nihil ab se quod possit mittere 1 raptim,
Aestifer ignis vti lumen iacit, atque vaporem:
Vt videas non è stipatis partibus esse.
Quòd si forte vlla credunt ratione potesse
Ignis in 2 cætu stingui, mutaréque corpus,
Scilicet ex 3 vlla facere id si parte 4 reporcent,
Occidet ad nihilum nimirum funditus ardor
Omnis, & ex nihilo fient quæcumque creantur.
Nam quodcumque suis mutatum finibus exit,
Continuò hoc mors est illius, quod fuit ante.
Proinde aliquid superare necesse est incolume ollis,
Ne tibi res redeant ad nihilum funditus omnes,
De nihiloque renata virescat copia rerum.
Nunc igitur, quoniam certissima corpora quædã
Sunt, quæ conseruant naturam semper eandem,
Quorum abitu aut aditu, mutatóque ordine, mutant
Naturam res, & conuertunt corpora sese:
Scire licet non esse hæc ignea corpora rerum.
Nihil referret enim quædam 5 descedere, abire,
Atque alia attribui, mutarique ordine quædam,
Si 6 tamen ardoris naturam cuncta tenerent:
Ignis enim foret 7 omnimodis, quodcumque crearet.
Verùm, vt opinor, ita est: sunt quædam corpora, quorum
Concursus, motus, ordo, positura, figuræ
Efficiunt ignis, mutatóque ordine mutant
Naturam, neque sunt igni simulata, neque vllæ
Praterea reii, quæ corpora mittere possit
Sensibus, & nostras adiectu tangere tactus.
Dicere porrò ignem res omnis esse, neque vllam
Rem veram in numero rerum constare, nisi ignem,
Quod facit hic idem, perdelirum esse videtur.
Nam contra sensus ab sensibus ipse repugnat:
Et labefactat eos, vnde omnia credita pendent:
Vnde hic cognitus est ipsi, quem nominat ignem.
Credit enim sensus ignem cognoscere verè:
Cetera non credit, nihilo quæ clara minus sunt:
Quod mihi cum vanum, tùm delirum esse videtur.
Quò referemus enim? quid nobis certius ipsis
Sensibus esse potest, qui vera, ac falsa notemus?
Praterea quare quisquam magis omnia tollat,
Et velit ardoris naturam linquere solam,
Quàm neget esse ignis, summam tamen esse relinquat?
Æqua videtur enim dementia dicere vtrumq;

1 al. raptis, vulg. raptim
2 vulg. cœtus stringi, massaréque: 3 al. vna.
4 quid. reporcent, vulg. receptent.
5 al. discedere, Lamb. decedere. 6 al. tantum
7 quid. omni modus, vel, vnimodus

Qua-

Quapropter qui materiem rerum esse putarunt
Ignem, atque ex igni summam consistere posse:
Et qui principium gignundis aëra rebus
Constituêre: aut humorem quicumque putarunt
Fingere res ipsum per se: terrámve creare
Omnia, & in rerum naturas vertier omnis,
Magnopere à vero [1] longéq; errasse videntur.
Adde etiam, qui conduplicant primordia rerum,
Aëra iungentes igni terrámque liquori:
Et qui quattuor ex rebus posse omnia rentur,
Ex igni, terra, atq; anima procrescere, & imbri:
Quorum Agrigentinus cumprimis Empedocles est:
Insula quem triquetris terrarum gessit in oris:
Quam fluitans circùm magnis amfractibus æquor
Ionium, glaucis adspergit littus ab vndis:
Angustoque fretu rapidum mare diuidit vndis
Italiæ terrarum oras à finibus eius:
Hic est vasta Charybdis, & hic Ætnæa minantur
Murmura flammarum rursum se conligere iras:
Faucibus eruptos [2] iterum vis euomat ignis:
Ad cælúmque [3] ferant flammai folgura rursum.
Quæ cum magna modis multis miranda videtur
Gentibus humanis regio visendáque fertur,
Rebus opima bonis, multa munita virûm vi:
Nihil tamen hoc habuisse viro præclarius in se,
Nec sanctum magis, & mirum, carumq; videtur.
Carmina quin etiam diuini pectoris eius
Vociferantur, & exponunt præclara reperta:
Vt vix humana videatur stirpe creatus.
Hic tamen, & suprà quos diximus, inferiores
Partibus egregiè multis, multóque minores,
Quamquam multa bene, ac diuinitus inuenientes
Ex adyto tamquam cordis responsa dedêre
Sanctius, & multo certa ratione magis, quàm,
Pythia quæ tripode ex [4] Phœbi, lauróque profatur,
Principiis tamen in rerum fecere ruinas,
Et grauiter magni magno cecidere ibi casu:
Primùm quò motus exempto rebus inani
Constituunt, & res mollis rarásque relinquunt,
Aëra, solem, ignem, terras, animalia, fruges,
Nec tamen admiscent in eorum corpus inane:
Deinde quod omnino finem non esse secandis
Corporibus faciunt, neque pausam stare fragori,
Nec prorsum in rebus minimum consistere quidquam:
Cum videamus id extremum cuiusq; cacumen
Esse, quod ad sensus nostros minimum esse videtur;
Conicere vt possis ex hoc quæ cernere non quis,
Extremum quod habent, minimum consistere rebus.
Huc accedit item, [5] quoniam primordia rerum
Mollia constituunt, quæ nos natiua videmus
Esse, & mortali cum corpore funditus, atqui
Debeat ad nihilum iam rerum summa reuerti,
De nihiloq; renata [1] vigescere copia rerum.
Quorum vtrumque quid à vero, iam, distet, habebas.
Deinde inimica modis multis sunt, atq; venena
Ipsa sibi inter se, quare aut congressa peribunt,
Aut ita diffugient, vt tempestate [2] coacta
Fulmina diffugere, atque imbres, ventósque videamus.
Denique quattuor ex rebus si cuncta creantur,
Atque in eas rursum res omnia dissoluuntur:
Qui magis illa queunt rerum primordia dici,
Quàm contrà res illorum, retróque putari?
Alternis gignuntur enim, mutantq; colorem,
Et totam inter se naturam tempore ab omni.
Sin ita forte putas, ignis, terræq; coire
Corpus, & aerias auras, rorémq; liquorum,
Nihil in concilio naturam vt mutet eorum:
Nulla tibi ex illis poterit res esse creata;
Non animans, nõ ex animo [3] cũ corpore, vt arbos
Quippe suam quidq; in cœtu variantis acerui
Naturam ostendet: mistúsq; videbitur aer
Cum terra simul, atq; ardor cum rore manere.
At primordia gignundis in rebus oportet
Naturam clandestinam, cæcamq; adhibere:
Emineat ne quid, quod contrà pugnet, & obstet,
Quo minus esse queat propriè quodcunq; creatur.
Quin etiam repetunt à cælo, atq; ignibus eius:
Et primùm faciunt ignem se vertere in auras
Aëris, hinc imbrem gigni, terramq; creari
Ex imbri, retroq; à terra cuncta reuerti,
Humorem primùm, pòst aëra, deinde calorem:
Nec cessare hæc inter se mutare, meare
De cælo ad terram, de terra ad sidera mundi:
Quod facere haud vllo debent primordia pacto.
Immutabile enim quiddam superare necesse est,
Ne res ad nihilum redigantur funditus omnes.
Nam quodcumq; suis mutatum finibus exit,
Continuò hoc mors est illius quod fuit antè.
Quapropter quoniam, quæ paullo diximus antè,
In commutatum veniunt, constare necesse est
Ex aliis ea, quæ nequeant conuertier vmquam:
Ne tibi res redeant ad nihilum funditus omnes.
Quin potius tali natura prædita quædam
Corpora constituas, ignem si forte crearint,
Posse eadem demptis paucis, pauciq; tributis,
Ordine mutato & motu, facere aeris auras:
Sic alias aliis rebus mutarier omnis.
At manifesta palàm res indicat, inquis, in auras
Aeris è terra res omnis crescere, aliq;:
Et nisi tempestas indulget tempore fausto
Imbribus, & tabe nimborum arbusta [4] vacillẽt,
Solq; sua pro parte fouet, tribuitq; calorem:
Crescere ne possint fruges, arbusta animantes:
Scilicet & nisi nos cibus aridus, & tener humor

1 quid longè deerrasse
2 vulg. vt vis. 3 al. ferat. 4 quid. vet. lib. Dio. 5 Lamb. quòd iam.

1 quid. virescere. 2 Lamb. coorta.
3 Lamb. quid. 4 vulg. focillant. quid. vacillant.

Adiuuat, amisso iam corpore, vita quoque omnis
Omnibus è neruis, atque ossibus exsoluatur.
Adiutamur enim dubio procul, atq; alimur nos
Certis ab rebus, certis aliæ atque aliæ res.
Nimirum quia [1] multimodis communia multis
Multarum rerum in rebus primordia mista
Sunt, ideò variis variæ res rebus aluntur.
Atque eadem magni refert primordia sæpe,
Cum quibus, & quali positura contineantur:
Et quos inter se dent motus, accipiántque.
Namque eadem cælum, mare, terras, flumina, solem
Constituunt, eadem fruges, arbusta, animantis.
Verùm aliis, alioq; modo commista mouentur.
Quin etiam passim nostris in versibus ipsis
Multa elementa vides multis communia verbis,
Cùm tamen inter se versus, ac verba necesse est
Confiteare & re, & sonitu distare sonanti.
Tantum elementa queüt permutato ordine solo.
At rerum quæ sunt primordia plura adhibere
Possunt vnde queant variæ res quæque creari.
Nunc & Anaxagoræ scrutemur homœomerian,
Quam Græci memorant nec nostra dicere lingua
Concedit nobis patrij sermonis egestas.
Sed tamen ipsam rem facile est exponere verbis,
Principium rerum quam dicit homœomerian:
Ossa videlicet è pauxillis, atque minutis
Ossibus, sic & de pauxillis, atq; minutis
Visceribus viscus gigni, sanguenq; creari,
Sanguinis inter se multis coeuntibus guttis:
Ex auriq; putat micis consistere posse
Aurum, & de terris terram concrescere paruis,
Ignibus ex ignem, humorem ex humoribus esse:
Cetera consimili fingit ratione, putatq;.
Nec tamen esse vlla parte idem in rebus inane
Concedit, neque corporibus finem esse secandis.
Quare in vtraque mihi pariter ratione videtur
Errare, atq; illi, suprà quos diximus ante.
Adde quòd imbecilla nimis primordia fingit:
Si primordia sunt, simili quæ prædita constant
Natura, atque ipsa res sunt, æquéque laborant,
Et pereunt: neque ab exitio res vlla refrenat.
Nam quid in oppressu valido durabit eorum,
Vt mortem effugiat, leti sub dentibus ipsis?
Ignis, an humor? an aura? quid horum? [2] sanguis ánne os?
Nihil, vt opinor: vbi ex æquo res funditus omnis
Tã mortalis erit, quàm quæ manifesta videmus
Ex oculis nostris aliqua vi victa perire.
At neque recidere ad nihilum res posse, neque autem
Crescere de nihilo, testor res ante probatas.
Præterea quoniam cibus auget corpora, alitq;,
Scire licet nobis venas, & sanguen, & ossa,
Et neruos alienigenis ex partibus esse:
Siue cibos omnis commisto corpore dicent
Esse, & habere in se neruorum corpora parua,
Ossáque, & omnino venas, partisque cruoris,
Fiet, vti cibus omnis & aridus, & liquor ipse,
Ex alienigenis rebus constare putetur,
Ossibus, & neruis, [1] venisque, & sanguine misto.
Præterea quæcumque è terra corpora crescunt,
Si sunt in terris, terras constare necesse est
Ex alienigenis, quæ terris exoriuntur.
Transfer item: totidem verbis vtare licebit,
In lignis si flamma latet, fumusq; cinisque:
Ex alienigenis consistant ligna, necesse est.
Linquitur hic tenuis latitandi copia quædam:
Id quod Anaxagoras simi sumit, vt omnibus omnis
Res putet immistas rebus latitare: sed illud
Apparére vnum, cuius sint pluria mista,
Et magis in promptu, primaq; in fronte locata:
Quod tamen à vera longè ratione repulsum'st.
Conueniebat enim fruges quoque sæpe [2] minutas,
Robore cum saxi franguntur, mittere signum
Sanguinis: aut aliquid, [3] nostra quo corpora aiuntur,
Cum [4] lapidi lapidem terimus, manare cruorem.
Consimili ratione herbas quoque sæpe decebat,
Et latices, dulcis gutta, similiq; sapore
Mittere, lanigeræ quali sunt vbera lactis:
[5] Scilicet & glebis terrarum sæpe friatis
Herbarum genera, & fruges, frondésque videri
Dispertita, ac in [6] terris latitare minutè:
Postremò in lignis, cinerem, fumúmque videri,
Cum præfracta forent, igniſque latère minutos.
Quorum nihil fieri quoniam manifesta docet res,
Scire licet non esse in rebus res ita mistas:
Verùm semina multimodis immista latère
Multarum rerum in rebus communia debent.
At sæpe in magnis fit montibus, (inquis) vt altis
Arboribus vicina cacumina summa terantur
Inter se, validis facere id cogentibus austris,
[7] Donec flammai fulserunt flore coorto,
Scilicet, & non est lignis tamen insitus ignis,
Verùm semina sunt ardoris multa: terendo
Quæ cùm [8] confluxere, creant incendia siluis.
Quòd si tanta foret siluis abscondita flamma,
Non possent vllum tempus celarier ignes:
Conficerent volgò siluas, arbusta cremarent.
Iámne vides igitur, paullo quod diximus antè,
Permagni referre eadem primordia sæpe,
Cum quibus, & quali positura contineantur?
Et quos inter se dent motus, accipiántque?
Atque eadem paullo inter se mutata creare
Ignes è lignis? quo pacto verba quoque ipsa

1 quid. vet. lib. multa modis. 2 Sic restitu. ex vestig. v. l. quæ sunt: sanguis onos, sanguis an os, sanguinis anne os, sanguinis ad nos. vulg. sanguis an. ánne os. Lamb. sanguen an ossa.

1 quid. vet. lib. saníque. al. saniéque. 2 al. minacis. quid. minaci. 3 quid. nostro quæ corpore. 4 quid. lapidem in lapidem. 5 vel sic licet. 6 al. cerram. 7 al. fulserunt flammæ fulgore coorto. quid. fulserunt. 8 al. conflixere.

Inter

Inter se paullo mutatis sunt elementis,
Cum ligna, atque ignis distincta voce notemus.
Denique iam quæcunque in rebus cernis apertis,
Si fieri non posse putas, quin materiai
Corpora consimili natura prædita fingas:
Hac ratione tibi pereant primordia rerum:
Fiet, vti risu tremulo concussa cachinnent,
Et lacrumis salsis humectent ora, genásque.
Nunc age, quod superest, cognosce & clarius audi.
Nec me animi fallit, quàm sint obscura: sed acri
Percussit thyrso laudis spes magna meum cor:
Et simul incussit suauem mi in pectus amorem
Musarum, quo nunc instinctus, mente vigenti
Auia Pieridum peragro loca, nullius antè
Trita solo: iuuat integros accedere fontis,
Atque haurire: iuuátque nouos decerpere flores,
Insignémque meo capiti petere inde coronam,
Vnde prius nulli velarint tempora Musæ:
Primùm quod magnis doceo de rebus, & artis
Relligionum animos nodis exsoluere [1] porgo:
Deinde quòd obscura de re tam lucida pango
Carmina, musæo contingens cuncta [2] lepôre,
Id quoque enim non ab nulla ratione videtur:
Sed veluti pueris absinthia tetra medentes
Cum dare conantur, prius oras pocula circùm
[3] Contingunt mellis dulci flauoq; liquore,
Vt puerorum ætas improuida ludificetur
Labrorum tenus, interea perpotet amarum
Absinthi laticem, deceptáque non capiatur,
Sed potius tali [4] facto recreata valescat:
Sic ego nunc, quoniam hæc ratio plerumque videtur
Tristior esse, quibus non est tractata, [5] retroq;
Volgus abhorret ab hac, volui tibi suauiloquenti
Carmine Pierio rationem exponere nostram,
Et quasi musæo, dulci contingere melle:
Si tibi forte animum tali ratione tenere
Versibus in nostris possem: dum perspicis omnem
Naturam rerum, qua constet compta figura.
Sed quoniam docui solidissima materiai
Corpora perpetuò volitare inuicta per æuum:
Nunc age summai quænam sit finis eorum,
Nec sit, euoluamus: item, quod inane repertũ'st,
Seu locus, ac spatium, res in quo quæq; gerantur,
Peruideamus vtrum finitum funditus omne
Constet, an immensum pateat [6] vastéque profundum
Omne quod est igitur, nulla regione viarum
Finitum'st: namque extremum debebat habere.
Extremum porrò nullius posse videtur
Esse, nisi vltrà sit, quod finiat: vt videatur,
Quo non longius hæc sensus natura sequatur.
Nunc, extra summam quoniam nihil esse fatendum est,
Non habet extremum: caret ergo fine, modoq;
Nec refert quibus adsistas regionibus eius.

1 al. pergo. 2 liquore, q.v. 3 al. Adspergunt, quid. Adspirant. 4 Lamb. facto. 5 al. ideóque. 6 al. pateat ad vsq. prof. Lamb. vel adusque.

Vsqueadeò quem quisque locum [1] possidit, in omnis
Tantundem partis infinitum omne relinquit.
Prætereà, si iam finitum constituatur
Omne quod est spatium: si quis [2] procurrat ad oras
Vltimus extremas, iaceátque volatile telum,
[3] Inualidis vtrum contortum viribus ire,
[4] Quo fuerit missum mauis, longeq; volare,
An prohibere aliquid censes, obstaréque posse?
Alterutrum fatearis enim, sumasq; necesse est,
Quorum vtrumque tibi effugium præcludit & omne,
Cogit, vt exempta concedas fine patere.
Nam siue est aliquid, quod prohibeat, officiátque,
Quo minus, quò missum est, veniat, finique locet se,
Siue foras fertur: non [5] est ea finis profectò.
Hoc pacto sequar, atque oras vbicumque locaris
Extremas, quæram, quid telo denique fiat.
Fiet, vti nusquam possit consistere finis,
Effugiúmque fugæ prolatet copia semper.
Prætera, spatium summai totius omne
Vndique si inclusum certis consisteret oris,
Finitúmque foret, iam copia materiai
Vndique ponderibus solidis confluxet ad imum
Nec res vlla [6] geri sub cæli tegmine posset,
Nec foret omnino cælum, neque lumina solis,
Quippe vbi materies omnis cumulata iaceret
Ex infinito iam tempore subsidendo.
At nunc nimirum requies data principiorum
Corporibus nulla est, quia nihil est funditus imum,
Quò quasi confluere, & sedes vbi ponere possint:
Semper & assiduo motu res quæque [7] geruntur
Partibus in cunctis, æternaq; suppeditantur
Ex infinito cita corpora materiai.
Postremò ante oculos rem res finire videtur.
Aer dissæpit collis, atque aera montes:
Terra mare, & contrà mare terras terminat omnis,
Omne quidem vero nihil est quod finiat extra.
Est igitur natura loci, spatiúmque profundi,
Quod neque clara suo percurrere flumina cursu
Perpetuo [8] possint æui labentia tractu,
Nec prorsum facere, vt restet minus [9] ire meando.
Vsque adeò passim patet ingens copia rebus
Finibus exemptis in cunctas vndique partis.
Ipsa modum porrò sibi rerum summa parare
Ne possit, natura tenet: quia corpus inani,
Et quod inane autem'st, finiri corpore cogit:
Vt sic alternis infinita omnia reddat.
Aut etiam, alterutrum nisi terminat alterum eorum,

1 al. possedit. 2 vulg. percurrat.
3 Lamb. Id validis. 4 Lamb. quod fuerit.
5 al. à fine profectum. 6 Lamb geni.
7 Lamb gennntur,
8 al. possunt.
9 al. in remeando.

Simplice natura pateat tamen immoderatum,
Nec mare, nec tellus, nec cæli lucida templa
Nec mortale genus, nec diuûm corpora sancta
Exiguum possent horai sistere tempus.
Nam dispulsa suo de[1] cœtu materiai
Copia ferretur magnum per inane soluta:
Siue adeò potius numquam concreta creasset
Vllam rem, quoniam cogi disiecta nequisset.
Nam certè neque consilio primordia rerum
Ordine[2] se quæque, atque sagaci mente locarunt:
Nec quos quæq; darent motus pepigere profecto:
Sed quia multa modis multis mutata per omne
Ex infinito[3] vexantur percita plagis,
Omne genus motus, & cœtus experiundo,
Tandem deueniunt in talis disposituras,
Qualibus hæc rebus consistit summa creata:
Et multos etiam magnos seruata per annos,
Vt semel in motus coniecta est conuenientis,
Efficit, vt largis auidum mare fluminis vndis
Integrent amnes, & solis terra vapore
Fota nouet fetus, summissáque gens animãtum
Floreat, & viuant labentes ætheris ignes.
Quod nullo facerent pacto, nisi materiai
Ex infinito[4] suboriri copia posset,
Vnde amissa solent reparari in tempore 4 quoque.
Nam veluti priuata cibo natura animantum
Diffluit amittens corpus: sic omnia debent
Dissolui, simul ac defecit suppeditare
Materies 5 aliqua regione auersa viai.
Nec plagæ possent 6 intrinsecus vndique summã
Conseruare omnem, quæcumque est conciliata.
Cudere enim crebrò possunt, 7 partémq; morari,
Dum veniant aliæ, ac suppleri summa queatur:
Interdum resilire tamen coguntur, & vnà
Principiis rerum spatium, tempúsque fugai
Largiri, vt possint à cœtu libera ferri.
Quare etiam atque etiam suboriri multa necesse est.
Et tamen vt plagæ quoque possint suppetere ipsæ,
Infinita opus est vis vndique materiai.
Illud in his rebus longè fuge credere, Memmi,
In medium summæ quod dicunt omnia niti,
Atque ideò mundi naturam stare sine vllis
Ictibus externis, neque quoquam posse resolui
Summa atque ima, quòd in medium sint omnia nixa,
(Ipsum si quidquam posse in se sistere credis)
Et quæ pondera sunt sub terris, omnia sursum
Nitier, [8] in terrámque retrò requiescere posta:
Vt per aquas quæ nunc rerum simulacra videmus.
Et simili ratione animalia 9 subtus vagari
Contendunt, neque posse è terris in loca cæli
Recidere inferiora magis, quàm corpora nostra
Sponte sua possint in cæli templa volare:
Illi cùm videant solem nos sidera noctis
Cernere, & alternis nobiscum tempora cæli
Diuidere, & noctes paribus agitare [1] diebus.
Sed vanus stolidis hæc omnia finxerit error,
Amplexi quòd habent peruersè prima viai:
Nam medium nihil esse potest, vbi inane, locusq;
Infinita: neque omnino, si iam medium sit,
Possit ibi quidquam hac potius consistere caussa,
Quàm quauis alia longè regione manere.
Omnis enim locus, ac spatium, quod inane vocamus,
Per medium, per non medium concedat oportet
Æquè ponderibus [3] mota quacunque feruntur.
[4] Nec quisquã locus est, quo corpora cùm venère,
Ponderis amissa vi possint stare in inani.
Nec quod inane autem'st, illis subsistere debet,
Quin, sua quod natura petit, concedere pergat.
Haud igitur possunt tali ratione teneri
Res in [5] concilio medij [6] cuppedine victæ.
Præterea, quoniam non omnia corpora singunt
In medium niti, sed [7] terrarum, atque liquoris,
Humorem ponti, [8] magnisq; è montibus vndas,
Et quasi terreno quæ corpore contineantur:
At contrà tenuis exponunt aeris auras,
Et calidos simul à medio differrier ignis,
Atque ideo totum circumtremere æthera signis,
Et solis flammam per cæli cærula pasci,
Quòd calor à medio fugiens ibi conligat ignis:
Quippe etiam vesci è terra mortalia sæcla,
Nec prorsum arboribus summos frondescere ramos
Posse, nisi à terris paullatim quodque cibatur.
Ne volucrum ritu flammarum, mœnia mundi
Diffugiant subitò magnum per inane soluta,
Et ne cetera consimili ratione sequantur:
Néve ruant cæli tonitralia templa supernè,
Terráq; se pedibus raptim subducat, & omnes
Inter permixtas [9] rerum, cæliq; ruinas
Corpora soluentes, abeant per inane profundum,
Temporis vt puncto nihil exstet relliquiarum,
Desertum præter spatium, & primordia cæca.
Nam quæcunque prius de parti corpora [10] cesse
Constitues, hæc rebus erit pars ianua leti:
Hac se turba foras dabit omnis materiai.
Hæc si pernosces parua [11] perductus opella,
(Namq; aliud ex alio clarescet,) non tibi cæca
Nox iter eripiet, quin vltima naturai
Peruideas. ita res accendunt lumina rebus.

1 quid. vet. lib. coitu. 2 nonnulli, se. al. suo quæque. al. suo neque sag. quid. ordine quæque suo atque sag. Fortasse, ordine se suo atque sagaci. 3 al versantur. 4 al. quæque.
5 Lambinus recta. 6 al. extrinsecus.
7 al. partímque. 8 al. terra. 9 al. suapta. suapte, cuncta, supra.

1 quid. diesque. 2 al. infinitus. 3 al. Æquis.
4 quid. motus. 5 quid. concilium 6 al. cappedine. 7 al. terrarum atque liquorum
8 al. magnásque.
9 Lamb terræ cælíque. quid. inter mixtas terrarum. 10 al. deesse.
11 Lamb. perfunctus.

T. LVCRETII CARI
DE RERVM NATVRA,
LIBER SECVNDVS.

SVAVE, mari magno turbantibus æquora ventis,
E terra magnum alterius spectare laborem.
Non quia vexari [1] quemquam'st iucunda voluptas,
Sed, quibus ipse malis careas, quia cernere suaue'st.
Suaue etiam belli certamina magna tueri,
Per campos instructa tua sine parte pericli:
Sed nihil dulcius est, bonè quàm munita tenere
Edita doctrina sapientum templa serena:
Despicere vnde queas alios, passimq; videre
Errare: atque viam palantis quærere vitæ,
Certare ingenio, contendere nobilitate,
Noctes atque dies niti præstante labore,
Ad summas emergere opes, rerúmque potiri,
O miseras hominum mentes, ó pectora cæca;
Qualibus in tenebris vitæ quantisq; periclis
[2] Degitur hoc ævi, quodcunq; est! nónne [3] videre,
Nihil aliud sibi naturam latrare, nisi vt [4] quoi
Corpore seiunctus dolor absit, mente fruatur
Iucundo sensu cura [5] semotus, metúque?
Ergo corpoream ad naturam pauca videmus
Esse opus omnino, quæ demant cumq; dolorem:
Delicias quoq; vti [6] nullas substernere possint,
Gratius interdum neque natura ipsa requirit.
Si non aurea sunt iuuenum simulacra per ædes
Lampadas igniferas manibus retinentia dextris
Lumina nocturnis epulis vt suppeditentur,
Nec domus argento [7] fulget auroq; renidet,
Nec citharis reboant laquearia, auratáque [8] templa:
Quin tamen inter se prostrati in gramine molli,
Propter aquæ riuum, sub ramis arboris altæ
Non magnis opibus iucunde corpora curant,
Præsertim cùm tempestas arridet, & anni
Tempora conspergunt viridantis floribus herbas.
Nec calide citiùs decedunt corpore febres,
Textilibus si in picturis, ostróque rubenti
Iacteris, quam si plebeia in veste cubandum'st.
Quapropter quoniã nihil nostro in corpore gazæ,
Proficiunt, neq; nobilitas neque gloria regni:
Quod superest, animo quoque nihil prodesse putandum:
Si non forte tuas legiones per loca campi
Feruere cùm videas, classem lateque vagari,
Ornatámque armis belli simulachra cientem,
His tibi [1] cum rebus timefactæ relligiones
Effugiunt animo pauidæ, mortisque timores,
Tum vacuum tempus linquunt, curáque solutum.
Quòd si ridicula hæc, ludibriaq; esse videmus
Re veráque metus hominum, curæq; sequaces
Nec metuunt sonitus armorum, nec fera tela,
Audactérque inter reges, rerúmque potentes
Versantur, neque fulgorem reuerentur ab auro,
Nec clarum vestis splendorem purpureai,
Quid dubitas, quin [2] omne sit hoc rationis egestas?
Omnis cum in tenebris præsertim vita laboret?
Nam veluti pueri trepidant, atque omnia cæcis
In tenebris metuunt: sic nos in luce timemus
Interdum, nihilo quæ sunt metuenda magis, quàm
Quæ pueri in tenebris pauitant, finguntque futura.
Hunc igitur terrorem animi, tenebráſque necesse est
Non radij solis, neque lucida tela diei
Discutiant, sed natura species, ratióque.
Nunc age quo motu genitalia materiai
Corpora res varias gignant, genitasq; resoluant,
Et qua vi facere id cogantur, quæve sit ollis
Reddita mobilitas magnum per inane meandi,
Expediam, tu te dictis præbere memento,
Nam certè non inter se stipata cohæret
Materies: quoniam minui rem quamque videmus,
Et quasi longinquo fluere omnia cernimus æuo,
Ex oculisque vetustatem subducere nostris:
Cùm tamẽ incolumis videatur summa manere:
Propterea, quia quæ decedunt corpora [3] cumque,
Vnde abeunt, minuunt, quo venêre, [4] augmine donant:
Illa senescere, at hæc contrà florescere cogunt:
Nec remorantur ibi, sic rerum summa nouatur
Semper, & inter se mortales mutua viuunt:
Augescunt aliæ gentes, aliæ minuuntur:
Inque breui spatio mutantur sæcla animantum,
Et quasi cursores vitai lampada tradunt.
Si cessare putas rerum primordia posse,
Cessandoq; nouos rerum progignere motus,
Aliter à vera longe ratione vagaris.
Nam, quoniam per inane vagantur cuncta, necesse est

1 al. quempiam est. 2 al. Dicimus hoc.
3 al. videtis. 4 al. vtque, vtqui, vt cui.
5 al. semota. 6 al. multas.
7 al. fulgens renidens.
8 al. tecta. Macr.

1 al. tum. 2 al. omnis sit hæc.
3 al. cuique.
4 al. augmina.

Aut grauitate sua ferri primordia rerum,
Aut ictu forte alterius. nam cita sponte
Obuia cùm flixere, fit vt diuersa repentè
Dissiliant. neq; enim mirum, durissima quæ sint
Ponderibus solidis, neque quidquam à tergis obstet.
Et quo iactari magis omnia materiai
Corpora peruideas, reminiscere totius imum
Nihil esse in summa, neque habere, vbi corpora prima
Consistãt: quoniam spatium sine fine, modóq; est,
Immensúmque patere in cunctas vndiq; partis,
Pluribus ostendi, & certa ratione probatum'st.
Quod quoniam constat, nimirum nulla quies est
Reddita corporibus primis per inane profundũ,
Sed magis assiduo, varióque exercita motu,
Partim interuallis magnis consulta resultant,
Pars etiam breuibus spatiis nexantur ab ictu:
Et quæcumque magis contenso conciliatu,
Exiguis interuallis connecta resultant,
Endopedita suis perplexis ipsa figuris.
Hæc validas saxi radices, & sera ferri
Corpora constituunt, & cetera de genere horum
Paucula: quæ porrò magnum per inane vagantur,
Et cita dissiliunt longè, longéque recursant
In magnis interuallis: hæc aëra rarum
Sufficiunt nobis, & splendida lumina solis.
Multáque præterea magnum per inane vagãtur,
Conciliis rerum quæ sunt reiecta, nec vsquam
Consociare etiam motus potuere recepta.
Cuius, vti memoro, rei simulacrum, & imago
Ante oculos semper nobis versatur, & instat.
Contemplator enim, quom solis lumina cumque
Inserti fundunt radios per opaca domorum,
Multa minuta modis multis per inane videbis
Corpora miscerí radiorum lumine in ipso,
Et velut æterno certamine prælia, pugnásque
Edere turmatim certantia, nec dare pausam,
Conciliis & discidiis exercita crebris:
Conicere vt possis ex hoc, primordia rerum
Quale sit in magno iactari semper inani.
Dumtaxat rerum magnarum parua potest res
Exemplare dare, & vestigia notitiai.
Hoc etiam magis hæc animum te aduertere par est
Corpora, quæ in solis radiis turbare videntur:
Quod tales turbæ, motus quoque materiai
Significant clandestinos, cæcósque subesse.
Multa videbis enim plagis ibi percita cæcis
Commutare viam, retróque repulsa reuerti
Nunc huc, nunc illuc, in cunctas denique partis.
Scilicet hic à principiis est omnibus error.
Prima mouentur enim per se primordia rerum:
Inde ea, quæ paruo sunt corpora conciliatu,
Et quasi proxima sunt ad vires principiorum,
Ictibus illorum cæcis impulsa cientur:
Ipsáque, quæ porrò paullo maiora, lacessunt.
Sic à principiis ascendit motus, & exit
Paullatim nostros ad sensus, vt moueantur
Illa quoque, in solis quæ lumine ternere cernimus:
Nec quibus id faciant plagis, apparet apertè.
Nunc, quæ mobilitas sit reddita materiai
Corporibus paucis licet hinc cognoscere. Memmi.
Primùm aurora nouo cùm spargit lumine terras,
Et variæ volucres nemora auia peruolitantes
Aëra per tenerum liquidis loca vocibus opplent,
Quàm subitò soleat sol ortus tempore tali,
Conuestire sua perfundens omnia luce,
Omnibus in proptu, manifestúmq; esse videmus.
At vapor is, quem sol mittit, luménq; serenum,
Non per inane meat vacuum, quo tardius ire
Cogitur, aereas quòd sol diuerberat vndas:
Nec singillatim corpuscula quæque vaporis,
Sed complexa meant inter se, cónque globata.
Quapropter simul inter se retrahũtur & extrà
Officiuntur, vti cogantur tardiùs ire.
At, quæ sunt solida primordia simplicitate,
Cùm per inane meant vacuũ, nec res remoratur
Vlla foris: atque ipsa suis è partibus vnum,
Vnum in quem cœpere locum, connixa ferantur,
Debent nimirum præcellere mobilitate,
Et multo citiùs ferri, quàm lumina solis,
Multipliciſque loci spatium transcurrere eodem
Tempore, quo solis peruolgant fulgura cælum:
Nam neque consilio debent tardata morari,
Nec perscrutari primordia singula quæque,
Vt videant, qua quidque geratur cum ratione.
At quidam contra hæc, ignari, materiai
Naturam non posse, deúm sine numine rentur
Tantopere humanis rationibus, ac moderatis
Tempora mutare annorum, frugéſque creare:
Et iam cetera, mortalis quæ suadet adire,
Ipsáque deducit dux vitæ dia voluptas,
Vt res per Veneris blanditim sæcla propagent,
Ne genus óccidat humanum, quorum omnia causſa
Constituisse deos confingunt: omnibus rebus
Magnopere à vera lapsi ratione videntur.
Nam quamuis rerum ignorem primordia quæ sint,
Hoc tamen ex ipsis cæli rationibus ausim
Confirmare, aliſque ex rebus reddere multis,
Nequaquam nobis diuinitus esse creatam
Naturam mundi, quæ tanta est prædita culpa.
Quæ tibi posteriùs Memmi faciemus aperta:
Nunc id quod superest de motibus, expediemus.
Nũc locus est, vt opinor, in his illud quoque rebus

1 q. v. l. auferri, & mox, nam concita sæpe Obuia conflixere ita vti diuersa. 2 tergibus.
3 quid. confulta. Lamb. conflicta.
4 al. vexantur. 5 al. condenso. 6 al. coniecta quid. conuecta Lamb. connexa. 7 quid. inserti. s. redij. 8 al. vndique. 9 quid. corpore conciliata.

1 al. Ecquæ 2 quid. Istáque 3 quid. Cùm primùm aurora respergit. 4 quid. profundens.
5 connexa. 6 al. Multipléxque.
7 al. persectari. 8 Lamb genatur.
9 al. Etiam. 10 al. blanditum.
11 quid cùm fingunt.

Confirmare

Confirmare tibi, nullam rem posse sua vi
Corpoream sursum ferri, sursúmq; meare,
Ne tibi dent[1] in eo flammarum corpora fraudem,
Sursus enim vorsus[2] gignuntur & augmina sumunt:
Et sursum nitidæ fruges arbustáque crescunt:
Pondera, quantum in se est, cùm deorsum cuncta ferantur.
Nec cùm subsiliunt ignis ad tecta domorum,
Et celeri flamma degustant tigna trabésque.
Sponte sua facere id sine vi subiecta putandum[3] st.
Quod genus è nostro cùm missus corpore sanguis
Emicat exsultans altè, spargitq; cruorem.
Nónne vides etiam, quanta vi tigna, trabésque
Respuat humor aquæ? nam quàm magis 3 vrsimus altè
Directa, & magna vi multi pressimus ægrè,
Tam cupidè sursum 4 reuomit magis, atque remittit:
Plus vt parte foras emergant, exsiliántque
Nec tamen hæc, quantum est in se, dubitamus, opinor.
Quin vacuum per inane deorsum cuncta ferãtur.
Sic igitur debent flammæ quoque posse per auras
Aeris expressæ sursum succedere, quamquam
Pondera, quantum in se est, deorsum deducere pugnent.
Noctúrnásque faces cæli sublime volantis
Nónne vides longos flammarum ducere tractus,
In quascumque dedit partis natura meatum?
Non cadere in terram stellas, & sidera cernis?
Sol etiam summo de vertice dissupat omnis
Ardorem in partis, & lumine conserit arua.
In terras igitur quoque solis vergitur ardor.
Transuersósque volare per imbris fulmina cernis:
Nunc hinc, nunc illinc abrupti nubibus ignes
Concurrant: cadit in terras vis flammea volgò.
Illud in his quoque te rebus cognoscere 5 auemus:
Corpora cùm deorsum rectum per inane feruntur.
Ponderibus propriis, incerto tempore 6 firmè,
Incertisque locis spatio se 7 pellere paullum,
Tantùm quòd 8 momen mutatum dicere possis.
Quòd nisi declinare solerent, omnia deorsum,
Imbris vti gutta, caderent per inane profundũ,
Nec foret offensus natus, nec plaga creata
Principiis: ita nihil vnquam natura creasset.
Quòd si forte aliquis credit grauiora potesse
Corpora, quo citius rectum per inane feruntur,
Incidere è supero leuioribus, atque ita plagas
Gignere, quæ possint genitalis reddere motus,
Aiius à vera longè ratione recedit.
Nam per aquas quæcumque cadunt, atque aera deorsum.

1 al. timeo. 2 al gignunt. 3 Lamb. mersimus. 4 al. remouet. 5 al. Habemus: 6 al. fermè, & ferri. 7 depellere. 8 al. minimum mutatum.

Hæc pro ponderibus casus celerare necesse est,
Propterea, quia corpus aquæ, naturaq; tenuis
Aeris haud possunt æquè rem quamque morari,
Sed citiùs cedunt grauioribus exsuperatæ.
At contrà nulli de nulla parte, neque vllo
Tempore inane potest vacuum subsistere reij,
Quin sua quod natura petit, concedere pergat.
Omnia quapropter debent per inane quietum
Æquè ponderibus non æquis concita ferri.
Haud igitur poterunt leuioribus incidere vmquàm
Ex supero grauiora, neque ictus gignere per se,
Qui varient motus per quos natura 1 gerat res.
Quare etiam atque etiam paullum 2 clinare necesse est
Corpora, nec plus quàm minimum, ne fingere motus
Obliquos videamur, & id res vera refutet.
Nanque hoc in promptu, manifestúmque esse videmus,
Pondera, quantum in se est, non posse obliqua meare,
Ex supero cùm præcipitant, quod cernere possis.
Sed nihil omnino recta regione viai
Declinare, quis est, qui possit cernere, sese?
Denique si semper motus connectitur omnis:
Et vetere exoritur semper nouus ordine certo:
Nec declinando faciunt primordia motus
Principium quoddam, quod fati fœdera rumpat,
Ex infinito ne causam causa sequatur:
Libera per terras vnde hæc animantibus exstat,
Per quam progredimur, quo ducit quemque 3 voluptas,
Vnde est hæc, inquam, fatis auolsa voluntas?
Declinamus item motus nec tempore certo,
Nec regione loci certa, sed vbi ipsa tulit mens.
Nam dubio procul his rebus sua cuique voluntas
Principium dat: & hinc motus per membra 4 geruntur:
Nónne vides etiam patefactis tempore punctо
Carceribus, non posse tamen prorumpere equorum
Vim cupidam tam desubitò, quàm mens 5 auet ipsa?
Omnis enim totum per corpus materiai
Copia 6 conquiri debet, concita per artus
Omnis: vt studium mentis 7 connixa sequatur.
Vt videas initium motus à corde creari,
Ex animique voluntate id procedere primùm:
Inde dari porrò per totum corpus & artus.
Nec simile est, vt cùm impulsi 8 procidimus ictu,
Viribus alterius magnis, magnóque coactu.
Nam tum materiam totius corporis omnem
Perspicuum st nobis inuitis ire, rapique,
Donec eam refrenauit per membra voluntas.

1 Lamb. genat. 2 al. inclinare. 3 quid voluntas. 4 In v. l. q. reguntur. quid. rigantur. al. vagantur. 5 al. habet. 6 Lamb. consiri. 7 al. connexa. 8 al. procudimus.

Iámne vides igitur, quanquam vis [1] extera multos
Pellit, & inuitos cogit procedere ſæpe,
Præcipitéſque rapit, tamen eſſe in pectore noſtro
Quiddam, quod contrà pugnare, obſtareq; poſſit:
Cuius ad arbitrium quoque copia materiai
Cogitur interdum flecti per membra, per artus,
Et proiecta refrenatur, retróque reſidit?
Quare in ſeminibus quoque idem fateare neceſſe eſt,
Eſſe aliam præter plagas, & pondera cauſſam
Motibus, vnde hæc eſt [2] nobis innata poteſtas:
De nihilo quoniam fieri nihil poſſe videmus.
Pondus enim prohibet, ne plagis omnia fiant,
Externa quaſi vi. ſed ne res ipſa neceſſum
Inteſtinum habeat cunctis in rebus agendis,
Et deuicta quaſi cogatur ferre, patique,
Id facit exiguum clinamen principiorum,
Nec regione loci certa, nec tempore certo.
Nec ſi ipſa magis fuit vmquam materiai
Copia, nec porro maioribus interuallis:
Nam neque adaugeſcit quidquam, nec deperit inde.
Quapropter quo nunc in motu principiorum
Corpora ſunt, in eodem anteacta ætate fuere:
Et poſt hoc ſemper ſimili ratione ferentur.
Et quæ [3] conſuerunt gigni, gignentur eadem
Conditione, & erunt, & creſcent, inque valebunt,
Quantum cuique datum eſt per fœdera naturai.
Nec rerum ſummam commutare vlla poteſt vis:
Nam neque quò poſſit genus vllum materiai
Effugere ex omni, quidquam eſt: neque rurſus, in omne
Vnde coorta queat noua vis inrumpere, & omnem
Naturam rerum mutare, & vertere motus.
Illud in his rebus non eſt mirabile, quare
Omnia cùm rerum primordia ſint in motu,
Summa tamen ſumma videatur ſtare quiete,
Præterquàm ſi quid proprio dat corpore motus.
Omnis enim longè noſtris ab ſenſibus [4] infrà
Primorum natura iacet. quapropter vbi [5] ipſa
Cernere iam nequeas, motus quoque ſurpere debent,
Præſertim cùm quæ poſſimus cernere, cælent
Sæpe tamen motus ſpatio diducta locorum.
Nam ſæpe in [6] colli tondentes pabula læta
Lanigeræ reptant pecudes, quò quamque vocantes
Inuitant herbæ gemmantes rore recenti:
Et ſatiati agni ludunt, blandéque [7] coniſcant.
Omnia quæ nobis longè confuſa videntur,
Et veluti in viridi candor conſiſtere colli.
Præterea magnæ legiones cùm loca curſu
Camporum complent, belli ſimulacra cientes,
Et circumuolitant equites, medióſque repentè
[1] Tramittunt valido quatientes impete campos.
Fulgur ibi ad cælum ſe tollit, totáque circùm
Aere renideſcit tellus, ſubtérque virûm vi
Excitur pedibus ſonitus, [2] clamoréque montes
Icti reiectant voces ad ſidera [3] mundi:
Et tamen eſt quidam locus altis montibus, vnde
Stare videtur, & in campis conſiſtere fulgur.
Nunc age iam deinceps cunctarum exordia rerum
Qualia ſint, & quàm longè diſtantia formis,
Percipe, multigenus quàm ſint variata figuris:
Nõ quòd multa parũ ſimili ſint prædita forma,
Sed quia non volgo paria omnibus omnia conſtant.
Nec mirum. nam cùm ſit eorum copia tanta,
Vt neque finis, vti docui, neque ſumma ſit vlla:
Debent nimirum non omnibus omnia prorſum
Eſſe pari ſilo, ſimilique adfecta figura.
Præterea genus humanum, mutæq; natantes
Squamigerûm pecudes, & læta arbuſta, feræq;,
Et variæ volucres, lætantia quæ loca aquarum
Concelebrant circum ripas fontisq; lacúſque,
Et quæ peruolgant nemora auia peruolitantes:
Horum vnum quoduis generatim ſumere perge,
Inuenies tamen inter ſe [4] diſtare figuris.
Nec ratione alia proles cognoſcere matrem,
Nec mater poſſet prolem, quod poſſe videmus,
Nec minùs, atque homines inter ſe nota cluere.
Nam ſæpe ante deûm vitulus delubra decóra
Turicremas propter mactatus concidit aras,
Sanguinis exſpirans calidum de pectore flumen.
At mater virides ſaltus orbata peragrans,
Linquit humi pedibus veſtigia preſſa biſulcis,
Omnia conuiſens oculis loca, ſi queat vſquam
Conſpicere amiſſum fetum: compléq; querelis
Frundiferum nemus adiſtens, & crebra reuiſit
Ad ſtabulum, deſiderio perfixa iuuenci.
Nec teneræ ſalices, atque herbæ rore vigentes,
Fluminaq; vlla queunt ſummis labentia ripis
Oblectare animum, ſubitámque auertere curam:
Nec vitulorum aliæ ſpecies per pabula læta
Deriuare queunt, animum curáque leuare:
Vſque adeò quiddam proprium, notúmque requirit.
Præterea, teneri tremulis cum vocibus hædi
5 Cornigeras norunt matres, agnique petulci
6 Balantum pecudes. ita, quod natura repoſcit,
Ad ſua quiſque ferè decurrunt vbera lactis.
Poſtremò quoduis frumentum, non tamen omne
Quodq; ſuo in genere inter ſe ſimile eſſe videbis,
Quin intercurrat quædam diſtantia formis,
Concharúmque genus parili ratione videmus
Pingere telluris gremium, quà mollibus vndis
Litoris incurui bibulam [7] pauit æquor arenam.

1 quid. puto ex v. l. vt mox, Extera quaſi extima. 2 al. ollis. 3 al. conſuerint. 4 Lamb. ipſa. 5 Lamb illa ipſum. q. illum. 6 vel, voci. 7 quid. coruſcant.

1 Tranſmittunt. 2 al. clamor quoque montes, leit & ejectat. 3 quid. cæli. 4 al. differre. 5 al. corniferas. 6 quid balatum. Lamb. balantes. 7 al. lauit.

Quare

Quare etiam atque etiã simili ratione necesse est,
Natura quoniam constant, neque facta manu sunt
Vnius, ad certam formam primordia rerum,
Dissimili inter se quædam volitare figura.
Perfacile 1 est animi ratione exsoluere nobis,
Quare fulmineus multo 2 penetralior ignis,
Quàm noster fluat è tedis terrèstribus ortus.
Dicere enim possis 3 cælestem fulminis ignem
Subtilem magis 4 è paruis constare figuris,
Atque ideò transire foramina, quæ nequit ignis
Noster hic è lignis ortus, tedáque creatus.
Præterea lumen per 5 cornum transit, at imber
Respuitur, quare? nisi luminis illa minora
Corpora sunt, quàm de quibus est liquor almus aquarum?
Et quamuis subitò per colum vina videmus
Perfluere, at contrà tardum cunctatur oliuum:
Aut quia nimirum maioribus est elementis,
Aut magis hamatis inter se, pérque plicatis.
Atque ideò fit, vti non tam diducta repentè
Inter se possint primordia singula quæque,
Singula per cuiusque foramina permanare,
Hóc accedit, vti mellis lactisque liquores
Iucundo sensu linguæ tractentur in ore.
At contrà tetra absinthi natura, ferique
Centauri fœdo pertorquent ora sapore.
Vt facilè agnoscas è læuibus, atque rotundis
Esse ea, quæ sensus iocundè tangere possunt:
At contrà quæ amara, atque aspera cumque videntur,
Hæc magis hamatis inter se nexa teneri,
Propterea áque solere vias 6 rescindere nostris
Sensibus, introitúque suo perrumpere corpus.
Omnia postremò bona sensibus, & mala tactu,
Dissimili inter se pugnant perfecta figura,
Ne tu fortè putes serræ stridentis acerbum
Horrorem constare elementis læuibus æquè,
Ac musea mele, per chordas organici quæ
7 Mobilibus digitis expergefacta figurant:
Neu simili penetrare putes primordia forma
In nares hominum, cùm tetra cadauera torrent,
Et cùm scæna croco Cilici perfusa recens est,
Aráque Panchæos exhalat propter odores.
Néve bonos rerum simili constare colores
Semine constituas, oculos qui pascere possunt,
Et qui compungunt aciem, lacrumareq; cogunt,
Aut fœda specie 8 tetri, turpésque videntur.
Omnis enim sensus quæ 9 mulcet caussa, iuuátque,
Haud sine principiali aliquo læuore creata est:
At contrà quæcumq; molesta, atque aspera constat,
Non aliquo sine materiæ squalore reperta est.
Sunt etiam quæ iam nec læuia iure putantur
Esse, neque omnino flexis mucronibus vncæ:
Sed magis 1 angellis paullùm prostantibus & quæ
Titillare magis sensus, quàm lædere possunt:
Facula iam quo de genere est, inulaque sapores.
Denique iam calidos ignes, geluámque pruinam,
Dissimili dentata modo compungere sensus
Corporis, indicio nobis est tactus vterque.
Tactus enim, tactus, prò diuúm numina sancta,
Corporis est sensus, vel cum res extera sese
Insinuat, vel cùm lædit, quæ in corpore nata est,
Aut iuuat egrediens genitalis per Veneris res,
Aut ex 2 offensu, cùm turbant corpore in ipso
Semina, confundúntque inter se concita sensum:
Vt, si forte manu quamuis iam corporis ipse
Tute tibi partem ferias, æquè experiare.
Quapropter longè formas distare necesse est
Principiis, varios quæ possint 3 edere sensus.
Denique quæ nobis durata, ac spissa videntur,
Hæc magis hamatis inter sese esse necesse est,
Et quasi 4 ramosis altè compacta teneri.
In quo tam genere imprimis adamantina saxa
Prima acie constant, ictus contemnere sueta,
Et validi silices, ac duri robora ferri,
Æráque, quæ claustris restantia vociferantur.
Illa quidem debent ex læuibus atque rotundis
Esse magis, 5 fluido quæ corpore liquida constant:
Nec retinentur enim inter se glomeramina quæque,
Et 6 procursus item in procliue volubilis exstat.
Omnia postremò, quæ puncto 7 tempore cernis
Diffugere, vt fumum, nebulas flammásque, necesse'st,
Si minus omnia sunt è læuibus, atque rotundis,
At non esse tamen perplexis endopedita,
Pungere vti possint corpus, penetraréque saxa,
Nec tamen herere inter se, quod quisque videmus
8 Sentibus esse datum: facilè vt cognoscere possis
Non è perplexis, sed acutis esse elementis.
Sed quòd amara vides eadem, quæ fluuida constant,
Sudor vti maris est, minimè id mirabile cuiquam.
Nam quod fluuidum est è læuibus, atque rotundis
Est: at læuibus, atque rotundis 9 mixta doloris
Corpora: nec tamen hæc retineri hamata necessum.
Scilicet esse globosa, tamen cum squalida constent:
Prouolui simul vt possint, & lædere sensus.
Et quo mixta putes magis aspera læuibus esse
Principiis, vnde est Neptuni corpus acerbum,

1 Lamb. est iam animi. 2 al. penetraliùs.
3 al. cælestis. 4 al. & 5 al. cornu.
6 quid. restringere. 7 al. Nobilibus.
8 quid turpe olidíque. al. cæli. aut cœsi.
9 al. multat caussa iuuátque.

1 al. angululis.
2 al. offensa.
3 al. lædere.
4 al. per ramos. 5 al. liquido quid. fluida.
6 quid. percursus.
7 al. temporis. 8 al. sensibus.
9 al. admixta.

Est ratio secernundi, seorsúmque videndi,
Humor dulcit, vbi per terras crebrius idem
Percolatur, vt in soueam fluat, ac mansuescat.
Linquit enim superà tetri primordia viri
Aspera: quo magis in terris herescere possunt.
Quod quoniam docui, pergam connectere rem, qua
Ex hoc apte fidem ducat, primordia rerum
Finita variare figurarum ratione.
Quod si non ita sit: rursum iam semina quædam
Esse infinito debebunt corporis auctu.
Namque in eadem vna cuiusuis breuitate
Corporis, inter se multùm variare figuræ
Non possunt. fac enim minimis è partibus esse
Corpora prima: tribus, vel paullo pluribus auge.
Nempe vbi eas partis vnius corporis omnis
Summa atque ima locans, transmutans dextera lævis:
Omnimodis expertus eris, quam quisque det ordo
Formarum speciem totius corporis eius,
Quod superest, si fortè voles variare figuras,
Addendum partis alias erit: inde sequetur
Adsimili ratione, alias vt postulet ordo,
Si tu forte voles etiam variare figuras.
Ergo formarum nouitatem corporis augmen
Subsequitur: quare non est vt credere possis,
Esse infinitis distantia semina formis:
Ne quædam cogas immani maxumitate
Esse, suprà quod iam docui non posse probari.
Iam tibi barbaricæ vestes, Meliboæque fulgens
Purpura Thessalico concharum tincta colore, &
Aurea pauonum ridenti imbuta lepore
Sæcla, nouo rerum superata decore iacerent:
Et contemptus odor Smyrnæ, mellique sapores
Et cygnea mele, Phœbeaque dædala chordis
Carmina consimili ratione oppressa silerent,
Namque aliis aliud præstantius exoreretur.
Credere item retrò possent in deteriores
Omnia sic partis, vt diximus in meliores:
Namque aliis aliud retrò quoque tetrius esset
Naribus, auribus, atque oculis, oriique sapori.
Quæ quoniam non sunt in rebus reddita, certaque
Finis vtrimque tenet summam: fateare necesse est
Materiem quoque finitis differre figuris.
Denique ab ignibus ad gelidas, hiemisque pruinas,
Finitum'st, retróque pari ratione remensum'st:
Finit enim calor, ac frigus, mediique tepores
Inter vtrumque iacent explentes ordine summã.
Ergo finita distant ratione creata,
Ancipiti quoniam mucrone vtrimque notantur,
Hinc flammis, illinc rigidis 7 infessa pruinis,
Quod quoniam docui, pergã connectere rem, qua
Ex hoc apta fidem ducit, primordia rerum,
Inter se simili quæ sunt perfecta figura,

1 al. liquit. 2 al. finiras. rationes. 3 al. omnimodè, vel omnimodó. 4 Lamb. formai. 5 quid Secula nouo. 6 al. myrrhæ. 7 al. infensa. infessa. infesta.

Infinita cluere. enim distantia cùm sit
Formarum finita, necesse est, quæ similes sint,
Esse infinitas, aut summam materiai
Finitam constare: id quod non esse, probaui.
Quod quoniam docui, nunc suauiloquis, age, paucis
Versibus ostendam, corpuscula materiai
Ex infinito summam rerum vsque tenere,
Vndique protelo plagarum continuato.
Nam quod rara vides magis esse animalia quædam,
Fecundámque minus naturam cernis in illis,
At regione, locóque alio, terrisque remotis,
Multa licet genere esse in eo, numerumq; repleri.
Sicuti quadrupedum comprimus esse videmus
In genere anguimanos elefantos, India quorum
Milibus è multis vallo munitur eburno,
Vt penitus nequeat penetrari: tanta ferarum
Vis est, quarum nos perpauca exempla videmus.
Sed tamen id quoque vti concedã, quãlubet esto,
Vnica res quædam natiuo corpore sola,
Cui similis toto terrarum non sit in 1 orbi:
Infinita tamen nisi erit vis materiai,
Vnde ea progigni possit concepta, creari
Non poterit, neque, quod superest, procrescere, alique.
Quippe etenim sumant oculi, finita per omne
Corpora iactari vnius genitalia rei:
Vnde, vbi, qua vi, & quo pacto congressa coibunt
Materia tanto in pelago, turbáque aliena?
Non (vt opinor) habent rationem 2 conciliandi:
Sed quasi naufragiis magnis multisque coortis,
Disiectare solet magnum mare transtra, guberna,
Antemnas, proram, malos, tonsásque natantis,
Per terrarum omnis oras fluitantia aplustra
Vt videantur, & indicium mortalibus edant,
Insidi maris insidias, viréque, dolúmque
Vt vitare velint: néve vllo tempore credant,
Subdola cùm ridet placidi pellacia ponti:
Sic tibi si finita semel primordia quædam
Constitues: æuum debebunt sparsa per omnem
Disiectare æstus diuersi materiai:
Numquam in concilium vt possint compulsa coire:
Nec remorari in concilio, nec crescere adaucta.
Quorum vtrumque palàm fieri manifesta docet res:
Et res progigni, & genitas procrescere posse.
Esse igitur genere in quouis primordia rerum
Infinita palam est, vnde omnia suppeditantur.
Nec superare queunt motus vtique exitiales
Perpetuò, neque in æternum sepelire salutem:
Nec porrò rerum genitales, auctificique
Motus perpetuò possunt seruare creata.
Sic æquo geritur certamine principiorum
Ex infinito contractum tempore bellum:
Nunc hic, nunc illic superant vitalia rerum:
Et superantur item: miscetur funere vagor,

1 al orbe. 2 al. conciliari.

Quem

Quem pueri tollunt visentes luminis oras.
Nec nox vlla diem, neque noctem aurora secuta est,
Quæ non audierit mistos vagitibus ægris
Ploratus mortis comites, & funeris atri.
Illud in his obsignatum quoque rebus habere
Conuenit, & memori mandatum mente tenere,
Nihil esse, in promptu quorum natura tenetur,
Quod genere ex vno consistat principiorum,
Nec quidquam, quod non permisto semine constet.
1 Et quàm quidque magis multas vis possidet in se,
Atque potestates: ita pluria principiorum
In sese genera, ac varias docet esse figuras.
Principio tellus habet in se corpora prima,
Vnde mare immensum voluentes flumina fontes
Assiduè renouent: habet, ignis vnde oriantur,
Nam multis succensa locis ardent sola terræ,
Eximiis verò furit ignibus impetus Ætnæ.
Tùm porrò nitidas fruges, arbustáque læta,
Gentibus humanis, habet, vnde extollere possit:
Vnde etiam fluidas frondes, & pabula læta
Montiuago generi possit præbere ferarum.
Quare magna deûm mater, matérque ferarum,
Et nostri genetrix hæc dicta est corporis vna.
Hanc veteres Graiûm docti cecinere poetæ
Sedibus in curru biiugos agitare leones:
Aëris in spatio magnam pendêre docentes
Tellurem, neque posse in terra sistere terram.
Adiunxere feras, quòd quamuis effera proles
Officiis debet molliri victa parentum.
Muralique caput summum cinxere corona,
2 Eximis munita locis quòd sustinet vrbes.
Quo nunc insigni per magnas prædita terras
Horrificè fertur diuinæ Matris imago.
Hanc varia gentes antiquo more sacrorum
Idæam vocitant matrem, Phrygiásque cateruas
Dant comites, quia primùm ex illis finibus edunt
Per terrarum orbem fruges cœpisse creari.
Gallos attribuunt, quia numen qui violarint
Matris, & ingrati genitoribus inuenti sint,
Significare volunt indignos esse putandos,
Viuam progeniem qui in oras luminis edant.
Tympana tenta tonant palmis, & cymbala circùm
Concaua, rauciſonóque minantur cornua cantu,
Et Phrygio stimulat numero caua tibia mentis,
Teláque præportant violenti signa furoris,
Ingratos animos, atque impia pectora volgi
Conterrere metu quæ possint numine diuæ.
Ergo cùm primùm magnas inuecta per vrbes
Munificat tacita mortalis muta salute,
Ære atque argento sternunt iter omne viarum,
Largifica stipe ditantes 3 pinguntque rosarum
Floribus, vmbrantes Matrem, comitúmque cateruas.
Hic armata manus, Curetas nomine Graij

1 quid. Et quàm multarum rerum vis.
2 Lamb. Eximiis. 3 vincúntque.

Quos memorant Phrygios, inter se sorte 1 catenas
Ludunt, in numerúmque exsultant, sanguine 2 fleti,
Terrificas capitum quatientes numine cristas.
Dictæos referunt Curetas, qui Iouis illum
Vagitum in Creta quondam occultasse feruntur,
Cùm pueri circum puerum pernice chorea
Armati in numerum pulsarent æribus æra,
Ne Saturnus eum malis mandaret adeptus,
Æterniúmque daret matri sub pectore vulnus:
Propterea magnam armati Matrem comitantur:
Aut quia significant diuam prædicere, vt armis,
Ac virtute velint patriam defendere terram,
Præsidióque parent, decorique parentibus esse
Quæ bene, & eximiè quamuis dispostæ ferantur,
Longè sunt tamen à vera ratione repulsæ.
Omnis enim per se diuûm natura necesse'st
Immortali æuo summa cum pace fruatur,
Semota à nostris rebus, seiunctáque longè.
Nam priuata dolore omni, priuata periclis,
Ipsa suis pollens opibus, nihil indiga nostri,
Nec bene promeritis capitur, nec tangitur ira.
Terra quidem vero caret omni tempore sensu.
Et quia multarum potitur primordia rerum,
Multa modis multis effert in lumina solis.
Hic si quis mare Neptunum, Cererémque vocare
Constituet fruges, & Bacchi nomine abuti
Mauolt, quàm laticis proprium proferre vocamen,
Concedamus, vt hic terrarum 3 dicat & orbem
Esse deûm matrem, 4 dum ne sit re tamen apse.
Sæpe itaque ex vno tondentes gramina campo
Lanigeræ pecudes, & equorum duellica proles,
Bucerique greges, sub eodem tegmine cæli,
Ex vnóque sitim sedantes flumine aquai,
Dissimili viuunt specie, retinéntque parentum
Naturam, & mores generatim quæque imitantur.
Tanta est in quouis genere herbæ materiai
Dissimilis ratio, tanta est in flumine quoque.
Hinc porrò quamuis animantem ex omnibus vnam
Ossa, cruor, venæ, calor, humor, viscera, nerui
Constituunt, quæ sunt porrò distantia longe
Dissimili perfecta figura principiorum.
Tum porrò quæcumque igni flammata crematur,
Si nihil præterea, tamen 5 hæc in corpora tradùt,
Vnde ignem lacere, & lumen summittere possint,
Scintilláque agere, ac latè differre fauillam.
Cetera consimili mentis ratione peragrans,
Inuenies igitur multarum semina rerum
Corpore cælare, & varias cohibere figuras.
Denique multa vides, quibus & color & sapor vnà

1 Lamb. térq. quatérq. al. caterua. 2 quid. pleti.
3 al. dicitur. 4 al. dum vera re tamen haud fit.
5 Lamb. ex se corpora: vulg. hæc in corpore.

Reddita sunt cũ odore imprimis pleraque dona,
Relligione animum turpi cum tangere parto.
Hæc igitur variis debent constare figuris:
Nidor enim penetrat, quà succus non it in artus,
Succus item seorsum, & rerum sapor insinuatur
Sensibus: vt noscas primis differre figuris.
Dissimiles igitur formæ glomeramen in vnum
Conueniunt, & res permisto semine constant.
Quin etiam passim nostris in versibus ipsis
Multa elementa vides multis communia verbis,
Cùm tamen inter se versus, ac verba necesse est
Confiteare alia ex aliis constare elementis:
Nõ quò multa parum communis littera currat,
Aut nulla inter se duo sint ex omnibus isdem,
Sed quia non volgò paria omnibus omnia constant.
Sic aliis in rebus item communia multa
Multarum rerum cùm sint primordia, longè
Dissimilitamen inter se consistere summa
Possunt: vt meritò ex aliis constare ferantur
Humanum genus, ac fruges, arbustaque læta.
Nec tamen omnimodis connecti posse putandum'st
Omnia: nam volgò fieri portenta videres,
Semiferas hominum species exsistere, & altos
Interdum ramos egigni corpore viuo,
Multáque connecti terrestria membra marinis:
Tum flammam tetro spirantis ore Chimaras
Pascere naturam per terras omniparentis.
Quorum nihil fieri manifestum'st, omnia quando
Seminibus certis certa genitrice creata
Conseruare genus crescentia posse videmus.
Scilicet id certa fieri ratione necesse est.
Nam sua cuiq; cibis ex omnibus intus in artus
Corpora discedunt, connexáque conuenientis
Efficiunt motus: at contra aliena videmus
Reicere in terras naturam, multáque cæcis
Corporibus fugiunt è corpore percita plagis,
Quæ neque cõnecti quoiquam potuere, neq; intra
Vitalis motus consentire, atque imitari.
Sed ne forte putes animalia sola teneri
Legibus his, eadem ratio 1 disterminat omnia:
Nam veluti tota natura dissimiles sunt
Inter se genita res quæque: ita quamque necesse'st
Dissimili constare figura principiorum,
Nõ quo multa parum simili sint prædita forma,
Sed quòd nõ volgò paria omnibus omnia constĕt.
Semina cùm porrò distent, differre necessum'st
Interualla, vias, connexus, pondera, plagas,
Concursus, motus: quæ non animalia solùm
Corpora seiungunt, sed terras, ac mare totum
Secernunt, cælumque à terris omne retentant.
Nunc age, dicta meo dulci quæsita labore
Percipe, ne forte hæc 2 albis ex alba rearis
Principiis esse, ante oculos quæ candida cernis,
Aut ea, quæ nigrant, nigro de semine nata:
Nive, alium quemuis quæ sunt imbuta colorem.

1 quid. omnes. Lamb. res terminat omnis: etiam non malè. 2 vulg. e x albis.

Propterea gerere hunc credas, quòd materiai
Corpora consimili sint eius tincta colore.
Nullus enim color est omnino materiai
Corporibus, neque par rebus, neq; deniq; dispar.
In quæ corpora si nullus tibi forte videtur
Posse animi iniectus fieri, procul auius erras.
Nam cum ceigeni, solis qui lumina numquam
1 Adspexere, tamen cognoscant corpora tactu,
Ex ineunte ævo nullo contincta colore:
Scire licet menti quoque nostræ corpora posse
Verti in notitiam nullo circumlita fuco.
Denique nos ipsi, cæcis quæcumque tenebris
Tangimus, haud vllo sentimus tincta colore.
Quod quoniam vinco fieri, nunc esse docebo.
Omnis enim color omnino mutatur in 2 omnis.
Quod facere haud vllo debĕt primordia pacto.
Immutabile enim quiddam superare necesse est:
Ne res ad nihilum redigantur funditus omnes.
Nam quodcumque suis mutatum finibus exit,
Continuò hoc mors est illius, quod fuit antè.
Proinde colore caue continguas semina rerum,
Ne tibi res redeant ad nihilum funditus omnes.
Præterea si nulla coloris principiis est
Reddita natura: at variis sunt prædita formis,
E quibus omnigenos gignunt, variántque colores.
Propterea, magni quod refert, semina quæque
Cum quibus, & quali positura contineantur,
Et quos inter se dent motus, accipiántque:
Perfacile extemplo rationem reddere possis,
Cur ea, quæ nigro fuerint paullo ante colore.
Marmoreo fieri possint candore repentè.
Vt mare, cùm magni commorunt æquora venti,
Vertitur in canos candenti marmore fluctus.
Dicere enim possis nigrum quod sæpe videmus,
Materies vbi permista est illius, & ordo
3 Principiis mutatus, & addita, demptaq; quædam,
Continuò id fieri vt candens videatur, & album.
Quòd si cæruleis constarent æquora ponti
Seminibus, nullo possent albescere pacto.
Nam quocumque modo perturbes, cærula quæ sint,
Numquam in marmoreum possunt migrare colorem.
Sin alio, atque alio sunt semina tincta colore,
Quæ maris efficiunt vnum, purúmque nitorem:
Vt sæpe ex aliis formis, variisque figuris
Efficitur quiddam quadratum, 4 vnaque figura:
Conueniebat, vti in quadrato cernimus esse
Dissimilis formas, ita cernere in æquore ponti,
Aut alio in quouis vno, puróque nitore,
Dissimilis longè inter se, variósque colores.
Præterea nihil officiunt, obstántque figura
Dissimiles, quo quadratum minus omne sit extrà.
At varij rerum impediunt, prohibentq; colores,
Quo minus esse vno possit res tota nitore.
Tum porrò, quæ ducit, & inlicit, vt tribuamus

1 al. dispexere 2 Ita in v. l. f. colores.
3 quid. principio. 4 Lamb. vnæque figuræ.

Princi-

Principiis rerum, non nunquam, cauſſa, colores,
Occidit: (ex albis quoniam non alba creantur,
Nec quæ nigra cluent de nigris, ſed varijs de)
Quippe etenim multo procliuius exorientur
Candida de nullo, quàm de nigrante colore,
Aut alio quouis, qui contrà pugnet, & obſtet.
Præterea, quoniam nequeunt ſine luce colores
Eſſe, neque in lucem exſiſtunt primordia rerum:
Scire licet quàm ſint nullo velata colore.
Qualis enim cæcis poterit color eſſe tenebris,
Lumine qui mutatur in ipſo propterea quòd
Recta aut obliqua 1 percuſſus luce refulget?
Pluma columbarum quo pacto in ſole videtur,
Quæ ſita ceruices circùm collúmque coronat.
Namque aliàs fit vti 2 claro ſit rubra pyropo:
Interdum quodam ſenſu fit, vti videatur
Inter cæruleum viridis miſcere ſmaragdos.
Caudáque pauonis, larga cum luce repleta eſt,
Conſimili mutat ratione obuerſa colores:
Qui, quoniam quodam gignuntur luminis ictu,
3 Scire licet ſine eo fieri non poſſe putandum.
Et quoniam plagæ quoddam genus excipit in ſe
Pupula, cùm ſentire colorem dicitur album,
Atq; aliud porrò, nigrum cùm, & cetera ſentit:
Nec refert ea, quæ tangis, quo forte colore
Prædita ſint, verùm quali magis apta figura.
Scire licet nihil principiis opus eſſe colore,
Sed variis formis variantes edere tactus.
Præterea, quoniam non certis certa figuris
Eſt natura coloris, & omnia principiorum
Formamenta queunt in quouis eſſe nitore:
Cur ea, quæ conſtant ex illis, non pariter ſunt
Omnigenis perfuſa coloribus in genere omni?
Conueniebat enim coruos quoque ſæpe volantis
Ex albis album pennis iactare colorem,
Et nigros fieri nigro de ſemine cygnos,
Aut alio quouis vno, varióque colore.
Quinetiam quanto in partis res quæque minutas
Diſtrahitur magis hoc magis eſt, vt cernere poſſis
Euaneſcere paullatim, ſtinguique colorem:
Vt ſit, vbi in paruas partis diſcerpitur aurum,
Purpura, pœniceúſque color clariſſimus multo,
Filatim cum diſtractus, diſperditur omnis:
Noſcere vt hinc poſſis, prius omnem efflare colorẽ
Particulas, quàm diſcedant ad ſemina rerum.
Poſtremò, quoniam non omnia corpora vocem
Mittere concedis, neque odorem, propterea fit,
Vt non omnibus attribuas ſonitus, & odores:
Sic, oculis quoniam non omnia cernere quimus,
Scire licet, quædam tam conſtare orba colore,
Quàm ſine odore vllo quædam, ſonituq; remota.
Nec minus hæc animum cognoſcere poſſe ſagacẽ,
Quàm quæ ſunt aliis rebus priuata, 4 notiſque.
Sed ne forte putes ſolo ſpoliata colore
Corpora prima manere: etiam ſecreta teporis
Sunt, ac frigoris omnino, calidique vaporis:
Et ſonitu ſterila, & ſucco ieiuna feruntur:

1 vulg. perculſus. 2 Lamb. rubro ſit clara
3 Lamb. Scilicet id. 4 vulg. notaque.

Nec iaciunt vllum 1 proprio de corpore odorem:
Sicut amaracini blandum ſtactæq; liquorem,
Et nardi florem, nectar qui naribus halat
Cùm facere inſtituas: cumprimis quærere par eſt,
(Quod licet, ac 2 potis es reperire) inolentis oliui
Naturam, nullam quæ mittat naribus auram:
Quàm minimè vt poſſit miſtos in corpore odores,
Concoctóſque ſuo contactos perdere viro.
Propterea demum debent primordia rerum
Non adhibere ſuum gignundis rebus odorem,
Nec ſonitum, quoniam nihil ab ſe mittere poſſunt:
Nec ſimili ratione ſaporem denique quemquam.
Nec frigus, neque item calidum, tepidúmque vaporem,
Cetera: quæ cum ita ſunt, tandem vt mortalia conſtent,
Mollia, lenta, fragoſa, putri caua, corpore rara,
Omnia ſint à principiis ſeiuncta neceſſe eſt,
Immortalia ſi volumus ſubiungere rebus
Fundamenta, quibus nitatur ſumma ſalutis:
Ne tibi res redeant ad nihilum funditus omnes.
Nunc ea, quæ ſentire videmus, cumque neceſſe eſt
Ex inſenſilibus tamen omnia confiteare
Principiis conſtare, neque id manifeſta refutant,
Nec contrà pugnant, in promptu cognita quæ ſunt,
Sed magis ipſa manu ducunt, & credere cogunt,
Ex inſenſilibus, quod dico, animalia gigni.
Quippe videre licet viuos exſiſtere vermes
Stercore de tetro, 3 putrorem cùm ſibi nacta eſt
Intempeſtiuis ex imbribus humida tellus.
Præterea cunctas itidem res vertere ſeſe.
Vertunt ſe fluuij, 4 & frundes, & pabula læta
In pecudes: vertunt pecudes in corpora noſtra
Naturam: & noſtro de corpore ſæpe ferarum
Augeſcunt vires, & corpora pennipotentum.
Ergo omnis natura cibos in corpora viua
Vertit, & hinc ſenſus animantum procreat omnis,
Non alia longè ratione, atque arida ligna
Explicat in flammas, & in ignis omnia verſat,
Iámne vides igitur, magni primordia rerum
Referre, in quali ſint ordine quæque locata,
Et commiſta quibus, dent motus, accipiántque?
Tum porrò quid id eſt, animum quod percutit ipſum,
Quod mouet, & varios ſenſus expromere cogit,
Ex inſenſilibus ni credas ſenſile gigni?
Nimirum, lapides, & ligna, & terra quòd vnà
Miſta tamen nequeunt vitalem reddere ſenſum.
Illud in his igitur 5 fœdus meminiſſe decebit,
Non ex omnibus omnino quæcumque creant res
Senſilia extemplò, & ſenſus me dicere gigni:
Sed magni referre ea primùm quantula conſtent,

1 al. proprium.
2 vulg. poſſis.
3 vulg. putorem. 4 vulg. in frondes.
5 vulg. rebus: quid fedus.

Sensile quæ faciunt, & quæ sint prædita forma,
Motibus, ordinibus, posituris denique quæ sint:
Quarum nihil rerum in lignis, glebisque videmus.
Et tamen hæc cùm sunt quasi putrefacta per imbris,
Vermiculos pariunt: quia corpora materiai
Antiquis ex ordinibus permota noua re
Conciliantur ita, vt debent animalia gigni.
Deinde, ex sensilibus qui sensile posse creari
Constituunt, porrò ex aliis sentire suetis,
Mollia 1 cùm faciunt: nam sensus iungitur omnis
Visceribus, neruis, venis, quæcumque videmus
Mollia mortali consistere corpore creta.
Sed tamen esto iam posse hæc æterna manere:
Nempe tamen debent aut sensum partis habere:
Aut similia totis animalibus esse putari.
At nequeant per se partes sentire, nec esse,
Namque alios sensus membrorum res petit omnes:
Nec manus à nobis potis est secreta, neque vlla
Corporis omnino sensum pars sola tenere.
Linquitur, vt teis animalibus adsimulentur,
Vitali vt possint consentire vndique sensu.
Qui poterunt igitur rerum primordia dici,
Et leti vitare vias, animalia cùm sint,
Atque animalibus sint mortalibus vna, eadémque?
Quod tamen vt possint, ab coitu, concilióque
Nihil facient, præter volgum, turbámque animantum,
Scilicet vt 2 nequeunt homines, armenta, ferique
Inter se vllam rem gignere conueniundo.
Quòd si fortè suum dimittunt corpore sensum,
Atque alium capiunt, quid ei us fuit attribui, quod
Detrahitur? tum præterea, quod fugimus antè,
Quatimus in pullos animalis vertier oua
Cernimus alituum, vermisque efferuere terram,
Intempestiuos quam putror cepit ob imbris,
Scire licet gigni posse ex non sensilibus sensus.
Quòd si forte aliquis dicet, duntaxat oriri
3 Posse ea non sensis, sensus mutabilitate,
Aut aliquo tamquam partu, quod 4 proditur extrà:
Huic satis illud erit planè facere, atque probare,
Non fieri partum, nisi consilio antè coacto:
Nec quidquam commutari sine conciliatu
5 Principium: vt nequeunt vllius corporis esse
Sensus ante ipsam genitam naturam animantis:
Nimirum quia materies disiecta tenetur.
Aëre, fluminibus, terris, terráque creata:
Nec congressa modo vitalis conuenienti
Contulit inter se motus, quibus 6 omnituentes
Accensi sensus animantem quamque tuentur.
Præterea quamuis animantem grandior ictus,

1 Lamb. tum. quid. confaciunt.
2 vulg. nequeant 2 al. posse ex. 4 al. proditum. 5 quid. principio. Lamb. Primorum.
6 quid. omne tuentes.

Quàm patitur natura, repentè adfligit, & omnis
Corporis, atque animi pergit confundere sensus:
Dissoluuntur enim positura principiorum,
Et penitus motus vitales impediuntur,
Donec materies omnis concussa per artus
Vitalis animæ nodos è corpore soluit,
Dispersámque foras per caulas eicit omnis.
Nam quid præterea facere ictum posse reamur
Oblatum, nisi discutere, ac dissoluere quæque?
Fit quoque, vti soleant minus oblato acriter ictu,
1 Relliqui motus vitales vincere sæpe,
Vincere, & ingentis plagæ sedare tumultus:
Inque suos quidquid rursus reuocare meatus:
Et quasi iam leti dominantem in corpore motum
Discutere: ac pæne amissos accendere sensus.
Nam quare potius leti iam limine ab ipso
Ad vitam possint coniecta mente reuerti.
Quàm, quò decursum propè iã siet, ire, & abire?
Præterea quoniam dolor est vbi materiai
Corpora vt quædam per viscera viua, per artus
Sollicitata suis trepidant in sedibus intus:
Inq; locũ quando remigrant, vt blanda voluptas:
Scire licet, nullo primordia posse dolore
Tentari, nullámque voluptatem capere ex se,
Quandoquidem non sunt ex illis principiorum
Corporibus, quorum motus nouitate laborent:
Aut aliquem fructum capiant dulcedinis almæ.
Haud igitur debent esse vllo prædita sensu.
Denique, vti possint sentire animalia quæque,
Principia si etiam sint sensus tribuendus eorum:
Quid? genus humanum 2 propritim de quibus
3 auctum'st
Scilicet & risu tremulo concussa cachinnant,
Et lacrumis spargunt rorantibus ora genásque:
Multáque de rerum mistura dicere callent,
Et sibi proporro quæ sint primordia quærunt:
Quandoquidem totis mortalibus adsimulata
Ipsa quoque ex aliis debent constare elementis,
Inde alia ex aliis, nusquàm consistere vt 4 ausis.
Quippe sequar, quodcumque loqui, ridereque dices,
Et sapere ex aliis, eadem hæc facientibus vt sit.
Quod si delira hæc furioságque cernimus esse,
Et ridere potest non ex ridentibus 5 auctus,
Et sapere, & doctis rationem reddere dictis
Non ex seminibus sapientibus, atque disertis:
Qui minus esse queant ea, quæ sentire videmus,
Seminibus permista carentibus vndique sensu?
Denique cælesti sumus omnes semine oriundi:
Omnibus ille idem pater est, vnde alma liquentes
Humorum guttas mater cum terra recepit,
Fœta parit nitidas fruges, arbustáque læta,
Et genus humanum, parit omnia sæcla ferarum,
Pabula cùm præbet, quibus omnes corpora pascunt,

1 al. Relliquę. m. vitales. vulg. Relliquiæ motus vitalis.
2 al. proprietim.
3 Lamb. factum est.
4 quid. audeas. 5 Lamb. factus.

Et dulcem ducunt vitam, prolemq́; propagant.
Quapropter meritò maternum nomẽ adepta est.
Cedit item retrò, de terra quod fuit antè,
In terras: & quod missum est ex ætheris oris,
Id rursum cæli rellatum templa receptant.
Nec sic interimit mors res, vt materiai
Corpora conficiat, sed cœtum dissupat ollis,
Inde aliis aliud coniungit, & efficit, omnes
Res vt conuertant formas, muténtque colores,
Et capiant sensus, & puncto tempore reddant:
Vt noscas referre, 1 eadem primordia rerum
Cum quibus, & quali positura contineantur,
Et quos inter se dent motus, accipiántque:
Néve putes æternas 2 penes residere potesse
Corpora prima, quod in sũmis fluitare videmus
Rebus, & interdum nasci, subitoque perire.
Quin etiam refert nostris in versibus ipsis,
Cum quibus, & quali sint ordine quæque locata:
Namque eadem cælum, mare, terras, flumina, solem
Significant, eadem fruges, arbusta, animantis:
Si non omnia sint, at multo maxuma pars est
Consimilis, verùm positura discrepitant res.
Sic ipsis in rebus item iam materiai
Interualla, viæ, connexus, pondera, plagæ,
Concursus, motus, ordo, positura, figuræ
Cùm permutantur, mutari res quoque debent.
Nunc animum nobis adhibe veram ad rationẽ:
Nam tibi vehemẽter noua res molitur ad auris
Accidere, & noua se species ostendere rerum.
Sed neque tam facilis res vlla est, quin ea primùm
Difficilis magis ad credendum constet: itémque
Nihil adeo magnum, nec tam mirabile quidquam
Principio, quod non 3 minus fiat mirabile cunctis
Paullatim, vt cæli clarum, purúmque colorem,
Quemq́; in se cohibent palantia sidera passim,
Lunæq́; & solis præclara luce nitorem,
Omnia quæ nunc si primùm mortalibus adsint,
Ex improuiso ceu sint obiecta repentè:
Quid magis his rebus poterat mirabile dici,
Aut, minus antè quod 4 auderent fore credere gentes?
5 Nihil vt opinor. ita hæc species miranda fuisset,
Quam tibi iam nemo fessus satiate videndi
Suspicere in cæli dignatur lucida templa.
Desine quapropter nouitate exterritus ipsa
Exspuere ex animo rationem: sed magis acri
Iudicio perpende: & si tibi vera videtur,
Dede manus: aut, si falsa est, accingere contrà.
Quærit enim 6 ratione animus, cum summa loci sit
Infinita foris, hæc 7 extra mœnia mundi,
Quid sit ibi porrò quò prospicere vsque velit mens,

Atque animi 1 tactus liber quò peruolit ire,
Principio nobis in cunctas vndique partes,
Et latere ex vtroque, infrà, supráque, per omne
Nulla est finis, vti docui, res ipsáque per se
Vociferatur, & elucet natura profundi.
Nullo iam pacto veri simile esse putandum'st,
2 Vndique cum vorsum spatium vacet infinitum,
Seminaq́; innumero numero, summaq́; profunda
Multimodis volitent æterno percita motu,
Hũc vnum terrarum orbem, cælúmque creatum:
Nihil agere illa foris tot corpora materiai:
Cùm præsertim hic sit natura factus, & ipsa
Sponte sua forte offensando semina rerum
Multimodis, temere, in cassum, 3 frustráque coacta
Tandem 4 coierint, ea quæ coniecta, repentè
Magnarum rerum fierent exordia semper,
Terrai, maris, & cæli, generísque animantum.
Quare etiam atque etiã talis fateare necesse est
Esse alios alibi congressus materiai.
Qualis hic est, auido cõplexu quem tenet æther.
Præterea cùm materies est multa parata,
Cùm locus est præsto, nec res, nec caussa moratur
Vlla: geri debent nimirum, & confieri res.
Nunc & seminibus si tanta est copia, quantam
Enumerare ætas animantum non queat omnis,
Visque eadem, & natura manet, quæ semina rerum
Conicere in loca quæque queat simili ratione,
Atque huc sunt coniecta: necesse est confiteare
Esse alios aliis terrarum in partibus orbes,
Et varias hominum gentes, & sæcla ferarum.
Huc accedit, vti in summa res nulla sit vna,
Vnica quæ gignatur: & vnica soláque crescat,
5 Quin quoiusque siet sæcli, permultáque eodem
Sint genere, in primis animalibus, indice mente:
Inuenies sic montiuagum genus esse ferarum,
Sic hominum genitã prolem, sic denique mutas
Squamigerũm pecudes, & corpora cuncta volantum.
Quapropter cælum simili ratione fatendum'st,
Terrámque, & solem, lunam, mare, cetera, quæ sunt,
Non esse vnica, sed numero magis innumerali:
Quandoquidem vitæ depactus terminus alte
Tam manet hæc etiam, natiuo & corpore constant,
Quam genus omne, quod his generatim rebus abundat.
Quæ bene cognita si teneas, natura videtur
Libera continuò dominis priuata superbis,
Ipsa sua per se sponte omnia dis agere expers.
Nam, prò sancta deũm tranquilla pectora pace
Quæ placidum degunt æuum, vitámque serenam,
Quis regere immensi summam, quis habere profundi

1 al. parum. 2 al. parùm.
3 al. minuant mirarier omnes,
4 al. audirent. 5 al. Nulli. 6 al. rationem. vel ratio animi. 7 q.l. extera.

1 vulg. tractus in q.l. pro ire, ipse, in quibusdam legitur peruelit. 2 Lamb. Cum quoquò vorsus.
3 al. frustraque, iacta. vulg. iactaque frustra. frustra quoque iacta. 4 al. colarint. coartant. coartarint. vulg. coierunt Lamb. coluerint.
5 Quin alio in quouis sit secio, multáque.

Endo manu validas potis est moderanter habenas?
Quis pariter cælos omnis conuertere? & omnes
Ignibus æthereis terras suffire feracis?
Omnibus inque locis esse omni tempore præsto?
Nubibus vt tenebras facia', cælique serena
Concutiat sonitu? tum fulmina mittat: & ædis
Sæpe suas disturbet, & in deserta recedens
Sæuat exercens telum, quod sæpe nocentes
Præterit, exanimátque indignos, inque merentes:
Multáque post mundi tempus genitale, diémque
Primigenum maris, & terræ, solisque coortum,
Addita corpora sunt extrinsecus, addita circùm
Semina, quæ magnum iuculando contulit omne:
Vnde mare, & terra possent augescere, & vnde
1 Adpáreret spatium cæli domus, altáque tecta
Tolleret à terris procul: & consurgeret aër.
Nam sua cuique locis ex omnibus omnia plagis
Corpora distribuuntur, & ad sua sæcla recedunt,
Humor ad humorem, terreno corpore terra
Crescit, & ignem ignes procudunt, ætheráque æther,
2 Donicum ad extremum crescendi 3 perfice finem
Omnia perduxit rerum natura creatrix.
Vt sit, vbi nihilo iam plus est, quod datur intra
Vitales venas, quàm quòd fluit, atque recedit.
Omnibus his ætas debet consistere rebus,
Hic natura suis refrenat viribus auctum.
Nam, quæcumque vides hilari grandescere auctu,
Paullatimque gradus ætatis scandere adultæ,
Plura sibi adsumunt, quàm de se corpora mittunt,
Dum facilè in venas cibus omnis deditur, & dũ
Non ita sunt latè dispersa, vt multa remittant:
Et plus dispendi faciant, quàm vescitur ætas.
Nam certè fluere, atque recedere corpora rebus
Multimodis, dandum'st: sed plura accedere debent,
5 Donicum alescendi summum tetigere cacumẽ.
Inde minutatim vires, & 6 robor adultum
Frangit, & in partem peiorem liquitur ætas.

1 al. aptaret, apariret, apparet, aperiret.
2 vulg. denique 3 vulg. perspice, pessimè.
4 vulg. Multa manus. 5 vulg. donec.
6 vulg. robur

Quippe etenim quanto est res amplior, augmine demptor,
Et quo latior est, in cunctas vndique partes
1 Pluria eo dispergit, & à se corpora mittit,
Nec facilè in venas cibus omnis diditur eij:
Nec satis est, proquàm largos exæstuat 2 artus,
Vnde queat tantum suboriri, ac suppeditare,
Quantũ opus est, & quòd satis est, natura nouare.
Iure igitur pereunt, cùm rarefacta fluendo
Sunt, & cùm externis subcumbũt omnia plagis:
Quandoquidem grandi cibus æuo denique defit.
Nec tuditantia rem cessant extrinsecus vllam
Corpora conficere, & plagis infesta domare.
Sic igitur magni quoque circum mœnia mundi
Expugnata dabunt labem, putrisque ruinas.
Omnia debet enim cibus integrare nouando:
Et fulcire cibis ac omnia sustentare,
Nequicquam. quoniam nec vena perpetiuntur,
Quod satis est, neque, quantum opus est, natura ministrat.
Iámque adeò 3 fracta est ætas, effetáque Tellus.
Vix animalia parua creat, quæ cuncta creauit
Sæcla, deditque ferarum ingentia corpora partu.
Haud (vt opinor) enim mortalia sæcla superne
Aurea de cælo demisit funis in arua:
Nec marc, nec fluctus plangentes saxa crearunt:
Sed genuit Tellus eadem, quæ nunc alit, ex se.
Præterea nitidas fruges, vinetáque læta
Sponte sua primium mortalibus ipsa creauit,
Ipsa dedit dulcis fetus, & pabula læta,
Quæ nunc vix nostro grandescunt aucta labore:
Conterimúsque boues, & 4 viris agricolarum
Conficimus. seris vix artis suppeditati
Vsqueadeò pereunt fetus, augéntque labores.
Iámque caput quassans grandis suspirat arator
Crebrius in cassum magnum cecidisse laborem:
Et cùm tempora temporibus præsentia confert
Præteritis, laudat fortunas sæpe parentis:
Et crepat, antiquum genus vt pietate repletum
Perfacilè angustis tolerarit finibus ævum,
Cũ minor esset agri multo modus antè viritim:
Nec tenet, omnia paullatim tabescere & ire
Ad scopulum spatio ætatis defessa vetusto.

1 al. plura modò.
2 al. æstus. 3 al. facta, & affecta.
4 vulg. viribus.

T. LVCRETII CARI
DE RERVM NATVRA,
LIBER TERTIVS.

TENEBRIS tantis tam clarum extollere lumen
Qui primus potuisti, inlustrans commoda vitæ,
Te sequor, ô Graiæ gentis decus, inque tuis nunc
1 Ficta pedum pono pressis vestigia signis,
Non ita certandi cupidus, quàm propter amorem,
Quod te imitare aueo. quid enim contendat hirundo

1 vulg. fixa

Cygnis?

Cygnis? aut quidnam tremulis facere artibus hedi
Consimile in cursu possint, ac fortis equi vis?
Tu pater, & rerum inuentor, tu patria nobis
Suppeditas præcepta, tuisq; ex, inclute, chartis,
Floriferis vt apes in saltibus omnia 1 libant,
Omnia nos itidem depascimur aurea dicta,
Aurea, perpetua semper dignissima vita.
Nam simul ac ratio tua cœpit vociferari,
Naturam rerum haud diuina mente coortam:
Diffugiunt animi terrores: mœnia mundi
Discedunt, totum video per inane geri res.
Apparet diuûm numen, sedesq; quietæ,
Quas neq; concutiunt venti, nec nubila nimbis
Adspergunt, neque nix acri concreta pruina
Cana cadens violat, 2 semperq; innubilus æther
Integit, & largè diffuso lumine 3 ridet.
Omnia suppeditat porrò natura, neq; vlla
Res animi pacem delibat tempore in vllo.
At contrà nusquam apparent Acherusia templa:
Nec tellus obstat, quin omnia dispiciantur,
Sub pedibus quæcumque infrà per inane geruntur.
His vbi me rebus quædam diuina voluptas
4 Percilit atq; horror, quòd sic natura tua vi
Tam manifesta patens ex omni parte 5 retorta
6 est.
Et quoniam docui cunctarum exordia rerum
Qualia sint, & quàm varijs distantia formis
Sponte sua volitent 7 aiterno percita motu,
Quoq; modo possint res ex his quæque creari:
Hasce secundum res, animi natura videtur,
Atque animæ claranda meis iam versibus esse:
Et metus ille foras præceps Acheruntis agendus
Funditus, humanum qui vitam turbat ab imo,
Omnia suffundens mortis nigrore, neq; vllam
Esse voluptatem liquidam, purámque relinquit.
Nam, quòd sæpe homines morbos magis esse timendos,
Infamemq; ferunt vitam, quàm tartara leti,
Et se scire animi naturam, sanguinis esse,
Nec prorsum quidquam nostræ rationis egere,
Hinc licet aduortas animum, magis omnia laudis,
Aut etiam 8 vetiti, si fert ita fera voluntas,
Iactari caussa, quàm quòd res ipsa probetur.
Extorres ijdem patria, longeq; fugati
Conspectu ex hominum, fœdati crimine turpi,
Omnibus ærumnis 9 adfecti denique viuunt,
Et quocumque tamen miseri venêre parentant,
Et nigras mactant pecudes, & manibus diuis
Inferias mittunt, multoq; in rebus acerbis
Acrius aduortunt animos ad relligionem.
Quo magis in dubijs hominem spectare periclis
Conuenit, aduorsisq; in rebus noscere quid sit.
Nam veræ voces tum demum pectore ab imo

1 Eiiciuntur: & eripitur persona, manet res.
Denique auarities, & honorum cæca cupido,
Quæ miseros homines cogunt transcendere finis
Iuris, & interdum socios scelerum, atque ministros
Noctis atque dies niti præstante labore
Ad summas emergere opes, hæc volnera vitæ
Non minimam partem mortis formidine aluntur.
Turpis enim fermè 2 contemptus, & acris egestas
Semota ab dulci vita stabiliq; videntur,
Et quasi iam leti portas cunctarier ante.
Vnde homines, dum se falso terrore coacti
3 Refugisse volunt longè, longéque 4 remasse,
Sanguine ciuili rem conflant, diuitiasq;
Conduplicant auidi, cædem cædi accumulantes,
Crudeles, gaudent in tristi funere fratris,
Et consanguineum mensas odere, timéntq;.
Consimili ratione ab eodem sæpe timore
Macerat inuidia, ante oculos illum esse potentem,
Illum adspectari, 5 claro qui incedit honore:
Ipsi se in tenebris volui, cœnoq; queruntur.
Intereunt partim 6 statuai, & nominis ergò:
Et sæpe vsque adeò mortis formidine, vitæ
Percipit humanos odium, lucisq; videndæ,
Vt sibi consciscant mœrenti pectore letum,
Obliti fontem curarum, hunc esse timorem,
Hunc vexare pudorem, hunc vincula amicitiai
Rumpere, & in summa, pietatem euertere 7 funditus,
Nam iam sæpe homines patriam, caróque parentis
Prodiderunt, vitare Acherusia templa petentes.
Nam veluti pueri trepidant, atque omnia cæcis
In tenebris metuunt: sic nos in luce timemus
Interdum, nihilo quæ sunt metuenda magis,
quàm,
Quæ pueri in tenebris pauitant, fingúntq; futura.
Hunc igitur terrorem animi, tenebrásque necesse est
Non radij solis, nec lucida tela diei
Discutiant, sed natura speties, ratioq;.
Primùm animum dico, mentem 8 quem sæpe vocamus,
In quo consilium vitæ, regiménque locatum'st,
Esse hominis partem nihilo minus, ac manus & pes,
Atque oculi, partes animantis totius exstant.
Quamuis multa quidem sapientum 9 turba putarit
Sensum animi, certa non esse in parte locatum,

1 al. limant. 2 semper sine nubibus. 3 vulg. ridet. 4 al. percipit. 5 al. retecta. 6 Lamb. es. 7 al. alterno. 8 vulg. venti. 9 quid. adflicti.

1 al. eliciuntur. 2 vulg famæ cõtemp. Lamb. fama & con. 3 al. effugisse. 4 vulg remosse. 5 quid. qui incendit. al. claróque incedere. 6 in quib. lib. statuæ, in al. statuarum, in al. statim. 7 vulg. suadet. in quib. fundet. & fundit. Lamb. fundo. 8 vulg. quam. 9 al. putaret. al. putarunt.

Verùm habitum quendam vitalem corporis esse,
Harmoniam Graij quam dicunt, quòd faciat nos
Viuere cum sensu, nulla cùm in parte siet mens:
Vt bona sæpe valitudo cùm dicitur esse
Corporis, & non est tamen hæc pars vlla valentis:
Sic animi sensum non certa parte reponunt.
Magnopere in quo mi diuersi errare videntur.
Sæpe itaque in promptu corpus quod cernitur, ægrum'st,
Cùm tamen ex alia lætamur parte latenti:
Et retrò sit, 1 vbi contrà sit sæpe vicissim,
Cùm miser ex animo lætatur corpore toto,
Non alio pacto, quàm si pes cum dolet ægri,
In nullo caput interea sit fortè dolore.
Præterea molli cùm somno dedita membra,
Effusúmque iacet sine sensu corpus onustum,
Est aliud tamen in nobis, quod tempore in illo
Multimodis agitatur, & omnis accipit in se
Lætitiæ motus, & curas cordis inanis.
Nunc animam quoque vt in membris cognoscere possis
Esse, neque harmoniam corpus retinere solere:
Principio sit, vti detracto corpore multo,
Sæpe tamen nobis in membris vita moretur:
Atque eadem rursus cùm corpora pauca caloris
Diffugêre, forasque per os est editus aer,
Deserit extemplo venas, atque ossa relinquit.
Noscere vt hinc possis, non æquas omnia partis
Corpora habere, neque ex æquo fulcire salutem:
Sed magis hæc, venti quæ sunt calidique vaporis
Semina, curare, in membris vt vita moretur.
Est igitur calor, ac ventus vitalis in ipso
Corpore, qui nobis moribundos deserit artus.
Quapropter, quoniam'st animi natura reperta,
Atque animæ, quasi pars hominis: redde harmoniai
Nomen ab organico saltu delatum Heliconis,
Siue aliunde ipsi porrò traxere, & in illam
Transtulerunt, proprio quæ tum res nomine egebat.
Quidquid id est, habeant: tu cetera percipe dicta.
Nunc animum, atque animam dico 2 coniuncta teneri
Inter se, atque vnam naturam conficere ex se:
Sed caput esse quasi, & dominari in corpore toto
Consilium, quod nos animum, mentémque vocamus:
Idque situm media regione in pectoris heret,
Hic exsultat enim pauor, ac metus: hæc loca circum
Lætitia mulcent: hic ergo mens, animúsque est.
Cetera pars animæ per totum dissita corpus
Paret, & ad numen mentis, momenque mouetur:
Idque sibi solum per se sapit, & sibi gaudet,
Cùm neque res animam, neque corpus commouet 3 vlla.

1 Lamb. vti. 2 quid. conuincta. 3 quid. vna.

Et quasi, cùm caput, aut oculus, tentante dolore
Læditur in nobis, non omni concruciamur
Corpore: sic animus non nunquam læditur ipse,
Lætitiáque viget, cùm cetera pars animai
Per membra, atque artus nulla nouitate cietur.
Verùm vbi 1 vementi magis est commota metu mens,
Consentire animam totam per membra videmus:
Sudores itaque, & pallorem exsistere toto
Corpore, & infringi linguam, vocémque aboriri:
Caligare oculos, sonere auris, succidere artus,
Denique concidere ex animi terrore videmus
Sæpe homines: facilè vt quiuis hinc noscere possit,
Esse animam cum animo coniunctam: quæ cum 2 animi vi
Percussa est, 2 exin corpus propellit, & icit.
Hæc eadem ratio naturam animi, atque animai,
Corpoream docet esse, vbi enim propellere membra,
Conripere ex somno corpus, mutaréque voltum,
Atque hominem totum regere ac versare videtur:
(Quorum nihil fieri sine tactu posse videmus,
Nec tactum porrò sine corpore) nónne fatendum'st
Corporea natura animum constare, animámque?
Præterea pariter fungi cum corpore, & vnà
Consentire animum nobis in corpore cernis.
Si minus offendit viam vis horrida 3 leti
Ossibus ac neruis discluſis intus adacta.
Attamen insequitur languor, terræque petitus
Suauis, & in terra 4 mentis qui gignitur æstus,
Interdúmque quasi exsurgendi incerta voluntas.
Ergo corpoream naturam animi esse necesse est,
Corporeis quoniam telis, ictúque laborat.
Is tibi nunc animus quali sit corpore, & vnde
Constiterit, pergam rationem reddere dictis,
Principio esse aio persubtilem, atque minutis
Perquàm corporibus factum constare. id ita esse
Hinc licet aduertas animum, vt pernoscere possis.
Nihil adeò fieri celeri ratione videtur,
Quàm si mens fieri proponit, & inchoat ipsa.
Ocius ergo animus, quàm res se perciet vlla,
Ante oculos quarũ in promptu natura videtur.
At quod mobile tantopere est, constare rotundis
Perquàm seminibus debet, perquámque minutis:
Momine 5 vti paruo possint impulsa moueri.
Namque mouetur aqua, & tantillo nomine 5 fluctuat,
Quippe volubilibus, paruisque creata figuris.
At contrà mellis constantior est natura,
Et pigri latices magis, & cunctantior actus:
Heret enim inter se magis omnis materiai
Copia: nimirum quia non tam læuibus exstat

1 al. vehementi. 2 al. extra. quid. exhinc.
3 al. teli. 4 al. mitis.
5 quid. si paruo possent.

Corporibus,

Corporibus, neque tam subtilibus, atque rotũdis.
Namque papauerum aura potest sustensa, leuisque
Cogere, vt ab summo tibi diffluat altus aceruus.
At contrà lapidum [1] conlectum spiclorúmque
Nemu potest. igitur paruissima corpora pro quàm
Et lauissuma sunt, ita [2] mobilitata feruntur:
At contrà quo quaque magis cum ponderemagno,
Asperáq; inueniuntur, eo stabilita magis sunt.
Nunc igitur, quoniam'st animi natura reperta
Mobilis egregiè: perquàm constare necesse est
Corporibus paruis, & lauibus, atque rotundis.
Quæ tibi cognita res, in multis, ò bone, rebus
Vtilis intenietur, & opportuna cluebit.
Hæc quoque res etiam naturam dedicat eius.
Quam tenui constet textura, quamque loco se
Contineat paruo, si posset conglomerari,
Quòd simul atque hominem leti secura quies est
Indepta, atque animi natura, animæq; recessit:
Nihil ibi libatum de toto corpore cernas
Ad speciem, nihil ad põdus: mors omnia præstat,
Vitalem præter sensum, calidúmque vaporem.
Ergo animam totam perparuis esse necesse'st
Seminibus, nexam per venas, viscera, neruos:
Quatinus omnis vbi è toto iam corpore cessit,
Extima membrorum circumcæsura tamen se
Incolumem præstat, nec desit ponderis hilum.
Quod genus est Bacchi cùm flos euanuit, aut cum
Spiritus vnguenti suauis diffugit in auras:
Aut aliquo cùm iam succus de corpore cessit,
Nihil oculis tamen esse minor res ipsa videtur
Propterea, neque detractum de pondere quidquam:
Nimirum, quia multa, minutaq; semina succos
Efficiunt, & odorem in toto corpore rerum.
Quare etiam atque etiam mentis naturam, animæq;
Scire licet perquàm pauxillis esse creatam
Seminibus, quoniam fugiens nihil ponderis aufert.
Nec tamen hæc simplex nobis natura putanda est,
Tenuis enim quædam moribundos deserit aura
Mista vapore: vapor porrò trahit aëra secum,
Nec calor est quisquam, cui non sit mistus & aer:
Rara quòd eius enim constat natura, necesse est
Aëris inter eum primordia multa [3] moueri.
Iam triplex animi est igitur natura reperta,
Nec tamen hæc sat sunt ad sensum cuncta creandum:
Nihil horum quoniam recipit mens, posse creare
Sensiferos motus quadam, quæ mente volutet.
Quarta quoque his igitur quædam natura necesse est
Attribuatur. ea est omnino nominis expers:
Qua neque mobilius quicquam neque tenuius exstat,
Nec magis è paruis, aut lauibus ex elementis,
Sensiferos motus quæ dium prima per artus.
Prima cietur enim paruis perfecta figuris:
Inde calor motus, & venti caca potestas
Accipit, inde aer, inde omnia mobilitantur:
Concutitur tum sanguis, viscera persentiscunt
Omnia. postremus adtur ossibus, atque medullis
Siue voluptas est siue est contrarius ardor.
Nec temerè huc dolor vsque potest penetrare, neque acre
Permanare malum, quin omnia perturbentur.
Vsque adeò, vitæ [1] desit locus, atque animai
Diffugiant partes per caulas corporis omnis.
Sed plerumque sit in summo quasi corpore finis
Motibus, hanc ob rem vitam retinere valemus.
Nunc ea quo pacto inter sese mixta, quibusq;
Compta modis vigeant, rationem reddere auentem
Abstrahit inuitum patrij sermonis egestas:
Sed tamen, vt potero summatim attingere, tangam.
Inter enim cursant primordia principiorum
Motibus inter se, nihil vt secernier vnum
Possit, nec spatio fieri diuisa potestas,
Sed quasi multa vis vnius corporis exstant.
Quod genus in quouis animantum viscere volgò,
Est odor, & quidam color, & sapor: & tamen ex his
Omnibus est vnum perfectum corporis augmen:
Sic calor, atque aer, & venti caca potestas
Mixta creant vnam naturam, & mobilis illa
Vis, [2] initium motus ab se quæ diuidit ollis:
Sensifer vnde oritur primùm per viscera motus.
Nam penitus prorsum latet hæc natura, subestque.
Nec magis hæc infrà quidquam est in corpore nostro,
Atque anima est animæ proporrò totius ipsa.
Quod genus in nostris membris, & corpore toto
Mixta latens animi vis est, animæq; potestas,
Corporibus quia de paruis, pauciq; creata est.
Sic tibi nominis hæc expers vis, facta minutis
Corporibus latet: atque animæ quasi totius ipsa
Proporrò est anima, & dominatur corpore toto.
Consimili ratione necesse est ventus & aer,
Et calor inter se vigeant commista per artus,
Atque alijs aliud subsit magis eminentq;,
Vt quiddam fieri videatur de omnibus vnum:
Ni calor, ac ventus seorsum, seorsumq; potestas
Aeris interimant sensum, diductaq; soluant.
Est etiam calor ille animo, quem sumit in ira,
Cùm feruescit, & ex oculis micat acrius ardor.
Est & frigida multa comes formidinis aura,
Quæ ciet horrorem in membris, & concitat artus.
Est etiam quoque pacati status aeris ille,

1 vulg. coniectum.
2 vulg. mobilitate fruuntur.
3 quid. cieri.

1 al. desit, & mox, Diffugiunt, Lamb. vt desit.
2 al. initum.

Pectore tranquillo sit qui voltúque sereno.
Sed calidi plus est illis, quibus acria corda,
Iracundáque mens facile efferuiscit in ira:
Quo genere imprimis vis est violenta leonum.
Pectora qui fremitu rumpunt plerumque gementes,
Nec capere irarum fluctus in pectore possunt.
At ventosa magis cervorum frigida mens est,
Et gelidas citius per viscera concitat auras
Quæ tremulum faciunt membris exsistere motum.
At natura boum placido magis aere viuit,
Nec nimis irai fax vnquam subdita percit
Fumida, suffundens cæca caliginis vmbras,
Nec [1] gelidis torpet telis perfixa pauoris,
Inter vtrosque sita est, cervos, sæuósque leones.
Sic hominum genus est, quamuis doctrina politos
Constituat pariter quosdam, tamen illa relinquit
Naturæ cuiusque [2] animi vestigia prima:
Nec radicitus euelli mala posse putandum'st.
Quin proclinius hic iras decurrat ad acris,
Ille metu citius paullo tentetur, at ille
Tertius accipiat quædam clementius æquo:
In[que] aliis rebus multis differre necesse est
Naturas hominum varias, moresq[ue] sequacis:
Quorum ego nunc nequeo cæcas exponere causſas,
Nec reperire figurarum tot nomina, quot sunt
Principiis, vnde hæc oritur variantia rerum.
Illud in his rebus video firmare potesse,
Vsqueadeò naturarum vestigia linqui
Paruula, quæ nequeat ratio depellere [3] doctis,
Vt nihil impediat dignam diis degere vitam.
Hæc igitur natura tenetur corpore ab omni,
Ipsaq[ue] corporis est custos, & causſa salutis:
Nam communibus inter se radicibus herent,
Nec sine pernicie diuelli posse videntur.
Quod genus è turis glebis euellere odorem
Haud facile est, quin intereat natura quoque eius:
Sic animi, atque animæ naturam corpore toto
Extrahere haud facile est, quin omnia dissoluantur.
Implexis ita principiis ab origine prima
Inter se fiunt consorti prædita vita:
Nec [4] sibi quidque sine alterius vi posse videtur
Corporis: atque animi seorsum [5] sentire potestas:
Sed communibus inter eos conflictatur vtrimque
Motibus accensus nobis per viscera sensus.
Præterea corpus per se nec gignitur vnquam,
Nec crescit, neque post mortem durare videtur.
Non enim, vt humor aquæ dimittit sæpe [6] vaporem,
Qui datus est, neque ab hac causſa conuellitur ipse,
Sed manet incolumis, non, inquam, sic animai

1 al. gelidi. 2 al. animæ. 3 In quibus vel dictis. vulg. noctis. 4 al. Nec sine vi quidquam alterius sibi posse videtur. 5 al. constare. 6 al. saporem.

Discidium possunt artus perferre relicti,
Sed penitus pereunt conuolsi, cónque putrescunt:
Ex ineunte æuo sic corporis, atque animai
Mutua vitalis discunt contagia motus,
Maternis etiam membris, aluoq[ue] reposta,
Discidium vt nequeat fieri sine peste, maloq[ue]:
Vt videas, quoniam coniuncta est causſa salutis,
Coniunctam quoque naturam consistere eorum.
Quod superest, si quis corpus sentire [1] refutat,
Atque animam credit permistam corpore toto
Suscipere hunc motum, quem sensum nominitamus,
Vel manifestas res contra, verasq[ue] repugnat.
Quid sit enim corpus sentire quis adferet vmquam,
Si non ipsa palàm quod res dedit, ac docuit nos?
At dimissa anima corpus caret vndique sensu:
Perdit enim quod non proprium fuit eius in æuo:
Multaq[ue] præterea perdit cùm expellitur æuo.
Dicere porrò oculos nullam rem cernere posse,
Sed per eos animum, vt foribus spectare reclusis,
[2] Desipere est, contrà cùm sensus [3] ducat eorum:
Sensus enim trahit, atq[ue] acies detrudit ad ipsas,
Fulgida præsertim cùm cernere sæpe nequimus,
Lumina luminibus quia nobis præpediuntur:
Quod foribus non fit, neque enim, quà cernimus ipsi,
Ostia suscipiunt vllum reclusa laborem.
Præterea si pro foribus sunt lumina nostra,
Iam magis exemptis oculis debere videtur
Cernere res animus sublatis postibus ipsis.
Illud in his rebus nequaquam sumere possis,
Democriti quod sancta viri sententia ponit,
Corporis atque animi primordia singula primis
Adposita alternis variare, ac nectere membra.
Nam cùm multo sunt animai elementa minora,
Quàm quibus & corpus nobis, & viscera constant,
Tum numero quoque concedunt, & rara per artus
Dissita sunt: duntaxat vt hoc promittere possis,
Quantula prima queant nobis iniecta ciere
Corpora sensiferos motus in corpore tanta
Interualla tenere exordia prima animai
Nam neque pulueris interdum sentimus adhesum
Corpore, nec membris incussam sidere cretam,
Nec nebulam noctu, neque aranei tenuia fila
Obuia sentimus, quando obretimur euntes,
Nec supera caput eiusdem cecidisse vietam
Vestem, nec plumas auium, papposq[ue] volantis,
Qui nimia leuitate cadunt plerumque grauatim.
Nec repentis itum cuiusuiscumque animantis
Sentimus, nec priua pedum vestigia quæque,
Corpore quæ in nostro culices, & cetera ponunt.
Vsqueadeò prius est in nobis multa ciendum
Semina, corporibus nostris immissa per artus,

1 Lamb. renuat. 2 al. Difficile. 3 al. dicat.

Quam

Quàm primordia sentiscant concussa animai,
[1] Et quantis interuallis tuditantia possint
Concursare coire, & dissultare vicissim,
Et magis est animus vitai claustra coërcens,
Et dominantior ad vitam, quàm vis animai.
Nam sine mente, animóque nequit residère per artus
Temporis exiguam partem pars vlla animai,
Sed [2] cumes insequitur, facilè & discedit in auras,
Et gelidos artus in leti frigore linquit.
At manet in vita, cui mens, animúsque remansit,
Quamuis est circumcæsis lacer vndique membris:
Truncus, adempta anima circùm, membrisque remotis,
Viuit, & aethereas vitalis suscipit auras.
Si non omnimodis, at magna parte animai
Priuatus, tamen in vita cunctatur, & heret.
Vt lacerato oculo circùm, si pupula mansit
Incolumis, stat cernendi viuata potestas,
Dummodò ne totum corrumpas luminis orbem:
Et circumcidas aciem, solámque relinquas,
Id quoque enim sine pernicie non fiet eorum.
At si tantula pars oculi media illa peresa est,
Incolumis quamuis alioqui splendidus orbis:
Occidit extemplo lumen, tenebræq; sequuntur.
Hoc anima, atque animus [3] vincti sunt fœdere semper.
Nunc age, natiuos animantibus, & mortalis
Esse animos, animasq; leuis, vt noscere possis,
Conquisita diu, dulciq; reperta labore
Digna tua pergam [4] disponere carmina vita.
Tu [5] fac vtrumque vno subiungas nomen eorũ,
Atque animam, verbi caussa, cùm dicere pergam,
Mortalem esse docens, animum quoque dicere credas:
Quatinus est vnum inter se coniunctaq; res est.
Principiò, quoniam tenuem constare minutis
Corporibus docui, multóque minoribus esse
Principiis factam, quàm liquidus humor aquai est,
Aut nebula, aut fumus: nam longè mobilitate
Præstat, & à tenui caussa magis icta mouetur,
Quippe vbi imaginibus fumi, nebulæque mouentur:
Quod genus, in somnis sopiti vbi cernimus alta
Exhalare vapore altaria, ferreq; fumum:
Nam procul hæc dubio nobis simulacra [5] geruntur:
Nunc igitur quoniam quassatis vndique vasis
Diffluere humorem, & laticem discedere cernis,
Et nebula ac fumus quoniam discedit in auras:
Crede animam quoque diffundi, multóque perire
Ocius, & citius dissolui corpora prima,
Cùm semel ex [1] omnibus membris ablata recessit.
Quippe etenim, corpus, quod vas quasi constitit eius,
[2] Quom cohibere nequit conquassatum ex aliqua re,
Ac rarefactum detracto sanguine venis,
Aere qui credas posse hanc cohiberier vllo,
Corpore qui nostro rarus magis [3] am cohibessit?
Præterea gigni pariter cum corpore, & vnà
Crescere sentimus, pariterq; senescere mentem.
Nam velut infirmo pueri, teneroq; vagantur
Corpore, sic animi sequitur sententia tenuis.
Inde vbi robustis adoleuit viribus ætas,
Consilium quoque maius, & auctior est animi vis.
Pòst, vbi iam validis quassatum est viribus aui
Corpus, & obtusis ceciderunt viribus artus,
Claudicat ingenium, delirat linguáque, [4] mensque,
Omnia deficiunt, atque vno tempore [5] desunt.
Ergo dissolui quoq; conuenit omnem animai
Naturam, ceu [6] fumum in altas aeris auras:
Quandoquidem gigni pariter, paritérque videmus
Crescere: & [7], vt docui, simul ætate fessa fatiscit.
Hoc accedit, vti videamus, corpus [8] vt ipsum
Suscipere immanis morbos, durumq; [9] dolorem,
Sic animum curas acris, luctumq;, metumq;.
Quare participem leti quoq; conuenit esse.
Quinetiam morbis in corporis auius errat
Sæpe animus, [10] dementit enim, deliraq; fatur:
Interdumq; graui lethargo fertur in altum,
Æternumque soporem, oculis, [11] vultúque cadenti,
Vnde neq; exaudit voces nec noscere voltus
Illorum potis est, ad vitam qui reuocantes
Circumstant lacrumis rorantes ora, genasq;.
Quare animum quoque dissolui fateare necesse,
Quandoquidem penetrant in eum contagia morbi.
Nam dolor, ac morbus leti fabricator vterq; est,
Multorum exitio perdocti quod sumus ante.
Præterea mentem sanari, corpus vt ægrum,
Et pariter flecti medicina posse videmus.
Denique cur hominem, cùm vini vis penetrauit
Acris, & in venas discessit diditus ardor,
Consequitur grauitas membrorum? prægraediuntur
Crura vacillanti? tardescit lingua? madet mens?
Nant oculi? clamor, singultus, iurgia gliscunt?
Et iam cetera de genere hoc quæcumque sequuntur,
Cur ea sunt, nisi quòd vehemens violentia vini
Conturbare animam consueuit corpore in ipso?

1 al Et quam interuallis tantis.
2 vulg comes. 3 q.l.iuncti. 4 al. deponere.
5 Lamb. genuntur.

1 quid. hominis:
2 al. Quam. 3 vulg. incohibescit. Lamb. em. cohibessit. 4 in q.l. animusque 5 vel desiunt.
6 al. fumus. 7 q.v. fatisci 8 al in. 9 vulg. laborem. 10 q.l. demenuia 11 al. nutu.

At quæcunque queunt conturbari, inq; pediri,
Significant, paullo si durior insinuárit
Causſa, fore vt pereant suo priuata futuro.
Quinetiam ſubita vi morbi ſæpe coactus
Ante oculos aliquis noſtros, vt fulminis ictu
Concidit, & ſpumas agit, ingemit, & tremit artus,
Deſipit, extentat neruos, torquetur, anhelat,
Inconſtanter & in iactando membra fatigat:
Nimirum, quia vis morbi diſtracta per artus
Turbat agens animam: 1 ſpumantes vt in æquore ſalſo
Ventorum validis feruiſcunt viribus vndæ.
Exprimitur porrò gemitus, quia membra dolore
Adficiuntur, & omnino, quòd ſemina vocis
1 Eiciuntur, & ore foras glomerata feruntur,
Quæ quaſi conſuerunt, & ſunt munita viai.
Deſipientia fit, quia vis animi, atque animai
Conturbatur, & vt docui diuiſa ſeorſum
Diſiectatur eodem illo diſtracta veneno.
Inde, vbi iam morbi ſe flexit cauſſa, reditque
In latebras ater corrupti corporis humor:
Tum quaſi 2 vacillans primùm conſurgit, & omnis
Paullatim redit in ſenſus, animámque receptat.
Hæc igitur tantis vbi morbis corpore in ipſo
Iactentur, miſeriſque modis diſtracta laborent:
Cur eadem credis ſine corpore in aere aperto
Cum validis ventis ætatem degere poſſe?
Et quoniam mentem ſanari, corpus vt ægrum,
Cernimus, & flecti medicina poſſe videmus:
Id quoque præſagit mortalem viuere mentem.
Addere enim partis, aut ordine traicere æquumſt',
Aut aliquid prorſum de ſumma detrahere, illum,
Commutare animum quicumque adoritur, 3 & inſit,
Aut aliam quamuis natura flectere quærit.
At neque transferri ſibi partis, nec tribui vult,
Immortale quod eſt, quidquam, neque 4 defluere hilum.
Nam quodcumque ſuis mutatum finibus exit,
Continuò hoc mors eſt illius, quod fuit ante.
Ergo animus ſiue ægreſcit, mortalia ſigna
Mittit, vti docui, ſeu flectitur à medicina.
Vſque adeò falſæ rationi vera videtur
Res occurrere, & effugium præcludere eunti,
Ancipitique refutatu conuincere falſum.
Denique ſæpe hominem paullatim cernimus 5 ire,
Et membratim vitalem 6 deperdere ſenſum:
In pedibus primùm digitos liueſcere, & vnguis,
Inde pedes & crura mori: poſt inde per artus
Ire alios tractim gelidi veſtigia leti.
Scinditur atque 7 animæ quoniam natura, nec vno
Tempore ſincera exſiſtit, mortalis habenda eſt.
Quòd ſi forte putas ipſam ſe poſſe per artus
Introrſum trahere, & partis conducere in vnum,
Atque 1 adeò cunctis ſenſum deducere membris,
At locus ille tamen, quò copia tanta animai
Cogitur, in ſenſu debet maiore videri:
Qui quoniam nuſquam eſt, nimirum (vt diximus antè)
Dilaniata foras diſpergitur: interit ergo.
Quin etiam, ſi iam libeat concedere falſum,
Et dare, poſſe animam glomerari in corpore eorum,
Lumina qui linquunt moribundi particulatim:
Mortalè tamen eſſe animam fateare neceſſe eſt.
Nec refert, vtrùm pereat diſperſa per auras,
2 An contracta ſuis è partibus obbruteſcat,
Quando hominem totum magis, ac magis vndique ſenſus
Deficit, & vitæ minus, & minus vndique reſtat,
Et quoniam mens eſt hominis pars vna, locóque
Fixa manet certo, velut aures, atque oculi ſunt,
Atque alij ſenſus, qui vitam cumque gubernant:
Et veluti manus, atque oculus, narèſve ſeorſum
Secreta à nobis nequeunt ſentire, neque eſſe:
Sed tamen in paruo 3 linquuntur tempore tali,
Sic animus per ſe non quit ſine corpore, & ipſo
Eſſe homine, illius quaſi quod vas eſſe videtur,
Siue aliud quiduis potis es 4 connectius eij
Fingere, quandoquidem connexus corpus adheret.
Denique corporis, atque animi viuata poteſtas
Inter ſe coniuncta valent, vitáque fruuntur,
Nec ſine corpore enim vitalis edere motus
Sola poteſt animi per ſe natura, nec autem
Caſſum anima corpus durare, & ſenſibus vti.
Scilicet, auolſis radicibus vt nequit vllam
Diſpicere ipſe oculus rem, ſeorſum corpore toto,
Sic anima, atque animus per ſe nihil poſſe videntur:
Nimirum, quia per venas & viſcera mixtim,
Per neruos atque oſſa tenentur corpore ab omni:
Nec magnis interuallis primordia poſſunt
Libera diſſultare: ideò concluſa mouentur
Senſiferos motus, quos extra corpus in auras
Aëris haud poſſunt poſt mortem eiecta moueri:
Propterea quia non ſimili ratione tenentur.
Corpus enim, atque animans erit aer, ſi cohibere
Seſe anima, atque in eos poterit concludere motus,
Quos antè in 5 venis, & in ipſo corpore agebat.
Quare etiam atque etiam reſoluto corporis omni
Tegmine, & eiectis extra vitalibus auris,
Diſſolui ſenſus animi fateare neceſſe eſt,
Atque animam, quoniam coniuncta eſt cauſſa duobus.
Denique cùm corpus nequeat perferre animai
Diſcidium, quin id tetro tabeſcat odore:

1 al. eliciuntur. 2 Lamb. talipedans.
3 vulg. & ipſum. 4 vulg. diffluere.
5 al. cernis obire.
6 v. q diſperdere. quid. diſpergere.
7 al. animi.

1 al. ideò. 2 al. & an contractis in ſe partibus
3 quid. liquuntur. 4 quid. coniunctius. al. connectius. 5 vulg. neruis.

Quid

Quid dubitas, quin ex imo, penitúsque coorta
Emanarit, vti fumus, deffusa animæ vis?
Atque ideò tanta mutatum putre ruina
Conciderit corpus penitus, quia mota loco sunt
Fundamenta foras animæ, manántq; per artus,
Perq; viarum omnes flexus, in corpore qui sunt,
Atque foramina? multimodis vt noscere possis
Dispertitam animæ naturam exisse per artus,
Et prius esse sibi distractam corpore in ipso,
Quàm prolapsa foras enaret in aeris auras.
Quin etiam finis dum vita vertitur intra,
Sæpe aliqua tamen è caussa labefacta videtur
Ire anima & toto solui de corpore membra,
Et quasi supremo languescere tempore voltus:
Quod genus est, animo male factum cum perhibetur,
Aut animam liquisse, vbi iam trepidatur, & omnes
Extremum cupiunt vires reprehendere vinclum.
Conquassatur enim tum mens, animæq; potestas
Omnis, & hæc ipso cum corpore [1] conlabescunt,
Vt grauior paullo possit dissoluere caussa.
Quid dubitas, tandem quin extra prodita corpus
Imbecilla foras, in aperto, tegmine dempto,
Non modò non omnem possit durare per ævum,
Sed minimum quoduis nequeat consistere tempus?
Nec sibi enim quisquam moriens sentire videtur
Ire foras animam incolumem de corpore toto,
Nec prius ad iugulum, & superas [2] succedere fauces,
Verùm deficere in certa regione locatam:
Vt sensus alios in parti quemque sua scit
Dissolui, quòd si immortalis nostra foret mens,
Non iam se moriens dissolui conquereretur,
Sed magis ire foras, vestémque relinquere vt anguis,
Gauderet, prælonga senex aut cornua ceruus.
Denique cur animi nunquam mens, consiliúmque
Gignitur in capite, aut pedibus, manibúsve, sed vnis
Sedibus, & certis regionibus omnis heret,
Si non certa loca ad nascendum reddita cuique
Sunt, & vbi quidquid possit durare creatum?
Atque ita multimodis pro totis artibus esse,
Membrorum vt nunquam exsistat præposterus ordo.
Vsqueadeo sequitur res rem, neque flamma creari
Fluminibus solita est, neque in igni gignier algor.
Præterea, si immortalis natura animai est,
Et sentire potest, secreta à corpore nostro:
[3] Certè, vt opinor, eam faciundum'st sensibus auctam:
Nec ratione alia nosmet proponere nobis
Possumus infernas animas Acherunte[4] vagari.

Pictores itaque, & scriptorum sæcla priora
Sic animas introduxerunt sensibus auctas.
At, neque seorsum oculi, neque nares, nec manus ipsa
Esse potest anima: neque seorsum lingua, neque aures
Auditum per se possunt sentire, nec esse.
Et quoniam toto sentimus corpore inesse
Vitalem sensum, & totum esse animale videmus:
Si subitò medium celeri præciderit ictu
Vis aliqua, vt seorsum partem secernat vtramque:
Dispertita procul dubio quoque vis animai,
Et discissa simul cum corpore discietur:
At quod scinditur, & partis discedit in vllas,
Scilicet æternam sibi naturam abnuit esse.
Falciferos memorant currus abscindere membra
Sæpe ita de subito permista cæde calentis,
Vt tremere in terra videatur ab artibus id quod
Decidit abscissum, cùm mens tamen, atque hominis vis
Mobilitate mali non quit sentire dolorem:
Et simul, in pugnæ studio quòd dedita mens est,
Corpore cùm reliquo pugnam, cædésq; petissit,
Nec tenet, amissam leuam cum tegmine sæpe
Inter equos abstraxe rotas, falcésque rapacis:
Nec cecidisse alius dextram: cum scandit & instat.
Inde alius conatur adempto surgere crure,
Cùm digitos agitat propter moribũdus humi pes:
Et caput abscissum calido, viuenteq; trunco,
Seruat humi voltum vitalem, oculosq; patentis,
Donec reliquias animai reddidit omnis.
Quin etiam tibi si lingua vibrante minantis
Serpentis caudam procero corpore, vtrimque
Sit libitum in multas partis discindere ferro,
Omnia iam seorsum cernas anciſa recenti
Volnere tortari, & terram conspergere tabo:
Ipsam seq; retro partem petere ore priorem,
Volneris ardenti vt morsu premat icta dolore.
Omnibus esse igitur totas dicemus in illis
Particulis animas? at ea ratione sequetur
Vnam animantem animas habuisse in corpore multas.
Ergo diuisa est ea, quæ fuit vna simul cum
Corpore: quapropter mortale vtrumque putandum'st,
In multas quoniam partis discinditur æquè.
Præterea si immortalis natura animai
Constat, & in corpus nascentibus insinuatur,
Cur super ante actam ætatem meminisse nequimus?
Nec vestigia gestarum rerum vlla tenemus?
Nam si tantopere est animi [1] vitiata potestas,
Omnium vt actarum excidat retinentia rerum:
Non, vt opinor, ea ab leto iam longiter errat.
Quapropter fateare necesse est, quæ fuit ante,

1 al. conlabefiunt. 2 al. accedere. 3 al. Qui, Quando, Quinque. 4 quid. vocari. al. vocare. vel vagare.

1 al. mutata.

Interijſſe, & quæ nunc eſt, nunc eſſe creatam.
Præterea ſi iam perfecto corpore nobis
Inferri ſolita eſt animi viuata poteſtas,
Tum cùm gignimur, & vitæ cùm [1] *lumen adimus:*
Haud ita conueniebat, vti cum corpore, & vnà
Cum membris videatur in ipſo ſanguine creſſe,
Sed velut in cauea per ſe ſibi viuere ſolam
Conuenit, vt ſenſu corpus tamen affluat omne.
Quare etiam atque etiam neque originis eſſe putandum'ſt
Expertes animas, nec leti lege ſolutas.
Nam neque tantopere adnecti potuiſſe putandum'ſt
Corporibus noſtris extrinſecus inſinuatas:
Quod fieri totum contrà manifeſta docet res.
Namque ita connexa eſt per venas, viſcera, neruos,
Oſſáque, vti dentes quoque ſenſu participentur,
Morbus vt indicat, & gelidai ſtringor aquai,
Et lapis oppreſſus ſubitis è frugibus aſper:
Nec tam contexta cùm ſint, exire videntur
Incolumes poſſe, & [2] ſaluas exſoluere ſeſe
Omnibus è neruis, atque oſſibus, articulisq;.
Quod ſi forte putas intrinſecus inſinuatam
Permanare animam nobis per membra ſolere,
Tanto quæque magis cum corpore fuſa peribit:
Quod permanat enim, diſſoluitur, interit ergo.
Diſpertitur enim per caulas corporis omnis:
Vt cibus in membra, atque artus cùm diditur omnis,
Diſperit, atque aliam naturam ſufficit ex ſe:
Sic anima, atq; animus, quãuis integra recens in
Corpus eunt, tamen in manando diſſoluuntur:
Dum quaſi per caulas omnis diduntur in artus
Particulæ, quibus hæc animi natura creatur,
Quæ nunc in noſtro dominatur corpore, nata
Ex illa, quæ tum peritat partitã per artus.
Quapropter neque natali priuata videtur
Eſſe die natura animæ, nec funeris expers.
Semina præterea linquuntur, nécne animai
Corpore in exanimo? quòd ſi linquũtur, & inſunt
Haud erit, vt meritò immortalis poſſit haberi,
Partibus amiſſis quoniam libata receſſit.
Sin ita ſinceris membris ablata profugit,
Vt nullas partis in corpore liquerit ex ſe:
Vnde [3] *cadauere rancenti iam viſcere vermes*
Exſpirant? atque vnde animantum copia tanta
Exos, & exanguis tumidos perfluctuat artus?
Quòd ſi fortè animas extrinſecus inſinuari
Vermibus, & priuas in corpora poſſe venire
Credis, nec reputas cur millia multa animarum
Conueniant, vnde vna receſſerit: hoc tamen eſt, vt
Quærendum videatur, & in diſcrimen agendum,
Vtrùm tandem animæ venentur ſemina quæque
Vermiculorum, ipſæq; ſibi fabricentur, vbi ſint,
An iam corporibus perfectis inſinuentur.
At neque, cur faciant ipſæ, quaéve laborent,
Dicere ſuppeditat, neque enim, ſine corpore cùm ſunt,
Sollicitæ volitant morbis [1] *algóque, fameq;.*
Corpus enim magis his vitijs [2] *adſine laborat,*
Et mala multa animus [3] *contage fungitur eius.*
Sed tamen his eſto quamuis facere vtile corpus,
Cùm ſubeant, at qua poſſint, via nulla videtur.
Haud igitur faciunt animæ ſibi corpora & artus.
Nec tamen eſt qui iam perfectis inſinuentur
Corporibus. neque enim poterunt ſubtiliter eſſe
Connexæ, neque conſenſu contagia ſient.
Denique cur acris violentia triſte leonum
Seminium ſequitur? dolus vulpibus, & fuga ceruis
A patribus datur, & patrius pauor incitat artus?
Et iam cetera de genere hoc, cur omnia membris
Ex ineunte ætuo generaſcunt, ingenióque,
Si non certa ſuo quia ſemine, ſeminióque
Vis animi pariter creſcit cum corpore toto?
Quod ſi immortalis foret, & mutare ſoleret
Corpora, permiſtis animantes moribus eſſent:
Effugeret canis Hyrcano de ſemine ſæpe
Cornigeri incurſum cerui, tremerétque per auras
Aeris accipiter fugiens veniente columba:
Deſiperent homines, ſaperent fera ſæcla ferarum.
Illud enim falſa fertur ratione, quod aiunt
Immortalem animam mutato corpore flecti:
Quod mutatur enim, diſſoluitur, interit ergo:
Traiciuntur enim partis, atque ordine migrant.
Quare diſſolui quoque debent poſſe per artus,
Denique vt intereant vnà cum corpore cunctæ.
Sin animas hominum dicent in corpora ſemper
Ire humana, tamen [4] *quæram, cur è ſapienti*
Stulta queat fieri: nec prudens ſit puer vllus:
Nec tã doctus equæ pullus, quàm fortis equi vis,
Si non certa ſuo quia ſemine, ſeminióque
Vis animi pariter creſcit cum corpore quoque.
Scilicet in tenero teneraſcere corpore mentem
Confingent. quod ſi iam ſit: fateare neceſſe eſt,
Mortalem eſſe animam, quoniam mutata per artus
Tantopere, amittit vitam, ſenſumq; priorem.
Quóve modo poterit pariter cum corpore quoq;
Confirmata cupitum ætatis tangere florem
Vis animi, niſi erit conſors in origine prima?
Quidve foras ſibi vult membris exire [6] *ſenectis?*
An metuit concluſa manere in corpore putri?
Et domus ætatis ſpatio ne feſſa vetuſto
Obruat? at non ſunt [7] *iã immortali vlla pericla.*

[1] vulg. limen inimus. [2] al. ſolas. [3] al. cadauerã, viuere.

[1] Lamb. algu. [2] vulg. & fine. [3] Lamb. contagi. [4] al. quæres. [5] vulg. Confugient, Lamb. Non fugient, fugio. [6] quid ſenectæ. [7] al. iam mortali.

Denique

Denique cennubia ad Veneris, partúſque ferarũ
Eſſe animas præſtò deridiculum eſſe videtur:
Et ſpectare immortalis mortalia membra
Innumero numero, certaréque præproperanter
Inter ſe quæ prima, potiſſumáque inſinuetur:
Si non forte ita ſunt animarum fœdera pacta,
Vt quæ prima volans aduenerit, inſinuetur
Prima, neque inter ſe contendant viribus hilum.
Denique in æthere non arbor, non æquore in alto
Nubes eſſe queunt, nec piſces viuere in aruis,
Nec cruor in lignis, nec ſaxis ſuccus ineſſe:
Certum ac diſpoſitum'ſt, vbi quidquid creſcat & inſit.
Sic animi natura nequit ſine corpore oriri
Sola, neque à neruis, & ſanguine longius eſſe.
Hoc ſi poſſet enim, multo prius ipſa animi vis
In capite, aut humeris, aut imis calcibus eſſe
Poſſet, & innaſci quauis in parte ſoleret:
Tandem in eodem homine, atque in eodem vaſe maneret.
Quod quoniam in noſtro quoque conſtat corpore certum:
Diſpoſitúmque videtur, vbi eſſe, & creſcere poſſit
Seorſum anima, atque animus: tanto magis inſitiandum
Totum poſſe extra corpus durare, genique.
Quare, corpus vbi interiit, periiſſe neceſſe'ſt
Confiteare animam diſtractam in corpore toto.
Quippe etenim mortale æterno iungere, & vnà
Conſentire putare, & fungi mutua poſſe,
Deſipere eſt. quid enim diuerſius eſſe putandum'ſt,
Aut magis inter ſe diſiunctum, diſcrepitánſque,
Quàm, mortale quod eſt, immortali, atque perẽni
Iunctum, in concilio ſæuas tolerare procellas?
Præterea quæcumque manent æterna, neceſſe'ſt
Aut quia ſunt ſolido cum corpore, reſpuere ictus
Nec penetrare pati ſibi quidquam, quod queat artas
Diſſociare intus partis, vt materiaï
Corpora ſunt, quorum naturam oſtendimus antè:
Aut ideò durare ætatem poſſe per omnem,
Plagarum quia ſunt expertia. ſicut inane eſt,
Quod manet intactum, neque ab ictu fungitur hilum:
Aut ideò, quia nulla loci ſit copia circum,
Quò quaſi res poſſint diſcedere, diſſoluique:
Sicuti ſummarum ſumma eſt æterna, neque extrà
Quis locus eſt, quò diffugiant, neque corpora ſunt, quæ
Poſſint incidere, & valida diſſoluere plaga.
At neque, vti docui, ſolido cum corpore mentis
Natura eſt, quoniam admiſtum'ſt in rebus inane:
Nec tamen eſt vt inane: neque autem corpora deſunt,
Ex infinito quæ poſſint forte coorta
Conriuere hanc mentis violento turbine molem:
Aut aliam quamuis cladem importare pericli.

1 Lamb. proruere.

Nec porrò natura loci, ſpatiúmque profundi
Deficit, exſpergi quo poſſit vis animai,
Aut alia quauis poſſit vi pulſa 1 perire.
Haud igitur leti præcluſa eſt ianua menti.
Quòd ſi forte ideò magis immortalis habenda eſt,
Quod letalibus ab rebus munita tenetur:
Aut quia non veniunt omnino aliena ſalutis,
Aut quia, quæ veniunt, aliqua ratione recedunt
Pulſa prius, quàm, quid noceant, ſentire queamus:
Scilicet à vera longè ratione remotum'ſt.
Præter enim quam quod morbi eſt, cum corpori ægre ſt,
Aduenit id, quòd eam de rebus ſæpe futuris
Macerat, inq; metu malè habet, curiſque fatigat,
Præteritiſque admiſſa anis peccata remordent.
Adde furorem animi proprium, atque obliuia rerum:
Adde quòd in nigras lethargi mergitur vndas,
Nihil igitur mors eſt, ad nos neque pertinet hilum,
Quãdoquidem natura animi mortalis habetur:
Et velut anteacto nihil tempore ſenſimus ægri,
Ad confligendum venientibus vndique Pœnis,
Omnia cum belli trepido concuſſa tumultu
Horrida contremuere ſub altis ætheris 2 oris,
In dubióque fueret, vtrorum ad regna cadendum
Omnibus humanis eſſet, terráque, marique:
Sic vbi non erimus, cum corporis, atque animai
Diſcidium fuerit, quibus è 3 ſumus vniter apti:
Scilicet haud nobis quidquam, qui non erimus tum,
Accidere omnino poterit, ſenſúmque monere:
Non, ſi terra mari miſcebitur, & mare cælo,
Et ſi iam noſtro ſentit de corpore, poſtquam
Diſtracta eſt animi natura, animæq; poteſtas:
Nihil tamen hoc ad nos, qui 4 coitu, coniugióque
Corporis, atque animæ conſiſtimus vniter apti.
Nec, ſi materiam noſtram conlegerit ætas
Poſt obitũ, rurſúmque redegerit, vt ſita nunc eſt,
Atque iterum nobis fuerint data lumina vitæ,
Pertineat quidquàm tamen ad nos id quoque factum,
Interrupta ſemel cùm ſit 5 retinentia noſtri:
Et nunc nihil ad nos de nobis attinet, antè
Qui fuimus nec iam de illis nos adficit angor.
Quos de materia noſtra noua proferet ætas.
Nam cum reſpicias immenſi temporis omne
Præteritum ſpatium: tum motus materiaï
Multimodi quàm ſint: facilè hoc adcredere poſſis,
Semina ſæpe in eodem, vt nunc ſunt, ordine poſita.
Nec memori tamen id quimus reprehendere mente.
Inter enim iecta eſt vitaï pauſa, vagéque
Deerrarunt paſſim motus ab ſenſibus omnes.

1 al. teneri.
2 vulg. arris.
3 al. heſimus. 4 al. cœtu.
5 vulg. repentia. quid. repetentia.

Debet enim 1 miserè cui forte ægreq; futurum'st,
Ipse quoque esse in eo tum tempore, cum malè possit
Accidere, at quoniam mors eximit 2 im, prohibétque
Illum, cui possint incommoda conciliari,
Hæc eadem, quibus è nunc nos sumus, antè fuisse:
Scire licet nobis nihil esse in morte timendum.
Nec miserum fieri, qui non est, posse, neque hilum
Differre, an nullo fuerit iam tempore natus,
Mortalem vitam mors cui immortalis ademit.
Proinde vbi se videas hominem indignarier ipsũ
Post mortem fore, vt aut putrescat corpore posto,
Aut flammis interfiat, malisve ferarum:
Scire licet, non sincerum sonere, atque subesse
Cæcum aliquẽ cordi stimulum, quãuis neget ipse
Credere se quemquam sibi sensum in morte futurum.
Non, vt opinor, enim dat, quod promittit: & inde
Ne radicitus è vita se tollit, & eicit,
Sed facit esse sui quiddam super insciu 3 ipse.
Viuus enim sibi cùm proponit, quisque, futurum,
Corpus vti volucres lacerent in morte, feræq;,
Ipse sui miseret: neque enim se 4 vindicit hilum,
Nec remouet satis à proiecto corpore, & illud
Se fingit, sensúque suo contaminat adstans.
Hinc indignatur se mortalem esse creatum,
Nec videt in vera nullum fore morte alium se
Qui possit viuus sibi se lugere peremptum,
Stánsque iacentem, nec lacerari, vrive dolore.
Nam si in morte malum'st, malis, morsúque ferarum
Tractari: non inuenio quî non sit acerbum
Ignibus impositum calidis torrescere flammis,
Aut in melle situm suffocari, atque rigere
Frigore, cum in summo gelidi cubat æquore saxi,
Vrgeri ve supernè obtritum pondere terræ,
At iam non domus accipiet te læta, neque vxor
Optuma, nec dulces occurrent oscula nati
Præripere, & tacita pectus dulcedine tangent:
5 Non poteris factis florentibus esse tuis
Præsidio: 6 misero miserè aiunt, omnia ademit
Vna dies infesta tibi tot præmia vitæ.
Illud in his rebus non addunt, nec tibi earum
Iam desiderium rerum superinsidet vnà.
Quod benè si videant animo, dictisque sequantur,
Dissoluant animi magno se angore, metúque:
Tu quidem, vt es leto sopitus, sic eris æui.
Quod supereſt, cunctis priuatus doloribus ægris:
At nos horrifico cinefactum te propè busto
Insatiabiliter deflebimus, æternúmque
Nulla dies nobis mœrorem è pectore demet.

1 al. miser &. quid. ægréque futurus. 2 al. esse. quid. esse inde. 3 al. ipsius. 4 vulg. diuidit: Lamb. vindicat.
5 al. facti fl. e. tuísque. q. facti foretibus. al. factis florenti. esse cuiquam. alij aliter. quid. præsidium. vulg. factis fl. e. tuísque præsidiũ. Lamb. factis tibi fortib. e. tuísque Præsidio. 6 al. misero. miser.

Illud 1 ab hoc igitur quærendum'st, quid sit amari
Tantopere, ad somnum si res redit, atque quietẽ,
Cur quisquam æterno possit tabescere luctu.
Hoc etiam faciunt, vbi discubuère, tenéntque
Pocula sæpè homines, & inumbrant ora coronis,
Ex animo vt dicant, breuis hic est fructus homullis,
Iam fuerit, neque pòst vmquam reuocare licebit.
Tamquam in morte mali cumprimis hoc sit eorum,
Quòd sitis exurat miseros, atq; arida 2 torreat,
Aut alia cuius desiderium insideat; rei:
Nec sibi enim quisquam tum se, vitamque requirit,
Cùm pariter mens, & corpus sopita quiescunt:
Nam licet æternum per nos sic esse soporem,
Nec desiderium nostri nos 4 adigit vllum,
Et tamen haud quaquam nostros tunc illa per artus
Longè ab sensiferis primordia motibus errant:
Quin conreptus homo ex somno se conligit ipse.
Multo igitur mortem minùs ad nos esse putandũ,
Si minus esse potest, quàm quod nihil esse videmus.
Maior enim turbæ disiectus materiai
Consequitur leto, nec quisquam expergitus exstat,
Frigida quem semel est vitaï pausa secuta.
Denique si vocem rerum natura repentè
Mittat, & hoc alicui nostrum sic increpet ipsa:
Quid tibi tantopere est mortalis, quod nimis ægris
Luctibus indulges? quid mortem cogemis, ac fles?
Nam si grata fuit tibi vita anteacta, priórque,
Et non omnia pertusum congesta quasi in vas
Commoda perfluxere, atque ingrata interiere:
Cur non, vt plenus vitæ conuiua, recedis?
Æquo animóque capis securam stulte quietem?
Sin ea quæ fructus cumque ea es, periere profusa,
Vitáque in offenso est, cur amplius addere quaris,
Rursum quod pereat malè, & ingratum occidat omne?
Non potiùs vitæ finem facis, atque laboris?
Nam tibi præterea quod machiner, inueniámque
Quod placeat, nihil est: eadẽ sunt omnia semper:
Si tibi non annis corpus iam marcet, & artus
Confecti languent, eadem tamen omnia restant,
Omnia si perges viuendo vincere sæcla:
Atque etiam potiùs, si numquam sis moriturus:
Quid respondemus, nisi iustam intendere litem
Naturam, & veram verbis exponere causſam?
At, qui obitum lamentetur miser amplius æquo,
Non meritò inclamet magis & voce increpet acri:
Aufer ab hinc lacrumas 5 barde, & compesce querelas:
Grandior hic verò si iam, seniórque queratur,

1 al. ob. 2 vulg. torrat. q. terrat. q. terra.
3 quid. res, 4 in. q. v. idigit. vul. attigit. Lamb. adficit. Turneb. adlicit vllum.
5 in q. v. Baratte, Baratre, baratro.

Omnia

Omnia perfructus vitai præmia, 1 marces:
Sed quia semper aues, quod abest, præsentia temnis:
Imperfecta tibi elapsa est, ingratáque vita,
Et nec opinanti mors ad caput adstitit antè,
Quàm satur, ac plenus possis discedere rerum:
Nunc aliena tua tamen ætate omnia mitte,
Æquo animóque, agedum, iam aliis concede: necesse est:
Iure, vt opinor, agat, iure increpet, incilétque.
Cedit enim rerum nouitate extrusa vetustas
Semper, & ex aliis aliud reparare necesse est:
Nec quidquam in barathrum, nec tartara 2 deditur atra.
Materies opus est, vt crescant postera sæcla:
Quæ tamen omnia te vita perfuncta sequentur.
Nec minus ergo antè, hæc quàm cecidêre, cadéntque,
Sic aliud ex alio numquam desistet oriri:
Vitáque mancupio nulli datur, omnibus vsu.
Respice item quàm nihil ad nos anteacta vetustas
Temporis æterni fuerit, quàm nascimur, antè.
Hoc igitur speculum nobis natura futuri
Temporis exponit. post mortem denique nostram
Num quid ibi horribile appáret? num triste videtur
Quidquam? nónne omni somno securius exstat?
Atque ea nimirum quæcumque Acherunte profundo
Prodita sunt esse, in vita sunt omnia nobis.
Nec miser impendens magnum timet aere saxum
Tantalus, vt fama est: cassa formidine torpens:
Sed magis in vita diuûm metus vrget inanis
Mortales, casúmque timent, quemcumque ferat fors.
Nec Tityon volucres ineunt Acherunte iacentê:
Nec, 3 quoi sub magno scrutentur pectore quidquam
Perpetuam ætatem possent reperire profectò,
Quamlibet immani proiectu corporis exstet,
Qui non sola nouem dispersis iugera membris
Obtineat, sed qui terrai totius orbem:
Non tamen æternum poterit perferre dolorem,
Nec præbere cibum proprio de corpore semper.
Sed Tityos nobis hic est, in amore iacentem
Quem volucres lacerant, atque exest anxius angor,
Aut alia quauis scindunt 4 torpedine curæ,
Sisyphus in vita quoque nobis ante oculos est,
Qui petere à populo fasces, sauáque secures
Imbibit, & semper victus, tristisque recedit.
Nam petere imperium, quod inane est, nec datur vnquam
Atque 5 in eo semper durum sufferre laborem,
Hoc est aduerso nixantem trudere monte
Saxum, quod tamẽ à summo iam vertice rursum
Voluitur, & plani raptim petit æquora campi.
Deinde animi ingratã naturã pascere semper,
Atque explere bonis rebus, satiaréque numquam:
Quod faciunt nobis annorum tempora, circùm
Cùm redeunt, fetúsque ferunt, variósque lepóres,
Nec tamen explemur vitai fructibus vnquam:
Hoc, vt opinor, id est, ævo florente puellas
Quod memorant, laticẽ pertusum cõgere in vas,
Quod tamen expleri nulla ratione potestur.
Cerberus & Furiæ iam verò, & lucis egenus
Tartarus horriferos eructans faucibus æstus.
1 Hæc neque sunt vsquam, neque possunt esse profectò,
Sed metus in vita pœnarum pro malefactis
Est insignibus insignis, sceleríque 2 luela
Carcer, & horribilis de saxo iactus 3 deorsum,
Verbera, carnifices robur, pix, lamina, tedæ:
Quæ tamen & si absunt, at mens sibi cõscia facti
Præmetuẽs, adhibet stimulos, torrétque flagellis:
Nec videt interea, qui terminus esse malorum
Possit, nec quæ sit pœnarum denique finis:
Atque eadem metuit magis hæc ne in morte graueſcant.
Hinc Acherusia fit stultorum denique vita.
Hoc etiam tibi tute interdum dicere possis:
Lumina sis oculis etiam bonus Ancius reliquit,
Qui melior multis, quàm tu, fuit, improbe, rebus.
Inde alij multi reges, rerúmque potentes
Occiderunt, magnis qui gentibus imperitarunt.
Ille quoque ipse, viam qui quondam per mare magnum
Strauit, itérque dedit legionibus ire per altum,
Ac pedibus salsas docuit 4 superire lacunas,
Et contempsit, 5 equis insultans, murmura pŏti,
Lumine adempto animam moribundo corpore fudit
Scipiades belli fulmen, Carthaginis horror,
Ossa dedit terræ proinde ac famul infumus esset.
Adde repertores doctrinarum, atque lepórum:
Adde Heliconiadum comites, quorum vnus Homerus
Sceptra potitus, eadem aliis sopitus quiete est.
Denique Democritũ postquam matura vetustas
Admonuit, memores motus languescere mentis,
Sponte sua leto caput obuius obtulit ipse.
Ipse Epicurus obit decurso lumine vitæ,
Qui genus humanũ ingenio superauit, & omnis
6 Præstrinxit, stellas exortus vti æthereus sol.
Tu verò dubitabis, & indignabere obire,
Mortua cui vita est propè iam viuo, atque videnti?
Qui somno partem maiorem conteris æui?
Et vigilans stertis, nec somnia cernere cessas,
Sollicitámque geris cassa formidine mentem?
Nec reperire potes, quid sit tibi sæpe mali, cùm
Ebrius vrgeris multis miser vndique curis,
Atque animi incerto fluitans, errore vagaris?

1 quid. mæres? al. martes. 2 al. decidit.
3 quid quod. al. qui. 4 in q.v. cuppedine.
5 q.c. idco.
1 qui. 2 in q.v. numela, vel vt in al. numella.
3 Lamb. deorsum. 4 al. superare.
5 quid. contusit equis. 6 quid. restrinxit.

Si possent homines, proinde ac sentire videntur
Pondus inesse animo, quod se grauitate fatiget,
Et quibus id fiat causis 1 cognoscere, & vnde
Tanta mali tanquam moles in pectore constet:
Haud ita vitam agerent, vt nunc plerumque videmus,
Quid sibi quisque velit, nescire, & quærere semper,
Commutare locum, quasi onus deponere possit,
Exit sæpe foras magnis ex ædibus ille,
Esse domi quem pertæsum'st, subitóque reuertit,
Quippe foris nihilo melius qui sentiat esse.
Currit agens mannos ad villam præcipitanter,
Auxilium tectis quasi ferre ardentibus instans.
Oscitat exemplo tetigit cùm limina villæ,
Aut abit in somnum grauis, atque obliuia quærit,
Aut etiam properans vrbem petit, atque reuisit.
Hoc se quisque modo fugit: 2 at, quem scilicet, vt fit,
Effugere haud potis est, ingratis hæret, & angit,
Propterea, morbi quia caussam non tenet æger.
Quam bene si videat, iam rebus quisque relictis
Naturam primùm studeat cognoscere rerum,

1 vulg. quoque noscere.
2 in q. v. ad quem vulg quod.

Temporis æterni quoniam, non vnius horæ,
Ambigitur status, in quo sit mortalibus omnis
Ætas post mortem, quæ restat cumque, 1 manenda,
Denique tantopere in dubiis trepidare periclis
Quæ mala nos subigit vitai tanta cupido?
2 Certè equidem finis vitæ mortalibus adstat,
Nec deuitari letum pote quin obeamus.
Præterea versamur ibidem, atq; insumus vsque.
Nec noua viuendo procuditur vlla voluptas.
Sed dum abest, quod auemus, id exsuperare videtur
Cetera, post aliud, cùm contigit illud, auemus,
Et sitis æqua tenet, vitai semper hiantis:
Posteraq; in dubio est, fortunâ quam vehat ætas,
Quidve ferat nobis casus, quive exitus instet.
Nec prorsum vitam ducendo, demimus hilum
Tempore de mortis, nec 3 delibare valemus,
Quo minus esse diu possimus morte perempti.
Proinde licet quotvis viuendo condere sæcla,
Mors æterna tamen nihilo minus illa manebit:
Nec minus ille diu iam non erit, ex hodierno
Lumine qui finem vitai fecit, & ille
Mensibus, atque annis qui multis occidit antè.

1 vulg. manendo. 2 al. Certa equidem in q. Certè quidem. 3 In q l. delibrare.

T. LVCRETII CARI

DE RERVM NATVRA, LIBER QVARTVS.

AVIA Pieridum peragro loca, nullius antè
Trita solo: iuuat integros accedere fontis,
Atque haurire, iuuátque nouos decerpere flores,
Insignémque meo capiti petere inde coronam,
Vnde prius nulli velarint tempora Musæ.
Primùm quòd magnis doceo de rebus, & artis
Religionum animum nodis exsoluere pergo:
Deinde, quod obscura de re tam lucida pango
Carmina, musæo contingens cuncta 1 lepore.
Id quoque enim non ab nulla ratione videtur.
Nam veluti pueris absinthia tetra medentes
Cum dare conantur, prius oras pocula circum
Contingunt mellis dulci, flauóque liquore,
Vt puerorum ætas improuida ludificetur
Labrorum tenus interea perpotet amarum
Absinthij laticem, deceptáque non capiatur,
Sed potius tali facto recreata valescat.
Sic ego nunc, quoniam hæc ratio plerumque videtur
Tristior esse, quibus non est tractata, retróque
Volgus abhorret ab hac, volui tibi suauiloquenti
Carmine Pierio rationem exponere nostram,
Et quasi museo dulci contingere melle:
Si tibi forte animum tali ratione tenere
Versibus in nostris possem, dum perspicis omnem
Naturam rerum, ac 1 præsentis vtilitatem.
Sed quoniam docui, cunctarum exordia rerum
Qualia sint, & quàm variis distantia formis
Sponte sua volitent æterno percita motu,
Quóque modo possint res ex his quæque creari:
Atque, animi quoniam docui natura quid esset,
Et quibus è rebus cum corpore compta vigeret,
Quove modo distracta rediret in ordia prima.
Nunc agere incipiam tibi, quod vehementer ad has res
Attinet, esse ea quæ rerum simulacra vocamus,
Quæ quasi membranæ summo de corpore rerum
Dereptæ volitant vltróque, citróque per auras:
Atque eadem nobis vigilantibus obuia mentes
Terrificant, atque in somnis, cùm sæpe figuras
Contuimur miras, simulacráque luce carentum:
Quæ nos horrificè languentis sæpe sopore
Excierunt, ne forte animas Acheronte reamur
Effugere, aut vmbras inter viuos volitare,
Néve aliquid nostri post mortem posse relinqui,

1 liquore.
2 f. persentis.

Cùm

Cùm corpus simul, atq; animi natura perempta
In sua discessum 1 dederunt primordia quaque.
Dico igitur rerum 2 effigias, tenuisq; figuras
Mittier ab rebus summo de 3 cortice earum:
Quæ quasi membrana, vel cortex nominitanda est:
Quòd speciem, ac formam similem gerit eius imago,
Cuiuscunque cluet de corpore fusa vagari,
Id licet hinc quamuis hebeti cognoscere corde.
Principio, quoniam mittunt in rebus apertis
Corpora res multa, partim diffusa solutè,
Robora ceu fumum mittunt, ignésque vaporem,
Et partim contexta magis, condensaq;, vt olim
Cum 4 veteris ponunt tunicas æstate cicadæ,
Et vituli cum membranas de corpore summo
Nascentes mittunt, & item cum lubrica serpens
Exuit in spinis vestem, nam sæpe videmus
Illorum spoliis vepres volitantibus auctas.
Hæc quoniam fiunt, tenuis quoque debet imago
Ab rebus mitti summo de corpore earum:
Nam, cur illa cadant magis, ab rebúsque recedant,
Quàm quæ tenuia sunt, 5 ostendi est nulla potestas.
Præsertim cùm sint in summis corpora 6 rebus
Multa minuta, iaci quæ possint ordine eodem,
Quo fuerint, 7 & conforma seruare figuram,
Et multò citiùs, quantò minus endopediri
Pauca queunt, vt sunt in prima fronte locata:
Nam certè 8 iacier ac tergeri multa videmus
Non solùm ex alto, penitúsque, vt diximus antè,
Verùm de summis ipsum quoque sæpe colorem:
Et volgò faciunt id lutea, 9 russáque vela,
Et ferruginea, cùm magnis intenta theatris
Per malos volgata, trabésque tremëtia 10 fluitãt.
Namque ibi consessum caueai subter & omnem
11 Scænai speciem patrum, matrumq;, Deorumq;
Inficiunt, cogúntque suo fluitare colore:
Et quanto circùm magè sunt inclusa theatri
Mœnia, tam magis hæc intus perfusa lepóre
Omnia conrident 12 conrepta luce diei.
Ergo lintea de summo cum corpore fucum
Mittunt, effigias quoque debent mittere tenuis
Res quaq;, ex summo quoniã iaculantur vtraq;.
Sunt igitur iam formarum vestigia 13 certa,
Quæ volgò volitant subtili prædita filo,
Nec singillatim possunt secreta videri.
Præterea omnis odos fumus, vapor, atque aliæ res
Consimiles, ideò diffusæ rebus abundant,
Ex alto quia dum veniunt intrinsecus ortæ,
Scinduntur per iter flexum, nec recta viarum
Ostia sunt, quà contendunt exire coortæ.
At contrà tenuis summi membrana coloris
Cum iacitur, nihil est, quod eam discerpere possit,
In promptu quoniam'st, in prima fronte locata.
Postremò in speculis, in aqua, splendoréque in omni
Quæcumq; apparẽt nobis simulacra, necesse est,
Quandoquidem simili specie sunt prædita rerum,
Esse imaginibus missis consistere eorum. (cedant,
Nam, cur illa cadant magis, ab rebúsque re-
1 Quàm quæ tenuia sunt, 2 ostendi est nulla potestas,
Sunt igitur tenues formarum, consimilésque
Effigiæ, singillatim quas cernere nemo
Cur possit, tamen assiduo, crebróque repulsu
Reiectæ reddunt speculorum ex æquore visum:
Nec ratione alia seruari posse videntur
Tantopere, vt similes reddantur cuique figuræ.
Nunc age, quàm tenui natura constet imago
Percipe: & imprimis quoniam primordia tantum
Sunt infra nostros sensus, tantóque minora,
Quàm quæ primũ oculi cœptant non posse tueri.
Nunc tamen id quoque vti confirmem, exordia rerum
Cunctarum quàm sint subtilia, percipe paucis.
Primũ animalia sunt iam partim tantula, eorũ
Tertia pars nulla vt possit ratione videri:
Harum intestinũ quoduis quale3 esse putandũ'st?
Quid cordis globus? aut oculi? quid membra? quid artus?
Quantula sunt? quid præterea primordia quaq;,
Vnde anima, atque animi constet natura, necessum'st?
Nónne vides, quàm sint subtilia, quámque minuta?
Præterea, quæcumque suo de corpore odorem
Exspirant acrem, panaces, absinthia tetra,
Abrotonique graues, & tristia centauria:
Horum vnumquoduis leuiter si forte 4 ciebis,
5 Quamprimum noscas rerum simulacra vagari
Multa modis multis, nullo vi, cassáque sensu,
Quorum quantula pars sit imago, dicere 6 nemo est
Qui possit, neque eam rationem reddere dictis.
Sed ne forte putes ea demum sola vagare,
Quæcumque ab rebus rerum simulacra recedunt,
Sunt etiam, quæ sponte sua gignuntur, & ipsa
Constituuntur in hoc cælo, qui dicitur aër:
Quæ mutata modis multis sublime feruntur,
Nec speciem mutare suam liquentia cessant,

1 al. dederint. 2 vulg. effigies.
3 vulg. corpore. 4 teretes.
5 Lamb. hiscendi. vulg ostendit. 6 al. rerum.
7 in al. v. cum forma. vulg. solitam & formæ. Lamb veterem. 8 al. iacere ac mergiri, corgeri, tergiri, vulg. iaculari. Lamb. emergere. 9 vulg. rufa. 10 al. fluctus q. circum. vulg. pendent.
11 in q. v. Scænali. vulg. Scænalem.
12 concepta. 13 al. cæca.

1 in quib. Versus hic antea est interiectus, Corpora, res multæ quæ mittunt corpore aperto.
2 vulg. ostendit. Lamb hiscendi.
3 quid eis vtẽdum est. al. quo quis volet esse putandum.
4 quid mouebis.
5 al. Quando potis noscas. 6 non est.

Et cuiusquemodi formarum vertere in ora.
Vt nubes facile interdum concrescere in alto
Cernimus, & mundi speciem violare serenam.
Aëra 1 mulgentes 2 motum. nam sæpe gigantum
Ora volare videntur & vmbram ducere latè:
Interdum montes magni, auolsáque saxa
Montibus anteire & solem succedere prater,
Inde alios trahere, atque inducere bellua nimbos.
Nunc ea quàm facili, & celeri ratione gerantur,
Perpetuoque fluant ab rebus lapsáque cedant.
Semper enim summum quidquid de rebus abundat,
Quod iaculantur: & hoc alias cũ peruenit in res,
Transit, vt, imprimis vestem: sed vbi aspera saxa,
Aut in materiem ligni peruênit, ibi iam
Scinditur, vt nullum simulacrum reddere possit.
At cum splendida quæ constant, opposta fuerunt,
Densáque, vt imprimis speculum'st, nihil 3 occidit horum:
Nam neque vti vestem, possunt transire, neque antè
Scindi, quàm meminit læuor præstare salutem.
Quapropter fit, vt hinc nobis simulacra 4 gerantur.
Et quamuis subitò, quouis in tempore, quamque
Rem contra speculum ponas, apparet imago:
Perpetuò fluere vt noscas è corpore summo
Texturas rerum tenuis, tenuisque figuras.
Ergo multa breui spatio simulacra geruntur,
Vt meritò celer his rebus dicatur origo.
Et quasi multa breui spatio summittere debet
Lumina sol, vt perpetuo sint omnia plena:
Sic à rebus item simili ratione necesse est
Temporis in punctò rerum simulacra ferantur
Multa modis multis in cunctas vndique partis:
Quandoquidem speculum 5 quodcumque 6 obuertimus oris,
Res tibi respondent simili forma atque colore.
Præterea modò cùm fuerit liquidissima cæli
Tempestas, perquàm subitò pt turbida fœdè
Vndiq; vti in tenebras omnis Acherunta rearis
Liquisse, & magnas cæli complesse cauernas.
Vsque adeò tetra nimborum nocte coorta,
Impendent atræ formidinis ora supernè:
Quorum quãtula pars sit imago, dicere nemo est
Qui possit, neque eam rationem reddere dictis.
Nunc age, quàm celeri motu simulacra ferantur,
Et quæ mobilitas ollis tranantibus auras
Reddita sit, longo vt spatio breuis hora 7 teratur,
In 8 quem quæq; locum diuerso numine tendãt,
Suauidicis potius, quàm multis versibus edam:
Paru⁹ vt est cygni melior canor, ille gruum quàm
Clamor in æthereis dispersus nubibus austri.

1 al. mulcentes.
2 al. motu. 3 al accidit.
4 vulg. redundent in q.l. resultent.
5 quid. quo, q. æris,
6 quid. aduertimus. 7 al. feratur.
8 quid. quemcumque.

Principio persæpe leuis res, atque minutis
Corporibus factas, celeris licet esse videre.
In quo iam genere est solis lux, & vapor eius,
Propterea quia sunt è primis facta minutis:
Quæ quasi 1 cuduntur, perque aëris interuallum
Non dubitant transire sequenti concita plaga.
Suppeditatur enim confestim lumine lumen,
Et quasi protelo stimulatur fulgure fulgur.
Quapropter simulacra pari ratione necesse est
Immemorabile per spatium transcurrere posse
Tẽporis in punctò: primum, quòd paruula caussa
Est procul à tergo quæ prouehat, atque propellat:
Deinde, quòd vsque adeò textura prædita rara
Mittuntur, facile vt quasius penetrare queãt res,
Et quasi permanare per aëris interuallum.
Præterea si, quæ penitus corpuscula rerum
Ex alto in terras mittuntur, solis vti lux,
Ac vapor, hæc punctò cernuntur lapsa diei
Per totum cæli spatium diffundere sese,
Pérque volare mare, ac terras, cælumque rigare,
2 Quod superà est, vbi tam volucri hæc leuitate feruntur:
Quid quæ sunt igitur in prima fronte parata,
Cùm iaciuntur, & emissum res nulla moratur,
Nonne vides citius debere, & longius ire?
3 Multiplicisque loci spatiũ transcurrere eodem
Tempore, quo solis porualgant lumina cælum,
Hoc etiam imprimis specime verum esse videtur,
Quàm celeri motu rerum simulacra ferantur,
Quod simul ac primùm sub diuo splendor aquaï
Ponitur, exiemplo cælo stellante, serena
Sidera respondent in aqua radiantia mundi.
Iamne vides igitur, quàm punctò tempore imago
Ætheris ex oris ad terrarum 4 accedat oras?
Quare etiam atque etiam 5 minima hæc fateare necesse est
Corpora, quæ feriant oculos, visúmque lacessant,
Perpetuoque fluant certis ab rebus 6 odores:
Frigus vt à fluuiis, calor à sole, æstus ab vndis
Æquoris, exesor mœrorum litora circum.
Nec variæ cessant voces volitare per 7 aures.
Denique in os salsi venit humor sæpe saporis,
Cùm mare versamur propter, dilutaque contrà
Cùm tuimur misceri absinthia, tangit amaror.
Vsque adeò omnibus ab rebus res quæque fluẽter
Fertur, & in cunctas dimittitur vndique partis.
Nec mora, nec requies inter datur vlla fluendi:
Perpetuò quoniam sentimus, & omnia semper
Cernere, odorari licet 8 & sentire sonare.
Præterea quoniam manibus tractata figura
In tenebris quædam, cognoscitur esse eadem, quæ
Cernitur in luce, & claro candore, necesse est
Consimili caussa tactum, visúmque moueri,

1 quid truduntur. 2 hic versus in v. q. ponitur sup. post illum, Est procul. 3 vulg. multiplexque. 4 vulg. cecidisset. 5 Ita Lamb. mitti. quid. mira. 6 Lamb. obortu.
7 al. auras. in q.l. pro aures.
8 vulg. sonorem. Lamb. exaudire sonorem.

Nunc

Nunc igitur, si quadratum tentamus, & id nos
Commouet in tenebris, in luci quæ poterit res
Accidere ad speciem, quadrata nisi eius imago?
Esse in imaginibus quapropter caussa videtur
Cernendi, neque posse sine his res vlla videri.
Nunc ea quæ dico rerum simulacra, feruntur
Vndique, & in cunctas iaciuntur didita partis.
Verùm nos oculis quia solis cernere quimus,
Propterea fit, vti speciem quò vertimus, omnes
Res ibi eam contrà seriant formã, atque colore.
Et quantùm quæque à nobis res absit, imago
Efficit, vt videamus, & internoscere curat.
Nam cùm mittitur, extemplò 1 procudit, agitq;
Aëra, qui inter se cumque est, oculosque locatus:
Isque ita per nostras acies perlabitur omnis,
Et quasi perterget pupillas, atque ita transit,
Propterea fit, vti videamus quàm procul absit
Res quæq;: & quanto plus aeris antè agitatur,
Et nostros oculos perterget longior aura,
Tam procul esse magis res quæq; remota videtur.
Scilicet hæc summè celeri ratione geruntur,
Quale sit vt videamus, & vnà quã procul absit,
Illud in his rebus minimè mirabile habendum'st,
Cur ea, quæ feriant oculos simulacra, videri
Singula cum nequeant, res ipsæ perspiciantur.
Ventus enim quoque paullatim cùm verberat, & cum
Acre ferit frigus, non priuam quamque solemus
Particulam venti sentire, & frigoris eius,
Sed magis vniuorsum, fierique perinde videmus
Corpore tum plagas in nostro, tãquam aliqua res
Verberet, atque sui det sensum corporis extrà,
Præterea lapidem digito cùm tundimus, ipsum
Tangimus extremum saxi, summúmque colorem:
Nec sentimus eum tactu, verùm magis ipsam
Duritiem penitus saxi sentimus in alto.
Nunc age, cur vltra speculum videatur imago,
Percipe, nam certè penitus 3 remota videtur.
Quod genus illa, foris quæ verè transpiciuntur,
Ianua cùm per se transpectum præbet apertum,
Multa facitque foris ex ædibus vt videantur.
4 Ipse etenim duplici geminóque sit aere visus.
Primus enim est, citra posis 5 quum cernitur aer,
Inde fores ipsæ dextrà, lauáque sequuntur.
Post extraria lux oculos perterget, & aer
Alter, & illa foris quæ verè transpiciuntur.
Sic vbi se primùm speculi proiecit imago,
Dum venit ad nostras acies, procudit, agitque
Aera, qui inter se cumque est, oculosq; locatus:
Et facit, vt priùs hunc omnem sentire queamus,
Quam speculum. sed vbi speculum quoq; sensimus ipsum,
Continuò 6 hæc in id, à nobis quæ fertur imago,
Peruenit, & nostros oculos reiecta reuisit,
Atque alium præ se propellens aera voluit,
Et facit, vt priùs hunc, quàm se videamus: eoq;

1 q. protrudit
2 al. aliquæ. 3 al. semota.
4 al. tamen, is quoque enim:
5 vulg. qui.
6 vulg. à nobis in eum.

Distare à speculo tantùm 1 remota videtur.
Quare etiam atque etiã minimè 2 mirari par est
Illis, quæ reddunt speculorum ex æquore visum
3 Aeribus binis, quoniam res consit 4 vtraque.
Nunc ea, quæ nobis membrorum dextera pars est,
In speculis sit vt læua videatur, eò quòd
Planicie ad speculi veniens cùm offendit imago,
Non conuertitur incolumis, sed recta retrorsum
Sic eliditur, vt si quis prius, arida quàm sit
5 Cretea persona, allidat pilæve trabive,
Atque ea continuò rectam si fronte figuram
Seruet, & elisam retrò sese exprimat ipsa,
Fiet vt antè oculus fuerit qui dexter, hic idem
Nunc sit lævus, & è lævo sit mutua dexter.
Fit quoque, de speculo in speculum vt tradatur imago:
Quinque etiam 6 sex vt fieri simulacra fuerint.
Nam quæcumque retro parte interiore latebunt,
Inde tamen, quamuis torte, penitúsque remota
Omnia, per flexos aditus educta licebit
Pluribus hæc speculis videantur in ædibus esse.
Vsque adeò è speculo in speculũ tralucet imago,
Et cùm læua data est, fit rursum, vt dextera fiat:
7 Inde retrorsum reddit, & conuertit eòdem.
Quinetiam quæcumque latuscula sint speculorum
Adsimili lateris flexura prædita nostri:
Dextera ea propter nobis simulacra remittunt,
Aut quia de speculo in speculum transfertur imago,
Inde ad nos elisa bis adnolat: aut etiam quòd
Circumagitur, cùm venit imago, propterea quòd
Flexa figura docet speculi conuertier ad nos.
Endogredi porrò pariter simulacra, pedémque
Ponere nobiscum credas, gestúmque imitari,
Propterea quia, de speculi qua parte recedas,
Continuò nequeunt illinc simulacra reuerti:
Omnia quandoquidem cogit natura referri,
Ac resilire ab rebus ad æquos reddita flexus.
Splendida porrò oculi fugitant, vitántq; tueri:
Sol etiam cæcat, contra si 8 cernere pergas,
Propterea quia vis magna est ipsius, & altè
Aera per purum grauiter simulacra feruntur,
Et feriunt oculos turbantia composituras.
Præterea splendor, quicũque est acer, adurit
Sæpe oculos, ideò quòd semina possidet ignis
Multa, dolorem oculis quæ gignunt insinuando.
Lurida præterea fiunt quæcumque tuentur
Arquati, quia luroris de corpore eorum
Semina multa fluunt simulacris obuia rerum,
Multáque sunt oculis in eorum denique mixta,
Quæ contage sua palloribus omnia pingunt.
E tenebris autem, quæ sunt in luce, tuemur.
Propterea, quia cum propior calignis aer
Ater init oculos prior, & possidit apertos,
Insequitur candens confestim lucidus aer,

1 al. remota. 2 al. mirari est par.
3 Acièbus. 4 vulg. vtroque. al. vtrinque.
5 vulg. Cerea.
6 al. sexve. 7 Lamb addidit, se.
8 al. tendere.

Qui quasi purgat eos, ac nigras discutit vmbras
Aeris illius: nam multis partibus hic est
Mobilior, multisq; minutior, & magè pollens.
Qui simul atque vias oculorum luce repleuit,
Atque patefecit, quas antè obsederat ater,
Continuò rerum simulacra adaperta sequuntur,
Quæ sita sunt in luce, lacessuntq; vt videamus.
Quod contrà facere in tenebris è luce nequimus,
Propterea, quia posterior calignis aer
Crassior insequitur, qui cuncta foramina complet,
Obsidit q; vias oculorum, ne simulacra
Possint vllarum rerum coniecta moueri.
Quadratas q; procul turris cùm cernimus vrbis,
Propterea fit, vti videantur sæpe rotundæ,
Angulus obtusus quia longè cernitur omnis,
Siue etiam potiùs non cernitur, ac perit eius
Plaga, nec ad nostras acies 1 perlabitur ictus:
Aera per multum quia dū simulacra feruntur,
Cogit hebescere eum crebris offensibus aer:
Hinc vbi suffugit sensum simul angulus omnis,
Fit, quasi vt ad 2 tornum saxorum structa tuantur,
Non tamen vt corā quæ sunt, veréque rotunda,
Sed quasi adumbratim paullum simulata videntur.
Vmbra videtur item nobis in sole moueri,
Et vestigia nostra sequi gestúmque imitari,
Aëra si credas priuatum lumine posse
Endogredi, motus hominū, 3 gestúsque sequentem:
Nam nihil esse potest aliud nisi lumine cassus
Aër, id quod nos vmbram perhibere suëmus.
Nimirum, quia terra locis ex ordine certis
Lumine priuatur solis, quacumque meantes
Officimus, repletur item, quod liquimus eius.
Propterea fit, vti videatur, quæ fuit vmbra
Corporis, è regione eadem nos vsque secuta.
Semper enim noua se radiorum lumina fundunt,
Primáque dispereunt, 4 quasi in ignem lana trahatur.
Propterea facilè & spoliatur lumine terra,
Et repletur item, nigráque sibi abluit vmbras.
Nec tamen hic oculos falli concedimus hilum.
Nā quocumque loco sit lux, atque vmbra, tueri
Illorum'st. eadem verò sint lumina, nécne,
Vmbráque, quæ fuit hic, eadem num transeat illuc,
An potiùs fiat, paullo quod diximus antè,
Hoc animi demum ratio discernere debet:
Nec possunt oculi naturam noscere rerum,
Proinde animi vitium hoc oculis adfingere noli.
Qua vehimur naui, fertur, cum stare videtur:
Quæ manet in statione ea præter creditur ire:
Et fugere ad puppim colles, campiq; videntur,
Quos agimus præter nauim, velisq; volamus.
Sidera cessare æthereis adfixa cauernis
Cuncta videntur, & assiduo sunt omnia motu;
Quandoquidem longos obitus exorta reuisunt,

1 vulg delabitur, inl. bitur al. adlabitur.
2 Lamb. quasi tornata vt 3 gestúmque.
4 al. quasi margine, al. quasi imagine.

Cum permensa suo sunt cælum corpore claro.
Solq; pari ratione manere, & luna videtur
In statione, ea quæ ferri res indicat ipsa.
Exstantesq; procul medio de gurgite montes.
Classibus inter quos liber patet exitus, iidem
Apparent: & longè diuolsi licet, ingens
Insula coniunctis tamen ex his vna videtur.
Atria versari, & circumcursare columnæ
Vsque adeò fit vti pueris videantur, vbi ipsi
Desierunt verti, vix vt iam credere possint,
Non supra sese ruere omnia tecta minari.
Iámque rubum tremulis iubar ignibus erigere altè
Cùm cœptat natura, supraq; extollere montes:
Quos tibi 1 tum supra sol montis esse videtur,
Comminus ipse suo contingens feruidus igni:
Vix absunt nobis missis bis mille sagittæ,
Vix etiam cursus quingentos sæpe veruti.
Inter eos, solémque iacent immania ponti
Æquora, substrata æthereis ingentibus oris:
Interiectaq; sunt terrarum millia multa,
Quæ varias retinent gentes & secla ferarum.
At 2 coniectus aquæ digitum non altior vnum,
Qui lapides inter sistit perstrata viarum,
Despectum præbet sub terras impete tanto,
A terris quantum cæli patet altus hiatus:
Nubila despicere, & cælum vt videare videre, &
Corpora 3 mirandè, sub terras abdita cælo.
Denique, vbi in medio nobis equus acer 4 obhesit
Flumine, & in rapidas amnis despeximus vndas:
Stantis equi corpus transuorsum ferre videtur
Vis, & in aduersum flumen contrudere raptim.
Et quocumque oculos traiecimus, omnia ferri,
Et fluere adsimili nobis ratione videntur.
Porticus æquali quamuis est denique ductu,
Stansq; in perpetuum paribus suffulta columnis,
Longè tamen parte ab summa cum tota videtur,
Paullatim trahit angusti fastigia coni,
Tecta solo iungens, atque omnia dextera lænis,
Donec in obscurum coni conduxit acumen.
In pelago nautis ex vndis ortus, in vndis
Sol fit vti videatur obire, & condere lumen:
Quippe vbi nihil aliud nisi aquam, cælúmque tuentur,
5 Ne leniter credas labefactari vndique sensus.
At maris ignaris in portu clauda videntur
Nauigia, aplustris fractis, obnitier 6 vndis.
Nam quacumque supra rorem salis edita pars est
Remorum, recta est, & recta superne 7 guberna:
8 Quæ demersa liquore obeunt, refracta videntur
Omnia conuerti: sursúmque supina reuerti,
Et reflexa prope in summo fluuitare liquore.
Raraq; per cœlum cum ventis nubila portant
Tempore nocturno, tum splendida signa videntur

1 q. vbi tum, 2 al. coniectus. in q. vulg. commictus. 3 quid. mirandæ. vulg. mirando.
4 Lamb. adhesit. 5 vulg. Nec. malè.
6 q. vndas.
7 q. gubernat. Lamb. in q. superna 8 Qua.

Labier

Labier aduersum nimbos, atq; ire supernè
Longè aliam in partem, quàm quò ratione feruntur.
At si forte oculo manus vni subdita subter
Pressit, cum quodam sensu fit, vti videantur
Omnia, quæ tuimur, fieri tum bina tuendo,
Bina lucernarum florentia lumina flammis,
Binaq; per totas ædis geminare supellex:
Et duplicis hominum facies, & corpora bina.
Deniq; cum suaui deuinxit membra sopore
Somnus, & in summa corpus iacet omne quiete:
Tum vigilare tamen nobis, & membra mouere
Nostra videmur, & in noctis caligine cæca
Cernere censemus solem, lumenq; diurnum,
Concluso q; loco cælum, mare, flumina, montes
Mutare, & campos pedibus transire videmur:
Et sonitus audire, seuera silentia noctis
Vndique cũ constent, & reddere dicta tacentes.
Cætera de genere hoc mirando multa videmus,
Quæ violare fidem quasi sensibus omnia quærũt,
Nequidquam, quoniam pars horum maxima fallit
Propter opinatus animi, quos addimus ipsi,
Pro visis vt sint, quæ non sunt sensibus visa.
Nam nihil egregius est, quàm res discernere apertas
A dubiis, animus quas ab se protinus abdit.
Deniq; nihil sciri siquis putat, id quoq; nescit,
An sciri possit, [1] quom se nihil scire fatetur.
Hunc igitur contra mittam contendere caussam,
Qui capite ipse suo instituit vestigia retro.
Et tamen hoc quoque vti concedam scire, at id ipsum
Quæram, cùm in rebus veri nihil viderit ante,
Vnde sciat, quid sit scire, & nescire vicissim,
Notitiam veri quæ res, falsiq; crearit,
Et dubium certo quæ res differre probarit.
Inuenies primis ab sensibus esse creatam
Notitiam veri, neq; sensibus posse refelli:
Nam maiore fide debet reperirier illud,
Sponte sua veris quod possit vincere falsa.
Quid maiore fide porrò quàm sensus haberi
Debet? an ab sensu falso ratio orta, valebit
Dicere eos contra, quæ tota ab sensibus orta est?
Qui nisi sint veri, ratio quoque falsa fit omnis.
An poterunt oculos aures reprehendere? an auris
Tactus? an hunc porrò tactum sapor arguet oris?
An confutabunt nares, oculive reuincent?
Non, vt opinor, ita est. nam seorsum cuique potestas
Diuisa est, sua vis cuique est, ideoq; necesse est,
[2] Quod molle, aut durum'st, gelidum feruénsve, seorsum
Id molle aut durum, gelidum, feruénsve videri:
Et seorsum varios rerum sentire colores,
Et quæcumque coloribus sunt coniuncta necesse est.
Seorsus item sapor oris habet vim, seorsus odores
Nascuntur, seorsum sonitus: ideoq; necesse est

1 vulg. quo. 2 vulg. aliter multo.

Non possint alios alij conuincere sensus.
Nec porrò poterunt ipsi reprendere sese:
Æqua fides quoniam debebit sempet haberi.
Proinde, quod in quoque est his visum tempore, verum'st.
Et si non poterit ratio dissoluere caussam,
Cur ea, quæ fuerint iuxtim quadrata, procul sint
Visa rotunda: tamen præstat rationis egentem
Reddere mendosè caussas vtriusq; figura,
Quàm manibus manifesta suis emittere[1] quæq;
Et violare fidem primam, & conuellere tota
Fundamenta, quibus nixatur vita, salusq;.
Nõ modò enim ratio ruat omnis, vita quoq; ipsa
Concidat extemplò, nisi credere sensibus ausis,
Præcipitisq; locos vitare, & cetera, quæ sint
In genere hoc fugienda sequi, contraria quæ sint
Illa tibi est igitur verborum copia cassa.
Deniq; vt in fabrica, si praua est regula prima,
Normaq; si fallax rectis regionibus exit,
Et libella aliqua si ex parti claudicat hilum,
Omnia mendosè fieri, atq; [2] obstipa necessum'st,
Praua, cubantia, prona, supina, atque absona tecta,
Iam ruere vt quædam videantur velle, ruantq;
Prodita iudiciis fallacibus omnia primis:
Sic igitur ratio tibi rerum praua necesse est,
Falsaque sit, falsis quæcumque ab sensibus orta est.
Nunc alij sensus quo pacto quisq; suam rem
Sentiat, haudquaquam ratio scruposa relicta est.
Principio auditur sonus, & vox omnis, in auris
Insinuata suo pepulere vbi corpore sensum,
Corpoream quoque enim vocem constare fatendum'st,
Et sonitum, quoniam possunt impellere sensus.
Præterradit enim vox fauces sæpe facitq;
Asperiora foris gradiens arteria clamor.
Quippe, per angustum turba maiore coorta
Ire foras vbi cœperunt primordia vocum:
Scilicet expleris quoq; ianua raditur oris.
Haud igitur dubium'st, quin voces, verbáque constent
Corporeis è principiis, vt ladere possint.
Nec te fallit item, quid corporis auferat, & quid
Detrahat ex hominum neruis, ac viribus ipsis
Perpetuus sermo nigra: noctis ad vmbram,
Aurorę perductus ab exoriente nitore,
Præsertim si cum summo est clamore profusus.
Ergo corpoream vocem constare necesse est,
Multa loquẽs quoniam amittit de corpore partẽ.
Nec simili penetrant auris primordia forma,
Cum tuba depresso grauiter sub murmure mugit,
[3] Et reboat raucum retrocita barbara bombum
Vallibus & cygni [4] nece torti ex Heliconis
Cùm liquidam tollunt lugubri voce querelam.

1 al. quæquam. vulg. quoquam. 2 al. obstita.
3 Lamb hunc tollit. vulg. reuocat. in q. barbita. 4 quid. nece detorti. al & gelida cygni: nece torti ex antro. Lamb. gelidis orti ex Helic.

Haſce igitur penitus voces cùm corpore noſtro
Exprimimus, rectóque foras emittimus ore,
Mobilis articulat verborum dædala lingua,
Formaturáque labrorum pro parte figurat.
Aſperitas autem vocis ſit ab aſperitate
Principiorum, & item læuor læuore creatur.
Ac, vbi non longum ſpatium'ſt, vnde illa profecta
Perueniat vox quæque, neceſſe eſt verba quoque ipſa
Planè exaudiri, diſcernique articulatim:
Seruat enim formaturam, ſeruatque figuram.
At ſi interpoſitum ſpatium 1 ſit longius æquo,
Aera per multum confundi verba neceſſe eſt,
Et conturbari vocem, dum tranſuoluat auras.
Ergo ſit, ſonitum vt poſſis audire, neque 2 illa
Internoſcere, verborum ſententia quæ ſit.
Vſque adeò confuſa venit vox, inque pedita,
Præterea edictum ſæpe vnum perciet auris
Omnibus in populo miſſum præconis ab ore.
In multas igitur voces vox vna repentè
Diffugit, in priuas quoniam ſe diuidit auris,
Obſignans formam verbis, clarumque ſonorem.
At, quæ pars vocum non auris incidit ipſas,
Præterlata perit fruſtrà diffuſa per auras:
Pars ſolidis adliſa locis reiecta ſonorem
Reddit: & interdum fruſtratur imagine verbi.
Quæ bonè cum videas, rationem reddere poſſis
Tute tibi, atque aliis, quo pacto per loca ſola,
Saxa paris formas verborum ex ordine reddant,
Palantis comites cùm montes inter opacos
Quærimus, & magna diſperſos voce ciemus.
Sex etiam ſeptem loca vidi reddere voces,
Vnam cùm iaceres: ita colles collibus ipſis
Verba 3 repulſantes iterabant dicta 4 referre
Hæc loca capripedes Satyros, nymphaſq; tenere
Finitimi fingunt, & Faunos eſſe loquuntur:
Quorum noctiuago ſtrepitu, ludóque iocanti
Adfirmant vulgò taciturna ſilentia rumpi,
Chordarúmque ſonos fieri, dulcéſque querelas,
Tibia quas fundit digitis pulſata canentum,
Et genus agricolûm latè ſentiſcere, cùm Pan
Pinea ſemiferi capitis velamina quaſſans,
Vnco ſæpe labro calamos percurrit hiantis,
Fiſtula ſilueſtrem ne ceſſet fundere muſam.
Cetera de genere hoc monſtra, ac portenta loquuntur.
Ne loca deſerta ab diuis quoque forte putentur
Sola tenere, ideò iactant miracula dictis,
Aut aliqua ratione alia ducuntur: vt omne
Humanum genus eſt auidum nimis auricularũ.
Quod ſupereſt, non eſt mirandum, qua ratione
Quæ loca per ne queunt oculi res cernere apertas,
Hæc loca per voces veniant, auriſque laceſſant.
Conloquium clauſis foribus quoque ſæpe 5 tenemus:
Nimirum, quia vox per flexa foramina rerum
Incolumis tranſire poteſt, ſimulachra renutant:

1 quid. fit. 2 vulg. illam.
3 al. propulſantes. 4 al. referri.
5 q. videmus

Perſcinduntur enim, niſi recta foramina tranant:
Qualia ſunt vitri, ſpecies quæ 1 trameat omnis.
Præterea partis in cunctas diuiditur vox:
Ex alijs alia quoniam gignuntur, 2 vbi vna
Diſſiluit ſemel in multas exorta, quaſi ignis
Sæpe ſolet ſcintilla ſuos ſe ſpargere in ignis.
Ergo replentur loca vocibus, abdita retrò
Omnia quæ circùm fuerint ſonitúque cientur.
At ſimulacra viis directis omnia tendunt,
Vt ſunt miſſa ſemel. quapropter cernere nemo
Se ſuprà potis eſt, at voces accipere extra.
Et tamen ipſa quoque hæc dum tranſit clauſa viarum
Vox, obtunditur, atque auris confuſa penetrat:
Et ſonitum potius, quàm verba, audire videmur.
3 Hæc quis ſentimus ſuccum, linguæ atque palatum,
Pluſculum habent in ſe rationis, 4 pluſ operaiq;
Principio ſuccum ſentimus in ore cibum cùm
Mandendo exprimimus: ceu plenam ſpongiam aquai
Si quis forte manu premere, exſiccaréque cœpit.
Inde quod exprimimus, per caulas omne palati
Diditur, & rarè per plexa foramina linguæ.
Hæc vbi læuia ſunt manantis corpora ſucci,
Suauiter attingunt, & ſuauiter omnia tractant
Humida linguai circùm ſudantia templa:
At contrà pungunt ſenſum, lacerántque coorta,
Quanto quæque magis ſunt aſperitate repleta,
Deinde voluptas eſt è ſucco in fine palati:
Cùm verò deorſum per fauces præcipitauit,
Nulla voluptas eſt, dum diditur omnis in artus.
Nec refert quidquàm, quo victu corpus alatur,
Dummodò, quod capias, concoctum didere poſſis
Artibus, & ſtomachi humectum ſeruare tenorem.
Nunc aliis alius cur ſit cibus, vt videamus,
Expediam, quaréve, aliis quod triſte, & amarum'ſt,
Hoc tamen eſſe aliis poſſit 5 prædulce videri,
Tantáque in his rebus diſtantia, differitáſque eſt,
Vt quod aliis cibus eſt, aliis fuat acre venenum,
Eſt vtique vt ſerpens hominis quæ tacta ſaliuis
Diſperit, ac ſeſe mandendo conficit ipſa.
Præterea nobis veratrum'ſt acre venenum,
At capris adipes, & coturnicibus auget.
Id quibus vt fiat rebus cognoſcere poſſis.
Principio meminiſſe decet quæ diximus antè.
Semina multimodis in rebus mixta 6 tenere.
Porrò omnes, quæcunque cibum capiunt animantes,
Vt ſunt diſſimiles extrinſecus, & generatim
Intima membrorum 7 circumtextura coërcet,
Proinde & ſeminibus diſtant, variántque figuris.

1 q. trauolat. 2 Lamb. vbi iam. in vet. vbina. vbinu, vbinam. 3 al Hoc qui. 4 al. plus operai Lamb. pluſque operai. 5 al. eſt, perdulce.
6 al. teneri. 7 al. circumexſura.

Semina

Semina cùm porrò distent, differre necesse est
Interualla, viasq; foramina quæ perhibemus,
Omnibus in membris, & in ore, ipsoque palato.
Esse minora igitur quædam, maioraq; debent,
Esse triquetra alijs, alijs quadrata necesse est,
Multa rotunda, modis multis multangula quædam:
Namque figurarum vt ratio, motúsque reposcunt,
Proinde foraminibus debent differre figuræ,
Et variare vias, proinde ac textura coercet.
Hinc vbi quod suaue est alijs, alijs sit amarum.
Illis, queis suaue est, lauissima corpora debent
Contrectabiliter caulas intrare palati:
At contrà, quibus est eadem res intus acerba,
Aspera nimirum penetrant, hamataq; sauces.
Nunc facilè ex his est rebus cognoscere quæque.
Quippe vbi cui febris bili superante coorta est,
Aut alia ratione aliqua est vis excita morbi,
Perturbatur ibi totum iam corpus, & omnes
Commutantur ibi posituræ principiorum:
Fit, priùs ad sensum vt quæ corpora conueniebant,
Nunc non conueniant, & cetera sint magis apta,
Quæ penetrata queunt sensum progignere acerbum.
Vtraque enim sunt in mellis commista sapore,
Id quod iam superà tibi sæpe ostendimus antè.
Nunc age quo pacto naris adiectus odoris
Tangat, agam. primùm res multas esse necesse est,
Vnde fluens [1] voluat varius se fluctus odorum,
Nam fluere, & mitti volgò, spargique putandum'st.
Verùm aliis alius magis est animantibus aptus
Dissimilis propter formas. ideoq; per auras
Mellis apes quamuis [2] longè ducuntur odore,
Volturiique cadaueribus: tum fissa ferarum
Vngula quò tulerit gressum, [3] promissa canum vis
Ducit: & humanum longè [4] præsentit odorem
Romulidarum arcis seruator candidus anser.
Sic alijs alius nidor datus, ad sua quemque
Pabula ducit, & à retro resilire veneno
Cogit, eóque modo seruantur sæcla ferarum.
Hic odor ipse igitur, naris quicumque lacessit,
Est, alio vt possit permitti longiùs alter.
Sed tamen haud quisquam tam longè fertur eorum,
Quàm sonitus, quàm vox, mitto iam dicere, quàm res,
Quæ feriunt oculorum acies, visúmq; lacessunt.
Errabundus enim tardè venit, ac perit antè
Paullatim facilis distractus in aeris auras:
Ex alto primùm quia vix emittitur ex re.
Nam penitus fluere, atque recedere rebus odores
Significat, quòd fracta magis redolere videntur
Omnia, quòd contrita, quòd igni [5] concalefacta.
Deinde videre licet maioribus esse creatum

1 al. soluat 2 vulg. longo. 3 vulg. permissa.
4 præsensit. 5 al. conlabefacta.

Principijs [1] quàm vox, quoniam per saxea sæpta
Non penetrat, qua vox volgò, sonitúsque, feruntur.
Quare etiam quod olet, non tam facile esse videbis
Inuestigare in qua sit regione locatum:
Refrigescit enim cunctando plaga per auras,
Nec calida ad sensus [2] decurrit nuntia rerum.
Errant sæpe canes itaque, & vestigia quærunt.
Nec tamen hoc solis in odoribus, atque saporum
In genere est: sed item species rerum, atq; colores
Non ita conueniunt ad sensus omnibus omnes,
Vt non sint aliis quædam magis acria visu.
Quinetiam gallum noctem explaudentibus alis
Auroram clara consuetum voce vocare,
[3] Nenu queunt rapidi contra constare leones,
Inq; tueri, ita continùo meminere fugai:
Nimirum, quia sunt gallorum in corpore quædã
Semina, quæ, cum sunt oculis immissa leonum
Pupillas interfodiunt, acrémque dolorem
Præbent vt nequeant contrà durare feroces:
Cùm tamen hæc nostras acies nihil lædere possint,
Aut quia non penetrant, aut quòd penetrantibus illis
Exitus ex oculis liber datur, in remeando
Lædere ne possint ex vlla lumina parte.
Nunc age, quæ moueant animum res accipe, & vnde,
Quæ veniunt, veniant in mẽtem, percipe paucis.
Principio hoc dico, rerum simulacra vagari
Multa modis multis in cunctas vndique partis
Tenuia, quæ facilè inter se iunguntur in auris,
Obuia cùm veniunt, vt aranea, bracteaq; auri.
Quippe etenim multo magis hæc sunt tenuia textu,
Quàm quæ [4] percutiunt oculos, visúmque lacessunt:
Corporis hæc quoniam penetrant per rara: cientque
Tenuem animi naturam intus, sensúmque lacessunt.
Centauros itaque, & Scyllarum membra videmus,
Cerbereáſque canum facies, simulacráque eorum
Quorum morte obita tellus amplectitur ossa:
[5] Omne genus quoniam passim simulacra feruntur,
Partim sponte sua quæ fiunt aere in ipso:
Partim quæ varijs ab rebus cumque recedunt:
Et quæ confiunt ex horum facta figuris.
Nam certè ex viuo Centauri non fit imago,
Nulla fuit quoniam talis natura [6] animantis.
Verùm vbi equi, atque hominis casu [7] concurrit imago,

1 al. voci. 2 al. decurrunt. 3 Lamb. Hunc nequeunt. al. Quem in q v. nec nequeunt.
4 vulg. percipiunt oculos, al. oculi.
5 Omnigenum.
6 al. animantum.
7 al. conuenit. q. accrescit.

Hereſcit facilè extemplo, quod diximus antè,
Propter ſubtilem naturam, & tenuia texta.
Cetera de genere hoc eadem ratione creantur.
Quæ cùm mobiliter ſumma leuitate feruntur,
Vt priùs oſtendi, facile vno commouet ictu
Quælibet vna animum nobis ſubtilis imago:
Tenuis enim mens eſt, & mirè mobilis ipſa.
Hæc fieri, vt memoro, facilè hinc cognoſcere poſſis,
Quatinus hoc ſimile eſt oculis, quod mente videmus,
Atque oculis [1] ſimili fieri ratione neceſſe eſt:
Nunc igitur docui quoniam me forte [2] leones
Cernere per ſimulacra, oculos quæcumque laceſſunt:
Scire licet mentem ſimili ratione moueri
Per ſimulacra leonum cetera, quæ videt æquè,
Nec minus, atque oculi, niſi quod mage tenuia cernit.
Nec ratione alia, cùm ſomnus membra profudit,
Mens animi vigilat, niſi quòd ſimulacra laceſſunt
Hæc eadem noſtros animos, quæ, cùm vigilamus:
Vſqueadeò, certè vt videamur cernere eum, quem
Reddita vitai iam mors, & terra potita eſt.
Hoc ideò fieri cogit natura, quòd omnes
Corporis [3] offecti ſenſus per membra quieſcunt,
Nec poſſunt falſum veris conuincere rebus
Præterea meminiſſe iacet, languétque ſopore,
Nec diſſentit eum mortis, letiq; potitum
Iampridem, quem mēs viuum ſe cernere credit.
Quod ſupereſt, non eſt mirum ſimulacra moueri,
Brachiaq; in numerum iactare, & cetera membra.
Nam fit, vt in ſomnis facere hoc videatur imago.
Quippe, vbi prima perit, alioq; eſt altera nata
[4] Endo ſtatu, prior hæc geſtum mutaſſe videtur.
Scilicet id fieri celeri ratione putandum'ſt.
[5] Tanta eſt mobilitas, & rerum copia tanta,
Tantaq; ſenſibili quouis eſt tempore in vno,
Copia particularum vt poſſit ſuppeditare.
Multáque in his rebus [6] quæruntur, multáque nobis
Clarandum'ſt, planè ſi res exponere auemus.
Quæritur imprimis, quare, quod cuique lubido
Venerit, extemplò mens cogitet eius idipſum.
Anne voluntatem noſtram ſimulacra tuentur?
Et ſimulac volumus, nobis obcurrit imago?
Si mare, ſi terram cordi eſt, ſi denique cælum,
Conuentus hominum, pompam, cōtiuia, pugnas,
Omnia ſub verbōne creat natura, parátque?
Cùm præſertim aliis eādem in regione, locóque
Longè diſſimilis animus res cogitet omnis?
Quid porrò, in numerum procedere cùm ſimulacra
Cernimus in ſomnis, & mollia membra mouere

1 vulg. ſimilis. 2 al. leonum. 3 al. affecti vulg. effecti. 4 al. inde. 5 Tres hos verſus inducit Lamb. 6 al. quærendum.

Mollia mobiliter cum alternis brachia mittunt?
Et repetunt oculis geſtum pedo conuenienti?
Scilicet arte [1] madent ſimulacra, & docta vagantur,
Nocturno facere vt poſſint in tempore ludos?
An magis illud erit vnum, quia tempore in vno
[2] Conſentimus, id eſt, cùm vox emittitur vna,
Tempora multa latent, ratio quæ comperit eſſe:
Propterea fit, vti quouis in tempore quæque
Præſtò ſint ſimulacra locis in queiſque parata?
Tanta eſt mobilitas, & rerum copia tanta.
Et quia tenuia ſunt, niſi quæ contendit, acutè
Cernere non potis eſt animus. proinde omnia, quæ ſunt
Præterea, pereunt, niſi ſic ſeſe ipſe parauit.
Ipſe parat ſeſe porrò, ſperátque futurum,
Vt videat, quod conſequitur rem quamque: ſit ergo.
Nónne vides, oculos etiam, cùm, tenuia quæ ſint,
Cernere cœperunt, contendere ſe, atque parare:
Nec ſine eo fieri poſſe, vt cernamus acutè?
Et tamen in rebus quoque apertis noſcere poſſis,
Si non aduortas animū proinde eſſe quaſi omni
Tempore [3] ſemotum fuerit, longéque remotum.
Cur igitur mirum'ſt, animus ſi cetera perdit,
Præter, quàm quibus eſt in rebus deditus ipſe?
Deinde adopinamur de ſignis maxima paruis,
Ac nos in fraudē induimus, [4] fruſtramur id ipſi.
Fit quoque, vt interdum non ſuppeditetur imago
Eiuſdem generis, ſed femina quæ fuit antè,
In manibus vir tum factus videatur adeſſe:
Aut alia ex alia facies, atasq; ſequatur:
Quod ne miremur, ſopor, atque obliuia curant.
Illud in his rebus vitium vehementer ineſto,
Effugere illorúmque errorem [5] præmeditemur,
Lumina qui faciunt oculorum clara creata,
Proſpicere vt poſſimus, & vt proferre viai
Proceros paſſus, ideò faſtigia poſſe
Surarum, ac feminum pedibus fundata plicari,
Brachia tum porrò validis ex apta lacertis
Eſſe manuſq; datas vtraque à parte miniſtras,
Vt facere ad vitam poſſimus, quæ foret vſus:
Cetera de genere hoc inter quæcunque pretantur,
Omnia peruerſa præpoſtera ſunt ratione:
Nihil ideò quoniam natum'ſt in corpore, vt vti
Poſſemus, ſed quod natum'ſt, id procreat vſum.
Nec fuit ante videre oculorum lumina nata:
Nec dictis orare priùs, quàm lingua creata eſt:
Sed potiùs longè linguæ præceſſit origo
Sermonem: multoq; creatæ ſunt priùs aures,
Quàm ſonus eſt auditus: & omnia denique mēbra
Ante fuere, vt opinor, eorum quàm foret vſus.
Haud igitur potuere vtendi creſcere cauſſa.
At contrà conferre manu certamina pugnæ,
Et lacerare artus, fœdaréque membra cruore,

1 quid valent. 2 al. cum ſentimus, id vt. 3 Lamb. ſemotæ fuerint, vel remotæ. 4 vulg. fruſtrà nimis. Lamb. fruſtramur. 5 q præmetitemur. al. præmetuentur.

Antè

Antè fuit multo, quàm lucida tela volarent:
Et volnus vitare priùs natura coegit,
Quàm daret obiectum parmai læua per artem.
Scilicet & fessum corpus mandare quieti,
Multo antiquius est, quam lecti mollia strata:
Et sedare sitim priùs est, quàm pocula, natum.
Hæc igitur possunt vtendi cognita causſa
Credier, ex vsu quæ sunt, vitaq; reperta.
Illa quidem seorsum sunt omnia, quæ prius ipsa
Nata, dedêre suæ pòst notitiam vtilitatis,
Quo genere imprimis sensus, & mẽbra videmus.
Quare etiam atq; etiã procul est, vt credere possis,
Vtilitatis ob officium potuisse creari.
Illud item non est mirandum, corporis ipsa
Quòd natura cibum quærit cuiusq; animantis
Quippe etenim fluere, atque recedere corpora rebus
Multis modis docui, sed plurima debent
Ex animalibus his, quæ sunt exercita motu:
Multaq; per sudorem ex alto pressa feruntur,
Multa per os exhalantur, cùm languida anhelant.
His igitur rebus rarescit corpus, & omnis
Subruitur natura: dolor quam consequitur rem:
Propterea capitur cibus, vt suffulciat artus,
Et recreet vires interdatus, atq; patentem
Per membra ac venas vt amorem [1] obturet edendi.
Humor item discedit in omnia, quæ loca cumq;
Poscunt humorem: glomerataq; multa vaporis
Corpora quæ stomacho præbent incendia nostro,
Dissupat aduenies liquor, ac restinguit, vt ignẽ
Vrere ne possit calor amplius aridus artus.
Sic igitur tibi anhela sitis de corpore nostro
Abluitur, sic expletur ieiuna cupido.
Nunc qui fiat, vti passus proferre queamus,
Cùm volumus, variéque datum sit membra mouere,
Et quæ res tantum hoc oneris protrudere nostri
Corporis insuerit, dicam: tu percipe dicta.
Dico animo nostro primùm simulacra meandi
Accidere, atque animum pulsare, vt diximus antè.
Inde voluntas sit. neque enim facere incipit vllam
Rem quisquam, quàm mens prouidit, quid velit, antè.
At, quod prouidet, illius rei constat imago.
Ergo animus cùm sese ita commouet, vt velit ire,
Inq; gredi, ferit extemplo quæ in corpore toto
Per membra, atq; artus, animai dissita vis est.
Et facile est factu, quoniam coniuncta tenetur:
Inde ea proporrò corpus ferit, atq; ita tota
Paullatim moles protruditur, atq; mouetur.
Præterea tum rarescit quoque corpus, & aer,
Scilicet vt debet, qui semper mobilis exstat,
Per patefacta venit, penetratque foramina largus:
Et dispergitur ad partis ita quasq; minutas

1 vulg. obduret. al. obcludat.

Corporis. hinc igitur rebus fit vtrimq; duabus
Corporis vt hæc nauis velis, ventoq; feratur.
Nec tamen illud in his rebus mirabile constat,
Tantula quòd tantum corpus corpuscula possunt
Contorquere, & onus totum conuertere nostrum.
Quippe etenim ventus subtili corpore tenuis
Trudit agens magnam magno molimine nauim:
Et manus vna regit quantouis impete euntem,
Atq; gubernaclum contorquet quolibet [1] vna
Multaq; per trochleas, & tympana pondere magno
Commouet, atq; leui sustollit machina nisu.
Nunc quibus ille modis somnus per membra quietem
Inriget, atq; animi curas è pectore soluat,
Suauidicis potiùs, quàm multis versibus edam,
Paruus vt est cygni melior canor, ille gruum quàm
Clamor in athereis dispersus nubibus austri.
Tu mihi da tenuis auris, animumq; sagacem,
Ne fieri negites, quæ dicam, posse retroq;
Vera repulsanti [2] discedas pectore dicta,
Tutemet in culpa cùm sis, ne cernere possis.
Principio somnus sit, vbi est distracta per artus
Vis animæ, partimq; foras eiecta recessit,
Et partim contrusa magis concessit in altum.
Dissoluuntur enim tum demùm membra, fluúntque.
Nam dubium non est, animai quin opera sit
Sensus hic in nobis: quem cùm sopor impedit esse
Tum nobis animam perturbatam esse putandum'st,
Eiectamq; foras, non omnem, namq; iacêret
Æterno corpus perfusum frigore leti:
Quippe vbi nulla latens animai pars remaneret
In membris, cinere vt [3] multa latet obrutus ignis,
Vnde reconflari sensus per membra repentè
Possit, vt ex igni caco consurgere flamma.
Sed quibus hæc rebus nouitas confletur, & vnde
Perturbari anima, & corpus langueſcere possit,
Expediam. tu fac ne ventis verba profundam.
Principio externa corpus de parte necessum'st,
Aeriis quoniam vicinum tangitur auris,
Tundier, atq; eius crebro pulsarier ictu.
Propterea[4]q; ferères omnes, aut corio sunt,
Aut etiam conchis aut callo, aut cortice tectæ.
Interiorem etiam partem spirantibus aer
Verberat hic idem cùm ducitur, atq; reflatur,
Quare vtrimque secus cùm corpus vapulet, & cum
Perueniant plagæ per parua foramina nobis
Corporis ad primas partis, elementaq; prima:
Fit quasi paullatim nobis per membra ruina.
Conturbantur enim positura principiorum
Corporis, atq; animi sic, vt pars inde animai
Eiiciatur, & introrsum pars abdita cedat:
Pars etiam distracta per artus, non queat esse

1 al. vnum vel vnus. 2 al. discedant.
3 multo 4 in q. v. Aut etiam aut al. Aut seta.

Coniuncta inter se, nec motu mutuo fungi.
Inter enim sapit [1] coitus natura, viasq;.
Ergo sensus abit mutatis motibus ante.
Et quoniam non est, quasi quod suffulciat artus,
Debile sit corpus, langueſcunt omnia membra,
Brachia, palpebraque cadunt, poplitesque [2] procubant.
Deinde cibũ sequitur somnus, quia quæ facit aer,
Hæc eadem cibus, in venas dum diditur omnis,
Efficit, & multo sopor ille grauissimus exstat,
Quem satur aut lassus capias: quia plurima tũ se
Corpora conturbant magno [3] concussa labore.
Fit ratione eadem coniectus porro animai
[4] Altior, atque foras eiectus largior eius,
Et diuisior inter se, ac distractior intus.
Et [5] quoi quisq; fere studio deuinctus adheret,
Aut quibus in rebus multũ sumus ante morati,
Atq; in qua ratione fuit contenta magis mens,
In somnis eadem plerumque videmur obire:
Causſidici causſas agere, & componere leges:
Endoperatores pugnare, ac prœlia obire:
Nautæ contractum cum ventis degere bellum,
Nos agere hoc autem & naturam quærere rerum
Semper, & inuentam patriis exponere chartis.
Cetera sic studia, atque artes plerumque videntur
In somnis animos hominum frustrata tenere.
Et quicunque dies multos ex ordine ludis
Assiduas [6] dederunt operas, plerunque videmus,
Cùm iam destiterunt ea sensibus usurpare,
At reliquias tamen esse [7] vias in mente patentis,
Quà possint eadem rerum simulacra venire.
Permultos itaq; illa dies eadem obuersantur
Ante oculos, etiam vigilantes vt videantur
Cernere saltantis, & mollia membra mouentis,
Et citharæ liquidum carmen, chordasq; [8] loquentis
Auribus accipere, & consessum cernere eundem,
Scenaiq; simul varios splendere decores.
Vsque adeò magni refert studium, atque voluntas,
Et quibus in rebus consuerint esse operati
Non homines solùm, sed vero animalia cuncta:
Quippe videbis equos fortis, cùm membra iacebunt,
In somnis sudare tamen, spirareq; [8] sæpe,
Et quasi de [9] palma summas contendere vires,
Tunc quasi carceribus patefactis, sæpe quiete.
Venantumq; canes in molli sæpe quiete.
Iactant crura tamen subitò, vocésque repentè
Mittunt, & [10] crebras reducunt naribus auras,
Vt vestigia si teneant inuenta ferarum.
Expergefactiq; sequuntur inania sæpe
Ceruorum simulacra, fugæ quasi dedita cernant:
Donec discussis redeant [11] terroribus ad se.
At consueta domi catulorum blanda propago

1 q. cœtus. quod idem est. Lamb. aditus. quid. sceptus. 2 al. procubanti. 3 contusa. 4 al. artior. 5 quid. quo. al. cui 6 vulg. dederint, destiterint. 7 leg. in q. viai. 8 quid. semper. 9 al. palmis. 10 crebrò. 11 Lamb. errorib.

1 Degere, sæpe leuem ex oculis, volutrémque soporem
Discutere, & corpus de terra conripere instant,
Proinde quasi ignotas facies, atque ora tuantur:
Et quo quæq; magis sunt aspera [2] seminiorum,
Tam magis in somnis eadem sæuire necesse'st.
At variæ fugiunt volucres, [3] pinnisque repentè
Sollicitant diuùm nocturno tempore lucos,
Accipitres somno in leni si prœlia, pugnasq;
Edere sunt persectantes, viséq; volantes.
Porrò hominum mentes magnis quæ motibus edunt.
Magna etenim sæpe in somnis, faciúntque gerúntque.
Reges expugnant, capiuntur, prœlia miscent,
Tollunt clamores, quasi si iugulentur ibidem:
Multi depugnant, gemitúsque doloribus edunt,
Et, quasi panthera morsu, sæuive leonis
Mandantur, magnis clamoribus omnia complẽt.
Multi de magnis per somnium rebus loquuntur,
Indicioq; sui facti persæpe fuere.
Multi mortem obeunt, multi de montibus altis
Se quasi præcipitent ad terram corpore toto,
Exterrentur, & ex somno quasi mentibus capti,
Vix ad se redeunt permoti corporis æstus.
Flumen item sitiens, aut fontem propter amœnũ
Adsidet, & totum propè faucibus occupat amnẽ.
[4] Pueri sæpe lacum propter, se, ac dolia curta
Somno deuincti credunt extollere vestem,
Totius humorem [5] saccatum vt corporis fundant:
Cùm Babylonica magnifico splendore rigantur.
Tum, quibus ætatis freta primitus insinuantur,
Semen vbi ipsa dies membris matura creauit,
Conueniunt simulacra foris è corpore [6] quo ique
Nuntia præclari vultus, pulcriq; coloris,
Qui ciet inritans loca turgida semine multo:
Vt quasi transactis sæpe omnibus rebus, profudant
[7] Fluminis ingentis fluctus, vestémq; cruentent.
Sollicitatur id in nobis, quod diximus antè,
Semen, adulta ætas cùm primùm roborat artus:
Namq; alias aliud res commouet, atque lacessit,
Ex homine humanũ semen ciet vna hominis vis:
Quod simul atque suis eiectum sedibus exit
Per membra, atque artus decedit corpore toto
In loca conueniens neruorum certa, ciétque
Continuò partis genitalis corporis ipsas.
Inritata tument loca semine, fitq; voluntas
Eijcere id, quò se contendit dira lubido:
Idq; petit corpus mens, vnde est saucia amore.
Namque omnes plerunque cadunt in volnus, & illam
Emicat in partem sanguis, vnde icimur ictu,
Et si comminus est, hostem ruber occupat humor.
Sic igitur, Veneris qui telis accipit ictum,

1 Hunc vers. Lamb. interseruit. 2 vulg. semina eorum. 3 al. pennis. 4 q. puri. Lamb. pusi. al. multi. 5 quid. esset saccatum, sacratum, siccatum. 6 al. quoque. al. quæque. 7 al. seminis, aut feminis.

Siue

Siue puer membris muliebribus hunc iaculatur,
Seu mulier toto iactans è corpore amorem,
Vnde feritur, eò tendit, gestitq; coire,
Et iacere humorem in corpus de corpore ductum.
[1] Namque voluptatem præsagit [2] multa cupido.
Hæc Venus est nobis: hinc autè est nomen amoris:
Hinc illa primùm Veneris dulcedine in cor
Stillauit gutta, & successit [3] frigida cura.
Nam si abest, quod ames, præstò simulacra tamen sunt
Illius, & nomen dulce obuersatur ad auris.
Sed fugitare decet simulacra, & pabula amoris
[4] Abstergère sibi, atque aliò conuertere mentem,
Et iacere humorē [5] conlectum in corpora quaq;:
Nec retinere semel [6] conuersum unius amore,
Et seruare sibi curam, certumq; dolorem:
Vlcus enim viuescit, & inueterascit alendo,
Inq; dies gliscit furor, atque ærumna grauescit,
Si non prima nouis conturbes volnera plagis,
Volgiuagaq; vagus Venere antè recentia cures,
Aut aliò possis animi traducere motus.
Nec Veneris fructu caret is, qui vitat amorem,
Sed potius, quæ sunt sine pœna, commoda sumit:
Nam [7] certè puta est sanis magis inde voluptas,
Quàm miseris. etenim potiundi tempore in ipso
Fluctuat [8] incertis erroribus ardor amantum.
Nec constat quid primùm oculis, manibúsque fruantur.
Quod petiere, premunt artè, faciúntq; dolorem
Corporis, & dentis inlidunt sæpe labellis,
Osculaq; [9] adfigunt, quia non est pura voluptas:
Et stimuli subsunt, qui instigant lædere ipsum,
Quodcumque est, rabies unde illa hæc germina surgunt.
Sed leuiter pœnas frangit Venus inter amorem,
Blandaq; refrenat morsus admixta voluptas.
Namque in eo spes est, unde est ardoris origo,
Restingui quoque posse ab eodem corpore flammam:
Quod fieri contrà coram natura repugnat:
Vnaq; res hæc est, cuius quàm pluria habemus,
Tam magis ardescit dira cuppedine pectus.
Nam cibus, atq; humor mèbris adsumitur intus:
Quæ quoniam certas possunt obsidere partes,
Hoc facilè expletur laticum frugúmq; cupido:
Ex hominis verò facie, pulcroq; colore,
Nihil datur in corpus præter simulacra fruēdum
Tenuia, quæ vento spes [10] captat sæpe misella.
Vt bibere in somnis sitiēs cùm quærit, & humor
Non datur, ardorem in membris qui stinguere possit,
Sed laticum simulacra petit frustraq; laborat,
In medioq; sitit [11] torrenti flumine potans.
Sic in amore Venus simulacris ludit amantis:
Nec satiare queunt spectando corpora coram:
Nec manibus quidquā teneris abradere mēbris
Possunt, errantes incerti corpore toto.
Denique cùm membris conlatis flore [1] vtuntur
Ætatis, dum iam præsagit gaudia corpus,
Atq; in eo est Venus, vt muliebria conserat arua:
Adfigunt auidè corpus, iungúntque saliuas
Oris, & inspirant pressantes dentibus ora,
Nequiquā, quoniā nihil inde abradere possunt,
Nec penetrare, & abire in corpus corpore toto.
Nam facere interdum id velle, & certare videntur:
Vsqueadeò cupidè Veneris compagibus herent,
Membra voluptatis dum vi labefacta [2] liquescūt.
Tandem vbi se erupit neruis [3] conlecta cupido,
Paruaſit ardoris violenti pausa parumper:
Inde redit rabies eadem, & furor ille reuisit,
Cùm sibi, quod cupiant ipsi, contingere quærunt,
Nec reperire, malum id possunt quæ machina vincat.
Vsqueadeò incerti tabescunt volnere cæco.
Adde quòd absumunt viris, pereuntq; labore.
Adde quòd alterius sub nutu degitur ætas.
Labitur interea res, & vadimonia fiunt:
Languent officia, atque ægrotat fama vacillans:
Vnguenta, & pulcra in pedibus Sicyonia rident:
Scilicet & grandes viridi cùm luce smaragdi
Auro includuntur, teriturq; thalassina vestis
Assiduè, & Veneris sudorem exercita potat:
Et bene parta patrum fiunt anademata, mitræ:
Interdum in pallam, [4] Melitensia, Ciáque vertunt.
Eximia veste, & victu conuiuia, ludi,
Pocula crebra, vnguenta, corona, serta parantur:
Nequiquam, quoniam medio de fonte leporum
Surgit amari aliquid, quod in ipsis floribus angat:
Aut cùm conscius ipse animus se forte remordet
Desidiosè agere ætatem, lustrisq; perire:
Aut quòd in ambiguo verbū iaculata reliquit,
Quòd cupido adfixum cordi viuescit, vt ignis:
Aut nimium iactare oculos, alium ve tueri
Quòd putat, in voltuq; videt vestigia risus:
Atque in amore mala hæc proprio, summeq; secundo
Inueniuntur: in aduerso verò, atque inopi sunt,
Prendere quæ possis oculorum lumine aperto
Innumerabilia, vt melius vigilare sit antè,
Qua docui ratione, cauereq;, ne inliciaris.
Nam vitare plagas in amoris ne [5] laciamur,
Non ita difficile est, quàm captum retibus ipsis
Exire, & validos Veneris perrumpere nodos.
Et tamen implicitus quoque possis, inq; peditus
Effugere infestum, nisi tute tibi obuius obstes,
Et prætermittas animi vitia omnia primum:
Tum quæ corporis sunt eius, quam [6] prapetis, ac vis.

1 al. iámque muta. iámque probo. 2 al. muta. 3 al. Feruida. 4 vulg. absterrere. 5 coniectum. 6 Lamb. conceptum. 7 quid. certa & pura est. 8 q. incertus. 9 q. adfligunt 10 al. raptat. 11 q torrentis.

1 q. tuuntur. al Inuntur q fruuntur. 2 al. liquescant. 3 vulg conjecta. 4 al alidensia chiáque. q atque alidensia. 5 al. iaciamur. 6 al. sic prædulcis. q. perpetis.

(*Nam hoc faciunt homines plerumque cupidine caci,*
Et tribuũt ea, quæ non sunt his commoda verè.)
Multimodis igitur prauas, turpisq; videmus
Esse in deliciis, summoq; in honore vigere:
1 Atque alios alij inrident, Venerémq; suadent
Vt placent, quoniam fœdo adflictantur amore,
Nec sua respiciunt miseri mala maxima sæpe.
Nigra Melichrus est: immunda & fœtida, acosmos:
Cæsia, Palladion: 2 neruosa, & lignea, Dorcas:
Paruula, pumilio, 3 chariton mia, tota merum sal:
Magna, atque immanis, cataplexis, plenáque honoris:
Balba, loqui non quit, traulizi: muta, pudẽs est:
At flagrans, odiosa, loquacula, Lampadion fit.
Ischnon eromenion tum fit, cùm viuere non quit
Præ macie. rhadine verò est, iam mortua tussi,
At 4 gemina, & mammosa, Ceres est ipsa ab Iaccho.
Simula, Silena ac Satura est: labiosa, philema.
Cetera de genere hoc longum'st, si dicere coner.
Sed tamen esto iam quantouis oris honore,
Cui Veneris membris vis omnibus exoriatur:
Nempe aliæ quoque sunt, nempe hac sine vximus antè,
Nempe eadem facit & scimus facere omnia turpi:
Et miseram tetris se suffit odoribus ipsa:
Quam famulæ lõgè fugitant, furtimque cachinnant.
At lacrumans exclusus amator limina sæpe
Floribus & sertis operit, postisque superbos
Vnguit amaracino, & foribus miser oscula figit:
Quem si iam admissum 5 venientem offenderit aura
Vna modo, caussas abeundi quærat honestas,
Et meditata diu cadat altè sumpta querela,
Stultitiaq; ibi se damnet, tribuisse quòd illi
Plus videat, quàm mortali concedere par est.
Nec veneres nostras hoc fallit. quo magis ipsa
Omnia summopere hos vitæ 6 posticenia celant,
Quos retinere volunt, adstrictósque esse in amore:
Nequicquam, quoniam tu animo tamen omnia possis
Protrahere in lucem, atque omnis anquirere 7 nisus.
Et si bello animo est, & non odiosa vicissim,
Prætermittet te humanis concedere rebus.
Nec mulier semper ficto suspirat amore:
Quæ complexa viri corpus cum corpore iungit,
Et tenet adsuctis humectans oscula labris.
Nã facit ex animo sæpe, & communia quærens
Gaudia, sollicitat spatium decurrere amoris.

1 Hos tres versus delet Lamb. 2 al. Næuosa.
3 al. etiam. mia: torta, sed torua. 4 al. Lamia.
5 al. & veniens. 6 al. postscenia, & postrenia.
7 al. risus. al. vsus.

Nec ratione alia volucres, armenta, feræq;,
Et pecudes, & equæ maribus subsidere possent,
Se non, ipsa quòd illorũ 1 subat, ardet abundans
Natura, & Venerem salientum læta retractant.
Nónne vides etiam quos mutua sæpe voluptas
Vinxit, vt in vinclis communibus excrucientur?
In triuiis quum sæpe canes discedere auentes,
Diuorsi cupidè summis ex viribus tendunt,
Cùm interea validis Veneris compagibus herẽt:
Quod facerent nunquam, nisi mutua gaudia nossent,
Quæ 2 lacere in fraudem possent, vinctósq; tenere.
Quare etiam atque etiam, vt dico, est communis voluptas:
Et commiscendo, cùm semen forte virile
3 Femina immulsit, subita vi conripuitque,
Tum similes matrum materno semine fiunt:
Vt patribus patrio. sed quos vtriusque figura
Esse vides 4 iuxtim 5 miscentes volta parentum,
Corpore de patrio, & materno sanguine crescunt,
Semina cùm Veneris stimulis excita per artus
Obuia conflixit conspirans mutuus ardor:
Et 6 neque vtrum superauit eorum, nec superatum'st.
Fit quoque, vt interdum similes exsistere auorũ
Possint, & referant proauorum sæpe figuras,
Propterea, quia multimodis primordia multis
Mixta suo celant in corpore sæpe parentes,
Quæ patribus patres tradunt à stirpe profecta.
Inde Venus varia producit sorte figuras:
Maiorúmq; refert vultus, vocésque, comasq;:
Quãdoquidem nihilo magis hæc de semine certo
Fiunt quàm facies, & corpora, membraq; nobis,
Et muliebre oritur patrio de semine sæclum:
Maternoq; mares exsistunt corpore creti.
Semper enim partus duplici de semine consit:
Atque vtri simile est magis id, quodcunque creatur,
Eius habet plus parte æqua, quod cernere possis,
Siue virûm suboles, siue est muliebris origo.
Nec diuina satum genitalem numina cuiquam
7 Abstergent, pater à natis ne dulcibus vnquam
Appelletur, & vt sterili Venere exigat æuum,
Quod plerique putant, & multo sanguine mæsti
Conspergunt aras, adolentq; altaria donis,
Vt grauidas reddant vxores semine largo.
Nequicquam diuûm numen, sortésq; fatigant.
Nam steriles nimiũ crasso sunt semine partim:
Et liquido præter iustum, tenuique vicissim.
Tenue, locis quia non potis est adfigi adhæsum,
Liquitur extemplo, & reuocatum cedit ab ortu:
Crassius hoc porro, quoniam concretius æquo
Mittitur, aut non tam prolixo prouolat ictu,
Aut penetrare locos æquè nequit, aut 8 penetratum

1 al. subit. vulg. subito. 2 vulg. iacere.
3 quid. femina vimulcit. vulg. femineum mulsit. 4 al. mistim. 5 q. referentes. 6 vulg. neutrum. al. neutrum. 7 vulg. absterrent.
8 Lamb. penetratis.

Ægrè

Ægrè admiſcetur muliebri ſemine ſemen.
Nam multùm harmoniæ Veneris differre videntur:
Atque alias alij complent magis, ex aliiſque
Suſcipiunt aliæ pondus magis, inq; graueſcunt,
Et multæ ſteriles hymenæis antè fuerunt
Pluribus, & nactæ 1 poſt ſunt tamen, vnde puellos
Suſcipere, & partu poſſent diteſcere dulci.
Et, quibus antè domi 2 fecundæ ſæpe nequiſſent
Vxores parere, inuenta eſt illis quoque compar
Natura, vt poſſent natis munire ſenectam.
Vſque adeò magni id refert, vt ſemina poſſint
Seminibus commiſceri genitaliter apta,
Craſſáque conueniant liquidis, & liquida craſſis.
Atque adeò refert, quo victu vita colatur:
Namque alijs rebus cõcreſcunt ſemina membris,
Atque alijs extenuantur, tabentq; viciſſim.
Et quibus ipſa modis tractetur blanda voluptas,
Id quoque permagni refert. nam more ferarum,
Quadrupedúmque magis ritu, plerumque putantur
Concipere vxores, quia ſic loca ſumere poſſunt

1 vulg. poſſunt tamen inde.
2 Lamb. infecundæ.

Pectoribus poſitus ſublatis ſemina lumbis.
Nec molles opus ſunt motus vxoribus hilum.
Nam mulier prohibet, ſe concipere, atque repugnat,
Clunibus ipſa viri Venerem ſi læta retractet,
Atque 1 exoſſato ciet omni pectore fluctus.
Eicit enim ſulci recta regione, viáque
Vomerem, atque locis auertit ſeminis ictum.
2 Idque ſua cauſſa conſuerunt ſcorta moueri,
Ne complerentur crebrò, grauidæque iacérent,
Et ſimul ipſa viris Venus vt concinnior eſſet:
Coniugibus quod nihil noſtris opus eſſe videtur,
Nec diuinitus interdum, Veneriſque ſagittis,
Deteriore ſit vt forma muliercula ametur:
Nam facit ipſa ſuis interdum femina factis,
Morigeriſque modis, & mundo 3 corporis cultu,
Vt facilè inſueſcat ſecum vir degere vitam.
Quod ſupereſt, conſuetudo concinnat amorem:
Nam leuiter quamuis, quod crebro tunditur ictu,
Vincitur in longo ſpatio tamen, atque labaſcit.
Nónne vides etiam guttas in ſaxa cadentis
Humoris, longo in ſpatio pertundere ſaxa?

1 In q. v. exoſſatim. In v. q. Ipſa
3 vulg. corpore culta. Lamb. corporis cultu.

T. LVCRETII CARI
DE RERVM NATVRA, LIBER QVINCTVS.

QVIS potis eſt dignum 1 pollenti pectore carmen
Condere pro rerum maieſtate, hiſque repertis?
Quiſve valet verbis tantum, 2 queis pingere laudes
Pro meritis, eius poſſit, qui talia nobis
Pectore parta ſuo, queſitáque præmia liquit?
Nemo, vt opinor, erit mortali corpore cretus.
Nam ſi, vt ipſa petit maieſtas cognita rerum,
Dicendum eſt, deus ipſe fuit, deus, inclute Memmi,
Qui princeps vitæ rationem inuênit eam, quæ
Nunc appellatur ſapientia, quique per artem
Fluctibus è tantis vitam, tantiſque tenebris,
In tam tranquillo, & tam clara luce locauit.
Confer enim diuina aliorum antiqua reperta.
Namque Ceres fertur fruges, Liberque liquoris
Viti geni laticem mortalibus inſtituiſſe.
Cùm tamen his poſſet ſine rebus vita manere:
Vt fama eſt aliquas etiam nunc viuere gentis.
At benè non poterat ſine puro pectore viui.
Quo magis hic meritò nobis deus eſſe videtur:
Ex quo nunc etiam per magnas dedita gentis

1 q. palenti, & palanti. 2 al. quis fingere. in q. vulg. fundere.

Dulcia permulcent animos ſolatia vitæ.
Herculis antiſtare autem ſi facta putabis,
Longiùs à vera multo ratione ferere.
Quid Nemæus enim nobis nunc magnus hiatus
Ille leonis obeſſet, & horrens Arcadius ſus?
Denique quid Cretæ taurus, Lernæaq; peſtis
Hydra venenatis poſſet vallata colubris?
Quidve tripectora tergemini vis Geryonai,
Et Diomedis equi ſpirantes naribus ignem,
Thracen, Biſtoniáſque plagas, atque Iſmara propter,
Tantopere officerent nobis, vnciſque timendæ
Vnguibus Arcadiæ volucres Stymphâla colentes?
Aureáque Heſperidum ſeruans fulgentia mala
Aſper, acerba tuens, immani corpore ſerpens,
Arboris amplexus ſtirpem, quid denique obeſſet,
Propter 1 Atlanteum litus pelagéque ſeuera,
Quò neque noſter adit quiſquam, nec barbarus audet?
Cetera de genere hoc quæ ſunt portenta perẽpta,
Si non victa forent, quid tandem viua nocerent?
Nihil, vt opinor. ita ad ſatiatem terra ferarum
Nũc etiam ſcatit, & trepido terrore repleta eſt
Per nemora ac montis magnos, ſiluáſque profundas:

1 vulg. Oceani propter, pelagíque ſonora.

Quæ loca vitandi plerumque est nostra potestas.
At nisi purgatum est pectus quæ prælia nobis,
Atque pericula sint ingratis insinuandum!
Quantæ conscindunt hominem cuppedinis acres
Sollicitum curæ! quantique perinde timores!
Quidue superbia spurcitia, ac petulantia, quantas
Efficiunt clades? quid luxus, desidiæque?
Hæc igitur qui cuncta subegerit, ex animóque
Expulerit dictis, non armis: nonne decebit
Hunc hominem numero diuûm dignarier esse?
Cùm bene præsertim multa, ac diuinitus ipsis
Immortalibus de diuis dare dicta suërit,
Atque omnem rerum naturam pandere dictis.
Cuius ego ingressus vestigia, 1 nunc rationes
Persequor, ac doceo dictis, quo quæque creata
Fœdere sint, in eo quàm sit durare necessum,
Nec validas aui valeant rescindere leges:
Quo genere imprimis animi natura reperta est
Natiuo primùm consistere corpore creta,
Nec posse incolumis magnum durare per ævum:
Sed simulacra solere in somnis fallere mentem,
Cernere cùm videamur eum, quë vita reliquit.
Quod superest, nunc 2 huc rationis detulit ordo,
Vt mihi mortali consistere corpore mundum,
Natiuúmque simul ratio reddunda sit, esse:
Et quibus ille modis congressus materiaï
Fundarit terram, cælum, mare, sidera, solem,
Lunaïíq; globum: tum quæ tellure animantes
Exstiterint, & quæ nullo sint tempore natæ:
Quóve modo genus humanum variante loquela
Cœperit inter se vesci per nomina rerum:
Et quibus ille modis diuûm metus insinuârit
Pectora, terrarum qui in orbi sancta tuetur
Fana, lacus, lucos, aras, simulacráque diuûm.
Præterea solis cursus, lunæque meatus
Expediam, qua vi flectat natura gubernans:
Ne forte hic inter cælum, terrámque reamur,
Libera sponte sua cursus lustrare perennis
Morigera ad fruges augendas, atque animantis:
Néve aliqua diuûm volui ratione putemus.
Nam bene qui didicere deos securum agere ævum,
Si tamen interea mirantur qua ratione
Quæque 3 geri possint, præsertim rebus in illis,
Quæ supra caput æthereis cernuntur in oris,
Rursus in antiquas referuntur relligiones,
Et dominos acris adsciscunt, omnia posse,
Quos miseri credunt, ignari quid queat esse,
Quid nequeat, finita potestas denique cuique
Quánam sit ratione, vtque altè terminus hæreat.
Quod superest, ne te in promissis plura moremur,
Principio, maria, ac terras, cælúmque tuêre:
Horum naturam triplicem, tria corpora, Mêmi,
Tris species tam dissimilis, tria talia texta,
Vna dies dabit exitio: multósque per annos
Sustentata ruet moles, & machina mundi.
Nec me animi fallit, quàm res nouæ, miráque

1 al. dum.
2 vul. me huc.
3 Lamb. geni.

menti
Accidat, exitium cæli terræq; futurum,
Et quàm difficile id mihi sit peruincere dictis:
Vt pote, vbi insolitam rem adportes auribus antè:
Nec tamen hanc possis oculorum subdere visu,
Nec iacere 1 en do manus, via qua munita fidei
Proxima fert humanum in pectus, templáque mentis.
Sed tamen effabor: dictis dabit ipsa fidem res.
Forsitan, & grauiter terrarum motibus orbis
Omnia conquassari in paruo tempore cernes:
Quod procul à nobis flectat 2 fortuna gubernans,
Et ratio potius, quàm res persuadeat ipsa,
Succidere horrisono posse omnia victa fragore.
Quæ prius aggrediar quàm de re fundere fata
Sanctius, & multò certa ratione magis, quàm
Pythia quæ tripode è Phœbi, lauróque profatur,
Multa tibi expediam doctis solatia dictis:
Relligione refrenatus ne forte rearis
Terras, & solem, & cælum, mare, sidera, lunam
Corpore diuino debere æterna manere:
Propterea que putes ritu par esse gigantum
Pendere eos pœnas immani pro scelere omnis,
Qui ratione sua disturbent mœnia mundi,
Præclarúmque velint cæli restinguere solem:
Immortalia mortali sermone notantes.
Quæ procul vsque adeò diuino ab numine dissient,
Inque deûm numero quæ sint indigna videri,
Notitiam potiùs præbere vt posse putentur,
Quid sit vitalis motus, sensúque remotum.
Quippe etenim nõ est, cum quouis corpore vt esse
Posse animi natura putetur, consiliumque.
Sicut in æthere non arbor, non æquore salso
Nubes esse queunt, neque pisces viuere in aruis,
Nec cruor in lignis, nec saxis succus inesse.
Certum ac dispositum 'st, vbi quidquid crescat, & insit.
Sic animi nãtura nequit sine corpore oriri
Sola, neque à neruis, & sanguine 3 longiter esse.
Hoc si posset enim, multo prius ipsa animi vis
In capite, aut humeris, aut imis calcibus esse
Posset, & innasci quauis in parte soleret:
Tandem in eodem homine, atque in eodem vase maneret.
Quod quoniam nostro quoque constat corpore certum,
Dispositúmque videtur, vbi esse, & crescere possit
Seorsum anima, atque animus: tanto magis instiandum,
Totum posse extra corpus, formámque animalẽ
Putribus in glebis terrarum, aut solis in igni,
Aut in aqua durare, aut altis ætheris ortis.
Haud igitur constant diuino prædita sensu.
Quandoquidẽ nequeunt vitaliter esse animata.
Illud item non est, vt possis credere, sedes
Esse deûm sanctas in mundi partibus vllis.

1 vulg. indu.
2 quid. natura.
3 vulg. longius.

Te-

Tenuis enim natura deûm, longéque remota
Sensibus à nostris animi vix mente videtur.
Quæ quoniam manum tactum suffugit & ictum:
Tactile nihil nobis quod sit, contingere debet.
Tangere enim non quit quod tangi non licet ipsum.
Quare etiam sedes quoque nostris sedibus esse
Dissimiles debent, tenues de corpore eorum:
Quæ tibi posteriùs largo sermone probabo.
Dicere porrò, hominum caussa voluisse parare
Præclaram mundi naturam, propterea que
Id laudabile opus diuûm laudare decere,
Æternúmque putare, atque immortale futurum:
Nec fas esse, deûm quod sit ratione vetusta
Gentibus humanis fundatum perpetuo æuo.
Sollicitare suis vllum ex sedibus vnquam,
Nec verbis vexare, & ab imo euertere summa,
Cetera de genere hoc adsingere, & addere, Memmi,
Desipere est. quid enim immortalibus, atque beatis
Gratia nostra queat largirier emolumenti,
Vt nostra quidquã caussa gerere aggrediantur?
Quidve noui potuit tanto pòst antè quietos
Inlicere, vt cuperent vitam mutare priorem?
Nam gaudere nouis rebus debere videtur,
Cui veteres obsunt: sed, cui nihil accidit ægri,
Tempore 1 inante acto cùm pulcrè degeret æuum,
Quid potuit nouitatis 2 amorem accendere tali?
An credo, in tenebris vita, ac mœrore iacebat,
Donec diluxit rerum genitalis origo?
Quidve mali 3 fueret nobis non esse creatis?
Natus enim debet quicumque est, velle manere
In vita, donec retinebit blanda voluptas.
Qui numquam verò vitæ gustauit amorem,
Nec fuit in numero, quid obest non esse 4 creatũ?
Exemplum porrò gignundis rebus, & ipsa
Notities hominum diuis vnde insita primùm,
Quid vellent facere vt scirent animoque viderent?
Quóve modo est vmquam vis cognita principiorum,
Quidnam inter sese permutato ordine possent?
Si non ipsa dedit 5 specimen natura 6 creandi?
Namque ita 7 multimodis multis primordia rerum
Ex infinito iam tempore percita plagis,
Ponderibúsque suis consuerunt concita ferri,
Omnimodisq; coire, atque omnia pertentare,
Quæcumque inter se possint congressa creare:
Vt non sit mirum si in talis disposituras
Deciderunt quoque, & in talis venere meatus,
Qualibus hæc rerum 8 geritur nunc summa nouando.

1 vulg. in anteacto. 2 vulg. amore accedere.
3 vulg fuerat. 4 In q l. creato 5 vulg. speciẽ.
6 al. creando. 7 Ita optime v. l. vt & alibi. vulg. multa modis. 8 Lamb. genitur.

Quòd si iam rerum ignorem primordia quæ sint,
Hoc tamen ex ipsis cæli rationibus ausim
Confirmare, aliisq; ex rebus reddere multis,
Nequaquam nobis diuinitus esse paratam
Naturam rerum: tanta stat prædita culpa.
Principio, quantum cæli tegit impetus ingens,
Inde auidam partem montes, siluæq; ferarum
Possedere, tenent rupes, vastæq; paludes,
Et mare, quod late terrarum distinet oras.
Inde duas porrò propè partis feruidus ardor,
Assiduúsque geli casus mortalibus aufert.
Quod superest arui, tamen id natura sua vi
Sentibus obducat, ni vis humana resistat,
Vitai caussa valido consueta bidenti
Ingemere, & terram pressis proscindere aratris.
Si non fecundas vertentes vomere glebas,
Terraiq; solum subigentes cimus ad ortus,
Sponte sua nequeãt liquidas exsistere in auras.
Et tamen interdum magno quæsita labore,
Cùm iam per terras frondent, atque omnia florent,
Aut nimiis torret feruoribus æthereus sol,
Aut subiti perimunt imbres, gelidæq; pruinæ,
Flabraq; ventorum violento turbine vexant.
Præterea genus horriferum, natura ferarum,
Humanæ genti infestum, terráque, mariq;,
Cur alit, atque auget? cur anni tempora morbos
Adportant? quare mors immatura vagatur?
Tum porrò puer, vt sæuis proiectus ab vndis
Nauita, nudus humi iacet, infãs, indiguus omni
Vitai auxilio, cùm primùm in luminis oras
Nixibus ex aluo matris natura profudit:
Vagitúque locum lugubri complet, vt æquum'st
Cui tantum in vita restet transire malorum.
At variæ crescunt pecudes, armenta, feræque:
Nec 1 crepitula eis opus sunt, nec cuiquam adhibenda est
Almæ nutricis blanda, atque infracta loquela:
Nec varias quærunt vestis pro tempore cæli.
Denique non armis opus est, non mœnibus altis,
Queis sua tutentur, quãdo omnibus omnia largè
Tellus ipsa parit, naturaque dædala rerum.
Principio quoniam terrai corpus, & humor,
Auraeumque leues animæ, calidiq; vapores,
E quibus hæc rerum consistere summa videtur,
Omnia natiuo, ac mortali corpore constant,
Debet 3 eodem omnis mundi natura putari:
Quippe etenim quorum partis, & membra videmus
Corpore natiuo, & mortalibus esse figuris,
Hæc eadem fermè mortalia cernimus esse,
Et natiua simul. quapropter maxima mundi
Cum videam membra, ac partis, consumpta reigni:
Scire licet, cæli quoque idem, terræq; fuisse
Principiale aliquod tempus, cladémque futurum.
Illud in his rebus 4 ne arripuisse rearis

1 vulg. vitali auxil. 2 al crepitacillis opus.
3 al. omnia eadem. Lamb. tota eadem.
4 al. corripuisse. Lamb ne me arrip.

Memini, quòd terram, atque ignem mortalia sumpsi
Esse, neq. humorem dubitau: aurásque perire,
Atque eadem gigni, rursúsque augescere dixi.
Principio pars terrai non nulla perusta
Solibus assiduis, multa pulsata pedum vi
Puluerис exhalat nebulam, nubésque volantis,
Quas validi toto dispergunt aëre venti:
Pars etiam glebarum ad diluuiem reuocatur
Imbribus, & ripas radentia flumina rodunt.
Præterea, pro parte sua quodcunque alit auget,
Roditur, & quoniam dubio procul esse videtur
Omniparens, eadem rerum commune sepulcrũ:
Ergo terra tibi 1 libatur, & aucta recrescit.
Quod superest, humore nouo mare, flumina fontis
Semper abundare, & latices manare perennis.
Nihil opus est verbis, magnus decursus aquarum
Vndique declarat: sed primùm quidquid aquai
Tollitur, in summáque fit, vt nihil humor abundet,
Partim quòd validi verrentes æquora venti
Diminuunt, radiisque retexens æthereus sol,
Partim quòd subter per terras deditur omnis:
Percolatur enim virus, retróque remanat
Materies humoris, & ad caput amnibus omnis
Conuenit, inde super terras fluit agmine dulci
Quà via secta semel liquido pede detulit vndas.
Aera nunc igitur dicam, qui corpore toto
Innumerabiliter priuas mutatur in horas.
Semper enim quodcũque fluit de rebus, id omne
Aeris in magnum fertur mare: qui nisi contrà
Corpora retribuat rebus, recreétque fluentis,
Omnia iam resoluta forent, & in aëra versa.
Haud igitur cessat gigni de rebus, & in res
Recidere assiduè, quoniam fluere omnia constat:
Largus item liquidi fons luminis æthereus sol
Inrigat assiduè cælum candore recenti,
Suppeditátque nouo confestim lumine lumen:
Nam primùm quidquid fulgoris disperit eij,
Quocunque accidit, id licet hinc cognoscere possis,
Quòd simulac primùm nubes succedere soli
Cœpere, & radios inter quasi rumpere lucis,
Extemplò inferior pars horum disperit omnis,
Terráque inumbratur, qua nimbi cumque feruntur:
Vt noscas splendore nouo res semper egere,
Et primum iactum fulgoris quemque perire,
Nec ratione alia res posse in sole videri,
Perpetuò ni suppeditet lucis caput ipsum.
Quin etiam nocturna tibi, terrestria quæ sunt,
Lumina, pendentes lychni, claraq; coruscis
Fulguribus pingues multa caligine tedæ.
Consimili properant ratione, ardore ministro,
Suppeditare nouum lumen, tremere ignibus instant,
Instăt, nec loca lux inter quasi rupta relinquit:
Vsqueadeò properanter ab omnibus ignibus eius
Exitium celeri tolleratur origine flammæ.
Sic igitur, solem, lunam, stellásque putandum

1 Lamb. limatur.

Ex alio, atque alio lucem iactare subortu,
Et primum quiquid flammai perdere semper:
Inuiolabilia hæc ne credas forte vigere,
Denique non lapides quoque vinci cernis ab ævo?
Non altas turris ruere, & putrescere saxa?
Non delubra deũm, simulacraque fessa fatisci?
Nec sanctum numen fati 1 protollere finis
Posse, neque aduersus naturæ fœdera niti?
Denique non monumenta virũm dilapsa videmus,
Quærere proporrò sibi cumque senescere credas?
Non ruere auolsos silices à montibus altis?
Nec validas aui vires perferre, patique
Finiti? neque enim caderent auolsa repentè,
Ex infinito quæ tempore pertolerassent
Omnia tormenta ætatis priuata fragore.
Denique iam tuere hoc circum, supráque, quod omnem,
Continet amplexu terram, quod procreat ex se
Omnia, quod quidam memorant, recipitque perempta,
Totum natiuum mortali corpore constat.
Nam quodcũque alias ex se res auget, alitque,
Deminui debet, recreari cùm recipit res.
Præterea si nulla fuit genitalis origo
Terrarum, & cæli, semperque æterna fuere:
Cur supera bellum Thebanum, & funera Troiæ,
Non alias alij quoque res cecinere poetæ?
Quò tot facta virũm toties cecidere? neque vsquam
Æternis famæ monumentis insita florent?
Verùm vt opinor, habet nouitatẽ summa, recẽsq;
Natura est mundi, neque pridem exordia cepit.
Quare etiam quædam nunc artes expoliuntur,
Nunc etiam augescũt: nunc addita nauigiis sunt
Multa: modò organici melicos peperere sonores.
Denique natura hæc rerum, ratioque reperta est
Nuper, & hanc primus cumprimis ipse repertus
Nũc ego sum, in patrias qui possim vertere voces.
Quòd si forte fuisse antehac eadẽ omnia credis,
Sed periisse 2 hominum torrenti sæcla vapore,
Aut cecidisse vrbis magno vexamine mundi,
Aut ex imbribus assiduis exisse rapaces
Per terras amnes, atque oppida cooperuisse:
Tanto quippe magis victus fateare necesse est,
Exitium quoque terrarum, cælique futurum.
Nam cùm res tantis morbis, tantisq; periclis
Tentarentur, ibi si tristior incubuisset
Causſa, darent latè cladem, magnasque ruinas.
Nec ratione alia mortales esse videmur
Inter nos, nisi quod morbis ægrescimus isdem,
Atque illi, quos à vita natura remouit.
Præterea quæcũque manent æterna, necesse est
Aut, quia sunt solido cum corpore, resspuere ictus,
Nec penetrare pati sibi quidquam, quod quatat artas
Dissociare intus partu, vt materiai
Corpora sunt, quorum naturam ostẽdimus antè:

1 vulg. procellere, mendosè, al. protellere.
2 al. omnium.

Aut

Aut ideò durare ætatem posse per omnem,
Plagarum quia sunt expertia, sicut inane est,
Quod manet intactum, neque ab ictu fungitur hilum:
Aut etiam, quia nulla loci sit copia circum,
Quò quasi res possint discedere, dissoluiq;,
Sicut summarum summa est æterna, neque extrà
Quis locus est, quò dissiliant, neque corpora sunt, quæ
Possint insidere, & valida dissoluere plaga.
At neque, vti docui, solido cum corpore mundi
Natura est, quoniam admixtum'st in rebus inane:
Nec tamen est vt inane: neque autem corpora desunt,
Ex infinito quæ possint forte coorta
1 Conruere hanc rerum violento turbine summam,
Aut aliam quamuis cladem importare pericli.
Nec porrò natura loci, spatiúmque profundi
Deficit, exspargi quo possint mœnia mundi,
Aut alia quauis possint vi pulsa perire.
Haud igitur leti præclusa est ianua cælo,
Nec soli, terræque nec altis æquoris vndis,
Sed patet immani, & vasto respectat hiatu.
Quare etiam natiua necessum'st confiteare
Hæc eadem. neq; enim mortali corpore quæ sunt,
Ex infinito iam tempore adhuc potuissent
Immensi validas æui contemnere vires.
Denique, tantopere inter se cùm maxima mundi
Pugnent membra, pio nequaquam concita bello,
Nónne vides aliquam longi certaminis ollis
Posse dari finem: vel cùm sol, & vapor omnis
Omnibus epotis humoribus exsuperarint:
Quod facere intendunt, neque adhuc conata patrantur,
Tantum suppeditant amnes, vltróque minantur
Omnia diluuiare ex alto gurgite ponti:
Nequidquam, quoniam verrentes æquora venti
Diminuunt, radiisque retexens æthereus sol:
Et siccare priùs confidunt omnia posse,
Quàm liquor incepti possit contingere finem.
Tantum spirantes æquo certamine bellum
Magnis de rebus inter se cernere certant,
Cùm semel in terra fuerit superantior ignis,
Et semel, vt fama est, humor regnarit in aruis.
Ignis enim superauit, & 2 ambes multa perussit,
Auia cum Phaëthonta rapax vis solis equorum
Æthere raptauit toto, terrásque per omnis.
At pater omnipotens ira tum percitus acri
Magnanimum Phaëthonta repenti fulminis ictu
Deturbauit equis in terram, Solémq; cadenti
Obuius, æternam susceptit lampada mundi,
Disiectósque redegit equos, iunxitque trementis,
Inde suum per iter recreauit cuncta gubernans:
Scilicet vt veteres Graiûm tecinere poëtæ.
Quod procul à vera 3 nimis est ratione repulsum.
Ignis enim superare potest, vbi materiai

1 Lamb. proruere.
2 al. ambiens. 3 al. vera est animi.

Ex infinito sunt corpora plura coorta,
Inde cadunt vires aliquæ ratione reiectæ,
Aut pereunt res exustæ torrentibus auris,
Humor item quondam cœpit superare coortus,
Vt fama est, hominum multos quando obruit vndis.
Inde vbi vis aliqua ratione auersa recessit,
Ex infinito fuerat quæcumque coorta:
Constiterunt imbres, & flumina vim minuerũt.
Sed quibus ille modis coniectus materiai
Fundárit cælum, ac terram, pontique profunda,
1 Solis lunai cursus, ex ordine ponam,
Nam certè neque consilio primordia rerum
Ordine se quæque, atque sagaci mente locarunt:
Nec quos quæque darent motus, pepigere profectò:
Sed quia multa modis multis primordia rerum
Ex infinito iam tempore percita plagis,
Ponderibúsque suis consuerunt concita ferri,
Omnimodisque coire, atque omnia pertentare,
Quæcumque inter se possent congressa creare,
Propterea fit, vt magnum volgata per æuum
Omnigenos cœtus, & motus experiundo,
Tandem conueniant, 2 ea quæ coniuncta, repentè
Magnarum rerum fiant exordia sæpe,
Terrai, maris, & cæli, generisque animantum.
Hic neque tum solis rota cerni lumine largo
3 Altiuolans poterat, nec magni sidera mundi,
Nec mare, nec cælum, nec denique terra, neque aër,
Nec similis nostris rebus res vlla videri.
Sed noua tempestas quædam, molésque coorta.
Diffugere indo loci partes cœpere, paréque
Cum paribus iungi res, & discludere mundum,
Membráque diuidere, & magnas disponere partis
Omnigenis è principiis: discordia quorum,
Interualla, vias, connexus, pondera, plagas,
Concursus, motus turbabat, prœlia miscens,
Propter dissimilis formas, variásque figuras,
Quod non omnia sic poterant coniuncta manere,
Nec motus inter sese dare conuenientis:
Hoc est à terris altum secernere cælum,
Et seorsum mare vti secreto humore pateret,
Seorsus item puri, secretique ætheris ignes,
Quippe etenim primum terrai corpora quæque,
Propterea quod erant grauia, & perplexa, coibant
In medio, imas capiebant omnia sedes.
Quæ quanto magis inter se perplexa coibant,
Tam magis expressere ea, quæ mare, sidera, solem,
Lunámque efficerent, & magni mœnia mundi.
Omnia enim magis hæc è læuibus atque rotundis
Seminibus, multóque minoribus sunt elementis,
Quàm tellus. ideò per rara foramina terræ
Partibus erumpens primus se sustulit æther
Signifer, & multos secum leuis abstulit ignis,
Non alia longe ratione, ac sæpe videmus,
Aurea cùm primùm gemmantis rore per herbas

1 vulg. solísque & lunæ. 2 al. quæ conuenere.
3 al. Alta velans.

Matutina rubent radiati lumina solis,
Exhalántque lacus nebulam, fluuiique perennes:
Ipsa quoque interdum tellus fumare videtur.
Omnia quæ sursum cùm conciliantur in alto,
Corpore concreto subtexunt nubila cælum,
Sic igitur tum se leuis, ac diffusilis æther
Corpore concreto circumdatus vndique sæpsit,
Et latè diffusus in omnis vndique partis,
Omnia sic auido complexu cætera sæpsit.
Hunc exordia sunt solis, lunæque secuta:
1 Inter vtrosq; globi quorum vertuntur in auris:
Quæ neque terra sibi adsciuit, nec maximus æther:
Quòd neque tam fuerint grauia, vt depressa sederent,
Nec leuia, vt possent per summas labier oras.
Et tamẽ inter vtrosq; ita sunt, vt corpora 2 viua
Versent, & partes vt mundi totius exstent.
Quod genus in nobis quædam licet in statione
Membra 3 manere, tamen cùm sint ea, quæ moueantur:
His igitur rebus retractis, terra repentè,
Maxuma qua nunc se ponti plaga cærula tendit,
Succidit, & salso suffodit gurgite fossas.
Inque dies quanto circum magis ætheris æstus,
Et radij solis cogebant vndique terram
Verberibus crebris extrema ad limina apertam,
In medio vt propulsa suo condensa coïret,
Tam magis expressus salsus de corpore sudor
Augebat mare manando, campósque natantis,
Et tanto magis illa foras elapsa volabant
Corpora multa vaporis, & aëris, altáque cæli
Densebant procul à terris fulgentia templa.
Sidebant campi, crescebant montibus altus
Adscensus: neque enim poterant subsidere saxa,
Nec pariter tantumdem omnes succumbere partes.
Sic igitur terræ concreto corpore pondus
Constitit, atque omnis mundi quasi limus in imum
Confluxit grauis, & subsedit funditus, vt fex.
Inde mare, inde aer, inde æther ignifer ipse,
Corporibus liquidis sunt omnia pura relicta,
Et leuiora aliis alia, & liquidissimus æther,
Atque leuissimus aëreas super influit auras,
Nec liquidum corpus turbantibus aëris auris
Commiscet, sinit hæc violentis omnia verti
Turbinibus, sinit incertis turbare procellis:
Ipse suos ignis certo fert impete labens.
Nam modicè fluere, atque vno posse æthera nisu,
Significat Ponto mare, certo quod fluit æstu,
Vnum labendi conseruans vsque tenorem.
Motibus astrorum nunc quæ sit caussa canamus.
Principio magnus cæli si vertitur orbis:

Ex vtraque polum 1 parti premere aera nobis
Dicendum'st, 2 & vtraque tenere, & claudere vtrinque,
Inde alium suprà fluere, atque intendere eódem,
Quò voluenda micant æterni sidera mundi:
Ast alium subter, contrà qui subuehat orbem:
Vt fluuios versare rotas, atq; haustra videmus.
Est etiam quoque, vti possit cælum omne manere
In statione, tamen cùm lucida signa ferantur:
Siue quòd incluſi rapidi sunt ætheris æstus,
Quærentésque viam circumuersantur, & ignes
Passim per cæli voluunt se 3 inania templa:
Siue aliunde fluens alicunde extrinsecus aër
Versat agens ignis: siue ipsi serpere possunt,
Quò cuiusque cibus vocat, atque inuitat euntis,
Flammea per cælum pascentis corpora passim.
Nam quid in hoc mundo sit eorum, ponere certum,
Difficile est: sed quid possit, fiátque per omne
In variis mundis varia ratione creatis,
Id doceo, pluriſque sequor disponere caussas,
Motibus astrorum, quæ possint esse per omne-
E quibus vna tamen sit & hæc quoque caussa necesse'st,
Quæ 4 vegeat motum signis, sed quæ sit earum,
Præcipere, haudquaquam'st pedetentim progredientis.
Terráque vt in media mundi regione quiescat,
Euanescere paullatim, & decrescere pondus
Conuenit, atque aliam naturam subter habere
Ex ineunte ævo coniunctam, atque vniter aptam
Partibus aëriis mundi, quibus insita viuit.
Propterea non est oneri, neque deprimit auras:
Vt sua cuique homini nullo sunt pondere mẽbra,
Nec caput est oneri collo, nec denique totum
Corporis in pedibus pondus sentimus inesse.
At quæcumque foris veniunt, impostáque nobis
Pondera sunt, lædunt, permulto sæpe minora:
Vsqueadeò magni refert, 5 quid quæ adiaceat res.
Sic igitur tellus non est aliena repentè
Adlata, atque auris aliunde obiecta alienis,
Sed pariter prima concepta ab origine mundi:
Certáque pars eius, quasi nobis membra videtur,
Præterea grandi tonitru concussa repentè
Terra, suprà quæ se sunt, concutit omnia motu:
Quod facere haud vlla posset ratione, nisi esset
Partibus aëriis mundi, cælóque reuincta.
Nam communibus inter se radicibus hærent
Ex ineunte ævo coniuncta, atque vniter apta.
Nónne vides etiam, quàm magno pondere nobis
Sustineat corpus tenuissima vis animai,
Propterea quia tã coniuncta, atq; vniter apta est?
Denique iam saltu pernici tollere corpus
Quis potis est, nisi vis animæ, quæ membra gubernat?
Iámne vides, quantum tenuis natura valere
Possit, vbi est coniuncta grani cum corpore vt aer

1 Hunc putat esse nothum Lamb.
2 Ita o. l. Lamb. bina.
3 vulg. manere tamen, c. s. e. q. moueant nos.
1 vulg. parte. 2 al. ex vtraque. 3 quid immania. 4 vulg. vigeat motum signis, quid. Qua vigeat motus. 5 vulg. quid quæque queat res.

Con-

Coniunctus terris, & nobis est animi vis.
Nec nimio solis maior rota, nec minor ardor
Esse potest, nostris quàm sensibus esse videtur:
Nam quibus è spatiis cumque ignes lumina possunt
Adicere, & calidum membris adflare vaporem,
1 Nihil visus interualla de corpore 2 libant
Flammarum, nihilo ad speciem'st contractior ignis,
Proinde calor quoniam solis, luménque profusum
Perueniunt nostros ad sensus, & loca fulgent,
Forma quoque hinc solis debet illimque videri,
Nihil adeò vt possis plus, aut minus addere verè,
Lunáque siue notho fertur loca lumine lustrans,
Siue suam proprio iactat de corpore lucem,
Quidquid id est, nihilo fertur maiore figura,
Quàm, nostris oculis quam cernimus esse videtur.
Nam priùs omnia quæ longè 3 remota tuemur
Aëra per multum specie confusa videntur,
Quàm minimum filum. quapropter luna necesse est,
Quandoquidem claram speciem, certámque figuram
Præbet, vt est oris extremis cumque notata,
4 Quanta hæc quaque fuat, tanta hinc videatur in alto.
Postremò quoscunque vides hinc ætheris ignis,
(Quandoquidem, quoscunque in terris cernimus ignis,
Dũ tremor est clarus, dum cernitur ardor eorum,
Perparuũ quiddam interdum mutare videntur
Alterutram in partem filum, quò longiùs absit)
Sctre licet, perquàm pauxillo posse minores
Esse, vel exigua maiores parte, breuique.
Illud item non est mirandum, qua ratione
Tantulus ille queat tantum sol mittere lumen,
Quod maria, ac terras omnis, cælũque rigando
Compleat, & calido perfundat cuncta vapore.
Nam licet hinc mundi patefactum totius vnum
Largifluum fontem scatere, atque erumpere 5 flumen
Ex omni mundo, quò sic elementa 6 vaporis
Vndique 7 conueniant, & sic coniectus eorum
Confluat, ex vno capite hic vt profluat ardor.
Nónne vides etiam quàm latè paruus aquai
Prata riget fons interdum, campisque redundet?
Est etiam quoque, vti non magno solis ab igni
Aëra percipiat calidis feruoribus ardor,
Opportunus ita'st si forte, & idoneus aer,
Vt queat accendi paruis ardoribus ictus.
Quòd genus interdum segetes, stipulámque videmus

1 vulg. Nilque nisi ex interuallis. pessimè omnia. Lamb. Illa ipsa interualla nihil. 2 al. librãt. Lamb limant. 3 vulg. semota. 4 vulg. Quanta quoque est, tanta hinc nobis vid. q. Quanta quoque hæc fuat. nos hinc restituimus. Lamb. cumque. 5 lumen. 6 al. vapores. vulg. vapora. 7 vulg. conueniunt.

1 Accendere ex vna scintilla incendia passim.
Forsitan & rosea sol altè lampade lucem
Possideat multum cæcis feruoribus ignem
Circum se, nullo qui sit fulgore notatus,
Æstiferum vt tantum radiorum 2 exaugeat ictum.
Nec ratio solis simplex, 3 nec certa patescit
Quo pacto æstuis è partibus agocerotis
Brumalis adeat flexus, atque inde reuortens
Canceris 4 vt vertat metas ad solstitialis:
Lunáque mensibus id spatium videatur obire,
Annua sol in quo consumit tempora cursu:
Non, inquam, simplex his rebus reddita caussa est.
Nam fieri vel cumprimis id posse videtur,
Democriti quod sancta viri sententia ponit:
Quanto quæque magis sint terram sidera propter,
Tanto posse minus cum cæli turbine ferri,
Euanescere enim rapidas illius, & acris
Imminui subter viris, ideóque relinqui
Paullatim solem cum posterioribus signis,
Inferior multo quòd sit, quàm feruida signa:
Et magis hoc lunam, quanto demissior eius
Cursus abest procul à cælo, terrisque propinquat,
Tanto posse minus cum signis tendere cursum:
Flaccidiore etiam quanto iam turbine fertur
Inferior, quàm sol, tanto magis omnia signa
Hanc adipiscuntur, circùm, præterq; feruntur.
Propterea fit, vt hæc ad signum quodque reuerti
Mobilius videatur, ad hãc quia signa reuisunt.
Fit quoque, vt è mundi transuersis partibus aër
Alternis certo fluere alter tempore possit,
Qui queat æstiuis solem detrudere signis,
Brumalis vsque ad flexus, gelidúmque rigorem:
Et qui reiciat gelidis à frigoris vmbris,
Æstiferas vsque in partis, & feruida signa,
Et ratione pari lunam, stellásque putandum'st,
Quæ voluunt magnos in magnis orbibus annos,
Aeribus posse alternis à partibus ire.
Nónne vides etiam diuersis nubila ventis
Diuersas ire in partis, inferna supernis?
Qui minus illa queãt per magnos ætheris orbis,
Æstibus inter se diuersis sidera ferri?
At nox obruit ingenti caligine terras,
Aut vbi de longo cursu sol 5 vltima cæli
Impulit, atque suos efflauit languidus ignis
Concussos itere: & labefactos aere multo:
Aut quia sub terras cursum conuertere cogit
Vis eadem, supera quæ terras pertulit orbem.
Tempore item certo roseam Matuta per oras
Ætheris auroram defert, & lumina pandit:
Aut quia sol idem sub terras ille reuertens
Anticipat cælum radiis accendere tentans:
Aut quia conueniunt ignes, & semina multa
Confluere ardoris consuerunt tempore certo,
Quæ faciunt solis noua semper lumina gigni:

1 al. Accipere. 2 vulg. exaudiat. 3 al. ac recta. 4 Lamb. vt metas vertat se ad 5 quid. vltima, vetima. al. extima.

Quod genus Idæis fama est è montibus altis
Dispersos ignis orienti lumine cerni
Inde coire globum quasi in vnum, & conficere orbem.
Nec tamen illud in his rebus mirabile debet
Esse, quòd hæc ignis tam certo tempore possint
Semina confluere, & solis reparare nitorem:
Multa videmus enim, certo quæ tempore fiunt
Omnibus in rebus: floreſcunt tempore certo
Arbusta, & certo demittunt tempore florem.
Nec minus in certo dentes cadere imperat ætas
Tempore, & impubem molli pubescere veste,
Et pariter mollem malis demittere barbam.
Fulmina postremò nix, imbres, nubila, venti,
1 Non nimis incertis fiunt in partibus anni.
Namque vbi sic 2 fuerunt caussarum exordia prima,
Atque vti res mundi cecidêre ab origine prima,
Consequa natura est iam rerum ex ordine certo,
Crescere item cœpit dies licet, & tabescere noctes,
Et minui luces, cùm noctes augmina sumant,
Aut quia sol idem sub terras atque supernè,
Imparibus currens amfractibus ætheris oras
Partit, & in partis non æquas diuidit orbem:
Et quod ab alterutra detraxit parte, reponit,
Eius in aduersa tanto plus parte relatus.
3 Donicum ad id signum cæli peruênit, vbi anni
4 Nodus nocturnas exæquat lucibus vmbras.
Nam medio cursu flatus aquilonis, & austri,
Distinet æquato cælum discrimine metas,
Propter signiferi posituram totius orbis,
Annua sol in quo contundit tempora serpens,
Obliquo terras, & cælum lumine lustrans:
Vt ratio declarat eorum, qui loca cæli
Omnia dispositis signis ornata notarunt:
Aut, quia crassior est certis in partibus aer,
Sub terris ideò tremulum iubar hesitat ignis,
Nec penetrare potest facilè, atque emergere ad ortus.
Propterea noctes hiberno tempore longæ
Cessant, dum veniat radiatum insigne diei:
Aut etiam, quia sic alternis partibus anni
Tardiùs & citiùs consuerunt confluere ignes,
Qui faciant solem certa de surgere parte.
Luna potest solis radiis percussa nitere,
Inq; dies maius lumen conuertere nobis
Ad speciem, quantum solis secedit ab orbe,
5 Donicum eum contra pleno bene lumine fulsit,
Atque oriens, obitus eius superedita vidit.
Inde minutatim retrò quasi condere lumen
Debet item, quanto propiùs iam solis ad ignem
Labitur ex alia signorum parte per orbem:
Vt faciunt, lunam qui fingunt esse pilai
Consimilem, cursúsque viam sub sole tenere:
Propterea fit, vti videantur dicere verum.
Est etiam quoque vti proprio cum lumine possit
Voluier, & varias splendoris reddere formas:

1 al. Non minus in certis. 2 vers. seq. eruit Lamb. 3 al. Donec. 4 al. Malas. 5 vulg. Donec.

Corpus enim licet esse aliud, quod fertur, & vnà
Labitur omnimodis occursans officiénsque,
Nec potis est cerni, quia cassum lumine fertur,
Versariq; potest, globus vt, si forte, pilai
Dimidia ex parti candenti lumine tinctus,
Versandóque globum variantis edere formas.
Denique eam partem, quæcumque est ignibus aucta,
Ad speciem vertit nobis, oculósque patentis,
Inde minutatim retrò contorquet, & aufert
Luciferam partem glomeraminis atque pilai:
Vt Babylonica 1 Chaldæûm doctrina refutans
Astrologorum artem contrà conuincere tendit:
Proinde quasi fieri nequeat, quod pugnat vterque,
Aut minus hoc illo sit cur amplectier ausis.
Denique cur nequeat semper noua luna creari
Ordine formarum certo certisque figuris,
Inq; dies priuos 2 aboriscî quæque creata,
Atque alia illius reparari in parte, locóque.
Difficile est ratione docere, & vincere verbis,
Ordine cùm videas tam certo multa creari.
It Ver, & Venus, & Veneris prænuntius antè
Pennatus graditur Zephyrus vestigia propter.
Flora quibus mater præspargens antè viai
Cuncta coloribus egregiis, & odoribus opplet.
Inde loci sequitur Calor aridus, & comes vnà
Puluerulenta Ceres, & Etesia flabra Aquilonum:
Inde Auctumnus adit, graditur simul Euius Euan:
Inde aliæ tempestates, ventique sequuntur,
Altitonans Volturnus, & Auster fulmine pollens.
Tandem Bruma niues adfert, pigrumque rigorem
Rrem eddit, hiems sequitur, crepitans 3 ac dentibus Algor.
Quo minus est mirum, si certo tempore luna
Gignitur, & certò deletur tempore rursus,
Cùm fieri possint tam certo tempore multa.
Solis item quoque defectus, lunæq; latebras,
Pluribus è caussis fieri tibi posse putandum'st.
Nam cur luna queat terram secludere solis
Lumine, & à terris altum caput obstruere eij,
Obiciens cæcum radiis ardentibus orbem,
Tempore eodem aliud facere id non posse putetur
Corpus, quod cassum labatur lumine semper?
Solque suos etiam dimittere languidus ignis
Tempore cur certo nequeat, recreáreque lumen,
Cùm loca præteriit flammis infesta per auras,
Quæ faciunt ignis interstingui, atque perire?
Et cur terra queat lunam spoliare vicissim
Lumine, & oppressum solem 4 super ipsa tenere,
Menstrua dum rigidas coni perlabitur vmbras,
Tempore eodem aliud nequeat succurrere lunæ
Corpus, vel supera solis perlabier orbem,
Quod radios interrumpat, luménque profusum?

1 al. Chaldæam.
2 quid. viscique hinc abolescî. alij, aboriri. Lamb. abolescere.
3 vulg. accentibus algi. 4 quid. superà:

Et tamen ipsa suo si fulgit luna nitore,
Cur nequeat certa mundi langueſcere parte,
Dum loca luminibus propriis inimica peragrat?
Quod ſupereſt, quoniam magni per cærula mundi
Qua fieri quidquid poſſet ratione, reſolui:
Solis vti varios curſus, lunæq; meatus
Noſcere poſſemus qua vis, & cauſſa cieret,
Qvóve modo ſoleant offecto lumine obire,
Et neq; opinantis tenebris obducere terras,
Cùm quaſi conniuent, & aperto lumine rurſum
Omnia conuiſunt clara loca candida luce:
Nunc redeo ad mundi nouitatem, & mollia terræ
Arua, nouo fetu quid primum in luminis oras
Tollere, & incertis [1] tentarit credere ventis.
Principio genus herbarum, viridemq; nitorem
Terra dedit circum collis, campoſq; per omnis
Florida fulſerunt viridanti prata colore.
Arboribuſq; datum'ſt variis exinde per auras
Creſcendi magnum immiſſis certamen habenis.
Vt pluma, atq; pili primùm, ſetæq; creantur
Quadrupedum in membris, & corpore pennipotentum:
Sic noua tum tellus herbas, virgultáque primùm
Suſtulit: inde loci mortalia ſæcla creauit
Multa modis multis varia ratione coorta.
Nam neq; de cœlo cecidiſſe animalia poſſunt,
Nec terreſtria de ſalſis exiſſe lacunis.
Linquitur, vt meritò maternum nomen adepta
Terra ſit, è terra quoniam ſunt cuncta creata.
Multaq; nunc etiam exiſtunt animalia terris,
Imbribus, & calido ſolis concreta vapore.
Quo minùs eſt mirum, ſi tum ſunt plura coorta,
Et maiora, noua tellure: atque æthere adulta.
Principio genus alituum, variæq; volucres
Oua relinquebant excluſa tempore verno:
Folliculos vt nunc teretes æſtate cicadæ
Linquunt, ſponte ſua victum, vitamq; petentes.
Tum tibi terra dedit primum mortalia ſæcla:
Multus enim calor, atqui humor ſuperabat in aruis.
[2] Hinc vbi quæq; loci regio opportuna dabatur
Creſcebant vteri terræ radicibus apti,
Quos vbi tempore maturo patefecerat ætas
Infantum, fugiens humorem, auráſque petiſſent,
Conuertebat ibi natura foramina terræ,
Et ſuccum venis cogebat fundere apertis
Conſimilem lactis, ſicut nunc femina quæque
Cùm peperit, dulci repletur lacte, quòd omnis
Impetus in mammas conuertitur ille alimenti.
Terra cibum pueris, veſtem vapor, herba cubile
Præbebat, multa & molli lanugine abundans.
At nouitas mundi nec frigora dura ciebat,
Nec nimios æſtus, nec magnis viribus auras.
Omnia enim pariter creſcunt, & robora ſumunt.
Quare etiam atque etiam maternum nomen adepta
Terra tenet meritò: quoniam genus ipſa creauit.
Humanum, atque animal propè certo tempore fudit
Omne, quod in magnis bacchatur montibus paſſim,
Aëriaſq; ſimul volucres variantibus formis.
Sed quia finem aliquam pariendi debet habere,
Deſtitit, vt mulier ſpatio defeſſa vetuſto.
Mutat enim mundi naturam totius ætas,
Ex alioq; alius ſtatus excipere omnia debet,
Nec manet vlla ſui ſimilis res: omnia migrant,
Omnia commutat natura, & vertere cogit.
Namq; aliud putreſcit, & æuo debile languet.
Porrò aliud concreſcit, & è contemptibus exit.
Sic igitur mundi naturam totius ætas
Mutat, & ex alio terram ſtatus excipit alter.
Quod potuit, nequeat, poſſit quod non tulit antè
Multaq; tum tellus etiam portenta creare
Conata eſt, mira facie, membriſq; coorta.
Androgynum inter vtras, nec vtraque vtrimq; remotum.
Orba pedum partim manuũ viduata viciſſim:
[1] Multa ſine ore etiam, ſine voltu cæca reperta.
Vinctáque membrorum per totum corpus adheſu,
Nec facere vt poſſent quidquam, nec cedere quoquam,
Nec vitare malum nec ſumere, quod foret [2] vſus.
Cetera de genere hoc monſtra, ac portenta creabat,
Nequiquam, quoniam natura [3] abſterguit auctum,
Nec potuere cupitum ætatis tangere florem,
Nec reperire cibum, nec iungi per Veneris res.
Multa videmus enim rebus concurrere debere,
Vt propagando poſſint procudere ſæcla:
Pabula primùm vt ſint, genitalia deinde per artus
Semina qua poſſint membris manare remiſſis:
Feminaq; vt maribus coniungi poſſit [4] habere
Mutua queis nectant inter ſe gaudia, vterque.
Multaq; tum interiiſſe animantum ſæcla neceſſe eſt,
Nec potuiſſe propagando procudere prolem.
Nam quæcumq; vides veſci vitalibus auris,
Aut dolus, aut virtus, aut deniq; mobilitas eſt
Ex ineunte æuo genus id tutata reſeruans,
Multaq; ſunt, nobis ex vtilitate ſua quæ
Commendata manent tutelæ tradita noſtræ.
Principio genus acre leonum, ſæuaq; ſecla
Tutata eſt virtus, vulpes dolus, & fuga ceruos.
At leuiſomna canum ſido cum pectore corda,
Et genus omne, quod eſt veterino ſemine partum,
Lanigeraq; ſimul pecudes, & bucera ſæcla,
Omnia ſunt hominum tutelæ tradita, Memmi.
Nam cupidè fugere feras, pacemq; ſecutæ
Sunt, & larga ſuo ſine pabula parta labore,

1 al. tendant committere. &, credunt committere. 2 al. hecce. in al. ecce,

1 q:l. muta 2 vulg. volet. in v.q fouet.
3 vulg. abſterruit.
4 vulg. habendum vtriſque.

Quæ damus vtilitatis eorum præmia cauſſa.
At queis nihil horum tribuit natura, nec ipſa
Sponte ſua poſſent vt viuere, nec dare nobis
Vtilitatem aliquam, quare pateremur eorum
Præſidio noſtro paſci genus, eſſéq; tutum:
Scilicet hæc aliis prædæ, lucroq; iacebant,
Endopedita ſuis fatalibus omnia vinclis,
[1] Donicum ad interitum genus id natura redegit.
Sed neq; Centauri fuerunt, nec tempore in vllo
Eſſe queat duplici natura, & corpore bino
Ex alienigenis membris compacta poteſtas,
Hinc illinc [2] par vis, vt non ſic eſſe potis ſit.
Id licet hinc quamuis hebeti cognoſcere corde.
Principio circum tribus actis impiger annis
Floret equus, puer haudquaquam, quin ſæpe etiam [3] tunc
Vbera mammarum in ſomnis lactantia quærit.
Poſt vbi equum validæ vires ætate ſenecta,
Membraq; deſiciunt fugienti languida vita
Tum demum [4] pueris æuo florente, iuuentas
Occipit, & molli veſtit lanugine malas:
Ne forte ex homine & veterino ſemine equorum
Conſieri credis Centauros poſſe, neq; eſſe:
Aut rapidis canibus ſuccinctas ſemimarinis
Corporibus Scyllas, & cetera de genere horum,
Inter ſe quorum diſcordia membra videmus:
Quæ neque floreſcunt pariter, nec robora ſumunt
Corporibus, neq; proficiunt ætate ſenecta,
Nec ſimili Venere ardeſcunt, nec moribus vnis
Conueniunt, neq; ſunt eadem iucunda per artus.
Quippe videre licet pingueſcere ſæpe cicuta
Barbigeras pecudes, homini quæ eſt acre venenum.
[5] Flamma quidem verò cùm corpora fulua leonum
Tam ſoleat torrere, atque vrere, quàm genus omne
Viſceris in terris quodcunque & ſanguinis exſtet:
Qui fieri potuit, triplici cum corpore vt vna
Prima leo, poſtrema draco, media ipſa Chimæra
Ore foras acrem [6] efflaret de corpore flammam?
Quare etiam tellure noua, cæloq; recenti
Talia qui fingit potuiſſe animalia gigni,
Nixus in hoc vno nouitatis nomine inani,
Multa licet ſimili ratione effutiat ore:
Aurea tum dicat per terras flumina volgò
Fluxiſſe, & gemmis florere arbuſta ſueſſe:
Aut hominem tanto membrorum eſſe impetenatum,
Trans maria alta pedum niſus vt ponere poſſet,
Et manibus totum circum ſe vertere cælum.
Nam quòd multa fuere in terris ſemina rerum,
Tempore quo primùm tellus animalia fudit:
Nihil tamen eſt ſigni, mixtas potuiſſe creari
Inter ſe pecudes, compactáque membra animantum,

1 o. Donec. 2 quid. paruis vt non ſit pars eſſe aliter paribus. 3 al. nunc. 4 al. puerili. 5 quid ignea flamma quidem. 6 al. flaret.

Propterea, quia quæ de terris nunc quoque abundant
Herbarum genera, ac fruges, arbuſtaq; lata,
Non tamen inter ſe poſſunt complexa creari.
Sed ſic quicque ſuo ritu procedit, & omnia
Fœdere naturæ certo diſcrimina ſeruant.
Et genus humanum multo fuit illud in aruis
Durius, vt decuit, tellus quod dura creaſſet:
Et maioribus, & ſolidis magis oſſibus intus
Fundatum, & validis aptũ per viſcera neruis:
Nec facilè ex æſtu, nec frigore quod caperetur,
Nec nouitate cibi, nec labi corporis vlla.
Multáque per cælum ſolis voluentia luſtra
Volgiuago vitam tractabant more ferarum.
Nec robuſtus erat curui moderator aratri
Quiſquam, nec ſcibat ferro molirier arua,
Nec noua defodere in terram virgulta, neque altis
Arboribus veteres decidere falcibus ramos,
Quod ſol, atque imbres dederant, quod terra creârat
Sponte ſua, ſatis [1] placabat pectora donum.
Glandiferas inter curabant corpora quercus
Plerunque: & quæ nunc hiberno tempore cernis
Arbuta pœniceo fieri matura colore
Plurima tum tellus etiam maiora ferebat.
Multaq; præterea nouitas tum florida mundi
Pabula [2] dia tulit, miſeris mortalibus ampla.
At ſedare ſitim fluuij, fontéſq; vocabant:
Vt nunc montibus è magnis decurſus aquai
[3] Clarè citat ad ſe ſitientia ſæcla ferarum,
Denique noctiuagi ſilueſtria templa tenebant
Nympharum quibus exibant humore fluenta
Lubrica, proluuie larga lauere humida ſaxa,
Humida ſaxa ſuper viridi ſtillantia muſco,
Et partim plano ſcatere, atque erumpere campo.
Nec dum res igni ſcibant tractare, neque vti
Pellibus, & ſpoliis corpus veſtire ferarum:
Sed nemora, atque cauos montis, ſiluaſq; colebant,
Et frutices inter condebant ſqualida membra.
Verbera ventorum vitare, imbreſq; coacti.
Nec commune bonũ poterant ſpectare, neque vllis
Moribus inter ſe ſcibant, nec legibus vti.
Quod cuique obtulerat prædæ fortuna ferebat,
Sponte ſua, ſibi quiſque valere & viuere doctus.
Et Venus in ſiluis [4] inciebat corpora amantum.
Conciliabat enim vel mutua quamque cupido,
Vel violenta viri vis, atque impenſa libido,
Vel pretium glandes, atq; arbuta, vel pira lecta.
Et manuum mira freti virtute, pedúmque,
Conſectabantur ſilueſtria ſæcla ferarum
Miſſilibus ſaxis, & magno pondere claua:
Multaq; vincebant, vitabant pauca latebris:
Setigerúmq; pares ſuibus [5] ſilueſtribus membra

1 quid. placarat. 2 al. dura Lamb. diua.
3 al. Claricitatiate Claritati à te, Claricitare. vulg. Clarior accitat.
4 al. lucebat, lugebat, vulg. iungebat.
5 vulg. ſilueſtria.

1 Nuda

1 Nuda dabant terræ nocturno tempore capti,
Circùm se foliis ac frondibus inuoluentes:
Nec plangore diem magno, solémque per agros
Quærebant pauidi, palantes noctis in vmbris,
Sed taciti respectabant, somnóq; sepulti,
Dum rosea face sol inferret lumina cælo:
A paruis quod enim consuerant cernere semper
Alterno tenebras, & lucem tempore gigni,
Non erat, vt fieri posset, mirarier vnquam,
Nec diffidere, ne terras æterna teneret
Nox in perpetuum, detracto lumine solis,
Sed magis illud erat curæ, quòd sæcla ferarum
Infestam miseris faciebant sæpe quietem,
Eiectique domo fugiebant saxea tecta
Spumigeri suis aduentu, validiq; leonis:
Atque intempesta cedebant nocte pauentes
Hospitibus sæuis instrata cubilia fronde.
Nec nimio tum plus, quàm nunc, mortalia sæcla
Dulcia linquebant 2 labentis lumina vitæ.
Vnus enim tum quisque magis deprensus eorum
Pabula viua feris præbebat, dentibus haustus:
Et nemora ac montis gemitu, siluasq; replebat,
Viua videns viuo sepeliri viscera busto.
At quos effugium seruarat, corpore adeso
Posteriùs tremulas super vlcera tetra tenentes
Palmas, horriferis accibant vocibus Orcum,
Donicum eos vita priuarant vermina sæua
Expertis opis, ignaros quid volnera vellent.
At non multa virum sub signis millia ducta
Vna dies dabat exitio, nec turbida ponti
Æquora lædebant nauis ad saxa, virósque:
Sed temerè, in cassum mare 4 fluctibus sæpe coortis
Sæuibat, leuitérque minas 5 miscebat inanis.
Nec poterat quemquam placidi pellacia ponti
Subdola pellicere in fraudem ridentibus vndis.
Improba nauigij ratio tum cæca iacebat.
Tum penuria deinde cibi, languentia leto
Membra dabat, contrà nunc rerũ copia mersat:
Illi imprudentes ipsi sibi sæpe venenum
Vergebant, nunc dant aliis sollertius ipsi:
Inde casas postquam, ac pellis, ignemq; pararunt,
Et mulier coniuncta viro concessit in vnum,
Castáque priuatæ Veneris connubia læta
Cognita sunt, prolémque ex se videre creatam:
Tum genus humanum primùm mollescere cœpit.
Ignis enim curauit, vt 6 alsia corpora frigus
Non ita iam possent cæli sub tegmine ferre:
Et Venus imminuit vires, pueriq; parentum
Blanditiis facile ingenium fregere superbum.
Tunc & amicitiem cœperunt iungere 7 habentes
Finitima inter se, nec lædere, nec violare:
Et pueros commendarunt, muliebreq; sæclum,
Vocibus, & gestu cùm balbè significarent,
Imbecillorum esse æquum misererier omnium.

1 al. Nudabant. 2 al. lamentis.
3 al denique. al. donec.
4 In q. vulg. fruſtra ſæpe coortum.
5 al ponebat.
6 al. algida. 7 al. auentes.

Non tamen omnimodis poterat concordia gigni:
Sed bona, magnáque pars seruabant fœdera casti.
Aut genus humanum iam tum foret omne peremptum,
Nec potuisset adhuc perducere sæcla propago.
At varios linguæ sonitus natura subegit
Mittere & vtilitas expressit nomina rerum,
Non alia longè ratione atque ipsa videtur
Protrahere ad gestum pueros infantia linguæ,
Cùm facit, vt digito, quæ sint præsentia, mõstrẽt.
Sentit enim vim quisque suam, 1 quam possit abuti.
Cornua nata prius vitulo quàm frontibus exstent,
Illis iratus petit, atque infensas inurget.
At catuli pantherarum, scymniq; leonum
Vnguibus, ac pedibus iam tum, morsúque repugnant,
Vix etiam cùm sunt dentes, vnguésq; creati.
Alituum porrò genus alis omne videmus
Fidere, & à pennis tremulum petere auxiliatum.
Proinde putare aliquem tũ nomina distribuisse
Rebus, & inde homines didicisse vocabula prima
Desipere est. nam cur hic posset cuncta notare
Vocibus, & varios sonitus emittere linguæ,
Tempore eodem alij facere id non quisse putẽtur?
Præterea, si non alij quoque vocibus vsi
Inter se 2 fuerant, vnde insita notities est
Vtilitatis? & vnde data est huic prima potestas
Quid vellet, facere vt scirent, animóque viderent?
Cógere item pluris vnus, victosq; domare
Non poterat rerum vt perdiscere nomina vellẽt,
Nec ratione docere vlla, suadereq; surdis
Quid sit opus facto: faciles neq; enim paterentur,
Nec ratione vlla sibi ferrent amplius auris
Vocis inauditos sonitus obtundere fruſtrà.
Postremò quid in hac mirabile tantopere est re,
Si genus humanum, cui vox, & lingua vigeret,
Pro vario sensu varias res voce notaret,
Cùm pecudes mutæ, cùm denique sæcla ferarum
Dissimilis soleant voces, variasq; ciere,
Cùm metus, aut dolor est, & cùm iam gaudia gliscunt?
Quippe etenim id licet 3 è rebus cognoscere apertis.
Inritata canum cùm primùm magna Molossum
Mollia ricta 4 premunt duros nudantia dentes,
Longè alio sonitu rabie destricta minantur.
Et cùm iam latrant, & vocibus omnia complẽt.
At catulos blandè cùm lingua lambere tentant,
Aut vbi eos 5 lactant pedibus, morsuq; petentes
Suspensis teneros imitantur dentibus haustu,
Longè alio pacto gannitu vocis adulant:
Et cùm deserti baubantur in ædibus, aut cùm
Plorantes fugiunt summisso corpore plagas.

1 al. quod. 2 fuerent. 3 quid etenim licet
id rebus 4 al fremunt. quid. cremunt.
5 Lamb. iactant.

Denique non hinnitus item differre videtur,
Inter equas vbi equus florenti ætate iuuencus
Pinnigeri fœuit calcaribus ictus amoris:
Et fremitum patulis sub naribus edit ad arma?
Et cùm sic aliàs concussis artibus hinnit?
Postremò genus alituum, variæq; volucres,
Accipitres, atque ossifragæ, mergiq; marinis
Fluctibus in falsis victum, vitámque petentes,
Longè alias alio iaciunt in tempore voces,
Et cùm de victu certant, prædáque repugnant,
Et partim mutant cum tempestatibus vna
Rauciſonos cantus: cornicum vt sæcla vetusta,
Coruorúmque greges, vbi aquam dicuntur, & imbris
Poscere, & interdum ventos, aurasq; vocare.
Ergo si varij sensus animalia cogunt,
Muta tamen cùm sint, varias emittere voces:
Quanto mortalis magis æquum'st tum potuisse
Dissimilis alia, atque alia res voce notare?
Illud in his rebus tacitus ne forte requiras,
Fulmen detulit in terras mortalibus ignem
Primitus: inde omnis flammarum [1] diditus ardor.
Multa videmus enim cælestibus incita flammis
Fulgere, cùm cæli donauit plaga vapores.
Et ramosa tamen cùm ventis pulsa vacillans
Æstuat in ramos incumbens arboris arbor,
Exprimitur validis extritus viribus ignis:
[2] Emicat interdum flamma feruidus ardor.
Mutua dum inter se rami stirpésq; teruntur.
Quorum vtrunque dedisse potest mortalibus ignem
Inde cibum coquere, ac flammæ mollire vapore,
Sol docuit, quoniam mitescere multa videbant
Verberibus radiorum, atque æstu victa per agros:
Inq; dies magis hi victum, vitámque priorem
Commutare nouis monstrabant rebus, & igni,
Ingenio qui præstabant, & corde vigebant.
Condere cœperunt tum vrbis, arcémque locare
Præsidium reges ipsi sibi, perfugiúmq;:
Et pecudes, & agros diuisere, atque dedere
Pro facie cuiusque, & viribus, ingenióque.
Nam facies multùm valuit, viresq; vigebant.
Posteriùs res inuenta est, aurúmque repertum:
Quod facilè & validis, & pulcris dempsit honorem.
Diuitioris enim sectam plerumque sequuntur
Quamlibet & fortes, & pulcro corpore creti,
Quòd siquis vera vitam ratione gubernet,
Diuitiæ grandes homini sunt, viuere parcè
Æquo animo: neque enim'st vmquam penuria parui.
At claros se homines voluêre esse, atque potentes
Vt fundamento stabili fortuna maneret,
Et placidam possent opulenti [3] degere vitam:
Nequiquam, quoniam ad summum succedere honorem
Certantes, iter infestum fecere viai.
Et tamen è summo quasi fulmen deicit ictos
Inuidia interdum [1] contemptim in tartara tetra:
Vt satius multo iam sit parère quietum,
Quàm regere imperio res velle, & regna tenere.
Proinde sine in cassum defessi sanguine sudent
Angustum per iter luctantes ambitionis:
Inuidia quoniam, ceu fulmine, summa vaporant
Plerunque, & quæ sunt aliis magis edita cumque,
Quandoquidem sapiunt alieno ex ore, petúntq;
Res ex auditis potiùs, quàm sensibus ipsis.
Nec magis id nunc est, neque erit mox, quàm fuit antè.
Ergo regibus occisis, subuersa iacebat
Pristina maiestas soliorum, & sceptra superba,
Et capitis summi præclarum insigne cruentum
Sub pedibus volgi magnum lugebat honorem.
Nam cupidè conculcatur nimis antè metutum.
Res itaque ad summam facem, turbásque redibat,
Imperium sibi cum, ac summatim quisque petebat.
Inde magistratum partim docuère creare:
Iuráque constituère, vt vellent legibus vti.
Nam genus humanum defessum vi colere æuum,
Ex inimicitiis languebat: quo magis ipsum
Sponte sua cécidit sub leges, artáque iura.
Acrius ex ira quod enim se quisque parabat
Vlcisci, quàm nunc conces sum'st legibus æquis,
Hanc ob rem'st homines pertesum vi colere æuum:
Vnde metus maculat pœnarum præmia vitæ
Circumretit enim vis, atque iniuria quemque:
Atque vnde exorta est, ad eum plerumque reuertit:
Nec facile est placidam, ac pacatam degere vitam,
Qui violat factis communia fœdera pacis:
Etsi fallit enim diuum genus, humanúmque,
Perpetuò tamen id fore clam diffidere debet.
Quippe vbi se multi per somnia sæpe loquentes,
Aut morbo delirantes [2] procraxe ferantur,
Et celata diu in medium peccata dedisse.
Nunc quæ caussa deûm per magnas numina gentis
Peruolgárit, & ararum compleuerit vrbis,
Suscipiendáque curarit sollemnia sacra,
Quæ nunc in magnis florent sacra rebus locisq;,
Vnde etiam nunc est mortalibus insitus horror,
Qui delubra deûm noua toto suscitat orbi
Terrarum, & festis cogit celebrare diebus,
Non ita difficile est rationem reddere verbis.
Quippe etenim iam tum diuûm mortalia sæcla
Egregias animo facies vigilante videbant,
Et magis in somnis, mirando corporis [3] auctu.
His igitur sensum tribuebant propterea, quòd
Membra mouere videbantur, vocesq; superbas
Mittere pro facie præclara, & viribus amplis.

1 al. diditur: 2 Et micat
3 al. ducere.

1 al. contemptum.
2 al. procraxe. vulg. protraxe.
3 al. mirandos corp. auctus.

Æter-

Æternámque dabant vitam, quia ſemper eorum
Suppeditabatur facies, & forma manebat,
Et [1] tamen omnino, quos tantis viribus auctos
Non temere vlla vi conuinci poſſe putabant.
Fortuniſq; ideò longè præſtare putabant,
Quòd mortis timor haud quemquam vexaret eorum:
Et ſimul in ſomnis quia multa, & mira videbant
Efficere, & nullum capere ipſos inde laborem.
Præterea cæli rationes ordine certo,
Et varia annorum cernebant tempora verti,
Nec poterant quibus id fieret cognoſcere cauſſis.
Ergo perfugium ſibi habebant omnia diuis
Tradere, & illorum nutu facere omnia flecti.
In cæloq; deûm ſedes, & templa locarunt,
Per cælum volui quia ſol, & luna videtur,
Luna dies, & nox, & noctis ſigna ſeuera,
Noctiuagæq; faces cæli, flammæq; volantes,
Nubila, ros, imbres, nix, venti, fulmina, grando,
Et rapidi fremitus, & murmura magna minarum.
O genus infelix humanum, talia diuis
Cùm tribuit facta, atq; iras adiunxit acerbas!
Quantos tum gemitus ipſi ſibi, quantaq; nobis
Volnera, quas lacrumas peperere minoribus noſtris!
Nec pietas vlla eſt velatum ſæpe videri
Vertier ad lapidem, atque omnis accedere ad aras,
Nec procumbere humi proſtratum, & pandere palmas
Ante deûm delubra, nec aras ſanguine multo
Spargere quadrupedum, nec votis nectere vota,
Sed mage placata poſſe omnia mente tueri.
Nam cùm ſuſpicimus magni cæleſtia mundi
Templa ſuper, ſtelliſq; micantibus æthera ſixum,
Et venit in mentem ſolis, lunæq; viarum,
Tunc aliis oppreſſa malis in pectore cura
Illa quoque expergefactum caput erigere inſit,
Et quæ ſortè deûm nobis immenſa poteſtas
Sit, vario motu quæ candida ſidera verſet:
Tentat enim dubiam mentem rationis egeſtas,
Ecquæ nam fuerit mundi genitalis origo,
Et ſimul ecquæ ſit finis, quoad mœnia mundi,
Et taciti motus hunc poſſint ferre laborem:
An diuinitus æterna donata ſalute,
Perpetuo poſſint æui labentia tractu,
Immenſi validas æui contemnere vires.
Præterea cui non animus formidine diuûm
Contrahitur, cui non conrepunt membra pauore,
Fulminis horribili cùm plaga torrida tellus
Contremit, & magnum percurrunt murmura cælum?
Non populi, gentesq; tremunt? regesq; ſuperbi
Conripiunt diuûm perculſi membra timore,
Ne quod ob admiſſum fœdè, dictúmve ſuperbè
Pœnarum graue ſit ſoluendi tempus adactum?
Summa etiam cùm vis violenti per mare venti
Endoperatorem claſſis ſuper æquora verrit
Cum validis pariter legionibus, atque elephãtis,
Non diuum pacem votis adit, ac prece quæſit
Ventorum pauidus paces, animasq; ſecundas?
Nequiquam, quoniam violento turbine ſæpe
Conreptus nihilo fertur minus ad vada leti.
Vſqueadeò res humanas vis abdita quædam
Obterit, & pulcros faſcis, ſæuasq; ſecures
Proculcare, ac ludibrio ſibi habere videtur.
Denique ſub pedibus tellus cùm tota vacillat,
Concuſſæq; cadunt vrbes, dubiæq; minantur,
Quid mirum, ſi ſe temnunt mortalia ſæcla?
Atque poteſtates magnas, mirasq; relinquunt
In rebus viris diuûm, quæ cuncta gubernent?
Quod ſupereſt, æs atque aurum, ferrúmque repertum'ſt,
Et ſimul argenti pondus, plumbiq; poteſtas,
Ignis vbi ingentis ſiluas ardore cremarat
Montibus in magnis, ſeu cæli fulmine miſſo,
Siue quod inter ſe bellum ſilueſtre gerentes,
Hoſtibus intulerant ignem formidinis ergô,
Siue quòd inducti terræ bonitate, volebant
Pandere agros pinguis, & paſcua reddere rura,
Siue feras interficere, & diteſcere præda:
Nam fouea, atque igni priùs eſt venarier ortum,
Quàm ſæpire plagis ſaltum, canibusq; ciere,
Quidquid id eſt, quacumque è cauſſa flammeus ardor
Horribili ſonitu ſiluas exederat [1] altas
Ab radicibus, & terram percoxerat igni,
Manabat venis feruentibus in loca terræ
Concaua conueniens argenti riuus, & auri,
Aeris item, & plumbi, quæ cùm concreta videbant
Poſteriùs claro in terris ſplendere colore,
Tollebant nitido capti, læuiq; lepôre,
Et ſimili formata videbant eſſe figura.
Atque lacunarum fuerant veſtigia cuique.
Tum penetrabat eos, poſſe hæc liquefacta calore
Quamlibet in formam, & faciem decurrere rerum.
Et prorſum quamuis in acuta, ac tenuia poſſe
Mucronum duci faſtigia procudendo,
Vt ſibi tela parent, ſiluasq; excidere poſſint,
Materiémq; dolere, læuare, & radere tigna,
Et terebrare etiam, ac pertundere, perq; forare.
Nec minus argento facere hæc, auróq; parabant,
Quàm validi primùm violentis viribus æris,
Nequiquam, quoniam cedebat victa poteſtas,
Nec poterat pariter durum ſufferre laborem.
Nam fuit in pretio magis æs, aurumq; iacebat
Propter inutilitatem hebeti mucrone retuſum.
Nunc iacet æs, aurum in ſummum ſucceſſit honorem.
Sic voluenda ætas commutat tempora rerum.
Quod fuit in pretio, ſit nullo denique honore:
Porrò aliud ſuccedit, & è contemptibus exit,
Inq; dies magis appetitur, floréſque repertum
Laudibus, & miro eſt mortalis inter honore.

1 al. Lamb, manet.

1 al. altis.

Nunc tibi quo pacto ferri natura reperta
Sit, facile est ipsi per te cognoscere, Memmi.
Arma antiqua manus, vngues, dentésque fuerunt,
Et lapides, & item siluarum fragmina rami.
Et flamma, atque ignes, postquam sunt cognita primum.
Posteriùs ferri vis est, æriśque reperta:
Et prior æris erat, quàm ferri cognitus vsus:
Quo facilis magis est natura, & copia maior.
Aere solum terræ tractabant, æréque belli
Miscebant fluctus, & volnera vasta serebant:
Et pecus, atque agros adimebant: nã facilè ollis
Omnia cedebant armatis nuda, & inerma.
Inde minutatim processit ferreus ensis,
Versáque 1 obprobrium species est falcis ahenæ,
Et ferro cœpere solum proscindere terræ,
Exæquatáque sunt creperi certamina belli.
Et prius 2 est armatum in equi conscendere costas,
Et moderarier hunc frenis dextráque 3 vegere,
Quàm bijugo curru belli tentare pericla,
Et bijugo prius est, quàm bis coniungere binos,
Et quàm falciferos, inuentũ, adscendere currus.
Inde boues Lucas turrito corpore tetros
Anguimanos belli docuerunt volnera Pœni
Sufferre, & magnas Martis turbare cateruas.
Sic aliud ex alio peperit discordia tristis,
Horribile humanis quod gẽtibus esset in armis:
Inq; dies belli terroribus addidit augmen.
Tentarunt etiam tauros in 4 munere belli:
Expertíque sues sæuos sunt mittere in hostis:
Et validos 5 Parthi præsse misere leones
Cum 6 doctoribus armatis, sæuisque magistris,
Qui moderarier his possent, vincliśque tenere,
Nequicquam, quoniam permixta cæde calentes
Turbabant sæui nullo discrimine turmas,
Terrificas capitum quatientes vndique cristas.
Nec poterant equites fremitu perterrita equorũ
Pectora mulcere, & frenis conuertere in hostis.
Inritata leæ iaciebant corpora saltu
Vndique, & aduorsum venientibus ora 7 patebant:
Et nec opinantis à tergo diripiebant:
Deplexáq; dabant in terram volnere victos
Morsibus adfixæ validis, atque vnguibus vncis.
Iactabántque sues tauri, pedibúsque terebant,
Et latera ac ventres hauribant subter equorum
Cornibus, ad terrámque minanti mente ruebant.
At validis socios cædebant dentibus apri,
Tela infracta suo tinguentes sanguine sæui:
In se fracta suo tinguentes sanguine tela.
Permixtáque dabant equitum, peditúmque ruinas.
Nam transuersa feros exibant dentis adactus

1 quid. obscurum. al. obscœnũ. 2 quid repertũ. 3 vel, regere. vulg. vigere. 4 al. munera. 5 in q. l. partim. 6 In v. q. doctoribus. 7 al. petebant.

Iumenta aut pedibus ventos erecta petebant:
Nequiquam, quoniam ab neruis succisa videres
Concidere, atque graui terram consternere casu.
Sic quos ante domi domitos satis esse putabant,
Efferuiscere cernebant in rebus agundis,
Volneribus, clamore, fuga, terrore, tumultu.
Nec poterant vllam partem reducere eorum:
Diffugiebat enim varium genus omne ferarum
Vt nunc sæpe boues templis, ferro male cæsa
Diffugiunt: fera facta suis cùm multa dedere.
Sic fuit, vt facerent: sed vix adducor, vt antè
Non quierint animo præsentire, atque videre,
Quàm commune malum fueret, fœdúmque futurum.
Et magis id possis factum contendere in omni,
In variis mundis, varia ratione creatis,
Quàm certo, atque vno terrarum quolibet orbi:
Sed facere id non tam vincendi spe voluerunt,
Quàm dare quod gemerent hostes, ipsique perire,
Qui numero diffidebant, armisque vacabant.
Nexilis ante fuit vestis, quàm textile tegmen:
Textile post ferrum'st, quia ferro tela paratur:
Nec ratione alia possunt tam leuia gigni
Insilia, ac fusi, radij, scapique sonantes.
Et facere antè viros lanam natura coegit,
Quàm muliebre genus: nam longè præstat in arte
Et sollertius est multo genus omne virile:
Agricolæ donec vitio vertere seueri,
Vt muliebribus id manibus concedere vellent,
Atque ipsi potiùs durum sufferre laborem:
Atque opere in duro durarent membra, manúsque.
At specimen sationis, & insitionis origo,
Ipsa fuit rerum primùm natura creatrix.
Arboribus quoniam bacca, glandésque caduca
Tempestiua dabant pullorum examina subter:
1 Inde etiam lubitum'st stirpes committere ramis
Et noua defodere in terram virgulta per agros
Inde aliam, atque aliam culturam dulcis agelli
Tentabant, fructúsque feros mansuescere terra
Cernebant indulgendo, blandéque colendo.
Inq; dies magis in montem succedere siluas
Cogebant, infraque 2 locum concedere cultis:
Prata lacus, riuos, segetes, vinetáque læta
Collibus, & campis vt haberent: atque olearum
Cærula distinguens inter plaga currere posset
Per tumulos, & conuallis, campósque profusa:
Vt nunc esse vides vario distincta lepore
Omnia, quæ pomis intersita dulcibus ornant,
Arbustisque tenent felicibus obsita circum.
At liquidas auium voces imitarier ore
Antè fuit multo, quàm leuia carmina cantu
Concelebrare homines possent, auriśque iuuare.
Et Zephyri caua per calamorum sibila primùm
Agrestis docuere cauas inflare cicutas.
Inde minutatim dulcis didicêre querelas,
Tibia quas fundit digitis pulsata canentum,
Auia per nemora, ac siluas, saltúsque reperta,
Per loca pastorum deserta, atque otia dia.

1 al. vnde. 2 In q. l. fin

Sic

Sic vnum quidquid paullatim protrahit ætas
In medium, ratioque in luminis eruit oras.
Hæc animos olim mulcebant, atque iuuabant
Cum satiate cibi. nam tum sunt omnia cordi.
Sæpe itaque inter se prostrati in gramine molli
Propter aquæ riuum, sub ramis arboris altæ
Non magnis opibus iucunde corpora habebant:
Præsertim cùm tempestas ridebat, & anni
Tempora pingebant viridantis floribus herbas.
Tum ioca, tum sermo, tum dulces esse cachinni
Consuerunt: agrestis enim tum musa vigebat:
Tum caput, atque humeros plexis redimire [1] corollis,
Floribus, & foliis lasciuia læta monebat,
Atque extra numerum procedere membra mouentes
Duriter, & duro terram pede pellere matrem:
Vnde oriebantur risus, dulcesque cachinni:
Omnia quòd noua tum magis hæc, & mira vigebant.
Et vigilantibus hinc aderant solatia [2] somni,
Ducere multimodis voces, & flectere cantus,
Et supera calamos vnco percurrere labro.
Vnde etiam vigiles nunc hæc accepta tuentur:
Et numerum seruare genus didicere, neque hilo
Maiore interea capiunt dulcedine fructum,
Quàm siluestre genus capiebat terrigenarum.
Nam quod adest præsto (nisi quid cognouimus antè
Suauius) imprimis placet, & pollere videtur.
Posteriorq; ferè melior res, illa reperta
Perdit, & immutat sensus ad pristina quæq;.
Sic odium cepit glandis: sic illa relicta:
Strata cubilia sunt herbis, & frondibus aucta.
Pellis item cecidit, vestis contempta ferina:
Quam reor inuidia tali tunc esse repertam,
Vt letum insidiis, qui gessit primus, obiret:
Et tandem inter eos [3] distractum sanguine multo

1 al. coronis. 2 al. somno.
3 al. distractam.

[1] Dispersisse, neque in fructum conuersere quisse.
Tunc igitur pelles: nunc aurum, & purpura curis
Exercent hominum vitam, belloq; fatigant.
Quo magis in nobis, vt opinor, culpa residit.
Frigus enim nudos sine pellibus excruciabat
Terrigenas: at nos nihil lædit veste carere
Purpurea, atque auro, signisq; ingentibus apta:
Dum plebeia tamen sit, quæ defendere possit.
Ergo hominum genus in cassum, frustráque laborat
Semper, & in curis consumit inanibus æuum:
Nimirum, quia non cognouit, quæ sit habendi
Finis, & omnino quoad crescat vera voluptas:
Idq; minutatim vitam prouexit in altum,
Et belli magnos commouit funditus æstus.
At vigiles mundi magnũ & versatile templum
Sol & luna suq; lustrantes lumine circum
Perdocuere homines annorum tempora verti,
Et certa ratione geri rem, atque ordine certo.
Iam validis sæpti degebant turribus æuum:
Et diuisa colebatur, [2] descriptáque tellus.
Tum mare veliuolis florebat nauibus [3] ponti:
Auxilia, & socios iam pacto fœdere habebant:
Carminibus cùm res gestas cœpere poetæ
Tradere: nec multo priùs sunt elementa reperta.
Propterea quid sit priùs actum reficere ætas
Nostra nequit, nisi quà ratio vestigia monstrat.
Nauigia, atque agri culturas, mœnia, leges,
Arma, vias, vestes, & cetera de genere horum
Præmia, delicias quoque vitæ funditus omnis,
Carmina, picturas, & dædala signa polire,
Vsus, & impigræ simul experientia mentis
Paullatim docuit pedetentim progredientis.
Sic vnum quidquid paullatim protrahit ætas
In medium, ratioq; in luminis eruit oras.
Namque aliud ex alio clarescere corde videbant
Artibus, ad summum donec venère cacumen.

1 in al. Disperiisse. 2 vulg discretáque.
3 quid. pandis.

T. LVCRETII CARI,
DE RERVM NATVRA,
LIBER SEXTVS.

PRIMÆ frugiferos fetus mortalibus ægris,
Dididerunt quondam præclaro nomine Athenæ:
Et recreauerunt vitam, legésq; rogarunt:
Et primæ dederunt solatia dulcia vitæ,
Cùm genuere virum tali cum corde repertum,
Omnia veridico qui quondam ex ore profudit:
Cuius & exstincti propter diuina reperta
Diuolgata vetus iam ad cælum gloria fertur,
Nam cùm vidit hic, ad victũ quæ flagitat vsus,
Et per quæ possent vitam consistere tutam,
Omnia iam fermè mortalibus esse parata,
Diuitijs homines, & honore, & laude potentis
Affluere, atque bona gnatorum excellere fama.
Nec minus esse domi cuiquam tamen anxia corda,
Atque animum infestis cogi seruire querelis:
Intellexit, ibi vitium vas efficere ipsum,
Omniáque illius vitio corrumpier intus,
Quæ conlata foris & commoda cumq; venirent:

Partim quòd fluxum, pertusumq; esse videbat,
Vt nulla posset ratione explerier vnquam:
Partim quod tetro quasi conspurcare sapore
Omnia cernebat, quæcunque receperat intus.
Veridicis igitur purgauit pectora dictis,
Et finem statuit cuppedinis, atque timoris:
Exposuitque bonum summum, quò tendimus omnes,
Quid foret, atque viam monstrauit 1 tramite prono,
Quà possemus ad id recto contendere cursu,
Quidve mali foret in rebus mortalibus passim,
2 Quod flueret naturai, varieq; volaret,
Seu casu, seu vi quod sic natura parasset:
Et quibus è portis occurri cuique deceret.
Et genus humanum frustra plerumque probauit
Voluere curarum tristis in pectore fluctus.
Nam veluti pueri trepidant, atque omnia cæcis
In tenebris metuunt: sic nos in luce timemus
Interdum, nihilo quæ sunt metuenda magis, quàm
Quæ pueri in tenebris pauitãt, finguntq; futura.
Hunc igitur terrorem animi, tenebrasq; necesse est
Non radij solis, nec lucida tela diei
Discutiant, sed naturæ species, ratioq;:
Quo magis inceptum pergam pertexere dictis.
Et quoniam docui mundi mortalia templa
Esse, & natiuo consistere corpore cælum,
Et quæcunque in eo siunt, fieriq; necesse est,
Pleraque dissolui: quæ restant percipe porrò:
Quandoquidem semel insignem conscendere currum
3 Ventorum exhortantur spes, atque obuia rursum
Quæ fuerant, sunt placato conuersa fauore.
Cetera quæ fieri in terris, cæloq; tuentur
Mortales, pauidis cùm pendent mentibus sæpe,
Efficiunt animos humilis formidine diuûm,
Depressosq; premunt ad terram, propterea quòd
Ignorantia causarum conferre deorum
Cogit ad imperium res, & concedere regnum
Quorum operum caussas nulla ratione videre
Possunt, ac fieri diuino numine rentur.
Nam, bene qui didicere deos securum agere ævum,
Si tamen interea mirantur, qua ratione
Quæque geri possint, præsertim rebus in illis,
Quæ supra caput æthereis cernuntur in oris:
Rursus in antiquas referuntur relligiones,
Et dominos acris adsciscunt, omnia posse
Quos miseri credunt: ignari, quid queat esse,
Quid nequeat, finita potestas denique cuique
Quanam sit ratione, vtq; altè terminus hereat.
Quo magis errantes 4 cæca ratione feruntur.
Quæ nisi respuis ex animo, longéque remittis
Diis indigna 5 putando, alienaq; pacis eorum,

1 Delibata deûm per te tibi numina sancta
Sæpe aderunt: non quo violari summa deûm vis
Possit, vt ex ira pœnas petere imbibat acru:
Sed quia tute tibi placida cum pace quietos
Constitues magnos irarum voluere fluctus,
Nec delubra deûm placido cum pectore adibis,
Nec, de corpore quæ sancto simulacra feruntur
In mentis hominum diuinæ nuntia formæ,
Suscipere hæc animi tranquilla pace valebis.
Inde videre licet, qualis iam vita sequatur.
Quam quidem vt à nobis ratio verissima longè
Reiciat, quamquam sunt à me multa profecta,
Multa tamen restant, & sunt ornanda politis
Versibus, & ratio superûm, 2 cæliq; tenenda,
Sunt tempestates, & fulmina clara canenda,
Quid faciant, & qua de caussa cumq; ferantur,
Ne trepides cæli diuisis partibus amens,
Vnde volans ignis peruenerit, aut in vtram se
Verterit hinc partem, quo pacto per loca sæpta
Insinuarit, & hinc dominatus vt extulerit se.
Quorum operum caussas nulla ratione videre
Possunt, ac fieri diuino numine rentur.
Tu mihi suprema præscripta ad candida calcis
Currenti spatium prænostra callida musa,
Calliope, requies hominum, diuûmq; voluptas,
Te duce vt insigni capiam cum laude coronam.
Principio tonitru quatiuntur cærula cæli
Propterea, quia concurrunt sublime volantes
Ætherea nubes contra pugnantibus ventis.
Nec sit enim sonitus cæli de parte serena.
Verùm, vbicumque magis denso sunt agmine nubes,
Tam magis hinc magno fremitus fit murmure sæpe.
Præterea neque tam condenso corpore nubes
Esse queunt, quàm sunt lapides, ac tigna, neque autem
Tam tenues, quàm sunt nebulæ, fumique volantes:
Nam aut cadere 3 abrupto deberent pondere pressæ,
Vt lapides, aut, vt fumus, constare nequirent,
Nec cohibere niues gelidas, & grandinis imbres.
Dant etiam sonitum patuli super æquora mũdi,
Carbasus vt quondam magnis intenta theatris
Dat crepitum 4 malos inter iactata trabuq;:
Interdum perscissa furit petulantibus 5 euris,
Et fragilis sonitus chartarum commeditatur.
Id quoque enim genus in tonitru cognoscere possis,
Aut vbi suspensam vestem, chartásve volantis
Verberibus venti versant, plangúntq; per auras.
Fit quoque enim interdum, vt non tam concurrere nubes
Frontibus aduersis possint, quàm de latere ire
Diuerso motu radentes corporis tactum:

1 al. paruo. al. limite paruo. 2 al. naturali. 3 al. votorum. Lamb. vincendi. 4 al. pleriq. tota. Lamb. regione. 5 vulg. putare.

1 Lamb. delibrata. q. l. deliberata. delibata, deminuta, violata. 2 vulg. ratio cæli speciésque. 3 vulg. nam cadere aut bruto. 4 al. muros. 5 al. auris.

Aridus

Aridus vnde auris terget ſonus ille, diúque
Ducitur, exierit donec regionibus artis.
Hoc etiam pacto tonitru concuſſa videntur
Omnia ſæpe graui tremere, & diuolſa repentè
Maxima diſſiluiſſe capacis mœnia mundi,
Cum ſubito validi venti coniecta procella
Nubibus intorſit ſeſe, concluſaq; ibidem
Turbine verſanti magis ac magis vndique nubē
Cogit, vti fiat ſpiſſo caua corpore circum.
Poſt vbi commouit vis eius, & impetus acer,
Tum perterricrepo ſonitu dat miſſa fragorem:
Nec mirum, cum plena animæ veſicula parua
Sæpe ita dat pariter ſonitum diſploſa repentè.
Eſt etiam ratio cùm venti nubila perflant,
Vt ſonitus faciant. etenim ramoſa videmus
Nubila ſæpe modis multis, atque aſpera ferri.
Scilicet vt crebram ſiluam cùm flamina cauri
Perflant, dant ſonitum frundes, ramique fragorē.
Fit quoque, vt interdum validi vis incita venti
Perſcindat nubem perfringens impete recto:
Nam quid poſſit ibi flatus, manifeſta docet res:
Hic, vbi lenior eſt, in terra cùm tamen alta
Arbuſta euoluens radicibus haurit ab imis.
Sunt etiam fluctus per nubila, qui quaſi murmur
Dant infringendo grauiter, quod item fit in altis
Fluminibus, magnóque mari, cùm frangitur æſtu.
Fit quoque, vti è nube in nubem vis incidit ardens
Fulminis, hæc multo ſi forte humore recepit
Ignem, continuò magno clamore trucidet.
Vt calidis candens ferrum è fornacibus olim
Stridit, vbi in gelidum properè demerſimus imbrem.
Aridior porrò ſi nubes accipit ignem,
Vritur ingenti ſonitu ſuccenſa repentè:
Lauricomos vt ſi per montis flamma vagetur,
Turbine ventorum comburens impete magno.
Necres vlla magis, quàm Phœbi Delphica laurus
Terribili ſonitu flamma crepitante crematur.
Denique ſæpe geli multus fragor, atque ruina
Grandinis, in magnis ſonitum dat nubibus altè.
Ventus enim cum confercit, franguntur in artũ
Concreti montes nimborum, & grandine mixti.
Fulgit item, nubes ignis cùm ſemina multa
Excuſſere ſuo concurſu, ceu lapidem ſi
Percutiat lapis, aut ferrum: nam tùm quoque lumen
Exilit, & claras ſcintillas diſſupat ignis.
Sed tonitrum fit vti pòſt auribus accipiamus,
Fulgere quàm cernant oculi, quia ſemper ad auris
Tardiùs aduenium, quàm, viſum quæ moueant res.
Id licet hinc etiam cognoſcere, cadere ſi quem
Ancipiti videas ferro procul arboris auctum,
Antè ſit vt cernas ictum, quàm plaga per auris
Det ſonitum, ſi fulgorem quoque cernimus antè,

al. corpore tractum. 1 vulg. feruet.

Quàm tonitrum accipimus, pariter qui mittitur igni.
E ſimili cauſſa, & concurſu natus eodem.
Hoc etiam pacto volucri loca lumine tinguunt
Nubes, & tremulo tempeſtas impete ſulgit.
Ventus vbi inuaſit nubem, & verſatus ibidem
Fecit vt antè cauam docui ſpiſſeſcere nubem:
Mobilitate ſua feruiſcit, vt omnia motu
Percalefacta vides ardeſcere: plumbea verò
Glans etiam longo curſu voluenda liqueſcit.
Ergo feruidus hic nubem cùm perſcidit atram,
Diſſupat ardoris quaſi per vim expreſſa repentè
Semina, quæ faciunt nictantia fulgura flammæ:
Inde ſonus ſequitur, qui tardius adlicit auris,
Quàm quæ peruenĩũt 1 oculos ad lumina noſtros.
Scilicet hoc denſis fit nubibus, & ſimul altè
Exſtructis aliis alias ſuper impete miro.
Nec tibi ſit fraudi, quòd nos 2 inferne videmus,
Quàm ſint lata magis, quàm ſurſum exſtructa quid exſtent.
Contemplator enim cum montibus adſimulata
Nubila portabunt venti tranſuerſa per auras:
Aut vbi per magnos montis cumulata videbis
Inſuper eſſe alia alia, atque vrgere ſuperna
In ſtatione locata ſepultis vndique ventis:
Tum poteris magnas moles cognoſcere eorum,
Speluncáſque velut ſaxis pendentibus ſtructas
Cernere, quas venti cùm tempeſtate coorta
Cõplerunt, magno indignantur murmure clauſi
Nubibus, in caueiſque ferarum more minantur.
Nunc hinc, nunc illinc fremitus per nubila mittunt:
Quærentéſque viam circumuerſantur, & ignis
Semina conuoluunt è nubibus, atque ita cogunt
Multa, rotántque cauis flammã fornacibus intº,
Donec diuolſa fulſerunt nube coruſci.
Hac etiam fit vti de cauſſa mobilis ille
Deuolet in terram liquidi color aureus ignis,
Semina quòd nubes ipſas permulta neceſſe eſt
Ignis habere, etenim cùm ſunt humore ſine vllo,
Flammeus eſt plerumq; colos, & ſplendidus ollis.
Quippe etenim ſolis de lumine multa neceſſe eſt
Concipere, vt meritò rubeant, ignéſque profundant.
Haſce igitur cùm ventus agens contruſit in vnã,
Compreſſitq; locum cogens, expreſſa profundum
Semina, quæ faciunt flammæ fulgère colores.
Fulgit item, cùm rareſcunt quoque nubila cæli.
Nam cùm ventus eas leuiter diducit euntis,
Diſſoluitque, cadant ingratis illa neceſſe eſt
Semina, quæ faciunt fulgorem. tum ſine tetro
Terrore, & ſonitu, fulgit, nulloque tumultu.
Quod ſupereſt, quali natura prædita conſtent
Fulmina, declarant ictus, & inuſta vapore
Signa, notæq; graues halantes, ſulfuris auras:
Ignis enim ſunt hæc, non venti ſigna, neque imbris.
Præterea per ſe accendunt quoque tecta domorũ,

1 al. oculorum ad lumina noſtra.
2 al. inferna.

Et celeri flamma dominantur in ædibus ipsis.
Hunc tibi subtilem cumprimis ignibus ignem
Constituit natura minutis, mobilibúsque
Corporibus, cui nihil omnino obsistere possit.
Transit enim validè fulmen per sæpta domorum,
1 Clamor vti, ac voces: transit per saxa, per æra:
Et liquidum puncto facit æs in tempore & aurũ.
Curat item vt vasis integris vina repente
Diffugiant: quia nimirum facilè omnia circùm
Conlaxat, rarémque facit, lateramina vasi,
Aduenies calor eius, vt insinuatur in ipsum, &
Mobiliter soluens differt primordia vini:
Quod solis vapor ætatem non posse videtur
Efficere, vsque adeò 2 tollens feruore coruſco.
Tanto mobilior vis, & deminantior hæc est.
Nunc ea quo pacto gignantur, & impete tanto
Fiant, vt possint ictu discludere turris,
Disturbare domos, auellere 3 tigna, trabésque,
Et monumenta virũm 4 commoliri, atque ciere,
Exanimare homines, pecudes prosternere passim.
Cetera de genere hoc, qua vi facere omnia possint,
Expediam, neque te in promissis plura morabor.
Fulmina gignier è crassis altéque putandum'st
Nubibus 5 exstructis. nam cælo nulla serena.
Nec leuiter densis mittuntur nubibus vmquam.
Nam dubio procul hoc fieri manifesta docet res,
Quòd tunc per totum concrescunt aëra nubes
Vndique, vti tenebras omnis Acherunta reamur
Liquisse, & magnas cæli complesse cauernas.
Vsque adeò tetra nimborum nocte coorta
Impendent atræ formidinis ora supernè,
Cùm commoliri tempestas fulmina cœpiat.
Præterea persæpe niger quoque per mare nimbus,
Vt picis è cælo demissum 6 flumen, in vndas
Sic cadit, & fertur tenebris procul, & trahit atram
Fulminibus grauidam tempestatem, atque procellis,
Ignibus, ac ventis cumprimis ipse repletus,
In terra quoque vt horrescant, ac tecta requirãt.
Sic igitur supera nostrum caput esse putandum'st
Tempestatem altam. neque enim caligine tanta
Obruerent terras, nisi inædificata supernè
Multa forent multis exempto nubila sole:
Nec tanto possent 7 venientis opprimere imbri,
Flumina abunãare vt facerent, campósque natare,
Si non exstructis foret altè nubibus æther.
His igitur ventis, atque ignibus omnia plena
Sunt: ideò passim fremitus, & fulgura fiunt.
Quippe etenim superà docui permulta vaporis
Semina habere cauas nubes, & multa necesse est
Concipere ex solis radiis, ardorèque eorum.
Hic vbi ventus eas idem qui cogit in vnum
Forte locum quemuis, expressit multa vaporis
Semina, seque simul cum eo commiscuit igni.
Insinuatus ibi vortex versatur in alto,
Et calidis acuit fulmen fornacibus intus.
Nam duplici ratione accenditur: ipse sua nam
Mobilitate calescit, & è contagibus ignis.
Inde, vbi percaluit vis venti, vel grauis ignis
Impetus incessit, maturum tum quasi fulmen
Perscindit subitò nubem, fertúrque coruscis
Omnia luminibus lustrans loca percitus ardor.
Quẽ grauis insequitur sonitus, displosa repentè
Opprimere vt cæli videantur templa supernè.
Inde tremor terras grauiter pertentat, & altum
Murmura percurrunt cælum, nam tota ferè tum
Tempestas concussa tremit, fremitúsque mouentur.
Quo de concussu sequitur grauis imber, & vber.
Omnis vti videatur in imbrem vertier æther,
Atque ita præcipitans ad diluuiem reuocare.
Tantus discidio nubis, ventique procella,
Mittitur ardenti sonitus cùm prouolat ictu.
Est etiam cùm vis extrinsecus incita venti
Incidit in validam maturo fulmine nubem:
Quam cùm perscidit, extemplò cadit igneus ille
Vortex, quod patrio vocitamus nomine fulmen.
Hoc fit item in partis alias, quocumque tulit vis.
Fit quoque, vt interdum vẽti vis missa sine igni,
Igneſcat tamen in spatio, longóque meatu,
Dum venit, amittens in cursu corpora quædam
Grandia, quæ nequeunt pariter penetrare per auras:
Atque alia ex ipso contradens aëre portat
Paruula, quæ faciunt ignem commixta volando.
Non alia longè ratione, ac plumbea sæpe
Feruida fit glans, in cursu, cùm multa rigoris
Corpora dimittens, ignem concepit in auris.
Fit quoque, vt ipsius plágæ vis excitet ignem,
Frigida cùm venti pepulit vis missa sine igni:
Nimirum quia cùm vehementi perculit ictu,
Confluere ex ipso possunt elementa vaporis,
Et simul ex illa, quæ tum res excipit ictum:
Vt lapidem ferro cùm cædimus, euolat ignis.
Nec quòd frigida vis sit ferri, hoc secius illa
Semina concurrunt calidi fulgoris ad ictum.
Sic igitur quoque res accendi fulmine debet,
Opportuna fuit si forte, & idonea flammis.
Nec temerè omnino planè vis frigida venti
Esse potest, ex quo tanta vi immissa supernè est,
Quin prius in cursu si non accenditur igni,
At tepefacta tamen veniat commixta calore.
Mobilitas autem fit fulminis, & grauis ictus,
Et celeri fermè pergunt sic fulmina lapsu,
Nubibus ipsa quòd omnino prius incita se vis
Conligit, & magnum conamen sumit eundi.
Inde, vbi non potuit nubes capere impetis auctũ,
Exprimitur vis, atque ideò volat impete miro:
Vt validis quæ de tormentis missa feruntur.
Adde quòd è paruis, ac leuibus est elementis,

1 al. Clamor vti vocis.
2 quid. tellens. Lamb. pelleas. vulg. candens.
3 al. ligna.
4 al. rull. demoliri.
5 al. extractis. extrusis.
6 vulg. fulmen. 7 quid. viuentes.

Nec

Nec facile est tali naturæ obsistere quidquam:
Inter enim fugit, ac penetrat per rara viarum.
Non igitur multis offensibus in remorando
Hesitat, hanc ob rem celeri volat impete labens.
Deinde, quòd omnino natura pondera 1 deorsum
Omnia nituntur: cùm plaga sit addita verò,
Mobilitas duplicatur, & impetus ille grauescit:
Vt vehementiùs, & citiùs, quæcumque morãtur
Obuia discutiat plagis, itinerque sequatur,
Denique, quòd longo venit impete, sumere debet
Mobilitatem, etiam atque etiam quæ crescit eundo,
Et validas auget vires, & roborat ictum.
Nam facit, vt quæ sint illius semina cumque,
E regione locum quasi in vnum cuncta ferantur,
Omnia coniciens in eum voluentia cursum.
Forsan & ex ipso veniens trahat aëre quædam
Corpora, quæ plagis intendant mobilitatem.
Incolumisque venit per res, atque integra transit
Multa, foraminib. liquidis quia 2 trameat ignis:
Multáque perfringit, cùm corpora fulminis ipsa
Corporibus rerum inciderint, qua texta tenẽtur.
Dissoluit porrò facilè æs, aurúmque repentè
Conferuefacit, è paruis quia facta minutè
Corporibus vis est, & lauibus ex elementis,
Quæ facilè insinuantur, & insinuata repentè
Dissoluunt nodos omnis, & vincla relaxant.
Auctumnóque magis stellis fulgentibus alta
Concutitur cæli domus vndique, totaque tellus,
Et cùm tempora se veris florentia pandunt.
Frigore enim desunt ignes, ventique calore
Deficiunt, neque sunt tam denso corpore nubes.
Inter vtrumque igitur cùm cæli tempora constant:
Tum variæ caussæ concurrunt fulminis omnes.
Nã fretus ipse anni permiscet frigus, & æstum.
Quorum vtrumque opus est fabricanda ad fulmina nobis,
Vt discordia sit rerum, magnoque tumultu
Ignibus & ventis furibundus fluctuet aer.
Prima caloris enim pars, & postrema rigoris,
Tempus id est vernum, quare pugnare necesse est
Dissimilis inter se res, turbaréque mixtas.
Et calor extremis primo cum frigore mixtus
Voluitur, auctumni quod fertur nomine tempus.
Hic quoque confligunt hiemes æstatibus acres.
Propterea sunt hæc bella anni nominitanda.
Nec mirum'st, in eo si tempore plurima fiunt
Fulmina, tempestáque cietur turbida cælo:
Ancipiti quoniam bello turbatur vtrimque
Hinc flammis, illinc ventis, humoréque mixto.
Hoc est igniferi naturam fulminis ipsam
Perspicere, & qua vi faciat rem quamque videre:
Non Tyrrhena retro voluentem carmina frustrà
3 Iudicia occultæ diuûm perquirere mentis:
Vnde volans ignis peruenerit, aut in vtram se
Verterit hic partem, quo pacto per loca sæpta
Insinuarit, & hinc dominatus vt extulerit se:
Quidve nocere queat de cælo fulminis ictus,
Quòd si Iupiter, atque alij fulgentia diui
Terrifico quatiunt sonitu cœlestia templa,
Et iaciunt ignes, quo 1 ducit quemque voluptas:
Cur, quibus incautum scelus auersabile cumque est,
Non faciunt, icti flammas vt fulguris 2 edant
Pectore perfixo documen mortalibus acre?
Et potius nullæ sibi turpis conscius reij,
Voluitur in flammis innoxius, inq; peditur,
Turbine cælesti subito conreptus, & igni?
Cur etiam loca sola petunt? frustráq; laborant?
An tum brachia consuescunt, firmántque lacertos?
In terráque patris cur telum perpetiuntur
Obtundi? cur ipse sinit, neque parcit in hostis?
Denique cur numquam cælo iacit vndique puro
Iuppiter in terras fulmen, sonitusq; profundit?
An simul ac nubes successere, ipse in eas tum
Descendit, propè vt hinc teli determinet ictus?
In mare qua porrò mittit ratione? quid vndas
Arguit, & liquidam molem, campósque natantis?
Præterea, si vult caueamus fulminis ictum,
Cur dubitat facere, vt possimus cernere missum?
Si nec-opinantis autem vult opprimere igni,
Cur tonat ex illa parte vt vitare queamus?
Cur tenebras antè, & fremitus, & murmura concit?
Et simul in multas partis qui credere possis
Mittere? an hoc ausis nũquam contendere factũ
Vt fierent ictus vno sub tempore plures?
Vt sæpe est numero factum, fierique necesse est,
Vt pluere in multis regionibus, & cadere imbris,
Fulmina sic vno sieri sub tempore multa.
Postremo cur sancta deûm delubra, suásque
Discutit infesto præclaras fulmine sedes?
Et bene facta deûm frangit simulacra? suisque
Demit imaginibus violento volnere honorem?
Altáque cur plerumque petit loca? plurimáque plus
Montibus in summis vestigia cernimus ignis?
Quod superest, facile est ex his cognoscere rebus,
Presteras Graij quos ab re nominitarunt,
In mare qua missi veniant ratione supernè.
Nam fit, vt interdum tamquam demissa columna
In mare de cælo descendat, quam freta circum
Feruiscunt grauiter spirantibus incita flabris:
Et quæcũque in eo tum sunt deprensa tumultu
Nauigia, in summum veniunt vexata periclum.
Hoc fit, vbi interdum non quit vis incita venti
Rumpere, quam cœpit, nubem, sed deprimit, vt sit
In mare de cœlo tamquam demissa columna
Paullatim, quasi quid pugno, brachiique supernè

1 vulg. deorsum. quid. deorum.
2 al. transuolat. 3 al. indicia

1 al. induci. al. quo cuique est cumque voluntas. 2 al halent.

Coniectu trudatur, & extendatur in vndas:
Quam cùm discidit, hinc prorumpitur in mare venti
Vis, & feruorem mirum concinnat in vndis,
Versabundus enim turbo descendit, & illam
Deducit pariter lento cum corpore nubem.
Quam simul ac grauidam detrusit ad æquora ponti:
Ille in aquam subitò totum se immittit, & omne
Excitat ingenti sonitu mare feruere cogens.
Fit quoque, vt inuoluat 1 venti se nubibus ipse
Vortex conradens ex aëre semina nubis,
Et quasi demissum cælo præstera imitetur.
Hic vbi se in terras demisit, dissoluitq; 2
Turbinis immanem vim pronomit, atque procellæ.
Sed quia sit rarò omnino, montisque necesse est
Officere in terris, apparet crebrius idem
Prospectu maris in magno, cæloque patenti.
Nubila concrescunt, vbi corpora multa volando
Hoc super in cæli spatio coiere repentè
Asperiora, modis quæ possent endopedita
Exiguis, tamen inter se 2 comprensa teneri.
Hæc faciunt primùm paruas consistere nubes:
Inde ea comprendunt inter se, conq; 3 gregantur,
Et coniungendo crescunt, ventisq; feruntur
Vsqueadeò, donec tempestas sæua coorta est.
Fit quoque vti montis vicina cacumina cælo
Quam sint quæq; magis, tãto magis edita fumẽt
Assiduè fuluæ nubis caligine crassa?
Propterea, quia cùm consistunt nubila primùm,
Antè videre oculi quàm possint tenuia, venti
Portantes cogunt ad summa cacumina montis,
Hìc demum fit, vti turba maiore coorta,
Et condensa atque arto apparere, & simul ipso
Vertice de montis videantur surgere in æthram.
4 Nam loca declarat sursum ventosa patêre
Res ipsa, & sensus, montis qùm ascendimus altos.
Præterea permulta mari quoque tollere toto
Corpora naturam, declarant litore vestes
Suspensæ, cùm concipiunt humoris adhesum,
Quo magis ad nubes augendas multa videntur
Posse quoque è salso consurgere 5 momine ponti.
6 Nam ratio cum sanguine abest humoribus omnis.
Præterea fluuiis ex omnibus, & simul ipsa
Surgere de terra nebulas, æstúmque videmus,
Quæ velut halitus, hinc ita sursum expressa feruntur,
Suffundúntque sua cælum caligine, & altas
Sufficiunt nubes paullatim coueniundo.
Vrget enim quoque signiferi super æthera æstus,
Et quasi densendo subtexit cærula nimbis.
Fit quoque, vt hunc veniant in cœtum extrinsecus illa
Corpora, quæ faciunt nubes, nimbósque volantis.
Innumerabilem enim numerum, summámque profundi
Esse infinitam docui, quantáque volarent
Corpora mobilitate ostendi, quamque repentè
Immemorabile per spatium transire solerent.
Haud igitur mirum'st, si paruo tempore sæpe
Tam magnos montis tempestas, atque tenebræ
Cooperiant maria, ac terras, impensa supernè,
Vndique quãdoquidẽ per caulas ætheris omnis,
Et quasi per magni circumspiracula mundi
Exitus, introitúsque elementis redditus exstat.
Nunc age, quo pacto pluuius concrescat in altis
Nubibus humor, & in terras dimissus vt imber
Decidat, expediam. primum iam semina aquai
Multa simul vincam consurgere nubibus ipsis
Omnibus ex rebus, paritérque ita crescere vtrumque,
Et nubis, & aquam, quæcumque in nubibus exstat:
Vt pariter nobis corpus cum sanguine crescit:
Sudor item, atque humor quicumque est denique membris,
Concipiunt etiam multum quoque sæpe marinũ
Humorem, veluti pendentia vellera lanæ,
Cùm superà magnum venti mare nubila portant.
Consimili ratione ex omnibus amnibus humor
Tollitur in nubes: quò cùm bene semina aquarum
Multa modis multis conuenere vndiq; adaucta,
Conferta nubes vi venti mittere certant
Dupliciter: nam vis venti contrudit, & ipsa
Copia nimborum turba maiore coorta
Vrget, & è supero premit, ac facit effluere imbris.
Præterea cùm rarescunt quoque nubila ventis,
Aut dissoluuntur solis super icta calore,
Mittunt humorẽ pluuiũ 1 stillantia, quasi igni
Cera super calido tabescens multa liquescat.
Sed vehemens imber fit, vbi vehemẽter 2 vtroq;
Nubila vi cumulata premũtur, & impete venti.
At retinere diu pluuias, longúmque morari
Consuerunt, vbi multa fuerunt semina aquarũ,
Atque aliis alia nubes, nimbique rigantes,
Insuper atque omni volgò de parte feruntur:
Terráque cùm fumans humorem tota rehalat.
Hinc vbi sol radiis tempestatem inter opacam
Aduersa fulsit nimborum aspergine contrà,
Tum color in nigris exsistit nubibus 3 arqui.
Cetera quæ sursum crescunt, sursúmque creantur,
Et quæ concrescunt in nubibus omnia prorsum
Omnia, nix, venti, grando, gelidaq; pruina,
Et vis magna geli, magnum duramen aquarum,
Et mora quæ fluuios passim refrenat 4 euntis:

1 vulg. ventis è nub. 2 In q. compressa.
3 Lamb induxit. 4 Hunc versum Lamb. tollit.
5 in q nomine. 6 Hunc versum reiicit Lamb. in q l. ab hum. in consanguinea se amorib. omnibus. quid. tum segnis abest, al. adest.

2 al. stillante. quid. stillando. Lamb. stillántque.
2 In q. vtrinque.
3 vulg. arsi.
4 al. aquantis.

Persa-

Perfacilè eſt tamen hæc reperire, animóque videre
Omnia quo pacto fiant, quaréve crèentur,
Cùm bene cognoris, elementis reddita quæ ſint.
Nunc age, quæ ratio terrai motibus exſtet.
Percipe, & imprimis terram fac vt eſſe rearis
Subter item, vt ſupera eſt, ventis, atq; vndiq; plenam
Speluncis, multóſque lacus, multáſque lacunas
In gremio gerere, & rupes, deruptáque ſaxa:
Multáque ſub tergo terrai flumina tecta
Voluere vi fluctus, ſubmerſáque ſaxa putandum'ſt.
Vndique enim ſimilem eſſe ſui, res poſtulat ipſa.
His igitur rebus ſubiunctis, ſuppoſitíſque,
Terra ſupernè tremit magnis concuſſa ruinis
Subter, vbi ingentis ſpeluncas ſubruit ætas.
Quippe cadunt toti montes, magnóque repentè
Concuſſu latè diſſerpunt inde tremoris:
Et meritò, quoniam plauſtris cõcuſſa tremiſcunt
Tecta viam propter non magno pondere tota.
Nec minus exultantes, quàm vbi fortis equúm vis
Ferratos vtrimque rotarum ſuccutit orbes.
Fit quoque, vbi in magnas aquæ vaſtáſque lacunas
Gleba vetuſtate è terra prouoluitur ingens,
1 Vt iactetur, aquæ fluctu quoq; terra 2 vacillet:
Vt vas in terra non quit conſtare, niſi humor
Deſtitit in dubio fluctu 3 iactarier intus.
Præterea ventus cùm per loca ſubcaua terræ
Conlectus parti ex vna procumbit, & vrget
Obnixus magnis ſpeluncas viribus altas,
Incumbit tellus, quò venti prona premit vis:
Tum, ſuperà terram quæ ſunt exſtructa domorum,
Ad cælumq; magis quanto ſunt edita quæque,
Inclinata 4 minent in eandem prodita partem,
Protractæque trabes impendent ire paratæ,
Et metuunt magni naturam credere mundi
Exitiale aliquod tempus, cladémque manere,
Cùm videant tantam terrarum incumbere molem:
Quòd niſi reſpirent venti, non vlla refrenet
Res, neque ab exitio poſſit reprehendere 5 euntem:
Nunc quia reſpirãt alternis, inq; graueſcunt,
Et quaſi conlecti redeunt cedúntque repulſi,
Sæpius hanc ob rem minitatur terra ruinas,
Quàm facit: inclinatur enim, retróque recellit,
Et recipit prolapſa ſuas ſe in pondere ſedes.
Hac igitur ratione vacillant omnia tecta,
Summa magis mediis, media imis, ima per hilum.
Eſt hæc eiuſdem quoque magni cauſſa tremoris,
Vent' vbi, atq; animæ ſubito vis maxima quædã
Aut extrinſecus, aut ipſa ab tellure coorta
In loca ſe cauа terrai coniecit, ibique
Speluncas inter magnas fremit antè tumultu:
Verſabundaque portatur poſt incita cum vis
Exagitata foras erumpitur, & ſimulatam
Diffindens terram, magnum concinnat hiatum.
In Tyria Sidone quod accidit, & fuit Ægis
In Peloponneſo. quas exitus hic animai
1 Diſturbat vrbes, & terræmotus obortus?
Multáque præterea ceciderunt mœnia magnis
Motibus in terris, & multis per mare 2 peſſum
Subſedere ſuis pariter cum ciuibus vrbes,
Quòd niſi proriũpit, tamen impetus ipſe animai
Et fera vis venti per crebra foramina terræ
Diſpertitur, vt, horror, & incutit inde tremorem:
Frigus vti noſtros penitus cùm venit in artus:
Concutit multos cogens tremere, atque moueri.
Ancipiti trepidant igitur terrore per vrbis:
Tecta 3 ſupernè timent, metuunt infernè, cauernas
Terrai ne diſſoluat natura repentè,
Neu diſtracta ſuum latè diſpandat hiatum:
Idque ſuis confuſa velit complere ruinis,
Proinde licet quamuis cælum, terrámque reantur
Incorrupta fore æterna mandata ſaluti:
Attamen interdum præſens vis ipſa pericli
Subditat hunc ſtimulum quadam de parte timoris,
Ne pedibus raptim tellus ſubtracta feratur
In barathrum, rerúmque ſequatur prodita ſumma
Funditus, & fiat mundi confuſa ruina.
4 Nunc ratio reddenda, augmen cur neſciat æquor.
Principio mare mirantur non reddere maius
Naturam, quò ſiat tantus decurſus aquarum:
Omnia quò veniant ex omni flumina parte.
Adde vagos imbris, tempeſtatéſque volantes:
Omnia quæ maria, ac terras ſpargúntque, rigántque:
Adde ſuos fontes: tamen ad maris omnia ſummam
Guttai vix inſtar erunt vnius ad augmen:
Quo minus eſt mirum, mare nõ augeſcere magnum
Præterea magnam ſol partem detrahit æſtu:
Quippe videmus enim veſtes humore madentis
Exſiccare ſuis radiis ardentibus ſolem,
At 5 pelagi multa, & late ſubſtrata videmus.
Proinde licet quamuis ex vno quoque loco ſol
Humoris paruam delibet ab æquore partem,
Largiter in tanto ſpatio tamen auferet vndis.
Tum porrò venti magnam quoque tollere partẽ
Humoris poſſunt verrentes æquora ponti:
Vna nocte vias quoniam perſæpe videmus
Siccari, molliſque luti concreſcere cruſtas.
Præterea docui multum quoque tollere nubes
Humorem magno conceptum ex æquore ponti,
Et paſſim toto terrarum ſpargere in orbe,

1 in al iactentur aquæ, &c. 2 in q. vacillat. in q. vacillans. 3 al. verſarie.
4 al. manent. 5 al. euntes.

1 al. diſturbauit res diſturbans, diſturbátque.
2 al. paſſim. 3 al. ſuperna &, inferna.
4 Hic verſus à quibuſd. abeſt.
5 al. in pelago. Lamb. pelage.

Cùm pluit in terris, & venti nubila portant.
Postremò, quoniam raro cum corpore tellus
Est, & coniuncta est oras maris vndique cingens:
Debet, vt in mare de terris venit humor aquai,
In terras itidem manare ex æquore salso.
Percolatur enim virus, retróque remanat
Materies humoris, & ad caput amnibus omnis
Confluit: inde super terras redit agmine dulci,
Qua via secta semel liquido pede detulit vndas.
Nunc ratio quæ sit, per fauces montis vt Ætnæ
Exspirent ignes interdum turbine tanto,
Expediam. neque enim media de clade coorta
Flammæ tempestas Siculûm dominata per agros
Finitimis ad se conuertit gentibus ora,
Fumida cùm cæli scintillare omnia templa
Cernentes pauida complebant pectora cura,
Quid moliretur rerum natura nouarum.
Hisce tibi in rebus latè est, altéque videndum,
Et longè cunctas in partis dispiciendum,
Vt reminiscaris summam rerum esse profundam,
Et videas cælum summai totius vnum
Quàm sit paruula pars, & quàm multesima
consistet,
Et quota pars homo sit terraï totius vnus.
Quod bene propositum si planè contueare,
Ac videas, planè mirari multa relinquas.
Nũ quis enim nostrûm miratur, si quis in artus
Accepit calido febrim feruore coortam,
Aut alium quemuis morbi per membra dolorem?
Obturgescit enim subitò pes: arripit acer
Sæpe dolor dentes, oculos inuadit in ipsos:
Exsistit sacer ignis, & vrit corpore serpens
Quamcumque arripuit partem, repitq; per artus:
Nimirum quia sunt multarum semina rerum.
Et satis hæc tellus 1 morbi, cælúmque mali fert,
Vnde queat vis immensi procrescere morbi.
Sic igitur toti cælo, terræq; putandum'st,
Ex infinito satis omnia suppeditare,
Vnde repentè queat tellus concussa moueri,
Pérque mare, & terras rapidus percurrere turbo,
Ignis abundare Ætnæus, flammescere cælum:
Id quoque enim sit, & ardescunt cælestia templa.
Vt tempestates pluuiæ grauiore coortu
Sunt, vbi forte ita se tetulerunt semina aquarum.
At nimis est ingens incendij turbidus ardor.
Scilicet & fluuius, qui non est, maximus eij est,
Qui non antè aliquem maiorem vidit, & ingens
Arbor, homóque videtur: & omnia de genere omni,
Maxima quæ vidit quisque, hæc ingentia singit:
Cùm tamen omnia cum cælo, terráque, marique,
Nihil sint ad summam summai totius omnem.
Nunc tamen illa modis quibus inritata repentè
Flamma foras vastis Ætnæ fornacibus efflet,
Expediam. primùm totius subcaua montis
Est natura, fere silicum suffulta cauernis,

1 al. nobis.

Omnibus est porrò in spelunc is ventus, & aër.
Ventus enim fit, vbi est agitando percitus aër.
Hic vbi percaluit, calefecitque omnia circùm
Saxa furens quà contingit, terramq;, & ab ollis
Excussit calidum flammis velocibus ignem:
Tollit se, ac rectis ita faucibus eicit altè,
Funditque ardorem longè, longéque fauillam
Differt, & crassa voluit caligine fumum,
Extruditque simul mirando pondere saxa,
Ne dubites, quin hæc animai turbida sit vis.
Præterea magni ex 1 parti mare montis ad eius
Radices frangit fluctus, æstúmque resorbet.
Ex hoc vsque mare spelunc æ montis ad altas
Perueniunt subter fauces. hac ire fatendum'st,
Et penetrare mari penitus res cogit aperto,
Atque efflare foras, ideóque extollere flammas:
Saxáque subiectare, & arenæ tollere nimbos.
In summo sunt 2 ventigeni crateres, vt ipsi
Nominitant, nos quas fauces perhibemus, & ora.
Sunt aliquot quoque res, quarum vnam dicere
caussam
Non satis est, verùm pluris, vnde vna tamen sit
Corpus vt exanimum, si quod procul ipse iacere
Conspicias hominis, sit vt omnis dicere caussas
Conueniat lect, dicatur vt illius vna.
Nam neque eum ferro, nec frigore vincere possis
Interiisse, neque à morbo, neque forte veneno:
Verùm aliquid genere esse ex hoc, quod contio dicat,
Scimus: item in multis hoc rebus dicere habem[3],
Nilus in 3 æstate crescit, campisque redundat
Vnicus in terris Ægypti totius amnis:
Is rigat Ægyptum medium per sæpe calorem:
Aut quia sunt æstate aquilones ostia contra
Anni tempore eo, quo etesia flabra feruntur:
Et contrà fluuiij flantes remorantur, & vndas
Cogentes sursus replent, cogúntque manere:
Nam dubio procul hæc aduerso flabra feruntur
Flumine, quæ gelidis à stellis axis aguntur.
Ille ex æstifera parti venit amnis ab austro
Inter nigra virûm, percoctáque sæcla calore,
Exoriens penitus media ab regione diei.
Est quoque, vti possit magnus congestus arenæ
Fluctibus aduersis oppilare ostia contra,
Cùm mare permotum ventis ruit intus arenam,
Quo fit vti pacto liber minus exitus amni,
Et procliuus item fiat minus impetus vndis.
Fit quoq;, vti pluuiæ forsan magis ad caput eius
Tempore eo fiant, quo etesia flabra aquilonum
Nubila coniciunt in eas tunc omnia partis:
Scilicet ad mediam regionem eiecta diei
Cùm conuenerunt, ibi ad altos denique montis
Contrusæ nubes coguntur, vique premuntur.
4 Forsit & Æthiopum penitus de montib[3] altis
Crescat, vbi in campos albas 5 decedere ningues
Tabificis subigit radijs sol omnia lustrans.
Nunc age, auerna tibi quæ sint loca cumque, lacúsque,

1 al parte. 2 al. vertice. 3 Lamb æstati.
4 al. forsitan. 5 Lamb. descendere.

Expe-

Expediam, quali natura prædita conſtent.
Principio, quòd auerna vocãtur, nomen id ab re
Impoſitum'ſt, quia ſunt auibus contraria cunctis,
E regione ea quòd loca cùm venére volantes,
Remigij oblitæ pennarum vela remittunt,
Præcipitéſque cadunt molli ceruice profuſæ
In terram, ſi ſorte ita fert natura locorum,
Aut in aquam, ſi fortè 1 lacus ſubſtratus auerno eſt.
Is lacus eſt Cumas apud, & Veſuui 2 per montis,
Oppleti calidis vbi fumant fontibus auſtus.
Eſt & Athenæis in mœnibus, arcis in ipſo
Vertice, Palladis ad templum Tritonidos almæ,
Quò numquam pennis appellunt corpora raucæ
Cornices, non, cùm fumant altaria donis.
Vſque adeò fugitant non iras Palladis acris
Peruigilij cauſſa, Graiûm vt cecinere poëtæ.
Sed natura loci hoc opus efficit ipſa 3 ſuapte.
In Syria quoque fertur item locus eſſe videri,
Quadrupedes quoque quò ſimul ac veſtigia primùm
Intulerint, grauiter vis cogat concidere ipſa,
Manibus vt ſi ſint diuus mactata repentè.
Omnia quæ naturali ratione geruntur,
Et quibus è cauſſis fiant, appáret origo:
Ianua ne 4 potius his Orci regionibus eſſe
Credatur poſita: hinc animas Acheruntis in oras
Ducere forte Deos manis infernè reamur,
Naribus alipedes vt cerui ſæpe putantur
Ducere de latebris ſerpentia ſæcla ferarum.
Quod procul à vera quàm ſit ratione repulſum,
Percipe: namque ipſa dere nunc dicere conor.
Principio hoc dico, quod dixi ſæpe quoque antè,
In terra cuiuſque modi rerum eſſe figuras,
Multa, homini quæ ſunt vitalia, multaq; morbos
Incutere, & mortem quæ poſſunt accelerare:
Et magis eſſe aliis alias animantibus aptas
Res ad vitai rationem oſtendimus antè,
Propter diſſimilem naturam, diſſimiléſque
Texturas inter ſeſe, primáſque figuras.
Multa meant inimica per aures, multa per ipſas
Inſinuant naris infeſta, atque aſpera 5 tactu.
Nec ſunt multa parum tactu vitanda, neque autem
Adſpectu fugienda, ſaporéque triſtia quæ ſint.
Deinde videre licet, quàm multa ſint homini res
Acriter infeſto ſenſu, ſpurcaq; grauéſque.
Arboribus primùm certis grauis vmbra tributa eſt
Vſqueadèo, capitis faciant vt ſæpe dolores,
Si quis eas ſubter iacuit proſtratus in herbis.
Eſt etiam in magnis Heliconis montibus arbos
Floris odore hominem tetro conſueta necare.
Scilicet hæc ideò terris ex omnia ſurgunt,
Multa modis multis multarum ſemina rerum
Quòd permiſta gerit tellus, diſcreta que tradit.

1 al. locus. 2 al. prope.
3 Lamb. ſua vi. 4 al. potius Orci.
5 Lamb. odore.

Nocturnúmque recens exſtincti lumen, vbi acris
Nidore offendit nares, conſopit ibidem:
Deicere vt primos qui morbus ſæpe ſuëuit:
Caſtoreóque graui mulier ſopita recumbit,
E manibus nitidum teneris opus effluit eij,
Tempore eo ſi odorata eſt quo menſtrua ſoluit.
Multaq; præterea languentia membra per artus
Soluũt, atque animã labefactant ſedibus intus.
Denique ſi calidis etiam cunctare lauacris,
Plenior & fueris ſolio in feruentis aquai
Quàm facilè in medio ſit vti des ſæpe ruinas?
Carbonumque grauis vis, atque odor inſinuatur
Quàm facilè in cerebrum, niſi aquam præcepimus antè,
Aut niſi membra priùs pertexit frigida ſeruus,
Aut ſit odos vini, plagæ manabilis mora?
Nónne vides etiam terra quoque ſulfur in ipſa
Gignier, & tetro concreſcere odore bitumen:
Denique, vbi argenti venas, aurique ſequuntur
Terrai penitus ſcrutantes abdita ferro,
Qualis exſpiret ſcaptenſula ſubter odores:
Quidve mali ſit vt exhalent aurata metalla?
Quas hominum reddunt facies? qualiſq; colores?
Nónne vides, audiſve perire in tempore paruo
Quàm ſoleant? & quàm vitai copia 2 deſiat,
Quos opere in tali cohibet vis magna? neceſſe eſt
Hos igitur tellus omnis exæſtuet æſtus,
Exſpirétque foras in aperta, promptáque cæli.
Sic & auerna loca alitibus ſummittere debent
Mortiferam vim, de terra quæ ſurgit in auras,
Vt ſpatium cæli quadam de parte venenet:
Quò ſimul ac primùm pennis delata ſit ales,
Impediatur ibi cæco conrepta veneno,
Et cadat è regione loci, quà 3 derigit æſtus
Quò cùm conruit, hæc eadem vis illius æſtus:
Relliquias vita membris ex omnibus aufert.
Quippe etenim primò quaſi quendam conciet æſtum:
Poſteriùs ſit, vti, cùm iam cecidere veneni
In fontis ipſos, ibi ſit quoque vita vomenda,
Propterea quòd magna mali ſit copia circum.
Fit quoque, vt interdum vis hæc, atque æſtus auerni
Aëra, qui inter auis cumque eſt, terrámque locatus,
Diſcutiat, propè vti locus hinc linquatur inanis:
Cuius vbi è regione loci venêre volantes,
Claudicat extemplò pinnarum niſus inanis:
Et conamen vtrimque alarum 4 proditur omne.
Hic, vbi 5 nixari nequeunt, inſiſtereque alis,
Scilicet 6 in terris delabi pondere cogit
Natura: & vacuum propè iam per inane iacentes,
Diſpergunt animas per caulas corporis omnis.
Frigidior porrò in puteis æſtate ſit humor:
Rareſcit quia terra calore, & ſemina ſiqua
Forte vaporis habet, properè dimittit in auras.

1 al Concidere vt primos qui morbus mittere ſueuit pronos. q. morbo. 2 al. deſit. 3 al. dirigit. 4 al. perditur. 5 al. nictari. 6 in terram.

Quo magis est igitur tellus 1 affecta calore:
Hoc fit frigidior, qui terra est abditus, humor.
Frigore cùm premitur porrò omnis terra, coitque,
Et quasi concrescit: sit scilicet, vt coeundo
Exprimat in puteos, si quem gerit ipsa calorem.
Esse apud Ammonis fanum fons luce diurna
Frigidus, at calidus nocturno tempore fertur:
Hunc homines fontem nimis admirãtur, & acri
Sole putant subter terras feruiscere raptim:
Nox vbi terribili terras caligine texit.
Quod nimis à vera est longè ratione remotum.
Quippe vbi sol nudam contrectans corpus aquai,
Non quierit calidum supera de reddere parte,
Cùm superum lumen tanto feruore fruatur,
Qui queat hi subter tam 2 crasso corpore terram
Percoquere humorem, & calido 3 sociare vapori?
Præsertim cùm vix possit per sæpta domorum
Insinuare suum radiis ardentibus æstum?
Quæ ratio est igitur? nimirum terra magis quòd
Rara tenet circùm hunc fontem, quàm cetera tellus:
Multáque sunt ignis prope semina corpus aquai.
Hinc vbi roriferis terram nox obruit vmbris,
Extemplo subtus frigescit terra coitque.
Hac ratione fit, vt, tamquam compressa manu sit,
Exprimat in fontem, quæ semina cumque habet ignis,
Quæ calidum faciunt laticis tactum, atque saporem.
Inde vbi sol radiis terram dimouit obortis,
Et rarefecit calido miscente vapore:
Rursus in antiquas redeunt primordia sedes
Ignis, & in terram cedit calor omnis aquai.
Frigidus hanc ob rem fit fons in luce diurna.
Præterea solis radiis tactatur aquai
Humor, & in 4 luce tremulo rarescit ab æstu:
Propterea fit, vti quæ semina cũque habet ignis,
Dimittat: 5 quasi sæpe gelum, quod cõtinet in se,
Mittit, & exsoluit glaciem, 6 neruósque relaxat.
Frigidus est etiam fons, supra quem sita sæpe
Stuppa iacit flammas concepto protinus igni,
Tedáque consimili ratione accensa per vndas
Conlucet, quocumque natans impellitur auris?
Nimirum quia sunt in aqua permulta vaporis
Semina, de terráque necesse est funditus ipsa
Ignis corpora per totum consurgere fontem,
Et simul exspirare foras, exiréque in auras,
Non tam viua tamen, calidus queat vt fieri fons
Præterea dispersa foras erumpere cogit
Vis per aquam subitò, sursúmque ea conciliari.
Quod genus endo mari spirat fons dulcis aquai,
Qui scatit, & salsas circùm se dimouet vndas.
Et multis aliis præbet regionibus æquor
Vtilitatem opportunam sitientibus nautis,
Quòd dulcis inter salsas interuomit vndas.

1 al. effœta. 2 al. crasi corporis.
3 al. Sociare vapore. &, vaporem.
4 ad lucem. 5 al. quin. al. quia. 6 vulg. nodos.

Sic igitur per eum possunt erumpere fontem,
Et scatere illa foras in stuppam semina: quò cùm
Conueniunt, aut cùm tedæ corpori adherent:
Ardescunt facilè extemplo: quia multa quoque in se
Semina habent ignis stuppæ, tedæq; tenentes.
Nónne vides etiam nocturna ad lumina 1 lychnũ
Nuper vbi exstinctum admoueas, accendier antè,
Quàm tetigit flamma? tedámque pari ratione?
Multáque præterea prius ipso tacta vapore
Eminus ardescũt, quàm cõminus imbuat ignis.
Hoc igitur fieri quoque in illo fonte putandum'st.
Quod superest, agere incipiam quo fœdere fiat
Natura, lapis hic vt ferrum ducere possit,
Quem magneta vocant patrio de nomine Graïj,
Magnetum quia sit patriis in finibus ortus.
Hunc homines lapidem mirãtur: quippe catenam
Sæpe ex anellis reddit pendentibus ex se.
Quinque etenim licet interdum, plurésque videre
Ordine 2 demissos leuibus iactarier 3 auris,
Vnus vbi ex vno dependet subter adhærens,
Ex alióque alius lapidis vim, vincláque nosci.
Vsqueadeò permananter vis perualet eius.
Hoc genus in rebus firmandum'st multa priùs,
Ipsius reij rationem reddere possis: (quàm
Et nimiùm longis ambagibus est adeundum.
Quo magis attentas auris, animúmque reposco.
Principio omnibus à rebus quasciũque videmus,
Perpetuò fluere, ac mitti fatearne necesse est
Corpora, quæ feriant oculos, visúmque lacessant:
Perpetuóque fluant certis ab rebus odores:
Frigus vt à fluuiis, calor à sole, æstus ab vndis
Æquoris, exesor mœrorum litora propter.
Nec varij cessant sonitus manare per aures.
Denique in os salsi venit humor sæpe saporis,
Cùm mare versamur propter, dilutáque contrà
Cùm tuimur misceri absinthia, tangit amaror.
Vsqueadeò omnibus ab rebus res quæque fluenter
Fertur, & in cunctas dimittitur vndique partis.
Nec mora, nec requies inter datur vlla fluendi:
Perpetuò quoniam sentimus, & omnia semper
Cernere, odorari licet, & sentire sonare.
Nũc, omnes, repetam, quàm raro corpore sint res,
Commemorare, quod in primo quoque carmine claret.
Quippe etenim, quamquam multas hoc pertinet ad res
Noscere, cumprimis hanc ad rem protinus ipsam,
Qua de disserere aggredior, firmare necesse est,
Nihil esse in promptu, nisi corpus mixtum inani.
Principio fit, vt in speluncis saxa superna
Sudent humore, & guttis manantibus stillent.
Manat item nobis è toto corpore sudor,
Crescit barba, pilique per omnia membra, per
artus.
4 Diditur in venas cibus omnis, auget, alitque
Corporis extremas quoque partis, vnguiculosque.

1 al. linum. q. lignum. 2 al. demisso.
3 hamis. 4 al. Diditus.

Frigus

Frigus item transire per as, calidúmque vaporem
Sentimus, sentimus item transire per aurum,
Atq; per argentum, quum pocula plena tenemus.
Deniq; per dissepta domorum saxea voces
Peruolitant, permanat odos, frigusq;, vaposq;
Ignis: quin ferri quoq; vim penetrare sueuit,
Vndiq; quà circùm [1] *coli lorica coërcet,*
Morbida vis, quacunq; extrinsecus insinuatur.
Et tempestates terra, cæloq; coorta
In cælum terrasq; remota iure fugiunt,
Quandoquidem nihil est non rarro corpore nexũ.
Huc accedit, vti non omnia, quæ iaciuntur
Corpora cumque ab rebus, eodem prædita sensu,
Atque eodem pacto rebus sint omnibus apta.
Principio terram sol excoquit, & facit are:
At glaciem dissoluit, & altus montibus altè
Exstructas ningues radiis tabescere cogit.
Deniq; cera liquescit in eius posita vapore.
Ignis item liquidum facit as, aurúmque resoluit:
At coria, & carnem trahit, & conducit in vnum,
Humor aquæ porro ferrum condurat ab igni:
At coria, & carnem mollit durata calore.
Barbigeras oleaster eò iuuat vsq; capellas,
Diffluat ambrosia quasi vero, & nectare tinctus:
At nihil est homini, quod amarius frunde hac exstet.
Deniq; amaracinum fugitat sus, & timet omne
Vnguentum, nam setigeris subus acre venenum'st:
Quod nos interdum tamquam recreare videtur.
At contrà nobis cœnum terrima cùm sit
Spurcities, eadem subus hæc [4] iucunda videtur,
Insatiabiliter toti vt voluantur ibidem.
Hoc etiam superest, ipsa quàm dicere de re
Aggredior, quod dicendum priùs esse videtur:
Multa foramina cùm variis sint reddita rebus,
Dissimili inter se natura prædita debent
Esse, & habere suam naturam quæque, viasq;.
Quippe etenim varij sensus animantibus insunt,
Quorum quisque suam propriè rem percipit in se.
Nam penetrare aliò sonitus, alioq; saporem
Cernimus è succis, aliò nidoris odores.
Præterea manare aliud per saxa videtur,
Atq; aliud per ligna, aliud transire per aurum,
Argentoq; foras aliud vitroq; meare:
Nam fluere hac species: illàc calor ire videtur,
Atque alis aliud citiùs transmittere eadem.
Scilicet id fieri cogit natura viarum
Multimodis varians, vt paullo ostendimus antè,
Propter dissimilem naturam, textaq; rerum.

1 al. cæli. q. corij. al. colli. Lamb corpus.
2 al. Effluat. 3 al. homini, quod amarum frõ deat æquè. 4 al. quibus hæc munda. Lamb. subus hæc res munda.

Quapropter bonè vbi hæc confirmata, atque locata
Omnia constiterint nobis præposita, parata:
Quod superest, facile hinc ratio reddetur, & omnis
Causса patefiet, quæ ferri pelliciat vim.
Principio, fluere è lapide hoc permulta necesse est
Semina, siue æstum, qui [1] *discutit aera plagis:*
Inter qui lapidem, ferrúmque est cumq; locatus.
Hoc vbi inanitur spatium, multusq; [2] vacefit
In medio locus, extemplò primordia ferri
In vacuum prolapsa cadant coniuncta, sit, vtq;
Anulus ipse sequatur, eátq; ita corpore toto.
Nec res vlla magis primoribus ex elementis
Endopedita suis artè connexa coheret,
Quàm validi ferri natura frigidus horror.
Quo minus est mirum, quod paullo diximus antè,
Corpora si nequeunt de ferro plura coorta
In vacuum ferri, quin anulus ipse sequatur:
Quod facit, & sequitur donec peruenit ad ipsum
Iam lapidem, cæcisq; in eo compagibus hesit:
Hoc fit item cunctas in partis, vnde [3] vacefit
Cumque locus, siue ex transuerso, siue supernè,
Corpora continuò in vacuum vicina feruntur:
Quippe agitantur enim plágis aliunde, nec ipsa
Sponte sua sursum possunt consurgere in auras.
Huc accedit item, quare queat id magis esse,
Hæc quoque res adiumento, motuq; iuuatur,
Quòd simul à fronte est anelli rarior aer
Factus, inanitusq; locus magis ac vacuatus,
Continuò fit, vti qui pòst est cumque locatus
Aer, à tergo quasi prouehat, atque propellat.
Semper enim circumpositus res verberat aer.
Sed tali fit vti propellat tempore ferrum,
Parte quòd ex vna spatium vacat, & capit in se.
Hic vbi, quem memoro, per crebra foramina ferri est
[4] Priuas ad partis subtiliter insinuatus,
Trudit, & impellit, quasi nauim, velaq; ventus.
Denique res omnes debent in corpore habere
Aera, quandoquidem raro sunt corpore, & aer
Omnibus est rebus circumdatus, adpositusq;.
Hic igitur, penitus qui in ferro est abditus aer,
Sollicito motu semper iactatur, eoq;
Verberat anellum dubio procul, & ciet intus
Scilicet, atque eôdem fertur, quò præcipitauit
Iam semel, & partem in vacuam conamina sumpsit.
Fit quoque, vt à lapide hoc ferri natura recedat,
Interdum fugere, atque sequi consueta vicissim.
Exsultare etiam Samothracia ferrea vidi,
Et ramenta simul ferri furere intus ahenis
In scaphiis, lapis hic magnes cùm subditus esset,
Vsqueadeò fugere à saxo gestire videtur

1 al. destinat. 2 al. vacescit.
3 al. vacescit.
4 al. preuas, prauas, paruas, pronas.

Aere interpoſito, & diſcordia tanta creatur:
Propterea, quia nimirum priùs æſtus vbi æris
1 Præcepit, ferrique vias poſſedit apertas,
Poſterior lapidis venit æſtus, & omnia plena
Inuenit in ferro, neque habbet qua tranet, vt antè:
Cogitur offenſare igitur, pulſaréque fluctu
Ferrea texta ſuo: quo pacto reſpuit ab ſe,
Atque per æs agitat, ſine eo quod ſæpe reſorbet.
Illud in his rebus mirari mitte, quòd æſtus
Non valet è lapide hoc alias impellere item res:
Pondere enim freta partim ſtant, quod genus aurum,
Ac partim, raro quia ſunt cum corpore, vt æſtus
Peruolet intactus, nequeunt impellier vſquam:
Lignea materies in quo genere eſſe videtur.
Inter vtraſque igitur ferri natura locata,
Aeris vbi accepit quædam corpuſcula, tum ſit,
Impellant vt eam Magneſij 2 flumina ſaxi.
Nec tamen hæc ita ſunt aliarum rerum aliena,
Vt mihi multa parum genere ex hoc ſuppeditentur,
Quæ memorare queam inter ſe ſingulariter apta.
Saxa vides primùm ſola coaleſcere calce:
Glutine materies taurino iungitur vnà,
Vt vitio venæ tabularum ſæpius hiſcant,
Quàm laxare queant compages taurea vincla.
Vitigeni latices in aquai fontibus audent
Miſceri, cùm pix nequeat grauis, & leue oliuum,
Purpureúſque colos conchilij 3 mergitur vnà
Corpore cum lanæ, dirimi qui non queat vmquam,
Non, ſi Neptuni fluctu renouare operam des,
Non, mare ſi totum velit eluere omnibus vndis.
Denique res 4 auro argentum 5 copulat vnà,
6 Aereáque res plumbo fit vti iungatur ab albo.
Cetera iã quàm multa licet reperire! quid ergo?
Nec tibi tam longis opus eſt ambagibus vſquam:
Nec me tam multam hic operam conſumere par eſt.
Sed breuiter paucis reſtat comprendere multa.
Quorum ita texturæ cecidérunt mutua contrà,
Vt caua conueniant plenis hæc illius, illa
Huiuſque: inter ſe iunctura horum optima conſtat.
Eſt etiam, quaſi vt 7 anellis, hamiſque plicata
Inter ſe quædam poſſint copulata teneri:
Quod magis in lapide hoc fieri, ferróque videtur.
Nunc, ratio quæ ſit morbis, aut vnde repentè
Mortiferam poſſit cladem conflare coorta
Morbida vis hominum generi, pecudúmque caterua
Expediam, primùm multarum ſemina rerum
Eſſe ſuprà docui, quæ ſint vitalia nobis:
Et contrà, quæ ſint morbo, mortique neceſſe eſt
Multa volare. ea cum caſu ſunt forte coorta,
Et perturbarunt cælum: ſit morbidus aer.
Atque ea vis omnis morborum, peſtilitáſque
Aut extrinſecus, vt nubes, nebulæq; ſuperne
Per cælum veniunt, aut ipſa ſæpe coorta
De terra ſurgunt, vbi 1 putorem humida nacta eſt,
Intempeſtiuis pluuiiſq; & ſolibus icta.
Nonne vides etiam cæli nouitate, & aquarum
Tentari, procul à patria quicumque, domoque
Aduenium? ideò quia longè 2 diſcrepitat res.
Nam quid Britanis cælum differre putamus,
Et quod in Ægypto eſt, quà mundi claudicat axis?
Quidve quod in Ponto eſt, differre à Gadibus, atque
Vſque ad nigra virûm, percoctáque ſæcla calore?
Quæ cùm quattuor inter ſe diuerſa videmus
Quattuor à ventis, & cæli partibus eſſe,
Tum color, & facies hominum diſtare videntur
Largiter, & morbi generatim ſæcla tenere.
Eſt elephas morbus, qui propter flumina Nili
Gignitur Ægypto in media, neque præterea vſquam
Atthide tentantur greſſus, oculique in Achæis
Finibus: inde alijs alius locus eſt inimicus
Partibus, ac membris: varius concinnat id aer.
Proinde vbi ſe cælum, quod nobis forte alienum,
Commouet, atque aer inimicus ſerpere cœpit,
Vt nebula, ac nubes, paullatim repit, & omne
Quà graditur, conturbat, & immutare coactat,
Fit quoque, vt, in noſtrum cùm venit denique cælum,
Corrumpat, reddátque ſui ſimile, atque alienum.
Hæc igitur ſubitò clades noua, peſtilitáſque
Aut in aquas cadit, aut fruges percidit in ipſas,
Aut alios hominum paſtus, pecudúmque cibatus,
Aut etiam ſuſpenſa manet vis aere in ipſo:
Et cùm ſpirantes mixtas hinc ducimus auras,
Illa quoque in corpus pariter ſorbere neceſſe eſt.
Conſimili ratione venit bubus quoque ſæpe
Peſtilitas, etiam 3 pecudibus balantibus ægror.
Nec refert vtrùm nos in loca deueniamus
Nobis 4 aduerſa, & cæli mutemus amictum:
An cælum nobis vltro natura corruptum
Deferat, aut aliquid, quod non conſueuimus vti,
Quod nos aduentu poſſit tentare recenti.
Hæc ratio quondã morborum, & mortifer æſtus,
Finibus Cecropiis funeſtos reddidit agros,
Vaſtauitque vias, exhauſit ciuibus vrbem,
Nam penitus veniens, Ægypti è finibus 5 ortus,
Aera permenſus multum, campóſque natantis,

1 Lamb putrore.
2 al. diſcrepit acres. in q. diſcrepat acres. vulg. diſcrepitant res.
3 al. pecudum balatibus ægris. 4 al. diuerſa.
5 al. orcus. quid. Aegypti finibus ortus.

1 al. percepit. 2 al. Magneſia flumine ſaxa, quid flamine. 3 al. iungitur. 4 al. aurum.
5 concopulat. 6 Lamb. Aerique æs.
7 al. Lamb. ancillis.

Incubuit

Incubuit tandem populo Pandionis: omnes
Inde, cateruatim morbo, mortiq; dabantur.
Principio caput incensum feruore gerebant,
Et duplicis oculos suffusa luce rubentes.
Sudabant etiam fauces intrinsecus atro
Sanguine, & vlceribus vocis via sæpta coibat:
Atque animi interpres manabat lingua cruore,
Debilitata malis, motu grauis, aspera tactu.
Inde vbi per fauces pectus complerat, & ipsum
Morbida vis in cor mœstum confluxerat ægris,
Omnia tum verò [1] vitai claustra labebant.
Spiritus ore foras tetrum voluebat odorem,
Rancida quo perolent proiecta cadauera ritu.
Atque animi prorsum vires totius, & omne
Languebat corpus, leti iam limine in ipso.
Intolerabilibúsq; malis erat anxius angor
Assiduè comes, & gemitu commixta querela.
Singultusq; frequens noctem persæpe, diemq;
Conripere assiduè neruos, & membra coactans,
Dissoluebat eos defessos antè, fatigans.
Nec nimio cuiquam posses ardore tueri
Corporis in summo summam feruiscere partem,
Sed potius tepidum manibus proponere tactum:
Et simul vlceribus quasi inustis omne rubere
Cortus, vt est, per membra sacer cùm diditur ignis.
Intima pars homini verò flagrabat [2] adesa,
[3] Flagrabat stomacho flamma, vt fornacibus intus:
Nihil adeò posset cuiquam leue, tenuéque membris
Vertere in vtilitatem. ad ventum, & frigora semper,
In fluuios partim gelidos ardentia morbo
Membra dabant, nudum iacientes corpus in vndas:
Multi præcipites lymphis putealibus altè
Inciderunt ipso venientes ore patente.
Insedabiliter sitis arida corpora mersans
Æquabat multum paruis humoribus imbrem.
Nec requies erat vlla mali: defessa iacebant
Corpora: mussabat tacito medicina timore.
Quippe patentia cùm totas ardentia noctes
Lumina versarent oculorum expertia somno.
Multaq; præterea mortis tum signa dabantur:
Perturbata animi mens in mærore, metúque,
Triste supercilium, furiosus voltus, & acer:
Sollicita porrò, plenaq; sonoribus aures,
Creber spiritus, [4] ac ingens, raroq; coortus,
Sudorisq; madens per collum splendidus humor:
Tenuia sputa, minuta, croci [5] contacta colore,
Salsaq; per fauces raucas vix edita tussi.
In manibus verò trahier nerui, & tremere artus:
A pedibusq; minutatim succedere frigus
Non dubitabat: item ad supremum denique tempus
Compressæ nares, nasi primoris acumen
Tenue, cauati oculi, caua tempora, frigida pellis,
Duraq;: inhorrebat rictum: frons tenta [1] meabat
Nec nimio rigida [2] post strati morte iacebant:
Octauoq; fere candenti lumine solis,
Aut etiam nona reddebant lampade vitam.
Quorum si quis, vt est, vitarat funera leti
Vlceribus tetris, & nigra proluuie alui,
Posteriùs tamen hunc tabes, letumq; manebat:
Aut etiam multus capitis cum sæpe dolore
Conruptus sanguis [3] pletis ex naribus ibat.
Huc hominis tota vires, corpusq; fluebat,
Profluuium porrò qui tetri sanguinis acre
Exierat, tamen in neruos huic morbus, & artus
Ibat, & in partis genitalis corporis ipsas.
Et grauiter partim metuentes limina leti
Viuebant ferro priuati parte virili:
Et manibus sine nonnulli pedibusq;, manebant
In vita tamen, & perdebant lumina partim:
Vsqueadeò mortis metus his [4] inuaserat acer.
Atque etiam quosdam cepere obliuia rerum
Cunctarum, neque se possent cognoscere vt ipsi:
Multaq; humi cum inhumata iacerent corpora suprà
Corporibus tamen alituum genus, atque ferarum
Aut procul absiliebat, vt acrem [5] exiret odorem,
Aut, vbi gustarat, languebat morte propinqua.
Nec tamen omnino temerè illis solibus vlla
Comparebat auis, nec nocti sæcla ferarum
Exibant siluis. languebant pleraque morbo,
Et moriebantur. cumprimis fida canum vis
Strata viis animam ponebat in omnibus ægram.
Extorquebat enim vitam vis morbida membris.
Incomitata rapi certabant funera vasta.
Nec ratio remedij communis certa dabatur:
Nam quod alijs dederat vitalis aeris auras
Voluere in ore licere, & cæli templa tueri,
Hoc aliis erat exitio letúmque parabat.
Illud in his rebus miserandum, & magnopere vnum
Ærumnabile erat, quod vbi se quisque videbat
Implicitum morbo, morti damnatus vt esset,
Deficiens animo mæsto cum corde iacebat,
Funera respectans animam & mittebat ibidem.
Idq; vel imprimis cumulabat funere funus.
Quippe etenim nullo cessabant tempore apisci
Ex alius alios auidi contagia morbi.
Nam quicumque suos fugitabant visere ad ægros,
Vitai nimium cupidi, mortisq; timentes,
Pœnibat paullo post turpi morte malaq;
Desertos, opis expertis incuria mactans,
Lanigeras tamquam pecudes, & bucera sæcla.
Qui fuerant autem præstò, contagibus ibant,

1 al. vitalia. 2 al. ad ossa.
3 Hunc abiicit Lamb.
4 al. q. aut. 5 al. contracta. Lamb. contincta, quid. contecta.

1 al. minebat. quid. manebat. 2 vulg. prostrati. 3 vulg. expletis alij, plenis. quid. pleris.
4 al. incusserat, vel, inenserat. Lamb. incesserat. 5 vulg. exciret.

Atque labore, pudor quem tum cogebat obire,
Blandaq; lassorum vox mixta voce querela.
Optimus hoc leti genus ergo quisque subibat.
Inq; aliis alium poculum sepelire suorum
Certantes lacrumis lassi, luctúque redibant:
Inde 1 bonam partem in lectum mærore dabantur.
Nec poterat quisquã reperiri, quem neque morbus,
Nec mors, nec luctus tentaret tempore tali.
Præterea iam pastor, & armentarius omnis,
Et robustus item curui moderator aratri,
Languebant: penitusq; casi contrusa iacebant
Corpora, paupertate & morbo dedita morti.
Exanimis pueris super exanimata parentum
Corpora non numquam posses retróque videre
Matribus, & patribus natos super edere vitam.
Nec minimam partem ex agris ægroris in vrbem
Confluxit, languens quem contulit agricolarum
Copia, conueniens ex omni morbida parte.
Omnia 2 condebant loca, tectáque: quo mage 3 eos tum
Confertos ita aceruatim mors accumulabat.

1 al. bona ex parte in letum.
2 al. complebant.
3 al. magis æstus. quid. æstus.

Multa siti prostrata viam per, proq; voluta
Corpora siluanos ad aquarum strata iacebant
Intercluſa anima nimia ab dulcedine aquai.
Multáque per populi passim loca prompta, viásque
Lãguida semianimo tũ corpore membra videres,
Horrida pædore, & pannis cooperta perire
Corporis inluuie. pellis super ossibus vna,
1 Viſceribus cæcis propè iam sordiq; sepultis.
Omnia denique sancta deũm delubra replerat
Corporibus mors exanimis, oneratq; passim
Cuncta cadaueribus cælestum templa manebant,
Hospitibus loca quæ complerant ædituentes.
Nec iam religio diuũm, nec numina magni
Pendebantur: enim præsens dolor exsuperabat.
Nec mos ille sepultura remanebat, in vrbe,
2 Vt pius hic populus semper consuerat humari.
Perturbatus enim totus trepidabat, & vnus
Quisque suum pro re consortem mœstus humabat.
Multáque vis subita, & paupertas horrida suasit.
Namque suos consanguineos aliena rogorum
Insuper exstructa ingenti clamore locabant,
Subdebántq; faces, multo cum sanguine sæpe
Rixantes potiùs, quàm corpora desererentur.

1 al. viceribus. 2 vulg. repedabat.

LVCII POMPONII BONIENSIS VITA.

LVcius Pomponius, Atellanarum scriptor, iisdem fermè temporibus in Vrbe præstitit, quibus Laberius, Publius, & Iulius Calidius, vt in Latinis annalib. relatum est. Euseb. & alij, Bononiensem hunc faciunt. Ingenio perurbano dicitur fuisse, & in notandis hominum moribus maximè festiuo. Sunt enim Atellanæ fabulæ ab Atella vrbe appellatæ, in quibus Poetæ veteres solebant varios iocos atque sales vernili quadam dicacitate admittere. De his Pomponij Atellanis M. Cicero & Anneus Seneca pluribus locis meminerunt, ingeniúmque Pomponij vehementer cõmendãt. Non. Marcel. magna diligentia obseruauit has Pomponij fabulas: quod ipsum colligitur ex illius cõmentariis, in quibus supra xxx. eius Comœdias nominat. Citatur Pomponius sæpe ab antiquis Grammaticis, in Alcionibus, in Prostibulo, in Pãnuceatis, in Nuptiis, in Porcaria, in Priuigno, in Piscatoribus, in Ergastulo, in Patruo, in Asina, in Rustico, in Dotata, in Decuma Fullonis, in Præcone posteriore, in Bucone, in Macchis geminis, in Verre ægroto, in Pistore, in Syris, in Medico, in Maiali, in Sarculario, in Augure, in Petitore, in Annulo posteriore, in Præfecto, in Arista, in Hirnea, in Porcetra. Itidem in Marsupio, in Æditumo, in Auctorato, in Satyra, & in Gallis trãsalpinis. Gellius præterea, & Priscianus de Atellanis Pomponij sæpe agunt, pluréſque versiculos afferunt: ex quibus intelligi potest, quantum præstiterit gratia & salibus.

DE

DE LVCIO POMPONIO VETERVM SCRIPTORVM TESTIMONIA.

PATERCVLVS IN HISTORIA.

SANE ignoramus, eâdem ætate, qua scilicet Sisenna, Rutilius, Claudiúsque quadrigarius, & Valerius Antias, fuisse Pomponium, sensibus celebrem, verbis rudem, & nouitate inuenti à se operis commendabilem.

MACROBIVS lib. 6. Saturn.

Pomponius egregius Atellanarum poeta hoc scripsit in Gallis transalpinis.

Mars tibi voueo factlurum, si vnquam rediero, bidente verre.

CIC. epist. ad C. Memmium.

Pomponium sic amo, vt alterum fratrem: nihil est illo mihi, nec carius, nec iucundius. Est enim omni liberali doctrina politissimus.

L. POMPONII ATELLANARVM POETÆ FRAGMENTA.

ADELPH.

QVOD ille dicit, tum datatim in lecto tecum lusi.

1 ÆDITVO.

Qui postquam tibi appareo, atq; dituor in templ. tuo,
Nec mortalibus, nec mortalium vllum in terra miserius est.

2 AGAMEMNONE.

Suppositò nequis miraretur quum tam clarè tonuerit, vt siquis dormitaret expergisceret.

3 ALEONIBVS.

At ego rusticatim tangam, vrbanatim nescio.

ANNVLO POSTERIORE.

Id credo metuis, ne inuidia desit, quum nemo qui à te recipiat reperibitur.

ARISTA.

Noli quaso irascere: more fit moriri suam quisq; vxorem vt velit.

ARVSPICE.

Fac puriter, vel pectore rustico vt i tractes. laui iamdudum manus.

ASIA.

Atque auscultare disce si nescis loqui.

ASINARIA.

Exilui denocte ad molam fullone festinatim,

ATREO.

Nunc te obsecro stirpem vt euoluas, meorumq; genus notifices mihi.

AVCTORATO.1

Ludit nimium insaniter.
Occidit taurum toruiter, me amores amauit.

AVGVRE.

Immo mane non esuribis diutius. quare roga.

BVCCONE ADOPTATO.

Sæpe, annuit, inuenibit sæpe.
Clandestinò tacitus taxim perspectaui percautè.
Pergis properatim.
Si prægnans non es, paribis nunquam.

CALENDIS MARTIIS.

Vocem deducas oportet, vt mulieris videantur verba. Iube modò afferatur vnus, ego vocem reddam tenuem & tinnulam.
Etiam nunc vocem deducam.

CAMPANIS.

Dat ordo senio & fullonibus publicitus cibaria.
Istic manet, eliminabo extra ædes coniugem.

CAPELLA.

Clypeum in medio fixum est.

COLLEGIO.

Siquid expalpare possim ab illo.

CONDITIONIBVS.

Vix nunc quod edim inuenio: quidnam fiet si duxero?

1 al. Æditimo. al. æditimor.
2 al. Agamemnone supposito. 3 Nequis.
1 vel, Authorato.

CRETVLA.

Vel petiture bene eueniat. Ita sit, & tibi bene sit, qui rectè ominas.

1DECVMA FVLLONIS.

Et vbi insilui in coshleatum equuleum, ibi tolutim tortor.

Non multi temeti, sed plurimi.

DOGALI.

Vnum penum quæ omnem cæterum aliam præberem penum.

DOTATA.

Possum exorare te vt recedas à me paulisper modò, quantisper sat habes.

Scio pol te illam amare efflictim.

ERGASTVLO.

Longè ab vrbe villicari, quo herus rarenter venit, non villicari sed dominari est, mea sententia.

FVLLONIBVS.

Quin ergo quando conuenit, complectite. Mi frater salue, ò soror salue mea.

Facite vt ignis seruat, ligna in stipite, far concidite.

GALLIS TRANSALPINIS.

Mars tibi voueo facturum, si vnquam redierit, bidenti verre.

HIRNEA.

Pappi decimus mensis est quum factum est, ita sit, ita semper solet, decumo mense demum turgens verminatur, parturit.

LARE FAMILIARI.

Oro te Basse per lactes tuas.

LENONE.

Caseum molle.

MACCHIS GEMINIS.

Incepi contui, conspicio coleatam cuspidem.

Bono animo es, video, eripuisti primitus de pannibus.

Perij, non puella est. nunquid abscondisti inter nates?

Iam ego mihi adero, dum ego reuortor, agamus, accinge ad molas.

Sero est, si tibi placet, venibo.

2MACCO.

Quid futurum est, si pol ego hanc discere artem attenderim?

Virginem præteriens vidit duos sensim in ludo, verecunditer non docentem discipulum, verùm scalpentem nates.

Consoristi me Diomedes.

MACCO SEQVESTRI.

Simile est quasi quum in cælo fulgit propter lunam lucifer.

3MACHO MILITE.

Nam si cibaria vicem duorum solum me comesse condecet.

Cum contubernale pugnaui quòd meam cœnam.

1 al. Decima. 2 vel Maccho.
3 al. Machomilite.

1MÆVIA.

Dies hic sextus quum nihil egi: die
Quarte moriar fame.

MAIALI.

Cœnam quaritat, si eum nemo vocat, reuortit mœstus ad me, nam miser.

Miseret me eorum qui sine frustis ventrem frustrarent suum.

Animos Venus veget voluptatibus.

MEDICO.

Dolasti vxorem nunc, & propter me cupis concidere, & iam rhetorissas.

MVNDA.

Si calendis conuiuent, idibus cœnant foris.

NVPTIIS.

Partem insipui, concluси condipsui.

PANNVCEATIS.

Dixi ego illud futurum. in prima valua est, vix hæret misera. euannetur, & mea ocyus opera vt fiat fecero.

Mulier vbi aspexit tam mirificè tutulatam truam.

Nunc rogas quid fiat? restis est vilis, velet gulam.

Penulam in caput induce, ne te noscat.

Neque interim cacandi causa vnquam incoxaui nate.

Quid dedi nebuloni, quem pertæsum pauperem.

Sarculum hinc illò profectus, illum redisti rutrum.

Sed meus frater maior postquam vidit me indeiectum domo, nupsit posterius dotatæ vetulæ, læ, varicosæ, Afræ.

PAPPO AGRICOLA.

Nunc quando voluisti facere, fac voluptati si es ibus.

2 Domus hæc feruit flagitiis.

Nescio qui sellam vrget quasi asinus vxorem tuam, ita opertis oculis simul manducatur ac molet.

Volo scire ex te cur vrbanas res tam desubito deseris.

PATRVO.

Mirum facies fatuæ si studium mirabis diu.

Non erat quod corpus tremulum famula tutaret toga.

PETITORE HÆREDE.

Heu aptate pueri mundè atque ampliter conuiuium.

Balnea, forus, macellus, fana, portus, porticus.

3PICTORIBVS.

Mirum ni hæc Marsa est, in colubras callet canticulam.

Ipsius cum vno seruo senex intestato proficiscitur.

Quæ tuleram mecum millia decem victoriata Græca mercede, illico curaui vt occuparem.

Assíde, si qua ventura est alia strenua strenue.

1 aut, Mæuia. 2 al. Domus hæc fuerit placiti.
3 al. Pictoribus.

Magnus

Magnus manducus Camillus canterius.
Numos certos dicas.

PISCATORIBVS.

Quid hoc est tumulti?
Nescio quid non est hoc merum, quod hic plorat.
Quid habes in scirpiculis calue? Omne piscati genus.

PISTORE.

Decipit vicinos, quod molendum conduxit, comest.
Nisi nunc aliquis subitò obuiam occurrit mihi, qui ocquiscat quo compingam terminum in tutum locum.
Nam plus quæsti facerem, quàm quadrinas si haberem molas.
Fit desubitò hilarus, tristis: saltat, ridens ringitur.

PITHONEGORGONIO.

Hominem beatum, quò illæ peruenibunt diuitiæ.

PLACENTA.

Rustici edunt libenter pedibus tristeis acres intybos.

PORCARIA.

Hoc sciunt omnes quantum est qui cossim cacant.

PORTOPERIPOCONS.

Vepra est veprecula.

PRÆCONE POSTERIORE.

Calue apportas nuntium nobis dispare, diuisum: huic seni senium & metum.
At te dij omnes cum consilio calue mactassint malo.
Sed me exercet senica nequam: neque illo quid faciam scio.
Post tergum varium, linguam vafram.
Age modò Stagari, particulones producam tibi.
Ad Veneris profectus est mane vetulus, votum vt solueret: ibi nunc operatus est.
Quot lætitias insperatas modo mihi irrepsere in sinum.
Si sciam quid velis quasi serui comici commictilis.
Vis facere vt nouerca vetulum derepente deserat.

PRÆFECTO MORVM.

[1]*Pater at est, negato esse hic me, ego operibo caput.*
Vt siquis est amicus amici, gaudeat, siquid boni euenit cuius amicus est germanitus.

PROSTIBVLO.

Ego rumorem paruifacio, dum sit rumẽ qui impleam.
Iámne abierunt? iam non tundunt? iámne ego sum in tuto satis? num quis hic resistit, qui nõdum labeas lirarit mihi?
Si valebit plus in buccã vet et, si dicin' schema.
Ego quæro quod edim, has quærere qui parcant certum est.
Quæ peditibus nubere poterant, equites sperant spurcæ.
Vt nullum ciuem prædicaui per dolum,

1 al. pater adest.

Nisi ipsus orans vltro qui ocquinisceret.
Quis hic est? quamobrem hic prostat? rictum & labeas quum considero.
Cõtinuò ad te cẽturiatim currẽt qui panẽ petent.

QVINQVATRIBVS.

Venit rogàtum nos quando nostræ essent seplasiæ.

RVSTICO.

Quid nunc vis fieri? verrem sume dapsilẽ ac dilucidè.

SARCVLARIA.

Alteram apportat, prodigit patrem, suppilat semper.

SATYRA.

Blanda, fallax, impotens, superba, discordis
Cuiusuis leporis liber diadema dedit.

SPONSA.

Pape pol magis vbi cognorint omnes, vnà assentiant.

SYNEPHEBIS.

Incolume illo.

SYRIS.

Lapitium nullum vescebatur, lardum lurcabat lubens.
Quid est? apud forum præsente testibus mihi vẽdidit.

[1]VACCA.

Simul intrò veni, accessi ad patrem,
Prehendi manum, in terra vt cubabat nuda,
Ad eum vt conquexi, interim mulieres conspiciunt.

VERNIONIBVS.

Aperibo, non possum ciuem pati: orcus est quem amare, cœpi, pinguis non pulcher puer.

[2]VERRE ÆGROTO.

Verùm illi valent qui luctantur cum leonibus, & te obiectes frustatim passerinum prandium saturarum, non frustillatim, nec minutatim dari.
Iam istam colaphis comminuissem testatim tibi
Salbeolo, parciter tanquam frater mihi sis, medium abdomen quum diuidam.

[3]EPIGRAMMATE.

Ridiculum est quum te Cascam tua dicit amica,
Casca Philotonis ipsa senex pueri.
Dic tu illam pujam, sic fiet mutua muli.
Nam verè pusus tu, tua amica senex st.

VITE.

Quo palumbem vnum ex ore tollit.
al. *Conclauos istic manet, eliminabo extra ædes coniugem.*
al. *Metuo illum, iocari nescit, ludit nimium insaniter.*
al. *Interim dum contemplor orcam, taxillos perdidi.*
al. *Magnus poeta placuit populatim omnibus.*
al. *Quum neque molis molui, neq; palmis pinsui.*
al. *Heus aptate pueri mundè atque ampliter coniuuium.*

1 al. vel, Marsupio. 2 al. Verre.
3 al. vel Epigrammatico.

DECII LABERII VITA.

DECIVS Laberius eques Romanus fuit, ſtudium atq; operam poſuit in ſcribendis Mimis: qua in re non mediocrem laudem conſecutus eſt. Moribus præclaris & ingenio vrbano fuit: libertate tanta in accuſandis vitiis, vt libertatis nomen excederet. Adeò Iulius Cæſar eo delectatus eſt, vt Suetonio & Macrobio referentibus, eum in ſuorum ludorũ fine, annulo aureo & quingentis ſeſtertiis donauerit, atque eueſtigiò in quartum decimum ordinem ad ſpectandum tranſmiſerit: traditum eſt à Sulpitio Apollinare, & Gellio in Atticis cõmentariis, Laberium ipſum in ſuis fabulis quæpiã poſuiſſe paulò duriora, ac minùs Latina, & ob id à quibuſdam Criticis in ordinem coactum. Sed Macrobius & Anneus Seneca plurimũ Laberio cõcedunt: quòd in eius Mimis nõ minus ſentẽtiarum, quàm lepiditatis foret. Nonius Marcellus & alij veteres maxima diligẽtia Poetam Laberium obſeruarunt, eúmq; citant ſæpiſſime in his Mimis: hoc eſt, in Virgine, in Gemellis, in Necromantia, in Cõpitalibus, in Lacu Auerno, in Aquis calidis, in Coloratore, in Catulario, in Sororibus, in Tuſco, in Cropio, in Nuptiis, in Gallis, in Cacomemnone, in Saturnalibus, in Alexandrea, in Ephebo. Illud quoque à ſcriptoribus proditum, Laberium inuitatum à Cæſare, vt in ſcenam prodiret, & quos ſcribebat mimos ageret: ille ſenectutem excuſans renuebat: demum eſt à Cæſare compulſus, vt idem ipſe Laberius in prologo teſtatus eſt. Ad extremam ſenectutem acceſſit, corpore valido, & ſenſibus integris. Apud Puteolos deceſſit, menſe decimo, poſtquam eſt occiſus C. Cæſar, id quod Hieronymus obſeruat in Chronico Euſebij.

DE DECIO LABERIO VETERVM SCRIPTORVM TESTIMONIA.

HORATIVS.

ET *Laberi mimos, & pulchra poemata miror.*

CICERO quadam ad Cornificium epiſtola.

Equidem ſic, inquit, obdurui, vt ludis Cæſaris noſtri æquiſſimo animo viderem T. Plancum, audirem Laberij & Publij poemata.

GELLIVS lib. noct. Attic. XVI.

Laberius in Mimis quos ſcriptitauit, oppidò quàm verba finxit prælicenter.

Idem lib. XVII.

C. Cæſarem ita Laberij maledicentia & arrogantia offendebat, vt acceptiores & probatiores ſibi eſſe Publij quàm Laberij Mimos prædicaret.

Macrobius Saturnal. lib. 2.

Laberium aſperæ libertatis equidem Romanum Cæſar quingentis millibus inuitauit vt prodiret in ſcenam, & ipſe ageret Mimos quos ſcriptitabat.

DECII

DECII LABERII
FRAGMENTA.

ALEXANDREA.

QVID est iusiurandum? emplastrum aris alieni.

ANNALIBVS.

1 Peranna collabella osculum.

AQVIS CALDIS.

Etiam hic me optimus somnus premit, opprimitur glis. Podagricus.

ARIETE.

Vix sustineo clunes scæuolæ.

AVGVRE.

5 Largiter lucri feci.

2 AVL--.

Homo ebriacus somno sanari solet.

3 BELLO.

Instria domina nostra priuignũ suũ amat officiũ.

CACOMEMNONE.

Hic est ille gurdus, quem ego
Me ab hinc duos menses ex Africa,
10 Venientem excepisse tibi narraui.

CÆCVLIS.

--te mauritatim scire.

CANCRO.

Nec Pythagoream dogmam doctus.

CARCERE.

Homo frugi, quod tibi relictum est miserimonium retines.

CATVLARIO.

(derant.
Ego mirabar quomodo mamma mihi descendi-
15 Neue aliter hunc prædicabis: quomodo video, adolescenti nostro cædit hilla.

CENTENARIO.

Quare tam arduum ascendis? an concupisti eugium scindere?

CHÆRE.

Ebriulati mentem hilaram arripiunt.

CITHARA.

Nec palmarum pulsus, nec portisculi.

COLACE.

Figura humana inimici ardore igneścitur,

COLORATORE.

20 --itaque leui.
Pruna percoctus, simul sub dentes mulieris
Veni, bis ter memordit.

COPHINO.

Quum prouincias dispoliauit, columnas monolithas, labella lenis.
Manuatus est.

FVLLONE. FVLLONICIS.

25 Manuari pudorem perdidisti.

4 Virum tu hunc gruem balearicum, an homi-

1 al. Perge iam. 2 al. Aug. pro Augure.
3 al. Bello Istrio. Domina nostra. 4 al. vtrum.

nem putas esse?
Non vbi caput à foliis decidua folia pandit.

GALLIS.

--De integro patrimonio
Meo centum millia nummûm memordi.

GEMELLIS.

Non putaui hoc eam facturum. 30

IMAGINE.

Genius generis nostri parens.

LACV AVERNO.

Scinde vnã exoleto impatienti catullientẽ lupã.
1 Versorum non numerum numero studuimus.

MARCO.

Mens incorrupta miseriter corrumpitur.

NACCA.

L. Cippum.
Obbam. 35
Camelliam.
Induis, capitium tunica pictacium.

NECROMANTIA.

Dum diutius detinetur, nostri oblitus est.
Duas vxores, hoc hercle plus negotij est, 40
(Inquit cocio) sex ædiles viderat.

NVPTIIS.

Æquum animũ indignanti iniquat contumelia.

ODYSSEA.

Déque manibus dextrabus.

PAVPERTATE.

Nihil refert mollem de lanitia Attica, an pecore
ex hircorum 2 vestium geras.
Visus hac nocte 3 bidentes propter viam facere, 45
Licentiatus.

RECTORE.

Democritus Abderites physicus philosophus clypeum
Constituit contra exortum Hyperionis, oculos
Effodere vt posset splendore æreo. ita radiis
Solis aciem effodit luminis, malis bene
Esse ne videret ciuibus. 5 Sic ego 50
Fulgentis splendore pecuniæ volo
6 Elucificare exitum ætatis meæ,
Ne in re bona videam esse nequam filium.

RESTIONE.

Calabarriunculos.

SALINATORE. 55

Non mãmosa, non annosa, nõ biboſa, non procax.

SATVRNALIBVS.

Hominem leuiam.

SCRIPTVRA.

Caput sine lingua, pedaria sententia est.

1 al. Versorum non numerorum.
2 al. vestim. aut vestitum, 3 al. bidente.
4 Licentiatus 5 al. sic ego. 6 al. Elucifacere

SCYLACE.

Lubidinitate labitur.

SEDICITO.

1 Grunnientem aspexi scropham.

SORORIBVS.

Hoc voluit clypeum contra puluem proijci.
Æcastor multum somniculosum.
Laus nomine gloriæ adolescit.

STAMINARIIS.

Tollet bona fide vos Orcus nudas in Caronium.
Et quid properas, & quid præcurris Calidonia,
Et elutriare lintea.

LABANDRIA:

Collicior, in fullonicam.

TVCCA.

Dominus noster tua luculentitate captus,
Bipedem, blitcam, belluam.

TVSCO.

Concitatam mobilitate mœstas.

VIRGINE.

Amore cecidi tamquam blatta in peluim.
Alienum appetonibus viæ perditæ diuerticulas.
Si quidem mea colluſtra fretus terris ſtudere feciſſet ſumere aquam ex fonte.

Ex prologo incerti tamen libri.

Necessitas (cuius cursus transuersi impetum
Voluerunt multi effugere, pauci potuerunt)
Quò mè detrusit penè extremis sensibus?
Quem nulla ambitio, nulla vnquam largitio,
Nullus timor, vis nulla, nulla authoritas
Mouere potuit in iuuenta de statu:
Ecce in senecta, vt facilè labefecit loco
Viri excellentis 2 mente clemente edita,
3 Submissa placidè blandiloquens oratio.
Etenim ipsi dij negare cui nil potuerunt,
Hominem me 4 denegare quis posset pati?

1 al. grundientē. 2 al. clemē, e edita 3 al. summissa. 4 al. negare.

1 Ego bis, tricenis annis actis sine nota,
Eques Romanus ex lare egressus meo,
2 Domum reuertar Mimus: nimirum hoc die
Vno plus vixi, mihi quàm viuendum fuit.
Fortuna immoderata in bono æquè atq; in malo,
Si tibi erat libitum literarum laudibus
Floris cacumen nostræ famæ frangere:
Cur quum vigebam membris præuiridantibus,
Satisfacere populo & tali quum poteram viro,
Non flexibilem me conuertisti, vt carperes?
Nunc me 3 quo deiicis? quid ad scenam affero?
Decorem formæ, an dignitatem corporis?
Animi virtutem, an vocis iocundæ sonum?
Vt hedera serpens vires arboreas necat,
4 Ita me vetustas amplexu annorum necat.
Sepulchris similis, nil nisi nomen retineo.

IN IPSA ACTIONE.

Porro, Quirites, libertatem perdidimus.
Necesse est multos timeat quem multi timent.
Non possunt primi esse omnes omni in tempore.
Summum ad gradum quum claritatis veneris,
Consistes ægrè, & citius quàm ascendas, decides:
Cecidi ego, cadet qui sequitur: laus est publica.
Mirū si angustè sedes, qui soles duabus sellis sedere.
Quænam mens, quæ deliritas vos suppilatores facit cum cano eugio velitari?
Lambit item hillam cocus: si lumbrum adussit, flagris caditur.
Late loquente qui pedem ex taberna tulimus, tantus quum staret pluor.
Aliqua parte præsulserat.
Frustramur, irridemur.
Vxorem tuam & meam nouercam à populo lapidibus consectari video.

1 al. Ergo. al. Ergo bis trigenis.
2 al. egressus meo, domum Reuertar minus.
3 al deiicis quò. 4 al. Ita vetustas.

Q. CATVLI
VITA.

QVINTVS Catulus ex Catulorum familia illustri natus, ingenio præclaro fuit, orator, epigrammatumque iucundissimus scriptor. Sunt qui Catulum hunc eum falsò existimant, qui instauratum Capitolium dedicauit, & impeditæ linguæ fuit. Dilectus est maximè à C. Cotta, & L. Crasso propter elegantiam ingenij, & morū suauitatem. Tam venustè atque egregiè lusit epigrammata, vt ab antiquis autoribus relatum sit, nihil apud Latinos aut Græcos legi posse mundius, pressius, aut venustius Q. Catuli epigrammatis. Traditum est fuisse illum facili animo, & procliui ad amores, ac delicias. Itaque Roscium Gallum præcipuè dilexit, qui tum adolescens elegāti forma, & indole optima florebat, etsi oculos peruersos habuit, vt M. Cicero & Diomedes Grammaticus testantur. Sunt præterea qui Catulum hunc familiarem Mario consuli tradant, & cum eo de Cimbris triumphasse.

phasse. A. Marco Tullio magnopere laudatus est quod Archiã Liciniũ, & amare, & probare posset. Eius interitũ Appianus Alexandrinus & Plutarchus scribũt in bellis ciuilibus ita cõtigisse, quòd cùm ei nuntiatũ fuisset, mori oportere, illũ se domi in cubiculo cõclusum, accensis carbonibus eorũ vapore suffocatũ occubuisse: at Plinius in Naturali historia, ab Amphione occisum ait.

Q. CATVLI
VETERVM SCRIPTORVM
TESTIMONIA.

Ex Cicer. lib. 3. De Oratore.

QVID iucundius auribus nostris vnquam accidit huius oratione Catuli? quæ est pura sic, vt Latinè loqui penè solus videatur: sic autem grauis, vt in singulari dignitate omnis tamen adsit humanitas, ac lepos. Quid multa? istum audiens equidem sic iudicare soleo, quicquid aut addideris, aut mutaueris, aut detraxeris, vitiosius & deterius futurum.

Ex eodem in Bruto.

Catulus erat ille quidem minimè indoctus, vt à te paullò est antè dictum: sed tamen suauitas vocis, & lenis appellatio litterarum, bene loquendi famam confecerat.

Ex Aulo Gellio lib. 19. noct. Attic.

Tum resupinus capite conuelato, voce admodum quàm suaui, versus cecinit Valerij Æditui veteris poetæ, item Porcij Licinij & Q. Catuli: quibus mundius, venustius, limatius, pressius, Græcum Latinúmue nihil quicquam reperiri puto.

Q. CATVLI
FRAGMENTA QVÆ EXSTANT.

IN ROSCIVM PVERVM.

QVONSTITERAM exorientem auroram fortè salutans,
Quum subito à læua Roscius exoritur. (vestra,
Pace mihi liceat cælestes dicere
Mortalis visus pulchrior esse deo.

AD THEOTIMVM.

Ausúgit mi anim⁹: credo (vt solet) ad Theotimũ s
Deuênit. sic est, perfugium illud habet.
Quid si non interdixem, ne illuc fugitiuum
Mitteret ad se intrò, sed magis eiiceret?
Ibimus quæsitum. verùm ne ipsi teneantur,
Formido. quid ago? da Venus consilium. 20

Q. ATTÆ VITA.

QVINTIVS Atta, Togatarũ fabularũ scriptor habitus est: & in his cõponendis magnoperè à quibusdam commendatur. Sunt qui referãt eundẽ Romę versatũ his temporibus fuisse quibus Põponius Bononiensis in scena floruit, & Plotius Gallus in tradendis præ-

ceptis rhetorices præstitit. Iteratius Flaccus in ea epistola, qua loquitur de Latinis poëtis, videtur Attæ fabulas notare, indignásque existimare, vt à Romanis ciuibus tanto studio, atque attentione audirentur. Citantur sæpe à Latinis Grammaticis comœdiæ Q. Attæ. Quocirca verisimile est in magno pretio illas fuisse habitas. Traditum est cognomen Attæ illis esse impositum, qui eo vitio pedum laborant, vt videãtur magis inniti plantis, quàm libere ambulare. Is Romæ c. & LXX. Olimpiade mortuus est, vt Hieronimus in Chronico Eusebij obseruat: sepultus verò via Prænestina secundo ab vrbe milliario.

DE QVINT. ATTA TESTIMONIVM.

Ex Q. Horat. lib. 2. epist. 1.

RECTE necne crocum floréſque perambulet Attæ
Fabula, ſi dubitem, clament periſſe pudorem
Cuncti penè patres, ea cum reprehendere coner,
Quæ grauis Aeſopus, quæ doctus Roſcius egit.

QVINT. ATTÆ FRAGMENTA QVÆ EXSTANT.

In Satyris.

VErtamus vomerem, in caram, mucronéque aremus oſſeo.

PVBLII SYRI VITA,

EX PETRO CRINITO.

PVBLIVS natione Syrus, in scribendis Mimis operam posuit, ac in magno pretio his temporibus habitus est, quibus M. Cicero, & Nigidius Figulus perierunt, vt in Latinis Annalibus notatum. Referuntur ab Auieno dicteria quædam Publij, in quibus mira festiuitas, atque incredibilis comitas apparet. Iulius Cæsar palam professus est, sibi acceptiores fuisse Publij Mimos, quàm Laberij, propter sententiarum grauitatem atque singularem elegantiam. Quocirca prælatus illi est: & in scena victor pronuntiatus. Cassius quoque Seuerus tantum concedebat Publianis Mimis, vt eius carmen disertissimum vocaret. Neque illud omittendum est, quòd idem Publius in ludis Cæsaris omnes illos longè superauit, qui carmen in scenam attulerint, in quorum numero Dec. Laberius fuit. De obitu ipsius Publij nihil apud veteres legimus.

PVBLII

PVBLII SYRI SCRIPTORVM. VETERVM TESTIMONIA.

Ex Macrob. Saturnal. lib. 2.

PVblius, natione Syrus, cùm puer ad patronum domum esset adductus, promeruit cum non minus salib. & ingenio, quàm forma. Nam fortè quum ille seruum suum hydropicum iacentem in area vidisset, increpuissétque quid in sole faceret: respondit, Aquam calefacit. Ioculari deinde super cænam exorta quæstione, quodnam esset molestum otium: aliud alio opinante, ille podagrici pedes dixit. Ob hæc & alia manumissus, & maiore cura eruditus, quum mimos componeret, ingentíque assensu in Italiæ oppidis agere cœpisset, productus Romæ per Cæsaris ludos, omnes qui tunc scripta & operas suas in scenam locauerant, prouocauit, vt singuli secum posita inuicem materia, pro tempore contenderent. Nec vllo recusante, superauit omnes: in queis & Laberium. Vnde Cæsar arridens, hoc modo pronuntiauit, fauente tibi me, victus es Laberi à Syro. Statímque Publio palmam, & Laberio annulum aureum cum quingentis sestertiis dedit.

EX PLINIO.

Publij mimorum poëtæ cœna, postquàm seruitutem exuerat, nullo memoratur sine abdomine, vocabulo etiam suminis ab eo imposito.

PVBLII SYRI FRAGMENTA QVÆ EXSTANT.

De amore & fœmina.

AMOR animi arbitrio sumitur, non ponitur.
Amor extorqueri non potest, elabi potest.
Amare & sapere vix Deo conceditur.
Amans quid cupiat scit, quid sapiat non videt.
Amare iuueni fructus est, crimen seni.
Amans quod suspicatur vigilans, somniat.
Ab amante lacrymis redimas iracundiam.
Amans iratus multa mentitur sibi.
In amore semper mendax iracundus est.
Blanditia, non imperio, sit dulcis Venus.
Amoris vulnus idem qui sanat facit.
Formosa facies, muta commendatio est.
Aut amat aut odit mulier, nihil est tertium.
Apertè quum est mala mulier, tum demum est bona.
Mulier quum sola cogitat, malè cogitat.
Malo in consilio fœminæ vincunt viros.
Dedisce re flere fœminam, est mendacium.
Fœminæ naturam regere, desperare est omnium.
Casta ad virum matrona parendo impetrat.
Habent locum maledicti crebræ nuptiæ.
Mulier quæ nubit multis, multis non placet.
Anus quum ludit, morti delicias facit.

De amicitia & concordia.

Beneuoli coniunctio animi, maxima est cognatio.
Amicos res opimæ parant, aduersæ probant.
Ita crede amico, ne sit inimico locus.
Ita amicum habeas, posse vt fieri inimicum putes.
Cum inimico nemo in gratiam citò redit.
Discordia fit charior concordia.
Nimium altercando veritas amittitur.
Amici vitia si feras, facis tua.
Ames parentem si æquus est: si aliter, feras.
Auxilia humilia firma consensus facit.
Comes facundus in via pro vehiculo est.

De fortuna & rebus aduersis.

Ex hominum questu facta fortuna est dea.
Fortunam citius reperimas quàm retineas.
Excelsis multo facilius casus nocet.
Fortuna quum blanditur captatum venit.
Leuis est fortuna, citò reposcit quæ dedit.
Malè geritur quicquid geritur fortunæ fide.
Fortunæ vitrea est, quæ quũ splendet frangitur.
Fortuna nimium quem fouet, stultum facit.
Facit gratum fortuna quam nemo videt.
Nulla tam bona est fortuna, de qua nihil possis queri.
Legem nocens veretur, fortunam innocens.

Fortuna nulli plus quàm consilium valet.
Fortuna obesse nulli contenta est semel.
Nescis quid optes, aut quid fugias: ita ludit dies.
Bona nemini hora est, vt non alicui sit mala.
Bonorum crimen est officiosus miser.
Felix improbitas optimorum calamitas.
Miserrima fortuna est quæ inimico caret.
Nil proprium ducas quod mutari possit.
Citò improborum læta in perniciem cadunt.
In miseri vita nulla contumelia est.
Grauius nocet quodcunque inexpertum accidit.
Heu quàm pœnitenda incurrunt homines viuendo diu.
Et deest & superat miseris cogitatio.
Cui nusquam domus est, sine sepulchro est mortuus.

De rerum vicissitudine.

Quotidie est deterior posterior dies.
Lucrum sine damno alterius fieri non potest.
Iucundum nihil est nisi quod reficit varietas.

De morte & vita.

Dum vitâ grata est, mortis conditio optima est.
Homo vitæ commodatus, non donatus est.
Lex vniuersi est, quæ iubet nasci & mori.
Crimen relinquit vitæ qui mortem appetit.
Mori necesse est, sed non quoties volueris.
Bis interimitur, qui suis armis perit.
Male viuunt qui se semper victuros putant.
Mori est felicis antequam mortem inuocet.
Nusquam melius morimur homines quàm vbi libenter viximus.
O vita misero longa, felici breuis.
Bona mors est quæ extinguit vitæ mala.
Heu quàm est timendus qui mori tutum putat.
Bis emori est, alterius arbitrio mori.
Homo toties moritur quoties amittit suos.
Hæredem scire vtilius est, quàm quærere.

De otio & inertia.

Arcum intensio frangit, animum remissio.
Se denegare patriæ, exilium est pati.
Nihil agere, semper infelici est optimum.

De beneficentia & largitate.

Frustra rogatur qui misereri non potest.
Ingenuitatem lædis quum indignum rogas.
Bona comparat præsidia misericordia.
Homo qui in homine calamitoso est misericors, meminit sui.
Habet in aduersis auxilia qui in secundis commodat.
Benignus etiam dandi causam cogitat.
Bis est gratum quod opus est, vltro si offeras.
Inopi beneficium bis dat qui dat celeriter.
Minus decipitur cui negatur celeriter.
Pars beneficij est, quod petitur si bene neges.
Beneficium dando accepit qui digno dedit.
Beneficium dignis vbi das, omnes obligas.
Bonus animus nunquam erranti obsequium accommodat.
Eodem animo beneficium debetur quo datur.
Beneficium dare qui nescit, iniuste petit.
Fratus est accipere quod non possis reddere.
Beneficium accipere, libertatem vendere est.
Beneficia plura recipit qui scit reddere.
Beneficium se dedisse qui dicit, petit.
Beneficium sæpe dare, docere est reddere.
Diues quod donat timeas: citò raptum venit.
Nihil prodest didicisse benefacere, si cesses.
Cui semper dederis, vbi neges, rapere imperes.
Damnare est obiurgare, quum auxilio opus est.
Crudelis in re aduersa est obiurgatio.
Dixeris maledictum, quum ingratum hominem dixeris.
Ingratus vnus miseris omnibus nocet.
Malignos fieri maximè ingrati docent.

De equitate, fide, & bona conscientia.

Ab alio expectes, alteri quod feceris.
Fidem nemo vnquam perdit, nisi qui non habet.
Fidem qui perdit, nihil potest vltrà perdere.
Fidem qui perdit, quò se seruet in reliquum?
Fides (vt anima) vnde abijt, nunquam redit.
Etiam peccato rectè præstatur fides.
Etiam hosti est æquus qui habet in consilio fidem.
Magis hæres fidus nascitur quàm scribitur.
Mala causa est quæ requirit misericordiam.
Iudex damnatur quum nocens absoluitur.
In malis sperare bonum, nisi innocens, nemo solet.

De iniuria & superbia.

Etiam qui faciunt, odio habent iniuriam.
Multis minatur qui vni facit iniuriam.
Mutat se bonitas, quum irrites iniuria.
Malefacere qui vult, nusquam non causam inuenit.
Maleuolus semper sua natura vescitur.
Graue crimen, etiam quum dictum est leuiter, nocet.
Illo nocens se damnat quo peccat die.
Aleator quãto in arte est melior, tãto est nequior.
Mala est medicina, vbi aliquid naturæ perit.
Citò ignominia fit superbi gloria.
Graue præiudicium est quod iudicium non habet.
Heu quàm miserum est ab eo lædi de quo non possis queri.
Miserum est tacere cogi quod cupias loqui.
Inferior horret quicquid peccat superior.
Male imperando summum imperium amittitur.

De dissimulatione, fictione & mendacio.

Bonitatis verba imitari, maior malitia est.
Malus vbi bonum se simulat, tunc est pessimus.
Timidus vocat se cautum, parcum sordidus.
Falsum maledictum, maleuolum mendacium est.
Ficta citò ad naturam reciderint suam.
Graue est malum omne quod sub aspectu latet.
Grauior inimicus qui latet sub pectore.
Homo semper in se aliud fert, in alterum aliud cogitat.
Hæredis fletus, sub persona risus est.

Cu-

Cuius mortem amici expectant, vitam oderant.
Nil peccent oculi, si animus oculis imperet.
Astute dum celatur, se ætas indicat.
Inuitat culpam qui peccatum præterit.
Bis peccas quum peccanti obsequium accommodas.
Bonis nocet quisquis pepercerit malis.
Maledictum interpretando facies acrius.

De suspicione.

Ad tristem partem strenua suspicio.
In calamitoso risus etiam, iniuria est.

De consuetudine & experientia.

Discipulus est prioris posterior dies.
Hominem experiri multa paupertas iubet.
Miseriam nescire est sine periculo viuere.
Mala est voluptas, alienis assuescere.
Grauissimum est imperium consuetudinis.
Bonarum rerum nimia consuetudo pessima est.

De prudentia & sagacitate in rebus agendis.

Bonum est fugienda aspicere alieno in malo.
Ex vitio alterius sapiens emendat suum.
Deliberandum est diu quod statuendū est semel.
Deliberare vtilia, mora est tutissima.
Diu apparandum est bellum, vt vincas celerius.
Ducis in consilio posita est virtus militum.
Mora omnis odio est, sed facit sapientiam.
Animus vereri qui scit, scit tutò aggredi.
Aspicere oportet quæ possis deperdere.
Cauendi nulla est dimittenda occasio.
Honestè seruit qui succumbit tempori.
Quum vitia prosunt, peccat qui rectè facit.
Etiam obliuiscì quod scis, interdum expedit.
Futura pugnant, vt se superare sinant.
Habet suum venenum blanda oratio.
Difficilem oportet aurem habere ad crimina.
De inimico ne loquare malum, sed cogites.

De temeritate & stultitia.

Grauis animi pœna est quem post factū pœnitet.
Ad pœnitendum properat, citò qui iudicat.
Bene perdit nummos, iudici quum dat nocens.
Ridiculum est odio nocentis perdere innocentiam.
Malum consilium est quod mutari non potest.
Contemni est leuius quam stultitia percuti.
Facilitas animi ad partem stultitiæ rapit.
Mortuo qui mittit munus, nihil dat illi, adimit sibi.
Absentem ladit qui cum ebrio litigat.
Frustra, quum ad senectam ventum est, repetas adolescentiam.
Malè secum agit æger medicum qui hæredem facit.
Improbè Neptunum accusat qui iterum naufragium facit.
Inuitum quum retineas, exire incitas.
Mala natura nunquam doctrina indigent.

De ambitione & cupiditate.

Alienum nobis, nostrum plus aliis placet.
Alienum est quicquid optando euenit.
Etiam celeritas in desiderio mora est.
Cui plus licet quàm par est, plus vult quàm licet.
Instructa inopia est, in diuitiis cupiditas.
Effugere cupiditatem, regnum est vincere.
Lasciuia & laus numquam habent concordiam.

De auaritia.

Inopiæ pauca desunt, auaritiæ omnia.
Luxuriæ desunt multa, auaritiæ omnia.
Tam deest auaro quod habet quàm quod non habet.
Auarus damno potius quàm sapiens dolet.
Auaro quid mali optes, ni vt viuat diu?
In nullum auarus bonus, in se pessimus.
Auarus nisi quum moritur nil rectè facit.
Auarus ipse materia causa est suæ.
Auarum facilè capias, vbi non sis idem.
Negandi causa auaro numquam deficit.
Malus est vocandus qui sua causa est bonus.

De fortitudine animi.

Est honesta turpitudo pro bona causa mori.
Bona turpitudo est quæ periclum vindicat.
In rebus dubiis plurimi est audacia.
Grauis animus dubiam non habet sententiam.
Nunquam periculum sine periculo vincitur.
Contumeliam nō fortis potest nec ingenuus pati.
Ingenuitas non recipit contumeliam.
Inuidiam ferre aut fortis aut felix potest.
Aliena homini ingenuo acerba est seruitus.
Veterem ferendo iniuriam, inuitas nouam.
Inimicum vlcisci, vitam accipere est alteram.
In vindicando criminosa est celeritas.

De iracundia.

Iracundiam qui vincit, hostem superat maximum.
Grauissima est probi hominis iracundia.
Bonum apud virum citò moritur iracundia.
Consilio melius vincas quam iracundia.
Homo extra corpus est seruum quum irascitur.
Iratus etiam facinus consilium putat.
Iratum breuiter vites, inimicum diu.
Furor sit læsa sæpius patientia.
Fulmen est vbi cum potestate habitat iracundia.
Eripere telum non dare irato decet.
Inuidia tacitè, sed minutè irascitur.

De seueritate.

Bono iustitiæ proxima est seueritas.
Crudelem medicum intemperans æger facit.

De clementia & patientia.

Iniuriarum remedium est obliuio.
Id agas ne quis tuo te merito oderit.
Ignoscere humanum, vbi pudet cui ignoscitur.
Vide si adhuc malus es, & similibus parce.
Bis vincit qui se vincit in victoria.
Per difficilia, vt facilia leuius feras.
Feras, non culpes, quod mutari non potest.
Dimissum quod nescitur, non amittitur.
Bonum quod est supprimitur, nequaquam extinguitur.
Bene cogitata si excidunt, non occidunt.

De metu.

Quotidie damnatur qui semper timet.
Minus est quàm seruus domin⁹ qui seruos timet.
Eheu quàm miserum est fieri metuendo senem.
Metus quum venit, rarum habet somnus locum.
Multos timere debet quem multi timent.
Stultum est timere quod vitari non potest.
Non citò ruina perit vir qui ruinam timet.
Inimicum quanuis humilem docti est metuere.
Etiam capillus vnus habet vmbram suam.
Magno cum periculo custoditur quod multis placet.
Fatetur facinus is qui iudicium fugit.

DE DOLORE.

Animo dolenti nihil oportet credere.
Cuiuis dolori remedium est patientia.
Etiam innocentes cogit mentiri dolor.
Heu, dolor quàm miser est, qui in tormento vocem non habet.
Homo nescit si dolore fortunam inuenit.
Læso doloris remedium inimici dolor.

DE FAMA ET GLORIA.

Ad calamitatem quilibet rumor valet.
Damnum appellandum est, cum mala fama lucrum.
Frugalitas miseria est rumoris boni.
Laus vbi noua oritur, etiam vetus amittitur.
Loco ignominiæ est apud indignum dignitas.
Bona fama in tenebris proprium splendorem obtinet.
Bona opinio homini, tutior pecunia est.
Honestus rumor alterum est patrimonium.
Heu quàm difficile est gloriæ custodia.

AD LABERIVM.

Quidem contendisti scriptor, hunc spectator subleua.

PORCII LICINII VITA.

PER PETR. CRINITVM.

PORCIVS Licinius cùm ex Liciniorum familia nobili ortus, vir clarus habitus est, tum ingenio facili & eleganti, præsertim in componendis Epigrammatis. Iulianus rhetor (qui Hadriani principis temporibus vixit) Licinij carmen magnis laudibus extollit, adeò vt hunc ipsum præferre non dubitauerit poetis omnibus Græcis. Afferuntur eiusdem Licinij versus complures à nostris Grammaticis, ex quibus probari potest, quàm eleganter atque egregiè Poetæ officium absoluerit. Sunt qui credant eundem Licinium scripsisse annales octonariis versibus. sed hoc non satis mihi compertum est. Illud pro certo haberi debet, Marcum Licinium fuisse autorem annalium Romanorum.

DE PORC. LICINIO GELLII TESTIMONIVM.

LIB. XIX. CAP. IX.

TVm resupinus capite conuclato, voce admodum quàm suaui, versus cecinit Valerij Aeditui veteris poetæ, item Porcij Licinij, quibus mundius, venustius, limatius, pressius, Græcum Latinúmve nihil quicquam reperiri puto.

POR-

PORCII LICINII FRAGMENTA QVÆ EXSTANT.

VSTODES ouium teneræq; propagines agnum
Quæritis ignem? ite huc, quæritis?
Ignis homo est.
Si digito attigero, incendam syluam simul omnem.
Omne pectus flamma est, omnia quæ video.

ALIO LOCO.

Punico bello secundo musa pennato gradu
Intulit se bellicosam in Romuli gentem feram.

VALER. ÆDITVI VITA EX PET. CRINITO.

VALERIVS Ædituus in scribendis epigrammatis Poeta insignis habitus est, maximéque aptus ad exprimendas Veneres, ac delicias. In quo numero à grammaticis nostris relati præcipuè sunt, Quintus Catulus, Porcius Licinius, & Val. Catulus. Magnopere commendatur Ædituus ab Aul. Gellio, tantúmque illius carmini cõcessit, vt affirmare ausus sit, nihil se legisse vel apud Græcos Poetas venustius, aut suauius: qui videri solent cæteris omnibus in hoc genere scribendi gratiores atque elegantiores. Laudatur idem Ædituus, cùm ab aliis multis, tum à M. Varrone, qui eius versiculos alicubi citauit. De moribus autem & vita ipsius nihil aliud legimus.

DE VAL. ÆDITVO AVL. GELLII TESTIMONIVM LIB. IX. CAP. IX.

TVm resupinus, capite conuelato, voce admodum quàm suaui versus cecinit Valerij Æditui, veteris poetæ, quibus mundius, venustius, limatius, pressius, Græcum Latinúmve nihil quicquam reperiri puto.

VAL. AEDITVI FRAGMENTA QVÆ EXSTANT.

AD PAMPHILAM.

ICERE quum conor curam tibi Pamphila cordis,
Quid mi abs te quaram? verba labris abeunt.
Per pectus miserum manat subitò mihi sudor.
Si tacitus, subidus: duplo ideo pereo.

AD PVERVM PHILEROTA.

Quid faculam præfers Phileros, qua nil opus nobis?
Ibimus, hoc lucet pectore flamma satis.
Istam [1] non potis est vis sæua extinguere venti,
Aut imber cælo candidus præcipitans.
[2] At contra hunc ignem Veneris, si non Venus ipsa,
Nulla est quæ possit vis alia opprimere.

1 al. nam.
2 al. At contrà, hunc.

C. VALERII CATVLLI VITA.

CAIVS Valerius Catullus, fuit patria Veronensis, poëtarum omnium, vt multorum est opinio, in hoc genere lepidissimus ac doctissimus. Natus quidem in peninsula Sirmione Lacus Benaci in agro Veronensi, vt ipsemet ad ipsam Sirmionem cecinit, Olympiade circiter CLXX. vt Hieronymus ex Chronicis Eusebij obseruat: eo etiam tempore quo Terent. Varro in ipsa vrbe Verona claruit. Cæterùm non humili loco, aut obscuro natus est, siquidem Valerius eius pater, Iul. Cæsaris hospitio familiariter vsus est. Valerius autem Catullus primò traditur à Manlio Romam deductus, cùm adhuc in tenera ætate ageret. Paulò mox ingenij facilitate, & doctrina adeò Romæ acceptus, atque ciuibus gratus fuit, vt M. Tul. Ciceronis patrocinium meruerit: quod ipsum eleganti epigrammate ingenuè testatus est, quo gratias Ciceroni patrono egit. Sui temporis Catullus virorum illustrium cum in arte oratoria, tum in poetica, amicitia vsus est Ciceronis, Planci, Calui, Cinnæ & aliorum. Inter cæteros amicos Furium & Aurelium magnopere dilexit, Cinnam quoque, Cornificium, Fabullũ, & Verannum, quem alicubi Veranniolum blanditer appellat. Puellam præterea Ipsitillam conciuem suam, & Clodiam amauit, quam ficto nomine Lesbiam dicit. Fratrem habuit, quem mirabili quodam & fraterno amore prosecutus est, cuius mortem suis versibus deplorauit, ad Ortalium scribens & ad Manlium. Eruditorum consensu docti cognomen accepit: ita enim peculiari epitheto Catullus censetur. Atque hunc quidem Ouidius Vergilianæ maiestati opponit. Tantum nominis apud eruditos, ac laudis est consequutus. Sed & versus ipsius, quanquam vt duriusculi notantur, tamen perelegantes habiti sunt, ac sectatores complures in his inuenit, sicuti Pompeium, Saturnium, & Sentium Augurem, qui Catulli epigrammata, ac Licinij mira diligentia ac studio sunt æmulati. Opus suum ad Corn. Nepotem misit, virum doctrina & rerum cognitione egregium. Diuiditur autem in libros tres, vt primus Lyricos, secundus Elegiacos, tertius Epigrammata contineat. Elegiam de coma Berenices ex poeta Callimacho in Latinos numeros conuertit, eámque ad Ortalium amicum misit, quæ in Elegiarum adhuc libro legimus. Idem Val. Catullus à Fabio Quintil. & Diomede inter Iambicos reponitur, ab aliis inter Lyricos. Neque illud omittendum est, fuisse ab ipso Catullo, alia complura composita, quæ vitio longæ vetustatis desiderantur. Cæsarem maximè Iulium, Mamurram, & Nonium Strumam Iambicis nominatim proscidit ex veterum consuetudine, vt C. Lucullus Iambicorum autor, Lucilliúsque, & Næuius. Qua in re dignum illud memoria est, quod ipse Cæsar cũ perpetua sibi stigmata imposita videret ex Catulliano carmine de Mamurra, eadem tamen die Poëtam ipsum cœnę adhibuit, simúlque hospitio suo non secus atque antea vti eum permisit. Mortuus Romæ est iuuenili admodum ætate, cùm annum circiter trigesimum ageret, vt quidam putarunt, quo tempore Pub. Vergilius in vrbe Cremona studiis operam daret.

C. VALERII

C. VALERII CATVLLI VETERVM SCRIPTORVM TESTIMONIA.

EX CIC. LIB. I. OFFIC.

QVID fuit in Catullis, vt eos exquisito iudicio putares vti literarum? quanquam erant litterati. Hi autem optimè vti lingua latina putabantur. Sonus erat dulcis: litteræ neque expressæ, neque oppressæ, ne aut obscurum esset, aut nimis putidum. Sine contentione vox, nec languens, nec canora. Vberior oratio L. Crassi, nec minus faceta: sed bene loquendi de Catullis opinio non minor.

Ex Ouidio lib. 2. Trist. eleg. vlt.

Sic sua lasciuo cantata est sæpe Catullo
Fœmina: cui falsum Lesbia nomen erat.
Nec contentus ea, multos vulgauit amores:
In quibus ipse suum fassus adulterium est.

Ex Val. Martiali Ad Macrum.

Nec multos mihi præferas Poetas
Vno sed tibi sim minor Catullo.

Ex Suetonio.

Valerium Catullum à quo sibi versiculis de Marmurra perpetua stigmata imposita non dissimulauerat (sc. Cæsar) satisfacientem eadem die cænæ adhibuit, hospitióque patris eius sicut consueuerat vti perseuerauit.

Ex Plinio lib. nat. hist. 38. Ad Cæsar. Vespasianum.

Hinc Theocriti apud Græcos, Catulli apud nos, proximéque Vergilij incantamentorum amatoria imitatio.

C. VALERI CATVLLI VERONENSIS,

AD CORNELIVM NEPOTEM LIBER.

QVOI dono lepidum nouum libellum,
Arida modo pumice expolitum?
Corneli tibi. nanque tu solebas
Meas esse aliquid putare nugas
Iam tum, quum ausus es vnus Italorum
Omne æuum tribus explicare chartis,
Doctis, Iuppiter, & laboriosis.
[2] *Quare habe tibi quicquid hoc libelli est*
[3] *Qualecunque: quod, ô patrima Virgo,*
Plus vno maneat perenne sæclo.

AD PASSEREM LESBIÆ.

Passer delitiæ meæ puellæ,
Qui cum ludere, quem in sinu tenere,
Quoi primum digitum dare adpetenti,
Et acris solet incitare morsus:
[1] *Quum desiderio meo nitenti,*
Carum nescio quid lubet iocari,
[2] *Et solatiolum sui doloris*
Credunt, quum grauis acquiescit ardor:
Tecum ludere, sicut ipsa possem,
Et tristis animi leuare curas:
Tam gratum mihi, quam ferunt puellæ
Pernici aureolum fuisse malum,
Quod zonam soluit diu ligatam.

LVCTVS PASSERIS.

LVGETE ô Veneres, Cupidinésque,

[1] al. Quinti. [2] al. Quare habe tibi, quicquid hoc libelli est. Qualecunque. [3] al. Qualecunque quidem.

[1] al. cum. [2] al. vt.

Et quantum est hominum venustiorum.
Passer mortuus est meæ puellæ,
Passer delitiæ meæ puellæ,
Quem plus illa oculis suis amabat.
Nam mellitus erat: suámque norat
Ipsam tam bene, quam puella matrem.
Nec sese à gremio illius mouebat,
Sed circunsiliens modo huc, modo illuc,
Ad solam dominam vsque pipilabat.
Qui nunc it per iter tenebricosum
Illuc, vnde negant redire quenquam.
At vobis male sit malæ tenebræ
Orci, quæ omnia bella deuoratis:
Tam bellum mihi passerem abstuliſtis.
O factum male, ô miselle passer,
Tua nunc opera meæ puellæ
Flendo turgiduli rubent ocelli.

PHASELLI LAVS ET DEDICATIO.

PHASELLVS ille, quem videtis hospites,
Ait fuisse nauium celerrimus,
Neque vllius natantis impetum trabis
Nequisse præterire: siue palmulis
Opus foret volare, siue linteo.
Et hoc negat minacis Adriatici
Negare litus, insulásve Cycladas,
Rhodúmve nobilem, horridámve Thraciam,
Propontida, trucémve Ponticum sinum:
Vbi iste post phaselus antea fuit
Comata silua. nam Cythorio in iugo
Loquente sæpe sibilum edidit coma.
Amastri Pontica, & Cythore buxifer,
Tibi hæc fuisse, & esse cognitissima
Ait phaselus vltimæ ex origine
Tuo stetisse dicit in cacumine:
Tuo imbuisse palmulas in æquore:
Et inde tot per impotentia freta
Herum tulisse: leuá siue dextera
Vocaret aura, siue vtrunque Iuppiter
Simul secundus incidisset in pedem.
Neque vlla vota litoralibus Deis
Sibi esse facta, quum veniret à mare
[1] Nouissimo hunc ad vsque limpidum lacum.
Sed hæc prius fuere: nunc recondita
Senet quiete, seque dedicat tibi
Gemellæ Castor, & gemellæ Castoris.

AD LESBIAM.

VIVAMVS, mea Lesbia, atque amemus,
Rumoresque senum seueriorum
Omnes vnius æstimemus assis.
Soles occidere, & redire possunt:
Nobis, quum semel occidit breuis lux,
Nox est perpetua vna dormienda.
Da mihi basia mille, deinde centum,
Dein mille altera, dein secunda centum,
Dein vsque altera mille, deinde centum,
Dein quum millia multa fecerimus,
Conturbabimus illa, ne sciamus:
Aut ne quis malus inuidere possit,
Quum tantum sciat esse basiorum.

1 al. Nouissimè.

AD FLAVIVM.

FLAVI delitias tuas Catullo,
Ni sint illepidæ, atque inelegantes,
Velles dicere, nec tacere posses.
Verum nescio quid febriculosi
Scorti diligis, hoc pudet fateri.
Nam te non viduas iacere noctes
Nequicquam tacitum cubile clamat,
Sertis ac Syrio fragrans oliuo,
Puluinusq; peræque & hic, & illic
Attritus, tremulique quassa lecti
Argutatio, inambulatioq;.
[1] Nam ni stupra, valet nihil tacere
Cubantem latera exfututa panda,
Noctu quid facias ineptiarum.
Quare quicquid habes boni, maliq;,
Dic nobis. volo te, ac tuos amores
Ad cælum lepido vocare versu.

AD LESBIAM.

QVÆRIS quot mihi basiationes
Tuæ, Lesbia, sint satis superque?
Quam magnus numerus Libyssæ arenæ
Laserpiciferis iacet Cyrenis
Oraclum Iouis inter æstuosi,
Et Batti veteris sacrum sepulchrum:
Aut quam sidera multa, quum tacet nox,
Furtiuos hominum vident amores:
Tam te basia multa basiare
Vesano satis, & super Catullo est,
Quæ nec pernumerare curiosi
Possint, nec mala fascinare lingua.

AD SEIPSVM.

MISER Catulle desinas ineptire,
Et quod vides perisse perditum ducas.
Fulsere quondam candidi tibi soles,
Quum ventitabas, quo puella ducebat
Amata nobis, quantum amabitur nulla.
Ibi illa multa tam iocosa fiebant,
Quæ tu volebas, nec puella nolebat.
Fulsere vere candidi tibi soles.
Nunc iam illa non volt, tu quoque[2] impote
Nec quæ fugit sectare, nec miser viue:
Sed obstinata mente perfer, obdura.
Vale puella, iam Catullus obdurat:
Nec te requiret, nec rogabit inuitam.
At tu dolebis, quum rogaberis nulla.
[3] Scelesta rere, quæ tibi manet vita.
Quis nunc te adibit? quoi videberis bella?
Quem nunc amabis? cuius esse diceris?
Quem basiabis? quoi labella mordebis?
[4] At tu Catulle destinatus obdura.

AD VERANNIVM.

VERANNI omnibus è meis amicis

1 al. Nam ni prævalet. Prisca lectio. Nam mi ista prævalet nihil tacere. Cur non tam latera e. panda Nec tu quid facias ineptiarum.
2 al. impotens ne sis. al. impotens noli.
3 al. Sceleſta te ne? quæ tibi manet vita? al. Sceleſta, quæ nunc, quæ tibi manet vita?
4 al. At tu, Catulle, obſtinatus obdura.

Anti-

Antiſtes mihi millibus trecentis:
Veniſtine domum ad tuos penatis,
1 Fratreſq́ vnanimos, 2 tuamq́ matrem?
Veniſti? o mihi nuncij beati.
Viſam incolumem, audiamq́ Hiberum
Narrantem loca, facta, nationis,
Vt mos eſt tuus: applicanſq́ collum,
Iucundum os, oculoſq́ ſuauiabor.
O quantum eſt hominum beatiorum,
Quid me latius eſt, beatiuſue?

DE VARRI SCORTO.

3 VARRVS me meus ad ſuos amores
Viſum duxerat, è foro otioſum:
Scortillum, vt mihi tum repente viſum eſt,
Non ſane inlepidum, nec inuenuſtum.
Huc vt venimus, incidere nobis
Sermones varij: in quibus, quid eſſet
Iam Bithynia, quomodo ſe haberet,
4 Et quantum mihi profuiſſet ære.
Reſpondi, id quod erat: mihi 5 neq́ ipſi,
Nec prætoribus eſſe, nec cohorti,
Quur quiſquam caput vnctius referret:
Præſertim quibus eſſet inrumator
Prætor, 6 non facerent pili cohortem.
At certe tamen, 7 inquiit, quod illic
Natum dicitur eſſe, comparaſti
Ad lecticam homines. ego, vt puellæ
Vnum me facerem 8 beatiorem:
Non, inquam, mihi tam fuit maligne,
Vt, prouincia quod mala incidiſſet,
Non poſſem octo homines parare rectos,
At mi nullus erat nec hic, neq́ illic,
Fractum qui veteris pedem grabati
In collo ſibi collocare poſſet.
Hic illa, vt decuit cinædiorem:
Quæſo, inquit, mihi, mi Catulle, paulum
9 Iſtos. commodo nam volo ad Serapin
Deferri. mane, inquij puellæ:
Iſtud, quod modo dixeram me habere,
Fugit me ratio: meus ſodalis
Cinna eſt Caius. is ſibi parauit.
Verum vtrum illius, an mei, quid ad me?
Vtor tam bene, quam mihi pararim.
Sed tu inſulſa male, & moleſta viuis,
Per quam non licet eſſe negligentem.

AD FVRIVM ET AVRELIVM.

FVRI, & Aureli comites Catulli:
Siue in extremos penetrabit Indos,
Litus vt longe reſonante Eoa
Tunditur vnda:
Siue in Hircanos, Arabaſq́ molles,
Seu Sacas, Sagittiferoſq́ Parthos,
Siue quia ſeptem geminus colorat
Æquora Nilus:
Siue trans altas gradietur Alpes,
Cæſaris viſens monumenta magni
Gallicum Rhenum, horribilis, & vltimoſq́ Britannos:
Omnia hæc, quæcunque feret voluntas
Cælitum, tentare ſimul parati,
Pauca nunciate meæ puellæ
Non bona dicta:
Cum ſuis viuat, valeatq́ mœchis,
Quos ſimul complexa tenet trecentos,
Nullum amans vere, ſed identidem omnium
Ilia rumpens.
Nec meum reſpectet, vt ante, amorem:
Qui illius culpa cecidit, velut prati
Vltimi flos, prætereunte poſtquam
Tactus aratro eſt.

IN ASINIVM.

MARRVCINE Aſini, manu ſiniſtra
Non belle vteris in ioco, atque vino,
Tollis lintea negligentiorum.
Hoc ſalſum eſſe putas? fugit te inepte,
Quamuis ſordida res, & inuenuſta eſt.
Non credis mihi? crede Pollioni
Fratri, qui tua furta vel talento
Mutari velit, eſt enim leporum
Diſertus puer, ac facetiarum,
Quare aut hendecaſyllabos trecentos
Expecta, aut mihi linteum remitte,
Quod me non mouet æſtimatione,
Verum eſt mnemoſynum mei ſodalis.
Nam ſudaria Setaba ex Hiberis
Miſerunt mihi muneri Fabullus,
Et Verannius. hoc amem neceſſe eſt,
Vt Veranniolum meum, & Fabullum.

AD FABVLLVM.

CÆNABIS bene, mi Fabulle, apud me
Paucis, ſi tibi dij fauent, diebus:
Si tecum attuleris bonam, atque magnam
Cænam, non ſine candida puella,
Et vino, & ſale, & omnibus cachinnis.
Hæc ſi, inquam, attuleris, venuſte noſter,
Cænabis bene, nam tui Catulli
Plenus ſacculus eſt aranearum.
Sed contra accipies meros amores:
Seu quid ſuauius, elegantiuſue eſt.
Nam vnguentum dabo, quod meæ puellæ
Donarunt Veneres, Cupidineſq́:
Quod tu quum olfacies, deos rogabis,
Totum vt te faciant, Fabulle, naſum.

AD C. LICINIVM CALVVM.

NI te plus oculis meis amarem,
Iucundiſſime Calue, munere iſto
Odiſſem te odio Vatiniano.
Nam quid feci ego quidue ſum locutus,
Quur me tot male perderes poetis?
Iſti dij mala multa dent clienti,
Qui tantum tibi miſit impiorum.
Quod ſi, vt ſuſpicor, hoc nouum, ac repertum
Munus dat tibi Sulla literator:
Non eſt mi male, ſed bene, ac beate,
Quod non diſpereunt tui labores.
Dij magni horribilem, & ſacrum libellum,
Quem tu ſcilicet ad tuum Catullum

1 al. fratreſque vnanimes. 2 al. ſenemq. matrem. 3 al. Varus. 4 al. quoniam mihi. 5 al. nec. 6 al. nec faceret. 7 al. inquiunt. 8 al. beatiorum. 9 al. iſtos commoda.

Misti, continuo vt die periret
Saturnalibus optimo dierum.
Non non hoc tibi, false, sic abibit.
Nam si luxerit, ad librariorum
Curram scrinia. Caesios, Aquinos,
Suffenum, omnia colligam venena,
Ac te his suppliciis remunerabor.
Vos hinc interea valete, abite
Illuc, vnde malum pedem 1 *tulistis,*
Saeli incommoda, pessimi poetae.

AD AVRELIVM.

COMMENDO tibi me, ac meos amores.
Aureli. veniam peto pudentem,
Vt si quicquam animo tuo cupisti,
Quod castum expeteres, & integellum:
Conserues puerum mihi pudice:
Non dico a populo: nihil veremur
Istos, qui in platea modo huc, modo illuc
In re praetereunt sua occupati:
Verum a te metuo, tuoq; pene
Infesto pueris bonis, malisq;.
Quem tu, qua lubet, vt lubet, moueto
Quantum vis, vbi erit foris, paratum.
Hunc vnum excipio, vt puto, pudenter.
Quod si te mala mens, furorq; vecors
In tantum impulerit, sceleste, culpam,
Vt nostrum insidiis caput lacessas:
Ah tum te miserum, malique fati,
Quem attractis pedibus patente porta,
Percurrent raphanique, mugilesq;.

AD AVRELIVM ET FVRIVM.

PÆDICABO ego vos, & inrumabo
Aureli pathice, & cinaede Furi:
Qui me ex versiculis meis putatis,
Quod sint molliculi, parum pudicum.
Nam castum esse decet pium poetam.
Ipsum: versiculos nihil necesse est.
Qui tum deniq; habent salem, ac leporem,
Si sunt molliculi, ac parum pudici,
Et quod pruriat incitare possint.
Non dico pueris, sed his pilosis,
Qui duros nequeunt mouere lumbos:
2 *Vos, quod millia multa basiorum*
Legistis, male me marem putatis:
Si qua forte mearum ineptiarum
Lectores eritis, manusq; vestras
Non horribitis admouere nobis:
Pædicabo ego vos, & inrumabo.

AD COLONIAM.

O Colonia, quae cupis ponte ludere longo,
Et salire paratum habes, sed vereris inepta
Crura ponticuli 3 *adsultantis, inrediuiuus*
Ne supinus eat, cauaq; in palude recumbat:
Sic tibi bonus ex tua pons libidine fiat,
In quo vel Salisubsuli sacra suscipiunto:
Munus hoc mihi maximi da, Colonia, risus.
Quendam municipem meum de tuo volo pōte
Ire praecipitem in lutum per caputq;, pedesque.
Verum totius vt lacus putidaq; paludis
Liuidissima, maximeq; est profunda vorago.
Insulsissimus est homo, nec sapit pueri instar
Bimuli, tremula patris dormientis in vlna.
Quoi quum sit viridissimo nupta flore puella,
Vt puella tenellulo delicatior haedo,
Asseruanda nigerrimis diligentius vuis:
Ludere hanc sinit, vt lubet, nec pili facit vni,
Nec se subleuat ex sua parte: sed velut alnus
In fossa liguri iacet 1 *subpernata securi,*
Tantundem omnia sentiens, quam si nulla sit vsquam:
Talis iste meus stupor nil videt, nihil audit
Ipse quis sit, vtrū sit, an nō sit, id quoq; nescit.
Nunc eum volo de tuo ponte mittere pronum,
Si pote stolidum repente excitare veternum,
Et supinū animum in graui delinquere caeno:
Ferream vt soleam tenaci in voragine mula.

AD AVRELIVM.

AVRELI pater esuritionum,
Non harum modo, sed quot aut fuerunt,
Aut sunt, aut aliis erunt in annis:
Pedicare cupis meos amores,
Nec clam: nam simul 2 *exiocaris vna,*
Harens ad latus, omnia experibis.
Frustra. nam insidias mihi instruentem
Tangam te prius inrumatione.
Atqui si id faceres, satur, tacerem.
Nunc ipsum id doleo, quod esurire
3 *Ah me me puer, & sitire discet.*
Quare desine, dum licet pudico.
Ne finem facias, sed inrumatus.

AD VARRVM.

SVFFENVS iste, Varre, quem probe nosti,
Homo est venustus, & dicax, & vrbanus,
Idemque longe plurimos facit versus.
Puto esse ego illi millia aut decem, aut plura
Perscripta: nec sic, vt fit in palimpsesto,
Relata. charta regia, noui libri,
Noui vmbilici, lora rubra, membrana
Directa plumbo, & pumice omnia aequata.
Haec quum legas, tum bellus ille, & vrbanus
Suffenus vnus caprimulgus, aut fossor
Rursus videtur: tantum abhorret, 4 *ac mutat.*
Hoc quid putemus esse? qui modo scurra,
5 *Aut si quid hac re tritius videbatur,*
Idem inficeto est inficetior rure,
Simul poemata attigit. neque idem vnquam
Aequè est beatus, ac poema quum scribit.
Tam gaudet in se, tamque seipse miratur.
Nimirum idem omnes fallimur: neque est quisquam,
Quem non in aliqua re videre Suffenum
Possis. Suus quoique attributus est error,

1 al. attuliſtis. 2 al. Vos qui millia multa basiorum legiſtis. al. Vos, quod millia multa basiorum Legiſtis, male me marem putaſtis, Si qui forte mearum ineptiarum Lectores eritis.
3 al. ſub ſis totus inrediuiuus.

1 al. ſeparata. 2 al. & iocaris. 3 al. Ne meus puer. 4 al. nutat. 5 al. aut ſiquid hoc retritius.

Sed

Sed non videmus, mantica quid in tergo est.

AD FVRIVM.

FVRI, quoi neque seruus est, neque arca,
Nec cimex, neque araneus, neque ignis:
Verum est & pater, & nouerca, quorum
Dentes vel silicem comesse possunt:
Est pulchre tibi cum tuo parente,
Et cum coniuge lignea parentis.
Nec mirum: bene nam valetis omnes,
Pulchre concoquitis, nihil timetis,
Non incendia, non grauis ruinas,
Non facta impia, non dolos veneni,
Non casus alios periculorum.
Atqui corpora sicciora cornu.
Aut si quid magis aridum est, habetis,
Sole, & frigore, & esurittone:
Quare non tibi sit bene, ac beate?
A te sudor abest, abest saliua,
Muccúsque, & mala pituita nasi.
Hanc ad munditiem adde mundiorem,
Quod culus tibi purior salillo est,
Nec toto decies cacas in anno,
Atque id durius est faba, & lapillis:
Quod tu si manibus teras, fricésque,
Non vnquam digitum inquinare posses.
Hæc tu commoda tam beata, Furi,
Noli spernere, nec putare parui.
Et sestertia, quæ soles precari,
Centum, desine. nam sat es beatus.

AD IVVENTIVM PVERVM.

O qui flosculus es Iuuentiorum,
Non horum modo, sed quot aut fuerunt,
Aut posthac alijs erunt in annis:
Mallem diuitias mihi dedisses
Isti, quoi neque seruus est, neque arca:
Quam sic te sineres ab illo amari.
[1]Qui? non est homo bellus, inquies? est:
Sed bello huic neque seruus est, neque arca.
Hæc tu quam lubet abijce, eleuáque:
Nec seruum tamen ille habet, neque arcam.

AD THALLVM.

CINÆDE Thalle mollior cuniculi capillo,
Vel anseris medullula, vel imula oricilla,
Vel pene languido senis, situq; araneoso:
Idémque Thalle turbida rapacior procella,
Quum [2]de via mulier aues ostendit oscitantes:
Remitte pallium mihi meum, quod inuolasti,
Sudariúmq; Setabũ, [3]catagraphosq; thynos
Inepte: quæ palam soles habere tanquã auita.
Quæ nunc tuis ab vnguibus reglutina, & remitte,
Ne laneum latusculum, [4]natisq; mollicellas,
[5]Incluſa turpiter tibi flagella conscribillent.
Et insolenter æstues, velut minuta magno
Deprensa nauis in mari vesaniente vento.

AD FVRIVM.

FVRI, villula nostra non ad Austri
Flatus opposita est, nec ad Fauoni,
Nec sæui Boreæ, aut Apeliotæ:
Verum ad millia quindecim, & [1] ducentos.
O ventum horribilem, atque pestilentem.

AD PVERVM SVVM.

MINISTER vetuli puer falerni,
Inger mi calices amariores,
Vt lex posthumiæ iubet magistræ
Ebriosa acina ebriosioris.
At vos quo lubet hinc abite lymphæ,
Vini pernicies, & ad seueros
Migrate. hic merus est Thyonianus.

AD VERANNIVM ET FABVLVM.

PISONIS comites, cohors inanis,
Aptis sarcinulis, & expeditis.
Veranni optime, tuq; mi Fabulle:
Quid rerum geritis? satisne cum isto
Vappa, frigoráque, & famem tulistis?
Ecquidnam in tabulis patet lucelli
Expensum? vt mihi, qui meum secutus
Prætorem, refero datum lucello.

IN MEMMIVM.

O Memmi bene me ac diu supinum
Tota ista trabe lentus inrumasti:
Sed, quantum video, [2] pari fuistis
Casu: nam nihilo minore verpa
Farti estis. pete nobiles amicos.
At vobis mala multa Dij Deæq;
Dent opprobria, Romuli, Remiq;.

IN CÆSAREM.

QVIS hoc potest videre, quis potest pati,
Nisi impudicus, & vorax, & helluo:
Mamurram habere, quod comata Gallia
Habebat, [3] vncta, & vltima Britannia?
Cinæde Romule hæc videbis & feres?
Es impudicus, & vorax, & helluo.
Et ille nunc superbus, & superfluens
Perambulauit omnium cubilia,
Vt albulus columbeus, aut [4] Adoneus?
Cinæde Romule hoc videbis, & feres?
Es impudicus, & vorax, & helluo.
Eone nomine, imperator vnice,
Fuisti in vltima Occidentis insula:
Vt ista vostra diffututa mentula
Ducenties comisset, aut trecenties?
[5] Quid? est alid sinistra liberalitas?
Parum expatrauit? an parum helluatus est?
Paterna [6] prima lancinata sunt bona:
Secunda præda Pontica: inde tertia
Hibera: [7] quas & amnis aurifer Tagus
Inundat, extima ecce Lusitaniæ.
Quid hunc, malũ, fouetis? aut quid hic potest,
Nisi vncta deuorare patrimonia?
[8] Eóne nomine, imperator vnice,

[1] Cui non est. [2] diua.
[3] Cyrographosq. Tyrographos.
[4] manúsque. [5] Iasusta.

[1] ducenta. [2] pari fuistis casu. [3] cũcta. [4] dioneus. idoneus. [5] Quid est? an hæc sinistra. [6] primum.
[7] quam soit amnis.
[8] Eone nomine vrbis opulentissimæ.

Socer, genérque perdidistis omnia?

AD ALPHENVM.

ALPHENE immemor, atque vnanimis falsè sodalibus,
Iam te nil miseret, dure, tui dulcis amiculi:
Iam me prodere, iá non dubitas fallere perfide?
Nec facta impia fallacum hominum cælicolis placent,
Quæ tu negligis, ac me miserum deseris in malis.
Heu heu quid faciant, dic, homines, cuive habeant fidem?
Certe tute iubebas animam tradere, inique me
Inducens in amorẽ, quasi tuta omnia mi forent.
Idem nũc retrahis te, ac tua dicta omnia factaq;
Ventos irrita ferre, & nebulas aereas sinis.
Si tu oblitus es, at dij meminerunt, meminit Fides,
Quæ te vt pœniteat post modo facti faciet tui.

AD SIRMIONEM, PENINSVLAM.

PENINSVLARVM Sirmio, insularumq;
Ocelle, quascunque in liquentibus stagnis,
Mariq; vasto fert vterque Neptunus:
Quam te libenter, quamque lætus inuiso,
Vix mi ipse credens Thyniam, atque Bithynos
Liquisse campos, & videre te in tuto.
O quid solutis est beatius curis?
Quum mens onus reponit, ac peregrino
Labore fessi venimus larem ad nostrum,
Desideratóque acquiescimus lecto.
Hoc est, quod vnum est pro laboribus tantis.
[1] Salue, ô venusta Sirmio, atque hero gaude:
Gaudete, vósque ludiæ lacus vndæ:
Ridete quicquid est domi cachinnorum.

AD HYPSITHILLAM.

AMABO mea dulcis [2] Hypsithilla,
Mea delitiæ, mei lepores,
Iube ad te veniam meridiatum.
Quod si iusseris, illud [3] adiuuato,
Ne quis liminis obseret tabellam,
Neu tibi lubeat foras abire:
Sed domi maneas, paréque nobis
Nouem continuas fututiones.
Verum si quid ages, statim iubeto:
Nam pransus iaceo, & satur supinus
Pertundo tunicámque, palliúmque.

IN VIBENNIOS.

O FVRVM optime balnearíorum
Vibenni pater, & cinæde fili:
Nam dextra pater [4] inquinatiore,
Culo filius est [5] voraciore,
Quur non exilium, malasq; in oras
Itis? Quando quidem patris rapina
Notæ sunt populo, & natis pilosas,
Fili, non potes asse venditare?

1 al. Saluete vosque ludiæ lacus vndæ.
2 al. hospitilla. 3 al. adiubeto.
4 al. voraciore. 5 al. inquinatiore.

AD DIANAM.

DIANÆ sumus in fide
Puellæ, & pueri integri:
Dianam pueri integri,
Puellæq; canamus.
O Latonia maximi
Magna progenies Iouis,
Quam mater prope Deliam
Deposiuit oliuam,
Montium domina vt fores,
Siluarúmque virentium,
Saltuúmque reconditorum,
Amniúmque sonantum.
Tu Lucina dolentibus
Iuno dicta puerperis:
Tu potens triuia, & notho es
Dicta lumine luna.
Tu cursu, dea, menstruo
Metiens iter annuum,
Rustica agricolæ bonus
Tecta frugibus exples.
Sis quocunque tibi placet
Sancta nomine, [1] Romuliq;
Ancique, vt solita es, bona
Sospites ope gentem.

CÆCILIVM ACCERSIT.

POETÆ tenero meo sodali
Velim Cæcilio, papyre, dicas:
Veronam veniat, Noui relinquens
Comi mœnia, Lariúmque litus,
Nam quasdam volo cogitationes
Amici accipiat sui, meique.
Quare si sapiet, viam vorabit,
Quamuis candida millies puella
Euntem reuocet, manusq; collo
Ambas iniiciens roget morari:
Quæ nunc, si mihi vera nunciantur,
Illum deperit impotente amore,
Nam quo tempore legit inchoatam
Dindymi dominam: ex eo misellæ
Ignes interiorem edunt medullam.
Ignosco tibi Sapphica puella,
Musa doctior est enim venuste
Magna Cæcilio inchoata mater.

IN ANNALES VOLVSII.

ANNALES Volusi cacata charta,
Votum soluite pro mea puella.
Nam sanctæ Veneri, Cupidinique
Vouit, si sibi restitutus essem,
Desissemque trucis vibrare iambos:
Electissima pessimi poetæ
Scripta, tardipedi deo daturam
Infelicibus vstulanda lignis.
Et hæc pessima se puella vidit
[2] Ioco se lepide vouere diuis.
Nunc ô cæruleo creata ponto:
*Quæ sanctum Idalium, * [3] Vriosque apertos,*
Quæq; Ancona, Cnidúmq; arundinosam

1 al. Romulíque antiquam. 2 al. Iocose & lepide. 3 al. Maries, al. Aerios.

Colli,

Colis, quaque Amaruntha, quaque Golgos,
Quæque Durachium Adriæ tabernam:
Acceptum face, redditumque votum,
Si non inlepidum neque inuenustum est.
At vos interea venite ignem
Pleni 1 *ruris, & inficetiarum*
Annales Volusi cacata charta.

AD CONTVBERNALES.

SALAX taberna, vosque contubernales,
A pileatis nona fratribus pila
Solis putatis esse mentulas vobis?
Solis licere, quicquid est puellarum
Confutuere, & putare cæteros hircos?
An, continenter quod sedetis insulsi
Centum, aut ducenti, non putatis ausurum
Me vna ducentos inrumare sessores?
Atqui putate. nanque totius vobis
Frontem tabernæ scipionibus scribam.
2 Puella nam mea, quæ meo sinu fugit,
Amata tantum, quantum amabitur nulla,
Pro qua mihi sunt magna bella 3 *pugnata:*
Consedit istic. hanc boni, beatique
Omnes amatis: & quidem, quod indignum est,
Omnes pusilli, & semitarij mœchi,
Tu prater 4 *omnis vne de capillatis*
Cuniculosæ Celtiberiæ fili
Egnati, opaca quem facit bonum barba,
Et dens ibera defricatus vrina.

AD CORNIFICIVM.

MALE est Cornifici tuo Catullo,
Male est mehercule, & laboriose:
5 Magisque, & magis in dies, & horas
Irascor tibi, sic meos amores.
Quem tu, quod minimum, facillimúmque est:
Qua solatus es adlocutione?
Paulum quidlibet adlocutionis,
Mœstius lacrimis Simonideis.

IN EGNATIVM.

EGNATIVS, quod candidos habet dentis,
Renidet vsquequaque: seu ad rei ventum est
Subsellium, quum orat or excitat fletum,
Renidet ille: seu pij ad rogum filij
Lugetur, orba cùm flet vnicum mater,
Renidet ille: quicquid est, vbicunque est,
Quodcunque agit, renidet. hunc habet morbũ
Neque elegantem, vt arbitror, neque vrbanũ.
Quare monendus es mihi, bone Egnati,
Si vrbanus esses, aut Sabinus, aut Tiburs,
Aut 6 *porcus Vmber, aut obesus Hetruscus,*
Aut Lanuuinus 7 *ater, atque dentatus,*
Aut Transpadanus, vt meos quoque attingã,
Aut quilibet, qui pùriter lauit dentis:
Tamen renidere vsquequaque te nollem.
Nam risu inepto res ineptior nulla est,

1 al. thuris. 2 al. Puella namque, quę. al. Puella nam, modo quæ è meo sinu fugit.
3 al. parata. 4 al. omnes.
5 al. Et magis magis.
6 al. parcas. 7 al. acer.

Nunc 1 *Celtiber in Celtiberia terra*
Quod quisque minxit, hoc solet sibi mane
Dentem, atque 2 *russam defricare gingiuam.*
Vt quo iste vester expolitior dens est,
Hoc te amplius bibisse prædicet lotij.

AD RAVIDIVM.

QVAENAM te mala mens, miselle Rauide,
Agit præcipitem in meos iambos?
Quis Deus tibi non bene aduocatus,
Vecordem parit excitare rixam?
Anne vt peruenias in ora volgi?
Quid vis? qua lubet, esse notus optas?
Eris: quandoquidem meos amores
Cum longa voluisti amare pœna.

IN ACMEN.

3 AH me, an illa puella defututa
Tota millia me decem poposcit?
Ista turpiculo puella naso,
Decoctoris amica Formiani?
Propinqui, quibus est puella cura,
Amicos, medicosque conuocate.
Non est sana puella, nec rogate
Qualis sit solet hæc imaginosum.

IN QVANDAM.

ADESTE hendecasyllabi, quot estis
Omnes vndique, quotquot estis omnes.
Iocum me putat esse mœcha turpis,
Et negat mihi vostra reddituram
Pugillaria: si pati potestis,
Persequamur eam, & reflagitemus.
Quæ sit, quæritis? illa, quam videtis
Turpe incedere 4 *mimice, ac molestè,*
Ridentem catuli ore Gallicani.
Circunsistite eam, & reflagitate:
Mœcha putida redde codicillos.
Redde putida mœcha codicillos.
Non assis facis? o lutum, lupanar,
Aut si perditius potest quid esse.
Sed non est tamen hoc satis putandum.
Quod si non aliud potest, ruborem
Ferreo canis exprimamus ore,
Conclamate iterum altiore voce:
Mœcha putida redde codicillos,
Redde putida mœcha codicillos,
Sed nil proficimus, nihil mouetur.
Mutanda est ratio, modusque vobis.
Si quid proficere amplius potestis.
Pudica, & proba redde codicillos.

IN ACMEN.

5 SALVE nec nimio puella naso,
Nec bello pede, nec nigris ocellis,
Nec longis digitis, nec ore sicco,
Nec sane nimis elegante lingua,
Decoctoris amica Formiani.
Ten' prouincia narrat esse bellam?
Tecum Lesbia nostra comparatur?

1 al. Celtiberus. al. Nunc Celtiber ex Celtiberia in terra. 2 al. ruffam. 3 al. Acme. illa puella. al. Amean. 4 al. ritmice pro rhythmice.
5 al. Salue nec minimo. al. Saluo nec nimio.

O saeclum insipiens, & insicetum.

IN FVNDVM.

O FVNDE noster, seu Sabine, seu Tiburs,
Nam te esse Tiburtè autumant, quibus nõ est
Cordi Catullum ladere. at quibus cordi est,
Quouis Sabinum pignore esse contendunt.
Sed seu Sabine, 1 siue verius Tiburs,
Fui libenter in tua suburbana
Villa, malamque pectore 2 expuli tussim:
Non immerenti quam mihi meus venter,
Dum sumptuosas appeto, dedit, cænas.
Nam Sextianus dum volo esse conuiua,
Orationem in Attium petitorem
Plenam veneni, & pestilentiæ legit.
Hic me grauedo frigida, & frequens tussis
Quassauit, vsquedum in tuum sinum fugi,
Et me 3 procuraui 4 ocimoque, & vrtica.
Quare refectus maximas tibi gratis
Ago, meum quod non es vlta peccatum.
Nec deprecor iam, si nefaria scripta
Sexti recepso: quin grauedinem, & tussim
Non mi, sed ipsi Sextio ferat frigus,
Qui tunc vocat me, quum malum legit libri.

DE ACME ET SEPTIMIO.

ACMEN Septimius suos amores
Tenens in gremio, Mea, inquit, Acme.
Ni te perdite amo, atque amare porro
Omnis sum assidue paratus annos,
Quantum qui pote plurimum perire:
Solus in Lybia, Indiaque tosta,
Cæsio veniam obuius leoni.
5 Hoc vt dixit, Amor sinistra, vt ante,
Dextram sternuit adprobationem.
At Acme leuiter caput reflectens,
Et dulcis pueri ebrios ocellos,
Illo purpureo ore suauiata,
Sic inquit, Mea vita, Septimille,
Huic vno domino vsque seruiamus:
Vt multo mihi maior, acriorque
Ignis mollibus ardet in medullis.
Hoc vt dixit, Amor sinistra, vt ante,
Dextram sternuit adprobationem.
Nunc ab auspicio bono profecti,
Mutuis animis amant: amantur.
Vnam Septimius misellus Acmen
Mauolt, quam Syrias, Britanniasque.
Vno in Septimio fidelis Acme.
Facit delitias, libidinesque.
Quis vllos homines beatiores
Vidit? quis Venerem auspicatiorem?

AD SEIPSVM DE ADVENTV VERIS.

IAM ver egelidos refert tepores.
Iam cæli furor æquinoctialis
Iucundis Zephyri silescit auris:
Linquantur Phrygij, Catulle, campi,
Niceæque ager vber æstuosæ.
Ad claras Asiæ volemus vrbis.
Iam mens prætrepidans auet vagari.
Iam læti studio pedes vigescunt,
O dulces comitum valete cœtus.
Longe quos simul à domo profectos,
Diuerse variæ viæ reportant.

AD PORCIVM ET SOCRATIONEM.

PORCI, & Socration, duæ sinistræ
Pisonis scabies, 1 famesque, Memmi:
Vos Veraniolo meo, & Fabullo
Verpus præposuit Priapus ille?
Vos conuiuia lauta sumptuose
De die facitis, mei sodales
Quærunt in triuio vocationes?

AD IVVENTVM.

MELLITOS oculos tuos, Iuuenti,
Si quis me sinat vsque basiare,
Vsque ad millia basiem trecenta,
Nec vnquam satiurum inde cor futurum est,
Non si densior aridis aristis
Sit nostræ seges osculationis.

AD M. TVLLVM.

DISERTISSIME Romuli nepotum
Quot sunt, quotque fuere, Marce Tulli,
Quotque post aliis erunt in annis:
Gratias tibi maximas Catullus
Agit pessimus omnium poeta,
Tanto pessimus omnium poeta,
Quanto tu optimus omnium patronus.

AD LICINIVM.

HESTERNO, Licini, die otiosi
Multum lusimus in meis tabellis,
Vt conuenerat esse delicatos.
Scribens versiculos vterque nostrum,
Ludebat numero modo hoc, modo illoc,
Reddens mutua per iocum, atque vinum.
Atque illinc abij, tuo lepore
Incensus Licini, facetiisque,
Vt nec me miserum cibus iuuaret,
Nec somnus tegeret quiete ocellos:
Sed toto indomitus furore lecto
Versarer, cupiens videre lucem,
Vt tecum loquerer, simulque vt essem.
At defessa labore membra postquam
Semimortua lectulo iacebant,
Hoc, iucunde, tibi poema feci:
Ex quo perspiceres meum dolorem.
Nunc audax, caue, sis: precesque nostras
Oramus, caue despuas ocello,
Ne pœnas Nemesis reposcat à te.
Est vehemens dea, ladere hanc caueto.

AD LESBIAM.

ILLE mi par esse deo videtur,
Ille si fas est, superare diuos,
Qui sedens aduersus identidem te
Spectat, & audit
Dulce ridentem, misero quod omnis
Eripit sensus mihi, nam simulte

1 al. seu. 2 al. expui 3 al. recuraui. 4 al. otio. 5 al. Hoc vt dixit amans, Amor sinistra Dextra m sternuit adprobationem.

1 al. famesque mundi.

Lesbia

Lesbia adſpexi, nihil eſt ſuper mi
* *
Lingua ſed torpet. tenuis ſub artus
Flamma demanat, ſonitu ſuopte
1 Tintinant aures. gemina teguntur
Lumina nocte.
Otium, Catulle, tibi moleſtum eſt.
Otio exultas, nimiúmque gaudes.
Otium reges prius, & beatas
Perdidit vrbes.

AD SEIPSVM DE STRVMA ET VATINIO.

QVID eſt, Catulle, quid moraris emori?
Sella in curuli Struma Nonius ſedet.
Per conſulatum peierat Vatinius.
Quid eſt, Catulle, quod moraris emori?

DE QVODAM, ET CALVO.

RISI neſcio quem modo in corona,
Qui, quum mirifice Vatiniana
Meus crimina Caluus explicaſſet,
Admirans ait haec, manuſque tollens:
Di magni, 2 ſalaputium diſertum.
OTHONIS caput oppido puſillum
3 Peri, ruſtice ſemilauta crura,
Subtile, & leue peditum Libonis:
Si non omnia diſplicere vellem
4 Tibi, & Fuffitio ſeni recocto.
Iraſcere iterum meis Iambis
Immerentibus, vnice imperator.

AD CAMERIVM.

ORAMVS, ſi forte non moleſtum eſt,
Demonſtres vbi ſunt tuae 5 tenebrae.
Te campo quaſiuimus minore,
Te in circo, te in omnibus 6 libellis,
Te in templo ſuperi Iouis ſacrato,
In Magni ſimul ambulatione:
Fœmellas omnis, amice, prendi,
Quas voltu vidi tamen ſereno,
7 Has vel te ſic ipſe flagitabam:
Camerium mihi, peſſimae puellae.
Quaedam, inquit, nudum ſinum reducens,
En hic in roſeis latet papillis.
8 Sed te iam ferre Herculei labos eſt.
Tanto te in faſtu negas, amice.
Dic nobis vbi ſis futurus. ede hoc
Audaciter: committe, crede 9 luci.
Num te lacteolae tenent puellae?
Si linguam clauſo tenes in ore,
Fructus proiicies amoris omnis.
Verboſa gaudet Venus loquela.
Vel ſi vis, licet obſeres palatum,
10 Dum voſtri ſim particeps amoris:
Non cuſtos ſi fingar ille Cretum,
Non ſi Pegaſeo ferar volatu,

1 al. Tintiniunt. 2 al. ſalicippium. 3 al. heri. 4 al. Tibi & Suffitio. al. Suffetio. 5 al. tabernae. 6 al. tabellis. al. labellis. 7 al. Auelli ſinite. al. Ah vel te ſic ipſe flagitabam: 8 al. Sed te quaerere iam Herculis labos eſt. 9 al. lucei. al. lucet. 10 al. Sic noſtris quoque particeps. al. Dum noſtri ſis particeps amoris.

Non Ladas ſi ego, pennipeſue Perſeus,
Non Rheſi niueae citaque bigae:
Adde huc plumipedes, volatileſque,
Ventorumque ſimul require curſum,
Quos iunctos, Cameri, mihi dicares:
Defeſſus tamen omnibus medullis,
Et multis languoribus pereſus
Eſſem, te mi amice, quaritando.

AD CATONEM.

OREM ridiculam, Cato, & iocoſam,
1 Dignamque auribus, & tuo cachinno,
Ride, quicquid amas, Cato Catullum:
Res eſt ridicula, & nimis iocoſa.
Deprendi modo pupulum puellae
Truſantem. hunc ego ſi placet Dianae,
2 Protelo rigida mea cecidi.

IN MAMVRRAM, ET CAESAREM.

PVLCHRE conuenit improbis cinaedis
Mamurrae pathicoque, Caeſarique,
Nec mirum: maculae pares vtriſque,
Vrbana altera, & illa Formiana,
Impreſſae reſident, nec eluentur.
Morboſi pariter, gemelli vtrique.
Vno in lectulo: erudituli ambo.
Non hic, quam ille magis vorax adulter.
Riuales 3 ſocij puellularum.
Pulchre conuenit improbis cinaedis.

AD CAELIVM DE LESBIA.

4 CAELI, Lesbia noſtra, Lesbia illa,
Illa Lesbia, quam Catullus vnam
Plus, quàm ſe, atque ſuos amauit omnis:
Nunc in quadriuiis, & angiportis,
Glubit magnanimos Remi nepotes.

DE RVFA.

5 BONONIENSIS Rufa Rufulum fallat.
6 Vxorne Meni. ſaepe quam in ſepulchretis
Vidiſtis ipſo rapere de rogo cœnam,
Quum deuolutum ex igne proſequens panem
7 Ab ſemiraſo tunderetur vſtore.
NVM te leaena montibus 8 Libyſtinis,
Aut Scylla latrans infima inguinum parte,
Tam mente dura procreauit, ac tetra,
Vt ſupplicis votem in nouiſſimo caſu
Contemtam haberes? o nimis fero corde.

IN NVPTIAS IVLIAE, ET MANLII.

COLLIS o Heliconei
Cultor, Vraniae genus,
Qui rapis teneram ad virum
Virginem, o Hymenaee Hymen,
O Hymen Hymenaee.
Cinge tempora floribus
Suaueolentis amaraci.
Flammeum cape. laetus huc
Huc veni niueo gerens
Luteum pede ſoccum.

1 al. Digna naribus. 2 al. Pro telo, ſeparatim. 3 al ſocii. 4 al. Cœli. 5 al Bononienſem Rufa. 6 al. Vxor Meneni. vetus ſcriptura, Vxor nemeni. 7 al. A ſemiraſo. 8 al. Libyſſinis.

Excitúsque hilari die,
Nuptialia concinens
Voce carmina tinnula,
Pelle humum pedibus, manu
1 Pineam quate tedam,
Namque Iulia Manlia,
Qualis Idalium colens
Venit ad Phrygium Venus
Iudicem, bona cum bona
Nubit alite virgo,
Floridis velut enitens
Myrtus Asia ramulis,
Quos Hamadriades deæ
Ludicrum sibi roscido
Nutriunt humore.
Quare age huc aditum ferens
Perge linquere Thespiæ
Rupis Aonios specus,
2 Lymphæ quos super inrigat
Frigerans Aganippe.
Ac domum dominam voca
Coniugis cupidam noui,
Mentem amore reuinciens,
Vt tenax hedera huc, & huc
Arborem implicat errans.
Vos item simul integræ
Virgines, quibus aduenit
Par dies, agite, in modum
Dicite: ô Hymenæe Hymen,
Hymen ô Hymenæe:
Vt lubentius audiens,
Se citarier ad suum
Munus, huc aditum ferat
Dux bonæ Veneris, boni
Coniugator amoris.
Quis Deus magis ah magis
Est petendus amantibus?
Quem colent homines magis
Cælitum? ô Hymenæe Hymen,
Hymen ô Hymenæe.
Te suis tremulus parens
Inuocat, tibi virgines
Zonula soluunt sinus,
Te timens cupida nouos
Captat aure maritos.
Tu fero iuueni in manus
Floridam ipse puellulam
Matris è gremio suæ
Dedis, ô Hymenæe Hymen,
Hymen ô Hymenæe.
Nil potest sine te Venus
Fama quod bona comprobet,
Commodi capere. at potest,
Te volente. quis huic Deo
Compararier ausit?
Nulla quit sine te domus
Liberos dare, nec parens
Stirpe 1 iungier. at potest,
Te volente. quis huic Deo
Compararier ausit?
Quæ tuis careat sacris
Non queat dare præsides
Terra finibus. at queat
Te volente. quis huic Deo
Compararier ausit?
Claustra pandite ianuæ,
Virgo adest, viden, vt faces
Splendidas quatiunt comas!
Sed moraris, abit dies,
Prodeas noua nupta.
2 Tardet ingenuus pudor,
3 Quæ tamen magis audiens
Flet, quod ire necesse sit.
Sed moraris, abit dies,
Prodeas noua nupta.
Flere desine. non tibi
Aurunculeia periculum est,
Ne qua fœmina pulchrior
Clarum ab Oceano diem
Viderit venientem.
Talis in vario solet
Diuitis domini hortulo
Stare flos Hiacynthinus.
Sed moraris, abit dies,
Prodeas noua nupta.
4 Prodeas noua nupta sis:
(Iam videtur) vt audias
Nostra verba. (viden? faces
Aureas quatiunt comas.)
Prodeas noua nupta.
Non tuus leuis in mala
Deditus vir adultera
5 Proca, turpia persequens,
A tuis teneris volet
Secubare papillis:
Lenta 6 qui velut assitas
Vitis implicat arbores,
Implicabitur in tuum
Complexum. sed abit dies,
Prodeas noua nupta.
* *
* *
* *
O cubile, 7 quot (ô nimis
Candido pede 8 Lecti)
Quæ tuo veniunt hero,
Quanta gaudia, quæ vaga
Nocte quæ media die
9 Gaudeat? sed abit dies
Prodeas noua nupta.
Tollite, ô pueri, faces,
Flammeum 10 video venire.

1 al Spineam. 2 al. Nympha? 3 al. Quis Deus magis optimis, vetus scriptura, Quis Deus magis amatis. 1 al. dicier. al. vincier. al. iuncier. 2 al. Tardat 3 al. Quem tamen. 4 al. Prodeas noua si iam videtur. 5 al. Probra. 6 al. quin. 7 al. quot omine. al. omnibus. 8 al. Lectuli 9 al. Gaudeas. 10 al. videor.

Ite concinite in modum,
Io Hymen Hymenæe io,
Io Hymen Hymenæe.
Nec diu taceat procax
Fescenina locutio,
Neu nucis pueris neget
Desertum domini audiens
Concubinus amorem.
Da nucis pueris iners
Concubine.satis diu
Lusisti nucibus.lubet
Iam seruire Talasio.
Concubine nucis da.
Sordebant tibi villicæ
Concubine,hodie,atque heri.
Nunc tuum cinerarius
Tondet os.miser ah miser
Concubine:nucis da.
Diceris male te à tuis
Vnguentate glabris marite
Abstinere,sed abstine.
Io Hymen Hymenæe io,
Io Hymen Hymenæe.
Scimus hæc tibi,1 quæ licent
Sola cognita:sed marito
Ista non eadem licent.
Io Hymen Hymenæe io,
Io Hymen Hymenæe.
Nupta tu quoque,quæ tuus
Vir petet,caue ne neges:
Ne petitum aliunde eat.
Io Hymen Hymenæe io,
Io Hymen Hymenæe.
En tibi domus vt potens,
Et beata viri tui,
2 Quæ tibi sene seruiet.
Io Hymen Hymenæe io,
Io Hymen Hymenæe.
Vsque dum tremulum mouens
Cana tempus anilitas
Omnia omnibus 3 annuit.
Io Hymen Hymenæe io,
Io Hymen Hymenæe.
Transfer omine cum bono
Limen aureolos pedis,
Rasilemque subi forem.
Io Hymen Hymenæe io,
Io Hymen Hymenæe.
4 Adspice intus vt accubans
Vir tuus Tyrio in toro,
Totus immineat tibi
Io Hymen Hymenæe io,
Io Hymen Hymenæe.
5 Illi non minus,ac tibi.
Pectore vritur intimo,
Flamma,sed penite magis.
Io Hymen Hymenæe io,

1 al. quę licent. 2 al. Quę tibi sine fine erit.
3 al.annuat, 4 al. Adspice,intus vt accubans.
5 al.Ille non minus atque tu.

Io Hymen Hymenæe.
Mitte brachiolum teres
Prætextate puellulæ.
Iam cubile 1 adeant viri.
Io Hymen Hymenæe io,
Io Hymen Hymenæe.
2 Vos bona senibus viris
Cognita breue fœmina
Collocate puellulam.
Io Hymen Hymenæe io,
Io Hymen Hymenæe.
Iam licet venias,marite.
Vxor in thalamo est tibi
Ore floridulo nitens:
Alba parthenice velut,
Luteúmve papauer.
3 At marite,ita me iuuent
Cælites,nihilominus
Pulcher es.neque te Venus
Negligit.sed abit dies:
Perge,ne remorare.
Non diu remoratus es.
4 Iam venis.bona te Venus
Iuuerit:quoniam palam
Quod cupis, capis, & bonum
Non absconditis amorem.
*Ille polueris * 5 erithei*
Siderumque micantium
Subducat numerum prius,
Qui vostri numerare volt
Multa 6 millia ludi.
Ludite,vt lubet, & breui
Liberos date.non decet
Tam vetus sine liberis
Nomen esse:sed indidem
Semper ingenerari.
Torquatus volo paruolus
Matris è gremio suæ
Porrigens teneras manus,
Dulce rideat ad patrem,
7 Semihiante labello.
Sit suo similis patri
Manlio,& facile insciis
Noscitetur ab omnibus,
Et pudicitiam suæ
Matris indicet ore.
Talis illius à bona
Matre laus genus approbet,
Qualis vnica ab optima
Matre Telemacho manet
Fama Penelopeo.
Claudite ostia virgines.
Lusimus satis.at boni
Coniuges bene viuite,&
Munere assiduo valentem

1 al adeat. 2 al.Vos vnis senibus bonæ.
3 al.At marita tuum tamen. al.Ad maritum tamen iuuenem Cælites nihilominus Pulcre res
4 al. Iam Venus. 5 vel,enthei.
6 al.millia lusuum.al.millia ludere. al.millia ludei. 7 al Sed micante.al.Sed mihi ante.

Exercete iuuentam.

CARMEN NVPTIALE.

VESPER adest, iuuenes, consurgite. vesper Olympo
Expectata diu vix tandem lumina tollit.
Surgere iam tempus, iam pinguis linquere mensas
Iam veniet virgo, iam dicetur Hymenæus.
Hymen, o Hymenæe Hymen ades, o Hymenæe.
Cernitis, innuptæ iuuenes? consurgite contra.
1 Nimirum oceano se ostendit noctifer imbre,
Sic certe, viden' vt perniciter exiluere?
Non temere exiluere, 2 cauêt quo iure parêt se:
Hymen, ô Hymenæe Hymen ades, ô Hymenæe.
Non facilis 3 nobis, æquales, palma parata est.
Adspicite, innuptæ secũ vt meditata requirãt.
Non frustra meditantur. habent memorabile quod sit.
Nos alio mentis, alio diuisimus auris.
Iure igitur vincemur. amat victoria curam.
Quare nunc animos saltem cõmittite vestros:
Dicere iam incipient, iam respondere decebit:
Hymen, o Hymenæe Hymen ades, o Hymenæe.
Hesperе, qui cælo fertur crudelior igni?
Qui natam possis complexu auellere matris.
Complexu matris retinentem auellere natam.
Et iuueni ardenti castam donare puellam?
Quid faciant hostes capta crudelius vrbe?
Hymen, o Hymenæe Hymen ades, o Hymenæe.
Hesperе, qui cœlo lucet iucundior igni?
Qui desponsa tua firmes connubia flamma?
Quod pepigere viri, tepigerunt ante parentes,
Nec iunxere prius, quam se tuus extulit ardor.
Quid datur à diuis felici optatius hora?
Hymen, o Hymenæe Hymen ades, o Hymenæe.
Hesperus 3 è nobis, æquales, abstulit vnam.

* * * *

Nanque tuo aduêtu vigilat custodia semper.
Nocte latent fures, quos idem sæpe reuertens
4 Hesperе mutato comprendis nomine eosdem.
At lul et iunuptis ficto te carpere questu.
Quid tum si carpunt tacita 5 quem mente requirunt?
Hymen, o Hymenæe Hymen ades, o Hymenæe.
Vt flos in septis secretus nascitur hortis,
Ignotus pecori, nullo contusus aratro,
Quem mulcent auræ, firmat sol, educat imber.
Multi illum pueri, multæ optauere puellæ,
Idem quum tenui carptus defloruit vngui,
Nulli illum pueri, nullæ optauere puellæ:
Sic virgo dum intacta manet, tũ cara suis. sed
Quum castum amisit polluto corpore florem,
Nec pueris iucunda manet, nec cara puellis,
Hymen, o Hymenæe Hymen ades, o Hymenæe.
Vt vidua in nudo vitis quæ nascitur aruo,
Nũquam se extollit, nunquã mitè educat vuam
Sed tenerum prono deflectens pondere corpus,
Iam iam contingit summum radice flagellum,
Hanc nulli agricolæ, nulli accoluere iuuenci:
At si forte eadem est vlmo coniuncta marito,
Multi illam agricolæ, multi accoluere iuuenci:
Sic virgo, dum intacta manet, dum inculta senescit,
Quum par cõnubiũ maturo tẽpore adepta est
Cara viro magis, & minus est inuisa parenti.
At tu ne pugna cum tali coniuge virgo.
Non æquum est pugnare, pater quoi tradidit, ipse,
Ipse pater cũ matre, quibus parere necesse est.
Virginitas nõ tota tua est. ex parte parentũ est.
Tertia pars matri data, pars data tertia patri,
Tertia sola tua est: noli pugnare duobus,
Qui genero sua iura simul cum dote dederunt.
Hymen, o Hymenæe Hymen ades, o Hymenæe.

1 al. Nimirum coos. al. Nimirum hoceos ostendit noctifer imber. 2 al. canent quo vincere pax est. vetus script. canent quo visere parent. 3 al. à nobis. 4 al. Vespere. 5 al. quod.

DE BERECYNTHIA ET ATTI.

SVPER alta vectus 1 Atys celeri rate maria
Phrygium nemus citato cupide pede tetigit,
Adiitque opaca siluis redimita loca deæ:
Stimulatus 2 vbi furenti rabie, vagus animi
3 Deuoluit illa acuta sibi pondera silice.
Itaque vt relicta sensit sibi membra sine viro:
Et iam recente terræ sola sanguine maculans,
Niueis citata cœpit manibus leue typanum,
Typanũ, tubam, Cybelle, tua, mater, initia.
Quatiensque terga tauri teneris caua digitis,
Canere hoc suis adorta est tremebunda comitibus:
Agite ite ad alta, Gallæ, Cybeles nemora simul,
Simul ite, Dindymenæ domina vaga pecora,
Aliena quæ petentes, velut exules, loca
Sectam meam executæ, duce me, mihi comites
Rapidum salum tulistis, truculentaque pelagi,
Et corpus euirastis Veneris nimio odio.
Hilarate excitatis erroribus animum.
Mora tarda mente cedat. simul ite: sequimini
Phrygiam ad domum, Cybelles Phrygia ad nemora deæ
Vbi cymbalũ sonat vox, vbi tympana reboãt,
Tibicen vbi canit Phryx curuo graue calamo,
Vbi capita Manades vi iaciunt hederigera,
Vbi sacra sancta acutis vlulatibus agitant,
Vbi suenit illa diua volitare vaga cohors.
Quo nos decet citatis 5 celerare tripudiis.
Simul hæc comitibꝰ Atys cecinit 6 noua mulier,
Thiasus repente linguis trepidantibus vlulat,
Leue tympanum remugit, cara cymbala recrepant.
Viridem citus adit Idam properante pede chorus.
Furibũda simul anhelans vaga vadit animo egens
Comitata tympano Atys per opaca nemora

1 al. Attys. 2 al. vt. 3 Deuoluit lactes. al. illectas. al. illactas. 4 al. tympanum, tympanum. al. breue crotatum. 5. al. celebrare. 6 al. Notha.

Velutis

Veluti iuuenca vitans onus indomita iugi,
Rapidæ ducem sequuntur Gallæ pede propero.
Itaque, vt domum Cybelles tetigere lassulæ,
Nimio è labore somnum capitum sine Cerere.
Piger his labante langore oculos sopor operit.
Abit in quiete molli rabidus furor animi.
Sed vbi oris aurei sol radiantibus oculis
Lustrauit æthera album, sola dura, mare ferum,
Pepulitque noctis vmbras vegetis sonipedibus,
Ibi somnus excitum Atyn fugiens citus abiit.
Trepidantem eum recepit dea Pasithea sinu.
Ita de quiete molli rabida sine rabie,
Simul ipsa pectore Atys sua facta recoluit,
Liquidaque mente vidit, sine queis, vbique foret,
Animo æstuãte 1 rursum reditũ ad vada tetulit,
Ibi maria vasta visens lacrimantibus oculis,
Patriam adlocuta voce est ita 2 mœsta miseriter.
Patria ô mea creatrix, patria ô mea genetrix,
Ego quã miser relinquens, dominos vt heri fugæ
Famuli solent, ad Idæ tetuli nemora pedem:
3 Vt apud (miser) ferarum gelida stabula forem,
4 Et vt omnia earum adire furibunda latibula:
Vbi nam, aut quibus locis te positã, patria, rear?
Cupit ipsa pupula ad te sibi dirigere aciem,
Rabie fera carens dum breue tempus animus est.
Egone à mea remota hæc ferar in nemora domo?
Patria, bonis, amicis, genitoribus abero?
Abero foro, palæstra, stadio, & gymnasiis?
Miser ah miser quærendum est etiam atque etiam anime.
Quod enim genus figuræ est, ego non quod habuerim?
Ego puber, ego adolescens, ego ephœbus, ego puer.
Ego gymnasij fui flos, ego eram decus olei.
Mihi ianuæ frequentes, mihi limina tepida,
Mihi floridis corollis redimita domus erat,
Linquendum vbi esset orto mihi sole cubiculum.
Egone Deûm ministra, & Cybeles famula ferar?
Ego Manas, ego mei pars, ego vir sterilis ero?
Ego viridis algida Idæ 6 niue amicta loca colã?
Ego vitam agã sub altis Phrygiæ columinibus:
Vbi cerua siluicultrix, vbi aper nemoriuagus?
Iam iam dolet, quod egi, iam iamque pœnitet.
Roseis vt huic labellis 7 palans sonitus abiit,
Ibi iuncta iuga resoluens Cybele leonibus,
Geminas 8 eorum ad auris noua nuncia ferens,
Læuumque pecoris hoste stimulans ita loquitur:
9 Agedum, inquit, age ferox, i, face vt hinc furoribus,
Face vt hinc furoris ictu reditũ in nemora ferat.
10 Mea liber ah nimis qui fugere imperia cupit.
Age, cade terga cauda: tua verbera patere,
Face cuncta mugienti fremitu loca retonent.
Rutilam ferox torosa ceruice quate iubam.

1 al. rursus al. vsum. 2 al. maiestas.
3 al. vt apud niuem & ferarum 4 al. Et omnia
5 al. Ego mulier. 6 al. neamicta. 7 al. palã sonitus abit. 8 al. deorũ ad aures noua nũcia referés.
9 al. Agedũ, inquit, age ferox, hũc agedũ aggredere ferox, 10 al. Mea libere. al. mea libera nimis.

Ait hæc minax Cybelle, relligatque iuga manu,
Ferus ipse sese adhortans rapidũ incitat animum:
Vadit, fremit, refringit virgulta pede vago.
At vbi vltima albicantis loca litoris adiit,
Tenerumque vidit Atyn prope marmora pelagi,
Facit impetũ. ille demens fugit in nemora fera.
Ibi semper omne vitæ spatium famulæ fuit.
Dea, magna Dea, Cybele, 1 Didymi Dea domina,
Procul à mea tuus sit furor omnis, hera, domo.
Alios age incitatos, alios age rabidos.

DE NVPTIIS PELEI, ET THETIDOS.

PELIACO quondam prognatæ vertice pinus,
Dicuntur liquidas Neptuni nasse per vndas
Phasidos ad fluctus, & finis Æetæos:
Quum lecti iuuenes Argiuæ robora pubis
Auratam optantes Colchis auertere pellem,
Ausi sunt vada salsa cita decurrere puppi,
Cærula verrentes abiegnis æquora palmis:
Diua quibus retinês in summis vrbibus arces,
Ipsa leui fecit volitantem flamine currum,
Pinea coniungens inflexæ texta carinæ.
Illa rudem cursu primam imbuit Amphitritem:
Quæ simulac rostro vetosum proscidit æquor,
Totaque remigio spumis incanuit vnda,
Emersere feri candenti è gurgite vultus
Æquoreæ monstrum Nereides admirantes,
Illaque, atque alia viderunt luce marinas
Mortales oculi nudato corpore Nymphas
2 Nutricum tenus extantis è gurgite cano:
Tum Thetidis Peleus incensus fertur amore,
Tum Thetis humanos nõ despexit Hymenæos.
Tũ Thetidi pater ipse iugandũ Pelea sensit.
O nimis optato sæclorum tempore nati
Heroes saluete, Deum genus, ô bona mater:
Vos ego sæpe meo vos carmine compellabo.
Teque adeo eximia tædis felicibus aucte
Thessaliæ columen Peleu, quoi Iuppiter ipse,
Ipse suos diuum genitor concessit amores.
Tene Thetis tenuit pulcherrima Neptunine?
Tene suam Thetis concessit ducere neptem?
3 Oceanusq;, mari totũ qui amplectitur orbẽ?
Quæ simul optatæ finito tempore luces
Aduenere, domum conuentu tota frequentat
Thessalia oppletur lætanti regia cœtu.
Dona ferunt præ se declarant gaudia voltu:
Deseritur Scyros: linquunt Phthiotica Tempe,
4 Graiugenasque domos: ac mœnia Larissæa.
5 Pharsalõ, coeunt, Pharsalia tecta frequentãt.
Rura colit nemo, mollescunt colla iuuencis.
Non humilis curuis purgatur vinea rastris.
Non glebam prono conuellit vomere taurus.
Nõ falx attenuat frondatorũ arboris vmbrã.
Squalida desertis robigo infertur aratris.
Ipsius at sedes, quacunque opulenta recessit

1 al. Dea domina Dyndimi. al. Dydimi, mea domina. 2 al. Iam crurũ tenus.
3 al. Oceanusq. pater. 4 Graiugenumque.
5 al. Pharsaliam.

Regia,fulgenti ſplendent auro,atq ue argento.
Candet ebur ſoliis, collucent pocula menſæ.
Tota domus gaudet regali ſplendida gaza.
Poluinar vero diuæ geniale locatur
Sedibus in mediis, Indo quod dente politum
Tincta tegit roſeo conchilis purpura fuco.
Hæc veſtis priſcis hominum variata figuris,
Heroum mira virtutes indicat arte.
Nanque fluentiſono proſpectans litore Diæ
Theſeæ cedentem celeri cum claſſe tuetur
Indomitos in corde gerens Ariadna furores,
1 Necdum etiam,ſeſeque ſui cui credat,
Vt pote fallaci quæ tum primum excita ſomno
Deſertam in ſola miseram ſe cernit arena.
Immemor at iuuenis fugiens pellit vada remis,
Irrita ventoſæ linquens promiſſa procellæ,
Quem procul ex alga mœſtis Minois ocellis,
Saxea vt effigies bacchantis proſpicit Euœ,
Proſpicit, & magnis curarum fluctuat vndis,
Non flauo retinens ſubtilem vertice mitram,
Non contecta leui velatum pectus amictu,
Non tereti ſtrophio 2 lactantis vincta p pillas:
Omnia quæ toto delapſa è corpore paſſim
Ipſius ante pedes fluctus ſalis 3 allidebat.
Sed neque tum mitræ,neque tum fluitantis amictus
Illa vicem curans,tot in pectore,Theſeu,
Toto animo, tota 4 prodebat perdita mente.
Ah miserã aſſiduis quam luctibus externauit
Spinoſas Erycina ſerens in pectora curas,
5 Illa tempeſtate ferox, & tempore Theſeus
Egreſſus curuis è litoribus Piræi
Attigit iniuſti regis Gortynia 6 tecta.
Nam perhibent olim crudeli peſte coactam
Androgeoneæ pœnas exoluere cædis,
Electos iuuenes ſimul & decus innuptarum
Cecropiam ſolitam eſſe dapem dare Minotauro.
Queis auguſta malis quum mœnia vexarentur,
Ipſe ſuum Theſeus pro caris corpus Athenis
Proiicere optauit potius, quam talia Cretam
Funera Cecropiæ ne funera portarentur.
Atque ita naue leui nitens,ac lenibus auris,
Magnanimũ ad Minoa venit,ſedesq; ſuperbas.
Hunc ſimul ac cupido conſpexit lumine virgo
Regia,quam ſuauis expirans caſtus odores
Lectulus,in molli complexu matris alebat:
Qualis Eurotæ progignunt flumina 7 myrtus,
Auraue diſtinctos educit verna colores:
Non prius ex illo flagrantia declinauit
Lumina,quam 8 cuncto concep't pectore flammã
Funditus atque imis exarſit tota medullis,
Heu miſere exagitans immiti corde furores,
Sancte puer,curis hominum qui gaudia miſces,
Quæque regis Golgos, quæq; Idalium 8 frondoſã,

1 al.Necdum etiam ſeſeque ſui tum credidit eſſe.al. ſeſeque ſui tui ſe credet. al. ſeſe quæ ſit vix & ſibi credit. 2 al.lactantes,al. luctantes.
3 al.alludebant. 4 al.pendebat.
5 al.Illa tempeſtate,quo tempore.
6 al.templa. 7 al. myrtos.
8 al.toto. 9 al.frondoſum.

Qualibus incenſam iactaſtis mente puellam
Fluctibus,in flauo ſæpe hoſpite ſuſpirantem?
Quantos illa tulit languenti corde timores?
Quantum ſæpe magis fulgore expalluit auri?
Quum ſæuum cupiens contra contendere monſtrum,
Aut mortem 1 oppeteret Theſeus, aut præmia laudis.
Non ingrata, tamen fruſtra,munuſcula diuis
Promittens,tacito ſuſpendit vota labello.
Nam velut in ſummo quatientem brachia tauro
Quercum, aut conigeram ſudanti cortice pinum,
Indomitus turbo contorquens flamine robur
Eruit: illa procul radicibus exturbata
Prona cadit,lateque & cõminus 2 obuia frangens:
Sic domito ſæuum 3 proſternit corpore Theſeus
Nequicquam vanis iactantem cornua ventis.
Inde pedem 4 ſoſpes multa cum laude reflexit,
Errabunda regens tenui veſtigia filo.
Ne labyrintheis è flexibus egredientem
Tecti fruſtraretur inobſeruabilis error.
Sed quid ego à primo digreſſus carmine,plura
Commemorem? vt linquens genitoris filia voltũ,
Vt conſanguineæ complexum,vt denique matris,
Quæ miſera, ingrata* deperdita tela
6 Omnibus his Theſei dulcem præferret amorẽ?
Aut vt vecta ratis ſpumoſa ad litora Diæ?
Aut vt eam 7 triſti deuictam lumina ſomno
Liquerit immemori diſcedens pectore coniunx?
Sæpe illam perhibent ardenti corde furentem,
8 Clariſonas imo fudiſſe è pectore voces.
Aut tum præruptos triſtem conſcendere montis,
Vnde aciem in pelagi vaſtos protenderet æſtus:
Tũ tremuli ſalis aduerſas procurrere in vndas
Mollia nudatæ tollentem tegmina ſuræ:
Atque hæc extremis mœſtam dixiſſe querelis,
Frigidulos vdo ſinguli tus ore cientem:
Siccine me patrijs 9 abuectam perfide,ab oris,
Perfide deſerto liquiſti in litore Theſeu?
Siccine diſcedens neglecto numine diuum
Immemor,ah deuota domum periuria portas?
Nullane res potuit crudelis flectere mentis
Conſilium?tibi nulla fuit clementia præſto,
Immite vt monſtri vellet 10 miteſcere pectus?
At non hæc quondam nobis promiſſa dediſti
Voce:mihi non hoc miſera ſperare iubebas:
Sed connubia læta,ſed optatos hymenæos.
Quæ cuncta aerij diſcerpunt irrita venti.
11 Tum iam nulla viro iuranti fœmina credat,
Nulla viri ſperet ſermones eſſe fidelis:
Qui,dum aliquid cupiens animus 12 prægeſſit apiſci,
Nil metuunt iurare, nihil promittere parcunt.
Sed ſimulac cupidæ mentis ſatiata libido eſt,

1 al.expeteret.al.appeteret.
2 al.omnia.
3 al.præſtranuit. 4 al.victor. 5 al.ingrata vixit deperdita. 6 al. Omnibus aut dulcem Theſei prçoptauit amorem. 7 al.dulci. 8 al. clariſonas 9 al. abductam. 10 al.miſereſcere.
11 al.Nunc. 12 al.prægiſtiet.

Dicta

Dicta nihil metuere, nihil periuria curant.
Certe ego te in medio versantem turbine leti
Eripui, & potius germanum amittere crevi,
Quam tibi fallaci supremo in tempore deessem,
Pro quo dilaceranda feris dabor, alitibusq;
Præda, neque iniecta tumulabor mortua terra.
Quænam te genuit sola sub rupe leæna?
Quod mare conceptū spumantibus expuit undis?
Quæ Syrtis, quæ Scylla vorax, quæ vasta Charybdis,
Talia qui reddis pro dulci præmia vita?
Si tibi non cordi fuerant connubia nostra,
Sæua quod horrebas prisci præcepta parentis,
Attamen in vostras potuisti ducere sedes,
Quæ tibi iucundo famularer seruia labore,
Candida permulcens liquidis vestigia lymphis,
Purpureave tuum consternens veste cubile,
Sed quid ego ignaris nequicquā conqueror auris,
Externata malo, quæ nullis sensibus aucta,
Nec missas audire queunt, nec reddere voces?
Ille autem prope iam mediis versatur in undis,
Nec quisquam apparet vacua mortalis in alga.
Sic nimis insultans extremo tempore sæua
Fors etiam nostris inuidit quæstibus auris.
Iuppiter omnipotens vtinam ne tempore primo
Gnosia Cecropiæ tetigissent litora puppes:
Indomito nec dira ferens stipendia tauro
Perfidus in Cretam religasset nauita funem:
Nec malus hic celans dulci crudelia forma
[1] Consilia in nostris requiesset sedibus hospes.
Nam quo me referam? quali spe perdita nitar?
[2] Isthmon, eósne petam montis, ab gurgite lato
Discernens pontū truculentū vbi diuidit æquor?
An patris auxilium sperem, quémne ipsa reliqui
Respersum iuuenem fraterna cæde secuta?
Coniugis an fido consoler memet amore,
Quine fugit lentos incuruans gurgite remos?
Præterea nullo litus, sola insula tecto.
Nec patet egressus pelagi cingentibus undis.
Nulla fugæ ratio, nulla spes, omnia muta,
Omnia sunt deserta, ostentant omnia letum.
Non tamen ante mihi languescēt lumina morte,
Nec prius à fesso secedent corpore sensus,
Quam iustam à diuis exposcam prodita multam,
Cælestumq; fidem postrema comprecer hora.
Quare facta virum multantes vindice pœna
Eumenides, quibus anguineo redimita capillo
Frons expirantis præportat pectoris iras.
Huc huc aduentate, meus audite querelas,
Quas ego, væ misera, extremis proferre medullis,
Cogor inops, ardens, amentī cæca furore.
Quæ quoniam vere nascuntur pectore ab imo,
Vos nolite pati nostrum vanescere luctum:
Sed quali solam Theseus me mente reliquit,
Tali mente, deæ, funestet seque suosq;.
Has postquam mœstō profudit pectore voces,

Supplicium sæuis exposcens anxia factis:
Annuit [1] inuicto cælestum numine rector,
Quo tunc & tellus, atq; horrida contremuerunt
Æquora, concussitq; micantia sidera mundus.
Ipse autem cæca mentem caligine Theseus
Consitus oblito dimisit pectore cuncta,
Quæ mandata prius constanti mente tenebat:
Dulcia nec mœsto sustollens signa parenti,
Sospitem, & ereptum se ostendit visere portum.
Nanque ferunt, olim classi quum mœnia diuæ
Linquentem gnatum, ventis concrederet Ægeus,
Talia complexum iuueni mandata dedisse:
Gnate mihi longa iucundior vnice vita,
Gnate, ego quem in dubios cogor dimittere casus,
Reddite in extremæ nuper mihi fine senectæ:
Quandoquidē fortuna mea, ac tua feruida virtus
Eripit inuito mihi te, quoi languida nondum
Lumina sunt gnati cara saturata figura:
Non ego te gaudens latanti pectore mittam
Nec te ferre sinam Fortunæ signa secundæ.
Sed primum multas expromam mente querelas,
Canitiem terra, atque infuso poluere fœdans,
Inde infecta vago suspendam lintea malo,
Nostros vt luctus, nostræq; incendia mentis,
Carbasus obscura dicat ferrugine Hibera.
Quod tibi si sancti conceſſerit incola [2] Itoni,
Quæ nostrum genus, [3] ac sedes defendere fretis
Annuit, vt tauri respergas sanguine dextram.
Tum vero facito, vt memori tibi condita corde
Hæc vigeant mandata, nec vlla obliteret ætas:
Vt simulac nostros inuisent lumina collis,
Funestam antennæ deponant vndiq; vestem,
Candidaq; intorti sustollant vela rudentes:
Quamprimum cernens vt læta gaudia mente
Agnoscam, quū te reducem [4] ætas prospera sistet.
Hæc mandata prius constanti mente tenentem
Theseā, ceu pulsæ ventorum flamine nubes
Aërium niuei montis, liquere, cacumen.
At pater, vt summa prospectum ex arce petebat,
Anxia in assiduos absumens lumina fletus:
Quum primum inflati conspexit lintea veli,
Præcipitem sese scopulorum è vertice iecit,
Amissum credens immiti Theseā fato.
Sic funesta domus ingressus tecta paterna
Morte ferox Theseus, qualem Minoidi luctum
Obtulerat mente immemori, talem ipse recepit.
Quæ [5] tamen adspectans cedentem mœsta carinā
Multiplicis animo voluebat saucia curas.
At parte ex alia florens volitabat Iacchus,
Cum thyaso Satyrorum, & Nysigenis Silenis,
Te quærens Ariadna, tucq; incensus amore:
Qui tū alacres passim lymphata mente furebāt,
Euoe bacchantes, euoe capita inflectentes.
Horum pars tecta quatiebant cuspide thyrsos.
Pars è diuoiso [6] iactabant membra iuuenco.
Pars sese tortis serpentibus incingebant.

1 al. Consilium, in nostris quæsisset. al. reliquisset al. requisisset. 2 al. Idmoneos. al. Idmeneos. al. Idomenis, vet. script. Isthmoneosne.

1 al. inuito. 2 al. Itonis. 3 al. ac sedes defendere sueta annuerit.
4 al. fors prospera. 5 al. tum prospectans.
6 al. raptabant.

Pars obscura cauis celebrabant orgia cistis,
Orgia quæ frustra cupiunt audire profani.
Plangebant alij proceris tympana palmis,
Aut tereti tenuis tinnitus ære ciebant.
[1] Multi ranciſonis efflabant cornua bombis,
Barbaraq; horribili ſtridebat tibia cantu.
Talibus [2] amplifice veſtis decorata figuris,
Poluinar complexa ſuo velabat amictu.
Quæ poſtquam cupide ſpectando Theſſala pubes
Expleta eſt, ſanctis cœpit decedere diuis.
Hic qualis flatu placidum mare matutino
Horrificans Zephyrus procliuas incitat vndas,
Aurora exoriente vagi ſub lumina ſolis:
Quæ tarde primum clementi flamine pulſæ
[3] Procidunt leni reſonant plangore [4] cachinnũ:
Poſt vento creſcente magis magis increbeſcunt,
Purpureaq; procul [5] nantes à luce refulgent:
Sic tum veſtibuli linquentes regia tecta,
[6] A ſe quiſq; vago paſſim pede diſcedebant.
Quorum poſt abitum princeps è vertice Pelij
Aduenit Chiron portans ſilueſtria dona.
Nam quotcunque ferunt campi, quos Theſſala magnis
Montibus ora creat, quos propter fluminis vndas
Aura parit floris tepidi fœcunda Fauoni,
Hos indiſtinctis plexos tulit ipſe corollis,
Queis permulſa domus iucundo riſit odore.
Confeſtim Peneos adeſt, viridantia Tempe,
Tempe, quæ ſilua cinguntſuperimpendentes,
[7] Minyaſin linquens Doris celebranda choreis,
[8] Cranona eriſonamq;, tulit radicitus altas
Fagos, ac recto proceras ſtipite laurus,
Non ſine nutanti platano, [9] fletaq; ſorore
Flammati Phaethontis, & aeria cupreſſu.
Hæc circum ſedes late contexta locauit,
Veſtibulum vt molli velatum fronde vireret.
Poſt hunc conſequitur ſolerti corde Prometheus,
Extenuata gerens veteris veſtigia pœnæ:
Quam quondam ſilici reſtrictus membra catena
Perſoluit, pendens è verticibus præruptis.
Inde pater diuum ſancta cum coniuge, natisq;
Aduenit cælo, te ſolum Phœbe relinquens,
Vnigenamq; ſimul cultricem [10] montibus hydri,
Pelea nam tecum pariter ſoror aſpernata eſt,
Nec Thetidis tedas voluit celebrare iugalis.
Qui poſtquam niueis flexerunt ſedibus artus,
Large multiplici conſtructa ſunt dape menſæ.
Quum interea infirmo quatientes corpora motu,
Veridicos parcæ cœperunt edere cantus.
His corpus tremulum complectens vndiq; veſtis
Candida purpurea [11] Tyrios [12] excinxerat ora.

[1] al. multaq. rauciſonos. [2] al. amplificæ. [3] al. procedunt leuiterque ſonant. al. procedunt leui reſonant. [4] al. cachinni. [5] al. variantes luce. [6] al. ad ſe. [7] al Nereidum linquens claris. al. Naiadum. al. Neſſonidum. Vet. lib. Minoſim linquens doris. al. Minoſium. [8] al. non vacuus. namque ille tulit. Vet. lect. Nonacrios namque ille tulit. [9] al. lentaque. al. leraque. [10] al. in montibus Idæ. [11] al. Talos. [12] al. extinxerat.

At roſeo niueæ reſidebant vertice vittæ,
Æternumque manus carpebant rite laborem.
Læua colum molli lana retinebat amictum,
Dextera tum leuiter deducens fila ſupinis
Formabat digitis: tum prono in pollice torquens
Libratum tereti verſabat turbine fuſum:
Atque ita decerpens æquabat ſemper opus dens,
Laneaque aridulis hærebant morſa labellis,
Quæ prius in leni fuerant extantia filo.
Ante pedes autem candentis mollia lanæ
Vellera virgati cuſtodibant calathiſci.
Hæ tum clariſona pellentes vellera voce,
Talia diuino fuderunt carmine fata,
Carmine, perfidiæ quod poſt nulla arguet ætas:
O decus eximium, magnis virtutibus augens,
Emathiæ columen Peleu, clariſſime nato:
Accipe quod læta tibi panduntluce ſorores.
Veridicum oraclum. ſed vos quæ fata ſequuntur,
Currite ducentes ſubtemina, currite fuſi.
Aduenit tibi iam portans optata maritus
Heſperus, aduenit fauſto cum ſidere coniunx,
Quæ tibi flexanimo mētem perfundat amore,
Languiduloſq; paret tecum cōiungere ſomnos,
Læuia ſubſternens robuſto brachia collo.
Currite ducentes ſubtemina, currite fuſi.
Naſcetur vobis expers terroris Achilles.
Hoſtibus haud tergo, ſed forti pectore notus:
Qui perſæpe vago victor certamine curſus,
Flammea præuortet celeris veſtigia ceruæ.
Currite ducentes ſubtemina, currite fuſi.
Non illi quiſquam bello ſe conferet heros,
Quũ Phrygij Teucro manabunt ſanguine riui
Troicaque obſidens longinquo mœnia bello,
Periuri Pelopis vaſtabit tertius hæres.
Currite ducentes ſubtemina, currite fuſi.
Illius egregias virtutes, claraque facta
Sæpe fatebuntur gnatorum in funere matres:
[1] Quum cineri incanos ſoluent à vertice crinis,
Putridaq; infirmis variabunt pectora palmis
Currite ducentes ſubtemina, currite fuſi.
Nanque velut denſas præſternens [2] cultor ariſtas,
Sole ſub ardenti flauentia demetit arua:
Troiugenum infeſto proſternet corpora ferro.
Currite ducentes ſubtemina, currite fuſi.
Teſtis erit magnis virtutibus vnda Scamandri,
Quæ paſſim rapido diffunditur Helleſponto:
Quotius iter cæſis anguſtans corporum aceruis,
Alta tepefaciet permiſta flumina cæde.
Currite ducentes ſubtemina, currite fuſi.
Denique teſtis erit morti quoque reddita præda:
Quum teres excelſo coaceruatũ aggere buſtum
Exciperet niueos perculſæ virginis artus.
Currite ducentes ſubtemina, currite fuſi.
Nam ſimulac feſſis dederit fors copiam Achiuis,
Vrbis Dardaniæ Neptunia ſoluere vincla:
Alta Polyxenia [3] madeſcent cæde ſepulchra.

[1] Quum tremulo incanos.
[2] al. meſſor.
[3] al. madeſient.

Qua

Quæ velut ancipiti succumbens victima ferro,
Proiiciet truncum submisso poplite corpus.
Currite ducentes subtemina, currite fusi.
Quare agite optatos animi coniungite amores,
Accipiat coniunx felici fœdere diuam.
Dedatur cupido iam dudum nupta marito.
Currite ducentes subtemina, currite fusi.
Non illam nutrix orienti luce reuisens,
Hesterno collum poterit circundare filo.
Currite ducentes subtemina, currite fusi.
Anxia nec mater discordis mœsta puellæ
Secubitu, caros mittet sperare nepotes.
Currite ducentes subtemina, currite fusi.
Talia præfantes quondam felicia Pelei
Carmina, diuino cecinerunt [1] omine Parcæ.
Præsentes namque ante domos inuisere castas
[2] Nereus vt sese mortali ostendere cœtu
Cœlicolæ nondum spreta pietate solebant.
Sæpe pater diuum templo infulgente reuisens,
Annua dum festis venissent sacra diebus,
Conspexit terra centum procurrere currus.
Sæpe vagus Liber Parnasi vertice summo
Thyadas effusis euantis crinibus egit:
Quum Delphi tota certatim ex vrbe ruentes
Acciperent læti diuum fumantibus aris.
Sæpe in letifero belli certamine Mauors,
Aut rapidi Tritonis Hera, aut Rhamnusia virgo
Armatas hominum est præsens hortata cateruas.
Sed postquã tellus scelere est imbuta nefando,
Iustitiamq; omnes cupida de mente fugarunt:
Perfudere manus fraterno sanguine fratres.
Destitit extinctos natus lugere parenteis.
Optauit genitor primæui funera nati,
Liber vt innuptæ potiretur flore nouercæ.
Ignaro mater substernens se impia nato,
Impia nõ verita est diuos scelerare [3] parentes.
Omnia fanda, nefanda malo permista, furore
Iustificam nobis mentem auertere deorum.
Quare nec tales dignantur visere cœtus,
Nec se contingi patiuntur lumine claro.

AD ORTALVM.

ETSI me adsiduo confectum cura dolore
Seuocat à doctis, Ortale, virginibus:
[4] Nec potis est dulcis Musarũ expromere fœtus
[5] Mens animi tantis fluctuat ipsa malis.
Namque mei nuper Lethæo gurgite fratris
Pallidulum manans alluit vnda pedem.
Troia Rhetæo quem subter litore tellus,
Ereptum nostris obierit ex oculis
* * * *
Nunquam ego te vita frater amabilior
Aspiciam posthac? at certe semper amabo,
Semper mœsta tua carmina morte [6] legam:
Qualia sub densis ramorum concinit vmbris
Daulias, absumti fata gemens [7] Ityli.

1 al. pectore. 2 al. sæpius & sese. 3 al. penates. 4 Nec potis est harum dulcis. 5 al. mens hominum. 6 al. canam. 7 al. Ituli. al. Prothei.

Sed tamen in tantis mœroribus, Ortale, mitto
Hæc [1] excerpta tibi carmina Battiadæ:
Ne tua dicta vagis nequicquam credita vẽtis
Effluxisse meo forte putes animo:
Vt missum sponsi furtiuo munere malum
Procurrit casto virginis è gremio,
Quod misera oblita molli sub veste locatum,
Dum aduentu matris prosilit, excutitur,
Atque illud prono præceps agitur decursu.
Huic manat tristi conscius ore rubor.

DE COMA BERENICES.

OMNIA qui magni dispexit lumina mundi,
Qui stellarum ortus comperit, atque obitus:
Flammeus vt rapidi solis nitor obscuretur,
Vt cedant certis sidera temporibus,
Vt Triuiã furtim sub Latmia saxa relegans,
Dulcis amor gyro deuocet aerio:
Idem me ille Conon cælesti lumine vidit
E Bereniceo vertice cæsariem,
Fulgentem clare: quam multis illa deorum,
Leuia protendens brachia pollicita est.
Qua rex tempestate [2] nouo auctus Hymenæo.
Vastatum finis iuerat Assyrios,
Dulcia nocturnæ portans vestigia rixæ,
Quam de virgineis gesserat exuuiis.
Estne nouis nuptis odio Venus? anne parentum
Frustrantur falsis gaudia lacrimulis,
Vbertim thalami quas intra limina fundunt?
Non, ita me diui, vera gemunt, iuerint.
Id mea me multis docuit regina querelis,
Inuisente nouo prælia torua viro.
At tu non orbum luxti deserta cubile,
Sed fratris cari flebile discidium:
Quum penitus mœstas exedit cura medullas,
Vt tibi tunc pectore sollicitæ
Sensibus ereptis mens excidit. atqui ego certe
Cognoram à parua virgine magnanimam
Anne bonum oblita es facinus, quod regium
adepta es
Coniugium? quod non fortior [3] aut sit alis?
Sed tum mœsta virum mittens, quæ verba locuta es?
Iuppiter, vt tristi lumina sæpe manu.
Quis te mutauit tãtus deus? an quod amãteis
Non longe à caro corpore abesse volunt?
[4] At quæ ibi, proh, cũctis pro dulci cõiuge diuis
Non sine taurino sanguine pollicita es,
Si reditum tetulisset is, aut in tempore longo
Captam Asiam Ægypti finibus adiiceret?
Queis ego pro factis cælesti reddita cœtu,
Pristina vota nouo munere dissoluo.
Inuita, ô regina, tuo de vertice cessi,
Inuita adiuro teque, tumque caput,
Digna ferat, quod si quis inaniter adiurarit.
Sed qui se ferro postulet esse parem?
Ille quoque euersus mons est, quem [5] maxi-

1 al. expressa. 2 al. nouis auctus Hymenæis. 3 al. auxit alis. al. quo non fortialis. 4 al. Atque. 5 al. maxima natu. al. maximum in orbe.

mum in oris
Progenies Phthia clara superuehitur:
Quum Medi [1] *properare nouum mare quumq; iuuentus*
Per medium classi barbara nauit Athon.
Quid facient crines, quum ferro talia cedant.
Iuppiter, [2]*,vt**...*omne genus pereat.*
Et qui principio sub terra quærere venas
Instituit, ac ferri frangere duritiem,
[3]*Abrupta paulo ante coma mea fata sorores*
Lugebant, quum se Memnonis Æthiopis
Vnigena impellens nitantibus aera pennis,
Obtulit Arsinoes Chloridos ales equus.
Isque per atherias me tollens aduolat [4]*umbras,*
Et Veneris casto conlocat in gremio.
Ipsa suum Zephyritis eo famulum legarat,
[5] *Gnata Canopiis incola litoribus*
Ludit vbi, vario ne solum in [6] *lumine cæli*
[7] *Aut Ariadneis aurea temporibus*
Fixa corona foret, sed nos quoque fulgeremus
Deuota flaui verticis exuuia.
[8]*Viuidulo à flatu cedentem ad templa deum me*
Sidus in antiquis diua nouum posuit.
Virginis & sæui contingens nanque leonis
Lumina, Callisto [9] *iusta Lycaonida,*
Vertor in occasum tardum dux ante Booten,
Qui vix sero alto mergitur Oceano.
Sed quanquam me nocte premunt vestigia diuũ
Luce autem cana Tethyi restituor:
Pace tua fari hæc liceat Rhamnusia virgo:
Nanque ego non vllo vera timore tegam:
Non si me infestis discerpant sidera dictis,
Condita quin veri pectoris euoluam:
Non his tam lætor rebus, quã me abfore semper,
Abfore me à domina vertice discrucior.
Quicum ego, [10] *quum virgo quondam fuit, omnibus expers*
Vnguentis, vna millia multa bibi.
Nunc vos, optato [11] *quæ iunxit lumine tæda,*
Non post vnanimis corpora coniugibus:
Tradite nudantes reiecta veste papillas,
[12] *Quæ iucunda mihi munera libet onyx:*
Vester onyx, casto [13] *petitis quæ iura cubili.*
Sed quæ se impuro dedit adulterio,
[14]*Illius ah mala dona leuis bibat irrita pelluis.*
Nanque ego ab indignis præmia nulla peto.
Sed magis, ô nuptæ, semper concordia vestras,
Semper amor sedis incolat adsiduus.
Tu vero, regina, tuens quum sidera, diuam
Placabis festis luminibus [15] *Venerem:*
Sanguinis expertem [16] *non siueris esse tuam me,*
Sed potius largis [17] *adfice muneribus.*

1 al. erupere. 2 al. vt Chalibon omne genus pereat. al. celicum. al. telitum. al. sicelicum.
3 al. Abiunctę. 4 al. aras. 5 al. Grata Canopęis. 6 al. limite. al. limine. 7 al. Ex. 8 al. Vuidulam à fletu. 9 al. iuncta Lycaonię. 10 al. dũ.
11 al. quas. 12 al. quam. 13 al. colitis. 14 al. Illius aura. 15 al. Venerem sanguinis expertem. 16 al. non votis esse tuam. al. vestris.
17 al. effice.

Sidera quur iterent? vtinam coma regia fiam
Proximus Hydrocoi [1] *fulgeret Oarion.*

AD IANVAM IMPVDICÆ CVIVSDAM MVLIERIS.

O DVLCI iucunda viro, iucunda parenti,
Salue, téque bona Iuppiter auctet ope
Ianua: quam Balbo dicunt seruisse benigne
Olim, quum sedis ipse senex tenuit:
Quamque ferunt rursus voto seruisse maligno,
Postquam es [2] *porrecto facta marita sene.*
Dic agedum nobis, quare mutata feraris
In dominum [3] *veterem deseruisse fidem.*
Non, ita Cæcilio placeã, quoi tradita nunc sum,
Culpa mea est, quamquam dicitur esse mea.
Nec peccatum à me quisquam pote dicere quidquam.
[4] *Verum isti populi nænia, Quinte, facit:*
Qui quacũq; aliquid reperitur nõ bene factum,
Ad me omnes clamant: Ianua culpa tua est.
Non istuc satis est vno te dicere verbo:
Sed facere, vt quiuis sentiat, & videat.
Quid possis, nemo quærit, nec scire laborat.
Nos volumus vobis dicere. ne dubita.
Primum igitur, virgo quod fertur tradita nobis,
Falsum est. [5] *non qui illam vir prior attigerit,*
Languidior tenera quoi pendens sicula beta
Nunquam dimidiam sustulit [6] *hanc tunicam.*
Sed pater [7] *ille sui nati violasse cubile*
Dicitur, & miseram conscelerasse domum.
Siue quod impia mens cæco flagrabat amore:
Seu quod iners sterili semine natus erat.
[8]*Et quærendum vnde vnde foret neruosius illuc*
Quod posset zonam soluere virgineam.
Egregium narras mira pietate parentem,
Qui ipse sui gnati [9] *imminxerit in gremium.*
Atqui non solum hoc se dicit cognitum habere
Brixia Chinea [10] *supposita specula:*
Flauus quam molli percurrit flumine Mela:
Brixia Verona mater amata mea:
Sed de Posthumio, & Corneli narrat amore:
Cum quibus illa malum fecit adulterium.
Dixerit hic aliquis, qui tu istæc Ianua nosti,
Quoi nunquam domini limine abesse licet,
Nec populum auscultare: sed huic suffixa tigillo
Tantum operire soles, aut aperire domum?
Sæpe illam audiui furtiua voce loquentem
Solam [11] *consciolis hæc sua flagitia,*
Nomine dicentem, quos diximus: vtpote quæ mi
Speraret nec linguam esse, nec auriculam.
Præterea addebat quendam, quem dicere nolo
Nomine, ne tollat rubra supercilia.
Longus homo est, magnas quoi lites intulit olim

1 al fulgeat. 2 al. proiecto. 3 al. Venerem.
4 al. Verum istæc potius ianitor ipse facit. al. Verum isti populo di mala multa ferant. al. Verum isti populo ianua quid reficit. al. isti populi ianua qui te facit. 5 al. namque illam. 6 al. ad tunicam. 7 al. ipsius. al. illius. 8 al. nec quærendum aliunde foret. 9 al. minxerit. 10 al. suppositum.
11 al. consiliis.

Fal-

Falsum mendaci ventre puerperium.

AD MANLIVM.

QVOD mihi fortuna, casuq; oppressus acerbo,
Conscriptum hoc lacrimis mittis epistolium:
Naufragũ vt eiectũ spumãtibus æquoris vndis
Subleuem, & à mortis limine restituam:
Quẽ neq; sancta Venus molli requiescere sõno
Desertum in lecto cœlibe perpetitur:
Nec veterum dulci scriptorum carmine Musæ
Oblectant, quum mens anxia peruigilet:
Id gratum est mihi, me quoniam tibi ducis amicum:
Muneraq;, & Musarũ hinc petis, & Veneris.
Sed, tibi ne mea sint ignota incõmoda Manli,
Neu me odisse putes hospitis officium:
Accipe queis merser fortunæ fluctibus ipse,
Ne amplius à misero dona beata petas.
Tẽpore quo primũ vestis mihi tradita pura est,
Iucundum quum ætas florida ver ageret:
Multa satis lusi, non est dea nescia nostri,
Quæ dulcem curis miscet amaritiem.
Sed totũ hoc studium luctu fraterna mihi mors
1 Abscidit, ô misero frater adempte mihi.
Tu mea, tu moriens fregisti commoda, frater.
Tecum vna tota est nostra sepulta domus.
Omnia tecum vna perierunt gaudia nostra,
Quæ tuus in vita dulcis alebat amor.
Quoius ego interitu tota de mente fugaui
Hæc studia, atque omnis delicias animi.
Quare, quod scribis Veronæ turpe Catullo
Esse: quod hic quisquis de meliore nota
Frigida deserto tepefecit membra cubili:
Id Manli non est turpe: magis miserum est.
Ignosces igitur, si, quæ mihi luctus ademit,
Hæc tibi non tribuo munera, quum nequeo.
Nam quod scriptorum non magna est copia apud me,
Hoc fit, quod Romæ viuimus, illa domus,
Illa mihi sedes, illic mea carpitur ætas:
Huc vna ex multis capsula me sequitur.
Quod quiũ ita sit, nolim statuas me mẽte maligna
Id facere aut animo non satis ingenuo:
Quod tibi non vtriusq; petiti copia facta est.
Vltro ego deferrem, copia si qua foret.
Non possum reticere, deæ, 2 qua me Allius in re
Iuuerit, aut quantis iuuerit officiis:
Ne fugiens sæclis obliuiscentibus ætas
Illius hoc cæca nocte tegat studium.
Sed dicam vobis: vos porrò dicite multis
Millibus, & facite hæc charta loquatur anus.
* * *
Notescatq; magis mortuus, atque magis:
Ne tenuem texens sublimis aranea telam,
3 In deserto Allij nomine opus faciat.
Nam mihi quam dederit duplex 4 Amathusia curam,
Scitis, & in quo me 5 torquerit genere:

1 al. abstulit. 2 al. qua Mallius. 3 al. Deserto in Manli. 4 al. Amathuntia. 5 al. corruerit. al. exercuerit. al. exhorruerit.

Quum tantum arderẽ, quantũ Trinacria rupes,
Lymphaque in Oetæis Malia Thermopylis,
Mœsta neque assiduo tabescere lumina fletu
Cessarent, tristique imbre madere genæ.
Qualis in aerij pellucens vertice montis
Riuus, muscoso prosilit è lapide.
Qui quum de prona præceps est valle volutus,
Per medium densi transit iter populi,
Dulce viatori lasso in sudore leuamen,
Quum grauis exustos æstus hiulcat agros.
Ac velut in nigro iactatis turbine nautis
Lenius aspirans aura secunda venit,
Iam prece Pollucis, iam Castoris implorata:
Tale fuit nobis Manlius auxilium.
1 Is laxum lato patefecit limite campum,
Isque domum nobis, isque dedit dominam:
Ad quam communes exerceremus amores,
Quo mea se molli candida diua pede
Intulit, & trito fulgentem in limine plantam
Innixa, arguta constituit solea.
Coniugis vt quondam flagrans aduenit amore,
Protesilaeam Laodamia domum
2 Inceptam frustra, nondum quum sanguine sacro
Hostia cælestis 3 pacificasset heros.
Nil mihi tam valde placeat, Rhamnusia virgo,
4 Quam temere inuitis suscipiatur heris.
Quam ieiuna pium desideret ara cruorem,
Docta est amisso Laodamia viro:
Coniugis ante coacta noui dimittere collum,
Quam veniens vna atque altera rursus hyẽs
Noctibus in longis auidum saturasset amorem:
Posset vt abrupto viuere coniugio.
Quod scibant Parcæ non longo tempore abesse,
Si miles muros isset ad Ilíacos.
Nam tum Helenæ raptu primores Argiuorum
Cæperat ad sese Troia ciere viros:
Troia nefas, cõmune sepulchrũ Asiæ, Europæq;,
Troia virum, & virtutũ omniũ acerba cinis.
5 Quæ, ve, ter nostro letum miserabile fratri
Attulit: hei misero frater adempte mihi.
Hei misero fratri iucundum lumen ademtum:
Tecum vna tota est nostra sepulta domus.
Omnia tecum vna perierunt gaudia nostra,
Quæ tuus in vita dulcis alebat amor,
Quem nunc tam longe non inter nota sepulchra,
Nec prope cognatos compositum cineres,
Sed Troia obscœna, Troia infelice sepultum
Detinet 6 extremo terra aliena solo.
*Ad quam tum properans fertur * vndiq; pubes*
Græca penetralis deseruisse focos:
Ne Paris abducta gauisus libera mœcha
Otia pacato degeret in thalamo.
Quo tibi tum casu, pulcherrima Laodamia,
Ereptum est vita dulcius, atque anima
Coniugium, tanto te absorbens vortice amoris
Æstus in abruptum detulerat barathrum.
Quale ferunt Graij Pheneum prope Cylleneum

1 al. is clausum. 2 al. incepta. 3 al. conciliaret. 4 al. quod. 5 al. quæ nempe & nostro. 6 al. à nostro.

Siccari emulsa pingue palude solum.
Quod quondam cæsis montis fodisse medullis
1 Audet falsiparens Amphitryoniades:
Tempore quo certa Stymphalia monstra sagitta
Perculit, imperio deterioris heri:
Pluribus vt cæli tereretur ianua diuis,
Hebe nec longa virginitate foret.
Sed tuus altus amor barathro fuit altior illo,
2 Quod diuum domitum ferre iugũ docuit.
Nam neque tam carum confecto ætate parenti
Vna caput seri nata nepotis alit:
Qui 3 quum diuitijs vix tãdem inuentus auitis
Nomen testatas intulit in tabulas,
Impia derisi gentilis gaudia tollens,
Suscitat 4 ab cano volturium capiti.
Nec tantum niueo gauisa est vlla columbo
Compar, 5 quæ multo dicitur improbius
Oscula mordenti semper decerpere rostro,
6 Quãquam præcipue multiuola est mulier,
7 Sed tu olim magnos vicisti sola furores,
Vt semel es flauo conciliata viro:
Aut nihil aut paulo quoi tum concedere digna
Lux mea se nostrum contulit in gremium.
Quam circũ cursans hinc illinc sæpe Cupido
Fulgebat crocina candidus in tunica.
Quæ tamen etsi vno non est contenta Catullo,
Rara verecundæ furta feremus heræ:
Ne nimium simus stultorum more molesti.
Sæpe etiam Iuno maxima cælicolum
Coniugis in culpa flagrauit quottidiana,
Noscens omniuoli plurima furta Iouis:
Atqui nec diuis homines componier æquum est:
Ingratum tremuli tolle parentis onus.
Nec tamen illa mihi dextra deducta paterna
Fragrantem Assyrio venit odore domum.
Sed furtiua dedit 8 mira munuscula nocte,
Ipsius ex ipso dempta viri gremio.
Quare illud satis est, si nobis 9 is datus imus,
Quem lapide illa diem candidiore notat.
Hoc tibi quod potui confectũ carmine munus
10 Pro multis, Alli, redditur officijs:
Ne 11 vostrum scabra tangat robigine nomen
Hæc atque illa dies, atque alia, atque alia:
Huc addent diui quam plurima, quæ Themis olim
Antiquis solita est munera ferre pijs.
Sitis felices & tu simul, & tua vita,
21 Et domus, ipse in qua lusimus, & domina:
Et qui principio 13 nobis te trandedit Vfens,
A quo primo sunt omnia nata bona:
Et longe ante omnis mihi quæ me carior ipso est
Lux mea: qua viua viuere dulce mihi est.

1 al. ausus. 2 al. qui te non domitum. al. qui diuum domitum. 3 al. cum. 4 al. à cano capite. 5 al. seu quicquid dicitur. 6 al quantum. 7 al. Sed tu harum magnos. 8 al. nigra. 9 al. id datur vnis. 10 al. Pro multis aliis redditur officiis. 11 al. nostrum. 12 al. Et domus ipsa, in qua. 13 al. nobis dominam dedit. al. uobis terram dedit.

IN RVFVM.

NOLI admirari, quare tibi fœmina nulla,
Rufe, velit tenerum supposuisse femur.
1 Non illam raræ labefactes munere vestis,
Aut perluciduli delitijs lapidis,
Lædit te quædã mala fabula, qua tibi fertur
Valle sub alarum trux habitare caper.
Hunc metuunt omnes: neque mirum. nã mala valde est
Bestia, nec quicum bella puella cubet.
Quare aut crudelem nasorum interfice pestem,
Aut admirari desine, quur fugiunt.

DE INCONSTANTIA FOEMINEI AMORIS.

NVLLI se dicit mulier mea nubere malle,
Quam mihi: non si se Iuppiter ipse petat.
Dicit: sed mulier cupido quod dicit amanti,
In vento, & rapida scribere oportet aqua.

AD VIRRONEM.

2 SI qua, Virro, bono sacrorum * obstitit hircus,
Aut si quem merito tarda podagra 3 secat:
Æmulus iste tuus, qui vostrũ exercet amorem
4 Mirifice est à te nactus vtrunque malum.
Nam quoties futuunt, toties vlciscitur, ambo,
Illam affligit odore, ipse perit podagra.

AD LESBIAM.

DICEBAS quondã, solum te nosse Catullum,
Lesbia: nec, pra me, velle tenere Iouem.
Dilexi tum te, non tantum vt volgus amicã:
Sed pater vt gnatos diligit, & generos.
Nunc te cognoui. quare, etsi impensius vror,
6 Multo mi tamen es vilior, & leuior.
Qui potis est? inquis, quod amãtẽ iniuria talis
Cogit amare magis, sed bene velle minus.

IN INGRATVM.

DESINE de quoquã quicquã bene velle mereri,
Aut aliquem fieri posse putare pium.
Omnia sunt ingrata: nihil feciſſe benigne est:
Imo etiam tædet, 7 siátque magisque magis:
8 Ve mihi, quem nemo grauius, nec acerbius vrget:
Quam modo qui me vnum, atque vnicum amicum habuit.

IN GELLIVM.

GELLIVS audierat, patruum obiurgare solere,
Si quis 9 delitias diceret, aut faceret.
Hoc ne ipsi accideret, patrui perdepsuit ipsam
Vxorem, & patruum reddidit Harpocratẽ.
Quod voluit, fecit. nã, quanuis inrumet ipsũ
Nunc patruum, verbũ non faciet patruus.

DE SVO INLESBIAM AMORE.

NVLLA potest mulier tantum se dicere amatã
Vere, quantũ à me, Lesbia, amata mea es.
Nulla fides vllo fuit vnquam fœdere tanta,
Quanta in amore 10 tuo ex parte reperta

1 al. non si illam. 2 al. si cui iure bono. 3 al. necat. 4 al. Mirifice est actu. al. mirifico est astu. 5 al. ambos. 6 al. multo ita me nec. 7 al. obstéque. 8 al. Vt mihi. 9 al. delicias. 10 al. suo.

mea

mea est.
1 Nunc est mẽs adducta tua, mea Lesbia, culpa,
Atque ita se officio perdidit ipsa pio:
Vt iã nec bene velle queã tibi, si optuma fias,
Nec desistere amare, omnia si facias.

AD SEIPSVM.

SIQVA recordanti bene facta priora voluptas
Est homini, quum se cogitat esse pium:
Nec sanctam violasse fidem, nec fœdere in vllo
Diuũ ad fallẽdos numine abusum homines:
Multa parata manent in longa ætate Catulle
Ex hoc ingrato gaudia amore tibi.
Nam quæcumque homines bene quoiquam, aut dicere possunt,
Aut facere: hæc à te dictaq; factaq; sunt.
Omnia quæ ingratæ perierunt credita menti.
Quare iam te quur amplius excrucies?
Quin te 2 animum offirmas atque instructoq; reducis?
Et, diis inuitis, desinis esse miser?
Difficile est, longum subito deponere amorem.
Difficile est: verum hoc qua lubet, efficias.
Vna salus hæc est, hoc est tibi peruincendum.
4 Hoc facies, siue id non pote, siue pote.
O dij si vestrum est misereri, aut si quibus vnquam
Extrema iam ipsa in morte tulistis opem:
Me miserum adspicite: & si vitam puriter egi,
Eripite hanc pestem, perniciemq; mihi.
5 Seu mihi subrepens imos, vt torpor, in artus,
Expulit ex omni pectore lætitias.
Non iam illud quæro, contra vt me diligat illa,
Aut, quod non potis est, esse pudica velit:
Ipse valere opto, & tetrum hunc deponere morbum.
O dij reddite mihi hoc pro pietate mea.

AD FVRVM.

RVFE mihi frustra, ac nequicquam 6 cognite amice.
Frustra? imo magno cum pretio, atq; malo:
Siccine subrepisti mi, atque intestina perurens
Mi misero eripuisti? omnia nostra bona
Eripuisti, heu heu nostræ crudele venenum
Vitæ, heu heu nostræ pestis amicitiæ?
Sed nunc id doleo, quod pura 7 pura puellæ
Sauia 8 comminxit spurca saliua tua.
Verum id non impune feres. nam te omnia sæcla
Noscent, & qui sis, fama loquetur anus.

DE GALLO.

GALLVS habet fratres: quorum est lepidissima coniunx
Alterius: lepidus filius alterius.
Gallus homo est bellus, nam dulcis iungit amores,
Cum puero vt bello bella puella cubet.
Gallus homo est stultus, nec se videt esse maritum,
Qui patruus patrui monstret adulterium.

IN GELLIVM.

1 GELLIVS est polcher: quidni? quem Lesbia malit,
Quam te cum tota gente, Catulle, tua.
Sed tamen hic polcher vendat cum gente Catullum.
Si tria 2 notorum sauia reppererit.

AD GELLIVM.

QVID dicam, Gelli, quare rosea ista labella
Hiberna fiant candidiora niue?
Mane domo quum exis, & quum te octaua quiete
3 Et mollis longo suscitat hora die:
Nescio quid certe est. an vere fama susurrat,
Grandia te medij tenta vorare viri?
4 Sic certe. clamant 5 Victoris rupta miselli
6 Ilia, & è mulso labra notata sero.

AD IVVENTIVM.

NEMONE in tanto potuit populo esse, Iuuenti,
Bellus homo, quem tu diligere inciperes?
Præterquam iste tuus moribunda à sede Pisauri
Hospes, inaurata pallidior statua:
Qui tibi nunc cordi est, quẽ tu præponere nobis
Audes. Ah nescis, quod facinus facias.

AD QVINTIVM.

QVINTI, si vis oculos debere Catullum,
Aut aliud, 7 si quid carius est oculis:
Eripere ei noli, multo quod carius illi
Est oculis, seu quid carius est oculis.

IN LESBIÆ MARITVM.

LESBIA mi præsente viro mala plurima dicit.
Hoc illi fatuo maxima lætitia est.
Mule nihil sentis. si nostri oblita taceret,
Sana esset. quod nũc 8 gannit, & obloquitur,
Nõ solũ meminit: sed, quæ multo acrior est res,
Irata est: hoc est, vritur, & loquitur.

DE ARIO.

CHOMMODA dicebat si quãdo cõmoda vellet
Dicere, & hinsidias Arius insidias.
Et tum mirifice sperabat se esse locutum,
Quum quantum poterat, dixerat hinsidias.
Credo sic mater, sic Liber auunculus eius,
Sic maternus auus 9 dixerit, atque auia.
Hoc misso in Syriam, requierãt omnibus aures
Audibant eadem hæc leniter, & leuiter.
Nec sibi post illa metuebant talia verba,
Quum subito adfertur nuntius horribilis:

1 al. Huc est mens deductas.
2 al. animo affirmas, al. obfirmas.
3 al. astringisque, reducisque.
4 al. hoc face sis siue id.
5 al. quæ mihi. 6 al. credite.
7 al. impura.
8 al. coniunxit.

1 al. Lesbius. al. Clodius. al. Cælius. 2 al. amatorum, 3 al. è molli longo.
4 al. Virronis. al. vnctoris. al. Varronis rupta Viselli. 5 al. sic certe est. clamant. al. sed certè clamant. 6 al. ille te mulso.
7 al. seu quid. 8 al. garrit.
9 al. dixerat.

Ionios fluctus, postquam illuc Arius isset,
Iam non Ionios esse, sed Hionios.

IN LESBIAM.

ODI, & amo. quare id faciam, fortasse requiris.
Nescio: sed fieri sentio, & excrucior.

IN QVINTIAM ET LESBIAM.

QVINTIA formosa est multis: mihi candida, longa
Recta est. [1] *hoc ego. sit singula confiteor.*
Totum illud, formosa, nego. nam nulla venustas,
Nulla in tam magno est corpore mica salis.
Lesbia formosa est: quæ cum pulcherrima tota est.
Tum omnibus una omnis surripuit Veneres.

IN GELLIVM.

QVID facit is, Gelli, qui cum matre: atque sorore
Prurit, & abiectis peruigilat tunicis?
Quid facit is, patruum, qui non sinit esse maritum?
Ecquid scis, quantum suscipiat sceleris?
Suscipit, ô Gelli, quantum non vltima Tethys,
Non genitor Nympharum [2] *abluit Oceanus.*
Nam nihil est quicquam sceleris, quod prodeat vltra.
Non si demisso se ipse voret capite.

IN EVNDEM.

GELLIVS est tenuis, quidni? quoi tam bona mater,
Tamque valens viuat, tamque venusta soror,
Tamque bonus patruus, tamque omnia plena puellis
Cognatis, quare is desinat esse macer?
Qui vt nihil [3] *adtingit: nisi quod fas tangere non est,*
Quantum vis quare sit macer, inuenies.

IN EVNDEM.

NASCATVR Magus ex Gelli, matrisque nefando
Coniugio, & discat Persicum haruspicium.
Nam Magus ex matre & gnato gignatur oportet,
Si vera est Persarum impia religio:
Gnatus vt accepto veneretur carmine diuos, [4]
Omentum in flamma pingue liquefaciens.

IN EVNDEM.

NON ideo, Gelli, sperabam te mihi fidum
In misero hoc nostro perdito amore fore:
Quod te cognossem bene, [5] *constantemq; putarem*
Aut posse à turpi mentem inhibere probro. [6]
Sed neque quod matrem, nec germanam esse videbam
Hanc tibi, quoius me magnus edebat amor.
Et quanuis tecum multo coniungerer vsu,
Non satis id causæ credideram esse tibi.
Tu satis id duxti. tantum tibi gaudium in omni
Culpa est, in quacunque est aliquid sceleris.

IN LESBIAM.

LESBIA mi dicit semper male, nec tacet vnquam
De me: [1] *Lesbia me, dispeream, nisi amat.*
Quo signo? [2] *quasi non totidem mox deprecor illi*
Assidue: verum dispeream, nisi amo.

IN CÆSAREM.

NIL nimium studeo, Cæsar, tibi velle placere:
Nec scire vtrum sis albus, an ater homo.

IN MENTVLAM.

MENTVLA mœchatur, mœchatur mentula certe.
Hoc est, quod dicunt, Ipsa olera olla legit.

IN SMYRNAM CINNÆ.

SMYRNA mei Cinnæ nonã post denique messem
Quam cœpta est, nonámque edita post hiemẽ,
Millia quum interea quingenta Hortensius uno
* * * *
Smyrna cauas [3] *Atracis penitus mittetur ad undas.*
Smyrnam incana diu secula peruoluent.
At [4] *Vóluſij annales* [5] *apuã porgẽtur ad ipsam.*
Et laxas scombris sæpe dabunt tunicas.
Parua mei mihi sunt cordi monimenta [6] *laboris.*
At populus tumido gaudeat Antimacho.

AD CALVVM DE QVINTILIA.

SI quicquam mutis gratum acceptum vt sepulchris
Accidere à nostro, Calue, dolore potest,
[7] *Quo desiderio veteres renouamus amores,*
Atque olim missas flemus amicitias:
Certe non tanto mors immatura dolori est
Quintiliæ, quantum gaudet amore tuo.

IN ÆMILIVM.

NON, ita me dij ament, quicquã referre putaui
Vtrúmne os an culum olfacerem Æmilio.
Nil immundius hoc, [8] *nihiloq; immundius illud.*
[9] *Verum etiam culus mundior, & melior.*
Nam sine dentibus est. hoc dentis sesquipedalis,
Gingiuas vero ploxemi habet veteris.
Præterea rictum, [10] *qualem defessus in æstu*
Meientis mula cunnus habere solet.
Hic futuit multus, & se facit esse venustum.
Et non pistrino traditur, atque asino?
Quem si quam attingit, non illam posse putemus
Ægroti culum lingere carnificis?

IN VECTIVM.

IN te [11] *si quicquam, dici pote putide Vecti,*
Id quod verbosis dicitur, & fatuis:
Ista cum lingua, si vsus veniat tibi, possis
Culos & crepidas [12] *lingere* [13] *carbatinas.*
Si nos omnino vis omnis perdere Vecti,
Dicas: omnino quod cupis efficies.

AD IVVENTIVM.

SVBRIPVI tibi, dum ludis, mellite Iuuenti,
Suauiolum dulci dulcius ambrosia.
Verum id non impune tuli, nanq; amplius horã

1 al. dispereã, me nisi Lesbia amat. 2 al. quasi eadem totidem. 3 al. Athesis. 4 al. Volusi. 5 al Paduam morientur ad ipsam. al. Pataui morientur ad vrbem. 6 al. sodalis. 7 al. Cum desiderio. 8 al. nihil est immundius illo. 9 al. Vtrúmne. 10 al. qualis defessus in æstu. 11 al. si quẽquã. 12 al. trepidas. 13 al. cercolipas.

Suffi-

Suffixum in ſumma me memini eſſe cruce:
Dum tibi me purgo, nec poſſum fletibus vllis
Tantillum voſtræ demere ſæuitiæ.
Nam ſimul id factum eſt, multis diluta labella
Guttis abſterſiſti omnibus articulis:
Ne quicquam noſtro contractum ex ore maneret,
Tanquam 1 commictæ ſpurca ſaliua lupæ.
Præterea infeſto miſerum me tradere amori
Non ceſſaſti, omnique excruciare modo:
Vt mi ex ambroſia mutatum iam foret illud
Sauiolum, triſti triſtius helleboro.
Quam quoniam pœnam miſero proponis amori,
2 Non vnquam poſthac baſia ſubripiam.

DE COELIO ET QVINTIO.

COELIVS Auſilenum, & Quintius Auſilenam
Flos Veronenſium depereunt iuuenum,
Hic fratrem, ille ſororẽ, hoc eſt, quod dicitur illud
Fraternum vere dulce ſodalitium.
Quoi faueam potius? Cœli, tibi nam tua nobis
3 Perſpecta exigitur vnica amicitia:
Quum veſana meas torreret flamma medullas.
Sis felix Cœli, ſis in amore potens.

INFERIÆ AD FRATRIS TVMVLVM.

MVLTAS per gentis, & multa per æquora vectus
Aduenio has miſeras, frater, ad inferias:
Vt te poſtremo donarem munere mortis,
Et mutum nequicquam alloquerer cinerem.
Quandoquidem fortuna mihi tete abſtulit ipsũ,
Heu miſer indigne frater adempte mihi.
Nunc tamen interea priſco quæ more parentum
Tradita ſunt triſtis munera ad inferias,
Accipe fraterno multum manantia fletu:
Atque in perpetuum, frater aue, atque vale.

AD CORNELIVM.

SI quicquã tacito commiſſum eſt fido ab amico,
Quoius ſit penitus nota fides animi:
4 Meque eſſe inuenies illorum iure ſacratum.
Corneli, & factum me eſſe puta Harpocratem.

AD SILONEM.

AVT ſodes mihi redde decem ſextertia, Silo,
Deinde eſto quamuis ſæuus & indomitus.
Aut, ſi te nummi delectant, deſine quæſo
Leno eſſe, atque idem ſæuus & indomitus.

AD QVENDAM DE LESBIA.

CREDIS, me potuiſſe meæ 5 maledicere vitæ,
Ambobus mihi quæ carior eſt oculis?
Non potui, nec, ſi poſſem, tam perdite amarem:
Sed tu cum 6 Tappone omnia monſtra fucis.

IN MENTVLAM.

MENTVLA conatur Pimplæum ſcandere Muſæ furcillis præcipitem ejiciunt. (montem.

DE PVERO ET PRÆCONE.

CVM puero bello præconem qui videt eſſe,
Quid credat, niſi ſe vendere diſcupere?

1 al commiſtę 2 al. nunquam iam.
3 al. perfecta. 4 al. Me vnum eſſe inuenies.
5 al. valedicere. 6 al. Caupone.

AD LESBIAM.

SI quicquam cupidoque, optantique obtigit vnquam
Inſperanti, hoc eſt gratum animo proprie.
Quare hoc eſt gratum, nobis quoque carius auro:
Quod te reſtituis Lesbia mi cupido.
Reſtituis cupido, atque inſperanti ipſa refers te
Nobis. 1 o lucem candidiore nota.
Quis me vno viuit felicior, 2 aut magis eſt me
Optandus vita, dicere quis poterit?

IN COMINIVM.

SI, Comini, populi arbitrio tua cana ſenectus
Spurcata impuris moribus intereat:
Non equidem dubito, quin primum inimica bonorum
Lingua execta auido ſit data volturio:
Effoſſos oculos voret atro gutture coruus:
Inteſtina canes, cætera membra lupi.

AD LESBIAM.

IVCVNDVM, mea vita, mihi pponis amorẽ
Hunc noſtrum inter nos, perpetuumque fore.
Dij magni, facite, vt vere promittere poſſit:
Atque id ſincere dicat, & ex animo.
Vt liceat nobis tota perducere vita
Alternum hoc ſanctæ fœdus amicitiæ.

AD AVFILENAM.

AVFILENA, bonæ ſemper laudãtur amicæ.
Accipiunt precium, quæ facere inſtituunt.
Tu quod promiſti mihi, quod mentita inimica es,
Quod nec das nec fers: ſæpe facis facinus.
Aut facere ingenuæ eſt, aut non promiſſe pudicæ,
Auſilena, fuit. Sed data corripere
Fraudando, 3 effexit pluſquam meretricis auaræ,
Quæ ſeſe toto corpore proſtituit.

AD EANDEM.

AVFILENA, viro 4 contentas viuere ſolo
Nuptarum laus è laudibus eximijs.
Sed quotuis quamuis potius ſuccumbere fas eſt,
Quam matrem fratres efficere ex patruo.

IN NASONEM.

MVLTVS homo (es, Naſo, nam tecum multus homo) eſt, qui
Deſcendit? Naſo, multus es & pathicus?

AD CINNAM.

CONSVLE Pompeio primum duo, Cinna,
5 ſolebant
6 Mœchi. illi ab facto conſule nunc iterum
Manſerunt duo. ſed creuerunt millia in vnum
7 Singulum. fœcundum ſemen adulterio.

IN MENTVLAM.

8 FORMIANVS ſaltus non falſo, Mentula, diues
Fertur. qui 9 quot res in ſe habet egregias?
Aucupia omne genus, piſcis, prata, arua, ferásq;

1 ô mihi cara magis candidiore nota: 2 al. aut magis hac eſt optandus vita. 3 al. efficitur.
4 al. contentam. 5 al. ſedebant 6 al. Mœchilia 7 al. ſingula. 8 al. firmano ſaltu. al. firmiano. 9 al. tot.

Nequicquam fructus 1 sumptibus exuperas.
Quare concedo sit diues, dum omnia desint.
Saltum laudemus, 2 dum modo ipse egeas.

IN EVNDEM.

MENTVLA habet 3 iusta triginta iugera prati,
Quadraginta arui. cætera sunt maria.
Quur non diuitiis Crœsum superare potis sit,
Vno qui in saltu 4 totmoda possideat?
Prata, arua, ingentis siluas, saltusque, paludesque
Vsque ad Hyperboreos, & mare ad Oceanum.
Omnia magna hæc sunt. 5 tamen ipse est maximu' lustro,

1 al. sumptibus exuperat.
2 al. dum tamen ipse egeat. 3 al. instar.
4 al. tot bona. 5 al. tamen vt sint maxima & vltra. al. tamen ipse est maximus vltor.

Non homo, sed vere Mentula 1 magna, minax.

AD GELLIVM.

SÆPE tibi studioso animo 2 venanda requirens
Carmina vti possem mittere Battiadæ,
Quæis te lenirem nobis, neu conarere
3 Telis infesto mi itere, musca, caput:
Hunc video mihi nunc frustra sumptũ esse laborẽ,
Gelli, nec nostras hinc valuisse preces.
Contra nos tela ista tua euitamus amictu.
4 At sixus nostris tu dabi' supplicium.

AD PRIAPVM.

Hunc lucum tibi dedico consecroq; Priape,
Nam te præcipuè in suis vrbibus colitus ora
Helleſpontiaca: cæteris ostreosior oris.

1 al. magna nimis. 2 al. veniã dare queres 3 al. Telis infestum icere. al. iicere. 4 al. Affixus.

CORN. LICINII CALVI VITA,

EX PETRO CRINITO ET Lilio Giraldo desumpta.

CORNELIVS Licinius Caluus C. Licinij Macri filius in Poëmatis scribendis perelegans habitus est, & apud veteres inter optimos poëtas relatus, ingenio lepido, & vrbano fuit: cumque suauissimis moribus præstaret, præcipuè dilectus est à Val. Catullo, qui summa familiaritate cum eo vixit, quod ex Catulli versibus facilè possumus colligere. Dicitur fuisse breui statura, & exiguo corpore, sed acer & vehemens in dicendo. Idem Caluus puellam Quintiliam incredibili amore dilexit, cuius prematuram mortem quàm molesto animo ferret, testatus est scriptis carminibus de obitu illius. Eruditionem Calui atque elegantiam in cõponendis versibus præcipuè commendauit Sentius poëta & M. Cicero, qui refert eum in scribendis iambicis præstitisse. In iis enim minimè dubitauit principes etiam ciuitatis acerrimè insectari, vt C. Cæsarem & Pompeium. Scribit Suetonius, C. Caluo post famosa epigrammata de reconciliatione per amicos agenti, vltrò ac priorem scripsisse Cæsarem: clemens vsque adeo vbique Cæsar. fuisse eundem oratorem egregium & disertum ostendunt Fabius Quintil. & Annæus Seneca qui hunc tradunt habuisse se diu iniquissimam litem cum M. Cic. de principatu eloquentiæ, & contra Vatinium in eo accusando violentum se atque acerrimum præstitisse. Periit verò Caluus iuuenis adhuc, vt ipse Cicero videtur ostendere.

CORN. LICINII CALVI VETERVM AVCTORVM TESTIMONIA.

EX CICERONE IN BRVTO.

QVamquam facienda mentio est, vt quidem mihi videtur, duorum adolescentium: qui si diu vixissent, magnam essent eloquentiæ laudem consecuti.

secuti. C. Curionem te, inquit Brutus, & C. Licinium Caluum arbitror dicere. Rectè, inquam, arbitraris.

Ex eodem ibid.

Sed ad Caluum reuertamur, qui orator fuisset cùm litteris eruditior, quàm Curio, tum etiam accuratius quoddam dicendi & exquisitius afferebat genus: quam scienter, eleganterque tractabat, nimiũ tamen inquirens in se: atque ipse sese obseruans, metuénsque ne vitiosum colligeret, etiam verum sanguinem deperdebat. Itaque eius oratio nimia religione attenuata, doctis & attentè audientibus erat illustris: à multitudine autem & à foro, cui nata eloquẽtia est, deuorabatur.

Ex eod. lib. epist. 15. epist. vlt.

Deinde ingenium eius meliоribus extuli laodibus, quàm tu id verè potuisse fieri putas. Primùm, quod ita iudicabam, acutè mouebatur, genus quoddam sequebatur: in quo iudicio lapsus, quo valebat, tamen assequebatur, quod probaret. Multa erant & reconditæ litteræ: vis non erat. Ad eam igitur adhortabar. In excitando autem & in acuendo plurimùm valet, si laudes eum, quem cohortere. Habes de Caluo iudicium, & consilium meum: consilium, quòd hortandi causa laudaui: iudicium, quòd de ingenio eius valdè existimaui benè.

Ex eod. lib. epist. ad Atticum epist. 13.

Caluum ex Nanneianis illum, illum laudatorem meum: oratione erga me honorifica ad te scripseram.

Ex Seneca in Controuersiis.

Caluus qui diu cum Cicerone iniquissimam litem de principatu eloquẽtiæ habuit, vsque eò violentus accusator & inritatus fuit, vt in media eius actione surgeret Vatinius reus, & exclamaret, Rogo vos iudices, nũ si iste disertus est, ideò me damnari oportet? Solebat præterea excedere subsellia sua, & impetu latus vsque in aduersariorum partes transcurrere. Et carmina quoque eius quamuis iocosa sint, plena sunt ingentis animi.

Ex Catullo. 25.

Atque illinc abij, tuo lepore
Incensus, Licini, facetiisque,
Vt nec me miserum cibus tuuaret
Nec somnus tegeret quiete ocellos
Sed toto indomitus furore lecto
Versarer, cupiens videre lucem,
Vt tecum loquerer, simúlque vt essem.

Ex eodem.

Risi nescio quem modo in corona,
Qui, quum mirifice Vatiniana
Meus crimina Caluus explicasset,
Admirans ait haec, manusque tollens:
Di magni, salaputium disertum.

Ex Ouidio.

Par fuit exigui similisque licentia calui,
Detexit variis qui sua furta modis.

CORN. LICINII CALVI FRAGMENTA QVÆ EXSTANT.

DVmus fugis & laboriosum,
Pollentémque deum Venerem.
Et talis Curius pereruditus
Vaga candida nympha quod secet
vngui.
Mens mea dira sibi prædicens omnia vecors.
Frigida iam celeris vergatur Vestinis ora.
Hesperium ante iubar quatiens.
--- Digito caput vno
Scalpit: quid credas hunc sibi velle virum.

C. HELVII CINNÆ VITA,

Ex Petro Crinito & Lilio Giraldo desumpta.

GAIVS Heluius Cinna, vel vt aliqui, Heluius Cinna, poëta & ipse in epigrammatis & poematis describendis nobilis habitus est: eadem ætate claruit, vt cõstat, qua Catullus, Caluus, Hortensius & Cornificius celebres fuerũt. Cõmendatur maximè illius ingeniũ atque diligentia in absoluendis carminibus. Inter cæteros amicos poetam Catullum, & Valerium Catonem summa beneuolentia dilexit, qui Lydiam & Dianam composuit. Idem Cinna opus perfecit titulo Smyrnæ, in quo absoluendo nouennium consumpsit, non sine magna laude sui nominis. Gellius & alij grammatici persæpe citant Heluij Cinnæ poemata. Ex quibus apertè colligitur, quàm falsa sit atque inepta illorum opinio, qui scripserunt fuisse hunc poetam implicatum & perobscurum. Sunt qui credant eundem esse qui occisus fuerit à plebe Romana pro Cornelio Cinna similitudine nominis decepta: quo tempore celebratum est funus C. Cæsaris, ac Romana plebs cum facibus ad ædes Bruti & Cassij accessit.

C. HELVII CINNAE TESTIMONIA VETERVM.

Ex MARTIALE.

Iudice te maior Cinna Marone fuit.

Ex Suetonio.

PLebs statim à funere ad domum Bruti & Cassij cum facibus tetendit, atque ægrè repulsa obuium sibi Heluium Cinnam per errorem nominis quasi Cornelius esset, is quem grauiter pridiè concionatum de Cæsare requirebat occîdit, capútque præfixum eius hastæ circumtulit.

C. HELVII CINNAE FRAGMENTA QVÆ EXSTANT.

NEC tam donorum ingentes mirabere aceruos.
Innumerabilibus 1 *congestis vndique seclis,*
Iam inde à Belidis, natalique vrbis ab anno
Cecropis, atque alta Tyrÿ ab origine Cadmi.
Te matutinus flentem conspexit eous,
Et flentem paulo vidit, pòst hesperus idem.
Hæc tibi Aratæis multum inuigilata lucernis.
Carmina, quîs ignes nouimus atherios,

1 congestos.

1 Lauis

Lauis in aridulo malua deſcripta libello
Pruſiaca vexi munera nauicula.
At ſcelus incesto Cinyra creſcebat in aluo.
Secula permaneat noſtri Diana Catonis.

1 Læuus. 2 incaſtum. 3 turpi.

Lucida conſulgent alti carceria mali.
Atq; anquina regit ſtabilem fortiſſima curſum.
At nunc me genij nona per ſalicta
Digis nieda rapit citata nanes.
--Miſeras audet galiare puellas.

M. FVRII BIBACVLI VITA

Ex Petro Crinito deſumpta.

MARCVS Furius qui cognomine Bibaculus eſt appellatus, Cremonæ (vt quidam ſcribunt) natus eſt iiſdem prope temporib⁹ quibus poeta Lucilius & Sext. Turpilius Comœdiarũ ſcriptor, perierunt. Fuit ingenio sũmo & in primis lepido: adeo vt de ſuo quoque nomine iocatus dicatur: & bibaculus eram & vocabar. Quod eſt ab eo dictum imitatione poetæ Anacreontis, qui neq; proprio nomini pepercit. Idem Furius Bibaculus in carmine Iambico verſatus eſt, cuius acerbitatem tam doctè quàm egregiè expreſſit, vt non minorem laudem tulerit, quam Val. Catullus aut Horatius: quocirca veriſimile eſt, Meſſalam Coruinũ pertimuiſſe ingenium & mordacitatem Bibaculi, cùm in epiſtola ſcripſerit, nihil ſibi eſſe cum poeta Bibaculo. Amicos habuit Gallum poetam & Val. Catonem, quorum ingenium ac doctrinam ſuis hendecaſillabis laudat.

M. FVRII BIBACVLI FRAGMENTA QVÆ EXSTANT.

SI QVIS fortè mei domum Catonis,
Depictas minio aſſulas, & illos
Cuſtodes videt, hortulos Priapi,
Miratur quibus ille diſciplinis
Tantam ſit ſapientiam aſſequutus,
Quem tres calculi & ſelibra farris,
Racemi duo tegula ſub vna
Ad ſummam propè nutriant ſenectam.

Et idem rurſus.

Catonis modò Galle Tuſculanum
Tota creditor vrbe venditabat.
Mirati ſumus vnicum magiſtrum,
Summum grammaticum optimum poetam,
Omnes ſoluere poſſe quæſtiones,
Vnum 1 difficilè expedire nomen.
En cor Zenodoti, en Iecur Cratetis.
Orbilius vbinam eſt literarum obliuio.

1 nullum

PVBLII TERENTII VARRONIS ATACINI VITA

EX PETRO CRINITO DESVMPTA.

PVBLIVS Terentius Varro Atacinus iiſdem tẽporibus natus eſt quibus M. Cicero & Hortenſius clari habebantur in eloquentia. Quidam ob id vocarunt Atacinum, quod oriundus foret ab Atace vicõ prouinciæ Narbonenſis, vel ab Atace fluuio vt alij exiſtimant. Ingenio præclaro fuit & in componendis poematis

mirifico ſtudio incubuit. Idem Varro ſingulari diligentia vt traditur Græcas literas didicit, quò facilius poſſet illorum ingenia, arq; doctrinas imitari. Scripſit Argonautica ſequutus Apollonium Rhodium: ſuúmque opus libris quatuor abſoluit, ſi antiquis authoribus credimus. Probus Valerius & alij Grammatici celebrant Argonautica Atacini, ac ſæpe verſiculos ex illis referunt. ſcripſit etiam epigrammata & carmen Elegiacum in quo decãtauit puellam nomine Leucadiam quam præcipuè dilexit. Illud præterea relatum eſt ab antiquis authoribus, Publium Virgilium magnopere delectatum Varronis ingenio, ac illius carmen magno ſtudio imitatum.

VETERVM AVTHORVM DE VARRONE ATTACINO TESTIMONIA.

EX QVINTILIANO.

ATtacinus in his, per quæ nomen eſt aſſequutus interpres operis alieni non ſpernendus quidem, verùm ad augendum facultatem dicendi parum locuples.

PVBLII TERENTII VARRONIS ATACINI FRAGMENTA QVÆ EXSTANT.

VM liceat pelagi volucres tardaque paludis
Cernere inexpleto ſtudio certare lauandi,
Et velut inſolitum pennis infundere rorem,
Aut arguta lacus circumuolitauit hirundo,
Et vos ſuſpiciens cælum (mirabile viſu)
Naribus aerium patulis decerpſit odorem:
Nec tenuis formica canis non euehit ona.
Frigidus & ſyluis Aquilo decuſſit honorem.
Deſierant latrare canes, vrbéſque ſilebant.
Omnia noctis erant 1 placida compoſta quiete.
Cingitur Oceano, Libyco mare flumine Nilo.
Cuius vt aſpexit torta caput atque reuinctum.

1 tacita.

C. TICIDAE VITA,

EX PETRO CRINITO DESVMPTA.

CAIVS Ticida in ſcribẽdis epigrammatis claruit his maximè temporibus, quibus Cor. Cinna, Val. Catullus & Cornificius præſtiterunt. Afferuntur à Grãmaticis noſtris Ticidæ verſus, ex quib' colligitur, fuiſſe illum eleganti ingenio, & ad ſcribendum carmẽ accõmodato. Non deſunt apud nos qui tradant ab eodem Ticida, dilectam fuiſſe Metellam, quam mutatõ nomine Perillam appellauit: quod etiam Catullus fecit, qui Lesbiã pro Clodia nominauit. Habuit inter principes amicos Val. Catonem, cuius poemata illuſtrauit editis verſibus de Lydia ilius. Priſcianus Ticidam in Hymenæo citat. Ouidius quoque inter eos Poetas hunc enumerat qui amores decantarant, vt Metellum Cornificium, Hortenſium, Catonem, Caluum, & alios. Hæc ſunt quæ de C. Ticida apud veteres legimus.

C. TI-

C. TICIDÆ FRAGMENTA QVÆ REPERIVNTVR.

IN LYDIA.

LYDIA, doctorum maxima cura, liber.

IN HYMENÆO.

Fœlix lectule talibus sole amoribus.

Lena delirita argento nutum obseruabit meum,
Quid velim, quid studeam adueniens digito impellam ianuam.
Fores patebunt. dumprouiso Chrysis vbi me adspexerit,
Alacris obuiam mihi veniet, complexum exoptans meum:
Mihi se dedet.
Fortunam ipsam anteibo fortunis meis.

FVRII ANTIATIS VITA EX PETRO CRINITO DESVMPTA.

FVRIVS Antias poeta insignis habitus est, & inter vetustiores receptus. Macrobius Furium hunc, & alios complures enumerat, à quibus poeta Vergilius permulta (vt fit) mutuatus est: vt Ennium Næuium, Accium, Lucretium, & Varium. Idem Furius Annales composuit hexametris versibus & poemata satis erudite, & eleganter. Neque probandus est Gesselius Vindex Grammaticus, qui reprehendere Furium ausus est, atque in ordinem redigere. Qua in re parum prudēter se criticum professus est, vt A. Gellius testatur. Itaque petulantiæ simul atque insciciæ arguitur, quòd hæc verba damnauerit in Furij poematis, id est, terram lutescere, noctescere, increscere, purpurare, opulescere. Nonius Marcellus & alij Grammatici persæpe afferunt versus Furij Antiatis, ex quibus colligitur, non defuisse ingenium aut eruditionem.

FVRII ANTIATIS FRAGMENTA QVÆ EXSTANT.

EX ANNALIBVS.

ITEM QVE rigat per pectora somnum.
Interea Oceani linquens Aurora cubile:
Ille graui subitò deuinctus vulnere habenas
Misit equi, lapsúsque in humum defluxit, & armis
Reddidit aratus sonitum.

LIBRO VI.

Quod genus hoc hominum Saturno sancte create?

LIBRO X.

Rumoréque ferunt varios ac multa requirunt.
Nomine quenque ciet, dictorum tempus adesse
Commemorat,
Confirmat dictis simul, atque excsuscitat acres
Ad vellandum animos, reficitque ad prælia mentes.

POEMATIS.

Sanguine diluitur tellus, caua terra lutescit:
Omnia notescunt tenebris, calignis atræ:
Increscunt animi, virescit vulnere virtus.
1 Sicut fulica leuis volitat super æquora classis,
Spiritus Eurorum virides quum purpurat vndas,
Quo magis in patriis possint opulescere campis.

1 Vt fulica ipsa leuis.

LAVREÆ TVLLII VITA,

EX PETRO CRINITO

DESVMPTA.

LAVREA Tullius, M. Tullij oratoris libertus fuit, & à patrono suo propter ingenium atque eruditionis elegantiam magnopere dilectus. Cicero enim Tironem ac Lauream libertos suos magni fecit, quod cùm alia multa tum illius epistolæ testantur. Ipse autem Laurea ingenio præstitit, ac in poematis scribendis claruit: quæ res Plinij testimonio pater, qui præcipuis laudibus carmē illius cōmendat. Inter alia epigrammata scripsit illud notum de laude Marci Ciceronis, ac de aquis in Academia via erumpentibus, quæ remedium ægris oculis afferrent. Leguntur & apud Græcos epigrammata Laureæ, in quibus par elegātia atque eruditio habetur. Mihi non satis constat an idem sit qui fuerit Marci Tullij libertus.

LAVREÆ TVLLII

FRAGMENTA QVÆ REPERIVNTVR.

QVOD tua Romanæ vindex clarissime linguæ
Sylua loco melius surgere iussa viret,
Atque Academiæ celebratam nomine villam
Nunc 1 *reparat cultu sub potiore vetus:*
Hinc etiam apparent lymphæ non antè repertæ,
Languida quæ infuso lumina rore leuant:
Nimirum locus ipse sui Ciceronis honori
Hoc dedit, hac fontes cùm patefecit ope:
Vt quoniam totum legitur sine fine per orbem
Sint plures oculis quæ medeantur aquæ.

1 reparas.

1 Hic.

VIRGILII MARONIS VITA

autore

TIBERIO DONATO.

PVBLIVS VIRGILIVS MARO parentibus modicis fuit, & præcipuè patre Marone, quem quidam opificem figulum: plures, Magi cuiusdam viatoris initio mercenarium, mox ob industriam generum tradiderunt. quem quum agricolationi reique rusticæ, & gregibus præfeciſſet socer, syluis coemundis & apibus curandis reculam auxit. Natus est Cn. Pompeio Magno, & M. Licinio Crasso primum coss. Iduum Octobrium die, in pago qui Andes dicitur: qui est à Mantua non procul. Prægnans mater Maia, quum somniasset enixam se laureum ramum, quem compactum terræ coaluisse, & excreuisse illico in speciem maturæ arboris, refertæ variis pomis & floribus, cerneret: sequenti luce cum marito rus propinquum petens, ex itinere diuertit, atque in subiecta fossa partu leuata est. Ferunt,

runt,infantem,vt fuit editus, nec vagisse,& adeò miti vultu fuisse vt haud dubiam spem prosperioris genituræ iam tum indicaret. Et accessit aliud præsagium,Siquidem virga populea more regionis in puerperijs eodem statim loco depacta,ita breui coaluit,vt multo antè satas populos adęquauerit: quæ,arbor Virgilij ex eo dicta, atque consecrata est, summa grauidarum & fœtarum religione,suscipientium ibi & soluentium vota.

Initia ætatis,id est,vsque ad septimum annum,Cremonæ egit:& XVII. anno virilem togam cepit,illis consulibus iterum quibus natus erat. Euenítque vt eo ipso die Lucretius poeta decederet.Sed Virgilius Cremona Mediolanũ, & inde paulo pòst Neapolim transiit:vbi quum literis & Græcis & Latinis vehementissimam operam dedisset, tandem omni cura omníque studio indulsit medicinæ & mathematicis.Quibus rebus quum ante alios eruditior peritiórque esset,se in vrbem contulit: statímque magistri stabuli equorum Augusti amicitiam nactus,multos variósque morbos incidentes equis curauit.At Augustus in mercedem singulis diebus panes Virgilio,vt vni ex stabulariis, dari iussit.Interea à Crotoniatis pullus equi miræ pulchritudinis Cæsari dono fuit missus: qui omnium iudicio spem portendebat virtutis & celeritatis immensæ.Hunc quum aspexisset Maro,magistro stabuli dixit natum esse ex morbosa equa,& nec viribus valiturum,nec celeritate: ídque verum fuisse inuctum est. Quod quum magister stabuli Augusto recitasset, duplicari ipsi in mercedem panes iussit.Quum item ex Hispania Augusto canes dono mitterentur,& parentes eorum,dixit Virgilius,& animum celeritatémque futuram. Quo cognito,mandat iterum, Virgilio panes duplicari.

Dubitauit Augustus Octauiine filius esset, an alterius: idque Maronem aperire posse arbitratus est,quia canum & equi naturã parentéísque cognorat. Amotis igitur omnibus arbitris,illum in penitiorem partem domus vocat, & solum rogat an sciat quisnam esset, & quam ad felicitandos homines facultatem haberet.Noui(inquit Maro)te Cæsarem Augustum,& fermè æquam cum diis immortalibus potestatem habere scio,vt quem vis felicem facias.Eo animo sum(respondit Cæsar)vt,si verum pro rogatu dixeris,beatum te felicémq; reddam.Vtinam (ait Maro)interroganti tibi vera dicere queam. Tunc Augustus,Putant alij me natum Octauio: quidam suspicantur alio me genitum viro. Maro subridens, Facilè (inquit) si impunè licentérque,quæ sentio loqui iubes,id dicam. Affirmat Cæsar iureiurando, nullum eius dictum ægrè laturum:imò non nisi donatum ab eo discessurum. Ad hæc, oculos oculis Augusti infigens Maro, Facilius (ait) in cæteris animalibus qualitates parentum mathematicis & philosophis cognosci possunt: in homine nequaquam possibile est. Sed de te coniecturam habeo similem veri: vt quid exercuerit pater tuus, scire possim.Attentè expectabat Augustus quidnam diceret. At ille,Quantum ego rem intelligere possum,pistoris filius es,inquit.Obstupuerat Cęsar,& statim quo id pacto fieri potuerit,animo voluebat. Interrumpens Virgilius,Audi(inquit) quo pacto id coniicio. Quum quædam enuntiarim prædixerímque quæ intelligi scirique nonnisi ab eruditissimis summísque viris potuissent, tu princeps orbis iterum & iterum panes in mercedem dari iussisti,quod quidem aut pistoris,aut nati pistore officium erat. Placuit Cæsari facetia.At deinceps, inquit,non à pistore,sed à rege magnanimo dona feres. Illúmque plurimi fecit,& Pollioni commendauit.

Corpore & statura fuit grandi,aquilino colore, facie rusticana, valetudine varia. nam plerunque ab stomacho & faucibus ac dolore capitis laborabat:

sanguinem etiam sæpius eiecit. Cibi vinique minimi. Fama est eum libidinis pronioris in pueros fuisse: sed boni ita eum pueros amasse putauerunt, vt Socrates Alcibiadem, & Plato suos pueros. Verùm inter omnes maximè dilexit Cebetem, & Alexãdrum, quem secunda Bucolicorum ecloga Alexim appellat donatum sibi ab Asinio Pollione. Vtrumque non ineruditum dimisit: Alexandrum, grammaticum, Cebetem verò & pictorem. Vulgatum est, consueuisse eum cum Plotia Hieria. Sed Asconius Pedianus affirmat, ipsum postea minoribus natu narrare solitum, inuitatum quidem se à Vario ad communionem mulieris: verùm se pertinacissimè recusasse. Cætera sanè vita, & ore & animo, tam probum fuisse constat, vt Neapoli Parthenias vulgò appellaretur: ac, siquando Romæ (quo rarissimè commeabat) viseretur, in publico sectantes, demonstrantésque se, subterfugeret in proximum tectum. Bona autem cuiusdam exulantis, offerente Augusto, non sustinuit accipere. Possedit propè centies sestertium ex liberalitatibus amicorum. Habuítque domum Romæ in Exquiliis iuxta hortos Mæcenatianos: quanquam secessu Campaniæ Siciliæque plurimùm vteretur. Quæcunque ab Augusto peteret, repulsam nunquam habuit. Parentibus quotannis aurum ad abundantem alitum mittebat, quos iam grandis amisit: ex quibus, patrem oculis captum: & duos fratres germanos, Silonem impuberem, Flaccum iam adulum, cuius exitum sub nomine Daphnidis deflet. Inter cætera studia (vt suprà diximus) medicinæ quoque, ac maximè mathematicæ operam dedit. Egit & causam vnam omnino, nec ampliùs quàm semel. Sermone tardissimum ac penè incocto similem fuisse, Melissus tradidit.

Poeticam puer adhuc auspicatus, in Balistam ludi gladiatorij magistrum, ob infamiam latrociniorum coopertum lapidibus, distichon fecit,

Monte sub hoc lapidum tegitur Balista sepultus.
Nocte die tutum carpe viator iter.

Deinde Moretum, & Priapeia, & Epigrammata, & Diras: & Culicem, quum esset annorum quindecim: cuius materia talis est: Pastor fatigatus æstu, quum sub arbore obdormisset, & serpens ad illũ proreperet è palude, culex prouolauit, atque inter duo tempora aculeum fixit pastori. At ille continuò culicem contriuit & visum serpentem interemit: ac sepulcrum culici statuit, & distichon fecit,

Parue culex, pecudum custos tibi tale merenti
Funeris officium vitæ pro munere reddit.

Scripsit etiam (de qua ambigitur) Ætnam. Et mox, quum res Romanas inchoasset, offensus materia, & nominum asperitate, ad Bucolica transiit: maximè, vt Asinium Pollionem, Alphenum Varium, & Corneliũ Gallum celebraret: quia in distributione agrorum, qui post Philippensem victoriam veteranis, Triumuirorum iussu, trans Padum diuidebantur, indemnem se præstitissent. Deinde Georgica in honorem Mæcenatis edidit, quum sibi vixdum noto opem tulisset aduersus Claudij veterani milites, vel (vt alij putant) Arij centurionis violentiam: à quo in altercatione litis agrariæ parum abfuit quin occideretur. Nouissimè autem Æneidem aggressus est, argumentum varium & multiplex, & quasi amborum Homeri carminum instar: præterea nominibus ac rebus, Græcis Latinísque commune: & in quo (quod maximè studebat) Romanę simul vrbis & Augusti origo contineretur. Quum Georgica scriberet, traditur quotidie meditatos manè plurimos versus dictare solitus, ac per totum diem retractando ad pauciſſimos redigere: non

absurdè

absurdè carmen se vrsæ more parere dicens, & lambendo demum effingere. Æneida prosa prius oratione formatam, digestámque in XII. libros particulatim componere instituit, vt quidam tradunt. Alij eius sententiæ sunt vt existiment eum, si diutius vixisset, quatuor & viginti libros vsque ad Augusti tempora scripturum: atque alia quidem percursurum, Augusti verò gesta diligentissimè exequuturum. quippe qui, dum scriberet, nequid impetum moraretur, quædam imperfecta reliquit: alia leuissimis versibus scripsit, quos per iocum pro tigillis vel tibicinibus interponi à se dicebat, ad sustinendum opus, donec solidæ columnæ aduenirent.

Bucolica triennio, Asinij Pollionis suasu, perfecit. Hic transpadanam prouinciam regebat: cuius fauore, quum veteranis Augusti in litibus Cremonensium & Mantuanorum agri distribuerentur, suos Virgilius non amisit. Facta enim distributione, suos Claudio seu Ario datos recuperauit. Hunc Pollionē maximè amauit Maro: & dilectus ab eo magna munera tulit: quippe qui inuitatus ad cœnam, captus pulchritudine & diligentia Alexandri Pollionis pueri, eum dono accepit. Huius Pollionis filium C. Asinium, & Cornelium Gallum, oratorem clarum, & poetam non mediocrem, miro amore dilexit Virgilius. Is transtulit Euphorionem in Latinum: & libris quatuor amores suos de Cytheride scripsit. Hic primò in amicitia Cæsaris Augusti fuit, postea in suspicionem coniurationis contra illum adductus, occisus est. Verùm vsqueadeò hunc Gallum Virgilius amarat, vt quartus Georgicorum à medio vsque ad finem eius laudem contineret: quem postea, iubente Augusto, in Aristæi fabulam commutauit. Georgica septennio Neapoli, Æneida partim in Sicilia, partim in Campania vndecim annis confecit. Bucolica eo successu edidit, vt in scena quoque per cantores crebra pronuntiatione recitarentur. Ac quum Cicero quosdam versus audisset, & statim acri iudicio intellexisset non communi vena editos, iussit ab initio totam eclogam recitari: quam quum accuratè pernotasset, in fine ait, MAGNAE SPES ALTERA ROMAE. quasi ipse linguæ Latinæ spes prima fuisset, & Maro futurus esset secūda. Quæ verba postea Æneidi ipse inseruit.

Georgica, reuerso ab Actiaca victoria Augusto, atque reficiēdarum virium causa Atellæ commorati, per continuum quatriduum legit: suscipiente Mæcenate legendi vicem, quoties interpellaretur ipse vocis offensione. Pronuntiabat autē maxima cum suauitate, & lenociniis miris. Seneca tradidit, Iulium Montanum poetam solitum dicere, inuolaturum se quædam Virgilio, si & vocem posset, & os, & hypocrisim. eosdem enim versus eo pronuntiante, bene

Et nonnullis interiectis.

Virgilium quoque pauciſſimos die compoſuiſſe verſus autor eſt Varus.

EX CAIO PLINIO

IN PRAEF.

Non illa Virgiliana virtute vt certarent, non Ciceroniana ſimplicitate.

Idem LIB. VII. CAP. XXX.

Divvs Auguſtus carmina Virgilij cremari, contra teſtamenti eius verecundiam, vetuit: maiúſque ita vati teſtimonium contigit, quàm ſi ipſe ſua carmina probauiſſet.

EX PLINIO SECVNDO.

EP. VII. LIB. III.

De Silio Italico.

Virgilii [imaginem] ante omnes [venerabatur] cuius natalem religioſiùs quàm ſuum celebrabat: Neapoli maximè, vbi monimentum eius adire, vt templum, ſolebat.

EX L. ANNEO SENECA.

EPIST. XXI. LIB. III.

Vergilivs noſter duobus memoriam æternam promiſit: & præſtat.

Fortunati ambo, ſi quid mea carmina poſſunt,
Nulla dies vnquam memori vos eximet æuo,
Dum domus Aeneæ Capitoli immobile ſaxum
Accolet, imperiúmque pater Romanus habebit.

Idem CONTR. LIB. IIII.

Montanvs Iulius, qui comis fuit, quique egregius poeta, aiebat illum imitari voluiſſe Vergilij deſcriptionem:

Nox erat, & terras animalia feſſa per omnes
Alituum pecudúmque genus ſopor altus habebat.

At Vergilij imitationem bene ceſſiſſe, qui illos optimos verſus Varronis expreſſiſſet in melius,

Deſierant latrare canes, vrbéſque ſilebant:
Omnia noctis erant placida compoſta quiete.

Idem EP. LXXXVII. LIB. XIII.

Te quoque proteget illa quæ

Tarda venit ſeris factura nepotibus vmbram.

Vt ait Vergilius noſter: qui non quid veriſſimè, ſed quid decentiſſimè diceretur, aſpexit: nec agricolas docere voluit, ſed legentes delectare.

Idem DECLAM. I. LIB. III.

Vergilium illa felicitas ingenij oratione ſoluta reliquit, Ciceronem eloquentia ſua in carminibus deſtituit.

Idem IN SVASOR.

At Virgilius hæc quanto ſimplicius & beatius dixit,

Luna reuertentes quumprimum colligit ignes,
Si nigrum obſcuro comprenderit aera cornu,
Maximus agricolis pelagóque parabitur imber:
Sin ortu in quarto (namque is certiſſimus autor)
Plena, neque obſcuris per cælum cornibus ibit.

Solebat autem ex Virgilio Fuſcus multa trahere, vt Mæcenati imputaret.

EX A. GELLIO.

LIB. IX. CAP. IX.

Sci-

SCITE & considerate Virgilius, quum aut Homeri, aut Hesiodi, aut Apollonij, aut Parthenij, aut Callimachi, aut Theocriti, aut quorundam aliorũ locos effingeret, partem reliquit, alia expressit.

Idem LIB. XVII. CAP. X.

In Phauorini philosophi persona.

AMICI familiaréque P. Virgilij, in iis quæ de ingenio moribúsque eius memoriæ tradiderunt, dicere eum solitum ferunt, parere se versus more atque ritu vrsino. Namque vt illa bestia fœtum ederet ineffigiatum informémque, lambendóque id postea quod ita edidisset conformaret & fingeret: perinde ingenij quoque sui partus recentes rudi esse facie & imperfecta: sed deinceps tractando colendóque, reddere iis seoris & vultus lineamenta. Hoc virum iudicij subtilissimi ingenuè atque verè dixisse, res, inquit, ipsa verum indicium facit. Nam quæ reliquit perfecta expolitáque, quibúsque imposuit sensus atque delectus sui supremam manum, omni poeticæ venustatis laude florent: sed quæ procrastinata sunt ab eo, vt pòst recenserentur, & absolui quoniam mors præuerterat, nequiuerunt, nequaquam poetarum elegantissimi nomine atque iudicio digna sunt. Itaque cum morbo oppressus, aduentare mortem videret, petiuit orauitque à suis amicis impensè, vt Æneida, quam nondum satis elimauisset, abolerent. In iis autem (inquit) quæ videntur retractari & corrigi debuisse, is maximè locus est, qui de monte Ætna factus est. Nam cùm Pindari veteris poetæ carmen, quod de naturâ atque flagrantia montis eius compositum est, æmulari vellet, eiusmodi sententias & verba molitus est, vt Pindaro quoque ipso, qui nimis opima pinguíque esse facundia existimatus est, insolentior hoc quidem in loco tumidiórque sit.

EX CORN. TACITO,

IN DIAL. DE ORAT.

PLVRES hodie reperies qui Ciceronis gloriam, quàm Virgilij detractent. Nec vllus Asinij aut Messalæ liber tam illustris est, quàm Medea Ouidij, aut Varij Thyestes. Ac ne fortunam quidem vatum & illud felix contubernium comparare timuerim cum inquieta & anxia oratorum vita. licet illos agitent certamina & pericula sua & controuersiæ, malo securum & secretum VIRGILII secessum, in quo tamen neque apud diuum Augustum gratia caruit, neque apud populum Romanum notitia. Testes Augusti epistolæ, testis ipse populus, qui auditis in theatro versibus Virgilij, surrexit vniuersus, & fortè præsentem spectantémque Virgilium veneratus est sic quasi Augustum.

Idem IN DIAL. DE ORAT.

EXERCETVR enim iam ab oratore etiam poeticus decor, non Actij aut Pacuuij veterno inquinatus, sed ex Horatij & Virgilij & Lucani sacrario prolatus.

EX VELLEIO PATERCVLO

HISTOR. LIB. SEC.

PENE stulta est inhærentium oculis ingeniorum enumeratio, inter quæ maximè nostri æui eminent, princeps carminum Virgilius, Rabiriúsque, & consecutus Sallustium Liuius, Tibullúsque & Naso, perfectissimi in forma operis sui.

EX SVETONIO,

DE CALIGVLA.

SED & Virgilij ac T. Liuij scripta & imagines paulum absuit quin ex o-

mnibus bibliothecis paulum amouerit: quorum alterum, vt nullius ingenij minimæque doctrinæ: alterum, vt verbosum in historia, negligentémque, carpebat.

EX SEXTO AVR. VICT.

DE OCT. AVGVSTO.

IN amicos fidus extitit: quorum præcipui erant, ob taciturnitatē Mæcenas: ob patientiam laboris, modestiámque Agrippa. Diligebat præterea Virgiliū: rarus quidem ad recipiendas amicitias, ad retinendas constantissimus.

EX ÆL. SPARTIANO,

DE ADRIANO.

AMAVIT præterea genus dicendi vetustum, controuersias declamauit. Ciceroni Catonem, Virgilio Ennium, Sallustio Cœlum prætulit.

EX ÆL. LAMPRIDIO,

DE ALEXANDRO SEVERO.

VIRGILIVM, Platonem poetarum vocabat, ciúsque imaginem, cum Ciceronis simulacro, in secundo larario habuit: vbi & Achillis, & magnorum virorum.

EX HORATIO.

SAT. X. LIB. I.

-forte epos acer,
Vt nemo, Varius ducit: molle atque facetum
Virgilio annuerunt gaudentes rure Camœnæ.

IBIDEM,

Plotius & Varius, Mæcenas, Virgiliúsque,
Valgius, & probet hæc Octauius optimus, atque
Fuscus: & hæc vtinam Viscorum laudet vterque.

ET SAT. V. EIVSDEM LIB.

-nanque
Plotius & Varius, Sinuessæ, Virgiliúsque,
Occurrunt: animæ, quales neque candidiores
Terra tulit, neque queis me sit deuinctior alter.

ET SAT. VI.

-optimus olim
Virgilius, post hunc Varius, dixere quis essem.

Obseruandum est, in omnibus qui præcedunt Horatij locis, & Virgilij & Varij mentionem coniunctam esse. Vocat autem illum Dimidium animæ suæ idem, Ode tertia libri primi, vbi Athenas proficiscenti secundam nauigationem precatur, *Et serues animæ dimidium meæ.* Cæterùm ex illo primo loco in quo carmen molle atque facetum Camœnas rusticas Virgilio concessisse dicit, colligitur, editam ab eo tum temporis non fuisse Æneidem. nam illa quæ de eo testatur, ad Bucolica tantùm & Georgica referri possunt.

EX SEXTO PROPERTIO,

LIB. II. ELEG. VLT.

Me iuuet æternis positum languere corollis,
Quem tetigit tactu certus ad ossa deus.
Actia Virgilium custodis littora Phœbi,
Cæsaris & fortes dicere posse rates:
Qui nunc AEneæ Troiani suscitat arma,
Iactáque Lauinis mœnia littoribus.
Cedite Romani scriptores, cedite Graij:

Nescio

Neſcio quid maius naſcitur Iliade.
Tu canis vmbroſi ſubter pineta Galeſi
Thyrſin, & atiritis Daphin arundinibus.
Vtque decem poſſint corrumpere mala puellam
Miſſus & impreſſis hœdus ab vberibus.
Felix, qui viles pomis mercaris amores:
Huic licet ingratæ Tityrus ipſe canat.
Felix intactum Corydon qui tentat Alexin,
Agricolæ domini carpere delicias.
Quanuis ille ſua laſſus requieſcat auena,
Laudatur faciles inter Hamadryadas.
Tu canis Aſcræi veteris præcepta poetæ,
Quo ſeges in campo, quo viret vua iugo.
Tale facis carmen docta teſtudine, quale
Cynthius impoſitis temperat articulis.

EX P. OVIDIO NASONE,

ART. AM. LIB. III.

Et profugum AEnean, altæ primordia Romæ:
Quo nullum Latio clarius extat opus.

Idem AMORVM LIB. I.

Tityrus, & ſegetes, AEneiáque arma legentur,
Roma triumphati dum caput orbis erit.

Idem TRIST. LIB. II.

Et tamen ille tuæ felix AEneidos autor
Contulit in Tyrios arma virúmque toros.
Nec legitur pars vlla magis de corpore toto,
Quam non legitimo fœdere iunctus amor.
Phyllidis hic idem teneræque Amaryllidis ignes
Bucolicis iuuenis luſerat antè modis.

Idem DE PONTO LIB. III.

ELEG. IIII.

Res quoque tanta fuit quantæ ſubſiſtere ſummo
AEneidos vati grande fuiſſet onus.

EX SILIO LIB. VIII.

Mantua, Muſarum domus, atque ad ſidera cantu
Euecta Andino, & Smyrnæis æmula plectris.

EX STATIO,

vbi Thebaidem ſuam alloquitur,

-viue precor: nec tu diuinam AEneida tenta,
Sed longè ſequere, & veſtigia ſemper adora.

EX IVVENALE SAT. XI.

Conditor Iliados cantabitur, atque Maronis
Altiſoni dubiam facientia carmina palmam.

ET VI.

Illa tamen grauior, quæ quum diſcumbere cœpit,
Laudat Virgilium, perituræ ignoſcit Eliſæ.
Committit vates: & comparat inde Maronem,
Atque alia parte in trutina ſuſpendit Homerum.

EX MARTIALE. LIB. VIII.

Sic Maro nec Calabri tentauit carmina Flacci,
Pindaricos posset quum superare modos:
Et vario cessit Romani laude cothurni,
Quum posset tragico fortius ore loqui.

EODEM LIBRO.

Temporibus nostris ætas quum cedat auorum,
Creuerit & maior cum duce Roma suo:
Ingenium sacri miraris abesse Maronis,
Nec quenquam tanta bella sonare tuba?
Sint Mæcenates, non deerunt, Flacce, Marones:
Virgiliúmque tibi vel tua rura dabunt.
Iugera perdiderat miseræ vicina Cremonæ,
Flebat & abductas Tityrus æger oues.
Risit Tuscus eques, paupertatémque malignam
Reppulit, & celeri iussit abire fuga.
Accipe diuitias, & vatum maximus esto:
Tu licet, & nostrum (dixit) Alexin ames.
Astabat domini mensis pulcherrimus ille,
Marmorea fundens nigra falerna manu:
Et libata dabat roseis carchesia labris,
Quæ poterant ipsum sollicitare Iouem.
Excidit attonito pinguis Galatea poetæ,
Testylis & rubra meßibus usta genas.
Protinus Italiam concepit, & arma virúmque,
Qui modò vix culicem fleuerat ore rudi.
Quid Varios, Marsósque loquar? ditatáque vatum
Nomina? magnus erit quos numerare labor.
Ergo ero Virgilius, si munera Mæcenatis
Des mihi. Virgilius non ero, Marcus ero.

LIB. XI.

Ipse tuos nobis relegas licet vsque gigantas,
Rara, vel æterno proxima Virgilio.

LIB. XIIII.

Accipe facundi Culicem studiose Maronis:
Ne nugis positis, arma virúmque canas.

EX AVSONIO.

Te præeunte, nepos, modulata poemata Flacci,
Altisonúmque iterum fas est didicisse Maronem.

Et in quadam epistola, quam Symmacho alij adscribunt.

Quis ita ad Æsopi venustatem, quis ad sophisticas Isocratis conclusiones, quis ad enthymemata Demosthenis, aut opulentiam Tullianam, aut proprietatem nostri Maronis, accedat?

ALCINOI,
vel INCERTI AVTORIS.

De numero vatum siquis seponat Homerum,
Proximus à primo tum Maro primus erit.
Et, si post primum Maro seponatur Homerum,
Longè erit à primo quisqui secundus erit.

INCER-

INCERTI AVTORIS.

Maonium quisquis Romanus nescit Homerum,
Me legat, & lectum credat vtrumque sibi.
Illius immensos miratur Græcia campos,
At minor est nobis, sed bene cultus, ager.
Hîc tibi, hic pastor nec curuus deerit arator:
Hæc Grays constant singula, trina tibi.

Quæ sequuntur carmina, OCTAVIO AVGVSTO consensu magno adscribuntur: quorum argumentum cùm ex ipsis statim, tum ex iis quæ in eius vita, & in illo Caij Plinij loco, ex libri VII. capite XXX. legisti, patere potest. Ex duobus quæ illi subiuncta sunt epigrammatis, priore rogatur vt supremæ Virgilij voluntati de cremandis suis carminibus, obtemperari non permittat: posteriore, gratiæ illi aguntur quòd non permiserit.

ERgóne supremis potuit vox improba verbis
Tam dirum mandare nefas? ergo ibit in ignes
Magnáque doctiloqui morietur Musa Maronis?
Ah scelus indignum: soluetur littera diues?
Et poterunt spectare oculi, nec parcere honori
Flamma suo? dignúmque operis seruare decorem?
Pulcher Apollo veta, Musæ prohibete Latinæ,
Liber & alma Ceres succurrite: vester in armis
Miles erat, vester docilis per rura colonus.
Nam docuit, quid ver ageret, quid cogeret æstas,
Quid daret autumnus, quid bruma nouissima ferret.
Arbuta formauit, sociauit vitibus vlmos,
Curauit pecudes, apibus sua castra dicauit.
Hæc dedit vt pereant? ipsum si dicere fas est.
Sed legum seruanda fides: suprema voluntas
Quod mandat fierique iubet, parere necesse est:
Frangatur potius legum veneranda potestas,
Quàm tot congestos noctésque diésque labores
Hauserit vna dies, supremáque verba parentis
Amittant vigilasse suum, si fortè furenti
Errauit in morte dolor: si lingua loquuta est
Nescio quid, titubante animo: non sponte, sed altis
Expugnata malis, odio langoris iniqui:
Si mens cæca fuit: iterum sentire ruinas
Troia suas, iterum cogetur reddere voces?
Ardebit miseræ post vulnera vulnus Elisæ?
Tam sacrum soluetur opus? tot bella, tot enses
In cineres dabit hora nocens, & perfidus error?
Huc huc Pierides nemorum per lustra sorores
Tendite, & ardentes ignes fluuialibus vndis
Mergite: ne pereat tam clari Musa poetæ.
Flammáque vanescat: viuat Maro clarus in orbe,
Ingratúsque sibi. sed quod malè iusserat ille,
Sit vetuisse meum. sacer est post tempora vitæ.
Immo sit æternum, tota resonante Camœna,

Carmen: & in populo diui sub nomine nomen
Laudetur, placeat, vigeat, relegatur, ametur.

CORNELII GALLI,
vel potius, INCERTI AVTORIS,
De Æneide Virgilij, ad Octauium Aug.

Temporibus latis tristamur, maxime Cæsar,
Hoc vno amisso, quem gemo, Virgilio.
Sed vetuit relegi (si tu patiere) libellos,
In quibus AEneam condidit ore sacro.
Roma rogat, precibus totus tibi supplicat orbis,
Ne pereant flammis tot monimenta ducum.
Atque iterum Troiam sed maior flamma cremabit.
Fac, laudes Italum, fac tua facta legi.
AEneámque suo fac maior nuntius ornet.
Plus satis possent Cæsaris ora Dei.

SVLPITII CARTHAGINIENSIS,
De præcedentibus Octauij versibus.

Iusserat hæc rapidis aboleri carmina flammis
Virgilius, Phrygium quæ cecinere ducem.
Tucca vetat, Variúsque simul: tu, maxime Cæsar,
Non sinis, & Latiæ consulis historiæ.
Infelix gemino cecidit propè Pergamon igni,
Et penè est alio Troia cremata rogo.

P. VIRGILII MARONIS BVCOLICA.

Ecloga I. cui nomen Tityrus.

MELIBOEVS, TITYRVS.

TITYRE, tu, patulæ recubans sub tegmine fagi,
Syluestrem tenui musam meditaris auena:
Nos patriæ fines & dulcia linquimus arua,
Nos patriam fugimus: tu Tityre lentus in vmbra
Formosam resonare doces Amaryllida syluas.
TI. *O Melibœe, deus nobis hæc otia fecit.*
Namque erit ille mihi semper deus, illius aram
Sæpe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus.
Ille meas errare boues (vt cernis) & ipsum
Ludere quæ vellem calamo permisit agresti.
ME. *Non equidem inuideo, miror magis: vndiq; totis*
Vsqueadeo turbatur agris. en ipse capellas
Protenus æger ago. hanc etiam vix Tityre duco:
Hic inter densas corylos modo namq; gemellos,
Spem gregis, ah, silice in nuda connixa reliquit,
Sæpe malum hoc nobis (si mens non læua fuisset)
De cælo tactas memini prædicere quercus.
[1] Sæpe sinistra cauæ prædixit ab ilice cornix.
Sed tamen, iste deus qui sit, [2] da Tityre nobu.
TI. *Vrbem quam dicunt Romam, Melibœe, putauí*
Stultus ego huic nostræ similem, quò sæpe solemus
Pastores ouium teneros depellere fœtus.
Sic canibus catulos similes, sic matribus hœdos
Noram: sic paruis componere magna solebam.
Verùm hæc tantũ alias inter caput extulit vrbes,
Quantum lenta solent inter viburna cupressi.
MI. *[3] Ecquæ tanta fuit Romã tibi causa videndi?*
TI. *Libertas: quæ sera, tamen respexit inertem,*

1 Abest hic vers. à multis cod. & nothus putatur. 2 Da pro Dic. 3 leg. etiam, & quæ.

Candi-

Candidior postquam tondenti barba cadebat:
Respexit tamen, & longo pòst tempore venit,
Postquã nos Amaryllis habet, Galatea reliquit.
Nam q̃ (fatebor enim) dum me Galatea tenebat,
Nec spes libertatis erat, nec cura peculi.
1 Quanuis multa meis exiret victima septis,
Pinguis & ingrata 2 premeretur caseus vrbi,
Non vnquam grauis ære domum mihi dextra redibat.
M. Mirabar quid mœsta deos Amarylli vocares,
Cui pendere sua patereris in arbore 3 poma.
Tityrus hinc aberat. ipse te Tityre pinus,
Ipsi te fontes, ipsa hæc arbusta vocabant.
TI. Quid facerem? neq; seruitio me exire licebat,
Nec tam præsentes alibi cognoscere diuos.
Hic illum vidi iuuenem, Melibœe, quotannis
Bis senos cui nostra dies altaria fumant.
Hic mihi responsum 4 primus dedit ille petenti:
Pascite, vt antè, boues, pueri, submittite tauros.
ME. Fortunate senex, ergo tua rura manebunt:
Et tibi magna satis: quanuis lapis omnia nudus,
Limosq; palus obducat pascua iunco:
Non insueta graues tentabunt pabula fœtas,
Nec mala vicini pecoris contagia lædent.
Fortunate senex, hic inter flumina nota,
Et fontes sacros, frigus captabis opacum.
Hinc tibi, quæ semper vicino ab limite sepes
Hyblæis apibus florem depasta salicti,
Sæpe leui somnum suadebit inire susurro:
Hinc alta sub rupe canet frondator ad auras.
Nec tamen interea raucæ, tua cura, palumbes,
Nec gemere aeria cessabit turtur ab vlmo.
TI. Antè leues ergo pascentur in æthere cerui,
Et freta destituent nudos in littore pisces:
Antè, pererratis amborum finibus, exul
Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim:
Quã nostro illius labatur pectore vultus.
ME. At nos hinc, alij sitientes ibimus Afros,
Pars Scythiã, & rapidum Cretæ veniemus Oaxẽ,
Et penitus toto diuisos orbe Britannos.
En vnquam patrios longo pòst tempore fines,
Pauperis & tuguri congestum cespite culmen,
Post aliquot (mea regna) videns, mirabor, aristas?
Impius hæc tam culta noualia miles habebit?
Barbarus has segetes? en quo discordia ciues
Perduxit miseros: en queis conseuimus agros.
Insere nunc Melibœe pyros, pone ordine vites:
Ite meæ (quondam felix pecus) ite capellæ.
Non ego vos posthac viridi proiectus in antro
Dumosa pendere procul de rupe videbo.
Carmina nulla canam: non, me pascente, capellæ
Florentem cytisum & salices carpetis amaras.
TI. Hic tamẽ hãc mecũ 5 poteris requiescere noctẽ
Fronde super viridi. sunt nobis mitia poma,
Castaneæ molles, & pressi copia lactis:
Et iam summa procul villarum culmina fumãt,
Maioresq; cadunt altis de montibus vmbræ.

1 Quanuis enim 2 premerere
3 mala 4 primam
5 poteras.

Ecloga II. cui nomen Alexis.

FOrmosum pastor Corydon ardebat Alexim,
Delicias domini, nec quid speraret habebat.
Tantùm inter densas, vmbrosa cacumina, fagos
Assidùe veniebat: ibi hæc incondita solus
Montibus & syluis studio iactabat inani:
O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas,
Nil nostri miserere mori me deniq; coges.
Nunc etiam pecudes vmbras & frigora captant,
Nunc virides etiam occultant spineta lacertos:
Thestylis & rapido fessis messoribus æstu
Allia serpyllumq;, herbas contundit olentes:
At mecum raucis, tua dum vestigia lustro,
Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis.
Nónne fuit satius tristes Amaryllidis iras
Atq; superba pati fastidia? nónne Menalcam?
Quanuis ille, niger, quanuis tu candidus esses.
O formose puer, nimium ne crede colori.
Alba ligustra cadunt, vacinia nigra leguntur.
Despectus tibi sum, nec quis sim quæris, Alexi:
Quàm diues pecoris niuei, quàm lactis abundãs.
Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ:
Lac mihi non æstate nouum, non frigore defit.
Canto quæ solitus, siquando armenta vocabat,
Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho.
Nec sum adeò informis. nuper me in littore vidi
Quũ placidũ ventis staret mare. nõ ego Daphnim
Iudice te metuam, si nunquam fallit imago.
O tantum libeat mecum tibi sordida rura
Atq; humiles habitare casas, & figere ceruos,
Hœdorumq; gregem viridi compellere hibisco,
Mecum vnà in syluis imitabere Pana canendo.
Pan primus calamos cera coniungere plures
Instituit: Pan curat oues, ouiumq; magistros:
Nec te pœniteat calamo triuisse labellum:
Hæc eadem vt sciret, quid nõ faciebat Amyntas?
Est mihi disparibus septem compacta cicutis
Fistula, Damœtas dono mihi quam dedit olim:
Et dixit moriens, Te nunc habet ista secundum.
Dixit Damœtas, inuidit stultus Amyntas.
Præterea duo nec tuta mihi valle reperti
Capreoli, sparsis etiam nunc pellibus albo,
Bina die siccant ouis vbera: quos tibi seruo.
Iampridem à me illos abducere Thestylis orat:
Et faciet: quoniam sordent tibi munera nostra.
Huc ades ô formose puer, tibi lilia plenis,
Ecce ferunt Nymphæ calathis: tibi candida Nais,
Pallentes violas & summa papauera carpens,
Narcissum & florem iungit bene olentis anethi.
Tum casia atq; aliis intexens suauibus herbis,
Mollia luteola pingit vacinia caltha.
Ipse ego cana legam tenera lanugine mala,
Castaneasq; nuces, mea quas Amaryllis amabat,
Addã cerea pruna: & honos erit huic quoq; pomo,
Et vos ô lauri carpam, & te proxima myrte:
Sic positæ quoniam suaues miscetis odores.
Rusticus es Corydon. nec munera curat Alexis:
Nec, si muneribus certes, concedat Iolas.
Eheu quid volui misero mihi? floribus Austrum

Perditus, & liquidis immissi fontibus apros.
Quẽ fugis ah demẽs? habitarunt dij quoq; syluas
Dardanijq; Paris. Pallas quas condidit arces,
Ipsa colat: nobis placeant ante omnia syluæ.
Torua leæna lupum sequitur, lupus ipse capellã:
Florentem cytisum sequitur lasciua capella:
Te Corydon ô Alexi trahit sua quemq; voluptas.
Aspice, aratra iugo referunt suspensa iuuenci,
Et sol crescentes decedens duplicat vmbras. (ri?
Me tamẽ vrit amor. quis enim modus adsit amo.
Ah Corydon Corydon, quæ te dementia cepit?
Semiputata tibi frondosa vitis in vlmo est.
Quin tu aliquid saltẽ potius, quorũ indiget vsus,
Viminibus molliq; paras detexere iunco?
Inuenies alium si te hic fastidit Alexis.

Ecloga III. cui nomen Palæmon.

MENALCAS, DAMOETAS, PALÆMON.

ME. *Dic mihi Damœta, Cuium pecus? an Meliboei?*

DA. *Non, verùm Ægonis: nuper mihi tradidit Ægon.*

ME. *Infelix ô semper oues pecus. ipse Neæram*
Dum fouet, ac ne me sibi præferat illa veretur,
Hic alienus oues custos bis mulget in hora:
Et succus pecori, & lac subducitur agnis.

DA. *Parcius ista viris tamen obijcienda memẽto.*
Nouimus & qui te, transuersa tuentibus [1] hircis,
Et quo (sed faciles Nymphæ risêre) sacello.

ME. *Tum credo, quum me arbustum vidêre Myconis*
Atq; mala vites incidere falce nouellas.

DA. *Aut hic ad veteres fagos, quum Daphnidis arcum*
Fregisti, & calamos. quæ tu peruerse Menalca,
Et quum vidisti puero donata, dolebas:
Et si non aliquâ nocuisses, mortuus esses.

ME. *Quid domini facient, audent quum talia fures?*
Non ego te vidi Damonis pessime caprum
Excipere insidiis, multum latrante lyciſca,
Et quum clamarem, Quò nunc se proripit ille?
Tityre coge pecus: tu post carecta latebas.

DA. *An mihi cantando victus non redderet ille,*
Quem mea carminibus meruisset fistula caprum?
Si nescis, meus ille caper fuit: & mihi Damon
Ipse fatebatur, sed reddere posse negabat.

ME. *Cantando tu illum? aut vnquam tibi fistula cera*
Iuncta fuit? non tu in triuiis indocte solebas
Stridenti miserum stipula disperdere carmen?

DA. *Vis ergo inter nos, quid possit vterque, vicissim*
Experiamur? ego hanc vitulam (ne fortè recuses,
Bis venit ad mulctram, binos alit vbere fœtus)
Depono: tu dic mecum quo pignore certes.

ME. *De grege non ausim quicquam deponere tecum.*

1 al. hirquis.

Est mihi nanque domi pater, est iniusta nouerca:
Bisq; die numerant ambo pecus, alter & hœdos.
Verùm id quod multo tute ipse fatebere maius,
(Insanire libet quoniam tibi) pocula ponam
Fagina, cælatum diuini opus Alcimedontis:
Lenta quibus torno facili superaddita vitis,
Diffusos hedera vestit pallente corymbos.
In medio duo signa, Conon: & quis fuit alter
Descripsit radio totum qui gentibus orbem?
Tempora quæ messor, quæ curuus arator haberet?
Nec dum illis labra admoui, sed condita seruo.

DA. *Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit,*
Et molli circum est ansas amplexus acantho:
Orpheaque in medio posuit, syluasque sequentes.
Necdum illis labra admoui, sed condita seruo.
Si ad vitulam spectes, nihil est quòd pocula laudes.

M. *Numquam hodie effugies: veniam quocunque vocaris.*
Audiat hæc tantùm vel qui venit (ecce) Palamon.
Efficiam, posthac ne quenquam voce lacessas.

DA. *Quin age, si quid habes: in me mora non erit vlla.*
Nec quenquam fugio. tantùm vicine Palamon
Sensibus hæc imis (res est non parua) reponas.

PA. *Dicite: quandoquidem in molli consedimus herba:*
Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos:
Nunc frondent syluæ, nunc formosissimus annus.
Incipe Damœta, tu deinde sequêre Menalca.
Alternis dicetis, amant alterna Camœnæ.

DA. *Ab Ioue principiũ musa. Iouis omnia plena:*
Ille colit terras, illi mea carmina cura. [apud me

ME. *Et me Phœbus amat: Phœbo sua semper*
Munera sunt, lauri, & suaue rubens hyacinthus.

DA. *Malo me Galatea petit, lasciua puella,*
Et fugit ad salices, & se cupit antè videri.

ME. *At mihi sese offert vltrò meus ignis, Amyntas:*
Notior vt iam sit canibus non Delia nostris.

DA. *Parta meæ Veneri sunt munera. nanque notaui*
Ipse locum, aeriæ quo congessêre palumbes.

ME. *Quod potui, puero syluestri ex arbore lecta*
Aurea mala decem misi, cras altera mittam.

DA. *O quoties & quæ nobis Galatea loquuta est!*
Partẽ aliquam venti diuûm referatis ad aures.

ME. *Quid prodest quòd me ipse animo nõ spernis Amynta,*
Si, dum tu sectaris apros, ego retia seruo?

DA. *Phyllida mitte mihi (meus est natalis) Iola.*
Quum faciam vitula pro frugibus, ipse venito.

ME. *Phyllida amo ante alias. nam me discedere fleuit,*
Et longum formosa vale, vale, inquit, Iola.

DA. *Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres,*
Arboribus venti: nobis Amaryllidis iræ.

ME. *Dulce satis humor, depulsis arbutus hœdis,*

Lenta

Lenta ſalix fœto pecori: mihi ſolus Amyntas.
DA. *Pollio amat noſtrã, quãuis ſit ruſtica, musã.*
Pierides vitulam lectori paſcite veſtro.
ME. *Pollio & ipſe facit noua carmina. paſcite taurum,*
Iam cornu petat, & pedibus qui ſpargat arenam.
DA. *Qui te Pollio amat, veniat quò te quoque gaudet:*
Mella fluant illi, ferat & rubus aſper amomum.
ME. *Qui Bauiũ nõ odit, amet tua carmina Mæui.*
Atque idem iungat vulpes, & mulgeat hircos.
DA. *Qui legitis flores, & humi naſcentia fraga,*
Frigidus, ô pueri fugite hinc, latet anguis in herba.
ME. *Parcite oues nimium procedere. non bene ripæ*
Creditur: ipſe aries etiam nunc vellera ſiccat.
DA. *Tityre paſcentes à flumine reijce capellas:*
Ipſe, vbi tempus erit, omnes in fonte lauabo.
ME. *Cogite oues pueri: ſi lac præceperit æſtus,*
Vt nuper fruſtra preſſabimus vbera palmis.
DA. *Eheu quàm pingui macer eſt mihi taurus in* [1] *eruo.*
Idem amor exitiũ eſt pecori pecoriſque magiſtro.
ME. [2] *His certè neque amor cauſa eſt, vix oſſibus hærent:*
Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos.
DA. *Dic quibus in terris (& eris mihi magnus Apollo)*
Tres pateat cœli ſpatium non amplius vlnas.
ME. *Dic quibus in terris inſcripti nomina regũ*
Naſcantur flores: & Phyllida ſolus habeto.
PA. *Non noſtrũ inter vos tantas componere lites.*
Et vitula tu dignus, & hic: & quiſquis amores
Aut metuet dulces, aut experietur amaros.
Claudite iam riuos pueri, ſat prata biberunt.

Ecloga IIII. cui nomen Pollio.

SIcelides Muſæ, paulo maiora canamus.
Non omnes arbuſta iuuãt, humileſq; myricæ.
Si canimus ſyluas, ſyluæ ſint conſule dignæ.
Vltima Cumæi venit iam carminis ætas.
Magnus ab integro ſeclorum naſcitur ordo.
Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna:
Iam noua progenies cœlo demittitur alto.
Tu modò naſcenti puero, quo ferrea primùm
Deſinet, ac toto ſurget gens aurea mundo,
Caſta faue Lucina: tuus iam regnat Apollo.
Teq; adeo decus hoc ævi, te conſule, inibit
Pollio, & incipient magni procedere menſes.
Te duce ſi qua manent ſceleris veſtigia noſtri,
Irrita perpetuæ ſoluent formidine terras.
Ille deũm vitam accipiet, diuiſque videbit
Permiſtos heroas, & ipſe videbitur illis,
Pacatúmque reget patrijs virtutibus orbem.
At tibi prima puer nullo munuſcula cultu,
Errantes hederas paſſim cum baccare tellus,
Miſtáque ridenti colocaſia fundet acantho.

1 al. Aruo. 2 An, *Hi certè (neque amor cauſa eſt) vix oſſibus hærent.*

Ipſæ lacte domum referent diſtenta capellæ
Vbera: nec magnos metuent armenta leones.
Ipſa tibi blandos fundent cunabula flores,
Occidet & ſerpens, & fallax herba veneni
Occidet: Aſſyrium vulgò naſcetur amomum.
At ſimul heroum laudes, & facta [1] *parentis*
Iam legere, & quæ ſit poterit cognoſcere virtus:
Molli paulatim flaueſcet campus ariſta,
Incultiſque rubens pendebit ſentibus vua,
Et dura quercus ſudabunt roſcida mella.
Pauca tamen ſuberunt priſcæ veſtigia fraudis,
Quæ tentare Thetin ratibus, quæ cingere muris
Oppida, quæ iubeant telluri infindere ſulcos.
Alter erit tũ Tiphys, & altera quæ vehat Argo
Delectos heroas: erunt etiam altera bella,
Atque iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.
Hinc vbi iam firmata virum te fecerit ætas,
Cedet & ipſe mari vector: nec nautica pinus
Mutabit merces: omnis feret omnia tellus.
Non raſtros patietur humus, non vinea falcem:
Robuſtius quoque iam tauris iuga ſoluet arator.
Nec varios diſcet mentiri lana colores:
Ipſe ſed in pratis aries iam ſuaue rubenti
Murice, iam croceo mutabit vellera luto:
Sponte ſua ſandyx paſcentes veſtiet agnos.
Talia ſecla ſuis dixerunt currite fuſis
Concordes ſtabili fatorum numine Parcæ.
Aggredere ô magnos (aderit iam tempus.) honores,
[2] *Chara deũm ſoboles, magnũ Iouis incrementum.*
Aſpice conuexo nutantem pondere mundum,
Terrasq; tractuſq; maris, cælumq; profundum:
Aſpice, venturo lætentur vt omnia ſeclo.
O mihi tam longæ maneat pars vltima vitæ,
Spiritus & quantum ſat erit tua dicere facta.
Nõ me carminibus vincet nec Thracius Orpheus,
Nec Linus: huic mater quamuis atque huic pater adſit:
Orphei Calliopea, Lino formoſus Apollo.
Pan etiam Arcadia mecum ſi iudice certet,
Pan etiam Arcadia dicat ſe iudice victum.
Incipe parue puer riſu cognoſcere matrem:
Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes.
Incipe parue puer. cui non riſère parentes,
Nec deus hunc menſa, dea nec dignata cubili eſt.

Ecloga V. cui nomen Daphnis.

MENALCAS, MOPSVS.

ME. *CVr non Mopſe (boni quoniam conuenimus ambo,*
Tu calamos inflare leues, ego dicere verſus)
Hîc corylis mixtas inter conſedimus vlmos?
MO. *Tu maior: tibi me eſt æquũ parère Menalca,*
Siue ſub incertas Zephyris motantibus vmbras,
Siue antro potius ſubcedimus, aſpice vt antrum
Sylueſtris raris ſparſit labruſca racemis.
ME. *Montibus in noſtris ſolus tibi certet Amyntas.*

1 al. parentum. 2 al. clara. 3 al. certat.

MO. *Quid si idem certet Phœbum superare canendo?*
ME. *Incipe Mopse prior, si quos aut Phyllidis ignes*
Aut Alconis habes laudes, aut iurgia Codri.
Incipe: pascentes seruabit Tityrus hœdos.
MO. *Immo hæc, in viridi nuper quæ cortice fagi*
Carmina descripsi, & modulans alterna notaui,
Experiar: tu deinde iubeto certet Amyntas.
ME. *Lenta salix quantum pallenti cedit oliuæ,*
Puniceis humilis quantum saliunca rosetis:
Iudicio nostro tantum tibi cedit Amyntas.
MO. *Sed tu desine plura puer: successimus antro.*
Extinctum Nymphæ crudeli funere Daphnim
Flebant: vos coryli testes & flumina Nymphis:
Quum complexa sui corpus miserabile nati,
Atque deos atque astra vocat crudelia mater.
Non vlli pastos illis egere diebus
Frigida Daphni boues ad flumina: nulla neque amnem
Libauit quadrupes, nec graminis attigit herbam.
Daphni, tuum Pœnos etiam ingemuisse leones
Interitum, montésque feri syluæq; loquuntur.
Daphnis & Armenias curru subiungere tigres
Instituit: Daphnis thiasos inducere Baccho,
Et foliis lentas intexere mollibus hastas.
Vitis vt arboribus decori est, vt vitibus vua,
Vt gregibus tauri, segetes vt pinguibus aruis:
Tu decus omne tuis. postquam te fata tulerunt,
Ipsa Pales agros atque ipse reliquit Apollo.
Grandia sæpe quibus mandauimus ordea sulcis,
Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ.
Pro molli viola, pro purpureo narcisso,
Carduus, & spinis surgit paliurus acutis.
Spargite humũ foliis: inducite [1] fontibus vmbras
Pastores: mandat fieri sibi talia Daphnis.
Et tumultum facite, & tumulo superaddite carmen.
Daphnis ego in syluis hinc vsq; ad sidera notus,
Formosi pecoris custos, formosior ipse.
ME. *Tale tuum carmen nobis diuine poeta,*
Quale sopor fessis in gramine, quale per æstum
Dulcis aquæ saliente sitim restinguere riuo.
Nec calamis solũ æquiparas sed voce magistrum.
Fortunate puer, tu nunc eris alter ab illo.
Nos tamẽ hæc quocunq; modo tibi nostra vicissim
Dicemus, Daphninq; tuum tollemus ad astra:
Daphnin ad astra feremus: amauit nos quoque Daphnis.
MO. *An quicquam nobis tali sit munere maius?*
Et puer ipse fuit cantari dignus, & ista
Iampridem Stimichon laudauit carmina nobis.
ME. *Candidus insuetũ miratur [2] limen Olympi,*
Sub pedibusq; videt nubes & sidera Daphnis.
Ergo alacris syluas & cætera rura voluptas
Panaq; pastoresq; tenet, Dryadasq; puellas.
Nec lupus insidias pecori, nec retia cerui
Vlla dolum meditantur: amat bonus otia Daphnis.

1 al. frondibus.
2 al. Lumen, quidam leg.

Ipsi lætitia voces ad sidera iactant
Intonsi montes: ipsæ iam carmina rupes,
Ipsa sonant arbusta, Deus deus ille, Menalca.
Sis bonus, ô, felixque tuis. en quattuor aras.
Ecce duas tibi Daphni, duoq; altaria Phœbo.
Pocula bina noua spumantia lacte quotannis,
Craterasq; duos statuam tibi pinguis oliui:
Et multo in primis hilarans conuiuia Baccho,
(Ante focum si frigus erit: si messis, in vmbra.)
Vina nouum fundam calathis Ariusia nectar.
Cantabunt mihi Damœtas & Lyctius Ægon:
Saltantes Satyros imitabitur Alphesibœus.
Hæc tibi semper erunt, & quum solennia vota
Reddemus Nymphis, & quum lustrabimus agros.
Dum iuga montis aper, fluuios dum piscis amabit:
Dumq; thymo pascentur apes, dum rore cicadæ:
Semper honos, nomenq; tuũ, laudesq; manebunt.
Vt Baccho Cererique, tibi sic vota quotannis
Agricolæ facient: damnabis tu quoque votis.
MO. *Quæ tibi, quæ tali reddã pro carmine dona?*
Nam neque me tantum venientis sibilus Austri,
Nec percussa iuuant fluctu tam littora, nec quæ
Saxosas inter decurrunt flumina valles.
ME. *Hac te nos fragili donabimus antè cicuta.*
Hæc nos, Formosum Corydon ardebat Alexim.
Hæc eadem docuit, Cuium pecus? an Meliboei?
MO. *At tu sume pedum (quod me quum sæpe rogaret,*
Non tulit Antigenes: & erat tũ dignus amari)
Formosum paribus nodis atque ære, Menalca.

Ecloga VI. cuius nomen Silenus.

Prima [2] Syracosio dignata est ludere versu
Nostra, nec erubuit syluas habitare Thalia.
Quum canerem reges & prælia, Cynthius aurem
Vellit, & admonuit: Pastorem Tityre pingues
Pascere oportet oues: deductum dicere carmen.
Nunc ego (nanque super tibi erunt qui dicere laudes
Vare tuas cupiant, & tristia condere bella)
Agrestem tenui meditabor arundine musam.
Non iniussa cano, si quis tamen hæc quoque, si quis
Captus amore leget, te nostra Vare myrica,
Te nemus omne canet. nec Phœbo gratior vlla est
Quàm sibi quæ [3] Vari præscripsit pagina nomen.
Pergite Pierides. Chromis & [4] Mnasylus in antro
Silenum pueri somno vidère iacentem,
Inflatum hesterno venas, vt semper Iaccho.
Serta procul tantùm capiti delapsa iacebant:
Et grauis attrita pendebat cantharus ansa.
Aggressi (nam sæpe senex spe carminis ambos
Luserat) iniiciunt ipsis ex vincula sertis.
Addit se sociam, timidisq; superuenit Ægle,
Ægle Naiadum pulcherrima, támq; videnti
Sanguineis frontem moris & tempora pingit.
Ille dolum ridens, Quo vincula nectitis, inquit,
Soluite me pueri: satis est potuisse videri.

1 altaria. 2 Arsyfia.
3 al. Varri. al. Varre. 4 Mnasylo.

Carmina

Carmina quæ vultis, cognoscite: carmina vobis,
Huic aliud mercedis erit. simul incipit ipse.
Tum verò in numerũ Faunosq; ferasque videres
Ludere, tum rigidas motare cacumina quercus:
Nec tantum Phœbo gaudet Parnassia rupes,
Nec tantũ Rhodope miratur & Ismarus Orphea.
Nanque canebat uti magnum per inane coacta
Semina, terrarúmque animæq; marisq; fuissent,
Et liquidi simul ignis: ut his exordia primis,
Omnia & ipse tener mundi concreuerit orbis.
Tum durare solum, & discludere Nerea ponto
Cœperit, & rerum paulatim sumere formas.
Iámque nouum terræ stupeant lucescere solem,
Altius atque cadãt summotis nubibus imbres:
Incipiant sylvæ quum primùm surgere, quúmque
Rara per ignotos errent animalia montes.
Hinc lapides Pyrrhæ iactos, Saturnia regna,
Caucaseáſque refert volucres, furtúmque Promethei.
His adiungit, Hylam nautæ quo fonte relictum
Clamassent: ut littus, Hyla Hyla, omne sonaret.
Et fortunatam, si nunquam armenta fuissent,
Pasiphaen, niuei solatur amore iuuenci.
Ah virgo infelix, quæ te dementia cepit?
Prœtides implerunt falsis mugitibus agros.
At non tam turpes pecudũ tamẽ ulla sequuta est
Concubitus: quanuis collo timuisset aratrum,
Et sæpe in leui quæsisset cornua fronte.
Ah virgo infelix, tu nunc in montibus erras:
Ille latus niueum molli fultus hyacintho
Ilice sub nigra pallentes ruminat herbas:
Aut aliquam in magno sequitur grege. claudite Nymphæ
Dictææ, Nymphæ nemorum iam claudite saltus,
Si qua fortè ferant oculis sese obuia nostris
Errabunda bouis vestigia. forsitan illum
Aut herba captũ viridi, aut armenta sequutum,
Perducant aliquæ stabula ad Gortynia vaccæ.
Tum canit Hesperidum miratam mala puellam.
Tum Phaethontiadas musco circundat amaræ
Corticis, atque solo proceras erigit alnos.
Tum canit, errantẽ Permessi ad flumina Gallum
Aonas in montes vt duxerit vna sororum,
Vtque viro Phœbi chorus assurrexerit omnis.
Vt Linus hæc illi diuino carmine pastor,
Floribus atque apio crines ornatus amaro,
Dixerit, Hos tibi dant calamos (en accipe) Musæ
Ascræo quos antè seni: quibus ille solebat
Cantando rigidas deducere montibus ornos.
His tibi Grynei nemoris dicatur origo:
Ne quis sit lucus quo se plus iactet Apollo.
Quid loquar? aut Scyllam Nisi, quam fama secuta est,
Candida succinctam latrantibus inguina mõstris,
Dulichias vexasse rates, & gurgite in alto
Ah timidos nautas canibus lacerasse marinis?
Aut vt mutatos Terei narrauerit artus?
Quas illi Philomela dapes, quæ dona pararit:
Quo cursu deserta petierit, & quibus antè

1 al. ignibus.

Infelix sua tecta superuolitauerit alis?
Omnia quæ Phœbo quondam meditante beatus
Audiit Eurotas iussitque ediscere lauros,
Ille canit: pulsæ referunt ad sidera valles.
Cogere donec oues stabulis, numerúmque referre
Iussit, & intuito processit vesper Olympo.

Ecloga VII. cui nomen Melibœus.

CORYDON, THYRSIS.

Poeta sub persona MELIBOEI.

ME. *FOrtè sub arguta consederat ilice Daphnis,*
Compulerãtq; greges Corydõ & Thyrsis in vnum:
Thyrsis oues, Corydon distentas lacte capellas:
Ambo florentes ætatibus, Arcades ambo:
Et cantare pares, & respondere parati.
Huc mihi, dũ teneras defendo à frigore myrtos,
Vir gregis ipse caper deerrauerat: atque ego Daphnim
Aspicio: ille vbi me contrà videt, Ocyus, inquit,
Huc ades ô Melibœe (caper tibi saluus & hœdi)
Et, si quid cessare potes, requiesce sub vmbra.
Huc ipsi potum venient per prata iuuenci:
Hic viridis tenera prætexit arundine ripas
Mincius, éque sacra resonant examina quercu.
Quid facerem? neque ego Alcippen nec Phyllida habebam,
Depulsos à lacte domi quæ clauderet agnos:
Et certamen erat, Corydon cũ Thyrside, magnũ.
Posthabui tamen illorum mea seria ludo.
Alternis igitur contendere versibus ambo
Cœpere, alternos Musa meminisse volebant.
Hos Corydon, illos referebat in ordine Thyrsis.
CO. *Nymphæ, noster amor, Libethrydes, aut mihi carmen*
Quale meo Codro, concedite (proxima Phœbi
Versibus ille facit) aut, si non possumus omnes,
Hic arguta sacra pendebit fistula pinu.
TH. *Pastores hedera crescentem ornate poetam*
Arcades, inuidia rumpantur vt ilia Codro.
Aut si vltra placitum laudarit, baccare frontem
Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.
CO. *Setosi caput hoc apri tibi Delia paruus*
Et ramosa Mycon vinacis cornua cerui.
Si proprium hoc fuerit, leui de marmore tota
Puniceo stabis suras euincta cothurno.
TH. *Sinũ lactis, & hæc te liba Priape quotannis*
Expectare sat est: custos es pauperis horti.
Nunc te marmoreum pro tempore fecimus: at tu
Si fœtura gregem suppleuerit, aureus esto.
CO. *Nerine Galatea, thymo mihi dulcior Hyblæ,*
Candidior cycnis, hedera formosior alba:
Quum primùm pasti repetent præsepia tauri,
Si qua tui Corydonis habet te cura, venito.
TH. *Immò ego Sardois videar tibi amarior herbis,*
Horridior rusco, proiecta vilior alga,
Si mihi non hæc lux toto iam longior anno est.
Ite domum pasti, si quis pudor, ite iuuenci.
CO. *Muscosi fontes, & somno mollior herba,*

Et quæ vos rara viridis tegit arbutus vmbra,
Solstitium pecori defendite: iam venit æstas
Torrida, iam læto turgent in palmite gemmæ.
TH. *Hic focus, & tædæ pingues: hic plurimus ignis*
Semper, & assidua postes fuligine nigri.
Hic tantùm Boreæ curamus frigora, quantum
Aut numerũ lupus, aut torrentia flumina ripas.
CO. *Stant & iuniperi, & castaneæ hirsutæ:*
Strata iacent passim sua quæq; sub arbore poma.
Omnia nunc rident: at si formosus Alexis
Montibus his abeat, videas & flumina sicca.
TH. *Aret ager, vitio moriens sitit aëris herba,*
Liber pampineas inuidit collibus vmbras:
Phyllidis aduentu nostræ nemus omne virebit,
Iuppiter & læto descendet plurimus imbri.
CO. *Populus Alcidæ gratissima, vitis Iaccho:*
Formosæ myrtus Veneri, sua laurea Phœbo.
Phyllis amat corylos: illas dum Phyllis amabit,
Nec myrtus vincet corylos, nec laurea Phœbi.
TH. *Fraxinus in syluis pulcherrima, pinus in hortis,*
Populus in fluuiis, abies in montibus altis:
Sæpius at si me Lycida formose reuisas,
Fraxinus in syluis cedet tibi, pinus in hortis.
ME. *Hæc memini, & victum frustra contendere Thyrsim.*
Ex illo Corydon, Corydon est tempore nobis.

Eclogâ VIII. cui nomen Pharmaceutria.

DAMON, ALPHESIBOEVS.

Pastorum musam, Damonis, & Alphesibœi,
Immemor herbarum quos est mirata iuuẽca
Certantes, quorum stupefacta carmine lynces,
Et mutata suos requierunt flumina cursus:
Damonis musam dicemus & Alphesibœi.
Tu mihi seu magni superas iam saxa Timaui,
Siue oram Illyrici legis æquoris en erit vnquam
Ille dies, mihi quum liceat tua dicere facta?
En erit vt liceat totum mihi ferre per orbem,
Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno?
A te principium, tibi desinet. accipe iussis
Carmina cœpta tuis, atque hanc sine tempora circum
Inter victrices hederam tibi serpere lauros.
Frigida vix cœlo noctis decesserat vmbra,
Quũ ros in tenera pecori gratissimus herba est:
Incumbens tereti Damon sic cœpit oliuæ.
DA. *Nascere, præque diem veniens age Lucifer almum.*
Coniugis indigno Nisæ deceptus amore
Dũ queror, & diuos, quanquam nil testibus illis
Profeci, extrema moriens tamen alloquor hora.
Incipe Mænalios mecum mea tibia versus.
Mænalus argutúmq; nemus pinósque loquẽtes
Semper habet: semper pastorũ ille audit amores,
Panaq;, qui primus calamos nõ passus inertes.

1 al. turgent.

Incipe Mænalios mecum mea tibia versus.
Mopso Nisa datur, quid nõ speremus amãtes?
Iungentur iam gryphes equis, auóque sequenti
Cũ canibus timidi venient ad pocula damæ.
Mopse nouas incide faces, tibi ducitur vxor.
Sparge marite nuces, tibi deserit Hesperus Oetam.
Incipe Mænalios mecum mea tibia versus.
O digno coniuncta viro dum despicis omnes:
Dumq; tibi est odio mea fistula, dumq; capella,
Hirsutúmque supercilium, & prolixaq; barba:
Nec curare deum credis mortalia quenquam.
Incipe Mænalios mecum mea tibia versus.
Sepibus in nostris paruam te roscida mala
(Dux ego vester eram) vidi cum matre legentem:
Alter ab vndecimo tum me iam ceperat annus:
Iam fragiles poteram à terra contingere ramos.
Vt vidi, vt perij, vt me malus abstulit error.
Incipe Mænalios mecum mea tibia versus.
Nunc scio quid sit amor: duris in cotibus illum
Ismarus, aut Rhodope, aut extremi Garamãtes,
Nec nostri generis puerum nec sanguinis edunt.
Incipe Mænalios mecum mea tibia versus.
Sæuus amor docuit natorum sanguine matrem
Commaculare manus: crudelis tu quoq; mater.
Crudelis mater magis, an puer improbus ille?
Improbus ille puer, crudelis tu quoque mater.
Incipe Mænalios mecum mea tibia versus.
Nunc & oues vltrò fugiat lupus, aurea duræ
Mala ferant quercus, narcisso floreat alnus:
Pinguia corticibus sudent electra myricæ,
Certent & cycnis vlulæ: sit Tityrus Orpheus:
Orpheus in syluis, inter Delphinas Arion.
Incipe Mænalios mecum mea tibia versus.
Omnia vel medium fiant mare. viuite syluæ.
Præceps aerij specula de montis in vndas
Deferar: extremũ hoc munus morientis habeto.
Desine Mænalios, tam desine tibia versus.
POE. *Hæc Damon. vos quæ responderit Alphesibœus,*
Dicite Pierides, non omnia possumus omnes.
AL. *Effer aquã & molli cinge hæc altaria vitta,*
Verbenásque adole pingues, & mascula thura,
Coniugis vt magicis sanos auertere sacris
Experiar sensus: nihil hic nisi carmina desunt.
Ducite ab vrbe domum: mea carmina, ducite Daphnim.
Carmina vel cælo possunt deducere lunam:
Carminibus Circe socios mutauit Vlyssei:
Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.
Ducite ab vrbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.
Terna tibi hæc primùm triplici diuersa colore
Licia circumdo: terque hæc altaria circum
Effigiem duco. Numero deus impare gaudet.
Ducite ab vrbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.
Nectle tribus nodis ternos Amarylli colores:

1 promisſáque.

Nectle

Nectę Amarylli modò: &, Veneris, dic, vincula necto.
Ducite ab vrbe domum, mea carmina, ducite Daphnim
Limus vt hic durescit, & hæc vt cera liquescit,
Vno eodemq; igni: sic nostro Daphnis amore.
Sparge molą, & fragiles incende bitumine lauros.
Daphnis me malus vrit, ego hanc in Daphnide laurum.
Ducite ab vrbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.
Talis amor Daphnim, qualis, quum fessa iuuencum
Per nemora, atque altos quærendo bucula lucos
Propter aquæ riuũ viridi procumbit in herba,
Perdita, nec fera meminit decedere nocti:
Talis amor teneat: nec sit mihi cura mederi.
Ducite ab vrbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.
Has olim exuuias mihi perfidus ille reliquit.
Pignora chara sui: quæ nunc ego limine in ipso
Terra tibi mando. debent hæc pignora Daphnim.
Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnim.
Has herbas atque hæc Ponto mihi lecta venena
Ipse dedit Mœris: nascuntur plurima Ponto.
His ego sæpe lupum fieri & se condere syluis
Mœrim, sæpe animas imis excire sepulcris,
Atque satas alio vidi traducere messes.
Ducite ab vrbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.
Fer cineres Amarylli foras, riuóque fluenti
Transq; caput iace: ne respexeris. his ego Daphnim
Aggrediar: nihil ille deos, nil carmina curat.
Ducite ab vrbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.
Aspice, corripuit tremulis altaria flammis
Sponte sua (dũ ferre moror) cinis ipse bonum sit.
Nescio quid certè est, & Hylax in limine latrat.
Credimus? an qui amat, ipsi sibi somnia fingunt?
Parcite, ab vrbe venit, iam parcite carmina, Daphnis.

Eclogi IX. cui nomen Mœris.

LYCIDAS, MOERIS.

LY. Quò te Mœri pedes? an (quò via ducit) in vrbem?
MOE. O Lycida, viui peruenimus, aduena nostri
(Quod nunquam veriti sumus) vt possessor agelli
Diceret, Hæc mea sunt, veteres migrate coloni.
Nunc victi tristes (quoniam fors omnia versat)
Hos illi (quod nec bene vertat) mittimus hædos.
LY. Certè equidem audieram, qua se subducere colles
Incipiunt, mollique iugum demittere cliuo,
Vsque ad aquam & veteris iam fracta cacumina fagi,
Omnia carminibus vestrum seruasse Menalcam.
MOE. Audieras, & fama fuit: sed carmina tãtũ
Nostra valent Lycida tela inter Martia, quantũ
Chaonias dicunt aquila veniente columbas.
Quòd nisi me quacunque nouas incidere lites
Ante sinistra caua monuisset ab ilice cornix,
Nec tuus hic Mœris, nec viueret ipse Menalcas.
LY. Heu cadit in quemquam tantum scelus? heu tua nobis
Penè simul tecum solatia rapta Menalca.
Quis caneret Nymphas? quis humum florentibus herbis
Spargeret? aut viridi fontes induceret vmbra?
Vel quæ sublegi tacitus tibi carmina nuper,
Quũ te ad delicias ferres Amaryllida nostras.
Tityre, dũ redeo (breuis est via) pasce capellas,
Et potum pastas age Tityre, & inter agendum,
Occursare capro (cornu ferit ille) caueto.
MOE. Immò hæc quæ Varo necdum perfecta canebat.
Vare tuum nomen (superet modò Mãtua nobis,
Mantua væ miseræ nimium vicina Cremonæ)
Cantantes sublime ferent ad sidera cycni.
LY. Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos,
Sic cytiso pastæ distentent vbera vaccæ:
Incipe si quid habes. & me fecere poetam
Pierides: sunt & mihi carmina: me quoq; dicunt
Vatem pastores: sed non ego credulus illis.
Nam neq; adhuc Varo videor nec dicere Cinna
Digna, sed argutos inter strepere anser olores.
M. Id quidem ago, & tacitus Lycida mecum ipse voluto,
Si valeam meminisse: neque est ignobile carmen.
Huc ades ô Galatea. quis est nã ludus in vndis?
Hic ver purpureum, varios hic flumina circum
Fundit humus flores: hic candida populus antro
Imminet, & lentæ texunt vmbracula vites.
Huc ades: insani feriant sine littora fluctus.
LY. Quid, quæ te pura solum sub nocte canentem
Audieram? numeros memini, si verba tenerem.
MOE. Daphni, quid antiquos signorum suspicis ortus?
Ecce, Dionæi processit Cæsaris astrum:
Astrum, quo segetes gauderẽt frugibus, & quo
Duceret apricis in collibus vua colorem.
Insere Daphni pyros, carpent tua poma nepotes.
Omnia fert ætas, animum quoque. sæpe ego lõgos
Cantando puerum memini me condere soles.
Nunc oblita mihi tot carmina: vox quoq; Mœrin
Iam fugit ipsa: lupi Mœrin vidêre priores.
Sed tamen ista satis; referet tibi sæpe Menalcas.
LY. Cantando nostros in longum ducis amores:
Et nunc omne tibi stratum silet æquor, & omnes
(Aspice) ventosi ceciderunt murmura aurę.
Hinc adeò media est nobis via. nãq; sepulchrum
Incipit apparere Bianoris: hic vbi densas
Agricolæ stringunt frondes, hic Mœri canamus.
Hic hœdos depone, tamen veniemus in vrbem:
Aut, si nox pluuiam ne colligat antè, veremur,
Cantantes licet vsque (minus via lædet) eamus.
Cantantes * vt eamus, ego hoc te fascę leuabo.

1 Non fors, sed fors, quidam legendum exist.

M. Desine plura puer: & quod nunc instat, agamus:
Carmina tũ melius, quum venerit ipse, canemus.

Ecloga X. cui nomen Gallus.

EXtremum hunc Arethusa mihi concede laborem.
Pauco meo Gallo (sed quæ legat ipsa Lycoris)
Carmina sunt dicẽda. neget quis carmina Gallo?
Sic tibi, quum fluctus subterlabẽre Sicanos,
Doris amara suam non intermisceat vndam.
Incipe, sollicitos Galli dicamus amores,
Dum tenera attondent simæ virgulta capellæ.
Non canimus surdis, respondent omnia sylvæ.
Quæ nemora aut qui vos saltus habuêre puellæ
Naiades, indigno quum Gallus amore periret?
Nam neque Parnassi vobis iuga, nam neq; Pindi
Vlla moram fecere, neque Aonia Aganippe.
Illum etiam lauri, etiam fleuêre myricæ.
Pinifer illum etiam sola sub rupe iacentem.
Mœnalus, & gelidi fleuerunt saxa Lycæi.
Stant & oues circùm, nostri nec 1 pœnitet illas:
Nec te pœniteat pecoris diuine poeta.
Et formosus oues ad flumina pauit Adonis.
Venit & vpilio: tardi venêre 2 bubulci:
Vuidus hyberna venit de glande Menalcas.
Omnes, vnde amor iste, rogant, tibi venit, Apollo:
Galle quid insanis? inquit: tua cura Lycoris (est.
Perque niues alium perq; horrida castra sequuta
Venit & agresti capitis Syluanus honore,
Florentes ferulas & grandia lilia quassans.
Pan deus Arcadiæ venit, quem vidimus ipsi
Sanguineis ebuli baccis minióque rubentem.
Et, quis erit modus? inquit: amor nõ talia curat.
Nec lacrymis crudelis amor, nec gramina riuis,
Nec cytiso saturantur apes, nec fronde capellæ.
Tristis at ille tamen, Cãtabitis Arcades, inquit,
Montibus hæc vestris: soli cantare periti
Arcades. ô mihi tũ quàm molliter ossa quiescãt,
Vestra meos olim si fistula dicat amores.
Atque vtinam ex vobis vnus, vestrique fuissem
Aut custos gregis, aut matura vinitor vuæ,
Certè siue mihi Phyllis, siue esset Amyntas,
Seu quicunque furor, (quid tum si fuscus Amyntas?
Et nigræ viole sunt, & vacinia nigra)
Mecum inter salices lenta sub vite iaceret:
Serta mihi Phyllis legeret, cantaret Amyntas.
Hic gelidi fontes, hic mollia prata, Lycori,
Hic nemus: hic ipso tecum consumerer ævo.
Nunc insanus amor duri me Martis in armis
Tela inter media atque aduersos detinet hostes:
Tu procul à patria (nec sit mihi credere) tantum,
Alpinas ah dura niues & frigora Rheni
Me sine sola vides. ah te ne frigora lædant,
Ah tibi ne teneras glacies secet aspera plantas.
Ibo, & Chalcidico quæ sunt mihi condita versu
Carmina, pastoris Siculi modulabor auena.
Certum est, in syluis inter spelæa ferarum
Malle pati, teneri; que meos incidere amores
Arboribus: crescent illæ, crescetis amores.
Interea mistis lustrabo Mœnala Nymphis,
Aut acres venabor apros: non me vlla vetabunt
Frigora Parthenios canibus circundare saltus.
Iam mihi per rupes videor lucósque sonantes
Ire: libet Partho torquere Cydonia cornu
Spicula: tanquã hæc sit nostri medicina furoris,
Aut deus ille malis hominum mitescere discat.
Iam neque Hamadryades rursus, nec carmina nobis
Ipsa placent: ipsæ rursus concedite sylvæ.
Non illum nostri possunt mutare labores:
Nec si frigoribus mediis Hebrúmque bibamus:
Sithoniásque niues hyemis subeamus aquosæ:
Nec si, quum moriens alta liber aret in vlmo,
Æthiopum versemus oues sub sidere Cancri.
Omnia vincit Amor: & nos cedamus Amori.
Hæc sat erit diuæ vestrum cecinisse poetam,
Dum sedet, & gracili fiscellam texit hibisco,
Pierides. vos hæc facietis maxima Gallo:
Gallo, cuius amor tantum mihi crescit in horas,
Quantum vere nouo viridis se subiicit alnus.
Surgamus: solet esse gratis cantantibus vmbra.
Iuniperi gravis vmbra: nocẽt & frugibus vmbræ.
Ite domum saturæ, venit Hesperus, ite capellæ.

1 Quidam exp. puder. Sic in seq. pudeat.
2 ita lege, non, subulci.

P. VIRGILII MARONIS
GEORGICORVM
LIBER I.

ARGVMENTVM MODESTINI, iurisconsulti nobilissimi,

Quid faciat lætas segetes: quæ sidera seruet
Agricola, vt facilem terrã proscindat aratris:
Semina quo iacienda modo: cultúsque locorum
Edocuit messis magno olim fœnore reddi.

AD C. MÆCENATEM.

QVID faciat lætas segetes: quo sidere terram
Vertere, Mæcenas, vlmisque adiungere vites,
Conueniat: quæ cura boum, 1 quis cultus habẽdo
Sit pecori: atq; apibus quãta experientia 2 parcis:
1 qui 2 al. paruis. non malè.

Hinc

Hinc canere incipiam. Vos, ó clarissima mundi
Lumina, labentem cælo quæ ducitis annum:
Liber, & alma Ceres, vestro si munere tellus
Chaoniam pingui glandem mutauit aristâ,
Poculáque inuentis Acheloia miscuit uuis:
Et vos agrestum præsentia numina Fauni,
Ferte simul Faunique pedem Dryadesq; puellæ:
Munera vestra cano. tuq; ó, cui prima frementem
Fudit equum magno tellus percussa tridenti,
Neptune: & cultor nemorum, cui pinguia Cææ
Tercentum niuei tondent dumeta iuuenci.
Ipse nemus linquens patrium saltusq; Lycæi,
Pan ouium custos, tua si tibi Mænala curæ,
Adsis ó Tegeæe fauens: oleæque Minerua
Inuentrix: vncique puer monstrator aratri:
Et teneram ab radice ferens Syluane cupressum
Diique deæq; omnes studium quibus arua tueri:
Quique nouas alitis non vllo semine fruges;
Quiq; satis largum cælo demittitis imbrem.
Tuque adeò, quem mox quæ sint habitura deorũ
Concilia, incertum est: vrbisne inuisere, Cæsar,
Terrarúmque velis curam: & te maximus orbis
Auctorem frugum, tempestatúmque potentem
Accipiat, cingens materna tempora myrto:
An deus immensi venias maris: ac tua nautæ
Numina sola colant, tibi seruiat vltima Thule:
Teq; sibi generum Tethys emat omnibus vndis:
Anne nouum tardis sidus te mensibus addas:
Quà locus Erigonem inter Chelásque sequentes
Panditur: ipse tibi iam brachia contrahit ardens
Scorpius, & cœli iusta plus parte relinquit.
Quicquid eris (nam te nec sperent tartara regem,
Nec tibi regnandi veniat tam dira cupido,
Quamuis Elysios miretur Græcia campos,
Nec repetita sequi curet Proserpina matrem)
Da facilem cursũ, atq; audacibus annue cœptis:
Ignarósque viæ mecum miseratus agrestes,
Ingredere, & votis iam nunc assuesce vocari.
VERE nouo, gelidus canis quũ montibus humor
Liquitur, & Zephyro putris se gleba resoluit:
Depresso incipiat iam tum mihi taurus aratro
Ingemere, & sulco attritus splendescere vomer.
Illa seges demum votis respondet auari
Agricolæ, bis quæ solem, bis frigora sensit:
Illius immensæ ruperunt horrea messes.
Ac prius ignotum ferro quàm scindimus æquor,
Ventos & varium cœli prædiscere morem
Cura sit, ac patrios cultusq; habitusq; locorum:
Et quid quaq; ferat regio, & quid quaq; recuset.
Hic segetes, illic veniunt felicius uuæ:
Arborei fœtus alibi, atque iniussa virescunt
Gramina. nónne vides croceos vt Tmolus odores,
India mittit ebur, molles sua thura Sabæi?
At Chalybes nudi ferrum, virosáque Pontus
Castorea, Eliadum palmas Epeiros equarum?
Continuò has leges æternaq; fœdera certis
Imposuit natura locis, quo tempore primùm
Deucalion vacuum lapides iactauit in orbem:
Vnde homines nati, durum genus. ergo age, terræ
Pingue solum primis extemplo à mensibus anni
Fortes inuertant tauri: glebáque iacentes
Puluerulenta coquat maturis solibus æstas.
At si non fuerit tellus fœcunda, sub ipsum
Arcturum tenui sat erit suspendere sulco:
Illic, officiant lætis ne frugibus herbæ:
Hic sterilem exiguus ne deserat humor arenam.
Alternis idem tonsas cessare nouales,
Et segnem patiere situ durescere campum.
Aut ibi flaua seres mutato [1] sidere farra,
Vnde prius [2] lætum siliqua quassante legumen,
Aut tenues fœtus vicię, tristisq; lupini
Sustuleris fragiles calamos, syluámque sonantem.
Vrit enim lini campum seges, vrit auenæ:
Vrunt lethæo perfusa papauera somno.
Sed tamen alterno facilis labor: arida tantùm
Ne saturare fimo pingui pudeat sola, néve
Effœtos cinerem immundum iactare per agros.
Sic quoque mutatis requiescunt fœtibus arua,
Nec nulla interea est inarata gratia terræ.
Sæpe etiam steriles incendere profuit agros.
Atque leuẽ stipulam crepitantibus vrere flãmis.
Siue inde occultas vires & pabula terræ
Pinguia concipiunt, siue illis omne per ignem
Excoquitur vitium, atq; exudat inutilis humor:
Seu plures calor ille vias & cæca relaxat
Spiramenta, nouas veniat quâ succus in herbas,
Seu durat magis, & venas astringit hiantes:
Ne tenues pluuiæ, rapidive potentia solis
Acrior, aut Boreæ penetrabile frigus adurat.
Multum adeò, rastris glebas qui frangit inertes,
Vimineásque trahit crates, iuuat arua, neque illũ
Flaua Ceres alto nequicquam spectat Olympo:
Et qui, proscisso quæ suscitat æquore terga,
Rursus in obliquum verso [3] perrumpit aratro,
Exercétque frequens tellurẽ, atq; imperat aruis.
Humida solstitia atque hyemes orate serenas
Agricolæ. hyberno lætissima puluere farra,
Lætus ager. nullo tantum se [4] Mœsia cultu
Iactat, & ipsa suas mirantur Gargara messes.
Quid dicam, iacto qui semine comminus arua
Insequitur, cumulósque ruit malè pinguis arenæ?
Deinde satis fluuium inducit, riuosq; [5] sequentes?
Et quum exustus ager morientibus æstuat herbis,
Ecce, supercilio cliuosi tramitis vndam
Elicit: illa cadens raucum per leuia murmur
Saxa ciet, scatebrisq; arentia temperat arua,
Quid, qui, ne grauidis procumbat culmus aristis,
Luxuriem segetum tenera depascit in herba,
Quum primùm sulcos æquât sata? quique paludis
Collectum humorem bibula [6] deducit arena?
Præsertim incertis si mensibus amnis abundans
Exit, & obducto latè tenet omnia limo,
Vnde cauæ tepido sudant humore lacunæ.
Nec tamen (hæc quum sint hominúmque boúmque labores
Versando terram experti) nihil improbus anser,

1 al. semine. 2 al. lectum
3 al. prorumpit. 4 al. Mysia
5 al. fluentes
6 al. deducat.

Strymoniaq; grues, & amaris 1 intyba fibris
Officiunt: aut vmbra nocet. Pater ipse colendi
Haud facilem esse viam voluit: primúsque per artem
Mouit agros, curis acuens mortalia corda:
Nec torpere graui passus sua regna veterno.
Ante Iouem nulli subigebant arua coloni:
Nec signare quidem, aut partiri limite campum
Fas erat: in medium quærebant: ipsáq; tellus
Omnia liberius nullo poscente ferebat.
Ille malum virus serpentibus addidit atris:
Prædarique lupos iussit, pontúmque moueri:
Melláque decussit foliis, ignemq; remouit.
Et passim riuis currentia vina repressit:
Vt varias vsus meditando 2 extunderet artes
Paulatim, & sulcis frumenti quæreret herbam,
Et silicis venis abstrusum excuderet ignem.
Tunc alnos primùm fluuij sensere cauatas:
Nauita tum stellis numeros & nomina fecit,
Pleiadas, Hyadas, claramq; Lycaonis Arctον.
Tum laqueis captare feras, & fallere visco.
Inuentum: & magnos canibus circundare saltus.
Atque alius latum funda iam verberat amnem,
Alta petens, pelagóque alius trahit humida lina.
Tum ferri rigor, atque argutæ lamina serræ:
(Nam primi cuneis scindebant fissile lignum)
Tum variæ venere artes. Labor omnia vincit
Improbus, & duris vrgens in rebus egestas.
Prima Ceres ferro mortales vertere terram
Instituit, quum iam glandes atque arbuta sacra
Deficerent syluæ, & victum Dodona negaret.
Mox & frumenti labor additus, vt mala culmos
Esset rubigo, segnisque horreret in aruis
Carduus. intereunt segetes, subit aspera sylua,
Lappæque, tribulique: interq; nitentia culta
Infelix lolium & steriles dominantur auenæ.
Quod nisi & assiduus 3 terram insectabere rastris,
Et sonitu terrebis aues, & ruris opaci
Falce premes vmbras, votisque vocaueris imbrē:
Heu magnũ alterius frustra 4 spectabis aceruum,
Concussáque famem in syluis solabere quercu.
Dicendum & quæ sint duris agrestibus arma,
Queis sine nec potuere seri nec surgere messes.
Vomis, & inflexi primùm graue robur aratri,
Tardáque Eleusinæ matris volutia plaustra,
Tribulaque, traheæq;, & iniquo pondere rastri:
Virgea præterea Celei, vilísque supellex,
Arbutææ crates, & mystica 5 vannus Iacchi.
Omnia quæ multo ante memor prouisa repones,
Si te digna manet diuini gloria ruris.
Continuò in syluis magna vi flexa domatur
In burim, & curui formam accipit vlmus aratri.
Huic à stirpe pedes temo protentus in octo:
Binæ aures, duplici aptantur dentalia dorso.
Çaditur & tilia ante iugo leuis, altaque fagus,
Stiuáque, quæ currus à tergo torqueat imos:
Et suspensa focis exploret robora fumus.
Possum multa tibi veterum præcepta referre,

1 al. intubi. 2 al. excuderet 3 al. herbam. 4 al. expectabis 5 al. vallus

Ni refugis, tenuesq; piget cognoscere curas.
Area cum primis ingenti æquanda cylindro,
Et vertenda manu, & creta solidanda tenaci:
Ne subeant herbæ, neu puluere victa fatiscat:
Tum variæ illudant pestes. sæpe exiguus mus
Sub terris posuitq; domos, atque horrea fecit:
Aut oculis capti fodere cubilia talpæ.
Inuentusq; cauis bufo, & quæ plurima terræ
Monstra ferunt: populátque ingentem farris acer-
uum
Curculio, atque inopi metuens formica senectæ.
Contemplator item, quum se nux plurima syluis
Induet in florem, & ramos curuabit olentes.
Si superant fœtus, pariter frumenta sequentur,
Magnáque cum magno veniet tritura calore:
At si 2 luxuria foliorum exuberat vmbra,
Nequicquam pingues palea teret area culmos.
Semina vidi equidem multos medicare serentes,
Et nitro prius & nigra perfundere amurca:
Grandior vt fœtus siliquis fallacibus esset,
Et quanuis igni exiguo properata maderent:
Vidi lecta diu, & multo spectata labore,
Degenerare tamen: ni vis humana quotannis
Maxima quæque manu legeret. sic omnia fatis
In peius ruere, ac retro sublapsa referri.
Non aliter quàm qui aduerso vix flumine lẽbum
Remigijs subigit, si brachia forte remisit,
Atque illũ in præceps prono rapit alueus 3 amne.
Præterea tam sunt Arcturi sidera nobis
Hædorumq; dies seruãdi, & lucidus Anguis,
Quàm quibus in patriã vẽtosa per æquora vectis
Pontus & ostriferi fauces tentantur Abydi.
Libra die somnique pares vbi fecerit horas,
Et medium luci atque vmbris tam diuidet orbem
Exercete viri tauros, serite ordea campis,
Vsque sub extremũ brumæ intractabilis imbrem.
Necnon & lini segetem & cerealia papauer
Tẽpus humo tegere: & iãdudũ incũbere 4 aratris
Dum sicca tellure licet, dum nubila pendent.
Vere fabis satio: tunc te quoque medica putres
Accipiunt sulci, & milio venit annua cura:
Candidus auratis aperit quum cornibus annum
Taurus, & aduerso cedens Canis occidit astro,
At si triticeam in messem robustáque farra
Exercebis humum, solisq; instabis aristis:
Antè tibi Eoæ Atlantides abscondantur,
Gnosiáque ardentis decedat stella coronæ,
Debita quàm sulcis cõmittas semina, quámque
Inuitæ properes anni spem credere terræ.
Multi ante occasum Maiæ cœpere: sed illos
Expectata seges vanis eluſit 6 auenis.
Si verò viciámque seres vilémque faselum,
Nec Pelusiacæ curam aspernabere lentis,
Haud obscura cadens mittet tibi signa Bootes:
Incipe, & ad medias sementem extende pruinas
Idcirco certis dimensum partibus orbem
Per duodena regit mundi sol aureus astra.
Quinq; tenent cœlum zonæ: quarum vna coruſco

1 al. causas 2 al. luxuriæ 3 al. amni 4 al. rastris 5 al. auerso. 6 al. aristis

Semper

Semper ſole rubens, & torrida ſemper ab igni:
Quã circum extremæ dextra lauáque trahuntur
Cærulea glacie concretæ, atque imbribus atris.
Has inter mediámque duæ mortalibus ægris
Munere conceſſæ diuûm: & via ſecta per ambas
Obliquus qua ſe ſignorum verteret ordo.
Mundus vt ad Scythiã 2 Ripheáſq; arduus arces
Conſurgit, premitur Libyæ deuexus in Auſtros.
Hic vertex nobis ſemper ſublimis, at illum
Sub pedibus Styx atra videt, manéſque profundi.
Maximus hic flexu ſinuoſo elabitur anguis
Circum, perq; duas in morem fluminis Arctos:
Arctos, Oceani metuentes æquore tingi.
Illic (vt perhibent) aut intempeſta ſilet nox
Semper, & obtenta denſantur nocte tenebræ:
Aut redit à nobis aurora, diémque reducit:
Noſq; vbi primus equis oriens afflauit anhelis,
Illic ſera rubens accendit lumina Veſper.
Hinc tempeſtates dubio 3 prædicere cœlo
Poſſumus: hinc 4 meſſiſq; diẽ tempuſque ſerendi:
Et quando infidum remis impellere marmor
Conueniat, quando armatas deducere claſſes,
Aut tempeſtiuam ſyluis euertere pinum.
Nec fruſtra ſignorũ obitus ſpeculamur & ortus,
Temporibúſque parem diuerſis quattuor annum.
Frigidus agricolam ſiquando continet imber
Multa forent quæ mox cœlo properanda ſereno,
Maturare datur. durum procudit arator
Vomeris obtuſi dentem cauat arbore lintres:
Aut pecori ſignũ aut numeros impreſſit aceruis.
Exacuunt alij vallos furcáſque bicornes,
Atque Amerina parant lentæ retinacula viti.
Nunc facilis rubea texatur fiſcina virga:
Nunc torrete igni fruges, nunc fraxgite ſaxo.
Quippe etiam feſtis quædã exercerediebus
Fas & iura ſinunt. riuos 4 deducere nulla
Religio vetuit: ſegeti prætendere ſepem:
Inſidias auibus moliri: incendere vepres:
Balantúmque gregem fluuio merſare ſalubri.
Sæpe oleo tardi coſtas agitator aſelli
Vilibus aut onerat pomis: lapidémque reuertens
Incuſum, aut atræ maſſam picis vrbe reportat.
Ipſa dies alios alio dedit ordine Luna
Felices operum. quintam fuge: pallidus Orcus
Eumenidéſque ſatæ: tum partu terra nefando
Cœúmque Iapetúmque creat, ſæuumq; Typhœa
Et conuratos cœlum reſcindere fratres.
Ter ſunt conati imponere Pelio Oſſam,
Scilicet atque Oſſæ frondoſum inuoluere Olympũ.
Ter Pater extructos diſiecit fulmine montes.
Septima poſt decimam felix & ponere vites,
Et prenſos domitare boues, & licia telæ
Addere. nona fugæ melior, contraria furtis.
Multa adeò gelida melius ſe nocte dedere:
Aut quum ſole nouo terras irrorat Eõus.
Nocte leues 5 ſtipulæ melius, nocte arida prata
Tondentur: 6 noctis lentus non deficit humor.

1 al. Ceruleæ 2 al. Ripeáſque 3 al. prædiſcere.
4 al. menſiſque dies.
5 al. melius ſtipula 6 al. noctes.

Et quidam ſeros hyberni ad luminis ignes
Peruigilat, ferróque faces inſpicat acuto.
Interea longum cantu ſolata laborem
Arguto coniunx percurrit pectine telas:
Aut dulcis muſtis Vulcano decoquit humorem,
Et foliis vndam tepidi deſpumat aheni.
At rubicunda Ceres medio ſuccciditur æſtu,
Et medio toſtas æſtu terit area fruges.
Nudus ara, ſere nudus: hyems ignaua colono.
Frigoribus parto agricolæ plerumque fruuntur.
Mutuáque inter ſe læti conuiuia curant.
Inuitat genialis hyems, curaſque reſoluit:
Ceu preſſæ quum iam portum tetigere carinæ,
Puppibus & læti nautæ impoſuere coronas.
Sed tamen & quernas glandes tunc ſtringere tempus,
Et lauri baccas, oleámque cruentáque myrta:
Tunc gruibus pedicas & retia ponere ceruis:
Auritóſque ſequi lepores: tum figere damas,
Stuppea torquentem balearis verbera funda:
Quũ nix alta iacet, glaciẽ quum flumina trudũt.
Quid tempeſtates autumni & ſidera dicam?
Atque vbi iam breuiórque dies, & mollior æſtas,
Quæ vigilanda viris? vel quum ruit imbriferum ver?
Spicea iam campis quũ meſſis inhorruit, & quũ
Frumenta in viridi ſtipula lactentia turgent?
Sæpe ego, quũ flauis meſſorem induceret aruis
Agricola, & fragili iã ſtringeret ordea culmo,
Omnia ventorum concurrere prælia vidi,
Quæ grauidam latè ſegetem ab radicibus imis
Sublime expulſam eruerent: ita turbine nigro
Ferret hyems culmúmque leuem ſtipuláſque volantes.
Sæpe etiam immenſum cœlo venit agmẽ aquarũ,
Et fœdam glomerant tempeſtatẽ imbribus atris
Collecta ex alto nubes: ruit arduus æther,
Et pluuia ingenti ſata læta boumq; labores
Diluit: implentur foſſæ, & caua flumina creſcũt
Cum ſonitu: feruétque fretis ſpirantibus æquor.
Ipſe Pater, media nimborum in nocte, coruſca
Fulmina molitur dextra, quo maxima motu
Terra tremit: fugere feræ, & mortalia corda
Per gentes humilis ſtrauit pauor, ille flagranti
Aut 1 Atho aut Rhodopẽ aut alta Ceraunia telo
Deijcit. ingeminant auſtri, & denſiſſimus imber.
Nunc nemora ingẽti vento, nunc littora plãgunt.
Hoc metuens, cœli menſes & ſidera ſerua:
Frigida Saturni ſeſe quò ſtella receptet,
Quos ignis cœli Cyllenius erret in orbes.
In primis venerare deos, atque annua magnæ
Sacra refer Cereri, lætis operatus in herbis,
Extremæ ſub 2 caſum hyemis, iam vere ſereno.
Tunc agni pingues, & tunc molliſſima vina:
Tunc ſomni dulces, denſæq; in montibus vmbræ.
Cuncta tibi Cererem pubes agreſtis adoret:
Cui tu lacte fauos & miti dilue Baccho.
Térque nouas circum felix eat hoſtia fruges:
Omnis quam chorus & ſocij comitentur ouãtes:

1 al. Athon 2 al. caſu.

Et Cererem clamore vocent in tecta: neque antè
Falcem maturis quisquam supponat aristis,
Quàm Cereri torta redimitus tempora quercu
Det motus incompositos, & carmina dicat.
Atque hæc vt certis possimus discere signis,
Æstusque, pluuiasque, & agentes frigora ventos:
Ipse Pater statuit quid menstrua Luna moueret:
Quo signo caderent Austri. 1 quid sæpe videntes
Agricolæ, propius stabulis armenta tenerent.
Continuò ventis surgentibus, aut freta ponti
Incipiunt agitata tumescere, & aridus altis
Mõtibus audiri fragor: aut resonãtia longè (mur.
Littora misceri, & nemorum increbrescere mur-
Iam sibi tum curuis malè temperat vnda carinis,
Quum medio celeres reuolant ex æquore mergi:
Clamoremq; ferunt ad littora, quumque marinæ
In sicco ludunt fulicæ: notásque paludes
Deserit, atque altam supra volat ardea nubem.
Sæpe etiam stellas vento impendente videbis
Præcipites cœlo labi: noctisque 2 per vmbras
Flammarum longos à tergo albescere tractus:
Sæpe leuem paleam & frondes volitare caducas:
Aut summa nantes in aqua colludere plumas.
At Boreæ de parte trucis quũ fulminat, & quum
Euriq; Zephyrique tonat domus: omnia plenis
Rura natant fossis, atque omnis nauita ponto
Humida vela legit, nunquam imprudentibus imber
Obfuit, aut illum surgentem vallibus imis
Aeriæ fugere grues: aut bucula cœlum
Suspiciens patulis captauit naribus auras:
Aut arguta lacus circumuolitauit hirundo:
Et veterem in limo ranæ cecinere querelam.
Sæpius & tectis penetralibus extulit ouæ
Augustum formica terens iter: & bibit ingens
Arcus: & è pastu decedens agmine magno
Coruorum increpuit densis exercitus alis.
Iam varias pelagi volucres, & quæ Asia circum
Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri:
Certatim largos humeris infundere rores:
Nunc caput obiectare fretis, nunc currere in vndas,
Et studio in cassum videas gestire lauandi.
Tum cornix rauca pluuiã vocat improba voce.
Et sola in sicca secum spatiatur arena.
Nec nocturna quidem carpentes pensa puellæ
Nesciuere hyemem: testa quum ardente viderent
Scintillare oleum, & putres concrescere fungos.
Nec minus ex imbri soles & aperta serena
Prospicere & certus poteris cognoscere signis.
Nam neque tum stellis acies obtusa 3 videtur,
Nec fratris radijs obnoxia surgere Luna.
Tenuia nec lanæ per cœlum vellera ferri.
Non tepidum ad solem pennas in littore pandunt
Dilectæ Thetidi Halcyones: non ore solutos
Immundi meminere sues iactare maniplos.
At nebulæ magis ima petunt, campoq; recũbunt,
Solis & occasum seruans de culmine summo

1 quod 2 al. vmbram.
3 al. videri.

Nequicquam seros exercet noctua cantus.
Apparet liquido sublimis in aere Nisus,
Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo.
Quacunque illa leuẽ fugiens secat æthera pennis,
Ecce inimicus atrox magno stridore per auras
Insequitur Nisus: qua se fert Nisus ad auras,
Illa leuem fugiens raptim secat æthera pennis.
Tum liquidas corui presso ter gutture voces
Aut quater ingeminant: & sæpe cubilibus altis,
Nescio qua præter solitum dulcedine læti,
Inter se foliis strepitant. iuuat imbribus actis
Progeniem paruam dulcésque reuisere nidos.
Haud equidem credo, quia sit diuinitus illis
Ingenium, aut rerum fato prudentia maior:
Verùm vbi tempestas & cæli mobilis humor
Mutauere vias: & Iuppiter humidus austris
Densat, erãt quæ rara modò, & quæ dẽsa relaxat.
Vertuntur species animorum, & 1 pectora motus
Nunc alios, alios, dum nubila ventus agebat,
Concipiunt. hinc ille auium concentus in agris:
Et lætæ pecudes, & ouantes gutture corui.
Si verò solem ad rapidum lunásque sequentes
Ordine respicies: nunquam te crastina fallet
Hora, 2 nec insidijs noctis capiere serena.
Luna reuertentes quumprimum colligit ignes,
Si nigrum obscuro comprenderit 3 aera cornu,
Maximus agricolis pelagóque parabitur imber.
At si virgineum suffuderit ore ruborem,
Ventus erit: vento semper rubet aurea Phœbe.
Sin ortu in quarto (namq; is certissimus autor)
Pura nec obtusis per cœlum cornibus ibit:
Totus & ille dies, & qui nascentur ab illo,
Exactum ad mensem, pluuia ventisq; carebunt:
Votáque seruati soluent in littore nautæ
Glauco, & Panopeæ, & Inoo Melicertæ.
Sol quoque & exoriens, & quũ se condet in vndas,
Signa dabit, solem certissima signa sequuntur,
Et quæ mane refert, & quæ surgentibus astris.
Ille vbi nascentem maculis variauerit ortum
Conditus in nubem, medioque refugerit orbe:
Suspecti tibi sint imbres, namque vrget ab alto
Arboribúsque satisq; Notus pecorique sinister.
Aut vbi sub lucem densa inter nubila sese
Diuersi erumpent radij: aut vbi pallida surget
Tithoni croceum linquens aurora cubile.
Heu malè tum mites defendit pampinus vuas,
Tam multa in tectis crepitans salit horrida grando.
Hoc etiam, emenso quum iam decedet olympo,
Profuerit meminisse magis. nam sæpe videmus
Ipsius in vultu varios errare colores.
Cæruleus pluuiam denuntiat, igneus euros:
Sin maculæ incipient rutilo immiscerier igni,
Omnia tunc pariter vento nimbisque videbis
Fervere. non illa quisquam me nocte per altum
Ire, neque à terra moneat conuellere funem.
At si, quum referétque diem condétque relatum,
Lucidus orbis erit: frustra terrebere nimbis,
Et claro syluas cernes aquilone moueri.

1 al. pectore. 2 al. neque 3 al. aere.

Deni-

Deniq; quid vesper serus vehat, vnde serenas
Ventus agat nubes: quid [1] *cogitet humidus auster,*
Sol tibi signa dabit. solem quis dicere falsum
Audeat? ille etiam cæcos instare tumultus
Sæpe monet, fraudemq; & operta tumescere bella.
Ille etiam extincto miseratus Cæsare Romam,
Quum caput obscura nitidum ferrugine texit,
Impiaq; æternam timuerunt secula noctem.
Tempore quanquam illo tellus quoq; & æquora ponti,
Obscœniq; canes importunæq; volucres
Signa dabant. quoties Cyclopũ efferuere in agros
Vidimus vndantem ruptis fornacibus Ætnam,
Flammarúmque globos liquefactáque voluere saxa.
Armorum sonitum toto Germania cœlo
Audijt, insolitis tremuerunt motibus Alpes.
Vox quoque per lucos vulgò exaudita silentes
Ingens, & simulacra modis pallentia miris
Visa sub obscurum noctis: pecudesq; loquuta
(Infandum) sistunt amnes, terræq; dehiscunt:
Et mœstum illacrymat templis ebur, æraq; sudant.
Proluit insano contorquens vortice syluas
Fluuiorum rex Eridanus, camposq; per omnes
Cum stabulis armenta tulit, nec tempore eodem
Tristibus aut extis fibræ apparere minaces,
Aut puteis manare cruor cessauit: & altæ
Per noctem resonare lupis vlulantibus vrbes.

[1] al. cogit & hum.

Non aliàs cœlo ceciderunt plura sereno
Fulgura, nec diri toties arsere cometæ.
Ergo inter sese paribus concurrere telis
Romanas acies iterum videre Philippi:
Nec fuit indignum superis, bis sanguine nostro
Emathiam & latos Æmi pinguescere campos.
Scilicet & tempus veniet quum finibus illis
Agricola, incuruo terram molitus aratro,
Exesa inueniet scabra rubigine pila:
Aut grauibus rastris galeas pulsabit inanes,
Grandiaq; effossis mirabitur ossa sepulcris.
Dij patrij indigetes, & Romule, Vestaq; mater,
Quæ Thuscũ Tiberim & Romana palatia seruas:
Hunc saltem euerso iuuenem succurrere seclo
Ne prohibete. satis iampridem sanguine nostro
Laomedonteæ luimus periuria Troiæ.
Iampridem nobis cœli te regia Cæsar
Inuidet, atq; hominũ queritur curare triumphos.
Quippe vbi fas versum atque nefas, tot bella per orbem,
Tam multæ scelerum facies, non vllus aratro
Dignus honos, squalent abductis arua colonis,
Et curuæ rigidum falces conflantur in ensem.
Hinc mouet Euphrates, illinc Germania bellum:
Vicinæ ruptis inter se legibus vrbes
Arma ferunt: sæuit toto Mars impius orbe.
Vt quum carceribus sese effudère quadrigæ.
Addũt se in spatia: & frustra retinacula tendens
Fertur equis auriga, neq; audit currus habenas.

[1] Hinc al. hunc

P. VIRGILII MARONIS
GEORGICORVM
LIBER II.

MODESTINI IVRISCONSVLTI ARGVMENTVM.

Hactenus aruorum cultus, & sidera cæli:
Pampineas canit inde comas, colleq; virentes,
Descriptasq; locis vites, & dona Lyæi,
Atque olea ramos pomorum ex ordine lectos.

HACTENVS aruorum cultus, & sidera cæli:
Nunc te Bacche canam, necnon syluestria tecum
Virgulta, & prolem tardè crescentis oliuæ.
Huc pater ô Lenæe (tuis hic omnia plena
Muneribus, tibi [1] *pampineo grauidus autumno*
Floret ager: spumat plenis vindemia labris)
Huc pater ô Lenæe veni. nudatq; musto
[2] *Tinge nouo mecum direptis crura cothurnis.*
Principio arboribus varia est natura creandis.
Nunq; aliæ nullis hominum cogentibus, ipsæ
Sponte sua veniunt, camposq; & flumina late
Curua tenent: vt molle siler, lentæq; genistæ,
Populus, & glauca canentia fronde salistæ.
Pars autem posito surgunt de semine: vt altæ
Castaneæ, nemorumq; Ioui quæ maxima frondet
Æsculus, atq; habitæ Graijs oracula quercus.
Pullulat ab radice aliis densissima syluæ:
Vt cerasis, ulmisq;: etiam [2] *Parnassia laurus*
Parua sub ingenti matris se subijcit vmbra.
Hos natura modos primum dedit: his genus omne
Syluarũ fruticumq; viret, nemorumq; sacrorum.
Sunt alij quos ipse via sibi repperit vsus.
Hic plantas tenero abscindens de corpore matrum

[1] pampineo *al.* purpureo. [2] tinge *al.* tingue

[1] genistæ *al.* geneſtæ. [2] Parnassia *al.* Sarnasia.

Depoſuit ſulcis: hic ſtirpes obruit aruo,
Quadrifidaſq; ſudes & acuto robore vallos.
Syluarumq; alię: preſſos propaginis arcus
Expectant, & viua ſua plantaria terra.
Nil radicis egent aliæ: ſummumq; putator
Haud dubitat terræ referens mandare cacumen.
Quin & candicibus ſectis (mirabile dictu)
Truditur è ſicco radix oleagina ligno.
Et ſæpe alterius ramos impunè videmus
Vertere in alterius: mutatamq; inſita mala
Ferre pyrum, & prunis lapidoſa rubeſcere corna.
Quare agite ô proprios generatim diſcite cultus
Agricolæ, fructuſq; feros mollite colendo.
Neu ſegnes iaceant terræ, iuuat Iſmara Baccho
Conſerere, atq; olea magnum veſtire Taburnum.
Tuq; ades, inceptumq; vnà decurre laborem.
O decus, ô famæ meritò pars maxima noſtræ,
Mæcenas: pelagoq; volans da vela patenti.
Non ego cuncta meis amplecti verſibus opto:
Non mihi ſi linguæ centum ſint, oraq; centum,
Ferrea vox. ades, & primi lege littoris oram,
In manibus terræ: non hîc te carmine ficto,
Atq; per ambages & longa exorſa tenebo.
Sponte ſua quæ ſe tollunt in luminis auras,
Infœcunda quidem, ſed læta & fortia ſurgunt.
Quippe ſolo natura ſubeſt. tamen hæc quoq; ſiquis
Inſerat, aut ſcrobibus mandet mutata ſubactis:
Exuerint ſylueſtrem animum, cultuq; frequenti,
In quaſcunq; [2] voces artes, haud tarda ſequêtur.
Nec non & ſterilis quæ ſtirpibus exit ab imis,
Hoc faciet, vacuos ſi ſit digeſta per agros:
Nunc altæ frondes & rami matris opacant:
Creſcentiq; adimunt fœtus, vruntq; ſerentem.
[3] Iam, quæ ſeminibus iactis ſe ſuſtulit arbos,
Tarda venit, ſeris factura nepotibus vmbram:
Pomaq; degenerant, ſuccos oblita priores,
Et turpes auibus prædam fert vua racemos.
Scilicet omnibus eſt labor impendendus: & omnes
Cogendæ in ſulcum, ac multa mercede domandæ.
Sed truncis oleæ melius, propagine vites
Reſpondent, ſolido Paphiæ de robore myrtus.
Plantis & [4] duræ coryli naſcuntur, & ingens
Fraxinus, Herculeaq; arbos vmbroſa corona,
Chaoniiq; patris glandes: etiam ardua palma
Naſcitur, & caſus abies viſura marinos.
Inſeritur verò ex fœtu nucis arbutus horrida:
Et ſteriles platani [5] malos geſſere valentes,
Caſtaneæ [6] fagos: ornuſq; incanuit albo
Flore pyri: glandemq; ſues fregere ſub vlmis.
Nec modus inſerere atq; oculos imponere ſimplex.
Nam quà ſe medio trudunt de cortice gemmæ,
Et tenues rumpunt tunicas, anguſtius in ipſo
Fit nodo ſinus: huc aliena ex arbore germen
Includunt, vdoq; docent inoleſcere libro.
Aut rurſum enodes trunci reſecantur, & altè
Finditur in ſolidum cuneis via: deinde feraces
Plantæ immittuntur: nec longũ tẽpus, & ingens
Exijt ad cœlum ramis felicibus arbos,
Miratúrq; nouas frondes, & non ſua poma.
Præterea genus haud vnum nec fortibus vlmis,
Nec ſalici, lotóque, nec Idæis cypariſſis.
Nec pingues vnam in faciem naſcuntur oliuæ,
[1] Orchades, & radij, & amara pauſia bacca:
Pomáque, & Alcinoi ſylua: nec ſurculus idem
Cruſtumijs Syriiſque pyris, grauibuſq; volemis.
Non eadem arboribus pendet vindemia noſtris,
Quam Methymnæo carpit de palmite Lesbos.
Sunt Thaſiæ vites, ſunt & Mareotides albæ:
Pinguibus hæ terris habiles, leuioribus illæ.
Et paſſo Pſythia vtilior, tenuiſque Lageos,
Tentatura pedes olim, vincturaq; linguam,
Purpureæ, Preciæq; & quo te carmine dicam
Rhetica? [2] nec cellis [3] ideo contende Falernis.
Sunt & Aminææ vites firmiſſima vina:
Tmolus & aſſurgit quibus, & rex ipſe Phanæus:
Argitiſque minor: cui non certauerit vlla
Aut tantum fluere, aut totidẽ durare per annos.
Non ego te, [4] menſis & dijs accepta ſecundis,
Tranſierim, Rhodia & tumidis Bumaſte racemis.
Sed neq; quã multæ ſpecies, nec nomina quæ ſint,
Eſt numerus. neque enim numero comprendere refert.
Quem qui ſcire velit, Libyci velit æquoris idem
Diſcere quam multæ zephyro turbentur arenæ:
Aut vbi nauigijs violentior incidit eurus,
Noſſe quot Ionij veniant ad littora fluctus.
Nec verò terræ ferre omnes omnia poſſunt.
Fluminibus ſalices, craſſiſq; paludibus almi
Naſcuntur, ſteriles ſaxoſis montibus orni:
Littora myrtetis lætiſſima: denique [5] apertos
Bacchus amat colles, aquilonem & frigora taxi.
Aſpice & extremis domitum cultoribus orbem,
Eoasq; domos Arabum pictoſq; Gelonos:
Diuiſæ arboribus patriæ: ſola India nigrum
Fert ebenum, ſolis eſt thurea virga Sabæis.
Quid tibi odorato referam ſudantia ligno
Balſamaq;, & baccas ſemper frondentis acanthi?
Quid nemora Æthiopum molli canentia lana?
Velleraq; vt folijs depectant tenuia Seres?
Aut quos Oceano propior gerit India lucos,
Extremi ſinus orbis? vbi aera vincere ſummum
Arboris haud vllæ iactu potuere ſagittæ:
Et gens illa quidem ſumptis non tarda pharetris.
Media fert triſtes ſuccos tardumq; ſaporem
Felicis mali: quo non præſentius vllum
(Pocula ſiquando ſæuæ infecere nouercæ,
Miſcuerũntque herbas, & non innoxia verba)
Auxilium venit, ac membris agit atra venena.
Ipſa ingens arbos, faciemq; ſimillima lauro:
Et, ſi non alium latè iactaret odorem,
Laurus [6] erat: folia haud vllis labentia ventis:
Flos apprima tenax: animas & olentia Medi
Ora fouent illo, & ſenibus medicantur anhelis.

1 al. Quadrifigas. 2 al. voles.
3 al. nam. 4 al. eduræ.
5 al. ramos. 6 al. fagus.

1 al. Orchires. 2 al. ne. 3 al. adeo. 4 al. diis & menſes. 5 al. apricos.
6 al. erit.

Sed

Sed neque Medorum syluæ, ditissima terra,
Nec pulcher Ganges, atq; auro turbidus Hermus,
Laudibus Italiæ certent: non Bactra, neque Indi,
Totaq; thuriferis Panchaia pinguu arenis.
Hæc loca non tauri spirantes naribus ignem
Inuertêre, satis immanis dentibus hydri:
Nec galeis densisq; virûm seges horruit hastis:
Sed grauidæ fruges, & Bacchi Massicus humor
Impleuere: tenent oleæq; armentaq; læta.
Hinc bellator equus campo sese arduus infert:
Hinc albi Clitumne greges, & maxima taurus
Victima, sæpe tuo perfusi flumine sacro,
Romanos ad templa deûm duxere triumphos.
Hic ver assiduum, atque alienis mensibus æstas:
Bis grauidæ pecudes, bis pomis utilis [1] arbos.
At [2] rabidæ tigres absunt, & sæua leonum
Semina: nec miseros fallunt aconita legentes:
Nec rapit immensos orbes per humum, neque tanto
Squameus in spiram tractu se colligit anguis.
Adde tot egregias urbes, operumque laborem:
Tot congesta manu præruptis oppida saxis:
Fluminaque antiquos subterlabentia muros.
An mare quod supra memorem, quodque alluit infra?
Anne lacus tantos? te Lari maxime, teque,
Fluctibus & fremitu assurgens Benace marino?
An memorem portus, Lucrinoq; addita claustra,
Atque indignatum magnis stridoribus æquor,
Iulia quà ponto longè sonat vnda refuso,
Tyrrhenúsque fretis immittitur æstus Auernis?
Hæc eadem argenti riuos, ærisque metalla
Ostendit venis, atque auro plurima fluxit.
Hæc genus acre virûm, Marsos, pubemq; Sabellã
Assuetumq; malo Ligurem, Volscosq; verutos
Extulit: hæc Decios, Marios, magnosq; Camillos:
Scipiadas duros bello: & te maxime Cæsar,
Qui nunc extremis Asiæ iam victor in oris
Imbellem auertis Romanis arcibus Indum.
Salue magna parens frugum, Saturnia tellus,
Magna virûm: tibi res antiquæ laudis & artis
Ingredior, sanctos ausus recludere fontes:
Ascræumq; cano Romana per oppida carmen.
Nunc locus aruorum ingenijs: quæ robora cuiq;
Quis color, & quæ sit rebus natura ferendis.
Difficiles primùm terræ, collésque maligni,
Tenuis vbi argilla, & dumosis calculus aruis,
Palladia gaudent syluæ viuacis olivæ.
Indicio est tractu surgens oleaster eodem
Plurimus, & strati baccis siluestribus agri.
At quæ pinguis humus, dulciq; vligine læta,
Quique frequens herbis, & fertilis vbere cãpus:
(Qualem sæpe caua montis conualle solemus
Despicere: huc summis liquãtur rupibus amnes,
Felicemq; trahunt limum) quique editus Austro,
Et filicem curuis inuisam pascit aratris:
Hic tibi prævalidas olim multóque fluentes
Sufficiet Baccho vites: hic fertilis vuæ,

1 al. arbor.
2 al. rapidæ. 3 al. ex.

Hic laticis, qualem pateris libamus & auro,
Inflauit quum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras,
Lancibus & pandis fumantia reddimus exta.
Sin armenta magis studium vitulosq; tueri,
Aut [1] fœtus ouium, aut vrentes culta capellas:
Saltus & saturi petito longinqua Tarenti,
Et qualem infelix amisit Mantua campum,
Pascentem niueos herboso flumine cygnos.
Nõ liquidi gregibus fontes: non gramina desunt:
Et quantum longis carpent armenta diebus,
Exigua tantum gelidus ros nocte reponet.
Nigra ferè, & presso pinguis sub vomere terra,
Et cui putre solum (nanq; hoc imitamur arando)
Optima frumentis: non vllo ex æquore cernes
Plura domũ tardis decedere plaustra iuuencis.
Aut vnde iratus syluam [2] deuexit arator,
Et nemora euertit multos ignaua per annos,
Antiquasq; domos auium cum stirpibus imis
Eruit: illæ altum nidis petiere relictis:
At rudis enituit impulso vomere campus.
Nam ieiuna quidem cliuosi glarea ruris
Vix humiles apibus casias roremque ministrat.
Et tophus scaber, & nigris exesa chelydris
Creta, negant alios æquè serpentibus agros
Dulcem ferre cibum, & curuas præbere latebras.
Quæ tenuem exhalat nebulã, fumosq; volucres:
Et bibit humorẽ, & quũ vult, ex se ipsa remittit:
Quæq; suo viridi semper se gramine vestit,
Nec scabie & salsa lædit rubigine ferrum:
Illa tibi lætis intexet vitibus vlmos:
Illa ferax oleæ est: illam experiere colendo
Et facilem pecori, & patientem vomeris vnci.
Talem dives arat Capua, & vicina Vesuo
Ora iugo, & vacuis Clanius non æquus Acerris.
Nunc quo quanq; modo possis cognoscere, dicã.
Rara sit, an supra morem si densa, requiras:
(Altera frumẽtis quoniã fauet, altera Baccho:
Densa, magis Cereri: rarissima quæque, Lyæo:)
Ante locum capies oculis: alteq; [3] iubebis
In solido puteum demitti, omnemq; repones
Rursus humum, & pedibus summas æquabis arenas.
Si deerunt, rarum, pecoriq; & vitibus almis
Aptius vber erit: sin in sua posse negabunt
Ire loca, & scrobibus superabit terra repletis:
Spissus ager: glebas cunctantes crassaq; terga
Expecta, & validis terram proscinde iuuencis.
Salsa autem tellus, & quæ perhibetur amara,
Frugibus infelix: (ea nec mansuescit arando,
Nec Baccho genus aut pomis sua nomina seruat)
Tale dabit specimen: tu spisso vimine qualos,
Colaque prelorum fumosis deripe tectis.
Huc ager ille malus, dulcesq; à fontibus vndæ
Ad plenum calcentur: aqua eluctabitur omnis
Scilicet, & grandes ibunt per vimina guttæ.
At sapor indicium faciet manifestus, & ora
Tristia tentantum sensu torquebit amaror.
Pinguis item quæ sit tellus, hoc denique pacto

1 al. omnem fœtum. 2 al. deiecit.
3 al. videbis.

Discimus: haud vnquã manibus iactata fatiscit.
Sed picis in morẽ ad digitos lentescit habendo.
Humida maiores herbas alit ipsáque iusto
Lætior. ah nimium ne sit mihi fertilis illa,
Neu se præualidam primus ostendat aristis.
Quæ grauis est, ipso tacitam se pondere prodit:
Quæque leuis. promptum est oculis prædiscere nigram,
Et [1]quisquis color: at sceleratum exquirere frigus
Difficile est: picea tantùm, taxique nocentes
Interdum, aut hederæ pandunt vestigia nigræ.
His animaduersis, terrã multo ante memento
Excoquere, & magnos scrobibus [2] cõcidere mõtes:
Antè supinatas aqui: loni ostendere glebas,
Quàm lætum infodias vitis genus. optima putri
Arua solo: id venti curant, gelidæq; pruinæ,
Et labefacta mouens robustus iugera fossor.
At siquos haud vlla viros vigilantia fugit,
Antè locũ similem exquirunt, vbi prima paretur
Arboribus seges, & quò mox digesta feratur:
[3] Mutata ignorent subitò ne semina matrem,
Quinetiam cœli regionem in cortice signant:
Vt quo quæque modo steterit, qua parte calores
Austrinos tulerit, quæ terga obuerterit axi,
Restituant. adeò [4] in teneris consuescere multũ est.
Collibus an plano melius sit ponere vites,
Quære prius. si pinguis agros metabere campi,
Densa sere: in denso non segnior vbere Bacchus.
Sin tumulis accliue solum, collésque supinos,
Indulge ordinibus: nec secius omnis in vnguem
Arboribus positis secto via limite quadret.
Vt sæpe ingenti bello quum longa cohortes
Explicuit legio, & campo stetit agmen aperto,
Directæq; acies: ac latè fluctuat omnis
Ære [5] renidenti tellus: necdum horrida miscent
Prælia, sed dubius mediis Mars errat in armis.
Omnia sint paribus numeris dimensa viarum:
Non animum modò vti pascat prospectus inanẽ:
Sed quia non aliter vires dabit omnibus æquas
Terra, neque in vacuum poterunt se extendere rami.
Forsitan & scrobibus quæ sint fastigia quæras.
Ausim vel tenui vitem committere sulco:
Altius ac penitus terræ defigitur arbos:
Æsculus in primis, quæ quantũ vertice ad auras
Æthereas, tantùm radice in tartara tendit.
Ergo non hyemes illam, non flabra neque imbres
Conuellunt: immota manet, multósq; [6] per annos,
Multa virũm volueus durando secula vincit.
Tum forte latè ramos & brachia tendens
Huc illuc, media ipsa ingentem sustinet vmbram,
Neue tibi ad solem vergant vineta cadentem:
Neue inter vites corylum sere, neve flagella
Sũma pete, aut [7] sũmas defringe ex arbore plãtas:
(Tantus amor terræ) neu sero læde retuso
Semina: neue oleæ syluestres insere truncos.
Nam sæpe incautis pastoribus excidit ignis,

1 al. quis cuique. 2 al. circũdare. 3 al. Mutatam. 4 al. à teneris. 5 al. remittendi. 6 al. Nepotes. 7 al. summa.

Quifurtim pingui primùm sub cortice tectus
Robora comprendit, frondésque elapsus in altas
Ingentem cœlo sonitum dedit: inde secutus
Per ramos victor perq; alta cacumina regnat,
Et totum inuoluit flammis nemus, & ruit atrã
Ad cælum picea crassus caligine nubem:
Præsertim si tempestas à vertice syluis
Incubuit, glomeráq; ferens incendia ventus.
Hoc vbi, non à stirpe valent, cæsæq; reuerti
Possunt, atque ima similes reuiuiscere terra:
Infelix superat foliis oleaster amaris.
Nec tibi tam prudens quisquã persuadeat autor
Tellurem borea rigidam spirante [1] mouere.
Rura gelu tum claudit hyems, nec semine iacto
Concretam patitur radicem affigere terræ.
Optima vinetis satio est, quum vere rubenti
Candida venit auis longis inuisa colubris:
Prima vel autumni sub frigora, quũ rapidus sol
Nondum hyemem contingit equis, iam præterit æstas.
Ver adeo frondi nemorum, ver vtile syluis:
Vere tument terræ, & genitalia semina poscunt.
Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther
Coniugis in gremium lætæ descendit, & omnes
Magnus alit, magno commistus corpore, fœtus.
Auia tum resonant auibus virgulta canoris.
Et venerem certis repetunt armenta diebus.
Parturit almus ager: zephyriq; tepentibus auris
Laxãt arua sinus: superat tener omnibus humor:
Inq; nouos soles audent se [2] gramina tutò
Credere: nec metuit surgentes pãpinus austros,
Aut actum cœlo magnus aquilonibus imbrem:
Sed trudit gemmas, & frondes explicat omnes.
Non alios prima crescentis origine mundi
Illuxisse dies, aliúmue habuisse tenorem
Crediderim: ver illud erat, ver magnus agebat
Orbis, & hybernis parcebant flatibus euri:
Quum [3] primùm lucem pecudes hausere, virumq; [4] Terrea progenies duris caput extulit [5] aruis:
Immissæq; feræ syluis, & sidera cælo.
Nec res hunc tenerã possent perferre laborem,
Si non tanta quies iret frigusq; caloremq;
Inter, & exciperet cœli indulgentia terras.
Quod supereſt, quacunque premes virgulta per agros
Sparge simo pingui, & multa memor occule terra:
Aut lapidem bibulum, aut squalentes infode cõchas.
Inter enim labentur aquæ tenuisq; subibit
Halitus, atque animos tollent sata. iamq; reperti
Qui saxo super atque ingentis pondere testæ
Vrgerent, hoc, effusos munimen ad imbres:
Hoc, vbi hiulca siti findit Canis æstifer arua.
Seminibus positis, superest deducere terram
Sæpius ad capita, & duros iactare bidentes.
Aut presso exercere solum sub vomere, & ipsa
Flectere luctantes inter vineta iuuencos:
Tum leues calamos & rasæ hastilia virgæ,

1 al. moueri. 2 al. germina. 3 al. primæ. 4 Terrea. 5 al. armis.

Fra-

Fraxineasq; aptare sudes, furcasq; bicornes:
Viribus emit quarum, & contemnere ventos
Assuescant, summasq; sequi tabulata per ulmos.
Ac dum prima nouis adolescit frondibus ætas,
Parcendum teneris: & dum se lætus ad auras
Palmes agit laxis per purum immissus habenis,
Ipsa [1] acie falcis nondum tentanda, sed vncis
Carpenda manibus frondes, interq; legenda.
Inde vbi iam validis amplexæ stirpibus vlmos
Excierint, tunc stringe comas, tunc brachia tonde.
Antè reformidant ferrum, tunc deniq; dura
Exerce imperia, & ramos compesce [2] fluentes.
Texendæ sepes etiã, & pecus omne [3] tenendũ [4] est:
Præcipuè dũ frons tenera, imprudensq; laborum:
Cui, super indignas hyemes, solemq; potentem,
Syluestres vri assiduè capreæq; sequaces
Illudunt: pascuntur oues, auidæq; iuuencæ.
Frigora nec tantum cana concreta pruina,
Aut grauis incumbens scopulis arentibus [5] æstas,
Quantum illi nocuere greges, duriq; venenum
Dentis, & admorso signata in stirpe cicatrix.
Non aliam ob culpã Baccho caper omnibus aris
Cæditur, & veteres ineunt proscenia ludi:
Præmiaq; [6] ingentes pagos & compita circum
Thespida posuere: atq; inter pocula læti
Mollibus in pratis unctos saliere per utres.
Necnon Ausonij Troia gens missa coloni
Versibus incomptis ludunt, risuque soluto:
Oraq; corticibus sumunt horrenda cauatis.
Et te Bacche vocant per carmina læta tibiq;
Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu.
Hinc omnis largo pubescit vinea fœtu:
Complentur valles q; caue, saltusq; profundi,
Et quocunq; deus circum caput egit honestum,
Ergo rite [7] suum Baccho dicemus [8] honorem
Carminibus patriis, lanceq; & liba feremus:
Et ductus cornu stabit sacer hircus ad aram:
Pinguiaq; in verubus [9] torrebimus exta colurnis.
Est etiam ille labor curandis vitibus alter,
Cui nunquam exhausti satis est. namque omne quotannis
Terq; quaterq; solum scindendum: glebaq; versis
Æternum frangenda bidentibus: omne leuandũ
Fronde nemus: redit agricolis labor actus in orbẽ,
Atque in se sua per vestigia voluitur annus.
[10] Et iam olim seras posuit quum vinea frondes,
Frigidus & syluis Aquilo decussit honorem:
Iam tũ acer curas venientem extendit in annum
Rusticus: & curuo Saturni dente relictam
Persequitur vitem attondens, fingitq; putando.
Primus humum fodito, primus deuecta cremato
Sarmenta, & vallos primus sub tecta referto:
Postremus metito. bis vitibus ingruit vmbra,
Bis segetem densis obducunt sentibus herbæ.
Durus vterq; labor. Laudato ingentia rura,
Exiguum colito. necnon etiam asperа rusci

1 al. acies. 2 valenteis. 3 al. cuendum.
4 quidam hanc vocem delent. 5 al. æstus.
6 al. ingeniis. 7 al. suos. 8 al. honore.
9 al. torquebimus. 10 al. at iam.

Vimina per syluam, & ripis fluuialis arundo
Cæditur: inculti q; exercet cura salicti.
Iam vinctæ vites, iam falcem arbusta reponunt:
Iam canit extremos effœtus vinitor antes.
Sollicitanda tamen tellus, pulusq; mouendus:
Et iam maturis metuendus Iuppiter vuis.
Contrà, non vlla est oleis cultura: neque illæ
Procuruam expectant falcem, rasi rósq; tenaces,
Quum semel hæserunt aruis, aurasq; tulerunt.
Ipsa satis tellus, quum dente recluditur vnco,
Sufficit humorem, & grauidas cũ vomere fruges.
Hoc pinguem & placitam Paci nutritor oliuam.
Poma quoque, vt primùm truncos sensere valentes,
Et vires habuere suas, ad sidera raptim
Vi propria nituntur, [1] opisq; haud indiga nostræ,
Nec minus interea fœtu nemus omne grauescit,
Sanguineusq; inculta rubent auiaria baccis.
Tondentur cytisi: tedas syluа alta ministrat.
Pascunturq; ignes nocturni, [2] & lumina fundũt.
Et dubitant homines serere, atque impendere curam?
Quid maiora sequar? salices humilesque genistæ,
Aut illæ pecori frondem aut pastoribus [3] vmbrã
Sufficiunt, sepémque satis, & pabula melli.
Et iuuat vndantem buxo spectare Cytorum,
Nariciæq; [4] picis lucos: iuuat arua videre
Non rastris hominum, non vlli obnoxia curæ.
Ipsa Caucaseo steriles in vertice syluæ,
Quas animosi euri assiduè franguntq; feruntq;,
Dant alios aliæ fœtus: dant vtile lignum
Nauigijs pinos, domibus [5] cedrósq; tupressósq;.
Hinc radios triuere rotis, hinc tympana plaustris
Agricolæ, & pandas ratib. posuere carinas.
Viminibus salices fœcundæ, frondibus vlmi.
At myrtus validis hastilibus, & bona bello
Cornus: Itureos taxi [6] torquentur in arcus.
Nec tiliæ leues, aut torno rasile buxum,
Non formam accipiunt, ferroq; cauantur acuto.
Nec non & torrentem vndã leuis innatat alnus
Missa Pado: necnon & apes examina condunt,
Corticibúsque cauis, vitiosaq; ilicis [7] aluo.
Quid memorandũ æquè Baccheia dona tulerũt?
Bacchus & ad culpã causas dedit: ille furentes
Centauros letho domuit, [8] Rhœtumq; Pholumq;.
Et magno Hylæum Lapithis cratere minantem.
O fortunatos nimium, sua si bona norint,
Agricolas: quibus ipsa, procul discordib. armis,
Fundit humo facilem victum iustissima tellus,
Si non ingentem foribus domus alta superbis
Manè salutantum totis vomit ædibus vndam,
Nec varios inhiant pulchra testudine postes,
Illusasq; auro vestes Ephyreiáque æra:
Alba nec Assyrio fucatur lana veneno,
Nec casia liquidi corrumpitur vsus olini:
At secura quies, & nescia fallere vita,

1 al. opis. 2 al. ac. 3 al. vmbras.
4 al. Narycæque. 5 al. cædrúmque.
6 al. curuantur. 7 al. alueo.
8 al. Rhoecum.

Diues opum variarum: at latis otia fundis,
Spelunca, viuique lacus, at frigida tempe,
Mugitúsque boum, mollésque sub arbore somni
Non absunt: illic saltus ac lustra ferarum,
Et patiens operum paruóque assueta iuuentus:
Sacra Deúm, sanctíq; patres: extrema per illos
Iustitia excedens terris, vestigia fecit.
Me vero primùm dulces ante omnia Musæ,
Quarum sacra fero ingenti perculsus amore,
Accipiant: cœlique vias & sidera monstrent:
Defectus solis varios, lunæque labores:
Vnde tremor terris: qua vi maria alta tumescãt
Obicibus ruptis, rursúsque in se ipsa resídant:
Quid tantum Oceano properent se tingere soles
Hyberni, vel quæ tardis mora noctibus obstet.
Sin, has ne possim naturæ accedere partes,
Frigidus obstiterit circum præcordia sanguis:
Rura mihi & rigui placeant in vallibus amnes:
Flumina amem sylvasque inglorius. ô, vbi cãpi,
Sperchiúsque, & virginibus bacchata Lacænis
Taygeta: o, qui me gelidis in vallibus Hæmi
Sistat, & ingenti ramorum protegat vmbra.
Felix qui potuit rerum cognoscere causas:
Atque metus omnes & inexorabile fatum
Subiecit pedibus, strepitumq; Acherontis auari.
Fortunatus & ille, deos qui nouit agrestes,
Panaq; Syluanũq; senem, Nymphásque sorores.
Illum non populi fasces, non purpura regum
Flexit, & infidos agitans discordia fratres:
Aut coniurato descendens Dacus ab Istro:
Non res Romanæ, perituráque regna. neque ille
Aut doluit miserans inopé, aut inuidit habenti,
Quos rami fructus, quos ipsa volentia rura
Sponte tulere sua, carpsit: nec ferrea iura,
Insanúmque forum, aut populi tabularia vidit.
Sollicitant alij remis freta cæca ruúntque
In ferrum: penetrant aulas & limina regum:
Hic petit excidiis vrbem, miserósque penates,
Vt gemma bibat, & Sarrano dormiat ostro.

1 insanum

Condit opes alius, defossoque incubat auro:
Hic stupet attonitus rostris: hunc plausus hiantẽ
Per cuneos (geminatur enim plebisque, patrúmq;)
Corripuit. gaudent perfusi sanguine fratrum.
Exilioque domos & dulcia limina mutant,
Atque alio patrem quærunt sub sole iacentem.
Agricola incuruo terram dimouit aratro:
Hinc anni labor: hinc patriam paruósque nepotes
Sustinet, hinc armenta boũ meritosq; iuuencos.
Nec requies quin aut pomis exuberet annus,
Aut fœtu pecorum, aut Cerealis mergite culmi,
Prouentúque oneret sulcos, atque horrea vincat.
Venit hyems, teritur Sicyonia bacca trapetis:
Glande sues læti redeunt, dant arbuta sylua.
Et varios ponit fœtus autumnus, & alte
Mitis in apriis coquitur vindemia saxis.
Interea 1 pendent dulces circum oscula nati,
Casta pudicitiam seruat domus, vbera vaccæ
Lactea demittunt: pinguésque in gramine læto
Inter se aduersis luctantur cornibus hœdi.
Ipse dies agitat festos: fusúsque per herbam,
Ignis vbi in medio, & socij cratera coronant,
Te libans Lenæe vocat: pecoriſque magistris
Velocis iaculi certamina ponit in vlmo:
Corporáque agresti 2 nudat prædura palæstra.
Hanc olim veteres vitam coluere Sabini,
Hãc Remus, & frater, sic fortis Hetruria creuit:
Scilicet & rerum facta est pulcherrima Roma.
3 Septémque vna sibi muro circundedit arces.
Ante etiam sceptrum Dictæi regis, & ante
Impia quàm cæsis gens est epulata iuuencis:
Aureus hæc vitam in terris: Saturnus agebat.
Nec dũ etiam audierant inflari classica, necdum
Imposit os duris crepitare incudibus enses.
Sed nos immensum spatiis confecimus æquor.
Et iam tempus 4 equum 5 fumantia soluere colla.

1 al. dulces pendent. 2 al. nudant.
3 septem quæ vna.
4 al. equom.
5 al. spumantia.

P. VIRGILII MARONIS
GEORGICORVM
LIBER III.

MODESTINI IVRISCONSVLTI ARGVMENTVM.

Téque Pales, & te pastor memorande per orbem,
Et pecorum cultus, & gramine pascua læta,
Queis habitent armenta locis, stabulentur & agni,
Omnia diuino monstrauit carmine vates.

TE quoque magna Pales, & te memorãde canemus
Pastor ab Amphryso: vos sylvæ, amnésque Lycæi.

Cætera quæ vacuas tenuissent 1 carmina mentes,
Omnia iam vulgata. quis aut Eurysthea 2 durum,

1 al. carmine. 2 al. dirum.

Aut

Aut illaudati neſcit Buſiridis aras?
Cui non dictus Hylas puer, & Latonia Delos,
Hippodameq; humeroq; Pelops inſignis eburno,
Acer equi? ten tanda via eſt qua me quoq; poſſim
Tollere humo, victorq; virûm volitare per ora.
Primus ego in patriam mecum (modo vita ſuperſit)
Aonio rediens deducam vertice Muſas:
Primus Idumæas referam tibi Mantua palmas:
Et viridi in campo templum de marmore ponã,
Propter aquam, tardis ingens vbi flexibus errat
Mincius, & tenera prætexit arundine ripas.
In medio mihi Cæſar erit, templumq; tenebit.
1 Illi victor ego, & Tyrio conſpectus in oſtro,
Centum quadrijugos agitabo ad flumina currus
Cuncta mihi, Alpheum linquens lucoſq; Molorchi
Curſibus, & 2 crudo 3 decernet Græcia cæſtu.
Ipſe caput tonſæ foliis ornatus oliuæ
Dona feram. iam nunc ſolennes ducere pompas
Ad delubra iuuat, cæſoſq; videre iuuencos.
Vel ſcena vt verſis diſcedat frondibus, vtq;
Purpurea intexti collant aulæa Britanni,
In foribus pugnam ex auro ſolidoq; elephanto
Gangaridum faciam, victoriq; arma Quirini.
Atque hic vndantem bello, magnumq; fluentem
Nilum, ac nauali ſurgentes ære columnas.
Addam vrbes Aſiæ domitas, pulſumq; Niphatẽ,
Fidentémque fuga Parthum verſiſq; ſagittis.
Et duo rapta manu diuerſo ex hoſte trophæa.
Bisque triumphatas vtroque ab littore gentes.
Stabunt & Parij lapides, ſpirantia ſigna,
Aſſaraci proles, demiſſæq; ab Ioue gentis
Nomina: Troſq; parẽs, & Troiæ Cynthius autor.
Inuidia infelix furias amnémque ſeuerum
Cocyti metuet, tortoſque Ixionis 4 angues,
Immanemq; rotam, & non exuperabile ſaxum.
Interea Dryadum ſyluas ſaltuſq; ſequemur
Intactos, tua Mæcenas haud mollia iuſſa.
Te ſine nil altum mens inchoat: en age ſegnes
Rumpe moras: vocat ingenti clamore Cithæron,
Taygetiq; canes, domitrixq; Epidaurus equorũ:
Et vox aſſenſu nemorum ingeminata remugit.
Mox tamen ardentes accingar dicere pugnas
Cæſaris, & nomen fama tot ferre per annos,
Tithoni prima quot abeſt ab origine Cæſar.
Seu quis Olympiacæ miratus præmia palmæ,
Paſcit equos, ſeu quis fortes ad aratra iuuencos,
Corpora præcipuè matrum legat. optima torui
Forma bouis, cui turpe caput, cui plurima ceruix,
Et crurum tenus à mento palearia pendent.
Tum longo nullus lateri modus: omnia magna:
Pes etiam, & camuris hirtæ ſub cornibus aures.
Nec mihi diſpliceat maculis inſignis & albo:
Aut iuga detrectans, interdumq; aſpera cornu,
Et faciem tauro propior: quæq; ardua tota,
Et gradiens verrit veſtigia cauda.
Ætas Lucinam iuſtoſq; pati hymenæos
Deſinit ante decem, poſt quattuor incipit annos:
Cætera nec fœturæ habilis, nec fortis aratris.
Interea, ſuperat gregibus dum læta iuuentus,
Solue mares, mitte in venerem pecuaria primus:
Atque aliam ex alia generando ſuffice prolem.
Optima quæque dies miſeris mortalibus æui
Prima fugit: ſubeunt morbi, triſtiſq; ſenectus:
Et labor, & duræ rapit inclementia mortis.
Semper erunt quarum mutari corpora 1 malis.
Semper enim refice, ac ne poſt amiſſa requiras,
2 Anteueni. & ſobolem armento ſortire quotãnis.
Necnon & pecori eſt idem delectus equino.
Tu modò, quos in ſpem 3 ſtatuis ſubmittere gẽtis,
Præcipuum iam inde à teneris impende laborem.
Continuò pecoris generoſi pullus in aruis
Altius ingreditur, & mollia crura reponit:
Primus & ire viam, & fluuios tentare minaces
Audet, & ignoto ſeſe committere 4 ponti.
Nec vanos horret ſtrepitus (illi ardua ceruix,
Argutúmque caput: breuis aluus, obeſaq; terga,
Luxuriatq; toris animoſum pectus: honeſti
Spadices, glaucique: color deterrimus albis,
Et giluo) tum ſi qua ſonum procul arma dedere,
Stare loco neſcit: micat auribus, & tremit artus,
Collectumq; 5 premens voluit ſub naribus ignẽ.
Denſa iuba, & dextro iactata recumbit in armo:
At duplex agitur per lumbos ſpina. cauatq;
Tellure, & ſolido grauiter ſonat vngula cornu.
Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis
Cyllarus, & quorum Graij meminêre poetæ,
Martis equi bijuges, & magni currus Achillis.
Talis & ipſe iubam ceruice effudit equina
Coniugis aduentu pernix Saturnus, & altum
Pelion hinnitu fugiens impleuit acuto.
Hunc quoque vbi aut morbo grauis aut iam ſegnior annis
Deficit, abde domo, nec turpi ignoſce ſenectæ.
Frigidus in venerem 6 ſenior, fruſtraq; laborem
Ingratum trahit: & ſiquando ad prælia ventum eſt,
Vt quõdam in ſtipulis magnus ſine viribus ignis,
Incaſſum furit. ergo animos aut̃mque notabis
Præcipuè: hinc alias artes, prolémque parentum:
Et quis cuique dolor victo, quæ gloria palmæ.
Nõne vides? quum præcipiti 7 certamine campũ
Corripuere, ruũntque effuſi carcere curſus,
Quum ſpes arrectæ iuuenum, exultantiaq; haurit
Corda pauor pulſans: illi inſtant verbere torto,
Et proni dant lora: volat vi feruidus axis:
Iámque humiles, iámque elati ſublimè videntur
Æra per vacuũ ferri, atque 8 aſſurgere in auras.
Nec mora, nec requies: at fulua nimbus arenæ
Tollitur: humeſcunt ſpumis flatuq; ſequentum:
Tantus amor laudum, tantæ eſt victoria curæ.
Primus Erichthonius currus & quattuor auſus
Iungere equos, rapidiſq; rotis inſiſtere victor.

1 al.illic. 2 al.duro. 3 al.decernet. 4 al.orbes.
1 al maius. 2 al.antè veni. 3 al.ſtatues. 4 al.ponto. 5 al.fremens. 6 al.ſenio. 7 al.conamine. 8 al exſurgere. alij inſurgere. 9 al.rapidus.

Frena Pelethronij Lapithæ gyrosq; dedere
Impositi dorso: atque equitem docuere sub armis
Insultare solo, & gressus glomerare superbos.
Æquus uterque labor: æquè iuuenemq; magistri
Exquirunt calidúmq; animis & cursibus acrem:
Quanuis sæpe fuga versos ille egerit hostes,
Et patriam Epirum referat, fortésque Mycenas,
Neptuniq; ipsa deducat origine [1] gentem.
His animaduersis, instant sub tempus: & omnes
Impendunt curas denso distendere pingui
Quum legêre ducem, & pecori dixere maritum.
[2]Pubentesq; secant herbas: fluuiosq; ministrant,
Farraq; ne blando nequeant superesse labori,
Inualidiq; patrum referant ieiunia nati.
Ipsa autem macie tenuant armenta volentes:
Atque vbi concubitus primos iam nota voluptas
Sollicitat frondesq; negant, & fontibus arcent:
Sæpe etiam cursu quatiunt, & sole fatigant,
Quũ grauiter tunsis gemit area frugibus, & quũ
Surgentem ad Zephyrum palea iactantur inanes.
Hoc faciunt, nimio ne luxu obtusior vsus
Sit genitali aruo, & sulcos oblimet inertes:
Sed rapiat sitiens venerem, interiúsque recondat
Rursus, cura patrũ cadere, & succedere matrum
Incipit, exactis grauidæ quum mensibus errant.
Nõ illas grauibus quisquã iuga ducere plaustris,
Non saltu superare viam sit passus, & acri
Carpere prata fuga, fluuiosq; innare rapaces.
Saltibus in vastis pascant, & plena secundum
Flumina: muscus vbi, & viridissima gramine ripa
Speluncæq; tegant, & saxea procubet vmbra.
Est lucos Selari circa ilicibusq; virentem
Plurimus Alburnum volitans (cui nomen asilo
Romanum est: œstrum Graij vertêre vocantes)
Asper, acerba sonans: quo tota exterrita syluis
Diffugiunt armenta: furit mugitibus æther
Concussus, syluæq;, & sicci ripa Tanagri,
Hoc quondam monstro horribiles exercuit iras
Inachiæ Iuno pestem meditata iuuencæ.
Hunc quoq; (nã mediis feruoribus acrior instat)
Arcebis grauido pecori: armentáq; pasces
Sole recens orto, aut noctem discentibus astris.
Post partum, cura in vitulos [3]traducitur omnis:
Continuoq; notas & nomina gentis inurunt:
Et quos aut pecori malint submittere habendo,
Aut aris seruare [4] sacris, aut scindere terram,
Et campum horrentem fractis inuertere glebis.
Cætera pascuntur virides armenta per herbas.
Tu quos ad studiũ, atq; vsum formabis agrestẽ,
Iam vitulos hortare, viámque insiste domandi:
Dum faciles animi iuuenum, dum mobilis ætas.
Ac primùm laxos tenui de vimine circlos
Ceruici subnecte: dehinc, vbi libera colla
Seruitio assuerint, ipsis [5] torquibus aptos
Iunge paves, & coge gradum conferre iuuencos.
Atque illis iam sæpe rota ducantur inanes
Per terram & summo vestigia puluere signent.
Post valido nitens sub pondere faginus axu
Instrepat, & [1] iunctos temo trahat æreus orbes.
Interea pubi indomitæ non gramina tantùm,
Nec vescas salicum frondes, vluámque paluſirẽ,
Sed frumenta manu carpes sata. nec tibi fœtæ,
More patrũ niuea implebunt [2] mulctralia vaccæ,
Sed tota in dulces consument vbera natos.
Sin ad bella magis studium, turmasq; feroces,
Aut Alphea rotis prælabi flumina Pisæ,
Et Iouis in luco currus agitare volantes:
Primus equi labor est, animos atque arma videre
Bellantum, lituósque pati, tractúq; gementem
Ferre rotam, & stabulo frænos audire sonantes.
Tum magis atque magis blandis gaudere magistri
Laudibus, & plausæ sonitum ceruicis amare.
Atque hæc iam primo depulsus ab vbere matris
Audiat, inque vicem det mollibus ora capistris,
Inualidus, etiámque tremens, etiam inscius ætas.
At tribus exactis vbi quarta accesserit ætas,
Carpere mox gyrum incipiat gradibusq; sonare
Compositus: sinuétque alterna volumina crurũ,
Sitq; laboranti similis. tum cursibus auras
Prouocet: ac per aperta volans seu liber habenis,
Æquora, vix summa vestigia ponat arena.
Qualis Hyperboreis Aquilo quum densus ab oris
Incubuit, Scythiæq; hyemes atque arida differt
Nubila, tum segetes altæ campiq; natantes
Lenibus horrescunt flabris: summæq; sonorem
Dant syluæ, [3] longiq; vrgent ad littora fluctus.
Ille volat, simul arua fuga, simul æquora verrens.
[4]Hic vel ad Elei metas & maxima campi
Sudabit spatia, & spumas aget ore cruentas,
Belgica vel molli melius feret esseda collo.
Tum demum crassa magnum farragine corpus
Crescere iã domitis sinito. namq; ante domandum
Ingentes tollent animos: prensiq; negabunt
Verbera lenta pati, & duris parere lupatis.
Sed non vlla magis vires industria [5] primat,
Quàm venerẽ & cæci stimulos auertere amoris:
Siue boum, siue est cui gratior vsus equorum.
Atque ideò tauros procul atque in sola relegant
Pascua, post montem oppositum, & trans flumina lata:
Aut intus clausos satura ad præsepia seruant.
Carpit enim vires paulatim vritq; videndo
Fœmina: nec nemorum patitur meminisse, [6] nec herbæ.
Dulcibus illa quidem illecebris & sæpe superbos
Cornibus inter se subigit decernere amantes.
Pascitur in magna sylua formosa iuuenca:
Illi alternantes multa vi prælia miscent
Vulneribus crebris. lauit ater corpora sanguis:
Versaq; in obnixos vrgentur cornua, vasto
Cũ gemitu: reboãt syluæq; & magnus Olympus,
Nec mos bellantes vnà stabulare: sed alter

1 al. nomen. 2 al. florentésque.
3 al. deducitur. 4 al. sacros. 5 alij legunt de torquibus, aliqui & torquibus.

1 al. vinctos. 2 al. mulgaria. 3 al. longè.
4 Hinc & ad. 5 al. seruat.
6 al. neque.

Victus

Victus abit, longéque ignotis exulat oris,
Multa gemens ignominiam, plagásque superbi
Victoris, tum quos amisit inultus amores:
Et stabula aspectans regnis excessit auitis.
Ergo omni cura vires exercet, & inter
Dura iacet 1 pernix instrato saxa cubili:
Frondibus hirsutis & carice pastus acuta.
Et tentat sese: atque irasci in cornua discit
Arboris obnixus trunco: ventósque lacessit
Ictibus, & sparsa ad pugnam proludit arena.
Pòst, vbi collectum robur, viréque receptæ,
Signa mouet, præcépsque oblitu fertur in hostem.
Fluctus 2 vt in medio cœpit quum albescere pŏto,
Longius ex altóque sinum trahit: vtque volutus
Ad terras, immane sonat per saxa, nec ipso
Monte minor procumbit: at ima exæstuat vnda
Vorticibus, nigrámque altè 3 subiectat arenam.
Omne adeò genus in terris hominũq;, ferarumq;,
Et genus æquoreum, pecudes pictæq; volucres,
In furias ignémque ruunt: amor omnibus idem.
Tempore non alio catulorum oblita leæna
Sæuior errauit campis, nec funera vulgò
Tam multa informes vrsi stragémque dedere.
Per syluam tum sæuus aper, tum pessima tigris:
Heu malè tum Libyæ solis 4 erratur in agris
Nónne vides vt tota tremor pertentet equorum
Corpora, si tantùm notas odor attulit auras?
Ac neq; eos iam frena virûm, nec verbera sæua,
Non scopuli rupésque cauæ atque obiecta retardãt
Flumina, 5 correptos vnda torquentia montes.
Ipse ruit, dentésque Sabellicus exacuit sus:
Et 6 pede prosubigit terram, fricat arbore costas,
Atq; hinc atq; illinc 7 humeros ad vulnera durat.
Quid iuuenus, magnũ cui versat in ossibus ignem
Durus amor? nempe abruptis turbata procellis
Cæca nocte natat serus freta: quem super ingens
Porta tonat cæli, & scopulis illisa reclamant
Æquora: nec miseri possunt reuocare parentes,
Nec moritura super crudeli funere virgo.
Quid lynces Bacchi variæ, & genus acre luporũ,
Atque canum? quid quæ imbelles dant prælia cerui?
Scilicet ante omnes furor est insignis equarum,
Et mentem Venus ipsa dedit, quo tempore Glauci
Potniades malis membra absumpsere quadrigæ.
Illas ducit amor trans Gargara, transq; sonantẽ
Ascanium: superant montes, & flumina tranãt:
Cótinuóque auidis vbi subdita flãma medullis,
(Vere magis: quia vere calor redit ossibus) illæ
Ore omnes versæ in Zephyrum stant rupibus altis,
Exceptántque leues auras: & sæpe sine vllis
Coniugiis, vento grauidæ (mirabile dictu)
Saxa per & scopulos & depressas conualles
Diffugiunt, non eure tuos, neque solis ad ortus:
In boreã, caurúmque, aut vnde nigerrimus auster
Nascitur, & pluuio contristat frigore cœlum.
Hinc demum hippomanes, vero quod nomine dicunt
Pastores, lentum 2 distillat ab inguine virus.
Hippomanes, quod sæpe malæ legêre nouercæ,
Miscuerúntque herbas, & non innoxia verba.
Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus,
Singula dum capti circumuectamur amore.
Hoc satis armentis superat pars altera curæ,
Lanigeros agitare greges, hirtásque capellas.
3 Hîc labor, hinc laudem fortes sperate coloni.
Nec sum animi dubius, verbis ea vincere, magnũ
Quàm sit, & angustis hunc addere rebus honorẽ:
Sed me Parnassi deserta per ardua dulcis
Raptat amor: iuuat ire iugis, quà nulla priorum
Castaliam molli diuertitur orbita cliuo.
Nunc venerãda Pales: magno nunc ore sonandũ.
Incipiens, stabulis edico in mollibus herbam
Carpere oues, dũ mox frondosa reducitur æstas:
Et multa duram stipula filicúmque maniplis
Sternere subter humum: glacies ne frigida lædat
Molle pecus, scabiémq; ferat turpesq; podagras.
Pòst hinc digressus, iubeo frondentia capris
Arbuta sufficere, & fluuios præbere recentes:
Et stabula à ventis hyberno opponere soli
Ad medium conuersa diem, quum frigidus olim
Iam cadit, extremóque irrorat aquarius anno.
4 Hæc quoque non cura nobis leuiore 5 tuenda:
Nec minor vsus erit, quanuis Milesia magno
Vellera mutentur, Tyrios incocta 6 rubores.
Densior hinc soboles, hinc largi copia lactis. (æra,
7 Quàm magis exhausto spumauerit vbere mul-
Læta magis pressis manabunt 8 flumina mãmis
Nec minus interea barbas incanáque menta
Cinyphij tondent hirci, setásque comantes,
Vsum in castrorũ, & miserus velamina nautis.
Pascuntur verò syluas, & summa Lycæi,
Horrentésque rubos, & amantes ardua dumos.
Atque ipsæ memores redeunt in tecta: suósque
Ducunt, & grauido superant vix vbere limen.
Ergo omni studio glaciem ventósque niuales,
Quo minus est illis curæ mortalis egestas,
Auertes: victúmque feres & virgea læta
Pabula: nec tota claudes fœnilia bruma.
At verò Zephyris quũ læta vocantibus æstas,
In saltus vtrunq; gregem atque in pascua mittes:
Luciferi primo cum sidere, frigida rura
Carpamus: dũ mane nouũ, dum gramina canent,
Et ros in tenera pecori gratissimus herba est.
Inde, vbi quarta sitim cœli collegerit hora,
Et cantu querulæ rumpent arbusta cicadæ:
Ad puteos aut alta greges ad stagna iubeto
Currentem ilignis potare canalibus vndam:
Æstibus at mediis vmbrosam exquirere vallem:
Sicubi magna Iouis antiquo robore quercus
Ingentes tendat ramos, aut sicubi nigrum

1 al. pernox.
2 al. vti medio. 3 al. subuectat.
4 al. versatur. 5 al. correptósque.
6 al. pedibus subigit.
7 al. humerósque.
1 His. 2 al. destillat. 3 al. Hinc.
4 al. Hæ. 5 al. rotundæ. 6 al. colores.
7 al. quàm magis.
8 al. vbera.

Ilicibus crebris sacra nemus accubet vmbra.
Tu tenues dare rursus aquas, & pascere rursus
Solis ad occasum, quum frigidus aera vesper
Temperat, & saltus reficit iam roscida luna:
Littoráque alcyonem resonant, & 1 acanthida dumi.
Quid tibi pastores Libyæ, quid pascua versu
Prosequar, & raris habitata mapalia tectis?
Sæpe diem noctemq;, & totum ex ordine mensem
Pascitur, itque pecus longa in deserta, sine vllis
Hospitiis: tantum campi iacet. omnia secum
Armentarius Afer agit, tectúmque, larémque,
Armáque, Amyclæúmque canem, Cressamque pharetram:
Non secus ac patriis acer Romanus in armis
Iniusto sub fasce viam quum carpit, & 2 hosti
Ante expectatum positis stat in 3 agmine castris,
At non, quà Scythiæ gentes, Mæoticáque vnda,
Turbidus & torquens flauentes Ister arenas:
Quáq; 4 redit mediũ Rhodope porrecta sub axẽ.
Illi clausa tenent stabulis armenta, neque vllæ
Aut herbæ campo apparent, aut arbore frondes:
Sed iacet aggeribus niueis informis & alto
Terra gelu latè. septémque assurgit in vlnas.
Semper hyems, semper spirantes frigora cauri.
Tum sol pallentes haud vnquã discutit vmbras,
Nec quum inuectus equis altum petit æthera, nec quum
Præcipitem Oceani rubro lauit æquore currum.
Concrescunt subitæ currenti in flumine crustæ:
Vndáque iam tergo ferratos sustinet orbes,
Puppibus illa prius patulis, nũc hospita plaustris:
Æráque dissiliunt vulgò, vestésque rigescunt
Indutæ: cædúntque securibus humida vina:
Et totæ solidam in glaciem vertêre lacunæ:
Stiriáque impexis induruit horrida barbis.
Interea toto non secius aere ningit.
Intereunt pecudes: stant circumfusa pruinis
Corpora magna boum: 5 confertóq; agmine cerui
Torpẽt mole noua, & summis vix cornib⁹ extãt.
Hos non immissis canibus, non cassibus vllis,
Puniceæue agitant pauidos formidine pennæ:
Sed frustrà oppositum trudentes pectore montem
Comminus obtruncant ferro: grauiterq; rudentes
Cædunt, & magno læti clamore reportant.
Ipsi in defossis specubus, secura sub alta
Otia agunt terra: congestáque robora totásque
Aduoluêre focis vlmos, ignique dedêre.
Hic noctem ludo ducunt, & pocula læti
Fermento atque acidis imitantur vitea sorbis.
Talis Hyperboreo Septem subiecta trioni
Gens effræna virûm Riphæo tunditur euro:
Et pecudum fuluis velantur corpora setis.
Si tibi lanicium curæ, primùm aspera sylua,
Lappæq; tribulique absint: fuge pabula læta.
Continuóque greges villis lege mollibus albos.
Illum autem quamuis aries sit candidus ipse,

1 al. acalanthida.
2 al hostem. 3 al. ordine. 4 al. vadit.
5 alij *confertoque*. alij confecto.

Nigra subest vdo tantùm cui lingua palato,
Reijce, ne maculis infuscet vellera pullis
Nascentum: plenóque alium circumspice campo.
Munere sic niueo lanæ (si credere dignum est)
Pan deus Arcadiæ captam te Luna fefellit,
In nemora alta vocans: nec tu aspernata vocãtẽ.
At cui lactis amor, cytisum lotósque frequẽtes
Ipse manu salsásque ferat præsepibus herbas.
Hinc & amant fluuios magis, & magis vbera tendunt:
Et salis occultum referunt in lacte saporem.
Multi iam excretos prohibẽt à matribus hœdos,
Primáque ferratis præfigunt ora capistris.
Quod surgente die mulsere horisque diurnis,
Nocte premunt: quod iam tenebris & sole cadente,
Sub lucẽ exportant calathis (adit oppida pastor)
Aut parco sale contingunt, hyemique reponunt.
Nec tibi cura canum fuerit postrema: sed vnà
Veloces Spartæ catulos acremque molossum
Pasce sero pingui. nunquam custodibus illis
Nocturnum stabulis furem, incursúsque luporũ,
Aut impacatos à tergo horrebis Iberos.
Sæpe etiam cursu timidos agitabis onagros:
Et canibus leporem, canibus venabere damas.
Sæpe volutabris pulsos syluestribus apros
Latratu 1 turbabis agens: montésque per altos
Ingentem clamore premes ad retia cervum.
Disce & odoratam stabulis accendere cedrũ,
Galbaneóque agitare 2 graues nidore chelydros.
Sæpe sub 3 immotis præsepibus aut mala tactu
Vipera delituit, cœlumque exterrita fugit:
Aut tecto assuetus coluber succedere, & vmbræ,
Pestis acerba boum. pecorique aspergere virus,
Fouit humũ. cape saxa manu, cape robora pastor:
Tollentemq; minas, & sibila colla tumentem
Deijce. iamq; fuga timidum caput abdidit altè,
Quum medij nexus extremæq; agmina caudæ
Solũtur, tardósque trahit sinus vltimus orbes.
Est etiam ille malus Calabris in saltibus anguis,
Squamea conuoluens sublato pectore terga,
Atque notis longam maculosus grandibus aluũ:
Qui dum amnes vlli rumpuntur fontibus, & dũ
Vere madent vdo terræ ac pluuialibus austris,
Stagna colit: ripisq; habitans hic piscibus atram
Improbus ingluuiem ranisq; loquacibus explet.
Postquam 4 exhausta palus, terræq; ardore dehiscunt,
Exilit in siccum: & flammantia lumina torquẽs,
Sauit agris, asperque siti, atque exterritus æstu.
Ne 5 mihi tum molles sub 6 diuo carpere somnos,
Neu dorso nemoris libeat iacuisse per herbas:
Quum positis nouus exuuiis, nitidúsque iuuenta
Voluitur, aut catulos tectis aut ouа relinquens
Arduus ad solem, & linguis micat ore trisulcis.
Morborum quoque te causas & signa docebo.
Turpis oues tentat scabies, 7 vbi frigidus imber

1 al. terrebis. 2 al. graui. 3 al. ignotis.
4 al. exusta. 5 al. noctu. 6 al. dio.
7 al. cum.

Altius

Altius ad viuum persedit, & horrida cano
Bruma gelu: vel quum tonsis illotus adhæsit
Sudor, & hirsuti secuerunt corpora vepres.
Dulcibus idcirco fluuiis pecus omne magistri
Perfundunt: vdisq; aries in gurgite villis
Mersatur, missúsque secundo defluit amni.
Aut tonsum tristi contingunt corpus amurca,
Et spumas miscent argenti, 1 viuaq; sulfura,
Idæasq; pices, & pingues vnguine ceras,
Scillãq; helleborosq; graues, nigrúmque bitumen.
Nõ tamẽ vlla magis præsens fortuna laborum est,
Quàm siquis ferro potuit rescindere summum
Vlceris os. aliturvitium, viuitq; tegendo:
Dũ medicas adhibere manus ad vulnera pastor
Abnegat, & meliora deos sedet 2 omnia poscens.
Quinetiam ima dolor balantum lapsus ad ossa
Quùm furit, atq; artus depascitur arida febris,
Profuit incensos æstus auertere, & inter
Ima ferire pedis salientem sanguine venam.
Bisaltæ quo more solent, acérque Gelonus,
Quum fugit in Rhodopẽ, atq; in deserta Getarũ,
Et lac concretum cum sanguine potat equino.
Quam procul aut molli succedere sæpius vmbræ
Videris, aut summas carpentẽ 3 ignauius herbas,
Extremámque sequi, aut medio procũbere campo
Pascentem, & 4 seræ solam decedere nocti:
Continuòs ferro culpam compesce prius quàm
Dira per incautum serpant contagia vulgus.
Nõ tam creber, agens hyemẽ, ruit æquore turbo,
Quàm multæ pecudum pestes. nec singula morbi
Corpora corripiunt: sed tota æstiua repente,
Spémque gregémque simul, cunctámque ab origine gentem,
Tum sciat, aerias Alpes, & Norica siquis
Castella in tumulis, & Iapidis arua Timaui
Nunc quoque post tanto videat, desertaq; regna
Pastorum, & longè saltus latéque vacantes.
Hic quondam morbo cœli miseranda coorta est
Tempestas, totoq; autumni incanduit æstu:
Et genus omne neci pecudum dedit, omne ferarũ:
6 Corrupitque lacus, infecit pabula tabo.
Nec via mortis erat simplex: sed vbi ignea venis
Omnibus acta sitis, miseros adduxerat artus,
Rursus abundabat fluidus liquor, omniaq; in se
Ossa minutatim morbo collapsa trahebat,
Sæpe in honore deũm medio stãs hostia ad aram,
7 Lanea dum niuea circumdatur infula vitta,
Inter cunctantes cecidit moribunda 8 ministros.
Aut siquam ferro mactauerat antè sacerdos.
Inde neque impositis ardent altaria fibris,
Nec responsa potest consultus reddere vates:
Ac vix suppositi tinguntur sanguine cultri:
Summáque ieiuna sanie infuscatur arena.
Hinc lætis vituli vulgò moriuntur in herbis,
Et dulces animas plena ad præsepia reddunt.
Hinc canibus blãdis rabies venit, & quatit ægros
Tussis anhela sues, ac faucibus angit obesis.
Labitur infelix studiorũ, atque immemor herbæ

1 al. ac sulphura viua. 2 al. omina.
3 al. segnius 4 al. sera nocte. 5 al. culpam ferro
6 al. Corripuit. 7 al. linea 8 al. magistros

Victor equus: fontésque auertitur, & pede terram
Crebrà ferit. demissæ aures incertus ibidem
Sudor, & ille quidem morituris frigidus: aret
Pellis, & ad tactum tractanti dura resistit.
Hæc ante exitium primis dant signa diebus:
Sin in processu cœpit crudescere morbus,
Tum verò ardentes oculi, atq; attractus ab alto
Spiritus, interdum gemitu grauis: imáque longo
Ilia singultu tendunt: it naribus ater
Sanguis, & obsessas fauces premit aspera lingua,
Profuit inserto latices infundere cornu
Lenæos: ea visa salus morientibus vna.
Mox erat hoc ipsum exitio: furiisque refecti
Ardebant: ipsique suos iam morte sub ægra
(Dij meliora piis, 1 errorémque hostibus illum)
Discissos nudis laniabant dentibus artus.
Ecce autem duro fumans sub vomere taurus
Concidit, & mistum spumis vomit ore cruorem:
Extremósque ciet gemitus. it tristis arator,
Mœrentem abiungens fraterna morte iuuencum,
Atque opere in medio desixa relinquit aratra.
Nõ vmbræ altorũ nemorum, 2 nõ mollia possunt
3 Prata mouere animũ: non qui per saxa volutus
Purior electro campum petit amnis: at ima
Soluũtur latera, atq; oculos stupor vrget inertes,
Ad terramque fluit deuexo pondere ceruix.
Quid labor aut benefacta iuuant? quid vomere terras
Inuertisse graues? atqui non Massica Bacchi
Munera, non illis epulæ nocuere repostæ.
Frondibus & victu pascuntur simplicis herbæ:
Pocula sunt fontes liquidi, atq; exercita cursu
Flumina: nec somnos abrumpit cura salubres.
Tempore non alio dicunt regionibus illis
Quæsitas ad sacra boues Iunonis, & vris
Imparibus ductos alta ad donaria currus.
Ergo ægrè rastris terram rimantur, & ipsis
Vnguibus infodiunt fruges: montésque per altos
Contenta ceruice trahunt stridentia plaustra.
Non lupus insidias explorat ouilia circum,
Nec gregibus nocturnus obambulat: acrior illum
Cura domat. timidi damæ ceruique fugaces
Nunc interq; canes & circum tecta vagantur.
Iam maris immensi prolem & genus omne natantum
Littore in extremo, ceu naufraga corpora, fluctus
Proluit: insolitæ fugiunt 5 in flumina phocæ:
Interit & curuis frustrà defensa latebris
Vipera, & attoniti squamis astantibus hydri.
Ipsis est aer auibus non æquus, & illæ
Præcipites alta vitam sub nube relinquunt.
Præterea, 6 nec iam mutari pabula refert:
Quæsitæq; nocent artes: cessere magistri,
Phillyrides Chiron, Amythaoniúsque Melampus.
Sauit & in lucem Stygiis emissa tenebris
Pallida Tisiphone: morbos agit ante metúmque.
Inque dies auidum surgens caput altius effert.
al. *ardoremque.*

2 *Non gramina possunt Grata mouere animum.*
3 al. grata. 4 al. victum.
5 al. ad. 6 al. iam nec.

Balatu pecorum, & crebris mugitibus amnes
Arentésque sonant ripæ, collésque supini.
Iámq; cateruatim dat stragem, atque aggerat ipsis
In stabulis turpi dilapsa cadauera tabo:
Donec humo tegere ac 2 foueis abscondere discũt,
Nam neque erat coriis vsus: nec viscera quisquã,
Aut vndis abolere potest, aut vincere flamma.

1 al. Horrentes. 2 al. fossis.

Nec tondere quidem morbo illuuiéque peresa
Vellera, nec telas possunt attingere putres.
1 Verùm etiam inuisos siquis tentarat amictus,
Ardentes papulæ, atque immundus olentia sudor
Membra sequebatur: nec longo deinde moranti
Tempore, 2 contactos 3 artus sacer ignis edebat.

1 al. Quin etiam.
2 al. contractos.
3 al. sacer artus.

P. VIRGILII MARONIS GEORGICORVM

LIBER IIII.

MODESTINI IVRISCONSVLTI ARGVMENTVM.

Protinus aerij mellis redolentia regna,
Hyblæas & apes, 1 alueorum & cerea tecta,
Quique apibus flores, examina quæque legenda,
Indicat, humentésque fauos, cœlestia dona.

1 al. aluorum.

PROTINVS aerij mellis cœlestia dona
Exequar. hanc etiam Mæcenas aspice partem.
Admiranda tibi leuium spectacula rerum,
Magnanimosq; duces, totiusq; ex ordine gentis
Mores & studia & populos & prælia dicam.
In tenui labor, at tenis non gloria: siquem
Numina læua sinunt, auditque vocatus Apollo.
Principio sedes apibus spatióque petenda,
Quò neque sit ventis aditus (nam pabula venti
Ferre domũ prohibent) neque oues hœdiq; petulci
Floribus insultent, aut errans bucula campo
Decutiat rorem, & surgentes atterat herbas.
Absint & picti squalentia terga lacerti
Pinguibus à stabulis, meropesq;, aliæq; volucres,
Et manibus Progne pectus signata cruentis.
Omnia nam latè vastant, ipsáque volantes
Ore ferunt, dulcem nidis immitibus escam.
At liquidi fontes, & stagna virentia musco
Adsint, & tenuis fugiens per gramina riuus.
Palmáq; vestibulũ aut ingens oleaster 1 obũbret:
Vt quum prima noui ducent examina reges
Vere suo, ludétque fauus emissa iuuentus,
Vicina inuitet decedere ripa calori,
Obuiáque hospitijs teneat frondentibus arbos.
In medium, seu stabit iners seu profluet humor,
Transuersas salices & grandia conijce saxa:
Pontibus vt crebris possint consistere, & alas
Pandere ad æstiuum solem, si fortè morantes
Sparserit, aut præceps Neptuno immerserit eurus.
Hæc circum casiæ virides, & olentia latè
Serpylla, & grauiter spirantis copia thymbræ
Floreat: irriguúmque bibant violaria fontem.
Ipsa autem seu corticibus tibi suta cauatis,
Seu lento fuerint alueria vimine texta,
Angustos habeant aditus. nam frigore mella
Cogit hyems, eadémque calor liquefacta remittit.
Vtraque vis apibus pariter metuenda: neque illæ
Nequicquam in tectis certatim tenuia cera
Spiramenta linunt, fucóque & floribus oras
Explent: collectúmque hæc ipsa ad munera glutẽ
Et viscо & Phrygiæ seruant pice lentius Idæ
Sæpe etiam effossis (si vera est fama) latebris,
Sub 1 terra fodere larem: penitusq; repertæ
Pumicibúsque cauis, exesæq; arboris antro.
Tu tamen 2 & leui rimosa cubilia limo
Vnge fouens circum, & raras superinjice frondes.
Neu propius tectis taxum sine, néue rubentes
Vre foco cancros, altæ neu crede paludi:
Aut vbi odor cœni grauis, aut vbi cõcaua pulsu
Saxa sonant, vociſque offensa resultat imago.
Quod superest, vbi pulsam hyemem sol aureus
Sub terras, cælúmque æstiua luce reclusit: (egit
Illæ continuò saltus syluásque peragrant,
Purpureóque metunt flores, & flumina libant
Summa leues. hinc nescio qua dulcedine læta
Progeniem nidósque fouent: hinc arte recentes
Excudunt ceras, & mella tenacia fingunt.
Hinc vbi iam emissum caueis ad sidera cœli
Nare per æstatem liquidam suspexeris agmen,
Obscurámque trahi vento mirabere nubem:
Contemplator: aquas dulces & frondea semper
Tecta petunt: huc tu iussos asperge sapores,
Trita meliphylla, & cærinthæ ignobile gramen:
Tinnitúsque cie, & Matris quate cymbala circũ.

1 al. terram fodere.
2 al. ẽ

Ipsa

Ipſa conſident medicatis ſedibus, ipſæ
Intima more ſuo ſeſe in cunabula condent.
Sin autem ad pugnã exierint, (nam ſæpe duobus
Regibus inceſſit magno diſcordia motu)
Continuoq; animos vulgi, & trepidantia bello
Corda licet longè præſciſcere. nanque morantes
Martius ille æris rauci canor increpat: & vox
Auditur fractos ſonitus imitata tubarum.
Tum trepidæ inter ſe coeunt, pennisq; coruſcant:
Spiculáque exacuunt roſtris, aptántque lacertos:
Et circa regem atque ipſa ad prætoria denſæ
Miſcentur, magnisque vocant clamoribus hoſtẽ.
Ergo vbi ver nactæ ſudum, campóſque patentes,
Erumpunt portis, concurritur: æthere in alto
Fit ſonitus: magnum miſtæ glomerantur in orbẽ,
Præcipitéſque cadunt. non denſior aere grando,
Nec de concuſſa tantum pluit ilice glandis.
Ipſi per medias acies, inſignibus alis,
Ingentes animos angusto in pectore verſant,
Vſq; adeò obnixi non cedere, dũ grauis aut hos
Aut hos verſa fuga victor dare terga 1 coegit.
Hi motus animorum, atque hæc certamina tãta
Pulueris exigui ictu compreſſa 2 quieſcent.
Verùm vbi ductores acie reuocaueris ambos,
Deterior qui viſus, eum, ne prodigus obſit,
Dede neci: melior vacua ſine regnet in aula.
Alter erit maculis auro ſqualentibus ardens:
(Nã duo ſunt genera) hic melior, inſignis & ore,
Et rutilis clarus ſquamis: ille horridus alter
Deſidia, latámque trahens inglorius aluum.
Vt binæ regum facies, ita corpora 3 gentis.
Nanque aliæ turpes horrent, ceu puluere ab alto
Quum venit & 4 terram ſicco ſpuit ore viator
Aridus, elucent aliæ, & fulgore coruſcant,
Ardentes auro, & paribus lita corpora guttis.
Hæc potior ſoboles: hinc cœli tempore certo
Dulcia mella premes: nec tantũ dulcia, quantum
Et liquidæ, & durum Bacchi domitura ſaporem.
At quum incerta volant cœloq; examina ludũt,
Contemnuntq; fauos, & frigida tecta relinquũt:
Inſtabiles animos ludo prohibebis inani.
Nec magnus prohibere labor: tu regibus alas
Eripe: non illis quiſquam cunctantibus altum
Ire iter, aut caſtris audebit vellere ſigna.
Inuitent croceis halantes floribus horti,
Et cuſtos furum atq; auium, cum falce ſaligna
Helleſpontiaci ſeruet tutela Priapi.
Ipſe thymum pinoſque ferens de montibus altis,
Tecta ſerat latè circum, cui talia cura:
Ipſe labore manum duro terat, ipſe feraces
Figat humo plantas, & amicos irriget imbres.
Atque equidem, extremo ni iam ſub fine laborũ
Vela traham, & terris feſtinem aduertere proram:
Forſitan & pingues hortos quæ cura colendi
Ornaret, canerem: biferique roſaria Peſti:
Quóque modo potis gauderent 5 intyba riuis,
Et virides apio ripæ: tortúſque per herbam
Creſceret in ventrem cucumis: nec ſera comãtem
Narciſſum, aut flexi tacuiſſem vimen acanthi,
Pallentéſque hederas, & amantes littora myrtos.
Nanque ſub Oebaliæ memini me turribus altis,
Quà niger humectat flauentia culta Galeſus,
Corycium vidiſſe ſenem: cui pauca relicti
Iugera ruris erant. nec fertilis illa iuuencis,
Nec pecori opportuna ſeges, nec commoda Bacchо.
2 Hic rarum tamen in dumis olus, albáq; circùm
Lilia, verbenáſque premens, veſcúmq; papauer,
Regum æquabat opes animis: ſeráque reuertens
Nocte domum, dapibus menſas onerabat inẽptis.
Primus vere roſam, atque autũno carpere poma,
Et quum triſtis hyems 3 etiã nunc frigore ſaxa
Rumperet, & glacie curſus frænaret aquarum:
Ille comam mollis iam tum tondebat acanthi,
Æſtatem increpitans ſerã, zephyroſq; morantes.
Ergo apibus fœtis idem atque examine multo
Primus abundare, & ſpumantia cogere preſſis
Mella fauis: illi tiliæ, atque vberrima pinus.
Quótque in flore nouo pomis ſe fertilis arbos
Induerat, totidem autumno matura tenebat.
Ille etiam ſeras in verſum diſtulit vlmos,
Edurámque pyrum, & ſpinos iã pruna ferentes,
Iámque miniſtrantem platanum potantibus vmbram.
Verùm, hæc ipſe equidẽ, ſpatijs 4 excluſus iniquis,
Prætereo, atq; alijs poſt 5 me memorãda relinquo.
Nunc age, naturas apibus quas Iuppiter ipſe
Addidit, expediam: pro qua mercede canoros
Curetum ſonitus crepitantiaq; æra ſequutæ,
Dictæo cœli regem pauere ſub antro.
Solæ communes natos, conſortia tecta
Vrbis habent, magnisq; agitant ſub legibus æuũ:
Et patriam ſolæ & certos nouere penates.
Venturæq; hyemis memores, æſtate laborem
Experiuntur, & in medium quæſita reponunt.
Nanque aliæ victu inuigilant, & fœdere pacto
Exercentur agris: pars intra ſepta domorum,
Narciſſi lacrymam, & 6 lentũ de cortice gluten
Prima fauis ponunt fundamina, deinde tenaces
Suſpendunt ceras: aliæ ſpem gentis adultos
Educunt fœtus: aliæ puriſſima mella
Stipant, & liquido diſtendunt nectare cellas.
Sunt quibus ad portas cecidit cuſtodia ſorti,
Inque vicem ſpeculantur aquas & nubila cæli:
Aut onera accipiunt venientũ, aut agmine facto
Ignauum fucos pecus à præſepibus arcent.
Feruet opus, redoléntq; thymo fragrantia mella.
Ac veluti lentis Cyclopes fulmina maſſis
Quum properant, alij taurinis follibus auras
Accipiunt reddúntque: alij ſtridentia tingunt
Æra lacu: gemit impoſitis incudibus 7 Aetna:
Illi inter ſeſe magna vi brachia tollunt
In numerum, verſántque tenaci forcipe ferrũ:

1 al. ſubegit. 4 al. quieſcunt.
3 al. plebis. 4 al. ſicco terram.
5 al. intuba.

1 al. ſero. 2 al. hinc. 3 al. etiamnum 4 al. diſcluſus. 5 al commemoranda.
6 al. lectum 7 al. antrum

Non aliter (si parua licet componere magnis)
Cecropias innatus apes amor vrget habendi,
Munere quamque suo, grandæuis oppida curæ
Et munire fauos, & dædala fingere tecta.
At fessæ multa referunt se nocte minores,
Crura thymo plenæ: pascuntur & arbuta passim,
Et glaucas salices, casiámque, crocumq; rubentem,
Et pinguem tiliam, & ferrugineos hyacinthos.
Omnibus vna quies operum, labor omnibus vnus.
Mane ruũt portis, nusquam mora: rursus eadem
Vesper vbi è pastu tandem decedere campis
Admonuit, tum tecta petunt, tũ corpora curant.
Fit sonitus, mussántque oras & limina circum.
Pòst, vbi iam thalamis se composuere, siletur
In noctem, fessóque sopor suus occupat artus.
Nec verò à stabulis pluuia impendente recedunt
Longius, aut credunt cœlo, aduentantibus euris:
Sed circùm tutæ sub mœnibus vrbis aquantur,
Excursúsque breues tentant, & sæpe lapillos,
Vt cymbæ instabiles, fluctu iactante saburram,
Tollunt: his sese per inania nubila librant.
Illum adeò placuisse apibus mirabere morem,
Quod nec concubitu indulgent, nec corpora segnes
In venerem soluunt, aut fœtus nixibus edunt:
Verùm ipsæ 1 foliis natos & suauibus herbis
Ore legunt, ipsæ regem paruósque quirites
Sufficiunt: aulásque & cærea regna 2 refigunt.
Sæpe etiam duris errando in cotibus alas
Attriuere, vltroq; animam sub fasce dedere:
Tantus amor florũ, & generandi gloria mellis.
Ergo ipsas quamuis 3 angustus terminus æui
Excipiat, (neque enim plus septima ducitur æstas)
At genus immortale manet: multosq; per annos
Stat fortuna domus, & aui numerantur auorũ.
Præterea regem non sic Aegyptus, & ingens
Lydia, nec populi Parthorũ, aut Medus Hydaspes,
Obseruant. rege incolumi, mens omnibus vna est.
Amisso, rupere fidem: constructaque mella
Diripuere ipsæ, & crates soluere fauorum.
Ille operum custos, illum admirantur: & omnes
Circunstant fremitu denso, stipantque frequẽtes:
Et sæpe attollunt humeris, & corpora bello
Obiectãt: pulchrámq; petunt per vulnera mortẽ.
His quidam signis, atque hæc exempla sequuti,
Esse apibus partem diuinæ mentis, & haustus
Ætherios dixere. deum nanque ire per omnes
Terrasq;, tractúsque maris, cælúmque profundũ,
Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarũ
Quemque sibi tenues nascentem arcessere vitas.
Scilicet huc reddi deinde acre soluta referri
Omnia: nec morti esse locum, sed viua volare
Sideris in numerum, atque alto 4 succedere cœlo.
Siquando sedem angustã, seruatáque mella (rum,
Thesauris relines, prius 5 haustus sparsus aqua-
6 Ore foue, fumoque manu prætende sequaces.
Bis grauidos cogunt fœtus, duo tempora messis:
Taygete simul os terris ostendit honestum
Pleias, & Oceani spretos pede reppulit amnes:
Aut eadem sidus fugiens vbi piscis aquosi,
Tristior hybernas cœlo descendit in vndas.
Illis ira modum supra est: læsæq; venenum
Morsibus inspirant, & spicula cæca relinquunt.
Affixæ venis, animáque in vulnere ponunt.
Sin duram 1 metues hyemem, parcéque futuro:
Contusosque animos, & res miserabere fractas:
At suffire thymo, cerásque recidere inanes
Quis dubitet? nam sæpe fauos ignotus adedit
Stellio, lucifugis congesta cubilia blattis:
Immunisque sedens aliena ad pabula fucus,
Aut asper crabro imparibus se immiscuit armis,
Aut 2 durum tineæ genus, aut inuisa Minervæ
3 In foribus laxos suspendit aranea casses.
Quo magis exhaustæ fuerint, hoc acrius omnes
Incumbent generis lapsi sarcire ruinas:
Complebúntque foros, & floribus horrea texent.
Si verò (quoniam casus apibus quoque nostros
Vita tulit) tristi languebunt corpora morbo:
(Quod ia non dubiis poteris cognoscere signis.)
Continuò est ægris alius color: horrida vultum
Deformat macies, tum corpora luce carentum
Exportant tectis, & tristia funera ducunt:
4 Aut illæ pedibus connexæ ad limina pendent,
Aut intus clausis cunctantur in ædibus omnes,
Ignauæq; fame & contracto frigore pigræ.
Tum sonus auditur grauior, tractimq; susurrant:
Frigidus vt quondã sylua immurmurat Auster,
Vt mare sollicitum stridet refluentibus vndis,
Æstuat vt clausis rapidus fornacibus ignis.
Hic iam galbaneos suadebo incendere odores,
Melláque arundineis inferre canalibus, vltrò
Hortantem, & sessas ad pabula nota vocantem.
Proderit & tunsum galæ admiscere saporem,
Arentéque rosas, aut igni pinguia multo
Defruta, vel psythia passos de vite racemos:
Cecropiúmque thymum, & graueolentia centaurea:
Est etiam flos in pratis, cui nomen amello
Fecere agricolæ, facilis quærentibus herba.
Nanque vno ingentem tollit de cespite syluam:
Aureus ipse sed in foliis quæ plurima circum
Funduntur, violæ sublucet purpura nigræ.
Sæpe deum nexis ornatæ torquibus aræ.
Asper in ore sapor: tonsis in vallibus illum
Pastores, & curua legũt 5 prope flumina Mellæ.
Huius odorato radices incoque Baccho,
Pabuláque in foribus plenis 6 appone canistris.
Sed 7 si quem proles subitò defecerit omnis.
Nec genus vnde nouæ stirpis reuocetur, habebit:
Tempus & Arcadij memorãda inuenta magistri
Pandere, quoque modo cæsis iam sæpe iuuencis
Insyncerus apes tulerit cruor, altius omnem
Expediam, prima repetens ab origine, famam.
Nam, qua Pellæi gens fortunata Canopi
Accolit effuso stagnantem flumine Nilum,

1 al. natos foliis. 2 al. refingunt. 3 al. anguſti. 4 al. ſe condere. 5 al. hauſtu 6 al. Ora.

1 al. metuens. 2 al. diram. 3 al. laxos in foribus 4 al. atque 5 al. per. 6 al. expone. 7 al. ſi quidem

Et

Et circum pictis vehitur sua rura phaselis:
Quáque pharetratæ vicinia Persidis vrget,
Et viridem Aegyptum nigra fœcundat arena,
Et diuersa ruens septem discurrit in ora
Vsque coloratis amnis deuexus ab Indis:
Omnis in hac certam regio iacit arte salutem.
Exiguus primùm atque ipsos cõtractus ad vsus
Eligitur locus: hunc angustique imbrice tecti
Parietibúsque premũt arctis: & quattuor addunt
Quattuor à ventis obliqua luce fenestras.
Tum vitulus bima curuans iam cornua fronte
Quaritur: huic geminæ nares, & spiritus oris
Multa reluctanti obstruitur: plagisque peremptо
Tunsa per integram soluuntur viscera pellem:
Sic positum in clauso linquunt: & ramea costis
Subijciunt fragmenta, thymũ, casiásque 1 recentes.
Hoc geritur, zephyris primũ impellentibus vndas
Antè nouis rubeant quam prata coloribus, antè
Garrula quàm tigni nidum suspendat hirundo.
Interea teneris tepefactus in ossibus humor
AEstuat, & visenda modis animalia miris,
Trunca pedum primò, mox & stridentia 2 pinnis
Miscentur, tenuemq; magis, magis aera 3 carpunt,
Donec, vt æstiuis effusus nubibus imber,
Erupere: 4 aut vt neruo pulsante sagittæ,
Prima leues ineunt siquando prælia Parthi.
Quis Deus hanc, Musæ, quis nobis 5 extudit artem?
Vnde noua ingressus hominum experientia cepit?
Pastor Aristæus, fugiens Peneia tempe,
Amissis (vt fama) apibus morbóque fameque,
Tristis ad extremi sacrum caput astitit amnis,
Multa querens: atque hac affatus voce parentẽ,
Mater Cyrene, mater, quæ gurgitis huius
Ima tenes: quid me præclara stirpe deorum
(Si modò, quem perhibes, pater est Thymbræus Apollo)
Inuisum fatis genuisti? aut quò tibi nostri
Pulsus amor? quid me cœlum sperare iubebas?
En etiam hunc ipsum vitæ mortalis honorem,
Quem mihi vix frugũ & pecudũ custodia solers
Omnia tentanti extuderat, te matre, relinquo.
Quin age, & ipsa manu felices erue syluas.
Fer stabulis inimicũ ignẽ, atq; interfice messes:
Vre sata, & validam in vites molire bipennem
Tanta meæ si te ceperunt tædia laudis.
At mater sonitum thalamo sub fluminis alti
7 Sensit eam circum Milesia vellera nympha
Carpebãt, hyali saturo fucata colore:
Drymoq;, Xãthoq;, Ligeáque, Phyllodocéque:
Cæsariem effusæ nitidam per candida colla.
Nisæe, Spioque, Thaliáque, Cymodocéque,
Cydippe, & flaua Lycorias (altera, virgo:
Altera tum primos Lucinæ experta labores)
Clioque, & Beroe soror: Oceanitides ambæ,
Ambæ auro, pictis incinctæ pellibus ambæ,
Atque Ephyre, atque Opis, atq; Asia Deiopea:

1 al. virentes 2 al pinnis. 3 al. captant.
4 al. volat. 5 al. extulit.
6 al. infertur à quibusdam. 7 al. sentit.

Et tandem positis velox Arethusa sagittis.
Inter quas curam Clymene narrabat inanem
Vulcani, Martisque dolos, & dulcia furta,
1 Aq; Chao deuisos diuûm numerabat amores,
Carmine quo captæ dum fusis mollia pensa
Deuoluunt, iterum maternas impulit aures
Luctus Aristæi: vitreisque sedilibus omnes
Obstupuere. sed ante alias Arethusa sorores
Prospiciens, summa flauum caput extulit vnda.
Et procul, O gemitu non frustrà exterrita tanto,
Cyrene soror, ipse tibi tua maxima cura
Tristis Aristæus, Penei genitoris ad vndam
Stat lachrymans, & te crudelem nomine dicit,
Huic 2 perculsa noua mentem formidine mater,
Duc age, duc ad nos: fas illi limina diuûm
Tangere, ait. simul alta iubet discedere latè
Flumina, quà iuuenis gressus inferret. at illum,
Curuata in montis faciem circumstetit vnda:
Accepitque sinu vasto, misitque sub amnem.
Iamq; domũ mirãs genitricis, & humida regna
Speluncisque lacus clãusos, lucosque sonantes,
Ibat, & ingenti motu stupefactus aquarum,
Omnia sub magna labentia flumina terra
Spectabat, diuersa locis: Phasimq;, Lycúmque:
Et caput vnde altus primùm 3 se erũpit Enipeus:
Vnde pater Tiberinus, & vnde Aniena fluenta,
Saxoſumq; sonans Hypanis, Mysúsque Caicus,
Et gemina auratus taurino cornua vultu
Eridanus: quo non alius per pinguia culta
In mare purpureum violentior 4 influit amnis.
Postquam est in thalami pendentia pumice tecta
Peruentum, & nati fletus cognouit inanes
Cyrene: manibus liquidos dant ordine fontes
Germanæ, tonsisque ferunt mantilia villis.
Pars epulis onerant mensas, & plena reponunt
Pocula: Panchæis adolescunt ignibus aræ,
Et mater, Cape Mæonij carchesia Bacchi:
Oceano libemus, ait. simul ipsa precatur
Oceanúmque patrẽ rerũ, nymphásque sorores,
Centum quæ syluas, centũ quæ flumina seruant.
Ter liquido ardentem perfudit nectare vestam,
Ter flamma ad summum tecti subiecta reluxit.
5 Omine quo firmans animum sic incipit ipsa,
Est in Carpathio Neptuni gurgite vates
Cæruleus Proteus, magnum qui piscibus æquor,
Et iuncto bipedum curru metitur equorum.
Hic nunc Emathiæ portus, patriámque reuisit
Pallenen: hunc & nymphæ veneramur, & ipse
Grandæus Nereus. nouit nanque omnia vates
Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur.
Quippe ita Neptuno visum est, immania cuius
Armenta, & turpes pascit sub gurgite phocas.
Hic tibi nate prius vinclis capiendus, vt omnem
Expediat morbi causam, euentúsque secundet.
Nam sine vi nõ vlla dabit præcepta, neque illum
Orando 6 flectes; vim duram & vincula capto

1 al. atque 2 al. percussa
3 se expurgat alij. 4 al. effluit.
5 al. Omen. 6 al. vinces.

Tende, doli circum hæc demum fragẽtur inanes.
Ipsa ego te, medios quum sol accenderit æstus,
Quum sitiunt herbæ, & pecori iã gratior vmbra
In secreta senis ducam, quo sessus ab vndis (est,
Se recipit, facilè vt somno aggrediare iacentem.
Verùm vbi correptũ manibus vinclisque tenebis,
Tum variæ 1 illudent species atque ora ferarum.
Fiet enim subitò sus horridus, atráque tigris,
Squamosúsque draco, & fulua ceruice leæna:
Aut acrem flammæ sonitũ dabit: atque ita vinclis
Excidet, aut in aquas tenues dilapsus abibit.
Sed quãto ille magis formas se vertet in omnes,
Tanto nate magis contende tenacia vincla.
Donec talis erit mutato corpore, qualem
Videris, incepto tegeret quum lumina somno.
Hæc ait, & liquidũ ambrosiæ 2 diffudit odorem,
Quo totum nati corpus 3 perduxit: at illi
Dulcis compositis spirauit crinibus aura,
Atq; habilis membris venit vigor. Est specus in-
Exesi latere in montis: quò plurima vento (gens
Cogitur, inque sinus scindit sese vnda reductos,
Deprensis olim statio tutissima nautis.
Intus se vasti Proteus tegit obice saxi. (pha
Hic iuuenẽ in latebris auersum à 4 lumine nym-
Collocat: ipsa procul nebulis obscura 5 recessit.
Iam rapidus torrens sitientes Sirius Indos
Ardebat cœlo, & medium sol igneus orbem
Hauserat: arebãt herbæ, & caua flumina siccis
Faucibus ad limum radij tepefacta coquebant:
Quũ Proteus consueta petens è fluctibus antra
Ibat. eum vasti circum gens humida ponti
Exultans, rorem latè dispergit amarum.
Sternunt se somno 6 diuerso in littore phocæ,
Ipse (velut stabuli custos in montibus olim,
Vesper vbi è pastu vitulos ad tecta reducit,
Auditisque lupos acuunt balatibus agni)
Consedit scopulo medius, numerúmque recenset.
Cuius Aristæo quoniam est oblata facultas,
Vix defessa senem passus componere membra,
Cum clamore ruit magno, manicisq; iacentem
Occupat. ille suæ contrà non immemor artis,
Omnia 7 transformat sese in miracula rerum,
Ignemq;, horribilemq; ferã, fluuiúmque liquentẽ.
Verùm vbi nulla fugam reperit 8 fallacia, victus
In sese redit: atque hominis tandẽ ore loquutus,
Nam quis te iuuenum confidentissime nostras
Iussit adire domos? quidue hinc petis? inquit. at
ille,
Scis Proteu, scis ipse: neque est te fallere 9 cuiquã:
Sed tu desine velle. deũm præcepta sequuti
Venimus huc, lapsis quæsitum oracula rebus.
Tantum effatus. ad hæc vates vi denique multa
Ardentes oculos intorsit lumine glauco,
Et grauiter frendens, sic fatis ora resoluit,
Non te nullius exercent numinis iræ: (pheus
Magna lues commissa: tibi has miserabilis Or-

1 al. eludent. 2 al. deprimit. 3 al. perfudit.
4 al. limine. 5 al. resistit. 6 al. diuersæ
7 al. commutat. 8 al. pellacia
9 al. quicquam.

Haudquaquã ob meritũ pœnas (ni fata resistant)
Suscitat, & rapta grauiter pro coniuge sæuit.
Illa quidẽ dum te fugeret per flumina præceps,
Immane ante pedes hydrum moritura puella
Seruantem ripas alta non vidit in herba.
At chorus æqualis Dryadum clamore 1 supremos
Implerunt montes: flerunt Rhodopeiæ arces,
Altáque Pangæa, & Rhesi Mauortia tellus,
Atq; Getæ, atque Hebrus, atq; Actias Orithyia.
Ipse caua solans ægrum testudine amorem,
Te dulcis coniux, te solo in littore secum,
Te veniente die, te decedente canebat.
Tænarias etiam fauces, alta ostia Ditis,
Et caligantem nigra formidine lucum
Ingressus, manésque adijt, regémque tremendum,
Nescíque humanis precibus mansuescere corda.
At cantu commotæ Erebi de sedibus imis
Vmbræ ibant tenues, simulacráque luce carentũ:
Quàm multa in syluis auium se millia condunt,
Vesper vbi aut hybernus agit de montibus imber:
Matres atque viri, defunctáque corpora vita
Magnanimúm heroum, pueri innuptæq; puellæ,
Impositique rogis iuuenes ante ora parentum.
Quos circum limus niger & deformis arundo
Cocyti, tardáque palus 2 inamabilis vnda
Alligat, & nouies Styx interfusa coercet.
Quin ipsæ stupuere domus, atque intima leti
Tartara, cæruleósque 3 implexæ crinibus angues
Eumenides: tenuitque inhians tria Cerberus ora,
Atque Ixionei 4 vento rota constitit orbis.
Iámque pedem referens, casus euaserat omnes,
Redditáque Eurydice superas veniebat ad auras,
Pone sequens, (namque hanc dederat Proserpina legem)
Quum 5 subita incautũ dementia cepit amãtẽ:
(Ignoscenda quidem, scirent si ignoscere manes)
Restitit, Eurydicénque suam, iam luce sub ipsa,
Immemor, heu, victusq; animi, respexit. ibi omnis
Effusus labor, atque immitis rupta tyranni
Fœdera: térque fragor stagnis auditus Auernis.
Illa, Quis & me (inquit) miserã & te perdidit,
Orpheu?
Quis tantus furor? en iterum crudelia retro
Fata vocãt, conditque natantia lumina somnus.
Iámque vale: feror ingenti circumdata nocte,
Inualidáq; tibi tendens (heu non tua) palmas.
Dixit: & ex oculis subitò, ceu fumus in auras
Commistus tenues, fugit diuersa: neque illum
Prensantem nequicquam vmbras, & multa volentem
Dicere, præterea vidit: nec portitor Orci
Amplius obiectam passus transire paludem.
Quid faceret? quò se rapta bis coniuge ferret?
Quo fletu manes, qua numina voce moueret?
Illa quidem Stygia nabat iam frigida cymba.
Septem illum totos perhibent ex ordine menses
Rupe sub aeria deserti ad Strymonis vndam

1 al. supremo. 2 al. inamabilis 3 al. innexæ
4 al. cantu 5 al. subitò.
6 al. quos.

1 Fleuisse

1 Flenisse, & gelidis hæc euoluisse sub 2 antris,
Mulcentem tigres, & agentem carmine quercus.
Qualis populea mœrens philomela sub vmbra
Amissos queritur fœtus, quos durus arator
Obseruans nido implumes detraxit: at illa
Flet noctem, ramoq; sedens mirabile carmen
Integrat, & mœstis latè loca questibus implet.
Nulla venus, 3 nulliq; animum flexere hymenæi:
Solus Hyperboreas glacies, Tanaimq; nivalem,
Arvaq; Riphæis nunquam viduata pruinis
Lustrabat, raptam Eurydicen atq; irrita Ditis
Dona querens. 4 spretæ Ciconum quo munere matres
Inter sacra deûm, 5 nocturnaq; orgia Bacchi,
Discerptum latos iuuenem sparsere per agros.
Tum quoq; marmorea caput à ceruice reuulsum,
Gurgite quum medio portans OEagrius Hebrus
Volueret: Eurydicen vox ipsa & frigida lingua,
Ah miseram Eurydicen anima fugiente vocabat:
Eurydicen toto referebant flumine ripæ.
Hæc Proteus: & se iactu dedit æquor in altum:
Quaq; dedit, spumantem vndam sub vertice torsit.
At non Cyrene, nanq; vltrò affata timentem,
Nate, licet tristes animo deponere curas.
Hæc omnis morbi causa, hinc miserabile Nymphæ,
Cum quibus illa choros lucis agitabat in altis,
Exitium misêræ apibus: tu munera supplex
Tende petens pacem, & faciles venerare Napæas.
Nanque dabunt veniam votis, iraq; remittent.
Sed modus orandi qui sit prius ordine dicam.
Quattuor 1 eximios præstanti corpore tauros,
Qui tibi nunc viridis depascunt summa Lycæi,
Delige, & intacta totidem ceruice iuuencas.
Quattuor his aras alta ad delubra dearum
Constitue, & sacrum iugulis demitte cruorem:
Corporaq; ipsa boum frondoso desere luco.
Post, vbi nona suos aurora ostenderit ortus:
Inferias Orphei lethea papauera mittes.
Et nigram mactabis ouem, lucumq; reuises:
Placatam Eurydicen vitula venerabere cæsa.
Haud mora: continuò matris præcepta facessit:
Ad delubra venit: monstratas excitat aras,
Quattuor 2 eximios præstanti corpore tauros
Ducit, & intacta totidem ceruice iuuencas.
Pòst, vbi nona suos aurora induxerat ortus,
Inferias Orphei, lucumq; reuisit.
Hic verò subitum ac dictu mirabile monstrum
Aspiciunt: liquefacta boum per viscera toto
Stridere apes vtero, & ruptis efferuere costis:
Immensasq; trahi nubes: iamq; arbore summa
Confluere, & lentis vuam demittere ramis.
Hæc super aruorum cultu pecorúmque canebam,
Et super arboribus. Cæsar dum magnus ad altũ
Fulminat Euphratem bello, victorq; volentes
Per populos dat iura: viamq; affectat olympo.
Illo Virgilium me tempore dulcis alebat
Parthenope, studijs florentem ignobilis oti:
Carmina qui lusi pastorum: audaxq; iuuenta,
Tityre, 3 te patulæ 4 cecini sub tegmine fagi.

1 al. Flesse. 2 al. astris. 3 al. noe vlli.
4 al. spreto. 5 al. nocturnique.

1 al. eximio præstantis 2 al. eximio præsentis. 3 al. tu. 4 al. cecinit.

P. VIRGILII MARONIS
ÆNEIDOS LIBRI XII.

MODESTINI IVRISCONSVLTI ARGVMENTVM.

Vir magnus bello, nulli pietate secundus,
Æneas, odijs Iunonis pressus iniquæ,
Italiam quærens, Siculis errauit in vndis:
Iactatus tandem Libyæ peruenit ad oras.
Ignarúsque loci, fido comitatus Achate,
Indicio matris regnum cognouit Elisæ.
Quinetiam nebula septus peruenit ad vrbem,
Arreptóque vndis socios cum classe recepit.
Hospitióque vsus Didus per cuncta benigna,
Excidium Troiæ iussus narrare parabat.

ALIVD INCERTI AVTORIS ARGVMENTVM.

Æolus immittit ventos, Iunone precante,
Troianósque vagos Libycas expellit in oras.
Solatur Venerem dictis pater ipse dolentem.
Æneam recipit pulchra Carthagine Dido:
Cui Venus Ascanij sub imagine mittit Amorem.

ALIVD MONOSTICHON.

Primus habet, Lybicam veniunt vt Troes in vrbem.

ALIVD.

Æneas primo Libyes appellitur oris.

Admonendus es lector, primos quatuor versus in quibusdã editionibus omnino separari à sequentibus, quòd à Varo & Tucca sublati fuisse dicantur: quorum iudicio principiũ aptius Æneis habitura esset ab illo versu, ARMA VIRVMQVE, &c. Eos certè multi ex veteribus minimè agnouisse videntur: neque est fortasse cur hos tanquam Æneidos principiũ agnoscamus, quum potius sint velut in ipsam præfantis. Quia tamen cohæret alioqui cum illo quinto is qui inter hos est quartus & vltimus, eam tantùm quam vides lineam, interiiciendam duximus.

Est autem hæc illorum quatuor versuum sententia, Qui iuuenis tenui stylo Bucolica scripsi, & scriptis post Bucolica Georgicis, arua votis agricolæ, quantumuis auidi respondere coegi: nunc cano arma, &c. Perperam enim verbum Coegi solet hîc exponi, adiecta post ipsum interpunctionis nota.

ILLE ego, qui quondam gracili modulatus auena
Carmen, & egressus syluis, vicina coegi
Vt quamuis auido parerent arua colono:
Gratum opus agricolis: at nunc horrentia Martis

ARMA, virúmque cano, Troiæ qui primus ab oris
Italiam, fato profugus, 1 Lauinaque venit
Littora: multum ille & terris iactatus & alto,
Vi superũm, sæuæ memorem Iunonis ob iram.
Multa quoque & bello passus, dum conderet vrbẽ
Inferrétque deos Latio: genus vnde Latinum,
Albanique patres, atque altæ mœnia Romæ.
Musa, mihi causas memora, quo numine læso,
Quidue dolens regina deũm, tot voluere casus
Insignem impietate virum, tot adire labores
Impulerit. tantæne animis cœlestibus iræ?
Vrbs antiqua fuit (Tyrij tenuere coloni)
Carthago: Italiam contra, Tiberináque longè
Ostia: diues opum, studiisque asperrima belli.
Quam Iuno fertur terris magis omnibus vnam
Posthabita coluisse Samo. hic illius arma,
Hic currus fuit: hoc regnum Dea gentibus esse,
(Siquà fata sinant) iam tũ tenditque fouétque.
Progeniem sedenim Troiano à sanguine duci
Audierat, Tyrias olim quæ 2 verteret arces.
Hinc populum late regem bellóque superbum
Venturum excidio Libyæ. sic voluere parcas.
Id metuens, veterísque memor Saturnia belli,
Prima quod ad Troiã pro charis gesserat Argis:
Necdum etiam causæ irarum sæuique dolores
Exciderant animo: manet altà mente repostum
Iudicium Paridis, spretæq; iniuria formæ,
Et genus inuisum, & rapti Ganymedis honores:
His accensa super, iactatos æquore toto
Troas, relliquias Danaũm atq; immitis Achilli,
Arcebat longè Latio: multósque per annos
Errabant acti fatis maria omnia circum.
Tanta molis erat Romanam cõdere gentem.
Vix è conspectu Siculæ telluris in altum
Vela dabant læti, & spumas salis ære ruebant:
Quum Iuno æternum seruãs sub pectore vulnus

1 al. Lauinia. 2 al. euerteret.

Hæc secum, Méne incepto desistere victam?
Nec posse Italia Teucrorum auertere regem?
Quippe vetor fatis. Pallásne exurere classem
Argiuũm, atque ipsos potuit submergere ponto,
Vnius ob noxam & furias Aiacis Oilei?
Ipsa Iouis rapidum iaculata è nubibus ignem,
Disiecitque rates, euertitque æquora ventis
Illum expirantem transfixo pectore flammas
Turbine corripuit, scopulóque 1 infixit acuto:
Ast ego, quæ diuũm incedo regina, Iouisque
Et soror & coniux: vna cum gente tot annos
Bella gero. & quisquam numen Iunonis adoret
Præterea, aut supplex aris imponat honorem?
Talia flammato secum dea corde volutans,
Nimborũ in patriam, loca fœta furentibus austris,
Æoliam venit. hic vasto rex Æolus antro
Luctantes ventos, tempestatésque sonoras
Imperio premit, ac vinclis & carcere frænat.
Illi indignantes, magno cum murmure montis
Circũ claustra fremunt: celsa sedet Æolus arce,
Sceptra tenẽs: mollitque animos, & tẽperat iras.
Ni faciat, maria ac terras cœlúmque profundũ
Quippe ferant rapidi secũ, verrántque per auras.
Sed pater omnipotens speluncis abdidit atris,
Hoc metuens, molémque & montes insuper altos
Imposuit: regémque dedit, qui fœdere certo
Et premere & laxas sciret dare iussus habenas.
Ad quem tum Iuno supplex his vocibus vsa est,
Æole, (namque tibi diuũm pater atque hominum rex
Et mulcere dedit fluctus & tollere vento)
Gens inimica mihi Tyrrhenũ nauigat æquor,
Ilium in Italiam portans, victósque penates.
Incute vim ventis, submersásque obrue puppes:
Aut age 2 diuersos, 3 & dissice corpora pouto.
Sunt mihi bis septem præstanti corpore nymphæ:
Quarum quæ forma pulcherrima, 4 Deiopeiam
Connubio iungam stabili, propriámque dicabo:

1 al. inflexit. 2 al. diuersas.
3 al. aut. 4 al. Deiopeia.

Omnes

Omnes vt tecum meritis pro talibus annos
Exigat, & pulchra faciat te prole parentem.
Æolus hæc contrà, Tuus, ô regina, [1] quid optes,
Explorare labor: mihi iussa capessere fas est.
Tu mihi quodcũq; hoc regni, tu sceptra Iouemq;
Concilias: tu dare epulis accumbere diuũm,
Nimborumq; facis tempestatumq; potentem.
Hæc vbi dicta, cauum conuersa cuspide montem
Impulit in latus: ac venti, velut agmine facto,
Qua data porta, ruũt, & terras turbine perflant.
Incubuêre mari, totumq; à sedibus imis
Vna Eurusq; Notusq; ruunt, crebérque procellis
Africus: & vastos volunt ad littora fluctus.
Insequitur clamorq; virũm, stridorq; rudentum.
Eripiunt subitò nubes cœlumq; diemq;
Teucrorum ex oculis: ponto nox incubat atra.
Intonuere poli, & crebris micat ignibus æther:
Præsentémque viris intentant omnia mortem.
Extemplo Æneæ soluuntur frigore membra.
Ingemit, & duplices tendens ad sidera palmas,
Talia voce refert, O terq; quaterq; beati,
Queis ante ora patrũ, Troiæ sub mœnibus altis,
Contigit oppetere. ô Danaũm fortissime gentis
Tydide, mène Iliacis occumbere campis
Non potuisse? tuaq; animã hãc effundere dextra?
Sæuus vbi Æacidæ telo iacet Hector, vbi ingens
Sarpedon, vbi tot Simois correpta sub vndis
Scuta virũm, galeasq; & fortia corpora voluit.
Talia iactanti stridens aquilone procella
Velum aduersa ferit, fluctusq; ad sidera tollit.
Franguntur remi: tum prora auertit, & vndis
Dat latus: insequitur cumulo præruptus aquæ
mons.
Hi summo in fluctu pendent, his vnda dehiscens
Terram inter fluctus aperit: furit æstus arenis.
Tres notus [2] abreptas in saxa latentia torquet:
(Saxa, vocãt Itali mediis quæ in fluctibus Aras,
Dorsum immane mari summo) tres eurus ab alto
In breuia & syrtes vrget (miserabile visu)
Illiditq; vadis, atque aggere cingit arenæ.
Vnam, quæ Lycios fidumq; vehebat Orontem,
Ipsius ante oculos ingens à vertice pontus
In puppim ferit. excutitur pronusq; magister
Voluitur in caput: ast illam ter fluctus ibidem
Torquet agẽs circũ, & rapidus vorat æquore vortex.
Apparent rari nantes in gurgite vasto: (tex.
Arma virũ, tabulæq;, & Troia gaza per vndas.
Iam validam Ilionei nauem, iam fortis Achatæ,
Et qua vectus Abas, & qua grandæuus Alethes,
Vicit hyems: laxis laterum compagibus omnes
Accipiunt inimicum imbrem, rimisq; fatiscunt.
Interea magno misceri murmure pontum,
Emissamq; hyemem sensit Neptunus, & imis
Stagna refusa vadis: grauiter commotus, & alto
Prospiciens, summa placidũ caput extulit vnda.
Disiectam Æneæ toto videt æquore classem,
Fluctibus oppressos Troas cœliq; [3] ruina.
Nec latuere doli fratrem Iunonis, & iræ:

1 al. quod. 2 al. abiectas.
3 al. ruinam.

Eurũ ad se Zephyrũq; vocat: dehinc talia fatur.
Tantáne vos generis tenuit fiducia vestri?
Iam cœlum terramq; meo sine numine, venti,
Miscere, & tantas audetis tollere moles?
Quos ego. sed motos præstat componere fluctus:
Post mihi non simili pœna commissa luetis.
Maturate fugam: regique hæc dicite vestro,
Non illi imperium pelagi, sæuumq; tridentem,
Sed mihi sorte datum. tenet ille immania saxa
Vestras Eure domos: illa se iactet in aula
Æolus, & clauso ventorum carcere regnet.
Sic ait, & dicto citius tumida æquora placat,
Collectasq; fugat nubes, solemq; reducit.
Cymothoe simul, & Triton adnixus, acuto
Detrudunt naues scopulo: leuat ipse tridenti.
Et vastas aperit syrtes, & temperat æquor,
Atque rotis summas leuibus [1] perlabitur vndas:
Ac veluti magno in populo quum sæpe coorta est
Seditio, sæuitq; animis ignobile vulgus,
Iamq; faces & saxa volãt, furor arma ministrat:
Tũ pietate grauẽ ac meritis si forte virum quem
Conspexere, silent, arrectisq; auribus astant:
Ille regit dictis animos, & pectora mulcet:
Sic cũctus pelagi cecidit fragor, æquora postquam
Prospiciens genitor, cæloq; inuectus aperto,
Flectit equos, curruq; volans dat lora secundo.
Defessi Æneadæ, quæ proxima littora, cursu
Contendunt petere, & Libyæ vertuntur ad oras
Est in secessu longo locus: insula portum
Efficit obiectu laterum, quibus omnis ab alto
Frangitur, inq; sinus scindit sese vnda reductos.
Hinc atque hinc vastæ rupes, geminiq; minantur
In cœlum scopuli: quorum sub vertice latè
Æquora tuta silent. tum syluis scena coruscis
Desuper horrẽtiq; atrũ nemus imminet vmbra.
Fronte sub aduersa scopulis pendentibus antrũ:
Intus aquæ dulces, viuoq; sedilia saxo:
Nympharũ domus. hic fessas non vincula naues
Vlla tenent, vnco non alligat anchora morsu,
Huc septem Aeneas collectis nauibus omni
Ex numero subit: ac magno telluris amore
Egressi, optata potiuntur Troes arena,
Et sale tabentes artus in littore ponunt.
Ac primùm [2] silicis scintillam excudit Achates,
[3] Susceptitq; ignem foliis, atque arida circum
Nutrimenta dedit: rapuitq; in fomite flammam.
Tum Cererem corruptã vndis, Cerealiaq; arma
Expediunt, fessi rerum: frugesq; receptas
Et torrere parant flammis, & frangere saxo.
Æneas scopulũ interea conscendit, & omnem
Prospectum late pelago petit, Anthea [4] siquà
Iactatum vento videat, Phrygiasq; biremes,
Aut Capyn: aut celsis in puppibus arma Caici.
Nauim in conspectu nullam, tres littore seruos
Prospicit errantes: hos tota armenta sequuntur
A tergo, & longum per valles pascitur agmen.
Constitit hic, arcúmq; manu celeréque sagittas
Corripuit, fidus quæ tela gerebat Achates.

1 al. pellabitur. 2 al. silici.
3 al. suscepit. 4 al. siquem.

Ductoréſque ipſos primùm, capita alta ferentes,
Cornibus arboreis, ſpernit: tum vulgus & omnẽ
Miſcet agens telis nemora inter frondea turbam.
Nec prius abſiſtit, quàm ſeptem ingentia victor
Corpora fundat [1] humi, & numerum cum nauibus æquet.
Hinc portum petit, & ſocios partitur in omnes
Vina, bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes
Littore Trinacrio, dederátque abeuntibus heros,
Diuidit, & dictis mœrentia pectora mulcet.
O ſocij, (neq; enim ignari ſumus [2] antè malorum)
O paſſi grauiora: dabit Deus his quoque finem.
Vos & Scyllæam rabiem, penitúſque ſonantes
Acceſtis ſcopulos, vos & Cyclopea ſaxa
Experti: reuocate animos, mœſtumq; timorem
Mittite, forſan & hæc olim meminiſſe iuuabit.
Per varios caſus, per tot diſcrimina rerum
Tendimus in Latium, ſedes [3] vbi fata quietas
Oſtendunt: illic fas regna reſurgere Troiæ.
Durate, & voſmet rebus ſeruate ſecundis.
Talia voce refert: curisq; ingentibus æger,
Spẽ vultu ſimulat, premit [4] altum corde dolorem.
Illi ſe prædæ accingunt dapibusq; futuris:
Tergora diripiunt coſtis, & viſcera nudant.
Pars in fruſta ſecãt, [5] verubúſq; trementia figunt.
Littore ahena locant alij, flammasq; miniſtrant.
Tum victu reuocant vires, fuſiq; per herbam,
Implentur veteris Bacchi, pinguisq; ferinæ.
Poſtquam exempta fames epulis, menſæq; remotæ,
Amiſſos longo ſocios ſermone requirunt:
Spémque metúmque inter dubij, ſeu viuere credant,
Siue extrema pati: nec iam exaudire vocatos.
Præcipuè pius Æneas, nunc acris Oronti,
Nunc Amyci caſum gemit: & crudelia ſecum
Fata Lyci, fortemq; Gyan, fortemq; Cloanthum.
Et iam finis erat, quum Iuppiter æthere ſummo
Deſpiciens mare veliuolum, terraſq; iacentes,
Littoraq; & latos populos, ſic vertice cœli
Conſtitit, & Lybiæ defixit lumina regnis.
Atque illum tales iactantem pectore curas,
Triſtior, & lacrymis oculos ſuffuſa nitentes,
Alloquitur Venus, O, qui res hominumq; deúmq;
Æternis regis imperijs, & fulmine terres,
Quid meus Æneas in te committere tantum,
Quid Troes potuere? quibus tot funera paſſis
Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis?
Certè hinc Romanos olim voluentibus annis
Hinc fore ductores, reuocato à ſanguine Teucri,
Qui mare, qui terras omni ditione tenerent,
Pollicitus: quæ te genitor ſententia vertit?
Hoc equidem occaſum Troiæ triſtesq; ruinas
Solabar, fatis contraria fata rependens.
Nunc eadem fortuna viros tot caſibus actos
Inſequitur. quem das finem rex magne laborum.
Antenor potuit mediis elapſus Achiuis
Illyricos penetrare ſinus, atque intima tutus
Regna Liburnorum & fontem ſuperare Timaui.
Vnde per ora nouem vaſto cũ murmure montis
It mare [1] proruptum, & pelago premit arua ſonanti.
Hic tamen ille vrbem Pataui ſedesq; locauit
Teucrorum, & genti nomen dedit, armaq; fixit
Troia: nunc placida compoſtus pace quieſcit.
Nos, tua progenies, cœli quibus annuis arcem,
Nauibus (infandum) amiſſis, vnius ob iram
Prodimur, atque Italis longè diſiungimur oris.
Hic pietatis honos? ſic nos in ſceptra reponis?
Olli ſubridens hominum ſator atque deorum,
Vultu quo cœlum tempeſtatéſque ſerenat,
Oſcula libauit natæ: debinc talia fatur,
Parce metu Cytherea: manent immota tuorum
Fata tibi: cernes vrbem & promiſſa Lauini
Mœnia, ſublimémque feres ad ſidera cœli
Magnanimum Æneam. neq; me ſententia vertit.
Hic tibi (fabor enim, quãdo hæc te cura remordet,
Longius & voluens fatorum arcana mouebo)
Bellum ingens geret Italia: populoſq; feroces
Contundet, moresq; viris & mœnia ponet:
Tertia dum Latio regnantem viderit æſtas.
Ternaq; tranſierint Rutulis hyberna ſubactis.
At puer Aſcanius, cui nunc cognomen Iulo
Additur (Ilus erat, dum res ſtetit Ilia regno)
Triginta magnos volucndis menſibus orbes
Imperio explebit, regnúmq; [2] ab ſede Lauini
Transferet, & longam multa vi muniet Albam.
Hic iam tercentum totos regnabitur annos
Gente ſub Hectorea: donec regina ſacerdos
Marte grauis geminam partu dabit Ilia prolem:
Inde lupæ fuluo nutricis tegmine lætus
Romulus excipiet gentem, & Mauortia condet
Mœnia, Romanosq; ſuo de nomine dicet.
His ego nec metas rerum, nec tempora pono:
Imperium ſine fine dedi. quin aſpera Iuno,
Quæ mare nunc terraſq; metu cœlumq; fatigat,
Conſilia in melius referet, mecumq; fouebit
Romanos rerum dominos, gentémque togatam.
Sic placitum: veniet luſtris labentibus ætas,
Quum domus Aſſaraci Phthiam clarásque Mycenas
Seruitio premet, ac victis dominabitur Argis.
Naſcetur pulchra Troianus origine Cæſar,
(Imperium Oceano, famam qui terminet aſtris)
Iulius, à magno demiſſum nomen Iulo.
Hunc tu olim cœlo ſpolijs Orientis onuſtum
[3] Accipies ſecura: vocabitur hic quoque votis.
Aſpera tum poſitis mitescent ſecula bellis.
Cana Fides, & Veſta, Remo cũ fratre Quirinus,
Iura dabunt: diræ ferro & compagibus arctis
Claudentur belli portæ. furor impius intus
Sæua ſedens ſuper arma, & centũ vinctus ahenis
Poſt tergum nodis, fremet horridus ore cruento.
Hæc ait, & Maia genitum [4] demittit ab alto,
Vt terræ, vtq; nouæ pateant Carthaginis arces

1 al. humo. 2 al. ante malorum. 3 al. ibi.
4 al. alto. 5 al. veribúſque.
6 alij ſine.

1 al. præcuſtum. 2 al. à 3 Aſpicies.
4 al. dimittit.

Hoſpi-

Hospitio Teucris: ne fati nescia Dido
Finibus arceret. volat ille per aera magnum
Remigio alarum, ac Libyæ citus astitit oris:
Et iam iussa facit. ponuntq; ferocia Pœni
Corda, volente Deo: in primis regina quietum
Accipit in Teucros animum, mentemq; benignã.
At pius Æneas per noctem plurima voluens,
Vt primùm lux alma data est, exire, locosq;
Explorare nouos, quas vento acceserit oras:
Qui teneant (nam inculta videt) hominésne, ferane:
Quærere constituit, sociisq; exacta referre.
Classem in conuexo nemorum sub rupe cauata
Arboribus clausam circũ atq; horrentibus vmbris
Occulit: ipse vno graditur comitatus Achate,
Bina manu lato crispans hastilia ferro.
Cui mater media sese tulit obuia silua,
Virginis os habitumq; gerens, & virginis arma
Spartanæ: vel qualis equos Threissa fatigat
Harpalice, volucremq; fuga præuertitur Hebrum.
Nanque humeris de more habilem suspenderat arcum
Venatrix, dederatq; comam diffundere ventis:
Nuda genu, nodoq; sinus collecta fluentes.
Ac prior, Heus, inquit, iuuenes, monstrate mearũ
Vidistis siquam hic errantem fortè sororum:
Succinctã pharetra, & maculosæ tegmine lyncis,
Aut spumantis apri cursum clamore prementẽ.
Sic Venus. [1] at Veneris contrà sic filius orsus,
Nulla tuarum audita mihi neque visa sororum.
O quam te memorem virgo? namque haud tibi vultus
Mortalis, nec vox hominem sonat. ô dea certè:
An Phœbi soror, an nympharum sanguinis vna?
Sis felix, nostrumq; leues quæcunq; laborem.
Et quo sub cœlo tandem quibus orbis in oris
Iactemur, doceas (ignari hominumq; locorumq;
Erramus, vento huc [2] vastis & fluctibus acti)
Multa tibi ante aras nostra cadet hostia dextra.
Tunc Venus, Haud equidẽ talì me dignor honore.
Virginibus Tyriis mos est gestare pharetram,
Purpureoq; altè suras vincire cothurno.
Punica regna vides, Tyrios, & Agenoris vrbem:
Sed fines Libyci, genus intractabile bello.
Imperium Dido Tyria regit vrbe profecta,
Germanum fugiens. longa est iniuria, longæ
Ambages: sed summa sequar fastigia rerum.
Huic coniunx Sichæus erat, ditissimus agri
Phœnitum, & magno miseræ dilectus amore:
Cui pater intactam dederat, primisque iugarat
Ominibus: sed regna Tyri germanus habebat
Pygmalion, scelere ante alios immanior omnes.
Quos inter medius venit furor: ille Sichæum
Impius ante aras atq; auri cæcus amore,
Clàm ferro incautum superat, securus amorum
Germanæ, factumq; diu celauit: & ægram
(Multa malus simulans) [3] vana spe lusit amantem.
Ipsa sed in somnis inhumati venit imago
Coniugis: ora modis attollens pallida miris.
Crudeles aras, traiectaq; pectora ferro
Nudauit: cæcumq; domus scelus omne retexit.
Tum celerare fugam, [1] patriáque excedere suadet:
[2] Auxiliumq; viæ, veteres tellure recludit
Thesauros, ignotum argenti pondus & auri.
His commota fugam Dido sociosq; parabat.
Conueniunt quibus aut odium crudele tyranni,
Aut metus acer erat. naues quæ fortè paratæ
Corripiunt, onerantq; auro. portantur auari
Pygmalionis opes pelago: dux fœmina facti.
Deuenere locos vbi nunc ingentia cernes
Mœnia, surgentemq; nouæ Carthaginis arcem:
Mercatiq; solum facti de nomine Byrsam,
Taurino quantum possent circundare tergo.
Sed vos qui tandem? quibus [3] aut venistis ab oris?
Quóue tenetis iter? Quærenti talibus ille,
Suspirans, imoq; trahens à pectore vocem:
O dea, si prima repetens ab origine, pergam.
Et vacet annales nostrorum audire [4] laborum:
Antè diem clauso componet vesper olympo.
Nos Troia antiqua (si vestras fortè per aures
Troiæ nomen iit) diuersa per æquora vectos,
Forte sua Libycis tempestas appulit oris.
Sum pius Æneas raptos qui ex hoste penates
Classe veho mecum: fama super æthera notus.
Italiam quæro patriam, & genus ab Ioue summo.
Bis denis Phrygium conscendi nauibus æquor,
Matre dea monstrante viam, data fata sequutus:
Vix septem conuulsæ vndis euroq; supersunt.
Ipse ignotus, egens, Libya deserta peragro,
Europa atq; Asia pulsus. Nec plura querentem
Passa Venus, medio sic interfata dolore est,
Quisquis es, haud (credo) inuisus cœlestibus auras
Vitales carpis, Tyriam qui aduueneris vrbem.
Perge modo, atq; hinc te reginæ ad limina perfer.
Nanq; tibi reduces socios classemq; relatam
Nuntio, & in tutum versis aquilonibus actam:
Ni frustra augurium vani docuere parentes.
Aspice bis senos lætantes agmine cygnos,
Ætheria quos lapsa plaga Iouis ales aperto
Turbabat cœlo: nunc terras ordine longo
Aut capere, aut captas iam despectare videntur.
Vt reduces illi ludunt stridentibus alis,
Et cœtu cinxere polum, cantuq; dedere:
Haud aliter puppesq; tuæ pubesq; tuorum
Aut portum tenet, aut pleno subit ostia velo.
Perge modo, & quà te ducit via dirige gressum.
Dixit: & auertens rosea ceruice refulsit.
Ambrosiæq; comæ diuinum vertice odorem
Spirauere: pedes vestis defluxit ad imos.
Et vera incessu patuit dea. ille, vbi matrem
Agnouit, tali fugientem est voce secutus:
Quid natum toties crudelis tu quoq; falsis
Ludis imaginibus? cur dextræ iungere dextram
Non datur? ac veras audire & reddere voces?

1 al patriam. 2 al. auxilio.
3 al. aduenistis.
4 al. parentum.

1 al. & 2 al. & vastis. 3 al. vna.

Talibus incusat, gressúmque ad mœnia tendit,
At Venus obscuro gradientes aëre sepsit,
Et multo nebulæ circum dea fudit amictu:
Cernere nequis eos, neu quis contingere posset,
Moliriue moram, aut veniendi poscere causas,
Ipsa 1 Paphum sublimis abit, sedésque reuisit
Læta suas: vbi templum illi, centúmque Sabæo
Thure calent aræ, sertísque recentibus halant.
Corripuere viam interea, quà semita monstrat:
Iámque ascendebant collem, qui plurimus vrbi
Imminet, aduersásque aspectat desuper arces.
Miratur molem Æneas, magalia quondam:
Miratur portas, strepitúmque. & strata viarum,
Instant ardentes Tyrij, pars, ducere muros,
Molirique arcem, & manibus subuoluere saxa:
Pars, 2 aptare locum tecto, & concludere 3 sulco.
Iura magistratúsque legunt, sanctúmque senatũ.
Hic portus alij effodiunt: hic alta theatris
Fundamenta locant alij: immanésque columnas
Rupibus excidunt, scenis décora alta futuris.
Qualis apes æstate noua per florea rura
Exercet sub sole labor, quum gentis adulto.
Educunt fœtus, aut quum 4 liquentia mella.
Stipant, & dulci distendunt nectare cellas:
Aut onera accipiunt venientũ, aut agmine facto
Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent.
Feruet opus, redolétque thymo fragrantia mel-
O fortunati quorum iam mœnia surgunt, (la.
Æneas ait, & fastigia suspicit vrbis:
Infert se septus nebula (mirabile dictu)
Per medios, miscétque viris: neque cernitur vlli.
Lucus in vrbe fuit media, latissimus vmbra,
Quo primùm iactati vndis & turbine Pœni
Effodêre loco signum, quod regia Iuno
Monstrarat, caput acris equi: 5 sic nam fore bello
Egregiam, & facilem victu per secula gentem.
Hic templum Iunoni ingens Sidonia Dido
Condebat, donis opulentum & numine diuæ:
Ærea cui gradibus surgebant limina, nexæq;
Ære trabes: foribus cardo stridebat ahenis.
Hoc primùm in luco noua res oblata timorem
Leniit: hic primùm Æneas sperare salutem
Ausus, & afflictis melius confidere rebus.
Nanque sub ingenti lustrat dum singula templo,
Reginam opperiens: dum quæ fortuna sit vrbi,
Artificúmque manus inter se, operumq; 5 labore
Miratur: videt Iliacas ex ordine pugnas,
Bellúque iam fama totum vulgata per orbem:
Atridas, Priamúmque, & sæuum ambobus Achillem.
Constitit, & lacrymans, Quis iam locus (inquit) Achate,
Quæ regio in terris nostri non plena laboris?
En Priamus? sunt hic etiam sua præmia laudi,
Sunt: lacrymæ rerum: & mentẽ mortalia tãgũt.
Solue metus: feret hæc aliquã tibi fama salutem.

1 al. Paphon. 2 al. optare. 3 Sul. fossa. S.
4 Liquida, ex Georg 4. Defæcata, Pura. S.
5 al. signum.
6 al. labores.

Sic ait: atque animum pictura pascit inani,
Multa gemens, largoq; humectat flumine vultum.
Nanque videbat vti bellantes Pergama circum
Hàc fugerent Graij, premeret Troiana iuuentus:
Hac Phryges, instaret curru cristatus Achilles.
Nec procul hinc Rhesi niueis tentoria velis
Agnoscit lacrymans: primo quæ prodita somno
Tydides multa vastabat cæde cruentus:
Ardentésque auertit equos in castra, prius quam
Pabula gustassent Troiæ, Xanthúmque bibissent.
Parte alia fugiens amissis Troilus armis,
Infelix puer, atque impar congressus Achilli,
Fertur equis, currúque hæret resupinus inani,
Lora tenens tamen: huic ceruixq; comæq; trahuntur
Per terram, & versa puluis inscribitur hasta.
Interea ad templum non æquæ Palladis ibant.
Crinibus Iliades passis, peplúmque ferebant,
Suppliciter tristes, & tunsæ pectora palmis.
Diua solo fixos oculos auersa tenebat.
Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros,
Exanimúmque auro corpus vendebat Achilles.
Tum verò ingentem gemitũ dat pectore ab imo,
Vt spolia, vt currus, vtq; ipsum corpus amici,
Tendentémque manus Priamum conspexit inermes.
Se quoq; principibus permistũ 1 agnouit Achiuis.
Eoásque acies, & nigri Memnonis arma.
Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis
Penthesilea furens, mediisque in millibus ardet,
Aurea subnectens exertæ cingula mammæ,
Bellatrix, audetque viris concurrere virgo.
Hæc cum Dardanio Æneæ miranda videntur,
Dum stupet, obtutúque hæret defixus in vno:
Regina ad templum forma pulcherrima Dido
Incessit, magna iuuenum stipante caterua.
Qualis in Eurotæ ripis aut per iuga Cynthi
Exercet Dianà choros: quam mille secutæ
Hinc atque hinc glomerantur Oreades: illa pharetram
Fert humero, gradienſq; deas supereminet omnes.
Latonæ tacitũ pertentant gaudia pectus.
Talis erat Dido, talem se læta ferebat
Per medios, instans operi regnisque futuris.
Tum foribus diuæ media testudine templi,
Septa armis, solioque altè subnixa, resedit.
Iura dabat legésque viris, operúmque laborem
Partibus æquabat iustis, aut sorte trahebat:
Quum subitò Æneas concursu accedere magno
Anthea Sergestúmque videt, fortémque Cloanthum.
Teucrorúmque alios: ater quos æquore turbo
Dispulerat, penitúsque alias aduexerat oras.
2 Obstupuit simul ipse, simul perculsus Achates,
Lætitiáque metúque auidi coniungere dextras
Ardebant: sed res animos incognita turbat.
Dissimulant: & nube cauа speculantur amicti,
Quæ fortuna viris, classem quo littore linquant.

1 al. agnoscit. 2 gestipuit.

Quid

Quid veniant, [1] cunctis nam lecti nauibus ibant
Orantes veniam, & templum clamore petebant.
Postquam introgressi, & coràm data copia fandi,
Maximus Ilioneus placido sic pectore cœpit.
O regina, nouam cui condere Iuppiter vrbem,
Iustitiaq; dedit gentes frænare superbas.
Troes te miseri, ventis maria omnia vecti,
Oramus: prohibe infandos à nauibus ignes,
Parce pio generi, & propius res aspice nostras.
Non nos aut ferro Libycos populare penates
Venimus, aut raptas ad littora vertere prædas.
Non ea vis animo, nec tanta superbia victis.
Est locus, Hesperiam Graij cognomine dicunt.
Terra antiqua, potens armis atq; vbere glebæ.
Oenotrij coluêre viri: nunc fama, minores
Italiam dixisse, ducis de nomine gentem.
Huc cursus fuit:
Quum subito assurgens fluctu nimbosus Orion
In vada cæca tulit, penitusq; procacibus austris,
Pérq; vndas, [2] superante salo, perq; inuia saxa
Dispulit: huc pauci vestris adnauimus oris.
Quod genus hoc hominum? quæue hunc tam barbara morem
Permittit patria? hospitio prohibemur arenæ.
Bella cient primaq; vetant consistere terra.
Si genus humanum & mortalia temnitis arma.
At sperate deos memores fandi atque nefandi.
Rex erat Æneas nobis, quo iustior alter
Nec pietate fuit, nec bello maior & armis:
Quem si fata virûm seruant, si vescitur aura
Ætheria, [3] nec adhuc crudelibus occubat vmbris:
Non metus: officio nec te certasse priorem
Pœniteat. sunt & Siculis regionibus vrbes,
Armaq;, Troianoq; à sanguine clarus Acestes.
Quassatam ventis liceat subducere classem.
Et syluis aptare trabes, & stringere remos.
Si datur Italiam sociis & rege recepto
Tendere, vt Italiam læti Latiumq; petamus:
Sin absumpta salus, & te, pater optime Teucrûm,
Pontus habet Libyæ, nec spes iam restat Iuli:
At freta Sicaniæ saltem sedésque paratas,
Vnde huc aduecti, regémque petamus Acestem.
Talibus Ilioneus: cuncti simul ore fremebant
Dardanidæ.
Tum breuiter Dido vultum demissa profatur,
Soluite corde metum Teucri: secludite curas.
Res dura, & regni nouitas me talia cogunt
Moliri: & late fines custode tueri:
Quis genus Æneadûm, quis Troiæ nesciat vrbem?
Virtutésque, virosq;, & tanti incendia belli?
Non obtusa adeò gestamus pectora Pœni:
Nec tam auersus equos Tyria sol iungit ab vrbe,
Seu vos Hesperiam magnam, Saturniaq; arua,
Siue Erycis fines, regémq; optatis Acestem:
Auxilio tutos dimittam, opibúsque iuuabo.
Vultis & his mecum pariter considere regnis?
Vrbem quã statuo, vestra est: subducite [4] naues.
Tros Tyriúsque mihi nullo discrimine agetur.
Atque vtinam rex ipse Noto compulsus eodem
Afforet Æneas. equidem per littora certos
Dimittam, & Libyæ lustrare extrema iubebo,
Siquibus eiectus syluis aut vrbibus errat.
His animum arrecti dictis & fortis Achates
Et pater Æneas, iamdudum erumpere nubem
Ardebant. prior Æneam compellat Achates,
Nate dea, quæ nunc animo sententia surgit?
Omnia tuta vides, classem sociosq; receptos.
Vnus abest, medio in fluctu, quem vidimus ipsi
Submersum: dictis respondent cætera matris.
Vix ea fatus erat. quum circumfusa repentè
Scindit se nubes, & in æthera purgat apertum.
Restitit Æneas, claráque in luce refulsit:
Os humeroq; deo similis: nanq; ipsa decoram
Cæsariem nato genitrix, luménque iuuentæ
Purpureum, & lætos oculis afflarat honores.
Quale manus addunt ebori decus, aut vbi flauo
Argentum Pariúsue lapis circumdatur auro.
Tum sic reginam alloquitur, cunctiq; repentè
Improuisus ait, Coram, quem quæritis, adsum
Troius Æneas, Libycis ereptus ab vndis.
O sola infandos Troiæ miserata labores:
Quæ nos, reliquias Danaûm, terrâq; marisq;
Omnibus exhaustos iam casibus, omniũ egenos,
Vrbe, domo [5] socias: grates persoluere dignas
Non opis est nostræ, Dido, nec quicquid vbiq; est
Gentis Dardaniæ, magnum quæ sparsa per orbẽ,
Dij tibi (siqua pios respectant numina, siquid
Vsquam iustitiæ est, & mens sibi conscia recti)
Præmia digna ferant. quæ te tam læta tulerunt
Secula? qui tanti talem genuêre parentes?
In freta dum fluuij current, dũ montibus vmbræ
Lustrabunt conuexa, polus dum sidera pascet:
Semper honos, noménque tuum, laudésque manebunt:
Quæ me cunque vocant terræ. Sic fatus, amicum
Ilionea petit dextra, lauáque Serestum:
Post alios, fortemq; Gyan, fortemq; Cloanthum.
Obstupuit primo aspectu Sidonia Dido,
Casu deinde viri tanto: & sic ore loquuta est,
Quis te nate dea per tanta pericula casus
Insequitur? quæ vis immanibus applicat oris?
Túne ille Æneas, quem Dardanio Anchisæ
Alma Venus Phrygij genuit Simoentis ad vndã?
Atque equidẽ Teucrum memini Sidona venire,
Finibus expulsum patrijs, noua regna petentem,
Auxilio Beli: genitor tum Belus opimam
Vastabat Cyprum, & victor ditione tenebat.
Tempore iam ex illo casus mihi cognitus vrbis
Troianæ, noménque tuum, regésque Pelasgi.
Ipse hostis Teucros insigni laude ferebat,
Séq; ortũ antiqua Teucrorum à stirpe volebat.
Quare agite ô tectis iuuenes succedite nostris.
Me quoque per multos similis fortuna labores
Iactatam, hac demum voluit consistere terra.
Non ignara mali, miseris succurrere disco.
Sic memorat: simul Æneam in regia ducit
Tecta: simul diuûm templis indicit honorem.

1 al. cuncti. 2 al. spumante.
3 al. neque. 4 al. classem.

Nec minus interea ſociis ad littora mittit
Viginti tauros, magnorum horrentia centum
Terga ſuum, pingues centum cũ matribus agnos:
Munera, lætitiámque. [1] dei.
At domus interior regali ſplendida luxu
Inſtruitur, mediiſque parant conuiuia tectis.
Arte laborata veſtes oſtróque ſuperbo.
Ingens argentum menſis, cælatáque in auro
Fortia facta patrum: ſeries longiſſima rerum,
Per tot ducta viros antiquæ ab origine gentis.
Æneas (neque enim patrius conſiſtere mentem
Paſſus amor) rapidum ad naues præmittit Achatem:
Aſcanio ferat hæc, ipſúmque ad mœnia ducat.
Omnis in Aſcanio chari ſtat cura parentis.
Munera præterea Iliacis erepta ruinis
Ferre iubet, pallam ſignis auroq; rigentem,
Et circumtextum croceo velamen acantho:
Ornatus Argiuæ Helenæ, quos illa Mycenis,
Pergama quum peteret, inconceſſosq; hymenæos,
Extuleras: matris Ledæ mirabile donum.
Præterea ſceptrum, Ilione quod geſſerat olim,
Maxima natarum Priami, colloque monile
Baccatum, & duplicem gemmis auroq; coronam.
Hæc celerans, iter ad naues tendebat Achates.
At Cytherea nouas artes, noua pectore verſat
Conſilia, vt faciem mutatus & ora Cupido
Pro dulci Aſcanio veniat, doniſq; furentem
Incendat reginam, atque oſſibus implicet ignem.
Quippe domum timet ambiguam, Tyriosq; bilingues.
Vrit atrox Iuno, & ſub noctem cura recurſat.
Ergo his aligerum dictis affatur Amorem,
Nate, meæ vires, mea magna potentia, ſolus:
Nate, Patris ſumme qui tela Typhoëa temnis,
Ad te confugio, & ſupplex tua numina poſco.
Frater vt Æneas pelago tuus omnia circum
Littora iactetur, odiis Iunonis, iniquæ,
Nota tibi: & noſtro doluiſti ſæpe dolore.
Hunc Phœniſſa tenet Dido, blandiſq; moratur
Vocibus. & vereor quo ſe Iunonia vertant
Hoſpitia: haud tanto ceſſabit cardine rerum.
Quocirca capere antè dolis & cingere flamma
Reginam meditor: ne quo ſe numine mutet,
Sed magno Æneæ mecum teneatur amore.
[2] Quà facere id poſſis, noſtrã nunc accipe mẽtem.
Regius, accitu chari genitoris, ad vrbem
Sidoniam puer ire parat, (mea maxima cura)
Dona ferens pelago, & flammis reſtantia Troiæ.
Hunc ego ſopitum ſomno, ſuper alta Cythera,
Aut ſuper Idalium ſacrata ſede recondam:
Ne qua ſcire dolos, mediúſve occurrere poſſit.
Tu faciem illius, noctem non amplius vnam,
Falle dolo, & notos pueri puer indue vultus:
Vt quum te gremio accipiet lætiſſima Dido,
Regales inter menſas, laticemq; Lyæum:
Quum dabit amplexus, atq; oſcula dulcia figet,
Occultum inſpires ignem, fallasq; veneno.
Paret Amor dictis charæ genitricis: & alas

1 al.die. al.dij. 2 al.quó.

Exuit, & greſſu gaudens incedit Iuli.
At Venus Aſcanio placidam per membra quietem
Irrigat: & fotum gremio dea tollit in altos
Idaliæ lucos, vbi mollis amaracus illum
Floribus & dulci aſpirans complectitur vmbra.
Iamq; ibat dicto parens, & dona Cupido
Regia portabat Tyrius, duce lætus Achate.
Quum venit, aulæis iam ſe regina ſuperbis
Aurea compoſuit ſponda: mediamq; locauit.
Iam pater Æneas & iam Troiana iuuentus
Conueniunt: [1] ſtratoq; ſuper diſcumbitur oſtro.
Dant manibus famuli lymphas: Cererémque caniſtris
Expediunt, tonſisq; ferunt mantilia villis,
Quinquaginta intus famulæ, quibus ordine lõgo
Cura penũ ſtruere, & flammis adolere penates.
Centum aliæ, totidemq; pares ætate miniſtri,
Qui dapibus menſas onerent, & pocula ponant.
Necnon & Tyrij per limina læta frequentes
Conuenêre, toris iuſſi diſcumbere pictis.
Mirantur dona Æneæ, mirantur Iulum,
Flagrantesq; dei vultus, ſimulataq; verba:
Pallamq;, & pictum croceo velamen acantho.
Præcipuè infelix, peſti deuota futuræ,
Expleri mentem nequit, ardeſcitq; tuendo,
Phœniſſa, & puero pariter doniſq; mouetur.
Ille vbi complexu Æneæ colloq; pependit,
Et magnum falſi impleuit genitoris amorem,
Reginam petit. hæc oculis, hæc pectore toto
Hæret: & interdum gremio fouet, inſcia Dido
[2] Inſideat quantus miſeræ deus. at memor ille
Matris Acidaliæ, paulatim abolere Sichæum
Incipit, & viuo tentat præuertere amore
Iampridem reſides animos, deſuetaq; corda.
Poſtquam prima quies epulis, menſæq; remotæ,
Crateras magnos ſtatuunt, & vina coronant:
Fit ſtrepitus tectis, vocémq; per ampla volutant
Atria: dependent lychni laquearibus aureis
Incenſi: & noctem flammis funalia vincunt.
Hic regina grauem gemmis auroq; poposcit,
Impleuitq; mero pateram, quã Belus & omnes
A Belo ſoliti. tum facta ſilentia tectis.
Iuppiter (hoſpitibus nã te dare iura loquuntur)
Hunc lætum Tyriisq; diem Troiáque profectis
Eſſe velis, noſtrosq; huius meminiſſe minores.
[3] Adſis lætitiæ Bacchus dator, & bona Iuno:
Et vos ô cœtum Tyrij celebrate fauentes.
Dixit, & in menſa laticum libauit honorem:
Primaq; libato, ſummo tenus attigit ore.
Tum Bitiæ dedit increpitans: ille impiger hauſit
Spumantem pateram, & pleno ſe proluit [4] auro:
Poſt alij proceres cithara crinitus Iopas
Perſonat aurata, docuit quæ maximus Atlas.
Hic canit errantem lunam, ſolisq; labores:
Vnde hominum genus, & pecudes: vnde imber, & ignes:

1 al. ſtructo. 2 al. Inſidat.
3 al. Adſit.
4 al. ore.

Arctu-

Arcturũ, pluuiásque hyadas, geminosq; Triones:
Quid tantum Oceano properent se tingere soles·
Hyberni, vel quæ tardis mora noctibus obstet.
Ingeminant ı plausum Tyrij, Troésque sequũtur,
Necnon & vario noctem sermone trahebat
Infelix Dido: longúmque bibebat amorem,
Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa:
Nunc quibus Auroræ venisset filius armis:
Nunc, quales Diomedis equi: nunc, quantus Achilles.
Immo age, & à prima dic hospes origine nobis
Insidias (inquit) Danaûm casúsque tuorum,
Errorésque tuos. nam te iam septima portat
Omnibus errantem terris & fluctibus æstas.

ı al. plausu.

P. VIRGILII MARONIS
ÆNEIDOS
LIBER II.

MODESTINI IVRISCONSVLTI ARGVMENTVM.

Conticuere omnes, tunc sic fortissimus heros
Fata recensebat Troiæ, casúsque suorum,
Fallaces Graios, simulatáque dona Minervæ,
Lacontis pœnam, & laxantem claustra Sinonem,
Somnum, quo monitus acceperat Hectoris, atrum?
Iam flammas cœli, Troum patriæque ruinas,
Et regis Priami fatum miserabile semper,
Impositúmque patrem collo, dextraque prehensum
Ascanium frustrà à tergo comitante Creusa.
Ereptam hanc fato, socios in monte repertos.

ALIVD INCERTI AVTORIS ARGVMENTVM.

Cogitur Æneas bellorum exponere casus,
Graiorúmque dolos: & equum, fraudémque Sinonis:
Excisámque vrbem, Priamique miserrima fata:
Vtque patrem impositum forti ceruice per ignes
Extulerit, charámque amiserit ipse Creusam.

ALIVD, MONOSTICHON.

Edocet excidium Troiæ clademq; secundus.

ALIVD.

Funera Dardaniæ narrat flexúsque secundo.

CONTICVERE omnes, intentique ora tenebant.
Inde toro pater Æneas sic orsus ab alto:
Infandum regina iubes renouare dolorem.
Troianas vt opes & lamentabile regnum
Eruerint Danai: quæque ipse miserrima vidi,
Et quorum pars magna fui. quis talia fando,
Myrmidonum, Dolopumue, aut duri miles, Vlyssi,
Temperet à lachrymis? & iam nox humida cœlo
Præcipitat, suadéntque cadentia sidera somnos.
Sed si tantus amor casus cognoscere nostros,
Et breuiter Troiæ supremum audire laborem:
Quanquam animus meminisse horret, luctuq; refugit,
Incipiam. Fracti bello, fatisque repulsi
Ductores Danaûm, tot iam labentibus annis,
Instar montis equum, diuina Palladis arte
Aedificant: sectáque intexunt abiete costas.
Votum pro reditu simulant: ea fama vagatur.
Huc delecta virûm sortiti corpora furtim
Includunt cæco lateri, penitusque cauernas
Ingentes, vterumq; armato milite complent.
Est in conspectu Tenedos, notissima fama
Insula: diues opum, Priami dum regna manebant:
Nunc tantum sinus, & statio malefida carinis:
Huc se prouecti deserto in littore condunt,
Nos abijsse rati, & vento petiisse Mycenas.
Ergo omnis longo soluit se Teucria luctu:
Panduntur portæ: iuuat ire & Dorica castra
Desertósque videre locos, littusque relictum.
Hic Dolopum manus: hic sæuus tendebat Achilles:
Classibus hic locus, hic acies certare solebant.
Pars stupet innuptæ donum exitiale Minervæ,

Et molem mirantur equi: primúſque Thymœtes
Duci intra muros hortatur, & arce locari:
Siue dolo, ſeu iam Troiæ ſic fata ferebant.
At Capys, & quorum melior ſententia menti,
Aut pelago Danaûm inſidias, ſuſpectaq; dona
Præcipitare iubent, ſubiectiſque vrere flammis:
Aut terebrare cauas vteri & tentare latebras.
Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus.
Primus ibi ante omnes, magna comitãte caterua,
Laocoon ardens ſumma decurrit ab arce.
Et procul, O miſeri, quæ tanta inſania, ciues?
Creditis auectos hoſtes? aut vlla putatis
Dona carere dolis Danaûm? ſic notus Vlyſſes?
Aut hoc incluſi ligno occultantur Achiui,
Aut hæc in noſtros fabricata eſt machina muros,
Inſpectura domos, venturaq; deſuper vrbi:
Aut aliquis latet error. equo ne credite Teucri.
Quicquid id eſt, timeo Danaos, & dona ferentes.
Sic fatus, validis ingentem viribus haſtam
In latus inq; feri curuam compagibus aluum
Contorſit. ſtetit illa tremens, uteróque recuſſo
Inſonuere cauæ, gemitúmque dedere cauernæ.
Et, ſi fata deûm, ſi mens non læua fuiſſet,
Impulerat ferro Argolicas fœdare latebras.
Troiáque nunc ſtares, Priamique arx alta 1 *maneres.*
Ecce, manus iuuenem interea poſt terga reuinctũ
Paſtores magno ad regem clamore trahebant
Dardanidæ: qui ſe ignotum venientibus vltro,
Hoc ipſũ vt ſtrueret, Troiamq; aperiret Achiuis,
Obtulerat fidẽs animi, atque in vtrũque paratus,
Seu verſare dolos, ſeu 2 *certè occumbere morti.*
Vndique viſendi ſtudio Troiana iuuentus
Circumfuſa ruit: certántque illudere capto.
Accipe nũc Danaûm 3 *inſidias: & crimine ab vno*
Diſce omnes. (no
Nanque vt conſpectu in medio turbatus inermis
Conſtitit, atque oculis Phrygia agmina circumſpexit: (poſſunt
Heu quæ nunc tellus (inquit) quæ me æquora
Accipere? aut quid iam miſero mihi deniq; reſtat?
Cui neque apud Danaos vſquam locus, 4 *inſuper ipſi*
Dardanidæ infenſi pœnas cum ſanguine poſcunt.
Quo gemitu conuerſi animi, compreſſus & omnis
Impetus. hortamur fari, quo ſanguine cretus:
Quidue ferat, memoret: quæ ſit fiducia capto.
Ille hæc depoſita tandem formidine, fatur:
Cuncta equidem tibi rex fuerint quæcunque, fatebor.
Vera (inquit) neq; me Argolica de gente negabo,
Hoc primùm. nec, ſi miſerum fortuna Sinonem
Finxit, vanũ etiam mẽdacemq; improba finget.
Fando, aliquod ſi fortè tuas peruenit ad aures,
Belida nomen Palamedis, & inclyta fama
Gloria: (quem falſa ſub proditione Pelaſgi
Inſontem, infando indicio, quia bella vetabat,
Demiſere neci: nunc caſſum lumine lugent)
Illi me comitem, & conſanguinitate propinquum
Pauper in arma pater primis huc miſit ab annis.
Dum ſtabat regno incolumis, regnúmq; vigebat
Conſiliis, & nos aliquod nomẽque decúſque
Geſſimus: inuidia poſtquam 1 *pellacis Vlyſſi*
(Haud ignota loquor) ſuperis conceſſit ab oris,
Afflictus vitam in tenebris luctuq; trahebam,
Et caſum inſontis mecum indignabar amici,
Nec tacui demens: & me fors ſiqua tuliſſet,
Si patrios vnquam remeaſſem victor ad Argos,
Promiſi vltorem, & verbis odia aſpera moui.
Hinc mihi prima mali labes: hinc ſẽper Vlyſſes
Criminibus terrere nouis: hinc ſpargere voces
In vulgũ ambiguas, & quærere conſcius arma.
Nec requieuit enim, donec Calchante miniſtro.
Sed quid ego hæc autem nequicquam ingrata reuoluo?
Quidue moror? ſi omnes vno ordine habetis Achiuos,
Idq; audire ſat eſt, iamdudum ſumite pœnas:
Hoc Ithacus velit, & magno mercentur Atridæ.
Tum verò ardemus ſcitari, & quærere cauſas,
Ignari ſcelerum tantorum, artiſque Pelaſgæ.
Proſequitur pauitans, & ficto pectore fatur.
Sæpe fugam Danai Troia cupiêre relictâ
Moliri, & longo feſſi diſcedere bello.
Feciſſentque vtinam. ſæpe illos aſpera ponti
Intercluſit hyems, & terruit auſter euntes.
Præcipuè quũ iam hic trabibus cõtextus acernis
Staret equus, toto ſonuerunt æthere nimbi.
Suſpenſi Eurypylum ſcitatum oracula Phœbi
Mittimus: iſq; adytis hæc triſtia dicta reportat:
Sanguine placaſtis ventos, & virgine cæſa,
Quum primum Iliacas Danai veniſtis ad oras:
Sanguine quærendi reditus, animaq; litandum
Argolica. Vulgi quæ vox vt venit ad aures,
Obſtupuere animi: gelidúſq; per ima cucurrit
Oſſa tremor, cui fata parent, quẽ poſcat Apollo.
Hic Ithacus vatem magno Calchanta tumultu
Protrahit in medios: quæ ſint ea numina diuûm
Flagitat. & mihi iam multi crudele canebant.
Artificis ſcelus, & taciti ventura videbant,
Bis quinos ſilet ille dies, tectúſque recuſat
Prodere voce ſua quenquã, aut opponere morti.
Vix tandem magnis Ithaci clamoribus actus,
Compoſito rumpit vocem, & me deſtinat aræ.
Aſſenſere omnes: & quæ ſibi quiſque timebat,
Vnius in miſeri exitium conuerſa tulere.
Iamq; dies 3 *nefanda aderat: mihi ſacra parari,*
Et ſalſæ fruges, & circum tempora vittæ,
Eripui (fateor) letho me, & vincula rupi,
Limoſoq; lacu per noctem obſcurus in vlua
Delitui, dum vela darent: ſi forte dediſſent.
Nec mihi iam patriam antiquam ſpes vlla videndi,
Nec dulces natos, exoptatúmque parentem:

1 al. maneret. 2 al. *Certa.*
3 al. *inſidias & crimen ab vno Diſcito.*
4 al. *& ſuper.*

1 al. fallacis. 2 al. Ergo.
3 al. infanda.

Quos

Quos illi fors ad pœnas ob noſtra repoſcent
Effugia, & culpã hanc miſeriũ morte piabunt.
Quod te per ſuperos & conſcia numina veri,
Per, ſiqua eſt quæ reſtat adhuc mortalibus vſquam
Intemerata fides oro: miſerere laborum
Tantorum, miſerere animi non digna ferentis.
His lacrymis vitam damus, & miſereſcimus vltro.
Ipſe viro primus manicas atque arcta leuari
Vincla iubet Priamus: dictiſque ita fatur amicis,
Quiſquis es (amiſſos hinc iã obliuiſcere Graios)
Noſter eris: mihique hac ediſſere vera, roganti.
Quò molem hanc immanis equi ſtatuere? quis autor? (belli?
Quidue petunt? quæ relligio? aut quæ machina
Dixerat. ille, dolis inſtructus & arte Pelaſga,
Suſtulit exutas vinclis ad ſidera palmas.
Vos æterni ignes, & non violabile veſtrum
Teſtor numen (ait) vos aræ, enſeſque nefandi,
Quos fugi, vittæq; Deũm, quas hoſtia geſſi,
Fas mihi Graiorum ſacrata reſoluere iura,
Fas odiſſe viros, atque omnia ferre ſub auras,
Siqua tegunt: teneor patriæ nec legibus vllis.
Tu modò promiſſis maneas, ſeruatáque ſerues
Troia fidem: ſi vera feram, ſi magna rependam.
Omnis ſpes Danaũm & cœpti fiducia belli
Palladis auxiliis ſemper ſtetit: impius ex quo
Tydides ſedenim, ſcelerumq; inuentor Vlyſſes,
Fatale aggreſſi ſacrato auellere templo
Palladium, cæſis ſummæ cuſtodibus arcis.
Corripuere ſacram effigiem: manibuſq; cruentis
Virgineas auſi diuæ contingere vittas:
Ex illo fluere ac retro ſublapſa referri
Spes Danaũm: fractæ vires, auerſa dea mens.
Nec dubijs ea ſigna dedit Tritonia monſtris:
Vix poſitum caſtris ſimulacrum, arcere coruſcæ
Luminibus flammæ arrectis, ſalſúſque per artus
Sudor iit: térque ipſa ſolo (mirabile dictu)
Emicuit, parmámque ferẽs haſtámque trementẽ.
Extemplo tentanda fuga canit æquora Calchas:
Nec poſſe Argolicis excindi Pergama telis,
Omina ni repetant Argis: numẽque reducant,
Quod pelago & curuis ſecum aduexêre carinis.
Et nunc, quòd patrias vento petiêre Mycenas,
Arma deóſque parant comites: pelagóque remenſo
Improuiſi aderunt. ita digerit [1] omnia Calchas.
Hanc pro Palladio moniti, pro numine læſo,
Effigiem ſtatuêre, nefas quæ triſte piaret:
Hanc tamen immenſam Calchas attollere molẽ
Roboribus textis, cœlóque educere iuſſit:
Ne recipi portis aut duci in mœnia poſſit,
Neu populum antiqua ſub relligione tueri.
Nam ſi veſtra manus violaſſet dona Minervæ,
Tum magnum exitium (quod dij prius omen in ipſum
Conuertant) Priami imperio Phrygibúſque futurum:

[1] al. omina.

Sin manibus veſtris veſtram aſcendiſſet in vrbẽ,
Vltrò Aſiam magno Pelopeia ad mœnia bello
Venturam, & noſtros ea fata manere nepotes.
Talibus inſidiis, periurique arte Sinonis
Credita res: captique dolis, lachrimiſque [1] coactis,
Quos neque Tydides, nec Lariſſæus Achilles,
Non anni domuêre, decem, non mille carinæ.
Hic aliud maius miſeris multóque tremendum
Obijcitur magis, atque improuida pectora turbat
Laocoon, ductus Neptuno ſorte ſacerdos,
Solennes taurum ingentem mactabat ad aras.
Ecce autem, gemini à Tenedo trãquilla per alta
(Horreſco referens) immenſis orbibus angues
Incumbũt pelago, paritérque ad littora tradunt:
Pectora quorum inter fluctus arrecta iubæque
Sanguineæ exuperant vndas: pars cætera pontum
Pone legit, ſinuátque immenſa volumine terga.
Fit ſonitus, ſpumãte ſalo: iámque arua tenebant,
Ardentéſque oculos ſuffecti ſanguine & igni,
Sibila lambebant linguis, vibrantibus ora.
Diffugimus viſu exangues: illi agmine certo
Laocoonta petunt: & primùm parua duorum
Corpora natorum ſerpens amplexus vterque
Implicat, & miſeros morſu depaſcitur artus.
Pòſt ipſum auxilio ſubeuntem ac tela ferentem
Corripiunt, ſpiriſque ligant ingentibus: & iam
Bis medium amplexi, bis collo ſquamea circum
Terga dati, ſuperant capite & ceruicibus altis.
Ille ſimul manibus tendit diuellere nodos,
Perfuſus ſanie vittas, atróque veneno,
Clamores ſimul horrendos ad ſidera tollit:
Qualis mugitus fugit quum ſaucius aram
Taurus, & incertam excuſſit ceruice ſecurim.
At gemini lapſu delubra ad ſumma dracones
Effugiunt, ſæuæq; petunt Tritonidis arcem:
Sub pedibúſque deæ, clypeique ſub orbe teguntur.
Tum verò tremefacta nouus per pectora cunctis
Inſinuat pauor: & ſcelus expendiſſe merentem
Laocoonta ferunt ſacrum qui cuſpide robur
Læſerit, & tergo ſceleratam intorſerit haſtam.
Dusendum ad ſedes ſimulacrum, orandaq; diua
Numina conclamant.
Diuidimus muros, & mœnia pandimus vrbis.
Accingunt omnes operi: pedibúſque rotarum
Subijciunt lapſus, & ſtuppea vincula collo
Intendunt. ſcandit fatalis machina muros,
Fœta armis: circum pueri innuptæq; puellæ
Sacra canunt, funémque manu contingere gaudent.
Illa ſubit, mediæq; minans illabitur vrbi.
O patria, ô diuũm domus Ilium, & inclyta bello
Mœnia Dardanidũ, quater ipſo in limine portæ
Subſtitit, atque vtero ſonitũ quater arma dedêre:
Inſtamus tamen immemores, cæcique furore,
Et monſtrum inſelix ſacratæ ſiſtimus arce,
Tunc etiam fatis aperit Caſſandra futuris
Ora, dei iuſſu, non vnquam credita Teucris.
Nos delubra Deũm, miſeri, quibus vltimus eſſet
Ille dies, feſta velamus fronde per vrbem.

[1] al. coacti.

Vertitur interea cœlum, & ruit Oceano nox,
Inuoluens vmbra magna terrámque polúmque,
Myrmidonumq; dolos. fusi per mœnia Teucri
Conticuêre: sopor fessos complectitur artus,
Et iam Argiua phalanx instructis nauibus ibat
A Tenedo, tacita per amica silentia lunæ,
Littora nota pẽtes: flammas quum regia puppis
Extulerat, fatisque deúm defensus iniquis
Inclusos vtero Danaos & pinea furtim
Laxat claustra Sinon: illos patefactus ad auras
Reddit equus: lætique cauo se robore 1 promunt
2 Tisandrus Stheneluſq; duces, & diuus Vlysses,
Demissum lapsi per funem: Athamasq; Thoasq;,
Pelidesque Neoptolemus, primúsque Machaon.
Et Menelaus, & ipse doli fabricator Epeus.
Inuadunt vrbem somno vinóque sepultam.
Cæduntur vigiles: portisque patentibus omnes
Accipiunt socios, atque agmina conscia iungunt.
Tempus erat quo prima quies mortalibus ægris
Incipit, & dono diuúm gratissima serpit.
In somnis ecce ante oculos mœstissimus Hector
Visus adesse mihi, largósque effundere fletus,
Raptatus bigis, vt quondam: atérque cruento
Puluere, pérque pedes traiectus lora tumentes.
Hei mihi, qualis erat, quantum mutatus ab illo
Hectore, qui redit exuuias indutus Achillis.
Vel Danaúm Phrygios iaculat⁹ puppibus ignes.
Squalentem barbã, & concretos sanguine crines.
Vulneraq; illa gerens, quæ circũ plurima muros
Accepit patrios: vltro flens ipse videbar
Compellare virum, & 3 mœstas expromere voces,
O lux Dardaniæ, spes ô fidissima Teucrúm,
Quæ tantæ tenuêre moræ? quibus Hector ab oris
Expectate venis? vt te post multa tuorum
Funera, post varios hominumq; vrbisq; labores
Defessi aspicimus? quæ causa indigna serenos
Fœdauit vultus? aut cur hæc vulnera cerno?
Ille nihil: nec me quærentem vana moratur:
Sed grauiter gemitus imo de pectore ducens,
Heu fuge nate dea, téque his (ait) eripe flammis.
Hostis habet muros, ruit alto à culmine Troia.
Sat patriæ Priamoq; datum. si Pergama dextra
Defendi possent, etiam hac defensa fuissent.
Sacra suósque tibi commendat Troia penates:
Hos cape fatorum comites: his mœnia quære,
Magna pererrato statues quæ denique ponto.
Sic ait, & manibus vittas, Vestámque potentem,
AEternúmque adytis effert penetralibus ignem.
Diuerso interea miscentur mœnia luctu:
Et magis atque magis (quanquã secreta parentis
Anchisæ domus, arboribúsque obtecta recessit)
Clarescũt sonitus, armorúmque ingruit horror.
Excutior somno, & summi fastigia tecti
Ascensu supero, atque arrectis auribus asto.
In segetem veluti quũ flãma furentibus austris
Incidit, aut rapidus montano flumine torrens
Sternit agros, sternit sata læta, boumq; labores,
Præcipitésque trahit syluas. stupet inscius alto
Accipiens sonitum saxi de vertice pastor.
Tum verò manifesta fides, Danaúmq; patescunt
Insidiæ: iam Deiphobi dedit ampla ruinam
Vulcano superantis domus, iam proximus ardet
Vcalegon: Sigea igni freta lata relucent.
Exoritur clamórque virúm, clãgórque tubarum.
Arma amens capio, nec sat rationis in armis:
Sed glomerare manum bello, & concurrere in arcem
Cum sociis ardent animi: furor, iráque mentem
Præcipitãt: pulchrumq; mori succurrit in armis.
Ecce autem, telis Panthus elapsus Achiuûm.
Panthus 1 Otriades, arcis Phœbique sacerdos,
Sacra manu, victósque deos, paruumque nepotem
Ipse trahit, cursúque amens ad 2 limina tendit.
Quo res summa loco, Panthu? quam prendimus arcem?
Vix ea fatus eram, gemitu quum talia reddit,
Venit summa dies & ineluctabile tempus
Dardaniæ: fuimus Troes, fuit Ilium, & ingens
Gloria Teucrorum: ferus omnia Iuppiter Argos
Transtulit: incensa Danai dominantur in vrbe.
Ardua armatos mediis in mœnibus astans
Fundit equus: victorq; Sinon incendia miscet
Insultans: portis alij bipatentibus adsunt,
Millia quot magnis nunquam venêre Mycenis.
Obsedêre alij telis angusta viarum.
3 Oppositi stat ferri acies mucrone coruſco
Stricta, parata neci: vix primi prælia tentant
Portarum vigiles, & cæco Marte resistunt.
Talibus Otriadæ dictis, & numine diuûm
In flãmas & in arma feror: quò triſtis Erinnys,
Quò fremit⁹ vocat, & sublat⁹ ad æthera clamor.
Addunt se socios Ripheus & maximus 4 armis
Iphitus, oblati per lunam, Hypanisque, Dymásq;,
Et lateri adglomerant nostro: iuuenisque Choræbus
Mygdonides, illis qui ad Troiam fortè diebus
Venerat, insano Cassandræ incensus amore:
Et gener auxiliũ Priamo Phrygibusq; ferebat:
Infelix, qui non sponsæ præcepta furentis
Audierat.
Quos vbi 5 confertos audere in prælia vidi,
Incipio super his, Iuuenes, fortissima frustra
Pectora, si vobis audentem extrema, cupido 6 est
Certa sequi, quæ sit rebus fortuna videtis.
Excessere omnes, adytis arisque relictis,
Dij, quibus imperiũ hoc steterat: succurritis vrbi
Incensæ: moriamur, & in media arma ruamus.
Vna salus victis, nullam sperare salutem.
Sic animis iuuenum furor additus. inde (lupi ceu
Raptores, atra in nebula, quos improba ventris
Exegit cæcos rabies, catulique relicti
Faucibus expectant siccis) per tela, per hostes
Vadimus haud 7 dubiam in mortem, mediæque tenemus

1 al. Otryaodes. 2 al. limina.
3 al. oppositis. 4 al. annis.
5 al. confertos. 6 Hæc vox deest in quibusdam.
7 al. dubium.

Vrbis

Vrbis iter.nox atra cæua circumuolat vmbra.
Quis cladem illius noctis,quis funera fando
Explicet?aut possit lacrymis æquare labores?
Vrbs antiqua ruit,multos dominata per annos:
Plurima pérque vias sternuntur inertia passim
Corpora,pérque domos, & religiosa deorum
Limina. nec soli pœnas dant sanguine Teucri:
Quondam etiam victis redit in præcordia virtus,
Victorésque cadunt Danai. crudelis vbique
Luctus,vbique pauor, & plurima mortis imago.
Primus se Danaûm,magna comitante caterua,
Androgeos offert nobis,socia agmina credens,
Inscius: atque vltrò verbis compellat amicis:
Festinate viri.nam quæ tam sera morantur
Segnities?alij rapiunt incensa feruntque
Pergama: vos celsis nũc primùm à nauibus itis?
Dixit:& extemplo (neque enim responsa dabantur
Fida satis)sensit medios delapsus in hostes.
Obstupuit, retróque pedem cum voce repressit:
Improuisum aspris veluti qui sentibus anguem
Pressit humi nitens:trepidúsque repentè refugit
Attollentem iras,& cærula colla tumentem.
Haud secus Androgeos visu tremefactus abibat.
Irruimus,densis & circumfundimur armis:
Ignaróque loci passim & formidine captos
Sternimus: aspirat primo fortuna labori.
Atque hic exultans successu animisq; Chorœbus,
O socij,quà prima(inquit)fortuna salutis
Monstrat iter,quaq; ostendit se dextra,sequamur.
Mutemus clypeos, Danaûmque insignia nobis
Aptemus.dolus an virtus,quis in hoste requirat?
Arma dabunt ipsi.Sic fatus,deinde comantem
Androgei galeam,clypeique insigne decorum
Induitur:lateriq; Argiuum accommodat ensem.
Hoc Ripheus,hoc ipse Dymas, omnisq; iuuentus
Læta facit:spoliis se quisque recentibus armat.
Vadimus immisti Danais, haud numine nostro:
Multáque per cæcam congressi prælia noctem
Conserimus,multos Danaûm demittimus orco
Diffugiunt alij ad naues,& littora cursu
Fida petunt:pars ingentem formidine turpi
Scandunt rursus equum, & nota conduntur in aluo.
Heu nihil inuitis fas quenquam fidere diuis.
Ecce,trahebatur passis Priameia virgo
Crinibus à templo Cassandra,adytisq; Mineruæ,
Ad cœlum tendens ardentia lumina frustra,
Lumina:nam teneras arcebant vincula palmas.
Non tulit hanc speciem furiata mente Chorœbus,
Et sese medium iniecit 1 moriturus in agmen.
Cõsequimur cuncti, & densis incurrimus armis.
Hic primùm ex alto delubri culmine telis
Nostrorum obruimur: oriturq; miserrima cædes,
Armorum facie, & Graiarum errore iubarum.
Tum Danai gemitu atque ereptæ virginis ira,
Vndique collecti inuadunt:acerrimus Aiax,
Et gemini Atridæ,Dolopumq; exercitus omnis.
Aduersi rupto ceu quondam turbine venti
Confligunt,Zephyrúsque Notusq;,& lætus eois
Eurus equis: strident syluæ,sæuitque tridenti,
Spumeus atque imo Nereus ciet æquora fundo.
Illi etiam,si quos obscura nocte per vmbram
Fudimus insidijs,totáque agitauimus vrbe,
Apparent:primi clypeos mentitáque tela
Agnoscunt,atque ora sono discordia signant.
Ilicet obruimur numero. primúsque Chorœbus
Penelei dextra diuæ armipotentis ad aram
Procumbit: cadit & Ripheus,iustissimus vnus
Qui fuit in Teucris,& seruantissimus æqui.
Dijs aliter visum.pereunt Hypanisq; Dymasq;,
Confixi à sociis. nec te tua plurima Panthu
Labentem pietas,nec Apollinis infula texit.
Iliaci cineres,& flamma extrema meorum,
Testor,in occasu vestro,nec tela,nec vllas
Vitauisse vices Danaûm. & si fata fuissent
Vt caderem,meruisse manu.diuellimur inde,
Iphitus & Pelias mecum:quorum Iphitus æuo
Iam grauior,Pelias & vulnere tardus Vlyssi.
Protinus ad sedes Priami clamore vocati.
Hic verò ingentem pugnam,ceu cætera nusquam
Bella forent,nulli tota morerentur in vrbe:
Sic Martem indomitum , Danaósque ad tecta ruentes
Cernimus,obsessúmque acta testudine limen.
Hærent parietibus scalæ,postisque sub ipsos
Nituntur gradibus: clypeósque ad tela sinistris
Protecti obijciunt,prensant fastigia dextris.
Dardanidæ contrà turres ac tecta domorum
Culmina conuellunt : his se(quando vltima cernunt)
Extrema iam in morte parant defendere telis:
Auratásque trabes , veterum décora alta parentum,
Deuoluunt.alij strictis mucronibus imas
Obsedere fores,has seruant agmine denso,
Instaurati animi,regis succurrere tectis:
Auxilióque leuare viros, vimq; addere victis.
Limen erat,cæcæq; fores, & peruius vsus
Tectorum inter se Priami,postésque relicti
A tergo:infelix quà se,(dum regna manebant,)
Sæpius Andromache ferre incomitata solebat
Ad soceros,& auo puerum Astyanacta trahebat.
Euado ad summi fastigia culminis,vnde
Tela manu miseri iactabant irrita Teucri,
1 Turrim in præcipiti stantẽ, summisq; sub astra
Eductam tectis,vnde omnis Troia videri,
Et Danaûm solitæ naues,& Achaica castra:
Aggressi ferro circum,qua summa labantes
Iuncturas tabulata dabant, conuellimus altis
Sedibus,impulimúsque:ea lapsa repentè ruinam
C sonitu trahit, & Danaûm super agmina latè
Incidit.ast alij subeunt:nec saxa, nec vllum
Telorum interea cessat genus.
Vestibulũ ante ipsum, primoq; in limine Pyrrhus
Exultat telis & luce coruscus ahena.
Qualis vbi in lucẽ coluber,mala gramina pastus,
Frigida sub terra tumidũ quem bruma tegebat,

1 al.perituru.

1 al.Turrem.

Nunc positis nouus exuuiis, nitidúsque iuuenta,
Lubrica conuoluit sublato pectore terga
Arduus ad solem, & linguis micat ore trisulcis.
Vnà ingẽs Periphas, & equorũ agitator Achillis,
Armiger Automedon: vnà omnis Scyria pubes
Succedunt tecto, & flammas ad culmina iactãt.
Ipse inter primos, correpta dura bipenni
Limina perrumpit, postésque à cardine vellit
Æratos: iámque excisa trabe, firma cauauit
Robora & ingentem lato dedit ore fenestram.
Apparet domus intus, & atria lõga patescunt:
Apparent Priami & veterum penetralia regum:
Armatosq; vident stantes in limine primo.
At domus interior gemitu miseroq; tumultu
Miscetur: penitúsque cauæ plangoribus ædes
Fœmineis vlulant: ferit aurea sidera clamor.
Tum pauidæ tectis matres ingentibus errant:
Amplexæque tenent postes, atque oscula figunt.
Instat vi patria Pyrrhus: nec claustra, nec ipsi
Custodes sufferre valent. labat ariete crebro
Ianua, & 1 emoti procumbunt cardine postes:
Fit via vi: rumpunt aditus, primosque trucidant
Immissi Danai, & latè loca milite complent.
Non sic aggeribus ruptis quum spumeus amnis
Exijt, oppositásque euicit gurgite moles,
Fertur in arua furens cumulo, camposque per omnes
Cum stabulis armenta trahit. vidi ipse furentem
Cæde Neoptolemum, geminosq; in limine Atridas.
Vidi Hecubam, centumque nurus, Priamumq; per aras
Sanguine fœdantem quos ipse sacrauerat ignes,
Quinquaginta illi thalami (spes 2 tanta nepotũ)
Barbarico postes auro spoliisque superbi,
Procubuere. tenent Danai quà deficit ignis.
Forsitan & Priami fuerint quæ fata requiras.
Vrbis vbi captæ casum conuulsáque vidit
Limina tectorum, & 3 mediũ in penetralib. hostẽ:
Arma diu senior desueta trementibus æuo
Circundat nequicquã humeris, & inutile ferrum
Cingitur: ac densos fertur moriturus in hostes.
Ædibus in mediis, nudóque sub ætheris axe
Ingens ara fuit, iuxtáque veterrima laurus
Incumbens ara, atque vmbra complexa penates.
Hic Hecuba, & natæ nequicquam altaria circum,
Præcipites atra ceu tempestate columbæ,
Condensæ, & diuum amplexæ simulacra 4 tenebant.
Ipsum autem sumptis Priamũ iuuenilibus armis
Vt vidit Quæ mens tam dira, miserrime coniux,
Impulit his cingi telis? aut quò ruis? inquit.
Non tali auxilio nec defensoribus istis
Tẽptus eget: non si ipse meus nunc afforet Hector.
Huc tandem concede: hæc ara tuebitur omnes:
Aut morere simul. Sic ore effata, recepit
Ad sese, & sacra longæuum in sede locauit.
Ecce autem, elapsus Pyrrhi de cæde Polites

1 al. emoto. 2 al. illa.
3 al. mediis 4 al. ger.

Vnus natorum Priami, per tela, per hostes
Porticibus longis fugit, & vacua atria lustrat,
Saucius: illum ardens infesto vulnere Pyrrhus
Insequitur, iã ilãq; manu tenet, & premit hasta.
Vt tandem ante oculos euasit & ora parentum,
Concidit, ac multo vitam cum sanguine fudit.
Hic Priamus, quanquam in media iam morte tenetur,
Non tamen abstinuit, nec voci iræq; pepercit.
At tibi pro scelere (exclamat) pro talibus ausis,
Dij (si qua est cœlo pietas, quæ talia curet)
Persoluant grates dignas, & præmia reddant
Debita: qui nati coram me cernere letum
Fecisti, & patrios fœdasti funere vultus.
At non ille, satum quo te mentiris Achilles,
Talis in hoste fuit Priamo: sed iura fidémque
Supplicis erubuit, corpúsque exsangue sepulcro
Reddidit Hectoreũ, méque in mea regna remisit.
Sic fatus senior, telúmque imbelle sine ictu
Coniecit: rauco quod protinus ære repulsum,
Et summo clypei nequicquam vmbone pependit.
Cui Pyrrhus, Referes ergo hæc, & nuntius ibis
Pelidæ genitori: illi mea tristia fata,
Degenerémque Neoptolemum narrare memento.
Nunc morere. 1 Hæc dicens, altaria ad ipsa trementem
Traxit, & in multo lapsantem sanguine nati:
Implicuitque comam læua: dextráque coruscum
Extulit, ac lateri capulo tenus abdidit ensem.
Hæc finis Priami fatorum: hic exitus illum (tem
Sorte tulit, Troiam incensam & prolapsa viden-
Pergama, tot quondam populis terrisq; superbũ,
Regnatorem Asiæ. iacet ingens littore truncus,
Auulsũq; humeris caput, & sine nomine corpus.
At me tum primùm sæuus circumstetit horror:
Obstupui: subijt chari genitoris imago:
Vt regem æquæuum crudeli vulnere vidi
Vitam exhalantem subiit: 2 deserta Creusa,
Et direpta domus, & parui casus Iuli.
Respicio, & quæ sit circum me copia lustro.
Deseruêre omnes defessi & corpora saltu
Ad terram misêre, aut ignibus ægra dedêre.
Iámque adèo super vnus erã, quum limina Vestæ
Seruantem, & tacitam secreta in sede latentem
Tyndarida aspicio, dant clara incendia lucem
Erranti, passimque oculos per cuncta ferenti.
Illa sibi infestos euersa ob Pergama Teucros,
Et pœnas Danaũm, & deserti coniugis iras
Permetuens, Troiæ & patriæ communis Erinnys,
Abdiderat sese, atque aris inuisa sedebat.
Exarsere ignes animo: subit ira, cadentem
Vlcisci patriam, & sceleratas sumere pœnas,
Scilicet hæc Spartã incolumis patriásq; Mycenas
Aspiciet? partoque ibit regina triumpho?
Coniugium q;, domumq;, patres, natosq; videbit,
Iliadum turba & Phrygiis comitata ministris?
Occiderit ferro Priamus? Troia arserit igni?
Dardanium toties iudarit sanguine littus?
Non ita. nanque etsi nullum memorabile nomen

1 al. Hoc. 2 al. subit.

Fœ-

Fœminea in pœna est nec habet victoria laudem:
Extinxisse nefas tamen, & sumpsisse merentis
Laudabor pœnas: animumque explesse iuuabit
Vltricis flammæ, & cineres satiasse meorum,
Talia iactabam, & furiata mente ferebar,
Quum mihi se, non antè oculis tam clara, videndam
Obtulit, & puræ per noctem in luce refulsit
Alma parens, confessa deam: qualisque videri
Cœlicolis & quanta solet: dextrâque prehensum
Continuit: roseóque hæc insuper addidit ore,
Nate, quis indomitas tantus dolor excitat iras?
Quid furis? aut quónam nostri tibi cura recessit?
Non prius aspicies ubi fessum ætate parentem
Liqueris Anchisem? superet coniúxne Creusa,
Ascaniúsque puer? quos omnes undique Græ
Circumerrant acies: & ni mea cura resistat,
Iã flammæ tulerint, inimicus & hauserit ensis.
Non tibi Tyndaridis facies inuisa Lacænæ,
Culpatúsue Paris: i verum inclementia diuûm
Has euertit opes, sternitque à culmine Troiam.
Aspice (nanque omnem, quæ nunc obducta tuëri
Mortales hebetat visus tibi, & humida circum
Caligat, nubem eripiam: tu nequa parentis
Iussa time, neu præceptis parere recusa)
Hic vbi disiectas moles, auulsáque saxis
Saxa vides, mistóque undantẽ puluere fumum:
Neptunus muros, magnóque emota tridenti
Fundamenta quatit, totámque à sedibus vrbem
Eruit. hic Iuno Scæas sæuissima portas
Prima tenet, sociúmque furens à nauibus agmẽ
Ferro accincta vocat.
Iam summas arces Tritonia (respice) Pallas
Insedit, nimbo effulgens & Gorgone sæua.
Ipse Pater Danais animos viresque secundas
Sufficit, ipse deos in Dardana suscitat arma.
Eripe nate fugam, finemque impone labori.
Nusquã abero, & tutum patrio te limine sistam.
Dixerat, & spissis noctis se condidit vmbris.
Apparent diræ facies, inimicáque Troiæ
Numina magna deûm.
Tum verò omne mihi visum considere in ignes
Ilium, & eximo verti Neptunia Troia.
Ac veluti summis antiquã in montibus ornum
Quĩ ferro accisam crebrisque bipennibus instãt
Eruere agricolæ certatim: illa vsque minatur,
Et tremefacta comam concusso vertice nutat:
Vulneribus donec paulatim euicta, supremùm
Congemuit, traxitq; iugis auulsa ruinam.
Descendo, 2 ac duce te deo, flammæ inter & hostes
Expedior: dant tela locum, flammæque recedunt.
Ast vbi iam patriæ perueniam ad limina sedis,
Antiquasq; domos, genitor (quẽ tollere in altos
Optabam primum montes, primumq; petebam)
Abnegat excisa vitam producere Troia,
Exiliumque pati. Vos ô quibus integer ævi
Sanguis (ait) solidæq; suo stant robore vires,
Vos agitate fugam.
Me si cœlicolæ voluissent ducere vitam,
1 al. diuum. 2 al. adducente deo.

Has mihi seruassent sedes. satis vna superque
Vidimus excidia, & captæ superauimus vrbi.
Sic ô sic positum affati discedite corpus.
Ipse manu mortem inueniam: miserebitur hostis,
Exuuiásque petet. facilis tactura sepulchri est.
Iampridem inuisus diuis & inutilis annos
Demoror, ex quo me diuum pater atque hominum rex
Fulminis afflauit ventis, & contigit igni.
Talia perstabat memorans, fixúsque manebat.
Nos contrà effusi lacrymis, coniúxque Creusa,
Ascaniúsque, omnisq; domus: ne vertere secum
Cuncta pater, fatoq; vrgenti incumbere vellet.
Abnegat, inceptoq; & sedibus hæret in ijsdem.
Rursus in arma feror, mortẽq; miserrimus opto.
Nã quod cõsilium, aut quæ iã fortuna dabatur?
Mẽne efferre pedem, genitor, te posse relicto
Speraßti? tantúmque nefas patrio excidit ore?
Si nihil ex tanta superis placet vrbe relinqui,
Et sedet hoc animo perituræq; addere Troiæ
Téque tuosq; iuuat: patet isti ianua letho.
Iámq; aderit multo Priami de sanguine Pyrrhus,
Natum antè ora patris, patrem qui obtruncat ad aras.
1 Hoc erat, alma parens, quòd me per tela, per ignes
Eripis? vt medijs hostem in penetralibus, vtque
Ascaniumq; patremq; meũ, iuxtaq; Creusam,
Alterum in alterius macTatos sanguine cernam?
Arma, viri, ferte arma: vocat lux vltima victos.
Reddite me Danais, sinite instaurata reuisam
Prælia: 2 nunquã omnes hodie moriemur inulti.
Hic ferro accingor rursus, clypeoque sinistram
Insertabam aptans, méque extra tecta ferebam.
Ecce autem, complexa pedes in limine coniux
Hærebat, paruúmque patri tendebat Iulum.
Si periturus abis, & nos rape in omnia tecum:
Sin aliquã expertus sumptis spem ponis in armis,
Hanc primùm tutare domũ. cui paruus Iulus,
Cui pater, & cõiux quõdam tua dicta relinquor?
Talia vociferans, gemitu tectũ omne replebat:
Quum subitum dictúq; oritur mirabile monstrũ.
Nanque manus inter mœstorumq; ora parentum,
Ecce leuis summo de vertice visus Iuli
Fundere lumen apex, tactúque innoxia; molli
Lambere flãma comas, & circũ tempora pasci.
Nos pauidi trepidare metu, crinemq; flagrantem
Excutere, & sanctos restinguere fontibus ignes.
At pater Anchises oculos ad sidera lætus
Extulit, & cœlo palmas cum voce tetendit.
Iuppiter omnipotens precibus si flecteris vllis,
Aspice nos, hoc tantùm: & si pietate meremur,
Da deindè auxiliũ pater, atq; hæc 4omina firma.
Vix ea fatus erat senior, sub toque fragore
Intonuit læuum, & de cœlo lapsa per vmbras
Stella facem ducens, multa cum luce cucurrit.
Illam, summa super labentem culmina tecti,
Cernimus Idæa claram se condere sylua,
1 al. Hoc erat. 2 al. nusquam
3 al. molles 4 al. omnia.

Signantémque vias: tum longo limite sulcus
Dat lucem, & latè circum loca sulfure fumant.
Hic verò victus genitor se tollit ad [1] auras:
Affatúrque deos, & sanctum sidus adorat.
Iam iam nulla mora est: sequor, & quà ducitis, adsum.
Dij patrij seruate domum, seruate nepotem.
Vestrum hoc augurium, vestróque in numine Troia est.
Cedo equidem, nec nate tibi comes ire recuso.
Dixerat ille, & iam per mœnia clarior ignis
Auditur, propiusque æstus incendia voluunt.
Ergo age chare pater, ceruici imponere nostræ:
Ipse subibo humeris: nec me labor iste grauabit.
Quo res cunque cadent, vnum & commune periclum,
Vna salus ambobus erit. mihi paruus Iulus
Sit comes, & longè seruet vestigia coniux.
Vos famuli, quæ dicã, animis aduertite vestris.
Est vrbe egressis tumulus, templumq; vetustum
Desertæ Cereris: iuxtáque antiqua cupressus,
Religione patrum, multos seruata per annos.
Hanc ex diuerso sedem veniemus in vnam.
Tu genitor cape sacra manu, patriosq; penates:
Me, bello è tanto digressum & cæde recenti,
Attrectare nefas, donec me flumine viuo
Abluero.
Hæc fatus, latos humeros subiectáque colla
Veste super fuluique insternor pelle leonis:
Succedóque oneri, dextræ se paruus Iulus
Implicuit: sequitúrque patrē non passibus æquis.
Ponè subit coniux. ferimur per opaca locorum:
Et me, quem dudum non vlla iniecta mouebant
Tela, neq; aduerso glomerati ex agmine Graij:
Nunc omnes terrent auræ, sonus excitat omnis
Suspensum, & pariter comitiq; oneriq; timentem.
Iamq; propinquabā portis, omnémque videbar
Euasisse viam, subitò quum creber ad aures
Visus adesse pedum sonitus: genitorq; per vmbrā
Prospiciens, Nate (exclamat) fuge nate: propinquant:
Ardentes clypeos atque æra micantia cerno.
Hic mihi nescio quod trepido malè numen amicum
Confusam eripuit mentem. namque auia cursu
Dum sequor, & nota excedo regione viarum,
Heu misero coniux fatóne erepta Creusa
Substitit, errauitne via, seu lassa resedit,
Incertum: nec pòst oculis est reddita nostris.
Nec prius amissam respexi, animumq; reflexi,
Quàm tumulum antiquæ Cereris, sedémque sacratam.
Venimus. hic demum collectis omnibus vna
Defuit, & comites natúmque virúmque fefellit.
Quē non incusaui amens hominumq; deorumq;?
Aut quid in euersa vidi crudelius vrbe?
Ascaniū, Anchisémque patrē, Teucrosq; penates
Commendo socijs, & curua valle recondo.
Ipse vrbem repeto, & cingor fulgentibus armis.

[1] al. aras.

Stat casus renouare omnes, omnémque reuerti
Per Troiam, & rursus caput obiectare periclis.
Principio muros, obscuráque limina portæ
Quà gressum extulerā, repeto: & vestigia retro
Obseruata sequor per noctem, & lumine lustro.
Horror vbique animos, simul ipsa silentia terrēt.
Inde domum, si forte pedem, si forte tulisset,
Me refero. irruerant Danai, & tectum omne tenebant.
Ilicet ignis edax summa ad fastigia vento
Voluitur: exuperāt flammæ, furit æstus ad auras.
Procedo ad Priami sedes, arcémque reuiso.
Et iam porticibus vacuis, Iunonis asylo,
Custodes lecti Phœnix & dirus Vlysses
Prædam asseruabant: huc vndique Troia gaza,
Incensis erepta adytis, mensæq; deorum,
Craterésque auro solidi, captiuáque vestis
Congeritur: pueri & pauidæ lōgo ordine matres
Stant circum.
Ausus quinetiam voces iactare per vmbram,
Impleui clamore vias, mœstúsque Creusam
[1] Nequicquā ingeminās iterumq; iterūq; vocaui,
Quærenti, & tectis vrbis sine fine furenti,
Infelix simulacrum, atque ipsius vmbra Creusæ
Visa mihi ante oculos, & nota maior imago.
Obstupui, steterunt comæ, & vox faucibus hæsit.
Tum sic affari, & curas his demere dictis,
Quid tantum insano iuuat indulgere labori,
O dulcis coniux? non hæc sine numine diuūm
Eueniunt, nec te comitem asportare Creusam
Fas: haud ille sinit superi regnator olympi.
Longa tibi exilia, & vastum maris æquor arandum.
Ad terram Hesperiam venies, vbi Lydius arua
Inter opima virūm leni fluit agmine Tybris.
Illic res latæ, regnúmque & regia coniux
Parta tibi. lacrymas dilectæ pelle Creusæ.
Non ego Myrmidonū sedes Dolopúmue superbas
Aspiciam, aut Graijs seruitum matribus ibo,
Dardanus, & diuæ Veneris nurus:
Sed me magna deūm genitrix his detinet oris:
Iámque vale, & nati serua communis amorem.
Hæc vbi dicta dedit, lacrymantem, & multa volentem
Dicere, deseruit, tenuésque recessit in auras.
Ter conatus ibi collo dare brachia circum,
Ter frustra comprensa manus effugit imago,
Par leuibus ventis, volucrique simillima somno.
Sic demum socios consumpta nocte reuiso.
Atque hic ingentem comitum affluxisse nouorū
Ingenio admirans numerū: matrésque, virósque,
Collectam exilio pubem, miserabile vulgus.
Vndique conuenēre, animis opibúsque parati,
In quascunque velim pelago deducere terras.
Iámque iugis summæ surgebat Lucifer Idæ,
Ducebátque diem: Danaiq; obsessa tenebant
Limina portarum: nec spes opis vlla dabatur.
Cessi, & sublato [2] montem genitore petiui.

[1] al. Nequicquam
[2] al. montis.

P. VIRGILII MARONIS
ÆNEIDOS
LIBER III.

MODESTINI IVRISCONSVLTI ARGVMENTVM.

Post euersa Phrygum regna, vt fuga cœpta moueri:
Vtque sit in Thracen primò deuectus, ibique
Mœnia condiderit, Polydori cæde piata:
Regis & hospitium, vt Phœbi responsa canebant:
Cœptum iter in Creten, rursus noua fata reperta.
Naufragus vt fuerit Strophadas compulsus ad vndas.
Inde fugam atque iterum enarrat præcepta Celæno,
Liquerit vtque Helenum, perceptis ordine fatis.
Supplicem Achæmenidem, Polyphemo vrgente, receptum:
Amissúmque patrem Drepani, atque hic deinde quieuit.

ALIVD INCERTI AVTORIS argumentum.

Post casum Troiæ fabricata classe superstes
Vela dat Æneas: vrbémque in littore Thracum
Mox aliam pulsus Cretæis condit in oris.
Cedit & hinc, Helenúmque videt, præceptáque discit.
Ætneum Cyclopa fugit, sepelitque parentem.

ALIVD, MONOSTICHON.

Tertius errores canit, amissúmque parentem.

ALIVD.

Tertius à Troia vectos canit æquore Teucros.

POSTQVAM res Asiæ Priamiq; euertere gentem
Immeritam visum superis, [1]ceciditq; superbum
Ilium, & omnis humo fumat Neptunia Troia:
Diuersa exilia, & desertas quærere terras,
Auguriis agimur diuûm: classemq; sub ipsa
Antandro & Phrygia molimur montibus Ida,
Incerti quo fata ferant, vbi sistere detur.
Contrahimusq; viros. vix prima inceperat æstas,
Et pater Anchises dare fatis vela iubebat.
Littora tum patriæ lacrymans portusq; relinquo,
Et campos vbi Troia fuit. feror exul in altum
Cum sociis, natoq;, penatibus & magnis diis.
Terra procul vastis colitur Mauortia campis:
(Thraces arant) sacri quondam regnata Lycurgo:
Hospitium antiquum Troiæ, sociq; penates,
Dum fortuna fuit. feror huc, & littore curuo
Mœnia prima loco, fatis ingressus iniquis:
Æneadasq; meo nomen de nomine fingo,
Sacra Dionææ matri diuisq; ferebam
Auspicibus cœptorum operum: superoq; nitentem
Cœlicolûm regi mactabam in littore taurum.
Fortè fuit iuxta tumulus, quo cornea summo
Virgulta, & densis hastilibus horrida myrtus.
Accessi, viridemq; ab humo conuellere syluam
Conatus, ramis tegerem vt frondentibus aras:
Horrendum & dictu video mirabile monstrum.
Nam, quæ prima solo ruptis radicibus arbos
Vellitur, huic atro liquuntur sanguine guttæ,
Et terram tabo maculant. mihi frigidus horror
Membra quatit, gelidusq; coit formidine sanguis.
Rursus & alterius lentum conuellere vimen
Insequor, & causas penitus tentare latentes:
[1] Ater & alterius sequitur de cortice sanguis:
Multa mouens animo, nymphas venerabar agrestes,
Gradiuumq; patrem, Geticis qui præsidet aruis,
Rite secundarent visus, omenq; leuarent.
[2] Tertia sed postquam maiore hastilia nixu
Aggredior, genibusq; aduersæ obluctor arenæ,
(Eloquar, an sileam?) gemitus lacrymabilis imo
Auditur tumulo: & vox reddita fertur ad aures,
Quid miserum Ænea laceras? iam parce sepulto,
Parce pias scelerare manus. non me tibi Troia
[3] Externũ tulit: haud cruor hic de stipite manat.
Heu fuge crudeles terras, fuge littus auarum.
Nam Polydorus ego: hic confixum ferrea texit

1 al. cadítque.

1 al. Alter 2 al. Tertio 3 al. extremum.

Telorum seges, & iaculis increuit acutis.
Tum verò ancipiti mentem formidine pressus
Obstupui: steterunt{q3} comæ, & vox faucibus hæsit.
Hunc Polydorũ auri quondã cum pondere magno
Infelix Priamus furtim mandarat alendum
Threicio regi: quum iam diffideret armis
Dardaniæ, cingique vrbem obsidione videret.
Ille, vt opes fractæ Teucrûm, & fortuna recessit,
Res Agamenonias, victriciáque arma sequutus,
Fas omne abrũpit: Polydorũ obtruncat & auro
Vi potitur. Quid non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames? postquam pauor ossa reliquit,
Delectos populi ad proceres, primúmq{3} parentem,
Monstra deûm refero: & quæ sit sententia, posco.
Omnibus idem animus, scelerata excedere terra:
Linquere pollutum hospitium, & dare classibus austros.
Ergo instauramus Polydoro funus, & ingens
Aggeritur tumulo tellus: stant manibus aræ,
Cærulæis mœstæ vittis, atráque cupresso:
Et circum Iliades crinem de more solutæ.
Inferimus tepido spumantia cymbia lacte,
Sanguinis & sacri pateras: animámque sepulcro
Condimus, & magna supremùm voce ciemus.
Inde vbi prima fides pelago, placatáque venti
Dant maria, & lenis crepitans vocat auster in altum:
Deducunt socij naues, & littora complent.
Prouehimur portu, terræq{3} vrbésque recedunt.
Sacra mari colitur medio gratissima tellus
Nereidum matri & 1 Neptuno Ægeo:
Quam pius arcitenens oras & littora circum
Errantem, Mycone celsa Gyaróque reuinxit,
Immotámque coli dedit, & contemnere ventos.
Huc feror: hæc fessos tuto placidissima portu
Accipit: egressi veneramur Apollinis vrbem.
Rex Anius, rex idem hominũ, Phœbiq{3} sacerdos,
Vittis & sacra redimitus tempora lauro
Occurrit, veterem Anchisen agnoscit amicum.
Iungimus hospitio dextras, & tecta subimus.
Templa dei saxo venerabar structa vetusto:
Da propriam Thymbræe domũ, da mœnia fessis,
Et genus, & mansurã vrbẽ: serua altera Troiæ
Pergama, reliquias Danaûm atque immitis Achilli.
Quẽ sequimur? quóue ire iubes? vbi ponere sedes?
Da pater augurijs, atque animis illabere nostris.
Vix ea fatus eram, tremere omnia visa repentè,
Liminaque, laurúsque Dei: totúsque moueri
Mons circum, & mugire adytis cortina reclusis:
Submissi petimus terrã, & vox fertur ad aures:
Dardanidæ duri, quæ vos à stirpe parentum
Prima tulit tellus, eadem vos vbere læto
Accipiet reduces: antiquam exquirite matrem.
Hic domus Aneæ cunctis dominabitur oris,
Et nati natorum, & qui nascentur ab illis.
Hæc Phœbus: mistoque ingens exorta tumultu
Lætitia, & cuncti quæ sint ea mœnia quærunt:
Quò Phœbus vocet errantes, iubeátque reuerti.

1 al. Neptunio Ægeo.

Tum genitor, veterum voluens monimenta virorum,
Audite o proceres (ait) & spes discite vestras.
Creta Iouis magni medio iacet insula ponto,
Mons Idæus vbi, & gentis cunabula nostræ.
Centũ vrbes habitant magnas, vberrima regna
Maximus vnde pater (si rite audita recordor)
1 Teucrus Rhœteas primùm est aduectus in oras,
Optauitque locum regno. nondum Ilium, & arces
Pergameæ steterant, habitabant vallibus imis.
Hinc{3} mater cultrix Cybele, Corybantiáque æra,
Idæúmque nemus: hinc fida silentia sacris,
Et iuncti currum domitæ subiêre leones.
Ergo agite, & 3 diuûm ducunt quà iussa, sequamur.
Placemus ventos, & 4 Gnosia regna petamus.
Nec longo distant cursu: modò Iuppiter adsit,
Tertia lux classem Cretæis sistet in oris.
Sic fatus meritos aris 5 mactauit honores:
Taurum Neptuno, taurum tibi, pulcher Apollo:
Nigram Hyemi pecudem, Zephyris felicibus albam.
Fama volat, pulsum regnis cessisse paternis
Idomenea ducem, desertáque littora Cretæ,
Hoste vacare domos, sedéque astare relictas.
Linquimus Ortygiæ portus, pelagóque volamus:
Bacchatámque iugis Naxon, viridémque Donysam,
Olearon, niueámque Paron, sparsasq{3} per æquor
Cycladas, & crebris legimus freta 6 consita 7 terris.
Nauticus exoritur vario 8 certamine clamor.
Hortantur socij, Cretam proauosque petamus.
Prosequitur surgens à puppi ventus euntes:
Et tandem antiquis Curetum allabimur oris.
Ergo auidus muros optatæ molior vrbis,
Pergameámque voco: & lætam cognomine gentem
Hortor amare focos, arcemque attollere tectis.
Iámque ferè sicco subductæ littore puppes:
Connubijs aruisque nouis operata iuuentus:
Iura domósq{3} dabã: subitò quum tabida membris,
Corrupto cœli tractu, miserandáque venit
Arboribusque satisque lues, & lethifer annus.
Linquebant dulces animas, aut ægra trahebant
Corpora. tum steriles exurere Syrius agros.
Arebant herbæ, & victum seges ægra negabat.
Rursus ad oraclum Ortygiæ Phœbumq{3} remenso
Hortatur pater ire mari, veniámque precari:
Quem fessis finem rebus ferat, vnde laborum
Tentare auxilium iubeat, quò vertere cursus.
Nox erat, & terris animalia somnus habebat:
Effigies sacræ diuûm, Phrygiique penates,
Quos mecũ à Troia, mediisque ex ignibus vrbis
Extuleram: visi ante oculos astare iacentis
In somnis, multo manifesti lumine, quà se

1 al. Teucros. 2 al. ad.
3 al. matris cultrix Cybeles. 4 al. Cnosia.
5 al. mactabit. 6 al. concita. 7 al. remis.
8 al. hortamine.

Plena

plena per insertas fundebat lucna fenestras.
Tum sic affari, & curas his demere dictis:
Quod tibi delato Ortygiam dicturus Apollo est,
Hic canit: & tua nos en vltrò ad limina mittit.
Nos te, Dardania incensa, tuaq; arma secuti,
Nos tumidum sub te permensi classibus æquor,
Idem venturos tollemus in astra nepotes,
Imperiumq; vrbi dabimus: tu mœnia magnis
Magna para, longumq; fugæ ne linque laborem.
Mutandæ sedes: non hæc tibi littora suasit
Delius, aut Cretæ iussit considere Apollo.
Est locus, Hesperiam Graij cognomine dicunt:
Terra antiqua, potens armis atq; vbere glebæ.
Oenotrij coluere viri: nunc fama, minores
Italiam dixisse, ducis de nomine, gentem.
Hæ nobis propriæ sedes: hinc Dardanus ortus,
Iasiusq; pater, genus à quo principe nostrum.
Surge age, & hæc lætus longæuo dicta parenti
Haud dubitãda refer. Corythum terrasq; requirat
Ausonias: Dictæa negat tibi Iuppiter arua.
Talibus attonitus visis, ac voce deorum,
(Nec sopor illud erat, sed coràm agnoscere vultus,
Velatasq; comas, præsentiaq; ora videbar:
Tum gelidus toto manabat corpore sudor)
Corripio è stratis corpus, tendóque supinas
Ad cœlum cum voce manus: & munera libo
Intemerata focis. perfecto lætus honore
Anchisem facio certum, rémque ordine pando.
Agnouit prolem ambiguam, geminosq; parentes:
Seque nouo veterum deceptum errore locorum.
Tum memorat, Nate Iliacis exercite fatis,
Sola mihi tales casus Cassandra canebat.
(Nunc repeto hæc generi portendere debita nostro,
Et sæpe Hesperiam sæpe Itala regna vocare)
Sed quis ad Hesperiæ venturos littora Teucros
Crederet? aut què tũ vates Cassandra moueret?
Cedamus Phœbo, & moniti meliora sequamur.
Sic ait: & cuncti dictis paremus ouantes.
Hanc quoque deserimus sedem, paucisq; relictis
Vela damus, vastúmque cauo trabe currimus æquor.
Postquã altũ tenuêre rates, nec iam amplius vllæ
Apparent terræ: cœlum vndiq; & vndiq; pontus:
Tum mihi cæruleus supra caput astitit imber,
Noctem hyemémque ferens: & inhorruit vnda tenebris.
Continùo venti voluunt mare, magnaq; surgunt
Æquora: dispersi iactamur gurgite vasto.
Inuoluêre diem nimbi, & nox humida cœlum
Abstulit. ingeminant abruptis nubibus ignes.
Excutimur cursu, & cæcis erramus in vndis.
Ipse diem noctémque negat discernere cœlo,
Nec meminisse viæ media Palinurus in vnda.
Tres adeò incertos cæca caligine soles
Erramus pelago, totidem sine sidere noctes.
Quarto terra die primùm se attollere tandem
Visa: aperire procul montes, ac voluere fumum.
Vela cadunt, remis insurgimus: haud mora, nautæ
Adnixi torquent spumas, & cærula verrunt.
Seruatũ ex vndis Strophadũ me littora primùm
Accipiunt. Strophades Graio stant nomine dictæ
Insulæ Ionio in magno: quas dira Celæno
Harpyiæq; colunt aliæ: Phineia postquam
Clausa domus, mensasq; metu liquêre priores.
Tristius haud illis monstrum, nec sæuior vlla
Pestis & ira deûm Stygiis sese extulit vndis.
Virginei volucrum vultus, fœdissima ventris
Proluuies: vncæq; manus, & pallida semper
Ora fame.
Huc vbi delati portus intrauimus, ecce
Læta boum passim campis armenta videmus,
Caprigenúmque pecus nullo custode, per herbam.
Irruimus ferro, & diuos ipsúmque vocamus
In prædam partémque Iouem. tunc littore curuo
Extruimúsque toros, dapibúsque epulamur opimis.
At subitæ horrifico lapsu de montibus adsunt
Harpyiæ, & magnis quatiunt clangoribus alas,
Diripiúntque dapes, contactúque omnia fœdant
Immundo: tum vox tetrum dira inter odorem.
Rursum in secessu longo, sub rupe cauata,
Arboribus clausi circùm atq; horrẽtibus vmbris,
Instruimus mensas, arisque reponimus ignem.
Rursum ex diuerso cœli, cæcisque latebris,
Turba sonans prædà pedibus circumuolat vncis,
Polluit ore dapes. socij tunc arma capessant
Edico, & dira bellum cum gente gerendum.
Haud secus ac iussi faciunt, tectosque per herbam
Disponunt enses, & scuta latentia condunt.
Ergo, vbi delapsæ sonitum per curua dedere
Littora, dat signum specula Misenus ab alta
Aere cauo: inuadunt socij, & noua prælia tentãt,
Obscœnas pelagi ferro fœdare volucres.
Sed neque vim plumis vllam, nec vulnera tergo
Accipiunt: celeriq; fuga sub sidera lapsæ
Semesam prædam & vestigia fœda relinquunt.
Vna in præcelsa consedit rupe Celæno,
Infelix vates: rupitq; hanc pectore vocem:
Bellum etiam pro cæde boum, stratisq; iuuencis,
Laomedontiadæ, bellúmne inferre paratis?
Et patrio insontes Harpyias pellere regno?
Accipite ergo animis, atque hæc mea figite dicta,
Quæ Phœbo pater omnipotens, mihi Phœbus Apollo
Prædixit: vobis Furiarum ego maxima pando.
Italiam cursu petitis: ventisq; vocatis
Ibitis Italiam, portúsque intrare licebit.
Sed non antè datam cingetis mœnibus vrbem,
Quàm vos dira fames, nostræq; iniuria cædis,
Ambesas subigat malis absumere mensas.
Dixit, & in syluam pennis ablata refugit.
At sociis subita gelidus formidine sanguis
Diripuit: cecidêre animi: nec iã amplius armis
Sed votis precibúsque iubent exposcere pacem:

1 al. requirat. 2 al. moneret. 3 al. abrupti.

1 al. partem prædámque. 2 al. subito. 3 al. plangoribus.

Siue deæ seu sint diræ obscœnæq; volucres.
At pater Anchises passis de littore palmis
Numina magna vocat, meritosq; indicit honores.
Dij prohibete minas, dij talem auertite casum,
Et placidi seruate pios. tum littore funem
Diripere, excussosque iubet laxare rudentes,
Tendunt vela Noti: fugimus spumantibus vndis,
Quà cursum ventusq; gubernatorque vocabant.
Iam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos,
Dulichiumq;, Sameq;, & Neritos ardua saxis:
Effugimus [1] scopulos Ithacæ, Laertia regna,
Et terram altricem sæui execramur Vlyssis.
Mox & Leucatæ nimbosa cacumina montis,
Et formidatus nautis aperitur Apollo.
Hunc petimus fessi, & paruæ succedimus vrbi.
Anchora de prora iacitur, stant littore puppes:
Ergo insperata tandem tellure potiti,
Lustramurq; Ioui, votisq; incendimus aras:
Actiáque Iliacis celebramus littora ludis.
Exercent patrias oleo labente palæstras
Nudati socij, iuuat euasisse tot vrbes
Argolicas, mediosq; fugam tenuisse per hostes.
Interea magnum sol circumuoluitur annum,
Et glacialis hyems aquilonibus asperat vndas.
Aere cauo clypeum, magni gestamen Abantis,
Postibus aduersis figo, & rem carmine signo:
Æneas hæc de Danais victoribus arma.
Linquere tum portus iubeo, & considere transtris.
Certatim socij feriunt mare, & æquora verrunt.
Protinus aerias Phæacum abscondimus arces,
Littoraq; Epiri legimus: [2] portúque subimus
Chaonio, & celsam Buthroti ascendimus vrbem.
Hic incredibilis rerum fama occupat aures,
Priamiden Helenum Graias regnare per vrbes,
Coniugio Æacidæ Pyrrhi sceptrisq; potitum,
Et patrio Andromachen iterum cessisse marito.
Obstupui: miróque incensum pectus amore
Compellare virum, & casus cognoscere tantos.
Progredior portu, classes & littora linquens.
Solennes tum forte dapes & tristia dona
Ante vrbem in luco, falsi Simoentis ad vndam,
Libabat cineri Andromache, manesq; vocabat
Hectoreum ad tumulum: viridi quem cespite inanem,
Et geminas, causam lacrymis, sacrauerat aras.
Vt me conspexit venientem, & Troia circùm
Arma amens vidit, magnis exterrita monstris,
Diriguit visu in medio: calor ossa reliquit.
Labitur, & longo vix tandem tempore fatur:
Veráne te facies, verus mihi nuntius affers,
Nate dea? viuisne? aut, si lux alma recessit,
Hector vbi est? dixit: lacrymasq; effudit, & omnē
Implenit clamore locum. vix pauca furenti
Subiicio, & raris turbatus vocibus hisco:
Viuo equidem, vitamq; extrema per omnia duco.
Ne dubita, nam vera vides.
Heu quis te casus deiectam coniuge tanto
Excipit? aut quæ digna satis fortuna reuisit?
Hectoris, Andromache, Pyrrhin' connubia seruas?

1 al. Ithacæ scopulos. 2 al. portus.

Deiecit vultum, & demissa voce locuta est,
O felix vna ante alias Priameia virgo,
Hostilem ad tumulum Troiæ sub mœnibus altis
Iussa mori: quæ sortitus non pertulit vllos,
Nec victoris heri tetigit captiua cubile.
Nos patria incensa diuersa per æquora vectæ,
Stirpis Achilleæ fastus, iuuenémque superbum
Seruitio [1] enixa tulimus: qui deinde secutus
Ledæam Hermionem, Lacedæmoniosque hymenæos,
Me famulam famulóque Heleno transmisit habendam.
Ast illum, ereptæ magno inflammatus amore
Coniugis, & scelerum furiis agitatus Orestes,
Excipit incautum, patriasq; obtruncat ad aras,
Morte Neoptolemi, regnorum reddita cessit
Pars Heleno: qui Chaonios cognomine campos,
Chaoniámq; omnem Troiano à Chaone dixit:
Pergamáque, Iliacámque iugis hanc addidit arcem.
Sed tibi qui cursum venti, quæ fata dedere?
Aut quis te ignarum nostris deus appulit oris?
Quid puer Ascanius? superátne, & vescitur aura?
Quem tibi iam Troia.
Ecquæ [2] iam puero est amissæ cura parentis?
Ecquid in antiquam virtutem animosq; viriles
Et pater Æneas & auunculus excitat Hector?
Talia fundebat, lacrymans longosq; ciebat
Incassum fletus: quum sese à mœnibus heros
Priamides multis Helenus comitantibus affert.
Agnoscitq; suos, latusq; ad mœnia ducit:
Et multū lacrymas verba inter singula fundit.
Procedo, & paruam Troiam, simulatag; magnis
Pergama, & arentem Xanthi cognomine riuum
Agnosco: Scææq; amplector limina portæ.
Necnon & Teucri socia simul vrbe fruuntur.
Illos porticibus rex accipiebat in amplis.
Aulai in medio libabant pocula Bacchi,
Impositis auro dapibus: paterasq; tenebant.
Iamq; dies alterq; dies processit, & auræ
Vela vocant, tumidoq; inflatur carbasus austro.
His vatem aggredior dictis, ac talia quæso,
Troiugena, interpres diuūm qui numina Phœbi,
Qui tripodas, Clarij lauros, qui sidera sentis,
Et volucrum linguas, & præpetis omina pennæ,
Fare age (nanque omnem cursum mihi prospera dixit
Relligio, & cuncti suaserunt numine diui
Italiam petere, & terras tentare repostas:
Sola nouum dictúq; nefas Harpyia Celano
Prodigium canit, & tristes denuntiat iras,
Obscenamq; famem) quæ prima pericula vito,
Quidve sequens tantos possim superare labores.
Hic Helenus, cæsis primùm de more iuuencis,
Exorat pacem diuūm, victasq; resoluit
Sacrati capitis: meq; ad tua limina, Phœbe,
Ipse manu multo suspensum numine ducit.
Atque hæc deinde canit diuino ex ore sacerdos,

1 al. enixe. 2 al. nam.
3 al. omnia.

Nate

Nate dea, (nam te maioribus ire per altum
Auſpiciis manifeſta fides: ſic fata deûm rex
Sortitur, volutq; vices: is vertitur ordo)
Pauca tibi è multis quò tutior hoſpita luſtres
Æquora, & Auſonio poſſis conſidere portu,
Expediam dictis: prohibent nam cætera Parcæ
Scire Helenum, fariq; vetat Saturnia Iuno.
Principio Italiam, quam tu iam rere propinquã,
Vicinoſq; ignare paras inuadere portus,
Longa procul longis via diuidit inuia terris.
Antè & Trinacria lentandus remus in vnda,
Et ſalis Auſonij luſtrandum nauibus æquor,
Inferniq; lacus, Æaæq; inſula Circes:
Quàm tuta poſſis vrbem componere terra.
Signa tibi dicam, tu condita mente teneto.
Quum tibi ſollicito ſecreti ad fluminis vndam
Littoreis ingens inuenta ſub ilicibus ſus,
Triginta capitum fœtus enixa iacebit.
Alba ſolo recubans, albi circum vbera nati:
Is locus vrbis erit, requies ea certa laborum.
Nec tu menſarum morſus horreſce futuros.
Fata viam inuenient, aderitq; vocatus Apollo.
Has autem terras, Italiq; hanc littoris oram,
Proxima quæ noſtri perfunditur æquoris æſtu,
Effuge: cuncta malis habitantur mœnia Graiis.
Hic & Narityj poſuerunt mœnia Locri,
Et Salentinos obſedit milite campos
Lyctius Idomeneus: hic illa ducis Melibœi
Parua Philoctetæ ſubnixa Petilia muro.
Quin vbi tranſmiſſæ ſteterint trans æquora claſſes:
Et poſitis aris iam vota in littore ſolues:
Purpureo velare comas adopertus amictu:
Nequa inter ſanctos ignes in honore deorum
Hoſtilis facies occurrat, & [1] omina turbet.
Hunc ſocij morem ſacrorum, hunc ipſe teneto:
Hac caſti maneant in religione nepotes.
Aſt, vbi digreſſum Siculæ te admouerit oræ
Ventus & angusti rareſcent clauſtra Pelori:
Læua tibi tellus & longo læua petantur
Æquora circuitu: dextrum fuge littus & vndas.
Hæc loca, vi quondam & vaſta conuulſa ruina
(Tantum æui longinqua valet mutare vetuſtas)
Diſſiluiſſe ferunt, quum protinus vtraq; tellus
Vna foret, venit medio vi pontus, & vndis
Heſperium Siculo latus abſcidit: arua q; & vrbes
Littore diductas angusto interluit æſtu.
Dextrũ Scylla latus, lævum [2] implacata Charybdis
Obſidet: atque imo barathri ter gurgite vaſtos
Sorbet in abruptum fluctus, rurſuſq; ſub auras
Erigit alternos, & ſidera verberat vnda.
[3] At Scyllam cæcis cohibet ſpelunca latebris,
Ora exertantem, & naues in ſaxa trahentem.
Prima, hominis facies: & pulchro pectore virgo
Pube tenus: poſtrema, immani corpore [4] Priſtis,
Delphinum caudas vtero commiſſa luporum.
Præſtat Trinacrij metas luſtrare Pachyni
Ceſſantem, longos & circumflectere curſus,

1 al. omnia. 2 al. implicata. 3 al. ad.
4 al. priſtix. al. piſtris. al. piſtrix.

Quàm ſemel informem vaſto vidiſſe ſub antro
Scyllam, & cæruleis canibus reſonantia ſaxa.
Præterea, ſiqua eſt Heleno prudentia vati,
Siqua fides, animum ſi veris implet Apollo:
Vnum illud tibi, nate dea, præq; omnibus vnum
Prædicam, & repetẽs iterumq; iterumq; monebo.
Iunonis magnæ primùm prece numen adora:
Iunoni cane vota libens, dominamq; potentem
Supplicibus ſupera [1] donis: ſic denique victor
Trinacria fines Italos mittêre relicta.
Huc vbi delatus, Cumæam acceſſeris vrbem,
Diuinoſq; lacus, & Auerna ſonantia ſyluis,
Inſanam vatem aſpicies, quæ rupe ſub ima
Fata canit, foliiſq; notas & nomina mandat.
Quæcunque in foliis deſcripſit carmina virgo,
Digerit in numerum, atq; antro ſecluſa relinquit:
Illa manent immota locis, neq; ab ordine cedunt.
Verùm eadem verſo tenuis quam cardine ventus
Impulit, & teneras turbauit ianua frondes:
Numquã deinde cauo volitantia prendere ſaxo,
Nec reuocare ſitus, aut iungere carmina curat.
Inconſulti abeunt, ſedemq; odêre Sibyllæ.
Hic tibi nequa moræ fuerint diſpendia tanti,
(Quanuis increpitent ſocij, & vi curſus in altum
Vela vocet: poſſiſq; ſinus implere ſecundos)
Quin adeas vatem, precibuſq; oracula poſcas
Ipſa canat, vocemq; volens atq; ora reſoluat.
Illa tibi Italiæ populos, venturaq; bella,
Et quo quenq; modo fugiaſq; feraſq; laborem,
Expediet, curſuſq; dabit venerata [2] ſecundos.
Hæc ſunt quæ noſtra liceat te voce moneri.
Vade age, & ingentẽ factis fer ad æthera Troiã.
Quæ poſtquam vates ſic ore effatus amico eſt,
Dona dehinc auro grauia ſectoq; elephanto
Imperat ad naues ferri: ſtipatq; carinis
Ingens argentum Dodonæoſq; lebetas:
Loricam conſertam hamis, auroq; trilicem,
Et conum inſignis galeæ, criſtaſq; comantes,
Arma Neoptolemi ſunt & ſua dona parenti.
Addit equos, additq; duces.
Remigium ſupplet: ſocios ſimul inſtruit armis.
Interea claſſem velis aptare iubebat
Anchiſes fieret vento mora nequa ferenti.
Quem Phœbi interpres multo compellat honore,
Coniugio Anchiſa Veneris dignate ſuperbo,
Cura deûm, bis Pergameis erepte ruinis,
Ecce tibi Auſoniæ tellus: hanc arripe velis:
Et tamen hanc pelago præterlabare neceſſe eſt:
Auſoniæ pars illa procul, quam pandit Apollo.
Vade (ait) ô felix nati pietate. quid vltrà
Prouehor, & fando ſurgentes demorer auſtros?
Necminus Andromache digreſſu mœſta ſupremo,
Fert picturatas auri ſub tegmine veſtes,
Et Phrygiam Aſcanio chlamydem: nec cedit honori:
Textilibuſq; onerat donis: ac talia fatur,
Accipe & hæc, manuum tibi quæ monumenta mearum

1 al. votis. 2 al. ſacerdos.
3 al. ſubtemine.

Sint, puer, & longum Andromaches testentur amorem,
Coniugis Hectoreæ: cape dona extrema tuorum,
O mihi sola mei super Astyanactis imago.
Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat:
Et nunc æquali tecum pubesceret ævo.
Hos ego digrediens lacrymis affabar obortis,
Viuite felices, quibus est fortuna peracta.
Iam suа: nos alia ex aliis in fata vocamur.
Vobis parta quies, nullum maris æquor arandū:
Arua neq; Ausoniæ semper cedentia retro
Quærenda effigiem Xanthi, Troiamq; videtis,
Quam vestræ fecēre manus: melioribus opto,
Auspiciis, & quæ fuerit minus obuia Graiis.
Siquando Tybrim vicinaq; Tybridis arua
Intraro, gentiq; meæ data mœnia cernam:
Cognatasq; vrbes olim, populosq; propinquos
Epiro, Hesperia quibus idem Dardanus autor,
Atq; idem casus, vnam faciemus vtranq;
Troiam animis. maneat nostros ea cura nepotes.
Prouehimur pelago vicina Ceraunia iuxta.
Vnde iter Italiam cursusq; breuissimus vndis.
Sol ruit interea, & montes vmbrantur opaci.
Sternimus optatæ gremio telluris ad vndam,
Sortiti remos. passimq; in littore sicco
Corpora curamus: fessos sopor irrigat artus.
Necdum orbem medium nox horis acta subibat:
Haud segnis strato surgit Palinurus, & omnes
Explorat ventos, atq; auribus aera captat.
Sidera cuncta notat tacito labentia cœlo.
Arcturum, [1] pluuiásque Hyadas, geminósque Triones,
Armatumq; auro circumspicit Oricna.
Postquam cuncta videt cœlo constare sereno,
Dat clarum è puppi signum: nos castra mouemus.
Tentamusq; viam, & velorum pandimus alas.
Iamq; rubescebat stellis aurora fugatis:
Quum procul obscuros colles, humilemq; videmus
Italiam. Italiam primus conclamat Achates,
Italiam læto socij clamore salutant.
Tum pater Anchises magnum cratēra corona
Induit, implevitq; mero: diuosq; vocauit,
Stans celsa in puppi.
Dij, maris & terræ tempestatumq; potentes,
Ferte viam vento facilem, & spirate secundi.
Crebrescunt optatæ auræ, portusq; patescit
Iam propior, templumq; apparet in arce Minervæ.
Vela legunt socij & proras ad littora torquent.
Portus ab eoo fluctu curuatur in arcum,
Obiectæ salsa spumant aspergine cautes.
Ipse latet, gemino demittunt brachia muro
Turriti scopuli: refugitq; à littore templum.
Quattuor hic (primum omen) equos in gramine vidi
Tondentes campum latè, candore niuali.
Et pater Anchises, Bellum ô terra hospita portas.
Bello armantur equi: bellum hæc armenta minantur.
Sed tamen ijdem olim curru succedere sueti

1 al pliadas.

Quadrupedes, & frena iugo concordia ferre.
Spes est pacis, ait. tum numina sancta precamur
Palladis armisonæ, quæ prima accepit ouantes:
Et capita ante aras Phrygia velamur amictu:
Præceptisq; Heleni, dederat quæ maxima, ritè
Iunoni Argiuæ iussos adolemus honores.
Haud mora, continuò perfectis ordine votis,
Cornua velatarum obuertimus antennarum:
Graiugenūq; domos, suspectaq; linquimus arua.
Hinc sinus Herculei (si vera est fama) Tarenti
Cernitur: attollit se diua Lacinia contrà,
Caulonisq; arces, & nauifragum Scylacæum.
Tum procul è fluctu Trinacria cernitur Ætna:
Et gemitum ingentem pelagi, pulsatáque saxa
Audimus longè, fractasq; ad littora voces:
Exultántque vada, atque æstu miscentur arenæ.
Et pater Anchises, Nimirum hæc illa Charybdis:
Hos Helenus scopulos, hæc saxa horrēda canebat.
Eripite ô socij, paritérque insurgite remis.
Haud minus ac iussi faciunt: primúsque rudentē
Contorsit, læuas proram Palinuras ad vndas:
Læuam cuncta cohors remis ventisque petiuit.
Tollimur in cœlum curuato gurgite, & iidem
Subducta ad manes imos [1] descendimus vnda.
Ter scopuli clamorem inter caua saxa dedere:
Ter spumam elisam & rorātia vidimus astra.
Interea fessos ventus cum sole reliquit:
Ignaraque viæ Cyclopum allabimur oris.
Portus ab accessu ventorum immotus, & ingens
Ipse, sed horrificis iuxta tonat Ætna ruinis:
Interdumq; atrā prorumpit ad æthera nubem,
Turbine fumantem piceo & candente fauilla:
Attollitque globos flammarum, & sidera lambit:
Interdum scopulos auulsaq; viscera montis
Erigit eructans, liquefactāque saxa sub auras
Cum gemitu glomerat, fundoq; exæstuat imo.
Fama est, Enceladi semiustum fulmine corpus
Vrgeri mole hac, ingentémque insuper Ætnam
Impositam, ruptis flammam expirare caminis:
Et, festum quoties [2] motat latus, intremere omnem
Murmure Trinacriā, & cœlum subtexere fumo.
Noctem illam tecti syluis immania monstra
Perferimus, nec quæ sonitum det causa videmus.
Nam neque erant astrorum ignes, nec lucidus æthra
Siderea polus: obscuro sed nubila cœlo,
Et lunam in nibo nox intempesta tenebat.
Postera támque dies primo surgebat eoo,
Humentémque aurora polo dimouerat vmbram:
Quum subitò è syluis, macie confecta suprema,
Ignoti noua forma viri, miserandaq; cultu
Procedit, supplexq; manus ad littora tendit.
Respicimus: dira illuuies, immissaq; barba,
Consertum tegmen spinis: at cætera Grains,
Et quōdam patriis ad Troiam missus in armis.
Isque vbi Dardanios habitus & Troia vidit
Arma procul, paulum aspectu conterritus hæsit,
Continuitq; gradum: mox sese ad littora præceps
Cum fletu precibusq; tulit: Per sidera testor,

1 al descedimus. 2 al. mutat.

Per

Per ſuperos, atque hoc cœli ſpirabile lumen:
Tollite me Teucri, quaſcunque abducite terras.
Hoc ſat érit, ſcio me Danais è claſſibus, vnum,
Et bello Iliacos fateor petüſſe penates.
Pro quo, ſi ſceleris tanta eſt iniuria noſtri,
Spargite me in fluctus, vaſtóque immergite ponto.
Si pereo manibus hominum, perüſſe iuuabit.
Dixerat: & genua amplexus, genibúſque volutans
Hærebat. qui ſit, fari, quo ſanguine cretus,
Hortamur: quæ deinde agitet fortuna, fateri.
Ipſe pater dextram Anchiſes, haud multa moratus,
Dat iuueni, atq; animũ præſenti pignore firmat.
Ille hæc, depoſita tandem formidine, fatur,
Sum patria ex Ithaca, comes infelicis Vlyſſi,
Nomine Achæmenides, Troiam genitore [1] Adamaſto
Paupere (manſiſſet q; vtinam fortuna) profectus.
Hic me, dum trepidi crudelia limina linquunt,
Immemores ſocij vaſto Cyclopis in antro
Deſeruêre. domus ſanie dapibusq; cruentis
Intus opaca, ingens: ipſe arduus, altaq; pulſat
Sidera (dij talem terris auertite peſtem)
Nec viſu facilis, nec dictu affabilis vlli.
Viſceribus miſerorum, & ſanguine veſcitur atro.
Vidi egomet, duo de numero quiũ corpora noſtro
Prenſa manu magna, medio reſupinus in antro.
Frangeret ad ſaxum, ſanieq; [2] aſperſa natarent
Limina: vidi, atro quum membra fluentia tabo
Mãderet, & tepidi tremerent ſub dentibus artus.
Haud impunè quidem: nec talia paſſus Vlyſſes,
Oblitúſve ſui eſt Ithacus diſcrimine tanto.
Nam ſimul expletus dapibus, vinoq; ſepultus,
Ceruicem inflexam poſuit: iacuitq; per antrum
Immenſum, ſaniẽ eructans ac fruſta cruento
Per ſomnum commiſta mero: nos magna precati
Numina, ſortitiq; vices, vnà vndique circum
Fundimur: & telo lumen [3] terebramus acuto,
Ingens, quod torua ſolum ſub fronte latebat,
Argolici clypei aut Phœbeæ lampadis inſtar.
Et tandem læti ſociorum vlciſcimur vmbras.
Sed fugite ô miſeri, fugite, atque ab littore funem
Rumpite.
Nã qualis quantusq; cauo Polyphemus in antro
Lanigeras claudit pecudes, atque vbera preſſat:
Centum alij curua hæc habitãt ad littora vulgò
Infandi Cyclopes, & altis montibus errant.
Tertia iam lunæ ſe cornua lumine complent,
Quum vitam in ſylus, inter deſerta ferarum
Luſtra domosq; traho: vaſtosq; ab rupe Cyclopas
Proſpicio, ſonitumq; pedum vocemq; tremiſco.
Victum infelicem, baccas lapidoſaq; corna
Dant rami, & vulſis paſcunt radicibus herbæ.
Omnia colluſtrãs, hãc [4] primũ ad littora claſſem
Conſpexi venientem: huic me, quæcunque fuiſſet,
Addixi. ſatis eſt gentem effugiſſe nefandam.

1 al. Adamaſco. 2 al. expreſſa.
3 al. tenebramus. 4 al. prima.

Vos animam hanc potius quocunque abſumite letho.
Vix ea fatus erat, ſummo quum monte videmus
Ipſum inter pecudes vaſta ſe mole mouentem
Paſtorem Polyphemum, & littora nota petentem,
Monſtrum horrendum, informe, ingens, cui lumẽ ademptum,
Trunca [1] manum pinus regit, & veſtigia firmat.
Lanigeræ comitantur oues. ea ſola voluptas,
Solaménque mali: de collo fiſtula pendet,
Poſtquã altos tetigit fluctus, & ad æquora venit
Luminis effoſſi fluidum lauit inde cruorem:
Dentibus infrendẽs, gemitu: graduturq; per æquor
Iam medium, nec dũ fluctus latera ardua tinxit.
Nos procul inde fugam trepidi celerare, recepto
Supplice, ſic merito: tacitiq; incidere funem,
[2] Verrimus & proni certantibus æquora remis.
Senſit, & ad ſonitum vocis veſtigia torſit.
Verũ vbi nulla datur dextrã affectare poteſtas,
Nec potis Ionios fluctus æquare ſequendo:
Clamorem immenſum tollit, quo põtus & omnes
Intremuêre vndæ, penitusq; exterrita tellus
[3] Italiæ, curuiſque immugiit Ætna cauernis.
At genus è ſyluis Cyclopum & montibus altis
Excitum ruit ad portus, & littora complent.
Cernimus aſtantes nequicquam lumine toruo
Ætnæos fratres, cœlo capita alta ferentes.
Concilium horrẽdum: quales quum vertice celſo
Aëriæ quercus aut conifera cypariſſi
Conſtiterant, ſylua alta Iouis, lucúſve Dianæ.
Præcipites metus acer agit quocunque rudentes
Excutere, & ventis intendere vela ſecundis.
Contrà iuſſa [4] monent Heleni, Scyllam atq; Charybdim
Inter vtranque viam lethi diſcrimine paruo,
Ni teneant curſus. certum eſt dare lintea retrò.
Ecce autem Boreas anguſta à ſede Pelori
Miſſus adeſt: vivo præteruehor oſtia ſaxo
Pantagiæ, Megarosq; ſinus, Tapſumq; iacentem.
Talia monſtrabat relegens errata retrorſum
Littora Achæmenides, comes infelicis Vlyſſi.
Sicanio prætenta ſinu iacet inſula contra
Plemmyrium vndoſum: nomen dixêre priores
Ortygiam, Alpheum fama eſt huc Elidis amnem
Occultas egiſſe vias ſubter mare, qui nunc
Ore Arethuſa tuo Siculis confunditur vndis.
Numina magna loci iuſſi veneramur: & inde
Exupero præpingue ſolum ſtagnantis Elori.
Hinc altas cautes proiectaq; ſaxa Pachyni
Radimus: & fatis nunquam conceſſa moueri
Apparet Camarina procul, campiq; Geloi,
Immanisq; Gela, fluuij cognomine dicta.
Arduus inde Agragas oſtentat maxima longè
Mœnia, magnanimûm quõdam generator equorum.
Téque datis linquo ventis palmoſa Selinis,
Et vada dura lego ſaxis Lilybeia cæcis.
Hinc Drepani me portus & illætabilis ora

1 al. manu. 2 al. Vertimus.
3 al. Trinacria. 4 al. mouent.

Accipit: hîc pelagi tot tempestatibus actus,
Heu genitorem, omnis curæ, casúsq; leuamen,
Amitto Anchisen. hîc me pater optime fessum
Deseris, heu tantis nequicquam erepte periclis.
Nec vates Helenus, quum multa horrenda moneret,
Hos mihi prædixit luctus, non dira Celæno.
Hic labor extremus, longarum hæc meta viarum.
Hinc me digressum vestris deus appulit oris.
Sic pater Æneas intentis omnibus vnus
Fata renarrabat diuûm, cursúsq; docebat.
Conticuit tandem, factoq; hic fine quieuit.

P. VIRGILII MARONIS
ÆNEIDOS LIB. IIII.

MODESTINI IVRISCONSVLTI ARGVMENTVM.

At regina graui Veneris iam carpitur igne.
Consulitur soror Anna: placet succumbere amori.
Fiunt sacra deis, onerantur numina donis.
Itur venatum. Veneris clàm fœdera iungunt.
Facti fama volat: monitus tunc numine diuum
Æneas, classémq; fugæ sociosq; parabat.
Sensit amans Dido, precibus conata morari.
Postquam fata iubent, nec iam datur vlla facultas,
Conscenditque pyram, dixitq; nouissima verba,
Et vitam infelix multo cum sanguine fudit.

ALIVD INCERTI AVTORIS ARGVMENTVM.

Ardet amore graui Dido: soror Annáque suadet
Nubere: iunguntur, nimbo cogente, sub antro.
Incusat precibus patrem contemptus Iarbas.
Nauigat Æneas iussu Iouis. illa dolore
Impatiens & amore, necem sibi protinus infert.

ALIVD, MONOSTICHON.

Vritur in quarto Dido, flammáque fatetur.

ALIVD.

Quartus item miseræ duo vulnera narrat Elisæ.

AT regina, graui iamdudum saucia cura,
Vulnus alit venis: & cæco carpitur igni.
Multa viri virtus animo, multúsque recursat
Gentis honos: hærent infixi pectore vultus,
Verbáque, nec placidam membris dat cura quietem.
Postera Phœbea lustrabat lampade terras,
Humentemq; aurora polo dimouerat vmbram:
Quum sic vnanimem alloquitur malè sana sororem,
Anna soror, quæ me suspensam insomnia [1] terrent?
Quis nouus hic nostris successit sedibus hospes!
Quẽ sese ore ferens! quàm forti pectore & armis!
Credo equidẽ (nec vana fides) genus esse deorum.
Degeneres animos timor arguit. heu quibus ille
Iactatus fatis! quæ bella exhausta canebat!
Si mihi non animo fixum immotúmque sederet,
Necui me vinclo vellem sociare iugali,
Postquam primus amor deceptam morte fefellit:
Si non pertæsum thalami tedæq; fuisset:
Huic vni forsan potui succumbere culpæ.
Anna (fatebor enim) miseri post fata Sichæi
Coniugis, & sparsos fraterna cæde penates,
Solus hic inflexit sensus, animúmq; labantem
Impulit. agnosco veteris vestigia flammæ.
Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiscat,
Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad vmbras,
Pallentes vmbras Erebi, noctemq; profundam:
Antè pudor quàm te [1] violem, aut tua iura [2] resoluam.
Ille meos, primus qui me sibi iunxit, amores
Abstulit: ille habeat secum, seruetq; sepulcro.
Sic effata, sinum lacrymis impleuit obortis.
Anna refert, O luce magis dilecta sorori,
Soláne perpetua mœrens carpère iuuenta?
Nec dulces natos, Veneris nec præmia noris?
Id cinerem aut manes credis curare sepultos?
Esto, ægram nulli quondam flexère mariti,
Non Libyæ, non antè Tyro despectus Iarbas,
Ductóresq; alij, quos Aphryca terra triumphis
Dives alit: placitóne etiam pugnabis amori?

1 al. terret.

1 al. volo. 2 al. resoluo.

Nec

Nec venit in mentem quorum consederis aruis?
Hinc Getulæ vrbes, genus insuperabile bello,
Et Numidæ infræni cingunt, & in hospita Syrtis:
Hinc deserta siti regio, latéque furentes
Barcæi. quid bella Tyro surgentia dicam,
Germaniq; minas?
Diis equidem auspicibus reor & Iunone secunda
1 Huc cursum Iliacas vento tenuisse carinas.
Quam tu vrbem soror hanc cernes? quæ surgere regna
Coniugio tali! Teucrûm comitantibus armis
Punica se quantis attollet gloria rebus!
Tu modò posce deos veniam: sacrisq; litatis,
Indulge hospitio, causásque innecte morandi:
Dum pelago desæuit hyems, & aquosus Orion:
2 Quassatæq; rates, & non tractabile cœlum.
His dictis incensum animum inflammauit amore,
Spémque dedit dubiæ menti, soluitque pudorem.
Principio delubra adeunt, pacémque per aras
Exquirunt: mactant lectas de more bidentes
3 Legiferæ Cereri, Phœbóque, patríque Lyæo:
Iunoni ante omnes, cui vincla iugalia curæ.
Ipsa tenens dextra pateram pulcherrima Dido,
Candentis vaccæ media inter cornua fundit,
Aut ante ora deûm pingues spatiatur ad aras,
Instaurátque diem donis: pecudúmque reclusis
Pectoribus inhians, spirantia consulit exta.
Heu vatum ignaræ mentes: quid vota furentem,
Quid delubra iuuant? est mollis flamma medullas
Interea, & tacitum viuit sub pectore vulnus.
Vritur infelix Dido, totáque vagatur
Vrbe furens: qualis coniecta cerua sagitta,
Quã procul incautum nemora inter Cressia fixit
Pastor agens telis, liquitque volatile ferrum
Nescius: illa fuga syluas saltúsque peragrat
Dictæos, hæret lateri lethalis arundo.
Nunc media Æneam secum per mœnia ducit.
Sidoniasq; ostentat opes, vrbémque paratam.
Incipit effari, mediáque in voce resistit.
Nunc eadem labente die conuiuia quærit:
Iliacósque iterum demens audire labores
Exposcit, pendétque iterum narrantis ab ore.
Post, vbi digressi, luménque obscura vicissim
Luna premit, suadentq; cadentia sidera somnos:
Sola domo mœret vacua, stratisque relictis
Incubat: illum absens absentem auditq; videtq;.
Aut gremio Ascanium, genitoris imagine capta,
Detinet, infandum si fallere possit amorem.
Non cœptæ assurgunt turres, non arma iuuentus
Exercet, portúsue aut propugnacula bello
Tuta parant: pendent opera interrupta, minæq;
Murorum ingentes, æquatáque machina cælo.
Quam simul ac tali persensit peste teneri
Cara Iouis coniux, nec famam obstare furori,
Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis,
Egregiam verò laudem & spolia ampla referris,
Túque puérque tuus, magnum & memorabile
nomen.
Vna dolo diuûm si fœmina 2 victa duorum est,
Nec me adeò fallit, veritam te mœnia nostra,
Suspectas habuisse domos Carthaginis altæ.
Sed quis erit modus? aut, quò nunc certamine tanto?
Quin potius pacem æternã pactósque hymenæos
Exercemus? habes tota quod mente petisti,
Ardet amans Dido, traxitque per ossa furorem.
Cõmunem hunc ergo populũ paribúsq; regamus
Auspiciis: liceat Phrygio seruire marito,
Dotalésque tuæ Tyrios permittere dextræ.
Olli (sensit enim simulata mente loquutam,
Quò regnum Italiæ Libycas 3 auerteret oras)
Sic contrà est ingressa Venus, Quis talia demens
Abnuat? aut tecum malit contendere bello?
Si modò quod memoras factũ fortuna sequatur:
Sed fatis incerta feror, si Iuppiter vnam
Esse velit Tyriis vrbem Troiáque profectis,
Miscériue probet populos, aut fœdera iungi.
Tu coniux, tibi fas animum tentare precando.
Perge, sequar. Tum sic excepit regia Iuno,
Mecum erit iste labor: nunc qua ratione, quod instat
4 Confieri possit, paucis (aduerte) docebo.
Venatum Æneas vnáque miserrima Dido
In nemus ire parant, vbi primos crastinus ortus
Extulerit Titan, radiisque retexerit orbem.
His ego nigrantem commista grandine nimbum,
Dum trepidant alæ, saltusque indagine cingunt.
Desuper infundam, & tonitru cælũ omne ciebo.
Diffugient comites, & nocte tegentur opaca.
Speluncam Dido dux & Troianus eandem
Deuenient: adero. & tua si mihi certa voluntas,
Connubio iungam stabili, propriámque dicabo.
Hic hymenæus erit. Non aduersata, petenti
Annuit, atque dolis risit Cytherea repertis.
Oceanum interea surgens aurora 5 reliquit:
It 6 portis iubare ex orto delecta iuuentus.
Retia rara, plagæ, lato venabula ferro,
Massylique ruunt equites, & odora canum vis.
Reginam thalamo cũctantem ad limina primi
Pœnorum expectant: ostróque insignis & auro
Stat, sonipes, ac frena ferox spumantia madit.
Tandem progreditur magna stipante caterua,
Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo,
Cui pharetra ex 7 auro, crines nodantur in aurũ,
Aurea purpuream subnectit fibula vestem.
Necnon & Phrygij comites & lætus Iulus
Incedunt, ipse ante alios pulcherrimus omnes
Infert se socium Æneas, atque agmina iungit:
Qualis, vbi hybernam Lyciam Xanthique fluenta
Deserit, ac Delum maternam inuisit Apollo,
Instaurátque choros: mistique altaria circum
Cretésque Dryopesq; fremunt, pictíq; Agathyrsi:
Ipse iugis Cynthi graditur, mollíq; fluentem
Fronde premit crinẽ fingens, atq; implicat auro,

1 al. Hũc. 2 al. quassatq; rates. 3 al. frugiferæ.
1 al. numen. 2 alij. delecta. 3 al. aduerter.
4 al. Quo fieri. 5 al relinquit.
6 al portans. 7 al *humero.*

Tela sonant humeris, haud illo segnior ibat
Æneas: tantum egregio decus enitet ore.
Postquam altos ventum in montes, atque inuia lustra,
Ecce, fera saxi deiecta vertice capra
Decurrêre iugis: alia de parte patentes
Transmittunt cursu campos atque agmina cerui
Puluerulenta fuga glomerant, montésque relinquunt.
At puer Ascanius mediis in vallibus acri
Gaudet equo: iámq; hos cursu, iam præterit illos:
Spumantemq; dari pecora inter inertia votis
Optat aprum, aut fuluũ descendere mõte leonem.
Interea magno misceri murmure cœlum
Incipit: insequitur commista grandine nimbus.
Et Tyrij comites passim, & Troiana iuuentus,
Dardaniusq; nepos Veneris diuersa per agros
Tecta metu petiêre. ruunt de montibus amnes.
Speluncam Dido dux & Troianus eandem
Deueniunt: prima & Tellus & pronuba Iuno
Dant signum: fulsere ignes & conscius æther
Connubij, summoq; vlularunt vertice nymphæ.
Ille dies, primus lethi primúsque malorum
Causa fuit. neque enim specie famáue mouetur,
Nec iam furtiuum Dido meditatur amorem:
Coniugium vocat, hoc prætexit nomine culpam.
Extemplo Lybiæ magnas it fama per vrbes:
Fama, malum quo non aliud velocius vllum:
Mobilitate viget, virésque acquirit eundo.
Parua metu primo, mox sese attollit in auras:
Ingreditúrque solo, & caput inter nubila condit.
Illam Terra parens, ira irritata deorum,
Extremam (vt perhibent) Cœo Enceladóque sororem
Progenuit, pedibus celerem & pernicibus alis:
Monstrum horrendum, ingens: cui quot sunt corpore plumæ,
Tot vigiles oculi [1] subter (mirabile dictu)
Tot linguæ, totidem ora sonant, tot subrigit aures.
Nocte volat cœli medio, terræque per vmbram,
Stridens, [2] nec dulci declinat lumina somno:
Luce sedet custos aut summi culmine tecti,
Turribus aut altis, & magnas territat vrbes:
Tam ficti prauique tenax, quàm nuntia veri.
Hæc tum multiplici populos sermone replebat,
Gaudens: & paritur facta atque infecta canebat:
Venisse Æneam Troiano à sanguine cretum:
Cui se pulchra viro dignetur iungere Dido.
Nunc hyemẽ inter se luxu, quàm longa, fouere,
Regnorum immemores, turpique cupidine captos.
Hæc passim dea fœda virũm diffundit in ora.
Protinus ad regem cursus detorquet Iarbam:
Incenditque animum dictis, atque aggerat iras.
Hic Ammone satus, rapta Garamantide nympha,
Templa Ioui centum, latis immania regnis,
Centum aras posuit: vigilemq; sacrauerat ignem,
Excubias diuũm aternas: pecudumq; cruore
Pingue solum, & variis florentia limina sertis.
Isque amens animi, & rumore accensus amaro,
Dicitur ante aras, media inter numina diuum,
Multa Iouem manibus supplex orasse supinis.
Iuppiter omnipotens, cui nunc Maurusia pictis
Gens epulata toris, Lenæum libat honorem,
Aspicis hæc? an te, genitor, quum fulmina torques,
Nequicquam horremus? cæciq; in nubibus ignes
Terrificant animos, & inania murmura miscẽt?
Fœmina, quæ nostris errans in finibus, vrbem
Exiguam pretio posuit, cui littus arandum,
Cuique loci leges dedimus, connubia nostra
Reppulit, ac dominum Æneam in regna recepit.
Et nunc ille Paris cum semiuiro comitatu,
Mæonia mentum mitra crinémque medentem
Subnixus, rapto potitur: nos munera templis
Quippe tuis ferimus, famamq; fouemus inanem.
Talibus orantem dictis, arásque tenentem
Audiit omnipotens: oculosq; ad mœnia torsit
Regia, & oblitos famæ melioris amantes.
Tunc sic Mercurium alloquitur, talia mandat,
Vade age nate, voca Zephyros: & labere pennis,
Dardanidũq; ducẽ (Tyria Carthagine qui nunc
Expectat, fatisque datas non respicit vrbes)
Alloquere, & celeres defer mea dicta per auras.
Non illum nobis genitrix pulcherrima talem
Promisit, Graiúmque ideo bis vindicat armis:
Sed fore qui grauidam imperiis, belloq; frementẽ
Ituliam regeret, genus alto à sanguine Teucri
Proderet: ac totum sub leges mitteret orbem.
Si nulla accendit tantarum gloria rerum,
Nec super ipse sua molitur laude laborem:
Ascanione pater Romanas inuidet arces?
Quid struit? aut qua spe inimica in gente moratur?
Nec prolem Ausoniam & Lauinia respicit arua?
Nauiget: hæc summa est, hic nostri nuntius esto.
Dixerat. Ille patris magni parêre parabat
Imperio. & primùm pedibus talaria nectit
Aurea, quæ sublimem alis, siue æquora supra,
Seu terram, rapido pariter cum flamine portant.
Tum virgam capit: hac animas ille euocat orco
Pallentes, alias sub [1] tristia tartara mittit:
Dat somnos adimitq;, & lumina morte resignat.
Illa fretus agit ventos, & turbida tranat
Nubila. iámque volans apicem & latera ardua cernit
Atlantis duri, cœlum qui vertice fulcit:
Atlantis, cinctum assiduè cui nubibus atris
Piniferum caput, & vento [2] pulsatur & imbri.
Nix humeros infusa tegit: tum flumina mento
Præcipitant senis, & glacie riget horrida barba.
Hîc primùm paribus nitens Cyllenius alis
Constitit: hinc toto præceps se corpore ad vndas
Misit aui similis, quæ circum littora, circum
Piscosos scopulos, humilis volat æquora iuxta.
Haud aliter terras inter cœlúmque volabat,
Littus arenosum Lybiæ ventosque secabat

[1] al. subsunt.
[2] al. stridet.

[1] al. tartara tristia. [2] al. quassatur.

Ma-

Materno veniens ab auo Cyllenia proles.
Vt primùm alatis tetigit magalia plantis,
Æneam fundantem arces, ac tecta nouantem
Conſpicit: atque illi ſtellatus iaſpide fulua
Enſis erat: Tyrioq; ardebat murice læna,
Demiſſa ex humeris diues quæ munera Dido
Fecerat, & tenui telas diſcreuerat auro.
Continuò inuadit, Tu nunc Carthaginis altæ
Fundamenta locas, pulchrámque vxorius vrbem
Extruis, heu regni rerúmque oblite tuarum.
Ipſe deûm tibi me claro demittit olympo
Regnator, cœlum & terras qui numine torquet:
Ipſe hæc ferre iubet celeres mandata per auras,
Quid ſtruis? aut qua ſpe Libycis teris otia terris?
Si te nulla mouet tantarum gloria rerum,
Nec ſuper ipſe tua moliris laude laborem,
Aſcanium ſurgentem, & ſpes hæredis Iuli
Reſpice: cui regnum Italiæ Romanáque tellus
Debentur. Tali Cyllenius ore loquutus,
Mortales viſus medio ſermone reliquit,
Et procul in tenuem ex oculis euanuit auram.
At verò Æneas aſpectu obmutuit amens:
Arrectæq; horrore comæ, & vox faucibus hæſit.
Ardet abire fuga, dulceſque relinquere terras
Attonitus tanto monitu imperioq; deorum.
(Heu quid agat? quo nunc reginam ambire furentem
Audeat affatu? & quæ prima exordia ſumat?)
Atque animum nunc huc celerem, nunc diuidit illuc:
In partéſque rapit varias, pérque omnia verſat.
Hæc alternanti potior ſententia viſa eſt:
Mneſthea Sergeſtúmque vocat, fortémque Cloanthum:
Claſſem aptent taciti, ſocioſq; ad littora cogant:
Arma parent: & quæ ſit rebus cauſa nouandis,
Diſſimulent ſeſe interea, quando optima Dido
Neſciat, & tantos rumpi non ſperet amores,
Tentaturum aditus, & quæ mollíſſima fandi
Tempora, quis rebus dexter modus. ocyus omnes
Imperio læti parent, ac iuſſa faceſſunt.
At regina dolos (quis fallere poſſit amantem?)
Præſenſit: motúſque excepit prima futuros,
Omnia tuta timens. eadem impia fama furenti
Detulit armari claſſem, curſúmque parari.
Sæuit inops animi, totámque incenſa per vrbem
Bacchatur: qualis commotis excita ſacris
Thyas, vbi audito ſtimulant trieterica Baccho
Orgia, nocturnúſque vocat clamore Cithæron,
Tandem his Æneam compellat vocibus vltro,
Diſſimulare etiam ſperaſti perfide tantum
Poſſe nefas? tacitúſque mea decedere terra?
Nec te noſter amor, nec te data dextera quondam,
Nec moritura tenet crudeli funere Dido?
Quinetiam hyberno moliris ſidere claſſem,
Et mediis properas æquilonibus ire per altum,
Crudelis. quid ſi non arua aliena domóſque
Ignotas peteres? & Troia antiqua maneret?
Troia per vndoſum peteretur claſſibus æquor?
Mène fugis? per ego has lacrymas dextrámque tuam, te,
(Quãdo aliud mihi iã miſeræ nihil ipſa reliqui)
Per connubia noſtra, per inceptos hymenæos,
Si benè quid de te merui, fuit aut tibi quicquam
Dulce meum: miſerere domus labentis, & iſtam
Oro (ſiquis adhuc precibus locus) exue mentem.
Te propter Libycæ gentes, Nomadũq; tyranni
Odère, infenſi Tyrij: te propter eundem
Extinctus pudor, & qua ſola ſidera adibam,
Fama prior. cur me moribundam deſeris hoſpes?
Hoc ſolum nomen quoniam de coniuge reſtat.
Quid moror? an mea Pygmaliõ dũ mœnia frater
Deſtruat? aut captam ducat Getulus Iarbas?
Saltem ſiqua mihi de te ſuſcepta fuiſſet
Ante fugam ſoboles, ſi quis mihi paruulus aula
Luderet Æneas, qui te tantùm ore referret:
Non equidẽ omnino capta, aut deſerta viderer.
Dixerat. ille Iouis monitis immota tenebat
Lumina, & obnixus curam ſub corde premebat.
Tandem pauca refert, Ego te quæ plurima fando
Enumerare vales, nunquam regina negabo
Promeritam: nec me meminiſſe pigebit Eliſæ,
Dũ memor ipſe mei, dũ ſpiritus hos regat artus.
Pro re pauca loquar. nec ego hanc abſcondere furto
Speraui (ne finge) fugam, nec coniugis vnquam
Prætendi tedas, aut hæc in fœdera veni.
Me ſi fata meis paterentur ducere vitam
Auſpicijs, & ſponte mea componere curas:
Vrbem Troianam primùm, dulcéſque meorum
Reliquias colerem, & Priami tecta alta manerent,
Et recidiua manu poſuiſſem Pergama victis.
Sed nunc Italiam magnam Gryneus Apollo,
Italiam Lycia iuſſère capeſſere ſortes.
Hic amor, hæc patria eſt. ſi te Carthaginis arces
Phœniſſam Libycæque aſpectus detinet vrbis:
Quæ tandem Auſonia Teucros conſidere terra
Inuidia eſt? & nos fas extera quærere regna.
Me patris Anchiſæ, quoties humentibus vmbris
Nox operit terras, quoties aſtra ignea ſurgunt,
Admonet in ſomnis & turbida terret imago:
Me puer Aſcanius, capitiſque iniuria chari,
Quem regno Heſperiæ fraudo & fatalibus aruis.
Nunc etiã interpres diuûm, Ioue miſſus ab ipſo,
(Teſtor vtrunque caput) celeres mandata per auras
Detulit. ipſe deum manifeſto in lumine vidi
Intrantem muros, vocémque his auribus hauſi.
Deſine méque tuis incendere téque querelis:
Italiam non ſponte ſequor.
Talia dicentem iamdudum aduerſa tuetur,
Huc illuc volueus oculos, totúmque pererrat
Luminibus tacitis: & ſic accenſa profatur,
Nec tibi diua parẽs, generis nec Dardanus autor
Perfide: ſed duris genuit te cautibus horrens
Caucaſus: Hyrcanæque admorunt vbera tigres.

al. Numidum. 2 al. tamen
al. ac. 4 al. aduerſa.

Nã quid dissimulo? aut qua me ad maiora reser-
Nũ fletu ingemuit nostro, nũ lumina flexit? (uo?
Num lacrymas victus dedit? aut miseratus amantem est?
Quæ quibus anteferam? iam iam nec maxima Iuno,
Nec Saturnius hæc oculis pater aspicit æquis.
Nusquam tuta fides. eiectum littore egentem
Excepi, & regni demens in parte locaui:
Amissam classem, socios à morte reduxi:
Heu furijs incensa feror. nunc augur Apollo,
Nunc Lycię sortes, nunc & Ioue missus ab ipso
Interpres diuũm fert horrida iussa per auras.
Scilicet is superis labor est, ea cura quietos
Sollicitat. neque te teneo, neque dicta refello.
I, sequere Italiam ventis, pete regna per vndas.
Spero equidẽ medijs (si quid pia numina possunt)
1 Supplicia hausurum scopulis, & nomine Dido
Sæpe vocaturum. sequar atris ignibus absens,
Et quum frigida mors animã 2 se duxerit artus,
Omnibus vmbra locis adero. dabis improbe pœnas:
Audiã, & hæc manes veniet mihi fama sub imos.
His medium dictis sermonem abrumpit, & auras
Ægra fugit: seque ex oculis auertit & aufert,
Linquens multa metu cunctantem & multa parantem
Dicere. suscipiunt famulæ, collapsáque membra
Marmoreo referunt thalamo, stratisque reponũt.
At pius Aeneas, quanquam lenire dolentem
Solando cupit, & dictis auertere curas,
Multa gemens, magnóque animum labefactus amore:
Iussa tamen diuũm exequitur, classémq; reuisit.
Tum verò Teucri incumbunt, & littore celsas
Deducunt toto naues: natat vncta carina.
Frondentésque ferunt remos, & robora syluis
Infabricata fugæ studio.
Migrantes cernas, totáque ex vrbe ruentes.
Ac veluti ingentem formicæ farris aceruum
Quum populant, hyemis memores, tectóque reponunt,
It nigrum campis agmen, prædámque per herbas
Conuectant calle angusto: pars grandia trudunt
3 Obnixæ frumenta humeris: pars agmina cogũt,
Castigántque moras: opere omnis semita feruet.
Quis tibi tunc Dido cernenti talia sensus,
Quósue dabas gemitus, quum littora feruere latè
Prospiceres arce ex summa, totúmque videres
Misceri ante oculos tantis clamoribus æquor?
Improbe amor, quid non mortalia pectora cogis?
Ire iterum in lacrymas, iterũ tentare precando
Cogitur, & supplex animos submittere amori:
Ne quid inexpertũ, frustra moritura, relinquat.
Anna vides toto properari littore circum:
Vndique conuenêre: vocat iam carbasus auras,
Puppibus & læti nautæ imposuere coronas.
Hunc ego si potui tantum sperare dolorem,

1 Supplicio hæsurum. 2 al. subduxerit
3 al. obnixè

Et perferre, soror, potero. miseræ hoc tamen vnum
Exequere Anna mihi: solam nam perfidus ille
Te colere, arcanos etiam tibi credere sensus.
Sola viri molles aditus & tempora noras.
I soror, atque hostem supplex affare superbum:
Non ego cum Danais Troianã excindere gentem
Aulide iuraui, classémue ad Pergama misi:
Nec patris Anchisæ cineres manésue reuelli.
Cur mea dicta negat duras demittere in aures?
Quò ruit? extremum hoc miseræ det munus amanti:
Expectet facilémque fugã ventósque ferentes.
Non iam coniugiũ antiquũ, quod prodidit, oro:
Nec pulchro vt Latio careat, regnũq; relinquat.
Tempus inane peto, requiẽ spatiúmque furori,
Dum mea me victam doceat fortuna dolere.
Extremã hanc oro veniam: (miserere sororis)
Quam mihi quum dederis, cumulatam morte
1 relinquam.
Talibus orabat: talésque miserrima fletus
Fértque refértque soror: sed nullis ille mouetur
Fletibus, aut voces vllas tractabilis audit.
Fata obstãt, placidáque viri Deus obstruit aures.
Ac veluti annosam valido quum robore quercũ
Alpini Boreæ nunc hinc nunc flatibus illinc
Eruere inter se certant, it stridor, & altè
Consternunt terram concusso stipite frondes:
Ipsa hæret scopulis, & quantũ vertice ad auras
Ætherias, tantum radice in tartara tendit:
Haud secus assiduis hinc atq; hinc vocibus heros
Tunditur, & magno persentit pectore curas:
Mens immota manet, lachrymæ volũntur inanes.
Tum verò infelix fatis exterrita Dido
Mortem orat: tædet cœli conuexa tueri.
Quo magis inceptũ peragat, lucémq; relinquat,
Vidit, thuricremis quum dona imponeret aris,
(Horrendum dictu) latices nigrescere sacros,
Fusáque in obscœnum se vertere vina cruorem,
Hoc visum nulli, non ipsi effata sorori.
Præterea, fuit in tectis de marmore templum
Coniugis antiqui, miro quod honore colebat,
Velleribus niueis & festa fronde reuinctum.
Hinc exaudiri voces & verba vocantis
Visa viri, nox quum terras obscura teneret:
2 Soláque culminibus ferali carmine bubo
Sæpe queri, & longas in fletum ducere voces.
Multáque præterea vatum prædicta priorum
Terribili monitu horrificant. agit ipse furentem
In somnis ferus Æneas: semperque relinqui
Sola sibi. semper longam incomitata videtur
Ire viam, & Tyrios deserta quærere terra.
Eumenidum veluti demens videt agmina Pentheus,
Et solem geminum, & duplices se ostendere
Thebas:
Aut Agamemnonius scenis agitatus Orestes,
Armatam facibus matrem & serpentibus atris
Quum fugit, vltricésque sedent in limine Dirę.

1 al. remittam 2 al. Sera.

Ergo

Ergo vbi concepit furias, euicta dolore,
Decreuitque mori: tempus secum ipsa modúmque
Exigit: & mœstam dictis aggressa sororem,
Consilium vultu tegit, ac spem fronte serenat.
Inueni germana viam (gratare sorori)
Quæ mihi reddat eum (vel eo me soluat) amantem.
Oceani finem iuxta, solémque cadentem,
Vltimus Æthiopũ locus est: vbi maximus Atlas
Axem humero torquet, stellis ardentibus aptum.
Hinc mihi Massylæ gentis monstrata sacerdos,
Hesperidum templi custos: epulásque draconi
Quæ dabat, & sacros seruabat in arbore ramos,
Spargens humida mella, soporiferumq; papauer.
Hæc se carminibus promittit soluere mentes
Quas velit, ast alijs duras immittere curas:
Sistere aquam fluuijs, & vertere sidera retro.
Nocturnosq; ciet manes. mugire videbis
Sub pedibus terram, & descendere montibus ornos.
Testor chara deos, & te germana, tuúmque
Dulce caput, magicas inuitam accingier artes.
Tu secreta pyram tecto interiore sub auras
Erige: & arma viri, thalamo quæ fixa reliquit
Impius, exuuiásque omnes, lectúmque iugalem,
Quo perij, superimponas. abolere nefandi
Cũcta viri monumẽta iubet monstratq; sacerdos.
Hæc effata silet: pallor simul occupat ora.
Non tamen Anna nouis prætexere funera sacris
Germanam credit: nec tantos mente furores
Concipit, aut grauiora timet quàm morte Sichæi.
Ergo iussa parat.
At regina, pyra penetrali in sede sub auras
Erecta, ingenti, tedis atque ilice secta,
Intenditque locum sertis, & fronde coronat
Funerea: super exuuias, ensemque relictum,
Effigiémque toro locat, haud ignara futuri.
Stant aræ circum: & crines effusa sacerdos
Tercentum tonat ore deos, Erebúmque, Chaosq;.
Tergeminamq; Hecatẽ, tria virginis ora Dianæ.
Sparserat & latices simulatos fontis Auerni:
Falcibus & messæ ad lunam quæruntur ahenis
Pubentes herbæ, nigri cum lacte veneni.
Quæritur & nascentis equi de fronte reuulsus
Et matri præreptus amor.
Ipsa mola manibúsque pijs, altaria iuxta,
Vnum exuta pedem vinclis, in veste recincta,
Testatur moritura deos, & conscia fati
Sidera: tum, si quod non æquo fœdere amantes
Curæ numen habet, iustumq; memorq; precatur.
Nox erat, & placidum carpebant fessa soporem
Corpora per terras, syluæq; & sæua quierant
Æquora: quum medio voluuntur sidera lapsu,
Quum tacet omnis ager, pecudes, pictæq; volucres,
Quæq; lacus latè liquidos, quæq; aspera dumis
Rura tenent somno posita sub nocte silenti
Lenibant curas, & corda oblita laborum.
At non infelix animi Phœnissa: nec vnquam
Soluitur in somnos, oculisue aut pectore noctem
Accipit: ingeminant curæ: rursúsque resurgens
Sæuit amor, magnóque irarum fluctuat æstu.
Sic adeò insistit, secúmque ita corde volutat,
En quid agam? rursúsne procos irrisa priores
Experiar? Nomadumq; 1 petam cõnubia supplex,
Quos ego sum toties iam dedignata maritos?
Iliacas igitur classes atque vltima Teucrum
Iussa sequar? quiáne auxilio iuuat ante leuatos
Et bene apud memores veteris stat gratia facti?
Quis me autem (fac velle) sinet? ratibusq; superbis
2 Irrisam accipiet? nescis heu perdita, nec dum
Laomedonteæ sentis periuria gentis?
Quid tum? sola fuga nautas comitabor ouantes?
An Tyrijs omnique manu stipata meorum
3 Inferar? & quos Sidonia vix vrbe reuelli,
Rursus agã pelago, & ventis dare vela iubebo?
Quin morere, vt merita es, ferroq; auerte dolorẽ.
Tu lacrymis euicta meis: tu prima furentem
His germana malis operas, atque obijcis hosti
Non licuit thalami expertem sine crimine vitam
Degere, more feræ? tales nec tangere curas?
Non seruata fides cineri promissa Sichæo.
Tantos illa suo rumpebat pectore questus.
Æneas celsa in puppi, iam certus eundi,
Carpebat somnos, rebus iam ritè paratis.
Huic se forma dei vultu redeuntis eodem
Obtulit in somnis, rursúsque ita visa monere est,
(Omnia Mercurio similis, vocemq; coloremq;,
Et crines flauos, & membra decora iuuentæ)
Nate dea, potes hoc sub casu ducere somnos?
Nec quæ circumstent te deinde pericula cernis,
Demens? nec Zephyros audis spirare secundos?
Illa dolos dirumque nefas in pectore versat,
Certa mori, varióque irarum fluctuat æstu.
Non fugis hinc præceps, dum præcipitare potestas?
Iam mare turbari trabibus, sæuasq; videbis
Collucere faces, iam feruere littora flammis:
Si te his attigerit terris aurora morantem,
Eia age, rumpe moras. variũ & mutabile semper
Fœmina. Sic fatus, nocti se immiscuit atræ.
Tum verò Aeneas, subitis exterritus vmbris,
Corripit è somno corpus, sociósque fatigat:
Præcipites vigilate viri, & considite transtris:
Soluite vela citi. deus athere missus ab alto,
Festinare fugam, tortósque incidere funes,
Ecce iterum stimulat. sequimur te sancte, deorum
Quisquis es, imperioq; 4 iterum paremus ouãtes:
Adsis ô, placidusque iuues, & sidera cœlo
Dextra feras. Dixit, vaginaque eripit ensem
Fulmineum strictoque ferit retinacula ferro.
Idem omnes simul ardor habet: rapiuntq; ruuntque,
Littora deseruere: latet sub classibus æquor.
Adnixi torquent spumas, & cærula verrunt.
Et iam prima nouo spargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens Aurora cubile.
Regina è speculis vt primùm albescere lucem
Vidit, & æquatis classem procedere velis,

1 al Numadum, al. Numidum 2 al. inuisam.
3 al. inferar.
4 al. tuo.

Littoráque & vacuos sensit sine remige portus:
Terq; quaterq; manu pectus percussa decorum,
Flauentésque abscissa comas: Proh Iuppiter, ibit
Hic (ait) & nostris illuserit aduena regnis?
Non arma expedient? totaq; ex vrbe sequentur?
Diripientq; rates alij naualibus? ite:
Ferte citi flammas, date vela, impellite remos.
Quid loquor? aut vbi sum? quæ mentem insania mutat?
Infelix Dido nunc te fata impia tangunt.
Tum decuit, quum sceptra dabas. en dextra fidésque,
Quem secum patrios aiunt portare Penates,
Quē subijsse humeris confectum ætate parentem.
Non potui abreptum diuellere corpus, & vndis
Spargere? non socios, non ipsum absumere ferro
Ascanium, patriisque epulandum apponere mensis?
Verùm anceps pugnæ fuerat fortuna. fuisses
Quem metui moritura? faces in castra tulissem,
Implessémque foros flammis: natumq; patremq;
Cum genere extinxē: memet super ipsa dedissem.
Sol, qui terrarum flammis opera omnia lustras:
Túque harum interpres curarū & conscia Iuno,
Nocturnisque Hecate triuijs vlulata per vrbes:
Et diræ vltrices, & dij morientis Elisæ:
Accipite hæc, meritumq; malis 1 aduertite numē:
Et nostras audite preces. si tangere portus
Infandum caput ac terris adnare necesse est:
Et si fata Iouis poscunt, hic terminus hæret:
At bello audacis populi vexatus & armis,
Finibus extorris, complexu auulsus Iuli,
Auxilium imploret, videátque indigna suorum
Funera: nec, quum se sub leges pacis iniquæ
Tradiderit, regno aut optata luce fruatur:
Sed cadat ante diem, mediaq; inhumatus arena.
Hæc precor: hanc vocem extremam cum sanguine fundo.
Tum vos ô Tyrij stirpem & genus omne futurū
Exercete odijs: cinerig; hæc mittite nostro
Munera: nullus amor populis, nec fœdera sunto.
Exoriare aliquis nostris ex ossibus vltor,
Qui face Dardanios ferroq; sequare colonos.
Nunc, olim, quocunque dabunt se tempore vires,
Littora littoribus contraria, fluctibus vndas
Imprecor, arma armis: pugnent ipsique nepotes.
Hæc ait, & partes animum versabat in omnes,
Inuisam quærens quamprimum abrumpere lucē.
Tum breuiter Barcen nutricem affata Sichæi,
(Nāq; suam patria antiqua cinis ater habebat)
Annam chara mihi nutrix huc siste sororem:
Dic corpus properet fluuiali spargere lympha,
Et pecudes secum & monstrata piacula ducat:
Sic veniat: tuq; ipsa pia tege tempora vitta.
Sacra Ioui Stygio, quæ rite incepta paraui,
Perficere est animus, finémque imponere curis:
Dardaniiq; rogum capitis permittere flammæ.
Sic ait. illa gradum studio celerabat 2 anili.
At trepida & cœptis immanibus effera Dido,

1 al. auertite. 2 al. anilem.

Sanguineam volueus aciem, maculisq; trementes
Interfusa genas, & pallida morte futura,
Interiora domus irrumpit limina, & altos
Conscendit furibunda rogos: ensémque recludit
Dardanium, non hos quæsitum munus in vsus.
Hic postquam Iliacas vestes notumq; cubile
Conspexit, paulum lacrymis & mente morata,
Incubuitque toro, dixitque nouissima verba:
Dulces exuuiæ, dum fata deusq; sinebant:
Accipite hanc animam, méque his exoluite curis.
Vixi, & quem dederat cursum fortuna, peregi:
Et nunc magna mei sub terras ibit imago.
Vrbem præclaram statui, mea mœnia vidi:
Vlta virum, pœnas inimico à fratre recepi.
Felix, heu nimium felix, si littora tantùm
Nunquam Dardaniæ tetegissent nostra carinæ.
Dixit: & os impressa toro, Moriemur inultæ?
Sed moriamur, ait. sic? sic iuuat ire sub vmbras.
Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto
Dardanus, & nostræ secum ferat omina mortis.
Dixerat: atque illam media inter talia ferro
Collapsam aspiciunt comites, ensémque cruore
Spumantem, sparsasq; manus. it clamor ad alta
Atria: concussam bacchatur fama per vrbem.
Lamentis, gemituq; & fœmineo vlulatu
Tecta fremūt, resonat magnis plangoribus æther:
Nō aliter quàm si immissis ruat hostibus omnis
Carthago, aut antiqua Tyros, flammæque furentes
Culmina pérque hominum voluantur pérque deorum.
Audijt exanimis, trepidóque exterrita cursu.
Vnguibus ora soror fœdans & pectora pugnis,
Per medios ruit, ac morientem nomine clamat:
Hoc illud germana fuit? me fraude petebas?
Hoc rogus iste mihi, hoc ignes aræque parabant?
Quid primū deserta querar? comitémne sororem
Spreuisti moriens? eadem me ad fata vocasses:
Idē ambas ferro dolor atq; eadē hora tulisset.
His etiam struxi manibus, patriosque vocaui
Voce deos, sic te vt posita crudelis abessem?
Extinxti te méque, soror, populumq; patrésque
Sidonios, vrbemq; tuā. date, vulnera lymphis
Abluā, & extremus siquis super halitus errat,
Ore legam. Sic fata, gradus euaserat altos,
Semianimemq; sinu germanā amplexa fouebat
Cum gemitu, atque atros siccabat veste cruores.
Illa graues oculos conata attollere, rursus
Deficit: infixum stridet sub pectore vulnus.
Ter sese attollens, cubitóque innixa, leuauit,
Ter reuolut a toro est: oculisque errantibus, alto
Quæsiuit cœlo lucem, ingemuitque 1 reperta.
Tum Iuno omnipotens, longum miserata dolorē,
Difficilésque obitus, Irim demisit olympo,
Quæ luctantem animam nexosque resolueret artus.
Nam, quia nec fato merita nec morte peribat,
Sed misera ante diem, subitóque accensa furore:
Nondum illi flauum Proserpina vertice crinem

1 al. repertam.

Abstule-

Astulerat, Stygioque caput damnauerat Orco.
Ergo Iris croceis per cœlum roscida pennis,
Mille trahens varios aduerso sole colores
Deuolat: & supra caput astitit, Hunc ego Diti
Sacrum iussa fero: teque isto corpore soluo.
Sic ait, & dextra crinem secat: omnis & vnà
Dilapsus calor, atque in ventos vita recessit.

P. VIRGILII MARONIS
ÆNEIDOS
LIBER V.

MODESTINI IVRISCONSVLTI ARGVMENTVM.

Nauigat Æneas, Siculas defertur ad oras.
Hic manes celebrat patrios, vnà hospes Acestes:
Ludos ad tumulum faciunt, certamina ponunt.
Prodigium est cunctis ardens 1 delapsa sagitta.
Iris, anum Beroen habitu mentita senili,
Incendit 2 naues, subitus quas vindicat imber.
In somnis pater Anchises, quæ bella gerenda,
Quóque duce ad manes possit descendere, 3 monstrat,
Transcribit matres 4 vrbi, populúmque volentem:
Et 5 placidum Æneas Palinurum quærit in vndis.

1 al. allapsa. 2 al. nauis. 3 al. narrat. 4 al. orbis. 5 al. placita.

ALIVD INCERTI AVTORIS ARGVMENTVM.

In Siculas iterum terras fortuna reducit
Æneam: tumulóque patris persoluit honorem.
Tum cogit naues incendere Troadas Iris.
Troes ibi linquunt socios. Venus anxia placat
Neptunum, Somnus Palinurum mergit in vndis.

ALIVD, MONOSTICHON.

Quintus habet ludos, & classem corripit ignis.

ALIVD.

Manibus ad tumulum quinto celebrantur honores.

INTERE A medium Æneas iam classe tenebat
Certus iter, fluctúsque atros aquilone secabat:
Mœnia respiciens, quæ iam infelicis Elisæ
Collucent flammis. quæ tantũ accenderit ignem
Causa latet: duri magno sed amore dolores
Polluto, notúmque, furens quid fœmina possit,
Triste per augurium Teucrorũ pectora ducunt.
Vt pelagus tenuêre rates. nec iam amplius vlla
Occurrit tellus, 1 cœlũ vndique & vndiq; põtus:
Olli cæruleus supra caput astitit imber,
Noctem hyemémque ferens: & inhorruit vnda tenebris.
Ipse gubernator puppi Palinurus ab alta,
Heu 2 quianã tãti cinxerunt æthera nimbi? (tus
Quidue pater Neptune paras? Sic deinde loquu-
Colligere arma iubet, validisq; incumbere remis.
Obliquátque sinus in ventum: ac talia fatur,

1 al. maria vndiq. & vndique cœlũ
2 al. qui nã.

Magnanime Ænea, non, si mihi Iuppiter autor
Spondeat, hoc sperem Italiam contingere cœlo.
Mutati transuersa fremunt & vespere ab atro
Consurgunt venti: atque in nubem cogitur aer.
Nec nos obniti contrà, neque tendere tantum
Sufficimus. superat quoniã fortuna, sequamur:
Quóque vocat, vertamus iter. nec littora longè
Fida reor fraterna Erycis, portúsque Sicanos:
Si modò rite memor seruata remetior astra.
Tum pius Aeneas, Equidem sic poscere ventos
Iamdudum, & frustra cerno te tendere contrà.
1 Flecte viam velis. an sit mihi gratior vlla,
Quóque magis fessas optem dimittere naues,
Quàm qua Dardanium tellus mihi seruat Aceſtem,
Et patris Anchisæ gremio complectitur ossa?
Hæc vbi dicta, petunt portus, & vela secundi
Intendunt zephyri: fertur cita gurgite classis,
Et tandem læti notæ aduertuntur arenæ.
At procul excelso miratus vertice montis

1 al. tendit iter velis.

Aduentum, sociáſque rates, occurrit Aceſtes,
Horridus, in iaculis, & pelle Libyſtidis vrſæ:
Troia 1 Criniſo conceptum flumine mater
Quem genuit, veterũ non immemor ille parentũ,
Gratatur reduces, & gaza lætus agreſti
Excipit, ac ſeſſos opibus ſolatur amicis.
Poſtera quum primo ſtellas oriente fugarat
Clara dies, ſocios in cœtum littore ab omni
Aduocat Aeneas: tumulique ex aggere fatur,
Dardanidæ magni, genus alto à ſanguine diuum,
Annuus exactis completur menſibus orbis,
Ex quo reliquias diuinique oſſa parentis
Condidimus terra, mœſtaſq; ſacrauimus aras.
Iámque dies (ni fallor) adeſt, quem ſemper acerbum
Semper honoratum (ſic dij voluiſtis) habebo.
Hunc ego Gætulis agerem ſi Syrtibus exul,
Argolicóue mari deprenſus, & vrbe 2 Mycenæ:
Annua vota tamen, ſolennesq; ordine pompas
Exequerer, ſtruerémque ſuis altaria donis,
Nũc vltrò ad cineres ipſius & oſſa parẽtis (uúm)
(Haud equidẽ ſine mente reor, ſine numine di-
Adſumus: & portus delati intramus amicos.
Ergo agite, & cunctí lætum celebremus honorem,
Poſcamus ventos, atq; hæc mea ſacra quotannis
Vrbe velit poſita templis ſibi ferre dicatis.
Bina boum vobis Troia generatus Aceſtes
Dat numero capita in naues, adhibete Penates
Et patrios epulis, & quos colit hoſpes Aceſtes.
Præterea, ſi nona diem mortalibus almum
Aurora extulerit, radiiſque retexerit orbem:
Prima citæ Teucris ponam certamina claſſis.
Quique pedũ curſu valet, & qui viribus audax:
Aut iaculo incedit melior leuibúſue ſagittis:
Seu crudo fidit pugnam committere cæſtu:
Cũcti adſint, meritæq; expectent præmia palmæ.
Ore fauete omnes, & cingite tempora ramis.
Sic fatus, velat materna tempora myrto:
Hoc Helymus facit, hoc æui maturus Aceſtes,
Hoc puer Aſcanius: ſequitur quos cætera pubes.
Ille è concilio multis cum millibus ibat
Ad tumulũ, magna medius comitante caterua.
Hic duo ritè mero libans carcheſia Baccho
Fũdit humi: duo lacte nouo, duo ſanguine ſacro.
Purpureoſq; iacit flores: ac talia fatur,
Salue ſancte parens iterum, ſaluete recepti
Nequicquam cineres, animæq; vmbræq; paternæ.
Non licuit fines Italos, fatalíque arua,
Nec tecum Auſonium (quicunque eſt) quærere Tybrim.
Dixerat hæc, adytis quũ lubricus anguis ab imis
Septem ingens gyros, ſeptena volumina traxit,
Amplexus placidè tumulum, lapſuſq; per aras:
Cæruleæ cui terga notæ, maculoſus & auro
Squamam incendebat fulgor, ceu nubibus arcus
Mille trahit varios aduerſo ſole colores.
Obſtupuit viſu Aeneas: ille agmine longo
Tandem inter pateras & lauia pocula ſerpens,
Libauitq; dapes, rurſuſq; innoxius imo
Succeſſit tumulo, & depaſta altaria liquit.
Hoc magis inceptos genitori inſtaurat honores,
Incertus geniúmne loci famulúmne parentis
Eſſe putet, cædit quinas de more bidentes,
Totque ſues totidem nigrantes terga iuuencos.
Vinaque fundebat pateris: animamq; vocabat
Anchiſæ magni, manéſque Acheronte remiſſos.
Necnon & ſocij, quæ cuique eſt copia, læti
Dona ferunt: onerantq; aras, mactátq; iuuencos.
Ordine ahena locant alij, fuſiq; per herbam
Subijciunt veribus prunas, & viſcera torrent.
Expectata dies aderat, nonámque ſerena
Auroram Phaethontis equi iam luce vehebant.
Famáque finitimos & clari nomen Aceſtæ
Excierat: læto complerant littora cœtu
Vi, uri AEneadas, pars & certare parati.
Munera principio ante oculos, circoq; locantur
In medio: ſacri tripodes, viridéſque coronæ,
Et palmæ pretium victoribus: armáque, & oſtro
Perfuſa veſtes: argenti aurique talenta:
Et tuba commiſſos medio canit aggere ludos.
Primæ pares ineunt grauibus certamina remis
Quattuor ex omni delectæ claſſe carinæ,
Velocem Meneſtheus agit acri regime 1 Priſtin,
Mox Italus Mneſtheus, genus à quo nomine Memmi:
Ingentémque Gyas ingenti mole Chimæram,
Vi bis opus: triplici pubes quam Dardana verſu
Impellunt, terno conſurgunt ordine remi,
Sergeſtúſque, domus tenet à quo Sergia nomen,
Centauro inuehitur magna: Scyllaq; Cloanthus
Cærulea, genus vnde tibi Romane Cluenti.
Eſt procul in pelago ſaxum, ſpumantia contra
Littora, quod tumidis ſubmerſum tũditur olim
Fluctibus, hyberni condunt vbi ſidera Cori:
Tranquillo ſilet, immotáque attollitur vnda
Campus, & apricis ſtatio gratiſſima nergis.
Hic viridem Æneas frondenti ex ilice metam
Conſtituit ſignum nautis pater: vnde reuerti
Scirent, & longes vbi circunflectere curſus.
Tum loca ſorte legunt: ipſiq; in puppibus auro
Ductores longè effulgent oſtróque decori.
Cætera populea velatur fronde iuuentus:
Nudatóſque humeros oleo perfuſa niteſcit.
Conſidunt tranſtris, & intentáque brachia remis
Intenti expectant ſignum: exultãtíque haurit
Corda pauor pulſans, laudumq; arrecta cupido.
Inde vbi clara dedit ſonitũ tuba, finibus omnes,
(Haud mora) proſiluère ſuis: ferit æthera clamor
Nauticus, adductis ſpumãt freta verſa lacertis.
Inſindunt pariter ſulcos, totúmque dehiſcit
Conuulſum remis roſtriſq; 3 ſtridentibus æquor.
Non tam præcipites bijugo certamine campum
Corripuère, ruúntque effuſi carcere currus:
Nec ſic immiſſis aurigæ vndantia lora
Concuſſere iugis, pronique in verbera pendent.
Tum plauſu fremitúq; virũm, ſtudiiſq; fauentũ

1 Crimini 2 al. Mycenis
1 al. piſtrin.
2 al. nudatáque
3 al. ridentibus.

Conſonat

Consonat omne nemus: vocemq; inclusa volutãt
Littora, pulsati colles clamore resultant.
Effugit ante [1] alios, [2] primusq; elabitur vndis
Turbam inter fremitumque Gyas: quem deinde Cloanthus
Consequitur, melior remis: sed pondere pinus
Tarda tenet. post hos æquo discrimine Pristis
Centaurusq; locum tendunt superare priorem:
Et nunc Pristis [3] abit, nunc victã præterit ingens
Centaurus: nunc vnà amba iunctiq; feruntur
Frontibus, & longe sulcant vada salsa carinæ.
Iamque propinquabant scopulo, metámque tenebant,
Quum princeps medioq; Gyas in gurgite victor
Rectorem nauis compellat voce Menœten,
Quò tantũ mihi dexter abis? huc dirige cursum:
Littus ama, & lævas stringat sine palmula cautes:
Altum alij teneant. Dixit: sed cæca Menœtes
Saxa timens, proram pelagi detorquet ad vndas.
Quò diuersus abis? iterum. Pete saxa Menœte,
Cum clamore Gyas reuocabat: & ecce Cloanthũ
Respicit instantem tergo, & propiora tenentem.
Ille inter nauemq; Gyæ scopulosq; sonantes
Radit iter lævum interior, [4] subituq; priorem
Præterit, & metis tenet æquora tuta relictis.
Tum verò exarsit iuueni dolor ossibus ingens,
Nec lacrymis caruêre genæ: segnemq; Menœten,
Oblitus decoriq; sui sociumq; salutis,
In mare præcipitem puppi deturbat ab alta.
Ipse gubernaclo rector subit, ipse magister:
Hortaturq; viros, clauumq; ad littora torquet.
At grauis vt fundo vix tandem redditus imo est
Iam senior, madidaq; fluens in veste Menœtes:
Summa petit scopuli, siccaq; in rupe resedit.
Illum & labentem Teucri & risêre natantem,
Et salsos rident reuomentem pectore fluctus.
Hic læta extremis spes est accensa duobus,
Sergesto Mnestheoq;, Gyam superare morantem.
Sergestus capit ante locum, scopuloq; propinquat.
Nec totatamen ille prior præeunte carina:
Parte prior, partem rostro premit æmula Pristis.
At media socios incedens naue per ipsos
Hortatur Mnestheus, Nunc nunc insurgite remis
Hectorei socij, Troiæ quos sorte suprema
Delegi comites: nunc illas promite vires,
Nunc animos, quibus in Getulis syrtibus vsi,
Ionioq; mari, Maleæque sequacibus vndis.
Non iam prima peto Mnestheus, neq; vincere certo:
(Quanquam, ô) sed superent quibus hoc Neptune dedisti.
Extremos pudeat redijsse: hoc vincite ciues,
Et prohibete nefas. Olli certamine summo
Procumbunt: vastis tremit ictibus æra puppis.
Subtrahiturq; solum. tum creber anhelitus artus
Aridaq; ora quatit: sudor fluit vndiq; riuis.
Attulit ipse viris optatum casus honorem.

1 al. oculos. 2 al. primisque 3 al habet. 4 al. subitò.

Nanque furens [1] animi dum proram ad saxa suburget
Interior, spatioq; subit Sergestus iniquo,
Infelix saxis in procurrentibus hæsit.
Concussæ cautes, & acuto in murice remi
Obnoxi crepuêre, illisaq; prora pependit.
Consurgunt nautæ, & magno clamore morantur
Ferrataq; [2] sudes & acuta cuspide contos
Expediunt, fractosq; legunt in gurgite remos.
At lætus Mnestheus, successuq; acrior ipso,
Agmine remorum celeri, ventisq; vocatis
Prona petit maria, & pelago decurrit aperto.
Qualis spelunca subito commota columba,
Cui domus & dulces latebroso in pumice nidi,
Fertur in arua volans, plausúmque exterrita pennis
Dat tecto ingentem: mox aere lapsa quieto,
Radit iter liquidum, celeres neque commouet alas:
Sic Mnestheus, sic ipsa fuga secat vltima Pristis
Æquora, sic illam fert impetus ipse volantem.
Et primùm in scopulo luctantem deserit alto
Sergestum, breuibúsque vadis: frustráque vocantem
Auxilia, & fractis discentem currere remis.
Inde Gyan, ipsamq; ingenti mole Chimæram
Consequitur: cedit, quoniã spoliata magistro est.
Solus iamq; ipso superest in fine Cloanthus,
Quem petit, & summis adnixus viribus vrget.
Tum verò ingeminat clamor, cunctiq; sequentem
Instigant studijs: resonat clamoribus æther.
Hi, proprium decus & partum indignantur honorem
Ni teneant, vitamq; volunt pro laude pacisci:
Hos successus alit: possunt, quia posse videntur.
Et fors æquatis cepisset præmia rostris,
Ni palmas ponto tendens vtrasq; Cloanthus,
Fudisset q; preces, diuosq; in vota vocasset:
Dij, quibus imperium pelagi, quorum æquora curro,
Vobis lætus ego hoc candentem in littore taurum
Constituam ante aras, voti reus: extaq; salsos
Porriciam in fluctus, & vina liquentia fundam.
Dixit: eumq; imis sub fluctibus audiit omnis
Nereidum Phorciq; chorus, Panopæaq; virgo,
Et pater ipse manu magna Portunus euntem
Impulit: illa Noto citius volucriq; sagitta
Ad terram fugit, & portu se condidit alto.
Tum satus Anchisa, cunctis ex more vocatis,
Victorem magna præconis voce Cloanthum
Declarat, viridiq; aduelat tempora lauro:
Muneraq; in naues, ternos aptare iuuencos,
Vinaq; & argenti magnum dat ferre talentum.
Ipsis præcipuos ductoribus addit honores:
Victori chlamydem auratam, quã plurima circũ
Purpura Mæandro duplici Meliboea cucurrit:
Intextusq; puer frondosa regius Ida
Veloces iaculo ceruos cursuq; fatigat,
Acer, anhelanti similis. quem præpes ab Ida

1 al. animis 2 al. trabes.

Sublimem pedibus rapuit Iouis armiger vncis.
Longæui palmas nequicquam ad sidera tendunt
Custodes: sæuitq; canum latratus in auras
At, qui deinde locum tenuit virtute secundum,
Leuibus huic hamis consertam, auroq; trilicem
Loricam (quam Demoleo detraxerat ipse
Victor, apud rapidum Simoenta, sub Ilio alto)
Donat habere viro, decus & tutamen in armis.
Vix illam famuli Phegeus Sagarisq; ferebant,
Multiplicem, connixi humeris: indutus at olim
Demoleus, cursu palantes Troas agebat.
Tertia dona facit, geminos ex ære lebetas,
Cymbiaq; argento perfecta, atq; aspera signis.
Iamq; adeò donati omnes opibusq; superbi,
Puniceis ibant euincti tempora tæniis:
Quum sæuo è scopulo multa vix arte reuulsus,
Amissis remis, atque ordine debilis vno,
Irrisam sine honore ratem Sergestus agebat.
Qualis sæpe via deprensus in aggere serpens,
Ærea què obliquum rota transiit, aut grauis ictu
Seminecem liquit saxo lacerumq; viator:
Nequicquam longos fugiens dat corpore tortus:
Parte ferox, ardensq; oculis & sibila colla
Arduus attollens: pars vulnere clauda retentat
Nexantem nodos, seq; in sua membra plicantem.
Tali remigio nauis se tarda mouebat:
Vela facit tamen, & plenis subit ostia velis.
Sergestum Æneas promisso munere donat,
Seruatam ob nauem lætus, socioq; reductos.
Olli serua datur, operum haud ignara Minervæ,
Cressa genus, Pholoe, geminiq; sub vbere nati.
Hoc pius Æneas misso certamine, tendit
Gramineũ in campum, què collibus vndiq; curuis
Cingebant syluæ: mediaq; in valle, theatri
Circus erat, quò se multis cum millibus heros
Consessu medium tulit, extructoq; resedit.
Hic, qui forte velint rapido contendere cursu,
Inuitat pretiis animos, & præmia ponit.
Vndique conueniunt Teucri, mistiq; Sicani:
Nisus & Euryalus, primi.
Euryalus, forma insignis, viridiq; iuuenta:
Nisus, amore pio pueri. quos deinde sequutus
Regius egregia Priami de stirpe Diores.
Hunc Salius simul & Patron: quorum alter, Acarnam,
Alter ab Arcadia, Tegeæ de sanguine gentis.
Tum duo Trinacrij iuuenes, Helymus, Panopésque,
Assueti syluis, comites senioris Acestæ.
Multi præterea, quos fama obscura recondit,
Æneas quibus in mediis sic deinde loquutus,
Accipite hæc animis, lætasq; aduertite mentes:
Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit.
Gnosia bina dabo leuato lucida ferro
Spicula, cælatamq; argento ferre bipennem.
Omnibus hic erit vnus honos: tres præmia primi
Accipient, flauaq; caput nectentur oliua.
Primus equum phaleris insignem victor habeto:
Alter Amazoniam pharetram, plenamq; sagittis
Thræciis: lato quam circum amplectitur auro
Balteus, & tereti subnectit fibula gemma.
Tertius Argolica hac galea contentus abito.
Hæc vbi dicta. locum capiunt: signoq; repente
Corripiunt spatia audito: limenque relinquunt
Effusi nimbo similes: simul vltima signant.
Primus abit, longeq; ante omnia corpora Nisus
Emicat, & ventis & fulminis ocyor alis.
Proximus huic, longo sed proximus interuallo,
Insequitur Salius: spatio post deinde relicto
Tertius Euryalus.
Euryaliq; Helymus sequitur: quo deinde sub ipso
Ecce volat calcemq; terit iam calce Diores,
Incumbès humeris: spatia & si plura supersint,
Transeat elapsus prior, ambiguumq; relinquat.
Iamq; ferè spatio extremo fessiq; sub ipsum
Finem aduentabant, leui quum sanguine Nisus
Labitur infelix, cæsis vt fortè iuuencis
Fusus humũ, viridesq; super madefecerat herbas.
Hic iuuenis iam victor ouans, vestigia presso
Haud tenuit titubata solo, sed pronus in ipso
Concidit immundoq; simo sacroque cruore.
Non tamen Euryali, non ille oblitus amorum:
Nam sese opposuit Salio, per lubrica surgens:
Ille autem spissa iacuit reuolutus arena.
Emicat Euryalus, & munere victor amici,
Prima tenet, plausuque volat fremituque secundo.
Pòst Helymus subit, & nũc tertia palma Diores.
Hic totum caueæ consessum ingentis, & ora
Prima patriũ magnis Salius clamoribus implet,
Ereptumq; dolo reddi sibi poscit honorem.
Tutatur fauor Euryalum, lacrymaq; decoræ,
Gratior & pulcro veniens in corpore virtus
Adiuuat, & magna proclamat voce Diores:
Qui subiit palmæ frustraq; ad præmia venit
Vltima, si primi Salio redduntur honores.
Tum pater Æneas, Vestra, inquit, munera vobis
Certa manent, pueri, & palmam mouet ordine nemo:
Me liceat casum miserari insontis amici.
Sic fatus, tergum Gætuli immane leonis
Dat Salio, villis onerosũ atq; vnguibus aureis.
Hic Nisus, Si tanta, inquit, sunt præmia victis,
Et te lapsorum miseret: quæ munera Niso
Digna dabis, primam merui qui laude coronam,
Ni me, quæ Salium, fortuna inimica tulisset?
Et simul his dictis faciem ostentabat, & vdo
Turpia membra fimo. risit pater optimus olli:
Et clypeum efferri iussit, 4 Didymaonis artes,
Neptuni sacro Danais de poste refixum.
Hoc iuuenem egregium præstanti munere donat.
Pòst vbi confecti cursus & dona peregit:
Nunc sicui virtus, animusq; in pectore præsens
Adsit, & euinctis attollat brachia palmis.
Sic ait, & geminum pugnæ proponit honorem:
Victori velatum auro vittisq; iuuencum:
Ensem, atque insignem galeam, solatia victo.

1 al. demoleos. 2 al. perfecto. 3 al. tænu.
1 al. circumplectitur. 2 al. humero.
3 al. casus. 4 al. Didymæonis.

Nec

Nec mora, continuò vastis cum viribus effert
Ora Dares, magnoq; virûm se murmure tollit:
Solus qui Paridem solitus contendere contra:
Idémq; ad tumulũ quo maximus occubat Hector:
Victorem Buten immani corpore (qui se
Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat)
Perculit, & fulua moribundum extendit arena.
Talis prima Dares caput altum in prælia tollit:
Ostenditq; humeros latos, alternaq; iactat
Brachia protendens, & verberat ictibus auras.
Quæritur huic alius: nec quisquã ex agmine tãto
Audet adire virũ, manibusq; inducere cæstus.
Ergo alacris, cunctosq; putans excedere [1] palma,
Æneæ stetit ante pedes: nec plura moratus,
Tum læua taurum cornu tenet: atque ita fatur.
Nate dea, si nemo audet se credere pugnæ:
Quæ finis standi? quò me decet vsque teneri?
Ducere dona iube. Cuncti simul ore fremebant
Dardanidæ, reddique viro promissa iubebant.
Hic grauis Entellum dictis castigat Acestes,
Proximus vt viridante toro consederat herbæ.
Entelle, heroum quondam fortissime frustra,
Tantáne tam patiens nullo certamine tolli
Dona sines? vbi nunc nobis deus ille, magister
Nequicquam memoratus Eryx? vbi fama per omnem
Trinacriam, & spolia illa tuis pendentia tectis?
Ille sub hæc, Non laudis amor, nec gloria cessit
Pulsa metu: sed enim gelidus tardante senecta
Sanguis hebet, frigentq; effetæ in corpore vires.
Si mihi, quæ quõdam fuerat, quaq; improbus iste
Exultat fidens: si nunc foret illa iuuenta:
Haud equidem pretio inductus pulchroq; iuuenco
Venissem: nec dona moror. Sic deinde locutus,
In medium geminos immani pondere cæstus
Proiecit: quibus acer Eryx in prælia suetus
Ferre manum, duroq; intendere brachia tergo,
Obstupuère animi: tantorum ingentia septem
Terga boum plumbo insuto ferróque rigebant.
Ante omnes stupet ipse Dares, longéque recusat:
Magnanimusq; Anchisiades, & pondus, & ipsa
Huc illuc vinctorum immensa volumina versat:
Tum senior tales referebat pectore voces,
Quid si quis cæstus ipsius & Herculis arma
Vidisset, tristemq; hoc ipso in littore pugnam?
Hæc germanus Eryx quõdã tuus arma gerebat:
Sanguine cernis adhuc sparsoq; infecta cerebro:
His magnum Alciden cõtra stetit: his ego suetus,
Dum melior vires sanguis dabat, æmula necdum
Temporibus geminis canebat sparsa senectus.
Sed si nostra Dares hæc Troius arma recusat,
Idque pio sedet Æneæ, probat autor Acestes:
Æquemus pugnas. Erycis tibi terga remitto:
Solue metus: & tu Troianos exue cæstus.
Hæc fatus, duplicem ex humeris [1] deiecit amictũ:
Et magnos membrorum artus, magna ossa lacertósque
Exuit, atque ingens media consistit arena.
Tum satus Anchisa cæstus pater extulit æquos,

[1] al. pugna. [2] al. Reiecit.

Et paribus palmas amborum innexuit armis.
Constitit in digitos extemplo arrectus vterque,
Brachiáque ad superas interritus extulit auras.
Abduxêre retro longè capita ardua ab ictu:
Immiscéntque manus manibus, pugnamq; lacessunt.
Ille, pedum melior motu, fretúsque iuuenta:
Hic, membris & mole valens: sed tarda trementi
Genua labãt, vastos quatit æger anhelitus artus.
Multa viri nequicquã inter se vulnera iactant,
Multa cauo lateri ingeminãt, & pectore vastos
Dant sonitus: erratq; aures & tempora circum
Crebra manus, duro crepitãt sub vulnere malæ.
Stat grauis Entellus, nisúque immotus eodem,
Corpore tela modo atque oculis vigilãtibus exit.
Ille, velut celsam oppugnat qui molibus vrbem,
Aut montana sedet circum castella sub armis:
Nunc hos, nunc illos aditus, omnemq; pererrat
Arte locum, & variis assultibus irritus vrget.
Ostendit dextram insurgens Entellus, & altè
Extulit: ille ictum venientem à vertice velox
Præuidit, celerique elapsus corpore cessit.
Entellus vires in ventum effudit, & vltro
Ipse grauis grauitérque ad terram põdere vasto
Concidit: vt quondam caua concidit, aut Erymantho,
Aut Ida in magna radicibus eruta pinus.
Consurgunt studiis Teucri & Trinacria pubes:
It clamor cælo: primúsque accurrit Acestes,
Æquæuumq; ab humo miserans attollit amicũ.
At non tardatus casu neque territus heros,
Acrior ad pugnam redit, [1] & vim suscitat ira.
Tum pudor incendit vires, & conscia virtus:
Præcipitemq; Daren ardens agit æquore toto,
Nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille sinistra.
Nec mora, nec requies. quã multa grãdine nimbi
Culminibus crepitant, sic densis ictibus heros
Creber vtraque manu pulsat versatq; Dareta.
Tum pater Æneas, procedere longius iras,
Et sæuire animis Entellum haud passus acerbis:
Sed finem imposuit pugnæ: fessumq; Dareta
Eripuit, mulcens dictis: ac talia fatur,
Infelix, quæ tanta animum dementia cepit?
Non vires alias conuersaq; numina sentis?
Cede Deo. Dixitque, & prælia voce diremit.
Ast illum fidi æquales, genua ægra trahentem,
[2] Iactantémq; vtroq; caput, crassumq; cruorem
Ore [3] reiectantem, mistosq; in sanguine dentes,
Ducunt ad naues: galeamq; ensemq; vocati
Accipiunt, palmam Entello taurumq; relinquũt.
Hic victor, superans animis, tauroq; superbus,
Nate dea, vosq; hæc inquit, cognoscite Teucri:
Et mihi quæ fuerint [4] iuuenili in corpore vires,
Et qua seruetis reuocatum à morte Dareta.
Dixit, & aduersi contra stetit ora iuuenci,
Qui donum astabat pugnæ: duróque reducta
Librauit dextra media inter cornua cæstus,
Arduus, effractóque [5] illisit in ossa cerebro

[1] al. ac [2] al. Quassantem. [3] al. eiectantem.
[4] al. iuuenali. [5] al. illisit ossa.

Sternitur, exanimisq; tremens procũbit humi bos.
Ille super tales effudit pectore voces,
Hanc tibi Eryx meliorem animam pro morte Daretis
Persoluo: hic victor cæstus artemq; repono.
Protinus Æneas celeri certare sagitta
Inuitat qui forte velint, & præmia ponit:
Ingentiq; manu malum de naue Serestí
Erigit: & volucrem traiecto in sune columbam,
Quò tendant ferrum, malo suspendit ab alto.
Conuenêre viri: deiectámque ærea sortem
Accepit galea: & primus clamore secundo
Hyrtacidæ ante omnes exit locus Hippocoontis.
Quẽ modo nauali Mnestheus certamine victor
Consequitur, viridi Mnestheus euinctus oliua.
Tertius Eurytion, tuus ô clarissime frater,
Pandare: qui quondam iussus confundere fœdus,
In medios telum torsisti primus Achiuos.
Extremus galeaq; ima subsedit Acestes,
Ausus & ipse manu iuuenum tentare laborem.
Tum validis flexos incuruant viribus arcus
Pro se quisque viri, & depromunt tela pharetris:
Primáque per cœlum neruo strídente sagitta
Hyrtacidæ iuuenis volucres diuerberat [1] auras:
Et venit, aduersiq; infigitur arbore mali.
Intremuit malus: timuitque exterrita pennis
Ales, & ingenti sonuerunt omnia plausu.
Pòst acer Mnestheus adducto constitit arcu,
Alta petens, paritérque oculos telúmq; tetendit.
Ast ipsam miserandus auem contingere ferro
Non valuit: nodos & vincula linea rupit,
Queis innexa pedem malo pendebat ab alto.
Illa notos atque [2] atra volans in nubila fugit.
Tum rapidus iamdudum arcu contenta parato
Tela tenens, fratrem Eurytion in vota vocauit.
Iam vacuo lætam cœlo speculatus, & alis
Plaudentem nigra figit sub nube columbam.
Decidit exanimis, vitamq; reliquit in astris
Aërijs: fixamq; refert delapsa sagittam.
Amissa solus palma superabat Acestes:
Quí tamen ætherias telum contorsit in auras,
Ostentans artem pariter arcumq; sonantem.
Hic oculis subitò obijcitur magnoq; futurum
Augurio monstrum docuit post exitus ingens:
Seraq; terrifici cecinerunt omina vates,
Nanque volans liquidis in nubibus arsit arundo,
Signauitq; viam flammis, tenuesq; recessit
Consumpta in ventos: cœlo ceu sæpe refixa
Transcurrunt crinemq; volantia sidera ducunt.
Attonitis hæsere animis, superosq; precati
Trinacrij Teucriq; viri. nec maximus omen
Abnuit Æneas: sed lætum amplexus Acesten
Muneribus cumulat magnis, ac talia fatur,
[3] Sume pater (nam te voluit rex magnus olympi
Talibus auspicijs exortum ducere [4] honorem)
Ipsius Anchisæ longæui hoc munus habebis:
Cratera impressum signis, quem Thracius olim
Anchisæ genitori in magno munere Cisseus

1 al. alas. 2 al. alta. 3 al. summe.
4 al. honora.

Ferre sui dederat monimẽtum & pignus amoris.
Sic fatus, cingit viridanti tempora lauro,
Et primum ante omnes victorẽ appellat Acesten.
Nec bonus Eurytion prælato inuidit honori,
Quanuis solus auem cœlo deiecit ab alto.
Proximus ingreditur donis, qui vincula rupit:
Extremus, volucri qui fixit arundine malum.
At pater Æneas, nondum certamine misso,
Custodem ad sese comitémque impubis Iuli
[1] Epytiden vocat, & fidam sic fatur ad aurem,
Vade age: & Ascanio, si iam puerile paratum
Agmen habet secum, cursusq; instruxit equorũ:
Ducat auo turmas, & sese ostendat in armis.
[2] Dic, ait: ipse omnem longo decedere circo
Infusum populum, & campos iubet esse patentes.
Incedunt pueri, pariterq; ante ora parentum
Frænatis lucent in equis. quos omnis euntes
Trinacriæ mirata fremit Troiaq; iuuentus,
Omnibus in morem tonsa coma pressa corona:
Cornea bina ferunt [3] præfixa hastilia ferro,
Pars leues humero pharetras: [4] it pectore summo
Flexilis [5] obtorti per collum [6] circulus auri.
Tres equitum numero turmæ, ternique vagãtur
Ductores: pueri bissẽni quenque sequuti,
Agmine partito fulgent, paribusq; magistris.
Vna acies iuuenum, ducit quã paruus ouantem
(Nomen aui referens) Priamus, tua clara Polite
Progenies, auctura Italos: quem Thracius albis
Portat equus bicolor maculis: vestigia primi
Alba pedis, frontemq; ostentans arduus albam.
Alter, Atys: genus vnde [7] Atyi duxêre Latini:
Paruus Atys, pueroq; puer dilectus Iulo.
Extremus formaq; ante omnes pulcher Iulus
Sidonio est inuectus equo: quem candida Dido
Esse sui dedederat [8] monimentũ & pignus amoris.
Cætera 9 Trinacrijs pubes senioris Acestæ
Fertur equis.
Excipiunt plausu pauidos, gaudentq; tuentes
Dardanidæ, veterumq; agnoscunt ora parentum.
Postquã omnem læti consessum oculosq; suorum
Lustrauêre in equis: signum clamore paratis
Epytides longè dedit, insonuitq; flagello.
Olli discurrêre pares, atque agmina terni
Diductis soluêre choris: rursusq; vocati
Conuertêre vias, infestaq; tela tulêre.
Inde alios ineunt cursus, aliosq; recursus,
Aduersis spatijs, alternosq; orbibus orbes
Impediunt: pugnæq; cient simulacra sub armis.
Et nunc terga fugæ nudant, nũc spicula vertunt
Infensi: facta pariter nunc pace feruntur.
Vt quõdam Creta fretum Labyrinthus in alta
Parietibus textum cæcis iter, ancipitemq;
Mille viis habuisse dolum, quà signa sequendi
Falleret indeprensus & irremeabilis error:
Haud aliter Teucrûm nati vestigia cursu
Impediunt, texúntque fugas & prælia ludo:

1 al. æpitiden. 2 al. sic 3 al. præfixo.
4 al. &. 5 al. oborti. 6 al. & circulus.
7 al Atti. 8 al. monumentum.
8 al. Trinacriæ.

Del-

Delphinum similes, qui per maria humida nãdo
Carpathiũ Libycumq; secant, ludũtq; per vndas.
Hũc morẽ, hos cursus, atq; hæc certamina primus
Ascanius longam muris quum cingeret Albam,
Rettulit, & priscos docuit celebrare Latinos:
Quo puer ipse modo, secum quo Troia pubes,
Albani docuêre suos. hinc maxima porrò
Accepit Roma, & patrium seruauit honorem.
Troiaq; nunc, pueri, Troianum dicitur agmen.
Hac celebrata tenus sancto certamina patri.
Hic primùm fortuna fidem mutata nouauit.
Dum variis tumulo referunt solennia ludis,
Irim de cœlo misit Saturnia Iuno
Iliacam ad classem: ventosq; aspirat eunti.
Multa mouẽs, necdum antiquũ saturata dolorẽ.
Illa viam celerans per mille coloribus arcum
Nulli visa, cito decurrit tramite virgo.
Conspicit ingentem concursum: & littora lustrãs,
Desertosq; videt portus, classemq; relictam.
At procul in sola secreta Troades acta
Amissum Anchisen flebant: cunctæq; profundum
Pontum aspectabant flentes, Heu, tot vada fessis
Et tantum superesse maris. vox omnibus vna.
Vrbem orant, tædet pelagi perferre laborem.
Ergo inter medias sese hæud ignara nocendi
Coniicit, & faciemq; deæ vestemq; reponit.
Fit Beroe, Ismarij coniux longæua Doryclí,
Cui genus & quondam nomen natiq; fuissent:
Ac sic Dardanidũm mediam se matribus infert:
O miseræ, quas non manus (inquit) Achaica bello
Traxerit ad lethum patriæ sub mœnibus: ó gens
Infelix, cui te exitio fortuna reseruat?
Septima post Troiæ excidium iam vertitur æstas,
Quũ freta, quum terras omnes, tot inhospita saxa
Sideraq; emensæ ferimur: dũ per mare magnum
Italiam sequimur fugiẽtem & voluimur vndis.
Hic Erycis fines fraterni, atque hospes Acestes:
Quis prohibet muros iacere, & dare ciuibus vrbem?
O patria, & rapti nequicquam ex hoste Penates,
Nullánе iam Troiæ dicentur mœnia? nusquam
Hectoreos amnes, Xanthum & Simoenta videbo?
Quin agite, & mecum infaustas exurite puppes.
Nam mihi Cassandræ per somnum vatis imago
Ardentes dare visa faces. Hic quærite Troiam:
Hic domus est, inquit, vobis. [1] iam tempus agi res:
Nec tantis mora prodigiis. en quattuor aræ
Neptuno: deus ipse faces animumq; ministrat.
Hæc memorans, prima infensum vi corripit ignẽ:
Sublataq; procul dextra connixa coruscat,
Et iacit. arrectæ mentes. stupefactaq; corda
Iliadum. hic vna è multis. quæ maxima natu,
Pyrgo, tot Priami natorum regia nutrix,
Non Beroe vobis, non hæc Rhœteia, matres,
Est Doryclí coniux. diuini signa decoris,
Ardentesq; notate oculos: qui spiritus illi,
Qui vultus, vociq; sonus, vel gressus eunti.
Ipsa egomet dudum Beroen digressa reliqui
Ægram, indignantem tali quòd sola careret
Munere, nec meritos Anchisæ inferret honores.
Hæc effata.
At matres primò ancipites, oculisq; malignis
Ambiguæ, spectare rates, miserum inter amorem
Præsentis terræ, fatisque vocantia regna:
Quum dea se paribus per cælum sustulit alis,
Ingentémque fuga secuit sub nubibus arcum.
Tum verò attonitæ monstris, actæq; furore,
Conclamant, rapiúntque focus penetralibus ignem:
Pars spoliant aras, frondẽ ac virgulta facésque
Conijciunt: furit immissis [1] Vulcanus habenis
Transtra per & remos, & pictas abiete puppes.
Nuntius Anchisæ ad tumulũ cuneósque theatri
Incensas perfert naues Eumelus: & ipsi
Respiciunt atram in nimbo volitare fauillam.
Primus & Ascanius, cursus vt latus equestres
Ducebat, sic acer equo turbata petiuit
Castra: nec exanimes possunt retinere magistri.
Quis furor iste nouus? quò nunc, quò tenditis (inquit)
Heu miseræ ciues? non hostem inimicáque castra
Argiuũm, vestras spes vritis. en ego vester
Ascanius. galeam ante pedes proiecit inanem.
Qua ludo indutus belli simulacra ciebat.
Accelerat simul Æneas, simul agmina Teucrûm.
Asi illæ diuersa metu per littora passim
Diffugiunt, syluásque & sicubi concaua furtim
Saxa petunt. piget incepti, lucisque: suósque
Mutatæ agnoscunt, excussáque pectore Iuno est.
Sed non idcirco flammæ atque incendia vires
Indomitas posuêre: vdo sub robore viuit
Stuppa, vomẽs tardum fumũ, lentúsque carinas
Est vapor, & toto descendit corpore pestis.
Nec vires heroum, infusáque flumina prosunt.
Tum pius Æneas humeris abscindere vestem,
Auxilióque vocare deos, & tendere palmas:
Iuppiter omnipotens, si nondum exosus ad vnum
Troianos. siquid pietas antiqua labores
Respicit humanos: da flammam euadere classi
Nunc pater, & tenues Teucrûm res eripe letho.
Vel tu quod superest, infesto fulmine morti,
Si mereor, demitte, tuáque hic obrue dextra.
Vix hæc ediderat, quum effusis imbribus atra
Tempestas sine more furit, tonitruq; tremiscunt
Ardua terrarum, & campi: ruit æthere toto
Turbidus imber aqua, densisq; nigerrimus austris:
Implenturq; super puppes, semusta madescunt
Robora: restinctus donec vapor omnis, & omnes,
Quattuor amissis, seruatæ à peste carinæ.
At pater Æneas casu concussus acerbo,
Nunc huc ingentes nunc illuc pectore curas
Mutabat: [2] versans, Siculisne resideret aruis,
Oblitus fatorum, Italásne capesseret oras.
Tum senior Nautes, vnum Tritonia Pallas
Quem docuit, multáq; insignem reddidit arte:

1 al. nunc.

1 al. Volcanus.
2 al. dubius.

Hæc responsa dabat, vel quæ portenderet ira
Magna deûm, vel quæ fatorum posceret ordo.
Isque his Æneam solatus vocibus infit,
Nate dea, quò fata trahunt retrahuntq; , sequamur: (do est.
Quicquid erit , superanda omnis fortuna ferendo
Est tibi Dardanius diuinæ stirpis Acestes:
Hunc cape consiliis socium , & coniunge volentē:
Huic trade, amissis superāt qui nauibus , & quos
Pertæsum magni incepti rerúmque tuarum est:
Longæuósque senes, ac fessas æquore matres, (est,
Et quicquid tecū inualidum , metuénsque pericli
Delige: & his habeant terris sine mœnia fessi.
Vrbem appellabunt 1 permisso nomine Acestam.
Talibus incensus dictis senioris amici:
Tum verò in curas 2 animu diducitur omnes.
Et nox atra polum bigis subuecta tenebat:
Visa dehinc cœlo facies delapsa parentis
Anchisæ, subitò tales effundere voces,
Nate, mihi vita quondam (dum vita manebat)
Chare magis, nate Iliacis exercite fatis:
Imperio Iouis huc venio, qui classibus ignem
Depulit, & cœlo tandem miseratus ab alto est.
Consiliis pare, quæ nunc pulcherrima Nautes
Dat senior: lectos iuuenes, fortissima corda,
Defer in Italiam. gens dura, atque aspera cultu,
Debellanda tibi Latio est, Ditis tamen antè
Infernas accede domos: & Auerna per alta
3 Congressus pete nate meos. non me impia nāque
Tartara habent tristésq; vmbræ: sed amœna pio-
Concilia Elysiúmq; colo. huc casta Sibylla (rum
Nigrarum multo pecudum te sanguine ducet.
Tum genus omne tuum , & quæ dentur mœnia, disces.
Iāq; vale. torquet medios nox humida cursus,
Et me sæuus equis Oriens afflauit anhelis.
Dixerat, & tenues fugit ceu fumus in auras.
Æneas, Quo deinde ruis? quò proripis? inquit.
Quē fugit? aut quis te nostris complexibus arcet?
Hæc memorans, cinerē & sopitos suscitat ignes,
Pergameúmq; Larem, & canæ penetralia Vestæ
Farre pio & plena supplex veneratur acerra.
Extemplo socios, primúmque accersit Acesten:
Et Iouis imperium, & chari præcepta parentis
Edocet, & quæ nunc animo sententia constet.
Haud mora consiliis: nec iussa recusat Acestes:
Transcribunt vrbi matres, populúmque volēt em
Deponunt, animos nil magnæ laudis egentes.
Ipsi transtra nouant , flammisq; ambesa reponūt
Robora nauigiis: aptant remósque rudentésque,
Exigui numero, sed bello viuida virtus.
Interea Æneas vrbem designat aratro,
Sortiturq; domos: hoc, Ilium, & hæc loca, Troiæ
Esse iubet. gaudet regno Troianus Acestes:
Indicitque forum, & patribus dat iura vocatis.
4 Tunc vicina astris Erycino in vertice sedes
Fundatur Veneri Idaliæ: tumulóque sacerdos
Et lucus latè sacer additur Anchiseo.

1 al. promisso. 2 al. animus alij animo.
3 al. amplexus. 4 al. Tum.

Iámque dies epulata nouem gens omnis, & aris
Factus honos placidi strauerunt æquora venti,
Creber & aspirans rursus vocat Auster in altū.
Exoritur procurua ingens per littora fletus:
Complexi inter se noctémque diémque morātur.
Ipsæ iam matres, ipsi, quibus aspera quondam
Visa maris facies, & non tolerabile numen,
Ire volunt, omnémque fugæ perferre laborem.
Quos bonus Æneas dictis solatur amicis.
Et consanguineo lacrymans commendat Acestæ.
Tres Eryci vitulos, & tempestatibus agnam
Cædere deinde iubet, soluique ex ordine 1 funes.
Ipse caput tonsæ foliis euinctus oliuæ,
Stās procul in prora, paterā tenet, extaq; salsos
2 Porricit in fluctus, ac vina liquentia fundit.
Prosequitur surgens à puppi ventus euntes:
Certatim socij feriunt mare, & æquora verrunt.
At Venus interea Neptunum exercita curis
Alloquitur: talésque effundit pectore questus,
Iunonis grauis ira & inexaturabile pectus
Cogunt me Neptune preces descendere in omnes:
Quam nec longa dies, pietas nec mitigat vlla:
Nec Iouis imperio fatisve infracta quiescit.
Non media de gente Phrygum exedisse nefandis
Vrbem odiis satis est, pœnam traxisse per omnem
Reliquias Troiæ: cineres atque ossa peremptæ
Insequitur, causas tanti sciat illa furoris.
Ipse mihi nuper Libycis tu testis in vndis
Quam molem subitò exierit, maria omnia cœlo
Miscuit, Æolijs nequicquam freta procellis:
In regnis hoc ausa tuis.
Prò scelus, ecce etiam Troianis matribus actis
Exussit fœdè puppes: & classe subegit
Amissa socios ignotæ linquere terræ.
Quod superest, oro liceat dare tuta per vndas
Vela tibi, liceat Laurentem attingere Tybrim:
Si concessa peto, si dant ea mœnia Parcæ.
Tum Saturnius hæc domitor maris edidit alti,
Fas omne est Cytherea meis te fidere regnis,
Vnde genus ducis. merui quoque: sæpe furores
Compressi, & rabiem tantam cælique marisque.
Nec minor in terris (Xanthum Simoētáq; testor)
Æneæ mihi cura tui. quum Troia Achilles
Exanimata sequens 3 impingeret agmina muris,
Millia multa daret letho: gemerēntque repleti
Amnes: nec reperire viam, atque euoluere posset
In mare se Xanthus. Pelida tunc ego forti
Congressum Æneā, nec diis nec viribus æquis,
Nube caua eripui: cuperem quum vertere ab imo
Structa meis manibus periuræ mœnia Troiæ.
Nūc quoque mēs eadē perstat mihi, pelle timores.
Tutus quos optas portus accedet Auerni:
Vnus erit tantū, amissum quem gurgite quæret:
Vnum pro multis dabitur caput.
His vbi læta deæ permulsit pectora dictis,
Iungit equos 4 curru genitor, spumantiaq; addit
Frena feris, manibusq; omnes effūdit habenas.
Cæruleo per summa leuis volat æquora curru:

1 al. funem. 2 al. proiicit.
3 al. immitteret. 4 al. auro.

Subsidunt

Subsidunt undæ, tumidumq; sub axe tonanti
Sternitur æquor aquis: fugiũt vasto æthere nimbi.
Tum varia comitum facies: immania cete,
Et senior Glauci chorus, Inousque Palæmon,
Tritonesq; citi, Phorcique exercitus omnis.
Læua tenẽt Thetis & Melite, Panopæaq; virgo,
Nisæe, Spioq;, Thaliáque, Cymodocéque.
Hic patris Æneæ suspensam blanda vicissim
Gaudia pertentant mentem: iubet ocyus omnes
Attolli malos, intendi brachia velis.
Vnà omnes fecêre pedem: pariterq; sinistros,
Nunc dextros soluêre sinus: vnà ardua torquent
Cornua, detorquéntque: ferunt sua flamina classem.
Princeps ante omnes densum Palinurus agebat
Agmen: ad hunc alij cursum contendere iussi.
Iámque ferè mediam cœli nox humida metam
Contigerat, placida laxarant membra quiete
Sub remis fusi per dura sedilia nautæ:
Quum leuis ætheriis delapsus Somnus ab astris
Aëra dimouit tenebrosum, & dispulit vmbras,
Te Palinure petens, tibi tristia somnia portans
Insonti: puppiq; deus consedit in alta,
Phorbanti similis: fuditq; has ore loquelas,
Iaside Palinure, ferunt ipsa æquora classem:
Æquatæ spirant auræ, datur hora quieti,
Pone caput, fessosq; oculos furare labori:
Ipse ego paulisper pro te tua munera inibo.
Cui vix attollens Palinurus lumina fatur,
Méne salis placidi vultum fluctusq; quietos?
Ignorare iubes? méne huic confidere monstro?
Æneam credam quid enim fallacibus Austris.
Et cœli toties deceptus fraude sereni?
Talia dicta dabat: clauumq; affixus & hærens
Nusquam amittebat, oculosq; sub astra tenebat:
Ecce, deus ramum Lethæo rore madentem,
Vique soporatum Stygia, super vtraque quassat
Tempora: cunctantiq; natantia lumina soluit.
Vix primos inopia quies laxauerat artus,
Et superincumbens, cum puppis parte reuulsa,
Cumq; gubernaclo liquidas proiecit in vndas
Præcipitem, ac socios nequicquam sæpe vocãtem.
Ipse volans tenues se sustulit ales in auras.
Currit iter tutum non [1] secius æquore classis,
Promissisq; patris Neptuni interrita fertur.
Iamq; adeò scopulos Sirenum aduecta subibat,
Difficiles quondam, multorumq; ossibus albos:
Tum rauca assiduo longè sale saxa sonabant,
Quum pater amisso fluitantem errare magistro
Sensit: & ipse ratem nocturnis rexit in vndis,
Multa gemens, casuq; animum concussus amici.
O nimium cœlo & pelago confise sereno:
Nudus [2] in ignota Palinure iacebis arena.

1 al. *Segnius.* 2 al. *& ign.*

P. VIRGILII MARONIS
ÆNEIDOS
LIBER VI.

MODESTINI IVRISCONSVLTI ARGVMENTVM.

Cumas deinde venit: fert hinc responsa Sibyllæ.
Misenum sepelit: mons seruat nomen humati.
Ramum etiam, ante deum placato numine, portat:
Et vates longæua vnà descendit Auernum.
Agnoscit Palinurum & ibi solatur Elisam.
Deiphobúmque videt lacerum crudeliter ora.
Vmbrarum pœnas discit, narrante Sibylla.
Conuenit Anchisem penitus in valle virenti:
Agnoscitq; suam prolem, monstrante parente.
Hæc vbi percepit, graditur, sociósque reuisit.

ALIVD INCERTI AVTORIS ARGVMENTVM.

Sacratam Phœbo Cumarum fertur in vrbem.
Rex Phrygius: vatisq; petit responsa Sibyllæ.
Misenum sepelit: post hæc adit infera regna:
Congressúsque patri, discit genus omne suorum,
Quoq; modo casus valeat superare futuros.

ALIVD, MONOSTICHON.

Quaruntur Sexto manes & tartara Ditis.

ALIVD.

Æneam memorat visentem tartara Sextus.

SIC fatur lacrymans classiq; immittit habenas,
Et tandem Euboicis Cumarum allabitur oris.
Obuertunt pelago proras: tum dente tenaci
Anchora fundabat naues: & littora curua
Prætexunt puppes. iuuenũ manus emicat ardens
Littus in Hesperium: quærit pars semina flammæ,
Abstrusa in venis silicis: pars, densa ferarum
Tecta rapit, syluas, inuentáq; flumina monstrat.
At pius Æneas arces, quibus altus Apollo
Præsidet, horrendæq; procul secreta Sibyllæ,
Antrum immane petit: magnam cui mentem animúmque
Delius inspirat vates, aperitque futura.
Iam subeunt Triuiæ lucos, atque aurea tecta.
Dædalus (vt fama est) fugiens Minoia regna,
Prætibus pennis ausus se credere cœlo,
Insuetum per iter gelidas enauit ad Arctos,
Chalcidicáque leuis tandem super astitit arce.
Redditus hic primùm terris tibi Phœbe sacrauit
Remigium alarum: posuitq; immania templa.
In foribus lethum Androgeo: tum pendere pœnas
Cecropidæ iussi (miserum) septena quotannis
Corpora natorum: stat ductis sortibus vrna.
Contrà elata mari respondet Cnosia tellus.
Hic crudelis amor tauri, suppostáque furto
Pasiphae: mistumq; genus, proles q; biformis,
Minotaurus inest, veneris monimenta nefandæ.
Hic labor ille domus & inextricabilis error.
Magnum reginæ sedenim miseratus amorem
Dædalus, ipse dolos tecti ambagésque resoluit,
Cæca regens filo vestigia. tu quoque magnam
Partẽ opere in tãto, sineret dolor, Icare haberes.
Bis conatus erat casus effingere in auro,
Bis patriæ cecidere manus, quin protinus [1] omnia
Perlegerent oculis, ni iam præmissus Achates
Afforet: atque vnà Phœbi Triniæq; sacerdos,
Deiphobe, Glauci: fatur quæ talia regi,
Non hoc ista sibi tempus spectacula [2] poscit:
Nunc grege de intacto septem mactare iuuencos
Præstiterit, totidem lectas de more bidentes.
Talibus affata Æneam (nec sacra morantur
Iussa viri) Teucros vocat alta in templa sacerdos.
Excisum Euboicæ latus ingens rupis in antrum,
Quò lati ducunt aditus centum, ostia centum:
Vnde ruunt totidem voces, responsa Sibyllæ.
Ventum erat ad limen, quum virgo, Poscere fata
Tempus (ait) deus, ecce, deus. Cui talia fanti
Ante fores, subitò non vultus, non color vnus,
Non compta mansêre comæ: sed pectus anhelum,
Et rabie fera corda tument: maiorq; videri,
Nec mortale sonans, afflata est numine quando
Iam propiore dei. Cessas in vota precesq;,
Tros (ait) Æneas? cessas? neq; enim ante dehiscent
Attonitæ magna ora domus. & talia fata
Conticuit: gelidus Teucris per dura cucurrit
Ossa tremor: fudit q; preces rex pectore ab imo,

1 al. omnem. 2 al. poscat.

Phœbe, graues Troiæ semper miserate labores,
Dardana qui Paridis direxti tela manuq;
Corpus in Æacidæ: magnas obeuntia terras
Tot maria intraui duce te: penitusq; repostas
Massylúm gentes, prætentaq; Syrtibus arua:
Iam tandem Italiæ fugientis prendimus oras.
Hac Troiana tenus fuerit fortuna secuta,
Vos quoque Pergameæ iam fas est parcere genti,
Diiq; deæq; omnes, quibus obstitit Iliũ, & ingens
Gloria Dardaniæ. tuq; ô sanctissima vates
Præscia venturi, da (non indebita posco
Regna meis fatis) Latio considere Teucros,
Errantesq; deos, agitatáque numina Troiæ.
Tum Phœbo & Triuiæ solido de marmore tẽpla
Instituam, festosq; dies de nomine Phœbi.
Te quoq; magna manet regnis penetralia nostris.
Hic ego namque tuas sortes, arcanáque fata
Dicta meæ genti ponam: lectosq; sacrabo
Alma viros. foliis tantùm ne carmina manda:
Ne turbata volent rapidis ludibria ventis:
Ipsa canas, oro. Finem dedit ore loquendi.
At Phœbi nondum patiens immanis in antro
Bacchatur vates, magnum si pectore possit
Excussisse deum. tanto magis ille fatigat
Os rabidũ fera corda domãs, fingitq; premendo.
Ostia iámque domus patuêre ingentia centum
Sponte sua, vatisq; ferunt responsa per auras:
O tandem magnis pelagi defuncte periclis:
Sed terra grauiora manent. in regna [2] Lauini
Dardanidæ venient (mitte hãc de pectore curã)
Sed non & venisse volent. bella, horrida bella,
Et Tybrim multo spumantem sanguine cerno.
Non Simois tibi, nec Xãthus, nec Dorica castra
Defuerint. alius Latio iam partus Achilles,
Natus & ipse dea. nec Teucris addita Iuno,
Vsquã aberit, quum tu supplex in rebus egenis,
Quas gentes Italùm aut quas nõ oraueris vrbes?
Causa mali tãti coniux iterum hospita Teucris,
Externiq; iterum thalami.
Tu ne cede malis, sed contrà audentior ito.
[3] Quam tua te fortuna sinet. via prima salutis,
(Quod minimè reris) Graia pandetur ab vrbe.
Talibus ex adyto dictis Cumea Sibylla
Horrendas canit ambages: antroq; remugit,
Obscuris vera inuoluens. ea frena furenti
Concutit, & stimulos sub pectore vertit Apollo.
Vt primùm cessit furor, & rabida ora quierunt,
Incipit Æneas heros, Non vlla laborum,
O virgo, noua mi facies inopináue surgit:
Omnia [4] præcepi, atque animo mecũ antè peregi.
Vnum oro (quando hic inferni ianua [5] regis
Dicitur, & tenebrosa palus Acheronte refuso)
Ire ad conspectum chari genitoris & ora
Contingat: doceas iter, & sacra ostia pandas.
Illum ego per flammas, & mille sequentia tela,
Eripui his humeris, medioq; ex hoste recepi:

1 al. Ipse. 2 al. Latini.
3 al. Qua.
4 al percepi.
5 al. ditis.

Illa

Ille meum comitatus iter, maria omnia mecum,
Atque omnes pelagique minas cœlique ferebat
Inualidus, vires vltra sortémque senectæ.
Quin, vt te supplex peterē, & tua limina adirem,
Idem orans mandata dabat. I natique patrisq;,
Alma, precor, miserere. potes nanq; omnia: nec te
Nequicquam lucis Hecate præfecit Auernis.
Si potuit manes 2 arcessere coniugis Orpheus,
Threicia fretus cithara fidibúsque canoris.
Si fratrem Pollux alterna morte redemit.
Itque reditq; viam toties. quid Theseа, magnum
Quid memorem Alciden? & mi genus ab Ioue summo.
Talibus orabat dictis, arásque tenebat:
Tunc sic orsa loqui vates, Sate sanguine diuûm,
Tros Anchisiade. facilis descensus Auerni.
Noctes atque dies patet atri ianua Ditis:
Sed reuocare gradum, superasq; euadere ad auras,
Hoc opus, hic labor est. pauci quos aquus amauit
Iuppiter, aut ardens euexit ad æthera virtus,
Dijs geniti, potuêre. tenent media omnia syluæ,
Cocytúsque sinu labens circumfluit atro:
Quòd si tantus amor menti, si tanta cupido est,
Bis Stygios innare lacus, bis nigra videre
Tartara, & insano iuuat indulgere labori:
Accipe quæ peragenda prius. latet arbore opaca
Aureus & foliis & lento vimine ramus,
Iunoni infernæ dictus sacer: hunc tegit omnis
Lucus, & obscuris claudunt conuallibus vmbræ.
Sed non antè datur telluris operta subire,
Auricomos quàm quis decerpserit arbore fœtus.
Hoc sibi pulchra suum ferri Proserpina munus
Instituit. primo auulso non deficit alter
Aureus, & simili frondescit virga metallo.
Ergo altè vestiga oculis, & ritè repertum
Carpe manu. nāq; ipse, volens facilisq; sequetur,
Si te fata vocant. aliter, non viribus vllis
Vincere, nec duro poteris conuellere ferro.
Præterea, iacet exanimum tibi corpus amici,
(Heu nescis) totámque incestat funere classem,
Dum consulta petis nostróque in limine pendes:
Sedibus hunc refer antè suis, & conde sepulcro.
Duc nigras pecudes: ea prima piacula sunto.
Sic demum lucos Stygis & regna inuia viuis
Aspicies. Dixit, pressoque obmutuit ore.
Æneas mœsto defixus lumina vultu
Ingreditur, linquens antrum: cæcosq; volutat
Euentus animo secum: cui fidus Achates
It comes, & paribus curis vestigia figit.
Multa inter sese vario sermone 3 serebant,
Quem socium exanimum vates, quod corpus humandum
Diceret. atque illi Misenum in littore sicco,
Vt venêre, vident indigna morte peremptum:
Misenum Æoliden, quo non præstantior alter
Ære ciere viros, Martemq; accendere cantu.
Hectoris hic magni fuerat comes, Hectora circum

1 al. gnatíque.
2 al. accersere.
3 al. ferebant.

Et lituo pugnas insignis obibat & hasta.
Postquam illum victor vita spoliauit Achilles,
Dardanio Æneæ sese fortissimus heros
Addiderat socium, non inferiora sequutus.
Sed tum fortè caua dum personat æquora concha
Demens, & cantu vocat in certamina diuos,
Æmulus exceptum Triton (si credere dignum est)
Inter saxa virum spumosa immerserat vndæ.
Ergo omnes magno circum clamore fremebant:
Præcipuè pius Æneas. tum iussa Sibyllæ,
Haud mora, festinant flentes: aramque sepulcri
Congerere arboribus cœlóque educere certant.
Itur in antiquam syluam, stabula alta ferarum:
Procumbunt piceæ, sonat icta securibus ilex,
Fraxineæq; trabes: cuneis & fissile robur
Scinditur. I aduoluunt ingentes montibus ornos.
Necnon Æneas opera inter talia primus
Hortatur socios, paribúsque accingitur armis.
Atque hæc ipse suo tristi cum corde volutat,
Aspectās syluā immensam: & sic 2 ore precatur.
Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus
Ostendat nemore in tanto: quando omnia verè
Heu nimium de te vates Misene loquuta est.
Vix ea fatus erat, geminæ quum fortè columbæ
Ipsa sub ora viri cœlo venêre volantes,
Et viridi sedêre solo. tum maximus heros
Maternas agnoscit aues: lætusq; precatur,
Este duces, ô, si qua via est: cursumq; per auras
Dirigite in lucos, vbi pinguem dines opacat
Ramus humum. tuq; ô dubiis ne defice rebus
3 Diua parens. Sic effatus, vestigia pressit,
Obseruans quæ signa ferāt, quò tendere pergant.
Pascentes illæ tantum prodire volando,
Quantum acie possent oculi seruare sequentum.
Inde vbi venêre ad fauces graueolentis Auerni
Tollunt se celeres: liquidumq; per aera lapsæ,
Sedibus optatis 4 gemina super arbore sidunt:
Discolor vnde auri per ramos aura refulsit.
Quale solet syluis brumali frigore viscum
Fronde virêre noua, quod non sua seminat arbos,
Et croceo fœtu teretes circumdare truncos:
Talis erat species auri frondentis opaca
Ilice, sic leni crepitabat bractea vento.
Corripit extemplo Æneas, auiduq; refringit
Cunctantem, & vatis portat sub tecta Sibyllæ.
Nec minus interea Misenum in littore Teucri
Flebant, & cineri ingrato suprema ferebant.
Principio pinguem tædis & robore secto
Ingentem struxêre pyram: cui frondibus atris
Intexunt latera, & ferales ante cupressos
Constituunt: decorantq; super fulgentibus armis.
Pars calidos latices & abena vndantia flammis
Expediunt, corpúsque lauant frigentis & vngūt.
Fit gemitus: tum membra toro defleta reponunt:
Purpureasque super vestes, velamina nota,
Conjiciunt. pars ingenti subière feretro
Triste ministerium, & subiectam more parentum

1 al. c voluunt.
2 al. sorte. 3 al. Alma.
4 al. geminæ

Auersi tenuêre facem. congesta cremantur
Thurea dona, dapes, fuso crateres oliuo.
Postquam collapsi cineres, & flamma quieuit,
Reliquias vino & bibulam lauêri fauillam:
Ossáque lecta cado texit Chorineus aheno.
Idem ter socios pura circumtulit vnda,
Spargens rore leui, & ramo felicis oliuæ:
Lustrauitque viros, dixitq; nouissima verba.
At pius Æneas ingenti mole sepulcrum
Imponit, suaq; arma viro, remumq; tubamq;:
Monte sub aerio, qui nunc Misenus ab illo
Dicitur, æternúmque tenet per secula nomen.
His actis, propere exequitur præcepta Sibyllæ.
Spelunca alta fuit, vastóque immanis hiatu,
Scrupea, tuta lacu nigro, nemorúmque tenebris:
Quam super haud vllæ poterant impunè volãtes
Tendere iter pennis: talis sese halitus atris
Faucibus effundens supera ad conuexa ferebat:
Vnde locum Graij dixerunt nomine 1 Auernum.
Quattuor hic primùm 2 nigrãtes terga iuuencos
Constituit, frontique inuergit vina sacerdos:
Et summas carpens media inter cornua setas,
Ignibus imponit, sacris libamina prima,
Voce vocans Hecaten cœloq; ereboq; potentem.
Supponunt alij cultros, tepidumq; cruorem
Suscipiunt pateris: ipse atri velleris agnam
Æneas matri Eumenidem magnæq; sorori
Ense ferit, sterilémque tibi Proserpina vaccam.
Tum Stygio regi nocturnas inchoat aras:
Et solida imponit taurorum viscera flammis.
Pingue superq; oleum fundens ardentibus extis.
Ecce autem, primi sub lumina solis & ortus,
Sub pedibus mugire solum, & iuga cœpta moueri
Syluarum: visæque canes vlulare per vmbram,
Aduentante dea: Procul, ô procul este profani,
(Conclamat vates) totóque abstite luco.
Túque inuade viam, vaginâque eripe ferrum:
Nunc animis opus Ænea, nunc pectore firmo.
Tantum effata, furens antro se immisit aperto.
Ille ducem haud timidis vadentẽ passibus æquat.
Dij, quibus imperium est animarum, vmbræque silentes:
Et Chaos, & Phlegethon, loca nocte silentia latè,
Sit mihi fas audita loqui, sit numine vestro
Pandere res alta terra & caligine mersas.
Ibant obscuri sola sub nocte per 3 vmbras,
Pérque domos Ditis vacuas, & inania regna.
Quale per incertam Lunam sub luce maligna
Est iter in syluis, vbi cœlum condidit vmbra
Iuppiter, & rebus nox abstulit atra colorem.
Vestibulũ ante ipsum, primisq; in faucibus Orci,
Luctus & vltrices posuêre cubilia Curæ:
Pallentésque habitant Morbi, tristisq; Senectus,
Et Mei⁹ & malesuada Fames, & turpis Egestas:
(Terribiles visu formæ) Lethúmque, Labórque:
Tum consanguineus Lethi Sopor, & mala mẽtis
Gaudia: mortiferumq; aduerso in limine bellum:
Ferreiq; Eumenidũ thalami, & Discordia demẽs,
Vipereum crinem vittis innexa cruentis.
In medio ramos annosaq; brachia pandit
Vlmus opaca, ingens. quam sedem somnia vulgò
Vana tenere ferunt, foliisq; sub omnibus hærent.
Multaq; præterea variarum monstra ferarum,
Centauri in foribus stabulant, Scyllæq; biformes:
Et centumgeminus Briareus, ac belua Lernæ,
Horrẽdum stridens, flammisq; armata Chimæra:
Gorgones, Harpiæq;, & forma tricorporis vmbræ.
Corripit hic subita trepidus formidine ferrum
Æneas, strictamq; aciem venientibus offert.
Et ni docta comes tenues sine corpore vitas
Admoneat volitare cauæ sub imagine formæ,
Irruat, & frustra ferro diuerberet vmbras.
Hinc via tartarei quæ fert Acherontis ad vndas:
Turbidus hic cœno, vastaq; voragine gurges
Æstuat, atque omnem Cocyto eructat arenam.
Portitor has horrendus aquas & flumina seruat
Terribili squalore Charon: cui plurima mento
Canicies inculta iacet: stant lumina flamma:
Sordidus ex humeris nodo dependet amictus.
Ipse ratem conto subigit, velisq; ministrat,
Et ferruginea subuectat corpora cymba.
Iam senior: sed cruda deo viridisq; senectus.
Huc omnis turba ad ripas effusa ruebat,
Matres, atque viri, defunctáque corpora vita
Magnanimúm heroum, pueri, innuptæq; puellæ,
Impositiq; rogis iuuenes ante ora parentum:
Quàm multa in syluis Autumni frigore primo
Lapsa cadũt folia: aut ad terram gurgite ab alto
Quàm multæ glomerantur aues, vbi frigidus annus
Trans pontum fugat, & terris immittit apricis.
Stabant orantes, primi transmittere cursum:
Tendebántque manus ripæ vlterioris amore:
Nauita sed tristis nunc hos, nunc accipit illos:
Ast alios longè summotos arcet arena.
Æneas (miratus enim motúsque tumultu)
Dic, ait, ô virgo, quid vult concursus ad amnem?
Quidue petunt animæ? vel quo discrimine ripas
Hæ linquunt, illæ remis vada liuida verrunt?
Olli sic breuiter fata est longæua sacerdos,
Anchisa generate, deûm certissima proles:
Cocyti stagna alta vides, Stygiamq; paludem,
Dij cuius iurare timent & fallere numen. (est:
Hæc omnis, quã cernis, inops inhumatáque turba
Portitor ille, Charon: hi, quos vehit vnda, sepulti
Nec ripas datur horrendas nec rauca fluenta
Transportare prius, quàm sedibus ossa quierunt:
Centũ errant annos volitantq; hæc littora circũ.
Tum demum admissi stagna exoptata reuisunt.
Constitit Anchisa satus, & vestigia pressit,
Multa putans, sortémque animo miseratus iniquam.
Cernit ibi mœstos, & mortis honore carentes,
Leucaspim, & Lyciæ ductorem classis Oromem:
Quos simul à Troia ventosa per æquora vectos
Obruit Auster, aqua inuoluens nauemq; virosq;.
Ecce, gubernator sese Palinurus agebat:
Qui Libyco nuper cursu, dum sidera seruat,

1 al. Aornon. 2 al. nigrantis.
3 al. vmbram.

Exci-

Exciderat puppi, medijs effusus in vndis.
Hunc vbi vix multa mœstũ cognouit in vmbra,
Sic prior alloquitur. Quis te Palinure deorum
Eripuit nobis, medioque sub æquore mersit?
Dic age. nanq; mihi fallax haud antè repertus,
Hoc vno responso animum delusit Apollo:
Qui fore te ponto incolumem, finésque canebat
Venturum Ausonios. en hæc promissa fides est?
Ille autem, Neque te Phœbi cortina fefellit,
Dux Anchisiade, nec me deus æquore mersit.
Nanque gubernaculum multa vi forte reuulsum
Cui datus hærebam custos, cursúsque regebam,
Præcipitans, traxi mecum. maria aspera iuro,
Non vllum pro me tantum cepisse timorem,
Quàm tua ne, spoliata armis, excussa magistro,
Deficeret tantis nauis surgentibus vndis.
Tres Notus hybernas immensa per æquora noctes
Vexit me violentus aqua: vix lumine quarto
Prospexi Italiam, summa sublimis ab vnda.
Paulatim adnabam terræ: iam tuta tenebam:
Ni gens crudelis madida cum veste grauatum,
Prensantémque vncis manibus capita aspera montis,
Ferro iuuasisset, prædámque ignara putasset.
Nunc me fluctus habet, versántque in littore venti.
Quòd te per cœli iucundum lumen, & auras,
Per genitorem oro, per spem surgentis Iuli,
Eripe me his inuicte malis: aut tu mihi terram
Injice, (nanque potes) portusq; require Velinos:
Aut tu, siqua via est, siquam tibi diua creatrix
Ostendit (neq; enim credo, sine numine diuûm
Flumina tanta paras Stygiámque innare paludem)
Da dextram misero, & tecũ me tolle per vndas,
Sedibus vt saltem plãcidis in morte quiescam.
Talia fatus erat, cœpit quum talia vates,
Vnde hæc ô Palinure tibi tam dira cupido?
Tu Stygias inhumatus aquas amnemq; seuerũ
Eumenidm aspicies? ripámue iniussus abibis?
Desine fata deûm flecti sperare precando.
Sed cape dicta memor, duri solatia casus.
Nam tua finitimi, longè latéque per vrbes
Prodigijs acti cœlestibus, ossa piabunt,
Et statuent tumulũ, & tumulo solennia mittent:
Æternúmque locus Palinuri nomen habebit.
His dictis curæ emotæ, pulsúsque parumper
Corde dolor tristi: gaudet cognomine terra.
Ergo iter inceptũ peragunt, fluuioq; propinquant.
Nauita quos iam inde vt Stygia prospexit ab vnda
Per tacitum nemus ire, pedemq; aduertere ripæ,
Sic prior aggreditur dictis, atque increpat vltro,
Quisquis es, armatus qui nostra ad flumina tendis,
Fare age quid venias: iam istinc & comprime gressum.
Vmbrarum hic locus est somni noctisq; soporæ:
Corpora viua nefas Stygia vectare carina.

1 al. fideſque.

Nec verò Alciden me sum latatus euntem
Accepisse lacu: nec Theseа, Pirithoúmque:
Dijs quanquã geniti atque inuicti viribus essent:
Tartareum ille manu custodem in vincla petiuit,
Ipsius à solio regis traxitque trementem:
Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti.
Quæ contra breuiter fata est Amphrysia vates,
Nullæ hic insidiæ tales (absiste moueri)
Nec vim tela ferunt. licet ingens ianitor antro
Æternum latrans exangues terreat vmbras,
Casta licet patrui seruet Proserpina limen.
Troius Aeneas pietate insignis & armis,
Ad genitorem, imas Erebi descendit ad vmbras.
Si te nulla mouet tantæ pietatis imago,
1 At ramum hunc (aperit ramum qui veste latebat)
Agnoscas. tumida ex ira tum corda residunt.
Nec plura his. ille admirans venerabile donum
Fatalis virgæ, longo post tempore visum,
Cæruleam aduertit puppim, ripæq; propinquat.
Inde alias animas, quæ per iuga longa sedebant,
Deturbat laxátque foros: simul accipit alueo
Ingentem Aeneam. gemuit sub pondere cymba
Sutilis, & multam accepit rimosa paludem.
Tandẽ trãs fluuiũ incolumes vatemq; virumq;
Informi limo glaucáque exponit in vlua.
Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci
Personat, aduerso recubans immanis in antro.
Cui vates horrêre videns iam colla colubris,
Melle soporatam & medicatis frugibus offam
Obijcit. ille fame rabida tria guttura pandens,
Corripit obiectã: atque immania corda resoluit,
Fusus humi, totóque ingens extenditur antro.
Occupat Æneas aditum, custode sepulto,
Euaditque celer ripam irremeabilis vndæ.
Continuò auditæ voces, vagitus & ingens,
Infantumque animæ, flentes in limine primo:
Quos dulcis vitæ exortes, & ab vbere raptos
Abstulit atra dies, & funere mersit acerbo.
Hos iuxta falsò damnati crimine mortis.
Nec verò hæ sine sorte datæ sine iudice sedes.
Quæsitor Minos vrnam mouet: ille silentum
Concilium vocat, vitasq; & crimina discit.
Proxima deinde tenet mœsti loca, qui sibi lethum
Insontes peperere manu, lucémque perosi
Proiecêre animas. quàm vellent æthere in alto
Nunc & pauperiem & duros perferre labores!
2 Fata obstat, tristique palus 3 inamabilis vnda
Alligat, & nouies Styx interfusa coercet.
Nec procul hinc parte fusi monstrantur in omnem
Lugentes campi: sic illos nomine dicunt.
Hic quos durus amor crudeli tabe 4 peredit,
Secreti celant calles, & myrtea circum
Sylua tegit: curæ non ipsa in morte relinquunt.
His Phædram Procrimque locis, mœstámque Eriphylen,
Crudelis nati monstrantem vulnera cernit:
Euadnénque & Pasiphaen. his Laodamia

1 al. Ad 2 Fas obstat
3 al. innabilis. 4 al. peremit.

It comes, & iuuenis quondam, nunc fœmina, Cæneus,
Rursus & in veterem fato reuoluta figuram.
Inter quas Phœnissa recens à vulnere Dido
Errabat sylua in magna. quam Troius heros,
Vt primum iuxtà stetit, agnouitque[1] per vmbrã
Obscuram (qualem primo qui surgere mense
Aut videt aut vidisse putat per nubila lunam)
Demisit lacrymas, dulcique affatus amore est:
Infelix Dido: verus mihi nuntius ergo
Venerat, extinctam, ferróque extrema sequutam.
Funeris heu tibi causa fui: per sidera iuro,
Per superos, & siqua fides tellure sub ima est,
Inuitus regina tuo de littore cessi:
Sed me iussa deûm, quæ nũc has ire per vmbras,
Per loca senta situ cogunt, noctemq; profundam
Imperijs egere suis: nec credere quiui,
Hunc tantum tibi me discessu ferre dolorem,
Siste gradum, téque aspectu ne subtrahe nostro.
Quem fugis? extremum fato quod te alloquor, hoc est.
Talibus Æneas ardentem & torua tuentem
Lenibat dictis animum, lacrymasque ciebat,
Illa solo fixos oculos auersa tenebat:
Nec magis incepto vultum sermone mouetur,
Quàm si dura silex aut stet Marpesia cautes.
Tandem proripuit sese, atque inimica refugit
In nemus vmbriferum: coniux vbi pristinus illi
Respondet curis, æquátque Sichæus amorem,
Nec minus Æneas casu percussus iniquo,
Prosequitur lacrymans longè, & [2]miseratus euntem est.
Inde datum molitur iter. iámque arua tenebant
Vltima, quæ bello clari secreta frequentant:
Hic illi occurrit Tydeus, hic inclytus armis
Parthenopæus, & Adrasti pallentis imago.
Hic multum fleti ad superos, belloque caduci
Dardanidæ. quos ille omnes lõgo ordine cernens,
Ingemuit. Glaucúmque, Medontáque, Thersilochumque
Tres Antenoridas, Cererique sacrum Polybetem,
Idæumq;, etiam currus, etiam arma tenentem.
Circumstant animæ dextra lauáque frequentes.
Nec vidisse semel satis est: iuuat vsque morari,
Et conferre gradũ, & veniendi discere causas.
At Danaûm proceres, Agamemnoniæq; phalãges
Vt videre virũ fulgentiaq; arma per vmbras,
Ingenti trepidare metu: pars vertere terga,
Ceu quondam patiere rates: pars tollere vocem
Exiguam: inceptus clamor frustratur hiantes.
Atque hic Priamiden laniatum corpore toto
Deiphobum vidit, lacerum crudeliter ora:
Ora, manúsque ambas, populataq; tẽpora raptis
Auribus, & truncas inhoneſto vulnere nares.
Vix adeò agnouit pauitantem, & dira tegentem
Supplicia: & notis compellat vocibus vltrò,
Deiphobe armipotens, genus alto à sanguine Teucri,
Quis tam crudeles optauit sumere pœnas?

[1] al. vmbras. [2] al. miseratur.

Cui tantum de te licuit? mihi fama suprema
Nocte tulit, fessum vasta te cæde Pelasgûm
Procubuisse super confusæ stragis aceruum.
Tunc egomet tumulum Rhœteo in littore inanẽ
Constitui, & magna manes ter voce vocaui:
Nomen & arma locũ seruant: te amice nequiui
Conspicere, & patria decedens ponere terra.
Atque hic Prianides, Nihil ô tibi amice relictum est:
Omnia Deiphobo soluisti, & funeris vmbris:
Sed me fata mea & scelus exitiale Lacænæ
His mersêre malis: illa hæc monimenta reliquit.
Nanque vt supremam falsa inter gaudia noctem
Egerimus, nosti: & nimiũ meminisse necesse est:
Quum fatalis equus saltum super ardua venit
Pergama, & armatum peditem grauis attulit aluo.
Illa chorum simulans, euantes orgia circum
Ducebat Phrygias: flammã media ipsa tenebat
Ingentem, & summa Danaos ex arce vocabat.
Tum me confectum curis, somnoq; grauatum
Infelix habuit thalamus: pressit q; iacentem
Dulcis & alta quies, placidæq; simillima morti.
Egregia interea coniux arma omnia tectis
Emouet, & fidum capiti subduxerat ensem,
Intra tecta vocat Menelaum, & limina pandit,
Scilicet id magnum sperans fore munus amanti,
Et famam extingui veterum sic posse malorum.
Quid moror? irrumpunt thalamo. comes additur vnà
Hortator scelerum Aeolides. dij talia Graijs
Instaurate, pio si pœnas ore reposco.
Sed te qui viuum casus, age fare vicissim,
Attulerint. pelagine venis erroribus actus?
An monitu diuûm? an quæ te fortuna fatigat,
Vt tristes sine sole domos, loca turbida adires!
Hac vice sermonum roseis Aurora quadrigis
Iam medium ætherio cursu traiecerat axem:
Et fors omne datum traherent per talia tempus:
Sed comes admonuit breuitérque affata Sibylla est,
Nox ruit, Aenea, nos flendo ducimus horas.
Hic locus est: partes vbi se via findit in ambas.
Dextera, quæ Ditis magni sub mœnia tendit,
Hâc iter Elysium nobis: at læua malorum
Exercet pœnas, & ad impia Tartara mittit.
Deiphobus contrà, Ne sæui magna sacerdos
Discedam: explebo numerum, reddárque tenebris.
I decus i nostrum: melioribus vtere fatis.
Tantum effatus, & in verbo vestigia torsit.
Respicit Aeneas subitò, & sub rupe sinistra
Mœnia lata videt, triplici circumdata muro:
Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis
Tartareus Phlegethon, torquetq; sonantia saxa.
Porta aduersa, ingens solidoq; adamãte columnæ:
Vis vt nulla virûm, non ipsi excindere[1] ferro
Cœlicolæ valeant. stat ferrea turris ad auras:
Tisiphoneq; sedens palla succincta cruenta,
Vestibulum insomnis seruat noctesq; dieſq;.

[1] al. vello.

Hinc

Hinc exaudiri gemitus, & sæua sonare
Verbera: tum stridor ferri, tractæq; catenæ.
Constitit Aeneas strepitumq; exterritus 1 hausit:
Quæ scelerum facies? (ô virgo effare) quibúsue
Vrgentur pœnis? quis tantus plangor ad auras?
Tum vates sic orsa loqui. Dux inclyte Teucrûm
Nulli fas casto sceleratum insistere limen:
Sed me, quum lucis Hecate præfecit Auernis,
Ipsa deûm pœnas docuit perq; omnia duxit.
Cnossius hæc Rhadamanthus habet durissima regna:
Castigatq; auditq; dolos: subigitque fateri
Quæ quis apud superos, furto lætatus inani,
Distulit in seram commissa piacula mortem.
Continuò sontes vltrix accincta flagello
Tisiphone quatit insultans: toruóque sinistra
Intentans angues, vocat agmina sæua sororum,
Tum demum horrisono stridentes cardine sacræ
Panduntur portæ. cernis custodia qualis
Vestibulo sedeat? facies quæ limina seruet?
Quinquaginta atris immanis hiatibus hydra
Sæuior intus habet sedem. tum Tartarus ipse
Bis patet in præceps tantum, tenditq; sub vmbras
Quantus ad 2 ætherium cœli suspectus Olympũ.
Hic genus antiquum terræ, Titania pubes,
Fulmine deiecti, fundo voluuntur in imo.
Hic & Aloidas geminos, immania vidi
Corpora: qui manib⁹ magnum rescindere cœlum
Aggressi, superisq; Iouem detrudere regnis.
Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas,
Dum flammas Iouis & sonit⁹ imitatur Olympi.
Quattuor hic inuectus equis, & lãpada quassãs,
Per Graiûm populos, mediæq; per Elidis vrbem
Ibat ouans: diuúmque sibi poscebat 3 honorem:
Demens: qui nimbos & non imitabile fulmen
Ære & cornipedum cursu 4 simularat equorum.
At pater omnipotens densa inter nubila telum
Contorsit (non ille faces, nec fumea tædis
Lumina) præcipitemq; immani turbine adegit.
Necnon & Tityon terræ 5 omniparentis alumnũ
Cernere erat: per tota nouem cui iugera corpus
Porrigitur: rostroq; immanis vultur obunco
Immortale iecur 6 tundens, fœcundáque pœnis
Viscera, rimaturq; epulis, habitátque sub alto
Pectore: nec fibris requies datur vlla renatis,
Quid memorẽ Lapithas, Ixiona, Pirithoúmque?
Quos super atra silex iamiam lapsura cadentiq;
Imminet assimilis. lucent genialibus altis
Aurea fulcra toris, epulæque ante ora parata
Regifico luxu: Furiarum maxima iuxta
Accubat & manibus prohibet contingere mẽsas.
Exurgitq; facem attollens, atque intonat ore.
Hic quibus inuisi fratres, dum vita manebat,
Pulsatúsue parens, & fraus innexa clienti:
Aut qui diuitiis soli incubuere repertis,
Nec partem posuere suis (quæ maxima turba est)
Quique ob adulterium cæsi, quiq; arma secuti
Impia, nec veriti dominorum fallere dextras:

1 al. hęsit. 2 al. æ hereum. 3 al. honores
4 al. simularet. 5 al. omnipotẽtis 6 al. tundẽs.

Incluſi pœnam expectant. ne quære doceri
Quam pœnam: aut quæ forma viros fortunáue mersit.
Saxum ingens voluunt alij, radiisque rotarum
Districti pendent: sedet æternúmque sedebit
Infelix Theseus. Phlegyásque miserrimus omnes
Admonet, & magna testatur voce per vmbras,
Discite iustitiam moniti, & non temnere diuos.
Vendidit hic auro patriam, dominúmque potentem
Imposuit: fixit leges pretio atque resixit.
Hic thalamũ inuasit natæ, vetitosq; hymenæos:
Ausi omnes immane nefas, ausoq; potiti.
Non, mihi si linguæ centum sint, oráque centum,
Ferrea vox, omnes scelerum comprendere formas,
Omnia pœnarum percurrere nomina possim.
Hæc vbi dicta dedit Phœbi longæua sacerdos,
Sed iam age carpe viam, & susceptum perfice munus:
Acceleremus, ait. Cyclopum educta caminis
Mœnia conspicio, atque aduerso fornice portas,
Hæc vbi nos præcepta iubent deponere dona.
Dixerat: & pariter gressi per opaca viarum,
Corripuit spatium medium, foribúsque propinquant.
Occupat Aeneas aditum, corpúsque recenti
Spargit aqua, ramumq; aduerso in limine figit.
His demum exactis, perfecto munere diuæ,
Deuenêre locos lætos & amœna 1 vireta
Fortunatorum nemorum, sedésque beatas.
Largior hic campos æther & lumine vestit
Purpureo: solémque suum, sua sidera norunt:
Pars in gramineis exercent membra palæstris,
Contendunt ludo, & fulua luctantur arena:
Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt,
Necnon Threicius longa cum veste sacerdos
Obloquitur numeris septem discrimina vocum:
Iamq; eadem digitis, iam pectine pulsat eburno.
Hic genus antiquũ Teucri, pulcherrima proles,
Magnanimi heroes, nati melioribus annis,
Ilúsque, Assaracusq; & Troiæ Dardanus autor.
Arma procul, currusq; virûm miratur inanes.
Stant terra defixæ hastæ, passimque soluti
Per cãpos pascuntur equi. quæ gratia currûm
Armorúmque fuit viuis, quæ cura nitentes
Pascere equos, eadem sequitur tellure repostos.
Conspicit (ecce) alios dextra lauaq; per herbam
Vescentes, lætumque choro pæana canentes,
Inter odoratum lauri nemus: vnde supernè
Plurimus Eridani per syluam voluitur amnis.
Hic manus, ob patriam pugnãdo vulnera passi:
Quiq; sacerdotes casti, dum vita manebat,
Quique pij vates & Phœbo digna loquuti:
Inuentas aut qui vitam excoluêre per artes:
Quique sui memores alios fecêre merendo:
Omnibus his niuea cinguntur tempora vitta.
Quos circumfusos sic est affata Sibylla:
(Musæum ante omnes. mediũ nã plurima turba
1 al. virecta.

Hunc habet, atque humeris extantem suspicit altis)
Dicite felices animæ, túque optime vates,
Quæ regio Anchisem, quis habet locus? illius ergô
Venimus, & magnos Erebi tranauimus amnes.
Atque huic responsum paucis ita reddidit heros,
Nulli certa domus: lucis habitamus opacis,
Ripárúmque toros & prata recentia riuis
Incolimus. sed vos (si fert ita corde voluntas)
Hoc superate iugum, & facili iam tramite sistã.
Dixit: & ante tulit gressum, camposq; nitentes
Desuper ostentat: dehinc summa cacumina linquunt.
At pater Anchises penitus conualle virenti
Inclusas animas, superúmque ad limen ituras,
Lustrabat studio recolens: omnémque suorum
Forte recensebat numerum, charosq; nepotes:
Fatáque fortunásque virûm, moresque manúsque.
Isque vbi tendentem aduersum per gramina vidit
Æneam, alacris palmas vtrasque tetendit:
Effusæque genis lacrymæ, & vox excidit ore,
Venisti tandem, tuáque expectata parenti
Vicit iter durum pietas: datur ora tueri
Nate tua, & notas audire & reddere voces.
Sic equidem ducebam animo, rebárq; futurum,
Tempora dinumerans: nec me mea cura fefellit.
Quas ego te terras & quanta per æquora vectum
Accipio! quantis iactatum nate periclis!
Quam metui nequid Libyæ tibi regna nocerent!
Ille autem, Tua me, genitor, tua tristis imago
Sæpius occurrens, hæc limina tendere adegit.
Stant sale Tyrrheno classes. da iungere dextram,
Da genitor: téque amplexu ne subtrahe nostro.
Sic memorans, largo fletu simul ora rigabat.
Ter conatus ibi collo dare brachia circum,
Ter frustra comprensa manus effugit imago,
Par leuibus ventis, volucrique simillima somno.
Interea videt Æneas in valle reducta
Secluſum nemus, & virgulta sonantia syluis,
Lethæúmque, domos placidas qui prænatat, amnem,
Hunc circum innumeræ gentes populiq; volabãt.
Ac veluti in pratis, vbi apes æstate serena
Floribus insidunt varijs, & candida circum
Lilia funduntur: strepit omnis murmure cãpus.
Horrescit visu subito, causásque requirit
Inscius Æneas, quæ sint ea flumina porrò,
Quiue viri tanto complerint agmine ripas.
Tum pater Anchises, Animæ quibus altera fato
Corpora debentur, Lethæi ad fluminis vndam
Securos latices & longa obliuia potant.
Has equidem memorare tibi atque ostendere coràm,
Iampridè hanc prolem cupio enumerare meorũ:
Quo magis Italia tandem lætere reperta.
O pater, ánne aliquas ad cælum hinc ire putandum est
Sublimes animas? iterúmque ad tarda reuerti
Corpora? quæ lucis miseris tam dira cupido?
Dicam equidem, nec te suspensum nate tenebo,
Suscipit Anchises, atque ordine singula pandit.
Principio cœlum ac terras, camposq; liquentes,
Lucentémque globum Lunæ, Titaniaq; astra
Spiritus intus alit: totámque infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.
Inde hominum pecudumq; genus, vitæq; volantum,
Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore pontus.
Igneus est ollis vigor & cœlestis origo
Seminibus, quantum non noxia corpora tardãt,
Terreniq; hebetant artus, moribundaq; membra.
Hinc metuunt cupiuntq; dolent gaudentq; necauRespi ciunt, clausæ tenebris & carcere cæco. (ras
Quin & supremo cum lumine vita reliquit,
Nõ tamen omne malũ miseris, nec funditus omnes
Corporeæ excedunt pestes: penitúsque necesse est
Multa diu concreta modis inolescere miris.
Ergo exercentur pœnis, veterúmque malorum
Supplicia expendunt. aliæ panduntur inanes
Suspensæ ad ventos: aliis sub gurgite vasto
1 Infectum eluitur scelus, aut exuritur igni.
Quisq; suos patimur manes: exinde per amplum
Mittimur Elysium, & pauci læta arua tenemus:
Donec longa dies perfecto temporis orbe
Concretam exemit labem, purúmque reliquit
Ætherium sensum, atque aurai simplicis ignem.
Has omnes, vbi mille rotam voluere per annos,
Lethæum ad fluuium deus euocat agmine magno,
Scilicet immemores supera vt conuexa reuisant,
Rursus & incipiant in corpora velle reuerti.
Dixerat Anchises: natumq; vnaq; Sibyllam
Conuentus trahit in medios, turbamq; sonantẽ:
Et tumulũ capit, vnde omnes longo ordine possit
Aduersos legere & venientum discere vultus.
Nunc age, Dardaniam prolem quæ deinde sequatur
Gloria, qui maneant Itala de gente nepotes,
Illustres animas, nostrumq; in nomina turas,
Expediam dictis, & te tua fata docebo.
Ille (vides?) pura iuuenis qui nititur hasta,
Proxima sorte tenet lucis loca: primus ad auras
Ætherias Italo commistus sanguine surget,
Syluius, Albanum nomen, tua posthuma proles.
Quem tibi longæuo serum Lauinia coniux
Educet syluis regem, regumq; parentem:
Vnde genus longa nostrum dominabitur Alba
Proximus ille. Procas, Troianæ gloria gentis,
Et Capys, & Numitor, & qui te nomine reddet,
Syluius Æneas, pariter pietate vel armis
Egregius, si vnquam regnandam acceperit Albã.
Qui iuuenes quantas ostentant aspice vires.
At qui vmbrata gerunt ciuili tempora quercu,
Hi tibi Nomentum & Gabios, vrbemq; Fidenã,
Hi Collatinas imponent montibus arces:
Pometios, Castrumq; Inui, Bolamq;, Corámque.
Hæc tum nomina erunt, nunc sunt sine nomine terræ.
Quin & auo comitem sese Mauortius addet

1 al. inuectum 2 al. reddat.

Re-

Romulus, Assaraci quem sanguinis Ilia mater
Educet. viden vt gemina stent vertice cristæ,
Et pater ipse suo superum iam signat honore?
En huius nate auspitiis illa inclyta Roma
Imperium terris, animos æquabit olympo:
Septémque vna sibi muro circundabit arces.
Felix prole virum: qualis Berecynthia mater
Inuehitur curru Phrygias turrita per vrbes,
Læta deûm partu, centum complexa nepotes,
Omnes cœlicolas, omnes supera alta tenentes.
Huc geminas nunc flecte acies, hanc aspice gentem,
Romanosque tuos. hic Cæsar, & omnis Iuli
Progenies, magnum cœli ventura sub axem.
Hic vir, hic est, tibi quem promitti sæpius audis,
Augustus Cæsar, diuûm genus: aurea condet
Secula qui rursus Latio, regnata per arua
Saturno quondã: super & Garamãtas & Indos
Proferet imperium: iacet extra sidera tellus,
Extra anni Solisque vias, vbi cœlifer Atlas
Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.
Huius in aduentu iam nunc & Caspia regna
Responsis horrent diuûm & Mæotica tellus,
Et septem gemini turbant trepida ostia Nili.
Nec verò Alcides tantum telluris obiuit,
Fixerit æripedem ceruam licet, aut Erymanthi
Placarit nemora, & Lernã tremefecerit arcu:
Nec qui pampineis victor iuga flectit habenis
Liber, agens celso Nysæ de vertice tigres.
Et dubitamus adhuc virtutẽ extendere factis?
Aut metus Ausonia prohibet consistere terra?
Quis procul ille autem ramis insignis oliuæ,
Sacra ferens? nosco crines incanaq; menta
Regis Romani, primus qui legibus vrbem
Fundabit, Curibus paruis & paupere terra
Missus in imperium magnũ. cui deinde subibit
Otia qui rumpet patriæ, residésque mouebit
Tullus in arma viros, & iam desueta triumphis
Agmina. quem iuxta sequitur iactãtior Ancus,
Nunc quoque iam nimium gaudens popularibus auris.
Vis & Tarquinios reges, animamq; superbam
Vltoris Bruti, fascésque videre receptos?
Consulis imperium hic primus, sæuasq; secures
Accipiet: natosque pater, noua bella mouentes,
Ad pœnam pulchra pro libertate vocabit,
Infelix. vtcunque ferent ea facta minores,
Vincet amor patriæ laudũmq; immensa cupido.
Quin Decios Drusosq; procul, sæuumque securi
Aspice Torquatum, & referentẽ signa Camillũ.
Illa autẽ paribus quas fulgere cernis in armis,
Concordes animæ nunc, & dum nocte premũtur,
Heu quantum inter se bellum, si lumina vitæ
Attigerint, quantas acies stragémque ciebunt!
Aggeribus socer Alpinis atque arce Menœci
Descendens gener aduersis instructus Eois.
Ne, pueri, ne tanta animis assuescite bella:
Neu patriæ validas in viscera vertite vires.
Tuque prior, tu parce genus qui ducis olympo.
Proïice tela manu, sanguis meus.
Ille triumphata Capitolia ad alta Corintho
Victor aget currum, cæsis insignis Achiuis:
Eruet ille Argos Agamemnoniásque Mycenas:
Ipsumq; Æacidem, genus armipotentis Achilli,
Vltus auos Troiæ, templa & temerata Minervæ.
Quis te, magne Cato, tacitum, aut te Cosse relinquat?
Quis Gracchi genus? aut geminos, duo fulmina belli,
Scipiadas, cladem Libyæ, paruoq; potentem
Fabricium? vel te sulco Serrane serentem?
Quò fessum rapitis Fabij? tu maximus ille es,
Vnus qui nobis cunctando restituis rem.
Excudent alij spirantia mollius æra,
Credo equidẽ, viuos ducent de marmore vultus:
Orabunt causas melius: cœlique meatus
Describent radio, & surgentia sidera dicent:
Tu regere imperio populos Romane memento,
(Hæ tibi erunt artes) pacique imponere morem:
Parcere subiectis, & debellare superbos.
Sic pater Anchises: atque hæc mirantibus addit,
Aspice vt insignis spoliis Marcellus opimis
Ingreditur, victorque viros supereminet omnes,
Hic rem Romanam magno turbante tumultu
Sistet eques: sternet Pœnos, Gallúmque rebellem:
Terciáque arma patri suspendet capta Quirino.
Atque hic Æneas (vnà namque ire videbat
Egregium forma iuuenẽ & fulgentibus armis:
Sed frons læta parum, & deiecto lumina vultu)
Quis (pater) ille virum qui sic comitatur euntẽ?
Filius? ánne aliquis magna de stirpe nepotum?
Quis strepitus circa comitum? quantus instar in ipso est?
Sed nox atra caput tristi circumuolat vmbra.
Tum pater Anchises lacrymis ingressus obortis,
O nate, ingentem luctum ne quære tuorum.
Ostendent terris hunc tantum fata, neque vltra
Esse sinent nimium vobis Romana propago
Visa potens superi, propria hæc si dona fuissent.
Quantos ille virûm magnam Mauortis ad vrbẽ
Campus aget gemitus! vel quæ Tyberine videbis
Funera, quum tumulum præterlabère recentem!
Nec puer Iliaca quisquam de gente Latinos
In tantum spe tollet auos, nec Romula quondam
Vllo se tantum tellus iactabit alumno.
Heu pietas, heu prisca fides, inuictáque bello
Dextera. non illi quisquam se impunè tulisset
Obuius armato, seu quum pedes iret in hostem,
Seu spumantis equi foderet calcaribus armos.
Heu miseranda puer, siquà fata aspera rumpas,
Tu Marcellus eris. manibus date lilia plenis:
Purpureos spargam flores: animámque nepotis
His saltem accumulem donis, & fungar inani
Munere. Sic tota passim regione vagantur
Aeris in campis latis, atque omnia lustrant,
Quæ postquam Anchises natum per singula duxit,
Incenditque animum famæ venientis amore:
Exin bella viro memorat quæ deinde gerenda:

1 al. diui genus 2 al. duentum 3 al. facta.

Laurentéſque docet populos, vrbémque Latini:
Et quo quenque modo fugiatq; feratq; laborem.
Sunt geminæ ſomni portæ: quarum altera fertur
Cornea, qua veris facilis datur exitus vmbris:
Altera, candenti perfecta nitens elephanto:
Sed falſa ad cœlum mittunt inſomnia manes.
His vbi tum natum Anchiſes vnáque Sibyllam
Proſequitur dictis, portáque emittit eburna:
Ille viam ſecat ad naues, ſociósque reuiſit.
Tum ſe ad Caietæ recto fert littore portum.
Anchora de prora iacitur, ſtant littore puppes.

P. VIRGILII MARONIS
ÆNEIDOS
LIBER VII.

MODESTINI IVRISCONSVLTI ARGVMENTVM.

Hîc quoque Caietam ſepelit: tum deinde profectus
Laurentum venit: hanc verbis cognouit Iuli
Fatalem terram. Menſis en veſcimur, inquit.
Centum oratores veniam pacémque petentes
Ad regem mittit, lectos tum forte, Latinum:
Qui cum pace etiam nata connubia pactus.
Hoc fortè Alecto Iunonis diſſipat iras.
Concurrunt dictis, quamuis pia fata repugnent.
Belli cauſa fuit violatus vulnere ceruus.
Tum gentes ſocia arma parant, fremit arma iuuentus.

ALIVD INCERTI AVTORIS ARGVMENTVM.

Tandem deueniunt Laurentia Troes in arua,
Et pace accepta læti noua mœnia condunt.
Nocte ſatam Iuno Furiam euocat: illa Latinos
Inter & Æneadas bellum ſerit, & ciet arma.
Protinus auxiliis terra inſtruit Itala Turnum.

ALIVD, MONOSTICHON.

Septimus Aeneam reddit fatalibus aruis.

ALIVD.

In Phrygas Italiam bello iam Septimus armat.

TV quoque littoribus noſtris Aeneia nutrix
Æternam moriens famam Caieta dediſti:
Et nunc ſeruat honos ſedē tuus: oſſáque nomen
Heſperia in magna (ſiqua eſt ea gloria) ſignat.
At pius exequijs Aeneas rite ſolutis,
Aggere compoſito tumuli, poſtquã alta quierunt
Æquora, tendit iter velis, portúmque relinquit.
Aſpirant auræ, in noctem: nec candida curſum
Luna negat, ſplendet tremulo ſub lumine pontus.
Proxima Circææ raduntur littora terræ,
Diues inacceſſos vbi Solis filia lucos
Aſſiduo reſonat cantu: tectiſque ſuperbis
Vrit odoratam nocturna in lumina cedrum,
Arguto tenues percurrens pectine telas.
Hinc exaudiri gemitus, iraq; leonum
Vincla recuſantem, & ſera ſub nocte rudentum:
Setigerique ſues, atque in præſepibus vrſi
Sæuire, ac formæ magnorum vlulare luporum:
Quos hominum ex facie dea ſæua potentibus herbis
Induerat Circe in vultus ac terga ferarum,
Quæ ne monſtra pij paterentur talia Troes,
Delati in portus, neu littora dira ſubirent,
Neptunus ventis impleuit vela ſecundis:
Atque fugã dedit, & præter vada feruida vexit.
Iámque rubeſcebat radiis mare, & æthere ab alto
Aurora in roſeis fulgebat lutea bigis:
Quum venti poſuêre, omniſque repente reſedit
Flatus, & in lento luctantur marmore tonſæ.
Atque hic Aeneas ingentem ex æquore lucum
Proſpicit: hunc inter fluuio Tyberinus amœno,
Vorticibus rapidis & multa flauus arena
In mare prorumpit: variæ circúmque ſupráque
Aſſuetæ ripis volucres & fluminis alueo,
Æthera mulcebant cantu, lucóque volabant.
Flectere iter ſocijs terræq; aduertere proras
Imperat: & lætus fluuio ſuccedit opaco.
Nunc age, qui reges, Erato, quæ tẽpora rerum,
Quis Latio antiquo fuerit ſtatus, aduena claſſem
Quum primùm Auſoniis exercitus appulit oris,
Expediam: & primæ reuocabo exordia pugnæ,
Tu vatem, tu diua mone. dicam horrida bella:
Dicam acies, actóſque animis in funera reges,
Tyrrhenámque manũ, totámq; ſub arma coactã
Heſperiam. maior rerum mihi naſcitur ordo,
Maius opus moueo. Rex arua Latinus & vrbes
Iam

Iam senior longa placidas in pace regebat.
Hunc Fauno & Nympha genitum Laurente Marica
Accipimus. Fauno Picus pater, isq; parentem
Te Saturne refert: tu sanguinis vltimus autor.
Filius huic fato diuum, prolesq; virilis
Nulla fuit: primaq; oriens erepta iuuenta est.
Sola domum & tantas seruabat filia sedes,
Iam matura viro, iam plenis nubilis annis.
Multi illam magno è Latio totaq; petebant
Ausonia: petit ante alios pulcherrimus omnes
Turnus, auis atauisq; potens: quem regia coniux
Adiungi generum miro properabat amore:
Sed varius portenta deum terroribus obstant.
Laurus erat tecti medio, in penetralibus altis,
Sacra comam, multosq; metu seruata per annos:
Quam pater inuentam primas quum conderet arces,
Ipse ferebatur Phœbo sacrasse Latinus,
Laurentisq; ab ea nomen posuisse colonis.
Huius apes summum densæ (mirabile dictu)
Stridore ingenti, liquidum trans æthera vectæ,
Obsedêre apicem: & pedibus per mutua nexis
Examen subitum ramo frondente pependit:
Continuo vates, Externum cernimus, inquit,
Aduentare virum: & partes petere agmen eadẽ
Partibus ex ijsdem, & summa dominarier arce.
Præterea castis adolet [1] dum altaria tædis,
Et iuxta genitorem astat Lauinia virgo,
Visa (nefas) longis comprendere crinibus ignem,
Atq; omnẽ ornatum flamma crepitante cremari:
Regalesq; accensa comas, accensa coronam
Insignem gemmis: tum fumida lumine fuluo
Inuolui, ac totis Vulcanum spargere tectis.
Id verò horrendum ac visu mirabile ferri.
Nanque fore illustrem fama fatisq; canebant
Ipsam, sed populo magnum portendere bellum.
At rex sollicitus monstris, oracula Fauni
Fatidici genitoris adit: lucosq; sub alta
Consulit Albunea: nemorum quæ maxima sacro
Fonte sonat, saluamq; exhalat opaca Mephitim.
Hinc Italæ gentes omnisq; OEnotria tellus
In dubiis responsa petunt: huc dona sacerdos
[2] Quum tulit, & caesarum ouium sub nocte silẽti
Pellibus incubuit stratis, somnosq; petiuit,
Multa modis simulacra videt volitantia miris:
Et varias audit voces, fruiturq; deorum
Colloquio, atq; imis Acheronta affatur Auernis.
Hic & tum pater ipse petens responsa Latinus,
Centum lanigeras mactabat rite bidentes.
Atq; harum effultus tergo stratisq; iacebat
Velleribus: subita ex alto vox reddita luco est,
Ne pete connubiis natam sociare Latinis.
O mea progenies: thalamis neu crede paratis.
Externi [3] veniunt generi: qui sanguine nostrum
Nomen in astra ferant, quorumq; à stirpe nepotes,
Omnia sub pedibus quàm sol vtrumq; recurrens
Aspicit. Oceanum, vertiq; regiq; videbunt.
Hæc responsa patris Fauni monitusq; silenti
Nocte datos, non ipse suo premit ore Latinus:
Sed circum latè volitans iam fama per vrbes
Ausonias tulerat: quum Laomedontia pubes
Gramineo ripæ religauit ab aggere classem.
Æneas, primiq; duces, & pulcher Iulus,
Corpora sub ramis deponunt arboris altæ:
Instituuntq; dapes, & adorea liba per herbas
Subijciunt epulis (sic Iuppiter ipse monebat)
Et cereale solum pomis agrestibus augent.
Consumptis hic fortè aliis, vt vertere morsus
Exiguam in Cererem penuria adegit edendi:
Et violare manu malisq; audacibus orbem
Fatalis crusti, patulis nec parcere quadris:
Heus etiam mensas consumimus, inquit Iulus,
Nec plura, alludens. ea vox audita laborum
Prima tulit finem: primamq; loquentis ab ore
Eripuit pater, ac stupefactus numine pressit.
Continuò, Salue fatis mihi debita tellus,
Vósque (ait) ó fidi Troiæ saluete Penates:
Hic domus, hæc patria est. genitor mihi talia nãq;
(Nunc repeto) Anchises fatorũ arcana reliquit:
Quum te nate fames ignota ad littora vectum
Accisis coget dapibus consumere mensas,
Tum sperare domos defessus, ibiq; memento
Prima locare manu moliriq; aggere tecta.
Hæc erat illa fames: hæc nos suprema manebant
Exitiis positura modum.
Quare agite, & primo læti cum lumine solis,
Quæ loca quiue habeant homines, vbi mœnia gentis,
Vestigemus, & à portu diuersa petamus.
Nunc pateras libate Ioui, precibusq; vocate
Anchisem genitorem: & vina reponite mensis.
Sic deinde effatus, frondenti tempora ramo
Implicat: & Geniumq; loci, primamq; deorum
Tellurem, Nymphasq; & adhuc ignota precatur
Flumina: tum noctem, noctisq; orientia signa,
Idæumq; Iouem, Phrygiamq; ex ordine matrem
Inuocat, & duplices Cœloq; Erebóq; parentes:
Hic pater omnipotens ter cœlo clarus ab alto
Intonuit, radiisq; ardentem lucis & auro
Ipse manu quatiens ostendit ab æthere nubem.
[1] Diditur hic subitò Troiana per agmina rumor,
Aduenisse diem quo debita mœnia condant.
Certatim instaurant epulas: atque omine magno
Crateras læti statuunt & vina coronant.
Postera quum [2] prima lustrabat lampade terras
Orta dies, vrbem, & fines, & littora gentis
Diuersi explorant. hæc fontis stagna Numici:
Hũc, Tybrim fluuiũ: hic fortes habitare Latinos.
Tum satus Anchisa, delectos ordine ab omni
Centum oratores augusta ad mœnia regis
Ire iubet, ramis velatos Palladis omnes
Donáque ferre viro, pacémq; exposcere Teucris.
Haud mora: festinant iussi, rapidisq; feruntur
Passibus: ipse humili designat mœnia fossa,
Molituráq; locum: primasq; in littore sedes,
Castrorum in morem, pinnis atque aggere cingit.
Iámque iter emensi, turres ac tecta Latinorum

1 al. cùm. 2 al. Contulit. 3 al. venient.

1 al. deditur. 2 al. primo.

Ardua cernebant iuuenes, muróque subibant.
Ante vrbem pueri & primæuo flore iuuentus
Exercentur equis, domitaq; in puluere currus:
Aut acres tendunt arcus aut lenta lacertis
Spicula contorquent, cursúque ictúque lacessunt.
Quum prouectus equo longæui regis ad aures
Nuntius ingentes ignota in veste reportat
Aduenisse viros. ille intra tecta vocari
Imperat, & solio medius consedit auito.
Tectum augustum, ingens, centũ sublime colũnis,
Vrbe fuit summa, Laurentis regia Pici,
Horrendum syluis & religione parentum.
Hinc sceptra accipere & primos attollere fasces
Regibus omen erat: hoc illis curia templum,
Hæ sacris sedes epulis. hic ariete cæso
Perpetuis soliti patres [1] considere mensis.
Quinetiam veterum effigies ex ordine auorum
Antiqua ex cedro, Italúsque patérque Sabinus.
Vitisator, curuam seruans sub imagine falcem:
Saturnúsque senex Ianique bifrontis imago,
Vestibulo astabant: aliique ab origine reges,
Martia [2] qui ob patriã pugnando vulnera passi.
Multáque præterea sacris in postibus arma,
Captiui pendent currus, curuæq; secures,
Et cristæ capitum, & portarũ ingentia claustra,
Spiculáque clypeique, ereptáque rostra carinis.
Ipse Quirinali lituo paruáque sedebat
Succinctus trabea, læuáque ancile gerebat
Picus, equũm domitor, quem capta cupidine coniunx
Aurea percussum virga, versúmque venenis,
Fecit quem Circe sparsitque coloribus alas.
Tali intus templo diuũm patriáque Latinus
Sede sedens, Teucros ad sese in tecta vocauit:
Atque hæc ingressis placido prior edidit ore,
Dicite Dardanidæ (neque enim nescimus & vrbem,
Et genus: auditique aduertitis æquore cursus)
Quid petitis? quæ causa rates aut cuius egentes
Littus ad Ausonium tot per vada cærula vexit?
Siue errore viæ, seu tempestatibus actí,
(Qualia multa mari nautæ patiuntur in alto)
Fluminis intrastis ripas, portúque sedetis:
Ne fugite hospitium: néue ignorate Latinos
Saturni gentem, haud vinclo nec legibus æquam,
Sponte sua, veterisque Dei se more tenentem.
Atque equidem memini (fama est obscurior an-
Aurũcos ita ferre senes: his ortus vt agris (nis)
Dardanus Idæas Phrygiæ penetrauit ad vrbes,
Threiciámque Samum, qua nunc Samothracia fertur.
Hinc illum Coriti Tyrrhena ab sede profectum,
Aurea nunc solio stellantis regia cœli
Accipit, & numerum diuorum altaribus auget.
Dixerat: & dicta Ilioneus sic voce sequutus,
Rex, genus egregium Fauni, nec fluctibus actos
Atra subegit hyems vestris succedere terris:
Nec sidus regione viæ, littúsve fefellit:
Consilio hanc omnes animisq; volentibus vrbem
Afferimur pulsi regnis quæ maxima quondam
Extremo veniens Sol aspiciebat olympo.
Ab Ioue principium generis, Ioue Dardana pu- (bes
Gaudet auo: rex ipse Iouis de gente suprema
Troius Æneas tua nos ad limina misit.
Quanta per Idæos sæuis effusa Mycenis
Tempestas ierit campos quibus actus vterque
Europæ atque Asiæ fatis concurrerit orbis:
Audiit & siquem tellus extrema refuso
Submouet Oceano, & siquem extenta plagarum
Quattuor in medio dirimit plaga solis iniqui.
Diluuie ex illo tot vasta per æquora vecti,
Diis sedem exiguam patriis littúsque rogamus
Innocuum, & cunctis vndámque auramque patentem.
Non erimus regno indecores: nec vestra feretur
Fama leuis, tantiq; abolescet gratia facti:
Nec Troiam Ausonios gremio excepisse pigebit.
Fata per Æneæ iuro, dextrámque potentem,
Siue fide, seu quis bello est expertus & armis:
Multi nos populi, multæ (ne temne, quòd vltro
Præferimus manibus vittas ac verba [1] precantũ)
Et petière sibi & voluêre adiungere gentes.
Sed nos fata Deũm vestras exquirere terras
Imperiis egêre suis. hinc Dardanus ortus,
Huc repetit: iussisque ingentibus vrget Apollo
Tyrrhenum ad Tybrim, & fontis vada sacra Numici.
Dat tibi præterea fortunæ parua prioris
Munera, reliquias Troia ex ardente receptas.
Hoc pater Anchises auro libabat ad aras:
Hoc, Priami gestamen erat: quum iura vocatis
More daret populis: sceptrúmque: sacérque tiaras,
Iliadúmque labor, vestes.
Talibus Ilionei dictis, defixa Latinus
Obtutu tenet ora: solóque immobilis hæret,
Intentos voluens oculos. nec purpura regem
Picta mouet, nec sceptra mouêt Priameia tantũ,
Quantũ in connubio natæ thalamóque moratur,
Et veteris Fauni voluit sub pectore sortem.
Hunc illum fatis externa à sede profectum
Portendi generum, paribúsque in regna vocari
Auspiciis: hinc progeniem virtute futuram
Egregiam, & totum quæ viribus occupet orbem.
Tandem latus ait, Dij nostra incepta secundent,
Auguriúmque suũ. dabitur Troianę quod optas.
Munera nec sperno. non vobis rege Latino
Diuitis vber agri, Troiæve opulentia deerit.
Ipse modò Æneas (nostri si tanta cupido est,
Si iungi hospitio properat, sociúsque vocari)
Adueniat, vultus néve exhorrescat amicos.
Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni.
Vos contrà regi mea nunc mandata referte.
Est mihi nata, viro gentis quàm iungere nostræ,
Non patrio ex adyto sortes, non plurima cœlo
Monstra sinunt: generos externis affore ab oris,
(Hoc Latio restare canunt) qui sanguine nostrum
Nomen in astra ferant. hunc illum poscere fata
Et reor, & (siquid veri mens augurat) opto.

[1] al. accumbere. [2] al. quæ

[1] al. precantia.

Hæc

Hæc effatus, equos numero pater eligit omni.
Stabant tercentum nitidi in præsepibus altis.
Omnibus extemplo Teucris iubet ordine duci
Instratos ostro alipedes pictisq; tapetis.
Aurea pectoribus demissa monilia pendent:
Tecti auro, fuluiq; mădunt sub dentibus aurum.
Absenti Æneæ currum geminosq; iugales
Semine ab ætherio, spirantes naribus ignem:
Illorum de gente, patri quos dædala Circe
Suppositæ de matre nothos furatæ creauit.
Talibus Æneadæ donis dictisq; Latini
Sublimes in equis redeunt, pacemq; reportant.
Ecce autem, Inachiis sese referebat ab Argis
Sæua Iouis coniux, auraq; inuecta tenebat:
Et latum Æneam, classemq; ex æthere longè
Dardaniam Siculo prospexit abusque Pachyno.
Moliri iam tecta videt, iam fidere terræ,
Deseruisse rates, stetit acri fixa dolore.
Tum quassans caput, hæc effudit pectore dicta,
Heu stirpem inuisam, & fatis contraria nostris
Fata Phrygum. num Sigeis occumbere campis?
Num capti potuêre capi? num incensa cremauit
Troia viros? medias acies mediosq; per ignes
Inuenêre viam? at, credo, mea numina tandem
Fessa iacent: odiis[1] haud exaturata quieui.
Quinetiam patria excussos infesta per vndas
Ausa sequi, & profugis toto me opponere ponto.
Absumptæ in Teucros vires cœliq; marisq;.
Quid Syrtes, aut Scylla mihi, quid vasta Charybdis
Profuit? optato cõduntur Tybridis alueo, (dis
Securi pelagi atque mei. Mars perdere gentem
Immanem Lapithûm valuit: concessit in iras
Ipse deum antiquam genitor Calydona Dianæ:
(Quod scelus aut Lapithus tantum, aut Calydone merente?)
Ast ego, magna Iouis coniux, nil linquere inausum
Quæ potui infelix, quæ memet in omnia verti,
Vincor ab Æneæ. quòd si mea numina non sunt
Magna satis, dubitem haud equidem implorare quod vsquam est.
Flectere si nequeo superos, Acheronta mouebo.
Non dabitur regnis (esto) prohibere Latinis,
Atque immota manet fatis Lauinia coniux,
At trahere, atq; moras tantis licet addere rebus
At licet amborum populos excindere regum.
Hac gener atque socer coeant: mercede suorum.
Sanguine Troiano & Rutulo dotabere virgo:
Et Bellona manet te pronuba: nec face tantum
Cisseis[2] prægnans ignes enixa iugales:
Quin idem Veneris partus suus, & Paris alter,
Funestæq; iterum recidiua in Pergama tædæ.
Hæc vbi dicta dedit, terras horrenda petiuit:
Luctificam Alecto dirarum ab sede sororum
Infernisq; ciet tenebris: cui tristia bella,
Iræq; insidiæq; & crimina noxia cordi.
Odit & ipse pater Pluton, odêre sorores
Tartareæ monstrum. tot sese vertit in ora:
Tam sæuæ facies, tot pullulat atra colubris.

1 al. aut. 2 al. prægnas.

Quam Iuno his acuit verbis, ac talia fatur.
Hunc mihi da proprium virgo sata nocte laborẽ,
Hanc operam, ne noster honos, infractáue cedat
Fama loco: neu connubijs ambire Latinum
Æneadæ possint, Italosue obsidere fines.
Tu potes vnanimes in prælia fratres,
Atque odijs versare domos, tu verbera tectis
Funereasq; inferre faces. tibi nomina mille,
Mille nocendi artes: fœcundum concute pectus.
Disiice compositam pacem, sere crimina belli.
Arma velit poscatq; simul rapiatq; iuuentus.
Exin Gorgoneis Alecto infecta venenis
Principio Latium & Laurentis tecta tyranni
Celsa petit, tacitúmque obsedit limen Amatæ.
Quã super aduẽtu Teucrũm, Turnique hymenæis,
Fœmineæ ardentem curaq; iraq; coquebant.
Huic dea cæruleis vnum de crinibus anguem
Coniicit, inque sinum præcordia ad intima subdit:
Quo furibunda domũ mõstro permisceat omnẽ.
Ille inter vestes & læuia pectora lapsus
Voluitur attactu nullo, fallitq; furentem
Vipeream inspirans animam. fit tortile collo
Aurum ingens coluber, fit longæ tædia vittæ:
Innectitq; comas, & membris lubricus errat.
Ac dum prima lues vdo sublapsa veneno
Pertentat sensus, atque ossibus implicat ignem:
Nec dum animus toto percepit pectore flammam,
Mollius & solito matrum de more loquuta est:
Multa super nata lacrymans, Phrygiusque hymenæis.
Exulibúsne datur ducenda Lauinia Teucris,
O genitor? nec te miseret nataq; tuiq;? (quet
Nec matris miseret, quã primo Aquilone relin-
Perfidus, alta petens, abducta virgine prædo?
[1]At nõ sic Phrygius penetrat Lacedæmona pastor.
Ledæamq; Helenam Troianas vexit ad[2] arces?
Quid tua sancta fides, quid cura antiqua tuorũ,
Et consanguineo toties data dextera Turno?
Si gener externa petitur de gente Latinis,
Idque sedet, Fauniq; premunt te iussa parentis:
Omnẽ equidem sceptris terram quæ libera nostris
Dissidet, extremam reor, & sic dicere diuos.
Et Turno (si prima domus repetatur origo)
Inachus, Acrisiuq; patres, mediæq; Mycenæ.
His vbi nequicquam dictis experta Latinum
Contrà stare videt: penitusq; in viscera lapsum
Serpentis furiale malum totámque pererrat:
Tum vero infelix ingentibus excita monstris,
Immensam sine more furit lymphata per vrbem:
Ceu quondam torto volitans sub verbere turbo.
Quem pueri magno in gyro vacua atria circum
Intenti ludo exercent: ille actus habena
Curuatis fertur spatijs: stupet inscia turba,
Impubésque manus, mirata volubile buxum:
Dant animos plagæ. non cursu segnior illo
Per medias vrbes agitur, populosq; feroces.
Quinetiam in syluas, simulato numine Bacchi,
(Maius adorsa nefas, maioremq; orsa furorem)

1 al. Anneus. 2 al. vrbes.

Euolat: & natam frondosis montibus abdit,
Quò thalamũ eripiat Teucris, tædasq; moretur,
Euohe Bacche, fremens, solum te virgine dignum
Vociferans. etenim molles tibi sumere thyrsos
Te lustrare choro, sacrum tibi pascere crinem,
Fama volat: furiisq; accensas pectore matres,
Idẽ omnes simul ardor agit noua quærere tecta.
Deseruêre domos: ventis dant colla comasq;.
Aſt aliæ tremulis vlulatibus æthera complent,
Pampineasq; gerunt incinctæ pellibus hastas.
Ipsa inter medias flagrantem feruida pinum
Sustinet, ac natæ, Turniq; canit hymenæos,
Sanguineam torquens aciẽ: [1] toriumque repente
Clamat, Io matres audite [2] vbi quæq; Latinæ.
Siqua piis animis manet infelicis Amatæ
Gratia, si iuris materni cura remordet:
Soluite crinales vittas, capite orgia mecum.
Talem inter syluas, inter deserta ferarum.
Reginam Alecto stimulis agit vndique Bacchi.
Postquam visa satis primos acuisse furores,
Consiliumq; omnemq; domum vertisse Latini,
Protinus hinc fuscis tristis dea tollitur alis
Audacis Rutuli ad muros: quam dicitur vrbem
Acrisioneis Danae fundasse colonis,
Præcipiti delata Noto locus Ardea quondam
Dictus auis, & nunc magnum [3] manet Ardea nomen.
Sed fortuna fuit: tectis hic Turnus in altis
Iam mediam nigra carpebat nocte quietem:
Alecto toruam faciem, & furialia membra
[4] Exuit: in vultus sese transformat aniles,
Et frontem obscœnam rugis arat, induit albos
Cum vitta crines: tum ramum innectit oliuæ.
Fit Calybe Iunonis anus, templiq; sacerdos:
Et iuueni ante oculos his se cum vocibus offert:
Turne, tot incassum fusos patiêre labores?
Et tua Dardanijs transcribi sceptra colonis?
Rex tibi coniugium & quæsitas sanguine dotes
Abnegat, externusq; in regnum quæritur hæres.
I nunc, ingratis offer te irrise periclis:
Tyrrhenas i sterne acies, tege pace Latinos.
Hæc adeò tibi me, placida quum nocte iacentem,
Ipsa palam fari omnipotens Saturnia iussit.
Quare age, & armari pubem portisq; moueri
Lætus in arma para: & Phrygios, qui flumine pul (chro
Cósedêre, duces, pictasq; exure carinas.
Cœlestium vis magna iubet. rex ipse Latinus,
Ni dare coniugium, & dicto parere fatetur,
Sentiat, & tãdem Turnũ experiatur in armis,
Hic iuuenis vatem irridens, sic orsa vicissim
Ore refert, Classes inuectas Tybridis vndam,
Non, vt rere meas effugit nuntius aures:
(Ne tantos mihi finge metus) nec regia Iuno
Immemor est nostri.
Sed te victa situ, veriq; effœta senectus,
O mater curis nequicquam exercet, & arma
Regum inter falsa vatem formidine ludit.
Cura tibi, diuũm effigies & templa tueri:

al. toruomque. 2 al. vbicumque.
3 al. *tenet*. 4 al. Exit &.

Bella viri pacémq; [1] gerant, queis bella gerenda.
Talibus Alecto dictis exarsit in iras.
At iuueni oranti subitus tremor occupat artus:
Diriguêre oculi. tot Erinnys sibilat hydris.
Tantáq; se facies aperit: tum flammea torquent
Lumina, cunctantem & quærentem dicere plura
Reppulit. & geminos erexit crinibus angues:
Verberaq; insonuit, [2] rabidoq; hæc addidit ore,
En ego victa situ, quam veri effœta senectus
Arma inter regum falsa formidine ludit.
Respice ad hæc: adsum dirarum ab sede sororum:
Bella manu lethúmque gero.
Sic effata facem iuueni coniecit & atro
Lumine fumantes fixit sub pectore tedas.
Olli somnum ingens rupit pauor: ossaq; & artus
Perfudit toto proruptus corpore sudor.
Arma amẽs fremit, arma toro tectisq; requirit.
Sæuit amor ferri, & scelerata insania belli:
Ira super. magno veluti quum flamma sonore
Virgea suggeritur costis vndantis aheni,
Exultántq; æstu latices: furit intus [3] aquæ vis.
Fumidus atque altè spumis exuberat amnis:
Nec iam se capit vnda, volat vapor ater ad auras.
Ergo iter ad regem polluta pace, Latinum
Indicit primis iuuenum, & iubet arma parari:
Tutari Italiam, detrudere finibus hostem:
Se satis ambobus Teucrisq; venire Latinisq;.
Hæc vbi dicta dedit, diuosq; in vota vocauit,
Certatim sese Rutuli exhortantur in arma.
Hunc decus egregium formæ mouet, atq; iuuẽtæ:
Hunc ataui reges, hunc claris dextera factis.
Dum Turnus Rutulos animis audacibus implet,
Alecto in Teucros Stygijs se concitat alis:
Arte noua speculata locum, quo littore pulcher
Insidijs cursuq; feras agitabat Iulus.
Hic subitam canibus rabiem Cocytia virgo
Obijcit, & noto nares contingit odore,
Vt ceruum ardentes agerẽt. quæ prima [4] malorũ
Causa fuit, belloq; animos accendit agrestes.
Ceruus erat forma præstanti & cornibus ingens,
Tyrrhida pueri quem matris ab vbere raptum
Nutribant: Tyrrhúsque pater, cui regia parent
Armenta, & latè custodia credita campi:
Assuetum imperijs soror omni Syluia cura
Mollibus intexens ornabat cornua sertis:
Pectebatq; ferum, puroq; in fonte lauabat.
Ille manum patiens, mensæq; assuetus herili,
Errabat syluis, rursusq; ad limina nota
Ipse domum sera quamuis se nocte ferebat.
Hunc procul errantem rabidæ venantis Iuli
Commouêre canes: fluuio quum forte secundo
Deflueret, ripáque æstus viridante leuaret.
Ipse etiam eximiæ laudis succensus amore
Ascanius, curuo direxit spicula cornu:
Nec dextra erranti deus abfuit: actáque multo
Pérq; vterum sonitu pérq; ilia venit arundo.
Saucius at quadrupes nota intra tecta refugit,

1 al gerent. 2 al. rapido. 3 al. *Aquai flum.*
4 al. laborum.

Suc-

Successitq; gemens stabulis: questuq; cruentus,
Atque imploranti similis, tectum omne repleuit.
Syluia prima soror palmis percussa lacertos,
Auxilium vocat, & duros conclamat agrestes.
Olli (pestis enim tacitis latet aspera syluis)
Improuisi adsunt. hic torre armatus obusto,
Stipitis hic grauidi nodis. quod cuiq; repertum
Rimanti, telū ira [1] facit. vocat agmina Tyrrhus,
Quadrifidam quercum cuneis vt forte coactis
Scindebat, rapta spirans immane securi.
At saua è speculis tempus dea nacta nocendi,
Ardua tecta petit, stabuli & de culmine summo
Pastorale canit signum, cornuq; recuruo
Tartaream intendit vocem: qua protinus omne
Contremuit nemus & syluæ intonuere profundæ.
Audiit & Triuiæ longè lacus, audiit amnis
Sulphurea Nar albus aqua, fontésque Velini:
Et trepidæ matres pressere ad pectora natos.
Tum vero ad vocem celeres, qua buccina signum
Dira dedit, raptis concurrunt vndiq; telis
Indomiti agricolæ. necnon & Troia pubes
Ascanio auxilium castris effundit apertis.
Direxêre acies. non iam certamine agresti,
Stipitibus duris agitur, sudibusve præustis:
Sed ferro ancipiti decernunt: atraq; latè
Horrescit strictis seges ensibus: æraq; fulgent
Sole lacessita, & lucem sub nubila iactant.
Fluctus vti primo cœpit quum albescere vento,
Paulatim sese tollit mare, & altius vndas
Erigit, inde imo consurgit ad æthera fundo.
Hic iuuenis, primam ante aciem stridente sagitta,
Natorum Tyrrhi fuerat qui maximus, Almon
Sternitur. [2] hæsit enim sub gutture vulnus, & vdæ
Vocis iter tenuemq; incluſit sanguine vitam.
Corpora multa virûm circa seniorq; Galesus:
Dum paci medium se offert, iustissimus vnus
Qui fuit, Ausoniisq; olim ditissimus aruis.
Quinque greges illi balantum, quina redibant
Armenta, & terram centum vertebat aratris.
Atq; ea per campos æquo dum Marte geruntur,
Promissi dea facta potens, vbi sanguine bellum
Imbuit, & primæ commisit funera pugnæ:
Deserit Hesperiam, & cœli conuexa per auras,
Iunonem victrix affatur voce superba:
En perfecta tibi bello discordia tristi:
Dic in amicitiam coeant, & fœdera iungant:
Quandoquidem Ausonio respersi sanguine Teucros
Hoc etiam his addam, tua si mihi certa voluntas,
Finitimas in bella feram rumoribus vrbes:
Accendamq; animos insani Martis amore,
Vndique vt auxilio veniant: spargam arma per agros
Tum contrà Iuno, Terrorum & fraudis abunde est.
Stant belli causæ: pugnatur comminus armis:
Quæ fors prima dedit, sanguis nouus imbuit arma.
Talia [3] connubia & tales celebrent hymenæos
Egregium Veneris genus & rex ipse Latinus.
Te super ætherias errare licentius auras
Haud pater [1] ipse velit, summi regnator olympi.
Cede locis: ego, siqua super fortuna laborum est,
Ipsa regam. Tales dederat Saturnia voces:
Illa autem attollit stridentes anguibus alas,
Cocytiq; petit sedem, supera ardua linquens.
Est locus, Italiæ [2] in medio, sub montibus altis,
Nobilis, & fama multis memoratus in oris:
Amsancti valles. densis hunc frondibus atrum
Vrget vtrunq; latus nemoris, medioq; fragosus
Dat sonitum saxis & torto vortice torrens.
Hic specus horrendum, & sæui spiracula Ditis
Monstrantur: ruptoq; ingens Acheronte vorago
Pestiferas aperit fauces: queis condita Erinnys,
Inuisum numen, terras cœlumq; leuabat,
Nec minus interea extremam Saturnia bello
Imponit regina manum. ruit omnis in vrbem
Pastorum ex acie numerus: cæsiq; reportant,
Almonem puerum, fœdatiq; ora Galesi:
Implorantq; deos, obtestanturq; Latinum,
Turnus adest medioq; in crimine, cædis & ignis
Terrorem ingeminat: Teucrosq; in regna vocari,
Stirpem admisceri Phrygiam, se limine pelli.
Tū, quorū attonitæ Baccho nemora auia matres
Insultãt thiasis (neq; enim leue nomen Amatæ)
Vndiq; collecti coeunt, Martemq; fatigant.
Ilicet infandum cuncti contra omina bellum,
Contra fata deûm, peruerso numine poscunt.
Certatim regis circumstant tecta Latini.
Ille, velut pelagi rupes immota, [1] resistit:
Vt pelagi rupes, magno veniente fragore,
Quæ sese multis circum latrantibus vndis,
Mole tenet: scopuli nequicquã & spumea circum
Saxa fremunt. latet ipsa illisa refunditur alga.
Verùm vbi nulla datur cæcũ [4] exuperare potestas
Consilium, & sæuæ nutu Iunonis eunt res:
Multa deos auraq; pater testatus inanes,
Frangimur heu fatis (inquit) ferimurq; procella.
Ipsi has sacrilego pendetis sanguine pœnas,
O miseri. te Turne nefas. te triste manebit
Supplicium: votisq; deos venerabere seris.
Nam mihi parta quies, omnisq; in limine portus:
Funere felici spolior. Nec plura loquutus,
Sepsit se tectis, rerumq; reliquit habenas.
Mos erat Hesperio in Latio (quem protinus vrbes
Albanæ coluere sacrum, nunc maxima rerum
Roma colit, quum prima mouent in prælia Martem:
Siue Getis inferre manu lacrymabile bellum,
Hyrcanisue Arabisue parant, seu tendere ad Indos,
Auroramq; sequi Parthosq; reposcere signa.
Sunt geminæ belli portæ (sic nomine dicunt)
Religione sacræ & sæui formidine Martis:
Centum ærei claudunt vectes, æternaq; ferri
Robora: nec custos absistit limine Ianus:
Has, vbi certa sedet patribus sententia pugnæ,

1 al. fuit. 2 al. exit. 3 al. coniugia.

1 al. ille. 2 in, deest in quibusdam.
3 al. leuauit. 4 al. expugnare.

Ipse Quirinali trabea cinctúque Gabino
Insignis, reserat stridentia limina consul:
Ipse vocat pugnas, sequitur tum cætera pubes,
Æreáque assensu conspirant cornua rauco.
Hoc & tum Æneadis indicere bella Latinus
More iubebatur, tristésque recludere portas.
Abstinuit tactu pater, auersúsque refugit
Fœda ministeria, & cæcis se condidit umbris.
Tum regina Deum cœlo delapsa, morantes
Impulit ipsa manu portas, & cardine verso
Belli ferratos rupit Saturnia postes.
Ardet inexcita Ausonia atque immobilis antè.
Pars pedes ire parat campis, pars, arduus altis
Puluerulẽtus 1 *equis furit: omnes arma requirũt.*
Pars leues clypeos & spicula lucida tergent
Aruina pingui subigúntque in cote secures:
Signáque ferre iuuat, sonitúsq; audire tubarum,
Quinque adeò magnæ positis incudibus vrbes
Telã nouant, Atina potens, Tybúrque superbum,
Ardea, Cruſtumerique, & turrigeræ Antemnæ.
Tegmina tuta cauat capitum flectũtq; salignas
Vmbonum crates: alij thoracas ahenos
Aut leues ocreas lento ducunt argento.
Vomeris huc & falcis honos, huc omnis aratri
Cessit amor: recoquunt patrios fornacibus enses.
Classica iámque sonant: it bello tessera signum.
Hic galeam tectis trepidus rapit: ille frementes
Ad iuga cogit equos, clypeumque auroq; trilicem
Loricam induitur fidoque accingitur ense.
Pandite nunc Helicona deæ, cantúsque mouete,
Qui bello exciti reges, quæ quenque sequutæ
Complerint campos acies, quibus Itala iam tum
Floruerit terra alma viris, quibus arserit armis.
Et meministis enim diuæ, & memorare potestis.
Ad nos vix tenuis famæ perlabitur aura.
Primus init bellum Tyrrhenis asper ab oris
Conteptor diuũm Mezentius, agminá q; armat.
Filius huic iuxta Lausus: quo pulchrior alter
Non fuit, excepto Laurentis corpore Turni.
Lausus equũm domitor, debellatórque ferarum,
Ducit Agyllina nequicquam ex vrbe secutos
Mille viros: dignus patriis qui lætior esset
Imperiis, & cui pater haud Mezentius esset.
Post hos insignem palma per gramina currum
Victoréque ostentat equos satus Hercule pulchro
Pulcher Auentinus: clypeoque, insigne paternum,
Centum angues, cinctámque, gerit serpentibus hydram.
Collis Auentini sylua quem Rhea sacerdos
Furtiuum partu sub luminis edidit auras,
Mista Deo mulier: postquam Laurentia victor
Geryone extincto Tirynthius attigit arua,
Tyrrhenoque boues in flumine lauit Iberas.
Pila manu sæuosq; gerunt in bella dolones:
Et tereti pugnant mucrone, verúque Sabello.
Ipse pedes tegmen torquens immane leonis,
Terribili impexum sera, cum dentibus albis,
Indutus capiti, sic regia tecta subibat,
Horridus, Herculeoq; humeros innexus amictu.

1 al. eques.

Tum gemini fratres Tyburtia mœnia linquunt,
Fratris Tyburti dictam cognomine gentem.
Catillúsque, acérque Coras, Argiua iuuentus.
Et prima ante aciem densa inter tela feruntur:
Ceu duo nubigenæ quum vertice montis ab alto,
Descendunt Centauri, Omolen Othrynque nivalem
Linquentes cursu rapido: dat euntibus ingens
Sylua locum, & magno cedunt virgulta fragore.
Nec Prænestinæ fundator defuit vrbis:
Vulcano genitum pecora inter agrestia regem,
Inuentúmque focis, omnis quem credidit ætas,
Cæculus. hunc legio latè comitatur agrestis:
Quique alti Prænestе viri, quiq; arua Gabinæ
Iunonis, gelidúmque Anienem, & rosida riuis
Hernica saxa colũt: quos dives Anagnia pascit,
Quos Amasene pater. non illis omnibus arma,
Nec clypei currúsue sonant: pars maxima glandes
Liuentis plumbi spargit, pars spicula gestat
Bina manu: fuluosque lupi de pelle galeros
Tegmen habet capiti: vestigia nuda sinistri
Instituêre pedis, crudus tegit altera pero.
At Mesapus equũm domitor, Neptunia proles,
Quem neque fas igni cuiquã, nec sternere ferro,
Iampridem resides populos desuetáque bello
Agmina in arma vocat subitò, ferrumq; retractat.
Hi Fescenninas acies, æquosque Faliscos,
Hi Soractis habent arces, Flauiniáque arua.
Et Cymini cum mõte lacum, lucosque Capenos.
Ibant æquati numero, regémque canebant:
Ceu quondam niuei liquida inter nubila cygni
Quum sese è pastu referunt, & longa canoros
Dant per colla modos, sonat amnis, & Asia longè
Pulsa palus.
Nec quisquam æratas acies ex agmine tanto
Miscerí putet, aeriam sed gurgite ab alto
Vrgeri volucrum raucarum ad littora nubem.
Ecce, Sabinorum prisco de sanguine, magnum
Agmen agens Clausus, magnique ipse agminis instar:
Claudia nũc à quo diffunditur & tribus & gens
Per Latium, postquam in partem data Roma Sabinis,
Vnà ingẽs Amiterna cohors, priscique Quirites,
Ereti manus omnis, oliuiferæque Mutuscæ:
Qui Nomentũ Vrbem, qui Roſea rura Velini,
Qui Tetricæ horrentes rupes, montémque Seuerũ
Casperiámque colunt, Forulosque, & flumen Himellæ:
Qui Tyberim Fabarimque bibunt: quos frigida misit
Nursia, & Hortinæ classes, populique Latini:
Quosque secans infaustum interluit Allia nomẽ.
Quàm multi Libyco voluũtur marmore fluctus,
Sæuus vbi Orion hybernis conditur vndis,
Vel quum sole nouo densæ torrentur aristæ
Aut Hermi campo, aut Lyciæ flauentibus aruis:
Scuta sonat, pulsúque pedũ ; tremit excita tellus.

1 al. mutuſtæ. 2 al. Roſcidum: ſed Roſea Ser. agnoſcit, à loci nomine. 3 conterrita.

Hinc

Hinc Agamemnonius Troiani nominis hostis
Curru iungit Halesus equos, Turnoq; feroces
Mille rapit populos: vertunt felicia Baccho
Massica qui rastris, & quos de collibus altis
Aurunci misere patres, Sidicinaque iuxta
Æquora: quiq; Cales linquunt: amnisq; vadosi
Accola Vulturni, pariterq; Saticulus asper,
Oscorumque manus. teretes sunt aclides illis
Tela, sed hæc lento mos est aptare flagello.
Læuas cetra tegit, falcati comminus enses.
Nec tu carminibus nostris indictus abibis
O Ebale, quem genuisse Telon Sebetide Nympha
Fertur, Teleboum Capreas quum regna teneret
Iam senior. patriis sed non & filius aruis
Contentus, late iam tum ditione premebat
Sarrastes populos, & quæ rigat æquora Sarnus:
Quique Rufas Batulumque tenent, atque arua
Celennæ:
Et quos malifera despectant mœnia [1] Abellæ,
Teutonico ritu soliti torquere cateias:
Tegmina queis capitum raptus de subere cortex:
Æraq; micant peltæ, micat æreus ensis.
Et te montosæ misere in prælia Nursæ,
Vfens, insignem fama & felicibus armis.
Horrida præcipue cui gens assuetaque multo
Venatu nemorum, duris Æquicola glebis:
Armati terram exercent: semperq; recentes
Conuectare iuuat prædas, & viuere rapto.
Quin & [2] Marrubia venit de gente sacerdos,
Fronde super galeam & felici comptus oliua,
Archippi regis missu, fortissimus Vmbro.
Vipereo generi & grauiter spirantibus hydris
Spargere qui somnos cantuq; manuq; solebat,
Mulcebatq; iras, & morsus arte leuabat.
Sed non Dardaniæ medicari cuspidis ictum
Eualuit: neque eum iuuere in vulnera cantus
Somniferi, & Marsis quæsitæ in montibus herbæ.
Te nemus [3] Angitiæ, vitrea te Fucinus vnda,
Te liquidi fleuere lacus.
Ibat & Hippolyti proles pulcherrima bello,
Virbius: insignem quem mater Aricia misit
Eductum Egeriæ lucis, [4] Hymmettia circum
Littora: pinguis vbi & placabilis ara Dianæ.
Namque ferunt fama Hippolytum, postquam arte nouercæ
Occiderit, patriasq; explerit sanguine pœnas,
Turbatis distractus equis, ad sidera rursus
Ætheria & superas cœli venisse sub auras,
Pæoniis reuocatum herbis, & amore Dianæ.

1 al. bellæ. 2 al. Marruuia. 3 al. *Anguitiæ.*
4 al. Humentia.

Tum pater omnipotens, aliquem indignatus ab vmbris
Mortalem infernis ad lumina surgere vitæ,
Ipse repertorem medicinæ talis & artis
Fulmine Phœbigenã Stygias detrusit ad vndas.
At Triuia Hippolytum secretis alma recondit
Sedibus, & Nymphæ Egeriæ memoriq; relegat:
Solus vbi in syluis Italis ignobilis æuum
Exigeret. versoq; vbi nomine Virbius esset.
Vnde etiam Triuiæ templo luciq; sacratis
Cornipedes arcentur equi, quòd littore currum
Et iuuenum monstris pauidi effudêre marinis.
Filius ardentes haud [1] secius æquore campi
Exercebat equos, currúque in bella ruebat.
Ipse inter primos præstanti corpore Turnus
Vertitur, arma tenens, & toto vertice supra est.
Cui triplici crinita iuba galea alta Chimæram
Sustinet, Ætnæos efflantem faucibus ignes:
Tã magis illa fremens, & tristibus effera flãmis,
Quàm magis effuso crudescũt sanguine pugnæ.
At leuem clypeum sublatis cornibus Io
Auro insignibat, iam setis obsita, iambos,
Argumentum ingens, & custos virginis Argus,
Calataq; amnem fundens pater Inachus vrna.
Insequitur nimbus peditum: clypeataq; totis
Agmina densantur campis, Argiuaq; pubes,
Auruncaq; manus, Rutuli, veteresq; Sicani:
Et Sacranæ acies, & picti scuta Labici:
Qui saltus Tyberine tuos sacrumq; Numici
Littus arant: Rutulosq; exercent vomere colles,
Circæumq; iugũ: queis Iuppiter Anxuris aruis
Præsidet, & viridi gaudens Feronia luco.
Quà Saturæ iacet atra palus, gelidusq; per imas
Quærit iter valles atq; in mare conditur Vfens.
Hos super aduenit Volsca de gente Camilla,
Agmen agens equitũ, & florentes ære cateruas,
Bellatrix. non illa colo calathisue Minervæ
Fœmineas assueta manus. sed prælia virgo
Dura pati, cursuq; pedum præuertere ventos.
Illa vel intactæ segetis per summa volaret
Gramina, nec teneras cursu læsisset aristas:
Vel mare per medium fluctu suspensa tumenti
Ferret iter, celeres nec tingeret æquore plantas.
Illam omnis tectis agrisq; effusa iuuentus,
Turbáq; miratur matrũ, & prospectat euntem,
Attonitis inhians animis: vt regius ostro
Velet honos leues humeros, vt fibula crinem
Auro internectat: Lycià vt [2] gerat ipsa pharetrã,
Et pastoralem præfixa cuspide myrtum.

1 al. *segnius.*
2 al. *ferat.*

P. VIRGILII MARONIS
ÆNEIDOS LIBER VIII.

MODESTINI IVRISCONSVLTI ARGVMENTVM.

Dat belli signum Laurenti Turnus ab arce.

Mittitur & magni Venulus Diomedis ad vrbem,
Qui petat auxilium, & doceat quæ cauſa petendi.
Æneas diuûm monitis adit Arcada regem
Euandrum, Arcadia profugum, noua regna petentem.
Accipit auxilium: huic natum & ſocia agmina iungit
Euander, Pallas fatis comes ibat iniquis.
Iámque habilis bello, & maternis lætus in armis,
Fatáque fortunáſque ducum, caſúſque ſuorum
Sortitus cl[illegible]eo, diuina intentus in arte eſt.

ALIVD INCERTI AVTORIS ARGVMENTVM.

Vidit vt Æneas ſumma vi bella parari.
Arcadas, Euandrúmque ſenem ſibi fœdere iungit:
Dardanioq; duci ſociatur Etruria tota.
Arma petit genitrix, dat Mulciber: in clypeoq;
Res pingit Latias, & fortia facta nepotum.

ALIVD MONOSTICHON.

Præparat Octauo bellum quos mittat in hoſtes.

ALIVD.

Dat ſimul Æneæ ſocios Octauius & arma.

VT belli ſignum Laurenti Turnus ab arce
Extulit, & rauco ſtrepuerunt cornua cantu:
Vtque acres concuſſit equos, vtq; impulit arma:
Extemplo turbati animi ſimul omne tumultu
Coniurat trepido Latium: ſeuitq; iuuentus
Effera. ductores primi, Meſapus & Vfens,
Contemptórque deûm Mezentius, vndique coguntur
Auxilia, & latos vaſtant cultoribus agros.
Mittitur & magni Venulus Diomedis ad vrbem,
Qui petat auxilium & Latio conſiſtere Teucros:
Aduectum Æneam claſſi, victoſq; Penates
Inferre, & fatis regem ſe dicere poſci,
Edoceat, multáſque viro ſe adiungere gentes
Dardanio, & latè Latio increbreſcere nomen.
Quid ſtruat his cœptis, quem, (ſi fortuna ſequatur,)
Euentum pugnæ cupiat, manifeſtius ipſi,
Quam Turno regi aut regi apparere Latino.
Talia per Latium, quæ Laomedontius heros
Cuncta videns, magno curarum fluctuat æſtu.
Atque animum nunc huc celerem, nunc diuidit illuc,
In partesq; rapit varias, perq; omnia verſat:
Sicut aquæ tremulum labris vbi lumen ahenis
Sole repercuſſum, aut radiantis imagine Lunæ,
Omnia peruolitat latè loca: iamq; ſub auras
Erigitur, ſummique ferit laquearia tecti.
Nox erat, & terras animalia feſſa per omnes
Alituum pecudúmq; genus ſopor altus habebat:
Quum pater in ripa gelidiq; ſub ætheris axe
Æneas, triſti turbatus pectora bello,
Procubuit, ſerámque dedit per membra quietem.
Huic deus ipſe loci fluuio Tyberinus amœno,
Populeas inter ſenior ſe attollere frondes
Viſus, eum tenuis glauco velabat amictu
Carbaſus, & crines vmbroſa tegebat arundo:
Tum ſic affari: & curas his demere dictis,
O ſate gente deum, Troianam ex hoſtibus vrbem
Qui reuehis nobis, æternáque Pergama ſeruas,
Expectate ſolo Laurenti, aruiſque Latinis:
Hic tibi certa domus, certi, ne abſiſte, penates,
Neu belli terrere minus: timor omnis & iræ
Concedere deûm.
Iámque tibi (ne vana putes hæc fingere ſomnum)
Littoreis ingens inuenta ſub ilicibus ſus,
Triginta capitum fœtus enixa, iacebit,
Alba ſolo recubans, albi circum vbera nati.
Hic locus vrbis erit, requies ea certa laborum,
Ex quo ter denis vrbem redeuntibus annis
Aſcanius clari condet cognominis Albam.
Haud incerta cano. nûc qua ratione, quod inflat
Expedias victor, paucis (aduerte) docebo.
Arcades his oris genus a Pallante profectum,
Qui regem Euandrum comites, qui ſigna ſequuti,
Delegere locum, & poſuêre in montibus vrbem,
Pallantis prouaui de nomine, Pallanteum.
Hi bellum aſſidue ducunt cum gente Latina:
Hos caſtris adhibe ſocios, & fœdera iunge
Ipſe ego te ripis & recto flumine ducam,
Aduerſum remis ſuperes ſubuectus vt amnem:
Surge age nate dea: primisq; cadentibus aſtris
Iunoni fer rite preces, iramq; minaſque
Supplicibus ſupera votis, mihi victor honorem
Perſolues: ego ſum, pleno quem flumine cernis
Stringentem ripas, & pinguia culta ſecantem,
Cæruleus Tybris, cælo gratiſſimus amnis.
Hic mihi magna domus celſis caput vrbib. exit.
Dixit, deinde lacu fluuius ſe condidit alto,
Ima petens: nox Æneam ſomnuſq; reliquit.
Surgit, & ætherij ſpectans orientia ſolis
Lumina, rite cauis vndam de flumine palmis
Suſtulit: ac tales effudit ad æthera voces,
Nymphæ, Laurentes nymphæ, genus amnibus

1 al. tumor. 2 al. Conſedere.
3 al. donis.

vnde

vnde est:
Tuque ô Tybri 1 tuo genitor cum flumine sancto,
Accipite Æneam, & tandem arcete periclis.
Quo te cunque lacus miserantē incomoda nostra
Fonte tenet, quocunque solo pulcherrimus exis,
Semper honore meo, semper celebrabere donis,
Corniger Hesperidum fluuius regnator aquarum:
Adsis ô 2 tandem, & propius tua numina firmes.
Sic memorat: geminas{que} legit de classe biremes,
Remigióque aptat: socios simul instruit armis.
Ecce autem subitum atque oculis mirabile monstrum
Candida per syluam cum fœtu concolor albo
Procubuit, viridique in littore conspicitur sus.
Quā pius Æneas tibi enim, tibi maxima Iuno,
Mactat, sacra ferens, & cum grege sistit ad aram.
Tybris ea fluuium, quā longa est, nocte tumentem
Lenijt, & tacita refluens ita substitit vnda,
Mitis vt in morem stagni placidæque paludis
Sterneret æquor aquis: remo vt luctamen abesset.
Ergo iter inceptum 3 celerant rumore secundo.
Labitur vncta vadis abies: mirantur & vndæ,
Miratur nemus insuetum fulgentia longè
Scuta virûm fluuio, pictásque innare carinas.
Olli remigio noctémque diemque fatigant.
Et longos superant flexus, variisque teguntur
Arboribus: viridésque secant placido æquore syluas.
Sol medium cœli conscenderat igneus orbem,
Quū muros, arcémque procul, 4 & rara domorū
Tecta vident, quæ nunc Rómana potentia cœlo
Æquauit: tum res inopes 5 Euandrus habebat.
Ocyus aduertunt proras, vrbique propinquant.
Forte die solennem illo rex Arcas honorem
Amphitryoniadæ magno, diuíque ferebat
Ante vrbem, in luco: Pallas huic filius vnà,
Vna omnes iuuenum primi, pauperque senatus,
Thura dabant: tepidus{que} cruor fumabat ad aras.
Vt celsas videre rates, atque inter opacum
Adlabi nemus, & 6 tacitis incumbere remis:
Terrentur visu subito, cunctique relictis
Consurgunt mensis. audax quos rumpere Pallas
Sacra vetat, raptóque volat telo obuius ipse:
Et procul è tumulo, Iuuenes, quæ causa subegit
Ignotas tentare vias? quò tenditis? inquit.
Qui genus? vnde domo? pacémne huc fertis, an arma?
Tum pater Æneas puppi sic fatur ab alta.
(Pacifer{que} manu ramum prætendit oliuæ)
Troiugenas, ac tela vides inimica Latinis,
Quos illi bello profugos egere superbo.
Euandrum petimus: ferte hæc, & dicite lectos
Dardaniæ venisse duces, socia arma rogantes.
Obstupuit tanto perculsus nomine Pallas:
7 Egredere ô quicunque es, ait: coramque parentē
Alloquere, ac nostris succede penatibus hospes.
Accepitque manu, dextramq; amplexus inhæsit.
Progressi subeunt luco, fluuiúmque relinquunt.

1 al. tu ô. 2 tantùm. 3 al. celebrant. 4 al. ac. 5 al. Euander. 6 al. tacitos. 7 al. Et gradere.

Tum regem Æneas dictis affatur amicis,
Optime Graiugenum, cui me fortuna precari,
Et vitta comptos voluit prætendere ramos:
Non equidem extimui, Danaûm quod ductor & Arcas,
Quódque à stirpe fores geminis coniunctus Atridis:
Sed mea me virtus, & sancta oracula diuûm,
Cognatique patres, tua terris 1 dicta fama,
Coniunxere tibi, & fatis egere volentem.
Dardanus, Iliacæ primus pater vobis & autor.
Electra (vt Graij perhibent) Atlantide cretus,
Aduehitur Teucros: Electram maximus Atlas
Edidit, ætherios humero qui sustinet orbes.
Vobis Mercurius pater est, quem candida Maia
Cyllenes gelido conceptum vertice fudit.
At Maiam (auditis si quicquā credimus) Atlas,
Idem Atlas generat, cœli qui sidera tollit.
Sic genus amborum scindit se sanguine ab vno.
His fretus, non legatos, neque prima per artem
Tentamenta tui pepigi: meme ipse meúmque
Obieci caput, & supplex ad limina veni.
Gens eadem, quæ te, crudeli Daunia bello
Insequitur: nos si pellant, nihil abfore credunt
Quin omnem Hesperiam penitus sub iuga mittant,
Et mare quod supra, teneant, quod{que} alluit infra.
Accipe dáque fidem. sunt nobis fortia bello
Pectora, sunt animi, & rebus spectata iuuentus.
Dixerat Æneas: ille os oculósque loquentis
Iamdudum & totum lustrabat lumine corpus.
Tunc sic pauca refert, Vt te fortissime Teucrûm
Accipio agnoscóque libens! vt verba parentis
Et vocem Anchisæ magni vultúmque recordor!
Nam memini Hesiones visentem regna sororis
Laomedontiadem Priamum, Salamina petentem,
Protinus Arcadiæ gelidos inuisere fines.
Tum mihi prima genas vestibat flore iuuenta.
Mirabárque duces Teucros, mirabar & ipsum
Laomedontiadem: sed cunctis altior ibat
Anchises. mihi mens iuuenili ardebat amore
Compellare virum, & dextræ coniungere dextram.
Accessi, & cupidus Phenei sub mœnia duxi.
Ille mihi insignem pharetram, Lyciásque sagittas,
Discedens, chlamidémque auro dedit 2 intertextam,
Frænaq; bina, meus quæ nunc habet, aurea, Pallas.
Ergo & quam petitis, iuncta est mihi fœdere dextra,
Et lux quum primùm terris se crastina reddet,
Auxilio lætos dimittam opibúsque iuuabo.
Interea sacra hæc (quando huc venistis amici)
Annua, quæ differre nefas, celebrate fouentes
Nobiscum, & iam nūc sociorum assuescite mēsis.
Hæc vbi dicta, dapes iubet & sublata reponi

1 al. dedita.
2 al. intertex.

Pocula:gramineóque viros locat ipſe ſedili:
Præcipuúmque toro & villoſi pelle leonis
Accipit Æneam:ſolioq́ inuitat acerno.
Tum lecti iuuenes certatim aræque ſacerdos
Viſcera toſta ferunt.taurorũ onerantq́ caniſtris
Dona laboratæ Cereris,Bacchúmque miniſtrant.
Veſcitur Æneas,ſimul & Troiana iuuentus
Perpetui tergo bouis, & luſtralibus extis.
Poſtquam exempta fames, & amor compreſſus edendi,
Rex Euandrus ait,Non hæc ſolennia nobis,
Has ex more dapes,hanc tanti numinis aram.
Vana ſuperſtitio veterúmue ignara deorum
Impoſuit ſæuis,hoſpes Troiane,periclis
Seruati facimus,meritóſque nouamus honores.
Iam primũ ſaxis ſuſpenſam hanc aſpice rupem:
Diſiectæ procul vt moles,deſertáque montis
Stat domus,& ſcopuli ingentem traxere ruinam.
Hic ſpelunca fuit,vaſto ſubmota receſſu,
Semihominis Caci:facies quam dira tegebat,
Solis inacceſſam radijs:ſemperq́ recenti
Cæde tepebat humus: foribuſq́ affixa ſuperbis
Ora virúm triſti pendebant pallida tabo.
Huic monſtro Vulcanus erat pater:illius atros
Ore vomens ignes magna ſe mole ferebat.
Attulit & nobis aliquando optantibus ætas
Auxilium aduentumq́ dei.nam maximus vltor
Tergemini nece Geryonis ſpoliiſque ſuperbus
Alcides aderat:tauroſq́ hac victor agebat
Ingentes:vallemq́ boues amnemq́ tenebant.
At furiis Caci mens effera.nequid inauſum
Aut intentatum ſceleriſue doliue fuiſſet:
Quattuor à ſtabulis præſtanti corpore tauros
Auertit,totidem forma ſuperante iuuencas.
Atque hos, ne qua forent pedibus veſtigia rectis,
Cauda in ſpeluncam tractos,verſiq́ viarum
Indicijs raptos.ſaxo occultabat opaco,
Quærentem nulla ad ſpeluncam ſigna ferebant.
Interea quum iam ſtabulis ſaturata moueret
Amphitryoniades armenta,abitumq́ pararet,
Diſceſſu mugire boues: atque omne querelis
Impleri nemus & colles clamore relinqui.
Reddidit vna boum vocem, vaſtoq́ ſub antro
Mugijt,& Caci ſpem cuſtodita fefellit.
Hic verò Alcidæ furiis exarſerat atro
Felle dolor.rapit arma manu, nodiſque grauatũ
Robur,& aerij curſu petit ardua montis.
Tum primùm noſtri Cacum vidêre timentem,
Turbatumq́ oculis.fugit ilicet ocyor Euro,
Speluncamq́ petit.pedibus timor addidit alas.
Vt ſeſe incluſit,ruptiſq́ immane catenis
Deiecit ſaxum,ferro quod & arte paterna
Pendebat,fultoq́ emunyit obice poſtes:
Ecce, furens animis aderat Tirynthius, omnémque
Acceſſum luſtrans,huc ora ferebat & illuc,
Dentibus infrendens.ter totum feruidus ira
Luſtrat Auentini montem: ter ſaxea tentat
Limina nequicquam: ter feſſus valle reſedit.
Stabat acuta ſilex, præciſis vndique ſaxis,
Speluncæ dorſo inſurgens,altiſſima viſu,
Dirarum nidis domus opportuna volucrum.
Hanc,vt prona iugo laeum incumbebat ad amnem,
Dexter in aduerſum nitens concuſſit, & imis
Auulſam ſoluit radicibus. inde repentè
Impulit.impulſu quo maximus intonat æther,
Diſſultant ripæ, refluitq́ exterritus amnis.
At ſpecus & Caci detecta apparuit ingens
Regia,& vmbroſæ penitus patuêre cauernæ.
Non ſecus ac ſi qua penitus vi terra dehiſcens
Infernas reſeret ſedes, & regna recludat
Pallida diis inuiſa,ſupérque immane barathrum
Curuatur: trepidéntque immiſſo lumine manes.
Ergo inſperata deprenſum in luce repentè,
Incluſumq́ cauo ſaxo, atque inſueta rudentem,
Deſuper Alcides telis premit: omniaq́ arma
Aduocat,& ramis vaſtiſq́ molaribus inſtat.
Ille autem (neque enim fuga iam ſuper vlla pericli eſt)
Faucibus ingentem fumum (mirabile dictu)
Euomit:inuoluitque domum caligine cæca,
Proſpectũ eripiens oculis: glomeratque ſub antro
Fumiferam noctem, commiſtis igne tenebris,
Non tulit Alcides animis: ſeque ipſe per ignem
Præcipiti iecit ſaltu,qua plurimus vndam
Fumus agit, nebulaq́ ingens ſpecus æſtuat atra.
Hic Cacũ in tenebris incendia vana vomentem
Corripit,in nodum complexus,& angit inhærens
Eliſos oculos, & ſiccum ſanguine guttur.
Panditur extemplo foribus domus atra reuulſis:
Abſtractæque boues,abiuratæque rapinæ
Cœlo oſtenduntur:pedibúſque informe cadauer
Protrahitur nequeunt expleri corda tuendo
Terribiles oculos,vultum villoſáque ſetis
Pectora ſemiferi, atque extinctos faucibus ignes.
Ex illo celebratus honos, lætique minores
Seruauêre diem:primuſque Potitius autor,
Et domus Herculei cuſtos Pinaria ſacri,
Hanc aram luco ſtatuit:quæ maxima ſemper
Dicetur nobis,& erit quæ maxima ſemper.
Quare agite ô iuuenes, tantarum in munere laudum
Cingite fronde comas, & pocula porgite dextris:
Communémque vocate deum, & date vina volentes.
Dixerat, Herculea bicolor quum populus vmbra
Velauitque comas, foliiſq́ innexa pependit:
Et ſacer impleuit dextram ſcyphus. ocyus omnes
In menſam læti libant,diuóſque precantur.
Deuexo interea propior fit veſper olympo:
Iámque ſacerdotes, primúſque Potitius, ibant.
Pellibus in morem cincti,flammaſq́ ferebant.
Inſtaurant epulas,& menſæ grata ſecundæ
Dona ferunt: cumulantq́ oneratis lancibus aras,
Tum Salij ad cantus, incenſa altaria circum,

1 al.que. 2 al. Iampridem. 3 al.Deiecta. 4 al.furis. 5 al.tractatum.

1 al.intonat.

Popu-

Populeis adsunt euincti tempora ramis.
Hic iuuenum chorus, ille, senum, qui carmine laudes
Herculeas & facta ferunt: vt prima nouerca
Monstra manu geminósque premens eliserit angues:
Vt bello egregias idem disiecerit vrbes.
Troiamq; Oechaliamq;: vt duros mille labores
Rege sub Eurystheo fatis Iunonis iniqua,
Pertulerit. Tu nubigenas inuicte bimembres,
Hylæumque Pholumq;, manu, tu Cressia mactas
Prodigia, & vastum Nemeæ sub rupe leonem.
Te Stygij tremuere lacus: te ianitor Orci,
Ossa super recubans antro semesa cruento.
Nec te vllæ facies, non terruit ipse Typhœus,
Arduus, arma tenens: non te rationis egentem
Lernæus turba capitum circumstetit anguis.
Salue vera Iouis proles, decus addite diuis:
Et nos & tua dexter adi pede sacra secundo.
Talia carminibus celebrant: super omnia Caci
Speluncam adijciunt, spirantémque ignibus ipsũ.
Consonat omne nemus strepitu, colléq; resultãt.
Exin se cuncti diuinis rebus ad vrbem
Perfectis referunt. ibat rex obsitus æuo:
Et comitem Æneam iuxta natúmque tenebat,
Ingrediens: varióque viam sermone leuabat.
Miratur, facilésque oculos fert omnia circùm
Æneas: capitúrque locis, & singula lætus
Exquirit que auditque virũm monimenta priorum.
Tum rex Euandrus, Romanæ conditor arcis,
Hæc nemora indigenæ Fauni Nymphæque tenebant,
Gensque virúm truncis & duro robore nata:
Queis neque mos neque cultus erat: nec iungere tauros,
Aut componere opes norant, aut parcere parto:
Sed rami, atque asper victu venatus alebat.
Primus ab ætherio venit Saturnus Olympo,
Arma Iouis fugiens, & regnis exul ademptis.
Is genus indocile, ac dispersum montibus altis,
Composuit, legésque dedit: Latiúmque vocari
Maluit, his quoniam latuisset tutus in oris.
Aureaq; (vt perhibent) illo sub rege fuêre
Sæcula: sic placida populos in pace regebat.
Deterior donec paulatim ac decolor ætas,
Et belli rabies, & amor successit habendi.
Tum manus Ausoniæ & gentes venêre Sicanæ,
Sæpius & nomen posuit Saturnia tellus.
Tum reges, asperque immani corpore Tybris:
A quo post Itali fluuium cognomine Tybrim
Diximus: amisit verum vetus Albula nomen.
Me pulsum patria, pelagique extrema sequentem,
Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum
His posuere locis: matrisque egere tremenda
Carmetis Nymphæ monita, & Deus auctor Apollo.
Vix ea dicta: dehinc progressus, monstrat & aram,
Et Carmentalem Romano nomine portam:
Quã memorat Nymphæ priscum Carmentis honorem
Vatis fatidicæ: cecinit quæ prima futuros
Æneadas magnos, & nobile Pallanteum.
Hinc lucum ingentem (quem Romulus acer asylum
Rettulit) & gelida monstrat sub rupte Lupercal,
Parrhasio dictum Panos de more Lycæi:
Necnon & sacri monstrat nemus Argileti:
Testatúrq; locum, & lethum docet hospitis Argi.
Hinc ad Tarpeiam sedem & Capitolia ducit,
Aurea nunc, olim syluestribus horrida dumis.
Iam tum relligio pauidos terrebat agrestes.
Dira loci, iam tum syluam saxúmque treme-
bant
Hoc nemus, hunc (inquit) frondoso vertice collẽ,
(Quis Deus, incertum est) habitat Deus. Arcades ipsum
Credunt se vidisse Iouem, quum sæpe nigrantem
Ægida concuteret dextra, nimbósque cieret.
Hæc duo præterea disiectis oppida muris,
Reliquias veterumq; vides monimenta virorũ.
Hanc Ianus pater, hanc Saturnus condidit [1] vrbem:
Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.
Talibus inter se dictis ad tecta subibant
Pauperis Euandri: passimq; armenta videbant
Romanoq; foro & lautis mugire carinis.
Vt ventum ad sedes, Hæc (inquit) limina victor
Alcides subijt, hæc illum regia cepit.
Aude hospes contemnere opes, & te quoque dignum
Finge Deo: rebúsque veni non asper egenis.
Dixit, & angusti subter fastigia tecti
Ingentem Æneam duxit: stratisq; locauit,
Effultum foliis & pelle Libystidis vrsæ:
Nox ruit, & fuscis tellurem amplectitur alis:
At Venus haud animo nequicquam exterrita mater,
Laurentumq; minis & duro mota tumultu,
Vulcanum alloquitur: thalamoq; hæc coniugis aurea
Incipit, & dictis diuinum [2] aspirat amorem:
Dum bello Argolici vastabant Pergama reges
Debita, casurasq; inimicis ignibus arces:
Non vllum auxilium miseris, non arma rogaui
Artis opisque tuæ: nec te charissime coniux,
Incassúm ve tuos volui exercere labores:
Quamuis & Priami deberem plurima natis,
Et durum Æneæ fleuissem sæpe laborem.
Nunc, Iouis imperiis, Rutulorum constitit oris.
Ergo eade supplex venio, & sanctum mihi numen
Arma rogo, genitrix nato te filia Nerei,
Te potuit lacrymis Tithonia flectere coniux.
Aspice qui coeant populi, quæ mœnia clausis
Ferrum acuant portis, in me excidiumq; meorũ.
Dixerat, & niueis hinc atque hinc diua lacertis
Cunctantem amplexu molli fouet. ille repentè
Accepit solitam flammam, notísque medullas

1 al. arcem. 2 al. inspirat.

Intrauit calor, & labefacta per ossa cucurrit:
Non secus atque olim tonitru quũ rupta coruſco
Ignea rima micans percurrit lumine nimbos.
Senſit leta dolis & formæ conſcia coniux.
Tum pater æterno fatur 1 deuictus amore,
Quid causas petis ex alto? fiducia cessit
Quò tibi diua meæ similis si cura fuisset,
Tum quoque fas nobis Teucros armare fuisset.
Nec pater omnipotens Troiam nec fata vetabãt
Stare, deceq; alios Priamũ superesse per annos.
Et nunc, si bellare paras, atque hæc tibi mens est
Quicquid in arte mea possim promittere curæ,
Quod sieri ferro liquidóue 2 potest electro:
Quantum ignes animæq; valent: absiste, precando,
Viribus indubitare tuis. ea verba loquutus,
Optatos dedit amplexus placidúmque petiuit
Coniugis infusus gremio per membra soporem.
Inde, vbi prima quies medio iam noctis abacta
Curriculo expulerat somnum: quum fœmina primùm
Cui tolerare colo vitam tenuiq; Minerua,
Impositum cinerem & sopitos suscitat ignes,
Nocte addens operi: famulasq; ad lumina longo
Exercet penso, castum vt seruare cubile
Coniugis, & possit paruos educere natos:
Haud secus ignipotens, nec tempore segnior illo,
Mollibus è stratis opera ad fabrilia surgit.
Insula Sicanium iuxta latus Æoliámque
Erigitur Liparen, fumantibus ardua saxis:
Quam subter specus & Cyclopum exesa caminis
Antra Ætnæa tonant: validiq; incudibus ictus
Auditi referunt gemitum: striduntque cauernis
Strictura Chalybũ, & fornacibus ignis anhelat:
Vulcani domus, & Vulcania nomine tellus.
Hoc tunc ignipotens cœlo descendit ab alto.
Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro,
Brontésque, Steropésque, & nudus membra Pyracmon,
His informatum manibus, iam parte polita
Fulmen erat (toto genitor quæ plurima cœlo
Deiicit in terras) pars imperfecta manebat.
Tres imbris torti radios, tres nubis aquosæ
Addiderant: rutili tres ignis & alitis Austri,
Fulgores nunc 3 terrificos, sonitúmque metumq;
Miscebant operi, flammisq; sequacibus iras.
Parte alia Marti currúmque rotasq; volucres
Instabãt: quibus ille viros, quibus excitat vrbes,
Ægidaq; 4 horrificam, turbatæ Palladis arma,
Certatim squamis serpentum auróque polibant:
Connexósque angues, ipsamque in pectore diuæ
Gorgona, desecto vertentem lumina collo.
Tollite cũcta (inquit) 5 cœptosq; auferte labores
Ætnæi Cyclopes, & huc aduertite mentem.
Arma acri facienda viro: nunc viribus vsus,
Nũc manibus rapidis, omni nũc arte magistra:
Præcipitate moras. Nec plura effatus: at illi
Ocyus incubuere omnes, paritérque laborem
Sortiti fluit æs riuis aurique metallum:
Vulnificúsque chalybs vasta fornace liquescit.
Ingentem clypeum informat, vnũ omnia contra
Tela Latinorum: septenósque orbibus orbes
Impediunt. alij ventosis follibus auras
Accipiunt, reddúntque, alij stridentia tingunt
Æra lacu: gemit impositis incudibus antrum.
Illi inter sese multa vi brachia tollunt
In numerum, versantq; tenaci forcipe massam.
Hæc pater Æolijs properat dum Lemnius oris,
Euandrum ex humili tecto lux suscitat alma,
Et matutini volucrum sub culmine cantus.
Consurgit senior: tunicaque inducitur artus,
Et Tyrrhena pedum circũdat vincula plantis.
Tum lateri atque humeris Tegeæum subligat ensem,
Demissa ab læua pantheræ terga retorquens.
Necnon & gemini custodes limine ab alto
Procedunt, gressúmque canes comitantur herilẽ.
Hospitis Æneæ sedem & secreta petebat
Sermonum memor & promissi muneris heros.
Nec minus Æneas se matutinus agebat,
Filius huic Pallas, olli comes ibat Achates.
Congressi iungunt dextras, mediúsque residunt
Ædibus: & licito tandem sermone fruuntur.
Rex prior hæc,
Maxime Teucrorum ductor, quo sospite nunquã
Res equidem Troiæ victas aut regna fatebor:
Nobis ad belli auxilium pro nomine tanto
Exiguæ vires. hinc Thusco claudimur amni,
Hinc Rutulus premit, & murum circumsonat armis.
Sed tibi ego ingentes populos opulentaq; regnis
Iungere castra paro: quam fors inopina salutem
Ostentat: satis huc te poscentibus affers.
Haud procul hinc saxo colitur fundata vetusto,
Vrbis Agyllina sedes: vbi Lydia quondam
Gens bello præclara iugis insedit Etruscis.
Hanc multos florentẽ annos rex deinde superbo
Imperio & sæuis tenuit Mezentius armis.
Quid memorem infandas cædes? quid facta tyranni
Efferat dij capiti ipsius generique reseruent.
Mortua quinetiam iungebat corpora viuis,
Componens manibúsque manus atq; oribus ora,
(Tormenti genus) & sanie tabóque fluentes
Complexu in misero, longa sic morte necabat.
At fessi tandem ciues infanda furentem
Armati circumsistunt, ipsúmque domúmque:
Obtruncant socios, ignem ad fastigia iactant.
Ille inter cædes Rutulorum elapsus in agros
Confugere, & Turni defendier hospitis armis
Ergo omnis furiis surrexit Etruria iustis:
Regem ad supplicium præsenti Marte reposcunt.
His ego te Ænea ductorem millibus addam.
Toto nanque fremunt condensæ littore puppes,
Signaq; ferre iubent. retinet longæuus aruspex.
Fata canens, O Mæoniæ delecta iuuentus,
Flos veterum virtúsque virúm, quos iustus in hostem

1 al. deuinctus. 2 non potestur. 3 al. horrificos. 4 al. horriferam. 5 al. certos.

Bert

Fert dolor, & merita accendit Mezentius ira:
Nulli fas Italo tantam subiungere gentem:
Externos optate duces. Tum Etrusca resedit
Hoc acies campo, monitis exterrita diuûm.
Ipse oratores ad me regnique coronam
Cum sceptro misit, mandatáq; insignia 1 Tarchõ,
Succedam castris, Tyrrhenáque regna capessam.
Sed mihi tarda gelu seclisq; effœta senectus
Inuidet imperium, seraq; ad fortia vires.
Gnatum exhortarer, ni mistus matre Sabella
Hinc partem patriæ traheret. tu, cuius & annis
Et generi fatum indulget, quem numina poscũt,
Ingredere, ô Teucrûm atque Italûm fortissime ductor.
Hunc tibi præterea, spes & solatia nostri,
Pallanta adiungam. sub te tolerare magistro
Militiã & graue Martis opus, tua cernere facta
Assuescat, primis & te miremur ab annis.
Arcades huic equites bis centum, robora pubis
Lecta, dabo: totidemq; suo tibi 2 nomine Pallas.
Vix ea fatus erat, defixiq; ora tenebant
Æneas Anchisiades & fidus Achates:
Multaq; dura suo tristi cum corde putabant,
Ni signum cœlo Cytherea dedisset aperto.
Namq; improuiso vibratus ab æthere fulgor
Cum sonitu venit: & ruere omnia visa repentè,
Tyrrhenusq; tubæ mugire per æthera clangor.
Suspiciunt: iterum atque iterum fragor intonat ingens:
Arma inter nubem, cœli in regione serena,
Per sudum rutilare vident, & pulsa tonare.
Obstupuêre animis alij: sed Troius heros
Agnouit sonitum & diuæ promissa parentis.
Tum memorat: Ne verò hospes, ne quære profectò
Quem casum portenta ferant: ego poscor olympo.
Hoc signum cecinit missuram diua creatrix,
Si bellum ingrueret, Vulcaniaq; arma per auras
Laturam auxilio.
Heu quantæ miseris cædes Laurentibus instant:
Quas pœnas mihi Turne dabis: quàm multa sub vndas
Scuta virûm, galeasq;, & fortia corpora volues,
Tybri pater. poscant acies, & fœdera rumpant.
Hæc vbi dicta dedit, solio se tollit ab alto:
Et primùm Herculeis sopitas ignibus aras
Excitat: hesternumq; Larem, paruósque Penates
Lætus adit: mactat lectas de more bidentes:
Euandrus pariter pariter Troiana iuuentus.
Posthinc ad naues graditur socioq; reuisit:
Quorum de numero, qui sese in bella sequantur,
Præstantes virtute legit: pars cætera prona
Fertur aqua, segnisq; secundo defluit amni.
Nuntia ventura Ascanio rerúmque patrisque.
Dantur equi Teucris Tyrrhena petentibus arua:
Ducunt exsortem Æneæ, quem fulua leonis
Pellis obit totum, præfulgens vnguibus aureis.
Fama volat paruam subitò vulgata per vrbem,
Ocyus ire equites Tyrrheni ad littora regis.

1 Tarcho.
2 al. munere.

Vota metu duplicant matres, propiúsque periclo
It timor, & maior Martis iam apparet imago.
Tum pater Euandrus dextram complexus euntis
Hæret, inexpletum lacrymans: ac talia fatur.
O mihi præteritos referat si Iuppiter annos.
(Qualis erâ quũ primâ aciem Præneste sub ipsa
Straui, scutorumq; incendi victor aceruos:
Et regem hac Herilum dextra sub tartara misi
Nascenti cui tres animas Feronia mater,
(Horrendũ dictu) dederat: terna arma mouenda,
Ter letho sternendus erat: cui tunc tamen omnes
Abstulit hæc animas dextra, & totidem exuit armis)
Non ego nunc dulci amplexu diuellerer vsquam
Nate tuo: neque 1 finitimus Mezentius vnquam
Huic capiti insultans, tot ferro sæua dedisset
Funera, tam multis viduasset ciuibus vrbem.
At vos, ô superi, & diuûm tu maxime rector
Iuppiter, Arcadij quæso 2 miserescite regis:
Et patrias audite preces. si numina vestra
Incolumem Pallanta mihi. si fata reseruant,
Si visurus eum viuo, & venturus in vnum:
Vitam oro: patiar quemuis durare laborem.
Sin aliquem infandum casum Fortuna minaris,
Nunc 3 ô nunc liceat crudelem abrumpere vitã:
Dum curæ ambiguæ, dum spes incerta futuri,
Dum te chare puer, mea sera & sola voluptas,
Complexu teneo: grauior ne nuntius aures
Vulneret. Hæc genitor digressu dicta supremo
Fundebat: famuli collapsum in tecta ferebant:
Iámque adeò exierat portis equitatus apertis:
Æneas inter primos, & fidus Achates:
Inde alij Troiæ proceres: ipse agmine Pallas
In medio, chlamyde & pictis conspectus in armis.
Qualis vbi Oceani perfusus Lucifer vnda,
(Quem Venus ante alios astrorum diligit ignes)
Extulit os sacrum cœlo, tenebrasq; resoluit.
Stant pauidæ in muris matres, oculisq; sequũtur
Pulueream nubem, & fulgentes ære cateruas.
Olli per dumos, quâ proxima meta viarum,
Armati tendunt: it clamor, & agmine facto
Quadrupedante putrem sonitu quatit vngula campum.
Est ingens gelidum lucus prope Cæritis amnem,
Religione patrum latè sacer: vndique colles
Inclusêre caui, & nigra nemus abiete cingunt.
Syluano fama est veteres sacrasse Pelasgos,
Aruorum pecorisq; deo, lucumq; diémque,
Qui primi fines aliquando habuêre Latinos.
Haud procul hinc Tarcho & Tyrrheni tuta tenebant
Castra locis: celsóque omnis de colle videri
Iam poterat legio, & latis tendebat in aruis.
Huc pater Æneas & bello lecta iuuentus
Succedunt, fessiq; & equos & corpora curant.
At Venus ætherios inter dea candida nimbos
Dona ferens aderat: natúmque in valle reducta

1 Al. finitimo. 2 Al. Reminiscere regis, Exaudique preces patrias. 3 al. nunc ô

Vt procul è gelido secretum flumine vidit.
Talibus affata est dictis seque obtulit vltrò,
En perfectа mei promissa coniugis arte
Munera, ne mox aut Laurentes nate superbos
Aut acrem dubites in prælia poscere Turnum.
Dixit, & amplexus nati Cytherea petiuit:
Arma sub aduersa posuit radiantia quercu.
Ille deæ donis & tanto lætus honore,
Expleri nequit, atque oculos per singula voluit:
Miratúrque interque manus & brachia versat,
Terribilem cristis galeam flammasq; vomentem:
Fatiferumque ensem, loricam ex ære rigentem,
Sanguineam, ingentem: qualis quũ cærula nubes
Solis inardescit radijs, longéque refulget.
Tum leues ocreas, electro auroque recocto,
Hastámque, & clypei non enarrabile textum.
Illic res Italas, Romanorumque triumphos,
Haud vatum ignarus, venturique inscius æui,
Fecerat ignipotens illic genus omne futuræ
Stirpis ab Ascanio, pugnatáque in ordine bella
Fecerat: & viridi fœtam Mauortis in antro
Procubuisse lupam: geminos huic vbera circum
Ludere pendentes pueros, & lambere matrem
Impauidos: illam tereti ceruice reflexam
Mulcere alternos, & corpora fingere lingua.
Nec procul hinc, Romam & rapias sine more Sabinas
Consessu caueæ, magnis Circensibus actis,
Addiderat: subitóque nouum consurgere bellum
Romulidis, Tatióque seni Curibúsque seueris.
Post ijdem inter se posito certamine reges
Armati, Iouis ante aras, paterasq; tenentes
Stabant, & cæsa iungebant fœdera porca.
Haud procul inde, citæ a Metium in diuersa quadrigæ
Distulerant (at tu dictis Albane maneres)
Raptabatq; viri mendacis viscera tellus
Per syluam, & sparsi rorabant sanguine vepres.
Necnõ Tarquinium eiectum Porsenna iubebat
Accipere, ingentique vrbem obsidione premebat.
Æneadæ in ferrum pro libertate ruebant.
Illum indignanti similem, similémque minanti
Aspiceres: pontem auderet quòd vellere Cocles,
Et fluuium vinclis innaret Cloelia ruptis.
In summo custos Tarpeiæ Manlius arcis
Stabat pro templo, & Capitolia celsa tenebat,
Romuleóque recens horrebat regia culmo.
Atque hic auratis volitans argenteus anser
Porticibus, Gallos in limine adesse canebat:
Galli per dumos aderant, arcemq; tenebant,
Defensi tenebris & dono noctis opacæ.
Aurea cæsaries ollis, atque aurea vestis:
Virgatis lucent sagulis. tum lactea colla
Auro innectuntur. duo quisque Alpina coruscant
Cæsa manu, scutis protecti corpora longis.
Hic exultantes Salios, nudosque Lupercos,
Lanigerósque apices, & lapsa ancilia cœlo
Extuderat: castæ ducebant sacra per vrbem
Pilentis matres in mollibus. hinc procul addit

Tartareas etiam sedes alta ostia Ditis:
Et scelerum pœnas, & te Catilina minaci
Pendentem scopulo, Furiarumq; ora trementem:
Secretósque pios, his dantem iura Catonem.
Hæc inter tumidi late maris ibat imago
Aurea: sed fluctu spumabant cærula cano:
Et circum argento clari delphines in orbem
Æquora verrebant caudis, æstumq; secabant.
In medio classes æratas, Actia bella,
Cernere erat: totumque instructo Marte videres
Feruere Leucaten, auroque effulgere fluctus.
Hinc Augustus agens Italos in prælia Cæsar.
Cum patribus, populoque, Penatibus & magnis dijs,
Stans celsa in puppi: geminas cui tempora flammas
Læta vomunt, patriumq; aperitur vertice sidus.
Parte alia, ventis & dys Agrippa secundus,
Arduus, agmen agens: cui belli insigne superbum,
Tempora nauali fulgent rostrata corona.
Hinc ope barbarica, variisque Antonius armis
Victor ab auroræ populis & litore rubro
Ægyptum viréque Orientis, & vltima secum
Bactra vehit: sequiturq; (nefas) Ægyptia coniux.
Vnà omnes ruere, ac totum spumare reductis
Conuulsum remis a rostrisque stridentibus æquor.
Alta petunt: pelago credas innare reuulsas
Cycladas, aut montes concurrere montibus altos.
Tanta mole viri turritis puppibus instant:
Stuppea flamma manu, telisq; volatile ferrum
Spargitur: arua nouа Neptunia cæde rubescunt.
Regina in medijs patrio vocat agmina sistro,
Nec dum etiam geminos à tergo respicit angues.
Omnigenũq; deum monstra, & latrator Anubis,
Contra Neptunum & Venerem, contráque Mineruam
Tela tenent. sæuit medio in certamine Mauors
Calatus ferro, tristéque ex æthere Dira,
Et scissa gaudens vadit Discordia palla:
Quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello.
Actius hæc cernens arcum intendebat Apollo
Desuper: omnis eo terrore Ægyptus, & Indi,
Omnis Arabs, omnes vertebant terga Sabæi.
Ipsa videbatur ventis regina vocatis
Vela dare, & laxos iam iamque immittere funes.
Illam inter cædes, pallentem morte futura,
Fecerat ignipotens vndis & Iapyge ferri:
Contra autem magno mœrẽtem corpore Nilum,
Pandentemq; sinus, & tota veste vocantem
Cæruleum in gremiũ latebrosaq; flumina victos.
At Cæsar triplici inuectus Romana triumpho
Mœnia, dijs Italis votum immortale sacrabat,
Maxima ter centum totam delubra per vrbem.
Lætitia ludisque via plausuque fremebant:
Omnibus in templis matrum chorus, omnibus aræ:
Ante aras terram cæsi strauêre iuuenci.
Ipse sedens niueo candentis limine Phœbi,

a al. gelido. a al. Mettium Metum

a al. rostrisque stridentibus.

Dona

Dona recognoſcit populorum, aptatq; ſuperbis
Poſtibus. incedunt victæ longo ordine gentes,
Quàm variæ linguis, habitu tã veſtis & armis.
Hic Nomadum genus, & diſcinctos Mulciber Afros,
Hic Lelegas, Caráſque, ſagittiferóſque Gelonos
Pinxerat. Euphrates ibat iam mollior vndis:
Extremiq; hominum Morini, Rhenúſq; bicornis,
Indomitique 1 Daæ, & pontem indignatus Araxes.
Talia per clypeum Vulcani dona parentis
Miratur: rerúmque ignarus imagine gaudet,
Attollens humero famámque & fata nepotum.

1 al. *Dacæ* vel *Daci*.

P. VIRGILII MARONIS ÆNEIDOS

LIBER IX.

MODESTINI IVRISCONSVLTI ARGVMENTVM.

Atque ea diuerſa penitus dum parte geruntur,
Iunonis monitu Turnus feſtinat in hoſtem.
Teucrorum naues, Rutulis iaculantibus ignem,
Nympharum in ſpeciem diuino numine verſæ.
Euryali & Niſi ceptis fuit exitus impar.
Pugnatur: caſtra Æneadæ vallúmque tuentur.
Audacem 1 Rutulum dat letho pulcher Iulus.
Fit via vi Turnus Bitian & Pandaron altum
Deiicit, & totis victor dat funera caſtris:
Iámque fatigatus recipit ſe in caſtra ſuorum.

1 al. Remulum.

ALIVD INCERTI AVTORIS ARGVMENTVM.

Ad Turnum properè Iunonia mittitur Iris,
Inſtigátque animos: acies mouet ille, Phrygáſque
Obſidet. in nymphas verſa eſt Æneia claſſis.
Euryalus Niſúſque luunt nece prælia noctis.
Vi Turnus potitur caſtris, mox pellitur inde.

ALIVD, MONOSTICHON.

Nonus habet pugnas, nec adeſt dux ipſe tumultu.

ALIVD.

Daunius expugnat Nono noua mœnia Troiæ.

ATque ea diuerſa penitus dum parte geruntur,
Irim de cœlo miſit Saturnia Iuno
Audacem ad Turnum. luco tum forte parentis
Pilumni Turnus ſacrata valle ſedebat.
Ad quem ſic roſeo Thaumantias ore loquuta eſt.
Turne, quod optanti diuúm promittere nemo
Auderet, volueuda dies en attulit vltro.
Æneas, vrbe & ſocijs, & claſſe relicta,
Sceptra Palatini 1 ſedémque 2 petit Euandri;
Nec ſatis: extremas Coriti penetrauit ad vrbes:
Lydorúmque manum, collectos armat agreſtes.
Quid dubitas? nunc tempus equos, nunc poſcere currus.
Rumpe moras omnes, & 3 turbata arripe caſtra.
Dixit, & in cœlum 4 paribus ſe ſuſtulit alis,
Ingentémque fuga ſecuit ſub nubibus arcum.
Agnouit iuuenis, duplicéſque ad ſidera palmas
Suſtulit: ac tali fugientem eſt voce ſequutus,
Iri, decus cœli, quis te mihi nubibus actam
Detulit in terras? vnde hæc tam clara repentè
Tempeſtas? video medium diſcedere cœlum,
Palantéſque polo ſtellas. 1 ſequar omina tanta
Quiſquis in arma vocas. Et ſic effatus, ad vndam
Proceſſit, ſummóque hauſit de gurgite lymphas,
Multa deos orans: onerauitque æthera votis.
Iámque omnis campis exercitus ibat apertis.
Diues equúm, diues pictai veſtis, & auri.
Meſſapus primas acies, proſtrema coercent
Tyrrhida iuuenes: medio dux agmine Turnus
Vertitur, arma tenens, & toto vertice ſupra eſt:
Ceu ſeptem ſurgens ſedatis amnibus altus
Per tacitum Ganges, aut pingui flumine Nilus,
Quum refluit campis, & iam ſe condidit alueo.
Hic ſubitam nigro glomerari puluere nubem
Proſpiciunt Teucri, ac tenebras inſurgere campis.
Primus ab aduerſa conclamat mole Caicus,
Quis globus, ô ciues, caligine voluitur atra!
Ferte citi ferrum: date tela, ſcandite muros:
Hoſtis adeſt: eia: ingenti clamore per omnes

1 al. ſequor.

3 al. turbatáque. 4 al. pariter.

Condunt se Teucri portas, & mœnia complent.
Nanque ita discedens præceperat optimus armis
Æneas, si qua interea fortuna fuisset,
Ne struere auderent aciem, neu credere campo:
Castra modò & tutos seruarent aggere muros.
Ergo, etsi conferre manum pudor iraq; monstrat,
Obiiciunt portas tamen, & præcepta facessunt,
Armatique cauis expectant turribus hostem.
Turnus, vt antè volans tardum præcesserat agmen,
Viginti lectis equitum comitatus, & vrbi
Improuisus adest: maculis quem Thracius albus
Portat equus, cristaq; tegit galea aurea rubra.
Ecquis erit, mecũ, ô iuuenes, qui primus in hostẽ?
En ait, & iaculum intorquens emittit in auras,
Principium pugnæ: & campo sese arduus infert.
Clamore excipiunt socij, fremitúque sequuntur
Horrisono. Teucrûm mirantur inertia corda:
Non æquo dare se campo non obuia ferre
Arma viros, sed castra fouere, huc turbidus atque huc,
Lustrat equo muros, aditumq; per auia quærit.
Ac veluti pleno lupus insidiatus ouili, (bres,
Quum fremit ad caulas, ventos perpessus & imbres
Nocte super media: tuti sub matribus agni
Balatum exercent: ille asper & improbus ira
Sæuit in absentes: collecta fatigat edendi
Ex longo rabies, & sicca sanguine fauces:
Haud aliter Rutulo muros & castra tuenti
Ignescunt iræ, & duris dolor ossibus ardet.
Qua tentet ratione aditus, & qua via clausos
Excutiat Teucros vallo, atq; effundat in æquor.
Classem, quæ lateri castrorum adiũcta latebat,
Aggeribus septam circũ & fluuialibus vndis,
Inuadit: socioque incendia poscit ouantes:
Atque manum pinu flagranti feruidus implet:
Tum verò incumbunt: vrget præsentia Turni,
Atque omnis facibus pubes accingitur atris.
Diripuere focos: piceum fert fumida lumen
Tæda. & commistam Vulcanus ad astra fauillã.
Quis deus ô Musæ tam sæua incendia Teucris
Auertit: tantos ratibus quis depulit ignes?
Dicite: prisca fides facto, sed fama perennis.
Tempore quo primùm Phrygia formabat in Ida
Æneas classem, & pelagi petere alta parabat:
Ipsa deûm fertur genitrix Berecynthia magnum
Vocibus his affata Iouem. Da nate petenti,
Quod tua chara parẽs domito te poscit olympo.
Pinea sylua mihi multos dilecta per annos,
Lucus in arce fuit summa, quò sacra ferebant,
Nigranti picea trabibusq; obscurus acernis:
Has ego Dardanio iuueni, quum classis egeret,
Lata dedi: nunc sollicitam timor anxius 4 vrget.
Solue metus, atque hoc precibus sine posse parentem,
Ne cursu quassatæ vllo neu turbine venti
Vincantur: prosit nostris in montibus ortas.
Filius huic contrà, torquet qui sidera mundi,

1 al. absentis. 2 al. hæret. 3 al. quę via.
4 al. *Angit* vt & apud Ser.

O genitrix, quò 1 fata vocas? aut quid petis istis?
Mortaline manu factæ immortale carina
Fas habeant? certúsque incerta pericula lustret
Æneas? cui tanta Deo permissa potestas?
Immò vbi defunctæ finem portúsque tenebunt
Ausonios, olim quæcunque euaserit vndis,
Dardaniumq; ducem Laurentia vexerit arua,
Mortalem eripiam formam, magnique iubebo
Æquoris esse deas: qualis Nereia 2 Doto
Et Galatea secant spumantem pectore pontum.
Dixerat. idque ratũ, Stygij per flumina fratris,
Per pice torrentes atráque voragine ripas,
Annuit, & totum nutu tremefecit olympum.
Ergo aderat promissa dies, & tempora Parcæ
Debita complerant: quum Turni iniuria Matrẽ
Admonuit sacris ratibus depellere tædas.
Hic primùm noua lux oculis effulsit, & ingens
Visus ab aurora cœlum transcurrere nimbus,
Idaiq; chori: tum vox horrenda per auras
Excidit, & Troũ Rutulorumq; agmina complet:
Ne trepidate meas Teucri defendere naues,
Neue armate manũ: maria antè exurere Turno
Quàm sacras dabitur pinus. vos ite solutæ,
Ite deæ pelagi. Genitrix iubet, & sua quæque
Continuo puppes abrumpunt vincula ripis.
Delphinumq; modo demersis æquora rostris
Ima petunt: 3 hinc virgineæ (mirabile monstrum)
Reddunt se totidem facies, pontoq; feruntur,
4 Quot prius aratæ steterant ad littora 5 proræ.
Obstupuere animis Rutuli. conterritus ipse
Turbatus Messapus equis: cunctatur & amnis
Rauca sonãs, reuocatq; pedẽ Tyberinus ab alto.
At non audaci cessit fiducia Turno:
Vltro animos tollit dictis, atque increpat vltro,
Troianos hæc monstra petunt: his Iuppiter ipse
Auxilium solitum eripuit, non tela nec ignes
Expectant Rutulos. ergo maria inuia Teucris,
Nec spes vlla fugæ: rerũ pars altera adempta est:
Terra autem in manibus nostris: tot millia gentes
Arma ferunt Italæ. nil me fatalia terrent,
Siqua Phrygies præ se iactant responsa deorum.
Sat fatis Veneriq; datum est, tetigere quòd arua
Fertilis Ausoniæ Troes: sunt & mea contrà
Fata mihi, ferro sceleratam excindere 6 gentem,
Coniuge prærepta. 7 nec solos tangit Atridas
Iste dolor, solisque licet capere arma Mycenis.
Sed periisse semel satis est. peccare fuisset
Antè satis, penitus modo non genus omne perosos
Fœmineum: quibus hæc medij fiducia valli,
Fossarumq; mora, lethi discrimina parua,
Dant animos. ánnon viderunt mœnia Troiæ,
Neptuni fabricata manu, considere in ignes?
Sed vos ô lecti, ferro quis scindere vallum
Apparat, & mecum inuadit trepidantia castra?

1 Legitur etiã, *fata trahis*: quã lect. sequitur Ser.
2 al. Clotho. 3 al. cùm.
4 Quidam vet. cod. non habent hunc versum.
5 sunt qui legant *puppes* & alij *naues*, sed rectius *proræ* 6 al. *gentis*
7 al. an.

Non

Non armis mihi Vulcani, non mille carinis
Est opus in Teucros: addant se protinus omnes
Etrusci socios: tenebras & inertia furta
Palladij, cæsis summæ custodibus arcis,
Ne timeant: nec equi cæca condemur in aluo:
Luce palam certum est igni circundare muros.
Haud sibi cum Danais rem faxo & pube Pelasga
Esse [1] putet, decimũ quos distulit Hector in annũ,
Nunc adeò, melior, quoniam pars acta [2] diei,
Quod superest, læti bene gestis corpora rebus
Procurate viri, & pugnam sperate parati.
Interea vigilum excubiis obsidere portas
Cura datur Messapo, & mœnia cingere flammis.
Bis septem Rutuli, muros qui milite seruent,
Delecti: ast illos centeni quenq; [4] sequuti,
Purpurei cristis iuuenes auroq; coruſci,
Discurrunt, variantq; vices fusiq; per herbam
Indulgent vino, & vertunt crateras ahenos.
Collucent ignes: noctem custodia ducit
Insomnem ludo.
Hæc super è vallo prospectant Troes, & armis
Alta tenent: necnon trepidi formidine portas
Explorant, pontesq; & propugnacula iungunt:
Tela gerunt. instant Mnestheus acerq; Serestius:
Quos pater Æneas, siquando aduersa vocarent,
Rectores [5] iuueni, & rerum dedit esse magistros.
Omnis per muros legio sortita periclum
Excubat, exercetq; vices, quod cuique tuendum est.
Nisus erat portæ custos, acerrimus armis,
Hyrtacides (comitem Æneæ quem miserat Ida
Venatrix, iaculo celerem leuibusq; sagittis)
Et iuxta comes Euryalus: quo pulchrior alter
Non fuit Æneadûm, Troiana nec induit arma,
Ora puer prima signans intonsa iuuenta.
His amor vnus erat, pariterq; in bella ruebant,
Tunc quoq; communi portam statione tenebant.
Nisus ait. Dine hunc ardorem mentibus addũt
Euryale? an sua cuiq; deus fit dira cupido?
Aut pugnam aut aliquid iamdudum inuadere magnum
Mens agitat mihi, nec placida contenta quiete est.
Cernis quæ Rutulos habeat fiducia rerum:
Lumina rara micant: somno vinoq; [6] soluti
Procubuere, silent latè loca: percipe porrò
Quid dubitẽ, & quæ nunc animo sententia surgat.
Æneam acciri omnes, populusq; patresq;,
Expoſcunt: mittiq; viros qui certa reportent.
Si tibi quæ posco promittunt (nam mihi facti
Fama sat est) tumulo videor reperire sub illo
Posse viam ad muros & mœnia Pallantea.
Obstupuit magno laudum perculsus amore
Euryalus: simul his ardentem affatur amicum,
Mène igitur socium summis adiungere rebus
Nise fugis? solum te in tanta pericula mittam?
Non ita me genitor bellis assuetus Opheltes
Argolicum terrorem inter Troiaq; labores
Sublatum eruditi: nec tecum talia gessi,
Magnanimũ Æneã & fata extrema sequutus.
Est hic, est animus lucis contemptor: & istum
Qui vita benè credat emi, quò tendis, honorem.
Nisus ad hæc, Equidem de te nil tale verebar,
Nec fas: non ita me referat tibi magnus ouantem
Iuppiter, aut quicunq; oculis hæc aspicit æquis.
Sed siquis (quæ multa vides discrimine tali)
Si quis in aduersum rapiat casúsve deúsue,
Te superesse velim: tua vita dignior ætas.
Sit qui me raptum pugna, pretioue redemptum,
Mãdet humo: solita: aut, siqua id fortuna vetabit,
Absenti ferat inferias, decoretq; sepulcro.
Neu matri miseræ tanti sim causa doloris,
Quæ te sola puer, multis è matribus ausa
[1] Prosequitur, magni nec mœnia curat Acestæ.
Ille autem, Causas nequicquam nectis inanes,
Nec mea iam mutata loco sententia cedit.
Acceleremus, ait vigiles simul excitat: illi
Succedunt, seruantq; vices, statione relicta
Ipse comes Niso graditur, regemq; requirunt.
Cætera per terras omnes animalia somno
Laxabant curas, & corda oblita laborum:
Ductores Teucrûm primi, & delecta iuuentus,
Consilium summis regni de rebus habebant,
Quid facerent, quisue Æneæ iam nuntius esset.
Stant longis adnixi hastis, & scuta tenentes,
Castrorum & campi medio. tum Nisus & vnà
Euryalus confestim alacres admittier orant:
Rem magnã, pretiumq; moræ fore. primus Iulus
Accepit trepidos, ac Nisum dicere iussit.
Tunc sic Hyrtacides. Audite ô mentibus æquis
Æneadæ: néue hæc nostris spectentur ab annis,
Quæ ferimus. Rutuli somno vinoq; sepulti
Conticuere: locum insidiis conspeximus ipsi,
Qui patet in biuio portæ quæ proxima ponto.
Interrupti ignes, ateq; ad sidera fumus
Erigitur, si fortuna permittitis vti,
Quæsitum Æneam ad mœnia Pallantea,
Mox hic cum spolijs, ingenti cæde peracta,
Affore cernetis. nec nos via fallit euntes.
Vidimus obscuris primam sub vallibus vrbem
Venatu assiduo, & totum cognouimus amnem.
Hic annis grauis atq; animi maturus Alethes,
Dij patrij, quorum semper sub numine Troia est,
Non tamen omnino Teucros delere paratis.
Quum tales animos iuuenum & tã certa tulistis
Pectora. Sic memorans, humeros dextraq; tenebat
Amborum, & vultũ lacrymis atq; ora rigabant.
Quæ vobis, quæ digna viri, pro [2] talibus ausis
Præmia posse rear solui? pulcherrima primùm
Dij mores q; dabunt vestri: tum cætera reddet
Actutum pius Æneas, atq; integer æui
Ascanius, meriti tanti non immemor vnquam.
Immò ego vos, cui sola salus genitore reducto
(Excipit Ascanius) per magnos Nisæ Penates,

1 al. ferant. 2 quidam addunt vocem est.
3 al. parari. 4 al. sequuntur.
5 al. *Iuueni*, Ascanio, al. *Iuuenum*.
6 al. sepulti.

1 al. persequitur.
2 Ser. legit, *laudibus istis*: vt in aliis cod.

Assaracique Larem, & cana penetralia Vestæ,
Obtestor (quæcunque mihi fortuna, fidésque est,
In vestris pono gremiis) reuocate parentem,
Reddite conspectum: nihil illo triste recepto.
Bina dabo argento perfecta atque aspera signis
Pocula, deuicta genitor quæ cepit Arisba:
Et tripodas geminos, auri duo magna talenta:
Cratera antiquum, quem dat Sidonia Dido.
Si verò capere Italiam, sceptrisque potiri
Contigerit victori, & prædæ ducere sortem:
Vidisti quo Turnus equo, quibus ibat in armis
Aureus ipsum illum, clypeũ cristasque rubentes
Excipiam sorti, iam nunc tua præmia Nise.
Præterea bis sex genitor lectissima matrum
Corpora, captiuosque dabit, suáque omnibus arma:
Insuper his, campi quod rex habet ipse Latinus.
Te verò, mea quem spatiis propioribus ætas
Insequitur, venerande puer iam pectore toto
Accipio, & comitem casus complector in omnes.
Nulla meis sine te quæretur gloria rebus,
Seu pacem seu bella geram: tibi maxima rerum
Verborúmque fides. Contra quem talia fatur
Euryalus, Me nulla dies tam fortibus ausis
Dissimilem arguerit. tantùm fortuna secunda,
Aut aduersa cadat. sed te super omnia dona
Vnum oro: genitrix Priami de gente vetusta
Est mihi, quam miseram tenuit non Ilia tellus,
Mecũ excedentem, non mœnia regis Acestæ.
Hãc ego nũc ignarã huius quodcũque pericli est,
Inque salutatam linquo (nox & tua testis
Dextera) quòd nequeam lacrymas perferre parentis.
At tu, oro, solare inopem, & succurre relictæ.
Hanc sine me spem ferre tui: audentior ibo
In casus omnes, perculsa mente dederunt
Dardanidæ lacrymas: ante omnes pulcher Iulus,
Atque animum patriæ strinxit pietatis imago.
Tum sic 2 *effatur,*
Spondeo digna tuis ingentibus omnia cœptis.
Nanque erit ista mihi genitrix, nomenque Creusæ
Solum defuerit: nec partum gratia talem
Parua manet, casus factum quicũque 3 *sequetur.*
Per caput hoc iuro (per quod pater antè solebat)
Quæ tibi polliceor reduci, rebúsque secundis,
Hæc eadem matriq; tuæ genereque manebunt.
Sic ait illacrymans: humero simul exuit ensem
Auratum, mira quem fecerat arte Lycaon
Cnossius, atque habilẽ vagina aptarat eburna.
Dat Niso Mnestheus pellem, horrentisque leonis
Exuuias: galeam fidus permutat Alethes.
Protinus armati incedunt, quos omnis euntes
Primorum manus ad portas iuuenúmque senũque
Prosequitur votis. necnon & pulcher Iulus,
Ante annos animumque gerens curamque virilem,
Multa patri portanda dabat mãdata: sed auræ
Omnia discerpunt, & nubibus irrita donant.
Egressi superant fossas, noctísque per vmbram
Castra inimica petunt: multis tamẽ antè futuri;

1 al. comantis. 2 al. affatur.
3 al. sequentur.

Exitio. passim vino somnóque per herbam
Corpora fusa vident: arrectos littore currus
Inter lora rotásque, viros, simul arma iacere.
Vina simul. prior Hyrtacides sic ore loquutus,
Euryale, audendum dextra: nunc ipsa vocat res.
Hac iter est: tu, nequa manus se attollere nobis
A tergo possit, custodi, & consule longè.
Hæc ego vasta dabo, & lato te limite ducam.
Sic memorat, vocẽque premit: simul ense superbum
Rhamnetẽ aggreditur, qui forte tapetibus altis
Extructus, toto proflabat pectore somnum:
Rex idem, & regi Turno gratissimus augur:
Sed non augurio potuit depellere pestem.
Tres iuxta famulos temerè inter tela iacentes,
Armigerumque Rhemi premit, aurigamque sub ipsis
Nactus equis: ferróque secat pendentia colla.
Tum caput ipsi aufert domino, truncúmque relinquit,
Sanguine singultantem: atro tepefacta cruore
Terra toriq; madent. necnon Lamyrúmque Lamúmque,
Et iuuenem Serranum, illa qui plurima nocte
Luserat, insignis facie, multoque iacebat
Membra deo victus. felix, si protinus illum
Æquasset nocti ludum, in lucémque tulisset.
Impastus ceu plena leo per ouilia turbans
(Suadet enim vesana fames) manditque trahitque
Molle pecus mutúmque metu: fremit ore cruento.
Nec minor Euryali cædes: incensus & ipse.
Perfurit: ac multã in medio sine nomine plebem,
Fadúmque Hebesumque subit, Rhœtumque, Abarimque,
Ignaros: Rhœtum, vigilantem & cuncta videntem,
Sed magnum metuens se post cratera tegebat:
Pectore in aduerso totum cui comminus ensem
Condidit assurgenti, & multa morte recepit.
Purpuream vomit ille animam, & cum sanguine mista
Vina refert moriens. hic furto feruidus instat.
Iámque ad Messapi socios tendebat, 1 vbi ignem
Deficere extremum, & religatos rite videbat
Carpere gramẽ equos: breuiter quum talia Nisus
(Sensit enim nimia cæde atque cupidine ferri)
Absistamus, ait: nam lux inimica propinquat.
Pœnarũ exhausta satis est: via facta per hostes.
Multa virúm solido argento perfecta relinquunt
Armáque, craterasque simul, 2 pulchróque tapetas.
Euryalus phaleras Rhamnetis, & aurea bullis
Cingula: Tyburti Romulo ditissimus olim
Quæ mittit dona, hospitio quum iungeret absens,
Cædicus: ille suo moriens dat habere nepoti,
Post mortem bello Rutuli prædáque potiti: (tat:
Hæc rapit, atque humeris nequicquã fortibus ap-
Tum galeam Messapi habilem cristisque decoram
Induit. excedunt castris, & tuta capessunt.
Interea præmissi equites ex vrbe Latina,
Cætera dum legio campis instructa moratur,
Ibant, & Turno regi responsa ferebant,

1 al. ibi. 2 al. pictos.

Ter

Ter centum, scutati omnes, [1]Volscente magistro
Iámque propinquabant castris, muroq; jubebant,
Quum procul hos læuo flectentes limite cernunt:
Et galea Euryalum subiustri noctis in umbra
Prodidit immemorem, radiisq; aduersa refulsit.
Haud temerè est visum: conclamat ab agmine Volscens:
State viri: quæ causa viæ? quiue estis in armis?
Quoue tenetis iter? Nihil illi tendere contrà,
Sed celerare fugam in syluas & fallere nocti.
Obiiciunt equites sese ad diuortia nota
Hinc atque hinc, omnémque aditum custode coronant.
Sylua fuit latè dumis atque ilice nigra
Horrida: quã densi complerant vndique sentes.
Rara per occultos ducebat semita calles,
Euryalum tenebræ ramorum onerasq; prædа
Impediunt: fallitq; timor regione viarum.
Nisus abit: iamq; imprudens euaserat hostes,
Atque [2]lacus, qui post Albæ de nomine dicti
Albani, tum rex stabula alta Latinus habebat,
Vt stetit, & frustra absentem respexit amicum,
Euryale infelix, qua te regione reliqui?
Quáue sequar? rursus perplexum iter omne reuoluens
[3]Fallacis sylvæ, simul & vestigia retro
Obseruata legit, dumisq; silentibus errat,
Audit equos, audit strepitus, & signa sequẽtum.
Nec longum in medio tempus, quum clamor ad aures
Peruenit: ac videt Euryalum, quem iam manus omnis,
Fraude loci, & noctis, subito turbante tumultu,
Oppressum rapit, & conantem plurima frustra.
Quid faciat? qua vi iuuenem, quibus audeat armis
Eripere? an sese medios moriturus in hostes
Inferat, & pulchrã properet per vulnera mortẽ?
Ocyus adducto torquens hastile lacerto,
Suspiciens altam Lunam sic voce precatur,
Tu dea, tu præsens nostro succurre labori,
Astrorum decus, & nemorum Latonia custos.
Si qua tuis vnquam pro me pater Hyrtacus aris
Dona tulit, si qua ipse meis venatibus auxi,
Suspendiue tholo, aut sacra ad fastigia fixi:
Hãc sine me turbare globũ, & rege tela per auras.
Dixerat: & toto connixus corpore ferrum
Coniicit: hasta volans noctis diuerberat vmbras,
Et venit aduersi in tergum Sulmonis: ibiq;
Frangitur, ac fisso transit præcordia ligno.
Voluitur ille, vomens calidum de pectore flumen,
Frigidus & longis singultibus ilia pulsat.
Diuersi circumspiciunt: hoc acrior idem
Ecce aliud summa telum librabat ab aure,
Dũ trepidant. it hasta Tago per tempus vtrũque
Stridens, trai. Et q; hæsit tepefacta cerebro.
Sæuit atrox Volscens nec teli conspicit vsquam
Autorem, nec quo se ardens immittere possit.

Tu tumen interea calido mihi sanguine pœnas
Persolues amborum, inquit, simul ense recluso
Ibat in Euryalum. [1] nec verò exterritus, amnes
Conclamat Nisus: nec se celare tenebris
Amplius, aut tantum potuit perferre dolorem.
Me, me: adsum qui feci: in me conuertite ferrum
O Rutuli. mea fraus omnis. nihil iste nec ausus,
Nec potuit (cœlum hoc & conscia sidera testor)
Tantùm infelicem nimium dilexit amicum.
Talia dicta dabat: sed viribus ensis adactus
[1] Transadigit costas, & cãdida pectora rumpit.
Voluitur Euryalus letho: pulchrosq; per artus
It cruor, inq; humeros ceruix collapsa recumbit:
Purpureus veluti quum flos succisus aratro
Languescit moriens, [2] lassoue papauera collo
Demisere caput, pluuia quum fortè grauantur.
At Nisus ruit in medios, solúmq; per omnes
[3] Volscentem petit, in solo Volscente moratur:
Quem circum glomerati hostes, hinc comminus atque hinc
Proturbant. instat non [4] segnius, ac rotat ensem
Fulmineum: donec Rutuli clamantis in ore
[5] Cõdidit aduerso, & moriẽs animã abstulit hosti.
Tum super [6] exanimem sese proiecit amicum
Confossus, placidaq; ibi demum morte quieuit.
Fortunati ambo: siquid mea carmina possunt,
Nulla dies vnquam memmori vos eximet æuo,
Dum domus Æneæ Capitoli immobile saxum
Accolet, imperiumq; pater Romanus habebit.
Victores præda Rutuli spoliisq; potiti,
Volscentem [7] exanime flentes in castra ferebant.
Nec minor in castris luctus, Rhamnete reperto
Exangui: & primis vna tot cæde peremptis,
Serranq;, Numaq; ingens concursus ad ipsa
Corpora, semineces q; viros, [8] tepidaq; recentem
Cæde locum & pleno spumanti sanguine riuos.
Agnoscunt spolia inter se galeamq; nitentem
Messapi, & multo phaleras sudore receptas.
Et iam prima nouo spargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens Aurora cubile:
Iam sole infuso, iam rebus luce retectis,
Turnus in arma viros, armis circundatus ipse,
Suscitat: æratasq; acies in prælia cogit
Quisque [9] suas, variisq; acuunt rumoribus iras.
Quin ipsa arrectis (visu [10] mirabile) in hastis
Præfigunt capita (& multo clamore sequuntur)
Euryali & Nisi.
Æneadæ duri murorum in parte sinistra
Oppositere aciem (nam dextera cingitur amni)
Ingentésque tenent fossas, & turribus altis
Stat mœsti, simul ora virũm præfixa [11] videbant,
Nota nimis miseris, atroq; fluentia tabo.
Interea pauidam volitans pennata per vrbem
Nuntia fama ruit matrisq; adlabitur aures
Euryali: ac subitus miserã calor ossa reliquit:

1 al. Volcente. 2 al. locos. 3 al. Fallaces sylvas, vt distinq. post reuoluens.

1 al. Trans abijt & Trans adijt. 2 al. lapso.
3 al. Volcentem. 4 al. Secius. 5 al. Contudit. 6 al. exanimum. 7 al. exanimum.
8 al. tepidáque madentem. 9 al. suos.
10 al. miserabile. 11 al. monebant.

Excussi manibus radij, reuolutáque pensa:
Euolat infelix, & fœmineo vlulatu,
Scissa comam, muros amens atque agmina cursu
Prima petit: non illa virûm, non illa pericli
Telorumq; memor: cœlũ dehinc questibus implet.
Hunc ego te Euryale aspicio? túne ille senectæ
Sera meæ requies? potuisti linquere solam
Crudelis: nec te sub tanta pericula missum
Affari extremùm miseræ data copia matri?
Heu, terra ignota, canibus data præda Latinis
Alitibusq; iacès. nec te tua funera mater
Produxi, pressive oculos, aut vulnera laui.
Veste tegens: tibi quam noctes festina diesq;
Vrgebam, & tela curas solabar aniles.
Quò sequar? aut quæ nunc artus auulsaq; membra
Et funus lacerum tellus habet? hoc mihi de te
Nate refers? hoc sum terraq; mariq; sequuta?
Figite me, si qua est pietas: in me omnia tela
Conijcite, ô Rutuli: me primam absumite ferro.
Aut tu magne pater diuûm miserere, tuoq;
Inuisum hoc detrude caput sub tartara telo:
Quando aliter nequeo crudelem abrumpere vitã.
Hoc fletu concussi animi, mœstusq; per omnes
It gemitus: torpent infractæ ad prælia vires.
Illam incendentem luctus Ideus & Actor,
Ilioneï monitu & multum lacrymantis Iuli,
Corripiunt, interq; manus sub tecta reponunt.
At tuba terribilem sonitum procul ære canoro
Increpuit: sequitur clamor, cœlumq; remugit.
Accelerant acta pariter testudine Volsci,
Et fossas implere parant, ac vellere vallum:
Quærunt pars aditum, & scalis ascendere muros,
Quà rara est acies, interlucetq; corona
Non tam spissa viris. telorum effundere contrà
Omne genus Teucri, ac duris detrudere contis,
Assueti longo muros defendere bello.
Saxa quoque infesto voluebant pondere, si qua
Possent tectam aciem perrumpere: quum tamen omnes
Ferre libet subter densa testudine casus:
Nec iã sufficiunt. nã quà globus imminet ingens
Immanem Teucri molem voluúntq; ruúntque:
Quæ strauit Rutulos latè, armorumq; resoluit
Tegmina, nec curant cæco contendere Marte
Amplius audaces Rutuli, sed pellere vallo
Missilibus certant.
Parte alia horrendus visu quassabat Etruscam
Pinum, & fumiferos infert Mezentius ignes.
At Messapus, equûm domitor, Neptunia proles,
Rescindit vallum, & scalas in mœnia poscit.
Vos ô Calliope precor aspirate canenti,
Quas ibi tum ferro strages, quæ funera Turnus
Ediderit, quem quisque virum demiserit Orco:
Et mecum ingentes oras euoluite belli.
Et meministis enim diuæ, & memorare potestis.
Turris erat vasto suspecta, & pontibus altis,
Opportuna loco: summis quam viribus omnes
Expugnare Itali summaq; euertere opum vi
Certabant: Troes contrà defendere saxis,
Pérque cauas densi tela intorquere senestras.
Princeps ardentem coniecit lampada Turnus.
Et flammam affixit lateri: quæ plurima vento
Corripuit tabulas, & postibus hæsit adesis,
Turbati trepidare intus, frustraq; malorum
Velle fugam. dum se glomerant, retroq; residunt
In partem quæ peste caret, tum pondere turris
Procubuit subitò, & cœlum tonat omne fragore,
Semineces ad terram, immani mole sequuta,
Confixiq; suis telis & pectora duro
Transfossi ligno, veniunt. vix vnus Helenor
Et Lycus elapsi: quorum primæuus Helenor,
Mæonio regi, quem serua Lycimnia furtim
Sustulerat, vetitisq; ad Troiam miserat armis:
Ense leuis nudo parmaq; inglorius alba
Isque vbi se Turni media inter millia vidit,
Hinc acies atque hinc acies astare Latinas:
Vt fera, quæ densa venantum septa corona
Contra tela furit, seseq; haud nescia [1] morti
Iniicit, & saltu supra venabula fertur:
Haud aliter iuuenis medios moriturus in hostes
Irruit, & quà tela videt densissima, tendit.
At pedibus longè melior Lycus, inter & hostes
Inter & arma fuga muros tenet, altaq; certat
Prẽdere tecta manu sociumq; attingere dextras.
Quem Turnus pariter cursu telóque sequutus,
Increpat his victor, Nostrasne euadere demens
Speraſti te posse manus? simul arripit ipsum
Pendentem, & magna muri cum parte reuellit.
Qualis vbi aut leporem aut candenti corpore cygnum
Sustulit alta petens pedibus Iouis armiger vncis:
Quæsitum aut matri multis balatibus agnum
Martius à stabulis rapuit lupus: vndique clamor
Tollitur. inuadunt, & fossas aggere complent.
Ardentes tædas alij ad fastigia iactant.
Ilioneus saxo, atque ingenti fragmine montis,
Lucetium portæ subeuntem, ignémque ferentem:
Emathiona Liger, Chorinæum sternit Asylas:
(Hic iaculo bonus, hic longè fallente sagitta)
Ortygium Cæneus, victorem Cænea Turnus:
Turnus Ityn, Cloniúmque, Dioxippum, Promulúmque,
Et Sagarim, & summis stãtem pro turribus Idã:
Priuernum Capys. hunc primo leuis hasta Themillæ
Strinxerat: ille manum proiecto tegmine demens
Ad vulnus tulit: ergo alis allapsa sagitta,
Et læuo infixa est lateri manus, abditaq; intus
Spiramenta animæ lethali vulnere rupit.
Stabat in egregijs Arcentis filius armis,
Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Ibera:
Insignis facie: genitor quem miserat Arcens,
Eductum Martis luco, Simethia circum
Flumina, pinguis vbi & placabilis ara Palici.
Stridentem fundam positis Mezentius armis
Ipse ter adducta circum caput egit habena:

1 al. Hanccine te. 2 al. funere.
3 al. trahuntque.

1 al. mortis.

Et

Et media aduersi liquefacto tempora plumbo
Diffidit, ac multa porrectum extendit arena.
Tum primùm bello celerem intendisse sagittam
Dicitur, antè feras solitus terrere fugaces,
Ascanius: fortemq; manu fudisse Numanum,
Cui Remulo cognomen erat, Turniq; minorem
Germanam nuper thalamo sociatus, habebat:
Is primam ante aciem digna atq; indigna relatu
Vociferans, tumiduſq; nouo præcordia regno
Ibat, & ingenti sese clamore ferebat:
Non pudet obsidione iterum valloq; teneri,
Bis capti Phryges, & morti prætendere muros?
En qui nostra sibi bello connubia poscunt.
Quis deus Italiam, quæ vos dementia adegit?
Non hic Atridæ, nec fandi fictor Vlysses,
Durum à stirpe genus: natos ad flumina primum
Deferimus, sæuoq; gelu duramus, & vndis.
Venatu inuigilant pueri, silvaſq; fatigant:
Flectere ludus equos, & spicula tendere cornu.
At patiens operum paruoq; assueta iuuentus
Aut rastris terram domat, aut quatit oppida bello.
Omne æuum ferro teritur, versaq; iuuencum
Terga fatigamus hasta: nec tarda senectus
Debilitat vires animi, mutatq; vigorem.
Canitiem galea premimus: semperq; recentes
Conuectare iuuat prædas, & viuere rapto.
Vobis picta croco, & fulgenti murice vestis:
Desidiæ cordi: iuuat indulgere choreis.
Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.
O verè Phrygiæ (neq; enim Phryges) ite per alta
Dindyma, vbi assuetis biforem dat tibia cantum.
Tympana vos buxusq; vocat Berecynthia matris
Idææ: sinite arma viris, & cedite ferro.
Talia iactantem dictis, ac dira canentem
Non tulit Ascanius: neruoq; obuersus equino,
Contendit telum: diuersaq; brachia ducens,
Constitit ante Iouem, supplex per vota precatus.
Iuppiter omnipotens audacibus annue cœptis.
Ipse tibi ad tua templa feram solennia dona
Et statuam ante aras aurata fronte iuuencum,
Candentem, pariterq; caput cum matre ferentem:
Iam cornu petat, & pedibus qui spargat arenam.
Audiit & cœli genitor de parte serena
Intonuit læuum, sonat una lethifer arcus:
Et fugit horrendum stridens elapsa sagitta,
Perq; caput Remuli venit, & cana tempora ferro
Traiicit. I, verbis virtutem illude superbis.
Bis capti Phryges hæc Rutulis responsa remittũt.
Hæc tantùm Ascanius: Teucri clamore sequũtur,
Lætitiaq; fremunt, animosq; ad sidera tollunt.
Ætheria tum forte plaga crinitus Apollo
Desuper Ausonias acies vrbemq; videbat,
Nube sedens, atq; his victorem affatur Iulum,
Macte noua virtute puer (sic itur ad astra)
Dis genite, & geniture deos. iure omnia bella
Gente sub Assaraci fato, ventura residunt:
Nec te Troia capit. Simul hæc effatus, ab alto
Æthere se mittit: spirantes dimouet auras,
Ascaniumq; petit: forma tum vertitur oris
Antiquum in Buten, hic Dardanio Anchisæ
Armiger antè fuit, fidusq; ad limina custos:
Tum comitè Ascanio pater addidit. ibat Apollo
Omnia longæuo similis, vocemq;, coloremq;,
Et crines albos, & sæua sonoribus arma:
Atq; his ardentem dictis affatur Iulum,
Sit satis Æneide, telis impunè Numanum
Oppetiisse tuis. primam hanc tibi magnus Apollo
Concedit laudem, & paribus non inuidet armis:
Cætera parce puer bello. Sic orsus Apollo
Mortales medio aspectus sermone reliquit,
Et procul in tenuem ex oculis euanuit auram.
Agnouere deum proceres diuinaq; tela
Dardanidæ, pharetramq; fuga sensere sonãtem.
Ergo auidum pugnæ dictis ac numine Phœbi.
Ascanium prohibent: ipsi in certamina rursus
Succedunt, animasq; in aperta pericula mittunt.
It clamor totis per propugnacula muris:
Intendunt acres arcus, amentaq; torquent.
Sternitur omne solum telis: tum scuta cauæq;
Dant sonitum [1] flictu galeæ. pugna aspera surgit:
Quantus ab occasu veniens pluuialibus Hœdis
Verberat imber humum, quàm multa grandine nimbi.
In vada præcipitant, quum Iuppiter horridus austris
Torquet aquosam hyemem, & cœlo caua nubila rumpit
Pandarus & Bitias, Idæo Alcanore creti,
Quos Iouis eduxit luco syluestris Hiera,
Abietibus iuuenes patriis & montibus æquos:
Portam quæ ducis imperio commissa recludunt,
Freti armis, vltroq; inuitant mœnibus hostem.
Ipsi intus dextra ac læua pro turribus astant,
Armati ferro, & cristis capita alta coruſci:
Quales aëriæ [2] liquentia flumina circum,
Siue Padi ripis, Athesim seu propter amœnum,
Consurgunt geminæ quercus, intonsaq; cœlo
Attollunt capita, & sublimi vertice nutant.
Irrumpunt aditus Rutuli vt videre patentes.
Continuo Quercens, & pulcher Equicolus armis,
Et præceps animi Tmarus, & Mauortius Hæmõ,
Agminibus totis aut versi terga dedère,
Aut ipso portæ posuère in limine vitam.
Tum magis increscunt animis discordibus iræ.
Et iam collecti Troes glomerantur eodem,
Et conferre manum & procurrere longius audent.
Ducĩ Turno diuersa in parte furenti,
Turbantiq; viros perfertur nuntius, hostem
Feruere cæde noua, & portas præbere patentes.
Deserit incœptum, atq; immani concitus ira
Dardaniam ruit ad portam: fratresq; superbos.
Et primum Antiphatẽ (is enim se primus agebat)
Thebana de matre nothum Sarpedonis alti,
Coniecto sternit iaculo: volat Itala cornus
Aëra per tenuem, stomachoq; infixa sub altum
Pectus abit. reddit specus atri vulneris vndam
Spumantem, & fixo ferrum in pulmone tepescit.

1 al. vetæ. 2 al. effugit. quod magis probat Scr. 3 al. allapsa, alij adducta.

1 al. afflictu. 2 al. liquetia.

Tum Meropem atq; Erymantha manu, tum sternit Aphydnum:
Tum Bitiã ardentem oculis, animisq; frementem,
Non iaculo (neq; enim iaculo vitã ille dedisset)
Sed magnum stridens contorta phalarica venit,
Fulminis acta modo: quam nec duo taurea terga,
Nec duplici squama lorica fidelis & auro
Sustinuit. collapsa ruunt immania membra.
Dat tellus gemitum, & clypeum super intonat ingens:
Qualis in Euboico Baiarum littore quondam
Saxea pila cadit, magnis quam molibus antè
Constructam iaciunt ponto: sic illa ruinam
Prona trahit, penitusq; vadis illisa recumbit.
Miscent se maria, & nigræ attolluntur arenæ:
Tũ sonitu Prochyta alta tremit, durumq; cubile
Inarime, Iouis imperiis impostа Typhœo.
Hic Mars armipotens animum viresq; Latinis
Addidit, & stimulos acres sub pectore vertit:
Immisitq; fugam Teucris, atrumq; timorem.
Vndiq; conueniunt: quoniam data copia pugnæ,
Bellatorq; animo deus incidit.
Pandarus vt fuso germanum corpore cernit,
Et quo sit fortuna loco, qui casus agat res,
Portam vi multa conuerso cardine torquet,
Obnixus latis humeris: multosq; suorum,
Mœnibus excluſos, duro in certamine linquit:
Ast alios secum includit recipitq; ruentes,
Demens: qui Rutulum in medio nó agmine regẽ
Viderit irrumpentem, vltroq; incluserit vrbi,
Immanem veluti pecora inter inertia tigrim.
Continuò noua lux oculis [1] effulsit, & arma
Horrendum sonuere: tremunt in vertice cristæ
Sanguineæ, clypeoq; micantia fulgura mittit.
Agnoscunt faciẽ inuisam atq; immania membra
Turbati subitò Æneadæ: tum Pandarus ingens
Emicat, & mortis fraternæ feruidus ira
Effatur, Non hæc dotalis regia Amatæ,
Nec muris cohibet patriis media Ardea Turnũ.
Castra inimica vides: nulla hinc exire potestas.
Olli subridens sedato pectore Turnus
Incipe, si qua animo virtus, & consere dextram:
Hic etiam inuentum Priamo narrabis Achillem.
Dixerat. ille rudem nodis & cortice crudo
Intorquet, summis adnixus viribus, hastam:
Excepere auræ vulnus: Saturnia Iuno
Detorsit veniens: portæq; infigitur hasta.
At non hoc telum, mea quod vi dextera [2] versat,
Effugies: neq; enim is teli nec vulneris auctor.
Sic ait: & sublatum altè consurgit in ensem,
Et mediam ferro gemina inter tempora frontem
Diuidit, impubesq; immani vulnere, malas.
Fit sonus, ingenti concussa est pondere tellus.
Collapsos artus atq; arma cruenta cerebro
Sternit humi moriens: atq; illi partibus æquis
Huc caput atq; illuc humero ex vtroq; pependit.
Diffugiunt versi trepida formidine Troes.
Et, si continuò victorem ea cura subisset,
Rũpere claustra manu, socioq; immittere portis,

1 al. offulsit. 2 al. librat.

Vltimus ille dies bello gentique fuisset:
Sed furor ardentem cædisq; insana cupido
Egit in aduersos.
Principio Phalarim, & succiso poplite Gygen
Excipit: hinc raptas fugientibus ingerit hastas
In tergum (Iuno vires animumq; ministrat)
Addit Halyn comitẽ, & [1] confixa Phegea parma:
Ignaros deinde in muris, Martemq; cientes,
Alcandrúmque, Haliúmque, Noemonáque, Prytanimque
Lyncea tendentem contra, sociosq; vocantem,
Vibranti gladio connixus ab aggere dexter
Occupat: huic vno deiectum comminus ictu
Cum galea longè iacuit caput, inde ferarum
Vastatorem Amycum: quo non felicior alter
Vngere tela manu, ferrumq; armare veneno.
Et Clytium Æoliden, & amicum Cretea Musis:
Cretea Musarum comitem, cui carmina semper
Et citharæ cordi, numerosq; intendere neruis:
Semper equos atque arma virũm pugnasq; canebat.
Tandem ductores, audita cæde suorum,
Conueniunt Teucri, Mnestheus acérque Serestus:
Palantésque vident socios, hostémque receptum.
Et Mnestheus, Quò deinde fugam? quò tenditis? inquit.
Quos alios muros, quæ iã vltrà mœnia habetis?
Vnus homo, & vestris ô ciues vndique septus
Aggeribus, tantas strages impunè per vrbem
Ediderit? iuuenum primos tot miserit orco?
Non infelicis patriæ, veterumq; deorum,
Et magni Æneæ, segnes, miseretque pudétque?
Talibus accensi firmantur, & agmine denso
Consistunt. Turnus paulatim excedere pugna,
Et fluuium petere, ac partem quæ cingitur amni.
Acrius hoc Teucri clamore incumbere magno,
Et glomerare manum. ceu sæuum turba leonem
Quum telis premit infensis: [2] at territus ille
Asper, acerba tuens, retro redit. & neque terga
Ira dare aut virtus patitur, nec tendere contrà
Ille quidem, hoc cupiens, potis est. per tela virosq;
Haud aliter retro dubius vestigia Turnus
Improperata refert, & mens exæstuat ira.
Quinetiam bis tum medios inuaserat hostes,
Bis conuersa fuga per muros agmina vertit:
Sed manus è castris propere coit omnis in vnum:
Nec contrà vires audet Saturnia Iuno
Sufficere. aeriam cœlo nam Iuppiter Irim
Demisit, germanæ haud mollia iussa ferentem,
Ni Turnus cedat Teucrorum mœnibus altis.
Ergo nec clypeo iuuenis subsistere tantum
Nec dextra valet: iniectis sic vndique telis
Obruitur. strepit assiduo caua tempora circum
Tinnitu galea, & saxis solida æra fatiscunt:
Discussæq; iubæ capiti. nec sufficit vmbo
Ictibus: ingeminant hastis & Troes, & ipse
Fulmineus Mnestheus. tum toto corpore sudor
Liquitur, & piceum (nec respirare potestas)
Flumen agit: fessos quatit æger anhelitus artus.

1 al. confixum. 2 al. ac.

Tum

Tum demum præceps saltu sese omnibus armis
In fluuium dedit: ille suo cum gurgite flauo
Accepit venientem, ac mollibus extulit vndis,
Et lætum sociis abluta cæde remisit.

P. VIRGILII MARONIS
ÆNEIDOS LIB. X.

MODESTINI IVRISCONSVLTI ARGVMENTVM.

Concilium diuis hominum de rebus habetur.
Interea Rutuli portis circum omnibus instant.
Aduenit Æneas multis cum millibus heros.
Mars vocat, & totis in pugnam viribus itur.
Interimit Pallanta potens in prælia Turnus:
Cæduntúrque duces: cadit & sine nomine vulgus.
Subtrahitur pugnæ Iunonis numine Turnus.
Æneas perstat, Mezenti cæde piata,
Et Lausum inuicta perimit per vulnera dextra:
Mox vltor nati Mezentius occidit ipse.

ALIVD INCERTI AVTORIS ARGVMENTVM.

Placat & vxorem dictis & iurgia natæ
Iuppiter. auxiliis instructus Troius heros
Aduenit: occurrunt Rutuli, atque in littore pugnant.
Occidit à Turno Pallas, victórque superbus
Æneæ eripitur. Mezentius interit acer.

ALIVD, MONOSTICHON.

Occidit Æneæ Decimo Mezentius ira.

ALIVD.

Exponit Decimus Thuscorum in littore pugnas.

RANDIT VR interea domus [1] omnipotentis [2] olympi:
Conciliumq; vocat diuúm pater atque hominum rex,
Castraq; Dardanidum aspectat, populosque Latinos.
Considunt tectis bipatentibus: incipit ipse.
Cœlicolæ magni, [3] quianam sententia vobis
Versa retro? tantúmq; animis certatis iniquis?
Abnueram bello Italiam concurrere Teucris.
Quæ contra vetitum discordia? quis metus aut hos
Aut hos arma sequi ferrúmq; lacessere suasit?
Aduenient iustum pugnæ (ne [4] accersite) tempus:
Quum fera Carthago Romanis arcibus olim
Exitium magnum atq; Alpes immittet apertas,
Tum certare odijs, tum res rapuisse licebit:
Nunc sinite, & [5] placidum læti componite fœdus.
Iuppiter hæc paucis: at non Venus aurea contra
Pauca refert:
O pater, ô hominum diuumq; æterna potestas,
(Namque aliud quid sit quod iam implorare queamus?)
Cernis vt insultent Rutuli Turnusq; feratur
Per medios insignis equis? tumiduscq; secundo
Marte ruat: non clausa tegunt iam mœnia Teucros:
Quin intra portas atque ipsis prælia miscent
Aggeribus [1] murorum, & inundant sanguine [2] fossas.
Æneas ignarus abest. numquámne leuari
Obsidione fines? muris iterum imminet hostis
Nascentis Troiæ necnon exercitus alter:
Atq; iterum in Teucros Ætolis surgit ab Arpis
Tydides. equidem (credo) mea vulnera restant,
Et tua progenies mortalia demoror arma.
Si sine pace tua atque inuito numine Troes
Italiam petiêre, luant peccata, neque illos
Iuueris auxilio: sin tot responsa sequuti,
Quæ superi manésque dabant, cur nũc tua quisquam
Flectere iussa potest? aut cur noua condere fata?
Quid repetam exustas Erycino in littore classes?
Quid tempestatum regem, ventosq; furentes
Æolia excitos, aut actam nubibus Irim?
Nunc etiam manes (hæc intentata manebat
Sors rerum) mouet: & superis immissa repentè
Alecto, mediis Italúm bacchata per vrbes.
Nil super imperio moueor: speranimus ista,
Dum fortuna fuit: vincant quos vincere mauis.
Si nulla est regio Teucris quam det tua coniux
Dura, per euersæ genitor fumantia Troiæ

1 al. omnipatentis. al. omniparentis.
2 al. olympia. 3 al. quænam.
4 al. *Arcessite*. 5 al. *placitum*. vt & Ser. legit: & expl. placitum mihi.
6 al. mœrorum. 1 al. *Fossa*. Sed fossas legit Prisc.

Excidia obtestor, liceat dimittere ab armis
Incolumem Ascanium, liceat superesse nepotem:
Æneas sanè ignotis iactetur in vndis,
Et quamcunq; viam dederit fortuna, sequatur:
Hunc tegere, & [1] diræ valeam subducere pugnæ.
Est Amathus, est celsa mihi Paphos atq; Cythera,
Idaliæq; domus, positis inglorius armis
Exigat hic æuum. magna ditione iubeto
Carthago premat Ausoniam: nihil vrbibus inde
Obstabit Tyrijs. quid pestem euadere belli
Iuuit, & Argolicos medium fugisse per ignes?
Tótq; maris vastæq; exhausta pericula terræ,
Dum Latium Teucri recidiuáque Pergama quærunt?
Non satius cineres patriæ insedisse supremos,
Atque solum quo Troia fuit? Xanthum & Simoenta
Redde oro miseris: iterúmque reuoluere casus
Da pater Iliacos Teucris. Tum regia Iuno
Acta furore graui, Quid me alta silentia cogis
Rumpere, & obductum verbis vulgare dolorem?
Æneam hominum quisquam diuúmque subegit
Bella sequi, aut hostem regi se inferre Latino?
Italiam petiit fatis autoribus: esto,
Cassandræ impulsus furijs, num linquere castra
Hortati sumus, aut vitam committere ventis?
Num puero summam belli, num credere muros?
Tyrrhenámue fidem gentes agitare quietas?
Quis deus in fraudem quos dura potentia nostra
Egit? vbi hic Iuno, demissáue nubibus Iris?
Indignum est Italos Troiam circumdare flammis
Nascentem, & patria Turnum consistere terra,
Cui Pilumnus auus, cui diua Venilia mater.
Quid, face Troianos atra vim ferre Latinis?
Arua aliena iugo premere, atque auertere prædas.
Quid, soceros legere, & gremiis abducere pactas?
Pacem orare manu, præfigere puppibus arma?
Tu potes Æneam manibus subducere Graiûm,
Proque viro nebulam & ventos obtendere inanes.
Et potes in totidem classem cõuertere Nymphas:
Nos aliquid Rutulos contrà iuuisse nefandũ est.
Æneas ignarus abest: ignarus & absit.
Est Paphos Idaliumq; tibi, sunt alta Cythera,
Quid grauidam bellis vrbem & corda aspera tentas?
Nosne tibi fluxas Phrygiæ res vertere fundo
Conamur? nos? an miseros qui Troas Achiuis
Obiecit? quæ causa fuit consurgere in arma
Europámq; Asiámq;, & fœdera soluere furto?
Me duce Dardanius Spartam expugnauit adulter?
Aut ego tela dedi, fouique cupidine bella?
Tunc decuit metuisse tuis: nunc sera querelis
Haud iustis assurgis, & irrita iurgia iactas.
Talibus orabat Iuno: cunctique fremebant
Cœlicolæ assensu vario: ceu flamina prima
Cum deprensa fremunt syluis, & cæca volutant
Murmura, venturos nautis prodentia ventos.
Tum pater omnipotens, rerum cui summa potestas
Infit. eo dicente, deûm domus alta silescit,
Et tremefacta solo tellus, silet arduus æther:
Tum Zephyri posuere, premit placida æquora pontus.
Accipite ergo animis atque hæc mea figite dicta,
Quandoquidem Ausonios coniungi fœdere Teucris
Haud licitum est, nec vestra capit discordia finem.
Quæ cuique est fortuna hodie, quam quisque secat spem,
Tros Rutulusue fuat, nullo discrimine habebo:
Seu fatis Italûm castra obsidione tenentur,
Siue errore malo Troiæ, monitisq; siniſtris.
Nec Rutulos soluo. sua cuique exorsa laborem,
Fortunamq; ferent: rex, Iuppiter omnibus idem.
Fata viam inuenient: Stygij per flumina fratris,
Per pice torrentes atraq; voragine ripas.
Annuit, & totum nutu tremefecit olympum.
Hic finis fandi. solio tum Iuppiter aureo
Surgit: cœlicolæ medium quem ad limina ducunt.
Interea Rutuli portis circùm omnibus instant
Sternere cæde viros, & mœnia cingere flammis.
Ast legio Æneadûm vallis obsessa tenetur:
Nec spes vlla fugæ. miseri stant turribus altis
Nequicquam, & rara muros cinxere corona.
[1] Asius Imbracides, Hicetaoniusq; Thymœtes,
Assaracíq; duo, & senior cum Castore Tybris,
Prima acies. hos germani Sarpedonis ambo,
Et [2] Clarus & Hæmon Lycia comitantur ab alta.
Fert ingens toto connixus corpore saxum,
Haud partem exiguam montis, Lyrnesius [3] Acmon
Nec Clytio genitore minor, nec fratre Menestheo.
Hi iaculis, illi certant defendere saxis:
Molirique ignem, neruoq; aptare sagittas.
Ipse inter medios, Veneris iustissima cura,
Dardanius caput ecce puer detectus honestum
(Qualis gemma micat, fuluum quæ diuidit aurum,
Aut collo decus, aut capiti: vel quale per artem
Inclusum buxo aut Oricia terebintho
Lucet ebur) fusos ceruix cui lactea crines
Accipit, & molli subnectit circulus auro.
Te quoque magnanimæ viderunt Ismare gentes
Vulnera dirigere, & calamos armare veneno,
Mæonia generose domo: vbi pinguia culta
Exercẽtque viri, Pactolúsque irrigat auro.
Affuit & Mnestheus, quem pulsi pristina Turni
Aggere murorum sublimem gloria tollit:

1 al. duræ.

1 al. Iasius sed perperam. 2 al. Clarus & Hæmon. 3 al. Agmon.

Et

Et Capys: hinc nomen Campanæ ducitur vrbi.
Illi inter sese duri certamina belli
Contulerat. media Æneas freta nocte secabant.
Nanq; vt ab Euandro castris ingressus Etruscis
Regem adit, & regi memorat nomenque genúsq;:
Quidue petat, quidue ipse ferat: Mezentius arma
Quæ sibi conciliet: violentaq; pectora Turni
Edocet: humanus quæ sit fiducia rebus
Admonet: immiscet q; preces: haud sit mora, Tarchon
Iungit opes, fœdusque ferit. tum libera fatis
Classem conscendit, iussis gens Lydia diuum
Externo commissa duci Æneia puppis
Prima tenet, rostro Phrygios subiuncta leones:
Imminet Ida super, profugis gratissima Teucris.
Hic magnus sedet Æneas: secúmque volutat
Euentus belli varios: Pallásque sinistro
Affixus lateri, iam quærit sidera, opacæ
Noctis iter, iam quæ passus terraque marique.
Pandite nunc Helicona deæ, cantusq; mouete.
Quæ manus interea Tuscis comitetur ab oris
Æneam, armetq; rates, pelagóque vehatur.
Massicus ærata princeps secat æquora Tigri:
Sub quo mille manus iuuenũ, qui mœnia 1 Clusi
Quiq; vrbem liquêre Cosas: queis tela, sagittæ
Corytiq; leues humeris, & lethifer arcus.
Vnà toruus Abas huic totum insignibus armis
Agmen, & aurato fulgebat Apolline puppis.
Sexcentos illi dederat Populonia mater
Expertos belli iuuenes: ast Ilua trecentos,
Insula inexhaustis Chalybum generosa metallis.
Tertius, ille hominum diuúmque interpres Asylas,
Cui pecudum fibræ, cœli cui sidera parent,
Et linguæ volucrum, & præsagi fulminis ignes.
Mille rapit densos acie, atq; horrentibus hastis:
Hos parere iubent Alphea ab origine Pisæ
Vrbs Etrusca solo. sequitur pulcherrimus Astur,
Astur equo fidens, & versicoloribus armis.
Ter centum adiciunt (mens omnibus vna sequendi)
Qui Cærête domo, qui sunt Minionis in aruis:
Et Pyrgi veteres, intempestæque Grauiscæ.
Non ego te, Ligurum ductor, fortissime bello,
Transierim, 2 Cygne: & paucis comitate Cupauo:
Cuius olorinæ surgunt de vertice pennæ.
Crimen amor vestrum, formæq; insigne paternæ.
Namque ferunt luctu Cygnũ Phaethontis amari,
Populeas inter frondes, vmbrámque sororum,
Dum canit: & mœstum musa solatur amorem:
Canentem molli pluma duxisse senectam,
Linquentem terras, & sidera voce sequentem.
Filius æquales comitatus classe cateruas,
Ingentem remis Centaurum promouet: ille:
Instat aquæ, saxúmque vndis immane minatur
Arduus, & longa sulcat maria alta carina.

1 al Clausi.
2 al. Cinere.

Ille etiam patrijs agmen ciet Ocnus ab oris,
Fatidicæ Mantûs & Thusci filius amnis.
Qui muros matrisque dedit tibi Mantua nomẽ,
Mantua dines auis, sed non genus omnibus vnũ:
Gens illi triplex, populi sub gente quaterni:
Ipsa caput populis, Thusco de sanguine vires.
Hinc quoque quingentos in se Mezentius armat,
Quos patre Benaco, velatus arundine glauca,
Mincius infesta ducebat in æquora pinu.
It grauis 1 Auletes, centenaq; arbore fluctum
Verbera assurgens: spumant vada marmore verso.
Hunc vehit immanis Triton, & cærula concha
Exterrens freta: cui laterum tenus hispida nanti
Frons hominem præfert, in Pristin desinit aluus:
Spumea semifero sub pectore murmurat vnda.
Tot lecti proceres ter denis nauibus ibant
Subsidio Troiæ, & campos salis ære secabant.
Iámque dies cœlo 2 concesserat, almáque curru
Noctiuago Phœbe medium pulsabat olympum:
Æneas (neq; enim membris dat cura quietem)
Ipse sedens clauumq; regit, velisque ministrat.
Atque illi medio in spatio, chorus ecce suarum
Occurrit comitum: nymphæ, quas alma Cybele
Numen habere maris, nymphasq; è nauibus esse
Iusserat. innabant pariter, fluctúsque secabant,
Quot prius ærata steterant ad littora proræ.
Agnoscunt longè regem, lustrantq; choreis:
Quarum quæ fandi doctissima Cymodocea,
Pone sequens, dextra puppim tenet: ipsaq; dorso
Eminet, ac læua tacitis subremigat vndis.
Tũ sic ignarum alloquitur, Vigilasne deũm gens
Æneá? vigila, & velis immitte 3 rudentes.
Nos sumus Idææ sacro de vertice pinus,
Nunc pelagi nymphæ, classis tua. perfidus vt nos
Præcipites ferro Rutulus flammaq; premebat,
Rupimus inuitæ tua vincula, téque per æquor
Quærimus. hanc genitrix facie miserata refecit,
Et dedit esse deas, æuumq; agitare sub vndis.
At puer Ascanius muro fossisq; tenetur
Tela inter media, atque horrẽtes Marte Latinos.
Iam loca iussa tenet forti permissus Etrusco
Arcas eques. medias illis opponere turmas,
Ne castris iungant, certa est sententia Turno.
Surge age, & aurora socios veniente vocari
Primus in arma iube: & clypeum cape, quem dedit ipse
Inuitum Ignipotens, atque auras ambiit auro.
Crastina lux (mea si non irrita dicta putaris)
Ingentes Rutulæ spectabit cædis aceruos.
Dixerat, & dextra discedens impulit altam,
(Haud ignora modi) puppim: fugit illa per vndas,
Ocyor & iaculo & ventos æquante sagitta.
Inde aliæ celerant cursus. stupet inscius ipse
Tros Anchisiades: animos tamen omine tollit.
Tũ breuiter supera aspectans conuexa precatur,
Alma parens Idæa deum, cui Dindyma cordi,
Turrigeræq; vrbes, biugique ad frena leones:

1 al Stulestes. 2 al discessserat. 3 al. rudentis.

Tu mihi nunc pugnæ princeps, tu rite propinques
Augurium. Phrygibúsque adsis pede diua secundo.
Tantum effatus: & interea reuoluta ruebat
Matura iam luce dies, noctémque fugarat.
Principio socijs edicit, signa sequantur:
Atque animos aptent armis, pugnæque parent se.
Iamq; in conspectu Teucros habet, & sua castra,
Stans celsa in puppi. clypeum tum deinde sinistra
Extulit, ardentem clamorem ad sydera tollunt
Dardanidæ è muris: spes addita suscitat iras,
Tela manu iaciunt: quales sub nubibus atris
Strymoniæ dant signa grues, atq; æthera tranant
Cum sonitu, fugiúntque Notos clamore secundo.
At Rutulo regi ducibusq; ea mira videri
Ausoniis: donec versas ad littora puppes
Respiciunt, totumque allabi classibus æquor.
Ardet apex capiti, cristisque à vertice flamma
Funditur, & vastos vmbo vomit aureus ignes:
Non secus ac liquida si quando nocte cometæ
Sanguinei lugubrè rubent, aut Sirius ardor:
Ille sitim morbósque ferens mortalibus ægris
Nascitur, & læuo contristat lumine cœlum.
Haud tamen audaci Turno fiducia cessit
Littora 2 præripere, & venientes pellere terra.
Vltro animos tollit dictis, atque increpat vltro,
Quod votis optastis, adest perfringere dextra:
In manibus Mars ipse, viri, nunc coniugis esto
Quisque suæ tectiq; memor: nunc magna referto
3 Facta patrum laudes. vltro occurramus ad vndam,
Dum trepidi egressisq; labant vestigia prima.
Audentes fortuna iuuat.
Hæc ait: & secum versat, quos ducere contrà,
Vel quibus obsessos possit concredere muros.
Interea Æneas socios de puppibus altis
Pontibus exponit. multi seruare recursus
Languentis pelagi: & breuibus se credere saltu:
Per remos alij. speculatus littora Tarchon,
Quà vada non sperat, nec fracta remurmurat vnda,
Sed mare inoffensum crescenti allabitur æstu,
Aduertit subitò proras: socioq; precatur,
Nunc ô lecta manus validis incumbite remis:
Tollite, ferte rates: inimicam findite rostris
Hanc terram, sulcumq; sibi premat ipsa carina.
Frangere nec tali 4 puppim statione recuso,
Arrepta tellure semel. quæ talia postquam
Effatus Tarchon, socij consurgere torsis,
Spumanteq; rates aruis inferre Latinis:
Donec rostra tenent siccum, & sedere carina
Omnes innocuæ. sed non puppis tua Tarchon.
Nanq; infelicta vadis dorso dum pendet iniquo,
Anceps, sustentata diu, fluctúsque fatigat,
Soluitur, atque viros medijs exponit in vndis:
Fragmina remorum quos & fluitantia transtra
Impediunt, retrahitq; pedes simul vnda relabens.
Nec Turnum segnis retinet mora: sed rapit acer

1 al. ac. 2 al præcipere. 3 al. *Facta patrum audis*, vel *laudésque*. 4 al. *puppes*.

Totam aciem in Teucros, & cõtrà in littore sistit.
Signa canunt: primus turmas inuasit agrestes
Æneas, omen pugnæ: strauitque Latinos,
Occiso Therone: virúm qui maximus vltro
Æneam petit: huic gladio per aurea 1 scuta,
Per tunicam squalentem auro, latus hausit apertum.
Inde Lycam ferit, exectum iam matre perempta,
Et tibi Phœbe sacrum: casus euadere ferri
2 Cui licuit paruo. Nec longè Cissea durum,
Immanémque Gyam sternentes agmina claua,
Deiecit letho. nihil illos Herculis arma,
Nil valida iuuêre manus: genitorq; Melampus.
Alcidæ comes, vsque graues dum terra labores
Præbuit. ecce 3 Pharo, voces dum iactat inertes,
Intorquens iaculum, 4 clamanti sistit in ore.
Tu quoque flauentem prima lanugine malas
Dum sequeris Clytium infelix noua gaudia Cydon:
Dardania stratus dextra, securus amorum
Qui iuuenum tibi semper erant, miserande iaceres:
Ni fratrum stipata cohors foret obuia, Phorci
Progeniæ, septem numero, septenaq; tela
Conijciunt: partim galea clypeoq; resultant
Irrita, deflexit partim stringentia corpus
Alma Venus. fidum Æneas affatur Achatem,
Suggere tela mihi (non vllum dextera frustra
Torserit in Rutulos) 5 steterant quæ in corpore Graium
Iliacis campis. tam magnam corripit hastam,
Et iacit: illa volans clypei transuerberat æra
Mæonis, & thoraca simul cum pectore rumpit.
Huic frater subit Alcanor, fratremq; ruentem
Sustentat dextra. 6 traiecto missa lacerto
Protinus hasta fugit, seruatq; cruenta tenorem:
Dexteraq; ex humero neruis moribunda pependit.
Tum Numitor, iaculo fratris de corpore rapto,
Æneam petijt: sed non & figere contrà
Est licitum, magnique femur perstrinxit Achatæ.
Hic Curibus, fidens primæuo corpore, 7 Lausus
8 Aduenit, & rigida Droypē ferit eminus hasta,
Sub mentum grauiter pressa, paritérque loquētis
Vocem animámque rapit, traiecto gutture. at ille
Fronte ferit terram, & crassum vomit ore cruorē.
Tres quoque Threicios, Borea de gente suprema,
Et tres quos Idas pater & patria Ismara mittit,
Per varios sternit casus. occurrit 9 Halesus,
Aurunçaq; manus: subit & Neptunia proles,
Insignis Messapus equis. expellere tendunt
Nunc hi, nunc illi: certatur limine in ipso
Ausoniæ. magno discordes æthere venti
Prælia ceu tollunt, animis & viribus æquis:

1 al. suta 2 al. Quod
3 Legitur & *Pharon*. Ser. vtramque lect. agnoscit. 4 Legit vtrobique non *clamantis*.
5 al. steterunt. 6 al. transiecto.
7 al. Clausus. 8 al. Aduolat.
9 al. Alæsus.

Non

Non ipſi inter ſe non nubila, non mare cedit:
Anceps pugna diu, ſtant obnixa omnia contra:
Haud aliter Troianæ acies, acieſq; Latinæ
Concurrunt, hæret pede pes, denſiſq; viro vir.
At parte ex alia, qua ſaxa rotantia latè
Intulerat torrens, arbuſtáque diruta ripis,
Arcadas inſuetos acies inferre pedeſtres
Vt vidit Pallas, Latio dare terga ſequaci,
Aſpera queis natura loci dimittere quando
Suaſit equos: vnum quod rebus reſtat egenis,
Nunc prece, nunc dictis virtutem accĕdit amaris.
Quò fugitis ſocij? per vos, & fortia facta,
Per ducis Euandri nomen, deuictáque bella,
Spémque meam, patriæ quæ nunc ſubit æmula laudis,
Fidite ne pedibus. ferro rumpenda per hoſtes
Eſt via, qua globus ille virûm dẽſiſſimus vrget:
Hac vos & Pallanta ducem patria alta repoſcit.
Numina nulla premunt: mortali vrgemur ab hoſte
Mortales: totidem nobis animæq; manúſque.
Ecce maris magno claudit nos obice pontus:
Deeſt iã terra fugæ: pelago Troiámne petemus?
Hæc ait, & medius denſos prorumpit in hoſtes.
Obuius huic primùm fatis adductus iniquis
Fit Lagus: hunc, magno vellit dum pondere ſaxum,
Intorto figit telo, diſcrimina coſtis
Per medium quà ſpina dedit: haſtamq; receptat
Oſſibus hærentem. quem non ſuper occupat Hisbon,
Ille quidem hoc ſperans. nã Pallas antè ruentem,
Dũ furit, incautum, crudeli morte ſodalis,
Excipit, atq; enſem tumido in pulmone recondit.
Hinc Helenũ petit, & Rhœti de gente vetuſta
Anchemolũ, thalamos auſum inceſtare nouercæ,
Vos etiam gemini Rutulis cecidiſtis in aruis,
Daucia, Laride, Tymbérque ſimillima proles,
Indiſcreta ſuis: gratúſque parentibus error.
At nunc dura dedit vobis diſcrimina Pallas:
Nã tibi Tymbre caput Euãdrius abſtulit enſis:
Te deciſa ſuum Laride dextera quærit:
Semianimeſq; micant digiti, ferrumq; retractãt.
Arcadas accenſos monitu, & præclara tuentes
Facta viri, miſtus dolor & pudor armat in hoſtes.
Tum Pallas biiugis fugientem Rhœtea præter
Traiicit: hoc ſpatium tantumq; moræ fuit Ilo.
Ilo namque procul validam direxerat haſtam:
Quam medius Rhœteus intercipit, optime Theuthra,
Te fugiens, fratremq; Tyren: currúque volutus
Cadit ſemianimis Rutulorum calcibus arua.
Ac velut ſ optatò ventis æſtate coortis
Diſperſa immittit ſyluis incendia paſtor:
Correptis ſubitò mediis extenditur vnà
Horrida per latos acies Vulcania campos:
Ille ſedens victor flammas deſpectat ouantes:
Non aliter ſocium virtus coit omnis in vnum,
Téque iuuat Palla. ſed bellis acer Haleſus
Tendit in aduerſos, ſéque in ſua colligit arma.
Hic mactat Ladona, Pheretáque, Demodocumq;:
Strymonio dextram fulgenti diripit enſe,
Elatam in iugulum. ſaxo ferit ora Thoantis,
Oſſaq; diſpergit, cerebro permiſta cruento.
Fata canens ſyluis genitor celarat Haleſum:
Vt ſenior letho canentia lumina ſoluit,
Iniecere manum Parcæ, telisq; ſacrarunt
Euandri. quem ſic Pallas petit antè precatus,
Dã nunc i Tybri pater ferro, quod miſſile libro,
Fortunam atque viam duri per pectus Haleſi:
Hæc arma, exuuiasq; viri tua quercus habebit.
Audiit illa deus. dum texit Imaona Haleſus,
Arcadio infelix telo dat pectus inermum.
At non cæde viri tanta perterrita Lauſus,
Pars ingens belli, ſinit agmina. primus Abantem
Oppoſitum interimit, pugnæ nodumq; moramq;.
Sternitur Arcadiæ proles, ſternuntur Etruſci:
Et vos ô Graiis imperdita corpora Teucri.
Agmina concurrunt ducibuſq; & viribus æquis:
Extremi addenſent acies: nec turba moueri
Tela manuſq; ſinit. hinc Pallas inſtat & vrget,
Hinc contrà Lauſus, nec multum diſcrepat ætas:
Egregij forma ſed queis fortuna negarat
In patriam reditus. ipſos concurrere paſſus
Haud tamen inter ſe magni regnator olympi:
Mox illos ſua fata manent maiore ſub hoſte.
Interea ſoror alma monet ſuccurrere Lauſo
Turnum, qui volucri curru medium ſecat agmẽ.
Vt vidit ſocios, Tempus deſiſtere pugna:
Solus ego in Pallanta feror, ſoli mihi Pallas
Debetur. cuperem, ipſe parens ſpectator adeſſet.
Hæc ait: & ſocij ceſſerunt æquore iuſſi.
At Rutulûm abſceſſu iuuenis, tum iuſſa ſuperba
Miratus, ſtupet in Turno: corpúſque per ingens
Lumina voluit, obitque truci procul omnia viſu.
Talibus & dictis it contra dicta tyranni,
Aut ſpoliis ego iam raptis laudabor opimis,
Aut letho inſigni: ſorti pater æquus vtrique eſt.
Tolle minas. Fatus medium procedit in æquor:
Frigidus Arcadibus coit in præcordia ſanguis.
Deſiluit Turnus biiugis: pedes apparat ire
Comminus, vtque leo, ſpecula quum vidit ab alta
Stare procul campis meditantem prælia taurũ,
Aduolat: haud alia eſt Turni venientis imago.
Hunc vbi contiguum miſſæ fore credidit haſtæ,
Ire prior Pallas, ſi quà fors adiuuet auſum
Viribus imparibus: magnúmque ita ad æthera fatur,
Per patris hoſpitium, & menſas quas aduena adiſti,
Te precor Alcide, cœptis ingentibus adſis:
Cernat ſemineci ſibi me rapere arma cruenta,
Victorémque ferant morientia lumina Turni.

1 al. laudi. 2 al. *Magna*. item *magni*. 3 al. Hiſpon. 4 al. Stenelum.
5 al. optata.
1 al. Tymbre. 2 al. addenſant. 3 al. ſuccedere.
4 al. pugnæ.

Audiit Alcides iuuenem: magnúmque sub imo
Corde premit gemitum, lacrymásque effudit inanes.
Tum genitor natum dictis affatur amicis,
Stat sua cuique dies: breue & irreparabile tempus
Omnibus est vitæ: sed famam extendere factis,
Hoc virtutis opus. Troia sub mœnibus altis
Tot nati cecidere Deûm. quin occidit vnà
Sarpedon, mea progenies: etiam sua Turnum
Fata vocant, metásque dati peruenit ad æui.
Sic ait, atque oculos Rutulorum reiicit aruis.
At Pallas magnis emittit viribus hastam:
Vagináque caua fulgentem diripit ensem.
Illa volans, humeris iurgũt quà tegmina summa,
Incidit: atque viam clypei molita per oras,
Tandem etiam magno strinxit de corpore Turni.
Hic Turnus ferro præfixum robur acuto
In Pallanta, diu librans, iacit: atque ita fatur,
Aspice num mage sit nostrum penetrabile telum.
Dixerat: ac clypeum tot ferri terga, tot æris,
Quum pellis toties obeat circumdata tauri,
Vibranti cuspis medium transuerberat ictu,
Loricæq; moras, & pectus perforat ingens.
Ille rapit calidum frustra de [1] vulnere telum:
Vna eadémque via sanguisque animúsque sequuntur.
Corruit in vulnus: sonitum super arma dedere:
Et terram hostilem moriens petit ore cruento,
Quem Turnus super assistens,
Arcades hæc, inquit, memores mea dicta referte
Euandro: qualem meruit Pallanta remitto.
Quisquis honos tumuli, quicquid solamen humandi est,
Largior. haud illi stabunt Æneia pario
Hospitia. Et læuo pressit pede, talia fatus,
Exanimum: rapiens immania pondera baltei,
Impressumq; nefas: (vna sub nocte iugali
Cæsa manus iuuenum fœde, thalamiq; cruenti:)
Quæ [2] bonus Eurytion multo cælauerat auro.
Quo nunc Turnus ouat spolio gaudétque potitus.
Nescia mens hominum fati, sortisque futuræ,
Et seruare modum, rebus sublata secundis.
Turno tẽpus erit, magno cũ optauerit emptum
Intactum Pallanta, & quum spolia ista diémque
Oderit. at socij multo gemitu lacrymisque
Impositum scuto referunt Pallanta frequentes.
O dolor, atque decus magnum redituræ parenti:
Hæc te prima dies bello dedit, hæc eadem aufert,
Quum tamen ingentes Rutulorum linquis aceruos.
Nec iam fama mali tanti, sed certior autor
Aduolat Æneæ, tenui discrimine lethi
Esse suos, tempus versis succurrere Teucris.
Proxima quæque metit gladio, latúmque per agmen
Ardens limitem agit ferro, te Turne superbum
Cæde noua quærens Pallas, Euander in ipsis
Omnia sunt oculis: mensæ, quas aduena [3] primus
Tunc adiit, dextræque datæ. Sulmone creatos
Quattuor hic iuuenes, totidem quos educat [1] Vfens,
Viuentes, rapit, inferias quos immolet vmbris,
Captiuóque rogi perfundat sanguine flammas.
Inde Mago procul infensam quum tenderet hastam,
Ille astu subit, ac tremebunda superuolat hasta:
Et genua amplectens effatur talia supplex,
Per patrios manes, & spes surgentis Iuli,
Te precor, hanc animam serues natóque patriq;.
Est domus alta: iacent penitus defossa talenta
Cælati argenti: sunt auri pondera facti
Infectique mihi. non hic victoria Teucrûm
Vertitur: haud anima vna dabit discrimina tanta.
Dixerat. Æneas contrà cui talia reddit,
Argenti atque auri memoras quæ multa talenta
Gnatis parce tuis: belli commercia Turnus
Sustulit ista prior, iam tum Pallante perempto.
Hoc patris Anchisæ manes, hoc sensit Iulus.
Sic fatus galeam læua tenet: atque reflexa
Ceruice orantis capulo tenus [2] abdidit ensem.
Nec Procul Aemonides, Phœbi Triuiaque sacerdos,
Infula cui sacra redimibat tempora vitta:
Totus collucens veste atque insignibus [3] armis.
Quem congressus agit campo, lapsúmque superstans
Immolat, ingentique vmbra tegit. arma Seresius
Lecta refert humeris, tibi rex Gradiue trophæum.
Instaurant acies Vulcani stirpe creatus
Caculus & veniens Marsorũ montibus Vmbro.
Dardanides contrà furit. Anxuris ense sinistram
Et totum clypei ferro deiecerat orbem.
Dixerat ille aliquid magnum, vimque affore verbo
Crediderat, cœloque animum fortasse ferebat:
Canitiémque sibi & longos promiserat annos.
Tarquitus exultans contra fulgentibus armis,
Syluicolæ Fauno Dryope quem Nympha crearat,
Obuius ardenti sese obtulit: ille reducta
Loricam clypeique ingens onus impedit hasta.
Tum caput orantis nequicquam, & multa parantis
Dicere, deturbat terræ: truncúmque [4] repentè
Prouoluens, super hæc inimico pectore fatur,
Istic nunc metuende iace. non te optima mater
Condet humi, patriove onerabit membra sepulchro.
Alitibus linquère feris: aut gurgite mersum
Vnda feret, piscésque impasti vulnera lambent.
Protinus Antheũ & Lyciã, prima agmina Turni
Persequitur, fortémque Numam, fulúmque Camertem
Magnanimo Volscente satum: ditissimus agri
Qui fuit Ausonidûm, & tacitis regnauit Amyclis.

[1] al. pectore.
[2] al. Clonus Eurytides. [3] al. primum.
[1] al. Vfens. [2] al. applicat.
[3] al. albis. [4] al. repentem.

Aegaeo

Ægæon qualis, centum cui brachia dicunt
Centenáſque manus, quinquaginta oribus ignẽ
Pectoribúſque arſiſſe: Iouis quum fulmina contra
Tot paribus ſtreperet clypeis tot ſtringeret enſes:
Sic toto Æneas deſæuit in æquore victor,
Vt ſemel intepuit mucro. quin ecce Nyphei
Quadriiuges in equos aduerſáque pectora tendit.
Atque illi longè gradientem & dira frementem
Vt videre, metu verſi, retroque ruentes,
Effundúntque ducẽ, rapiuntq; ad littora currus.
Interea biiugis infert ſe Lucagus albis
In medios, fratérque Liger: ſed frater habenis
Flectit equos, ſtrictum rotat acer Lucagus enſem.
Haud tulit Æneas tanto feruore furentes:
Irruit, aduerſáque ingens apparuit haſta.
Cui Liger,
Non Diomedis equos, non currum cernis Achillis
Aut Phrygiæ campos: nunc belli finis & æui
His dabitur terris. Veſano talia latè
Dicta volant Ligeri: ſed non & Troius heros
Dicta parat contra: iaculum nam torquet in hoſtem
Lucagus, vt pronus pendens in verbera telo
Admonuit, biiugos, proiecto dum pede læuo
Aptat ſe pugnæ, ſubit oras haſta per imas
Fulgentis clypei: tum læuum perforat inguen.
Excuſſus curru moribundus voluitur aruis.
Quem pius Æneas dictis affatur amaris,
Lucage, nulla tuos currus fuga ſegnis equorum
Prodidit, aut vanæ vertêre ex hoſtibus vmbræ:
Ipſe rotis ſaliens iuga deſeris. Hæc ita fatus
Arripuit biiugos. frater tendebat inermes
Infelix palmas, curru delapſus eodem.
Per te, per qui te talem genuêre parentes,
Vir Troiane, ſine hanc animam, & miſerere precantis.
Pluribus oranti Æneas, Haud talia dudum
Dicta dabas: morere, & fratrem ne deſere frater.
Tum latebras animæ pectus mucrone recludit.
Talia per campos edebat funera 1 ductor
Dardanius, torrentis aquæ vel turbinis atri
More furens. tandem erumpunt & caſtra relinquunt
Aſcanius puer & nequicquam obſeſſa iuuentus.
Iunonem interea compellat Iuppiter vltro,
O germana mihi atque eadem gratiſſima cõiux:
Vt rebare, Venus (nec te ſententia fallit)
Troianas ſuſtentat opes: non viuida bello
Dextra viris, animúſque ferox, patienſq; pericli.
Cui Iuno ſummiſſa. Quid, ô pulcherrime coniux,
Sollicitas ægram & tua triſtia dicta timentem?
Si mihi, quæ quondam fuerat, quãq; eſſe decebat,
Vis in amore foret: non 2 hoc mihi nanq; negares,
Omnipotens, quin & pugnæ ſubducere Turnum,
Et Dauno poſſem incolumem ſeruare parenti.
Nũc pereat, Teucriſq; pio det ſanguine pœnas.
Ille tamen noſtra deducit origine nomen:
Pilumnúſque illi quartus pater, & tua larga
Sæpe manu multiſq; onerauit limina donis.

1 al. victor. 2 al. hæc.

Cui rex ætherei breuiter ſic fatur olympi,
Si mora præſentis lethi tempúſque caduco
Oratur, iuueni, méque hoc ita ponere ſentis,
Tolle fuga Turnũ, atque inſtantibus eripe fatis.
Hactenus indulſiſſe vacat: ſin altior iſtis
Sub precibus venia vlla latet, totumq; moueri
Mutariue putas bellum, ſpes paſcis inanes.
Cui Iuno illacrymans, Quid ſi, quod voce grauaris,
Mente dares, atq; hæc Turno rata vita maneret?
Nunc manet inſontem grauis exitus: aut ego veri
Vana feror. quòd vt ô potius formidine falſa
Ludar: & in melius tua, qui potes, orſa reflectas.
Hæc vbi dicta dedit, cœlo ſe protinus alto
Miſit, agens hyemem nimbo ſuccincta per auras
Iliacamq; aciem & Laurentia caſtra petiuit.
Tum dea nube caua tenuem ſine viribꝰ vmbrã,
In faciem Æneæ (viſu mirabile monſtrum)
Dardanijs ornat telis, clypeumq; iubáſque
Diuini aſſimulat capitis. dat inania verba,
Dat ſine mente ſonum, greſſuſq; effingit euntis.
Morte obita quales fama eſt volitare figuras,
Aut quæ ſopitos deludunt ſomnia ſenſus.
At primas læta ante acies exultat imago,
Irritátque virum telis, & voce laceſſit,
Inſtat cui Turnus, ſtridentemq; eminus haſtam
Conijcit: illa dato vertit veſtigia tergo.
Tum verò Æneam auerſum vt cedere Turnus
Credidit, atque animo ſpem turbidus hauſit inanem,
Quò fugis Æneas? thalamos ne deſere pactos:
Hæc dabitur dextra tellus quæſita per vndas.
Talia vociferans ſequitur ſtrictúmque coruſcat
Mucronem: nec ferre videt ſua gaudia ventos.
Fortè ratis celſi coniuncta crepidine ſaxi
Expoſitis ſtabat ſcalis, & ponte parato,
Qua rex Cluſinis aduectus 1 Oſinius oris.
Huc ſeſe trepida Æneæ fugientis imago
Conijcit in latebras. nec Turnus ſegnior inſtat,
Exuperátque moras, & pontes tranſilit altos.
Vix proram attigerat, rumpit Saturnia funem,
Auulſámq; rapit reuoluta per æquora nauem.
Illum autem Æneas abſentem in prælia poſcit:
Obuia multa virúm demittit corpora morti.
2 Tunc leuis haud vltrò latebras iam quærit imago,
Sed ſublime volans nubi ſe immiſcuit atræ:
Quum Turnum medio interea fert æquore turbo.
Reſpicit ignarus rerum, ingratúſque ſalutis,
Et duplices cum voce manus ad ſidera 3 tendit,
Omnipotens genitor, tantonne me crimine dignum
Duxiſti? & tales voluiſti expendere pœnas?
Quo feror? vnde abij? quæ me fuga, quémue reducet?
Laurentéſne iterum muros aut caſtra videbo?
Quid manus illa virúm qui me meáque arma ſequuti?
Quoſque (nefas) omnes infanda in morte reliqui?
Et nunc palantes video, gemitumq; cadentum

1 al. Eximius. 2 al. Tum. 3 al. Tollit.

Accipio. quid agam? aut quæ iam satis ima dehiscat
Terra mihi? i vos ô potius misereſcite venti:
In rupes, in saxa (volens vos Turnus adoro)
Ferte ratem, saeuisque vadis immittite syrtes:
Quò neque me Rutuli, neque conscia fama sequatur.
Hæc memorans, animo nunc huc nunc fluctuat illuc,
An sese mucrone ob tantum dedecus amens
Induat, & 2 crudum per costas exigat ensem:
Fluctibus an iaciat medijs, & littora nando
Curua petat, Teucrúmque iterum se reddat in arma.
Ter conatus vtramque viam: ter maxima Iuno
Continuit, iuuenémque 3 animo miserata repressit.
Labitur alta secans, fluctúque æstúque secundo,
Et patrus antiquam Dauni defertur ad vrbem.
At Iouis interea monitis Mezentius ardens,
Succedit pugnæ, Teucrosq; inuadit ouantes.
Concurrunt Tyrrhenæ acies, atq; omnibus vni
Vni odijsq; viro telisq; frequentibus instant.
Ille, velut rupes vastum quæ prodit in æquor,
Obuia ventorum furijs, expostáque ponto,
Vim cunctam atque minas perfert cœlique marisque,
Ipsa immota manens: prolem Dolichaonis Hebrum
Sternit humi: cum quo Latagum, Palmúmque fugacem.
Sed Latagum saxo atq; ingenti fragmine montis
Occupat os faciemq; aduersam: poplite Palmum
Succiso volui segnem sinit: armáque Lauso
Donat habere humeris, & vertice figere cristas.
Necnon Enantem Phrygium, Paridisque 4 Mimanta
Æqualem, comitemq; vna quem nocte Theano
In lucem genitori Amyco dedit, & face prægnans
Cisseis regina Parin creat. vrbe paterna
5 Occubat, ignarũ Laurens habet ora Mimanta,
Ac velut ille canum morsu de montibus altis
Actus aper (multos Vesulus quem pinifer annos
Defendit, multósque, palus Laurentia) sylua
Pastus arundinea, postquam inter retia ventum est,
Substitit, ira fremuitq; ferox, & inhorruit armos:
Nec cuiquam irasci propiusue accedere virtus,
Sed iaculis tutisque procul clamoribus instant:
Haud aliter, iustæ quibus est Mezentius iræ,
Non vlli est animus stricto concurrere ferro:
Missilibus longè & vasto clamore lacessunt.
Ille autẽ impauidus partes cunctatur in omnes:
Dentibus infrendens, & tergo decutit hastas.
Venerat antiquis Coryti de finibus Acron,
Graius homo, infectos linquens profugus hymenæos:

1 al. ô vos. 2 al. durum. 3 al. animæ.
4 al. Minanta alij Namanta.
5 al. Occubat hîc: carum.

Hunc vbi miscentem lõgè media agmina vidit,
Purpureum pennis & pactæ coniugis ostro:
Impastus stabula alta leo ceu sæpe peragrans,
(Suadet enim vesana fames) si forte fugacem
Conspexit capream, aut surgentem in cornua ceruum,
Gaudet hians immane, comásque arrexit, & hæret
Visceribus super accumbẽs: lauit improba teter
Ora cruor.
Sic ruit in densos alacer Mezentius hostes.
Sternitur infelix Acron, & calcibus atram
Tundit humum, expirans, infractáque tela cruentat.
Atque idem fugientem haud est dignatus Orodẽ
Sternere, nec tacta cæcum dare cuspide vulnus:
Obuius aduersóque occurrit, seque viro vir
Contulit, haud furto melior, sed fortibus armis.
Tum super abiectum posito pede nixus & hasta,
Pars belli haud temnenda, 1 viri, iacet alius Orodes,
Conclamant socij, lætum pæana secuti.
Ille autem expirans, Non me, qui cunque es, inulto,
Victor, nec longum lætabere: te quoque fata
Prospectant paria, atque eadem mox arua tenebis.
Ad quem subridens mixta Mezentius ira,
Nunc morere: ast de me diuum pater atque hominum rex
Viderit. Hoc dicens, eduxit corpore telum.
Olli dura quies oculos & ferreus vrget
Somnus: in æternam clauduntur lumina noctẽ.
Cædicus Alcathoum obtruncat, Sacrator Hydaspem
Parthenióque 2 Rapo, & præduram viribus Orsen
Messapus Cloniúmque Lycaoniúmq; Ericaten:
Illum, infrænis equi lapsu tellure iacentem:
Hunc, peditẽ pedes, & Lycius processerat Agis:
Quẽ tamen haud expers Valerus virtutis auita
Deiicit. Atronium Salius, Saliúmque Nealces,
Insignis iaculo, & longè fallente sagitta.
Iam grauis æquabat luctus & mutua Mauors
Funera: cædebant pariter paritérque ruebant
Victores victique: neque his fuga nota nec illis,
3 Dij Iouis in tectis 4 iram miserantur inanem
Amborum, & tantos mortalibus esse labores.
Hinc Venus, hinc contrà spectat Saturnia Iuno.
Pallida Tisiphone media inter millia sæuit.
At verò ingentem quatiens Mezentius hastam
Turbidus ingreditur campo: quàm magnus Orion,
Quum pedes incedit medij per maxima Nerei
Stagna, viam scindens, humero supereminet vndas:
Aut summis referens annosam montibus ornum,
Ingreditúrque solo, & caput inter nubila condit,

1 Al. viris. vt sit, haud, temnenda viri.
2 al. Rosa. 3 al. Dum. 4 al. casum.

Talis

Talis se vastis infert Mezentius armis.
Huic contra Aeneas speculatus in agmine longo
Obuius ire parat: manet impauerritus 1 ille:
Hostem magnanimu opperiens & mole sua stat
Atque oculis spatium emensus quantum satis hastæ,
Dextra mihi deus & telum quod missile libro,
Nunc adsint. voueo prædonis corpore raptis
Indutum spolijs, ipsum te Lause trophæum
Aeneæ. Dixit stridentémque eminus hastam
Iecit: at illa volans clypeo est excussa: procúlque
Egregium Anthorem latus inter & ilia figit:
Herculis Anthorem comitẽ, qui missus ab Argis
Hæserat Euandro, atque Itala consederat vrbe.
Sternitur infelix alieno vulnere: cœlúmque
Aspicit, & dulces moriens reminiscitur Argos.
Tum pius Aeneas hastam iacit: illa per orbem
Aere cauum triplici, per linea terga, tribúsque
Transit intextum tauris opus, imáque 2 sedit
Inguine. sed vires haud pertulit. ocyus ensem
Aeneas, viso Tyrrheni sanguine, lætus
Eripit à 3 femore, & trepidanti feruidus instat.
Ingemuit chari grauiter genitoris amore,
Vt vidit, Lausus, lachrymæque per ora volutæ.
Hic mortis duræ casum, tuáque optima factа
Siqua fidem tanto est operi latura vetustas,
Non equidem, nec te iuuenis memorande silebo.
Ille pedem referens, & inutilis, inque ligatus
Cedebat, clypeóque inimicum hastile trahebat:
4 Proripuit iuuenis, seséque immiscuit armis.
Iámque assurgentis 5 dextræ, plagámque ferentis
Aeneæ subijt mucronem: ipsúmque morando
Sustinuit. socij magno clamore sequuntur,
Dum genitor nati parma protectus abiret.
Teláque coniiciunt, proturbantq; eminus hostem
Missilibus, furit Aeneas, tectúsque tenet se.
Ac velut effusa siquando grandine nimbi
Præcipitant, omnis campis diffugit arator,
Omnis & agricola, & tuta latet arce viator,
Aut amnis ripis, aut alti fornice saxi,
Dum pluit in terris: vt possint sole reducto
Exercere diem: sic obrutus vndique telis
Aeneas, nubem belli, dum detinet, omnem
Sustinet: & Lausum increpitat, Lausóque minatur,
Quò moriture ruis? maioráque viribus audes?
Fallit te incautum pietas tua. Nec minus ille
Exultat demens: sæuæ iámque altius iræ
Dardanio surgunt ductori: extremáque Lauso
Parcæ fila legunt. validum nanq; exigit ensem
Per medium Æneas iuuenem totumq; recondit.
Transit & parmã mucro, leuia arma minacis
Et tunicam, molli mater quam neuerat auro,
Impleuitque sinum sanguis. tum vita per auras
Concessit mœsta ad manes, corpúsque reliquit.
At verò vt vultum vidit morientis & ora,
Ora modis Anchisiades pallentia miris,
Ingemuit miserãs grauiter, dextrámque tetendit:
Et mentem patriæ subiit pietatis imago.
Quid tibi nunc miserande puer pro laudibus istis,
Quid pius Æneas tanta dabit indole dignum?
Arma quibus lætatus, habe tua: téq; parentum
Manibus, & cineri (siqua est ea cura) remitto.
Hoc tamen infelix miseram solabere mortem:
Æneæ magni dextra cadis. Increpat vltro
Cunctantes socios, & terra subleuat ipsum,
Sanguine turpantem comptos de more capillos.
Interea genitor Tyberini ad fluminis vndam
Vulnera siccabat lymphis, corpusq; 1 leuabat,
Arboris 2 acclinis trunco: procul æra ramis
Dependet galea, & prato grauia arma quiescunt,
Stant lecti circum iuuenes, ipse æger, anhelans
Colla fouet, fusus propexam in pectore barbam.
Multa super Lauso rogitat, multosq; remittit
Qui reuocent, mœstique ferãt mandata parentis.
At Lausum socij exanimũ super arma ferebant
Flentes, ingẽtem, atque ingenti vulnere victum.
Agnouit longè gemitum præsaga mali mens:
Caniciem immũdo deformat puluere & ambas
Ad cœlum tendit palmas, & corpore inhæret.
Tantáne me tenuit viuendi nate voluptas,
Vt pro me hostili paterer succedere dextræ (uor,
Quem genui? tuane hæc genitor per vulnera ser-
Morte tua viuens? heu nunc misero mihi demum
Exilium infelix, nunc altè vulnus adactum.
Idem ego nate tuum maculaui crimine nomen,
Pulsus ob inuidiam solio sceptrisque paternis.
Debueram patriæ pœnas odiisque meorum
Omnes per mortes animam sontem ipse dedisse:
Nũc viuo, neque adhuc homines lucẽq; relinquo.
Sed linquã. Simul hæc dicens, attollit in ægrum
Se femur: & quanquam vis alto vulnere tardat
Haud deiectus equum duci iubet. hoc decus illi,
Hoc solamen erat. bellis hoc victor abibat
Omnibus. alloquitur mœrentem, & talibus infit:
Rhœbe diu (res siqua diu mortalibus vlla est)
Viximus: aut hodie victor spolia illa cruento
Et caput Æneæ referes, Lausique dolorum
Vltor eris mecum: aut, aperit si nulla viam vis,
Occumbes pariter. neque enim, fortissime, credo
Iussa aliena pati & dominos dignabere Teucros.
Dixit: & exceptus tergo consueta locauit
Mẽbra: manúsque ambas iaculis onerauit acutis,
Ære caput fulgens, cristáque hirsutus equina,
Sic cursũ in medios rapidus dedit. æstuat ingens
Imo in corde pudor, mistoque insania luctu,
Et furiis 3 agitatus amor, & conscia virtus.
Atque hic Æneam magna ter voce vocauit,
Æneas 4 agnouit eum, lætúsq; precatur,
Sic pater ille deũm faciat, sic altus Apollo:
Incipias conferre manum.
Tantum effatus, & infesta subit obuius hasta.
Ille autem. Quid me erepto sæuissime nato
Terres? hæc via sola fuit qua perdere posses.
Nec mortẽ horremus, nec diuũm parcimus vlli.

1 Al. ipse. 2 al. sidit. 3 al femine.
4 Al. Prorupit. 5 Al. dextram.

1 al. lauabat. 2 Acclinis lege, non accliuis. Qui error & apud Hor. 3 al. adiectus.
4 al. agnouit enim lætũsque precatur.

Desine iam venio moriturus, & hæc tibi porto
Dona prius. Dixit, telúmque intorsit in hostem.
Inde aliud super atque aliud, figitque, volatq́;
Ingenti gyro: sed sustinet aureus vmbo.
Ter circum astantem læuos equitauit in orbes,
Tela manu iaciens: ter secum Troius heros
Immanem ærato circumfert tegmine syluam.
Inde vbi tot traxisse moras, tot spicula tædet
Vellere, & vrgetur pugna congressus iniqua,
Multa monẽs animo ia tandem erũpit, & inter
Bellatoris equi caua tempora coniicit hastam.
Tollit se arrectũ quadrupes, & calcibus auras
Verberat, effusumq́; equitem super ipse sequutus
Implicat: eiectoque incumbit cernuus armo.
Clamore incendunt cœlum Troésque Latiniq́;
Aduolat Æneas, vaginaque eripit ensem:
Et super hæc, Vbi nunc Mezentius acer, & illa
Effera vis animi? Contrà Tyrrhenus, vt auras
Suspiciens hausit cœlum, mentémque recepit,
Hostis amare, quid increpitas, mortẽq́; minaris?
Nullum in cæde nefas: nec sic ad prælia veni,
Nec tecũ meus hæc pepigit mihi fœdera Lausus.
Vnũ hoc per, (siqua est victis venia hostibus) oro,
Corpus humo patiare tegi. scio acerba meorum
Circumstare odia: hunc (oro) defende furorem,
Et me consortem nati concede sepulchro.
Hæc loquitur, iugulóq́; haud insci accipit ensem:
Vndantique animã diffundit in arma cruore.

P. VIRGILII MARONIS
ÆNEIDOS LIBER XI.

MODESTINI IVRISCONSVLTI ARGVMENTVM.

Constituit Marti spoliorum ex hoste trophæum,
Exanimúmque patri natum Pallanta remittit:
Iura sepulturæ tribuit, tempúsque Latinis.
Euander patrios affectus edit in vrbe.
Corpora cæsa virũm passim digesta cremantur.
Legati referunt Diomeden arma negasse.
Drances & Turnus, leges æquante Latino,
Concurrunt dictis. Æneas imminet vrbi.
Pugnatur: vincunt Troes: cadit icta Camilla.
Deinde duces castris donec cessêre minantur.

ALIVD INCERTI AVTORIS ARGVMENTVM.

Occisis proprium pars vtraque reddit honorem.
Supplicibus Calydone satus negat arma Latinus.
Cum Drance alterno iurgat certamine Turnus.
AEneas equitem præmittit, & obuia virgo
Excipit. extincta Rutuli dant terga Camilla.

ALIVD, MONOSTICHON.

Vndecimo victa est non æquo Marte Camilla.

ALIVD.

Vndecimo Rutuli superantur morte Camillæ.

ECCE AVRORA interea surgens aurora reliquit.
AEneas (quamquam & sociis dare tempus humandis
Præcipitant curæ, turbatáque funere mens est)
Vota deũm primo victor soluebat eoo.
Ingentem quercum decisis vndique ramis
Constituit tumulo: fulgentiáque induit arma,
Mezenti ducis exuuias, tibi magne trophæum
Bellipotens, aptat rorantes sanguine cristas,
Teláque trunca viri, & bis sex thoraca petitum
Perfossúmque locis: clypeúmque ex ære sinistræ,
Subligat, atque ensem collo suspendit eburnum.
Tum socios (nanque omnis eum stipata tegebat
Turba ducum) sic incipiens hortatur ouantes,
Maxima res effecta, viri: timor omnis abesto.
Quod superest, hæc sunt spolia, & de rege superbo
Primitiæ: manibúsque meis Mezentius hic est.
Nunc iter ad regem nobis murosque Latinos.
Arma parate, animis & spe præsumite bellum:
Nequa mora ignaros (vbi primum vellere signa
Annuerint superi, pubémque educere castris)
Impediat, segnésque metu sententia tardet.
Interea socios inhumatáque corpora terræ
Mãdemus: qui solus honos Acherõte sub imo est.
Ite, ait: egregias animas, quæ sanguine nobis
Hanc patriam peperêre suo, decorate supremis
Muneribus: mœstamq́; Euandri primus ad vrbẽ
Mittatur Pallas: quem non virtutis egentem
Abstulit atra dies, & funere mersit acerbo.
Sic ait illacrymãs, recipitque ad limina gressum:
Corpus vbi exanimi positum Pallantis Acestes
Seruabat senior, qui Parrhasio Euandro
Armiger antè fuit: sed non felicibus æquè

1 al. segnisve.

Tum

Tum comes auſpicijs charo datus ibat alumno.
Circùm omnes, famulumque manus, Troianaq́ turba,
Et [1] mœſta Iliades crinem de more ſoluta.
Vt verò Æneas foribus ſeſe intulit altis,
Ingentem gemitum tunſis ad ſidera tollunt
Pectoribus: mœſtoq́ immugit regia luctu.
Ipſe caput niuei fultum Pallantis & ora
Vt vidit, leuiq́ patens in pectore vulnus
Cuſpidis Auſoniæ, lacrymis ita fatur obortis,
Tène, inquit, miſerande puer, quum læta veniret,
Inuidit fortuna mihi? ne regna videres
Noſtra, neq́ ad ſedes victor veherêre paternas?
Non hæc Euandro de te promiſſa parenti
Diſcedens dederam, quum me complexus euntem
Mitteret in magnũ imperiũ: metuenſq́ moneret
Acres eſſe viros, cum dura prælia gente.
Et nunc ille quidem ſpe multùm captus inani,
Fors & vota facit, cumulatq́ altaria donis:
Nos iuuenem exanimũ, & nil iã cœleſtibus vllis
Debentem, vano mœſti comitemur honore.
Infelix nati funus crudele videbis.
Hi noſtri reditus, expectatiq́ triumphi:
Hæc mea magna fides. at non Euandre pudendis
Vulneribus pulſum aſpicies: nec ſoſpite dirum
Optabis nato funus, pater. hei mihi quantum
Præſidium Auſonia, & quantum tu perdis Iule.
Hæc vbi defleuit, tolli miſerabile corpus
Imperat: & toto lectos ex agmine mittit
Mille viros, qui ſupremum comitentur honorem,
Interſintq́ patris lacrymis: ſolatia luctus
Exigua ingentis, miſero ſed debita patri,
Haud ſegnes alij crates & molle pheretrum
Arbuteis texunt virgis, & vimine querno:
Extructoſq́ toros obtentu frondis inumbrant.
Hic iuuenem agreſti ſublimem in ſtramine ponũt:
Qualem virgineo demeſſum pollice florem
Seu mollis violæ, ſeu languentis hyacinthi,
Cui neque fulgor adhuc, necdum ſua forma receſſit:
Non iam mater alit tellus, viresq́ miniſtrat.
Tum geminas veſtes oſtroq́ auroq́ rigentes
Extulit Æneas: quas illi læta laborum
Ipſa ſuis quondam manibus Sidonia Dido
Fecerat, & tenui telas diſcreuerat auro.
Harum vnam iuueni, ſupremum mœſtus honorem,
Induit: arſuraſq́ comas obnubit amictu.
Multaq́ præterea Laurentis præmia pugnæ
Aggerat, & longo prædam iubet ordine duci.
Addit equos & tela, quibus ſpoliauerat hoſtem.
Vinxerat & poſt terga manus, quos mitteret vmbris
Inferias, cæſo ſparſuros ſanguine flammas
Indutoſq́ iubet truncos hoſtilibus armis
Ipſos ferre duces, inimicaq́ nomina figi.
Ducitur infelix æuo confectus Aceſtes,
Pectora nunc fœdas pugnis, nunc vnguibus ora:
Sternitur & toto proiectus corpore terra.
Ducunt & Rutulo perfuſos ſanguine currus.
Poſt bellator equus, poſitis inſignibus, Æthon
It lacrymans, guttiſq́ humectat grandibus ora.
Haſtam alij galeãq́ ferunt. nam cætera Turnus
Victor habet. tum mœſta phalanx Teucrique ſequuntur,
Tyrrheniq́ duces, & verſis Arcades armis.
Poſtquam omnis longè comitum proceſſerat ordo,
Subſtitit Æneas, gemituq́ hæc addidit alto.
Nos alias hinc ad lacrymas eadem horrida belli
Fata vocant. ſalue æternum mihi maxime Palla,
Æternumq́ vale. Nec plura effatus, ad altos
Tendebat muros, greſſumq́ in caſtra ferebat.
Iamq́ oratores aderant ex vrbe Latina,
Velati ramis oleæ, veniamq́ rogantes:
Corpora per campos ferro quæ fuſa iacebant,
Redderet, ac tumulo ſineret ſuccedere terræ:
Nullum cum victis certamen & æthere caſſis:
Parceret hoſpitibus quondam, ſoceriſq́ vocatis.
Quos bonus Æneas, haud aſpernanda precantes,
Proſequitur venia: & verbis hæc inſuper addit,
Quænam vos tanto fortuna indigna Latini
Implicuit bello, qui nos fugiatis amicos?
[1] Pacémne exanimis & Martis ſorte peremptis
Oratis? equidem & viuis concedere [2] vellem.
Nec veni, niſi fata locum ſedemq́ dediſſent:
Nec bellum cum gente gero. rex noſtra reliquit
Hoſpitia, & Turni potius ſe credidit armis,
Æquius huic Turno fuerat ſe opponere morti.
Si bellum finire manu, ſi pellere Teucros
Apparat, his decuit mecum concurrere telis:
Vixet cui vitam deus aut ſua dextra dediſſet,
Nunc ite, & miſeris ſupponite ciuibus ignem.
Dixerat Æneas. olli obſtupuêre ſilentes:
Conuerſiq́ oculos inter ſe atq́ ora tenebant.
Tum ſenior ſemperq́ odijs & crimine Drances
Infenſus iuueni Turno ſic ore viciſſim
Orſa refert, O fama ingens, ingentior armis
Vir Troiane, quibus cælo te laudibus æquem?
Iuſtitiane prius mirer, belline laborum?
Nos verò hæc patriã grati referemus ad vrbem:
Et te, ſiqua viam dederit fortuna, Latino
Iungemus regi. quærat ſibi fœdera Turnus.
Quin & fatales murorum attollere moles,
Saxaq́ ſubuectare humeris Troiana iuuabit.
Dixerat hæc: vnoq́ omnes eadem ore fremebant.
Bis ſenos pepigêre dies: & pace ſequeſtra
Per ſyluas Teucri miſtiq́ impunè Latini
Errauêre iugis. ferro ſonat [3] alta bipenni
Fraxinus: euertunt actas ad ſidera pinus:
Robora nec cuneis & olentem ſcindere cedrum,
Nec plauſtris ceſſant vectare gementibus ornos,
Et iam fama volans tanti prænuntia luctus,
Euandrum Euandriq́ domos & mœnia [4] cõplet,
Qua modò victorem Latio Pallanta ferebat.
Arcades ad portas ruere, & de more vetuſto
Funereas rapuere faces: lucet via longo
Ordine flammarum, & latè diſcriminat agros.

1 al. mœſtum.

1 Pacem me. 2 al. malle m.
3 al. icta. 4 al. replet.

Contrà turba Phrygum veniens plãgentia iũgit
Agmina. quæ postquam matres succedere tectis
Viderunt, mœstam incendunt clamoribus vrbẽ.
At non Euandrum potis est vis vlla tenere:
Sed venit in [1] medios pheretro [2] Pallante reposto,
Procumbit super, atq; hæret lacrymãsq; gemensq;.
Et via vix tandem voci laxata dolore est,
Non hæc ô Palla dederas promissa parenti,
Cautius vt sæuo velles te credere Marti.
Haud ignarus erã quantum noua gloria in armis
Et prædulce decus primo certamine posset.
Primitiæ iuuenis miseræ belliq; propinqui
Dura rudimenta: & nulli exaudita deorum
Vota, precesq; meæ. tuq; ô sanctissima coniux,
Felix morte tua, neq; in hunc seruata dolorem.
Contrà ego viuendo vici mea fata, superstes
Restarem vt genitor: Troum socia arma sequutũ
Obruerent Rutuli telis, animam ipse dedissem:
Atque hæc pompa domum me, non Pallanta, referret.
Nec vos arguerim Teucri, nec fœdera, nec quas
Iunximus hospitio dextras: sors ista senectæ
Debita erat nostræ. quòd si immatura manebat
Mors natum cæsis Volscorum millibus antè,
Ducentem in Latium Teucros, cecidisse iuuabit,
Quin ego non alio digner te funere Palla,
Quàm pius Æneas, & quàm magni Phryges, & quàm
Tyrrheniq; duces, Tyrrhenûm exercitus omnis.
Magna trophæa ferunt, quos dat tua dextera letho.
Tu quoq; nunc stares immanis truncus in armis,
Esset par ætas & idem si robur ab annis,
Turne. sed infelix Teucros quid demoror armis?
Vadite, & hæc memores regi mandata referte,
Quòd vitam moror inuisam, Pallante perempto,
Dextera causa tua est, Turnum gnatoq; patriq;
Quam debere vides: meritis vacat hic tibi solus
Fortunæq; locus. non vitæ gaudia quæro,
Nec fas: sed gnato manes perferre sub imos.
Aurora interea miseris mortalibus almam
Extulerat lucem, referens opera atq; labores:
Iam pater Æneas iam curuo in littore Tarchon
Constituere pyras: huc corpora quisq; suorum
More tulere patrum, subiectisq; ignibus atris
Conditur in tenebras altum caligine cœlum.
Ter circum accensos cincti fulgentibus armis
Decurrere rogos, ter mœstum funeris ignem
Lustrauere in equis, vlulatusq; ore dedere.
Spargitur & tellus lacrymis, sparguntur & arma.
It cœlo clamorq; virûm, clangorq; tubarum.
[3] Hinc alij spolia occisis direpta Latinis
Coniiciunt igni, galeas, ensesq; decoros,
Frænaq;, feruentesq; rotas: pars munera nota,
Ipsorum clypeos, & non felicia tela.
Multa boum circa mactantur corpora morti:
Setigerosq; sues, raptasq; ex omnibus agris
In flammam iugulant pecudes. tum littore toto
Ardentes spectant socios, semustaq; seruant
Busta. neque auelli possunt, nox humida donec
Inuertit cœlum stellis fulgentibus aptum.
Nec minus & miseri diuersa in parte Latini
Innumeras struxere pyras, & corpora partim
Multa virum terræ infodiunt: auectaq; partim
Finitimos tollunt in agros, vrbiq; remittunt.
Cætera, confusaq; ingentem [1] cædis aceruum,
Nec numero nec honore cremant. tunc vndique vasti
Certatim crebris collucent ignibus agri.
Tertia lux gelidam cœlo dimouerat vmbram:
Mœrentes altum cinerem & confusa ruebant
Ossa focis, tepidoque onerabant aggere terræ.
Iam verò in tectis prædiuitis vrbe Latini
Præcipuus fragor, & longè pars maxima luctus.
Hic matres, miseraq; nurus, hic chara sororum
Pectora mœrentum, puerique parentibus orbi
Dirum exsecrantur bellum, Turniq; hymenæos.
Ipsum armis ipsúmque iubent decernere ferro,
Qui regnum Italiæ & primos sibi poscat honores.
Ingrauat hæc sæuus Drances: solúmque vocari
Testatur, solum posci in certamina Turnum.
Multa simul contrà variis sententia dictis
Pro Turno: & magnum reginæ nomẽ obumbrat:
Multa virum meritis sustentat fama trophæis.
Hos inter motus medio [2] flagrante tumultu,
Ecce super mœsti [3] magna Diomedis ab vrbe
Legati responsa ferunt: nihil omnibus actum
Tantorum impensis operum: nil dona, nec aurũ,
Nec magnas valuisse preces: alia arma Latinis
Quærenda, aut pacem Troiano ab rege petendã.
Deficit ingenti luctu rex ipse Latinus.
Fatalem Æneam manifesto numine ferri
Admonet ira deûm, tumuliq; ante ora recentes.
Ergo concilium magnum, primosq; suorum
Imperio accitos alta intra limina cogit.
Olli conuenere, fluúntque ad regia plenis
Tecta viis. sedet in mediis [4] & maximus ævo,
Et primus sceptris, haud læta fronte, Latinus.
Atque hic legatos Ætola ex vrbe remissos
Quæ referant, fari iubet: & responsa reposcit
Ordine cuncta suo. tunc facta silentia linguis,
Et Venulus dicto parens, ita farier insit:
Vidimus ô ciues [5] Diomedem, Argiuaq; castra.
Atque iter emensi casus superauimus omnes,
Contigimusq; manum qua concidit Ilia tellus.
Ille vrbem Argyripam patriæ cognomine gentis
Victor Gargani condebat Iapygis agris.
Postquam introgressi, & coram data copia fandi,
Munera præferimus, nomen patriamq; docemus:
Qui bellum intulerint, quæ causa attraxerit Arpos.
Auditis ille hæc placido sic reddidit ore,
O fortunatæ gentes, Saturnia regna,
Antiqui Ausonij, quæ vos fortuna quietos
Sollicitat, suadetq; ignota lacessere bella?
Quicunque Iliacos ferro violauimus agros,

1 al. medias. 2 al. Pallanta. 3 al. Hic.

1 al. stragis. 2 in 3 al. magni. 4 rex max. al. 5 al. Diomede.

(Mitto

(Mitto ea quæ muris bellando exhausta sub altis,
Quos Simois [1] premit ille viros) infanda per orbẽ
Supplicia, & scelerum pœnas expendimus omnes,
Vel Priamo miseranda manus, scit triste Mineruæ
Sidus, & Euboicæ cautes, vltorq; Caphareus.
Militia ex illa diuersum ad littus [2] abacti,
Atrides Protei Menelaus aduſque columnas
Exulat, Ætnæos vidit Cyclopas Vlysses.
Regna Neoptolemi referam, versosq; penates
Idomenei? Libycóue [3] habitantes littore Locros?
Ipse Mycenæus magnorum ductor Achiuũm
Coniugis infandæ prima intra limina dextra
Oppetiit: deuicta Asia subsedit adulter.
Inuidisse deos patriis vt redditus [4] oris
Coniugium optatum & pulchram Calydona viderem?
Nunc etiam horribili visu portenta sequuntur:
Et socij amissi petierunt æthera pennis,
Fluminibusq; vagantur, aues (heu dira meorum
Supplicia) & scopulos lacrymosis vocibus implent.
Hæc adeò ex illo mihi iam speranda fuerunt
Tempore, quum ferro cælestia corpora demens
Appetij, & Veneris violaui vulnere dextram:
Ne verò, ne me ad tales impellite pugnas.
Nec mihi cũ Teucris vllum post eruta bellum
Pergama, nec veterum memini lætórve malorũ.
Munera quæ patriis ad me portatis ab oris,
Vertite ad Æneam. stetimus tela aspera contra,
Contulimusq; manus: experto credite, quantus
In clypeum assurgat, quo turbine torqueat hastã.
Si duo præterea tales Idæa tulisset
Terra viros, vltro Inachias venisset ad vrbes
Dardanus, & versis lugeret Græcia fatis.
Quicquid apud duræ cessatum est mœnia Troiæ,
Hectoris Æneæq; manu victoria Graium
Hæsit & in decimum vestigia retulit annum.
Ambo animis, ambo insignes præstantibus armis:
Hic pietate prior. coeant in fœdera dextræ,
Quã datur: ast armis concurrant arma cauete,
Et responsa simul quæ sint, rex optime [5] regum,
Audisti, & quæ sit magno sententia bello.
Vix ea legati: variusq; per ora cucurrit
Ausonidum turbata fremor: ceu, saxa morantur
Quum rapidos amnes, clauso fit gurgite murmur,
Vicinæq; fremunt ripæ crepitantibus vndis.
Vt primum placati animi, & trepida ora quierunt,
Præfatus diuos solio rex insit ab alto,
Antè equidem summa de re statuisse Latini
Et vellem, & fuerat melius: non tempore tali
Cogere concilium, quum muros obsidet hostis.
Bellum importunum ciues cum gente deorum,
Inuictisq; viris, gerimus: quos nulla fatigant
Prælia, nec victi possint absistere [6] ferro.
Spem siquam accitis Ætolũm habuistis in armis,
Ponite. spes sibi quisquex sed hæc quàm angusta, videtis.

1 al. premat. 2 al. adacti. 3 al. nec 4 al. aris 5 al. regis. 6 al. bello.

Cætera qua rerum iaceant perculsa ruina,
Ante oculos interq; manus sunt omnia vestras.
Nec quenquã incuſo. potuit quæ plurima virtus
Esse fuit: toto certatum est corpore regni.
Nunc adeo, quæ sit dubiæ sententia menti,
Expediam, & paucis (animos adhibete) docebo.
Est antiquus ager Thusco mihi proximus amni,
Longus in occasum, fines super vsque Sicanos.
Aurunci Rutuliq; serunt, & vomere duros
Exercent colles: atq; horum asperrima pascunt.
Hæc omnis regio, & celsi plaga pinea montis
Cedat amicitiæ Teucrorum, & fœderis æquas
Dicamus leges, sociosq; in regna vocemus.
Considant, si tantus amor, & mœnia condant.
Sin alios fines aliamq; capessere gentem
Est animus, [1] possuntq; solo decedere nostro:
Bis denas Italo texamus robore naues,
Seu plures complere valent. iacet omnis ad vndam
Materies: ipsi numerumq; modúmq; carinis
Præcipiant: nos æra, manus, naualia demus.
Præterea, qui dicta ferant, & fœdera firment,
Centum oratores prima de gente [2] Latinos
Ire placet, pacisq; manu prætendere ramos:
Munera portantes eborisq; aurique talenta,
Et sellam regni trabeámque insignia nostri,
Consulite in medium, & rebus succurrite fessis.
Tum Drances idem infensus quem gloria Turni
Obliqua inuidia stimulisq; agitabat amaris:
Largus opum, & lingua melior: sed frigida bello
Dextera, consiliis habitus non futilis autor:
Seditione potens (genus huic materna superbum
Nobilitas dabat, incertum de patre ferebat)
Surgit, & his onerat dictis, atque aggerat iras.
Rem nulli obscuram, nostræ nunc vocis egentem,
Consulis ô bene rex. cuncti se scire fatentur
Quid fortuna ferat populi, sed dicere mussant.
Det libertatem fandi, flatúsque remittat,
Cuius ob auspicium infaustum moresq; siniſtros
(Dicam equidem, licet arma mihi mortémque minetur)
Lumina tot cecidisse ducum, totamq; videmus
Consedisse vrbem luctu: dum Troia tentat
Castra, fugæ fidens, & cœlum territat armis.
Vnum etiam donis istis, quæ plurima [3] mitti
Dardanidis ducisq; iubes, vnum, optime regum,
Adijcias: nec te vllius violentia vincat,
Quin gnatam egregio genero dignisq; hymenæis
Des pater, & pacem hanc æterno fœdere iungas.
Quod si tantus habet mentes & pectora terror,
Ipsum obtestemur, veniámque oremus ab ipso:
Cedat ius proprium regi patriæq; remittat.
Quid miseros toties in aperta pericula ciues
Proiicis? ô Latio caput horum & causa malorũ.
Nulla salus bello: pacem te poscimus omnes,
Turne, simul pacis solum inuiolabile pignus.
Primus ego, inuisum quem tu tibi fingis (& esse
Nil moror) en supplex venio: miserere tuorum:
Pone animos, & pulsus abi, sat funera fusi

1 al. poscúntque. 2 al. Latina. 3 al. dici

Vidimus ingentes & desolatissimus agros.
Aut (si fama mouet, si tantum pectore robur
Concipis, & si adeò dotalis regia cordi est)
Aude, atque aduersum fidens fer pectus in hostẽ.
Scilicet, vt Turno contingat regia coniux,
Nos, animæ viles, inhumata infletáque turba,
Sternamur campis. etiam tu, siqua tibi vis,
Si patrij quid Martis habes, illũ aspice contrà,
Qui vocat.
Talibus exarsit dictis violentia Turni:
Dat gemitum, rumpitq; has imo pectore voces,
Larga quidem semper Drance tibi copia fandi,
Tunc quũ bella manus poscũt: patribusq; vocatus
Primus ades. sed non replenda est curia verbis,
Quæ tutò tibi magna volant, dum destinet hostẽ
Agger murorum, nec inundant sanguine fossæ.
Proinde tona eloquio, solitum tibi: meq; timoris
Argue tu Drance. [1] tot quando stragis aceruos
Teucrorum tua dextra dedit, passimq; trophæis
Insignis agros, possit quid viuida virtus,
Experiare licet. nec longè scilicet hostes
Quærendi nobis: [2] circumstant vndique muros.
Imus in aduersos? quid cessas? an tibi Mauors
Ventosa in lingua pedibúsque fugacibus istis
Semper erit?
Pulsus ego? aut quisquã meritò fœdissime pulsum
Arguet? Iliaco tumidum qui crescere Tybrim
Sanguine & Euandri totam cum stirpe videbit
Procubuisse domum, atq; exutos Arcadas armis?
Haud ita me experti Bitias & Pãdarus ingens,
Et quos mille die victor sub tartara misi,
Inclusus muris hostiliq; aggere septus.
Nulla salus bello? (capiti cane talia demens
Dardanio, rebusq; tuis) proinde omnia magno
Ne cessa turbare metu, atque extollere vires
Gentis bis victæ, contrà premere arma Latini.
Nunc & Myrmidonum proceres Phrygia arma
tremiscunt,
Nunc & Tydides, & Laryssæus Achilles:
Amnis & Adriacas retro fugit Aufidus vndas.
Vel quum se pauidum contra mea iurgia [3] fingit
Artificis scelus, & formidine crimen acerbat.
Nunquam animam talem dextra hac (abscisse
moueri)
Amittes: habitet tecum, & sit pectore in isto.
Nũc ad te & tua, magne pater, consulta reuertor
Si nullam nostris vltra spem ponis in armis.
Si tam deserti sumus, & semel agmine verso,
Fũditus occidimus, neq; habet fortuna regressum:
Oremus pacem, & dextras tendamus inermes.
(Quanquã ô si solita quicquam virtutis adesset,
Ille mihi ante alios, fortunatusq; laborum,
Egregiusq; animi, qui, nequid tale videret,
Procubuit moriẽs, & humũ semel ore momordit:)
Sin & opes nobis, & adhuc intacta iuuentus,
Auxilioq; vrbes Italæ populiq; supersunt:
Sin & Troianis cum multo gloria venit
Sanguine, sunt illis sua funera, parq; per omnes
Tempestas: cur indecores in limine primo

1 al. quando tot. 2 al. circundant. 3 al. iactat.

Deficimus? cur ante tubã tremor occupat artus?
Multa dies variusq; labor mutabilis æui
Rettulit in melius: multos [1] alterna reuisens
Lusit, & in solido rursus fortuna locauit.
Non erit auxilio nobis Ætolus, & Arpi?
At Messapus erit, felixq; Tolumnius, & quos
Tot populi misere duces. nec parua sequetur
Gloria delectos Latio & Laurentibus agris.
Est & Volscorum egregia de gente Camilla,
Agmen agens equitum & florentes ære caterua.
Quod si me solum Teucri in certamina poscunt,
Idq; placet, tantumq; bonis communibus obsto:
Non adeo has exosa manus victoria fugit,
Vt tanta quicquam pro spe tentare recusem.
Ibo animis contrà: vel magnum præstet Achillẽ,
Factaq; Vulcani manibus paria induat arma
Ille licet. vobis animam hanc, soceróque Latino,
Turnus ego, haud vlli veterum virtute secundus,
Deuoueo. solum Æneas vocat? & vocet, oro.
Nec Drances potius, siue est hæc ira deorum,
Morte luat: siue est virtus & gloria, tollat.
Illi hæc inter se dubiis de rebus agebant
Certantes: castra Æneas aciémque mouebat.
Nuntius ingenti per regia tecta tumultu
Ecce ruit, magnisq; vrbem terroribus implet,
Instructos acie Tyberino à flumine Teucros,
Tyrrhenámque manum totis descendere campis.
Extemplo turbati animi, concussaq; vulgi
Pectora, & arrectæ stimulis haud mollibus iræ.
Arma manu trepidi poscunt, fremit arma iuuentus.
Flent mœsti mussantq; patres: hic vndiq; clamor
Dissensu vario magnus se tollit in auras:
Haud secus atq; alto in luco quum fortè caterua
Consedere auium, piscoso ve amne Paduse
Dant sonitum rauci per stagna loquacia cygni.
Imò, ait, ô ciues, arrepto tempore, Turnus,
Cogite concilium, & pacem laudate sedentes:
Illi armis in regna ruunt. Nec plura loquutus
Corripuit sese, & tectis citus extulit altis.
Tu Voluse armari Volscorum edice manipli:
Duc, ait: & Rutulos equites Messapus in armis,
Et cum fratre Coras latis diffundite campis.
Pars aditus vrbis firment, turresq; capessant:
Cætera, quà iusso, mecum manus inferat arma.
Ilicet in muros tota discurritur vrbe.
Concilium ipse pater & magna incepta Latinus
Deserit, ac tristi turbatus tempore differt.
Multaq; se incusat, qui non acceperit vltro
Dardanium Æneam, generumq; asciuerit vrbi.
Præfodiunt alij portas, aut saxa sudésq;
[2] Subijciunt bello. dat signum rauca cruentum
Buccina. [3] tunc muros varia cinxere corona
Matronæ puerique, vocat labor vltimus omnes.
Necnon ad templũ summasq; ad Palladis arces
Subuehitur magna matrum regina caterua,
Dona ferens: iuxtaq; comes Lauinia virgo,
Causa mali tanti, atque oculos deiecta decoros.
Succedunt matres, & templum thure vaporant,

1 al. mutata. 2 al. Subuectant. 3 al. tum.

Et

Et mœstas alto fundunt de limine voces,
Armipotens belli præses Tritonia virgo,
Frange manu telum Phrygij prædonis: & ipsum
Pronum sterne solo, portisq; effunde sub altis.
Cingitur ipse furens certatim in prælia Turnus:
Iamq; adeo Rutulum thoraca indutus ahenis
Horrebat squamis, surasq; incluserat auro,
Tempora nudus adhuc: lateriq; accinxerat ensē.
Fulgebatq; alta decurrens aureus arce:
Exultatq; animis, & spe iam præcipit hostem.
Qualis, vbi abruptis fugit præsepia vinclis
Tandem liber equus, campoq; potitus aperto,
Aut ille in pastus armentaq; tendit equarum:
Aut assuetus equæ perfundi flumine noto
Emicat, arrectisq; fremit ceruicibus altè
Luxurians: ludunt q; iubæ per colla, per armos.
Obuia cui Volscorum acie comitante Camilla
Occurrit, portisq; ab equo regina sub ipsis
Desiluit. quam tota cohors imitata, relictis
Ad terram defluxit equis. tum talia fatur,
Turne, sui meritò si qua est fiducia forti,
Audeo & Æneadum promitto occurrere turmæ,
Solaq; Tyrrhenos equites ire obuia contra.
Me sine prima manu tentare pericula belli:
Tu pedes ad muros subsiste, & mœnia serua.
Turnus ad hæc oculos horrenda in virgine fixus,
O, decus Italiæ, virgo, quas dicere grates,
Quáve referre parem? sed nunc (est omnia quando
Iste animus supra) mecum partire laborem,
Æneas (vt fama fidem missiq; reportant
Exploratores) equitum leuia improbus arma
Præmisit, quaterent campos: ipse ardua montis
Per deserta iugo properans aduentat ad vrbem.
Furta paro belli conuexo in tramite syluæ,
Vt biuias armato obsidam milite fauces:
Tu Tyrrhenum equitem collatis excipe signis.
Tecum acer Messapus erit, turmæq; Latinæ,
Tyburtiq; manus: ducis & tu concipe curam.
Sic ait, & paribus Messapum in prælia dictis
Hortatur, socioq; duces: & pergit in hostem.
Est curuo anfractu [1] valles, accommoda fraudi
Armorum, dolis: quam densis frondibus atrum
Vrget vtrinq; latus: tenuis [2] quò semita ducit,
Angustæq; ferunt fauces, aditusq; maligni.
Hanc super [3] in speculis summóque in vertice montis
Planities ignota iacet, tutiq; receptus:
Seu dextra læuaq; velis occurrere pugnæ,
Siue instare iugis, & grandia voluere saxa.
Huc iuuenis nota fertur regione viarum,
Arripuitq; locum, & syluis insedit iniquis.
Velocem interea superis in sedibus Opim,
Vnam ex virginibus sociis sacraq; caterua,
Compellabat, & has tristes Latonia voces
Ore dabat. Graditur bellum ad crudele Camilla,
O virgo, & nostris nequicquam cingitur armis,
Chara mihi ante alias. neq; enim nouo [4] ste Dianæ
Venit amor, subitaq; animum dulcedine mouit.

1 al. vallis. 2 al. qua. 3 al. & 4 al. mutilata. 2 al. Vrgemur.

Pulsus ob inuidiam regno, viresq; superbas,
Priuerno antiqua Metabus quū excederet vrbe,
Infantem fugiens media inter prælia belli
Sustulit exilio comitem, matrisq; vocauit
Nomine Casmillæ, [1] mutata parte, Camillam.
Ipse sinu præ se portans iuga longa petebat
Solorum nemorum: tela vndiq; sæua premebant,
Et circunfuso volitabant milite Volsci.
Ecce fugæ medio summis Amasenus abundans
Spumabat ripis (tantus se nubibus imber
Ruperat) ille innare parans infantis amore
Tardatur, charóq; oneri timet. omnia secum
Versanti, subitò vix hæc sententia sedit.
Telum immane manu valida quod forte ferebat
Bellator, solidum nodis & robore cocto,
Huic natam, libro & syluestri subere clausam,
Implicat, atque habilem mediæ circūligat hastæ.
Quam dextra ingenti librans, ita ad æthera fatur,
Alma, tibi hanc, nemorū cultrix Latonia virgo,
Ipse pater famulam voueo. tua prima per auras
Tela tenens supplex hostem fugit: accipe, testor
Diua tuam, quæ nunc dubiis committitur auris.
Dixit, & adducto contortum hastile lacerto
Immittit, sonuere vndæ: rapidum super amnem
Infelix fugit in iaculo stridente Camilla.
At Metabus, magna propius iā vrgente caterua,
Dat sese fluuio, atq; hastam cum virgine victor
Gramineo, donum Triuiæ, de cespite vellit.
Non illum tectis vllæ, non mœnibus vrbes.
Accepere: (neque ipse mānus feritate dedisset)
Pastorum & solis exegit montibus æuum.
Hic natam in dumis, interq; horrentia lustra,
Armentalis equæ mammis & lacte ferino
Nutribat, teneris immulgens vbera labris.
Vtque pedum primis infans vestigia plantis
Institerat, iaculo palmas oneranit acuto,
Spiculaq; ex humero paruæ suspendit & arcum.
Pro crinali auro, pro longæ tegmine pallæ,
Tigridis exuuiæ per dorsum a vertice pendent.
Tela manu iam tum tenera puerilia torsit,
Et fundam tereti circum caput egit habena,
Strymoniamq; gruem aut album deiecit olorem.
Multæ illam frustra Tyrrhena per oppida matres
Optauere nurum: sola contenta Diana
Æternum telorum & virginitatis amorem
Intemerata colit. vellem haud correpta fuisset
Militia tali, conata lacessere Teucros:
Chara mihi comitúmq; foret nunc vna mearū.
Verùm age, quādoquidem fatis [2] vrgetur acerbis,
Labere Nympha polo, finésque inuise Latinos,
Tristis vbi infausto committitur omine pugna.
Hæc cape, & vltricē pharetra deprome sagittam:
Hac quicunque sacrum violarit vulnere corpus,
Tros Italusve, mihi pariter det sanguine pœnas.
Pòst ego nube caua miseranda corpus & arma
Inspoliata feram tumulo, patriq; reponam.
Dixit: at illa leues cœli demissa per auras
Insonuit, nigro circumdata turbine corpus.

At manus interea muris Troiana propinquat,
Etruſcique duces, equitúmque exercitus omnis,
Compoſiti numero in turmas: fremit æquore toto
Inſultans ſonipes, & preſſis pugnat habenis
Huc & obuerſus & huc. tum latè ferreus haſtis
Horret ager, campique armis ſublimibus ardent.
Necnon Meſſapus contrà, celeréſque Latini,
Et cum fratre Coras, & virginis ala Camillæ,
Aduerſi campo apparent: haſtáſque reductis
Protendunt longè dextris, & ſpicula vibrant:
Aduentúſque virûm, fremitúſque ardeſcit equorum:
Iámque intra iactum teli progreſſus vterque
Subſtiterat: ſubito erumpunt clamore. 1 frementéſque
Exhortantur equos: fundunt ſimul vndiq; tela
Crebra niuis ritu: cœlúmque obtexitur vmbra.
Continuò aduerſis Tyrrhenus & acer Aconteus
Connixi incurrunt haſtis, primique ruinam
Dant ſonitu ingenti: 2 præfractáque quadrupedantum
Pectora pectoribus rumpunt. excuſſus Aconteus
Fulminis in morem, aut tormento ponderis acti,
Præcipitat longè, & vitam diſpergit in auras.
Extemplo turbatæ acies: verſique Latini
Reiiciunt parmas, & equos ad mœnia vertunt:
Troes agunt, princeps turmas inducit Aſylas.
Iámque propinquabant portis: rurſúſque Latini
Clamorem tollunt, & mollia colla reflectunt:
Hi fugiunt, penituſq; datis referuntur habenis.
Qualis vbi alterno procurrens gurgite pontus
Nunc ruit ad terras, ſcopulóſque ſuperiacit vndã
Spumeus, extremámque ſinu perfundit arenam:
Nunc rapidus retro atq; æſtu reuoluta reſorbens
Saxa, fugit, littuſq; vado labente relinquit.
Bis Thuſci Rutulos egêre ad mœnia verſos,
Bis reiecti armis reſpectant terga tegentes:
Tertia ſed poſtquam congreſſi in prælia, totas
Implicuêre inter ſe acies, legitque virum vir,
Tum verò & gemitus morientum, & ſanguine in alto
Armáque, corporáque, & permiſti cæde virorum
Semianimes voluuntur equi: pugna aſpera ſurgit
Orſilochus Remuli (quãdo ipſũ horrebat adire)
Haſtam intorſit equo, ferrũq; ſub aure reliquit.
Quo ſonipes ictu furit arduus, altáque iactat,
Vulneris impatiens, arrecto pectore crura?
Voluitur ille excuſſus humi, Catillus Iolam,
Ingentémque animis, ingentem corpore & armis
Deiicit Herminium: nudo cui vertice fulua
Cæſaries, nudique humeri: nec vulnera terrent:
Tantus in arma patet. latos huic haſta per armos (lorem.
Acta tremit, 3 duplicátque, virum transfixa, do-
Funditur ater vbique cruor: dant 4 funera ferro
Certantes, pulchrámque petunt per vulnera mortem.
At medias inter cædes exultat Amazon,
Vnum exerta latus pugnæ, pharetrata Camilla.
Et nunc lenta manu ſpargens haſtilia denſat,
Nunc validam dextra rapit indefeſſa bipennem.
Aureus ex humero ſonat arcus, & arma Dianæ.
Illa etiam ſiquando in tergum pulſa receſſit,
Spicula conuerſo fugientia dirigit arcu.
At circum lectæ comites, Larináque virgo,
Tullâque, & æratã quatiens Tarpeia ſecurim,
Italides: quas ipſa decus ſibi dia Camilla
Delegit, paciſque & bonas bellique miniſtras.
Quales Treicia quum flumina Thermodontis
Pulſant, & pictis bellantur Amazones armis:
Seu circũ Hippolytẽ, ſeu quum ſe Martia curru
Pentheſilea refert: magnóque vlulante tumultu
Fœminea exultant lunatis agmina peltis.
Quem telo primum, quem poſtremũ aſpera virgo
Deiicis? aut quot humi morientia corpora fundis?
1 Eumenium Clytio primum patre: cuius apertũ
Aduerſi longa tranſuerberat abiete pectus.
Sanguinis ille vomens riuos cadit, atque cruentã
Mandit humum, moriénſque ſuo ſe in vulnere verſat.
Tum 3 Lirin Pagaſúmque ſuper: quorum alter habenas
4 Suffoſſo reuolutus equo dum colligit, alter
Dum ſubit, ac dextram labenti tendit inertem,
Præcipites paritérque ruunt. his addit Amaſtrum
Hippotaden: ſequitúrq; incumbens eminus haſta
Tereáque, Harpalycúmque, & Demophoonta,
Chromimque.
Quotque emiſſa manu contorſit ſpicula virgo,
Tot Phrygij cecidêre viri. procul 5 Ornitus armis
Ignotis, & equo venator Iapyge fertur.
Cui pellis latos humeros erepta iuuenco
Pugnatori operit: caput ingens oris hiatus
Et malæ texêre lupi, cum dentibus albis:
Agreſtiſque manus armat ſparus. ipſe cateruis
Vertitur in mediis, & toto vertice ſupra eſt.
Hunc illa exceptum (neque enim labor agmine verſo)
Traiicit, & ſuper hæc inimico pectore fatur,
Syluis te Tyrrhene feras agitare putaſti?
Aduenit qui veſtra dies muliebribus armis
Verba redargueret. nomẽ tamen haud leue patrũ
Manibus hoc referes, 7 telo cecidiſſe Camillæ.
Protinus Orſilochum, & Buten, duo maxima Teucrúm
Corpora, ſed Buten aduerſum cuſpide 7 fixit
Loricam galeámque inter, quà colla ſedentis
Lucent, & læuo dependet parma lacerto:
Orſilochum fugiens, magnúmque agitata per orbem
Eludit gyro interior, ſequitúrque ſequentem.
Tum validam pérque arma viro pérque oſſa ſecurim.
Altior inſurgens, oranti & multa precanti
Congeminat: vulnus calido rigat ora cerebro:
Incidit huc, ſubitóque aſpectu territus hæſit

1 al. furentéſque. 2 al. per fracta. 3 al. *duplicátque virum transfixa dolore.* 4 al. vulnera.
1 al. bonæ. 2 al. Euneum. 3 al. Larim.
4 al. *Suffoſſo.* 5 Orphitus. 6 al. manibus. 7 al. figit.

Apenni-

Apenninicolæ bellatur filius, Auni
Haud Ligurum extremus, dum fallere fata sinebant.
Isque vbi se nullo iam cursu euadere pugna
Posse, neque instantem reginam auertere, cernit,
Consilio versare dolos ingressus & æstu,
Incipit hæc, Quid tam egregium, si fœmina forti
Fidis equo? dimitte fugam, & te comminus æquo
Mecum crede solo, pugnæq; accinge pedestri.
Iam nosces, ventosa ferat cui gloria [1] laudem.
Dixit: at illa furens, acrique [2] incensa dolore,
Tradit equum comiti, paribusq; assistit in armis,
Ense pedes nudo puráque interrita parma.
At iuuenis vicisse dolo ratus, auolat ipse,
(Haud mora) conuersisque fugax aufertur habenis,
Quadrupedémq; citum [3] ferrata calce fatigat.
Vane [4] Ligus, frustraq; animis elate superbis,
Nequicquam patrias tentasti lubricus artes:
Nec fraus te incolumem fallaci perferet Auno.
Hæc fatur virgo, & pernicibus ignea plantis
Transit equum cursu: frænisque aduersa prehensis
Congreditur, pœnasq; inimico [4] à sanguine sumit.
Quàm facilè accipiter saxo sacer ales ab alto
Consequitur pennis sublimem in nube columbam
Comprensámque tenet, pedibúsque euiscerat vncis:
Tum cruor & vulsæ labuntur ab æthere plumæ:
At non hæc nullis hominum sator atque deorum
Obseruans oculis, summo sedet æltus olympo.
Tyrrhenum genitor Tarchontem in prælia sæua
Suscitat, & stimulis haud mollibus incitat iras.
Ergo inter cædes cedentiaq; agmina Tarchon
Fertur equo, variisq; instigat vocibus alas,
Nomine quenque vocans: reficitque in prælia pulsos.
Quis metus, ô nunquam dolituri, ô semper inertes
Tyrrheni, quæ tanta animis ignauia venit?
Fœmina palantes agit, atque hæc agmina vertit.
Quo ferrum? quidve hæc [6] geritis tela irrita dextris?
At non in Venerem segnes nocturnaq; bella.
Aut ibi curua choros indixit tibia Bacchi,
Expectare dapes, & plena pocula mensæ.
Hic amor, hoc studiũ, dum sacra secundus aruspex
Nuntiet, aut lucos vocet hostia pinguis in altos.
Hæc effatus, equũ in medios, moriturus & ipse,
Concitat, & Venulo aduersum se turbidus infert:
Direptumq; ab equo dextra complectitur hostẽ,
Et gremium ante suum multa vi cõcitus aufert.
Tollitur in cœlum clamor, cunctiq; Latini
Conuertêre oculos. volat igneus æquore Tarchon
Arma virúmque ferens: tum summa ipsius ab hasta
Defringit ferrum, & partes rimatur apertas,
Quà vulnus letale ferat. contrà ille repugnans
Sustinet à iugulo dextram, & vim viribus exit.
Vtq; volans altè raptum quum fulua draconem
Fert aquila, implicuitque pedes atque vnguibus hæsit:
Saucius at serpens sinuosa volumina versat,
Arrectisq; horret squamis, & sibilat ore,
Arduus insurgens: illa haud minus vrget adunco
Luctantem rostro, simul æthera verberat alis:
Haud aliter prædã Tyburtum ex agmine Tarchõ
Portat ouans. ducis [1] exemplum euentúmque sequuti
Mæonidæ incurrunt. tum fatis debitus Aruns
Velocem iaculo & multa prior arte Camillam
Circuit, & quæ sit fortuna facillima, tentat.
Quà se cunq; furens medio tulit agmine virgo,
Hac Aruns subit, & tacitus vestigia lustrat:
Quà victrix redit illa, pedémque ex hoste reportat,
Hac iuuenis furtim celeres detorquet habenas.
Hos [2] aditus, iamq; hos aditus, omnemq; pererrat
Vndique circuitum, & certam quatit improbus hastam.
Forte [3] sacer Cybelo Chloreus, olimq; sacerdos,
Insignis longè Phrygijs fulgebat in armis:
Spumantemq; agitabat equũ, quem pellis ahenis
In plumam squamis auro conserta tegebat.
Ipse peregrina ferrugine clarus & ostro,
Spicula torquebat Lycio Cortynia cornu:
Aureus ex humeris sonat arcus, & aurea vati
Cassida. tum croceam chlamydemq; sinusq; crepantes
Carbaseos fuluo in nodum collegerat auro,
Pictus acu tunicas, & barbara tegmina crurum.
Hunc virgo, siue vt templis præfigeret arma
Troia, captiuo siue vt se ferret in auro,
Venatrix: vnum ex omni certamine pugnæ
Cæca sequebatur, totumq; incauta per agmen,
Fœmineo prædæ & spoliorum ardebat amore.
Telum ex insidiis quum tandem tempore capto
[4] Conijcit, & superos Aruns sic voce precatur,
Summe deũm, sancti custos Soractis Apollo,
Quem primi colimus, cui pineus ardor aceruo
Pascitur, & medium freti pietate per ignem
Cultores multa premimus vestigia pruna:
Da pater hoc nostris aboleri dedecus armis
Omnipotens. non exuuias, pulsæue trophæum
Virginis, aut spolia vlla peto. mihi cætera laudem
Facta ferent: hæc dira meo dum vulnere pestis
Pulsa cadat, patriam remeabo inglorius vrbem.
Audijt, & voti Phœbus succedere partem
Mente dedit, partem volucres dispersit in auras.
Sterneret vt subita turbatam morte Camillam
Annuit oranti: reducem vt patria alta videret,
Non dedit: inque Notos vocem vertere procellæ.

1 al. fraudem. 2 al. accensa.
3 al. ferrato. 4 al. Ligui.
5 al. ex. 6 al. gerimus.

1 al. euentum exemplúmque.
2 al. abitus. 3 al. satus Cybele.
4 al. concitat.

Ergo vt missa manu sonitum dedit hasta per auras,
Conuertere animos acies, oculosq; tulere
Cuncti ad reginam Volsci. nihil ipsa nec aurę
Nec sonitus memor, aut venientis ab æthere teli:
Hasta sub exertam donec perlata papillam
Hæsit, virgineúmque altè bibit acta cruorem.
Concurrunt trepidæ comites, dominámque ruentem
Suscipiunt. fugit ante omnes exterritus Aruns,
Lætitia, mistoq; metu: nec iam amplius hastæ
Credere, nec telis occurrere virginis audet.
At velut ille prius quàm tela inimica sequantur
Continuò in montes sese auius abdidit altos
Occiso pastore lupus, magnóue iuuenco,
Conscius audacis facti: caudamq; remulcens
Subiecit pauitantem vtero, syluasq; petiuit:
Haud secus ex oculis se turbidus abstulit Aruns,
Contentusq; fuga, mediis se immiscuit armis.
Illa manu moriens telum trahit: ossa sed inter
Ferreus ad costas alto stat vulnere mucro.
Labitur exanguis, labuntur frigida [2] letho
Lumina: purpureus quondam color ora reliquit.
Tum sic expirans, Accam, ex æqualibus vnam,
Alloquitur (fida ante alias quæ sola Camillæ,
Quicum partiri curas) atque hæc ita fatur,
Hactenus Acca soror potui: nunc vulnus acerbum
Conficit, & tenebris nigrescunt omnia circùm.
Effuge, & hæc Turno mandata nouissima perfer.
Succedat pugnæ, Troianosq; arceat vrbe.
Iamq; vale. Simul his dictis linquebat habenas,
Ad terram non sponte fluens. tum frigida toto
Paulatim exoluit se corpore lentaq; colla
Et captum letho posuit caput, arma relinquens:
Vitaq; cũ gemitu fugit indignata sub vmbras.
Tum verò immensus surgens ferit aurea clamor
Sidera, deiecta crudescit pugna Camilla.
Incurrunt densi. simul omnis copia Teucrũm,
Tyrrhenique duces, Euandrique Arcadis alæ.
At Triuiæ custos iamdudum in montibus Opis
Alta sedet summis, spectatq; interrita pugnas.
Vtque procul medio iuuenum in clamore furentum
Prospexit tristi mulctatam morte Camillam,
Ingemuitq; deditq; has imo pectore voces:
Heu nimium virgo, nimium crudele luisti
Supplicium, Teucros conata lacessere bello.
Nec tibi desertæ in dumis coluisse Dianam
Profuit, aut nostras humero gessisse pharetras.
Non tamen indecorem tua te regina relinquet
Extrema iam in morte: neque hoc sine [3] nomine letho
Per gentes erit, aut famam patieris inultæ.
Nam quicunque tuum violauit vulnere corpus,
Morte luet merita. Fuit ingens monte sub alto
Regis Dercenni terreno ex aggere bustum
Antiqui Laurentis, opacáque ilice tectum.
Hic dea se primùm rapido pulcherrima nisu

1 al. magnóque. 2 al. Alij tele legunt, & intell. vulnere. S. 3 al. numine.

Sistit, & Auruntem tumulo speculatur ab alto.
Vt vidit fulgentem armis, ac vana tumentem,
Cur (inquit) diuersus abis? huc dirige gressum,
Huc peritura veni: capias vt digna Camillæ
Præmia. túne etiam telis moriere Dianæ?
Dixit, & aurata volucrem Threissa sagittam
Deprompsit pharetra, cornúque infensa tetendit:
[1] Et duxit longe donec curuata coirent.
Inter se capita, & manibus iam tangeret æquis,
Læua aciem ferri, dextra neruoq; papillam,
Extemplo teli stridorem aurasq; sonantes,
Audiit vna Aruns, hæsitq; in corpore ferrum.
Illum expirantem socij atque extrema gementem
Obliti ignoto camporum in puluere linquunt:
Opis ad [2] æthereum pennis aufertur olympum.
Prima fugit domina amissa, leuis ala Camillæ:
Turbati fugiunt Rutuli fugit acer Atinas:
Disiectiq; duces, desolatiq; manipli
Tuta petunt, & equis auersi ad mœnia tendunt.
Nec quisquam instantes Teucros lethumq; ferentes
Sustentare valet telis aut sistere contrà:
Sed laxos referunt humeris languentibus arcus,
Quadrupedumq; putrem cursu quatit vngula campum.
Voluitur ad muros caligine turbidus atra
Puluis: & è speculis percussæ pectora matres
Fœmineum clamorem ad cœli sidera tollunt.
Qui cursu portas primi irrupere patentes,
Hos inimica super misto premit agmine turba.
Nec miseræ effugiunt mortem: sed limine in ipso,
Mœnibus in patriis atque inter tuta domorum
Confixi expirant animas. pars claudere portas,
Nec sociis aperire viam, nec mœnibus audent
Accipere orantes. orituráque miserrima cædes
Defendentum armis aditus, inq; arma ruentum.
Excluſi ante oculos lacrymantúmque ora parentum
Pars in præcipites fossas, vrgente ruina,
Voluitur: immissis pars cæca & concita frænis
Arietat in portas & duros [3] obice postes.
Ipsæ de muris summo certamine matres
(Monstrat amor [4] verus patriæ) vt videre Camillam,
Tela manu trepidæ iaciunt, ac robore duro,
Stipitibus ferrum sudibusq; imitantur obustis,
Præcipites primæq; mori pro mœnibus [5] audent.
Interea Turnum in syluis sæuissimus implet
Nuntius: & iuueni ingentẽ fert Acca tumultum:
Deletas Volscorum acies, cecidisse Camillam:
Ingruere infensos hostes, & Marte secundo
Omnia corripuisse: metum iam ad mœnia ferri.
Ille furens (nam sæua Iouis sic numina poscunt)
Deserit obsessos colles, memora aspera linquit.
Vix è conspectu exierat, campumq; tenebat,
Quum pater Æneas, saltus ingressus apertos,
Exuperatq; iugum, syluaq; euadit opaca.

1 al. Adduxit. 2 al. æthereum. 3 al. obiice. 4 al. versus. 5 al. ardent.

Sic

Sic ambo ad muros rapidi totoq; feruntur
Agmine, nec longis inter se passibus absunt.
At simul Æneas fumantes puluere campos
Prospexit longè, Laurentiaq; agmina vidit:
Et sæuum Æneam agnouit Turnus in armis,
Aduentumq; pedũ flatuq; audiuit equorum:
Continuò pugnas ineant, & prælia tentent:
Ni roseus fessos iam gurgite Phœbus Ibero
Tingat equos, noctemq; die labante reducat.
Considunt castris ante vrbem, & mœnia vallãt.

P. VIRGILII MARONIS ÆNEIDOS LIBER XII.

MODESTINI IVRISCONSVLTI ARGVMENTVM.

Turnus iam fractis aduerso Marte Latinis,
Semet in arma parat, pacem cupiente Latino.
Fœdus percutitur passuris omnia victis.
Hoc Turni Iuturna soror confundit, & ambos
In pugnam populos agit, ementita Camertem.
Æneas volucri tardatur membra sagitta.
Anxia pro nato seruauit cura parentis.
Vrbs capitur: vitam laqueo sibi finit Amata.
Æneas Turnum campo congressus, vtrinque,
Circumfusa acie, vita spoliauit & armis.

ALIVD INCERTI AVTORIS ARGVMENTVM.

Troianis Rutulisq; placet coniungere fœdus.
Id Rutuli rumpunt: nato Venus alma medetur
Dictamno: Rutuliq; luunt periuria victi.
Cogitur Æneæ Dauni concurrere proles.
Pallantea necem misero dant cingula Turno.

ALIVD MONOSTICHON.

Duodecimo Turnus diuinis occidit armis.

ALIVD.

Vltimus imponit bello Turni nece finem.

TVRNVS vt infractos aduerso Marte Latinos
Defecisse videt, sua nunc promissa reposci,
Se signari oculis: vltro implacabilis ardet,
Attollitq; animos, Pœnorum qualis in aruis
Saucius ille graui venantum vulnere pectus,
Tum demũ mouet arma leo: gaudetq; comantes
Excutiens ceruice toros, fixumq; latronis
Impauidus frangit telum, & fremit ore cruento:
Haud secus accenso gliscit violentia Turno.
Tum sic affatur regem, atque ita turbidus infit.
Nulla mora in Turno: nihil est quòd dicta retractent
Ignaui Æneadæ, nec quæ pepigêre recusent.
Congredior: fer sacra pater, & concipe fœdus
Aut hac Dardaniũ dextra sub tartara mittam,
Desertorem Asiæ (sedeant, spectentq; Latini)
Et solus ferro crimen commune refellam:
Aut habeat victos, [1] cedat Lauinia coniux.
Olli sedato respondit corde Latinus,
O præstans animi iuuenis, quantum ipse feroci
Virtute exuperas, tanto me impensius æquum est
Consulere, atque omnes metuentẽ expẽdere casus.
Sunt tibi regna patris Dauni, sunt oppida capta
Multa manu: necnon [1] aurúmque, animusq; Latino est.
Sunt aliæ innuptæ Latio & Laurentibus agris,
Nec gen⁹ indecores. sine me hæc haud mollia fatu
Sublatis aperire dolis, simul hæc animo hauri:
Me natam nulli veterum sociare procorum
Fas erat: idque omnes diuiq; hominesq; canebãt:
Victus amore tui, cognato sanguine victus,
Coniugis & mœstæ lacrymis, vinclaq; omnia rupi,
Promissam eripui genero, arma impia sumpsi.
Ex illo, qui me casus, quæ Turne sequantur
Bella, vides: quantos primus patiare labores.
Bis magna victi pugna, vix vrbe tuemur
Spes Italas: recalent nostro Tyberina fluenta
Sanguine adhuc, campiq; ingentes ossibus albent.
Quò referor toties? quæ mentem insania mutat?
Si, Turno extincto, socios sum accire paratus,
Cur non incolumi potius certamina tollo?
Quid consanguinei Rutuli, quid cætera dicet
Italia, ad mortem si te (fors dicta refutet)
Prodiderim, natam & connubia nostra petentem?
Respice res bello varias: miserere parentis

1 al. cedátque.

1 al. animus, aurúmque.

Longæui, quem nunc mœstum patria Ardea tẽgè
Diuidit. Haudquaquam dictis violentia Turni
Flectitur: exuperat magis, ægrescitq; medendo.
Vt primùm fari potuit, sic incipit ore,
Quam pro me curam geris, hanc precor optime pro me,
Deponas: lethúmque sinas pro laude paciſci.
Et nos tela, pater, ferrumq; haud debile dextra
Spargimus, & noſtro ſequitur de vulnere ſanguis.
Longè illi dea mater erit, quæ nube fugacem
Fœminea tegat, & vanis ſeſe occulat vmbris.
At regina noua pugnæ conterrita ſorte
Flebat, & ardentem generum moritura tenebat:
Turne, per has ego te lacrymas, per ſi quis Amatæ
Tangit honos animum (ſpes tu tunc vna ſenectæ,
Tu requies miſeræ: decus imperiumq; Latini
Te penes: in te omnis domus inclinata recumbit)
Vnum oro, deſiſte manum committere Teucris.
Qui te cunque manent iſto certamine caſus,
Et me Turne manent. ſimul hæc inuiſa relinquã
Lumina, nec generum Æneam captiua videbo.
Accepit vocem lacrymis Lauinia matris
Flagrantes perſuſa genas, cui plurimus ignem
Subiecit rubor, & calefacta per ora cucurrit.
Indum ſanguineo veluti violauerit oſtro
Si quis ebur, vel miſta rubent vbi lilia multa
Alba roſa, tales virgo dabat ore colores.
Illum turbat amor, figitque in virgine vultus.
Ardet in arma magis: pauciſque affatur Amatam,
Ne quæſo, ne me lacrymis, néve omine tanto
Proſequere, in duri certamina Martis euntem,
O mater. neque enim Turno mora libera mortis.
Nuntius hæc Idmon Phrygio mea dicta tyranno
Haud placitura refer, Quum primum craſtina cælo
Puniceis inuecta rotis Aurora rubebit,
Non Teucros agat in Rutulos: Teucrum arma quieſcant
Et Rutulum noſtro dirimatur ſanguine bellum:
Illo quæratur coniux Lauinia campo.
Hæc vbi dicta dedit, rapidúſq; in tecta receſſit,
Poſcit equos: gaudétque tuens ante ora frementes
Pilumno quos ipſa decus dedit Orithÿa,
Qui candore niues anteirent, curſibus auras.
Circumſtant properi auriga, manibuſq; laceſſunt
Pectora clauſa canis, & colla comantia pectunt.
Ipſe dehinc auro ſqualentem albóque orichalco
Circumdat loricam humeris: ſimul aptat habendo
Enſemq;, clypeumq;, & rubra cornua criſtæ.
Enſem, quem Dauno ignipotens deus ipſe parenti
Fecerat, & Stygia candentem tinxerat vnda.
Exin, quæ in mediis ingenti adnixa columnæ
Ædibus aſtabat, validam vi corripit haſtam,
Actoris 2 Arunci ſpolium: quaſſátque trementẽ,
Vociferans, Nunc, ó nunquam fruſtrata vocatus
Haſta meos, nunc tẽpus adeſt: te maximus Actor,
Te Turni nunc dextra gerit: da ſternere corpus
Loricamque manu valida lacerare reuulſam
Semiuiri Phrygis, & fœdare in puluere crines,
Vibratos calido ferro, myrrhaq; madentes.
His agitur furys, totoque 1 ardentis ab ore
Scintillæ abſiſtunt: oculis micat acribus ignis,
Mugitus veluti quum prima in prælia taurus
Terrificos ciet, atque iraſci in cornua tentat,
Arboris obnixus trunco, ventoſq; laceſſit
Ictibus, & ſparſa ad pugnam proludit arena.
Nec minus interea maternis ſæuus in armis
Æneas acuit Martem, & ſe ſuſcitat ira,
Oblato gaudens componi fœdere bellum.
Tum ſocios mœſtique metum ſolatur Iuli,
Fata docens: regiq; iubet reſponſa Latino
Certa referre viros, & pacis dicere leges.
Poſtera vix ſummos ſpargebat lumine montes
Orta dies, quumprimum alto ſe gurgite tollunt
Solis equi, lucemq; elatis naribus efflant:
Campum ad certamen magnæ ſub mœnib⁹ vrbis
Dimenſi Rutuliq; viri Teucriq; parabant:
In medioq; focos, & dijs communibus aras
Gramineas: alij fontemq; ignemq; ferebant,
Velati 2 lino, & verbena tempora vincti.
Procedit legio Auſonidum, pilataq; plenis
Agmina ſe fundunt portis. hinc Troius omnis
Tyrrhenuſq; ruit varijs exercitus armis:
Haud ſecus inſtructi ferro, quàm ſi aſpera Martis
Pugna vocet. necnon mediis in millibus ipſi
Ductores auro volitant oſtroq; decori:
Et genus Aſſaraci Mneſtheus, & fortis Aſylas
Et Meſſapus, equum domitor, Neptunia proles.
Vtque dato ſigno ſpatia in ſua quiſque receſſit,
Defigunt tellure haſtas, & ſcuta reclinant.
Tum ſtudio effuſæ matres, & vulgus inermum:
Inualidiq; ſenes, turres & tecta domorum
Obſedere: alij portis ſublimibus aſtant.
At Iuno ex ſummo, qui nunc Albanus habetur,
(Tunc neque nomen erat, neque honos aut gloria monti)
Proſpiciens tumulo, campum ſpectabat, & ambas
Laurentum Troumq; acies, vrbemq; Latini.
Extemplo Turni ſic eſt affata ſororem,
Diua deam ſtagnis quæ fluminibuſq; ſonoris
Præſidet (hunc illi rex ætheris altus honorem
Iuppiter erepta pro virginitate ſacrauit)
Nympha, decus fluuiorũ, animo gratiſſima noſtro,
Scis vt te cunctis vnam, quæcunque Latinæ
Magnanimi Iouis ingratum aſcendere cubile,
Prætulerim, cœliq; libens in parte locarim.
Diſce tuum (ne me incuſes) Iuturna dolorem.
Quà viſa eſt fortuna pati, Parcæque ſinebant
Cedere res Latio, Turnum & tua mœnia texi:
Nũc iuuenem imparibus video concurrere fatis:
Parcarúmque dies & vis inimica propinquat.
Non pugnã aſpicere hãc oculis, non fœdera poſſũ.

1 al. inſtitit.
2 al. Aurunci.

1 al. loquentis.
2 al. lino.

Tu

Tu pro germano ſiquid præſentius audes,
Perge: decet, forſan miſeros meliora ſequentur.
Vix ea, quum lacrymas oculis Iuturna profudit,
Tèrque quatèrque manu pectus percuſſit honeſtum.
Non lacrymis hoc tempus (ait Saturnia Iuno)
Accelera, & fratrem, ſiquis modus, eripe morti:
Aut tu bella cie, conceptúmque excute fœdus:
Autor ego audendi. Sic exhortata reliquit
Incertam, & triſti turbatam vulnere mentis.
1 Interea reges (ingenti mole Latinus
Quadrijugo 2 vehitur curru, cui tempora circum
Aurati bis ſex radij fulgentia cingunt,
Solis aui ſpecimen. bigis it Turnus in albis,
Bina manu lato criſpans haſtilia ferro.
Hinc pater Æneas, Romanæ ſtirpis origo,
Sidereo flagrans clypeo, & cœleſtibus armis,
Et iuxtà Aſcanius, magnæ ſpes altera Romæ)
Procedunt caſtris: puráque in veſte ſacerdos
Setigeræ fœtum ſuis, intonſamque bidentem
Attulit, admouitque pecus flagrantibus aris.
Illi ad ſurgentem conuerſi lumina ſolem,
Dant fruges manibus ſalſas, & tempora ferro
Summa notãt pecudum, paterisque altaria libant.
Tum prius Æneas ſtricto ſic enſe precatur,
Eſto nunc Sol teſtis & hæc mihi terra precanti,
Quam propter tantos potui perferre labores:
Et pater omnipotens, & tu Saturnia Iuno,
Iam melior, iam diua, precor: túque inclite Mauors,
Cuncta tuo qui bella pater ſub numine torques:
Fontéſque, fluuiósque voco, quæque ætheris alti
Religio: & quæ cæruleo ſunt numina ponto.
Ceſſerit Auſonio ſi fors victoria Turno,
Conuenit Euandri victos diſcedere ad vrbem:
Cedet Iulus agris, nec pòſt arma vlla rebelles
Æneadæ referent, ferróve hæc regna laceſſent.
Sin noſtrum annuerit nobis victoria Martem,
(Vt potius reor, & potius dij numine firment)
Non ego nec Teucris Italos parere iubebo,
Nec mihi regna peto: paribus ſe legibus ambæ
Inuictæ gentes æterna in fœdera mittant.
Sacra deósque dabo: ſocer arma Latinus habeto.
Imperium ſolenne ſocer, mihi mœnia Teucri
Conſtituent, vrbíque dabit Lauinia nomen.
Sic prior Æneas, ſequitur ſic deinde Latinus,
Suſpiciens cœlum, tenditque ad ſidera dextram:
Hæc eadem Æneа, terram, mare, ſidera iuro,
Latonæque genus duplex, Ianúmque bifrontem,
Vimque deûm infernam, & 3 diri ſacraria Ditis:
Audiat hæc genitor, qui fœdera fulmine ſancit:
Tango aras, mediósque ignes, & numina teſtor.
Nulla dies pacem hanc Italis nec fœdera rumpet,
Quo res cunque 4 cadent: nec me vis vlla volentem
Auertet: non ſi tellurem effundat in vndas
Diluuio miſcens, cœlumve in tartara ſoluat:
Vt ſceptrum hoc (dextra ſceptrum nam fortè gerebat)
Nunquam fronde leui fundet virgulta nec vmbras,
Quum ſemel in ſyluis imo de ſtirpe reciſum
Matre caret, poſuitque comas & brachia ferro,
Olim arbos, nunc artificis manus ære decoro
Incluſit, patribuſque dedit geſtare Latinis.
Talibus inter ſe firmabant fœdera dictis,
Conſpectu in medio procerum. tum rite ſacratas
In flammam iugulant pecudes, & viſcera viuis
Eripiunt, cumulántque oneratis lancibus aras.
At verò Rutulis impar ea pugna videri
Iamdudum, & vario miſceri pectora motu.
Tũ magis, vt propius cernunt non viribus æquis.
Adiuuat 1 inceſſu tacito progreſſus, & aram
Suppliciter venerans demiſſo lumine Turnus,
2 Pubentéſque genæ & iuuenili in corpore pallor,
Quem ſimulac Iuturna ſoror crebreſcere vidit
Sermonem, & vulgi variare labantia corda:
In medias acies formam aſſimulata Camerti:
(Cui genus à proauis ingens, clarúmque paterna
Nomen erat virtutis, & ipſe acerrimus armis)
In medias dat ſeſe acies, haud neſcia rerum:
Rumoréſque ſerit varios: ac talia fatur,
Non pudet ô Rutuli cunctis pro talibus vnam
Obiectare animam? numeróne an viribus æqui
Non ſumus? en omnes & Troes & Arcades hic ſunt,
Fataliſque manus, infenſa Etruria Turno:
Vix hoſtem, alterni ſi congrediamur, habemus.
Ille quidem ad ſuperos, quorum ſe deuouet aris,
Succedet fama, viuúſque per ora feretur:
Nos patria amiſſa dominis parere ſuperbis
Cogemur, qui nunc lenti conſedimus aruis.
Talibus incenſa eſt iuuenum ſententia dictis
Iam magis atque magis: ſerpitque per agmina murmur,
Ipſi Laurentes mutati, ipſique Latini,
Qui ſibi iam requiem pugnæ rebuſque ſalutem
Sperabant, nunc arma volunt, fœduſque precantur
Infectum, & Turni ſortem miſerantur iniquam.
His aliud maius Iuturna adiungit, & alto
Dat ſignum cœlo: quo non 3 præſentius vllum
Turbauit mentes Italas, monſtróque feſellit.
Nanque volans rubra fuluus Iouis ales in æthra,
Littoreas agitabat aues, turbámque ſonantem
Agminis altigeri, ſubitò quum lapſus ad vndas
Cygnum excellentem pedibus rapit improbus vncis.
Arrexere animos Itali: cunctæque volucres
Conuertunt clamore fugam (mirabile viſu)

1 al. Continuo. 2 al. inuehitur.
3 al. duri. 4 cadet.

1 al. ingreſſu. 2 Tabentéſque.
3 præſtantius.

AEtheráque obſcurant pennis, hoſtémque per auras
Facta nube premunt: donec vi victus & ipſo
Pondere defecit, prædámque ex vnguibus ales
Proiecit fluuio, penituſque in nubila fugit.
Tum verò augurium Rutuli clamore ſalutant,
Expediúntque manus. primuſque Tolumnius augur,
Hoc erat, hoc votis (inquit) quod ſæpe petiui.
Accipio, agnoſcóque deos, me me duce ferrum
Corripite, ò 1 Rutuli, quos improbus aduena bello
Territat, inualidas vt aues, & littora veſtra
Vi populat. petet ille fugam, penituſque profundo
Vela dabit: vos vnanimi denſate cateruas,
Et regem vobis pugna defendite raptum.
Dixit, & aduerſos telum contorſit in hoſtes
Procurrens: ſonitũ dat ſtridula cornus, & auras
Certa ſecat. ſimul hoc, ſimul ingens clamor, & omnes
Turbati cunei, calefactaque corda tumultu.
Haſta volans, vt fortè nouem pulcherrima fratrum
Corpora conſtiterant contrà, quos fida crearat
Vnde tot Arcadio coniux Tyrrhena Gylippo:
Horum vnũ ad mediũ, teritur qua ſutilis aluo
Balteus, & laterum iuncturas fibula mordet:
Egregium forma iuuenem & fulgentibus armis,
Tranſadigit coſtas, fuluáque 2 extendit arena.
At fratres, animoſa phalanx, accenſaq; luctu,
Pars gladios ſtringunt manibus, pars miſſile ferrum
Corripiunt, cæcique ruunt, quos agmina contra
Procurrunt Laurentum: hinc denſi rurſus inundant
Troes, Agylliníque, & pictis Arcades armis.
Sic 3 omnes amor vnus habet decernere ferro.
Deripuêre aras. it toto turbida cœlo
Tempeſtas telorum, ac ferreus ingruit imber:
Craterasq; focoſq; ferunt. fugit ipſe Latinus,
Pulſatos referens infecto fœdere diuos.
Infrænant alij currus, aut corpora ſaltu
Subijciunt in equos, & ſtrictis enſibus adſunt.
Meſſapus regem regiſq; inſigni gerentem
Tyrrhenum Auleſten, auidus confundere fœdus,
Aduerſo proterret equo. ruit ille recedens,
Et miſer oppoſitis à tergo inuoluitur aris
In caput, inq; humeros. at feruidus aduolat haſta
Meſſapus, telóque orantem multa trabali
Deſuper altus equo grauiter ferit: atq; ita fatur,
Hoc habet, hæc melior magnis data victima diuis.
Concurrunt Itali, ſpoliantq; calentia membra.
Obuius ambuſtum torrem Chorinæus ab ara
Corripit: & venienti Ebuſo plagamq; ferenti
Occupat os flammis. illi ingens barba reluxit,
Nidoremq; ambuſta dedit, ſuper ipſe ſequutus
Cæſariem læua turbati corripit hoſtis,
Impreſſoq; genu nitens, terræ applicat ipſum,
Sic rigido latus enſe ferit Podalirius Alſum

1 al. miſeri. 2 al. effundit. 3 al. omnis.

Paſtorem, primaque acie per tela ruentem
Enſe ſequens nudo ſuperimminet: ille ſecuri
Aduerſi frontem mediam, mentumq; reducta
1 Diſſicit, & ſparſo latè rigat arma 2 cerebro.
Olli dura quies oculos & ferreus vrget
Somnus: in æternam clauduntur lumina noctẽ.
At pius AEneas dextram tendebat inermem
Nudato capite, atque ſuos clamore vocabat.
Quò ruitis? quæve iſta repens diſcordia ſurgit?
O cohibete iras: ictum iam fœdus, & omnes
Compoſitæ leges. mihi ius concurrere ſoli.
Me ſinite, atq; auferte metus. ego fœdera faxo
Firma manu: Turnũ iam debẽt hæc mihi ſacra.
Has inter voces, media inter talia verba,
Ecce, viro ſtridens alis allapſa ſagitta eſt:
Incertum qua pulſa manu, quo turbine adacta:
Quis tantam Rutulis laudem, caſúſne deúſne,
Attulerit. preſſa eſt inſignis gloria facti:
Nec ſeſe Æneæ iactauit vulnere quiſquam.
Turnus vt Æneam cedentem ex agmine vidit,
Turbatóſque duces, ſubita ſpe feruidus ardet:
Poſcit equos atque arma ſimul, ſaltúque ſuperbus
Emicat in currũ, & manibus molitur habenas.
Multa virúm volitans dat fortia corpora letho.
Semineces voluit multos, aut agmina curru
Proterit, aut raptas fugientibus ingerit haſtas.
Qualis apud gelidi quũ flumina concitus Hebri
Sanguineus Mauors clypeo increpat, atque furentes
Bella mouens immittit equos: illi æquore aperto
Ante Notos, Zephyrúmque volãt: gemit vltima pulſu
Thraca pedum: circumq; atræ Formidinis ora,
Iræq; Inſidiæq;, dei comitatus, aguntur.
Talis equos alacer media inter prælia Turnus
Fumantes ſudore quatit (miſerabile) cæſis
Hoſtibus inſultans: ſpargit rapida vngula rores
Sanguineos, miſtáque cruor calcatur arena.
Iámque neci Sthelenúmque dedit, Thamyrimq;, Polumq;:
Hunc, congreſſus, & hunc: illum eminus: eminus ambos
Imbraſidas, Glaucum atque Ladem: quos Imbraſius ipſe
Nutrierat Lycia, paribuſq; ornauerat armis,
Vel conferre manum, vel equo præuertere ventos.
Parte alia, media Eumedes in prælia fertur,
Antiqui proles bello præclara Dolonis,
Nomine auum referens, animo manibuſq; parentem,
Qui quondam caſtra vt Danaũm ſpeculator adiret,
Auſus Pelidæ pretium ſibi poſcere currus.
Illum Tydides alio pro talibus auſis
Affecit pretio: nec equis aſpirat Achillis.
Hunc procul vt cãpo Turnus 3 conſpexit aperto,
Antè leui iaculo longum per inane ſequutus,

1 al. Diffidit. 2 al. cruore.
3 al. proſpexit.

Siſtit

Sistit equos bijuges, & curru desilit: atque
Semianimi lapsoque superuenit: & pede collo
Impresso, dextra mucronem extorquet, & alto
Fulgentem tinxit tugulo: atq; hæc insuper addit,
En agros & quam bello Troiane petisti
Hesperiam metire iacens. hæc præmia, qui me
Ferro ausi tentare, ferunt: sic mœnia condunt.
Huic comitem 1 Buten, coniecta cuspide, mittit:
Chloreáque, 2 Sybarimq;, Daretáque, Thersilochumq;,
Et sternacis equi lapsum ceruice Thymœten.
Ac velut 3 Edoni Boreæ quum spiritus alto
Insonat Ægæo, sequiturq; ad littora fluctus,
Quà venti incubuere, fugam dant nubila cœlo:
Sic Turno, quacunq; viam secat, agmina cedunt,
Conuersæq; ruunt acies. fert impetus ipsum,
Et cristam aduerso curru quatit aura volantem.
Non tulit instantem Phegeus, animisque frementem:
Obiecit sese ad currum, & spumantia frænis
Ora citatorum dextra 4 detorsit equorum.
Dum trahitur, pendetq; iugis, huc lata retectum
Lancea consequitur, rumpitq; infixa bilicem
Loricam, & summum degustat vulnere corpus.
Ille tamen clypeo obiecto conuersus in hostem
Ibat, & auxilium ducto mucrone petebat:
Quem rota præcipitem & procursu concitus axis
Impulit, effuditq; solo: Turnusq; sequutus,
Imam inter galeam, summi thoracis & oras,
Abstulit ense caput, truncumq; reliquit arena.
Atque ea dum campis victor dat funera Turnus,
Interea Æneam Mnestheus, & fidus Achates,
Ascaniúsque 5 comes, castris statuêre cruentum,
Alternos longa nitentem cuspide gressus.
Sæuit, & infracta luctatur arundine telum
Eripere: auxilioq; viam, quæ proxima, poscit:
Ense secent lato vulnus, teliq; latebram
Rescindant penitus, seséque in bella remittant.
Iamq; aderat Phœbo ante alios dilectus 6 Iapis
Iasides: acri quondam cui captus amore
Ipse suas artes, sua munera latus Apollo
Auguriũ, citharámque dabat, celeresq; sagittas.
Ille, vt depositi proferret fata parentis,
Scire potestates herbarum vsúmque medendi
Maluit, & mutas agitare inglorius artes.
Stabat, acerba fremens, ingentem nixus in hastã,
Æneas, magno iuuenum & mœrentis Iuli
Concursu, lacrymisque, immobilis: ille retorto
Pæonium in morem senior succinctus amictu,
Multa manu medica, Phœbiq; potentibus herbis,
Nequicquam trepidat. nequicquam spicula dextra
Sollicitat, prensátque tenaci forcipe ferrum.
Nulla viam fortuna regit, nihil author Apollo
Subuenit, & sæuus campis magis ac magis horror
Crebrescit, propiúsque malum est. iam puluere cœlum
Stare vident. subeunt equites, & spicula castris
Densa cadunt mediis: it tristis ad æthera clamor
Bellantum iuuenum, & duro sub Marte cadentum.
Hic Venus, indigno nati concussa dolore,
Dictamnum genitrix 1 Cretæa carpit ab Ida,
Puberibus caulem foliis, & flore comantem
Purpureo. non illa feris incognita capris
Gramina, quum tergo volucres hæsere sagittæ.
Hoc Venus, obscuro faciem circumdata nimbo,
Detulit: hoc fuscum labris splendentibus amnem
Inficit, occultè medicans: spargitq; salubris
Ambrosiæ succos, & odoriferam panaceam.
Fouit ea vulnus lympha longæuus 2 Iapis,
Ignorans: subitóque omnis de corpore fugit
Quippe dolor, omnis stetit imo vulnere sanguis.
Iámque sequuta manum nullo cogente sagitta
Excidit, atque nouæ redière in pristina vires.
Arma citi properate viro: quid statis? 3 Iapis
Conclamat: primusq; animos accendit in hostes,
Non hæc humanis opibus, non arte magistra
Proueniunt: neque te Æneа mea dextera seruat:
Maior agit deus, atque opera ad maiora remittit.
Ille, auidus pugnæ, suras incluserat auro
Hinc atque hinc: oditque moras, hastámque coruscat.
Postquam habilis lateri clypeus, loricaq; tergo est,
Ascanium fusis circum complectitur armis:
Summáque per galeam delibans oscula, fatur.
Disce puer virtutem ex me, verumq; laborem,
Fortunam ex aliis. nunc te mea dextera bello
Defensum dabit, & magna inter præmia ducet.
Tu facito mox, quum matura adoleuerit ætas,
Sis memor, & te animo repetentem exempla tuorum,
Et pater Æneas, & auunculus excitet Hector.
Hæc vbi dicta dedit, portis sese extulit ingens
Telum immane manu quatiens. simul agmine denso
4 Anteúsque Mnestheúsque ruunt: omnisque relictis
Turba fluit castris. tum cæco puluere campus
Miscetur, pulsuq; pedum tremit excita tellus.
Vidit ab aduerso venientes 5 aggere Turnus,
Videre Ausonij: gelidúsque per ima cucurrit
Ossa tremor. prima ante omnes Iuturna Latinos
Audiit, agnouitque sonũ: & tremefacta refugit.
Ille volat, campóque atrum rapit agmen aperto.
Qualis vbi ad terras abrupto sydere nimbus
It mare per medium (miseris heu præscia longè
Horrescunt corda agricolis: dabit ille ruinas
Arboribus, stragémque satis, ruet omnia latè.
Antè volant, sonitumq; ferunt ad littora venti)
Talis in aduersos ductor Rhœteius hostes
Agmen agit: densi cuneis se quisque coactis
Agglomerant. ferit ense grauem Tymbræus Osirim:

1 al. Asbaten. 2 al. Sabarímque
3 al. Edonij. 4 al. contorsit.
5 al. puer. 6 al. Iapix.

1 al. Dictæa. 2 al. Iapix
3 al. Iapix. 4 al. Anteus. 5 al. agmine.

Archetium Mneſtheus, Epulonem obtruncat Achates,
Vſentemq; Gyan. cadit ipſe Tolumnius augur,
Primus in aduerſos telum qui torſerat hoſtes.
Tollitur in cœlum clamor: verſiq; viciſſim
Puluerulenta fuga Rutuli dant terga per agros.
Ipſe neque aduerſos dignatur ſternere morti,
Nec pede congreſſos æquo, nec tela ferentes
Inſequitur: ſolum denſa in caligine Turnum
Veſtigat luſtrans. ſolum in certamina poſcit.
Hoc concuſſa metu mentem Iuturna virago,
Aurigam Turni media inter lora Metiſcum
Excutit, & longè lapſum temone relinquit:
Ipſa ſubit, manibúſque vndantes flectit habenas,
Cuncta gerens, vocemq; & corpus & arma Metiſci.
Nigra velut magnas domini quum diuitis ades
Peruolat, & pennis alta atria luſtrat hirundo,
Pabula parua legens, nudiſq; loquacibus eſcas:
Et nunc porticibus vacuis, nunc humida circum
Stagna ſonat: ſimilis medios Iuturna per hoſtes
Fertur equis, rapidoq; volans obit omnia curru:
Iamq; hic germanũ iamq; hic oſtendit ouantem:
Nec conferre manum patitur: volat auia longè.
Haud minus Æneas tortos legit obuius orbes,
Veſtigatq; virũ, & diſiecta per agmina, magna
Voce vocat. quoties oculos coniecit in hoſtem,
Alipedumq; fugam curſu tentauit equorum,
Auerſos toties currus Iuturna retorſit.
Heu, quid agat? vario nequicquam fluctuat æſtu,
Diuerſæq; vocant animum in contraria curæ.
Huic Meſſapus, vti læua duo fortè gerebat
Lenta leuis curſu præfixa haſtilia ferro,
Horum vnum certo contorquens dirigit ictu.
Subſtitit Æneas, & ſe collegit in arma,
Poplite ſubſidens: apicem tamen incita ſummum
Haſta tulit, ſummaſq; excuſſit vertice criſtas.
Tum verò aſſurgunt iræ, inſidiiſque ſubactus
Diuerſos vbi ſenſit equos currumq; referri,
Multa Iouem & læſi teſtatus fœderis aras.
Iam tandem inuadit medios, & Marte ſecundo
Terribilis, ſæuam nullo diſcrimine cædem
Suſcitat, irarumq; omnes effundit habenas.
Quis mihi nunc tot acerba deus, quis carmine cædes
Diuerſas, obitúmque ducum, quos æquore toto
Inq; vicẽ nunc Turnus agit, nunc Troius heros,
Expellat? tanton' placuit concurrere motu,
Iuppiter, æterna gentes in pace futuras?
Æneas Rutulum Sucronem (ea prima ruentes
Pugna loco ſtatuit Teucros) haud multa morat[4]
Excipit in latus, & quà fata celerrima, crudũ[5]
Tranſadigit coſtas & crates pectoris enſem.
Turnus equo deiectum Amycum, fratremq; Diorem,
Congreſſus pedes, hunc, venientem cuſpide longa,
Hunc mucrone ferit: currúque abſciſſa duorum
Suſpendit capita & rorantia ſanguine portat.

1 al. *aduerſos.* 2 al. nec equo. 3 al. Methyſci. 4 al. *morantem.* 5 al. *crudo enſe.*

Ille Talon Tanaimque neci, ſortemq; Cethegum,
Tres vno congreſſu, & mœſtum mittit Onytem,
Nomen Echionium, matriſque genus Peridia.
Hic fratres Lycia miſſos & Apollinis agris,
Et iuuenem exoſum nequicquam bella Menœten
Arcada piſcoſæ cui circum flumina Lernæ
Ars fuerat, paupérque domus: nec nota potẽtum
Munera, conductáque pater tellure ſerebat.
Ac velut immiſſi diuerſis partibus ignes
Arentem in ſyluam, & virgulta ſonantia lauro:
Aut vbi decurſu rapido de montibus altis
Dant ſonitum ſpumoſi amnes, & in æquora currunt,
Quiſque ſuum populatus iter: non ſegnius ambo
Æneas Turnuſq; ruunt per prælia. nunc nunc
Fluctuat ira intus: rumpuntur neſcia vinci
Pectora: nunc totis in vulnera viribus itur.
Murranũ hic, atauos & auorum antiqua ſonãtẽ.
Nomina, per regeſq; actum genus omne Latinos,
Præcipitem ſcopulo atque ingentis turbine ſaxi
Excutit, effunditq; ſolo: hunc lora & iuga ſubter
Prouoluêre rotæ, crebro ſuper vngula pulſu
Incita nec domini memorum proculcat equorum.
Ille ruenti Hilo animiſque immane frementi
Occurrit, telumq; aurata ad tempora torquet:
Olli per galeam fixo ſtetit haſta cerebro.
Dextera nec tua te Graiũm fortiſſime Creteu
Eripuit Turno: nec dij texêre Cupentum
Ænea veniente ſui dedit obuia ferro
Pectora, nec miſero clypei mora profuit ærei.
Te quoque Laurentes viderunt Æole campi
Oppetere, & latè terram conſternere tergo.
Occidis, Argiuæ quem non potuere phalanges
Sternere, nec Priami regnorum euerſor Achilles.
Hic tibi mortis erant metæ, domus alta ſub Ida,
Lyrneſſi domus alta, ſolo Laurente ſepulcrum.
Totæ adeò conuerſæ acies, omneſq; Latini,
Omnes Dardanidæ: Mneſtheus, acerq; Sereſtus,
Et Meſſapus, equũm domitor, & fortis Aſylas,
Thuſcorumq; phalanx, Euandriq; Arcadis alæ:
Pro ſe quiſque viri ſumma nituntur opum vi.
Nec mora, nec requies: vaſto certamine tendunt.
Hic mentem Æneæ genitrix pulcherrima miſit,
Iret vt ad muros, vbique aduerteret agmen
Ocyus, & ſubita turbaret clade Latinos.
Ille, vt veſtigans, diuerſa per agmina Turnum,
Huc atque huc acies circumtulit, aſpicit vrbem
Immunem tanti belli, atque impunè quietam,
Continuò pugnæ accendit maioris imago.
Mneſthea, Sergeſtúmq; vocat, fortémque Sereſtũ,
Ductores: tumulumq; capit, quò cætera Teucrum
Concurrit legio. nec ſcuta aut ſpicula denſi
Deponunt: celſo medius ſtans aggere fatur,
Nequa meis eſto dictus mora: Iuppiter hâc ſtat.
Neu quis ob inceptum ſubitum mihi ſegnior ito.
Vrbem hodie, cauſam belli regna ipſa Latini,
(Ni frænum accipere & victi parere fatentur)
Eruam: & æquo ſolo ſumadtia culmina ponã.

1 al. *ſuſe.*

Scili-

Scilicet expectem libeat dum prælia Turno
Nostra patet, rursúsque velit concurrere victus?
Hoc caput, ô ciues, hæc belli summa nefandi.
Ferte faces properè, fœdusq; reposcite flammis.
Dixerat: atque animis pariter certantibus omnes
Dant cuneũ, densáque ad muros mole feruntur.
Scalæ improuisò subitúsque apparuit ignis.
Discurrunt alij ad portas, primosque trucidant:
Ferrum alij torquent, & obũbrant æthera telis.
Ipse inter primos dextram sub mœnia tendit
Æneas, magnáque incusat voce Latinum:
Testatúrque deos, iterum se ad prælia cogi:
Bis iam Italos hostes, hæc altera fœdera rumpi.
Exoritur trepidos inter discordia ciues:
Vrbem alij reserare iubent, & pandere portas
Dardanidis, ipsúmque trahunt in mœnia regem:
Arma ferunt alij, & pergunt defendere muros.
Inclusas vt quum latebroso in pumice pastor
Vestigauit apes, fumoq; impleuit amaro:
Illæ intus trepidæ rerum per cerea castra
Discurrũt, magnisque acuunt stridoribus iras.
Voluitur ater odor tectis, tum murmure cæco
Intus saxa sonant: vacuas it fumus ad auras.
Accidit hæc fessis etiam fortuna Latinis,
Quæ totam luctu concussit funditus vrbem.
Regina vt tectis venientem prospicit hostem,
1 Incessi muros, ignes ad tecta volare,
Nusquam acies contrà Rutulas, nulla agmina Turni:
Infelix pugnæ iuuenem in certamine credit
Extinctum, & subito mentem turbata dolore,
Se causam clamat, crimenq; caputq; malorum:
Multáque per mœstum demens effata furorem,
Purpureos moritura manu discindit amictus,
Et nodum informis lethi trabe nectit ab alta.
Quã cladem miseræ postquã accepere Latinæ,
Filia prima manu flauos Lauinia crines
Et roseas laniata genas, tum cætera circum
Turba furit: resonant latè plangoribus ædes.
Hinc totam infelix vulgatur fama per vrbem.
Demittunt mentes: it scissa veste Latinus,
Coniugis attonitus fatis, vrbisque ruina,
Canitiem immundo perfusam puluere turpans:
Multáque se incusat, qui non acceperit antè
Dardanium Æneã, generumq; asciuerit vltro.
Interea extremo bellator in æquore Turnus
Palantes sequitur paucos, iam segnior, atque
Iam minus atque minus successu lætus equorum.
Attulit hunc illi cæcis terroribus aura
Commistum clamorẽ, arrectasq; impulit aures
Confusæ sonus vrbis, & illætabile murmur.
Hei mihi, quid tanto turbantur mœnia luctu?
Quisue ruit tantus diuersa clamor ab vrbe?
Sic ait, adductisq; amens subsistit habenis.
Atque huic, in faciem soror vt conuersa Metisci
Aurigæ, currumq; & equos & lora regebat,
Talibus occurrit dictis, Hac Turne sequamur
Troiugenas, quà prima viam victoria pandit.
Sunt alij qui tecta manu defendere possunt:

1 al. *Intendi.*

Ingruit Æneas Italis, & prælia miscet:
Et nos sæua manu mittamus funera Teucris.
Nec numero inferior pugnæ, nec honore recedes.
Turnus ad hæc,
O soror, & dudum agnoui, quiũ prima per artem
Fœdera turbasti, téque hæc in bella dedisti:
Et nunc nequicquam fallis dea, sed quis olympo
Demissam tantos voluit te ferre labores?
An fratris miseri lethum vt crudele videres?
Nam quid ago? aut quæ iam spondet fortuna salutem?
Vidi oculos ante ipse meos, me voce vocantem
Murranum (quo nõ superat mihi charior alter)
Oppetere ingentem, atque ingẽti vulnere victum!
Occidit infelix ne nostrum dedecus Vfens
Aspiceret: Teucri potiuntur corpore & armis
Excindine domos (id rebus defuit vnum)
Perpetiar? dextra nec Drancis dicta refellam?
Terga dabo? & Turnum fugientem hæc terra videbit?
Vsque adeóne mori miserũ est? vos ô mihi manes
Este boni, quoniam superis auersa voluntas.
Sancta ad vos anima, atque istius inscia culpæ,
Descẽdam, magnorum haud vnquam indignus auorum.
Vix ea fatus erat, medios volat (ecce) per hostes
Vectus equo spumante Sages, aduersa sagitta
Saucius ora: ruitq;, implorans nomine Turnum,
Turne, in te suprema salus: miserere tuorum.
Fulminat Æneas armis, summáque minatur,
Deiecturum arces Italũm, excidioq; daturum:
Iámque faces ad tecta volant: in te ora Latini,
In te oculos referunt. mussat rex ipse Latinus,
Quos generos vocet, aut quæ sese ad fœdera flectat.
Præterea regina tui fidissima, dextra
Occidit ipsa sua, lucémque exterrita fugit.
Soli pro portis Messapus & Acer Atinas
Sustentant aciem: circũ hos vtrinque phalãges
Stant densæ, strictisque seges mucronibus horret
Ferrea: tu currum deserto in gramine versas.
Obstupuit varia confusus imagine rerum
Turnus, & obtutu tacito stetit, æstuat ingens
Imo in corde pudor, mistóque insania luctu,
Et furiis agitatus amor, & conscia virtus.
Vt primùm discussa vmbræ, & lux reddita menti est,
Ardentes oculorum 1 acies ad mœnia torsit
Turbidus, eq; rotis magnam respexit ad vrbem.
Ecce autem, flammis inter tabulata volutus
Ad cœlum vndabat vortex, turrimq; tenebat,
Turrim cõpactis trabibus quam eduxerat ipse,
Subdiderátque rotas, pontesq; 2 instrauerat altos,
Iam iam fata, soror, superant: absiste morari:
Quò deũ, & quò dura vocat fortuna, sequamur.
Stat conferre manum Æneæ: stat, quicquid acerbi est,
Morte pati. nec me indecorem germana videbis
Amplius: hũc (oro,) sine me furere antè furorem.
Dixit, & è curru saltum dedit ocyus arua:

1 al. orbes 2 extruxerat.

Pérque hostes, per tela ruit: mœstamque sororem
Deserit, ac rapido cursu media agmina rumpit.
Ac veluti montis saxum de vertice præceps
Quum ruit auulsum vento: seu turbidus imber
Proluit, aut annis soluit sublapsa vetustas:
Fertur in abruptũ magno mons improbus actu,
Exultátque solo, sylua, armenta, viroſq;
Inuoluens secum: disiecta per agmina Turnus
Sic vrbis ruit ad muros, vbi plurima fuso
Sãguine terra madet, strídétq; hastilibus aura:
Significátque manu, & magno simul incipit ore,
Parcite iã Rutuli, & vos tela inhibite Latini:
Quæcunque est fortuna, mea est: me verius vnum
Pro vobis fœdus luere, & decernere ferro.
Discessêre omnes medij, spatiumq; dedêre.
At pater Æneas, audito nomine Turni,
Deserit & muros, & summas deserit arces:
Præcipitátq; moras omnes: opera omnia rumpit,
Lætitia exultans: horrendúmque intonat armis.
Quantus Athos, aut quantus Eryx, aut ipse, coruscis
Quum fremit ilicibus, quantus, gaudetq; niuali
Vertice se attollens pater Apenninus ad auras.
Iã verò & Rutuli certatim, & Troes, & omnes
Conuertêre oculos Itali: quique alta tenebant
Mœnia, quique imos pulsabant ariete muros:
Armáque deposuere humeris: stupet ipse Latinus:
Ingentes genitos diuersis partibus orbis
Inter se coiisse viros, & 1 cernere ferro.
Atque illi, vt vacuo patuerunt æquore campi,
Procursu rapido coniecta eminus hastis,
Inuadunt Martem clypeis atque ære sonoro:
(Dat gemitum tellus) tum crebros ensibus ictus
Congeminant. fors & virtus miscentur in vnum
Ac 2 velut ingenti 3 Sila, summove Taburno,
Quum duo conuersis inimica in prælia tauri
Frontibus incurrunt, pauidi cessere magistri:
Stat pecus omne metu mutum, mussatq; iuuẽca,
Quis pecori 4 imperitet, quem tota armenta sequantur:
Illi inter sese multa vi vulnera miscent,
Cornuaq; obnixi infigũt: & sanguine largo (git:
Colla armosq; lauãt: gemitu nemus omne remu-
Haud aliter Tros Æneas & Daunius heros
Concurrunt clypeis: ingens fragor æthera complet.
Iuppiter ipse duas æquato examine lances
Sustinet, & fata imponit diuersa duorum:
Quem damnet labor, & quo vergant pondere lethum.
Emicat hic, impune putans, & corpore toto
Altè sublatum consurgit Turnus in ensem:
Et ferit, exclamant Troes, trepidique Latini:
Arrectæq; amborum acies. at perfidus ensis
Frangitur, in medióque ardentem deserit ictu,
Ni fuga subsidio subeat. fugit ocyor Euro,
Vt capulum ignotũ dextrámque aspexit inermẽ.
Fama est, præcipitem, quum prima in prælia iunctos
Conscendebat equos, patrio mucrone relicto,
Dum trepidat, ferrum aurigæ rapuisse Metisci.
Idque diu, dum terga dabant palantia Teucri,
Suffecit: posiquam arma dei ad Vulcania ventum est.
Mortalis mucro, glacies ceu futilis, ictu
Dissiluit: fulua resplendent fragmina arena.
Ergo amens diuersa fuga petit æquora Turnus,
Et nunc huc, inde huc incertos implicat orbes,
Vndique enim densa Teucri incluſere corona:
Atque hinc vasta palus, hinc ardua mœnia tingunt.
Nec 1 minus Æneas (quanquã 2 tardãte sagitta
Interdum genua impediunt, cursumq; recusant)
Insequitur: trepidique pedẽ pede feruidus vrget.
Inclusum veluti si quando in flumine nactus
Ceruum, aut puniceæ septum formidine pennæ,
Venator cursu canis & latratibus instat.
Ille autem insidiis & ripa territus alta,
Mille fugit refugitque vias: at vividus Vmber
Hæret hians: tam iãq; tenet, similisque tenenti
Increpuit malis, morsúque elusus inani est.
Tum verò exoritur clamor, ripæq;, lacúsque
Responsant circa, & cœlũ tonat omne tumultu.
Ille simul fugiẽs, Rutulos simul increpat omnes,
Nomine quẽq; vocans, notúmq; efflagitat ensem,
Æneas mortem contrà præsensque minatur
Exitium, si quisquã adeat, terrétque trementes,
Excisurum vrbem minitans, & sauciis instat.
Quinque orbes explent cursu, totidémq; retexunt
Huc illuc: 3 nec enim leuia aut ludiera petuntur
Præmia, sed Turni de vita & sanguine certant.
Fortè sacer Fauni foliis oleaster amaris
Hic steterat, nautis olim venerabile lignum:
Seruati ex vndis vbi figere dona solebant
Laurenti diuo, & 4 votas suspendere vestes:
Sed stirpem Teucri nullo discrimine sacrum
Sustulerant, puro vt possent concurrere campo.
Hic hasta Æneæ stabat: huc impetus illam
Detulerat fixam, & lenta in radice tenebat.
Incubuit, voluitque manu conuellere ferrum
Dardanides, teloque sequi quem prendere cursu
Non poterat. tũ verò amens formidine Turnus,
Faune precor, miserere, inquit: túque optima ferTerra tene: colui vestros si semper honores, (rum
Quos contra Æneadæ bello fecere profanos.
Dixit: opémque dei non cassis in vota vocauit.
Nanque diu luctans, lentóque in stirpe moratus,
Viribus haud vllis valuit discludere morsus
Roboris Æneas. dum nititur acer, & instat,
Rursus in aurigæ faciem mutata Metisci
Procurrit, fratrique ensem dea Daunia reddit.
Quod Venus audaci Nymphæ indignata licere,
Accessit, telúmque alta ab radice reuellit.
Olli sublimes, armisque animisq; refecti
Hic gladio fidens, hic acer & arduus hasta,
5 Assistunt contrà, 6 certamine Martis anheli.
Iunonem interea rex omnipotentis olympi

1 al. decernere 2 al. veluti. 3 al. sylua.
4 al. imperet.

1 al. Non. 2 al. tardata.
3 al. neque. 4 al. notas. 5 al. Insistant.
6 al. certamina.

Alloqui-

Alloquitur, fulua pugnas de nube tuentem.
Quæ iam finis erit, coniux? quid deniq; restat?
Indigetem Æneam scis ipsa & scire fateris
Deberi cœlo fatisq; ad sidera tolli.
Quid struis? aut qua spe gelidis in nubib. hæres?
Mortalin' decuit violari vulnere diuum?
Aut ensem (quid enim sine te Iuturna valeret?)
Ereptum reddi Turno, & vim crescere victis?
Desine iam tandem, precibusq; inflectere nostris:
Nec te tantus edat tacitam dolor, & mihi curæ
Sæpe tuo dulci tristes ex ore recursent.
Ventum ad supremum est, terris agitare vel vndis
Troianos potuisti infandum accendere bellum,
Deformare domum, & luctu miscere hymenæos:
Vlterius tentare veto. Sic Iuppiter orsus:
Sic dea submisso contrà Saturnia vultu,
Ista quidē quia nota mihi tua magne voluntas
Iuppiter, & Turnum & terras inuita reliqui.
Nec tu me aeria solam nunc sede videre
Digna indigna pati: sed flammis cincta sub ipsa
Starem acie, traherémque inimica in prælia Teucros.
Iuturnam misero (fateor) succurrere fratri
Suasi, & pro vita maiora audere probaui:
Non vt tela tamen, non vt contenderet arcum.
Adiuro Stygij caput implacabile fontis:
Vna superstitio superis quæ reddita diuis.
Et nunc cedo equidem, pugnasq; exosa relinquo.
Illud te: nulla fati quod lege tenetur,
Pro Latio obtestor, pro maiestate tuorum:
Quum iam connubiis pacem felicibus (esto)
Component quum iam leges & fœdera iungent:
Ne vetus indigenas nomen mutare Latinos,
Neu Troas fieri iubeas, Teucrosq; vocari:
Aut vocem mutare viros, aut vertere vestes,
Sit Latium, sint Albani per secula reges:
Sit Romana potens Itala virtute propago:
Occidit, occideritq; sinas cum nomine Troia:
Olli subridens hominum rerumq; repertor,
Et germana Iouis, Saturniq; altera proles:
Irarum tantos voluis sub pectore fluctus.
Verùm age, & inceptum frustra summitte furorē:
Do quod vis: & me victusq; volensq; remitto.
Sermonem Ausonij patrium moresq; tenebunt:
Vtq; est, nomen erit: commisti corpore tantùm
Subsident Teucri morem rituq; sacrorum
Adiiciam: faciamq; omnes vno ore Latinos.
Hinc genus, Ausonio mixtum quod sanguine surget,
Supra homines, supra ire deos pietate videbis.
Nec gens vlla tuos æquè celebrabit honores.
Annuit his Iuno, & mentem lætata retorsit,
Interea extedit cœlo, nubemq; reliquit.
His actis, aliud genitor secum ipse volutat:
Iuturnamq; parat fratris dimittere ab armis.
Dicuntur geminæ pestes, cognomine Diræ:
Quas & tartarea Nox intempesta Megæram
Vno eodemq; tulit partu: paribusq; reuinxit
Serpentum spiris, ventosasq; addidit alas,
Hæ Iouis ad solium sæuiq; in limine regis
Apparent, acuúntq; metum mortalibus ægris:
Siquando lethũ horrificum morbósque deum rex
Molitur, meritas aut bello territat vrbes.
Harum vnam celerem demittit ab æthere summo
Iuppiter: inq; omen Iuturnæ occurrere iussit.
Illa volat, celeriq; ad terram turbine fertur:
Non secus ac neruo per nubem impulsa sagitta,
Armatam sæui Parthus quam felle veneni,
Parthus siue Cydon, telum immedicabile, torsit
Stridens, & celeres incognita transilit vmbras.
Talis se sata Nocte tulit, terrasq; petiuit.
Postquã acies videt Iliacas, atq; agmina Turni,
Alitis in paruæ subitò collecta figuram:
Quæ quondam in bustis aut culminibus desertis
Nocte sedens, serũ canit importuna per vmbras:
Hanc versa in faciem, Turni se pestis ad ora
Fertq; refertq; sonans: clypeumq; euerberat alis.
Illi membra nouus soluit formidine torpor:
Arrectæq; horrore comæ, & vox faucibus hæsit.
At procul vt diræ stridorem agnouit & alas,
Infelix crines scindit Iuturna solutos,
Vnguibus ora soror fœdans, & pectora pugnis,
Quid nunc te tua Turne potest germana iuuare?
Aut quid iã misera superat mihi? qua tibi lucē
Ante morer? talin' possim me opponere monstro?
Iam iam linquo acies, ne me terrete timentem
Obscœnæ volucres: alarum verbera nosco.
Letha lemq; sonum. nec fallunt iussa superba
Magnanimi Iouis hæc pro virginitate reponit?
Quò vitam dedit æternã? cur mortis adempta est
Conditio? possem tantos finire dolores
Nunc certè, & misero fratri comes ire per vmbras.
Iam mortalis ego. haud quicquam mihi dulce meorum
Te sine frater erit. ô quæ satis ima dehiscat
Terra mihi, manesq; deam demittat ad imos.
Tantum effata, caput glauco contexit amictu,
Multa gemens, & se fluuio dea condidit alto.
Æneas instat contrà, telúmque coruscat
Ingens arboreum: & sæuo sic pectore fatur,
Quæ nunc deinde mora est? aut quid iam Turne retractas?
Non rursus, sæuis certandum est cõminus armis.
Verte omnes tete in facies, & contrahe quicquid
Siue animis siue arte vales: opta ardua pennis
Astra sequi, clausumq; caua te condere terra.
Ille, caput quassans, Non me tua feruida terrent
Dicta ferox: dij me terrent, & Iuppiter hostis.
Nec plura effatus, saxum circumspicit ingens:
Saxum antiquum, ingens, cãpo qui fortè iacebat
Limes agro positus, litem vt discerneret aruis.
Vix illud lecti bis sex ceruice subirent,
Qualia nunc hominum producit corpora tellus,
Ille manu raptum trepida torquebat in hostem
Altior insurgens & cursu concitus heros.
Sed neque currentem se nec cognoscit euntem,

1 al. Mortalem & diuũm. 2 al. magna.
3 al. exorsa. 4 al. commixto.

1 al. dura.

Tollêt ém ve manu saxúmque immane mouentẽ.
Genua labant, gelidus concreuit frigore sanguis.
Tum lapis ipse viri vacuum per inane volutus,
Nec spatium euasit totum, nec pertulit ictum.
Ac velut in somnis oculos vbi languida pressit
Nocte quies, nequicquam auidos extendere cursus
Velle videmur, & in mediis conatibus aegri
Succidimus: non lingua valet, non corpore notæ
Sufficiunt vires: nec vox nec verba sequuntur:
Sic Turno (quacunque viam virtute petiuit)
Successum dea dira negat. tum pectore sensus
Vertuntur varij: Rutulos aspectat & vrbem,
Cũctatúrque metu, telúmque instare tremiscit.
Nec quò se eripiat, nec qua vi tendat in hostem:
Nec currus vsquam videt, aurigámque sororem.
Cunctanti telum Æneas fatale coruscat,
Sortitus fortunam oculis & corpore toto
Eminus intorquet. murali concita nunquam
Tormento sic saxa fremunt, nec fulmine tanti
Dissultant crepitus, volat atri turbinis instar
Exitium dirum hasta ferens, oráque recludit
Lorica, & clypei extremos septemplicis orbes
Per medium stridẽs transit femur. incidit ictus
Ingens ad terram duplicato poplite Turnus.
Consurgunt gemitu Rutuli, totúsque remugit
Mons circùm, & vocem latè nemora alta remittunt.
Ille humilis, supplexque, oculos dextrámque precantem
Protendens, Equidem merui, nec deprecor (inquit)
Vtere sorte tua. miseri te si qua parentis
Tangere cura potest, oro (fuit & tibi talis
Anchises genitor) Dauni miserere senectæ:
Et me seu corpus spoliatum lumine mauis,
Redde meis. victum & victum tendere palmas
Ausonij vidêre: tua est Lauinia coniux.
Vlterius ne tende odiis. Stetit acer in armis
Æneas, voluens oculos, dextrámque repressit.
Et iam iámque magis cunctantẽ flectere[1] sermo
Cœperat, infelix humero quum apparuit ingens
Balteus, & notis fulserunt cingula bullis
Pallantis pueri: victum quem vulnere Turnus
Strauerat, atque humeris inimicum insigne gerebat.
Ille oculis postquam sæui monimenta doloris
Exuuiásque hausit: furiis accensus, & ira
Terribilis, Túne hinc spoliis indute meorum
Eripiare mihi? Pallas te hoc vulnere, Pallas
Immolat, & pœnam scelerato ex sanguine sumit.
Hoc dicens, ferrum aduerso sub pectore condit
Feruidus. ast illi soluuntur frigore membra,
Vitáque cũ gemitu fugit indignata sub vmbras.

[1] al. mente.

HORATII VITA, PER PETRVM CRINITVM LIB. III. DE POETIS LATINIS.

Q. Horatius Flaccus in Venusio Apuliæ oppido natus est Patrem habuit libertini generis: vnde illud,

Quem rodunt omnes libertino patre natum.

Pro certo habetur, eius natalem fuisse duobus circiter annis ante coniurationem L. Sergij Catilinæ. quo tempore celebres erant in ciuitate, ex poetis, Valerius Catullus, Licinius Caluus, & Heluius Cinna: ex oratoribus, M. Cicero, Q. Hortensius, & Q. Catulus: ex philosophis, Varro Terentius, & Figulus Nigidius. Orbilium Beneuentam (vt constat) à puero audiuit, quem appellat alicubi plagosum: ac mirum quàm breui tempore in bonis literis profecerit. Ingenio enim facili & auidissimo fuisse traditur in capiendis optimis disciplinis. Vbi autem satis visus est nauasse operam Latinis studiis, Athenas se cõtulit, vt philosophorum præceptis liberius incumberet. Maximéque Epicureorum placita videtur probasse: vt illud vrbane dictum testatur,

Me pinguem & nitidum bene curata cute vises.
Quum ridere voles Epicuri de grege porcum.

Moribus fuisse dicitur subobscœnis, & ad bilem interdũ paulo excitatior: adeo erga amicos gratus atque officiosus, vt nobiliorum etiam studiis & gratia clarior in dies ac nobilior esset. Nam primò dignitatem tribunitiam honestis suffragiis est adeptus, & Romanæ legioni præpositus: quod ipse de se scribit. Amicos verò habuit, ex poetis, Albium Tibullum, Quintilium Varum,

cuius

En las paginas siguientes hasta la pagina
823. estaban las obras de Horacio, y
la vida de Tito Valpio, y sus fragmentos
y algun muchacho mal inclinado las
quitó, y arrancó sus quadernos, y asi destru
yo este tomo,

TITI VALGII VETERVM AC RECENTIORVM SCRIPTORVM TESTIMONIA.

Ex Tibullo.

Est tibi qui possit magnis se accingere rebus
Valgius: æterno propior non alter Homero.

Ex Seneca, epist. 51.

Tu istic habes Ætnam, illum nobilissimum Siciliæ montem, quem quare dixerit Messala vnicum, siue Valgius (apud vtrumque enim legi) nõ reperio, cùm plurima loca euomant ignem, non tantùm edita, quòd crebrius euenit, videlicet quia ignis in altissimum effertur, sed etiam iacentia.

TITI VALGII FRAGMENTA QVÆ EXTANT.

Sed nos ante casam tepidi mulgaria lactis
Et sinum vini cessamus fundere Baccho.
Hîc mea me longo succedens prora remulco
Lætantem gratis sistit in hospitijs.
Situ rugosa rotunda margarita.

ALBII TIBVLLI VITA EX LIBRO III. DE POETIS LATINIS PET. CRINITI.

ALBIVS Tibullus Romæ, vt creditur, natus Hircio & Pansa Coss. qui annus etiam Nasonis poetæ natalibus insignis fuit: nam vterque Consul cum ad liberandum Brutum apud Mutinam mitteretur, fugato Antonio occisus est: parentes habuit ex equestri ordine, bello & pace satis illustres: is autem Tibullus, quòd ingenio facili, & egregia forma foret, nobiliores etiam ciuitatis sibi conciliauit: in quorum numero fuit Messala Coruinus, qui mira diligentia, & assiduis officijs poetam Tibullum fouit. Itaque sui studiosum vocat eum Tibullus, & insigni carmine laudes eiusdem ac virtutem celebrauit. Neq; illud ignoratur, cùm in eiusdem Messalæ comitatu in prouinciam Phæacum pergeret, in aduersam eum valetudinem incidisse: ex quo tali carmine fidem suam atque fortunam voluit posteris commendare:

Hîc iacet immiti consumptus morte Tibullus,
Messalam terra dum sequitúrque mari.

Horatium quoque Flaccum & Macrum poëtam, qui de herbis libros conscripsit, familiariter dilexit. Eúmq; hortatur vt relictis castris, & militia, ad amores, & Veneres redeat. Albius enim Tibullus in amoribus & deliciis (vt appareret) paulò procliuior fuit, vt qui Marathum, & Cherinthum pueros maximo affectu dilexerit, sicuti Deliam, Sulpitiam, Neram, & Nemesim, de cuius forma & moribus frequens in veterum libris mentio est, vnde ilud notum:

Vsst amatorem Nemesis lasciua Tibullum,
In tota iuuit quem nihil esse domo.

Sed & L. Apuleius quo loco de amoribus differit apud Claudium Maximum proconsulem, fictum Deliæ nomen à poeta Tibullo refert, cum Plaucia vocaretur. Quinetiam Flaccus liberè illum hortatur amicitiæ nomine, vt forti ani-

mo & constanti, immitis Glycerę fastum, & insolentiam perferat, tum aliorum exemplo discat, quanta sit in amore varietas. in scribendo autem carmine, Cassio Parmensi eundem præponit, quo loco suorum sermonum iudicem facit, bonáque animi & corporis illi adscribit:

Albi nostrorum sermonum candide iudex,
Non tu corpus eras sine pectore: dij tibi formam,
Dij tibi diuitias dederant, artémque fruendi.
Quid vouеat dulci nutricula maius alumno,
Quàm sapere, & fari possit quæ sentiat, & cui
Gratia, fama, valetudo, contingat abundè,
Et mundus victus non deficiente crumena.

Is verò Tibullus in carmine ad Messalam, copiosè ostendit, parum sibi licere in ocio versari, quòd ipsa fortunę iniquitas, nimiũ illi obfuisset, & cùm satis illi opes florerent, conditione temporum factum vt ad paupertatẽ redigeretur.

Cui fuerant flaui ditantes ordine sulci,
Horrea fœcundis indeficientia mensis:
Cuique pecus denso pascebant agmine colles,
Et domino satis, & nimium furique lupóque,
Nunc desiderium superest.

Libros quatuor Elegiarum siue Amorum composuit, in quibus facilè probatur quàm elegans, & candidũ sit eius carmen, vt in eiusmodi caloribus describendis Latinos omnes videatur superasse, tum affectibus exprimendis, tum suauitate ingenij, quod ipsum & Fab. Quintilianus ad Marcellum Victorium refert, cùm poetam Tibullum & elegantem imprimis, ac tersum existimarit. Obiit autem cùm adhuc iunior esset, neque sine maximo mœrore Ouidij poetæ, quod ille testatus est longo carmine: in quo probatur quanta literarũ iactura Tibullus occiderit, eoque molestior fuit eius interitus, quo immaturior visus est. In eius verò funere & parens & soror pietatis officium præstiterunt, quod & Nemesis & Delia pari animo fecerunt, sicuti ab Ouidio refertur, vulgatúmque est illud de elegantia, & carmine Tibulli:

Donec erunt ignes, arcúsque Cupidinis arma,
Discentur numeri, culte Tibulle, tui.

ALBII TIBVLLI EQVITIS ROMANI OPERA QVÆ REPERIVNTVR, LIBER I.

ELEGIA I.

DIVITIAS alius fuluo sibi congerat auro,
Et teneat culti iugera multa soli.
Quem labor adsiduus vicino terreat hoste:
Martia cui somnos classica pulsa fugent.
Me mea paupertas vitæ traducat inerti,
Dum meus 1 exiguo luceat igne focus:
Nec spes deficiat, sed frugum semper aceruos
Præbeat, & pleno pinguia musta lacu.
Ipse seram teneras maturo tempore vites
Rusticus, & facili grandia poma manu.
Nec tamen interdum pudeat tenuisse bidentem.

1 al. assiduo.

Aut

Aut ſtimulo tardos increpuiſſe boues.
Non agnamve ſinu pigeat fœtumve capellæ
Deſertum oblita matre referre domum.
Hic ego paſtoremque meum luſtrare quotannis,
Et placidam ſoleo ſpargere lacte Palem.
Nam veneror, ſeu ſtipes habet deſertus in agris,
Seu vetus in triuio florea ſerta lapis.
Et quodcunque mihi pomum nouus educat annus,
Libatum 1 agricolæ ponitur ante 2 Deo.
Flaua Ceres, tibi ſit noſtro de rure corona
Spicea, quæ templi pendeat ante fores.
Pomoſiſque ruber cuſtos ponatur in hortis,
Terreat vt ſæua falce Priapus aues.
Vos quoque felicis quondam, nunc pauperis 3 agri
Cuſtodes fertis munera veſtra, Lares.
Tunc vitula innumeros luſtrabat cæſa iuuencos:
Nunc agna exigui eſt hoſtia 4 magna ſoli.
Agna cadet vobis: quam circum ruſtica pubes
Clamet: Io meſſes, & bona vina date.
Adſitis, Diui, nec vos è paupere menſa
Dona, nec è 5 paruis ſpernite fictilibus.
Fictilia antiquus primum fecit agreſtis
Pocula de facili, compoſuit que luto,
At vos exiguo pecori fureſque, lupique
Parcite. de magno eſt præda petenda grege.
Non ego diuitias patrum fructuſque requiro
Quos tulit 6 antiquo condita meſſis auo.
Parua ſeges ſatis eſt, ſatis eſt requieſcere lecto,
7 Sic licet, & ſolo membra leuare toro.
Quam iuuat immites ventos audire cubantem,
Et dominam tenero continuiſſe ſinu:
Aut gelidas hibernus aquas quum fuderit Auſter,
Securum ſomnos 8 imbre iuuante ſequi.
Hoc mihi contingat. ſit diues iure, furorem
Qui maris, & 9 triſtes ferre poteſt pluuias.
Iam modo non poſſum contentus viuere paruo,
Nec ſemper longæ deditus eſſe viæ:
Sed Canis æſtiuos ortus vitare ſub vmbra
Arboris, ad riuos prætereuntis aquæ.
O quantum eſt auri pereat, potiuſque ſmaragdi,
Quam fleat ob noſtras vlla puella vias.
Te bellare decet terra, Meſſala, marique,
Vt domus hoſtiles præferat exuuias.
Me retinent vinctum formoſæ vincla puellæ,
Et ſedeo duras ianitor ante fores.
Non ego laudari 10 cupio, mea Delia tecum
Dum modo ſim, quæſo ſegnis, inerſque vocer.
Ipſe boues, mea, 11 ſim tecum modo, Delia, poſſim
Iungere, & in ſolo paſcere monte pecus.
Et, te dum teneris liceat retinere lacertis,
Mollis & inculta ſit mihi ſomnus humo.

1 al. *agricolam* Mur. al. *agricolas* 2 al. Deum vel Deos: 3 al. horti. 4 al. parua. 5 al. puris. 6 al. antiqua. 7 al ſcilicet.
8 Hæc eſt priſca lectio non ignæ vt vulgatæ editiones.
9 al. cœli nubila ferre poteſt.
10 al. curo. 11 al. ſi tecum modo Delia.

Quid Tyrio recubare toro ſine amore ſecundo
Prodeſt, quum fletu nox vigilanda venit?
Nã neque tum plumæ, nec ſtragula picta ſoporẽ,
Nec ſonitus placidæ ducere poſſit aquæ.
Ferreus ille 1 fuat, qui, te quum poſſit habere,
Maluerit prædas ſtultus, & arma ſequi.
Ille licet Cilicum victas agat ante catenas,
Ponat & in capto Martia caſtra ſolo:
Totus & argento contextus, totus & auro
Inſideat celeri conſpiciendus equo.
Te ſpectem, ſuprema mihi quum venerit hora.
2 Te teneam moriens deficiente manu.
Flebis & arſuro poſitum me, Delia, lecto,
Triſtibus & lacrimis oſcula miſta dabis.
Flebis, non tua ſunt duro præcordia ferro
Vincta, nec in tenero ſtat tibi corde ſilex.
Illo non iuuenis poterit de funere quiſquam
Lumina, non virgo ſicca referre domum.
Tu manes ne læde meos: ſed parce ſolutis
Crinibus, & teneris, Delia, parce genis.
Interea, dum fata ſinunt, iungamus amores.
Iam veniet tenebris mors adoperta caput.
Iam ſubrepet iners ætas, nec amare decebit,
Dicere nec cano blanditias 3 capite.
Nunc leuis eſt tractanda Venus: dum frangere poſtes
Non pudet, & rixas inſeruiſſe iuuat.
Hic ego dux miles que bonus. vos ſigna, tubæq;
Ite procul. cupidis vulnera ferte viris.
Ferte & opes, ego compoſito ſecurus acerno
Dites deſpiciam, deſpiciamque famem.

ELEGIA II.

ADDE merum, vinoque 4 nouos compeſce 5 dolores,
Occupet vt feſſi lumina victa ſopor.
Neu quiſquã multo 6 perfuſum tempora Baccho
Excitet, infelix dum requieſcat 7 amor.
Nam poſita eſt noſtræ cuſtodia ſæua puellæ,
Clauditur & dura ianua firma ſera.
Ianua difficilis 8 domini, te verberet imber,
Te Iouis imperio fulmina miſſa petant.
Ianua iam pateas vni mihi victa querelis,
Neu furtim verſo cardine aperta ſones.
Et mala ſi qua tibi dixit dementia noſtra,
Ignoſcas. capiti ſint precor illa meo.
Te meminiſſe decet quæ plurima voce peregi
Supplice, quum poſiti florida ſerta darem.
Tu quoque ne timide cuſtodes Delia falle.
Audendum eſt. Fortes adiuuat ipſa Venus.
Illa fauet, ſeu quis iuuenis noua limina tentat,
Seu reſerat fixo dente puella fores.
Illa docet furtim molli decedere lecto.
Illa pedem nullo ponere poſſe ſono.
Illa viro coram nutus conferre loquaces,
Blandaque compoſitis 9 abdere verba notis.

1 al. fuit, ſed perperam. 2 al Et.
3 al. capiti. 4 al. graues. 5 al. furores.
6 al. per caſſum. 6 al. amans.
8 quidam legunt dominæ.
9 al. addere.

Nec docet hoc oēs: sed quos nec inertia tardat,
Nec vetat obscura surgere nocte timor.
Nec sinit occurrat quisquam, qui corpora ferro
Vulneret, aut rapta præmia veste petat.
Quisquis amore tenetur, eat tutúsque sacerque
Qua libet. insidias non timuisse decet.
Non mihi pigra nocent hyberna frigora noctis,
Non mihi, quum multa decidit imber aqua.
Non labor hic læsit, referet modo Delia postes,
Et vocet ad digiti me taciturna sonum.
Parcite luminibus, seu vir, seu fœmina fias
Obuia. celari vult sua furta Venus.
Neu strepitu terrete pedum, neu quærite nomen,
Neu prope fulgenti lumina ferte face.
Siquis & imprudens aspexerit, occulat ille,
Perque Deos omneis se meminisse neget.
Nā fuerit quicunque loquax, is sanguine natam,
Is Venerem è rapido sentiet esse mari.
Nec tamen huic credet coniunx tuus, vt mihi verax
Pollicita est magico saga ministerio.
Hanc ego de cælo ducentem sidera vidi.
Fluminis hæc rapidi carmine vertit iter.
Hæc cantu finditque solum, manesque sepulchris
Elicit, & tepido deuocat ossa rogo,
Iam ciet infernas magico stridore cateruas,
Iam iubet aspersas lacte referre pedem.
Quum libet, hæc tristi depellit nubila cœlo:
Quum libet, æstiuo 1 conuocat orbe niues.
Sola tenere malas Medeæ dicitur herbas.
Sola feros Hecates perdomuisse canes.
Hæc mihi composuit cantus, queis fallere posses.
Ter cane, ter dictis despue carminibus.
Ille nihil poterit de nobis credere 2 cuiquam:
Non sibi, si in molli viderit 3 ipse toro.
Tu tamen abstineas aliis. nam cætera cernet
4 Omnia. de me vna sentiet esse nihil.
Quid credā? nempe hæc eadem se dixit amores
Cantibus, aut herbis soluere posse meos.
Et me lustrauit tædis, & nocte serena
Concidit ad magicos hostia pulla Deos.
Non ego, totus abesset amor, sed mutuus esset,
Orabam: nec te posse carere velim.

Cuncta dabant 1 reditus. tamen est deterrita nunquam,
Quin fleret, nostras respicerétque vias.
Ipse ego solator, quum iam mandata dedissem,
Quærebam tardas anxius vsque moras.
Aut ego sum caussatus aues. aut 2 omina dira
Saturni sacra me tenuisse die.
O quoties ingressus iter mihi tristia dixi
Offensum in porta signa dedisse pedem.
Audeat inuito ne quis discedere amore:
Aut sciat egressum se prohibente Deo.
Quid tua nūc Isis 3 tibi, Delia: quid mihi prosūt
Illa tua toties æra repulsa manu?
Quidve pie dum sacra colis, puréque lauari
Te memini, & puro secubuisse toro?
Nunc, dea, nunc succurre mihi, nam posse mederi
Picta docet templis multa tabella tuis.
4 Et mea votiuas persoluens Delia 5 noctes,
Ante sacras lino tecta fores sedeat.
Bisque die resoluta comas tibi dicere laudes
Insignis turba debeat in Pharia.
At mihi contingat patrios celebrare penates,
Redderéque antiquo menstrua thura Lari.
Quam bene Saturno viuebant rege prius, quam
Tellus in longas est patefacta vias.
Nondum cæruleas pinus contempserat vndas,
Effusum ventis præbuerátque sinum:
Nec vagus ignotis repetens compendia terris
Presserat externa nauita merce ratem.
Illo non validus subiit iuga tempore taurus:
Non domito frenos ore momordit equus:
Non domus vlla fores habuit: non fixus in agris,
Qui regeret certis finibus arua, lapis.
Ipsa mella dabant quercus, vltroque ferebant
Obuia securis vbera lactis oues.
Non acies, non ira fuit, non bella. nec 6 enses
Immitti sæuus duxerat arte faber.
Nunc Ioue sub domino cædes, & vulnera semper:
Nunc mare, nunc leti mille repente viæ.
Parce pater. timidum non me periuria terrent,
Non dicta in sanctos impia verba deos.
Quod si fatales iam nunc expleuimus annos,
Fac lapis in scriptis stet super ossa notis:
Hic iacet immiti consumptus morte Tibullus,
Messalam terra dum sequit vrque mari.
Sed me, 7 quod facilis tenero sum semper amori,
Ipsa Venus campos ducet in Elysios.
Hic choreæ, cantusque vigēt, passimq; vagantes
Dulce sonant tenui gutture carmen aues.
Fert casiam non culta seges, totóque per agros
Floret odoratis terra benigna rosis.
Ac iuuenum series teneris immista puellis
Ludit, & assidue prælia miscet Amor.
Illic est cuicunque rapax mors venit amanti.
Et gerit insigni myrtea serta coma.
At scelerata iacet sedes in nocte profunda
Abdita, quam circum flumina nigra sonant.

ELEGIA III. AD MESSALAM.

IBitis AEgeas sine me, Messala, per vndas,
O vtinam memores ipse, cohorsque mei.
Me tenet ignotis ægrum Phæacia terris.
Abstineas auidas mors modo nigra manus.
Abstineas, 5 mors atra, precor: nō hic mihi mater
Quæ legat in mœstos ossa peruста sinus.
Non soror, Assyrios cineri quæ dedat odores,
Et fleat effusis ante sepulchra comis:
Delia non vsquam, quæ me quū mitteret vrbe,
Dicitur ante omnes consuluisse Deos.
Illa sacras pueri sortes ter sustulit illi
Rettulit è triuiis 6 omina certa puer.

1 al. prouocat. 2 al. quicquam. 3 ipse thoro. 4 al. omina. 5 al mors precor atra. al. mors modo nigra al. mors violenta. 6 al. omnia.

1 al. reditum. 2 al. omnia. 3 al. mihi Scal. 4 al. vt. 5 al. voces, sed perperam. 6 al. ensem. 7 al. qui.

Tisiphe-

Tisiphonéque impexa feros pro crinibus angues
Sauit, & huc illuc impia turba fugit.
Tum niger in porta [1] Serpens: tum Cerberus ore
Stridet, & æratas excubat ante fores.
Illic Iunonem tentare Ixionis ausi
Versantur celeri noxia membra rota.
Porrectáque nouem, Tityus per iugera terræ
Adsiduas atro viscere pascit aues.
Tantalus est illic, & [2] circat stagna. sed acrem
Iam iam poturi deserit vnda sitim.
Et Danai proles, Veneris [3] quod numina lasit,
In caua lethæas dolia portat aquas.
Illic sit, quicunque meos violauit amores,
Optauit lentas & mihi militias.
At tu casta, precor, maneas, sanctique pudoris
Adsideat custos sedula semper anus.
Hæc tibi fabellas referat, positáque lucerna
Deducat plena stamina longa colo.
Ac circa grauibus pensis affixa puella
Paulatim somno fessa remittat [4] opus.
Tunc veniam subito, nec quisquã nunciet ante.
Sed videar cælo missus adesse tibi.
Tunc mihi qualis eris longos turbata capillos
Obuia nudato, Delia, curre pede.
Hoc precor. hunc illum nobis aurora nitentem
Luciferum roseis candida portet equis.

ELEGIA IV. AD PRIAPVM.

Sic vmbrosa tibi contingant tecta, Priape,
Ne capiti soles, ne noceántque niues:
Quæ tua formosos cœpit solertia? certe
Non tibi barba nitet, non tibi culta coma est.
Nudus & hiberni producis frigora bruma,
Nucus & æstiuis tempora sicca canis.
Sic ego: [5] tum Bacchi [6] respondet rustica proles,
Armatus curua sit mihi falce Deus.
Tu puero, quodcunque tuo tentare licebit.
[7] Cedas. Obsequio plurima vincit amor.
Sed ne te capiant, primo si forte negabit,
Tædia, paulatim sub iuga colla dabit.
Longa dies homini docuit parere leones,
Longa dies molli saxa perelit aqua.
Annus in apricis maturat collibus uuas,
Annus agit certa lucida signa vice.
Nec iurare time Veneris periuria venti
Irrita per terras, & freta summa ferunt.
Gratia magna Ioui: vetuit pater ipse valere,
Iurasset cupide quidquid ineptus amor.
Perque suas impune sinit Dictynna sagittas
Affirmes, crines perque Minerua suos.
[8] Ah si tardus eris, errabis. transiet ætas.
Quam cito non segnis it, remeatque dies.
Quam cito purpureos deperdit terra colores.
Quam cito formosas populus [9] ante comas.
Quam iacet infirmæ venêre vbi [10] fata senectæ,
Qui prior Elæo est carcere missus equus.

1 quidam Cod. habent, in turba. 2 al. circum. 3 al. quæ. 4 In quibusdam Codicibus est opus. 5 al. sic. 6 al. respondit. 7 al. Credas. 8 al. At. 9 recte non alta, 10 al. facta.

Vidi iam iuuenem, premeret quum serior ætas,
Mœrentem stultos præteriisse dies.
Crudeles diui, serpens nouus exuit annos.
Formæ non vllam fata dedere moram.
Solis æterna est Phœbo, Bacchoq; iuuenta:
Nam decet intonsus crinis vtrunq; deum.
Neu comes ire neges quamuis via longa paretur,
Et canis arenti torreat arua siti.
Quamuis prætexens picta ferrugine cælum,
Venturam admittat imbrifer arcus aquam.
Vel si cæruleas puppi volet ire per vndas,
Ipse leuem remo per freta pelle ratem.
Nec te pœniteat [1] duros subiisse labores,
Aut operi insuetas [2] adteruisse manus.
Nec, velit insidiis altas si claudere valles,
Dum placeas, humeri retia ferre negent.
Si volet arma, leui tentabis ludere dextra.
Sæpe dabis nudum, vincat vt ille, latus.
Tunc tibi mitis erit. rapias tum cara licebit
Oscula. pugnabit, sed tamen apta dabit.
Rapta dabit primo: post offeret ipse volenti.
Post etiam collo se implicuisse volet.
Heu male nũc artes miseras hæc sæcula tractant.
Iam tener assueuit munera velle puer.
Iam tua, qui Venerem docuisti vendere primus,
Quisquis es, infelix vrgeat ossa lapis.
Pieridas pueri, doctos & amate poetas.
Aurea nec superent munera Pieridas.
Carmine purpurea est Nisicomæ. carmina ni sint,
Ex humero Pelopis non nituisset ebur.
Quem referent Musæ, viuet: dum robora tellus,
Dum cœlum stellas, dum vehet amnis aquas.
At qui non audit Musas, qui vendit Amorem:
Idæa currus ille sequatur Opis.
Et ter centenas erroribus expleat vrbes,
Et secet ad Phrygios vilia membra modos.
[3] Blanditiis vult esse locum Venus ipsa querelis.
Supplicibus miseris [4] fletibus illa fauet.
Hæc mihi, quæ [5] cauerem Titio, Deus edidit ore,
Sed Titium coniunx hæc meminisse vetat:
O fuge te teneræ puerorum credere turbæ.
Nam causam iusti semper amoris habent.
Hic placet, angustis quod equum compescit habenis.
Hic placidam niueo pectore pellit aquam.
[6] Hic, quia fortis adest audacia, cœpit. at illi
Virgineus teneras stat pudor ante genas.
Pareat ille suæ. vos me celebrate magistrum,
Quos male habet multa callidius arte puer.
Gloria cuiq; sua est. me, qui spernentur amantes,
Consultent. cunctis ianua nostra patet.
Tempus erit, quum me Veneris præcepta ferentem
Deducat iuuenum sedula turba senem.
Eheu quam Marathus lento me torquet amore.
Deficiunt artes, deficiuntq; doli.

1 al. duro subiisse labori. 2 attenuasse. 3 non Blanditiis. 4 al. flentibus. 5 non cauerem. 6 al. Hunc.

Parce puer quæso, ne turbis fabula fiam:
Quum mea 1 *videbunt vana magisteria.*

ELEGIA V.

Asper eram, & benè dissidium me ferre loquebar.
At mihi nunc longe gloria fortis abest. (hem,
Nāq; agor, vt per plana citus sola verbere 2 *tur-*
Quem celer assueta versat ab arte puer.
Vre ferum, & torque: 3 *libeat ne dicere quicquam*
Magnificum 4 *posthac, horrida verba doma.*
Parce tamen, per te furtiui fœdera lecti,
Per Venerem quæso compositumque caput.
Ille ego, quum tristi morbo defessa iaceres,
Te dicor votis eripuisse meis.
Ipseque te circum lustraui sulfure puro,
Carmine quum magico 5 *procubuisset anus.*
Ipse procuraui, ne possent sæua nocere
Somnia, ter sancta deueneranda mola.
Ipse ego velatus fio, tunicisque solutus
Vota nouem 6 *Triuiæ nocte silente dedi.*
Omnia persolui. fruitur nunc alter amore,
Et precibus felix vtitur ille meis.
At mihi felicem vitam, si 7 *salua fuisses,*
Fingebam demens, sed renuente Deo.
Rura colam, frugumque aderit mea Delia custos,
Area dum messes sole 8 *calente teret.*
9 Aut mihi seruabit plenis in lintribus vuas,
Pressaque veloci candida musta pede.
Consuescet numerare pecus, consuescet amantis
Garrulus in dominæ ludere verna sinu.
Illa Deo sciet agricolæ pro vitibus vam,
Pro segete spicas, pro grege ferre dapem:
Illa regat cunctos, illi sint omnia curæ,
Et iuuet in tota me nihil esse domo.
Huc veniet Messala meus, cui dulcia poma
Delia selectis detrahet arboribus.
Et tantum venerata virum, hunc sedula curet,
Huic paret, atque epulas ipsa ministra gerat.
Hæc mihi fingebam quæ nunc Cauruſq; Notuſq;
Iactat odoratos vota per Armenios.
Num Veneris magnæ violaui numina verbo?
Et mea nunc pœnas impia lingua luit?
Num feror incestus sedes adiisse Deorum,
Sertaque de sanctis deripuisse focis?
Non ego tellurem genibus perrepere supplex,
Et miserum sancto tundere poste caput:
Non ego, si merui, dubitem procumbere templis,
Et dare sacratis oscula luminibus.
At tu, qui lætus rides mala nostra, caueto
Mox tibi, non vnus sæuiet vsque Deus.
Vidi ego, qui iuuenum miseros lusisset amores,
Post Veneris vinclis subdere colla senem.
Et sibi blanditias tremula componere voce,
Et manibus canas fingere velle comas.

1 al. videbunt. 2 non *turbo* 3 al. liceat nec.
4 al. post hæc. 5 al. præcinuisset.
6 al. Veneri 7 al. falsa. 8 al. cadente.
9 al. Hæc.

Stare nec ante fores puduit, caræve puellæ
Ancillam medio detinuisse foro.
Hunc puer, hunc iuuenis turba 1 *circumstrepit arcta.*
Desuit in molles & sibi quisque sinus.
At mihi parce, Venus. semper tibi dedita seruiit
Mens mea. quid messes vris acerba tuas.

ELEGIA VI.

Sæpe ego tentaui curas depellere vino.
At dolor in lacrimas verterat omne merū.
Sæpe aliam tenui, sed iam quum gaudia adirem,
Admonuit dominæ, deseruitq; Venus.
Tunc me discedens deuotum fœmina dixit.
Et pudet heu, narrat, scire nefanda mea.
Non facit hoc verbis. facie teneriſq; lacertis
Deuouet, & flauis nostra puella comis.
Talis ad Æmonium Nereis Pelea quondam
Vecta est frenato cærula pisce Thetis.
Hæc nocuere mihi, quod adest huic diues amator.
Venit in exitium callida lena meum.
Sanguineas edat illa dapes, atque ore cruento
Tristia cum multo pocula felle bibat.
Hanc volitent animæ circum sua fata querentes
Semper, & è tectis strix violenta canat.
Ipsa fame stimulante furens 2 *herbasq; sepulchris*
Quærat, & à sæuis ossa relicta lupis.
Currat & inguinibus nudis, vluletq; per vrbes.
Post agat 3 *à triuijs aspera turba canum.*
Eueniet. dat signa Deus. sunt numina amanti.
Sæuit, & iniusta lege relicta Venus.
At tu quamprimum saga præcepta rapacis
Desere. nam donis vincitur omnis amor.
Pauper erit præsto tibi, præsto pauper adibit
Primus, & in tenero fixus erit latere.
Pauper in angusto fidus comes agmine turbæ
Subijcietq; manus, efficietq; viam.
Pauper ad occultos furtim 4 *deducit amicos,*
Vinclaq; de niueo detrahit ipse pede.
Heu canimus frustra, nec verbis victa patescit
Ianua, sed plena est percutienda manu.
At tu qui potior nunc es, mea furta caueto.
Versatur celeri fors leuis orbe cito.

ELEGIA VII.

Semper vt inducas, blandos offers mihi vultus,
Post tamen es misero tristis & asper Amor.
Quid tibi sæuitiæ mecū est? an gloria magna est,
Insidias homini compo suisse Deum?
5 Iam mihi tenduntur casses. iam Delia furtim
Nescio quem tacita callida nocte fouet.
Illa quidem tam multa negat: sed credere durum est.
Sic etiam de me pernegat vsque viro.
Ipse miser docui, quo posset ludere pacto
Custodes. eheu nunc premor arte mea.
Fingere nunc didicit caussas, quur sola cubaret:

1 al. circumstetit. 2 al. escasque.
3 al. hanc. al. è 4 al. deducet.
5 al. Nam.

Car-

Cardine nunc tacito vertere posse fores.
Tum succos herbasq; dedi, queis liuor abiret,
Quem facit impresso mutua dente Venus.
At tu fallacis coniunx incaute puellæ,
Me quoque seruato peccet vt illa nihil.
Neu iuuenes celebret multo sermone caueto,
Neve cubet laxo pectus aperta sinu:
Neu te deciptat nutu, digitoq; liquorem
Ne trahat, & mensæ ducat in orbe notas.
Exibit quam sæpe, time: seu visere dicet
Sacra bonæ matris non adeunda Deæ.
At mihi si credas, illam sequar vnus [1] ad aram.
Tunc mihi non oculis sit timuisse meis.
Sæpe velut gemmas eius signumq; probarem.
Per caussam memini me tetigisse manum.
Sæpe mero somnum peperi tibi. at ipse bibebam
Sobria supposita pocula victor aqua.
Non ego te læsi prudens: ignosce fatenti.
Iussit Amor. Contra quis ferat arma Deos?
Ille ego sum, nec me iam dicere vera pudebit,
Instabat tota cui tua nocte canis.
Non frustra quidam iam nunc in limine perstat
Sedulus, ac crebro prospicit, ac refugit:
Et simulat transire domum: mox deinde recurrit
Solus, & ante ipsas excreat vsque fores.
Nescio quid furtiuus amor parat. vtere quæso
Dum licet. in liquida nat tibi linter aqua.
Quid tenera tibi coniuge opus, tua si bona nescit
Seruare? frustra clauis inest foribus.
Te tenet, absentes alios suspirat amores,
Et simulat subito condoluisse caput.
At mihi seruandam credas. non sæua recuso
Verbera. detecto non ego vincla pedum.
Tunc procul absitis quisquis colit arte capillos,
Effluit effuso cui toga [2] laxa sinu.
Quisquis & occurret, ne possit crimen habere,
Stet procul, aut alia stet procul ante via.
Sic fieri iubet ipse Deus. sic magna sacerdos
Est mihi diuino vaticinata sono.
Hæc vbi Bellonæ motu est agitata, nec acrem
Flammam, non & amans verbera torta timet.
Ipsa bipenne suos cædit violenta lacertos,
Sanguineq; effuso spargit inulta Deam.
Statq; latus præfixa veru, stat saucia pectus:
Et canit euentus, quos dea magna monet.
Parcite, quam custodit Amor, violare puellam:
Ne pigeat magno post didicisse malo.
Attigerit, labentur opes: vt vulnere nostro
Sanguis, vt hic ventis diripitúrque cinis.
Et tibi nescio quas dixit, mea Delia, pœnas.
Si tamen admittas, sit precor illa leuis.
Non ego te propter parco tibi, sed tua mater
Me [3] monet, atque iras aurea vincit anus.
Hæc mihi te adducit tenebris, multoq; timore
Coniungit nostras clam taciturna manus.
Hæc foribusq; manet noctu me affixa, proculq;
Cognoscit strepitus me veniente pedum.
Viue diu, [4] mi dulcis anus: proprios ego tecum,
Sit modo fas, annos contribuisse velim.
Te semper, natamq; tuam te propter amabo.
Quicquid agit, sanguis est tamen illa tuus.
Sit modo casta doce, quanuis non vitta ligatos
Impediat crines, nec stola longa pedes.
Et mihi sint duræ leges, laudare nec vllam
Possim ego, quin oculos appetat illa meos. [1]
Et si quid peccasse putor, ductérque capillis
Immerito, [2] properas propiariq; vias.
Non ego te pulsare velim, sed venerit iste
Si furor, optarim non habuisse manus.
Ne sæuo sis casta metu. sed mente fideli [3]
Mutuus absenti te mihi seruet amor.
At quæ fida fuit nulli, post victa senecta [4]
Ducit inops tremula stamina torta manu:
Firmaq; conductis adnectit licia telis,
Tractaq; de niueo vellere [5] ducta putat.
Hanc animo gaudente vident, iuuenúmque caterua
Commemorant meritò tot mala ferre senem:
Hanc Venus ex alto flentem sublimis Olympo
Spectat, & [6] infidis quòd sit acerba monet.
Hæc aliis maledicta cadant: nos, Delia, amoris
Exemplum cana simus vterque coma.

ELEGIA VIII.

HVnc cecinêre diem Parcæ fatalia mentes
Stamina, non vlli dissoluenda Deo,
Hunc fore, Aquitanas posset qui fundere gentes,
Quem tremeret forti milite victus Atur.
Euenere. nouos pubes Romana triumphos
Vidit, & euinctos brachia capta duces.
At te victrices lauros Messala gerentem
Portabat nitidis currus eburnus equis.
Non sine me est tibi partus honos. [7] Tarbella Pyrene
Testis, & Oceani littora Santonici,
Testis Arar, Rhodanúsque celer, magnúsque Garumna,
Carnuti & [8] fluuij cærula lympha Liger.
At te Cydne canam, tacitis qui leniter vndis
Cæruleus placidis per vada serpis aquis.
Quantus & æthereo contingens vertice nubes,
Frigidus intonsos Taurus arat Cilicas.
Quid referam, vt volitet crebras intacta per vrbes,
Alba Palæstino sancta columba suo?
Vtque maris vastum prospectet turribus æquor,
Prima ratem ventis credere docta Tyros?
Qualis & arentes quum findit Sirius agros,
Fertilis æstiua Nilus abundet aqua?
Nile pater, quanam possum te dicere caussa,
Aut quibus in terris occuluisse caput?
Te propter nullos tellus tua postulat imbres,
Arida nec pluuio supplicat herba Ioui.
Te canit, atque suum [9] pubes miratur Osirim

1 ratio postulat vt ita legamus non *ad aram.*
2 non *lapsa.* 3 al. mouet. 4 non *mihi.*
1 al. possum quin oculos. 2 malè *properas*
3 al. Nec. 4 al. Nam quæ. 5 al. dente.
6 al. infelix. 7 al. Tirbella. 8 al. flaui.
9 al. proles.

Barbara, Memphiten plangere docta bouem.
Primus aratra manu solerti fecit Osiris,
Et teneram ferro sollicitauit humum.
Primus inexpertæ commisit semina terræ,
Pomaque non notis legit ab arboribus.
Hic docuit teneram palis adiungere vitem.
Hic viridem dura cædere falce comam.
Illi iucundos primùm matura sapores
Expressa incultis vua dedit pedibus.
Ille liquor docuit voces inflectere cantu,
Mouit & ad certos nescia membra modos.
Bacchus & agricolæ magno confecta labore
Pectora 1 tristitiæ dissoluenda dedit.
Bacchus & afflictis requiem mortalibus affert,
Crura licet dura compede pulsa sonent.
Non tibi sunt tristes curæ, nec luctus Osiri:
Sed chorus, & cantus, & 2 leuis aptus Amor,
Sed varij flores, & frons redimita corymbis,
Fusa sed ad teneros lutea palla pedes,
Et Tyriæ vestes, & dulcis tibia cantu,
Et leuis occultis conscia cista sacris.
Huc ades, & centum ludos, Geniumque choreis
Concelebra, & multo tempora funde mero.
Illius 3 & nitido stillent vnguenta capillo,
Et capite & collo mollia serta gerat.
Sic venias 4 hodierne. tibi dem thuris honores,
Liba & Mopsopio dulcia melle feram.
At tibi subcrescat proles, quæ facta parentis
Augeat, & circa stet venerata senem.
5 Nec taceãt monumẽta viæ, quæ Tuscula tellus,
Candidaque antiquo detinet alba Lare.
Nanque opibus congesta tuis hic glarea dura
Sternitur. hic apta iungitur arte silex.
Te canit agricola è magna quum venerit vrbe
Serus, inoffensum rettulerit que pedem.
At tu, natalis, multos celebrande per annos,
Candidior semper, candidiórque veni.

ELEGIA IX.

NOn ego celari possim, quid nutus amantis,
Quidve ferant miti lenia verba sono.
Nec mihi sunt sortes, nec conscia fibra deorum:
Præcinit euentus, nec mihi cantus auis.
Ipsa Venus magico religatum brachia nodo
Perdocuit multis non sine verberibus.
Desine dissimulare. Deus crudelius vrit,
Quos videt inuitos succubuisse sibi.
Quid tibi nunc molles prodest coluisse capillos?
Sæpéque mutatas dispositisse comas?
Quid & fuco splẽdẽte comas 7 ornare? quid vngues
Artificiu docta subsecuisse manu?
Frustra iam vestes, frustra mutantur amictus,
Ansáque compressos colligat arta pedes.
Ipsa placet, quamuis inculto venerit ore,
Nec nitidum tarda conserit arte caput.
Num te carminibus, num te pallentibus herbis
Deuouit tacito tempore noctis anus?

Cantus vicinis fruges traducit ab agris:
Cantus & irata detinet anguis iter:
Cantus & è curru Lunam deducere tentat,
Et faceret si non ara repulsa sonent.
Quid queror heu misero carmen nocuisse? quid herbas?
Forma nihil magicis vtitur auxiliis.
Sed corpus tetigisse nocet, sed longa dedisse
Oscula, sed femori conseruisse femur.
Nec tu difficilis puero tamen esse memento,
Persequitur pœnis tristia facta Venus.
Munera ne poscas, det munera canus amator:
Vt foueat molli frigida membra sinu.
Carior est auro iuuenis, cui læuia fulgent
Ora, nec amplexus 1 aspera barba terit.
Huic tu candentes humero suppone lacertos,
Et regum magnæ despiciantur opes.
At Venus 2 inueniet puero succumbere furtim,
Dum tumet, & teneros conserit vsque sinus,
Et dare anhelanti pugnantibus humida linguis
Oscula, & in collo figere dente notas.
Nõ lapis hãc, gẽmaque 3 iuuent, quæ frigore sola
Dormiet: & nulli sit cupienda viro.
Heu sero reuocatur Amor, seróque iuuenta,
Quum vetus infecit cana senecta caput.
Tum studium formæ est, coma tum mutatur, vt annos
Dissimulet viridi cortice tincta nucis.
Tollere tunc cura est albos à stirpe capillos,
Et faciem dempta pelle referre nouam.
At tu dum primi floret tibi temporis ætas,
Vtere, non tardo labitur illa pede.
4 Neu Marathum torque. puero quæ gloria victo est?
In veteres esto dura puella senes.
Parce precor tenero, non illi iontica causſa est,
Sed nimius 5 luto corpora tingit amor.
Veh miser, absenti mœstas quàm sæpe querelas
Coniicit, & lacrymis omnia plena madent.
Quid me spernis? ait. poterat custodia 6 vinci.
Ipse dedit cupidis fallere posse Deus.
Nota Venus furtiua mihi est, vt lenis agatur
Spiritus, vt nec dent oscula rapta sonum.
Et 7 possum media quamuis obrepere nocte,
Et strepitu nullo clam reserare fores.
Quid 8 prosunt artes, miserum si spernit amãtẽ,
Et fugit ex ipso sæua puella toro?
Vel quum promittit subitò. sed perfida fallit:
Est mihi nox multis euigilanda modis.
Dum mihi venturam fingo, quodcunq; mouetur,
Illius credo tunc sonuisse 9 pedem.
Aſt pereant artes, & mollia iura colendi.
Horrida villosa corpora veste 10 tegam.
Nunc, si clausa mea est, si copia nulla videndi,
Me miserum, laxam quid iuuat esse togam?
Desistas lacrymare puer. non frangitur

1 mallem *lætitiæ*, 2 al. lenis. 3 è
4 al. hodierna. 5 al. Non.
6 al. succo.
7 al. redimire.

1 liber vetus *hispida*. 2 al. inuecit.
3 al. iuuant. 4 al. Heu. 5 al. luteo.
6 al. falli. 7 al. possim.
8 al. possunt. 9 al. pedes.
10 ita legendum non *tegant*.

Et

Et tua iam fletu lumina fessa tument.
Oderunt 1 *Pholoe, moneo, fastidia diui.*
Nec prodest sanctis thura dedisse focis.
Hic Marathus quondã miseros ludebat amãtes,
Nescius vltorem post caput esse Deum.
Sæpe etiam 2 *lacrymas fertur risisse dolentis,*
Et cupidum fictã distinuisse mora.
Nunc omneis odit fastus: nunc displicet illi
Quæcunque opposita est ianua 3 *dura sera.*
At te pœna manet, nisi desinis esse superba.
Quàm cupies votis hunc reuocare diem?

ELEGIA X.

QVID mihi, si fueras miseros lesurus 4 *amantes,*
Fœdera per diuos 5 *iam violanda dabas?*
Ah miser. etsi quis primo periuria celat,
Sera tamen tacitis pœna venit pedibus.
Parcite cælestes. æquum est impunè licere,
Numina formosis ledere vestra semel.
Lucra petens habili tauros adiungit aratro,
Et durum terræ rusticus vrget opus.
Lucra petit æras freta per parentia ventis
Ducunt instabiles sidera certa rates.
Muneribus meus est captus puer. at Deus illa
In cinerẽ & liquidas munera vertat aquas.
Iam mihi persolues pœnas, puluisque 6 *decorem*
Detrahet, & ventis horrida facta coma.
Vretur facies. Vrentur sole capilli.
Deteret inualidos & via longa pedes.
Admonui quoties? auro ne pollue formam.
Sæpe solent auro multa subesse mala.
Diuitiis captus si quis violauit Amorem:
Asperáque est illi, difficilisque Venus.
Vre meum potius flamma caput, & pete ferro
Corpus, & intorto verbere terga seca.
Nec tibi celandi spes sit peccare paranti.
Est Deus, occultos qui vetat esse dolos.
Ipse Deus tacito permisit 7 *vela ministro,*
Ederet vt multo libera verba mero.
Ipse Deus somno domitos emittere vocem
Iussit, & inuitos facta tegenda loqui.
Hæc ego dicebam. nunc me fleuisse loquentem,
Nunc pudet ad teneros procubuisse pedes.
Tunc mihi iurabas, nullo te diuitis auri
Pondere, non gemmis vendere velle fidem:
Non tibi si precium Campania terra daretur,
Non tibi si Bacchi cura Falernus ager.
Illis eriperes verbis mihi, sidera cœli
Lucere, & puras fluminis esse vias.
Quinetiam flebas. at non ego fallere doctus,
Tergebam humentes credulus vsque genas.
8 *Quid faceres, nisi & ipse fores in amore puella?*
Sic precor exemplo sed leuis illa tuo.
O quoties, verbis ne quisquam conscius esset,
Ipse comes multa lumina nocte tuli.

1 al. Pholoes. 2 al. lacrymis.
3 al. firma. 4 al. amores.
5 al. clam. 6 al. decorum.
7 male *laua*
8 in quibusdam libris legitur *quid facerem.*

Sæpe insperanti venit tibi munere nostro,
Sed latuit clausas post adoperta fores.
Tum miser interij stultè confisus amari,
Non poteram ad laqueos cautior esse tuos.
Quinetiam attonita laudes tibi mœte canebam.
At me nunc nostri, Pieridumque pudet.
Illa velim rapida Vulcanus carmina flamma
Torreat, & liquida deleat amnis aqua.
Sit procul à nobis formam cui vendere cura est,
Et pretium plena grande referre manu.
At te, qui puerum donis corrumpere es ausus,
Rideat assiduis vxor inulta dolis.
Et quum furtiuo iuuenem lassauerit vsu,
Tecum interposita languida veste cubet.
Sint externa tuo semper vestigia lecto,
Et pateat cupidis semper aperta domus.
Nec lasciua soror dicatur plura bibisse
Pocula, vel plures emeruisse viros.
Illam sæpe ferunt conuiuia ducere Baccho,
Dum rota Luciferi prouocet orta diem.
1 *Illa nulla queat melius consumere noctem,*
2 *Atque operum varias disposuisse vices.*
At sua perdidicit, nec tu stultissime sentis,
Qum tibi non solita corpus ab arte mouet.
Tune putas illam pro te disponere crines?
Aut tenues denso pectere dente comas?
Ista hæc persuadet facies, auróque lacertos
Vinciat, & Tyrio prodeat apta sinu?
Non tibi, sed iuueni cuidam vult bella videri:
Deuoueat pro quo, remque, domumque tuam.
Non facit hoc vitio, sed corpora fœda podagra,
Et senis amplexus culta puella fugit.
Huic tamen accubuit noster puer. hunc ego credam
Cum trucibus venerem iungere posse feris.
Blanditiasne meas aliis tu vendere es ausus?
Tunc aliis demens oscula ferre mea?
Tunc flebis, quum me vinctum puer alter habebit,
Et geret in 3 *gremio regna superba tuo.*
At tua tum me pœna iuuet, Venerique merenti
Fixa notet cæsus aurea palma meos.
Hanc tibi fallaci resolutus amore Tibullus
Dedicat: & grata sis, Dea, mente, rogat.

ELEGIA XI.

QVis fuit horrẽdos primus qui protulit enses?
Quàm ferus, & verè ferreus ille fuit.
Tunc cædes hominum generi, tunc prælia nata,
Tum breuior diræ mortis aperta via est.
4 *At nihil ille miser meruit, nos, ad mala nostra*
Vertimus in sæuas quod dedit ille feras.
Diuitiis hoc vitium est auri. nec bella fuerunt,
Faginus astabat quum scyphus ante dapes.
Non arces, non vallus erat, somnumque petebat
Securus varias dux gregis inter oues.
Tunc mihi vita foret, vulgi nec tristia nossem

1 quidam ita legunt. *Illa queat nullam.*
2 al. aut 3 al. regno.
4 melius *Forsan & ille nihil.*

Arma, nec audissem corde 1 micante tubam.
Nunc ad bella trahor, & iã quis forsitan hostis
Hæsura in nostro tela gerit latere.
Sed patrij seruate Lares: aluistis & iidem,
Cursarem vestros quum tener ante pedes.
Neu pudeat prisco vos esse è stipite factos,
Sic veteres ædes incoluistis aui.
Tunc melius tenuêre fidē, quum paupere cultu
Stabat in exigua ligneus æde Deus.
Hic placatus erat, seu quis libauerat vuam,
Seu dederat sanctæ spicea serta comæ.
Atque aliquis voti compos liba ipsa ferebat,
Postque comes purum filia parua fauum.
At nobis ærata, Lares, depellite tela,
Hostiaque è plena rustica porcus hara.
2 Hunc pura cũ veste sequar, myrtoque canistra
Vincta geram, myrto vinctus & ipse caput.
Sic placeam vobis. alius sit fortis in armis,
Sternat & aduersos Marte fauente duces.
Vt mihi potanti possit sua dicere facta
Miles, & in mensa pingere castra mero.
Quis furor est atram bellis arcessere mortem?
Imminet, & tacito clam venit illa pede.
Non seges est infra, non vinea culta, sed audax
Cerberus, & Stygiæ nauita puppis aquæ.
Illic 3 percisisque genis, vltoque capillo
Errat ad obscuros pallida turba lacus.
Quàm potius laudandus hic est, quem prole parata

1 al. tremente. 2 Scribe. *Hanc.*
3 al. percussisque.

Occupat in parua pigra senecta casa.
Ipse suas sectatur oues, at filius agnos,
Et calidam sesso comparat vxor aquam.
Sic ego sim, liceatque caput candescere canis,
Temporis & prisci facta referre senem.
Interea Pax arua colat. Pax candida primum
Duxit araturos sub iuga curua boues.
Pax aluit vites, & succos condidit vuæ,
Funderet vt nato testa paterna merum.
Pace bidens, vomérque vigent. at tristia duri
Militis in tenebris occupat arma situs.
Rusticus è 1 lucóque vehit male sobrius ipso
Vxorem plaustro, progeniemque domum.
Sed Veneris tunc bella calent, scissosque capillos
Fœmina, perfractas conqueriturque fores.
Flet teneras 2 subfusa genas, sed victor & ipse
Flet, sibi dementes tam valuisse manus.
At lasciuus Amor rixæ mala verba ministrat,
Interes iratum lentus vtrumque sedet.
Ah lapis est, ferrumque, suam quicunque puellã
Verberat. è cælo deripit ille Deos.
Sit satis è membris tenuem perscindere vestem.
Sit satis 3 ornatus dissoluisse 4 comæ.
Sit lacrymas mouisse satis. quater ille beatus,
Quo tenera irato flere puella potest.
Sed manibus qui sæuus erit: scutúmque, sudēsque
Is gerat, & mitis sit procul à Venere.
At nobis Pax alma veni, spicamque teneto.
Perfluat & pomis candidus ante sinus.

1 al lutóque. 2 subtusa. 3 al. ornatas.
4 al. comas.

ALBI TIBVLLI
LIBER II.

ELEGIAI.

QVISQVIS adest, 1 faueat: fruges lustramus, & agros,
Ritus vt à prisco traditus extat auo.
Bacche veni, dulcisque tuis è cornibus vua
Pendeat: & spicis tempora cinge Ceres.
Luce sacra requiescat humus, requiescat arator,
Et graue suspenso vomere cesset opus.
Soluite vincla iugis. nunc ad præsepia debent
Plena coronato stare boues capite.
Omnia sint operata Deo. non audeat vlla
Lanificam pensis imposuisse manum.
Vos quoq; abesse procul iubeo (2 discedite ab a-
Queis tulit hesterna gaudia nocte Venus. (ris)
Casta placent superis. pura cum veste venite,
Et manibus puris sumite fontis aquam.
Cernite, fulgentes vt eat sacer agnus ad aras,
Vinctaque post olea candida turba comas.
Dij patrij, purgamus agros, purgamus agrestes.

1 malè *valeat.* 2 discedat.

Vos mala de nostris pellite limitibus.
Neu seges eludat messem fallacibus herbis,
Neu timeat celeres segnior agna lupos.
Tunc nitidus plenis confisus rusticus aruis
1 Ingerat ardenti grandia ligna foco.
Turbaque vernarum saturi bona signa coloni
Ludet, & ex virgis extruet 2 ante casas.
Euentura precor, viden' vt felicibus extis
Significet placidos nuncia fibra Deos?
Nunc mihi nũc fumos veteris proferte Falernos
Consulis, & Chio soluite vincla cado.
Vina diem celebrent: non festa luce madere
Est rubor, errantes & malè ferre pedes.
Sed bene Messalã sua quisque ad pocula dicat,
Nomen & absentis singula verba sonent.
Gentis Aquitanæ celeber Messala triumphis
Et magna intonsis gloria victor auis,
Huc ades, adspiraque mihi, dum carmine nostro
Redditur agricolis gratia cælitibus.
Rura cano, rurisque Deos. his vita magistris

1 al. Ingeret.
2 al. arte.

1 *Destituit*

1 Deſtituit querna pellere glande famem.
Illi compoſitis primum docuêre tigillis
Exiguam viridi fronde operire domum.
Illi etiam tauros primùm docuiſſe feruntur
Seruitium, & plauſtro ſuppoſuiſſe rotam.
Tunc victus abiêre feri, tunc 2 conſita pomus,
Tunc bibit irriguas fertilis hortus aquas:
Aurea tunc preſſos pedibus dedit vua liquores:
Miſtaq; ſecuro eſt ſobria lympha mero.
Rura ferunt meſſes, calidi cùm ſideris æſtu
Deponit flauas annua terra comas.
Rure leuis verno flores apis ingerit alueo,
Compleat vt dulci ſedula melle fauos.
Agricola adſiduo primum 3 laſſatus aratro,
Cantauit certo ruſtica verba pede:
Et ſatur arenti primum eſt modulatus auena
Carmen, vt ornatos duceret ante Deos.
Agricola & minio ſuffuſus, Bacche, rubenti,
Primus inexperta duxit ab 4 arte choros:
5 Huic datus à pleno memorabile munus ouili
Dux pecoris hircus, 6 duxerat hircus oues.
Rure puer verno primùm de flore coronam
Fecit, & antiquis impoſuit Laribus.
Rure etiam teneris 7 curam exhibitura puellis
Molle gerit tergo lucida vellus ouis.
Hinc & fœmineus labor eſt, hinc penſa, coluſq;,
Fuſus & appoſito pollice verſat opus.
Atque aliqua adſiduè textrix operata Mineruam
Cantat, & 8 adpluſo tela ſonant latere.
Ipſe quoque inter agros, interq; armenta Cupido
Natus, & indomitas dicitur inter equas.
Illic indocto primùm ſe exercuit arcu.
Hei mihi quam doctas nunc habet ille manus.
Nec pecudes velut ante petit. fixiſſe puellas
Geſtit, & audaces perdomuiſſe viros.
Hic iuueni detraxit opes. hic dicere iuſſit
Limen ad iratæ verba pudenda ſenem.
Hoc duce cuſtodes furtim transgreſſa iacentes
Ad iuuenem tenebris ſola puella venit:
Et pedibus prætentat iter ſuſpenſa timore,
Explorat cæcas cui manus ante vias.
Ah miſeri, quos hic grauiter Deus vrget. at ille
Felix, cui placidus leniter afflat Amor.
Sancte veni dapibus feſtis, ſed pone ſagittas,
9 Et procul ardentes hinc procul abde faces.
Vos celebrem cantate Deum, pecoriq; vocate
Voce, 10 palam pecori, clam ſibi quiſq; vocet:
Aut etiam ſibi quiſq; palam. nam turba iocoſa
Obſtrepit, & Phrygio tibia curua ſono.
Ludite, iam nox iungit equos, currúmque ſequuntur
Matris laſciuo ſidera fulua choro.
Poſtq; venit tacitus fuluis circundatus alis
Somnus: & incerto ſomnia nigra pede.

1 al. Deſſuenit. al. deſtituat. 2 inſita.
3 al. ſatiatus. 4 al. arce al. vrbe. 5 al. Hãc.
6 al. auxerat. 7 al. coram. 8 al. pulſo.
9 al. hinc. 10 al. palæ.

ELEGIA II.

DICAMVS bona verba. venit natalis ad aras,
Quiſquis ades, lingua vir. mulierq; faue.
Vrantur pia thura focis, vrantur odores,
Quos tener è terra diuite mittit Arabs.
Ipſe ſuos Genius adſit vijurus honores,
Cui decorent ſanctas 1 mollia ſerta comas.
Illius puro diſtillent tempora nardo.
Atque ſatur libo ſit, madeatq; mero.
Annuat & Cerinthe tibi quodcunq; rogabis.
En. age, quid ceſſas? annuit ille, roga.
Auguror, vxoris fidos optabis amores,
Iam reor 2 hoc ipſos edidiciſſe deos.
Nec tibi malueris totum quæcunq; per orbem
Fortis arat valido ruſticus arua boue.
Nec tibi gemmarum quicquid felicibus vndis
Naſcitur, Eoi qua maris vnda rubet.
Vota cadunt. vtinam ſtrepitantibus aduolet alis,
Flauaq; coniugio vincula portet Amor.
Vincula quæ maneant ſemper, dũ tarda ſenectus
Inducat rugas, inficiatq; comas.
3 Huc veniat natalis auus, prolemq; miniſtret,
Ludat & ante tuos turba nouella pedes.

ELEGIA III.

RVRA tenent, 4 Gornute, meam villæq; puellam.
Ferreus eſt heu quiſquis in vrbe manet.
Ipſa Venus latos iam nunc migrauit in agros,
Verbaq; aratoris ruſtica diſcit Amor.
O ego, quum dominam adſpicerem, quàm fortiter illic
Verſarem valido pingue bidente ſolum.
Agricolæq; modo curuum ſectarer aratrum,
Dum ſubigunt ſteriles arua ſerenda boues.
Nec quererer, quòd ſol graciles exureret artus,
Læderet 5 & teneras puſtula rupta manus.
Pauit & Admeti tauros formoſus Apollo:
Nec cithara, intonſæ proſuerunt ve comæ.
Nec potuit curas ſanare ſalubribus herbis.
Quicquid erat medicæ vicerat artis Amor.
Tunc fiſcella leui detexta eſt vimine iunci,
Raraq; per nexus eſt via facta fero.
O quoties illo vitulum geſtante per agros
Dicitur occurrens erubuiſſe ſoror.
O quoties auſæ, caneret dum valle ſub alta,
Rumpere mugitu carmina docta boues.
Sæpe duces trepidis petiere oracula rebus:
Venit & è templis irrita turba domum.
Sæpe horrere ſacros doluit Latona capillos,
Quos admirata eſt ipſa nouerca prius.
Quiſquis inornatumq; caput, crineſq; ſolutos
Adſpiceret Phœbi, quæreret ille comam.
Delos vbi nunc, Phœbe, tua eſt? vbi Delphica Pitho
Nempe Amor in parua te iubet eſſe caſa.
Felices olim, Veneri quum fertur aperte

1 al. florea. 2 al. hac. 3 al. hic.
4 in aliis libris Cherinthe. 5 al. aut.

Seruire æternos non puduisse Deos.
Fabula nunc ille est, sed cui sua cura puella est.
Fabula sit, mauult, quàm sine amore Deus.
At tibi dura seges, Nemesin [1] quæ abducis ab vrbe,
Persoluit nulla semina terra fide.
Et tu, Bacche tener, iucundæ consitor vuæ,
Tu quoque deuotos, Bacche, relinque lacus.
Haud impune licet formosas tristibus agris
Abdere. non tanti sunt tua musta, pater.
O valeant fruges. ne sint modo rure puellæ,
Glans alat, & prisco more bibantur aquæ.
Glans aluit veteres, & passim semper amarunt.
Quid nocuit, sulcos non habuisse satos?
Tum quibus aspirabat amor, præbebat apertè
Mitis in vmbrosa gaudia valle Venus.
Nullus erat custos, nulla excluſura volentes
Ianua. si fas est, mos, precor, ille redi:
Ducite. ad imperiũ dominæ sulcabimus agros,
Non ego me vinclis verberibúsque nego.

ELEGIA IV.

Hic mihi seruitium, video, dominámque paratam:
Iam mihi libertas illa paterna vale.
Seruitium sed triste datur, teneorque catenis,
Et nunquam misero vincla remittet Amor,
Et, seu quid merui, seu quid peccauimus, vrit.
Vror. Io remoue, sæua puella faces.
O ego ne possim tales sentire dolores,
Quàm mallem in gelidis montibus esse lapis:
Stare vel insanis cautes obnoxia ventis,
Naufraga quam vasti tunderet vnda maris.
Nunc & amara dies, & noctis amarior vmbra
Omnia nam tristi tempora felle madent. (est.
Nec prosunt Elegi, nec carminis auctor Apollo.
Illa caua pretium flagitat vsque manu.
Ite procul Musæ, si non prodestis amanti,
Non ego vos, vt sint bella canenda, colo.
Nec refero Solisque vias, & qualis vbi orbem
Compleuit, versis Luna [2] recurrit equis.
Ad dominã faciles aditus per carmina quæro.
Ite procul Musæ, si nihil ista valent.
At mihi per cædem, & facinus sunt dona paranda,
Ne iaceam clausam flebilis ante domum:
Aut rapiam suspensa focis insignia sacris.
Sed Venus ante [3] alios est violanda mihi.
Illa malum facinus suadet, dominámque rapacem
Dat mihi. sacrilegas sentiat illa manus.
O pereat, quicunque legit viridesq; smaragdos,
Et niueam Tyrio murice tingit ouem.
Hic dat auaritiæ causſas, & Coa puellis
Vestis, & è rubro lucida concha mari.
Hæc fecere malas. hinc clauim ianua sensit,
Et cœpit custos liminis esse canis.
Sed precium si grande feras, custodia victa est:
Nec prohibent claues, & canis ipse tacet.
Heu quicunque dedit formam cælestis auaræ,
Quale bonum multis [1] attulit ipse malis?
Hinc fletus. rixæq; sonant. hæc denique causſa
Fecit, vt infamis hic Deus esſet Amor.
At tibi, quæ pretio victos excludit amantes,
Eripiant partas ventus & ignis opes.
Quin tua nunc iuuenes spectent incendia læti,
Nec quisquam flammæ sedulus addat aquam.
Seu [2] veniat tibi mors, nec erit qui lugeat vllus,
Nec qui det mœstas munus in exequias.
At bona, quæ nec auara fuit, centum licet annos
Vixerit, ardentem flebitur ante rogum.
Atque aliquis senior veteres veneratus amores,
Annua constructo serta dabit tumulo.
Et bene discedens dicet, placideq; quiescas,
Terráque secura sit super ossa leuis.
Vera quidẽ moneo. sed prosunt quid mihi vera?
Illius est nobis lege colendus Amor.
Quinetiam sedes iubeat si vendere auitas:
Ite sub imperium, sub titulumq; lares.
Quicquid habet Circe, quicquid Medea veneni,
Quicquid & herbarum Thessala terra [3] gerit:
Et quod vbi indomitis gregibus Venus afflat amores,
Hippomanes cupidæ stillat ab inguine equæ:
Si modo me placido videat Nemesis mea vultu,
Mille alias herbas misceat illa: bibam.

ELEGIA V.

Phœbe faue, nouus [4] ingreditur tua templa sacerdos,
Huc age cum cithara, carminibusq; veni.
Nunc te vocales impellere pollice chordas,
Nunc precor ad laudes flectere verba meas.
Ipse triumphali deuinctus tempora lauro,
Dum cumulant aras, ad tua [5] sacra veni.
Sed nitidus, pulchérque veni. nunc indue vestem
Depositam, longas nunc bene pecte comas.
Qualem te memorant, Saturno rege fugato,
Victori laudes concinuisse Ioui.
Tu procul euentura vides, tibi [6] debitus augur
Scit bene quid fati prouida cantet auis.
Túque regis sortes. per te præsentit aruspex,
Lubrica signauit quum Deus exta notis.
Te duce Romanos nunquã frustrata Sibylla est,
Abdita quæ senis fata canit pedibus.
Phœbe sacras Messalinum sine tangere chartas
Vatis: & ipse, precor, quod canat illa, doce.
Hæc dedit Æneæ sortes, postquam ille parentem
Dicitur, & [7] raptos sustinuisse Lares.
Hæc fore credebat Romã, quum mœstus ab alto
Ilion, ardentes respicerétque deos.
Romulus æternæ nondum [8] formauerat vrbis
Mœnia, consorti non habitanda Remo.

1 al. abdidit. 2 al. veniet. 3 al. gignit.
4 al. egreditur. 5 al. templa.
6 al. deditus. 7 al. captos. 8 al. fundauerat. al. firmauerat.

Sed

Sed tunc pascebant herbosa palatia vaccæ,
Et stabant humilis in Iouis arce casæ.
Lacte madens illic suberat Panilicis 1 vmbræ,
Et facta agresti lignea falce Pales:
Pendebatq; vagi pastoris in arbore votum,
Garrula syluestri fistula sacra Deo.
Fistula cui semper decrescit arundinis ordo,
Nam calamus certa tangitur vsque minor.
At qua Velabri regio patet, ire solebat
Exiguus 2 pulsa per vada linter aqua.
Illa sæpe gregis 3 ditis placitura magistro
Ad iuuenem festa est vecta puella die.
Cum qua fœcundi redierunt munera ruris
Caseus, & niuea candidus agnus ouis.
Impiger Æneæ volitantis frater Amoris,
Troica qui profugis sacra vehis ratibus,
Iam tibi Laurentes adsignat Iuppiter agros,
Iam vocat errantes hospita terra 4 Lares.
Troia quidem tum se mirabitur, & sibi dicet
Eos bene tam longa consuluisse via.
Illic sanctus eris, quum te veneranda Numici
Vnda deum cælo miserit indigetem.
Ecce super fessas volitat Victoria puppes.
Tandem ad Troianos diua superba venit.
Ecce mihi lucent Rutulis incendia castris.
Iam tibi prædico, barbare Turne, necem.
Ante oculos Laurēs castrum, murusq; Lauini est,
Albaq; ab Ascanio condita longa duce.
Te quoque iam video Marti placitura sacerdos
Ilia. Vestales deseruisse focos:
Concubitusq; tuos furtim, vittasq; iacentes,
Et cupidi ad ripas arma relicta Dei.
Carpite nunc tauri de septem montibus herbas,
Dum licet, hic magnæ iam locus vrbis erit.
Roma tuum nomen terris fatale regendis
Qua sua de cælo prospicit arua Ceres.
Quaq; patent ortus, & qua fluitantibus vndis
Solis anhelantes abluit amnis equos.
Vera cano. sic vsque sacras innoxia lauros
Vescar, & æternùm sit mihi virginitas.
Hæc cecinit vates, & te sibi, Phœbe, vocauit,
Iactauit fusa sed caput ante 5 coma.
Quicquid Amalthea, quicquid Marpessia dixit,
Herophile Phœbo grata quod admonuit:
Quodque 6 Alburna sacras Tiberis per flumina sortes
Portarit, sicco perluerit q; sinu:
Ha fore dixerunt belli mala signa cometen,
Multus vt in 7 terras deplueret q; lapis.
Atque tubas, atq; arma ferunt strepitantia cœlo
Audita, & lucos præcinuisse fugam.
Ipsum etiam Solem defectum lumine vidit
Iungere pallentes nubilus annus equos.
Et simulachra Deûm lacrimas sudisse tepentes,
Fatáque vocales præmonuisse boues.
Hæc fuerunt olim: sed tu iam, mitis Apollo.
Prodigia indomitis merge sub æquoribus.
Vt succensa sacris crepitet bene laurea flammis,

1 al. vmbram. 2 al. pulla. 3 al. diu 4 al. deos. 5 al. comas. 6 al. Albana. 7 al. terra

Omine quo felix, & sacer annus eat.
At laurus bona signa dedit. gaudete coloni.
Distendet spicis horrea plena Ceres.
Oblitus & musto feriat pede rusticus vuas,
Dolia dum, magni deficiunt q; lacus.
At madidus Baccho sua festa Palilia pastor
Concinet. à stabulis tunc procul este lupi.
Ille leuis stipulæ solenneis potus aceruos
Accendet, flammas transiliet q; sacras.
Et fœtus matrona dabit, natusq; parenti
Oscula comprensis auribus eripiet.
Nec tædebit auum paruo aduigilare nepoti,
Balbáque cum puero dicere verba senem.
Tunc operata Deo pubes discumbet in herba,
Arboris antiquæ qua leuis vmbra cadet.
Aut è veste sua tendent vmbracula sertis
Vincta. coronatus stabit & ipse calix.
At sibi quisque dapes, & fessas extruet altè
Cespitibus mensas, cespitibusq; torum.
Ingeret hic potus iuuenis maledicta puellæ,
Postmodo quæ votis irrita facta velit.
Nam ferus ille suæ plorabit sobrius idem,
Et se iurabit mente fuisse mala.
Pace tua pereant arcus, pereant q; sagittæ
Phœbe: modò in terris erret inermis Amor,
Ars bona, sed postquam sumsit sibi tela Cupido,
Heu heu quàm multis ars dedit illa malum.
Et mihi præcipuè, 1 iaceo quum saucius annum:
Et faueo morbo, quum iuuat ipse dolor.
2 Vixq; cano Nemesim, sine qua, versus mihi nullus
Verba potest, iustos aut reperire pedes.
Acer Amor, fractas vtinam tua tela sagittas
3 Si licet, extinctas adspiciamq; faces.
Tu miserum torques, tu me mihi dira precari
Cogis, & insana mente nefanda loqui.
At tu, nam diuûm seruat tutela poetas,
Præmoneo vati parce, puella, sacro:
Vt Messalinum celebrem, quum præmia belli
Ante suos currus oppida victa feret.
Ipse gerens laurus, lauro deuinctus agresti
Miles Io magna voce triumphe 4 canam.
Tunc Messala meus pia det spectabula turbæ:
Et plaudat curru prætereunte pater.
Annue. sic tibi sint intonsi, Phœbe, capilli.
Sic tua perpetuo sit tibi casta soror.

ELEGIA VI.

CAstra Macer sequitur, tenero quid fiet Amori?
Si comes & collo fortiter arma geret,
Et, seu longa virum terra via, seu vaga ducent
Æquora, cum telis ad latus 5 ire volet:
Vre, puer, quæso, tua qui ferus otia liquit.
Atque iterum 6 erronem sub tua signa voca.
Quod si militibus parces, erit hic quoque miles
Ipse leuem galea qui sibi portet aquam.
Castra peto, valeatque Venus, valeantque puellæ.

1 al. raceo. 2 al. Vsque.
3 al. Scilicet. 4 al. canet 5 al. antea legebatur *ille*. 6 al errorem.

Et mihi sunt vires, & mihi 1 *facta tuba est.*
Magna loquor. sed magnsiice mihi magna locuto
Excutiunt clausæ fortia verba fores:
Iurauí quoties rediturum ad limina nunquam?
Quum bene iurauí, pes tamen ipse redit.
At tu, quisquis is es, cui tristi fronte Cupido
Imperitat, nostra sint tua castra domo.
Ferrea non Venerem, sed prædam iacula laudant,
Præda tamen multis est operata malis.
Præda feras acies cinxit discordibus armis.
Hinc cruor, hinc cædes, mors propiorq; venit.
Præda vago iussit geminare pericula ponto,
Bellica cum dubijs rostra dedit ratibus.
Prædator cupit immensos 3 *obsistere campos,*
Vt multa innumera iugera pascat oue.
Cui lapis externus curæ est, vrbisq; tumultu
Portatur validis 4 *mille columna iugis:*
Claudit & indomitũ moles mare, lent⁹ vt intra
Negligat hibernas piscis adesse minas.
At tibi læta trahant Samiæ conuiuia testa,
Fictaq; Cumana lubrica terra rota.
Heu heu diuitibus video gaudere puellas.
Iam veniant prædæ, si Venus optat opes.
Vt mea luxuria Nemesis fluat: vtque per vrbem
Incedat donis conspicienda meis.
Illa gerat vestes tenues, quas fœmina Goa
Texuit, auratas dispositq; vias.
Illi sint comites fusci, quos India torret,
Solis & admotis inficit ignis equis.
Illi selectos certent præbere colores,
Africa puniceum, purpureumq; Tyros.
Nota loquor: regnum ipse tenet, quem sæpe coegit
Barbara gypsatos ferre catasta pedes.

ELEGIA VII.

Finirent multi leto mala. credula vitam
Spes fouet, & melius cras fore semper ait.

1 al. grata. 2 al. mórsque propinqua venit.
3 al obsidere. 4 al. multa.

Spes alit agricolas, spes sulcis credit aratis
Semina, quæ magno fœnore reddat ager.
Hæc laqueo volucres, hæc captat arundine pisces,
Quum tenues hamos abdidit ante cibus.
Spes etiam valida solatur compede vinctum.
Crura sonant ferro, sed canit inter opus.
Spes facilem Nemesim spõdet mihi, sed negat illa.
Hei mihi, ne vincas, dura puella deam.
Parce per immatura tua precor ossa sororis.
Sic bene sub tenera parua quiescat humo.
Illa mihi sancta est, illius dona sepulchro,
Et madefacta meis serta feram lacrymis.
Illius ad tumulum fugiam, supplexq; sedebo,
Et mea cum muto fata querar cinere.
Non feret vsque suum te propter flere clientem
Illius vt verbis sis mihi 1 *lenta, veto.*
Ne tibi neglecti mittant noua somnia manes,
Mœstaq; sopitæ flet soror ante torum.
Qualis ab excelsa præceps delapsa fenestra
Venit ad infernos sanguinolenta lacus.
Desino, ne dominæ luctus renouentur acerbi.
Non ego sum tanti, ploret vt illa semel.
Nec lacrymis oculos digna est fœdare loquaces.
Lena nocet nobis, ipsa puella bona est.
Lena vetat miserum Phryne, furtimq; tabellas
Occulto portans, itq;, reditq; sinu.
Sæpe, ego quum dominæ dulces à 2 *limine diro*
Agnosco voces. hæc negat esse domi.
Sæpe vbi nox promissa mihi est, languere puellam
Nunciat, aut aliquas extimuisse minas.
Tunc morior curis: tunc mens mihi perdita fingit,
Quisve meam teneat, quot teneátve modis.
Tunc tibi, lena, precor diras satis anxia viuas,
Mouerit è votis pars quotacunque deos.

1 al. dura.
2 al limite.

ALBII TIBVLLI EQVITIS ROMANI,

LIBER III.

ELEGIA I.

Martis Romani festæ venere calendæ,
Exoriens nostris 1 *hinc fuit annus auis.*
Et vaga nunc certa discurrunt vndique pompa,
Perq; vias vrbis munera, perq; domos.
Dicite Pierides, quonam donetur honore
Seu mea, seu fallor, cara Neæra tamen.
Carmine formosæ, pretio capiuntur auaræ.
Gaudeat, vt digna est, versibus illa 2 *meis.*
Lutea sed niueum inuoluat membrana libellum,

1 al. hic. 2 ita omnes editiones habent.

1 *Pumex & canas tondeat* 2 *ante comas:*
Summaq; pratexat tenuis fastigia charta.
Indicet vt nomen littera 3 *facta tuum.*
Atque inter geminas pingantur cornua frontes.
Sic etiam comptum mittere oportet opus.
Per vos auctores huius mihi carminis ora
Castaliamq; vmbram, Pierioq; lacus,
Ite domum, cultumq; illi donate libellum,
Sicut 4 *erit. nullus defluat inde color.*
Illa mihi 5 *referet, si nostri mutua cura est,*
An minor, an toto pectore deciderim.
Sed primum 6 *meritam longa donato salute,*

1 al. pumicet. 2 al. arte. 3 al. pacta.
4 al. erat. 5 al. referat. 6 al. nympham.

Atque hæc submisso dicite verba sono:
Hæc tibi, vir quondam, nunc frater, castra Neæra,
Mittit, & accipias munera parua, rogat.
Téque suis iurat caram magis esse medullis:
Siue sibi coniunx, siue futura soror.
Sed potius coniunx. huius spem nominis illi
Auferet 1 extincto pallida Ditis aqua.

ELEGIA II.

QVi primũ caram iuueni, carumq; puellæ
Eripuit iuuenem, ferreus ille fuit.
Durus & ille fuit, qui tantum ferre dolorem,
Viuere & erepta coniuge qui potuit.
Non ego firmus in hoc, non hæc patientia nostro
Ingenio frangit fortia corda dolor.
Hæc mihi verba loqui pudor est, vitæq; fateri
Tot mala perpessæ tædia nota meæ.
Ergo ego quũ tenuem fuero mutatus in vmbrã,
Candidáque ossa super nigra fauilla teget,
Ante meum veniat longos incomta capillos,
Et fleat ante meum mœsta Neæra rogum.
Sed veniet cara matris comitata dolore.
Mœreat hæc genero, mœreat illa viro.
Præfata ante meos manes, animamq;, 2 rigata,
Perfusáq; pias ante liquore manus:
Pars quæ sola mei superabit corporis, ossa,
Incictæ nigra candida veste legant.
Et primum annoso 3 spargant collecta Lyæo,
Mox etiam niueo fundere lacte parent.
Post hæc carbaseis humorem tollere 3 ventis,
Atque in marmorea ponere sicca domo.
Illic quas mittit diues Panchaia merces,
Eoiq; Arabes, diues & Assyria:
Et nostri memores lacrimæ fundantur eodem.
Sic ego componi versus in ossa velim.
Sed tristem mortis demonstret litera caussam,
Atque hæc in celebri carmina fronte notet.
Lygdamus hic situs est. dolor huic, & caussa Neæra.
Coniugis eptæ caussa perire fuit.

ELEGIA III.

QVid prodest cælum votis implesse, Neæra?
Blãdaq; cum multa thura dedisse prece?
Non vt marmorei prodirem è limine tecti
Insignis clara, conspicuusq; domo:
Aut vt multa mei renouarent iugera tauri,
Et magnas messes terra benigna daret:
Sed tecum vt longæ 4 satiarem gaudia vitæ,
Inque tuo caderet nostra senecta sinu
Tunc, quum permenso defunctus tempore lucis
Nudus Lethæa cogerer ire rate.
Nam graue quid prodest pondus mihi diuitis auri?
Aruáque si findant pinguia mille boues?
Quidve domus prodest Phrygiis innixa columnis:
Tænare siue tuis, siue Cariste tuis?

Et nemora in domibus sacros imitantia lucos?
Auratæq; trabes, marmoreúmque solum?
Quidve in Erythræo legitur quæ littore concha,
Tinctáque Sidonio murice lana iuuat?
Et quæ præterea populus miratur in illis
Inuidia est. falso plurima vulgus amat.
Non opibus mentes hominum curæq; leuantur.
Nam fortuna sua tempora lege regit.
Sit mihi paupertas tecum iucunda, Neæra.
At sine te, regum munera nulla volo.
O niueam, quæ te poterit mihi reddere, lucem.
O mihi felicem terq;, quaterq; diem.
At si pro dulci reditu quæcunque vouentur,
Audiat auersa non meus aure Deus:
Nec me regna iuuant, nec Lydius aurifer amnis,
Nec quas terrarum sustinet orbis opes.
Hæc alij cupiant. liceat mihi paupere cultu
Securo cara coniuge posse frui.
Adsis, & timidis faueas, Saturnia, votis,
Et faueas concha Cypria vecta tua.
Aut si fata negant reditum, tristésque sorores
Stamina quæ ducunt, quæq; futura neunt:
Me vocet in vastos amnes, nigrámque paludem
Diues in ignaua luridus Orcus aqua.

ELEGIA IV.

DI melliora ferant, nec sint insomnia vera,
Quæ tulit extrema proxima nocte quies.
Ite procul. vanum, falsúmque auertite visum.
Desinite in 1 vobis quærere velle fidem.
Diui vera monent. ventura nuntia sortis
Vera manent Thuscis exta probata viris.
Somnia fallaci ludunt temeraria nocte,
Et pauidas mentes falsa timere iubent.
Et vanum ventura hominum genus omina noctis
Farre pio placant, & saliente sale.
Et tamen, vtcunque est. siue illi vera moneri,
Mendaci somno credere siue volent:
Efficiat vanos noctis Lucina timores,
Et frustra immeritum pertimuisse velit.
Si mea nec turpi mens est obnoxia facto.
Nec læsit magnos impia lingua Deos.
Iam nox æthereum nigris emensa quadrigis
Mundum, cæruleas lauerat amne rotas:
Nec me sopierat menti Deus vtilis ægræ
Somnus. sollicitas deficit ante domos.
Tandem quũ summo Phœbus prospexit ab ortu,
Pressit languentis lumina sera quies.
Hic iuuenis casta redimitus tempora lauro
Est visus nostra ponere sede pedem.
Non illo quicquam formosius vlla priorum
Ætas, humanum nec videt illud opus.
Intonsi crines longa ceruice fluebant.
Stillabat Tyrio myrtea rore coma.
Candor erat, qualem præfert Latonia Luna.
Et color in niueo corpore purpureus:
Vt iuueni primum virgo deducta marito,
Inficitur teneras ore rubente genas:

1 al. extincta 2 al. rogatæ. al. precatæ. 3 al. velis. 4 quidam legunt sociarem.

1 votis. al. vanis.

Vt quum contexunt amaranthis alba puellæ
Lilia, & Autumno candida mala rubent.
Ima videbatur talis illudere palla,
Nanque hæc in nitido corpore veſtis erat.
Artis opus raræ fulgens teſtudine & auro
Pendebat læua garrula parte lyra.
Hanc primum veniens plectro modulatus eburno
Felices cantus ore ſonante dedit.
Sed poſtquam fuerant digiti cum voce locuti,
Edidit hæc triſti dulcia verba modo:
Salue cura deum: caſto nam rite poetæ
Phœbúſque, & Bacchus, Pieridéſque fauent.
Sed proles Semeles Bacchus, doctæq; ſorores
Dicere non norunt, quid ferat hora ſequens.
At mihi fatorum leges, cuique futuri
Euentura pater poſſe videre dedit.
Quare ego quæ dico non fallax, accipe: vates;
Quodque Deus vero Cynthius ore ferat.
Tantum cara tibi, quantum nec filia matri,
Quantum nec cupido bella puella viro:
Pro qua ſollicitas cæleſtia numina votis,
Quæ tibi ſecuros non ſinit ire dies:
Et quum te fuſco ſomnus velauit amictu,
Vanum nocturnis fallit imaginibus:
Carminibus celebrata tuis formoſa Neæra
Alterius mauult eſſe puella viri.
Diuerſaſque ſuas agitat mens impia curas,
Nec gaudet caſtra nupta Neæra domo.
Ah crudele genus, nec fidum fœmina nomen,
Ah pereat, didicit fallere ſi qua virum.
Sed flecti poterit. mens eſt mutabilis 1 *illis.*
Tu modo cum multa brachia tende fide.
Sæuus amor docuit validos tentare labores.
Sæuus amor docuit verbera ſæua pati.
Me quondam Admeti niueas pauiſſe iuuencas,
Non eſt in vanum fabula ficta iocum.
Tunc ego nec cithara poteram gaudere ſonora,
Nec ſimiles chordis reddere voce ſonos,
Sed perlucenti cantus meditabar auena,
Ille ego Latonæ filius, atque Iouis.
Neſcis quid ſit Amor, iuuenis, ſi ferre recuſas
Immitem dominam, coniugiúmque ferum.
Ergo ne dubita, blandas adhibere querelas.
Vincuntur molli pectora dura prece.
Quod ſi vera canunt ſacris oracula templis,
Hæc illi noſtro nomine dicta refer:
Hoc tibi coniugium promittit Delius ipſe.
Felix hoc. alium deſine velle virum.
Dixit, & ignauus defluxit pectore ſomnus.
Ah ego non poſſum tanta videre mala.
Nec tibi crediderim votis contraria vota,
Nec tantum crimen pectori ineſſe tuo.
Nam te nec vaſti genuerunt æquora Ponti,
Nec flammam voluens ore Chimæra fere:
Nec Canis anguinea redimitus terga caterua,
Cui tres ſunt linguæ, tergemonúmque caput:
Scyllâque virgineam canibus 2 *ſubcincta figurã*
Nec te conceptam ſæua leæna tulit:
Barbara nec Scythiæ tellus, horrendáve Syrtis:
Sed culta, & duris non habitanda domus:
Et longe ante alios omnes mitiſſima mater:
Iſque pater, quo non alter amabilior.
Hæc Deus in melius crudelia ſomnia vertat,
Et iubeat tepidos irrita ferre Notos.

1 al. illi. 2 al. ſubmiſta al. ſuec incta.

ELEGIA V.

VOs tenet Etruſcis manat quæ fõtib⁹ vnda,
Vnda ſub æſtiuum non adeunda Canem.
Nunc autem ſacris Baiarum maxima lymphis,
Quum ſe purpureo vere remittit hyems.
At mihi Perſephone nigram denunciat horam
Immerito iuueni parce nocere, Dea.
Non ego tentani nulli temeranda 1 *virorum*
Audax laudandæ ſacra docere Deæ.
Nec mea mortiferis infecit pocula ſuccis
Dextera, nec cuiquam tetra venena dedit.
Nec nos ſacrilegi templis admouimus ergo.
Nec cor ſollicitant facta nefanda meum.
Nec nos inſanæ meditantis iurgia linguæ
Impia in aduerſos ſoluimus ora deos.
Et nondum cani nigros læſere capillos,
Nec venit tardo curua ſenecta pede.
Natalem primo noſtrum videre parentes
Quum cecidit fato conſul vterque pari.
Quid fraudare iuuat vitem creſcentibus vuis?
Et modo nata mala vellere poma manu?
Parcite, pallentes vmbras quicunque tenetis,
Duráque ſortiti tertia regna Dei.
Elyſios olim liceat cognoſcere campos,
Lethæámque ratem, Cimmeriõſque lacus.
Quum mea rugoſa pallebunt ora ſenecta,
Et referam pueris tempora priſca ſenex.
Atque vtinam vano nequicquam terrear æſu:
Languent ter quinos ſed mea membra dies.
At vobis Thuſcæ celebrantur numina lymphæ,
Et facilis lenta pellitur vnda manu.
Viuite felices, memores & viuite noſtri:
Siue erimus, ſeu nos fata fuiſſe velint.
Interea nigras pecudes promittite Diti,
Et niuei lactis pocula miſta mero.

1 al. Nos. 2 al. deorum.

ELEGIA VI.

CAndide Liber ades. ſic ſit tibi myſtica vitis
Semper. ſic edera tempora vincta feras.
Aufer & ipſe meum pariter medicando dolorem.
Sæpe tuo cecidit munere victus Amor.
Care puer, madeant generoſo pocula Bacchо,
Et nobis prona funde Falerna manu.
Ite procul durum curæ genus, ite labores:
Fulſerit hic niueis Delius alitibus.
Vos modo propoſito dulces faueatis amici
Neue neget quiſquam me duce ſe comitem.
Aut ſi quis vini certamen mite recuſet:
Fallat eum tecto cara puella dolo.
Ille facit dites animos Deus. ille ferocem
Contudit, & domina miſit in arbitrium.

Armenias tigres, & fuluas ille leænas
Vicit, & indomitis mollia corda dedit.
Hæc Amor, & maiora volet, sed poscite Bacchi
Munera, quem vestrum pocula sicca iuuant?
Conuenit ex æquo, nec toruus Liber in illos,
Qui sē, quique vna vina iocosa colunt.
Iam venit iratus nimium, nimiumq; seuerus.
Qui timet irati numina magna, bibat.
Quales his pœnas qualis quantusq; minetur,
Cadmæa matris præda cruenta docet.
Sed procul à nobis hic sit timor: illaq; si qua est,
Quid valeat læsi, sentiat, ira Dei.
Quid precor ah demens? venti temeraria vota,
Aeriæ & nubes diripienda ferant.
Quanuis nulla mei supereſt tibi cura, Neæra:
Sis felix, & sint candida fata tua.
At nos securæ reddamus tempora mensæ.
Venit post multos vna serena dies.
Hei mihi, difficile est imitari gaudia falsa:
Difficile est tristi fingere mente iocum.
Nec bene mendaci risus componitur ore,
Nec bene sollicitis ebria verba sonant.
Quid queror infelix? turpes discedite curæ.
Odit Lenæus tristia verba pater.
Gnosia, Theseæ quondam periuria linguæ
Fleuisti ignoto sola relicta mari.
Sic cecinit pro te doctus, Minoi, Catullus,
Ingrati referens impia facta viri.
Vos ego nunc moneo: Felix, quicunque dolore
Alterius discet posse carere tuo.
Nec vos aut capiant pendentia brachia collo,
Aut fallat blanda sordida lingua fide.
Etsi perque suos fallax iurauit ocellos,
Iunonemq; suam, perque suam Venerem,
Nulla fides inerit. periuria ridet amantum
Iuppiter, & ventos irrita ferre iubet.
Ergo qui toties fallacis verba puellæ
Conqueror, ite à me seria verba, precor.
Quam vellem tecum longas requiescere noctes,
Et tecum longos peruigilare dies:
Perfida nec merito nobis inimica merenti.
Perfida, sed quanuis perfida, cara tamen.
Naida Bacchus amat. cessas ô lente minister?
Temperet annosum Martia lympha merum.
Non ego, si fugiat nostræ conuiuia mensæ
Ignotum cupiens vana puella torum.
Sollicitus repetam tota suspiria nocte.
Tu puer i, liquidum fortius adde merum,
Iamdudum Tyrio madefactus tempora nardo
Debueram sertis implicuisse comas.

ALBII TIBVLLI EQVITIS ROMANI LIBER IV.

PANEGYRICVS AD Messalam.

TE, Messala canam. Quanquam 1 me cognita virtus
Terret, vt infirmæ nequeant subsistere vires,
Incipiam tamen. 2 At 3 meritas si carmina laudes
Deficiant: 4 humilis tantis sim conditor actis:
5 Nec tua præter te chartis intexere quisquam
Facta queat, dictis vt non maiora supersint:
Est nobis voluisse satis. Nec carmina parua
Respueris. etiam Phœbo gratissima dona
Cres tulit, & cunctis Baccho iucundior hospes
Icarus, vt puro testantur sidera cælo,
Erigonéque, canisque, neget ne longior ætas.
Quinetiam Alcides Deus ascensurus Olympum
Læta Molorcheis posuit vestigia 6 tectis.
Paruaq; cælestes pacauit mica, nec illis
Semper inaurato taurus cadit hostia cornu.
Hic quoq; sit gratus paruus labor, vt tibi possim
Inde alios, aliosque memor componere versus:
Alter dictet opus magni mirabile mundi,
Qualis in 7 immensum desederit 8 aera tellus,
Qualis & in curuum pontus confluxerit orbem,
Et vagus è terris qua surgere nititur aer,
Huic & contextus passim fluat igneus æther,
Pendentique super claudantur vt omnia cælo.
At quodcunque meæ poterunt audere camœnæ,
Seu tibi par poterunt, seu, quod spes abnuit, vltra,
Siue minus, certéque canent minus, omne 1 vouemus
Hoc tibi, nec tanto careat mihi carmine charta:
Nam, quanquam antiquæ gentis 2 superant tibi laudes,
Non tua maiorum contenta est gloria fama,
Nec quæris quid quaque index sub imagine dicat,
Sed generis priscos contendis vincere honores,
Quam tibi maiores, maius decus ipse futurus.
At tua non titulus capiet sub nomine facta,
Æterno sed erunt tibi magna volumina versu,
Conuenientq; tuas cupidi componere laudes
Vndique, quiq; canent vincto pede, quiq; soluto,
Quis potius certamen erit. sim victor in illis,
Vt nostrum tantis inscribam nomen in actis.
3 Nam quis te maiora gerit castrisve, foróve?
Nec tamen hinc aut hinc tibi laus maiórve, minórve,
Iusta pari premitur veluti quum pendere libra

1 al. mea. al. tua. 2 al. à. al. ac. 3 al. meritas. 4 al. humiles. 5 al. ne 6 al. terris. 7 al. immenso. 8 al. aere.

1 al. mouemus.
2 al. superent.
3 Quisquis tibi maiora.

Prona, nec hac plus parte sedet, nec surgit ab illa.
Qualis, inæquatum si quando onus vrget vtrinque
Instabilis natat alterno depressior orbe.
Nam seu diuersi fremat inconstantia vulgi,
Non alius sedare queat, seu iudicis ira
Sit placanda, tuis poterit mitescere verbis.
Non Pylos aut Itache 1 *tantos genuisse feruntur*
Nestora, vel paruæ magnum decus vrbis Vlyssem.
Vixerit ille senex quauis, dum terna per orbem
Sæcula fertilibus Titan decurrerit horis:
Ille per ignotas audax 2 *errauerit vrbes,*
Qua maris extremis tellus includitur vndis.
Nã 3 *Ciconumq; manus aduersis reppulit armis:*
Non valuit Lotos captos auertere cursus:
Cessit & Ætnæa Neptunius incola rupis
Victa Maroneo fœdatus lumina Baccho.
Vexit & Æolios placidum per Nerea ventos.
Incultos adijt Læstrigonas, Antiphatenq;
4 *Mobilis Artacie gelidos quos irrigat vnda.*
Solum nec doctæ verterunt pocula Circes:
Quãuis illa foret Solis genus, apta vel herbis,
Aptaque vel cantu veteres mutare figuras.
Cimmerion etiam obscuras accessit ad 5 *arces:*
Queis nunquam candente dies apparuit ortu,
Siue supra terras Phœbus, seu curreret infra.
Vidit vt inferno Plutoni subdita regna,
Magna Deũ proles leuibus discurreret vmbris.
Præteriitque cita Sirenum littora puppi.
Illum inter 6 *geminæ nantem confinia mortis,*
Nec Scyllæ sæuo conterruit impetus ore
Quum canib⁹ rapidas inter freta serperet vndas,
Nec violenta suo consumpsit more Charybdis,
Vel si sublimis fluctu consurgeret imo,
Vel si interrupto 7 *nudaret gurgite pontum.*
Non violata vagi sileantur pascua solis,
Nõ Amor, & fœcunda Atlãtidos arua Calypsus,
Finis & erroris miseri Phæacia tellus,
Atq; hæc seu nostras 7 *inter sunt cognita terras,*
Fabula siue nouum dedit his erroribus orbem,
Sit labor illius, tua dum facundia maior.
Nam te non alius belli tenet aptius artes,
Qua deceat tutam castris 9 *præducere fossam,*
Qualiter aduersos hosti defigere ceruos:
Quemve locum ducto melius sit claudere vallo,
Fontibus vt dulces erumpat terra liquores:
Vt facilisque tuis aditus sit, & arduus hosti,
Laudis 10 *& adsiduo vigeat certamine miles.*
Quis tardámve sudem melius, celerémve sagittã
Iecerit, aut lento perfregerit obuia pilo?
Aut quis equum celeremve arcto cõpescere freno
Possit, & effusas tardo permittere habenas?
Inque vicem modo directo contendere 11 *passu,*
Seu libeat curuo 12 *melius contendere gyro,*

1 al. tantum. 2 al. decurrerit.
3 Cyconúmque. 4 al. nobilis.
5 al. oras. 6 al. ter geminæ. al. tergemini.
7 al. interfint. 8 al. Iam. 9 al. perducere.
10 al. vt. 11 al. cursu. 12 al. breuius.

Quis parma seu dextra velit, seu læua tueri,
Siue hac, siue illac veniat grauis impetus hastæ
Amplior aut signata cita loca tangere funda?
Iam simul audacis 1 *veniant certamina Martis,*
Aduersisque 2 *parent acies concurrere signis,*
Tunc tibi non desit, faciem componere pugnæ,
Seu sit opus quadratum acies consistat in agmen,
Rectus 3 *vt æquatis decurrat frontibus ordo,*
Seu libeat duplicem, seu iunctum cernere Martẽ,
4 *Dexter vti læuum teneat, dextrumq;* 5 *siniſter*
Miles, sitque duplex gemini victoria casus.
At non per dubias errant mea carmina laudes.
Nam bellis experta cano: testis mihi victæ
Fortis 6 *Iapidiæ miles, testis quoque fallax*
Pannonius, gelidas passim disiectus in Alpes.
Testis Arupinis & pauper natus in armis.
Quem si quis videat, vetus vt non fregerit ætas,
Terna minus Pyliæ miretur sæcula famæ.
Centum fœcundos Titan renouauerit annos,
Ipse tamen velox celerem super edere corpus
Audet equum, validisq; sedet moderator habenis.
Te duce non alias conuersus terga domator
Libera Romanæ subiecit colla catenæ.
Nec tamen his contentus eris. maiora peractis
Instant, compertum est veracibus vt mihi signis,
Queis Amithaonius nequeat certare Melãpus.
Nam modo fulgentem Tyrio subtemine vestem
Indueras, oriente die duce fertilis anni,
Splendidior liquidis quũ sol caput extulit vndis,
Et 7 *fera discordes tenuerunt flamina venti,*
Curua nec assuetos egerunt flumina cursus.
Quin rapidum placidis etiã mare constitit vndis,
Vlla nec aerias volucris perlabitur auras,
Nec quadrupes densas depascitur aspera syluas,
Quin largita tuis sunt multa silentia votis.
Iuppiter ipse leui vectus per inania curru
Adfuit, & cælo vicinum liquit Olympum,
Intentaq; tuis precibus se præbuit aure.
Cunctaq; veraci capite annuit 8 *abditus aris.*
Latior eluxit structos super ignis aceruos.
Quin hortante Deo magnis insistere rebus
Incipe, non ijdem tibi sint, aliisque triumphi.
Non te vicino remorabitur obuia Marte
Gallia, nec latis audax Hispania terris.
Nec fera te 9 *Tyrio tellus obsessa colono,*
Nec qua vel Nilus, vel regia lympha 10 *Choaspes*
Profluit, aut rapidus Cyri dementia Gindes,
Ardet Arctois aut vnda per hospita campis.
Nec qua regna vago Tomyris finiuit Araxe,
Impia nec sæuis celebrans conuiuia mensis
Vltima vicinus Phœbo tenet arua Padæus,
Quáque Hebrus, Tanaisque Getas rigat, atque
11 *Magynos.*
Quid moror? Oceanus ponto qua continet orbem,

1 al. veniunt. 2 al. parant.
3 al. in. al. an. 4 al. Dextera.
5 al siniſtra. 6 al. Iapygia.
7 al. frera. 8 al. additus. 9 al. Rethæo.
10 al. Diaspes. 11 al. Mosinos.

Nulla

Nulla tibi 1 aduersis regio sese offeret armis.
Te manet inuictus Romano Marte Britannus,
Teque interiecto mundi pars altera sole.
Nam circumfuso consistit in aere tellus,
Et quinque in partes 2 toto disponitur orbe.
Atque duæ gelido vastantur frigore semper,
Illic & densa tellus absconditur vmbra,
Et nulla incepto perlabitur vnda liquore,
Sed durata riget densam in glaciémque, niuémque,
Quippe 3 vbi non vnquam Titan 4 superegerit ortus.
At media est Phœbi semper subiecta calori,
Seu propior terris æstiuum fertur in orbem,
Seu celer hibernas properat decurrere luces.
Non ergo presso tellus consurgit aratro,
Nec frugem segetes præbent, nec pabula terræ.
Non illic colit arua Deus, Bacchúsve, Cerésve,
Nulla nec exultas habitant animalia partes.
Fertilis hanc 5 inter posita est, interque rigentes,
Nostraq; & hnic aduersa solo pars altera nostro
Quas similis vtrinque tenens vicinia cæli
Temperat, alter & alterius vires 6 necat aer.
7 Hinc placidus nobis per tēpora vertitur annus,
Hic & colla iugo didicit summittere taurus,
Et lenta excelsos vitis conscendere ramos.
Tondentúrque seges maturos annua partus,
Et ferro tellus, pontus confinditur ære:
Quinetiam structis exurgunt oppida muris.
Ergo vbi per claros ierint tua facta triumphos,
Solus vtroque idem diceris magnus in orbe.
Non ego sum satis ad tantæ præconia laudis,
Ipse mihi non si præscribat carmina Phœbus.
Est tibi qui possit magnis se accingere rebus
Valgius. æterno propior non alter Homero.
Languida non noster peragit labor otia, quanuis
Fortuna, vt mos est illi, me aduersa fatiget.
Nam mihi quum magnis opibus domus alta niteret,
Cui fuerant flaui ditantes ordine sulci
Horrea, fœcundas ad deficientia messes:
Cuique pecus denso pascebant agmine colles,
Et domino satis, & nimium furique, lupoque:
Nunc desiderium supereſt. nam cura nouatur,
Quum memor ante actos semper dolor admonet annos.
Sed licet asperiora cadant, spolierque relictis:
Non te deficient nostræ memorare camœnæ.
Nec solum tibi Pierij tribuentur honores.
Pro te vel rapidas ausim maris ire per vndas,
Aduersis hiberna licet tumeant freta ventis:
Pro te vel solus densis 8 subsistere turmis,
Vel paruum Ætnæ corpus committere flammæ,
9 Dum quodcunque tuum est. nostri si paruula cura
Sit tibi quanta libet, si sit modo, non mihi regna
Lydia, non magni potior sit fama Gylippi,

1 al. aduersus. 2 al. totos. al. totas. 3 al. ibi. 4 al. superingerit. 5 al. interposita. 6 al. negat. 7 al. Hic. 8 al. obsistere. 9 al. sum.

Posse Meletem nec mallem vincere chartas.
Quod tibi si versus noster 1 totusve minusve,
Vel bene si 2 totus summo vel inerret in ore:
Nulla mihi statuent finem te fata canendi.
Quinetiam mea tũc tumulus 3 quũ texerit ossa,
Seu matura dies celerem properat mihi mortem,
Longa manet seu vita tamen mutata figuram,
Seu me finget equum rigidos percurrere campos
Doctum, seu tardi pecoris sim gloria taurus:
Siue ego per liquidũ volucris vehar aera pennis:
In quencunque hominẽ me longa receperit ætas,
Inceptis de te subtexam carmina chartis.

LAVS SVLPITIÆ AD MARTEM.

SVLPITIA est tibi culta tuis, Mars magne, calendis.
Spectatum è cælo, si sapis, ipse veni.
Hoc Venus ignoscet. at tu, violente, caueto,
Ne tibi miranti turpiter arma cadant.
Illius ex oculis quum vult 4 exurere diuos,
Accendit geminas lampadas acer Amor.
Illam quicquid agit, quoquo vestigia mouit,
Componit furtim, subsequitúrque decor.
Seu soluit crines, fusis decet esse capillis:
Seu comsit, comtis est veneranda comis.
Vrit, seu Tyria voluit procedere palla:
Vrit, seu niuea candida veste venit:
Talis in æterno felix Vertumnus Olympo,
Mille habet ornatus, mille decenter habet.
Sola puellarum digna est, cui mollia caris
Vellera det succis bis madefacta Tyros,
Possideátque, metit quicquid bene olẽtibus aruis
Cultor odoratæ diues Arabs segetis:
Et quascunque niger rubro de litore 5 conchas
Proximus Eois colligit Indus equis.
Hanc vos, Pierides, festis cantate calendis,
Est testitudinea, Phœbe superbe, lyra.
Hoc solemne sacrum multos consumet in annos.
Dignior est 6 vestro nulla puella 7 choro.

SVLPITIA AD CERINTHVM.

PARCE meo iuueni seu quis bona pascua cãpi,
Seu colis vmbrosi deuia montis, aper.
Nec tibi sit duros acuisse in 8 prælia dentes.
Incolumem custos hunc mihi seruet Amor.
Sed procul abducit venandi deuia cura.
O pereant siluæ, deficiántque canes.
Quis furor est, quæ mens, densos indagine colles
Claudentem, teneras ladere velle manus?
Quidve iuuat furtim latebras intrare ferarum?
Candidáque hamatis crura notare rubis?
Sed tamen, vt tecum liceat, Cerinthe vagari,
Ipsa ego per montes retia torta feram.
Ipsa ego velocis quæram vestigia cerui,
Et demam celeri ferrea vincla cani.
Tunc mihi tunc placeant siluæ. si, lux mea, tecũ
Arguar ante ipsas concubuisse plagas.
Tunc veniat licet ad casses, illæsus abibit,
Ne veneris cupidæ gaudia turbet, aper.

1 al. notúsve. 2 al. notas. 3 al. cum. 4 al. exuere 5 al. gemmas. 6 al. nostro.
7 al. thoro. 8 al. pectora.

Tunc sine me sit nulla Venus. sed lege Diana
Caste puer casta retia tange manu.
Et quæcunque meo furtim subrepit amori,
Incidat in sæuas diripienda feras.
At tu venandi studium concede parenti,
Et celer in nostros ipse recurre sinus.

AD PHOEBVM.

HVC ades, & tenera morbos expelle puella.
Huc ades intonsa Phœbe superbe, coma.
Crede mihi propera, nec te iam Phœbe pigebit,
Formosæ medicas applicuisse manus.
Effice, ne macies pallentes occupet artus,
Neu notet informis pallida membra color.
Et quodcunque mali est, & quicquid triste timemus,
In pelagus rapidis euehat amnis aquis.
Sancte veni, tecumque feras quicunque sapores,
Quicunque & cantus corpora fessa leuant.
Nec iuuenem torque, metuit qui fata puellæ,
Votáque pro domina vix numeranda facit.
Interdum vouet, interdum quod langueat illa,
Dicit in æternos aspera verba Deos.
Pone metum, Cerinthe. Deus non ladit amantes.
Tu modò semper ama. salua puella tibi est.
At 1 nunc tota tua est. te solum candida secum
Cogitat, & frustra credula turba sedet.
Phœbe faue. laus magna tibi tribuetur, in vno
Corpore seruato, restituisse duos.
Nil opus est fletu, lacrymis erit aptius vti,
Si quando fuerit tristior illa tibi.
Iam celeber, iam latus eris, quum debita reddet
Certatim sanctis latus vterque focis.
Tunc te felicem dicet pia turba Deorum,
Optabunt artes & sibi quisque tuas.

AD CERINTHVM.

QVI mihi te, Cerinthe, dies dedit, hic mihi sanctus,
Atque inter festos semper habendus erit.
Te nascente nouum Parcæ cecinêre puellis
Seruitium: & dederunt regna superba tibi.
Vror ego ante alias, iuuat hoc Cerinthe quòd vror,
Si tibi de nobis mutuus ignis adest.
Mutuus adsit amor. per te dulcissima furta,
Pérque tuos oculos, per geniúmque rogo.
2 Magne Geni, cape thura libens, votisque faueto:
Si modò, quum de me cogitat ille, 3 volet.
Quod si fortè alios iam nunc suspirat amores,
Tunc, precor, infidos, sancte, relinque focos.
Nec tu sis iniusta Venus. vel seruiat æquè
Vinctus vterque tibi, vel mea vincla leua.
Sed potius valida teneamur vterque catena,
Nulla queat posthac nos soluisse dies.
Optat idem iuuenis, quod nos: sed tutius optat.
Nam pudet hæc illum dicere verba palam.
At tu, Natalis, quoniam Deus omnia sentis,
Adnue. quid refert clámve, palámve roget?

1 al. tunc. 2 al. Manc. 3 al. valet.

AD IVNONEM.

NATALIS Iuno, sanctos cape thuris aceruos,
Quos tibi dat tenera docta puella manu.
Tota tibi est hodie, tibi se latissima comsit:
Staret vt ante tuos conspicienda focos.
Illa quidem 1 ornãdi caussas tibi, diua, relegat.
Est tamen, occultè cui placuisse velit.
At tu, sancta, faue, ne 2 quis diuellat amantes:
Sed iuueni, quæso, mutua vincla para.
Sic bene compones. vllæ non ille puellæ
Seruiet, aut cuiquam dignior illa viro:
Nec possit cupidos vigilans deprendere custos,
Fallendique vias mille ministret Amor.
Adnue, purpureáque veni perlucida palla.
Ter tibi sit libo, ter dea casta, mero.
Præcipit & natæ mater studiosa, quod optat,
Illa aliud tacita iam 3 sua mente rogat.
Vritur, vt celeres vrunt altaria flammæ,
Nec, liceat quamuis, sana fuisse velit.
Sic iuueni grata, 4 veniet quum proximus annus.
Hic idem votis iam vetus esset amor.

ADVENEREM.

TANDEM venit Amor, qualẽ texisse 5 pudori,
Quàm nudasse alicui, sit mihi, fama, magis.
Exorata meis illum Cytherea camœnis
Attulit in nostrum, deposuitque sinum.
Exoluit promissa Venus. mea gaudia narret,
Dicetur si quis non habuisse 6 sua.
Non ego signatis quicquam mandare tabellis,
Ne legat id nemo, quam meus ante, velim:
Sed peccasse iuuat. vultus componere famæ
Tædet. cum digno digna fuisse ferar.

AD MESSALAM.

INVISVS natalis adest, qui rure molesto,
Et sine Cerintho tristis agendus erit.
Dulcius vrbe quid est? an villa sit apta puellis,
Atque 7 Eretino frigidus annus agro?
Iam nimium, Messala, mei studiose quiescas,
Non tempestiuæ sæpe propinque viæ.
Hic animum, sensúsque meos abducta relinquo:
Arbitrio quamuis non sinis esse meo.

DE NATALI DIE.

SCIS iter ex animo sublatum triste puellæ,
Natali Romæ iam licet esse 7 tuo.
Omnibus ille dies nobis natalis agatur,
Qui nec opinanti nunc tibi fortè venit.

AD SVLPITIAM.

GRATVM est, securus multum quod iam mihi de me
Permittis subitò, ne male inepta cadam.
Sit tibi cura togæ potior, presumque quasillo
Scortum, quàm Serui filia Sulpitia.
Solliciti sunt pro nobis, quibus illa dolori est,
Ne credam ignoto, maxima cauſſa, toro.

AD CERINTHVM.

ESTNE tibi, Cerinthe tua placiture puellæ,

1 al. orandi. 3 al. nos.
3 al. sibi. 4 al. aduenit. 5 al. pudore.
6 al. suam, al. suum. 7 al. Arctino. 8 al. sue.

Qui

Qui mea nunc vexat corpora fessa calor?
Ah ego non aliter tristes euincere morbos
Optarim, quàm te si quoque velle putem.
Ah mihi quid prosit morbos euincere? vbi tu
Nostra potes lento pectore ferre mala?

AD EVNDEM.

Ne tibi 1 sim, mea lux æquè tam feruida cura,
Vt 2 videor paucos ante fuisse dies,
Si quicquam tota commisi stulta iuuenta,
Cuius me 4 fatear pœnituisse magis,
Hesterna quàm te solum quod nocte reliqui,
Ardorem cupiens dissimulare meum.

AD AMICAM.

NVLLA tuum nobis subducet fœmina lectũ.
Hoc primum iuncta est fœdere nostra Venus.
Tu modo sola places: nec tam, te præter, in vrbe
Formosa est oculis vlla puella meis.
Atque vtinam posses vni mihi bella videri,
Displiceas aliis, sic ego tutus ero.
Nil opus inuidia est. procul absit gloria vulgi.
Qui sapit, in tacito gaudiat ille sinu.
Sic ego secretis possum bene viuere siluis,
Qua nulla humano sit via trita pede.
Tu mihi curarum requies, tu nocte vel atra
Lumen, & in solis tu mihi turba locis.
Nunc licet è cælo mittatur amica Tibullo:
Mittetur frustra, deficiétque Venus.
Hæc 5 tibi sancta tuæ Iunonis numina iuro,
Quæ sola ante alios est 6 mihi magna deos.
Quid facio demens? heu heu mea pignora cedo.
Iurauí stulte. 7 proderit iste timor.
Nunc tu fortis eris, nunc tu me audacius vres,
Hoc peperit misero garrula lingua malum.
Iã faciam quodcũque voles. tuus vsque manebo,
Nec fugiam notæ seruitium dominæ.
Sed Veneris sancta considam vinctus ad aras,
Hæc notat iniustos, supplicibúsque fauet.

DE INFAMIA SVAE PVELLAE.

RVMOR ait, crebro nostram peccare puellam.
Nunc ego me surdis auribus esse velim.
8 Crimina non hæc sunt nostro sine ficta dolore.
Quid miserum torques? rumor acerbe tace.

EPITAPHIVM TIBVLLI.

VILLICVS ærari quondã, nũc cultor agelli.
Hæc tibi Perspectus templa, Priape, dico.
Pro quibus officiis, si fas est, sancte, paciscor,
Adsiduus custos ruris vt esse velis.

1 al. quid tu.
2 al. sit. 3 al. video. 4 al. fateor.
5 al. per sancta. 6 al. tibi.
7 al. proderat. 8 al. carmina.

Improbus vt si quis nostrum violarit agellum,
Hunc tu, sed taceo. scis, puto, quod sequitur.

QVID hoc noui est? quid ira nunciat Deũm?
Silente nocte candidus mihi puer
Tepente quum iaceret abditus sinu,
Venus fuit quieta, nec viriliter
Iners senile penis extulit caput.
Placet, Priape? qui sub arboris coma
Sacrum soles reuincte pampino caput
Ruber sedere cum rubente fascino.
At, ô Tripalle, sæpe floribus nouis
Tuas sine arte deligauimus comas,
Abegimusq; voce sæpe, quum tibi
Senéxve coruus, impigérve gracculus
Sacrum feriret ore corneo caput.
Vale nefande destitutor inguinum,
Vale, Priape. debeo tibi nihil.
Iacebis inter arua pallidus situ,
Canusq; æua, fusq; ligneo tibi
Lutosus adfricabit oblitum latus.
Sceleste penis, ô meum malum graue,
Graui piáque lege noxiam lues.
Licet querare. nec tibi tener puer
Patebit vllus, imminente qui toro,
Iuuante verset arte mobilem natem.
Puella nec iocosa te leui manu
Fouebit, adprimétve lubricum femur.
Bidens amica Romuli senis memor
Paratur, inter atra cuius inguina
Latet iacente pantice abditus specus,
Vagaq; pelle tectus annuo gelu
Araneosus obsidet forem situs.
Tibi hæc paratur, vt tuum ter, aut quater
Voret profunda fossa lubricum caput.
Licebit æger angue lentior cubes,
Tereris vsque, donec ah miser miser
Triplexq; quadruplexq; compleas specum.
Superbia ista proderit nihil. simul
Vagum sonante merseris caput luto.
Quid est, iners? pigétne lentitudinis?
Licebit hoc inultus auferas semel.
Sed ille quum redibit aureus puer,
Simul sonante senseris iter pede,
Rigente neruus excubet libidine,
Et inquietus inguina adrigat tumor.
Neque incitare cesset, vsque dum mihi
Venus iocosa molle ruperit latus.

DOMITI MARSI.

TE quoque Virgilio comitem non æqua, Tibulle,
Mors iuuenem campos misit ad Elysios:
Ne foret, aut elegis molles qui fleret amores,
Aut caneret forti regia bella pede.

FINIS.

CN. CORNELII GALLI VITA,

EX PETRO CRINITO DESVMPTA.

CN. Cornelius Gallus poëta eximius habitus est in Elegia & Poematis describendis. Eodem propè anno creditur natus, quo M. Terentius Varro doctissimus Romanorum periit, vt à Hieronymo relatum est in Annalibus. Quidam tradunt fuisse illum patria Forojulienſem, & eruditum bonis artibus, diúque cum Cæcilio Epirota versatum in summa familiaritate. Fortuna tenui fuit, penéq; infima, sed studio & fauore Octauij Augusti a præfecturæ gradum ascendit: factúsque in dies nobilior, vt mox dicemus. Scripsit Elegiarum libros, in quibus commendatur magnopere illius ingenium, & elegantia. Fabius tamen Quintilianus duriorem hunc fuisse dicit. Seruius grammaticus sic de Gallo scribit: Is, inquit, Euphorionem Poetam in Latinum sermonem transtulit, & amorum suorum de Cytheride libros quatuor composuit. In amicis Octauij Cæsaris primo receptus est, ac deinde cùm in suspicionem venisset, quòd in eum coniurasset, occisus est. Fuit in primis Publio Virgilio amicus: adeò vt quartus liber Georgici operis à medio vsque ad finem eius laudes contineret: quas postea iubente Cæsare Aug. in Aristei fabulã commutauit. Idem Gallus amauit Cytheridem meretricem, libertam Volumnij, quæ eo spreto Antoniũ euntem ad Gallias est secuta. Diomedes (cùm de Elegia loquitur) eundem Gallum Tibullo & Propertio adiungit. Cytheridem verò, quam propè ad insaniam dilexit, mutato nomine Lycorim vocauit: hinc illud vulgatum,

Gallus & Hesperiis, & Gallus notus Eois:
Et sua cum Gallo nota Lycoris erit.

Notatum est à pluribus, ipsum Gallum ab Augusto principe factum Ægypti præfectum, diúque summis officiis, atque honoribus euectum, atque honestatum. Ammianus refert, à Gallo in præfectura exhaustam fuisse Thebarum ciuitatem: & cùm furti, ac populatæ prouinciæ in ius vocaretur, veritum indignationem nobilium, ferro incubuisse. Tranquillus videtur hac in re nonnihil dissentire, qui scribit ob ingratum & maleuolum animum ab Octauio Aug. domo, & prouinciis suis Corn. Gallo interdictum. Illacrymatum præterea Augustum vicem suam doluisse, quòd amicis non liceret, quatenus vellet, irasci. Nec desunt, qui tradant, tertio & quadragesimo anno poëtam Gallum propria manu se interemisse. Leguntur ætate nostra elegiarum libri sub nomine Cor. Galli, qua in re facile est imponere imperitis hominibus. Qui autem paulo diligentius antiquitatem obseruarunt, nihil minus censebunt, quàm vt hæc referenda sint ad poëtam Gallum. De Asinio Gallo dicemus paulo post, qui filius fuit Asinij Pollionis.

CN. COR-

CN. CORNELII GALLI, POETÆ CLARISSIMI, EX IIS QVÆ COLLIGI POTVERE FRAGMENTIS, ELEgiarum libellus.

EMVLA cur cessas finem properare senectus?
Cur & in hoc fesso corpore tarda sedes?
Solue, precor, miserã tali de carcere vitam:
Mors est iam requies, viuere pœna mihi.
Non sum qui fuera: perijt pars maxima nostri:
Hoc quoq; quod superest, laguor, & horror habet,
Lux grauis in luctu, rebus mœstissima lætis,
Quodq; omni est petius funere, velle mori.
Dum iuuenile decus, dii mens, sensusq; manebat,
Orator toto clarus in orbe fui.
Sæpè poëtarum mendacia dulcia finxi.
Et veros titulos res mihi ficta dedit.
Sæpè perorata percepi lite coronam,
Et data sunt linguæ præmia digna meæ,
Quæ, cum defunctis tam sunt immortua mẽbris:
Heu senibus vitæ portio quanta manet?
Nec minor his aderat sublimis gratia formæ:
Quæ, vel si desint cætera multa, placet.
Quinetiam virtus fuluo pretiosior auro,
Per quam præclarum plus micat ingenium.
Si placuit canibus densos circundare saltus,
Occubuit telis præda petita meis.
Si libuit celeres arcu tentare sagittas,
Prostraui multas non sine laude feras.
Dulce fuit madidam si fors versare palæstram,
Implicui validis lubrica membra toris.
Nunc agili cursu cunctos anteire solebam:
Nunc tragicos cantus exuperare meo.
Augebat meritum dulcis mixtura bonorum:
Vt semper, varium plus micat artis opus.
Nam quæcunq; solent per se perpensa placere:
Alterno potius[1] vincta decore placent.
Has inter virtutis opes, tolerantia rerum
Spernebat cunctas insuperata minas.
Vertice nudato ventos pluuiasq; ferebam:
Non mihi solstitium, nec graue frigus erat:
Innabam gelidas Tyberini fluminis vndas:
Nec metui dubio credere membro freto.
Quanuis exiguo poteram requiescere somno,
Et quamuis modico membra fouere cibo.
At si me subitò vinosus repperit hospes,
Aut lenis fecit sumere vina dies:
Cessit & ipse pater Bacchus, stupuitq; bibentem,
Et quicunque solet vincere victus abit.
Haud facilè est animum tantis inflectere rebus,
Vt res oppositas mens[2] ferat vna duas.

Hoc quoque virtutum quondam certamine magnum
Socratem palmam promeruisse ferunt.
Hinc etiam rigidum memorant valuisse Catonẽ:
Non res in vitium, sed male facta cadunt.
Intrepidus, quæcunq; forent, ad vtrunq; ferebar:
Cedebant animo tristia cuncta meo.
Pauperiem modico contentus, semper amaui:
Et rerum dominus nil cupiendo fui.
Tu me sola tibi subdis miseranda senectus,
Cui sedit quicquid vincere cuncta potest.
In te corruimus, tua sunt quæcunque fatiscunt:
Victima quæq; tuo conficis ipsa malo.
Ergo his ornatum meritis Hetruria nostris
Optabat natis me sociare suis:
Sed mihi dulce magis resoluto viuere collo,
Nullaque coniugij vincula grata pati.
Ibam per mediam vernali corpore Romam,
Spectandus cunctis vndique virginibus.
Quæq; peti poterat, fuerat vel forte petita,
Erubuit vultus visa puella meos,
Et nunc subridens latebras fugitiua petebat,
Non tamen effugiens, tota latere volens.
Sed magis ex aliqua cupiebat parte videri:
Latior hoc multo, quòd malè tecta foret.
Sic cunctis formosus ego, gratusq; videbar
Omnibus, & sponsus sic genialis eram.
Sed tantùm sponsus: nam me natura pudicum
Fecerat, & casto pectore durus eram.
Nam dum præcipuæ cupio me iungere formæ,
Permansi viduo frigidus vsque toro.
Omnis fœda mihi, atque omnis mihi rustica visa
Nullaq; coniugio digna puella meo.
Horrebam tenues, horrebam corpore pingues:
Nec mihi grata breuis, nec mihi longa fuit.
Cum media tantum dilexi ludere forma:
Mator enim mediis gratia rebus inest.
Corporis has nostri mollis lasciuia partes
Incolit, has sedes mater amoris habet.
Quarebam gracilem, sed non quæ macra fuisset:
Carnis ad officium carnea membra placent.
Sic quod in amplexu delectat stringere corpus,
Ne ladant pressum qualibet ossa latus.
Candida contempsi, nisi quæ suffusa rubore
Vernarent propriis ora serena rosis.
Hunc Venus ante alios sibi vendicat ipsa colorẽ,
Diligit & florem Cypris vbique suum.
Aurea cæsaries, demissaq;, lactea ceruix,
Vultibus ingenuis visa sedere magis.
Nigra supercilia, & frons libera, lumina nigra,
Vrebant animum sæpè notata meum.

1 iuncta. 2 feret.

Flammea dilexi, modicumq; tumentia labra,
Quæ mihi gustanti basia plena darent,
In tereti collo visum pretiosius aurum,
Gemmaq; iudicio plus radiare meo:
Singula turpe seni quondam quæsita referre:
Et quod tunc decuit, iam modò crimen habet.
Diuersos diuersa iuuant: non omnibus annis
Omnia conueniunt: res prius apta, nocet.
Exultat leuitate puer, grauitate senectus:
Inter vtrunque manens stat iuuenile decus.
Hunc tacitum, tristémque decet: sit clarior ille
Lætitia, & linguæ garrulitate suæ.
Cuncta trahit secum, vertitq; volubile tempus:
Nec patitur certa currere quemque via.
Nunc quia longa mihi grauis est, & inutilis ætas,
Viuere quum nequeam, sit mihi posse mori.
O quàm dura premit miseros conditio vitæ:
Nec mors humano subiacet arbitrio.
Dulce mori miseris, sed mors optata recedit:
At quum tristis erit præcipitata venit.
Me vero heu tantis defunctum partibus olim,
Tartareas viuum constat inire vias.
Iam minor auditus, gustus minor, ipsa minora
Lumina, vix tactu noscere certa queo.
Nullus dulcis odor, nulla est iam grata voluptas,
Sensibus expertem quis superesse putet?
En Lethæa meam subeunt obliuia mentem,
Nec confusa, sui iam meminisse potest.
Ad nullum consurgit opus, cum corpore languet,
Atque intenta suis obstupet ipsa malis.
Carmina nulla cano: cantandi summa voluptas
Heu fugit, & vocis gratia vera perit.
Non fora sollicito, nec blanda poëmata fingo:
Litibus heu rapidis commoda dura sequor.
Ipsaque me species quondam dilecta reliquit,
Et videor formæ mortuus esse meæ.
Pro niueo, rutiloq; prius, nunc inficit ora
Pallor, & exanguis funereusq; color.
Aret sicca cutis, rigidi stant vndique nerui,
Et lacerant vncæ tabida membra manus.
Quondam ridentes oculi, nunc fonte perenni
Deplangunt pœnas nocte, dieq; suas.
Et quos grata prius ciliorum serta tegebant,
Desuper incumbens hispida sylua premit.
Ac velut inclusi cæco conduntur in antro:
Nescio quid toruum vel furiale vident.
Iam pauor est vidisse senem, nec credere possis
Hunc hominem, humana qui ratione caret.
Si libros repeto, duplex se littera findit,
Largior occurrit pagina nota mihi.
Claram per nebulas videor mihi cernere lucem:
Nubila sunt oculis ipsa serena meis.
Eripitur sine nocte dies caligine cæca
Septum tartareo quis neget esse loco?
Talia quis demens homini persuaserit autor,
Vt cupiat voto turpior esse suo?
Iam subeunt morbi, subeunt discrimina mille:
Iam dulces epulæ, deliciæq; nocent.
Cogimur à gratis animum suspendere rebus,
Atque vt viuamus, viuere desinimus.

Et iam me, dudum cui nulla aduersa nocebant,
Ipsa quibus regimur, nunc alimenta grauant.
Esse libet saturum, saturum mox esse pigebit:
Præstat vt abstineam, ast abstinuisse nocet.
Quæ modò profuerat contraria redditur esca:
Fastidita iacet, quæ modò dulcis erat.
Non Veneris sunt grata mihi, nec munera Bacchi,
Nec quicquid vitæ fallere damna solet.
Sola iacens natura manet, quæ sponte per horas
Soluitur, & vitio carpitur ipsa suo.
Non [1] potus, experta mihi medicamina, prosunt,
Non ægris quicquid ferre solebat opem.
Sed cum materia pereunt quæcunque parantur,
Fit magis & damnis tristior vrna meis.
Non secus instantem cupiens fulcire ruinam,
Diuersis contrà nititur obicibus.
Donec longa dies, omni compage soluta,
Ipsum cum rebus subruat auxilium.
Quid? quod nulla leuat animũ spectacula rerum,
Nec mala tot vitæ dissimulare licet?
Turpe seni vultus nitidi vestesq; decoræ,
Atque etiam est ipsum viuere turpe senem.
Crimen amare iocos, crimen, conuiuia, cantus:
O miseri, quorum gaudia crimen habent.
Quid mihi diuitiæ, quarum si demeris vsum,
Quamuis largus opum, semper egenus ero?
Immò etiam pœna est partis incumbere rebus,
Quas quum possideas, est violare nephas.
Non aliter sitiens vicinas Tantalus vndas
Captat, & appositis abstinet ora cibis.
Efficior custos rerum magis ipse mearum,
Conseruans aliis, quæ perière mihi.
Sicut in auricomis pendentia plurimus hortis
Peruigil obseruat non sua poma draco.
Hinc me sollicitum torquent super omnia curæ,
Hinc requies animo non datur vlla meo.
Quærere quæ nequeo, semper retinere laboro,
Et retinens semper nil tenuisse puto.
Stat dubius, tremulusq; senex, semperq; malorum
Credulus, & stultus quæ facit ipse timet.
Laudat præteritos, præsentes despicit annos:
Hoc tantum rectum, quod sapit ipse, putat.
Se solum doctum, se iudicat esse peritum,
Et quòd sit sapiens, desipit inde magis.
Multa licet nobis referens, eademq; reuoluens
Horret, & alloquium conspuit ipse suum.
Deficit auditor, non deficit ipse loquendo:
O sola fortes garrulitate senes!
Omnia nequicquam clamosis vocibus implet:
Nil satis est, horret, quæ placuêre modò.
Arridet de se ridentibus: ac sibi plaudens,
Incipit opprobrio lætior esse suo.
Hæ sunt primitiæ mortis, his partibus ætas
Defluit, & pigris gressibus ima petit.
Non habitus, non ipse color, non gressus euntis,
Non species eadem, quæ fuit antè, manet.
Labitur ex humeris demisso corpore vestis,
Quæq; breuis fuerat, iam modò longa mihi est.

1 experta mihi quondam medicamina pros-

Contra-

Contrahimur, miroq; modo decreſcimus ipſi,
Diminui noſtri corporis oſſa putes.
Nec cœlum[1] ſpectare licet, ſed prona ſenectus
Terram, à qua genita eſt & reditura, videt.
Fitq; tripes, proſuſq; quadrupes, vt paruulus infans,
Et per ſordentem flebile ſerpit humum.
Ortus cuncta ſuos repetunt, matremq; requirunt,
Et redit ad nihilum quod fuit ante nihil.
Hinc eſt quòd baculo incumbēs ruitura ſenectus,
Aſſiduo pigram verbere pulſat humum.
Et numeroſa mouens certo veſtigia paſſu,
Talia rugato creditur ore loqui:
Suſcipe me genitrix, nati miſerere laborum,
Membra velis gremio feſſa fouere tuo:
Horrent me pueri, nequeo velut antè videri,
Horrendos partus cur ſinis eſſe tuos?
Nil mihi cum ſuperis, expleui munera vitæ,
Redde, precor, patrio mortua membra ſolo.
Quid miſeros variis prodeſt ſuſpendere pœnis?
Non eſt materni pectoris iſta pati.
His dictis, trunco titubantes ſuſtinet artus,
Neglecti repetens ſtramina dura tori.
Quo poſtquam iacuit, miſero quid funere differt?
Heu tantum attriti corporis oſſa vides.
Quumq; magis iaceam ſemper, viuamq; iacendo.
Quis ſub vitali me putet eſſe loco?
Iam pœna eſt totum quod viuimus, vrimur æſtu,
Officiunt nebulæ, frigus, & aura nocet.
Ros lædit, modicoq; etiam[2] corrūpitur hymbre,
Veris & Autumni lædit amœna dies.
Hinc miſerum ſcabies, hinc tuſſis anhela fatigat:
Continuos gemitus ægra ſenectus habet.
Hos ſuperesſe rear? quibus & ſpirabilis aër,
Et lux, qua regimur, redditur ipſa grauis?
Ipſa etiam cunctis requies gratiſſima ſomnus[3]
Abuelat, & ſera vix mihi nocte redit.
Vel ſi laſſatos nunquam dignabitur artus,
Turbidus in quantis horret imaginibus?
Mollia fulcra tori duriis ſunt cotibus æqua,
Parua licet, magnum pallia pondus habent.
Cogor per mediam turbatus ſurgere noctem,
Multaq; ne patiar deteriora, pati.
Vincimur infirmi defectu corporis, & qua
Noluero, infelix hac ego parte trahor.
Omnia naturæ ſoluuntur viſcera noſtræ,
Et tam præclarum quod malè mutat opus.
His veniens onerata malis inopina ſenectus,
Cedere ponderibus ſe docet ipſa ſuis.
Ergo quis has cupiat per longum ducere pœnas?
Paulatimq; anima deficiente mori?
Morte mori melius, quam vitam ducere mortis,
Et ſenſus membris ſic ſepelire ſuis.
Non queror (heu) longi quòd totum ſoluitis anni,
Improba naturæ dicere iura nefas.
Deficiunt validi longæuo tempore tauri,
Et quondam pulcher, qui modo turpis, equus.
Fracta diu rabidi compeſcitur ira Leonis:
Lentaq; per ſenium Caſpia tigris erit.
Ipſa etiam veniens conſumet ſaxa vetuſtas,
Et nullum eſt quod non tempore cedat opus.
Sed mihi venturos melius præuert ere caſus,
Atque infelices anticipare dies.
Pœna minor, certam ſubitò perferre ruinam,
Quod timeas, grauius ſuſtinuiſſe diu.
At quos fert alios quis poſſit dicere caſus?
Hoc quoque difficile eſt commemoraſſe ſeni.
Iurgia, contemptus, violentáque damna ſequuntur,
Nec quiſquam ex tantis præbet amicus opem.
Ipſi me pueri, atque ipſæ ſine lite puellæ,
Turpe putant dominum iam vocitare ſuum.
Irrident greſſus, irrident denique vultum,
Et trenulum, quondam quod timuere, caput.
Quúmque nihil videam, tamen hoc ſpectare licebit,
Vt grauior miſero pœna ſit iſta mihi.
Felix qui meruit tranquillam ducere vitam,
Et lætos ſtabili laudere fine dies.
Dura ſatis miſeris memoratio priſca bonorum,
Et grauius ſummo culmine miſſa ruunt.

EN dilecta mihi nimiùm formoſa Lycoris,
Cum qua mēs eadem, res fuit vna mihi.
Poſt multos quibus induiſi viximus annos,
Reſpuit amplexus (heu) ſtupefacta meos.
Iámque alios iuuenes, alioſque requirit amores:
Me vocat imbellem decrepitúmque ſenem:
Nec meminiſſe volet tranſacta dulcia vitæ,
Nec quòd me potius reddidit ipſa ſenem.
Immò etiam cauſas ingratas ac perfida fingit,
Vt ſpretus vitio iudicer eſſe meo.
Hæc me præteriens quum dudum fortè videret,
Exuit, obductis veſtibus ora tegens.
Hunc ego dilexi? méque hic complexus amauit?
Huic ego ſæpe neſas, oſcula blanda dedi?
Nauſeat: & priſcū vomitu ceu fundat amorē,
Imponit capiti plurima dira meo.
Heu, quid lōga dies nunc affert: vt ſibi quiſquam
Quondam dilectum prodere turpe putet?
Nonne fuit melius tali me tempore fungi,
Quo nulli merito deſpiciendus eram?
Quàm poſtquam perit quicquid fuit antè decoris,
Extinctum meritis viuere criminibus?
Iam nihil eſt totum quod viximus: Omnia ſecū
Tempus præteriens, horáque ſumma trahit.
At mea iam niuei circundant tempora cani,
Et iam cæruleus inſicit ora color.
Præſtat adhuc, nimiúmque ſibi ſpecioſa videtur,
Atque annos mecum deſpicit illa ſuos.
Et fateor, primæ retinet monumenta figuræ,
Atque inter cineres condita flamma manet.
Vt video, pulchris etiam vos parcitis annis,[1]
Nec veteris formæ gratia tota perit.
Relliquiis veterum iuuenes paſcuntur amorum,
Sed ſi quid nunc eſt quod fuit antè, placet.
Ante oculos ſtatuunt primæui temporis actus,

[1] expectare. [2] corrumpimur imbre. [3] ipſe
[1] anni.

Atq; in præteritum luxuriantur opes.
Et quia nos totus membrorum deserit usus,
Nullos amplexus, quos 1 remoretur habet.
Sed miseris solus superest post omnia luctus:
Quot bona tunc habui, tot modò damna fleo.
Ergo velut pecudum præsentia sola manebunt?
Nil de transactis, quod memoretur, erit?
Quum fugiant & bruta novos animalia cãpos,
At repetant celeres pascua nota greges.
Sub qua decubuit requiescens diligat umbram
Taurus, & amissum quærat ovile pecus.
Dulcius in solitis cantet philomela rubetis,
Sitq; suum rapidis dulce cubile feris,
Tu tantùm bene nota tibi, atq; experta relinquis
Hospitia, & potius non manifesta petis?
Nónne placet melius certis confidere rebus?
Eventus varios res nova semper habet.
Sum grandævus ego, nec tu minus, alba capillis,
Par ætas animos conciliare solet.
Si modò nõ possim, quondam potuisse memento:
Sit satis ut placeam, me placuisse prius.
Permanet in validis reverentia prisca colonis,
Quod fuit in vetulo milite, miles amat.
Rusticus expertum deflet cessisse iuvencum,
Cum quo consenuit miles honorat equum.
Nec me adeò primus spoliavit floribus ætas:
En facio versus, & mea dicta cano.
Sit gravitas, sitq; ipsa tibi veneranda senectus:
Sit quòd denosti vivere velle diu.
Quis suam in alterius condemnet crimine vitã?
Et quo 2 prætendit claudere certa iter?
Dicere si fratrem, seu dedignaris amicum,
Dic patrem, affectum nomen utrunq; tenet.
Vincat honor luxum, pietas succedat amori:
Plus ratio, quamvis cæca valere solet.
His lacrymis longos, quantũ fas, flevimus annos:
Est grave quod doleat commemorare diu.

NVnc operæprecium est quædam memorare iuventæ,
Atq; senectutis pauca referre meæ:
Quo lector mentem rerum vertigine fractam
Erigat, & mœstum noscere curet opus.
Captus amore tuo demens Aquilina ferebar,
Pallidus, & tristis, captus amore tuo.
Nõdũ, quid sit amor, vel quid Venus ignea, norã:
3 Torquebas potius rusticitate mea.
Nec minus illa mea percussa à cuspide, flagrans
Errabat, tota non capienda domo.
Carmina pulsa procul, nimiùm dilecta iacebant,
Solus amor cordi, curaq; semper erat.
Nec reperire viam, qua cæcum pasceret ignem,
Docta, nec alternis reddere verba notis.
Tantùm in conspectu studio perstabat inani.
Anxia vel solo lumina corde fovens.
Pædagogus adit me, illam tristissima mater
Servabat, tanti pœna secunda mali.

1 memoretur.
2 pertendit. 3 Torquebar.

Prensabit tq; oculos 1 mutusque per omnia nostros,
Quique solet mentis ducere signa color.
Dum licuit, votum tacitè compressimus ambo,
Et varia dulceis teximus arte dolos.
At postquàm teneram rupit verecundia frontem,
Nec valuit penitus flamma recepta tegi,
Mox captare dolos & tempora cepimus ambo,
Atque supercilijs, luminibúsque loqui.
Fallere sollicitos, suspensos ponere gressus,
Et tota nullo currere nocte sono.
Nec longo, genitrix furtivum sensit amorem,
Et medicare parans vulnera vulneribus,
Increpitat, caditque, ignes in pectore crescunt,
Vt solet adiecto crescere flamma rogo.
Concipiunt geminum flagrantia corda timorem,
Et sic permixto sævit amore dolor.
Tunc me visceribus præterrita quærit anhelis,
Emptum suppliciis quem putat esse suis.
Nec memorare pudet, turpésque revoluere versus,
Immò etiam gaudens imputat illa mihi.
Pro te susceptos iuvat, inquit, ferre labores,
Tu pretium tanti dulce cruoris eris.
Sit modò certa fides, atque inconcussa voluptas,
Quæ nihil imminuit passio, nulla fuit.
His egomet stimulis angebar semper, & ardens
Languebam: nec spes vlla salutis erat.
Prodere non ausus 2 carpebat vulnere cæco,
Sed stupor, & macies vocis habebat opus.
Hic mihi magnarum scrutator maxime rerum,
Solus Bobeti fers miseratus opem.
Nam quum me curis intentum sæpe videres,
Nec posses causam noscere tristitiæ:
Tandem prospiciens tali me peste teneri.
Mitibus alloquiis pandere clausa iubes.
Dicito & vnde novo correptus carperis igne?
Dic precor, & dicti sume doloris opem.
Non intellecti nulla est curatio morbi,
Vt magis inclusis ignibus 3 antè fremunt.
Dum pudor est tam fœda loqui, vitiumq; fateri.
Agnovit, tanti conscia lingua mali.
Mox ait, occultæ satis est res prodita causæ,
Pone metum, veniam vis tibi tanta dabit.
Prostratus pedibus verecunda silentia rupi,
Cum lacrymis referens ordine cuncta suo.
Fare, ait, vt placidæ potiaris munere formæ.
Respondet: pietas talia velle fugit.
Soluitur in risũ, exclamãs, proh mira voluptas:
Castus amor Veneris dicito quando fuit?
Parcere dilectæ iuvenis desiste puellæ,
Impius huic fueris, si pius esse voles.
Vnguibus, & morsu teneri pascuntur amores:
Vulnera non refugit, res magis apta plagæ.
Interea donis permulcet corda parentum,
Et pretio facileis in mea vota trahit.
Auri cæcus amor nativum vincit amorem:
Cœperunt natæ crimen amare suæ.
Dant vitiis furtísque locum, dant iungere dextras,
Et totum ludo concelebrare diem.

1 nutusque 2 carpebar. 3 antra.

Permissum fit vile nefas, sit languidus ardor.
Vicerunt morbum languida corda suum.
Illa nihil quæsita videns procedere, causam
Odit, & illæso corpore tristis abit.
Proieci vanas sanato pectore curas,
Et subito didici quàm miser antè fui.
Salue, sancta: inquam, sempérque intacta maneto
Virginitas, per me plena pudoris eris.
Quæ postquàm perlata viro sunt omnia tuto,
Meq; videt fluctus exuperasse meos:
Macte, inquit, tuuenis proprij dominator Amoris,
En de contemptu sume trophæa tuo.
Arma tibi Veneris, cedantq; Cupidinis arcus,
Cedat & armipotens ipsa Minerua tibi.
Si tibi peccandi studium permissa potestas
Abstulit, atque ipsum talia velle fugit.
Ingrati, tristes pariter discessimus ambo,
Dissidij ratio vita pudica fuit.

Restat adhuc alios, turpésque reuoluere casus,
Atque aliquo molli pascere corda ioco.
Conueniunt etenim delirę ignauæ senectæ,
Aptaq; sunt operi carmina vana meo.
Sic vicibus variis, alternis voluimur annis.
Et mutata magis tempora grata mihi.
Virgo fuit, species dederat cui candida nomen,
Candida diuersis sat bene compta comis.
Huic ego per totum vidi splendentia corpus
Cymbala multiplices edere pulsa sonos.
Nunc niueis digitis, nunc pulsans pectine chordas
Arguto quicquid murmure dulce loqui.
Hanc ego saltantem subitò correptus amaui,
Et cœpi tacitus vulnera grata pati.
Sic me diuersis tractum de partibus, vna
Carpebat variis pulchra puella modis.
Singula visa semel, semper memorare libebat,
Hærebatq; animo nocte dieq; meo.
Sæpè velut visæ lætabar imagine formæ,
Et procul absenti voce, manuq; fui.
Sæpè velut præsens fuerit, mecum ipse loquebar
Cantabam dulceis quos solet illa modos.
O quoties demens, quoties sine mente putabar,
Nec, puto, fallebar, nec bene sanus eram.
Certè difficile est abscondere pectoris æstus,
Panditur & clauso sæpius ore furor.
Nam subitò inficiens vultum pallórque, ruborq;
Interdum certa vocis habebat opus.
Nec minus ipsa meas prodebant somnia curas,
Somnia secreti non bene fida mei.
Nam quum sopitos premerent obliuia sensus,
Confessa est facinus conscia lingua suum.
Candida clamabam propera: cur candida cessas?
Nox abit, & furtis lux inimica venit.
Proximus vt genitor mecum comitatus amatæ
Virginis, in gelida fortè iacebat humo:
Illius ad nomen turbatos excitat actus:
Exilit, & natam credit adesse suam.
Omnia collustrans, toto me corde solutum
Prospicit afflantem, nec meminisse mei.
Vana putas: an vera sopor ludibria iactat?
Et te verus, ait, pectoris ardor habet?
Credo equidem assuetas animo remeare figuras,
Et fallax studium ludit imago suum.
Stat tamen attonitus, perplexaq; murmura captat,
Et tacitis precibus dicere plura rogat.
Sic ego, qui cunctis sanctæ grauitatis habebar,
Proditus indicio sum miser ipse meo.
Et nunc infelix tota est sine crimine vita,
Et peccare senem non potuisse pudet.
Deserimur vitiis, fugit indignata voluptas:
Et quod non possum, non potuisse iuuat.
Hoc etiam meminisse licet, quod serior ætas
Intulit, & gemitus quos mihi læta dedit.
Has sed quis possit naturæ astringere partes?
Gnarus, & vt sapiens noxia sæpè velit?
Interdum rapimur vitiis, trahimúrque volentes,
Et quæ non capiunt, pectora bruta volunt.

Missus ad Eoas legati munere functus,
Tranquillum cunctis nectere pacis opus,
Dum studeo geminæ componere fœdera pacis,
Inueni cordis bella nefanda mei.
Hic me suscipiens Hetruscæ gentis alumnum,
Inuoluit patrijs Graia puella dolis.
Nam quum se nostro captam simularet amore,
Me potius vero fecit amore capi.
Peruigil ad nostras adstabat mane fenestras,
Nescio quid Græco murmure dulce canens.
Nunc aderant lacrymæ, gemitus, suspiria, [1] pallórque,
Et quicquid nullum fingere posse putes.
Sed velut afflicto nimium miseratus amore,
Efficior potius tunc miserandus ego.
Hæc erat egregia forma, vultusq; sereni,
Grata, micans oculis, nec minus arte placens,
Docta loqui, digitis, & carmina fingere docta,
Et responsuram sollicitare lyram.
Illam Syrenijs stupefactus cantibus æquans,
Efficior demens alter Vlysses ego.
Et quia non poteram tantas euadere moles,
Nescius in scopulos, & vada cæca feror.
Quid referam gressus certa se lege mouentes:
Suspensosq; nouis passibus ire pedes?
Grande erat inflexos gradibus numerare capillos,
Grande erat in niueo pulchra colore coma.
Vrebant oculos durę stantesq; papillę,
Et quas astringens clauderet vna manus.
Ah quantùm mentem stomachi fultura mouebat,
Atque sub exhausto pectore pingue femur.

1 al. pallor.

Vrebar teneros astringere fortiter artus,
Visa per amplexus ossa sonare meos.
Grandia, [1] clamabam, nimium me brachia laedunt.
Non tolerant pondus subdita membra tuum.
Dirigui quantusq; fuit calor ossa reliquit,
Et nata est veniæ causa pudenda meæ.
Non sic lac tenerum permixta coagula reddunt,
Nec liquidi mellis spuma liquoris erit.
Succubui, fateor, Graiæ tum nescius artis.
Succubui Thusca simplicitate senex.
Quæ defensa suo superata est Hectore Troia,
Vnam non poterat fraus superare senem?
Muneris inuicti curam studiumque reliqui,
Deditus imperijs saue Cupido tuis.
Nec memorare pudet tali me vulnere victum,
Subditus his flammis Iuppiter ipse fuit.
Sic mihi prima quidem nox affuit, & sua soluit
Munera: grandæuo vix subeunda viro.
Proxima destituit vires, vacuusq; recessit
Ardor, & in Venerem segnis vt antè fui.
Illa, velut proprium repetens infesta tributum,
Instat, & increpitans debita reddis? ait.
Sed nihil hic clamor, nil sermo mitis agebat:
Quod natura negat, reddere nemo potest.
Erubui stupuiq;, omnes verecundia motus
Abstulit, & blandum terror ademit opus.
[1] Contractare manu cœpit frigentia membra,
Meque etiam digitis sollicitare suis.
Nil mihi torpenti: nil tactis profuit illis,
Restitit in medio frigus vt antè foco.
Quæ te crudelis rapuit mihi fœmina? dixit,
Cuius ab amplexu fessus ad arma redis?
Iurabam curis animum mordacibus vri,
Nec posse ad luxum tristia corda trahi.
Illa dolum credens: Non falles, inquit, amorem,
Pluuima cæcus amor lumina semper habet.
Quin potius placido noli vnquam parcere ludo,
Proijce tristitias, & renouere iocis.
Obtundunt siquidem curarum pondera sensus:
Intermissa minus sarcina pondus habet.
Tunc egomet totos nudatus corpore lecto,
Effusis lacrymis talia verba dedi:
Cogimur heu segnes crimen vitiumq; fateri,
Ne meus extinctus fortè putetur amor.
Me miserum, cuius non est culpanda voluptas,
Iudicor infelix debilitatis ope.
En longo confecta situ tibi tradimus arma,
Arma ministerijs quippe dicata tuis.
Fac quodcunque potes, nos cedimus: hoc tamen ipse
Grandior est hostis, quo minus ardet amor,
Protinus Argiuas admouit turpiter arteis.
Mèque cupit flammis viuificare suis.
Ast vbi dilecti persensit funera membri,
Nec velut expositum surgere vidit opus.
Erigitur, viduoq; toro laniata recumbens,

[1] al. clamabat. [2] contrectare.

Vocibus his luctus & sua damna fouet:
Mentula festorum cultrix operosa dierum,
Quondam diuitiæ, deliciæq; meæ,
Quo te deiectam lacrymarum gurgite plangam,
Quæ de tot meritis carmina digna feram?
Tu mihi flagranti succurrere sæpe solebas,
Atque æstus animi ludificare mei.
Tu mihi per totam custos gratissima noctem,
Consors lætitiæ, tristitiæq; meæ.
Conscia secreti semper fidissima nostri,
Adstans in nostris peruigil obsequijs.
Quò tibi feruor abit? per quem feritura placebat
Quò tibi cristatum, vulniferumq; caput?
Nempe iaces nullo, vt quondam, suffusa rubore?
Pallida demisso vertice nempe iaces.
Nil tibi blanditiæ, nil dulcia carmina prosunt,
Non quicquid mentem sollicitare solet.
Sic velut exposito meritam te funere plango,
Occidit assiduo quod caret officio.
Hæc ego cum lacrymis deducta voce canentem
Irridens, dictis talibus increpui:
Dum defles nostri languorem fœmina membri,
Ostendis morbo te grauiore premi.
Vade, inquam, felix semper felicibus apta,
Vtere cognatis, vtere deliciis.
Illa furens, credo quod nescis perfide, dixit,
Non fleo priuatim sed generale chaos.
Hæc genus humanum, pecudum, volucrumque, ferarumque,
Et quicquid toto spirat in orbe, creat.
Hæc sine diuersi nulla est concordia sexus,
Hæc sine coniugij gratia summa perit.
Hæc geminas tanto constringit fœdere menteis,
Vnius vt faciat corporis esse duos.
Pulchra licet, pretium, si desit, fœmina perdit,
Hæc si defuerit, vir quoque turpis erit.
Hæc si gemma micans rutilum non conterat aurum,
Æternum fallax, mortiferumque genus.
Tecum pura fides, secretaq; certa loquuntur,
O verè precium, fructiferumq; bonum.
Cedunt cuncta tibi, quodque est sublimius, vltro
Cedunt imperiis maxima quæque tuis.
Nec subtracta gemunt, sed se tibi subdere gaudent,
Vulnera sunt iræ prosperiora tuæ.
Ipsa etiam totum moderans sapientia mundum
Porrigit inuitas ad tua iura manus.
Sternitur icta tuo votiuo vulnere virgo,
Et percussa nouo læta cruore iacet.
Flet tantum ridetq; suum laniata dolorem,
Et percussori plaudit amica suo.
Non tibi semper iners, non mollis conuenit actus,
Mixtaq; sunt ludis fortia facta tuis.
Nam nunc ingenio, magnis nunc viribus vsa,
Nunc his quæ iuueni sunt inimica malis.
Nam tibi peruigiles impendunt sæpe dolores,

[1] Hym-

690 1 *Hymbres, insidiæ, iurgia, damna, pudor.*
2 *Tum mihi sæpè feri commendas corda tyranni,*
Sanguineus per te Mars quoque mitis erit.
Tu post extinctos, debellatosq; gigantes,
Excutis irato tela trisulca Ioui.
695 *Tu cogis rapidas 3 effectus discere tigreis*
Per te blandus amans redditur ipse leo.
Mira tibi virtus, mira est patientia, victos
Diligis, & vinci, vincere sæpe volens.
Quum superata iaces, vires, animosq; resumis,
700 *Atque iterum vinci, vincere rursus amans.*
Ira brevis, longa est pietas, recidiua voluptas,
Et quum posse perit, mens tamen una manet.
Conticuit tandem longo satiata dolore,
Ac velut expletis desinit exequijs.

705 *CLaude precor miseras æras verbosa querelas,*
Nunquid adhuc vitium vis reserare tuũ?
Sit satis indignum leuiter tetigisse pudorem,
4 Contrectata diu crimina crimen habent.
Omnibus est eadem leti via: non tamen vnus
710 *Est vitæ cunctis, exitiiq; modus.*
Hac pueri, atque senes pariter, iuuenesque ferentur,
Hac par diuitibus pauper egenus erit.
Ergo quod astrictum, quodq; est vitabile nulli,
Festino gressu vincere præstat iter.
715 *Infelix seu iam defleto funere surgo,*
Hac me defunctum viuere parte puto.
1 al. Imbres. 2 Tu. 3 affectus. 4 contractata.

SEQVENS LYRICVM, QVIA à plerisque Cor. Gallo attribuitur, hîc adiicere libuit.

LIdia bella puella, candida,
Quæ bene superas lac, & lilium,
Albámque simul rosam rubidam,
Aut expolitum ebur Indicum. 720
Pande puella, pande capillulos
Flauos, lucentes vt aurum nitidum.
Pande puella collum candidum,
Productum bene candidis humeris.
Pande puella stellatos oculos, 725
Flexaq; super nigra cilia.
Pande puella genas roseas,
Perfusas rubro purpura Tyria.
Porrige labra, labra corallina,
Da columbatim mitia basia: 730
Sugis amentis partem animi:
Cor mihi 1 penetrant hæc tua basia.
Quid mihi sugis viuum sanguinem?
Conde papillas, conde gemipomas,
Compresso lacte quæ modò pullulant. 735
Sinus expansa profert cinnama:
Vndique surgunt ex te delicia.
Conde papillas, quæ me sauciant
Candore, & luxu niuei pectoris.
2 Sæua non cernis quòd ego langueo? 740
Sic me destituis iam semimortuum?
1 al. penetrent.
2 al. Sic tu non

SEX. PROPERTII VITA,

EX LIBRO TERTIO PETRI CRINITI DE POETIS Latinis desumpta.

SEX. Aurelius Propertius ex Meuania oppido oriundus, quod in Vmbria est: hoc enim & ipse autor alicubi testatur, sicuti cùm ipsam Vmbriam Romani Callimachi patriam vocat:

Vt nostris tumefacta superbiat Vmbria libris,
Vmbria Romani patria Callimachi.

Sunt qui scribant eius patrem equestri dignitate ornatum, ac Triumuirali potestate fuisse, tum inter eos connumeratum, qui L. Antonium secuti (Perusia capta) ex Octauij Cæsaris autoritate ad aram diui Iulij perducti, ibidem occisi fuerunt. Illud omnino constat, Aurelium hunc Propertium, magna ex parte amissis bonis, Romam se recepisse, cùm patrem suum in tenera adhuc ætate amisisset, quod illis versibus apparet:

Aspice me cui parua domus fortuna relicta est,
Nullus & antiquo Marte triumphus aui.

Et alibi clariùs.

Ossaque legisti, non illa ætate legenda
Patris, & in tenues cogeris esse Lares.

Nam tua cùm multi versarent rura iuuenci,
Abstulit exultas pertica tristis opes.
Mox vbi bulla rudi demissa est aurea collo,
Matris & ante deos libera sumpta toga.
Tum mihi pauca suo de carmine dictat Apollo,
Et vetat insano verba tonare foro.

In vrbe autem, breui, nominis celebritatem adeptus est, cùm ingenij comitate, tum elegantia carminum. Mœcenati & Cor. Gallo maximè acceptus fuit, quòd vterque poëtæ studiis, & doctrinæ pro similitudine professionis faueret. Ouidium quoque, Tibullum & Bassum inter principes amicos coluit, ad quos de suis caloribus, & puellæ ingenio sæpius scripsit. C. verò Plinius in epistola ad Romanum Paulum refert Pascienum in scribendis elegiis eruditum habuisse inter suos maiores Propertium: itaque id, inquit, Passieno gentile est: nam & ex eodem municipio est, quo Propertius: Vnde maximum studium Passieno fuit, calores Propertij, atque ingenium suo carmine exprimere, cùm in elegiis (vt inquit Plinius) foret egregius, atque præcipuus Propertius. Libros quatuor Elegiarum composuit, in quibus ferè suos calores, & Hostiæ laudem, ac formã celebrat. Nam puellam Hostiam miro quodam affectu exarsit, quam mutato nomine (vt est autor L. Apuleius) Cynthiam appellare maluit: ex quo Sidonius Apollinaris sic ad Hesperium scribit: Memineris, inquit, quòd sæpè versum Corina cum suo Nasone compleuit, Lesbia cum Catullo, Cæsennia cum Getulico, Argentaria cum Lucano, & Cynthia cum Propertio, Delia cum Tibullo. Callimachum præcipuè, Cyreneum Minermum, & Philetam Græcos poëtas in carmine secutus est, quorum manibus comitem se profitetur: nam vt illi apud Græcos in Elegia consensu omnium præstiterunt, ita Propertius quidem apud Latinos, eorum imitatione primas videtur quorundam iudicio consecut'. Fab. autem Quintilianus censor in literis acerrimus, cùm Tibullum maximè commendauerit, non deesse tamen inquit, qui Propertium malint, cùm sit Ouidius lasciuior, Gallus in Elegia durior. Ouidius certè cùm sæpè de ipso Propertio agat, blandum, tenerum, ac dulcem appellat, multumque illius carmini semper concessit, & recensenti sua carmina auditor affuit,

Sæpe suos solitus recitare Propertius ignes,
Iure sodalitij qui mihi iunctus erat.

Sed & Val. Martialis Propertij ingenio & amoribus plurimum tribuit, vt eo maximè loco probauit, quo Galli Lycorim, Tibulli Nemesim & Lesbiam Catulli celebrat. Sic enim ait in Apophoretis,

Cynthia facundi carmen iuuenile Properti
Accepit famam, nec minus ipsa dedit.

De obitu eius parum compertum est. Quidam scripserunt illum periisse annos alterum & xl. natum. Fuisse alterum Propertium Fulgentius ostendit, qui in libro ad Calcidium de prisco sermone: & verba hæc ex Propertio refert,

Catillata geris vadimonia publicum prostibulum.

SEX.

SEX. AVRELII PROPERTII VMBRI OPERA QVÆ EXTANT.

ELEGIARVM LIBER PRIMVS.

ELEGIA I.
AD TVLLVM.

CYNTHIA prima suis miserum me cepit ocellis,
Contactum nullis ante cupidinibus.
Tum mihi constantis deiecit lumina fastus,
Et caput impositis pressit Amor pedibus.
Donec me docuit castas odisse puellas
Improbus, & nullo viuere consilio.
Et mihi iam toto furor hic non deficit anno.
Quum tamen aduersos cogor habere Deos.
1 Mimalion nullos fugiendo, Tulle, labores,
Sauitiam duræ contulit Iasidos.
Nam modò Partheniis amens errabat in antris,
Ibat & hirsutas ille videre feras.
Ille etiam 2 Hylæi percussus vulnere rami
Saucius Arcadiis rupibus ingemuit.
Ergo velocem potuit domuisse puellam.
Tantum in amore preces, & benefacta valent.
In me tardus Amor 3 non vllas cogitat artes:
Nec meminit notas, vt prius, ire vias.
At vos, deductæ quibus est fallacia Lunæ,
Et labor in magicis sacra piare focis:
En agedum, dominæ mentem conuertite nostræ,
4 Et facite illa meo palleat ore magis.
Tunc ego crediderim vobis, & sidera, & amnes
Posse Citæinis ducere carminibus.
Et vos, qui sero lapsum reuocatis, amici,
Quærite non sani pectoris auxilia.
Fortiter & ferrum, sæuos patiemur & ignes:
Sit modò libertas, quæ velit ira, loqui.
Ferte per extremas gentes, & ferte per vndas,
Qua non vlla meum fœmina norit iter.
Vos remanete, quibus facili Deus annuit aure,
Sitis & in tuto semper amore pares.
In me nostra Venus noctes exercet amaras,
Et nullo vacuus tempore desit Amor.
Hoc moneo, vitate malum. Sua quemque moretur
Cura, neque assueto mutet amore locum.
Quod si quis monitis tardas aduerterit aures,
Heu referet quanto verba dolore mea.

AD CYNTHIAM.

QVid iuuat ornato procedere, 1 vita, capillo?
Et tenues Coa veste mouere sinus?
Aut quid 7 Orontea crines perfundere myrrha?
Téque peregrinis vendere muneribus?
Naturæq; decus mercato perdere cultu?
Nec sinere in propriis membra nitere bonis?
Crede mihi, non vlla tua medicina figura est.
Nudus Amor formæ non amat artificem.
Adspice 1 quos 2 summittit humus formosa colores,
Et veniant edera sponte sua melius:
Surgat & in solis formosius arbutus antris,
Et sciat indociles currere lympha vias:
Littora natiuis persudent picta lapillis,
Et volucres nulla dulcius arte canant.
Non sic Leucippis 3 succendit Castora Phœbe,
Pollucem cultu non Thelayra soror.
Non Idæ, & cupido quondam discordia Phœbo
4 Eueni patriis filia litoribus.
Nec Phrygium falso traxit candore maritum
Auecta externis Hippodamia rotis:
Sed facies aderat nullis obnoxia gemmis,
Qualis Apelleis est color in tabulis.
Non illis studium vulgo conquirere amantes.
Illis ampla satis forma, pudicitia.
Non ego nunc vereor, ne sis mihi vilior istis.
Vni si qua placet, culta puella sat est.
Quum tibi præsertim Phœbus sua carmina donet,
Aoniámque libens Calliopeia lyram:
Vnica nec desit iucundis gratia verbis,
Omnia quæq; Venus, quæq; Minerua probat.
His tu semper eris nostræ gratissima vitæ,
Tædia dum miseræ sint tibi luxuriæ.

AD CYNTHIAM.

QValis Theseа iacuit cedente carina
Languida desertis Gnosia littoribus:
Qualis & 5 accubuit primo Cepheia somno,
Libera iam duris cotibus Andromede:
Nec minus assiduis 6 Edonis fessa choreis
Qualis in herboso concidit Apidano:
Talis visa mihi mollem spirare quietem,
Cynthia non certis nixa caput manibus.
Ebria quum multo traherem vestigia Baccho,
Et quaterent sera nocte facem pueri.
Hanc ego, nondum etiã sensus deperditus omneis
Molliter impresso conor adire toro.
Et quanuis duplici correptum ardore iuberent
Hæc Amor, hæc Liber, durius vterque Deus,
Subiecto leuiter positam tentare lacerto,
Osculaq; 7 admota 8 sumere, & arma manu:
Non tamen ausus eram dominæ turbare quietem,

1 al. Mimalion. 2 al. Psilyes, alij Psillei. 3 al. nonnullas. 4 al. En. 5 al. At. 6 al. vitta. 7 al. Oronthea.

1 al. quot. 2 al. summittat. 3 al. succedit. 4 al. Euenit 5 al. accubitu. 6 al. Ædonis. 7 al. admoto. 8 al. sumere tarda.

Experta [illegible]etuens 1 verbera sauitiæ.
Sed [illegible] intentis hærebam fixus ocellis,
Argus vti 2 notis cornibus Inachidos.
Et modò soluebam nostra de fronte corollas,
Ponebámque tuis, Cynthia, temporibus.
Ei modò gaudebam lapsos formare capillos,
Nunc furtiua cauis poma dabam manibus.
Omniáque ingrato largibar munera Somno,
Munera de prono sæpe volut a sinu.
Et quoties raro duxti suspiria motu,
Obstupui vano credulus auspicio:
Nequa tibi insolitos portarent visa timores,
Néve quis inuitam cogeret esse suam.
Donec 3 diuisas percurrens Luna fenestras,
Luna moraturis sedula luminibus,
Compositos leuibus radiis patefecit ocellos:
Sic ait in molli fixa toro cubitum,
Tandem te nostro referens iniuria lecto,
Alterius clausis reppulit è foribus.
Nanque vbi longa meæ consumpsti tempora noctis,
Languidus exactis hei mihi sideribus?
O vtinam tales 4 perducas, improbe, noctes,
Me miseram quales semper habere iubes.
Nam modo purpureo fallebam stamine somnum,
Rursus & Orpheæ carmine fessa lyræ.
Interdum grauiter mecum deserta querebar
Externo longas sæpe in amore moras:
Dum me iucundis delapsam Sopor impulit alis.
Illa fuit lacrymis vltima cura meis.

AD BASSVM.

QVid mihi tam multas laudando, Basse, puellas
Mutatum domina cogis abire mea?
Quid me nõ pateris, vitæ quodcunque sequetur,
Hoc magis assueto 5 viuere seruitio?
Tu licet Antiopæ formam Nycteidos, & tu
Spartanæ referas laudibus Hermionæ,
Et quascunque tulit formosi temporis ætas,
Cynthia non illas nomen habere sinat:
Nedum, si leuibus fuerit collata figuris,
Inferior duro iudice turpis eat.
Hæc, sed forma mei pars est extrema furoris.
Sunt maiora, quibus, Basse, perire iuuat.
Ingenuus color, & multis decus artibus, & quæ
Gaudia sub tacitâ dicere veste libet.
Quo magis & nostros contendis soluere amores,
Hoc magis accepta fallit vterque fide.
Non impunè feres. sciet hæc insana puella,
Et tibi non tacitis vocibus hostis erit.
6 Nec tibi me 7 post hæc committet Cynthia, nec te
Quæret. erit tanti criminis illa memor.
Et te circum omneis alias irata puellas
8 Differet. heu nullo limine carus eris.
Nullas illa suis contemnet fletibus aras,

1 al. iurgia. 2 al. motis.
3 al. diuersas. 4 al. producas.
5 al. ducere. 6 al. Ne. 7 al. posthac.
8 al. Deferet.

Et quicunque sacer qualis vbique, lapis.
Non vllo grauius tentatur Cynthia damno,
Quam sibi cum rapto cessat amore Deus.
Præcipuè nostri maneat sic semper, adoro:
1 Ne quicquam ex illa quod querar, inueniam.

AD ÆMVLVM SVVM Gallum.

INuide tu tandem voces compesce molestas,
Et sine nos cursu, quo sumus, ire pares.
Quid tibi vis, insane? meos sentire furores?
Infelix. properas vltima nosse mala:
Et miser ignotos vestigia ferre per ignes,
Et bibere è tota toxica Thessalia.
Non est illa vagis similis conlata puellis.
Molliter irasci non 2 sciet illa tibi.
3 Aut si fortè 4 ausis non est contraria nostris,
At tibi curarum millia quanta dabit?
Non tibi iam somnos, non illa relinquet ocellos.
Illa feros animis adligat vna viros.
Ah mea contemptus quoties ad limina curres,
Quum tibi singultu fortia verba cadent:
Et 5 tremulus mœstis orietur fletibus horror,
Et timor informem ducet in ore notam:
Et quæcunque voles fugient tibi verba querenti:
Nec poteris qui sis, aut vbi, nosse miser.
Tum graue seruitium nostræ cogere puellæ
Discere, & excluſum quid sit abire domum.
Nec iam pallorem toties mirabere nostrum,
Aut cur sim toto corpore nullus ego:
Nec tibi nobilitas poterit succurrere amanti.
Nescit amor priscis cedere imaginibus.
Quod si parua tuæ dederis vestigia culpæ,
Quam cito de tanto nomine rumor eris?
Non ego tum potero solatia ferre roganti,
Quum mihi nulla mei sit medicina mali.
Sed pariter miseri socio cogemur amore,
Alter in alterius mutua flere sinu.
Quare quid possit mea Cynthia, desine, Galle,
Quærere. non impune illa rogata venit.

AD TVLLVM.

NOn ego nunc Hadriæ vereor mare noscere tecum,
Tulle, neque Ægæo ducere vela salo:
Cum quo Riphæos possim conscendere montes,
Vlteriúsque domos vadere Memnonias.
Sed me complexæ remorantur verba puellæ,
Mutatóque graues sæpe colore preces:
Illa mihi totis argutat noctibus ignes,
Et queritur nullos esse relicta deos.
Illa meam mihi iam se denegat, illa minatur,
Quæ solet irato tristis amica viro.
His ego non horam 6 possum durare querelis.
Ah pereat, si quis lentus amare potest.
An mihi sit tanti doctas cognoscere Athenas,
Atque Asiæ veteres cernere diuitias:

8 al. Nec quicquam. 2 al. solet.
3 al. Quod. 4 ita legitur, *nostris non est contraria votis.* 5 al. tremulis.
6 al. possim.

Vt mi-

Vt mihi deducta faciat conuicia puppi
Cynthia, & insanis ora notet manibus:
Osculaq; opposito dicat sibi debita vento,
Et nihil infido durius esse viro?
Tu patrui meritas conare anteire secures,
Et vetera 1 oblitis iura refer socijs.
Nam tua non ætas vnquam 2 cessauit Amori,
Semper at armatæ cura fuit patriæ.
Et tibi non vnquam nostros puer iste labores
Adferat, & lacrymis omnia nota meis.
Me sine, quem semper voluit Fortuna iacere,
Hanc animam extremæ reddere nequitiæ.
Multi longinquo periere in Amore libenter,
In quorum numero me quoque terra tegat.
Non ego sum laudi, non natus idoneus armis.
Hanc me militiam fata subire volunt.
At tu seu mollis quà tendit Ionia, seu quà
Lydia Pactoli tinguit arata liquor:
Seu pedibus terras, seu pontum carpere remis
Ibis, & accepti pars eris imperij:
Tum tibi si qua mei veniet non immemor hora,
Viuere me duro sidere certus eris.

AD PONTICVM poetam.

QVum tibi Cadmeæ ducuntur, Pontice, Thebæ,
Armaque fraternæ tristia militiæ:
Atque, ita sim felix, primo contendis Homero,
Sint modo fata tuis mollia carminibus:
Nos, vt consuemus, nostros agitamus amores,
Atque aliquid duram quærimus in dominam.
Nec tantum ingenio, quantum seruire dolori
Cogor, & ætatis tempora dura queri.
Hic mihi conteritur vitæ modus, hæc mea fama est.
Hinc cupio nomen carminis ire mei.
Me laudent doctæ solum placuisse puellæ,
Pontice, & iniustas sæpe tulisse minas.
Me legat assiduè post hæc neglectus amator,
Et prosint illi cognita nostra mala.
Te quoque si certo puer hic concusserit arcu,
Quod nolim nostros 4 euiolasse deos,
Longe castra tibi, longe miser agmina septem
Flebis in æterno surda iacere situ,
Et frustra 5 cupies mollem componere versum,
Nec tibi subijciet carmina 6 ferus Amor.
Tunc me non humilem mirabere sæpe poetam.
Tunc ego Romanis præferar ingenijs.
Nec poterunt iuuenes nostro reticere sepulchro,
Ardoris nostri magne poeta vale.
Tu caue, nostra tuo contemnas carmina fastu.
Sæpe venit magno fœnere tardus Amor.

AD CYNTHIAM.

TVne igitur demēs? nec te mea cura moratur?
An tibi sum gelida vilior Illyria:
Et tibi iam tanti quicunque est iste, videtur:
Vt sine me vento quolibet ire velis?
Tunc audire potes vesani murmura ponti:
Fortis, & in dura naue tacere potes?
Tu pedibus teneris posit as 1 fulcire ruinas:
Tu potes insolitas, Cynthia, ferre niues?
O vtinam hibernæ duplicentur tempora bruma
Et sit iners tardis nauita Vergilijs:
Nec tibi Tyrrhena soluatur funis arena,
Neve inimica meas eleuet aura preces:
Et me defixum vacua 2 patiatur in ora
Crudelem infesta sæpe vocare manu.
Atque ego non videam tales subsidere ventos,
Quum tibi prouectas auferet vnda rates.
Sed quocunque modo de me periura, mereris:
Sit Galatea tuæ non aliena viæ:
Vt te felici 3 prævecta Ceraunia remo,
Accipiat placidis 4 Oricos æquoribus.
Nam me non vllæ poterunt corrumpere, de te
Quin ego, 5 vita, tuo lumine acerba querar.
Nec me 6 deficiet nautas rogitare citatos.
Dicite, quo portu clausa puella mea est.
Et dicam, licet Atracijs considat in oris,
Et licet Eleis, illa futura mea est.
Hic erit hic iurata mea est. rumpantur iniqui.
Vicimus. adsiduas non tulit illa preces.
Falsa licet cupidus deponat gaudia liuor,
Destitit ire nouas Cynthia nostra vias.
Illi carus ego. per me carissima Roma
Dicitur. & sine me dulcia regna negat.
Illa vel angusto mecum requiescere lecto,
Et quocunque modo maluit esse mea:
Quam sibi dotatæ regnum vetus Hippodamiæ,
Et quas 7 Elis opes ante pararat equis.
Quanuis magna daret, quãuis maiora daturus:
Non tamen illa meos fugit auara sinus.
Hanc ego non auro, non Indis flectere conchis,
Sed potui blandi carminis obsequio.
Sunt igitur Musæ, neque amanti tardus Apollo:
Queis ego fretus amo. Cynthia rara mea est.
Nūc mihi summa licet contingere sidera planti.
Siue dies, seu nox venerit, illa mea est.
Nec mihi riualis certos subducet amores.
Ista meam norit gloria canitiem.

AD PONTICVM SVVM.

DIcebam tibi venturos, inrisor, amores,
Nec tibi perpetuo libera verba fore.
Ecce iaces, supplexque venis ad iura puellæ,
Et tibi nunc 8 quouis imperat emta modo.
Non me Chaoniæ vincant in amore columbæ,
Dicere quos iuuenes quæque puella domet.
Me dolor, & lacrimæ merito fecere peritum:
Atque vtinam posito dicar amore rudis.
Quid tibi nūc misero prodest graue dicere carmē,
Aut Amphioniæ mœnia flere lyræ?

1 al. oblitus. 2 al. seruiuit.
3 al. Dum. 4 al. te violasse.
5 al. cupiens.
6 al. sæuus.

1 al. fulcire. 2 al. patiaris arena.
3 al. vectam per cærula. 4 al. Orithos.
5 al. victa. 6 al. deficiet.
7 Aelis. 8 al. quæuis.

Plus in Amore valet Mimnermi versus, Homero
Carmina mansuetus lenia quærit Amor.
I, quæso, & tristeis istos 1 *depone libellos:*
Et cane, quod quæuis nosse puella velit.
Quid si non esset facilis tibi copia? nunc tu
Insanus medio flumine quæris aquam.
Nec dum etiam pulles, vero nec tangeris igni.
Hæc est venturi prima fauilla mali.
2 *Tunc magis Armenias cupies accedere tigres,*
Et magis infernæ vincula nosse rotæ:
Quam pueri toties arcum sentire medullis,
Et nihil iratæ posse negare tuæ.
Nullus Amor 3 *cuiquã facileis ita præbuit alas,*
Vt non alterna presserit ille manu.
Nec te decipiat, quod sit satis illa parata.
Acrius illa subit Pontice, si qua tua est.
Quippe vbi non liceat vacuos seducere ocellos,
Nec vigilare alio nomine cedat Amor.
Qui non ante patet, donec 4 *manus attigit ossa,*
Quisquis es, assiduas aufuge blanditias.
Illis & silices, & possunt cedere quercus:
Nedum tu possis spiritus iste leuis.
Quare, si pudor est, quamprimum errata fatere:
Dicere quo pereas sæpe in amore 5 *leuat.*

AD GALLVM.

O Iucunda quies, primo quum testis amori
Affueram vestris conscius in lacrymis.
O noctem meminisse, mihi iucunda voluptas,
O quoties votis illa vocanda meis.
Quum te complexa morientem, Galle, puella
Vidimus 6 *in longam ducere verba* 7 *moram.*
Quãuis labentes premeret mihi somnus ocellos,
Et medijs cælo luna ruberet equis:
Non tamen à vestro potui secedere lusu,
Tantus in alternis vocibus ardor erat.
Sed quoniam non es veritus concredere nobis,
Accipe commissæ munera lætitiæ.
Non solum vestros didici reticere dolores:
Est quiddam in nobis maius, amice fide.
Possum ego 8 *diuisos iterum contungere amantes,*
Et dominæ tardas possum aperire fores:
Et possum alterius curas sanare recentes,
Nec leuis in verbis est medicina meis.
Cynthia me docuit semper quæcunque petenda,
Quæque verenda forent: non nihil egit Amor.
Tu caue ne tristi cupias pugnare puellæ,
Néve superba loqui, néue tacere diu:
Neu si quid petijt, ingrata fronte negaris,
Neu tibi pro vano verba benigna cadant.
Irritata venit, quando contemnitur illa:
Nec meminit iustas ponere læsa minas.
At quo sis humilis magis, & subiectus Amori,
Hoc magis 9 *effectu sæpe fruare bono.*
Is 10 *poterit felix vna remanere puella,*
Qui nunquam vacuo pectore liber erit.

1 al. compone. 2 al. Tum. 3 al. quicquam. 4 al. cutis. 5 melius, iuuat Scal. 6 al. & longa. 7 al. mora. 8 al. diuersos. 9 al. effecto. 10 al. puerat.

AD CYNTHIAM.

E Cquid te medijs cessantem, Cynthia, Baijs,
Qua iacet Herculeis semita litoribus,
Et modo Thesproti mirantem subdita regno
Et modò 1 *Misenis æquora nobilibus,*
Nostri cura subit memores 2 *ah ducere noctes?*
Ecquis in extremo restat amore locus?
An te nescio quis simulatis ignibus hostis
Sustulit è nostris Cynthia carminibus?
Atque vtinam mage te remis confisa minutis
Paruula Lucrina cymba moretur aqua:
Aut teneat clausam tenui 3 *Theuthrãtis in vnda*
4 *Alterna facilis cedere lympha manu?*
Quam vacet alterius blandos audire susurros
Molliter in tacito litore compositam,
Vt solet amoto labi custode puella
Perfida, communes nec meminisse deos.
Non quia perspecta non 5 *es mihi cognita fama*
Sed quod in hac omnis parte timetur amor.
Ignoscés igitur si quid tibi triste libelli
Attulerint nostri. culpa timentis 6 *erit.*
An mihi non maior cæra custodia matru?
Aut sine te vitæ cura sit vlla meæ?
Tu mihi sola domus, tu, Cynthia, sola parentes,
Omnia tu nostra tempora lætitiæ:
Seu tristis veniam, seu contra lætus amicis:
Quicquid ero, dicam, Cynthia causa fuit.
Tu modo quamprimum corruptas defere Baias.
Multis ista dabunt litora dissidium:
Litora quæ fuerunt castis inimica puellis,
Ah pereant Baiæ crimen amoris aquæ.

AD 7 CYNTHIAM.

QVID mihi desidiæ non cessas fingere crimẽ
Quod faciat nobis cõscia Roma moram?
Tam multa illa meo diuisa est millia lecto,
Quantum Hypanis Veneto dissidet Eridano.
Nec mihi consuetos amplexu nutrit amores
Cynthia, nec nostra dulcis in aure sonat.
Olim gratus eram. non illo tempore cuiquam
Contigit vt simili posset amare fide.
Inuidiæ fuimus. num me Deus obruit? an quæ
Lecta Prometheis diuidit herba iugis?
Non sum ego, qui fuerã. mutat via longa puellas.
Quantus in exiguo tempore fugit Amor.
Nunc primum longas solus cognoscere noctes
Cogor, & ipse meis auribus esse grauis.
Felix qui potuit præsenti flere puellæ,
Non nihil aspersis gaudet Amor lacrymis.
Aut si despectus potuit mutare calores,
Sunt quoque translato gaudia seruitio.
Mi neq; amare aliam, neque ab hac discedere fas est,
Cynthia prima fuit, Cynthia finis erit.

AD GALLVM.

TV, quod sæpe soles, nostro lætabere casu,
Galle, quòd abrepto solus amore vacem,

1 al. Miscenis. 2 al. abducere. 3 al. tentantis. 4 al. Alternè. 5 al. est. 6 al. cris. 7 al. Tullum.

At non ipſe tuæ inuitabor, perfide voces.
Fallere te nunquam, Galle, puella velit.
Dum tibi deceptis augetur fama puellis,
Certus & in nullo quæris amore moram:
Perditus in quadam tardis palleſcere curis
Incipis, & primo lapſus 1 adire gradu.
Hæc erit illarum contemti pœna doloris.
Multarum miſeras 2 exigit vna vices.
Hæc tibi vulgares iſtos compeſcet amores.
Nec noua quærendo ſemper amicus eris.
Hæc ego non rumore malo, non augure doctus.
Vidi ego. me, quæſo, teſte negare potes?
Vidi ego te toto vinctum langueſcere collo,
Et flere iniectis Galle diu manibus:
Et cupere optatis animam deponere verbis,
Et quæ deinde meus celat, amice, pudor.
Non ego complexus potui diducere veſtros.
Tantus erat demens inter vtroſque furor.
Non ſic Æmonio Salmonida mixtus 3 Enipeo,
Tanarius facili preſſit amore Deus:
Nec ſic cæleſtem flagrans amor Herculis Heben
Senſit in Oetæis gaudia prima iugis.
Vnæ dies omneis potuit præcurrere amantes:
Nam tibi non tepidas ſubdidit illa faces.
Nec tibi prateritos paſſa eſt ſuccedere faſtus,
Nec ſinet abduci te tuus ardor aget.
Nec mirum, quum ſit Ioue digna, & proxima Lædæ,
Et Ledæ partu: gratior vna tribus
Illa ſit Inachiis, & blandior Heroinis,
Illa ſuis verbis cogat amare Iouem.
Tu vero quoniam ſemel es perituras amore,
Vtere, non alio 4 lumine dignus eras,
Quæ tibi ſit felix, quoniam nouus incidit error.
Et quodcunque voles, vna ſit iſta tibi.

AD TVLLVM.

Tv licet 5 abiectus Tiberina molliter vnda
Lesbia Mentoreo vina bibas opere:
Et modo tam celeres mireris currere lintres,
Et modo tam tardas funibus ire rates:
Et nemus omne ſatas intendat vertice ſiluas,
Vrgetur quantis Caucaſius arboribus:
Non tamen iſta meo valeant contendere amori.
Neſcit Amor magnis cedere diuitiis.
Nam ſiue optatam mecum trahit illa quietem,
Seu facili totum ducit amore diem:
Tunc mihi Pactoli veniunt ſub tecta liquores,
Et legitur rubris gemma ſub æquoribus.
Tum mihi ceſſuros ſpondent mea gaudia reges.
Quæ maneant, dum me fata perire volent.
Nam quis diuitiis aduerſo gaudet amore?
Nulla mihi triſti præmia 6 ſint Venere.
Illa poteſt magnas heroum infringere vires,
Illa etiam duris mentibus eſſe dolor.
Illa neque Arabium metuit conſcendere limen,
Nec timet oſtrino, Tulle, ſubire toro.
Et miſerum toto iuuenem verſare cubili.

1 al. amore. 2 al. exiget. 3 al. Enipheo. 4 al. limine. 5 al. adiectus. 6 al. ſunt.

Quid releuant variis ſerica textilibus?
Quæ mihi dum placata aderit, non vlla verebor
Regna, vel Alcinoi munera deſpicere.

AD CYNTHIAM.

Saepe ego multa tuæ 1 leuitatis dura timebam,
Hæc tamen excepta, Cynthia, perfidia.
Adſpice me quanto rapiat Fortuna periclo.
Tu tamen in noſtro lenta timore venis:
Et potes externos manibus componere crines,
Et longa faciem quærere deſidia:
Nec minus Eois pectus variare lapillis,
Vt formoſa nouo quæ parat ire viro.
At non ſic Ithaci digreſſu mota Calypſo
Deſertis olim fleuerat æquoribus.
Multos illa dies incomptis mœſta capillis
Sederat, iniuſto multa locuta ſalo,
Et, quanuis nunquam poſthac viſura dolebat,
Illa tamen longæ conſcia lætitiæ,
Alpheſibœa ſuos vlta eſt pro coniuge fratres,
Sanguinis & cari vincula rupit Amor.
Nec ſic Æſoniden rapientibus anxia ventis
Hypſipyle vacuo conſtitit in thalamo,
Hypſipyle nullos poſt illos ſenſit amores,
Vt ſemel Æmonio tabuit hoſpitio.
Coniugis Euadne miſeros elata per ignes,
Occidit Argiuæ fama pudicitiæ.
Quarum nulla tuos potuit conuertere mores,
Tu quoque vti fieres nobilis hiſtoria.
Deſine iam reuocare tuis periuria verbis
Cynthia, & oblitos parce 2 mouere Deos.
Audax ah nimium, noſtro dolitura periclo,
Si quid forte tibi durius inciderit.
Multa prius vaſto labentur flumina ponto,
Annus & inuerſas duxerit ante vices:
Quàm tua ſub noſtro mutetur pectore cura,
Sis quodcunque voles, non aliena tamen:
Quámve mihi viles iſti videantur ocelli,
Per quos ſæpe mihi credita perfidia eſt.
Hos tu iurabas, ſiquid mentita fuiſſes,
Vt tibi ſuppoſitis exciderent manibus.
Et contra magnum potes hos attollere ſolem?
Nec tremis admiſſa conſcia nequitiæ?
Quis te cogebat multos pallere colores,
Et fletum inuitis ducere luminibus?
Queis ego nunc pereo, ſimiles moniturus amantes.
O nullis tutum credere blanditiis!

VERBA IANVÆ CONQVERENTIS.

Qvae fueram magnis olim patefacta triumphis
Ianua Tarpeiæ nota pudicitiæ,
Cuius inaurati celebrarunt limina currus
Captorum lacrymis humida ſupplicibus:
Nunc ego nocturnis potorum ſaucia rixis
Pulſata indignis ſæpe queror manibus.
Et mihi non deſunt turpes pendere corolla

1 al. iura. 2 al. monere.

Semper, & 1 excluſi ſigna iacere faces.
Nec poſſum infamis dominæ defendere noctes
Nobilis obſcœnis tradita carminibus.
Nec tamen illa ſuæ reuocatur parcere famæ,
Turpior & ſæcli viuere luxuria.
Has inter 2 grauius cogor deflere querelas
Supplicis à longis triſtior excubiis.
Ille meos nunquam patitur requieſcere poſtes,
Arguta referens carmina blanditia:
Ianua vel domina penitus crudelior ipſa,
Quid mihi tam duris clauſa taces foribus?
Cur nunquã reſerata meos admittis amores,
Neſcia furtiuas reddere mota preces:
Nullane finis erit noſtro conceſſa dolori?
3 Triſtis & in tepido limine ſomnus erit?
Me mediæ noctes, me ſidera 4 prona iacentem,
Frigidáque Eoo me dolat aura gelu.
Tu ſola humanos nunquam miſerata labores
5 Reſpondes tacitis mutua cardinibus.
O vtinam traiecta caua mea vocula rima,
Percuſſas dominæ vertat in auriculas.
Sic licet & ſaxo patientior illa Sicano,
Sit licet & ferro durior, & chalybe.
Non tamen illa ſuos poterit compeſcere ocellos,
Sugget & inuitis ſpiritus in lacrymis.
Nunc iacet alterius felici nixa lacerto.
At mea nocturno verba cadunt zephyro.
Sed tu ſola mei tu maxima cauſſa doloris
Victa meis nunquam, ianua, muneribus,
Te non vlla meæ læſit petulantia linguæ
Quæ ſolet 6 iratus dicere 7 trita loco:
Vt me tam longa raucum patiare querela
Sollicitas triuio peruigilare moras.
At tibi ſæpe nouo deduxi carmina verſu,
Oſculaque impreſſis nixa dedi gradibus.
Ante tuos quoties verti me perfida poſtes,
Debitáque occultus vota tuli manibus?
Hæc ille, & ſi qua miſeri nouiſtis amantes,
Et matutinis obſtrepit alitibus.
Sic ego nunc dominæ vitiis, & ſemper amantis
Fletibus æterna differor inuidia.

AD CYNTHIAM DE MARIS TEMPESTATE.

8 ET meritò, quoniam potui fugiſſe puellam
Nunc ego deſertas alloquor Alcyonas:
Nec mihi Caſſiope ſolito viſura carinam
Ominat. ingrato litore vota cadunt.
Quinetiam abſenti proſunt tibi, Cynthia, venti.
Aſpice quàm ſæuas increpat aura minas.
Nullane placatæ veniet fortuna procellæ?
Haccine parua meum funus arena teget?
Tu tamen in melius ſæuas conuerte querelas,
Sat tibi ſit pœnæ nox, & iniqua vada.
An poteris ſiccis mea fata reponere ocellis?
Oſſáque nulla tuo noſtra tenere ſinu?
Ah pereat quicunque rates, & vela parauit
Primus, & inuito gurgite fecit iter.
Nónne fuit 1 melius dominæ peruincere mores?
Quanuis dura, tamen rara puella fuit:
Quàm ſic ignotis circundata litora ſiluis
Cernere, & optatos quærere Tyndaridas?
Illic ſi qua meum ſepelirent fata dolorem,
Vltimus & poſito ſtaret amore lapis:
Illa meo caros donaſſet funere crines
Molliter, & tenera poneret oſſa roſa.
Illa meum extremo clamaſſet puluere nomen,
Vt mihi non vllo pondere terra foret.
At vos æquoreæ formoſa Doride natæ
Candida ſelici ſoluite vela 2 choro.
Siquando veſtras labens Amor attigit vndas,
Manſuetis ſocio parcite litoribus.

AD CYNTHIAM.

HAEC certè deſerta loca, & taciturna querenti,
Et vacuum Zephyri poſſidet aura nemus.
Hic licet occultos proferre impune dolores,
Si modo ſola queant ſaxa tenere fidem.
Vnde tuos primum repetã, mea Cynthia, faſtus?
Quod mihi das flendi Cynthia principium?
Qui modo felices inter numerabar amantes,
Nunc in amore tuo cogor habere notam.
Quid tantum merui? quæ te mihi carmina mutant?
An noua triſtitiæ cauſſa puella tuæ?
Sic mihi te referas leuis, vt non altera noſtro
Limine formoſos intulit vlla pedes.
Quãuis multa tibi dolor hic meus aſpera debet:
Non ita ſæua tamen venerit ira mea:
Vt tibi ſim merito ſemper furor, & tua flendo
Lumina deiectis turpia ſint lacrymis.
An quia parua damus mutato ſigna calore?
Et non vlla meo clamat in ore fides?
Vos eritis teſtes ſi quos habet arbor, amores,
Fagus, & Arcadio pinus 3 amata Deo.
Ah quoties teneras reſonant mea verba ſub vmbras,
Scribitur & veſtris Cynthia corticibus.
An tua quod peperit nobis iniuria 4 curas,
Quæ ſolum tacitis cognita ſunt foribus?
Omnia conſueui timidus perferre ſuperba
Iuſſa, neque arguto facta dolore queri.
Pro quo, Di, viui fontes, & frigida rupes,
Et datur inculto tramine dura quies.
Et, quodcunque meæ poſſunt narrare querelæ,
Cogor ad argutas dicere ſolus aues.
Sed qualiſcũque es, reſonãt mihi Cynthia ſylua.
Nec deſerta tuo nomine ſaxa vacant.

AD CYNTHIAM.

NOn ego nunc triſtes vereor, mea Cynthia, manes,
Nec moror extremo debita fata rogo:
Sed ne fortè tuo careat mihi funus amore,
Hic timor eſt ipſis durior exequiis.
Non adeo leuiter 5 noſtris puer hæſit ocellis,

1 excluſis. 2 al. grauibus. 3 al. Turpis.
4 al. plena. 5 al. Reſponde.
6 al. irato. 7 al. verba. al. tuta. 8 al. Ao.
1 al. leuius. 2 al. Noto.
3 al. amica. 4 al. curam. 5 al. noſter.

Vt

Vt meus oblito puluis amore vacet.
Illic Phylacides iucundæ coniugis heros
Non potuit cæcus immemor esse locis:
Sed cupidus falsis attingere gaudia palmis,
Thessalis antiquam venerat vmbra domum.
Illic quicquid ero, semper tua dicar imago,
Traiicit & fati litora magnus amor.
Illic formosæ veniant chorus heroinæ,
Quas dedit Argiuis Dardana præda viris,
Quarum nulla tuæ fuerit mihi Cynthia, forma
Gratior, & tellus hoc ita iusta sinat.
Quamuis te longæ remorentur [1] fata senectæ,
Cara tamen lacrymis ossa futura tuis,
Quæ tu viua mea possis sentire fauilla:
Tum mihi non vllo mors sit amara loco.
Quam vereor ne te contemto Cynthia busto,
Abstrahat à nostro puluere iniquus Amor:
Cogat & inuitam lacrymas siccare cadentes.
Flectitur assiduis certa puella minis.
Quare dum licet hos inter lætemur amantes.
Non satis est vllo tempore longus amor.

AD GALLVM.

Hoc pro cõtinuo te, Galle, monemus amore.
Id tibi ne vacuo defluat ex animo.
Sæpe imprudenti fortuna occurrit amanti.
Crudelis [3] Minyis dixerit Ascanius.
Est tibi non infra speciem, non nomine dispar
Thiodamanteo proximus ardor Hylæ.
Nunc tu siue [4] leges vmbrosæ flumina siluæ,
Siue Amerina tuos tinxerit vnda pedes:
Siue Gigantea spatiabere litoris ora,
Siue vbicunq; [5] vago fluminis hospitio:
Nympharum semper [6] cupidas defende [7] rapinas.
Non minor Ausoniis est amor ab [8] Dryasin.
Ne tibi sit [9] duro montes & frigida saxa,
Galle, neq; expertos semper adire lacus:
Quæ miser ignotis error perpessus in oris
Herculis indomito fleuerat Ascanio.
Nanq; ferunt olim Pegasæ naualibus [10] Argo
Egressam longe Phasidos isse viam.
Et iam præteritis labẽtem Athamantidos vndis,
Mysorum scopulis adplicuisse ratem.
Hic manus heroum placidis vt constitit oris,
Mollia composita [11] litora fronde tegit.
At comes inuicti iuuenis processerat vltra
Raram sepositi quærere fontis aquam.
Hunc duo sectati fratres aquilonia proles.
Hunc super & Zethes, hunc super & Calais
Oscula suspensis instabant carpere palmis,
Oscula & alterna ferre supina fuga.
Ille sub extrema pendens secluditur ala,
Et volucres ramo submouet insidias.
Iam Pandioniæ cesset genus Orithyiæ:
Ah dolor ibat Hylas, ibat Hamadryasin.
Hic erat Arganti Pegæ sub vertice montis
Grata domus Nymphis humida Thyniasin.
Quam supra [1] nullæ pendebant debita curæ
[2] Roscida desertos poma sub arboribus.
Et circum riguo surgebant lilia prato
Candidæ purpureis mista papaueribus.
Quæ modo decerpens tenero pueriliter vngui,
Proposito florem prætulit officio.
Et modo formosis incumbens nescius vndis
Errorem blandis tardat imaginibus.
Tandẽ haurire parat demissis flumina palmis,
Innixus dextro plena trahens humero.
Cuius & accensæ Dryades candore puellæ,
Miratæ solitos destituêre choros.
Prolapsum leuiter facili traxere liquore,
Tum sonitum rapto corpore fecit Hylas.
Cui procul Alcides iterat responsa. sed illi
Nomen ab extremis fontibus aura refert.
His, ô Galle, tuos monitis seruabis amores,
Formosum Nymphis credere tutus Hylam.

GALLVS LOQVITVR.

Tv, qui consortem properas euadere casum,
Miles ab Hetruscis saucius aggeribus:
Quid nostro gemitu turgentia lumina torques?
Pars ego sum vestræ proxima militiæ.
Sic te seruato possint gaudere parentes,
Hæc soror [3] Acca tuis sentiat è lacrymis,
Gallum per medios ereptum Cæsaris enses,
Effugere ignotas non potuisse manus.
Et quæcunque super dispersa inuenerit ossa
Montibus Hetruscis, hæc sciat esse mea.

AD TVLLVM DE PATRIA SVA.

Qvalis, & vnde genus, qui sint mihi Tulle penates,
Quæris, pro nostra semper amicitia.
Si Perusina tibi patriæ sunt nota sepultæ
Italiæ duris funera temporibus,
Quum Romana suos egit discordia ciues:
Sis mihi præcipue puluis Hetrusca dolor.
Tu proiecta mei perpessa es membra propinqui,
Tu nullo miseri contegis ossa solo.
Proxima supposito contingens Vmbria campo
Me genuit, terris fertilis vberibus.

1 al. nulli. 2 al. Rosida. 3 al. Acta.

1 al facta. 2 al. Hæc. 3 al. Miniis duxerit. 4 al. legis. 5 al vagi. 6 al. cupida. 7 al. rapina. 8 al Dryadis 9 al. durum al. duros. 10 al. Argon 11 al. littore.

SEX. AVRELII PROPERTII VMBRI.

ELEGIARVM LIBER II.

AD MÆCOENATEM.

Qværitis vnde mihi toties scribantur amores?
Vnde meus veniat mollis in [1] ore liber.
[2] Non hoc Calliope, non hoc mihi cãtat Apollo,

1 al. ora. 2 al. Non mi.

Ingenium nobis ipſa puella facit.
Siue togis illam fulgentem incedere Cois,
Hoc totum è Coa veſte volumen erit.
Seu vidi ad frontem ſparſos errare capillos,
Gaudet laudatis ire ſuperba comis.
Siue lyræ carmen digitis percuſſit eburnis,
Miramur faciles vt premat arte manus.
Seu quum poſcentes 1 *ſomnum declinat ocellos,*
Inuenio cauſſas mille poëta nouas.
Seu nuda erepto mecum luctatur amictu,
Tunc vero longas condimus Iliadas.
Seu quicquid fecit, ſiue eſt quodcunq; locuta,
Maxima de nihilo naſcitur hiſtoria.
2 Quod mihi ſi tantum, Mæcœnas, fata dediſſent,
Vt poſſem heroas ducere in arma manus:
Non ego Titanas canerem, non Oſſan Olympo
Impoſitum, vt cæli Pelion eſſet iter:
Non veteres Thebas, nec Pergama nomen Homeri,
Xerxis & imperio bina coiſſe vada:
Regnave prima Remi, aut animos Carthaginis altæ,
Cimbrorumq; minas, & benefacta Mari.
Bellaq;, reſq; tui memorarem Cæſaris. & tu
Cæſare ſub magno cura ſecunda fores.
Nam quoties Mutinam, aut ciuilia buſta Philippos,
Aut canerem Siculæ claſſica bella fugæ:
Euerſoſq; focos antiquæ gentis Hetruſcæ,
Et Ptolemæa litora capta Phari:
Aut canerem Ægyptum, & Nilum, quum tractus in vrbem
Septem captiuis debilis ibat aquis:
Aut regum auratis circundata colla catenis,
Actiaq; in Sacra currere roſtra via.
Te mea Muſa illis ſemper contexeret armis,
Et ſumpta, & poſita pace fidele caput.
Theſeus infernis, ſuperis teſtatur Achilles,
Hic Ixioniden, ille Menœtiaden.
Sed neq; Phlegræos Iouis, Enceladiq; tumultus
Intonet anguſto pectore Callimachus.
Nec mea 3 conueniunt duro præcordia verſu
Cæſaris in Phrygios condere nomen auos.
Nauita de ventis, de tauris narrat arator,
Enumerat miles vulnera, paſtor oues.
Nos contra anguſto verſamus prælia lecto.
Qua pote quiſq; in ea conterat arte diem.
Laus in amore mori. 4 laus altera, ſi datur vno
Poſſe frui. fruar ô ſolus amore meo,
His ſaltem vt tenear iam finibus: aut, mihi ſiquis
Venerit alter amor, acrius vt moriar.
Si memini, ſolet illa leues culpare puellas:
Et totam ex Helena non probat Iliada.
Seu mihi ſint tangenda nouerca pocula Phædræ,
Pocula priuigno non nocitura ſuo:
Seu mihi Circæo pereundum eſt gramine, ſiue
Colchis Colchiacis vrat ahena focis:
Vna meos quoniam prædata eſt fœmina ſenſus,

1 al. ſomnus. 2 al. Quid. 3 al. conueniant.
4 al. Laus ſi datur altera in vno.

Ex hac ducentur funera noſtra domo.
Omnes humanos ſanat medicina dolores.
Solus Amor morbi non amat artificem.
Tardæ Philoctetæ ſanauit crura Machaon,
Phœnicis Chiron, lumina Phillyrides.
Et deus extinctum Creſſis Epidaurius herbis
Reſtituit patriis Androgeona focis.
1 Myſius & Hæmonia iuuenis qua cuſpide vulnus
Senſerat, hac ipſa cuſpide ſenſit opem.
Hoc ſiquis vitium potuit mihi demere, ſolus
2 Tantaleæ poterit tradere poma manu.
Dolia virgineis idem ille repleuerit vrnis.
Ne tenera 3 aſſidua colla grauentur aqua.
Idem Caucaſea ſoluet de rupe Promethei
Brachia, & à medio pectore pellet auem.
Non hic herba valet: non hic nocturna Cytæis:
Non Perimedea gramina cocta manu.
Quippe vbi nec cauſſas, nec apertos cernimus ictus,
Vnde tamen veniant tot mala, cæca via eſt.
Non eget hic medicis, non lectis mollibus æger.
Huic nullum cæli tempus, & aura nocet.
Ambulat, & ſubito mirantur funus amici.
Sic eſt incautum quicquid habetur amor.
Quandocunque igitur vitam mea fata reposcet,
Et breue in exiguo marmore nomen ero:
Mæcenas noſtræ ſpes inuidioſa iuuentæ,
Et vitæ & morti gloria iuſta meæ:
Si te fortè meo ducet via proxima buſto,
Eſſeda cælatis ſiſte Britanna iugis.
Taliáque illacrymans mutæ iace verba fauillæ:
Huic miſero fatum dura puella fuit.

CYNTHIÆ PVELLÆ LAVDES.

QVI 4 nihilum tibi dicebas iã poſſe nocere,
Hæſiſti. cecidit ſpiritus ille tuus.
Vix vnum potes infelix requieſcere menſem,
Et turpis de te iam liber alter erit.
Liber eram, & vacuo quærebam viuere lecto,
At me compoſita pace fefellit Amor.
Quærebam ſicca ſi 5 poſſet piſcis arena,
Nec ſolitus ponto viuere toruus aper.
Aut ego ſi poſſem ſtudiis vigilare ſeueris.
Differtur, nunquam tollitur vllus amor.
Ac veluti primo taurus detrectat aratra.
Mox venit ad ſueto mollis ad arua iugo:
Sic primò iuuenes trepidant in amore feroces,
Dehinc domiti poſt hæc æqua, & iniqua ferũt.
Turpia perpeſſus vates eſt vincla Melampus
Cognitus Iphicli ſubripuiſſe boues.
Quem non lucra, magis Pero formoſa coegit,
Mox Amychaonea nupta futura domo.
Nec me tam facies, quamuis ſit candida, cepit,
Lilia non domina 6 ſint magis alba mea:
7 Vt Mæotica nix minio ſi certet 8 Hibero,
Vtque roſa puro lacte 9 natant folia:

1 al. Niſus & Æmonia. 2 al. Tantalea.
3 al. aſſiduo. 4 al. nullum 5 al. poſſit. 6 al. ſunt.
7 al. Et. 8 al. Ibero. 9 al. natent.

Nec

Nec de more comæ per lauia colla fluentes,
Non oculi geminæ sidera nostra faces:
Nec siqua Arabio lucet bombyce puella.
Non sum de nihilo blandus amator ego.
Quantum quod posito [1] formosè saltat Iaccho
Egit vt euantes dux Ariadna choros.
Et quantũ, Æolio quum tentat carmina plectro,
Par Agauppææ ludere docta lyræ.
Et sua quum antiquæ cõmittit scripta Corinnæ,
Carminaq; æquauis non putat esse suis.
Num tibi nascenti primis, mea vita, diebus
Aridus argutum sternuit omen amor?
Hæc tibi contulerunt cælestia munera diui,
Hæc tibi: ne matrem forte dedisse putes.
Non non humani sunt partus talia dona.
Ista decem menses non peperêre bona.
Gloria Romanis vna es tu rara puellis.
Romano accumbes prima puella [2] loco.
[3] Nec semper mecum Romana cubilia vises.
Post Helenam hæc terris forma secunda redit.
Hac ego non mirer si flagret nostra iuuentus.
Pulchrius hac fuerat, Troia, perire tibi.
Olim mirabar, quod tanti ad Pergama belli
Europæ, atque Asiæ caussa puella fuit.
Nunc, Pari, tu sapiens, & tu, Menelae, fuisti:
Tu, quia poscebas: tu, quia lentus eras.
Digna quidẽ facies, pro qua vel obiret Achilles,
Vel Priamus. belli caussa probanda fuit.
Siquis vult fama tabulas anteire vetustas,
Hic dominam exemplo ponat in ante meam.
Siue illam Hesperiis, siue illam [4] ostendet Eois,
Vret & Eoos, vret & Hesperios.
Cur hæc in terris facies humana moratur?
Iuppiter, ignosco pristina furta tua.
Fulua coma est, longæq; manus, & maxima toto
Corpore: & incedit vel Ioue digna soror:
Aut quum Dulichias Pallas spatiatur ad aras,
Gorgonis anguiferæ [5] pectine operta comas.
Qualis & [6] Ischomache Lapithæ genus heroinæ,
Centauris medio grata rapina mero:
Mercurio & sanctis fertur Boebeidos vndis
Virgineum Brimo composuisse latus.
Cedite iam Diuæ, quas pastor viderat olim
Idæis [7] tunicas ponere verticibus.
Hanc vtinam faciem nolit mutare vetustas,
Etsi Cumæa secula vatis aget.

AD AMANTEM.

Multa prius dominæ delicta queraris oportet:
Sæpe roges aliquid, sæpe repulsus eas:
Et sæpe immeritos corrumpas dentibus vngues,
Et crepitum dubio suscitet ira pede:
Nequicquam perfusa meis vnguenta capillis,
Ibat & expenso planta morata gradu.
Nam cui non ego sum fallaci præmia vati?
Quæ mea non decies somnia versat anus?

1 al. formosæ. 2 al. Ioui 3 Nec tantum.
4 al. ostendit. 5 al pectus operta comis. alij pectineoperta. 6 al. Ischomene.
7 al. tunicam.

Hostis si quis erit nobis, amet ipse puellas.
Gaudeat in puero siquis amicus erit.
[1] Tranquillo tuta descendis flumine cymba,
Quid tibi iam parui litoris vnda nocet?
Alter sæpe vno mutat præcordia verbo.
Altera vix ipso sanguine mollis erit.

AD CYNTHIAM.

HOC verum est tota te ferri, Cynthia, Roma,
Et non ignota viuere nequitia?
[2] Hæc merui sperare? dabis mihi, perfida, pœnas,
Et nobis Aquilo Cynthia ventus erit.
Inueniam tamen è multis fallacibus vnam,
Quæ sieri nostro carmine nota velit:
Nec mihi tam duris insultet moribus, & te
Vellicet. heu sero flebis amata diu.
Nunc est ira recens, nunc est discedere tempus.
Si dolor abfuerit, ci ede, redibit amor.
Non ita Carpathiæ variant Aquilonibus vndæ,
Nec dubio nubes vertitur atra Noto:
Quàm facile irati verbo mutantur amantes.
Dum licet, iniusto subtrahe colla iugo.
Nec tu non aliquid, sed prima nocte dolebis.
Omne in amore malum, si patiare, leue est.
At tu per dominæ Iunonis dulcia iura
Parce tuis animis, vita nocere tibi.
Non solum taurus ferit vncis cornibus hostem,
Verum etiam instanti læsa repugnat ouis.
Nec tibi periuro scindam de corpore vestes,
Nec mea præclusas fregerit ira fores:
Nec tibi connexos iratus carpere crines,
Nec duris ausim lædere pollicibus:
Rusticus hæc aliquis tam turpia prælia quærat,
Cuius non edera circumiere caput.
Scribã igitur quod non vnquam tua deleat ætas,
Cynthia forma potens, Cynthia [3] verba lues.
Crede mihi, quanuis contemnis murmura famæ,
[4] Hic tibi pallori, Cynthia, versus erit.

AD EANDEM.

NOn ita complebant Ephyreæ Laidos ædes,
Ad cuius iacuit Græcia tota fores:
Turba Menandreæ fuerat nec Thaidos olim
Tanta, in qua populus lusit Erichthonius:
Nec quæ deletas potuit componere Thebas
Phryne, tam multis facta beata viris.
Quinetiam falsos fingis tibi sæpe propinquos.
Oscula nec desunt qui tibi iure ferant.
Me iuuenum facies picta, me nomina lædunt,
Me tener in cunis, & sine voce puer:
Me [5] lædit, si multa tibi dedit oscula mater:
Me soror, & cum qua [6] dormit, amica simul:
Omnia me lædent. timidus sum. ignosce timori.
Et miser in tunica suspicor esse virum.
Felix Admeti coniunx, & lectus Vlyssis,
Et quæcunque viri fœmina limen amat.
Templa pudicitiæ quid opus statuisse puellis,
Si cuiuis nuptæ quid libet esse licet?
Quæ manus obscœnas depinxit prima tabellas,

1 al. Tranquilla. 2 al Hoc. 3 al. forma.
4 al. Hinc. 5 al. lædet.
6 al. dormis.

Et posuit casta turpia visa domo:
Illa puellarum ingenuos [1] corrupit ocellos,
Nequitiæq; suæ noluit esse rudes.
Ah gemat in terris ista qui protulit arte
Iurgia sub tacita condita lætitia.
Non istis olim variabant tecta figuris,
Quum paries nullo crimine pictus erat.
Sed non immerito velauit aranea fanum.
Et mala desertos occupat herba Deos.
Quos igitur tibi custodes, quæ [2] limina ponam,
Quæ nunquam supra pes inimicus eat?
Nam nihil inuitæ tristis custodia prodest:
Quam peccare pudet, Cynthia, tuta sat est.

AD EANDEM.

Gauisa est certe sublatam Cynthia legem,
Qua quondam edicta flemus vterq; diu,
[3] Ne nos diuideret. quanuis diducere amantes
Non queat inuitos Iuppiter ipse [4] duos.
At magnus Cæsar, sed magnus Cæsar in armis.
Deuictæ gentes nil in amore valent.
Nam citius paterer caput hoc discedere collo,
Quam possem nuptæ perdere amore faces.
Aut ego transirem tua limina clausa maritus
Respiciens vdis [5] prodita luminibus:
Aut mea quum taleis caneret tibi Cynthia [6] somnos
Tibia, funesta tristior illa tuba.
Vnde mihi patriis gnatos præbere triumphis?
Nullus de nostro sanguine miles erit.
Quod si Romanæ [7] comitarent castra puellæ.
Non mihi sat magnus Castoris iret equus.
Hinc etenim tantum meruit mea gloria nomen,
Gloria ad hibernos lata Boristhenidas.
Tu mihi sola places. placeam tibi Cynthia solus:
Hic erit & patrio sanguine pluris amor.
Vxor me nunquam, nunquam me ducet amica.
Semper amica mihi, semper & vxor eris.

AD AMICVM.

Eripitur nobis iam pridem cara puella.
Et tu me lacrimas fundere, amice, vetas?
Nullæ sunt inimicitiæ, nisi amoris, acerbæ.
Ipsum me iugula, lenior hostis ero.
Possum ego in alterius positam spectare lacerto?
Nec mea dicetur quæ modo dicta mea est?
His olim, vt fama est, vitijs ad prælia ventũ est.
His Troiana vides funera principijs.
Aspera Centauros eadem dementia iussit
Frangere in aduersum pocula Pirithoum.
Cur exempla petam Graium? tu criminis auctor
Nutritus duro, Romule, lacte lupæ.
Tu rapere intactas docuisti impune Sabinas,
Per te nunc Romæ quod libet audet amor.
Ille etiam abrepta desertus coniuge Achilles
Cessare in tectis pertulit arma sua.
Viderat ille fuga tractos in littore Achiuos,
Feruere & Hectorea Dorica castra face.

1 al.corrumpit. 2 al.lumina. 3 al.Ni. 4 al.deos. 5 al.perdita. 6 al.cantus. 7 al.comitarer. al.comitarem.

Viderat informem multa Patroclon arena
Porrectum, & sparsas cæde iacere comas,
Omnia formosam propter Briseida passus.
Tantus in erepto sæuit amore dolor.
At postquam fera captiua est reddita pœna,
Fortem illum Hæmonius Hectora traxit equis.
Inferior multo quum sim vel Marte, vel armis,
Mirum si de me iure triumphat amor?
Magni sæpe duces, magni cecidere tyranni.
Et Thebæ steterunt, altaq; Troia fuit.
Omnia vertuntur. certe vertuntur amores.
Vinceris, aut vincis: hæc in amore rota est.
Iste quod est ego sæpe fui. sed [1] forsit in hora
Hoc ipso electo carior alter erit:
Munera quanta dedi, vel qualia carmina feci?
Illa tamen nunquam ferrea dixit, amo.
Ergo iam multos nimium temerarius annos,
Improba, qui tulerim teq; tuamq; domum.
[2] Ecquandone tibi liber sum visus? an vsque
In nostrum iacies verba superba caput?
Penelope poterat bis denos salua per annos
Viuere, tam multis fœmina digna procis:
Coniugium falsa poterat differre Minerua,
Nocturno soluens texta diurna dolo:
Visura & quanuis nunquam speraret Vlyssem,
Illum expectando facta remansit anus.
Necnon exanimem amplectens Briseus Achillẽ,
Candida vesana verberat ora manu.
Et dominum lauit mœrens captiua cruentum,
Appositum fluuiis in Simoenta vadis.
Fœdauitq; comas. & tanti corpus Achillis,
Maximaq; in parua substulit ossa manu.
Quum tibi nec Peleus aderat, nec cærula mater,
Scyria nec viduo Deidamia [3] toro.
Tunc igitur veris gaudebat Græcia natis.
Tunc etiam felix inter & arma pudor.
At tu non vna potuisti nocte vacare
Impia: non vnum sola manere diem.
Quinetiam multo duxisti pocula luxu.
Forsitan & de me verba fuere mala.
Hic etiam petitur, qui te prius ipse reliquit.
Di faciant isto capta fruare viro.
Hæc mihi vota tuam propter suscepta salutem,
Quum capite hoc Stygiæ iam peterentur aquæ,
Et lectum flentes circumstaremus amici.
Hic vbi tum, pro di, perfida, quisvè fuit?
Quid si longinquos retinerer miles ad Indos?
Aut mea si staret nauis in Oceano?
Sed vobis facile est verba, & componere fraudes.
Hoc vnum didicit fœmina semper opus.
Non sic incerto mutantur flamine Syrtes,
Nec folia hiberno tam tremefacta Noto:
Quam cito fœminea non constat fœdus in ira,
Siue ea caussa grauis, siue ea caussa leuis.
Nunc quoniam ista tibi placuit sententia, cedam.
Tela precor pueri [4] promite acuta magis.
Figite certantes, atq; hanc mihi soluite [5] vitam,
Sanguis erit vobis maxima palma meus.

1 al.fors & 2 al.Et quando. 3 al.viro. 4 al.figite. 5 al.curam.

Sic igitur prima moriere ætate, Properti.
Sed morere. interitu gaudeat illa tuo.
Exagitet noſtros manes. ſectetur & vmbras,
Inſultetque rogis calcet & oſſa mea.
Quid? non Antigones tumulo Bœotius 1 Hæmon
Conruit ipſe ſuo ſaucius enſe latus?
Et ſua cum miſera permiſcuit oſſa puellæ,
Qua ſine Thebanam noluit ire domum?
Sed non 2 effugies, mecum moriaris oportet.
Hoc eodem telo ſtillet vterque cruor.
Quanuis iſta mihi mors eſt inhoneſta futura,
Mors inhoneſta quidem, tu moriere tamen.
Sidera ſunt teſtes, & matutina pruina,
Et furtim miſero ianua aperta mihi.
Te nihil in vita nobis acceptius vnquam.
Nunc quoque eris, quanuis ſis inimica mihi.
Nec domina vlla meo ponet veſtigia lecto.
Solus ero, quoniam non licet eſſe tuum.
Atque vtinam, ſi forte pios eduximus annos,
Ille vir in medio fiat amore lapis.

NOn ob regna magis diris cecidere ſub armis
Thebani, media non ſine matre, duces:
Quam, mihi ſi media liceat pugnare puella,
Mortem ego non fugiam morte ſubire tua.
3 Sed tempus luſtrare aliis Helicona choreis,
Et campum Hæmonio iam dare tempus equo.
Iã libet & fortes memorare ad prælia turmas,
Et Romana mei dicere caſtra ducis.
Quod ſi deficiant vires, audacia certè
Laus erit. in magnis & voluiſſe, ſat eſt.
Ætas prima canat veneres, extrema tumultus,
Bella canam, quando ſcripta puella mea eſt.
Nunc volo ſubducto grauior procedere vultu,
Nunc aliam citharam me mea Muſa decet.
Surge anima ex humili iam carmine. ſumite vires
Pierides. magni nunc erit oris opus.
Iam negat Euphrates equites poſt terga tueri
Parthorum, & Craſſos ſe tenuiſſe dolet.
India quin Auguſte tuo dat colla triumpho.
Et domus intacta te tremit Arabia.
Et, ſiqua extremis tellus ſe ſubtrahit oris,
Sentiet illa tuas poſt modo capta manus.
Hæc ego caſtra ſequar, vates. tua caſtra canendo
Magnus ero. ſeruent hunc mihi fata diem.
Vt caput in magnis, vbi non eſt tangere, ſignis
Ponitur 4 hic imos ante corona pedes:
Sic nos, nunc inopes laudis conſcendere carmen,
Pauperibus ſacris vilia thura damus.
Nondum etiam Aſcræos norunt mea carmina fontes,
Sed modo Permeſſi flumine lauit amor.
Scribant de te alij, vel ſis ignota licebit.
5 Laudet qui ſterili ſemina ponit humo.
Omnia, crede mihi, tecum vno munera lecto
Auferet extremi funeris atra dies.

1 al. AEmon. 2 al. efficies.
3 al. Iam. 4 al. his. 5 al. Ludet.

Et tua tranſibit contemnens oſſa viator,
Nec dicet, Cinis hic, docta puella fuit.

DE AMORE.

QVicunque ille fuit, puerum qui pinxit Amorem,
Nonne putas miras hunc habuiſſe manus?
Hic primum vidit ſine ſenſu viuere amantes,
Et leuibus curis magna perire bona.
Idem non fruſtra ventoſas addidit alas,
Fecit & humano corde volare Deum:
Scilicet alterna quoniam iactamur in vnda,
Noſtraque non vllis permanet aura locis.
Et merito hamatis manus eſt armata ſagittis,
Et pharetra ex humero Gnoſia vtroque iacet:
Ante ferit quoniam, tuti quàm cernimus hoſtẽ,
Nec quiſquam ex illo vulnere ſanus abit.
In me tela manent & puerilis imago.
Sed certe pennas perdidit ille ſuas:
1 Euolat è noſtro quoniam de pectore nuſquam,
Aſſiduuſque meo ſanguine bella gerit.
Quid tibi iucundum ſiccis habitare medullis?
Si 2 pudor eſt, aliò traiice tela tua.
Intactos iſto ſatius tentare veneno:
Non ego, ſed tenuis vapulat vmbra mea.
Quam ſi perdideris, quis erit qui talia cantet?
Hæc mea Muſa leuis gloria magna tua eſt.
Quæ caput, & digitos, & lumina nigra puellæ,
Et canit, vt ſoleant molliter ire pedes.

AD CYNTHIAM.

NOn tot Achæmeniis armãtur Suſa ſagittis,
Spicula quot noſtro pectore fixit Amor.
Hic me tam graciles vetuit contemnere Muſas,
Iuſſit & Aſcræum ſic habitare nemus.
Non vt Pieria quercus mea verba ſequantur,
Aut poſſim Iſmaria ducere valle feras:
Sed magis vt noſtro ſtupefiat Cynthia verſu,
Tunc ego 3 ſim Inachio notior arte Lino.
Non ego ſum formæ tantum mirator honeſtæ:
Nec ſiqua illuſtres fœmina iactat auos.
Me iuuat in gremio doctæ legiſſe puellæ,
Auribus & puris ſcripta probaſſe mea.
Hæc vbi contigerint, populi confuſa valeto
Fabula. nam domina iudice tutus ero.
4 Quæ ſi forte bonas ad pacem verterit aures,
Poſſum inimicitias tunc ego ferre Iouis.
Quãdoctũq; igitur noſtros mors claudet ocellos,
Accipe quæ ſeruet funeris acta mei.
Nec mea tunc longa ſpatietur imagine pompa,
Nec tuba ſit fati vana querela mei.
Nec mihi tum fulcro ſternatur lectus eburno,
Nec ſit in Attalico mors mea nixa toro.
Deſit odoriferis ordo mihi lancibus. adſint
Plebei paruæ funeris exequiæ.
Sat ſit magna mei ſi tres ſint pompa libelli:
Quos ego Perſephonæ maxima dona feram.
Tu vero nudum pectus lacerata 5 ſequare,

1 al. Euolat hei noſtro.
2 al. ſi puer. 3 al. ſum.
4 al. quod.
5 al. ſequeris vel ſequaris.

Nec fueris nomen lassa vocare meum.
Oscula quæ in gelidis pones suprema labellis,
Quum dabitur Syrio munere plenus onyx.
Deinde vbi suppositus cinerem me fecerit ardor,
Accipiat manes parvula testa meos:
Et 1 *sit in exiguo laurus superaddita busto,*
Quæ tegat extincti funeris vmbra locum.
Et duo sint versus, Qui nunc iacet 2 *horrida pulvis,*
Vnius hic quondam seruus Amoris erat.
Nec minus hæc nostri notescet fama sepulchri,
Quàm fuerant Phthij busta cruenta viri.
Tu quoque, si quando venies ad fata, memento
Hoc itere ad lapides cana venire meos.
Interea caue sis nos aspernata sepultos.
Nonnihil ad verum conscia terra sapit.
Atque vtinam primis animam me ponere cunis
Iussisset quauis de tribus vna soror.
Nam quo tam dubiæ seruetur spiritus horæ?
Nestoris est visus post tria sæcla cinis.
Quis tam longæuæ meminisset fata senectæ
Gallicus Iliacis miles in aggeribus?
Non ille Antilochi vidisset corpus 3 *humati.*
Diceret aut, O mors cur mihi sera venis?
Tu tamen amisso nonnunquam flebis amico.
Fas est præteritos semper amare viros.
Testis, qui niueum quondam percussit 4 *Adonem*
Venantem Idalio vertice durus aper.
Illis formosum 5 *lauisse paludibus, illuc*
Diceris effusa tu Venus isse coma.
Sed frustra mutos reuocabis, Cynthia, manes.
Nam mea quid poterunt ossa minuta loqui?

LÆTATVR POTITVS AMICA.

NOn ita Dardanio gauisus Atrida triumpho est,
Quum caderent magnæ Laomedontis opes:
Nec sic errore exacto lætatus Vlysses,
Quum tetigit carę littora Dulichiæ:
Nec sic Electra, 6 saluum quum aspexit Orestem,
Cuius falsa tenens fleuerat ossa soror:
Nec sic incolumem Minois Thesea vidit,
7 Dædaleum lino quum duce rexit iter:
Quanta ego præterita collegi gaudia nocte.
Immortalis ero, si altera talis erit.
At dum demissis supplex ceruicibus ibam,
Dicebar sicco vilior esse lacu.
Nec mihi iam fastus opponere quærit iniquos,
Nec mihi ploranti lenta sedere potest.
Atque vtinam non tam sero mihi nota fuisset
Conditio. emeritis nunc medicina datur.
Ante pedes cæcis lucebat semita nobis.
Scilicet insano nemo in amore videt.
Hoc sensi prodesse magis. 8 *contendite amantes.*
Sic hodie veniet, siqua negauit heri.
Pulsabant alij frustra, dominamque vocabant.
Mecum habuit positum lenta puella caput.

1 al. fit. 2 al. arida. 3 al. humari. 4 al. Adonim. 5 al. fluxisse. 6 al. suum saluum. 7 al. Dædalium. 8 al. contemnite.

Hæc mihi deuictis potior victoria Parthis.
Hæc spolia, hæc reges, hæc mihi currus erunt.
Magna ego dona tua figam, Cytherea columna,
Taleque sub nostro 1 *munere carmen erit:*
Has pono ante 2 *tuam tibi, diua, Propertius ædē*
Exuuias, tota nocte receptus amans.
Nunc ad te, mea lux, veniat mea 3 *litore nauis*
Seruata, an mediis sidat onusta vadis,
(4 Quod si forte aliqua nobis mutabere culpa)
Vestibulum iaceam mortuus ante tuum.

NARRAT VOLVPTATES SVAS.

O Me felicem, ô nox mihi candida, & ô tu
Lectule delitijs facte beate meis.
Quã multa apposita narramus verba lucerna?
Quantaque sublato lumine rixa fuit?
Nam modo nudatis mecum est luctata papillis.
Interdum tunica duxit operta moram.
5 Illa meos somno lassos patefecit ocellos
Ore suo, & dixit, siccine lente iaces?
Quã vario amplexu mutamus brachia? quantũ
Oscula sunt labris nostra morata tuis?
Non iuuat in cæco venerem 6 committere motu.
Si nescis, oculi sunt in amore duces.
Ipse Paris nuda fertur perijsse Lacæna
Cum Menelaëo surgeret è thalamo.
Nudus & Endymion Phœbi cepisse sororem
Dicitur, & nudæ concubuisse deæ.
Quod si pertendens animo vestita cubaris,
Scissa veste meas experiere manus.
Quinetiam si me vlterius prouexerit ira,
Ostendes matri brachia læsa tua.
Nec dum inclinatæ prohibēt te ludere mammæ.
Viderit hoc, si quis iam peperisse putet.
Dum nos fata sinunt, oculos satiemus 7 amore.
Nox tibi longa venit, nec reditura dies.
Atque vtinam hærentes sic nos vincire catena
Velles, vt nunquam solueret vlla dies.
Exemplo iunctæ sic sint in amore columbæ,
Masculus & 8 totum fœmina coniugium.
Errat, qui finem vesani quærit amoris.
Verus amor nullum nouit habere modum.
Terra prius falso partu deludet arantes,
Et citius nigros Sol agitabit equos:
Fluminaque ad caput incipiēt reuocare liquores,
Aridus & sicco gurgite piscis erit:
Quàm possim nostros alio transferre calores.
Huius ero viuus, mortuus huius ero.
Quod mihi si tecum tales concedere noctes
Illa velit, vitæ longus & annus erit.
Si dabit hæc multas, fiam immortalis in illis.
Nocte vna quiuis vel Deus esse potest.
Qualem si cuncti vellent decurrere vitam,
Et pressi multo membra iacere mero:
Non ferrum crudele neque neque bellica nauis,
Nec nostra Actiacum 9 verteret ossa mare.
Nec toties proprijs circum oppugnata triumphis.

1 al. nomine. 2 al. tuas. 3 al. littora. 4 al. Etsi. 5 al. Ille. 6 al. corrumpere. 7 al. amores. 8 al. tutum. 9 al. verteret.

Lassa

Lassa foret crines soluere Roma suos.
Hæc certè meritò poterunt laudare minores.
Laserunt nullos pocula nostra Deos.
Tum modo, dū licet, hunc fructum ne desere vitæ.
Omnia si dederis oscula, pauca dabis.
At veluti folia arentes liquere corollas,
Quæ passim calathis strata natare vides.
Sic nobis, qui nunc magnum spiramus amantes,
Forsitan includet crastina fata dies.

AD CYNTHIAM.

PRator ab Illyricis venit modo, Cynthia, terris,
Maxima præda tibi, maxima cura mihi.
Non potuit saxo vitam posuisse Cerauno,
Ah Neptune tibi qualia dona darem.
Nunc sine me plena sunt conuiuia mensa,
Nunc sine me tota ianua nocte patet.
Quare si sapis, oblatas ne desere messes:
Et stolidum pleno vellere carpe pecus.
Deinde vbi consumpto restabit munere pauper,
Dic alias iterum nauiget Illyrias.
Cynthia non sequitur fasces, nec curat honores.
Semper amatorum ponderat illa sinus.
At tu nunc nostro, Venus ô, succurre dolori,
Rumpat vt assiduis membra libidinibus.
Ergo muneribus quiuis mercatur amorem?
Iuppiter, indigna merce puella perit.
Semper in Oceanum mittit me quærere gemmas,
Et iubet ex ipsa tollere dona Tyro.
Atque vtinam Romæ nemo esset diues, & ipse
[1] Graminea posset dux habitare casa.
Nunquam venales essent ad munus amicæ,
Atque vna fieret cana puella domo.
Non quia septenas noctes seiuncta cubaris,
Candida iam fœdo brachia fusa viro:
Non quia peccaris testor te, sed quia vulgo
Formosis leuitas semper amica fuit.
Barbarus excussis agitat vestigia lumbis,
Et subitò felix nunc mea regna tenet.
Aspice quid donis [2] Eriphyla inuenit amaris,
Arserit & quantis nupta Creusa malis.
Nullane sedabit nostros iniuria fletus?
An dolor hic vitiis nescit abesse suis?
Tot iam abiere dies, quum me nec cura theatri,
Nec tetigit campi, nec mea Musa iuuat.
Ah pudeat certè, pudeat: nisi forte quod aiunt,
Turpis amor surdis auribus esse solet.
Cerne ducem, modò qui fremitu compleuit inani
Actia damnatis æquora militibus.
Hunc infamis amor versis dare terga carinis
Iussit, & [3] externo quærere in orbe fugam.
Cæsaris hæc virtus, & gloria Cæsaris hæc est.
Illa qua vicit, [4] condidit arma manu.
Sed quascunque tibi vestes, quoscunque smaragdos,
Quósue dedit flauo lumine chrysolithos:

[1] al. Straminea. [2] al. Euriphyle. [3] al. extremo. [4] al. condida.

Hæc videam rapidas in vanum ferre procellas,
[1] Qua tibi terra, velim, qua tibi fiat aqua.
Non semper placidus periuros ridet amantes
Iuppiter, & surda negligit aure preces.
Vidistin' toto sonitus percurrere cælo?
Fulminaq; ætherea desiluisse domo?
Non hæc Pleiades faciunt, neque aquosus Orion.
Nec sic de nihilo fulminis ira cadit.
Periuras tunc ille solet punire puellas,
Deceptus quoniam fleuit & ipse Deus.
Quare ne tibi sit tanti Sidonia vestis:
Vt timeas, quoties nubilus auster erit.
Mentiri noctem, promissis ducere amantem,
Hoc [2] erit [3] infectas sanguine habere manus.
Horum ego sum vates, quoties desertus amaras
Expleui noctes, fractus vtroque [4] toro.
Vel tu Tantalea [5] mouearis flumina sorte,
Vt liquor arenti fallat ab ore sitim.
Vel tu Sisyphios licet admirêre labores,
Difficile [6] vt toto monte volutet onus:
Durius in terris nihil est quod viuat amante,
Nec, modo si sapias, quod minus esse velis.
Quem modo felicem inuidia admirante ferebant,
Nunc decimo admittor vix ego quoque die.
Nunc iacere è duro corpus iuuat, impia, saxo,
Sumere & in nostras trita venena manus.
Nunc licet in triuiis sicca requiescere Luna,
Aut per rimosas mittere verba fores.
Quod quanuis ita sit, [7] domina mutare cauebo.
[8] Tum flebit, quum in me senserit esse fidem.
Assiduæ multis odium peperere querelæ.
Frangitur in tacito fœmina sæpe viro.
Siquid vidisti, semper vidisse negato.
Aut siquid doluit, fortè dolere nega.
Quin ego deminuo curam, quod sæpe Cupido
Huic malus esse solet, cui bonus ante fuit.
Quid si [9] iam canus ætas mea [10] caneret annis?
Et faceret scissas languida ruga genas?
At non Tithoni spernens Aurora senectam
Desertum Eoa passa iacere domo est.
Illum sæpe suis decedens fouit in vlnis,
Quam prius [11] abiunctos sedula lauit equos.
Illum ad vicinos quum amplexa quiesceret Indos,
Maturos iterum est questa redire dies.
Illa Deos, currum conscendens, dixit iniquos:
Inuitum & terris præstitit officium:
Cui [12] maiora senis Tithoni gaudia viui,
Quam grauis amisso Memnone luctus erat.
Cum [13] sene non puduit talem dormire puellam,
Et canæ toties oscula ferre comæ.
At tu etiam iuuenem odisti me perfida, quum sis
Ipsa anus haud longa curua futura die.
Quum tibi nec frater, nec sit tibi filius vllus:
Frater ego, & tibi sim filius vnus ego.

[1] al. Quæ. [2] al. erat. [3] al. infestas. [4] al. vterque. [5] al. mouear ad flumina. [6] al. in [7] al. dominam mutare cauebo. [8] al. Tunc [9] al. tam. [10] al. candeat. [11] adiunctos. [12] al. Quū. [13] al. Cui.

Nunc etiam infestos demens imitare Britannos,
Ludis & externo tincta nitore caput.
An si caruleo quædam sua tempora fuco
Tinxerit, idcirco cærula forma bona est?
Vt natura dedit, sic omnis recta figura.
Turpis Romano Belgicus ore color.
Illi sub terris fiant mala multa puellæ,
Quæ mentita suas vertit inepta comas.
De me, mi certe poteris formosa videri,
Mi formosa satis si modo sæpe venis.
Ipse tuus semper tibi sit custodia lectus,
Nec nimis ornata fronte sedere velis.
Credam ego narranti, noli committere famæ.
Et terram rumor transilit, & maria.

AD CYNTHIAM.

ETsi me inuito discedis, Cynthia, Roma,
Lætor, quod sine me deuia rura colis.
Nullus erit castus iuuenis corruptor in agris,
[1]Qui te blanditiis non sinit esse probam?
Nulla neque ante tuas orietur fixa fenestras,
Nec tibi clamata somnus amarus erit.
Sola eris, & solos iactabis, Cynthia, montes,
Et pecus, & fines pauperis agricolæ.
Illic te nulli poterunt corrumpere ludi:
Fanaq; peccatis plurima caussa tuis.
Illic assiduè tauros spectabis arantes,
Et vitem [2]doctam ponere falce comas.
Atque ibi rura feres inculto thura sacello,
Hœdus vbi agrestes conruet ante focos.
Protinus & nuda choreas imitabere sura,
Omnia ab externo sint modo tuta viro.
Ipse ego venabor. iam nunc [3]me sacra Dianæ
Suscipere, & Veneri ponere vota iuuat.
Incipiam captare feras, & reddere pinu
Cornua, & audaces ipse [4]monere canes:
Non tamen vt vastos ausim tentare leones,
Aut celer agrestes comminus ire sues.
Hæc igitur mihi sit lepores audacia molles
Excipere, & stricto figere auem calamo:
Qua formosa [5]suo Clitumnus flumina luco
Integit, & niueos abluit vnda boues.
Tu quoties aliquid conabere, vita, memento
Venturum paucis me tibi luciferis.
Sic me nec sola poterunt auertere silua,
Nec vaga muscosis flumina fusa iugis:
Quin ego in assidua mutem tua nomina lingua.
Absenti nemo non nocuisse velit.

AD EANDEM.

QVid fles ádaucta grauius Priseide? quid fles
Anxia captiua tristius Andromacha?
Quid ve mea de fraude Deos, vesana, fatigas?
Quid quereris nostram sic cecidisse fidem?
Non tam nocturna volucris funesta querela
Attica Cecropijs obstrepit in folijs:
Nec tantum Niobe bis sex ad busta superba
Sollicito lacrymas [6]depluit à Sipylo,
Me licet æratis adstringant brachia nodis,

1 al. Cui. 2 al. docta. 3 al. mea. 4 al. mouere. 5 al. suo. 6 al. defluit.

Sint mea vel Danaes condita membra domo:
In te ego & æratas rumpam, mea vita, catenas,
Ferreamq; Danaes transiliam domum.
De te, quodcunque ad surdas mihi dicitur aures,
Tu modo ne dubita de grauitate mea.
Ossa tibi iuro per matris, & ossa parentis:
(Si fallo, cinis heu sit mihi vterque grauis)
Me tibi ad extremas mansurum, vita, tenebras.
Ambos vna fides auferet, vna dies.
Quòd si nec nomen, nec me tua forma teneret,
Posset seruitium mite tenere tuum.
Septima iam plena deducitur orbita Lunæ,
Quum de me, & de te compita nulla tacent.
Interea nobis non nunquam ianua mollis,
Non nunquam lecti copia facta tui.
Nec mihi muneribus nox vlla est empta beatis.
Quicquid eram, hoc animi gratia magna tui.
Quum te tam multi peterent, tu me vna petisti.
Possum ego naturæ non meminisse tuæ?
Tunc me vel tragicæ vexetis Erinnyes, & me
Inferno damnes Æace, iudicio:
Atque inter Tityi volucres mea [1]pœna vagetur,
Túmq; ego Sisyphio saxa labore geram.
Ne tu supplicibus me sis venerata tabellis.
Vltima talis erit, quæ mea prima fides.
[2]Hoc mihi perpetuo ius est, quod solus amator
Nec citò desisto, nec temerè incipio.

AD EANDEM DE PANTHO.

AH quantum de me Pãthi tibi pagina finxit?
Tantum illi Pantho ne sit amica Venus.
Sed tibi iam videor Dodona verior augur.
Vxorem ille tuus pulcher amator habet.
Tot noctes periere. nihil pudet? adspice, cantat
Liber. tu nimium credula sola iaces.
Et nunc inter eos tu sermo es. te ille superbus
Dicit se inuito sæpe fuisse domi.
Dispeream, si quicquam aliud, quàm gloria de te
Quæritur. has laudes ille maritus habet.
Colchida sic hospes quondam decepit Iason.
Electa est. tenuit nanque Creusa domum.
Sic à Dulichio iuuene est elusa Calypso.
Vidit amatorem pandere vela suum.
Ah nimium faciles aurem præbere puellæ,
Discite desertæ non temerè esse bonæ.
Huic quoque, qui restat, iampridem quæritur alter.
Experta in primo stulta cauere [4]potes.
Nos quocunque loco, nos omni tempore tecum
Siue ægra pariter. siue valente sumus.

AD DEMOPHOONTEM.

SCis here mi multas pariter placuisse puellas,
Scis mihi, Demophoon, multa venire mala.
Nulla meis frustra lustrantur compita plantis.
O nimis exitio nata theatra meo.
Siue aliquis molli deducit candida gestu
Brachia, seu varios incinit ore modos.
Interea nostri quærunt sibi vulnus [5]ocelli,

1 al. penna. 2 al. Hæc. 3 al. non. 4 al. potest. 5 al. ocellis.

Cæte

Candida non tecto pectore si qua sedet.
Siue vagi crines puris in frontibus errant,
Indica quos medio vertice gemma tenet.
Quæ si fortè aliquid vultu mihi dura 1 negauit,
Frigida de tota fronte cadebat aqua.
Quæris, Demophoon, cur sim tã mollis in omnes?
Quod quæris, quare non habet vllus amor?
Cur aliquis sacris laniat 2 sua brachia cultris?
Et Phrygis insanos caditur ad numeros?
Vnicuique dedit vitium natura creato.
3 Mi fortuna aliquid semper amare dedit.
Me licet & Thamyræ cantoris fata sequantur,
Nunquam ad formosas, inuide, cæcus ero.
Sed, tibi, si exiles videor tenuatus in artus,
Falleris. haud vnquam est culta labore Venus.
Percontere licet. sæpe est experta puella
Officium tota nocte valere meum.
Iuppiter Alcmenæ geminas requieuerat arctos,
Et cælum noctu bis sine rege fuit.
Nec tamen idcirco languens ad fulmina venit,
Nullius amor vires eripit ipse suas.
Quid? quum è complexu Briseidos iret Achilles,
Num fugere minus Thessala tela Phryges?
Quid? ferus Andromachæ lecto quum surgeret Hector,
Bella Mycenææ non timuere rates?
Ille vel hic classes poterat, vel perdere muros.
Hic ego Pelides, hic ferus Hector ego.
Aspice vti cælo modo Sol, modò Luna ministret,
Sic etiam nobis vna puella parum est.
Altera me cupidis teneat, foueatq; lacertis,
Altera si 4 quando non sinit esse locum.
Aut si fortè irata meo sit facta ministro,
Vt sciat esse aliam, quæ velit esse mea.
Nam melius duo defendunt retinacula nauem,
Tutius & geminos anxia mater alit.
Aut si es dura, nega: sin es non dura, venito.
Quid iuuat in nullo pondere verba loqui?
Hic vnus dolor est ex omnibus acer amanti,
Speranti subito si qua venire negat.
Quanta illum toto versant suspiria lecto,
Quum recipi, quem non nouerat illa, vetat?
Et rursum puerum quærendo audita fatigat.
Quem quæ scire timet, quærere plura iubet.
Cui fuit 5 indocto fugienda hæc semita vulgi,
Ipsa petita lacu nunc mihi dulcis aqua est.
Ingenuus quisquam alterius dat munera seruo,
Vt 6 commissa suæ verba ferat dominæ?
Et quærit toties, quænam nunc porticus illam
Integit? & campo quo mouet illa pedes?
Deinde vbi pertuleris quos dicit fama labores
Herculis, vt scribat muneris e quid habes?
Et modò pauonis caudæ flabella superbæ,
Et manibus dura frigus habere vila:
Et cupit iratum talos me poscere eburnos
Quæq; nitens Sacra vilia dona via.
Ah peream, si me ista mouent dispendia: verum
Fallaci dominæ iam pudet esse iocum.
Cernere vti possis vultum custodis auari,
Captus & immunda sæpe latere casa,
Quam care semel in toto nox vertitur anno?
Ah pereant, si quos ianua clausa iuuat.
Contra reiecto quæ libera vadit amictu,
Custodum & nullo septa tumore placet.
Cui sæpe immundo Sacra conteritur via socco,
Nec sinit esse moram, si quis adire velit.
Differet hæc nunquam, nec posset garrula, quæ te
Astrictus ploret sæpe dedisse pater.
Nec dicet, timeo propera iam surgere, quæso:
Infelix hodie vir mihi rure venit.
Et quas Euphrates, & quas mihi misit Orontes
Me capiant. nolim furta pudica tori.
Libertas quoniam nulli iam restat amanti,
Nullus liber erit, si quis amare volet.
Tu loqueris, quum 1 sis iam 2 noto fabula libro:
Et tua sit toto Cynthia lecta foro?
Cui non his verbis aspergat tempora 3 surdo
Aut pudor ingenuus, aut reticendus amor?
Quòd si tam facilis spiraret Cynthia nobis,
Non ego nequitiæ dicerer esse caput.
Nec sic per totam infamis traducerer vrbem:
4 Vreret & quanuis nomine, verba darem.
Quare ne tibi sit mirum me quærere viles.
Parcius infamant. num tibi caussa leuis?

DE CYNTHIA IN æmulum.

Hoc erat in primis quod me gaudere iubebas?
Tam te formosam non pudet esse leuem?
Vna aut altera nox nõdum est in amore peracta,
Et dicor lecto iam grauis esse tuo.
Me modò laudabas, & carmina nostra legebas.
Ille tuus pennas tam citò vertit amor?
Contendat mecum ingenio, contendat & arte,
In primis vna discat amare domo:
Si libitum tibi erit, Lernæas pugnet ad hydras,
Et tibi ab Hesperio mala draconе ferat:
5 Tetra venena libens, & naufragus ebibat vndas,
Et nunquam pro te deneget esse miser:
(Quos vtinam in nobis, vita, experiare labores)
Iam tibi de timidis iste proteruus erit,
Qui nunc se in tumidum iactando venit honorem.
Dissidium vobis proximus annus erit.
Dura est, quæ multis simulatum ducit amorem,
Et se plus vni si qua parare potest.
At me non ætas mutabit tota Sibyllæ,
Non labor Alcidæ, non niger ille dies.
Tu mea compones, & dices, Ossa Properti
Hæc tua sunt. eheu tu mihi certus eras.
Certus eras eheu, quanuis nec sanguine auito
Nobilis & quanuis non ita diues eras.
Nil ego non patiar. nunquam me iniuria mutat.

1 al. negarit, vel negarat. 2 al. sibi.
3 al. Me. 4 al. quando non sinat.
5 al. indocti. 6 al. promissa.

1 al. sit. 2 al. toto.
3 al. sudor.
4 al. vrerer. 5 al. Terra.

Ferre ego formosam nullum onus esse puto.
Credo ego, non paucos ista perijsse figura.
Credo ego, sed multos non habuisse fidem.
Paruo dilexit spatio Minoida Theseus,
Phyllida Demophoon: hospes vterque malus.
Iam tibi Iasonia nota est Medea carina,
Et modò seruato sola relicta viro.
Noli nobilibus, noli conferre beatis:
Vix venit, extremo qui 1 legat ossa die.
Ii tibi nos erimus. sed tu potius precor, vt me
Demissis plangas pectore nuda comis.
Vnica nata meo pulcherrima cura dolori,
2 Excludit quoniam fors mea sæpe venis.
Ista meis fiet notissima forma libellis,
Calue, tua venia: pace, Catulle, tua.
Miles 3 depositis annosus secubat armis,
Grandæuique negant ducere aratra boues.
Putris & in vacua requiescit nauis arena,
Et vetus in templo bellica parma vacat.
At me ab amore tuo deducet nulla senectus,
Siue ego Tithonus, siue ego Nestor ero.
Et si sæcla forent, antiquis grata puellis
Essem ego, quod nunc tu: tempore vincor ego.
Non tamen ista meos mutabunt sæcula mores.
Vnusquisque sua nouerit ire via.
Nónne fuit satius duro seruire tyranno?
Et gemere in tauro, sæue Perille, tuo,
Gorgonis & satius fuit obdurescere vultu?
Caucasias etiam si pateremur aues?
Sed tamen 4 obscura teritur rubigine mucro
Ferreus, & paruo sæpe liquore silex.
At nullo 5 de me teritur sub limine amor, qui
Restat: & immerita sustinet aure minas.
Vltro contemtus rogat, & peccasse fatetur
Læsus, & inuitis ipse redit pedibus.
Tu quoque qui pleno fastus assumis amore
Credule, nulla diu fœmina pondus habet.
An quisquã in mediis persoluit 6 vota procellis?
Quum sæpe in portu fracta carina natet?
Aut prius infecto deposcit præmia cursu,
Septima quàm metam triuerit 7 ante rota?
Mendaces ludunt flatus in amore secundi.
Si qua venit serò, magna ruina venit.
Tu tamen interea, quanuis te diligat illa,
In tacito cohibe gaudia clausa sinu.
Nanq; in amore suo semper sua maxima cuique
Nescio quo pacto verba nocere solent.
Quanuis te persæpe vocet, semel ire memento.
Inuidiam quod habet, non solet esse diu.
At vos qui officia in multos reuocatis amores,
Quantum sic cruciat lumina vestra dolor:
Vidistis pleno teneram candore puellam:
Vidistis fusco. 8 ducit vterque color.
Vidistis quandam Argiua prodire figura:
Vidistis nostras, vtraq; forma rapit.
Illaq; plebeio, vel sit sandicis amictu:
Hæc atque illa mali vulneris vna via est.
Quum satis vna tuis insomnia portet ocellis.
Vna sit & cuiuis fœmina multa mala.

1 al. legit. 2 al. Excludi. 3 al. sepositis. 4 al. obsistam. 5 al. dominæ. 6 al. nota. 7 al. arte. 8 al. dulcis.

AD CYNTHIAM. DE insomnio nauigij.

Vidi te in somnis fracta, mea vita, carina
Ionio lassas ducere rore manus,
Et quæcunque in me fueras mentita, fateri:
Nec iam humore graues tollere posse comas.
Qualem purpureis 2 agitatam fluctibus Hellen,
Aurea quam molli tergore vexit ouis.
Quã timui, ne fortè tuum mare nomen haberet,
Atque tua labens nauita fleret aqua.
Quæ tum ego Neptuno, quæ tum cum Castore fratri,
Quæque tibi excepi 3 tum Dea Leucothoe?
At tu vix primas extollens gurgite palmas,
Sæpe meum nomen iam peritura vocas.
Quod si fortè tuos vidisset Glaucus ocellos,
Esses Ionij facta puella maris.
Et tibi 4 pra inuidia Nereides increpitarent,
Candida Nisæe, cærula Cymothoe.
Sed tibi subsidio delphinum currere vidi,
Qui puto Arioniam vexerat ante lyram.
Iamque ego conabar summo me mittere saxo,
Quum mihi discussit talia visa metus.
Nunc admirentur, quod tam mihi pulchra puella
Seruiat, & tota dicar in vrbe potens.
Non, si Cambysæ redeant, & flumina Cræsi,
Dicat: De nostro surge poeta toro.
Nam mea quum recitat, dicit se odisse beatos.
Carmina tam sanctè nulla puella colit.
Multum in amore fides, multum constantia prodest.
Qui dare multa potest, multa & amare potest.
Seu mare per longum mea cogit ire puella,
Hanc sequar, & fidos vna aget aura duos.
Vnum litus erit sopitis, vnaq; tecto
Arbor, & ex vna sæpe bibemus aqua.
Et tabula vna duos poterit componere amantes.
Prora cubile mihi, seu mihi puppis erit.
Omnia perpetiar, sæuus licet vrgeat Eurus,
Velaq; in incertum frigidus Auster agat.
Quicunque & venti miserum vexastis Vlyssem,
Et Danaum Euboico litore mille rates:
Et qui mouistis duo litora, quum rudis Argus
Duxerat ignoto missa columba mari.
Illa meis tantum non vnquam desit ocellis.
Incendat nauem Iuppiter ipse licet.
Certè ijsdem nudi pariter iactabimur oris,
Me licet vnda ferat, te modò terra tegat.
Sed non Neptunus tanto crudelis amori,
Neptunus fratri par in amore Ioui.
Testis Amymone, latices quum ferret in aruis
Compressa, & Lerne pulsa tridente palus.
Iam Deus amplexu votum persoluit. at illi

1 al. Vidi ego te. 2 al. agitauit. 3 al. iam. 4 al. ob inuidiam.

Au-

Aurea diuinus vrna profudit aquas.
Crudelem & Boream rapta Orithyia negauit.
Hic Deus & terras & maria alta domat.
Crede mihi, nobis miteſcet Scylla, nec vnquam
Alternante vorans vaſta Charybdis aqua.
Ipſaq; ſidera erunt nullis obſcura tenebris.
Purus & Orion, purus & Hœdus erit.
Quod mihi ſi ponenda tuo ſit corpore vita,
Exitus hic nobis non inhoneſtus erit:
At vos incertam mortales funeris horam
Quæritis, & qua ſit mors aditura via:
Quæritis & cælo Phœnicum inuenta ſereno,
Quæ ſit ſtella homini commoda, quæque mala:
Seu pedibus Parthos ſequimur, ſeu claſſe Britannos:
Et maris & terræ cæca pericla viæ.
Rurſus & obiectum flectis capiti eſſe tumultum,
Quum Mauors dubias miſcet vtrinq; manus.
Præterea domibus flammam, domibuſq; ruinam.
Neu ſubeant labris pocula nigra tuis.
Solus amans nouit, quando perituras, & à qua
Morte, neque hic Boreæ flabra, neque arma timet,
Iam licet & Stygia ſedeat ſub arundine remex,
Cernat & infernæ triſtia vela ratis.
Si modò clamantis reuocauerit aura puellæ,
Conceſſum nulla lege redibit iter.

AD IOVEM PRO amica ægrotante.

IVpiter affectæ tandem miſerere puellæ.
Tam formoſa tuum mortua crimen erit.
Venit enim tempus, quo torridus æſtuat aer,
Incipit & ſicco feruere terra cane.
Sed 1 non tam ardoris culpa eſt, neque crimina cæli:
Quàm toties ſanctos non habuiſſe Deos.
Hoc perdit miſeras, hoc perdidit ante puellas:
Quicquid iurarunt ventus & vnda rapit.
Num ſibi collatam doluit Venus? illa peræque
Præ ſe formoſis inuidioſa Dea eſt.
An contemta tibi Iunonis templa Pelaſgæ?
Palladis aut oculos auſa negare bonos?
Semper, formoſæ, non noſtis parcere verbis.
Hoc tibi lingua nocens, hoc tibi forma dedit.
Sed tibi 2 vexatæ per multa pericula 3 vitæ,
Extremo veniet mollior hora die.
Io verſa caput primos mugiuerat annos:
Nunc Dea, quæ Nili flumine vacca bibit.
Ino etiam prima 4 terras ætate vagata eſt.
Hanc miſer 5 implorat nauita Leucothoen.
Andromede monſtris fuerat deuota marinis,
Hæc eadem Perſei nobilis vxor erat.
Calliſto Arcadios errauerat vrſa per agros.
Hæc nocturna ſuo ſidere vela regit.
Quòd ſi fortè tibi properarint fata quietem,

1 al. nec. 2 al. vexata, 3 al. vita.
4 al. terris. 5 al. imploret.

Illa ſepultura fata beata tua,
Narrabis 1 Semelæ quo 2 ſit formoſa periclo,
Credet & illa ſuo docta puella malo.
Et tibi Mæonias inter Heroidas omneis
Primus erit nulla non tribuente locus.
Nunc vtcunque potes gere ſaucia morem.
Et Deus, & durus vertitur ipſe dies.
Hoc tibi vel poterit coniux ignoſcere Iuno.
Frangitur & Iuno, ſi qua puella perit.
Deficiunt magico torti ſub carmine rhombi,
Et iacet extincto laurus adusta foco.
Et iam Luna negat toties deſcendere cælo.
Nigráque funeſtum condidit omen 3 auis.
Vna ratis fati noſtros portabit amores
Cærula ad infernos velificata lacus.
Si non vnius, quæſo miſerere duorum.
Viuam ſi viuet: ſi cadet illa, cadam,
Pro quibus optatis ſacro me carmine damno:
Scribam ego, Per magnum eſt ſalua puella Iouem.
Ante tuóſque pedes illa ipſa adoperta ſedebit,
Narrabitque ſedens longa pericla ſua.
Hæc tua, Perſephone, maneat clementia, nec tu
Perſephones coniux ſæuior eſſe velis.
Sunt apud infernos tot millia formoſarum.
Pulchra ſit in ſuperis ſcilicet illa locis.
Vobiſcum eſt Iope, vobiſcum candida Tyro,
Vobiſcum Europe, nec proba Paſiphaë:
Et 4 quot Iona tulit, vetus & quot Achaïa formas,
Et 5 Thebæ, & Priami dirutæ regna ſenis:
Et quæcunque erat in numero Romana puella,
Occidit. has omnes ignis auarus habet.
Nec forma æternum, aut cuiquã eſt fortuna perennis.
Longius, aut propius mors ſua quẽque manet.
Tu quoniã es, mea lux, magno demiſſa periclo,
Munera Dianæ debita redde 6 choros.
Redde etiam excubias diuæ nunc, ante iuuencæ.
Votiuas noctes & mihi 7 redde decem.

AD CYNTHIAM.

HEſterna, mea lux, quum potus nocte vagarer,
Nec me ſeruorum duceret vlla manus,
Obuia neſcio quot pueri mihi turba minuta
Venerat. hos vetuit me numerare timor,
Quorum alij faculas, alij retinere ſagittas,
Pars etiam viſa eſt vincla parare mihi.
Sed nudi fuerant. quorum laſciuior vnus,
Arripite hunc, inquit. nam bene noſtis eum.
Hic erat. hunc mulier nobis irata 8 locauit.
Dixit, & in collo iam mihi nodus erat.
Hic alter iubet in medium propellere. at alter,
Intereat, qui nos non putat eſſe Deos.
Hæc te non meritum totus expectat in horas,
At tu neſcio quas quæris, inepte, fores.

1 al. Semele. 2 al. ſis. 3 al. anus.
4 al. quod. 5 al. Phœbi. 6 al. choro.
7 al. non ſolue. 8 al. reliquit.

Quæ quum Sidonia nocturna ligamina mitra
Soluerit, atque oculos mouerit illa graues:
Afflabunt tibi non Arabum de gramine odores,
Sed quos ipse suis fecit Amor manibus.
Parcite iam fratres. iam certos spondet amores.
Et iam ad mandatam venimus ecce domum.
Atque ita me iniecto duxerunt rursus amictu.
I nunc, & noctes disce manere domi.
Manè erat, & volui si sola quiesceret illa,
Visere. at in lecto Cynthia sola fuit.
Obstupui. non illa mihi formosior vnquam
Visa neque ostrina quum fuit in tunica.
Ibat & [1] hinc castæ narratum somnia [2] Vestæ,
Neu sibi, néve mihi quæ nocitura forent.
Talis visa mihi somno demissa recenti.
Heu quantum per se candida forma valet.
Quid tu matutinus, ait, speculator amicæ,
Me similem vestris moribus esse putas?
Non ego tam facilis. sat erit mihi cognitus vnus,
Vel tu, vel siquis verior esse potest.
Apparent non vlla thoro vestigia presso.
Signa voluptatis nec iacuisse duos.
Aspice vt in toto nullus mihi corpore surgat
Spiritus, admisso notus adulterio.
Dixit, & [3] oppositæ propellens suauia dextræ,
Prosilit in laxa nixa pedem solea.
Sic ego tam sancti custode recludor amoris.
Ex illo felix nox mihi nulla fuit.

AD EANDEM.

QVæris, cur veniam tibi tardior? aurea Phœbi
Porticus à magno Cæsare aperta fuit.
[4] Tota erat in speciem Pœnis digesta columnis:
Inter quas Danai fœmina turba senis.
Hic [5] equidem Phœbo visus mihi pulchrior ipso
Marmoreus tacita carmen hiare lyra.
Atque aram circum steterant armenta Myronis
Quattuor artificis viuida signa boues.
Tum medium Clario surgebat marmore templum,
Et patria Phœbo carius Ortygia.
Auro Solis erat supra fastigia currus,
Et valuæ Libyci nobile dentis opus.
Altera deiectos Parnassi vertice Gallos,
Altera mœrebat funera Tantalidos.
Deinde inter matrem Deus ipse, intérque sororem
Pythius in longa carmina veste sonat.
Hic adspicias scopulis hærere sorores,
Et canere antiqui dulcia furta Iouis:
Vt Semele est combustus, vt est deperditus Io.
Denique vt ad Troiæ tecta volarit auis.
Qui videt, is peccat. qui non & viderit, ergo
Non cupiet. facti crimina lumen habet.
Quòd si nemo extat, qui vicerit alitis arma,
Communis culpæ cur reus vnus agor?
Vna contentum pudeat me viuere amica.
Hoc si crimen erit, crimen amoris erit:
Mi nemo obiiciat. libeat tibi, Cynthia mecum

1 al. in. 2 al. vecte. 3 apposita.
4 al. Tantum. 5 al. quidem.

Roscida muscosis antra tenere iugis.
Nec tu Virginibus reuerentia moueris ora.
Hic quoque non nescit, quid sit amare, chorus:
Si tamen Oeagri quædam compressa figura
Bistonijs olim rupibus accubuit.
Hic vbi me prima statuent in parte choreæ,
Et medius tecta cuspide Bacchus erit:
Tum capiti sacros patiar pendere corymbos.
Nam sine te nostrum non valet ingenium.
Hoc vtinam spatiere loco, quodcunque vacabis,
Cynthia. sed tibi me credere turba vetat,
Quum videt accensis deuotam currere tædis
In nemus, & Triuiæ lumina ferre Deæ.
Nam quid Prænestis dubias, ô Cynthia, sortes?
Quid petis Æaci mœnia Telegoni?
Curve te in Herculeum deportant esseda Tibur?
Appia cur toties te Via ducit anum?
Scilicet vmbrosis sordet Pompeia columnis
Porticus aulæis nobilis Attalicis.
Et creber pariter platanis surgentibus ordo.
Flumina sopito quæque Marone cadunt:
Et leuiter nymphis tota crepitantibus vrbe,
Quum subito Triton ore recondit aquam.
Falleris. ista tui furtum via monstrat amoris.
Non vrbem, demens: lumina nostra fugis.
Quò fugis, ah demẽs? nulla est fuga, tu licet vsq;
Ad Tanaim fugias, vsque sequetur amor.
Non, si Pegaseo vecteris in aëra dorso:
Nec tibi si Persei mouerit ala pedes:
Vel, si te secta moueant talaribus aura:
Nil tibi Mercurij proderit alta via.
Instat semper Amor supra caput. instat amanti,
Et grauis ipse super libera colla sedet.
Excubat ille acer custos, & tollere nunquam
Te patietur humo lumina capta semel.
Et iam si pecces, Deus exorabilis ille est,
Si modò præsentes viderit esse preces.
Num iam, dura, paras Phrygias nunc ire per vndas,
Et petere Hyrcani littora nota maris?
Spargeréque alterna communes cæde penates,
Et ferre ad patrios præmia dira lares?
Nil agis. insidias in me componis inanes.
Tendis iners docto retia nota mihi:
Sed de me minor est famæ iactura pudicæ.
Tanta tibi miseræ, quanta mereris, erit.
Nuper enim de te nostras me læsit ad aures
Rumor, & in tota non bonus vrbe fuit.
Sed te non debes inimicæ credere linguæ.
Semper formosis fabula pœna fuit.
Non tua deprenso damnata est fama veneno.
Testis eris puras, Phœbe, videre manus.
Sin autem longo nox vna, aut altera luxu
Consumpta est, non me crimina parua mouent.
Ista senes licet accusent conuiuia auari.
Nos modo propositum, vita, teramus iter.
Illorum antiquis onerentur legibus aures:
Hic locus est, in quo tibia docta sones:
Quæ non iure vado Meandri iacta natasti,
Turpia quum faceret Palladis ora tumor.

Tyndaris

Tyndaris externo patriam mutauit amore.
Et sine decreto viua reducta domum est.
Ipsa Venus quamuis corrupta libidine Martis,
Nec minus in cœlo semper honesta fuit.
Quamuis Ida Parim pastorem dicat amasse,
Atque inter pecudes accubuisse Deam:
Hoc & Hamadryadum spectauit turba sororum,
Silenique senes, & pater ipse chori,
Cum quibus Idæo legisti poma sub antro
Supposita excipiens, Nai, caduca manu.
An quisquam in tanto stuprorũ examine quærit,
Cur hæc tam diues? quis dedit? vnde dedit?
O nimium nostro felicem tempore Romam,
Si contra mores vna puella facit.
Hæc eadem hæc ante illã impune & Lesbia fecit.
Quæ sequitur, certè est inuidiosa minus.
Quis quærit Tatios veteres, durosque Sabinos,
Hic posuit nostra nuper in vrbe locum.
Tu prius & fluctus poteris siccare marinos,
Altaq; mortali deligere astra manu:
Quàm facere vt nostræ nolint peccare puellæ.
Is mos Saturno regna tenente fuit:
Et quum Deucalionis aquæ fluxere per orbem,
Et post antiquas Deucalionis aquas.
Dic mihi, quis potuit lectum seruare pudicum?
Quæ Dea cum solo viuere sola Deo?
Vxorem quondam magni Minois, vt aiunt,
Corrupit torui candida forma bouis.
Nec minus ærato Danaë circundata muro,
Non potuit magno casta negare Ioui.
Quod si tu Graias, 1 siue es imitata 2 Latinas:
Semper viue meo libera iudicio.

AD EANDEM.

TRistia iam redeunt iterum solennia nobis,
Cynthia iam noctes est operata decem.
Atque vtinam Nilo pereat quæ sacra tepente
Misit matronis Inachis Ausonijs.
Quæ Dea tam cupidos toties diuisit amantes,
Quæcunque illa fuit, semper amara fuit.
Tu certe Iouis occultis in amoribus, Io,
Sensisti, multas quid sit inire vias:
Quum te iussit habere puellam cornua Iuno
Et pecoris duro perdere verba sono.
Ah quoties quernis lasisti frondibus ora.
Mansisti stabulis abdita pasta tuis.
An quoniam agrestem detraxit ab ore figuram
Iuppiter, idcirco facta superba Dea es?
An tibi non satis est fuscis Ægyptus alumnis?
Cur tibi tam longa Roma petita via est?
Quid tibi quid prodest viduas dormire puellas?
Sed tibi, crede mihi, cornua rursus erunt.
Aut nos è nostra te, sæua, fugabimus vrbe.
Cum Tiberi Nilo gratia nulla fuat.
At tu quæ nostro nimium placata dolore es,
Noctibus his vacui reficiamus iter.
Non audis: & verba sinis mea ludere: quum iam
Flectant Icarij sidera tarda boues.
Lenta bibis. media nequeunt te frangere nocte.

1 al. túque es. 2 al. Sabinas.

An nondum est talos mittere lassa manus?
Ah pereat quicunque meracas repperit vuas,
Corrupitq; bonas nectare primus aquas.
Icare Cecropijs merito iugulate colonis,
Pampineus, nosti, quàm sit amarus odor.
Tu quoque, o Eurition, vino, Centaure, peristi,
Necnon Ismario tu Polypheme mero.
Vino forma perit, vino corrumpitur ætas,
Vino sæpe suum nescit amica virum.
Me miserum, vt multo nihil es mutata Lyæo.
Iam bibe. formosa es: nil tibi vina nocent,
Quum tua prependent 1 demissa in pocula serta
Et mea deducta carmina voce legis.
Largius effuso madeat tibi mensa Falerno,
Spumet & aurato mollius in calice:
Nulla tamen lecto recipit se sola libenter.
Est quiddam, quod vos quærere cogat Amor,
Semper in absentes felicior æstus amantes,
Eleuat assiduos copia longa viros.

AD LINCEVM POETAM.

CVr quisquam faciem dominæ iam credat Amori?
Sic erepta mihi pene puella mea est.
Expertus dico. nemo est in Amore fidelis.
Formosam raro non sibi quisque petit.
Polluit ille Deus cognatos, soluit amicos,
Et bene concordes tristia ad arma vocat.
Hospes in hospitium Menelao venit adulter.
Colchis & ignotum nonne secuta virum est?
Lynceu, túne meam potuisti tangere curam?
Perfide, nonne tuæ tunc cecidere manus?
Quid si non constans illa & tam certa fuisset?
2 Posset & in tanto viuere flagitio?
Tu mihi vel ferro pectus, vel perde veneno:
A domina tantum te modo tolle mea.
Te socium vitæ, te corporis esse licebit,
Te dominum admitto rebus, amice, meis.
Lecto te solum, lecto te deprecor vno:
Riualem possum non ego ferre Iouem.
Ipse meas solus, quod nil est, æmulor vmbras,
Stultus, quod stulto sæpe timore tremo.
Vna tamen causa est, qua crimina tanta remitto,
Errabant multo quod tua verba mero.
Sed nunquam vitæ me fallet ruga seueræ.
Omnes iam norunt, quàm sit amare bonum.
Lynceus ipse meus seros insanit amores,
Solum te nostros lator adire Deos.
Quid tua Socraticis tibi nunc sapientia libris
Proderit? aut rerum dicere posse vias?
Aut quid Cretæi tibi prosunt carmina lecta?
Nil iuuat in magno vester amore senex.
Tu satius musis meliorem imitere Philetam,
Et non inflati somnia Callimachi.
Non rursus licet Ætoli referas Acheloi
Fluxerit vt magno factus amore liquor:
Atq; etiam vt Phrygio fallax Mæandria campo

1 al. demissæ in pocula sertæ.
2 al. posses in.

Errat & ipsa 1 suas decipit vnda vias:
Qualis & Adrasti fuerit vocalis Arion,
Tristis ad Archemori funera victor equus:
Non non Amphiaræa tibi fata quadrigæ
Prosint, aut Capanei grata ruina Ioui.
Desine Achilleo componere verba cothurno.
Desine, & ad molles membra resolue 2 choros.
Incipe iam angusto versus componere torno.
Inque tuos ignes, dure poeta, veni.
Tu non Antimacho, non tutior ibis Homero.
Despicit & magnos 3 recta puella deos.
Sed non ante grauis taurus succumbit aratro,
Cornua quam validis hæserit in laqueis.
Nec tu tam duros per te patieris amores.
Trux tamen à nobis ante domandus eris.
Harum nulla solet rationem quærere mundi,
Nec cur fraternis Luna laboret equis:
Nec si post Stygias aliquid 4 restauerit vndas,
Nec si consulto fulmina missa tonent.
Aspice me, cui parua domi fortuna relicta est.
Nullus & antiquo Marte triumphus aui:
Vt regnem mistas inter conuiua puellas
Hoc, ego 5 quo tibi nunc eleuor, ingenio.
Me iuuet 6 hesternis positum languere corollis,
Quem tetigit iactu certus ad ossa Deus.
Actia Vergilio custodis littora Phœbi,
Cæsaris & fortes dicere posse rates:
Qui nunc Æneæ Troiani suscitat arma,
Iactaq; Lauinis mœnia litoribus.

1 al. suis. 2 al. thoros. 3 al. tecta. 4 al. restabit ad vndas. 5 al. quod. 6 al. æternis.

Cedite Romani scriptores, cedite Graij.
Nescio quid maius nascitur Iliade.
Tu canis vmbrosi subter pineta Galesi
Thyrsin, & attritis Daphnin arundinibus:
Vtque decem possint corrumpere mala puellam
Missus & impressis hœdus ab vberibus.
Felix, qui viles pomis mercaris amores,
Huic licet ingratæ Tityrus ipse canat.
Felix, intactum Corydon qui tentat Alexin
Agricolæ domini carpere delicias.
Quanuis ille 1 suam lassus requiescat auenam,
Laudatur facilis inter Hamadryadas.
Tu canis Ascræi veteris præcepta poetæ,
Quo seges in campo, quo viret vua iugo.
Tale satis carmen docta testudine, quale
Cynthius impositis temperat articulis.
Non tamen hæc vlli venient ingrata legenti,
Siue in amore rudis, siue peritus erit.
Nec minor his animis, nec se minor ore canorus
Anseris indocto carmine cessit olor.
Hæc quoque perfecto ludebat Iasone Varro,
Varro Leucadiæ maxima flamma suæ.
Hæc quoque lasciui cantarunt scripta Catulli
Lesbia queis ipsa notior est Helena.
Hæc etiam docti confessa est pagina Calui,
Quum caneret miseræ funera Quintiliæ.
Et modo formosa qua multa Lycoride Gallus
Mortuus inferna vulnera lauit aqua.
Cynthia quinetiam versu laudata Properti,
Hos inter si me ponere fama volet.

1 al. sua vel suas.

SEX. AVRELII PROPERTII VMBRI ELEGIARVM LIBER III.

CALLIMACHI manes & Coi sacra Philetæ,
In vestrum, quæso, me sinite ire nemus.
Primus ego ingredior puro de fonte sacerdos
Italæ per Graios orgia ferre choros.
Dicite quo pariter carmen tenuastis in antro,
Quóve pede ingressi, quámve bibistis aquam.
Ah valeat Phœbum quicunq; moratur in armis.
Exactus tenui pumice versus eat.
Quo me fama leuat terra sublimis, & à me
Nata coronatis Musa triumphat equis.
Et mecum in curru parui vectantur Amores,
Scriptorumq; meas turba secuta rotas.
Quid frustra missis in me certatis habenis,
Non datur ad Musas currere lata via.
Multi, Roma, tuas laudes annalibus addent,
Qui finem imperij Bactra futura canent.
Sed quod pace legas, opus hoc de monte Sororum
Detulit intacta pagina nostra via.
Mollia Pegasides vestro date serta poetæ.
Non faciet capiti dura corona meo.
At mihi quod viuo 1 detraxerit inuida turba,
Post obitum duplici fœnore reddet honos.
Omnia post obitum fingit maiora vetustas,
Maius ab exequijs nomen in ora venit.
Nam quis equo pulsas abiegno nosceret arces?
Fluminaq; 2 Hæmonio comminus isse viro?
Idæum Simoenta Iouis cunabula parui?
Hectora per campos ter maculasse rotas?
Deiphobumq;, Helenumq;, & Polydamanta sine armis,
Qualemcunque Parin vix sua nosset humus.
Exiguo sermone fores nunc, Ilion, & tu
Troia bis Oetæi numine capta Dei.
Neenon ille tui casus memorator Homerus
Posteritate suum crescere sensit opus.
Meq; inter seros laudabit Roma nepotes.
Illum post cineres auguror esse diem.
Ne mea cõtemto lapis indicet ossa sepulchro
Prouisum est Lycio vota probante Deo.
Carminis interea nostri rideamus in orbem,

1 al. detraxerat. 2 al. in Aemonco.

Cau-

Gaudeat vt ſolito tacta puella ſono.
1Orphea 2 detenuiſſe feras, & concita dicunt
Flumina Threicia 3 detinuiſſe lyra.
Saxa Citharontis Thebas agitata per artem
Sponte ſua in muri membra coiſſe ferunt.
Quinetiã, Polypheme fera Galatea ſub Ætna
Ad tua rorantes carmina flexit equos.
Miremur nobis & Baccho & Apolline dextro,
Turba puellarum ſi mea verba colit.
Quod nõ Tenariis domus eſt mihi fulta colũnis,
Nec camera auratas inter eburna trabes,
Nec mea 4 Phæacas æquant pomaria ſiluas,
Non operoſa rigat Martius antra liquor:
At Muſæ comites, & carmina cara legenti,
Et defeſſa choris Calliopea meis.
Fortunata meo ſi qua es celebrata libello,
Carmina erunt formæ tot monimenta tuæ.
Nam neque Pyramidũ ſumptus ad ſidera ducti
Nec Iouis Elaci cælum imitata domus:
Nec Mauſolei dives fortuna ſepulchri
Mortis ab extrema conditione 5 vacat.
Aut illis 6 flamma, aut imber ſubducet honores,
Annorum aut ictu pondera victa ruent.
At non ingenio quæſitum nomen ab æuo
Excidet. ingenio ſtat ſine morte decus.

PROPERTII SOMNIVM.

VISVS eram molli recubans Heliconis in vmbra,
Bellerophontæi qua fluit humor equi:
Reges, Alba tuos, & regum facta tuorum
Tantum operis neruis hiſcere poſſe meis:
Paruáque tã magnis 7 admoram fontibus ora,
Vnde pater ſitiens Ennius ante bibit,
Et cecinit Curios fratres, & Horatia pila,
Regiáque Æmilia vecta trophæa rate,
Victoriſque moram Fabij, pugnámque ſiniſtram
Cannenſem, & verſos ad pia vota Deos,
Hannibalémque Lares Romana ſede fugantes,
Anſeris & tutum voce fuiſſe Iouem:
Quum me Caſtalia ſpeculans ex arbore Phœbus
Sic ait aurata nixus ad antra lyra,
Quid tibi cum tali, demens, eſt flumine? quis te
Carminis heroi tangere iuſſit opus?
Non hic vlla tibi ſperanda eſt fama, Properti.
Mollia ſint paruis prata terenda rotis.
Vt tuus in ſcamno iactetur ſæpe libellus,
Quem legat expectans ſola puella virum.
Cur tua 8 præſcriptos euecta eſt pagina 9 gyros?
Non eſt ingenij cymba grauanda tui.
Alter remtes aquas, alter tibi radat arenas,
Tutus eris. medio maxima turba mari eſt.
Dixerat. & plectro ſedẽ mihi monſtrat eburno,
Qua noua muſcoſo ſemita facta ſolo eſt.
Hic erat affixis viridis ſpelunca lapillis,
Pandebantque cauis tympana pumicibus,
Ergo Muſarum, & Sileni patris imago
Fictilis, & calami, Pan Tegeæe, tui,
Et Veneris domina volucres mea turba columbæ
Tingunt Gorgoneo Punica roſtra lacu,
Diuerſæque nouem ſortita 1 iura puellæ
Exercent teneras in ſua dona manus.
Hæc ederas legit in thyrſos, hæc carmina neruis
Aptat, & illa manu texit vtraque roſam,
E quarum numero me contigit vna dearum.
Vt reor à facie, Calliopea fuit.
Contentus niueis ſemper vectabere cygnis,
Nec te fortis equi ducet ad arma ſonus.
Nil tibi ſit rauco prætoria claſſica cornu
Flere, nec Aonium cingere Marte nemus:
Aut quibus in campis Mariano prælia ſigno
Stent, & Teutonicas Roma refringat opes,
Barbarus aut 2 Sueuo perfuſus sãguine Rhenus
Saucia mœrenti corpora vectet aqua.
Quippe coronatos alienum ad limen amantes,
Nocturnæq; canes ebria ſigna fugæ.
Vt per te clauſas ſciat excantare puellas,
Qui volet auſteros arte ferire viros.
Talia Calliope, lymphiſque à fonte petitis,
Ora Philetæa noſtra rigauit aqua.

DESCRIPTIO TRIVMPHI.

ARMÁ Deus Cæſar dites meditatur ad Indos,
Et freta gemmiferi findere claſſe maris.
Magna viri merces. parat vltima terra triũphos
Tigris, & Euphrates ſub tua iura fluent.
Sera ſub Auſoniis veniet prouincia virgis,
Aſſueſcent Latio 3 Partha trophæa Ioui.
Ite agite experta bello date lintea prora.
Et ſolitum armigeri ducite munus equi.
Omina fauſta cano. Craſſos, cladeſque piate:
Ite, & Romana conſulite hiſtoria.
Mars pater, & ſacræ fatalia lumina Veſtæ,
Ante meos obitus ſit, precor, illa dies:
Qua videam ſpoliis 4 onerato Cæſaris axe,
Ad vulgi plauſus ſæpe reſiſtere equos.
Inque ſinu cara nixus ſpectare puellæ
Incipiam, & titulis oppida capta legam.
Tela fugacis equi, & bracchati militis arcus,
Et ſubter captos arma ſedere duces.
Ipſa tuam prolem ſerua Venus, hoc ſit in æuum,
Cernis ab Æneæ quod ſupereſſe caput.
Præda ſit hæc illa quorum meruere labores:
Me ſat erit Satra plaudere poſſe via.
Pacis Amor Deus eſt, pacẽ veneramur amantes.
Stant mihi cum domina prælia dura mea.
Nec tamen inuiſo pectus mihi carpitur auro:
Nec bibet è gemma diuite noſtra ſitis.
Nec mihi mille iugis Campania pinguis aratur,
Nec miſer æra ſpeto 6 claſſe, Corinthe, tua.
O prima infelix fingenti terra Prometheo.
Ille parum 7 cauti pectoris egit opus.

1 al. Orpheu.
2 al. retenuiſſe. 3 al. ſuſtinuiſſe.
4 al. Phæacias. 5 al. vacant. 6 al. flammæ.
7 al. moram. 8 al. præſcripto ſenecta.
9 al. gyro.

1 al rura. 2 al. ſueuo. 3 al. parta.
4 al. oneratos Cæſaris axe.
5 al. paro. 6 al. clade.
7 al. cautè.

Corpora disponens, mentem non vidit in arte:
Recta animi primum debuit esse via.
Nunc maris in tantum ventis iactamur, & hostē
Quærimus, atque armis nectimus arma nouis.
Haud vllas portabis opes Acherontis ad vndas.
Nudus 1 ab inferna, stulte, vehere rate.
Victor cum victis pariter miscebitur vmbris.
Consule cum Mario capte Iugurtha sedes.
Lydus Dulichio non distat Crœsus ab 2 Iro.
Optima mors, parca quæ venit apta die.
Me iuuat in prima coluisse Helicona iuuenta,
Musarúmque choris implicuisse manus.
Me iuuat & multo mentem vincire Lyæo,
Et caput in verna semper habere rosa.
Atque vbi iam venere graues interceperit ætas,
Sparserit 3 integras alba senecta comas:
Tum mihi Naturæ libeat perdiscere mores,
Quis Deus hanc mundi temperet arte domū:
Quæ venit exoriens, quæ deficit, vnde coactis
Cornibus in plenum menstrua Luna redit.
Vnde salo superant venti: quid flamine captet
Eurus, & in nubes vnde perennis aqua:
Sit ventura dies mundi quæ subruat arces,
Purpureus pluuias cur 4 bibit arcus aquas:
Aut cur Perrhebi tremuere cacumina Pindi,
Solis & atratis luxerit orbis equis:
Cur 5 segnis versare boues, & plaustra Bootes,
Pleiadum spisso cur coit igne chorus:
Cúrve suos fines altum non exeat æquor,
Plenus & in partes quattuor annus eat:
Sub terris sint iura Deum & tormenta Gigātū,
Tisiphones atro si furit angue caput:
Aut Alcmeoniæ furiæ, aut ieiunia Phinei:
Num rota, nū scopuli, num sitis inter aquas:
Num tribus infernum custodit faucibus antrum
Cerberus, & Tityo iugera pauca nouem:
An ficta in miseras descendit fabula gentes,
Et 6 timor haud vltra: quā rogus, esse potest.
Exitus hic vitæ superest mihi. Vos quibus arma
Grata magis, Crassi signa referte domum.

AD LYGDAMVM.

DIC mihi de nostra, quæ sentis vera puella:
Sic tibi sint domina, Lygdame, dempta iuga:
Dum me lætitia tumefactum fallis inani,
Hæc referens, quæ me credere velle putas.
Omnis enim debet sine vano nuncius esse,
Maiorémque timens se, iussa habere fidem.
Nunc mihi si qua tenes, ab origine dicere prima
Incipe. suspensis auribus ista bibam.
Siccine eam incomptis vidisti flere capillis?
Illius ex oculis multa cadebat aqua?
Nec speculum strato vidi, Lygdame, lecto?
Ornabat niueas 7 nullave gemma manus?
Ac mœstam teneris vestem pendere lacertis?
Scriniáque ad lecti clausa iacere pedes?

1 al. ad infernas. 2 al. Hyro. 3 al. & nigras.
4 al. bibat. 5 al. serus. vel serus.
6 al. aut. 7 al. nullāne.

Tristis erat domus? & tristes sua pēsa ministræ
Carpebant? medio nebat & ipsa loco?
Humidáque impressa siccabat lumina lana?
Rettulit & querulo iurgia nostra sono?
Hæc te teste mihi promissa est, Lygdame, merces?
Est pœna seruo rumpere teste fidem.
Ille potest nullo 1 miseram me linquere facto?
Ac qualem nulla dicere habere domo?
Gaudet me vacuo 2 solam tabescere lecto?
Si placet insultet, Lygdame, morte mea.
3 Non me moribus illa, sed herbis improba vicit.
Staminea rhombi ducitur ille rota.
Illum turgentis ranæ portenta rubetæ,
Et lecta 4 exectis anguibus ossa trahunt.
Et strigis inuentæ per busta iacentia plumæ,
Cinctaque funesto lanea vitta viro.
Si nō vana canūt mea somnia, Lygdame, testor:
Pœna erit ante meos sera, sed ampla pedes.
Putris & in vacuo texetur aranea lecto,
Noctibus illorum dormiet ipsa Venus.
Quæ tibi si veris animis est questa puella,
Hac eadem rursus, Lygdame, curre via:
Et mea cum multis lacrimis mandata reporta:
Iram, non fraudes esse in amore meo.
Me quoque consimili impositum torquerier igni,
Iurabo, & bis sex integer esse dies.
Quod mihi si tanto felix concordia bello
Extiterit, per me, Lygdame, liber eris.

DE MORTE POETI OB AVARITIAM.

ERgo sollicita tu causa, pecunia, vitæ es?
Per te immaturum mortis adimus iter.
Tu vitiis hominum crudelia pabula præbes.
Semina curarum de capite orta tuo.
Tu Patum ad Pharios tendentem lintea portus
Obruis insano terque quaterque mari.
Nā dum te sequitur, primo āmiser excidit æuo,
Et noua longinquis piscibus esca natat.
Flēs tamen extremis dedit hæc mādata querelis,
Quum moribūda niger clauderet ora liquor:
Di maris, Ægei quos sunt penes æquora ponti,
Et quæcunque meum degrauat vnda caput:
Quo rapitis miseros prima lanuginis annos?
Adtulimus longas in freta vestra manus.
Ah miser, Alcyonum scopulis adfigar acutis.
In me cæruleo fuscina sumpta Deo est.
At saltem Italiæ regionibus aduehat æstus.
Hoc de me, sat erit, si modo matris erit.
Subtrahit hæc fantem torta vertigine fluctus:
Vltima quæ Pato noxque diesque fuit.
Pate, quid ætatem numeras? quid cara natanti
Mater in ore tibi est? non habet vnda Deos.
Nam tibi nocturnis ad saxa ligata procellis
Omnia detrito vincula fune cadunt.
Et mater non iusta piæ dare debita terræ,
Nec pote cognatos inter humare rogos.

1 al. miserum 2 al. solum.
3 alij sic legunt. Improba non vicit me moribus illa, sed herbis. 4 al. exectis.
5 al. Ergone.

Sed

Sed tua nunc volucres adstant super ossa marinæ.
Nũc tibi pro tumulo Carpathium omne mare.
Infelix Aquilo, raptæ timor Orithyiæ,
Quæ spolia ex illo tanta fuere tibi?
Aut quidnam fracta gaudes, Neptune, carina?
Portabat sanctos alueus ille viros.
O centum æquoreæ Nereo genitore puellæ,
Et tu nocturno tacta dolore Thetis,
Vos decuit lasso subponere brachia mento.
Non poterat vestras ille grauare manus.
Reddite corpus humo, positaq; in gurgite vita
Patum sponte tua vilis arena tegas.
Vt, quoties Pati transibit nauta sepulchrum,
Dicat: Et audaci tu timor esse potes.
Ite rates curuæ, & [1] leti texite [2] caussam.
Ista per humanus mors venit acta manus.
Terra parum fuerat [3] fatis adiecimus vndas.
Fortunæ miseras auximus arte vias.
Anchora te teneat, quem non tenuere penates:
Quid meritum dicas cui sua terra parum est?
Natura insidians pontum substrauit auaris.
Vt tibi succedat, vix semel esse potest.
Ventorum est quodcunq; paras. haud vlla carina
Consenuit, fallit portus & ipse fidem.
Sunt Agamemnonias testantia litora curas,
[4] Quæ notat [5] Argini pœna [6] natantis aquæ.
Hoc inuene amisso classem non soluit Atrides.
Pro qua mactata est Iphigenia mora.
Saxa triumphales fregere Capharea puppes.
Naufraga quum vasto Græcia tracta salo est.
Paulatim socium iacturam fleuit Vlysses,
In mare cui soli non valuere doli.
Hunc paruo ferri vidit nox improba ligno.
Patus vt occideret, tot coiere mala.
Non tulit hunc pectus stridorem audire procellæ,
Et duro teneras ladere fune manus:
Sed thyiæ thalamo, aut [7] Oriciæ terebinthi
Effulto pluma versicolore caput.
Huic fluctus viuo radicitus abstulit vngues.
Et miser inuitam traxit hiatus aquam.
Quod si contentus patrio boue [8] verteret agros,
Verbaq; duxisset pondus habere mea:
Vineret ante suos dulcis conuiua penates
Pauper, [9] & in terra, nil vbi flere potest.
At, tu, saeue Aquilo, nunquam mea vela videbis.
Ante fores domin æ condar oportet iners.

[1] al. leti quoque [2] al. caussas.
[3] al. terris. [4] al. Quæ. [5] al. Argini al. Argẽi [6] al. minantis. [7] al. Oricia terebyntho. [8] al. verterat. [9] al. at. [10] al. extremas.

AD CYNTHIAM.

DVlcis ad [10] externas fuerat mihi rixa lucernas,
Vocis & insanæ tot maledicta tuæ.
Cur furibunda mero mensam propellis, & in me
Proiicis insana cymbia plena manu?
Tu vero nostros, audax, inuade capillos,
Et mea formosis vnguibus ora nota:
Tu minitare oculos subiecta exurere flamma.
Fac mea rescisso pectora nuda sinu:
Nimirum veri dantur mihi signa caloris:
Nam sine amore graui fœmina nulla dolet.
Quæ mulier rabida iactat conuicia lingua,
Et Veneris magnæ voluitur ante pedes:
Custodum gregibus [1] circum se stipat euntem,
Seu sequitur medias Mœnas vt acta, vias:
Seu timidam crebro dementia somnia terrent,
Seu miseram in tabula picta puella mouet:
His ego tormentis animi sum verus aruspex.
[2] Nam didici certas sæpe in amore notas.
Non est certa fides, quam non iniuria versat.
Hostibus eueniat lenta puella meis.
In morso æquales videant mea vulnera collo,
Me doceat liuor mecum habuisse meam.
Aut in amore dolere volo, aut audire dolentem.
Siue meas lacrymas, siue videre tuas,
Tecta superciliis si quando verba remittis,
Aut tua quum digitis scripta silenda notas.
Odi ego quæ nunquã pungunt suspiria somnos,
Semper in iratam pallidus esse velim.
Dulcior ignis erat Paridi, quum grata per arma
Tyndaridi poterat gaudia ferre suæ.
Dũ vincunt Danai, dum restat barbarus Hector:
Ille Helenæ in gremio maxima bella gerit.
Aut tecum, aut pro te mihi cum riualibus arma
Semper erunt. in te pax mihi nulla placet.
Gaude quod nulla est æque formosa, doleres,
Siqua foret, nunc sis iure superba, licet.
At tibi, qui nostro [3] nexisti retia lecto,
Sit socer æternum, nec sine matre domus.
Cui nunc si qua data est furandæ copia noctis,
[4] Offensa illa mihi, non tibi amica dedit.

[1] al. quæ circa stipat. [2] al. Has.
[3] al. tendisti. [4] al. Infensa. [5] al Pyreicus.
[6] al. propria. [7] al sunt. [8] al. sunt.

AD MÆCENATEM.

MÆcenas eques Hetrusco de sanguine regũ,
Intra fortunam qui cupis esse tuam:
Quid me scribendi tam vastum mittis in æquor?
Non sunt apta meæ grandia vela rati.
Turpe est, quod nequeas, capiti cõmittere pondus:
Et pressum inflexo mox dare terga genu.
Omnia non pariter rerum sunt omnibus apta,
Fama nec ex æquo ducitur vlla iugo.
Gloria Lysippo est, animosa effingere signa,
Exactis Calamis se mihi iactat equis.
In Veneris tabula summam sibi ponit Apelles,
[5] Parrhasius parta vindicat arte locum.
Argumenta magis sunt Mitoris addita formæ,
At Myos exiguum flectit acanthus iter.
Phidiacus signo se Iuppiter ornat eburno,
Praxitelem [6] proprius vindicat arte lapis.
[7] Est quibus Eleæ concurrit palma quadrigæ,
[8] Est quibus in celeres gloria nata pedes.
Hic satus ad pacem, hic castrensibus vtilis armis,
Naturæ sequitur semina quisque suæ.
At tua, Mæcenas, vitæ præcepta recepi,
Cogor & exemplis te superare tuis.

Quum tibi Romano dominas in honore secures,
Et liceat medio ponere iura foro:
Vel tibi Medorum pugnaces ire per hostes,
Atque onerare tuam fixa per arma domum.
Et tibi ad effectum vires det Cæsar, & omni
Tempore tam faciles insinuentur opes:
Parcis, & in tenues humilem te colligis vmbras,
Velorum plenos subtrahis ipse sinus.
Crede mihi, magnos æquabunt ista Camillos
1 Iudicia, & venies tu quoque in ora virûm:
Cæsaris & famæ vestigia iuncta tenebis.
Mæcenatis erunt vera trophæa fides.
Non ego velifera tumidum mare findo carina.
Tota sub exiguo flumine nostra mora est.
Non flebo in cineres arcem sedisse paternos
Cadmi, nec semper prælia clade pari:
Nec referam Scæas, & Pergama Apollinis arces,
Et Danaûm decimo vere redisse rates,
Mœnia quum Graio Neptunia pressit aratro
Victor Palladiæ ligneus artis equus.
Inter Callimachi sat erit placuisse libellos,
Et cecinisse modis, 2 pure poeta tuis.
Hæc 3 curent pueri, hæc 4 curent scripta 5 puellæ,
Meq; Deum clament, & mihi sacra ferant.
Te duce vel Iouis arma canam, cælocq; minãtem
Cæum, & Phlegræis Oromedonta iugis:
Celsaq; Romanis 6 decerpta palatia tauris
Ordiar, & cæso mœnia firma Remo:
Eductosq; pares syluestri ex vbere reges.
Crescet & ingenium sub tua iussa meum.
Prosequar & currus vtroque ab litore ouantes
Parthorum, astutæ tela remissa fugæ:
Castraq; Peluſij Romano subruta ferro,
7 Antonique graues in sua fata manus.
Mollis tu cœptæ fautor cape lora iuuentæ,
8 Dexteraq; immissis da mihi signa rotis.
Hoc mihi, Mæcenas, laudis concedis. & à te est
Quod ferar in partes ipse fuisse tuas.

DE NATALI AMICÆ SVÆ.

MIrabar quidnam misissent mane Camœnæ
Ante meum stantes sole rubente torum.
Natalis nostræ signum misere puellæ,
Et manibus fastos ter crepuere sonos.
Transeat hic sine nube dies, stent aere venti,
Ponat & in sicco molliter vnda minas.
Aspiciam nullos hodierna luce dolentes,
Et 9 Niobes lacrymas supprimat ipse lapis.
Alcyonum positis requiescant ora querelis
Increpet absumptum nec sua mater Ityn.
Tuque, ô cara, mihi felicibus edita pennis
Surge, & poscentes iusta precare Deos,
Ac primum pura somnum tibi discute lympha,
Et nitidas presso pollice finge comas.
Dein qua primum oculos cœpisti veste Properti,
Indue, nec vacuum floro relinque caput.
Et pete, qua polles, vt sit tibi forma perennis:

1 al. Indicia. 2 al. Coe. 3 al. curant. 4 al. curant. 5 al. puellas. 6 al. decepta. 7 Antoniique 8 al. Dextraque. 9 al. Niobe.

Inque meum semper stent tua regna caput.
Inde coronatas vbi thure piaueris aras,
Luxerit & tota flamma secunda domo:
Sit mensæ ratio, noxque inter pocula currat,
Et crocino nares murrhe tus vngat onyx,
Tibia nocturnis succumbat rauca choreis,
Et sint nequitiæ libera verba tuæ.
Dulciáque ingratos adimant conuiuia somnos.
Publica vicinæ perstrepat 1 aura viæ.
Sit sors & nobis talorum interprete iactu,
Quem grauibus pennis verberet ille puer:
Quum fuerit multis exacta trientibus hora,
Noctis & instituet sacra ministra Venus:
Annua soluamus thalamo solemnia nostro,
Nataliſque tui sic peragamus iter.

FOEMINAM IMPERARE AMANTIBVS.

QVid mirare, meã si versat fœmina vitam,
Et trahit addictum sub sua iura virum?
Criminãque ignaui capitis mihi turpia fingis
Quod nequeam fracto rumpere vincla iugo?
Venturam melius præsagit nauita 2 mortem.
Vulneribus didicit miles habere metum.
Ista ego præterita iactaui verba iuuenta,
Tu nunc exemplo disce timere meo.
Colchis flagrãteis adamãtina sub iuga tauros
Egit, & armigera prælia seuit humo:
Custodisque feros clausit serpentis 3 hiatus,
Iret vt Æsonias aurea lana domos.
Ausa ferox ab equo quondã oppugnare sagittis
Mæotis Danaum Penthesilea rates.
Aurea cui postquam nudauit cassida frontem,
Vicit victorem candida forma virum.
Omphale in tantum formæ processit honorem
Lydia Gygæo tincta puella lacu:
Vt qui pacato statuisset in orbe columnas,
Tam dura traheret mollia pensa manu:
Persarum statuit Babylona Semiramis vrbem,
Vt solidum cocto tolleret aggere opus.
Et duo in aduersum 4 misit per mœnia currus
Ne possent tacto stringere ab axe latus.
Duxit & Eufraten medium, qua condidit arces,
Iussit & imperio surgere Bactra caput.
Nam quid ego heroas, quid raptem in 5 crimina diuos?
Iuppiter infamat seque, suámque domum,
Quia? modo quæ nostris opprobria vexerit armis,
Et famulos inter fœmina trita suos,
Coniugis obscœni precium Romana popoſcit
Mœnia, & addictos in sua regna patres.
Noxia Alexandrina dolis aptissima tellus,
Et toties nostro Memphi cruenta malo,
Tres vbi Pompeio detraxit arena triumphos,
Tollet nulla dies hanc tibi Roma notam.
Issent Phlegræo melius tibi funera campo,
Vel tua si socero colla daturus eras.
Scilicet incesti meretrix regina Canopi

1 al. ara. 2 al. noctem 3 al. hiatu. 4 al. immissi. 5 al. crimine.

Vna Philippeo sanguine [1] *inusta nota:*
Ausa Ioui nostro latrantem opponere Anubin,
Et Tiberim Nili cogere ferre minas,
Romanamq; tubam crepitanti pellere sistro,
Baridos & contis rostra Liburna sequi,
Fœdaq; Tarpeio [2] *conopea tendere saxo,*
Iura dare statuas inter & arma Mari.
Quid nunc [3] *Tarquinij fractas iuuat esse secures,*
Nomine quem simili vita superba vocat?
Si mulier patienda fuit? cape Roma triumphum:
Et longam Augusto salua precare diem.
Fugisti tamen in timidi vaga flumina Nili.
Accepere tua Romula vincla manus.
Brachia spectaui sacris admorsa colubris:
Et trahere occultum membra soporis iter.
Non hæc, Roma, fuit tanto tibi ciue verenda
Dixit & assiduo lingua sepulta mero.
Septem vrbs alta iugis, toto quæ præsidet orbi,
Fœmineas timuit territa Marte minas.
Hannibalis spolia, & victi monimenta Syphacis,
Et Pyrrhi ad nostros gloria fracta pedes.
Curtius [4] *expletis statuit monimenta lacunis:*
At Decius [5] *misso prælia rupit equo.*
Cœlitis abscissos testatur semita pontes,
Et cui cognomen coruus habere dedit.
Hæc [6] *Dij condiderunt, hæc* [7] *Dij quoque mœnia seruant:*
Vix timeat saluo Cæsare Roma Iouem.
Nunc vbi Scipiadæ classes? vbi signa Camilli?
Aut [8] *modo Pompei Bosphora capta manu?*
Leucadius versas acies memorabit Apollo,
Tantum operis belli sustulit vna dies.
At tu siue petes portus, seu, nauita, linques:
Cæsaris in toto sis memor Ionio:

AD POSTVMVM DE GALLA.

Postume plorantem potuisti linquere Gallam?
Miles & Augusti fortia signa sequi?
Tantine vlla fuit spoliati gloria Parthi,
Ne faceres Galla multa rogante tua?
Si fas est, omnes pariter pereatis auari,
Et quisquis fido prætulit arma toro.
Tu tamen iniecta tectus, vesane, lacerna
Potabis galea fessus Araxis aquam.
Illa quidem interea fama tabescet inani,
Hæc tua ne virtus fiat amara tibi:
Néve tua Medæ latentur cæde sagittæ,
Ferreus aurato neu cataphractus equo:
Néve aliquid de te flendum referatur in vrna:
Sic redeunt, illis qui cecidere locis.
Ter quater in casta felix, ô Postume, Galla,
Moribus his alia coniuge dignus eras.
Quid [9] *faciet nullo munita puella timore,*
Quum sis luxuriæ norma magistra tuæ?

1 al. adusta. 2 al. Cunopea vel Conopea. 3 al. Tarquini. 4 al Curius. 5 al. Admisso Decius. 6 al. Di condiderant. 7 al. Di. 8 al. vbi. 9 al. facies.

Sed securus eas. Gallam non munera vincent,
Duritiæq; tuæ non erit illa memor.
Nam quocunque die [1] *sanum te fata remittent,*
Pendebit collo Galla pudica tuo.
Postumus alter erit miranda coniuge Vlysses.
Non illi longæ tot nocuere moræ:
Castra decem annorum, & Ciconum mons, Ismara, Calpe,
Exustæq; tuæ mox, Polypheme, genæ:
Et Circæ fraudes, lotosq;, herbæq; tenaces,
Scyllaq;, & alternas [2] *scissa Charybdis* [3] *aquas:*
Lampeties Ithacis verubus mugisse iuuencos,
Pauerat hos Phœbo filia Lampetie.
Et thalamum Æææ flentis fugisse puellæ,
Totq; hiemis noctes, totq; natasse dies,
Nigrantesq; domos animarum intrasse silentū,
Sirenum surdo remige adisse lacus,
Et veteres arcus leto renouasse procorum,
Erroriq; sui sic statuisse modum.
Nec frustra, quia casta domi perstederat vxor.
Vincit Penelopes Lælia Galla fidem.

DE AVARITIA PVELLARVM.

Quæritis vnde auidis nox sit preciosa puellis,
Et [4] *Venere exhaustæ damna querantur opes.*
Certa quidē tantis caussa est manifesta ruinis [5]
Luxuriæ nimium libera facta via est.
Inda cauis aurum [6] *mittit formica metallis,*
Et venit è rubro concha Erycina salo:
Et Tyros ostrinos præbet Cadmæa colores,
Cinnamon & multi pastor odoris Arabs.
Hæc etiam clausas expugnant arma pudicas,
Quæq; terunt fastus Icarioti tuos.
Matrona incedit sensus induta nepotum.
Et spolia opprobrij nostra per ora trahit.
Nulla est poscendi, nulla est reuerentia dandi:
Aut si qua est, precio tollitur ipsa mora.
Felix Eois lex funeris vna maritis,
Quos aurora suis rubra colorat equis.
Nanq; vbi mortifero iacta est fax vltima lecto,
Vxorum fusis stat pia turba comis:
Et certamen habent leti, quæ viua sequatur
Coniugium pudor est, non licuisse mori.
Ardent victrices, & flammæ pectora præbent,
Imponúntq; suis ora peruſta viris.
Hic genus insidum nuptarum, hic nulla [7] *puella,*
Nec fida Euadne, nec pia Penelope.
Felix agrestum quondam pacata iuuentus.
Diuitiæ [8] *quarum messis, & arbor erant.*
Illis [9] *pompa fuit decussa Cydonia ramo,*
Et dare puniceis plena canistra rubis:
Nunc violas tondere manu, nunc mista referre
Lilia virgineos lucida per calathos:
Et portare suis vestitas frondibus vuas,
Aut variam plumæ versicoloris auem.

1 al. saluum. 2 al. alterna. 3 al. aqua. 4 al. Venerem. 5 al. certè equidem. 6 al. mitti. 7 al. puella. 8 al. quorum. 9 al. munus erat.

His tum blanditiis furtiua per antra puellæ
Oscula siluicolis emta dedere viris.
Hinulei pellis totos operibat amantes,
Altaq; natiuo creuerat herba toro.
Pinus & incumbēs [1] latas circundabat vmbras,
Nec fuerat nudas pœna videre deas.
Corniger Idæi vacuam pastoris in aulam
Dux aries saturas ipse reduxit oues.
[2] Diq;, deæq; omnes, quib. est tutela per agros,
Præbebant versis verba secunda focis.
Et leporem quicunque venis venaberis, hospes,
Et si forte meo tramite quæris auem.
Et me Pana tibi comitem de rupe vocato:
Siue [3] petas calamo præmia siue cane.
At nunc desertis cessant sacraria lucis:
Aurum omnes victa iam pietate colunt.
Aurea nunc vere sunt sæcula, plurimus auro
Venit honos, auro conciliatur amor.
Auro pulsa fides, auro venalia iura,
Aurum lex sequitur, mox sine lege pudor.
Torrida sacrilegum testantur limina Brennum,
Dum petit intonsi Pythia regna Dei:
[4] At mons laurigero concussus vertice [5] duras
Gallica Parnasi sparsit in arma niues.
[6] Te scelus accepto Thracis Polymnestoris auro,
[7] Nutrit in hospitio non Polydore pio.
Tu quoque, vt auratos gereres Eriphyla lacertos
Dilapsis nusquam est Amphiaraus equis.
Proloquar, atque vtinam patriæ sim vanus aruspex:
Frangitur ipsa suis Roma superba bonis.
Certa [8] loquor, sed nulla fides. neque enim Ilia quondam
Verax Pergameis Mœnas habenda malis.
Sola Parin Phrygiæ fatum componere, sola
Fallacem patriæ serpere dixit equum.
Ille furor patriæ fuit vtilis, ille parenti.
Experta est veros irrita lingua Deos.

AD SPARTEN. DE ludis Laconicis.

Mvlta tuæ, Sparte, miramur iura palæstræ,
Sed magè virginei tot bona gymnasij:
Quod non infames exercet corpore [9] ludos
Inter luctantes nuda puella viros:
Quum pila veloci fallit per brachia iactu,
Increpat & versi clauis adunca trochi:
Puluerulentáq; ad extremas stat fœmina metas,
Et patitur duro vulnera Pancratio:
Nunc ligat ad cestum gaudentia brachia loris,
Missile nunc disci pondus in orbe rotat:
Gyrum pulsat equis, niueum latus ense reuincit
Virgineumq; cauo protegit ære caput,
Et modo Taygeti crines aspersa pruina
Sectatur patrios per iuga longa canes.
Qualis Amazonidum nudatis bellica mammis
Thermodoonteis turba lauatur aquis.
Qualis & Eurotæ Pollux & Castor arenis,
Hic victor pugnis, ille futurus equis.
Inter quos Helene nudis capere arma papillis
Fertur, nec fratres erubuisse Deos.
Lex igitur Spartana vetat secedere amantes,
Et licet in triuiis ad latus esse suæ.
Nec timor, aut vlla est clausæ tutela puellæ,
Nec grauis austeri pœna cauenda viri.
Nullo præmisso, de rebus tute loquaris
Ipse tuis, longæ nulla repulsa moræ.
Non Tyriæ vestes errantia lumina fallunt,
Est neque [1] adoratæ cura molesta domi.
At nostra ingenti vadit circundata turba,
Nec digitum angusta est inseruisse via.
Nec quæ sint facies, nec quæ sint verba rogandi
Inuenias. cæcum versat amator iter.
Quod si iura fores, pugnasq; imitata Laconum:
Carior hoc esses tu mihi Roma, bono.

AD CYNTHIAM DE LYCINNA.

Sic ego non vllos iã norim in amore tumultus,
Nec veniat sine te nox vigilanda mihi.
Vt mihi [2] prætextæ pudor exuelatus [3] amictu,
Et data libertas noscere amoris iter,
[4] Illa rudes animos per noctes conscia primas
Imbuit, heu nullis capta Lycinna datis.
Tertius haud multo minus est cũ ducitur annus
Vix memini nobis verba coisse decem.
Cuncta tuus sepeliuit amor: nec fœmina post te
Vlla dedit collo dulcia vincla meo.
Testis erit Dirce tam vero crimine sæua
Nycteos Antiopen accubuisse Lyco.
Ah quoties pulchros [5] vsit regina capillos,
Molliaq; immites fixit in ora manus.
Ah quoties famulam pensis onerauit iniquis,
Et caput in dura ponere iussit humo.
Sæpe illam immundis passa est habitare tenebris:
Vilem ieiunæ sæpe negauit aquam.
Iuppiter Antiopæ nusquam succurris habenti
Tot malà corrumpit dura catena manus.
Si Deus es, tibi turpe tuam seruire puellam.
Inuocet Antiope quem nisi vincta Iouem?
Sola tamen quæcunque aderant in corpore vires,
Regales manicas rupit vtraque manu,
Inde [6] Cytheronis timido pede currit in arces.
Nox erat, & sparso triste cubile gelu.
Sæpe vago Asopi sonitu permota fluentis,
Credebat dominæ pone venire pedes.
Et durum Zethum, & lacrimis Amphiona mollè
Experta est stabulis mater abacta suis.
Ac veluti magnos quum ponunt æquora motus,
Eurus in aduersos desinit ire notos,
[7] Litore si tacito sonitus rarescit arenæ:
Sic cadit inflexo lapsa puella genu.
Sera tamen pietas, natis est cognitus error.

---

1 al. lentas. 2 al. Diíque 3 al. petes. 4 al. Aut. 5 al. diras. 6 al. Et. 7 al. Nutris. 8 al. loquar. 9 al. laudes.

1 al. odoratæ. 2 al. prætexta. 3 al. amictu. 4 al. Ille. 5 al. traxit. 6 al. Citheronis. 7 Litore sic tacito.

Digne

Digne Iouis natos qui tueare senex.
Tu reddis pueris matrem, puerique trahendam
Vinxerunt Dircen sub trucis ora bouis.
Antiope cognosce Iouem. tibi gloria Dirce
Ducitur in multis mortem habitura locis.
Prata cruentantur Zeti, victorq; canebat
Pæana Amphion rupe, Aracynthe tua.
At tu non meritam parcas vexare Lycinnam.
Nescit vestra ruens ira referre pedem.
Fabula nulla tuas de nobis concitet aures.
Te solam & lignis funeris vltus amem.

DE IMPERIO AMICÆ.

NOx media, & domina mihi venit epistola nostra.
Tibure me missa iussit adesse mora.
Candida qua geminas ostendunt culmina turres,
Et cadit in patulos lympha Anena lacus.
Quid faciam? obductis committā mene tenebris,
Vt timeam audaces in mea membra manus?
At si hac distulero nostro mandata timore,
Nocturno fletus sæuior hoste mihi.
Peccaram semel, & totum sum pulsus in annū.
In me mansuetas non habet illa manus.
Nec tamen est quisquā, sacros qui lædat amātes,
Scyronis media si licet ire via.
Quisquis amator erit, Scythicis licet ambulet oris,
Nemo adeo vt noceat barbarus esse volet.
Luna ministrat iter, demōstrant astra salebras,
Ipse Amor accensas percutit ante faces.
Saua canum rabies morsus auertit hianteis.
Huic generi quouis tempore tuta via est.
Sanguine tam paruo quis enim spargatur amātis
Improbus? exclusis sit comes ipsa Venus.
Quod si certa meos sequerentur funera casus,
Talis mors precio vel sit emenda mihi.
Afferet huc vnguenta mihi, sertusq; sepulchrum
Ornabit custos ad mea busta sedens.
Di faciant, mea ne terra locet ossa frequenti,
Quæ facit assiduo tramite vulgus iter.
Post mortem tumuli sic infamantur amantum:
Me tegat arborea deuia terra coma.
Aut humet ignota cumulus vallatus arena.
Non iuuat in media nomen habere via.

AD BACCHVM.

NVnc, ô Bacche, tuis humiles aduoluimur aris:
Da mihi pacato vela secūda pater.
Tu potes insanæ Veneris compescere fastus,
Curarumq; tuo fit medicina mero.
Per te iunguntur, per te soluuntur amantes.
Tu vitium ex animo dilue Bacche meo.
Te quoque enim non esse rudem testatur in astris,
Lyncibus in cælum vecta Ariadna tuis.
Hoc mihi quod veteres custodit in ossibus ignes
Funera sanabunt vel tua vina malum.
Semper enim vacuos nox sobria torquet amātes,
Spesq; timorq; animum versat vtroq; modo.
Quod si, Bacche, tuis perferuida tempora donis,
Arcessitus erit somnus in ossa mea:
Ipse feram vites, pangamque ex ordine colles,
Quos carpant nullæ me vigilante feræ.
Dummodo purpureo spumēt mihi dolia musto,
Et noua pressanteis inquinet vua pedes.
Quod superest vitæ, per te, & tua cornua viuam:
Virtutisque tuæ, Bacche, poeta ferar.
Dicam ego maternos Ætnæo fulmine partus,
Indica Nysæis arma fugata choris:
Vesanumque noua nequicquā in vite Lycurgum:
Pentheos in triplices funera grata greges:
Curuaq; Tyrrhenos delphinum corpora nautas,
In vada pampinea desiluisse rate:
Et tibi per mediam beneolenti flumine Naxon,
Vnde tuum potant Naxia turba merum,
Candida laxatis onerato colla corymbis,
Cinget Bassaricas Lydia mitra comas.
Læuus odorato ceruix manabit oliuo,
Et feries nudos veste fluente pedes.
Mollia Dircæa pulsabunt tympana Thebæ.
Capripedes calamo Panes hiante canent:
Vertice turrigero iusta Dea magna Cybelle
Tundet ad Idæos cymbala rauca choros.
Ante fores templi crater antistitis auro
Libatum fundens in tua sacra merum.
Hæc ego nō humili referā memorāda cothurno,
Qualis Pindarico spiritus ore tonat.
Tu modo seruitio vacuum me sistе superbo,
Atque hoc sollicitum vince sopore caput.

MORTEM ESSE INEVITABILEM.

PLausus ab vmbroso qua ludit Pontus Auerno
Humida Baiarū stagna tepentis aquæ,
Qua iacet & Troiæ tubicen Misenus arena,
Et sonat Herculeo structa labore via:
Hic vbi mortaleis dextra quū quæreret vrbes,
Cymbala Thebano concrepuere Deo:
At nunc inuisæ magno cum crimine Baiæ,
Quis Deus in vestra constitit hostis aqua?
His pressus Stygias vultum demisit in vndas,
Errat & in vestro spiritus ille lacu.
Quid genus, aut virtus, aut optima profuit illi
Mater, & amplexo Cæsaris esse focos?
Aut modo tam pleno fluitantia vela theatro,
Et per maternas omnia gesta manus?
Occidit, & misero fleuerat vigesimus annus.
Tot bona tam paruo clausit in orbe dies.
I nunc, tolle animos, & tecum finge triumphos,
Stantiaque in plausum tota theatra iuuent.
Attalicas superā vestes, atque omnia magnis
Gemmea sint ludis: ignibus ista dabis.
Sed tamen huc omnes: huc primus, & vltimus ordo.

1 al. peccarim. 2 al. sic.
3 al. miniſtret. 4 al. Dij.
5 al. hamet. 6 al. ad.
1 al. animos. 2 al. numerem. 3 al. æterno.
4 al. diſſiluiſſe. 5 al. bene olentia flumina.
6 al. Funder. 7 al. Clauſus. 8 al. ludit.
9 al. conderet. 10 al. amplexor.

AD TVLLVM.

Frigida tam multos placuit tibi Cyzicus annos
Tulle, Propontiaca qua fluit Isthmos aqua,
Dindymus, & sacræ fabricata inuenta Cybellæ.
Raptorisq; tulit [1] *qua via Ditis equos.*
Si te fortè iuuant Helles Athamantidos vrbes,
Et desiderio Tulle mouere meo:
Tu licet aspicias cælum omne Atlanta gerentem,
Sectaq; Perseæ Phorcidos ora manu,
Geryonæ stabula, & luctantum in puluere signa
Herculis, Antæiq; Hesperidumq; choros:
Túque tuo Colchon propellas remige Phasin,
Peliacaq; trabis totum iter ipse legas.
Qua rudis Argoa [3] *natat inter saxa columba*
In faciem proræ pinus adacta nouæ:
Et si quadrigæ visenda est ora Caystri,
Et qua septenas temperat vnda vias:
Omnia Romanæ cedent miracula terræ,
Natura hic posuit quicquid vbique fuit.
Armis apta magis tellus, quàm commoda noxæ:
Famam, Roma, tuæ non pudet historiæ.
Nam quantum ferro, tantum pietate potentes
Stamus victrices temperat ira manus.
Hic Anio Tiburne fluis, Clitumnus ab Vmbro
Tramite, & æternum Martius humor opus.
Albanusq; lacus socij Nemorensis ab vnda,
Potáq; Pollucis nympha salubris equo.
At non [4] *squamoso labuntur ventre cerastæ,*
Itala portentis nec [5] *furit vna nouis:*
Non hic Andromedæ resonant pro matre catenæ,
Nec tremis Ausonias, Phœbe fugate, dapes:
Nec cuiquam [6] *absentes arserunt in caput ignes,*
Exitium nato matre [7] *parante suo:*
Penthea non sæuæ venantur in arbore Bacchæ,
Non soluit Danaas subdita ceruix rates:
Cornua nec valuit curuare in pellice Iuno,
Aut faciem turpi dedecorare boue:
Arboreásque cruces [8] *Scinis, & non hospita Graijs*
Saxa & curuatas in sua fata trabes.
Hæc tibi, Tulle, parens, hæc est pulcherrima sedes.
Hic tibi pro digna gente petendus honos.
Hic tibi ad eloquium ciuis, hic ampla nepotum
Spes, & ventura coniugis altus amor.

DE TABVLIS PERDITIS.

Ergo tam doctæ nobis periere tabellæ,
Scripta quibus pariter tot periere bona.
Has quondam nostris manibus detriuerat vsus,
Qui non signatas iussit habere fidem.
Illæ tam sine me norant placare puellas,
Et quædam sine me verba diserta loqui.
Non illas fixum caras effecerat aurum.
Vulgari buxo sordida cera fuit.
Qualescunque mihi semper mansere fideles,
Semper & effectus promeruere bonos.

1 al.quæ. 2 al.Geryone. 3 al.notat. 4 al. squamosa. 5 al.fuit. 6 al.absentis. 7 al.monente. 8 al Sinis.

Forsitan hæc illis fuerant mandata tabellis:
Irascor, quoniam es lente moratus heri.
An tibi nescio quæ visa est formosior? an tu
Non bona de nobis crimina ficta iacis?
Aut dixit, Venias hodie, cessauimus vna.
Hospitium tota nocte parauit amor:
Et quæcunque dolens reperit non stulta puella,
Garrula quum blandis ducitur hora dolis.
Me miserum his aliquis rationem scribit auari,
Et ponit duras inter ephemeridas.
Quas si quis mihi rettulerit, donabitur auro.
Quis pro diuitiis ligna retenta velit?
I puer, & citus hæc aliqua propone columna:
Et dominum [1] *Exquiliis scribe habitare tuum.*

AD CYNTHIAM SVperbientem.

Falsa est ista tua, mulier, fiducia formæ,
Olim oculis nimium facta superba meis.
Noster amor tales tribuit tibi, Cynthia, laudes,
Versibus insignem te pudet esse meis.
Mistam te varia laudaui sæpe figura,
Vt quod non esses, esse putaret amor.
Et color est toties roseo collatus Eoo,
Quum tibi quæsitus candor in ore foret.
Quod mihi non patrij poterant auertere amici,
Eluere aut vasto Thessala saga mari.
Hæc ego non ferro, non igne coactus, & ipsa
Naufragus Ægæa verba [2] *fatebar aqua.*
Correptus sæuo Veneris torrebar aheno.
Vinctus eram versus in mea terga manus.
Ecce coronatæ portum tetigere carinæ
Traiectæ Syrtes, anchora iacta mihi est.
Nunc demum vasto fessi respiscimus æstu,
Vulnera & ad sanum nunc coiere mea.
Mens bona, si qua Dea es, tua me in sacraria dono,
Exciderunt surdo tot mea vota Ioui. [3]
Risus eram positis inter conuiuia mensis, [4]
Et de me poterat quilibet esse loquax.
Quinque tibi potui seruire fideliter annos.
Vngue meam morso sæpe querere fidem.
Nil moueor lacrymis, ista sum captus ab arte:
Semper ab insidijs, Cynthia, flere soles.
Flebo ego discedens, sed fletum iniuria vincit,
Tu bene conueniens non finis esse iugum.
Limina iam nostris valeant lacrymantia verbis,
Nec tamen irata tanua fracta manu.
At te celatis ætas grauis vrgeat annis,
Et veniat formæ ruga sinistra tuæ,
Vellere [5] *tum cupies albos à stirpe capillos,*
Ah speculo rugas increpitante tibi. [6]
Excluſa inq; vicem fastus patiare superbos,
Et quæ fecisti, facta queraris anus.
Has tibi fataleis cecinit mea pagina Diras,
Euentum formæ disce timere tuæ.

1 al.Esquiliis. 2 al.fatebor. 3 al.Exciderent. 4 al.Visus. 5 al.cum. 6 al.A.

SEX. AVRELI PROPERTI VMBRI, ELEGIARVM LIBER IIII.

DE VRBE ROMA.

HOc quodcunque vides, hospes, quammaxima Roma est,
Ante Phrygem Æneam collis & herba fuit.
Atque vbi nauali stant sacra palatia Phœbo.
Euandri profugæ [1] procubuere boues.
Fictilibus creuere Deis hæc aurea templa.
Non fuit opprobrio facta sine arte casa.
Tarpeiusq; pater nuda de rupe tonabat,
Et Tiberis nostris aduena bobus erat.
Quo gradibus domus ista Remi se sustulit olim,
Vnus erat fratrum maxima regna focus.
Curia prætexto quæ nunc nitet alta senatu,
Pellitos habuit rustica corda patres.
Buccina cogebat priscos ad verba Quirites.
Centum illi in prato sæpe senatus erat.
Nec sinuosa cauo pendebant vela theatro,
Pulpita solenneis non oluere crocos.
Nulli cura fuit externos quærere diuos,
Quum tremeret patrio pendula turba sacro.
Annuaq; ascenso celebrare Palilia fœno,
Qualia nunc curto lustra nouantur equo.
Vesta coronatis pauper gaudebat asellis.
Ducebant macræ vilia sacra boues.
Parua saginati lustrabant compita porci.
Pastor & ad calamos exta litabat ouis.
Verbera pellitus setosa mouebat arator,
Vnde licens Fabius sacra Lupercus habet.
Nec rudis infestis miles radiabat in armis,
Miscebant vsta prælia nuda sude.
Prima galeritus posuit prætoria [2] Lucmo.
Magnaq; pars Tatio rerum erat inter oues.
Hinc [3] Titiens Ramnesq; viri Luceresq; coloni.
Quattuor hinc albos Romulus egit equos.
Quippe suburbana parua minus vrbe bouilla,
Et qui nunc nulli, maxima turba Gabij:
Et stetit Alba potens albæ suis omine nata,
Hac, vbi Fidenas longè erat ire, [4] via.
Nil patriũ nisi nomen habet Romanus alumnus,
Sanguinis altricem nunc pudet esse lupam.
Huc melius profugos misisti Troia penates.
O quali vecta est Dardana puppis aue.
Iam bene spondebãt tunc [5] omina, quod nihil illã
Læserat abiegni venter apertus equi,
Quum pater in nati tremulus ceruice pependit,
Et verita est humeros vrere flamma pios:
Tunc animi venere Decij, Brutiq; secures,
Vexit & ipsa sui Cæsaris arma Venus.
Arma resurgentis portans victricia Troiæ,
Felix terra tuos capit Iule Deos:
Si modò Auernalis tremulæ cortina Sibyllæ,
Dixit Auentino rura pianda Remo:
Aut si Pergameæ ferò rata carmina vatis,
Longæuum ad Priami vera fuere caput.
Vertite equum Danai. male vincitis. Ilia tellus
Vincet, & huic cineri Iuppiter arma dabit.
Optima nutricum nostris Lupa martia rebus,
Qualia creuerunt mœnia lacte tuo.
Mœnia nanque pio conor disponere versu,
Hei mihi quod nostro est paruus in ore sonus.
Sed tamen exiguo quodcunque pectore riui
Fluxerit, hoc patriæ [1] seruiat omne meæ.
Ennius hirsuta cingat sua dicta corona.
Mi folia ex edera porrige, Bacche, tua.
Vt nostris tumefacta superbiat Vmbria libris,
Vmbria Romani patria Callimachi.
Scandentes siquis cernet de vallibus arces,
Ingenio muros æstimet ille meo.
Roma faue, tibi surgit opus. date candida ciues
Omina, & [2] incœptis dextera cantet auis.
Sacra, diésque canam, & cognomina prisca locorum.
Has meus ad metas sudet oportet equus.
Dicam, Troia cades, & Troica Roma resurges.
Et maris, & terræ longa sepulchra canam.
Quò ruis imprudens vage dicere facta Properti?
Non sunt à [3] dextra condita fila colu.
Arcessis lacrimis Charites. [4] auersus Apollo.
Poscis ab inuita verba pigenda lyra.
Certa feram certis auctoribus. [5] haud ego vates
Nescius ærata signa mouere pila.
Me creat Archiæ soboles Babylonius [6] Horos
[7] Horos, & à proauo ducta Conone domus.
[8] Di mihi sunt testes, non degenerasse propinquis,
Inq; meis libris nil prius esse fide.
Nunc precium fecere Deos, & fallitur auro
Iuppiter obliquæ signa iterata rotæ.
Dixi ego quum geminos [9] produceret Arria natos,
Illa dabat natis arma vetante Deo:
Non posse ad patrios sua pila referre penates.
Nempe meam firmant nunc duo busta fidem.
Quippe Lupercus, equi dum saucia protegit ora,
Heu sibi prolapso non bene cauit equo.
Gallus at in castris dum credita signa tuetur,
Concidit ante aquilæ rostra cruenta suæ.

1 al. concubuêre. 2 al. Lucnio. 3 al. Tacies. 4 al. vias. 5 al. omnia.

1 al. seruiet. 2 al. in tectis. 3 al. dextro. 4 al. aduersus. 5 al. aut. 6 al. Horops. 7 al. Horon. 8 al. Dij. 9 al. perduceret.

Fata-

Fatales pueri duo funera matris auarę.
Vera sed inuito contigit ista fide.
Idem ego quum Cinarę traheret Lucina dolores,
Et facerent vteri pondera lenta moram.
1 Iunoni votum facite impetrabile, dixi:
Illa parit. libris est data palma meis.
Hoc neque arenosum Libyę Iouis explicat antrũ,
Aut sibi commissos fibra locuta Deos.
Aut si quis 2 motas cornicis senserit alas,
Vmbra neq; hac magicis mortua prodit aquis.
Aspicienda via est cœli, versusq; per astra
Trames, & ab zonis quinque petenda fides.
Feliceśq; Iouis stellę, Martisq; rapacis,
Et graue Saturni sidus in omne caput.
Quid moueant pisces, animosaq; signa Leonis,
Lotus & Hesperia quid Capricornus aqua.
Exemplum graue erit Calchas, nanque Aulide soluit
Ille bene hærentes ad pia saxa rates.
Idem Agamemnonię ferrum ceruice puellę
Tinxit, & Atrides vela cruenta dedit.
Nec rediere tamen Danai. tu diruta fletum
Supprime, & Euboicos respice, Troia sinus.
Nauplius vltores sub noctem porrigit ignes,
Et natat exuuijs Gręcia pressa tuis.
Victor Oilide rape nunc, & dilige vatem,
Quam vetat auelli veste Minerua sua.
Hactenus historię. nunc ad tua deuehor astra.
Incipe tu lacrymis æquus adesse nouis.
Vmbria te notis antiqua penatibus edit.
Mentior? an patriæ tangitur ora tuæ?
Qua nebulosa cauo rorat Meuania campo,
Et lacus æstiuis intepet Vmber aquis,
Scandentisq; axis consurgit vertice murus,
Murus ab ingenio notior ille tuo.
Ossaq; legisti non illa ætate legenda
Patris, & in tenues cogeris ipse Lares.
Nam tua quum multi versarent rura iuuenci,
Abstulit exultas pertica tristis opes.
Mox vbi bulla rudi demissa est aurea collo,
Matris & ante Deos libera sumpta toga:
Tum tibi pauca suo de carmine dictat Apollo,
Et vetat insano verba tonare foro.
At tu finge elegos fallax opus. hæc tua castra:
Scribat vt exemplo cætera turba tuo.
Militiam Veneris blandis patiere sub 3 armis,
Et Veneris pueris vtilis hostis eris.
Nam tibi victrices, quascunque labore parasti,
4 Eludet palmas vna puella tuas.
Et bene quum fixum mento discusseris vncum,
Nil erit hoc. rostro te premet ansa suo.
Illius arbitrio noctem, lucemq; videbis,
Gutta quoque ex oculis non nisi iussa cadet.
Nec mille excubiæ, nec te signata iuuabunt
Limina, persuasæ fallere rima sat est.
Nunc tua vel mediis puppis luctetur in vndis,
Vel licet armatis hostis inermis eas.

1 al. Iunonis.
2 al. mutas. 3 al. annis. 4 al. Eludat.

Vel tremefacta cauo tellus 1 diducat hiatum:
Octipedis cancri terga sinistra time.

FABVLA VERTVMNI.

Quid mirare meas tot in vno corpore formas?
Accipe Vertumni signa paterna Dei,
Thuscus ego, & Thuscis orior, nec pœnitet inter
Prælia Volscinos deseruisse focos.
Nec me turba iuuat, nec templo lator eburno:
Romanum satis est posse videre forum.
Hac quondam Tiberinus iter faciebat: & aiunt
Remorum auditos per vada pulsa sonos.
At postquam ille suis tantum concessit alumnis,
Vertumnus verso dicor ab amne deus:
Seu quia vertentis fructum percepimus anni,
Vertumni rursus credidit esse sacrum.
Prima mihi variat liuentibus vua racemis,
Et coma lactenti spicea fruge tumet.
Hic dulces cerasos, hic autumnalia pruna
Cernis, & æstiuo mora rubere die.
Insitor hic soluit pomosa vota corona,
Quum pirus inuito stipite mala tulit.
Mendax fama noces. alius mihi nominis index.
De se narranti tu modo crede Deo.
Opportuna mea est cunctis natura figuris.
In 2 quamcunque voles verte, decorus ero,
Indue me Cois, fiam non dura puella.
3 Atque virum sumpta quis neget esse toga?
Da falcem, & torto frontem mihi comprime fœno:
Iurabis nostra gramina secta manu.
Arma tuli quondam, & memini, laudabar in illis:
Corbis 4 & imposito pondere messor eram,
Sobrius ad lites. at quum est imposta corona,
Clamabis capiti vina 5 subisse meo.
Cinge caput mitra, speciem furabor Iacchi:
Furabor Phœbi, si modo plectra dabis.
Cassibus impositis venor: sed arundine sumpta,
Faunus plumoso sum Deus aucupio.
Est etiam auriga species Vertumnus, & eius,
Traijcit alterno qui leue pondus equo,
6 Suppetat hoc, pisces calamo prædabor, & ibo
Mundus demissis institor in tunicis.
Pastorem ad baculum possum curare, vel idem
7 Sirpiculis medio puluere ferre rosam.
Nam quid ego adijciam, de quo mihi maxima fama est,
Hortorum in manibus dona probata meis?
Cæruleus cucumis, tumidoq; cucurbita ventre
Me notat, & iunco brassica vincta leui.
Nec flos vllus hiat pratis, quin ille decenter
Impositus fronti langueat ante mea.
At mihi, quòd formas vnus vertebar in omnes,
Nomen ab euentu patria lingua dedit,

1 al. deducat. 2 al quacunque.
3 al. Méque.
4 al at 5 al. subesse.
6 al. Appetat.
7 al. Serpiculis.

At tu, Roma, meis tribuisti præmia Thuscis,
Vnde hodie vicus nomina Thuscus habet,
Tempore quo 1 socijs venit Lucomedius armis,
Atque Sabina feri contudit arma Tati:
Vidi ego labentes acies, & tela caduca,
Atque hostes turpi terga dedisse fuga.
Sed faciat diuûm sator, vt Romana per ævum
Transeat ante meos turba togata pedes.
Sex superant versus, te, qui ad vadimonia curris,
Non moror. hæc spatijs vltima 2 creta meis,
3 Stipes acernus eram properanti falce dolatus,
Ante Numam grata pauper in vrbe Deus.
At tibi Mamuri formæ celator ahenæ,
Tellus artifices ne terat Osca manus:
Qui me tam docileis potuisti fundere in vsus.
Vnum opus est, operi non datur vnus honos.

EPISTOLA ARETVSÆ ad Lycotam.

HÆc Arethusa suo mittit mandata Lycotæ,
Quum toties absis si potes esse meus.
Si qua tamen tibi lecturo pars oblita deerit,
Hæc erit è lacrymis facta litura meis.
Aut si qua incerto fallet te littera tractu,
Signa meæ dextræ iam morientis erunt.
Te modò viderunt iteratos Bactra per ortus,
Te modo munito Sericus hostis equo,
Hiberniáq; Getæ, pictoq; Britannia curru,
Vstus & Eoa discolor Indus aqua.
Hæcne marita fides, & pactæ iam mihi noctes,
Quum rudis vrgenti brachia victa dedi?
Quæ mihi deductæ fax omen prætulit, illa
Traxit ab euerso lumina nigra rogo.
Et Stygio sum sparsa lacu, nec recta capillis
Vitta data est. nupsi non comitante Deo.
Omnibus heu portis pendent mea noxia vota,
Texitur hæc castris quarta lacerna tuis.
Occidat, immerita qui carpsit ab arbore vallum,
Et struxit querulas rauca per ossa tubas:
Dignior obliquo funem qui torqueat Ocno:
Æternusq; tuam pascat, aselle, famem.
Dic mihi, num teneros vrit lorica lacertos?
Num grauis imbelles atterit hasta manus?
Hæc noceant potius, quàm dentibus vlla puella
Det mihi plorandas per tua colla notas.
Diceris & macie vultum tenuasse. sed opto,
E desiderio sit color iste meo.
At mihi quum noctes induxit vesper amaras,
Si qua relicta iacent, osculor arma tua.
Tum queror, in toto non sidere pallia lecto,
Lucis & auctores non dare carmen aues.
Noctibus hybernis castrensia pensa laboro,
Et Tyria in gladios vellera secta suos.
Et discor qua parte fluat vincendus Araxes,
4 Quod sine aqua Parthus millia currat eques.
Cogor & è tabula pictos edisceere mundos,
Qualis & hæc docti sit positura Dei:
Quæ tellus sit lenta gelu, quæ putris ab æstu,
Ventus in Italiam qui bene vela ferat.
Assidet vna soror, curis & pallida nutrix
Peierat hyberni temporis esse moras.
Felix Hippolyte, nuda tulit arma papilla,
Et texit galea barbara molle caput.
Romanis vtinam patuissent castra puellis:
Essem militiæ sarcina fida tuæ.
Nec me tardarent Scythicæ iuga, quum pater altas
Africus in glaciem frigore nectit aquas:
Omnis amor magnus, sed aperto in coniuge maior.
Hanc Venus, vt viuat, ventilat ipsa facem.
Nam mihi, quo Pœnis ita purpura fulgeat ostris,
1 Crystalluſq; tuas ornet aquosa manus.
Omnia surda tacent, raris assueta calendis,
Vix aperit clausos vna puella lares.
Glaucidos & catulæ vox est mihi grata querentis.
Illa tui partem 2 vindicat vna tori.
Flore sacella tego, verbenis compita velo,
Et crepat ad veteres herba Sabina focos.
Siue 3 in finitimo gemuit stans noctua tigno,
Seu voluit tangi parca lucerna mero:
Illa dies hornus eadem denunciat agnis,
4 Succinctiq; calent ad noua lucra popæ.
Ne, precor, ascensis tanti sit gloria Bactris
Raptáve odorato carbasa lina duci,
Plumbea quum tortæ sparguntur pondera fundæ,
Subdolus & versis increpat arcus equis.
Sed tua 5 sic domitis 6 Parthæ telluris alumnis
Pura triumphanteis hasta sequatur equos.
Incorrupta mei conseruæ fœdera lecti.
Hac ego te sola lege rediisse velim.
Armaq; quum tulero portæ votiua capenæ,
Subscribam, Saluo grata puella viro.

TABVLA TARPEIÆ.

TArpeium nemus, & Tarpeæ turpe sepulchrum
Fabor, & antiqui limina capta Iouis.
Lucus erat felix ederoso conditus antro,
7 Multaq; natiuis obstrepit arbor aquis:
Siluani ramosa domus, quo dulcis ab æstu
Fistula poturas ire iubebat oues.
Hunc Tatius fontem vallo præcingit acerno,
Fidaq; suggesta castra coronat humo.
Quid tum Roma fuit tubicen vicina Curetis
Quum quateret lento murmure saxa Iouis?
Atque vbi nunc terris dicuntur iura subactis.
Stabant Romano pila Sabina foro?

1 al. socij.
2 al. mera. 3 al. Stupet
4 al. Quod.

1 al. Crystallásque. 2 al. vendicat. 3 al. furtiuo. 4 al. Succinctæque.
5 al. sit.
6 al. Parthe.
7 al. Multa vbi natiuis.

Murus erant montes, vbi nunc est curia septa,
Bellicus ex illo fonte bibebat equus.
Hinc Tarpeia Deæ fontem libauit, at illi
Vrgebat medium fictilis vrna caput.
Et satis vna malæ potuit mors esse puellæ,
Quæ voluit flammas fallere, Vesta, tuas?
Vidit arenosis Tatium 1 proludere campis,
Pictáque per flauas arma leuare iubas.
Obstupuit regis facie, & regalibus armis,
Interque oblitas excidit vrna manus.
Sæpe illa immeritæ caussata est 2 omina Lunæ,
Et sibi tingendas dixit in amne comas.
Sæpe tulit blandis argentea lilia Nymphis,
Romula ne faciem læderet hasta Tati.
Dumq; subit primo Capitolia nubila fumo,
Rettulit hirsutis brachia secta rubis.
Et sua Tarpeia residens ita fleuit ab arce
Vulnera vicino non patienda Ioui:
Ignes castrorum, & Tatia prætoria turmæ,
Et formosa oculis arma Sabina meis.
O vtinam ad vestros sedeam captiua penates,
Dum captiua mei conspicer esse Tati.
Romani montes, & montibus addita Roma,
Et valeat probro Vesta pudenda meo.
Ille equus ille meos in castra reponet amores,
Cui Tatius dextras collocat ipse iubas.
Quid mirum, in patrios Scyllam sæuisse capillos?
Candidáque in sæuos inguina versa canes?
Prodita quid mirum fraterni cornua monstri,
Quum patuit lecto flamine torta via?
Quantũ ego sum Ausoniis crimẽ factura puellis
Improba virgineo lecta ministra foco.
Palladis extinctos si quis mirabitur ignes,
Ignoscat. lacrymis spargitur ara meis.
Cras, vt rumor ait, tota pugnabitur vrbe.
Tu cape spinosi 3 roscida terra iugi.
Lubrica tota via est, & perfida. quippe tacentes
Fallaci celat limite semper aquas.
O vtinam magicæ nossem cantamina Musæ.
Hæc quoque formoso lingua tulisset opem.
Te toga picta decet: nõ quem sine matris honore
Nutrit inhumanæ dura papilla lupæ.
4 Sic, hospes, pariámne tua regina sub aula,
Dos tibi non humilis prodita Roma venit.
Si minus, at raptæ ne sint impune Sabinæ,
Me rape, & alterna lege repende vices.
Commissas acies ego possim soluere. nuptæ
Vos medium palla fœdus inite mea.
Adde Hymenæe modos. tubicen fera murmura condo.
Credite, vestra meus molliet arma torus.
Et iam quarta canit venturam buccina lucem,
Ipsaq; in Oceanum sidera lapsa cadunt.
Expertæ somnum, de te mihi somnia quæram:
Fac venias oculis vmbra benigna meis.
Dixit, & incerto permisit brachia somno,
Nescia 5 ne furiis accubuisse nouis.

1 al. perludere. 2 al omnia. 3 al. rosida.
4 al. fin. 5 al. nefariis.

Nam Vesta Iliacæ felix tutela fauillæ
Culpam alit, & plures condit in ossa faces.
Illa ruit, qualis celerem prope Thermodoonta,
Strymonis abscisso fertur aperta sinu.
Vrbi festus erat, dixere Palilia patres.
Hic primus cœpit 1 mœnibus esse dies.
Annua pastorum conuiuia, lusus in vrbe,
Quum pagana madent fercula diuitiis.
Quumq; super raros fœni flammantis aceruos
Traiicit immundas ebria turba dapes.
Romulus excubias decreuit in otia solui,
Atque intermissa castra silere tuba.
Hoc Tarpeia suum tempus rata, conuenit hostẽ,
Pacta ligat, pactis ipsa futura comes.
Mons erat ascensu dubius, festóque remissus,
Nec mora, vocales occupat ense canes:
Omnia præbebant somnos, sed Iuppiter vnus
Decreuit pœnis inuigilare suis.
Prodiderat portæq; fidem, patriámque iacentem:
Nubendique petit, quem velit ipsa, diem,
At Tatius, neque enim sceleri dedit hostis honorem,
Nube ait, & regni scande cubile mei.
Dixit, & ingestis comitum superobruit armis.
Hæc virgo officiis dos erat apta tuis.
A duce Tarpeio mons est cognomen adeptus.
O vigil, iniustæ præmia sortis habes.

AD LENAM.

TErra tuum spinis obducat, lena, sepulchrum,
Et tua, quod non vis, sentiat vmbra sitim:
Nec sedeant cineri manes, & Cerberus vltor
Turpia ieiuno terreat ossa sono:
Docta vel Hippolytum Veneri mollire negantem,
Concordique toro pessima semper auis.
Penelopen quoque neglecto rumore mariti
Nubere lasciuo cogeret Antinoo.
Illa velit, poterit magnes non ducere ferrum,
Et volucris nidis esse nouerca suis.
Quippe & Collinas ad fossam mouerit herbas,
2 Stantia currenti diluerentur aqua.
Audax cantatæ leges imponere Lunæ,
Et sua nocturno fallere terga lupo.
3 Posset & intentos astu cæcare maritos.
Cornicum immeritas eruit vngue genas:
Consuluitq; striges nostro de sanguine, & in me
Hippomanes fœtæ semina legit equæ.
Exornabat opus verbis, ceu blanda perurat,
Saxosamq; terat sedula culpa viam:
Si te Eoa, 4 Dorixanium, iuuat aurea ripa,
Et quæ sub Tyria concha superbit aqua:
Eurypiliq; placet Coæ textura Minervæ,
Sectáque ab Attalicis putria signa toris:
Seu 5 quæ palmifera mittunt venalia Thebæ,
Murrheáque in Parthis pocula cocta focis:
Sperne fidem, prouolue Deos, mendacia vincant,
7 Frange & damnosæ iura pudicitiæ.

1 al. manibus. 2 al. stagnáque. 3 al. Posset.
4 al. Debatarúmque. 5 al. quam.
6 al. Cedant damnosæ.

Et simulare virum, precium facit. vtere 1 causis,
Maior dilata nocte recurret amor.
Si tibi fortè comas vexauerit vtilis ira,
Posti modò mercata pace premendus erit.
Denique vbi amplexu Venerē promiserit empto,
Fac 2 simules puros Isidis esse dies.
Ingerat Apriles Iole tibi: tundat Amicle,
Natalem Maiis idibus esse tuum.
Supplex ille sedet, posita tu scribe cathedra
3 Quidlibet. has artes si pauet ille, tenes.
Semper habe morsus circa tua colla recentes,
Litibus alternis quos putet esse datos.
Non te Medeæ delectent probra sequacis.
Nempe tulit fastus ausa rogare prior:
Sed potius mundi Thais pretiosa Menandri,
Quum ferit astutos comica mœcha Getas.
In mores te verte viri. si cantica iactat,
I comes, & voces ebria iunge tuas.
Ianitor ad dantes vigilet. si pulset inanis,
Surdus in obductam somniet vsque seram.
Nec tibi displiceat miles 4 non factus amori,
Nauta nec, attrita si ferat æra manu:
At quorum titulus per barbara colla pependit,
Cælati medio quum saliere foro.
Aurum spectato; nō quæ manus afferat aurum.
Versibus auditis quid nisi verba feres?
Qui versus, Coæ dederit nec munera vestis,
Ipsius tibi sit surda sine arte lyra.
Dum vernat sanguis, dum rugis integer annus,
Vtere, ne quis eat liber amore dies.
Vidi ego odorati victura rosaria Pæsti,
Sub matutino cocta iacere Noto.
His 5 animum nostra dū versat Acanthis amica,
* * *
Sed cape torquate, Venus ô regina, columbæ
Ob meritum ante tuos guttura secta focos.
Vidi ego rugoso tussim concrescere collo,
Sputáque per dentes ire cruenta cauos,
Atq; animā in tegetes putrē expirare paternas,
Horruit algenti 6 pergula curta foco.
Exequiæ 7 fuerant rari furtiua capilli
Vincula, & immundo pallida mitra situ.
Et 8 canis in nostros nimis experrecta dolores,
Quum fallenda meo pollice 9 claustra foret.
Sit tumulus lenæ curto vetus amphora collo.
Vrgeat hunc supra vis, caprifice, tua.
Quisquis amas, scabris hoc bustum cædito saxis,
Mistáque cum saxis 10 addite verba mala.

DE PVGNA ACTIACA nauali.

Sacra facit vates. sint ora fauentia sacris,
Et cadat ante meos icta iuuenca focos.
11 Serta Phileteis certet Romana corymbis,
Et Cyrenæas vrna ministret aquas.
Costū molle date, & blandi mihi thuris honores,
Tér que focum circa laneus orbis eat.
Spargite me lymphis, carménque recentibus aris
Tibia Mygdoniis libet eburna cadis.
Ite procul fraudes. alio sint aere noxæ.
Pura nouum vati laurea mollit iter.
Musa Palatini referamus Apollinis ædem.
Res est, Calliope, digna fauore tuo.
Cæsaris in nomen ducuntur carmina. Cæsar
Dum canitur, quæso, Iuppiter, ipse vaces.
Est Phœbi fugiens Athamana ad littora portus,
Qua sinus Ioniæ murmura condit aquæ,
Actia Iuleæ pelagus 1 monumenta carinæ
Nautarum votis non operosa via.
Huc mundi coiere manus: stetit æquore moles
Pinea, nec remis æqua fauebat auis.
Altera classis erat 2 tenero damnata Quirino,
Piláque fœminea turpiter apta manu.
Hinc Augusta ratis plenis Iouis omine velis,
Signáque iam patriæ vincere docta suæ.
Tandē acies geminos Nereus lunarat in arcus,
Armorum & radiis picta tremebat aqua:
Quum Phœbus linquens stātem se vindice Delō:
Nam tulit iratos mobilis vna Notos:
Astitit Augusti puppem super. & noua flamma
Luxit in obliquam ter sinuata facem.
Non ille attulerat crines in colla solutos,
Aut testudineæ carmen inerme lyræ.
Sed quali aspexit Pelopeiū Agamēnona vultu,
Egessitque auidis Dorica castra rogis:
Aut qualis flexos soluit Pythona per orbes
Serpentem, imbelles quem timuere lyræ.
Mox ait, ô longa mundi seruator ab Alba
Auguste, Hectoreis cognite maior auis:
Vince mari. iam terra tua est. tibi militat arctus
Et fauet ex humeris hoc onus omne meis.
Solue metu patriam, qua nunc te vindice freta
Imposuit prora publica vota tua.
Quam nisi defendes, murorum Romulus augur
Ire Palatinas non bene vidit aues.
Et nimium remis audent, proh turpe, Latinis,
Principe te, fluctus regia vela pati.
Nec te, quod classis centenis remiget alis,
Terreat: inuito labitur illa mari.
Quodque vehunt prora Centaurica saxa 3 minantes,
Tigna cana, & pictos experiare metus.
Frangit, & attollit vires in milite causſa:
Qua nisi iusta subest, excutit arma pudor.
Tempus adest. committe rates. ego temporis auctor
Ducam laurigera Iulia rostra manu.
Dixerat, & pharetra pondus consumit in arcus.
Proxima post arcus Cæsaris hasta fuit.
Vincit Roma fide Phœbi. dat fœmina pœnas.
Sceptra per Ionias fracta vehuntur aquas.
4 At pater Idalio miratus Cæsar ab astro,
Sum deus, & nostri sanguinis ista fides.
Prosequitur cantus Triton, omnésque marinæ

1 al. clausis. 2 al. similes. 3 al. Quid libet. 4 al. modo. 5 al. animos. al. animis. 6 al. pecula curua. 7 al. fuerint. 8 al. canit. 9 al. culea. al. claua. 10 al. addite. 11 al. Cera.

1 al. monimenta. 2 al. Teucro. 3 al. minante. 4 al. Et

Planciorum

Plauserunt circa libera signa Deæ.
Illa petit Nilum cymba malè nixa fugaci,
Hoc vnum iusso non moritura die.
1 Di melius quantus mulier foret vna triumphō,
Ductus erat per quas ante Iugurtha vias.
Actiº hinc traxit Phœbº 2 monumẽta, quod eius
Vna decem vicit missa sagitta rates.
Bella satis cecini.citharam iam posçit Apollo
Victor, & ad placidos exuit arma choros.
Candida nunc molli subeant conuiuia luco,
Blanditiæq; fluant per mea colla rosæ:
Vinaq; fundantur prælis elisa Falernis.
Terq; lauet nostras spica Cilissa comas.
Ingenium 3 potis irritat Musa poetis.
Bacche,soles Phœbo fertilis esse tuo.
Ille paludosos memoret sæuire Sicambros.
Cepheam hic Meroen fuscaq; regna canat.
Hic referat sero confessum fœdere Parthum,
Reddat signa Remi,mox dabit ipse sua.
Siue aliquid pharetris Augustus parcet Eois,
Differat in pueros ista trophæa suos.
Gaude Crasse,nigras si quid sapis inter arenas.
Ire per Euphraten ad tua busta licet.
Sic noctem patera,sic ducam carmine,donec
Iniyciat radios in mea vina dies.

AD CYNTHIAM.

SVnt aliquid manes.letum non omnia finit.
4 Lucidaq; euictos effugit vmbra rogos.
Cynthia namque meo visa est incumbere fulcro,
Marmor ad extremæ nuper humata viæ:
Quum mihi ab exequijs somnus penderet 5 amaris,
Et quererer lecti frigida regna mei.
Eosdem habuit secum quibus est elata capillos,
Eosdem oculos.lateri vestis adusta fuit.
Et solitum digito beryllon aderat ignis,
Summaq; Lethæus triuerat ora liquor:
Spirantisq; animos,& vocem misit.at illi
Pollicibus fragiles increpuere manus:
Perfide,nec cuiquam melior sperande puellæ,
In te iam vires somnus habere potest?
Iam ne tibi exciderunt 6 vigilacis furta Saburræ?
Et mea nocturnis trita fenestra dolis?
Per quam demisso quoties tibi funepependi
Alterna veniens in tua colla manu.
Sæpe Venus triuio commista est pectore misto.
Fecerunt tepidas pallia nostra vias.
Nec crepuit fixa me propter arundine custos,
Læsit & obiectum tegula curta caput.
Fœderis heu taciti,cuius fallacia verba
Non aduituri diripuere Noti.
At mihi non oculos quisquã 7 inclamauit ẽntes.
Vnum impetrassem te reuocante diem.
Denique quis nostro curuum te fumere vidit:
Atram quis lacrimis incaluisse togam?
Si piguit portas vltra procedere,at 8 illud
Iussisses,lectum lentius ire meum.

1 al.Dij 2 al.monimenta. 3 al.positis. 4 al. Luridáque 5 al.amoris. 6 al.vigilantis. 7 al. inclinauit. 8 al.illuc.

Cur ventos non ipse rogis,ingrate,petisti?
Cur nardo flammæ non oluere meæ?
Hoc etiam graue erat nulla mercede hiacynthos
Inijcere,& fracto busta piare cado.
Quæ modo per viles inspecta est publica noctes,
Hæc nunc aurata cyclade signat humum.
Et grauiora rependit iniquis pensa quasillis,
Garrula de facie si qua locuta mea est.
Nostraq; quod Petale tulit ad 1 monumenta corollas,
Codicis immundi vincula sentit anus,
Caditur & Lalage tortis suspensa capillis,
Per nomen quoniam est ausa rogare meum.
Lygdamus vratur,candescat lamina verna.
(Sensi ego,quum insidijs pallida vina bibi.)
Aut Nomas arcanas tollat versuta saliuas.
Ducet damnatas ignea testa manus.
Te patiente meæ conflauit imaginis aurum.
2 Ardeat è nostro dotem habitura rogo.
Non tamen insector quanuis mereare Properti.
Longa mea in libris regna fuere tuis.
Iuro ego fatorum nulli reuocabile carmen,
Tergeminusq; canis sic mihi molle sonet.
Me seruasse fidem.si fallo,vipera nostris
Sibilet in tumulis & super ossa cubet.
Nã gemina est sedes turpem sortita per amnem,
Turbaq; diuersa remigat omnis aqua.
Vna Clytemnestræ stuprum vehit,altera Cressæ
Portat mentitæ lignea monstra bouis.
Ecce coronato pars altera 3 parta phaselo,
Mulcet vbi Elysias aura beata rosas.
Qua numerosa fides,4 quaq; æra rotũda Cybelles,
Mitratisq; sonant Lydia plectra choris,
Andromedeq;,& Hypermestre sine fraude maritæ
Narrant historiæ corpora nota suæ.
Hæc 5 sua maternis queritur liuere catenis
Brachia,nec meritas frigida saxa manus.
Narrat 6 Hypermestre magnũ ausas esse sorores.
In scelus hoc animum non valuisse suum.
Sic mortis lacrymis vitæ sanamus amores.
Celo ego perfidiæ crimina multa tuæ.
Sed tibi nunc mandata damus,si fortè moueris,
Si te non totum Chloridos herba tenet.
Nutrix in tremulis ne quid desideret annis
Parthenie.patuit,nec tibi auara fuit.
Deliciæq; meæ Latris,cui nomen ab vsu est,
Nec speculum dominæ porrigat illa nouæ.
Et quoscunque meo fecisti nomine versus,
Vre mihi.laudes desine habere meas.
Pelle ederam tumulo,mihi quæ pugnante corymbo
Mollia contortis alligat ossa comis.
Ramosis Anio qua pomifer incubat aruis,
Et nunquam Herculeo numine pallet ebur:
Hoc carmen media dignum me scribe columna,

1 al.monimenta 2 al.Ardent vel Ardenti. 3 al.vecta. 4 al.qua queritur vnda Cybelles. 5 al.summa æternis. 6 al Hypermestræ.

Sed breue quod currens vector ab vrbe legat:
1 Hic Tiburtina tacet aurea Cynthia terra.
Accessit ripæ laus Aniene tuæ.
Nec tu sperne pijs venientia somnia portis.
Quum pia venerunt somnia, pondus habent.
Nocte vaga ferimur, nox clausas liberat vmbras,
Errat & abiecta Cerberus ipse sera.
Luce iubent leges Lethæa ad stagna reuerti.
Nos vehimur, vectum nauta recensет onus.
Nunc te possideant alia, mox sola tenebo.
Mecum eris, & missis ossibus ossa teram.
Hæc postquam querula mecum sub voce peregit,
Inter complexus excidit vmbra meos.

DE CYNTHIA ET DRACONE.

Disce, quid Exquilias hac nocte fugarit aquosas,
Quum vicina 2 nouis aura cucurrit agris.
Lanuuium annosi vetus est tutela Draconis,
Hic vbi Tartareæ non perit hora moræ.
Qua sacer abripitur cæco descensus hiatu,
Qua penetrat, (virgo, tale iter omne caue)
Ieiuni serpentis honos, quum pabula poscit
Annua, & ex ima sibila torquet humo.
Talia demissæ pallent ad sacra puellæ:
Quum 3 tenera anguineo premitur ore manus.
Ille sibi admotas à virgine corripit escas.
Virginis in palmis ipsa canistra tremunt.
Si fuerint castæ, redeunt in colla parentum,
Clamántque agricolæ, Fertilis annus erit.
Huc mea detonsis auecta est Cynthia mannis.
Causса fuit Iuno, sed mage causса Venus.
Appia dic, quæso, quantum te teste triumphum
Egerit, effusis per tua saxa rotis.
Turpis in arcana sonuit quum rixa taberna:
Si sine me, famæ non sine labe meæ.
Spectaclum ipsa sedens primo temone pependit,
Ausa per impuros frena mouere locos.
Striga nam rapto 4 Volsi carpenta nepotis,
Atque armillatos colla Molossa canes.
Qui dabit immundæ venalia farta saginæ,
Vincet vbi erasas barba pudenda genas.
Quum fieret nostro toties iniuria lecto,
5 Mulctato 6 volui castra mouere toro.
Phyllis Auentinæ quædam est vicina Dianæ:
Sobria grata parum: quum bibit, omne decet.
Altera Tarpeios est inter Teia lucos
Candida, sed potæ non satis vnus erit.
His ego constitui noctem lenire vocatis,
Et Venere ignota furta nouare mea.
Vnus erat tribus in secreta lectulus herba.
Quæris contubitus? inter vtranque fui.
Lygdamus ad cyathos, 7 vitriq; æstiua supellex.
Et Methymnæi 8 Græca saliua meri.
Nilotes tibicen erat, 9 crotaliстria Philis,
Et facilis spargi munda sine arte rosa.
10 Nanus & ipse suos breuiter curuatus in artus
Iactabat truncas ad caua buxa manus.
Sed neque suppletis constabat flamma lucernis,
Decidit inque suos mensa supina pedes.
Me quoque per talos Venerē quærente secundos,
Semper damnosi subsiluere canes.
Cantabant surdo, nudabant pectora cæco.
Lanuuij ad portas heu mihi solus eram:
Quum subito rauci sonuerunt cardine postes,
Et leuia ad primos murmura facta lares.
Nec mora, quū totas resupinat Cynthia valuas,
Non operosa comis, sed furibunda decens.
Pocula mi digitos inter cecidere remissos,
1 Palluerantque ipso labra soluta mero.
Fulminat illa oculis, & quantum fœmina sauit,
Spectaclum capta nec minus vrbe fuit.
Phyllidos iratos in vultum conijcit vngues.
Territa vicinas Teia clamat aquas.
Lumina sopitos turbant elata Quirites.
Omnis & insana semita nocte sonat.
Illas direptisque comis, tunicisque solutis
Excipit obscura prima taberna via.
Cynthia in exuuijs gaudet, victrixq; recurrit,
Et mea peruersa sauciat ora manu:
Imponitq; notam collo, morsuq; 2 cruentat:
Præcipueq; oculos, qui meruere, ferit.
Atque vbi tam nostris lassauit brachia plagis,
Lygdamus ad plutei fulcra sinistra iacens
Exuitur, geniumque meum prostratus adorat.
Lygdame nil potui, tecum ego captus eram.
Supplicibus palmis tum demum ad fœdera veni,
Quum vix tangendos præbuit illa pedes.
Atq; ait, Admissæ si vis me ignoscere culpæ,
Accipe, quæ nostræ formula legis erit.
Tu neq; Pompeia spaciabere cultus in vmbra,
Nec quum lasciuum fiernet arena forum.
3 Colla caue inflectas ad summum obliqua theatrum,
Aut lectica tuæ 4 fudet aperta moræ.
Lygdamus in primis omnis mihi causса querelæ
Veneat, & pedibus vinctula bina trahat.
Indixit leges: respondi, Ego legibus vtar.
Riserat imperio facta superba dato.
Dein 5 quæcunq; locum externæ tetigere puellæ
6 Suffocat, & pura limina tergit aqua.
Imperat & totas iterum mutare lacernas,
Terque meum tetigit sulfuris igne caput.
Atque ita mutato per singula pallia lecto,
Respondi: & toto soluimus arma toro.

DE HERCVLE ET MORTE CACI.

Amphytrioniades qua tempestate iuuencos
Egerat à stabulis ô 7 Erithea tuis,
Venit ad 8 inuictos pecorosa palatia montes,
Et statuit fessos fessius & ipse boues,

1 al. palluerunt. 2 al. cruenta.
3 al. Colle. 4 al. suadet.
5 al. quemcunque. 6 al. suffit aut sufficit.
7 al. Erithræe. 8 al. inuectos.

Qua

Qua Velabra suo stagnabant flumine, quaque
Nauta per vrbanas velificabat aquas.
Sed non infido manserunt hospite Caco
Incolumes, furto polluit ille 1 Iouem.
Incola Cacus erat, metuendo raptor ab antro,
Per tria paritos qui dabat ora sonos.
Hic, ne certa forent manifesta signa rapinæ,
Auersos cauda traxit in antra boues.
Nec sine teste Deo furem sonuere iuuenci.
Furis & implacidas diruit ira fores.
Manalia iacuit pulsus tria tempora ramo
Cacus, & Alcides sic ait, Ite boues,
Herculis ite boues, nostræ labor vltime claue,
Bis mihi, quæsitæ, bis mea præda boues:
Aruaque mugitu sancire boaria longo.
Nobile erit Romæ pascua nostra forum.
Dixerat, & sicco torret sitis ora palato,
Terraque non vllas fœta ministrat aquas.
Sed procul inclusas audit ridere puellas.
Lucus ab vmbroso fecerat orbe nemus,
Fœmineæ loca clausa Deæ, fonteſque piandos,
Impune & nullis sacra retecta viris.
Deuia punicea velabant limina vitta.
Putris odorato luxerat igne casa.
Populus & longis ornabat frondibus ædem.
Multaque cantantes vmbra tegebat aues.
Huc ruit in siccam congesto puluere barbam,
Et tacit ante fores verba minora Deo:
Vos precor ô 2 luci sacro quæ luditis antro,
Pandite defessis hospita 3 fana viris.
Fontis egens erro, circoque sonantia lymphis.
Et cauæ suscepto flumine palma sat est.
Audistisne aliquem, tergo qui sustulit orbem?
Ille ego sum. Alciden terra recepta vocat.
Quis facta Herculea non audit fortia claua?
Et nunquam ad natas irrita tela feras?
Atque vni Stygias hominum luxisse tenebras?
* * *
Quod si Iunoni sacrum faceretis amaræ,
Non clausisset aquas ipsa nouerca suas.
Sin aliquam vultusque meus, setæque Leonis
Terrent, & Libyco sole perusta coma:
Idem ego Sidonia feci seruilia palla
Officia, & 4 Lyda pensa diurna colu.
Mollis & hirsutum cepit mihi fascia pectus,
Et manibus duris apta puella fui.
Talibus Alcides. at talibus alma sacerdos
Puniceo canas stamine vincta comas:
Parce oculis, hospes, lucoque abscede verendo.
Cede agedum, & tuta limina linque fuga:
Interdicta viris metuenda lege piatur,
5 Quæ se summota vindicat ara casa.
Magnam Tiresias aspexit Pallada vates,
Fortia dum posita Gorgone membra lauat.
6 Dij tibi dent alios fontes. hæc lympha puellis
Auia secreti 7 liminis vna fuit.
Sic anus. ille humeris postes concussit opacos,
Nec tulit iratam ianua clausa sitim.

1 al. locum. 2 al. lucis. 3 al. vestra. 4 al. Lydo. 5 al. Quæ. 6 al. Di. 7 al. limitis.

At postquam exhausto iam flumine vicerat æstum,
Ponit vix siccis tristia iura labris.
Angulus hic mundi nunc me mea fata trahentē
Accipit, hæc fosso vix mihi terra patet.
Maxima quæ gregibus deuota est ara repertis,
Ara per has, inquit, maxima facta manus,
Hæc nullis vnquam pateat veneranda puellis,
Herculis eximij ne sit inulta sitis.
Sancte pater salue, cui iam fauet aspera Iuno.
Sancte, velis libro dexter inesse meo.
1 Nunc quoniam manibus purgatum sanxerat orbem,
Sic sanctum Tatiæ composuere Cures.

QVARE IVPITER FERETRIVS DICTVS.

NVnc Iouis incipiam causas aperire Feretri,
Armaq; de ducibus trina recepta tribus.
Magnum iter ascendo, sed dat mihi gloria vires,
Non iuuat ex facili lecta corona iugo.
Imbuis exemplum prima tu, Romule, palma
Huius, & exuuiis plenus ab hoste redis,
Tempore quo portas Ceninum Acrona petentem,
Victor in euersum cuspide fundis equum.
Acron Herculeus Cenina ductor ab arce,
Roma, tuis quondam finibus horror erat.
Hic spolia ex humeris ausus sperare Quirinis,
Ipse dedit, sed non sanguine sicca suo.
Hunc 2 videt ante cauas vibratē spicula turres
Romulus, & votis occupat ante ratis.
Iuppiter, hæc hodie tibi victima corruet Acron,
Vouerat, & spolium corruit ille Iouī.
Vrbis, virtutisque parens sic vincere suevit,
Qui tulit aprico frigida castra lare,
Idem eques & frenis, idem fuit aptus aratris,
Et galea hirsuta compta lupina iuba.
Picta nec inducto fulgebat parma pyropo.
Præbebant casi baltea lenta boues.
Cossus at insequitur Veientis cæde 3 Tolumni,
Vincere quum Veios posse laboris erat.
Nec dum vltra Tiberim belli sonus, vltima præda
Nomentum, & capta iugera 4 pauca Cora.
Et Veij veteres & 5 vos tum præda fuistis,
Et 6 vestro posita est aurea sella foro.
Nunc intra muros pastorus buccina lenti
Cantat, & in vestris ossibus arua metunt.
Forte super portæ dux Veius astitit arcem,
Colloquiumque sua fretus ab vrbe dedit.
Dumque aries murum cornu pulsabat aheno,
Vineaque inductum longa tegebat opus,
Cossus ait, Forti melius concurrere campo.
Nec mora fit, plano sistit vterque gradu.
7 Di Latias iuuere manus. desecta 8 Tolumni
Ceruix, Romanos sanguine lauit equos.
Claudius à Rheno traiectos arcuit hostes
Belligerans. vasti parma relata ducis

1 al. Hunc. 2 al. vidit. 3 al. Tolunni. 4 al. terna. 5 Volscum regna fuistis. 6 al. vestra. 7 al. Dij. 8 Tolunni.

Vir[oma]i. genus hic Rhenoiactabat ab ipso,
Nobilis erectis fundere gesa rotis.
Illi virgatis iaculantis ab [1]agmine [2]brachis,
Torquis ab incisa decidit vnca gula.
Nunc spolia in templo tria condita.tauss̃aFeretri,
Omine quod certo dux ferit ense ducem.
Seu quia victa suis humeris hæc arma ferebant,
Hinc Feretri dicta est ara superba Iouis.

AD PAVLVM.

Desine, Paule, meum lacrimis vrgere sepulchrum.
Panditur ad nullas ianua nigra preces.
Quum semel infernas intrarunt funera leges,
Non exorato stant adamante viæ.
Te licet orantem fuscæ Deus audiat aulæ,
Nempe tuas lacrimas litora surda bibent.
Vota mouent superos, vbi portitor æra recepit,
Obserat herbosos lurida porta rogos.
Sic mœstæ cecinere tubæ, quum subita nostrum
Detraheret lecto fax inimica caput.
Quid mihi coniugium Pauli, quid eurrus auorũ
Profuit? aut famæ pignora tanta meæ?
Num minus immites [3]habui Cornelia Parcas,
[4]Et sum quod digitis quinque leuatur onus?
Damnatæ noctes, & vos vada lenta paludes,
Et quæcunque meos implicat vnda pedes,
Immatura licet, tamen huc non noxia veni.
Det pater huic vmbræ mollia iura meæ.
Aut si quis posita iudex sedet Æacus vrna,
In mea sortita iudicet ossa pila.
Assideant fratres. iuxta Minoia sella, &
Eumenidum intento turba seuera foro.
Sisyphe mole vaces. taceant Ixionis orbes.
Fallax Tantaleo corripiare liquor.
Cerberus & nullas hodie petat improbus vmbras,
Et iaceat tacita lapsa catena sera.
Ipsa loquor pro me. si [5]fallo, pœna sororum,
Infelix humeros vrgeat vrna meos.
Si cui fama fuit per auita [6]decora trophæi,
Afra Numantinos regna loquuntur auos.
Altera maternos exæquat turba Libones.
Et domus est titulis vtraque fulta suis.
Mox vbi iam facibus cessit prætexta maritis,
Vinxit & acceptas altera vitta comas:
Iungor, Paule, tuo sic discessura cubili.
In lapide hoc vni nupta fuisse legar,
Testor maiorum cineres tibi, Roma, colendos,
Sub quorum titulis Africa tanta iaces:
Et Persen proaui simulantem pectus Achillis,
Quique tuas proauus fregit Achille domos:
Me neque censuræ legem mollisse, nec vlla
Labe mea vestros erubuisse focos.
Non erat exuuiis tantis Cornelia damnum:
Quin & erat magnæ pars imitanda domus.
Nec mea mutata est ætas. sine crimine tota est.
Viximus insignes inter vtranque facem.

1 al.inguine. 2 al.bracci. 3 al.habuit. 4 al.En. 5 fallor. 6 al.Trophea decori. 7 al.Vera al.Aera.

Mi natura dedit leges à sanguine ductas,
[1]Nec possim melior iuditis esse metu.
Qualibet austeras de me ferat vrna tabellas,
Turpior [2]assensu non erit vlla meo,
Vel tu, quæ tardam mouisti fune [3]Cybellem,
Claudia turritæ rara ministra Deæ:
Vel cui commissos quum Vesta reposceret ignes,
Exhibuit viuos carbasus alba focos.
Nec te dulce caput mater Scribonia læsi.
In me mutatum quid, nisi fata, velis?
Maternis laudor lacrimis, vrbisque querelis.
Defensa & gemitu Cæsaris ossa mea.
Ille sua nata dignam vixisse sororem
Increpat: & lacrimas vidimus [4]ire Deo.
Et tamen emerui generosos vestis honores,
Nec mea de sterili facta rapina domo.
Te, Lepide, & te, Paule, meum post fata leuamen,
(Condita sunt vestro [5]numina nostra sinu)
Vidimus, & fratrem sellam geminasse curulem:
Consule quo facto tempore rapta soror.
Et bene habet. nunquam mater lugubria sumsi.
Venit in exequias tota caterua meas.
Nunc tibi commendo communia pignora natos.
Hæc cura & cineri spirat inusta meo.
Fungere maternis vicibus, pater. illa meorum
Omnis erit collo turba ferenda tuo.
Oscula quũ dederis tua flentibus, adiice matris.
Tota domus cœpit nunc onus esse tuum.
Et si quid dolituras eris, sine testibus illis.
Quum venient, siccis oscula falle genis.
Sat tibi sint noctes, quas de me, Paule, fatiges,
Somniáque in faciem credita sæpe meam.
Atque vbi secreto nostra ad simulacra loqueris,
Vt responsuræ singula verba iace.
Seu tamen aduersum mutarit ianua lectum,
Sederit & nostro cauta nouerca toro.
Coniugium, pueri, laudate & ferte paternum.
Capta dabit vestris moribus illa manus.
Nec matrem laudate nimis. collata priori
Vertet in offensas libera verba suas.
Seu memor ille mea contentus manserit vmbra,
Et tanti cineres duxerit esse meos:
Discite venturam iam nunc sentire senectam,
Cœlibis ad curas nec vacet vlla via.
Quod mihi detractum est, vestros accedat ad annos,
Prole mea Paulum sic iuuat esse senem.
Filia tu specimen censuræ nacta paternæ
Fac teneas vnum nos imitata virum.
Et serie fulcite genus. mihi cymba volenti
Soluitur aucturis tot mea fata malis.
Hæc est feminei merces extrema triumphi,
Laudat vbi emeritum libera fama rogum.
Causs̃a perorata est. flentes me surgite testes.
Dum precium vitæ grata rependit humus.
Moribus & cœlum patuit, sim digna merendo
Cuius honoratis ossa vehantur equis.

1 al.Ne. 2 al.assessu. 3 al.Cybellem. 4 al.esse. 5 al.lumina.

Q. VARII VITA.

VCIVS Varius iisdem temporibus floruit, quibus in eloquentia præclari habiti sunt Messala Coruinus, M. Callidius, Numatius Plancus, & Asinius Pollio. Relatum est ab antiquis, eundem Varium inter Epicos Poetas censeri, & in scribendis Tragœdiis maximè præstitisse. Quocirca magnopere dilectus est à principe Octauio, qui in studio Poëtices magna voluptate versatus creditur. Tantum illi tribuit Horatius Flaccus, vt cum scriberet ad M. Agrippam consularem virum, vnum dicat esse L. Varium, qui possit eius gesta, atque egregias virtutes præclarissimo carmine posteris commendare. Corn. Tacitus sub Materni persona ita laudat Varij Thyestem & Ouidij Medæam, vt inter præcipua opera referat. Nullus, inquit, liber Pollionis Asinij, aut Messalæ tam illustris est, quàm Medæa Ouidij, aut Varij Thyestes. Sed & Fabius Quintilianus autor est, Varij Thyestem cum omnibus quidem Græcis potuisse conferri. Tantum sublimitate carminis, & ingenij felicitate excelluit. Habuit inter amicos Horatium Flaccum, Pollionem Asinium & Plotium Tuccam. Publ. autem Vergilium familiarissimè coluit, vt in eodem contubernio versarentur. Neque desunt, qui scribant, fuisse dilectam à Publio Vergilio vxorem Varij, eóque nomine dono illi datam Tragœdiam à se compositam, ac deinde sub nomine ipsius Varij editam. Quæ res apertè refellitur autoritate doctiorum. Illud pro comperto habetur, relictos fuisse hæredes à Publio Vergilio ex parte L. Varium, & Plotium Tuccam: tum illis demandatum prudentia & autoritate Octauij principis, vt Æneam Vergilij emendarent: sed ea conditione, vt nihil operi adderetur. Quidam ætate nostra imprudenter faciunt, qui cum L. Vario, Quintilium Varum confundunt: parum intelligentes, quantum inter se differant & carminum genere, & moribus.

L. VARII FRAGMENTA QVÆ EXSTANT.

VENDIDIT hic Latium populis, agrosque Quiritum
Eripuit, fixit leges pretio atque refixit.
Incubet & Tyriis atque ex solido bibat auro.

Litem non ille sinit lentæ moderator habenæ
Qua velit ire, sed angusto prius ore coercens
Insultare docet campis, fingitque morando.
Ceu canis vmbrosam lustrans Gortynia vallem:
Si veteris potuit ceruæ comprendere lustrans
Sauit in absentem, & circum vestigia lustrans
Aethera per nitidum tenues sectatur odores.
Non amnes illam medij, non ardua tardant,
Perdita nec seræ meminit decedere nocti
Iam fero infantissima, iam facere cogor.

P. OVIDII NASONIS VITA,
EX PETRO CRINITO.

PVB. Ouidius Naſo genitus eſt Sulmone patria, quod oppidum in Pelignis fuit. Natalem habuit Aprili menſe, diebus quinquatriis, quibus ſacra Mineruæ celebrari mos fuit apud Romanos, A. Licinio & L. Panſa conſulibus, qui Mutinenſi pugna contra Antonium ceciderunt. Neque deſunt qui referant eodem die natos fuiſſe Pub. Ouidium, & Albium Tibullum poetam in ſcribendis elegiis maxima elegantia. Maiores illi contigerunt nobili genere atque ſatis honeſto, à quibus equeſtrem dignitatem acceptam perpetuò ſeruauit. In ipſo adoleſcentiæ ſuæ principio, magnopere probauit, quantum præſtaret ingenij facilitate, ac præclaris moribus. Quocirca Romæ inſtitutus eſt in latinis literis, maxima diligentia parentis. Et cum in tenera ætate (vt conſtat) ſumma voluptate & gratia teneretur componendis carminibus, ab eo ſtudio retractus eſt parentis monitionibus, qui monere illum aſſiduè & hortari non deſtitit ad oratoriam facultatem, vt qui ad quęſtum & opeis comparandas animum magis intendiſſet. Itáque factum eſt, vt Pub. Ouidius ſtudium illud atque curam abſoluendi carmina intermitteret, animum ad cauſas & forum conuerteret, præceptoribus, Arellio Fuſco, & Portio Latrone, cuius eloquentiam atque eruditionem vehementer admiratus eſt. Neque in ea re tulit vulgarem laudem aut commendationem ingenij ſui, vt refert Anneus Seneca. Nam & in priuatis & in centumuiralibus cauſis, præſedit, aliáſque præterea dignitates obiuit, poſteaquam virilem togam ſumpſit, & latum clauum adeptus eſt, de quo habentur complura apud ipſum Ouidium diuerſis locis, quæ ſunt à nobis prætermittenda ſtudio breuitatis. Cæterùm cum nihil animo ſuo potius foret, quàm verſari in otio literarum, poſthabita omni cura rerum publicarum, ad inſtitutum ſuum rediit, ac totum ſe dicauit poeticæ facultati, vnde perpetuum ſibi nomen & quietem ſingularem fore ſperabat. Minimè dubium eſt, eundem habuiſſe treis vxores. Primam enim ſub ipſam adoleſcentiam vt inutilem parúmque dignam repudiauit, cúmque ea more veterum diuortium fecit. Alteram bonis parentibus ortam, benéque moratam, ſed parum ſtabili connubio ſibi coniunctam maturè dimiſit. Succeſſit his Perilla, cuius egregiam formam atque probitatem pluribus locis extollit. Neque tantum dilexit eam maxima fide & beneuolentia ſingulari, ſed in poetica etiam erudiuit, magnáque cura excoluit. Quo factum eſt, vt Perilla, exulanti marito, fidem ſuam diligentiſſimè ſeruauerit. Amicos habuit permultos, cùm doctrina & generis nobilitate inſignes, tum probitate ac moribus ornatiſſimos, vt Albium Tibullum, Cor. Seuerum, Sabinum, Sext. Pompeium, Græcinum & Flaccum viros conſulareis, quorum familiaritate intimè vſus eſt. Meſſalam præterea, Albinouanum, Æmilium Macrum, Maximum & alios complures, cum quibus, vt ipſe refert, coniunctiſſimè vixit. Relatum eſt à Suetonio Trāquillo Iulium Higinium (qui Auguſti libertus fuit, ſummóque ingenio & doctrina præſtitit) familiariſſimum fuiſſe Ouidio poetę. De ipſius operibus haud magnum operæprecium eſt pluribus agere, cum multi de hoc ſcripſerint, eáque vulgo ſatis nota ſint ex commētariis noſtrorum

rum grammaticorum. Et sanè hic vnus præter cæteros omneis videtur, plura atque varia poematum genera descripsisse. In eo opere (cui titulum fecit Metamorphoseôn) secutus est Parthenium Chium poetam, qui Græcè scripsit præclarum poema pari argumento, & materia simili. Id Ouidij opus in tanto precio habitum est Græcorum ingeniis, vt illud conuerterint in suum sermonem. Est enim refertum varia atque multiplici eruditione, quanquam ipse autor inemendatum, atque imperfectum reliquit, vt ipse testatur versiculis additis. Nam absente illo atque etiam nesciente, æditum est in vulgum ab amicis. Fastorum libros sex composuit, eósque ad Germanicum Drusi filium misit, reliquos per importunum obitum, & aduersam exilij fortunam (vt plerique putant) non potuit perficere. Is tamen alicubi asserit duodecim à se compositos. Opus quidem eruditum, & plenum magna & copiosa rerum scientia:

Sex ego Fastorum scripsi, totidémque libellos
Cúmque suo finem mense libellus habet.

De amoribus libros treis, in quibus sub ficto nomine Corinnæ, maximè probauit ingenium suum. Complures etiam epistolas, in quibus est vsus mira elegantia & artificio singulari, vt critici asserunt. In Elegia habitus est paulò lasciuior, vt qui nimium quandoque indulserit ingenio suo. Prætereo libros artium amandi & remediorum, in Ibin, de obitu Drusi, epigrammata & poemata complura, quæ ab eodem composita sunt, vt grammatici veteres testantur. Quædam tamen falsò atque improbè ad eum referuntur, vt carmen de vocibus auium, de pulice, & alia indigna prorsus atque aliena ab ingenio & doctrina tanti poetæ. Volumen præterea scripsit alieuticôn, in quo complexus est varia & inaudita ad eam diem, nomina piscium, quod amissum est (vt alia multa eiusdem autoris) iniuria hominum & longa vetustate insequentium temporum. Idem Ouidius magnopere commendatus est in Medea Tragœdia, propter ipsam elegantiam, & sententiarum grauitatem, vt Cor. Tacitus & Fabius Quintilianus referunt. In vrbe secundùm Capitolium habitauit, hortósq; habuit in colle positos, qua via Appia coniungebatur cum Flamminia: in his magna animi voluptate versari consueuit, suúmque ocium mitioribus curis traducere. Relegatus est à Cæsare Augusto in Pontum ad oppidum Tomos, quo tempore Ouidius maiorem quietem atque ocium dari sibi sperabat, recolendis veteribus studiis, vt qui accessisset ad ætatem prouectiorem. Causam verò tam sæui, támque inciuilis exilij, variè multi (vt in re ancipiti euenit) interpretantur. Alij hoc referunt ad eos libros, qui ab eo scripti sunt de amoribus, quòd essent paulò lasciuiores, vt est autor Sextus Aurelius, qui de Rom. principibus scripsit. Plerique existimant proueniisse hoc ex adulterio cum Iulia Augusti filia. Qua in re etsi Pub. Ouidius nihil omnino apertè retulit, tamẽ alicubi videtur id ipsum insinuare velata propria criminis causa. Itaque Sidonius Apollinaris videtur existimasse ob id fuisse illum relegatum ab Augusto, vt satis declaratur in his verbis:

Nec te carmina per libidinosa
Notum Naso tener, Tomósque missum
Quondam Cæsareæ nimis puellæ
Ficto carmine subditum Corinnæ.

Hoc idem innuit Ouidius, cùm refert:

Lingua silet, non est vltra narrabile quicquam.

Et alibi seruata ratione obstinati silentij:

Nec breue, nec tutum est peccati quæ sit origo
Dicere, tractari vulnera nostra timent.

Minimè autem obscurum est Iuliam Aug. principis filiã deflagrasse magna libidine, & infamem fuisse vulgatis per vrbem adulteriis, vt ab antiquis scriptoribus refertur. Quapropter inclinat animus, vt existimẽ haud satis potuisse Octauium sibi temperare, quominus desæuiret poetam Ouidium, cõficta causa noui criminis, quod in impudici carminis operam atque studium posuisset. In exilio supra septem annos versatus est. Cúmque illi viuendum foret inter incultas atque barbaras nationes, tantum sibi promeruit gratiæ, atque studij, bene, præclaréque agendo, vt in eius obitu Getæ illi ac Tomitani populi tenere lacrymas non potuerint. Fuit enim Ouidius moribus apprimè honestis, & facilitate mirifica ad concilianda sibi ingenia hominum, quod in primis dignum est summa admiratione. Cum Geticum sermonem atque Sarmaticum didicisset, poemata descripsit Getica lingua, laudésque Cæsarum decantauit. Obiisse traditur eodem anno quo T. Liuius qui nobilissimus autor habitus est in Romana historia describenda. Sepultúsque fuit iuxta oppidum Tomos, vt Eusebius testatur. Permulti scriptores, cùm veteres, tum iuniores deplorarunt obitum illius, vt indignum atque miserabilem, habita detestatione tam sæuæ támque calamitosæ relegationis. Sed eleganter inprimis & copiosè (vt ego existimo) Ang. Politianus id fecit his versibus:

Et iacet Euxinis vates Romanus in oris,
Romanum vatem barbara terra tegit.
Terra tegit vatem, teneros qui lusit amores,
Barbara, quam gelidis alluit Hister aquis.
Nec te Roma pudet, quæ tanto immitis alumno
Pectora habes ipsis barbariora Getis?
Ecquis Io Musæ Scythicis in finibus ægro
Tædia qui morbi demeret, vllus erat?
Ecquis frigidulos qui lecto imponeret artus,
Aut qui dulciloquo falleret ore diem?
Aut qui tentaret salientis tempora venæ,
Aut fomenta manu qui properata daret?
Conderet aut oculos media iam morte natantes,
Aut legeret summam qui pius ore animam?
Nullus erat, nullus, veteres tu dura sodales
Heu procul à ponto Martia Roma tenes.
Nullus erat: procul ah coniunx paruíque nepotes,
Nec fuerat profugum nata sequuta patrem.
Scilicet immites Bessi, flauíque Coralli,
Aut vos pelliti saxea corda Getæ.
Scilicet horribili dederit solamina vultu,
Sarmata ab epoto sæpe vehendus equo.
Sarmata, cui rigidam demisso in lumina frontem
Mota pruinosa tempora crine sonant.
Sed tamen & Bessi extinctum, & fleuere Coralli
Sarmatáque & durus contudit ora Getes.
Extinctum & montes flebant, & syluæ, feræque
Et flesse in medijs dicitur Hister aquis.
Quinetiam pigrè concretum frigore Ponium

Nerei-

Nereidum lachrymis intepuisse ferunt.
Accurrêre leues Paphia cum matre volucres
Arsuróque faces suppositêre rogo.
Quem simul assumpsit rapidæ violentia flammæ,
Reliquias tecto composuere cado,
Impositumque breui signarunt carmine saxum,
Qui iacet hic, teneri doctor amoris erat.
Ipsa locum latè sancto Cytherea liquore,
Irrorat niuea térque quatérque manu.
Vos quoque Pierides Vati libastis adempto
Carmina, sed nostro non referenda sono.

P. OVIDII NASONIS EXILII CAVSA.

DE Ouidij vita iam satis supra à nobis dictum fuit. Vnam illam particulam non prætermittemus, quę est de eius exilij causa: nam ita ab eo multis in locis perstringitur, vt cum proferre non audeat, variam interpretantibus coniecturam præbeat. Qua de re, vt dicam quod sentio, quum duæ sint causæ: quarum altera speciosa est, & velandi criminis gratia ab imperatore Augusto, & Poëta iactata, quòd scilicet libros de arte composuerit: altera vera quidem est, sed suppressa, ne Augustus offenderetur, passim tamen quodam carminis inuolucro & verecundè designata, quòd scilicet amauit, vt alij sentiunt, Liuiam Augusti filiam. Nam ea flagrauit adulterorum infamia, & damnata est, vt scribunt Plinius, & Tranquillus, vt alij suspicantur, Liuiam vxorem. Hanc exilij causam testatur Sidonius, qui Ouidium scribit addictum fuisse Cæsareæ puellæ, sed Poëta amoris crimen transferendo imminuit. Nam id appellat imprudentiam non amorem, quod scilicet dum Cæsareã puellam imprudenter coleret & studiosius obseruaret, in amoris venerit suspicionem, suámque causam similem ait esse Actæonis, qui casu cum spectasset Dianam, quamuis non amarer, tamen periit. Cur aliquid vidi, inquit, cur conscia lumina feci? Cur imprudenti cognita causa mihi est? Inscius Actæon vidit sine veste Dianam, Præda tamen canibus nec minus ille fuit. Nec his assentior, qui cum versum de turpi secreto Augusti dictum putant. Nam cum illic peccare & lenire imperatorem studeat, cur scelus obiecisset? Corinnã eam ficto nomine appellat, quod fatetur: Mouerat ingenium totam cantata per vrbem, Nomine non vero dicta Corinna mihi. Alibi idem sæpe: Duæ autem fuêre Corinnæ, vt scribit Suidas, vtraque carmine Lyrico erudita, vnam tantum tradit Pausanias, & eam contendisse cum Pindaro Thebis, fuisséque victricem vel formæ venustate qua iudices corrupti sunt, vel linguæ Aeolicæ gratia, quã Thebani Doricæ antepositã, qua Pindarus vtebatur, extaréque monimentum, in quo illius effigies vitta coronata cernebatur: de hac Papinius, Veteris secreta Corinnæ, & Propertius idẽ, inde Ouidius suã puellã Corinnam appellauit, ab eruditionis elegantia & formæ. Illud addamus in Ponto, vnde hoc opusculum emittet, eundem composuisse opusculum de piscibus, quo incognita nobis piscium nomina complexus est, vt scribit Plinius.

AVCTORVM QVI DE OVIDIO LOCVTI SVNT, TESTIMONIA.

STATIVS lib. 1. Siluarum inter optimos quosque poëtas Ouid. recenset. Cuius hæc sunt:—*hunc ipse choro plaudente Philetas*
Callimachúsque senex, Vmbróque Propertius antro,
Ambissent celebrare diem, nec tristis in ipsis
Naso Tomis, diuésque foco lucente Tibullus. Et II.
Cedet Musa rudis ferocis Enni,
Et docti furor arduus Lucreti,
Et qui per freta duxit Argonautas,
Et qui corpora prima transfigurat.
Quin maius loquor, ipsa te Latinis
Æneis venerabitur canentem.

MARTIAL. lib. 1. Epig.
Verona docti syllabas amat vatis,
Marone felix Mantua est.
Censetur Apona Liuio suo tellus,
Stellâque, nec Flacco minus:
Apollodoro plaudit imbrifer Nilus,
Nasone Peligni sonant.

Et V. ad Regulum.
Ennius est lectus, saluo tibi Roma Marone:
Et sua riserunt sæcula Mæonidem.
Rara coronato plausere theatra Menandro:
Norat Nasonem sola Corinna suum.

Et V. ad Sextum.
Si nihil hinc veniet, pangentur carmina nobis:
Audieris, dices esse Maronis opus.
Insanis, omnes gelidis quicunque lacernis
Sunt tibi, Nasones, Virgiliósque vides.

Et IIX. ad Instantium.
Instanti, quo nec sincerior alter habetur
Pectore, nec niuea simplicitate prior:
Si dare vis nostræ vires animósque Thaliæ,
Et victura petis carmina, da quod amem.
Cynthia te vatem fecit lasciue Properti:
Ingenium Galli pulchra Lycoris erat.
Fama est arguti Nemesis formosa Tibulli,
Lesbia dictauit docte Catulle tibi.
Non me Pelignus, nec spernit Mantua Vatem,
Si qua Corinna mihi, siquis Alexis erit.

Ex Statio & Martiale, qui de Latinis poëtis hisce versibus locuti sunt, liquidò videtur constare Ouidium inter alios Latinos poëtas secundum locum tenere. Nam simul cum Virg. ipsum, tanquam, vt cum clarissimis literarum luminibus M. A. Mureto, & Petro Angelio Bargæo sentio, ab eo secundum collocarunt. Quod & ipse Ouidius non est veritus dicere:
Tantum se nobis elegi debere fatentur,
Quantum Virgilio nobile debet Epos.

De

De hoc opere ita Lactantius Firmianus lib. 1. De falsa religione: Ouidius quoque in principio præclari operis sine vlla nominis dissimulatione à Deo, quem fabricatorem mundi, quem rerum opificem vocat, mundum fatetur instructum. Et lib. 11. Quod optimè ingeniosus poëta signauit.

CORNELIVS Tacitus in dialogo De orat.

Nec vllus Asinij, aut Messalæ liber tam illustris est, quàm Medea Ouidij, aut Varrij Thyestes. QVINCTIL. lib. x.

Ouidij Medea videtur mihi ostendere quantum vir ille præstare potuerit, si ingenio suo temperare, quàm indulgere, maluisset.

Seneca lib. III. nat. quæstionum Ouidium poëtarum ingeniosissimũ vocat: & D. AVGVST. insignem appellat poëtam. D. HIERONYMVS in Osee Prophetam cap. II. insignem poëtam vocat. Eius verba sunt: Huius Beli Semiramis, de qua multa & miranda referuntur, muros Babylonis exstruxit: de qua insignis poëta testatur, dicens lib. 4. Metamorph.

quam dicitur olim
Coctilibus muris cinxisse Semiramis vrbem.

ANGELI Politiani de Ouidij exilio, & morte, Elegia:

Et iacet Euxinis Vates Romanus in oris:
Romanum vatem barbara terra tegit.
Terra tegit Vatem, teneros qui lusit amores,
Barbara: quam gelidis alluit Ister aquis.
Nec te Roma pudet: quæ tanto immitis alumno
Pectora habes ipsis barbariora Getis?
Ecquis Io Musæ Scythicis in finibus ægro
Tædia qui morbi demeret, vllus erat?
Ecquis frigidulos qui lecto imponeret artus,
Aut qui dulciloquo falleret ore diem?
Aut qui tentaret salientis tempora venæ,
Aut fomenta manu qui properata daret?
Conderet aut oculos media iam morte natantes:
Aut legeret summam qui pius ore animam?
Nullus erat: nullus. Veteres tu dura sodales
Heu procul à Ponto Martia Roma tenes.
Nullus erat procul ah coniux, paruique nepotes:
Nec fuerat profugum nata secuta patrem.
Scilicet immanes Bessi, flauique Coralli,
Aut vos pelliti saxea corda Getæ:
Scilicet horribili dederit solamina vultu
Sarmata ab epoto sæpe vehendus equo:
Sarmata, cui rigidam demisso in lumina frontem
Mota pruinoso tempora crine sonant.
Sed tamen & Bessi extinctum, & fleuere Coralli,
Sarmatáque & durus contudit ora Getes.
Extinctum & montes flebant, & sylua, feræque,
Et flesse in medijs dicitur Ister aquis.
Quin etiam pigro concretum frigore Pontum
Nereidum lacrymis intepuisse ferunt.
Accurrêre leues Paphia cum matre volucres:
Arsuróque faces supposuere rogo.

Quem simul absumpsit rapidæ violentia flammæ:
Reliquias tecto compositere cado.
Impositúmque breui signarunt carmine saxum:
Qui iacet hîc, teneri doctor amoris erat.
Ipsa locum latè sancto Cytherea liquore
Irrorat niuea térque, quatérque manu.
Vos quoque Pierides Vati libastis adempto
Carmina, sed nostro non referenda sono.

De eodē Iulj Cæsaris Scaligeris epigrāma. Loquitur Ouidius ipse ad Augustū:

A me vtinam inciperes ferus esse cruente: nec atras
Per cædes faceres ad mea fata gradum.
Si mea te mouit tetricum lasciua iuuentus,
Te iuuenem damnas perditus: exsul abi.
Impia flagitijs squalent penetralia diris:
Damnati superant nomina fœda Rei.
Non te diuinum ingenium, non candida tangunt
Pectora, non Clario lingua secunda Deo.
Lacta molliuit Veteres mea vena poëtas:
Et rerum docuit pondera certa nouos.
Cum te laudarem, tunc sum mentitus: ob vnum hoc
Exsilij fuerat debita pœna mihi.

Ouidius, vt ex Cęcilio Minuciano Apuleio retulit Ludouicus Cœlius Rhodiginus, annis septem in exsilio consumptis, Kal. Ian. obiit: qua die Titus quoque Liuius decessit.

P. OVIDII NASONIS,
FASTORVM LIBER I.

TEMPORA cum causis Latium digesta per annum,
Lapsaq; sub terras, ortaq; signa canam.

Excipe pacato, Cæsar Germanice, vultu,
Hoc opus: & timidæ dirige nauis iter.
Officioq; leuem non auersatus honorem,
Huic tibi deuoto, numine dexter ades.
Sacra recognosces annalibus eruta priscis:
Et quo sit merito quæque notata die.
Inuenies illic & festa domestica vobis:
Sæpe tibi pater est, sæpe legendus auus.
Quæq; ferunt illi pictos signantia fastos,
Tu quoque cum Druso præmia fratre feres.
Cæsaris arma canant alij: nos Cæsaris aras,
Et quoscunque sacris addidit ille dies.
Annue conanti per laudes ire tuorum:
Deq; meo pauidos excute corde metus.
Da mihi te placidum: dederis in carmina vires:
Ingenium vultu statq; caditq; tuo.
Pagina iudicium docti subitura mouetur
Principis, vt Clario missa legenda deo.

1 al. cano.

Quæ sit enim cultus facundia sensimus oris,
Ciuica pro trepidis cum tulit arma reis,
Scimus, & ad nostras cum se tulit impetus artes:
Ingenij currant flumina quanta tui.
Si licet, & fas est, vates rege vatis habenas:
Auspice te felix totus vt annus eat.

TEmpora digereret tū conditor vrbis, in anno
Constituit menses quinque bis esse suo.
Scilicet arma magis quā sidera, Romule noras:
Curaq; finitimo vincere maior erat.
Est tamen & ratio, Cæsar, quæ mouerit illum:
Erroremq; suum quo tueatur, habet.
Quod satis est, vtero matris dum prodeat infans
Hoc anno statuit temporis esse satis.
Per totidem menses à funere coniugis vxor
Sustinet in vidua tristia signa domo.
Hæc igitur vidit trabeati cura Quirini:
Cum rudibus populis annua iura daret.
Martis erat primus mensis: Veneriq; secundus:
Hæc generis princeps: ipsius ille pater.
Tertius à senibus, iuuenum de nomine quartus:
Quæ sequitur, numero turba notata fuit.

1 al. auspicio. 2 al. Amouerat.

At

At Numa nec Ianũ, nec auitas præterit vmbras:
Mensibus antiquis præposuitq; duos.
NE tamen ignores variorum iura dierum,
Non habet officium lucifer omnis idem.
Ille Nefastus erit per quem tria verba silentur,
Fastus erit, per quem lege licebit agi.
Nec toto perstare die sua iura putaris,
Qui iam fastus erit, mane nefastus erat.
Nam simul exta deo data sunt, licet omnia fari:
Verbaq; honoratus libera prætor habet.
Est quoque quo populum ius est includere septis:
Est quoque, qui nono semper ab orbe redit.
Vindicat Ausonias Iunonis cura Kalendas:
Idibus alba Ioui grandior agna cadit.
Nonarum tutela deo caret, omnibus istis
(Ne fallare caue) proximus Ater erit.
Omen ab euentu est: illis nam Roma diebus
1 Damna sub aduerso tristia Marte tulit.
Hæc tibi dicta semel, totis hærentia fastis,
Ne seriem rerum scindere cogar, erunt.
ECce tibi faustum, Germanice, nũtiat annum.
Inq; meo primum carmine Ianus adest.
Iane biceps, anni tacitè labentis origo,
Solus de superis qui tua terga vides,
Dexter ades ducibus: quorum secura labore
Otia terra ferax, otia pontus habet.
Dexter ades patribusq; tuis, populoq; Quirini.
Et resera nutu candida templa tuo.
Prospera lux oritur: linguis animisq; fauete:
Nunc dicenda bona sunt bona verba die.
Lite vacent aures, insanaq; protinus absint
Iurgia: differ opus liuida turba tuum.
Cernis odoratis vt luceat ignibus æther?
Et sonet accensis spica Cilissa focis:
Flamma nitore suo templorum verberat aurum:
Et tremulum summa spargit in æde iubar,
Vestibus intactis Tarpeias itur in arces:
Et populus festo concolor ipse suo est.
Iumq; noui præeũt fasces: noua purpura fulget:
Et noua conspicuum pondera sentit ebur.
Colla rudes operum præbent ferienda iuuenci:
Quos aluit campis herba Falisca suis.
Iupiter, arce sua cum totum spectet in orbem,
Nil nisi Romanum, quod tueatur, habet.
Salue festa dies: meliorq; reuertere semper,
A populo rerum digna potente coli.
Quem tamen esse Deum te dicam Iane biformis?
Nam tibi par nullum Græcia numen habet.
Ede simul causam, cur de cælestibus vnus,
Sitq; quod à tergo, sitque quod ante vides.
2 Hæc ego cùm sumptis agitarẽ mente tabellis,
Lucidior visa est, quàm fuit ante, domus.
Tum sacer ancipiti mirandus imagine Ianus
Bina repentè oculis obtulit ora meis.
Extimui, sensiq; metu riguisse capillos,
Et gelidum subito frigore pectus erat.
Ille tenens baculum dextra, clauemq; sinistra.
Edidit hos nobis ore priore sonos:
Discе metu posito vates operose dierum
Quod petis: & voces percipe mente meas:
Me chaos antiqui (nam sum res prisca) vocabant:
Adspice quàm longi temporis acta canam.
Lucidus hic aer, & quæ tria corpora restant,
Ignis, aqua, 1 tellus, vnus aceruus erant.
Vt semel hæc rerum secessit lite suarum,
Inq; nouas abiit massa soluta domos,
2 Cælum flamma petit, propior locus aera cepit:
Sederunt medio terra, fretumq; loco.
Tũc ego qui fuerã globus & sine imagine moles,
In faciem redij membráque digna Deo,
Nũc quoq;, cõfusæ quoniã nota parua figuræ est,
Ante quod est in me, postq; videtur idem.
Accipe quæsitæ quæ causa sit altera formæ:
Hanc simul vt noris, officiumq; meum:
Quicquid vbiq; vides, cælũ, mare, nubila, terras:
Omnia sunt nostra clausa, patentq; manu,
Me penes est vnum vasti custodia mundi:
Et ius vertendi carminis omne meum est.
Cùm libuit pacem placidis emittere tectis,
Libera perpetuas ambulat illa vias.
Sanguine letifero totus miscebitur orbis,
Ni teneant rigidæ condita bella feræ.
Præsideo foribus cœli cum mitibus Horis.
Et redit officio Iupiter, itq; meo.
Inde vocor Ianus, mihi cum Cereale sacerdos
Imponit libum, farráque mixta salo,
Nomina ridebis: modo namque Patulcius idem:
Et modo sacrifico Clusius ore vocor.
Scilicet alterno voluit rudis illa vetustas
Numine diuersas significare vices.
Vis mea narrata est, causam nunc disce figuræ,
Iam tamen hãc aliqua tu quoque parte vides.
Omnis habet geminas hinc atq; hinc ianua fron-
tes,
E quibus hæc populum spectat, at illa Larem.
Vtq; sedens primi vester prope limina tecti
Ianitor, egressus, introitusq; videt,
Sic ego prospicio cœlestis ianitor aulæ
Eoas partes, Hesperiásque simul.
Ora vides Hecates in treis vertentia partes:
Seruet vt in 2 ternas compita secta vias.
Et mihi, ne flexu ceruicis tempora perdam,
Cernere non moto corpore bina licet.
Dixerat: & vultu si plura requirere vellem,
Difficilem mihi se non fore pactus erat.
Sumpsi animum: gratesq; Deo non territus egit
Verbáq; sum spectans pauca locutus humum.
Dic age frigoribus quare nouus incipit annus:
Qui melius per ver incipiendus erat?
Omnia tunc florent: tunc est noua temporis ætas:
Et noua de grauido palmite gemma tumet.
Et modo formatis operitur frondibus arbor:
Prodit & in summum seminis herba solum.
Et tepidum volucres concentibus aëra mulcent:
Ludit & in pratis, luxuriatq; pecus.
Tunc blandi soles: ignotaq; prodit hirundo:

1 al. Marte sub aduerso tristia damna tulit.
2 al. Hoc ego.

1 al. & tellus. 2 al. altum. 3 al. tres.

*Et luteum cel*ſ*a ſub trabe figit opus.*
Tunc patitur cultus ager: & renouatur aratro.
Hæc anni nouitas iure vocanda fuit.
Quæſieram multis: non multis ille moratus,
Contulit in verſus ſic ſua verba duos:
Bruma noui prima eſt, veteriſq; nouiſſima Solis.
Principium capiunt Phœbus & annus idem.
Poſt ea mirabar, cur non ſine litibus eſſet
Prima dies: cauſam percipe Ianus ait.
Tempora commiſi naſcentia rebus agendis,
Totus ab auſpicio ne foret annus iners.
Quiſque 1 ſuas artes ob idem delibat agendo:
Nec plus quàm ſolitum teſtificatur opus.
Mox ego: cur, quamuis aliorum numina placem,
Iane, tibi primum thura merumq; fero?
Vt poſſis aditum per me, qui limina ſeruo,
Ad quoſcunque voles, inquit, habere deos.
At cur læta tuis dicuntur verba kalendis?
Et damus alternas, accipimuſq; preces?
Tum Deus incumbens baculo, quem dextra tenebat:
Omnia principijs, inquit, ineſſe ſolent.
Ad primam vocem timidas aduertitis aures:
Et primum viſam conſulit augur auem.
Tẽpla patent, aureſq; deûm: nec lingua caducas
Concipit vlla preces: dictaq; pondus habent.
Deſierat Ianus: nec longa ſilentia feci:
Sed tetigi verbis vltima verba meis.
Quid vult palma ſibi, rugoſaq; carica, dixi.
Et data ſub niueo condita mella cado?
Omen, ait, cauſa eſt, vt res ſapor ille ſequatur:
Et 3 peragat cœptum dulcis vt annus iter.
Dulcia cui dentur video, ſtipis adijce cauſam:
Pars mihi de feſto ne labet vlla tuo.
Riſit: & ô quàm te fallunt tua ſæcula, dixit:
Qui ſtipe mel ſumpta dulcius eſſe putas.
Vix ego Saturno quenquam regnante videbam,
Cuius non animo dulcia lucra forent.
Tempore creuit amor, qui nunc eſt ſummus habendi:
Vix vltra, quo iam progrediatur, habet.
Pluris opes nũc ſunt, quam priſci temporis annis,
Dum populus pauper, dum noua Roma fuit:
Dum caſa Martigenam capiebat parua Quirinum:
Et dabat exiguum fluminis vlua torum.
Iupiter anguſta vix 4 motus ſtabat in æde:
Inque Iouis dextra fictile fulmen erat.
Frondibus ornabãt, qua nunc Capitolia gemmis:
Paſcebátque ſuas ipſe ſenator oues.
Nec pudor, in ſtipula placidam cepiſſe quietem,
5 Et fœnum capiti ſuppoſuiſſe fuit.
Iura dabat populis poſito modo prætor aratro,
Et leuis argenti lamina crimen erat.
At poſtquam Fortuna loci caput extulit huius:
Et tetigit ſummo vertice Roma deos:
Creuerunt & opes, & opum furioſa cupido:

1 al. fingit. 2 al. ſuos artus.
3 al. pergat. 4 al. erectus.
5 al. Nec.

Et, cùm poſſideant plurima, plũra petunt.
Quærere vt abſumant, abſumpta requirere certant:
Atque ipſæ vitijs ſunt alimenta vices.
Sic, quibus intumuit ſuffuſa venter ab vnda,
Quo plus ſunt potæ, plus ſitiuntur aquæ.
In pretio pretium nunc eſt: dat cenſus honores,
Cenſus amicitias: pauper vbique iacet.
Tu tamen auſpicium ſi ſit ſtipis vtile quæris:
Curaq; inuent noſtras ære vetuſta manus.
Æra dabant olim: melius nunc omen in auro eſt:
Victaq; conceſſit priſca moneta nouæ.
Nos quoque templa iuuant, quamuis antiqua, probemus,
Aurea maieſtas conuenit ipſa deo.
Laudamus veteres: ſed noſtris vtimur annis.
Mos tamen eſt æquè dignus vterque coli.
Finierat monitus: placidis ita rurſus, vt ante,
Clauigerum verbis alloquor ipſe Deum:
Multa quidem didici: ſed cur naualis in ære
Altera ſignata eſt, altera forma biceps?
Noſcere me duplici poſſes in imagine, dixit,
Ni vetus ipſa dies extenuaſſet opus.
Cauſa ratis ſupereſt: Tuſcum rate venit in amnem.
Ante pererrato falcifer orbe Deus.
Hac ego Saturnum memini tellure receptum.
Cælitibus regnis à Ioue pulſus erat.
Inde diu genti manſit Saturnia nomen:
2 Dicta quoque eſt Latium terra, latente deo.
At bona poſteritas puppim formauit in ære,
Hoſpitis aduentum teſtificata Dei.
Ipſe ſolum colui, cuius placidiſſima læuum
Radit arenoſi Tibridis vnda latus.
Hic, vbi nunc Roma eſt, tunc ardua ſylua virebat:
Tantáque res, paucis paſtua bobus erat.
Arx mea collis erat: quam vulgus nomine noſtro
Nuncupat, hæc ætas Ianiculumque vocat.
Tunc ego regnabam, patiens cum terra deorum
Eſſet: & humanis numina mixta locis.
Nondum Iuſtitiam facinus mortale fugarat:
Vltima de ſuperis illa reliquit humum.
Proque metu populum ſine vi pudor ipſe regebat:
Nullus erat, iuſtis reddere iura labor.
Nil mihi cum bello: pacem poſtéſque tuebar:
Et clauem oſtendens, hæc, ait, arma gero.
Preſſerat ora deus, tunc ſic ego noſtra reſolui.
Voce mea voces eliciente dei.
Cùm tot ſint Iani, cur ſtas ſacratus in vno,
Hic vbi iuncta foris templa duobus habes?
Ille manu mulcens propexam ad pectora barbã,
Protinus Oebalij rettulit arma Tati:
Vtque leuis cuſtos armillis capta, Sabinos
Ad ſumma tacitos duxerit arcus iter.
Inde, velut nunc eſt, per què deſcenditis, inquit.
Arduus in valles per fora cliuus erat.

1 al. ab. 2 al. Dicta fuit Latium.

Et iam contigerant portam, Saturnia cuius
Dempserat oppositas inuidiosa seras.
Cum tanto veritur committere Numine pugnã,
Ipse mea noui callidus artis opus.
Oraque, qua pollens ope sum, fontana recluſi:
Súmque repentinas eiaculatus aquas.
Ante tamen madidis subieci sulfura venis:
Clauderet vt Tatio feruidus humor iter.
Cuius vt vtilitas pulsis [1] percepta Sabinis,
Quæ fuerat, tuto reddita forma loco est.
Ara mihi posita est paruo coniuncta sacello:
Hæc adolet flammis cum strue farra suis.
At cur pace lates? moti sque recluderis armis?
Nec mora: quæsitis reddita causa mihi est.
Vt populo [2] reditus pateant ad bella profecto,
Tota patet dempta ianua nostra sera.
Pace fores obdo, ne qua discedere possit.
Cæsareoque diu numine clausus ero.
Dixit: & attollens oculos diuersa tuentes,
Adspexit toto quicquid in orbe fuit.
Pax erat: & vestri, Germanice, causa triumphi
Tradiderat domitas iam tibi Rhenus aquas.
Iane fac æternos pacem, paciſque ministros:
Néue suum præsta deserat auctor opus.
Quod tamen ex ipsis licuit mihi dicere fastis:
Sacrauere patres hæc duo templa die.
Accepit Phœbo, nymphaque Coronide natum
Insula, diuidua quam premit amnis aqua.
Iupiter in parte est: cepit locus vnus vtrumque:
Iunctáque sunt magno templa nepotis auo.
Quis vetat & stellas, vt quæque, oritúrque, caditque,
Dicere? propositi pars fuit illa mei.
Felices animæ quibus hæc cognoscere primis,
Inque domos superas scandere, cura fuit.
Credibile est, illos pariter vitiisque iocisque
Altius humanis exseruisse caput.
Non Venus & vinum sublimia pectora fregit,
Officiumque fori, militiæve labor.
Nec leuis ambitio, perfusaque gloria fuco:
[3] Magnarúmque fames sollicitauit opum.
Admouere oculis distantia sidera nostris:
Ætheráque ingenio supposuere suo.
Sic petitur cælum, non, vt ferat Ossan Olympus,
Summáque Peliacus sydera tangat apex.
Nos quoque sub ducibus cælum metabimur illis:
Ponemúsque suos [4] ad vaga signa dies.
Ergo vbi nox aderis venturis tertia Nonis,
Sparsáque cælesti rore madebit humus,
Octipedis frustra quæruntur brachia Cancri:
Præceps occiduas ille subibit aquas.
Institerint imbres missi tibi nubibus atris,
Nonæ signa dabunt exoriente Lyra.
Quattuor adde dies ductis ex ordine Nonis:
Ianus Agonali luce piandus erit.
Nominis esse potest succinctus causa minister:
Hostia cælitibus quo feriente cadit.
Qui calido strictos tincturus sanguine cultros,
Semper agátne rogat: nec, nisi iussus, agit.
Pars putat hoc festum priscis Agnalia dictum,
Vna sit vt proprio litera dempta loco.
Pars, quia non veniant pecudes, sed agantur ab actis
Nomen agonalem credit habere diem.
An, quia prauisos in aqua timet hostia cultros,
A pecoris lux est ipsa notata metu?
Fas etiam fieri solitis ætate priorum
Nomina de ludis Græca tulisse diem,
Et prius antiquus dicebat Agonia sermo:
Veráque iudicio est vltima causa meo.
Vtq; ea non certa est: ita rex placare sacrorum
Numina lanigeræ coniuge debet ouis.
Victima, quæ dextra cecidit victrice, vocatur.
Hostibus à domitis hostia nomen habet.
Ante, deos homini quod conciliare valeret,
Far erat, & puri lucida mica salis.
Nondũ pertulerat lacrymatas cortice myrrhas
Acta per æquoreas hospita nauis aquas.
Thura nec Euphrates, nec miserat India costum:
Nec fuerant rubri cognita fila croci.
Ara dabat fumos herbis contenta Sabinis:
Et non exiguo laurus adusta sono.
Si quis erat, [1] factis prati de flore coronis,
Qui posset violas addere, diues erat.
Hic, qui nunc aperit percussi viscera tauri,
In sacris nullum cultor habebat opus.
Prima Ceres auidæ gauisa est sanguine porcæ
Vlta suas merita cæde nocentis opus.
Nam sata vere nouo teneris latentia succis
Eruta setigeræ comperit ore suis.
Sus dederat pœnas, exemplo territus huius
Palmite debueras abstinuisse caper.
Quem spectans aliquis dentes in vite prementem:
Talia non [2] tacito verba dolore dedit:
Rode caper vitem: tamen hinc, cùm stabis ad aram:
In tua quod spargi cornua possit, erit.
Verba fides sequitur: noxæ tibi deditus hostis
Spargitur affuso cornua, Bacche, mero.
Culpa sui nocuit: nocuit quoque culpa capellæ:
Quid bos? quid placidæ commeruistis oues?
Flebat Aristæus, quòd apes cum stirpe necatas
Viderat inceptos destituisse fauos.
Cærula quem genitrix ægrè solata dolentem.
Addidit hæc dictis vltima verba suis:
Siste puer lachrymas: Proteus tua damna leuabit:
Quóque modo repares quæ periere, dabit:
Decipiat ne te versis tamen ille figuris,
Impediant geminus vincula firma manus.
Peruenit ad vatem iuuenis: resolutáque somno
Alligat æquorei brachia capta senis.
Ille suam faciem [3] transformat, & alterat arte,
Mox domitus vinclis in sua membra redit.
Oráque cærulea tollens rorantia barba,

1 al. comperta. 2 al. pateat reditus.
3 al. magnarum ve.
4 al. ad stata signa.

1 al. fractis. al. floccis. al. plexis.
2 al. tacitè.
3 al. transmutat.

Qua, dixit, repares arte requiris apes?
Obrue mactati corpus tellure iuuenci:
Quod petis à nobis, obrutus ille dabit.
Iussa facit pastor: feruent examina putri
De boue: mille animas vna necata dedit.
Pauit ouis pratum: verbenas improba carpsit:
Quas pia Dis ruris ferre solebat anus.
Quid tuti superest? animam cùm ponat in aris
Lanigerúmque pecus: ruricolaq; boues?
Placat equo Persis radiis Hyperiona cinctum,
Ne detur celeri victima tarda deo.
Quæ semel est triplici pro virgine cæsa Dianæ,
Nunc quoque, pro nulla virgine, cerua cadit.
Exta canum vidi Triuiæ libare Sabæos:
Et quicunque tuas accolit Hæme niues.
Cæditur & rigido custodi ruris asellus.
Caussa pudenda quidem est, sed tamen apta deo.
Festa Corymbiferi celebrabat Græcia Bacchi:
Tertia quæ solito tempore bruma refert.
DI quoque cultores in idem venere Licæi:
Et quicunque loci non alienus erat.
Panes, & in Venerem Satyrorum prona iuuẽtus:
Quaq; colunt amnes, solaq; rura deæ.
Venerat & senior pando Silenus asello:
Qui rubroq; auidas inguine terret aues.
Dulcia qui dignum nemus in conuiuia nacti
Gramine vestitis accubuere toris.
Vina dabat Liber: tulerat sibi quisque coronam.
Miscendas largè riuus agebat aquas.
Naides effusis aliæ sine pectinis vsu,
Pars aderant positis arte, manuq; comis.
Illa super suras tunicam collecta ministrat:
Altera dissuto pectus aperta sinu.
Exserit hæc humerum: 2 vestes trahit illa per herbas.
Impediunt teneros vincula nulla pedes.
Hinc aliæ Satyris incendia mitia præbent:
Pars tibi, qui pinu tempora nexa geris.
Te quoque, inextinctæ Silene libidinis, vrunt:
Nequitia est, quæ te non sinit esse senem.
At ruber hortorum deus, & tutela Priapus
Omnibus ex illis Lotide captus erat.
Hanc cupit: hanc optat: sola suspirat in illa:
Signáque dat nutu: sollicitátque notis.
Fastus inest pulchris: sequiturq; superbia formã,
Irrisum vultu despicit illa suo.
Nox erat: & vino somnum faciente, iacebant
Corpora diuersis victa sopore locis.
Lotis in herbosa sub acernis vltima ramis,
3 Sicut erat lusu 4 fessa, quieuit humo.
Surgit amans: animámque tenens, vestigia furtim
Suspenso digitis fert taciturna gradu.
Vt tetigit niuea secreta cubilia nymphæ,
Ipse, sui flatus ne sonet aura, cauet.
Et iam finitima corpus librabat in herba:
Illa tamen multi plena soporis erat:
Gaudet: & à pedibus tracto velamine, vota
Ad sua felici cœperat ire via.
Ecce rudens rauco Sileni vector asellus
Intempestiuos edidit ore sonos.
Territa consurgit nymphe, manibúsque Priapum
Reiicit: & fugiens concitat omne nemus.
At deus obscena nimium quoque parte paratus
Omnibus ad lunæ lumina rijus erat.
Morte dedit pœnas auctor clamoris: & hæc est
Hellespontiaco victima grata deo,
Intactæ fueratis aues solatia ruris:
Assuetum siluis, innocuúmque genus:
Quæ facitis nidos, & plumis oua fouetis,
Et facili dulces editis ore sonos.
Sed nihil ista iuuant: quia linguæ crimẽ habetis:
Diq; putant mentes vos aperire suas.
Nec tamen hoc falsum. nam dis, vt proxima quæque est,
Nunc penna 1 veras, nunc datis ore notas.
Tuta diu volucrũ proles, tum denique cæsa est:
Iuuerúntque deos indicis exta sui.
Ergo sæpe suo coniux abducta marito
Vritur in calidis alba columba focis.
Nec defensa iuuant Capitolia, quo minus anser
Det iecur in lances Inachi 2 lauta tuas.
Nocte deæ noctis crista tus cæditur ales:
Quod tepidum vigili prouocet ore diem.
Interea Delphin clarum super æthera sidus
Tollitur: & patrijs exserit ora vadis.
POstera lux hyemem medio discrimine signat:
Æquaq; præterita, quæ superabit, erit.
PRoxima prospiciet Tithono Aurora relicto
Arcadiæ sacrum pontificale deæ.
Te quoque lux eadem, Turni soror, æde recepit,
Hic vbi virginea campus obitur aqua.
Vnde petam caussas horum, morémq; sacrorum?
Diriget in medio quis mea vela freto?
Ipsa mone, quæ nomen habes à carmine ductum:
Propositóque fave, ne tuus erret honor.
Orta prior Luna (de se creditur ipsi)
A magno tellus Arcade nomen habet.
Hinc fuit Euander: qui, quanquam clarus vtroq;
Nobilior sacra sanguine matris erat.
Quæ simul æthereos animo conceperat ignes:
Ore dabat pleno carmina vera dei.
Dixerat hæc nato motus instare, sibique,
Multáque præterea tempore nacta fidem.
Nam iuuenis, nimium vera cum matre, fugatus
Deserit Arcadiam, Parrhasiúmque larem.
Cui genitrix flenti, Fortuna viriliter, inquit,
Siste precor lacrymas, ista ferenda tibi est.
Sic erat in fatis: nec te tua culpa fugauit:
Sed deus 3 offenso pulsus es vrbe Deo.
Non meriti pœnam pateris, sed Numinis iram.
Est aliquid magnis crimen abesse malis.
Conscia mens vt cuique sua est, ita concipit intra
Pectora pro facto spemq;, metumq; suo.
Nec tamen, vt primus 4 mare malè talia passus,
Obruit ingentes ista procella viros.

a al. Quod. a al. in 3 al. sic vt 4 al. lassa.

1 al. vetitas. 2 al. vacca. 3 al. infenso.
4 al. mœres mala talia.

Passus

Passus idem est, Tyrijs qui quõdam pulsus ab oris
Cadmus in Aonia constitit exsul humo.
Passus idem Tydeus: & idem Pagasæus Iason:
Et quos præterea longa referre mora est.
Omne solum forti patria est, vt piscibus æquor:
Vt volucri, vacuo quicquid in orbe patet:
Nec fera tempestas toto tamen 1 *errat in anno:*
Et tibi, crede mihi, tempora veris erunt.
Vocibus Euander, & firmus mente parentis,
Naue secat fluctus: Hesperiamq; tenet.
Iamq; ratem doctæ monitu Carmẽtis in amnem
Egerat: & Tuscis obuius ibat aquis.
Fluminis illa latus, cui sunt 2 ada iuncta Tarẽti,
Adspicit, & solas per loca sola casas.
Vtq; erat immissis puppim stetit ante capillis:
Continuitque manum torua regentis iter.
Et procul in dextram tendens sua brachia ripã,
Pinea non sano ter pede texta ferit.
Neue daret saltum properans insistere ripæ.
Vix est Euandri, vixque retenta manu.
Diq; petitorum, dixit, saluete locorum:
Tuque nouos cælo, terra datura deos:
Fluminaq; & fontes, quib' vtitur hospita tellus:
Et nemorum nymphæ, Naiadumq; chori.
Este bonis auibus visi natoq; mihiq;:
Ripaq; felici tacta sit ista pede.
Fallor? an hi fient ingentia mœnia colles?
Iuraq; ab hac terra cetera terra petit?
Montibus his olim totus promittitur orbis.
Quis tantum fati 2 credet habere locum?
Et iam Dardaniæ tangent hæc littora pinus.
Hic quoque causa noui femina Martis erit.
Chare nepos, Palla, funesta quid induis arma?
Indue: non humili vindice cæsus eris.
Victa tamen vinces, euersaque Troia resurges.
Obruet hostiles ista ruina domos.
Vrite victrices Neptunia Pergama flammæ.
Nunc minor hic, toto est altior orbe cinis:
Iam pius Æneas sacra, & sacra altera patrem
Asseret, Iliacos accipe Vesta deos.
Tempus erit, quum vos, orbemq; tuebitur idem:
Et fient ipso sacra colente deo.
Et penes Augustos patriæ tutela manebit:
Hanc fas imperij frena tenere domum.
Inde nepos, natusq; dei, licet ipse recuset,
Pondera cœlesti mente paterna feret.
Vtq; ego perpetuis olim sacrabor in aris:
Sic Augusta nouum 3 Iulia nomen erit.
Talibus vt dictis nostros descendit in annos:
Substitit in medios præscia lingua sonos.
Puppibus egressus Latia stetit exsul in herba:
Felix, exsilium cui locus ille fuit.
Nec mora longa fuit, stabãt noua tecta, nec alter
Montibus Ausonijs Arcade maior erat.
Ecce boues illuc Erytheidas applicat heros
Emensus longi clauiger orbis iter.
Dumq; huic hospitium domus est Tegeæa: vagantur

1 al. horret. 2 al. credat. 3 al. Liuia.

Incustoditæ lætæ per arua boues.
Mane erat: excussus somno Tirynthius hospes
De numero tauros sensit abesse duos.
Nulla videt quærens taciti vestigia furti.
Traxerat auersos Cacus in antra ferox:
Cacus Auentinæ timor, atque infamia siluæ,
Non leue finitimis hospitibusq; malum.
Dira viro facies: vires pro corpore: corpus
Grande: pater monstri Mulciber huius erat.
Proq; domo, longis spelunca recessibus ingens
Abdita, vix ipsis inuenienda feris.
Ora super postes, affixaq; brachia pendent:
Squalidaq; humanis ossibus albet humus.
Seruata malè parte boum Ioue natus abibat.
Mugitum rauco furta dedêre sono.
Accipio, 1 reuocamur, ait: vocemq; secutus
Impia per siluas 2 victor ad antra venit.
Ille aditum fracti præstruxerat obice montis:
Vix iuga mouissent quinque bis illud onus.
Nititur hic humeris: cælum quoque sederat illis:
Et vastum motu collabefactat onus.
Quod simul euersũ est, fragor æthera terruit ipsũ
Ictaq; subsedit pondere mollis humus.
Prima mouet Cacus collata prœlia dextra:
Remq; ferox saxis, stipitibusq; gerit.
Queis vbi nil agitur, patrias malè fortis ad artes
Confugit: & flammas ore sonante vomit.
Quas quoties flatat, spirare Typhoea credas:
Et rapidum Ætnæo fulgur ab igne iacit.
Occupat Alcides: adductaq; claua trinodis
Ter quater aduersi sedit in ore viri.
Ille cadit: 3 mixtosq; vomit cum sanguine fumos:
Et lato moriens pectore plangit humum.
Immolat ex illis taurum tibi Iuppiter vnum
Victor: & Euandrum, ruricolasq; vocat.
Constituitq; sibi, qua maxima dicitur, aram,
Hic vbi pars vrbis de boue nomen habet.
Nec tacet Euandri mater, prope tempus adesse,
Hercule quo tellus sit satis vsa suo.
At felix vates, vt dis gratissima vixit:
Possidet hunc Iani sic dea mense diem.

IDibus in magni castus Iouis æde sacerdos
Semimaris flammis viscera libat ouis.
Redditáque est omnis populo prouincia nostro:
Et tuus Augusto nomine dictus auus.
Perlege dispositas cinerosa per atria ceras:
Contigerant nulli nomina tanta viro.
Africa victorem de se vocat: alter 4 Isauras,
Aut Cretum domitas teslificatur opes.
Hunc Numida faciunt, illum Messana superbum:
Ille Numantina traxit ab vrbe notam.
Et mortem, & nomen Druso Germania fecit:
Me miserum virtus quàm breuis illa fuit.
Si petat à victis, tot sumet nomina Cæsar,
Quot numero gentes maximus orbis 5 habet.
Ex vno quidam celebres, aut torquis adempti,

1 al. reuocamen. 2 al. vltor. 3 mixtáque vomit cum sanguine flammas.
4 al. Isaurum. 5 al. habeat.

Aut corui titulos auxiliaris habent.
Magne tuum nomen rerum est mensura tuarum.
Sed qui te vicit, nomine maior erat.
Nec gradus est Fabios supra cognominis vllus.
Illa domus meritis maxima dicta suis.
Sed tamē humanis celebrantur honoribus omnes,
Hic socium summo cum Ioue nomen habet.
Sancta vocant Augusta patres: Augusta vocātur
Templa sacerdotum rite dicata manu.
Huius & augurium dependet origine verbi:
Et quidcunque sua Iupiter auget ope.
Augeat imperium nostri ducis: augeat annos:
Protegat & nostras querna corona fores.
Auspicibusque deis tanti cognominis hæres
Omine suscipiat, quo pater, vrbis onus.

1 REspiciet Titan actas vbi tertius Idus?
Fient Parrhasiæ sacra relata deæ.
Nam prius Ausonias matres carpenta vehebant:
(Hæc quoque ab Euandri dicta parente reor.)
Mox honor eripitur, matronaq; destinat omnis
Ingratos nulla prole nouare viros.
Neue daret partus, ictu temeraria cæco
Viscera crescens excutiebat onus.
Corripuisse patres ausas immitia nuptas,
Ius tamen ereptum restituisse ferunt:
Binaque nunc pariter Tegeææ sacra parenti
Pro pueris fieri, virginibusque iubent.
Scortea non illi fas est inferre sacello:
Ne violent puros exanimata focos.
Siquis amas veteres ritus assiste precanti:
Nomina percipies non tibi nota prius.
Porrima placatur 2 Postuertáque siue sorores,
Siue fugæ comites, Manali diua, tuæ.
Altera, quod porro fuerat, cecinisse putatur:
Altera venturum postmodo quicquid erat.

CAndida te niueo posuit 3 lux proxima tēplo:
Qua fert sublimes alta Moneta gradus:
Nunc bene prospicies Latiam Cōcordia turbam:
Nunc te sacratæ constituere manus.
Furius antiquam populi superator Etrusci
Vouerat: & voti soluerat ille fidem.
Causa, quod à patribus sumptis secesserat armis
Vulgus: & ipsa suas Roma timebat opes.
Causa recens melior sparsos Germania crines
Porrigit auspiciis, dux venerande, tuis.
Inde triumphatæ libasti munera gentis:
Templaque fecisti, quam colis ipse, deæ.
Hæc tua constituit genitrix, & rebus, & ara,
Sola toro magni digna reperta Iouis.

HÆc vbi 4 transierint: Capricorno Phœbe relicto
Per iuuenis curres signa regentis aquas.

SEptimus hinc oriens cum se dimiserit vndis,
Fulgebit toto iam lyra nulla polo.

SIdere ab hoc, ignis, venienti nocte, Leonis
Qui micat in medio pectore, mersus erit.

1 al. Respiciat. 2 al. postuertaque. 3 al. nox. 4 al. transieris.

TEr quater euolui signantes tempora fastos:
Nec sementina est vlla reperta dies:
Cum mihi (sensit enim) lux hæc inciditur, inquit
Musa, quid à fastis non sinis sacra petis?
Vtque dies incerta sacris sic tempore certo
Seminibus iactis est vbi fetus ager,
State coronati plenum ad præsepe iuuenci:
Cum tepido vestrum vere redibit opus.
Rusticus emeritum palo suspendat aratrum:
Omne reformidat frigore vulnus humus.
Villice da requiem terræ sementeperactæ:
Da requiem, qui terram qui colueres, vris,
Pagus agat festum: pagum lustrate coloni:
Et date Paganis annua liba focis.
Placentur frugum matres Tellusq; Ceresq;
Farre suo grauidæ visceribusq; suis.
Officium commune Ceres & Terra tuentur.
Hæc præbet causam frugibus: illa locum.
Consortes operum per quas correcta vetustas:
Quernaq; glans victa est vtiliore cibo:
2 *Fructibus immensis auidos satiate colonos:*
Vt capiant cultus præmia digna sui.
Vos date perpetuos teneris sementibus auctus:
Nec noua per gelidas vsta sit herba niues.
Cum serimus: cœlum ventis aperite serenis.
Cum latet, ætherea spargite semen aqua.
Neue graues cultis cerealia dona, cauete,
Agmine læsuro depopulentur aues.
Vos quoque subiectis formicæ parcite granis:
Post messem præda copia maior erit.
Interea crescat scabræ rubiginis expers:
Nec vitio cœli palleat vlla seges.
Et neque deficiat mactis: neque vinguior æquo
Diuitijs pereat luxuriosa suis.
Et careant lolijs oculos vitiantibus agri:
Nec sterilis culto surgat auena solo.
Triticeos fetus passuraq; farra bis ignem,
Hordeaq; ingenti fenore reddat ager.
3 *Hæc ego pro vobis, hæc vos optate coloni*
Efficiatq; ratas vtraque diua preces.
Bella diu tenuere viros: erat aptior ensis
Vomere: cedebat taurus arator equo.
Sarcula cessabant: versique in pila ligones:
Factaque de rastri pondere cassis erat.
Gratia dis, domuique tuæ, religata catenis
Iam pridem vestro sub pelle bella iacent.
Sub iuga bos veniat: sub terras semen aratas:
Pax Cererem nutrit: pacis alumna Ceres.

AT qua venturas 4 præcedit sexta Kalendas:
Hæc sunt Ledeis templa dicata deis.
Fratribus illa dies fratres degente deorum
Circa Iuturnæ composuere lacus.
Ipsum nos carmen deduxit Pacis ad aram,
Hæc erit à mensis fine secunda dies.
Frondibus Actiacis comptos redimita capillos
Pax ades: & toto mitis in orbe mane.
Dum desint hostes: desit quoq; causa triumphi.
Tu ducibus bello gloria maior eris.

1 al. terrę, al. terris. 2 al Frugibus. 3 al. Hoc. 4 al. præcedet.

Sola

Sola gerat miles, quibus arma coerceat, arma:
Canteturque fera. nil sibi pompa tuba.
Horreat Æneadas & primus & vltimus orbis:
Siqua parum Romam terra timebit, amet.
Tura, sacerdotes, pacalibus addite flammis:
Albaque perfusa victima fronte cadat.
Vtq; domus quæ præstat eam, cum pace perennet,
Ad pia propensos vota rogate deos.
Sed iam prima mei pars est exacta laboris:
Cumque suo finem mense libellus habet.

FASTORVM LIB. II.

IAnus habet finē, cū carmine crescat & annus,
Alter vt it mensis, sic liber alter eat.
Nunc primum velis, elegi, maioribus itis:
Exiguum memini nuper eratis opus.
Ipse ego vos habui faciles in amore ministros,
Cum lusit numeris prima iuuenta suis.
Idem sacra cano signataque tempora fastis.
1 Et quis ad hæc illinc crederet esse viam?
Hæc mea militia est: ferim*, quæ possumus, arma:
Dextraque non omni munere nostra vacat.
Si mihi non valido torquentur pila lacerto:
Nec bellatoris terga premuntur equi:
Nec galea tegimur, nec acuto cingimur ense,
(His habilis telis quilibet esse potest)
At tua prosequimur studioso pectore Cæsar,
2 Nomina: per titulos ingredimurque tuos.
Ergo ades: & placido paulū mea munera vultu
Recipice, pacando siquid ab hoste vacas.

FEbrua Romani dixere piamina patres:
Nūc quoq; dant verbo plurima signa fidē.
Pontifices à Rege petunt, & flamine lanas:
Quis veterum lingua Februa nomen erat.
Quæque capit lictor domibus purgamina certis,
Turbida cum mica farra, vocantur idem.
Nomen idem ramo, qui cæsus ab arbore pura,
Casta sacerdotum tempora fronde tegit.
Ipse ego flammeam poscentem februa vidi:
Februa poscenti pinea virga data est.
Deniq; quodcūque est, quo corpora nostra piātur,
Hoc apud intonsos nomen habebat auos.
Mensis ab his dictus. secta quia pelle luperci
Omne solum lustrant: idque piamen habent.
Aut quia placatis sunt tempora pura sepulchris:
Tunc cum ferales preteriere dies.
Omne nefas, omnemque mali purgamine causſā
Credebant nostri tollere posse senes.
Gracia principium moris dedit, illa nocentes
Impia lustratos ponere facta putat.
Actoriden Peleus, ipsum quoque Pelea Phoci
Cæde per Hæmonias soluit Acastus aquas.
Vectam frenatis per inane draconibus Ægeus
Credulus immerita Phasida fauit ope.
Amphiaraides Naupactco Acheloo
Solue nefas dixit: soluit & ille nefas.
Ah nimum faciles, qui trīstia crimina cædis
Fluminea tolli posse putatis aqua.
Sed tamen (antiqui ne nescius ordinis erres)

1 al. Ecquis. 2 al. Numina. 3 al. sancta.

Primus, vt est Iani mensis & ante fuit.
Qui sequitur Ianum, veteris fuit vltimus anni.
Tu quoque sacrorum Termine finis eras.
Primus 1 erat Iani mensis quia Ianua prima est.
Qui sacer est imis manibus, imus erat.
Postmodo creduntur spatio distantia longo
Tempora bis quini continuasse viri.
PRincipio mensis Phrygiæ contermina matri
Sospita delubris dicitur aucta nouis.
Nunc vbi sint quæris, illis sacrata Kalendis
Templa Deæ, longa procubuere die.
Cætera ne simili caderent labefacta ruina,
Cauit sacrati prouida cura Ducis:
Sub quo delubris sentitur nulla senectus.
Nec satis est homines: obligat ille deos.
Templorum positor, templorum sancte repertor,
Sit superis, opto, mutua cura tui.
Dent tibi cœlestes, quos tu cœlestibus annos:
Proque tua maneant in statione domo.
Tunc quoque vicini lucus celebratur Auerni:
Qua petit æquoreas aduena Tibris aquas.
Ad penetrale Numæ, Capitoliumque tonantem,
Inque Iouis summi cæditur arce bidens.
Sæpe graues pluuias adopertus nubibus æther
Concitat: aut posita sub niue terra latet.
PRoximus Hesperias Titā abiturus in vndas,
Gemmea purpureis cum iuga demet equis,
Illa nocte aliquis, tollens ad sidera vultum
Dicet, vbi est hodie, quæ Lyra fulsit heri?
Dūque Lyrā 3 quærit, medii quoque terga Leonis,
In liquidas subito mersa notabit aquas.
QVem modo celatū stellis Delphina videbas,
Is fugiet visus nocte sequente tuos.
Seu fuit occultis felix in amoribus index:
Lesbida cum domino seu tulit ille lyram.
Quod mare non nouit: quæ nescit Ariona tellus?
Carmine currentes ille tenebat aquas.
Sæpe sequens agnam, lupus est à voce retentus:
Sæpe auidum fugiens restitit agna lupum:
Sæpe canes, leporesque, 4 vna iacuere sub vmbra:
Et stetit in saxo proxima cerua lea,
Et sine lite, loquax, cum Palladis alite, cornix
Sedit: & accipitri iuncta columba fuit.
Cynthia sæpe tuis fertur, vocalis Arion,
Tanquam fraternis, obstupuisse modis.
Nomen Arionium Siculas impleuerat vrbes:
Captaque erat lyricis Ausonis ora sonis.
Inde domum repetens puppim conscendit Arion:
Atque ita quæsitas arte ferebat opes.
Forsitan infelix, ventos, vndasque timebas:
At tibi naue tua tutius æquor erat.
Namque gubernator districto constitit ense,
Cæteraque armata conscia turba manu.
Quid tibi cū gladio? dubiū rege nauita puppim,
Non hæc sunt digitis arma tenenda tuis.
Ille metu pauidus, Mortem non deprecor, inquit:
Sed liceat sumpta pauca referre lyra.
Dāt veniam ridentque moram. capit ille coronā:

1 al. enim. 2 al. sibi. 3 al. quæret.
4 al vmbra.

Quæ posſit crines Phœbe, dicere tuos.
Induerat Tyrio diſtinctam murice pallam
Reddidit iſta ſuos pollice chorda ſonos.
Flebilibus numeris veluti, canentia dura
Traiectus penna tempora, cantat olor.
Protinus in medias ornatus deſilit vndas.
Spargitur impulſa cærula puppis aqua.
Inde (fide maius) tergo delphina recuruo
Se, memorant, oneri ſuppoſuiſſe nouo.
Ille ſedet: citharamque tenet: pretiumque vehēdi
Cantat: & æquoreas carmine mulcet aquas.
Dî pia facta vident: aſtris delphina recepit
Iupiter & ſtellas iuſſit habere nouem.
NVnc mihi mille ſonos, quoque eſt memoratus Achilles,
Vellem, Mæonide, pectus ineſſe tuum.
Dum canimus ſacras alterno pectine Nonas
Maximus 2 his faſtis accumulatur honos.
Deficit ingenium: maioraque viribus vrgent:
Hæc mihi præcipuo eſt ore canenda die.
Quid volui demens elegis imponere tantum
Ponderis? heroi res erat iſta pedis.
Sancte pater patri æ tibi plebs, tibi curia nomen
Hoc dedit: hoc dedimus nos tibi nomen eques.
Res tamen ante dedit: ſero quoque vera tuliſti
Nomina iam pridem tu pater orbis eras.
Hoc tu per terras, quod in æthere Iupiter alto,
Nomen habes: hominum tu pater, ille deûm.
Romule 3 concedes: facit hic tua magna tuendo
Mœnia: tu dederas tranſilienda Remo.
Te Tatius, paruique Cures, Cæninaque ſenſit:
Hoc duce Romanum eſt ſolis vtrumque latus.
Tu breue neſcio quid victæ telluris habebas:
Quodcumque eſt alto ſub Ioue, Cæſar habet.
Tu rapis, hic caſtas duce ſe iubet eſſe maritas.
Tu recipis luco: reppulit ille nefas.
Vis tibi grata fuit: florent ſub Cæſare leges.
Tu Domini nomen, Principis ille tenet:
Te Remus incuſat, veniam dedit hoſtibus ille,
Cæleſtem fecit te pater, ille patrem.
IAm puer Idæus media tenus eminet alno:
Et liquidas mixto nectare fundit aquas.
En etiam, ſiquis boream horrere ſolebat:
Gaudeat à zephyris mitior aura venit.
QVint⁹ ab æquoreis nitidū iubar extulit vnda
Lucifer: & primi tēpora veris erunt. (dis
Ne fallare tamen: reſtant tibi frigora, reſtant,
Magnáque diſcedens ſigna relinquet hiems.
TErtia nox veniet, cuſtodem protinus Vrſæ
4 Adſpicies geminos exſeruiſſe pedes.
Inter Hamadryadas, iaculatricemque Dianam
Caliſto ſacri pars fuit vna chori.
Illa deæ tangens arcus, Quos tangimus, arcus,
Eſte meæ teſtes virginitatis, ait.
Cynthia laudauit, Promiſſaque fœdera ſerua,
Et comitum princeps tu mihi, dixit, eris.
Fœdera ſeruaſſet, ſi non formoſa fuiſſet.
Cauit mortales, & de Ioue crimen habet.

5 al. poſſet. 2 al. hinc 3 al. concedas.
4 al. Accipies gemmos. 5 al. à.

Mille feras Phœbe ſiluis venata redibat,
Aut plus, aut medium ſole tenente diem.
Vt tetigit lucum (denſa niger ilice lucus,
In medio gelidæ fons erat altus aquæ)
Hic, ait, in ſilua, virgo Tegeæa, lauemur.
Erubuit falſo virginis illa ſono.
Dixerat & nymphis, nymphæ velamina ponunt.
Hanc pudet: & tardæ dat mala ſigna moræ.
Exuerat tunicas: vteri manifeſta tumore,
Proditur indicio ponderis ipſa ſui.
Cui Dea, Virgineos peritura Lycaoni cœtus
Deſere, nec caſtas pollue, dixit, aquas.
Luna nouum decies implerat cornibus orbem:
Quæ fuerat virgo credita: mater erat.
Læſa fuit Iuno: formam mutátque puellæ.
Quid facis? nuito eſt pectore paſſa Iouem.
Vtque fera vidit turpes in pellice vultus:
Huius in amplexus Iupiter, inquit, eat:
Vrſa per incultos errabat ſquallida montes:
Quæ fuerat ſummo nuper amata Ioui.
Iam tria luſtra puer furto conceptus agebat:
Cum mater nato eſt obuia facta ſuo,
Illa quidem, tanquam cogneſceret, adſtitit amēs,
Et gemuit gemitus verba parentis erant.
Hanc puer ignarus iaculo fixiſſet acuto:
Ni foret in ſuperas raptus vterque domos.
Signa propinqua micant. prior eſt, quam dicimus Arcton,
Arctophylax formam terga ſequentis habet.
Sæuit adhuc, cæſamque adiit Saturnia Tethyn,
Mænaliam tactis ne lauet Arcton aquis.
IDibus agreſtis fumant altaria Fauni
Hic, vbi diſcretas inſula rumpit aquas.
Hæc fuit illa dies, in qua Veientibus 1 armis
Ter centum Fabij, ter cecidere duo:
Vna domus vires, & onus ſuſceperat vrbis:
Sumunt gentiles arma profeſſa manus.
Egreditur caſtris miles generoſus ab iiſdem,
E quis dux fieri quilibet aptus erat.
Carmentis porta dextra eſt via proxima Iano:
Ire per hanc noli, quiſquis es: omen habet.
Illa fama refert Fabios exiſſe trecentos:
Porta vacat culpa, ſed tamen omen habet.
Vt celeri paſſu Cremeram tetigere rapacem,
(Turbidus hibernis ille fluebat aquis)
Caſtra loco ponunt, diſtrictis enſibus ipſi
Tyrrhenum valido Marte per agmen eunt.
Non aliter, quàm cum Libyca 2 de gente leones
Inuadunt ſparſos lata per arua greges.
Diffugiunt hoſtes, inhoneſtaque vulnera tergo
Accipiunt, Thuſco ſanguine terra rubet.
Sic iterum ſic ſæpe cadunt vbi vincere aperte
Non datur, inſidias armáque tecta parant.
Campus erat, campi claudebant vltima colles:
Siluáque montanas occulere apta feras.
In medio paucos, armentaque rara relinquunt.
Cætera virgultis abdita turba latet.
Ecce, velut torrens vndis pluuialibus auctus,
Aut niue, quæ zephyro victa tepente fluit,

6 al. aruis. 2 al. rupe.

Per

Per sata, perq; vias fertur, nec, vt ante solebat
Riparum clausas margine finit aquas.
Sic Fabij vallem latis discursibus implent,
Quodq; vident sternunt, nec metus alter inest.
Quo ruitis generosa domus? male creditur hosti,
Simplex nobilitas perfida tela caue.
Fraude perit virtus. in apertos vndiq; campos
Prosiliunt hostes, & latus omne tenent.
Quid faciant pauci contra tot millia fortes?
Quidue quod in misero tempore restet, adest?
Sicut per longe silu[is] latratibus actus
Fulmineo celeres dissipat ore canes?
Mox tamen ipse perit: sic non moriuntur inulti:
Vulneraque alterna dantq; feruntq; manu.
Vna dies Fabios ad bellum miserat omnes:
Ad bellum missos perdidit vna dies.
Vt tamen Herculeæ superessent semina gentis:
Credibile est ipsos consuluisse deos.
Nam puer impubes & adhuc non vtilis armis
Vnus de Fabia gente relictus erat.
Scilicet vt posses olim, tu maxime, nasci:
Cui res cunctando restituenda foret.

CONtinuata loco tria sidera, Corv[s], & Anguis,
Et medius Crater inter vtrumq; latet.
Idibus illa latent. oriuntur nocte sequenti.
Quæ tibi cur tria sint tam sociata canam.
Forte Ioui Phœbus festum solemne parabat:
(Non faciet longas fabula nostra moras)
I mea, dixit, auis: ne quid pia sacra moretur:
Et tenuem [3] viuis fontibus affer aquam.
Coruus inauratum pedibus cratera recuruis
Tollit: & aereum peruolat altus iter.
Stabat adhuc duris ficus densissima pomis:
Tentat eam rostro, non erat apta legi.
Immemor imperij sedisse sub arbore fertur:
Dum fierent tarda dulcia poma mora.
Iamq; satur nigris longum rapit vnguibus hydrũ:
Ad dominumq; redit: fictaq; verba refert:
Hic mihi causa moræ viuarum obsessor aquarũ.
Hic tenuit fontes officiumq; meum.
Addis, ait, culpæ mendacia, Phœbus? & audes
Fatidicum verbis fallere velle deum?
At tibi dum lactens hærebit in arbore ficus.
De nullo gelida fonte [4] bibentur aquæ.
Dixit: & antiqui monumenta perennia facti
Anguis auis crater sidera iuncta micant.

TErtia post Idus nudos aurora Lupercos
Adspicit. & Fauni sacra bicornis erunt.
Dicite Pierides sacrorum quæ sit origo:
Attigerint Latias vnde petita domos.
Pana deum pecoris veteres coluisse feruntur
Arcades: Arcadiis plurimus ille iugis.
Testis erit Pholoe: testes Stymphalides vndæ:
Quiq; citis Ladon in mare currit aquis:
Cinctaq; pinetis nemoris iuga Nonagrini.
Altaq; Trœzene, Parrhasiaq; niues.
Pan erat armenti. Pan illic numen. [5] aquarum
Munus ob incolumes ille ferebat oues.

1 al. quosque. 2 al. immanibus. 3 al. è viuis. 4 al. bibantur. 5 al. equarum.

Transtulit Euander siluestria numina secum.
Hic, vbi nunc vrbs est tunc locus vrbis erat.
Inde deum colimus, deuectaque sacra Pelasgis,
Flamen adhæc prisco more dialis erat.
Cur igitur currant: & cur si currere mos est,
Nuda ferant posita corpora veste, rogas?
Ipse Deus velox discurrere gaudet in altis
Montibus: & subitas concitat ipse [1] fugas.
Ipse deus nudus, nudos iubet ire ministros:
Nec satis ad cursus commoda vestis erat.
Ante Iouem genitum terras habuisse feruntur
Arcades: & luna gens prior illa fuit.
Vita feris similis nullos agitata per vsus:
Artis adhuc expers & rude vulgus erat.
Pro domibus frondes norant: pro frugibus herbas:
Nectar erat palmis hausta duabus aqua:
Nullus anhelabat sub adunco vomere taurus:
Nulla sub imperio terra colentis erat:
Nullus adhuc erat vsus equi: se quisque ferebat:
Ibat ouis lana corpus amicta sua.
Sub Ioue durabant: & corpora nuda gerebant
Docta graues imbres & tolerare notos.
Nunc quoque detecti referiũt monimenta vetusti
Moris, & antiquas testificantur opes.
Sed, cur præcipuè fugiat velamina Faunus:
Traditur antiqui fabula plena ioci.
Forte comes domina iuuenis Tirynthius ibat:
Vidit ab excelso Faunus vtrumque iugo.
Vidit: & incaluit montanaque numina dixit,
Nil mihi vobiscum est: hæc metus ardor erit.
Ibat odoratis humeros perfusa capillis
Mæonis aurato conspicienda sinu.
Aurea pellebant tepidos vmbracula soles:
Quæ tamen Herculeæ sustinuere manus.
Iam Bacchi nemus & Tmoli vineta tenebat:
Hesperus & fusco roscidus ibat equo.
Antra subit tofis laqueata, & pumice viuo
Garrulus in primo limine riuus erat.
Dumque parant epulas potandaq; vina ministri:
Cultibus Alciden [2] induit illa suis.
Dat tenues tunicas Gætulo murice tinctas:
Dat teretem zonam: qua modo cincta fuit.
Ventre minor zona est: tunicarũ vincla relaxat.
Vt posset magnas exseruisse manus.
Fregerat armillas non illa ad brachia factas:
Scindebant magni vincula parua pedes.
Ipsa capit clauamque grauem, spoliũque leonis:
Conditaque in pharetra tela minora sua.
Sic epulis functi: sic dant sua corpora somno:
Et positis iuxta secubuere toris.
Caussa repertori vitis quia sacra parabant:
Quæ facerent pure, cum foret orta dies.
Noctis erat mediũ (quid nõ amor improbus audet?)
Roscida per tenebras Faunus ad antra venit.
Vtque videt comites somno, vinoque solutos:
Spem capit in dominis esse soporis idem.
Intrat: & huc, illuc temerarius errat adulter:
Et præfert cautas, subsequiturque, manus.

1 al. feras. 2 al. loco. 3 al. instruit.

Venerat ad strati captata cubilia lecti:
Et felix prima sorte futurus erat.
Vt tetigit fului setis hirsuta leonis
Vellera: pertimuit, sustinuitq; [1] manus:
Attonitusq; metu rediit: ceu saepe viator
Turbatum viso rettulit angue pedem.
Inde tori, qui iunctus erat, velamina tangit
Mollia: mendaci decipiturq; nota.
Adscendit: spondaq; sibi propiore recumbit:
Et tumidum cornu durius inguen erat.
Interea tunicas ora subducit ab ima:
Horrebant densis asperа crura pilis.
Cetera tentantem cubito Tirynthius heros
Reppulit: è summo decidit ille toro.
Fit sonus, inclamat comites: & lumina poscit
Maonis. illatis ignibus acta patent.
Ille gemit lecto grauiter deiectus ab alto:
Membraq; de dura vix sua tollit humo.
Ridet & Alcides, & qui videre iacentem:
Ridet amatorem Lyda puella suum.
Veste deus lusus, fallentes lumina vestes
Non amat: & nudos ad sua sacra vocat.
Adde peregrinis caussas mea Musa, Latinas:
Inq; suo noster puluere currat equus.
Cornipedi Fauno cesa de more capella
Venit ad exiguas turba vocata dapes.
Dumq; sacerdotes veribus transfuta salignis
Exta parant, medias sole tenente vias;
Romulus & frater pastoraliq; iuuentus
Solibus & campo corpora nuda dabant.
Caestibus, & iaculis, & misso pondere saxi
Brachia per lusus experienda dabant.
Pastor ab excelso, per deuia rura iuuencos,
Romule praedones, & Reme, dixit, agunt.
Longum erat armari. diuersi exit vterq;
Partibus. [2] occursu praeda recepta Remi est,
Vt rediit: veribus stridentia detrahit exta:
Atq; ait, hac certe non nisi victor edet.
Dicta facit: Fabiiq; simul: venit irritus illuc
Romulus: & mensas, ossaq; nuda videt.
Risit: & indoluit Fabios potuisse Remumq;
Vincere, Quintilios non potuisse suos.
Fama manet facti, posito velamine currunt:
Et memorem famam qui bene gessit, habet.
Forsitan & quaeras cur sit locus ille Lupercal:
Quaeue [3] diem tali nomine caussa notet.
Siluia Vestalis caelestia semina partu
Ediderat paruo regna tenente suo,
Is iubet auferri paruos, & in amne necari.
Quid facit, ex illis Romulus alter erit.
Iussa recusantes peragunt lacrymosa ministri,
Flent tamen & geminos in loca iussa ferunt.
Albula quē Tiberim mersus Tiberinus in vndis
Reddidit, hibernis forte tumebat aquis.
Hic, vbi nunc fora sunt lintres errare videres:
Quaq; iacent valles, Maxime circe, tua.
Huc vbi venerunt (neq; enim procedere possunt
Longius) ex illis vnus, & alter ait,

1 al. manum. 2 al. accursa.
3 al. locum.

Ah quàm sunt similes! ah quàm formosus vterq;!
Plus tamen ex istis iste vigoris habet.
Si genus arguitur vultu, nisi fallit imago,
Nescio quem è vobis suspicor esse deum.
At si quis vestra deus esset originis auctor,
In tam praecipiti tempore ferret opem.
Ferret opem certè, si non ope, mater, egeret,
Quae facta est vno mater & orba die.
Nata simul, moritura simul, simul ite sub vndas
Corpora. desierat, deposuitque sinu.
Vagierant ambo pariter, sensisse putares.
Hi redeunt vdis in sua tecta genis.
Sustinet impositos summa cauus aleuus vnda.
1 Heu quantum fati parua tabella tulit.
Alueus in limo siluis appulsus opacis
Paulatim fluuio deficiente sedet.
Arbor erat, remanent vestigia, queque vocatur
Romula nunc ficus: Rumina ficus erat.
Venit ad expositos (mirum) lupa feta gemellos.
Quis credat pueris non nocuisse feram? (erit
Nō nocuisse parū est, prodest quoq; quos lupa nu-
Perdere cognata sustinuere manus.
Constitit: & cauda teneris blanditur alumnis
2 Et fingit lingua corpora bina sua.
Marte satos scires, timor abfuit: vbera ducunt:
Nec sibi promissa lactis aluntur ope.
Illa loco nomen fecit: locus ille Lupercis.
Magna dati nutrix praemia lactis habet.
3 Quid vetat Arcadio dictos à monte Lupercos?
Faunus in Arcadia templa Lyceus habet.
Nupta quid expectas? non tu pollentibus herbis,
Nec prece, nec magico carmine mater eris.
Excipe facundа patienter verbera dextra:
Iam socer optatum nomen habebit aui.
Nam fuit illa dies, dura cum sorte marita
Reddebant vteri pignora rara sui.
Quid mihi clamabat, prodest rapuisse Sabinas,
Romulus (hoc illo sceptra tenente fuit:)
Si mea non vires, sed bellum iniuria fecit,
Vtilius fuerat non habuisse murus.
Monte sub Esquilio multis 4 inciduus annis
Iunonis magnа nomine lucus erat.
Huc vbi venerunt, pariter nuptaque, virique
Suppliciter posito procubuere genu.
Cum subito motа tremuere cacumina siluа,
Et dea per lucos mira locuta suos.
Italidas matres, inquit, sacer hircus inito.
Obstupuit dubio territa turba sono.
Augur erat, nomen longis intercidit annis.
Nuper ab Etrusca venerat exsul humo.
Ille caprum mactat, iussa sua terga puellа
Pellibus 5 exsectis percutienda dabant.
Luna resumebat decimo noua cornua mense:
Virque pater subito, nuptaque mater erat.
Gratia Lucinа dedit hac tibi nomina lucus:
Aut quia principium tu Dea lucis habes.
Parce precor grauidis: facilis Lucina puellis:
Maturumque vtero molliter aufer onus.

1 al. Ah. 2 al. lingit. 3 al. Quos. 4 al. incæduus. 5 al. exemtis.

Orta

ORta dies fuerat: tu desine credere ventis:
Perdidit illius temporis aura fidem.
Flamina non constant: & sex reserata diebus
Carceris Æolij ianua lata patet.
IAm leuis obliqua subsedit Aquarius vrna.
Proximus ex hereos excipe, Pisces, equos.
Te memorant fratremq; tuum (nã iũcta micatis
Signa) duos tergo sustinuisse deos.
Terribilem quondam fugiens Typhona Dione
Tunc, cum pro cœlo Iupiter arma tulit:
Venit ad Euphratem comitata Cupidine paruo:
Inq; Palæstinæ margine sedit aquæ.
Populus, & cannæ riparum summa tenebant:
Spémq; dabant salices hos quoque posse tegi.
Dum latet: insonuit vento nemus. illa timore
Pallet: & hostiles credit adesse manus.
Vtq; sinu tenuit natum. Succurrite nymphæ,
Et dis auxilium ferte duobus, ait.
Nec mora, prosiluit: pisces subiere gemelli:
Pro quo nunc, cernis sidera numen habent.
Inde nefas ducunt genus hoc imponere mensis,
Ne violent timidi piscibus ora, Syri.
PRoxima lux vacua est. At tertia dicta Quiri
Qui tenet hoc nomẽ Romulus ante fuit. (no
Siue quod hasta [1] quiris prisci est dicta Sabinis:
Bellicus à telo venit in astra deus.
Siue suo regi nomen posuere Quirites.
Seu quia Romanis iunxerat ille Cures.
Nã pater armipotẽs postquã noua mœnia vidit,
Multaq; Romulea bella peracta manu:
Iupiter, inquit, habet Romana potentia vires:
Sanguinis officio non eget illa mei.
Redde patri natum: quamuis intercidit alter:
Pro se, proq; Remo, qui mihi restat, erit.
Vnus erit, quem tu tolles in [2] cærula cæli:
Tu mihi dixisti: sint rata dicta Iouis.
Iupiter annuerat: nutu tremefactus vterque
Est polus: & cæli pondera mouit Atlas.
Est locus: antiqui Capreæ dixere paludem:
Forte tuis illic, Romule iura dabas.
Sol fugit, & remouent subeuntia nubila cælum:
Et grauis effusis decidit imber aquis.
Hinc tonat, hinc missis abripitur ignibus æther:
Fit fuga. Rex patrias astra petebat equis.
Lucius erat: falsaq; patres in crimine cædis:
Hæsissetq; animis forsitan illa fides.
Sed procul è Longa veniebat Iulius Alba:
Lunaq; fulgebat: nec satis vsus erat.
Cum subito motu sepes tremuere, sinistræ:
Rettulit ille gradus: horruerantq; comæ.
Pulcher, & humano maior, trabeaq; decorus
Romulus in media visus adesse via:
Et dixisse simul, Prohibe lugere Quirites:
Ne violent lacrymis numina nostra suis.
Tura ferant: placentq; nouũ pia turba Quirinũ:
Et patrias artes militiamq; colant.
Iussit: & in tenues oculis euanuit auras.
Conuocat hic [3] populos: iussaq; verba refert.
Templa Deo fiunt: collis quoq; dictus ab illo est:
Et referunt certi sacra paterna dies.
Lux quoque cur eadem stultorum festa vocetur,
Accipe: parua quidẽ caussa, sed apta subest.
Non habuit doctos tellus antiqua colonos:
Lassabant agiles aspera bella viros.
Plus erat in gladio, quàm curuo laudis aratro:
Neglectus domino pauca ferebat ager.
Farra tamen veteres iaciebant: farra metebant:
Primitias Cereri farra resecta dabant.
Vsibus admoniti flammis torrenda dederunt:
Multaq; peccato damna tulere suo.
Nam modo verrebant nigras pro farre fauillas:
Nunc ipsas ignes corripuere casas.
Facta dea est fornax: læti Fornace coloni
Orant, vt fruges temperet illa suas.
Curio legitimis tunc Fornacalia verbis
Maximus indicit: nec stata sacra facit.
Inq; foro multa circum pendente tabella
Signatur certa curia quæque nota.
Stultaq; pars populi quæ sit sua curia nescit:
Sed facit extrema sacra relicta die.
ESt honor & tumulis animas placare paternas
Paruaq; in extructas munera ferre pyras.
Parua petunt manes. pietas pro diuite grata est,
Munere non auidos Styx habet ima deos.
Tegula porrectis satis est velata coronis:
Et sparsæ fruges paruaq; mica salis,
Inq; mero mollita Ceres: violæque solutæ:
Hæc habeat media testa relicta via.
Nec maiora veto: sed & his placabilis vmbra est,
Adde preces positus & sua verba focis.
Hunc morem Æneas pietatis idoneus auctor
Attulit in terras, iuste Latine, tuas.
Ille patris Genio sollemnia dona ferebat:
Hinc populi ritus edidicere nouos.
[1] At quondam, dũ longa gerũt pugnacibus armis
Bella parentales deseruere dies.
Non impune fuit: nam dicitur omine ab isto
Roma suburbanis intaluisse rogis.
Vix equidem credo. bustis exisse feruntur,
Et tacitæ questi tempore nocte animæ.
Perq; vias vrbis, latosq; vlulasse per agros
Deformes animas vulgus inane ferunt.
Post ea prætereunt tumulis reddunturque honores:
Prodigitsque venit. funeribúsque modus.
Dum tamen hæc fient, vidua cessate puellæ:
Expectet puros pinea teda dies.
Nec tibi quæ cupidæ matura videbere matri,
Comat virgineas hasta recurua comas.
Conde tuas Hymenæe faces: & ab ignibus atris
Aufer, habent alias mæsta sepulchra faces.
Di quoque templorum foribus cælentur opertis,
Ture vacent aræ: stentque sine igne loci.
Nunc animæ tenues & corpora functa sepulcris
Errant: nunc posito pascitur vmbra cibo.
Nec tamẽ hoc vltra, quàm quũ de mẽse supersunt
Luciferi: quot habent carmina nostra pedes.
Hanc, quia iusta ferunt, dixere Feralia lucem:
Vltima placandis Manibus illa dies.

a al. curis. 2 al. sydera. 3 al. patres.
1 al. Et. 2 al. fiunt.

Ecce anus in medijs residens annosa puellis
Sacra facit Tacitæ. [1] nec tamen ipsa tacet.
Et digitis tria tura tribus sub limine ponit:
Quæ brevis occultum mus sibi fecit iter.
Tunc cantata tenet cum fusco licia plumbo:
Et septem nigras versat in ore fabas.
Quodq; pice adstrinxit, quod acu traiecit ahena,
Objectum menta torret in igne caput.
Vina quoq; instillat: vini quodcunque relictū est,
Aut ipsa aut comites, plus tamen ipsa bibit.
Hostiles linguas, inimicaq; vinximus ora,
Dicit discedens: ebriaq; exit anus.
Protinus à nobis, quæ sit dea Muta, requires.
Disce per antiquos quæ mihi nota senes.
Iupiter immodico Iuturnæ victus amore
Multa tulit, tanto non patienda deo.
Illa modo in siluis inter corileta iacebat:
Nunc in cognatas [2] desiliebat aquas.
Conuocat hic Nymphas Latiũ quæcũq; tenebãt:
Et iacit in medio talia verba choro.
Inuidet ipsa sibi: vitatq; quod expedit illi,
Vestra soror, summo [3] concubuisse deo.
Cõsulite ambobus: nã quæ mea magna voluptas:
Vtilitas vestræ magna sororis erit.
Vos illi in prima fugienti obsistite ripa:
Ne sua fluminea corpora mergat aqua.
Dixerat: annuerãt Nymphæ Tiberinides omnes:
Quæq; colunt thalamos, Ilia diua tuos.
Forte fuit Nais Lar nomine: prima sed illi
Dicta bis antiquum syllaba, nomen erat
Ex vitio positum. sæpe illi dixerat Almo,
Nata tene linguam: nec tamen illa tenet.
Quæ simulac tetigit Iuturnæ stagna sororis,
Effuge, ait, ripas dicta referq; Iouis.
Illa etiam Iunonem adijt: miseratq; nuptas,
Naida Iuturnam vir tuus, inquit, amat.
Iupiter intumuit, quaque est non vsa modestè,
Eripit huic linguam: Mercuriúmque vocat:
Duc hanc ad manes: locus ille silentibus aptus:
Nympha, sed infernæ nympha paludis, erit.
Iussa Iouis fiunt. accepit lucus euntes.
Dicitur illa duci tum placuisse suo.
Vim parat hic. vultu pro verbis illa precatur:
Et frustra muto nititur ore loqui:
Fitque grauis, geminósque parit: qui compita seruant,
Et vigilant nostra semper in æde Lares.

PRoxima cognati dixere Charistia cari:
Et venit ad socios turba propinqua deos.
Scilicet à tumulis: & qui periere propinquis
Protinus ad viuos ora referre iuuat.
Postq; tot amissos, quidquid de sanguine restat,
Adspicere, & generis dinumerare gradus.
Innocui veniant, procul hinc procul impius esto
Frater, & in partus mater acerba suos:
Cui pater est viuax, qui matris digerit annos.
Quæ premit inuisam socrus iniqua nurum.

1 al. non tamen. 2 al. dissiliebat.
3 al. tangere membra Deo. 4 al. nuptum.
5 al. orbe.

Tantalidæ fratres absint, & Iasonis vxor,
Et quæ ruricolis femina tosta dedit,
Et soror, & Progne, Tereusq; duabus iniquus,
Et quicumque suas per scelus auget opes.
Dis generis date tura boni: concordia fertur
[1] Illa præcipue mitis adesse die.
Et libate dapes, vt grati pignus amoris:
Nutriat intinctos missa patella cibos.
Iãq; vbi suadebit placidos nox humida somnos:
Larga precaturi sumite vina manu.
Et bene vos, bene tu patriæ pater optime Cæsar,
Dicite suffuso per sacra verba mero.

NOx vbi transierit, solito celebretur honore,
Separat indicio qui deus [2] arua suo.
Termine siue lapis siue es defossus in agro
Stipes, ab antiquis tu quoque nomen habes.
Te duo diuersa domini de parte coronant:
Binaq; certa tibi, binaq; dona ferunt.
Ara fit: hic ignem curto fert rustica testu
Sumptum de tepidis ipsa colona focis:
Ligna senex minuit: concisaq; construit altè:
Et solida ramos figere pugnat humo.
Tum sicco primas irritat cortice flammas:
Stat puer & manibus lata canistra tenet.
Inde vbi ter fruges medios immisit in ignes:
Porrigit incisos filia parua fauos.
Vina tenent alij: libantur singula flammis,
Spectant, & linguis candida turba fauent.
Spargitur & cæso communis terminus agno:
Nec queritur, lactans cùm sibi porca datur:
Conueniunt, celebrantq; dapes vicinia [3] simplex,
Et cantant laudes, Termine sancte, tuas.
Tu populos. vrbesq; & regna ingentia finis:
Omnis erit sine te litigiosus ager.
Nulla tibi ambitio est, nullo corrumperis auro,
Legitima seruas credita rura fide.
Si tu signasses olim Thyreatida terram,
Corpora non letho missa trecenta forent.
Nec foret [4] Otryades congestis tectus in armis.
O quantum patriæ sanguinis ille dedit!
Quid noua cum fierent Capitolia? nempe deorum
Cuncta Ioui cessit turba locumq; dedit.
Terminus (vt memorant veteres) inuentus in æde
Restitit, & magno cum Ioue templa tenet.
Nunc quoq; se supra nequid nisi sidera cernat,
Exiguum templi tecta foramen habent.
Termine post illud leuitas tibi libera non est,
Qua positus fueris in statione mane.
Nec tu vicino quicquam concede roganti,
Ne videare hominem præposuisse Ioui.
Et seu vomeribus, seu tu pulsabere rastris,
Clamato, tuus est hic ager, ille [5] tuus.
Est via, quæ populum Laurentes ducit in agros,
Quondam Dardanio regna petita duci.
Illa lanigeri pecoris tibi, Termine fibris
Sacra videt fieri sextus ab vrbe lapis.
Gentibus est aliis tellus data limite certo,
Romanæ spatium est vrbis & orbis idem.

1 al. Illo. 2 al. arua. 3 al supplex.
4 al. Othriades. 5 al. suus.

Nunc

NVnc mihi dicēda est regis fuga. traxit ab illa
Sextus ab extremo nomina mense dies.
Vltima Tarquinius Romanæ gentis habebat
Regna, vir iniustus, fortis ad arma tamen.
Ceperat hic alias, alias euerterat vrbes:
Et Gabios turpi fecerat arte suos.
Namq; trium minimus proles manifesta Superbi,
In medios hostes nocte silente venit.
[1] Nudarant gladios, Occidite, dixit, inermem:
Hoc cupiunt fratres, Tarquiniusq; pater.
Qui mea crudeli lacerauit verbere terga,
Dicere vt hoc posset, verbera passus erat.
Luna fuit. spectant iuuenem, gladiosq; recōdunt:
Tergaq; deducta veste notata vident.
Flent quoq;, & vt secum tueatur bella precātur:
Callidus ignaris annuit ille viris.
Iamq; potens, misso genitorem appellat amico:
Perdendi Gabios quod sibi monstret iter.
Hortus odoratis suberat cultissimus herbis
Sectus humum riuo lene sonantis aquæ.
Illic Tarquinius mandata latentia nati
Accipit: & virga lilia summa metit.
Nuntius vt rediit decussaq; lilia dixit;
Filius, agnosco iussa parentis, ait.
Nec mora: principibus cæsis ex vrbe Gabina,
Traduntur ducibus mœnia nuda suis.
Ecce (nefas visu) mediis altaribus anguis
Exit: & exstinctis ignibus exta rapit.
Consulitur Phœbus. sors est ita reddita: Matri
Qui dederit [2] primus oscula: victor erit.
Oscula quisq; suæ matri properata dederunt,
Non intellecto credula turba deo.
Brutus erat stulti sapiens imitator: vt esset
Tutus ab insidiis, dire Superbe, tuis.
Ille iacens pronus matri dedit oscula Terræ,
Creditus offenso procubuisse pede.
Cingitur interea Romanis Ardea signis:
Et patitur longas obsidione moras.
Dum vacat: & metuunt hostes cōmittere pugnā:
Luditur in castris: otia miles agit.
Tarquinius iuuenis socios dapibusq; meroq;
Accipit: ex illis rege Creatus ait:
Dum nos sollicitos pigro tenet Ardea bello:
Nec sinit ad patrios arma referre deos:
Ecquid in officio torus est socialis? & ecquid
Coniugibus nostris mutua cura sumus?
Quisq; suam laudat. studiis certamina crescunt:
Et feruet multo linguaq; corq; mero.
Surgit cui dederat clarum Collatia nomen,
Non opus est verbis, credite rebus, ait.
Nox superest: tollamur equis: vrbemq; petamus.
Dicta placent, frenis impediuntur equi.
Pertulerant dominos: regalia protinus [3] illi
Tecta petunt: custos in fore nullus erat.
Ecce nurum regis fusis per colla coronis
Inueniunt posito perunigilare mero.
Inde cito passis petitur Lucretia: cuius
Ante torum calathi, lanaq; mollis erat.

[1] al. Nudarat. [2] al. princeps. [3] al. ipsi.

Lumen ad exiguū famulæ data pensa trahebant:
Inter quas tenui sic ait illa sono:
Mittenda est domino (nunc nūc properate puellæ)
Quam primum nostra facta lacerna manu.
Quid tamen [1] auditis? nam plura audire potestis.
Quantum de bello dicitur esse super?
Postmodo victa cades: melioribus Ardea restas
Improba: quæ nostros cogis abesse viros.
Sint tantum reduces. sed enim temerarius ille
Est meus: & stricto quolibet ense ruit.
Mens abit, & morior, quoties pugnantis imago
Me subit: & gelidum pectora frigus habet.
Desinit in lacrymis: incepta que fila remisit:
In gremio vultum depositque suo.
Hoc ipsum decuit: lacrymæ decuere pudicam:
Et facies animo dignáque párque fuit.
Pone metum, veni, coniux ait. illa reuixit:
Deque viri collo dulce pependit onus.
Interea iuuenis furiales regius ignes
Concipit: & cæco raptus amore furit.
Forma placet, niueusque color, flauique capilli,
Quique aderat nulla factus ab arte decor.
Verba placēt, & vox, & quod corrumpere non est.
Quoque minor spes est, hoc magis ille cupit.
Iam dederat [2] cantus lucis prænuntius ales:
Cum referunt iuuenes in sua castra pedem.
Carpitur attonitos absentis imagine sensus
Ille: recordanti plura magisque placent.
Sic sedit: sic culta fuit: sic flamina neuit:
Iniecta collo sic iacuere comæ:
Hos habuit vultus: hæc illi verba fuerunt:
Hic color, hæc facies, hic decor oris erat.
Vt solet à magno fluctus langueſcere flatu:
Sed tamen à vento, qui fuit, vnda tumet:
Sic quamuis aberat placita præsentia formæ:
Quem dederat præsens forma: manebat amor.
Ardet: & iniusti stimulis agitatus amoris,
Comparat indigno vimque, [3] metumque toro.
Exitus in dubio est: audebimus vltima dixit.
Viderit: audentes Forsque, Deusque iuuat.
Cepimus audendo Gabios quoque: talia fatus
Ense latus cinxit: tergaque pressit equi.
Accipit arata iuuenem Collatia porta,
Condere iam vultus sole parante suos.
Hostis vt hospes init penetralia Collatini.
Comiter excipitur: sanguine iunctus erat.
Quantum animis erroris inest! parat insciа rerū
Infelix epulas hostibus illa suis.
Functus erat dapibus: poscunt sua tēpora somnū:
Nox erat: & tota lumina nulla domo.
Surgit: & aurata vagina liberat ensem:
Et venit in thalamos, nupta pudica, tuos.
Vtque torum pressit: ferrum Lucretia mecum est,
Natus, ait, regis, Tarquiniusque vocor.
Illa nihil: neque enim vocem virēsque loquendi,
Aut aliquid toto pectore mentis habet:
Sed tremit, vt quondam stabulis deprensa relictis,
Parua sub infesto cum iacet agna lupo.

[1] al. audistis. [2] al. cantum. [3] al. dolumque.

Quid faciat? pugnet? vincetur femina pugnans.
Clamet? at in dextra qui vetet, ensis erat.
Effugiat? positis vrgentur pectora palmis:
[1] Tunc primum externa pectora tacta manu.
Instat amans hostis, precibus pretioq3, minisq3,
Nec prece, nec pretio, nec mouet ille minis.
Nil agis, eripiam, dixit, [2] pro crimine vitam:
Falsus adulterij testis adulter ero.
Interimam famulum: cum quo deprensa fereris.
Succubuit famæ victa puella metu.
Quid victor gaudes? hæc te victoria perdet.
Heu quanto regnis nox stetit vna tuis!
Iamq3 erat orta dies: passis sedet illa capillis,
Vt solet ad nati mater itura rogum.
Grandæuumq3 patrem fido cum coniuge castris
Euocat: & posita venit vterque mora.
Vtq3 videt habitum: quæ luctus causſa requirũt:
Cui paret exsequias: quoque sit icta malo.
Illa diu reticet: pudibundaq3 celat amictu
Ora: fluunt lacrymæ more perennis aquæ.
Hinc pater, hinc coiux lacrymas solatur: & orãt,
Indicet: & cæco flentq3 pauentq3 metu.
Ter conata loqui, ter destitit: ausaque quarto
Non oculos [3] ideo sustulit illa suos.
Hoc quoq3 Tarquinio debebimus eloquar, inquit,
Eloquar infelix dedecus ipsa meum.
Quæque potest narrat, restabant vltima: fleuit:
Et matronales erubuere genæ.
Dant veniam genitor facto coniuxq3 coactæ.
Quam, dixit, veniam vos datis, ipsa nego.
Nec mora, [4] celato fixit sua pectora ferro:
Et cadit in patrios sanguinolenta pedes.
Tunc quoq3 iã moriens, ne nõ procumbat honeste:
Respicit. hæc etiam cura cadentis erat.
Ecce super corpus communia damna gementes
Obliti decoris virq3 paterq3 iacent.
Brutus adest. tãdemq3 animo sua nomina fallit:
Fixaq3 semianimi corpore tela rapit.
Stillantemq3 tenens generoso sanguine cultrum,
Edidit impauidos ore minante sonos.
Per tibi ego hunc iuro castum fortemq3 cruorem:
Perq3 tuos manes: qui mihi numen erunt:
Tarquinium profuga pœnas cum stirpe daturũ:
Iam satis est virtus dissimulata diu.
Illa iacens ad verba oculos sine lumine mouit:
Visaq3 concussa dicta probare coma.
Fertur in exsequias animi matrona virilis:
Et secum lacrymas inuidiamq3 trahit.
Vulnus inane patet: Brutus clamore Quirites
[5] Concitat: & regis facta nefanda refert.
Tarquinius cum prole fugit: capit annua consul
Iura. dies regnis illa suprema fuit.

FAllimur? an veris prænuntia venit hirundo?
Et metuit ne qua versa recurrat hiems?
Sæpe tamen, Progne, nimium properasse quereris:
Virq3 tuo Tereus frigore lætus erit.
Iamq3 duæ restant noctes de mense secundo:
Marsq3 citos iunctis curribus vrget equos:

1 al. Tum. 2 al. per crimina. 3 al. adeo.
4 al. celatæ. 5 al. conuocat.

Ex vero positum permansit Equiria nomen:
Quæ deus in campo perspicit ipse suo.
Iure venis Gradiue: locum tua tempora poscunt.
Signatusque tuo nomine mensis adest.
Venimus in portum libro cum mense peracto.
Nauiget hinc alia iam mihi linter aqua.

FASTORVM LIB. III.

PEllice depositis clypeo paulisper & hasta
Mars ades: & nitidas casside solue comas.
Forsitan ipse roges quid sit cum Marte poetæ:
A te, qui canitur, nomina mensis habet.
Ipse vides manibus peragi fera bella Minervæ.
Non minus ingenuis artibus illa vacat.
Palladis exemplo ponenda tempora sume
Cuspidis: iuuenes & quid inermis agas.
Tũc quoque inermis eras, cũ te Romana sacerdos
Cepit: vt huic vrbi semina magna dares.
Siluia Vestali (quid enim vetat inde moueri?)
Sacra lauaturas mane petebat aquas.
Ventum erat ad [1] mollem decliuo tramite ripam:
Ponitur è summa fictilis vrna coma.
Fessa resedit humo: ventoque accepit aperto
Pectore. turbatas restituitque comas.
Dum sedet: vmbrosæ salices volucresque canoræ
Fecerunt somnos, & leue murmur aquæ.
Blanda quies furtim victis obrepsit ocellis:
Et cadit à mento languida facta manus.
Mars videt hãc: visamq3 cupit: potitur q3 cupita.
Et sua diuina furta fefellit ope.
Somnus abit: iacet ipsa grauis: iam scilicet intra
Viscera Romanæ conditor vrbis erat.
Languida consurgit: [2] nescit cur languida surgat:
Et peragit tales arbore nixa sonos.
Vtile sit fausſtumque, precor, quod imagine somni
Vidimus: an somno clarius illud erat?
Ignibus Iliacis aderam: cum lapsa capillis
Decidit ante sacros lanea vitta focos.
Inde duæ pariter (visu mirabile) palmæ
Surgunt: ex illis altera maior erat:
Et grauibus ramis totum protexerat orbem:
Contigeratque sua sidera summa coma.
Ecce meus ferrum patruus molitur in illas.
Terror admonitu, corque timore micat.
Martia Picus auis gemino pro stipite; pugnant
Et lupa: tuta per hos vtraque palma fuit.
Dixerat: & plenam non firmis viribus vrnam
Sustulit: implerat dum sua visa refert.
Interea crescente Remo, crescente Quirino,
Cælesti tumidus pondere venter erat.
Quo minus emeritis exiret cursibus annus,
Restabant nitido iam duo signa Deo.
Siluia sit mater: Vestæ simulacra feruntur
Virgineas oculis opposuisse manus.
Ara Deæ certe tremuit, pariente ministra:
Et subijt cineres territa flamma suos.
Hoc vbi cognouit contemptor Amulius æqui:
(Nam raptas fratri victor habebat opes)

1 al. molli decliuem. 2 al. nec scit.
3 al. pugnat.

Amne

Amne iubet mergi geminos, scelus vnda refugit.
In sicca pueri destituuntur humo.
Lacte quis infantes nescit creuisse ferino?
Et picum expositis sæpe tulisse cibos?
Non ego te, tantæ nutrix Laurentia gentis,
Nec taceam vestras Faustule pauper opes.
Vester [1]*honos veniet, cum Laurentalia dicam:*
Acceptus geniis illa December habet.
Martia ter senos proles adoleuerat annos:
Et suberat flauæ iam noua barba comæ.
Omnibus agricolis, armentorumq́ magistris
Iliadæ fratres iura petita dabant.
Sæpe domum veniunt prædonum sanguine læti:
Et redigunt actos in sua iura boues.
Vt genus audierant, animos pater editus auget:
Et pudet in paruis nomen habere casis:
Romuleoq́ cadit traiectus Amulius ense:
Regnaq́ longæuo restituuntur auo.
Mœnia conduntur: quæ, quamuis parua fuerunt:
Non tamen expedyt transiluisse Remo.
Iam, modò quæ fuerant syluæ, pecorumq́ recessus,
Vrbs erat: æternæ cum pater vrbis ait,
Arbiter armorum, de cuius sanguine natus
Credor: & vt credar pignora multa dabo:
A te principium Romano dicimus anno,
Primus de patrio nomine mensis erit.
Vox rata sit, patrioq́ vocat de nomine mensem:
Dicitur hæc pietas grata fuisse Deo.
Et tamen ante omnes Martem coluere priores.
Hoc dederat studijs bellica turba suis.
Pallada Cecropidæ, Minoia Creta Dianam,
Vulcanum tellus Hypsipylea colit:
Iunonem Sparte, Pelopeiadesq́ Mycenæ,
Pinigerum Fauni Mænalis ora caput.
Mars Latio venerãdus erat, quia præsidet armis,
Arma feræ genti remq́ decusq́ dabant.
Quod si fortè [2] *vacas, peregrinos inspice fastos,*
Mensis in his etiam nomine Martis erit.
Tertius Albanis, quintus fuit ille Falisçis,
Sextus apud populos, Hernica terra, tuos:
Inter Aricinos Albanaq́ tempora constat:
Factaq́ Telegoni mœnia celsa manu.
Quintum Laurẽtes, bis quintũ Æquiculus acer,
A tribus hunc primum turba forensis habet.
Et tibi cum proauis miles Peligne Sabinis
Conuenit: huic genti quartus viriq́ Deus.
Romulus hos omnes vt vinceret ordine fatum:
Sanguinis auctori tempora prima dedit.
Nec totidem veteres, quot nunc, habuere calendas.
Ille minor geminis mensibus annus erat.
Nondum tradiderat victas victoribus artes
Gracia facundum sed male forte genus.
Qui bene pugnabat: Romanam nouerat artem:
Mittere qui poterat [3] *pila disertus erat.*
Quis tunc aut Hyadas, aut Pleiadas Atlanteas
Senserat? aut geminos esse sub axe polos?
Esse duas arctos? quarum Cynosura petatur
Sidonijs? Helicem Graia carina notet?
Signaq́ quæ longo frater percenseat anno,

[1] al. honos. [2] al. vacat. [3] al. tela.

Ire per hæc vno mense sororis equos?
Libera currebant, non obseruata per annum
Sidera: constabat, sed tamen esse deos.
Non illi cælo labentia signa tenebant:
Sed sua quæ magnum perdere crimen erat.
Illa quidem fœno: sed erat reuerentia fœno.
[1]Quantam nunc aquilas cernis habere tuas.
Pertica suspensos portabat longa maniplos:
Vnde maniplaris nomina miles habet.
Ergo animi indociles, & adhuc ratione carentes,
Mensibus egerunt lustra minora decem.
Annus erat: decimum cum luna receperat orbẽ,
Hic numerus magno tunc in honore fuit.
Seu quia tot digiti per quos numerare solemus.
Seu quia bis quino semina mense parit.
Seu quod adusq́ decẽ numero crescente venitur:
Principium spatiis sumitur inde nouis.
Inde patres centum denos secreuit in orbes
Romulus: hastatos instituitq́ decem.
Et totidem princeps, totidem pilanus habebat
Corpora: legitimo [2] *quique merebat equo.*
Quinetiam partes totidem Tatiensibus ille,
Quosque vocans Ramnes, Luceribusq́ dedit.
Assuetos igitur numeros seruauit in anno:
Hoc luget spatio femina mœsta virum.
Neu dubites prima fuerint quin antè Calendæ
Martis, adhæc animum signa referre potes.
Laurea flaminibus, quæ toto perstitit anno:
Tollitur: & frondes sunt in honore nouæ.
Ianua tunc regis posita viret arbore Phœbi:
Ante tuas itidem curia prisca fores.
Vesta quoque vt niteat folio velata recenti:
Cedit ab Iliacis laurea cana focis.
Adde quod arcana fieri nouus ignis in ædæ
Dicitur: & vires flamma refecta capit.
Nec mihi parua fides annos hinc esse priores:
Anno quod hoc cœpta est mense [3] *Perenna coli,*
Hinc etiam veteres initi memorantur honores
Ad spatium belli perfide Pœne tui.
Deniq́ quintus ab hoc fuerat quintilis: & inde
Incipit, à numero nomina quisquis habet.
Primus oliuiferis Romam deductus ab aruis
Pompilius menses sensit abesse duos,
Siue hoc à Samio doctus, qui posse renasci
Non putat: Egeria siue monente sua.
Sed tamen errabant etiam [4] *tunc tẽpora: donec*
Cæsaris in multis hæc quoque cura fuit.
Non hæc ille Deus tantæq́ propaginis auctor
Credidit officijs esse minora suis.
Promissumq́ sibi voluit prænoscere cælum:
Nec deus ignotas hospes inire domos.
Ille moras solis, quibus in sua signa rediret,
Traditur exactis dispositisse notis.
Is decies senos tercentum & quinque diebus
Iunxit, & è pleno tempora quarta die.
Hic anni modus est: in lustrum accedere debet.
Quæ consumatur partibus, vna dies.

[1] al. Quantum. [2] al. quisque. [3] al. perennam. [4] al. tum.

SI licet occultos monitus audire deorum
Vatibus: vt certe fama licere putat:
Cum sis officijs Gradiue, virilibus aptus:
Dic mihi matronæ cur tua festa colant.
Sic ego. sic posita dixit mihi casside Mauors:
Sed tamen in dextra missilis hasta fuit.
Nunc primum studijs pacis, Deus vtilis armis,
Aduocor: & gressus in noua castra fero.
Nec piget incepti: iuuat hac quoq; parte morari:
Hoc [1] solam ne se posse Minerua putet.
Discite Latinorum vates operosè dierum
Quod petis: & memori pectore dicta nota.
Parua fuit, si prima velis elementa referre,
Roma: sed in parua spes tamen huius erat.
Mœnia iam stabant populis angusta futuris
Credita, sed turbæ tunc nimis ampla suæ.
Quæ fuerit nostri si quæris regia nati:
Adspice de canna straminibusq; domum.
In stipula placidi capiebat munera somni:
Et tamen ex illo venit in astra toro.
Iamq; loco nitius nomen Romanus habebat:
Nec coniux illi, nec socer vllus erat.
Spernebat generos inopes vicinia diues:
Et male credebar sanguinis auctor ego.
In stabulis habitasse, & oues pauisse nocebat:
Iugeraq; inculta pauca tenere soli.
Cum pare quæq; suo coeunt volucresq;, feræq;,
Atque aliquem, de qua procreet, anguis habet.
[2] Externis dantur connubia gentibus, at, quæ
Romano vellet nubere, nulla fuit.
Indolui: patriamq; dedi tibi, Romule, mentem:
Tolle preces, dixi: quod petis, arma dabunt.
Festa para Conso: Consus tibi cetera dicet:
Illo festa die dum sua sacra canes.
Intumuere Cures, & quos dolor attigit idem:
[3] Tunc primum generis intulit arma socer.
Iamque fere raptæ matrum quoque nomen habebant:
Tractaq; erant longa bella propinqua mora.
Conueniunt nuptæ dictam Iunonis in ædem:
Quas inter mea sic est nurus ausa loqui:
O pariter raptæ, quoniam hoc cõmune tenemus:
Non vltra lentæ possumus esse piæ.
Stant acies: sed vtra di sint pro parte rogandi,
Eligite: hinc coniux, hinc pater arma tenet.
Quærendum est, vidua sieri malitis, an orbæ.
Consilium vobis forte, piúmq; dabo.
Consilium dederat: parent crinesq; resoluunt.
Mœstaq; funerea corpora veste tegunt.
Iam steterant acies ferro, mortiq; paratæ:
Iam lituus pugnæ signa daturus erat:
Cum raptæ veniunt inter patresq;, virosq;:
Inq; sinu natos pignora cara tenent.
Vt mediam campi scissis tetigere capillis:
In terram posito procubuere genu
Et, quasi sentirent blando clamore nepotes
Tendebant ad auos brachia parua suos.
Qui poterat, clamabat auum tunc deniq; visum,
Et qui vix poterat posse coactus erat.

1 al. solum. 2 al. Extremis. 3 al. Tum.

Tela viris, animiq; cadunt: gladiisq; rem otia
Dant soceri generis, accipiuntq; manus.
Laudatasq; tenent natas, scutoq; nepotem
Fert auus: hic scuti dulcior vsus erat.
Inde diem primasq; meas celebrare Kalendas,
[1] Oebaliæ matres non leue munus habent.
Aut quia committi strictis mucronibus ausæ
Finierant lacrymis Martia bella suis:
Vel quod erat de me feliciter Ilia mater:
Rite colunt matres sacra, diemq; meum.
Quid? quod hiems adoperta gelu tũc deniq; cedit:
Et pereunt victæ sole tepente niues.
Arboribus redeunt detonsæ frigore frondes:
Vuidaq; in grauido palmite gemma tumet.
Quæque diu latuit, nunc qua se tollat in auras,
Fertilis occultas inuenit herba vias.
Nunc fecundus ager: pecoris nunc hora creandi:
Nunc auis in ramo tecta, laremq; parat:
Tempora iure colunt Latiæ fecunda parentes:
Quarum militiam votaq; partus habet.
Adde, quod excubias vbi rex Romanus agebat,
Qui nunc [2] Esquilias nomina collis habet:
Illic à nuribus Iunonis templa Latinis
Hæc sunt, si memini, publica facta die.
Quid moror? & varijs onero tua pectora caussis?
Eminet ante oculos, quod petis, ecce tuos.
Mater amat nuptas: matrũ me turba frequẽtat:
Hæc vos præcipue tam pia caussa decet.
Ferte Deæ flores, gaudet florentibus herbis
Hæc dea, de tenero cingite flore caput.
Dicite, tu nobis lucem, Lucina, dedisti,
Dicite, tu voto parturientis ades.
Si qua tamen grauida est: resoluto crine precetur:
Vt soluat partus molliter; illa suos.
QVis mihi nunc dicet quare cælestia Martis
Arma ferãt Salij? Mamuriumq; canãt?
Nympha mone nemori, stagnoq; operata Dianæ:
Nympha Numæ coniux ad tua [4] facta veni.
Vallis Aricinæ silua præcinctus opaca
Est locus antiqua relligione sacer.
Hic latet Hippolytus loris direptus equorum:
Vnde nemus nullis illud aditur equis.
Licia dependent longas velantia sepes:
Et posita est meritæ multa tabella deæ.
Sæpe potens voti frontem redimita coronis
Femina lucentes portat ab vrbe faces.
Regna tenent manibus fortes pedibusq; fugaces:
Et perit exemplo postmodo quisque suo.
Defluit incerto lapidosus murmure riuus:
Sæpe sed exiguis haustibus inde bibi.
Egeria est, quæ præbet aquas, dea grata Camenis:
Illa Numæ coniux, consiliumq; fuit.
Principio nimium promptos ad bella Quirites
Molliri placuit iure, Deumq; metu.
Inde datæ leges ne fortior omnia posset:
Cœptaq; sunt pure tradita sacra coli.
Exuitur feritas: armisq; potentius æquum est:
Et cum ciue pudet conseruisse manus.

1 al Oebalides. 2 al. Exquiliæ. 3 al. ipsa.
4 al. festa.

Atque

Atque aliquis modo trux visa iam vertitur ara:
Vinaque dat tepidis, farraq; salsa focis.
Ecce deum genitor rutilas per nubila flammas
Spargit: & effusis æthera siccat aquis.
Non alias missi cecidere frequentius ignes:
Rex pauet: & vulgi pectora terror habet.
Cui dea, ne nimium terrere: piabile fulmen
Est ait: & saui flectitur ira Iouis.
Sed poterunt ritum Picus, Faunusque piandi
Tradere: Romani numen vterque soli.
Nec sine vi tradent: adhibe tu vincula captis:
Atque ita, qua possint edidit, arte capi.
Lucus Auentino suberat niger ilicis vmbra:
Quo possis viso dicere, numen inest.
In medio gramen, muscoque adoperta virenti
Manabat saxo vena perennis aquæ:
Inde fere soli, Faunus, Picusque bibebant.
Huc venit, & Fonti rex Numa mactat ouem:
Plenaque odorati disponit pocula Bacchi:
Cumque suis antro conditus ipse latet.
Ad solitos veniunt siluestria numina fontes:
Et releuant multo pectora sicca mero.
Vina quies sequitur. gelido Numa prodit ab antro:
Vinclaq; sopitas addit in arcta manus.
Somnus vt abscessit: pugnando vincula tentant
Rumpere: pugnantes fortius illa tenent.
Tunc Numa: Di nemorũ factis ignoscite nostris,
Si scelus ingenio scitus abesse meo.
Quoque modo possit fulmen, monstrate, piari.
Sic Numa, sic quatiens cornua Faunus ait,
Magna petis: nec quæ monitu tibi dicere nostro
Fas sit. habent sines numina nostra suos.
Di sumus agrestes, & qui dominemur in altis
Montibus, arbitrium est in sua tecta Ioui.
Hunc tu non poteris per te deducere cælo:
At poteris nostra forsitan vsus ope.
Dixerat hæc Faunus, par est sententia Pici.
Deme tamen nobis vincula, Picus ait.
Iupiter huc veniet valida perductus ab arte.
Nubila promissi Styx mihi testis erit.
Emissi laqueis quid agant, quæ carmina dicant,
Quaque trahant superis sedibus arte Iouem,
Scire nefas homini est. nobis concessa canentur,
Quæq; pio dici vatis ab ore licet.
Eliciunt cælo te Iupiter, vnde minores
Nunc quoque te celebrant, Eliciumq; vocant.
Constat Auentinæ tremuisse cacumina siluæ,
Terraque subsedit pondere pressa Iouis.
Corda micant regis, totoq; è corpore sanguis
Fugit, & hirsutæ diriguere comæ.
Vt rediit animus, Da certa piamina, dixit,
Fulminis, altorum rexque paterq; deum:
Si tua contigimus manibus donaria puris,
Hoc quoque quod petitur, si pia lingua rogat.
Annuit oranti, sed verum ambage remota,
Abdidit, & dubio terruit ore virum.
Cæde caput dixit, cui rex parebimus, inquit,
Cædenda est hortis eruta cepa meis.

1 al. vtrumque. 2 al. solitũ. 3 vt anima rediit.

Addidit hic, hominis sumes, ait ille, capillos.
Postulat hic animam, cui Numa, piscis, ait.
Risit, & his inquit, facito mea tela procures
O vir colloquio non abigende deum.
Sed tibi protulerit cum totum crastinus orbem
Cynthius, imperij pignora certa dabo.
Dixit: & ingenti tonitru super æthera notum
Fertur: adorantem destituit q; Numam.
Ille redit lætus: memoratque Quiritibus acta.
Tarda venit dictis, difficilisque fides.
At certe 1 credetis, ait, si verba sequetur
Exitus: en audi crastina quisquis ades.
Protulerit terris cum totum Cynthius orbem,
Iupiter imperij pignora certa dabit.
Discedunt dubij, promissaque tarda videntur:
Dependetq; fides adueniente die.
Mollis erat tellus rorata mane pruina:
Ante sui populus limina regis adest.
Prodit, & in solio medius concedit acerno.
Innumeri circa stantq; silentque viri.
Ortus erat summo tantummodo margine Phœb⁹,
Sollicitæ mentes speque metuque pauent.
Constitit, atque caput niueo velatus amictu
Iam bene dis notas sustulit ille manus.
Atque ita, Temp⁹ adest promissi muneris, inquit,
Pollicitam dictis Iupiter adde fidem.
Dum loquitur totum iam Sol emouerat orbem,
Et grauis æthereo venit ab axe fragor.
Ter tonuit sine nube deus, tria 2 fulgura misit,
Credite dicenti, mira, sed acta loquor.
A media cælum regione dehiscere cœpit,
Summisere oculos cum duce turba suo.
Ecce leui scutum versatum leniter aura
Decidit. à populo clamor ad astra venit.
Tollit humo munus casa prius ille iuuenca,
Qua dederat nulli colla premenda iugo.
Atq; ancile vocat, quod ab omni parte recisũ est:
Quemq; notes oculis, angulus omnis abest.
Tunc memor imperij sortem consistere in illo,
Consilium multæ calliditatis init.
Plura iubet fieri simili cælata figura:
Error vt ante oculos insidiantis eat.
Mamurius, morum fabrane exactior artis,
Difficile est vlli dicere. clausit opus.
Cui Numa munificus, Facti pete præmia, dixit:
Si mea nota fides: irrita nulla petes.
Iam dederat Salijs (à saltu nomina 3 ducta)
Armaque, & ad certos verba canenda modos.
Tum sic Mamurius, Merces mihi gloria detur:
Nominaque extremo carmine nostra sonent.
Inde sacerdotes operi promissa vetusto
Præmia persoluunt: Mamuriumque vocant.
Nubere si qua voles, quamuis properabitis ambo:
Differ: habent paruæ commoda magna moræ.
Arma mouent pugnam: pugnæ est alienа maritis:
Condita cum fuerint, aptius omen erit.
His etiam coniux apicati sancta dialis
Lucibus, impexas debet habere comas.

1 al. credamus. 2 al. fulmina. 3 al. dicta.

TErtia nox demissa suos vbi mouerit ortus,
Conditus è geminis piscibus alter erit.
Nam duo sunt: auster hic est, aquilonibus ille
Proximus, à 1 vento nomen vterque tenet.

CVm croceis rorare genis Tithonia coniux
Cœperit, & quinta tempora lucis aget,
Siue est Arctophylax, siue est piger ille Bootes,
Mergetur, visus effugietque tuos.
At non effugiet Vindemitor, hoc quoque caussam
Vnde trahat sidus parua docere mora est.
Ampelon intonsum Satyro nymphaque creatum
Fertur in Ismarijs Bacchus amasse iugis.
Tradidit huic vitem pendentẽ 2 frondibus vlmi,
Quæ nunc de pueri nomine nomen habet.
Dum legit in ramo pictas temerarius vuas,
Decidit, amissum Liber in astra tulit.

SExtus vbi è terra cliuosum scandit olympum
Phœbus, & alatis æthera carpit equis:
Quisquis ades, castæque colis penetralia Vestæ,
Gratare: Iliacis turaque pone focis.
Cæsaris innumeris, quos maluit ille mereri,
Accessit titulis pontificalis honor.
Ignibus æternis æterni numina præsunt
Cæsaris imperij pignora iuncta vides.
Di veteris Troiæ, dignissima præda ferenti:
Qua grauis Æneas tutus ab hoste fuit.
Ortus ab Æneæ tangit cognata sacerdos
Numina: cognatum, Vesta, tuere caput.
Quos sancta fouet ille manu, bene viuitis ignes,
Viuite inextincti, flammaque duxque, precor.

VNa nota est Martis nonis: sacrata quod illis
Templa putant lucos Veiouis ante duos:
Romulus vt saxo lucum circumdedit alto,
Quilibet huc, dixit, confuge: tutus eris.
O quàm de tenui Romanus origine creuit!
Turba vetus quàm non inuidiosa fuit!
Ne tamen ignaro nouitas tibi nominis obstet:
Disce quis iste deus, cúrue vocetur ita.
Iupiter est iuuenis: iũueniles aspice vultus:
Aspice deinde, 3 manu fulmina nulla tenet.
Fulmina post ausos cælum affectare Gigantes
Sumpta Ioui: primo tempore inermis erat.
Ignibus Ossa nouis, & Pelion altius Ossa,
Arsit: & in solida fixus Olympus humo.
Stat quoq; capra simul: Nympha pauisse feriũtur
Cretides: infanti lac dedit illa Ioui.
Nunc vocor ad nomen: vegrandia farra coloni,
Quæ male creuerunt, vescaque parua vocant.
Vis ea si verbi est: cur non ego Veiouis ædem,
Ædem non magni suspicer esse Ouis?
Iámque vbi cæruleum variabunt sidera cælum:
Suspice, Gorgonei colla videbis equi.
Creditur hac casa grauida cerulea Medusa
Sanguine respersis prosiluisse comis.
Huic supra nubes, & subter sidera lapso
Cælum pro terra, pro pede penna fuit.
Iamque indignanti noua frena receperat ore,
Cum leuis Aonias vngula fodit aquas.

1 al. ventis. 2 al. è frondibus. 3 al. manu.

Nunc fruitur cælo, quòd pennis antè petebat,
Et nitidus stellis quinque decemque micat.
PRotinus adspiciens venienti nocte Caronam
Gnosida: Theseo crimine facta dea est.
Iam bene periuro mutarat coniuge Bacchum,
Quæ dedit ingrato fila regenda viro.
Sorte tori gaudens, quid flebam rustica, dixit:
Vtiliter nobis perfidus ille fuit.
Interea Liber depexis crinibus Indos
Vincit: & Eoo diues ab orbe redit.
Inter captiuas facie præstante puellas
Grata nimis Baccho filia regis erat.
Flebat amans coniux: spatiataque litore curuo
Edidit incultis talia verba comis:
En iterum fluctus similes audite querelas:
En iterum lacrymas accipe, arena, meas.
Dicebam (memini) periure, & perfide Theseu,
Ille abijt. eadem crimina Bacchus habet.
Nunc quoque nulla viro, clamabo, femina credat:
Nomine mutato caussa relata mea est.
O vtinam mea fors, qua primum cœperat, isset,
Iamque ego præsenti tempore nulla forem.
Quid me in desertis morituram, Liber, arenis
Seruabas? potui dedoluisse semel.
Bacche leuis, leuiorque tuis, quæ tempora cingũt,
Frondibus, in lacrymas cognite Bacche meas.
Ausus es ante oculos adducta pellice nostros
Tam bene compositum sollicitare torum.
Heu vbi pacta fides? vbi, quæ iurare solebas?
Me miseram, quoties hæc ego verba loquor.
Thesea culpabas: fallacemque ipse vocabas:
Iudicio peccas turpius ipse tuo.
Nesciat hoc quisquam: tacitisque doloribus vrar:
Ne toties falli digna fuisse puter.
Præcipue cupiam celari Theseа, ne te
Consortem culpæ gaudeat esse suæ.
At, puto, præposita est fuscæ mihi candida pellex,
Eueniat nostris hostibus ille color.
Quid tamẽ 2 hoc refert? vitio tibi gratior ipso est.
Quid facis? amplexus inquinat illa tuos.
Bacche fidem præsta: nec præfer amoribus vllam
Coniugis: assueui semper amare virum.
Ceperunt matrem formosi cornua tauri:
Me tua: sed lædit ille pudendus amor.
Ne noceat q̃ amo: nec enim tibi Bacche nocebat
Quod flammas nobis fassus es ipse tuas.
Nec quod nos vris, mirum facis: ortus in igne
Diceris: & patria raptus ab igne manu.
Illa ego sum: cui tu solitus promittere cælum,
Hei mihi, pro cælo qualia dona fero!
Dixerat, audierat iamdudum, verba querentis
Liber: vt à tergo forte secutus erat.
Occupat amplexu: lacrymásque per oscula siccat:
Et pariter cæli summa petamus, ait.
Tu mihi iuncta toro, mihi iũcta vocabula sumes:
Nam tibi mutata Libera nomen erit.
Sintque tua tecum faciam monumenta corona:
Vulcanus Veneri quam dedit: illa tibi.
Dicta facit: geminasq; nouẽ trãsformat in ignes:

1 al. nec. 2 al. hæc refero.

Au-

Aurea per ſtellas nunc micat illa nouem.
Ex vbi ſuſtulerit, totidemq; 1 emiſerit orbes,
Purpureum rapido qui vehit axe diem.
Altera gramineo ſpectabis Equiria campo:
Quem Tiberis curuis in latus vrget aquis.
Qui tamen eiecta ſi forte tenebitur vnda,
Caliue accipiet pulueruleutus equos.
Idibus eſt Annæ feſtum geniale Perennæ,
Haud procul à ripis, aduena Tibri, tuis,
Plebs venit, ac virides paſſim diſiecta per herbas
Potat, & accumbit cum pare quiſque ſua.
Sub Ioue pars durat, pauci tentoria ponunt:
Sunt, quibus è ramis frondea facta caſa eſt:
Pars ſibi pro rigidis calamos ſtatuere columnis:
Deſuper 2 extenſas impoſuere togas.
Sole tamen vinoque calent: annoſque precantur,
Quot ſumunt cyathos: ad numerumq; bibunt.
Inuenies illic, qui Neſtoris ebibat annos:
Quæ ſit per calices facta Sibylla ſuos.
Illic & cantant quidquid didicere theatris:
Et iactant faciles ad ſua verba manus:
Et ducunt poſito duras cratere choreas:
Cultaque diffuſis ſaltat amica comis.
Cum redeunt, titubant: & ſunt ſpectacula vulgi:
Et fortunatos obuia turba vocat.
Occurrit nuper viſa eſt mihi digna relatu
Pompa: ſenem potum pota trahebat anus.
Quæ tamen hæc dea ſit, quoniã rumoribus errat,
Fabula propoſito nulla tegenda meo.
Arſerat Æneæ Dido miſerabilis igne:
Arſerat extructis in ſua fata rogis:
Cõpoſituſq; 3 ignis, tumuliq; in marmore carmẽ
Hoc breue, quod moriens ipſa reliquit, erat.
Præbuit Æneas & cauſſam mortis, & enſem:
Ipſa ſua Dido concidit 4 vſa manu.
Protinus inuadunt Numidæ ſine vindice regnũ:
Et potitur capta Maurus Iarba domo:
Seq; memor ſpretũ, thalamis tamẽ, inquit, Eliſa,
En ego, quem toties reppulit illa fruor,
Diffugiunt Tyrij quò quẽque agit error: vt olim
Amiſſo dubiæ rege vagantur apes.
Tertia nudatas acceperat area meſſes:
Inque cauos ierant tertia muſta lacus.
Pellitur Anna domo: lacrymanſq; ſororia linquit
Mœnia, germanæ iuſta dat antè ſuæ.
Mixta bibunt molles lacrymis vnguenta fauillæ,
Vertice libatas accipiuntque comas.
Terque vale dixit: cineres ter ad ora relatos
Preſſit & eſt illis viſa ſubeſſe ſoror.
Nacta ratẽ, comiteſque fugæ pede labitur æquo,
Mœnia reſpiciens, dulce ſororis opus.
Fertilis eſt Melite ſterili vicina Coſyræ
Inſula: quam Lybici verberat vnda freti.
Hanc petit hoſpitio regis conſiſa vetuſto:
Hoſpes opum diues rex ibi Battus erat.
Qui poſtquam didicit caſus vtriuſque ſororis:
Hæc, inquit, tellus quantulacumque tua eſt.
Et tamen hoſpitij ſeruaſſet ad vltima munus:
Sed timuit magnas Pygmalionis opes.
Signa recenſebat bis ſol ſua: tertius ibat
Annus: & exilio terra paranda noua eſt.
Frater adeſt: belloque petit: rex arma peroſus,
Nos ſumus imbelles, tu fuge ſoſpes, ait.
Iuſſa fugit: ventoque ratem committit & vndis:
Aſperior quouis æquore frater erat.
Eſt prope piſcoſos lapidoſi Crathidis amnes
Paruus ager. Cameren incola turba vocat.
Illuc curſus erat, nec longius abfuit inde:
Quam quantum nouies mittere funda poteſt.
Vela cadunt primo: & dubia librantur ab aura.
Findite remigio, nauita dixit, aquas:
Dumque parant torto ſubducere carbaſa lino:
Percutitur rapido puppis adunca noto:
Inque patens æquor ſruſtra pugnante magiſtro
Fertur: & ex oculis viſa refugit humus.
Aſſeliunt fluctus, imoque à gurgite pontus
Vertitur: & canas alueus haurit aquas.
Vincitur ars vento, nec iam moderator habenis
Vtitur, 1 at votis is quoque poſcit opem.
Iactatur tumidas exſul Phœmiſſa per vndas:
Humidaque oppoſita lumina veſte tegit.
Tunc primum Dido felix eſt dicta ſorori:
Et quæcumque aliquam corpore preſſit humũ.
Ducitur ad Laurens ingenti flamine litus
Puppis, & expoſitis omnibus, hauſta perit.
Iam pius Æneas regno nataque Latini
Auctus erat, populos miſcuerat que duos.
Litore dotali ſolo comitatus Achate,
Secretum nudo dum pede carpit iter,
Adſpicit errantem, nec credere ſuſtinet Annam
Eſſe, quid in Latios illa veniret agros?
Dum ſecũ Æneas, Anna eſt, exclamat Achates.
Ad nomen vultus ſuſtulit illa ſuos.
Heu fugiat? quid agat? quos terra quærat hiatus?
Ante oculos miſeræ fata ſororis erant.
Sẽſit, & alloquitur trepidam Cytherieus heros:
Flet tamen admonitis mortis, Eliſa, tuæ.
Anna per hanc iuro, quam quõdã audire ſolebas
Tellurem fato proſperiore dari,
Perque deos comites hac nuper ſede locatos,
Sæpe meas illos increpuiſſe moras.
Nec timui de morte tamen, metus abfuit iſte.
Hei mihi credibili fortior illa fuit.
Ne refer, adſpexi non illo corpore digna
Vulnera, tartareas auſus adire domos.
At tu, ſeu ratio te noſtris appulit oris,
Siue deus, regni commoda carpe mei.
Multa tibi memores, nil non debemus Eliſæ,
Nomine grata tuo, grata ſororis eris:
Talia dicenti (2 neque enim ſpes altera reſtat)
Credidit, errores expoſuit que ſuos.
Vtque domum intrauit Tyrios induta paratus,
Incipit Æneas, cætera turba ſilet.
Hanc tibi cur tradam pia cauſſa, Lauinia cõiux,
Eſt mihi, conſumpſi naufragus huius opes.
Orta Tyro eſt, regnum Lybica poſſedit in ora,
Quam precor vt cara more ſororis ames.

1 al. remiſerit, alij. totidem quoque deſeret ortus. 2 al. extenſas. 3 al. ignis. 4 al. icta.
1 al. ac. 2 al. nec enim.

Omnia promittit falsumque Launia vulnus
Mente premit tacita, dissimulatque metus.
Donaque cum videat præter sua lumina mitti,
Multa tamen mitti clam quoque multa putat.
Non habet exactum quid agat, furialiter odit
Et parat insidias, & cupit vlta mori.
Nox erat. ante torum visa est adstare sororis
Squallenti Dido sanguinolenta coma.
Effuge, ne dubita, mœstum soror effuge tectum,
Sub verbum querulas impulit aura fores,
Exsilit: & velox humili super arua fenestra
Se iacit, audacem fecerat ipse timor.
Cumque metu rapitur, tunica velata recincta
Currit, vt auditis territa dama lupis.
Corniger hanc tumidis rapuisse Numicius vndis
Creditur, & stagnis occuluisse suis.
Sidonis interea magno clamore per agros
Quæritur. apparent signa, notæque pedum.
Ventum erat ad ripas. inerant vestigia ripis.
Sustinuit tacitas conscius amnis aquas.
Ipsa loqui visa est. Placidi sum nympha Numici,
Amne perenne latens, Anna Perenna vocor.
Protinus erratis læti vescuntur in agris.
Et celebrant largo seque, diémque mero.
Sunt quibus hæc Luna est, quia mensibus impleat annum.
Pars Themin, Inachiam pars putat esse bouem.
Inuenies, qui te nymphen Atlantida dicant.
Teque Ioui primos, Anna dedisse cibos.
Hæc quoque, quam referam, nostras peruenit ad aures
Fama: nec à veri dissidet illa fide,
Plebs vetus, & nullis etiam nunc tuta tribunis
Fugit, & in sacri vertice montis erat.
Iam quoque, quem secum tulerant, defecerat illis
Victus, & humanis vsibus apta Ceres.
Orta suburbanis quædam fuit Anna Douillis
Pauper, sed multæ sedulitatis anus.
Illa leui mitra canos incincta capillos
Fingebat tremula rustica liba manu.
Atque ita per populum fumantia mane solebat
Diuidere, hæc populo copia grata fuit.
Pace domi facta, signum posuere 2 perenne:
Quod sibi defectis illa ferebat opem.
Nunc mihi, cur cantent, superest, obscena puellæ,
Dicere: nam coeunt, certáque probra canunt.
Nuper erat dea facta: venit Gradiuus ad Annã:
Et cum seducta talia verba facit.
Mense meo coleris: iunxi mea tempora tecum:
Pendet ab officio spes mihi magna tuo.
Armifer armiferæ correptus amore Minervæ
Vror: & hoc longo tempore vulnus alo.
Effice Di studio similes coeamus in vnum.
Conueniunt partes hæ tibi comis anus.
Dixerat. illa Deum promisso ludit inani:
Et stultam dubia spem trahit vsque mora.
Sæpius instanti, Mandata peregimus, inquit:
Victa est precibus: vix dedit illa manus.
Credit amans: thalamosq; parat. deducitur 3 illuc

1 al. Quaque. 2 al. perennæ. 3 al. istuc.

Anna tegens vultus, vt noua nupta, suos.
Oscula sumpturus subito Mars adspicit Annam.
Nunc pudor eluſum, nunc subit ira deum.
1 Ludis amatorem carę, noua diua, Minervæ.
Nec res hac Veneri gratior vlla fuit.
Inde ioci veteres obscenaque verba canuntur:
Et iuuat hanc magno verba dediſſe deo.
Præterituras eram gladios in principe fixos:
Cum sic à castis Vesta locuta focis.
Ne dubita meminisse: meus fuit ille sacerdos:
Sacrilegæ telis me petiere manus.
Ipsa virum rapui: simulacraque nuda reliqui.
Quæ cecidit ferro, Cæsaris vmbra fuit.
Ille quidem cælo positus Iouis atria vidit
Et tenet in magno templa dicata foro.
At quicunque nefas ausi prohibente deorum
Numine, polluerant pontificale caput:
Morte iacent meritæ, testes estote Philippi:
Et quorum sparsis ossibus albet humus.
Hoc opus, hæc pietas, hæc prima elementa fuerunt
Cæsaris: vlcisci iusta per arma patrem.

POstera cum teneras Aurora refecerit herbas,
Scorpius à prima parte videndus erit.

TErtia post Idus lux est celeberrima Baccho.
Bacche faue vati, dum tua festa cano.
Nec referã Semelen: ad quam nisi fulmina secũ
Iupiter afferret, paruus inermis eras.
Nec puer vt posses maturo tempore nasci,
Expletum patrio corpore matris opus.
2 Sithonas & Scythicos longum est narrare triumphos:
Et domitas gentes thuriferi Inde tuas.
Tu quoq; Thebanæ mala prædæ tacebere matris:
Inque tuum furiis acte Lycurge genu.
Ecce libet subitos pisces, Tyrrhenáque monstra
Dicere: sed non est carminis huius opus.
Carminis huius opus causſas exponere quare
3 Vilis anus populos ad sua liba vocet.
Ante tuos ortus aræ sine honore fuerunt
Liber: & in gelidis herba reperta focis.
Te memorant Gange totóque Oriente subacto,
Primitias magno 4 sepoſuisse Ioui.
Cinnama tu primus, captiuaque tura dediſti:
Deque triumphato viscera tosta boue.
Nomine ab auctoris ducunt Libamina nomen,
Libaque: quod sanctis pars datur inde focis.
Liba deo fiunt: succis quia dulcibus idem
Gaudet: & à Baccho mella reperta ferunt.
Ibat arenoso Satyris comitatus ab Hebro.
Non habet ingratos fabula nostra locos.
Iãque erat ad Rhodopẽ, Pangæaq; flumina ventũ
Ærifera comitum cum crepuere manus:
Ecce nouæ coeunt volucres tinnitibus actæ:
Quóſque mouent sonitus æra sequuntur apes.
Colligit errantes, & in arbore claudit inani
Liber: & inuenti præmia mellis habet.

1 al. Ludit. 2 al. Bistonas. 3 al. Vitisator.
4 suppoſuisse.

Vt Satyri 1 leuisque senex tetigere saporem:
Quærebant fluuios per nemus omne fauos.
Audit in exesa stridorem examinis vlmo,
Adspicit & ceras, dissimulatque senex.
Vtque piper pandi tergo residebat aselli,
Applicat hunc vlmo, corticibusque cauis.
Constitit ipse super, ramoso stipite nixus:
Atque auide trunco condita mella petit.
Millia crabronum coeunt, & vertice nudo
Spicula defigunt: oraque prima notant.
Ille cadit præceps: & calce feritur aselli:
Inclamatque suos: auxiliumque rogat.
Concurrunt Satyri turgentiaq; ora parentis
Rident. percusso claudicat ille genu.
Risit & ipse Deus: limumq; inducere monstrat:
Hic paret monitis: & linit ora luto.
Melle pater fruitur: liboq; infusa calenti
Iure repertori splendida mella damus.
Femina cur 2 præsit, non est ratienis aperta.
Femineos thyrsos concitat ille choros.
Cur anus hoc faciat quæris? vinosior ætas
Hæc erat: & grauidæ munera vitis 3 amat.
Cur hedera cincta est: hedera est gratissima Baccho.
Hoc quoque cur ita sit, dicere nulla mora est.
Nysiadas Nymphas, puerum quærente nouerca:
Hanc frondem cunis opposuisse ferunt,
Restat vt inueniam: quare toga libera detur
Luce feris pueris, candide Bacche, tua.
Siue, quod ipse puer semper, iuuenisque videris:
Et media est ætas inter vtrumque tibi.
Seu quia tu pater es, patres sua pignora natos
Commendant curæ, numinibusque tuis.
Siue, quod es Liber, vestis quoque libera per te
Sumitur, & vitæ liberioris iter.
An quia, cum colerent prisci studiosius agros:
Et faceret patrio rure senator opus:
Et caperet fasces à curuo consul aratro:
Nec crimen duras esset habere manus.
Rusticus ad ludos populus veniebat in vrbem:
Sed dis non studijs ille dabatur honos.
Luce sua ludos vua commentor habebat:
Quos cum tadifera nunc habet ille dea.
Ergo vt tironum celebrare frequentia possit:
Visa dies danda non aliena toga.
Mite caput pater huc, placataq; cornua vertas,
Et des ingenio vela secunda meo.
Itur ad Argeos, (qui sint, sua pagina dicet)
Hac si commemini prateritaq; die
Stella Lycaoniam vergit declius ad Arcton
Miluius hæc illa nocte videnda venit.
Quid dederit volucri, si vis cognoscere, cælum,
Saturnius regnis à Ioue pulsus erat.
Concitet iratus validos Titanas in arma,
Quæque fuit fatis debita, tentat opem.
Matre satus Terra, monstrum mirabile, taurus
Parte sui serpens posteriore fuit.
Hunc triplici muro lucis incluserat atris
Parcarum monitu Styx violenta trium.

1 al. leniſque. 2 al. præſet. 3 al. amans.

Viscera qui tauri flammis adolenda dedisset,
Sors erat, æternos vincere posse deos.
Immolat hunc Briareus facta ex adamãte securi:
Et iam iam flammis exta daturus erat:
Iupiter alitibus rapere imperat: attulit illi
Miluius: & meritis venit in astra suis.
VNa dies media est: & fiunt sacra Minervæ:
Nominaq; à iunctis quinque dieb⁹ habẽt.
Sanguine prima vacat: nec fas concurrere ferro:
Caussa, quod est illa nata Minerua die.
Altera, tresque super rasa celebrantur arena:
Ensibus exsertis bellica læta dea est.
Pallada nunc pueri, teneræque orate puellæ.
Qui bene placarit Pallada: doctus erit.
Pallade placata, lanam mollire puellæ
Discant, & plenas exonerare colos.
Illa etiam stantes radio percurrere telas
Erudit, & rarum pectine dexsat opus.
Hanc cole, qui maculas læsis de vestibus aufers:
Hanc cole, velleribus quisquis aena paras.
Nec quisquam inuita faciet bene vincula planta
Pallade sit Tychio doctior ille licet.
Et licet antiquo manibus collatus Epeo
Sit prior irata Pallade, mancus erit.
Vos quoque, Phœbea morbos qui pellitis arte:
Munera de vestris pauca referte deæ:
Nec vos turba feri sensu fraudata magistri
Spernite: discipulos attrahit illa nouos.
Quique moues calum, tabulamq; coloribus vris:
Quique facis docta mollia saxa manu.
Mille dea est operum: certe dea carminis illa est.
Si mereor studijs adsit amica meis.
Cælius ex alto qua mons descendit in æquum:
Hic vbi non plana est, sed prope plana via:
Parua licet videas capta delubra Minervæ,
Quæ dea natali cœpit habere suo.
Nominis in dubio causa est. capitale vocamus
Ingenium sollers. ingeniosa dea est.
1 An, quia de capitis fertur sine matre paterni
Vertice cum clypeo prosilijsse suo?
An, quia perdomitis ad nos captiua Falisci
Venit, & hoc signo littera prima docet?
An, quod habet legem, capitis qua pendere pœnas
Ex illo iubeat furta recepta loco?
A quatumq; trahis ratione vocabula Pallas,
Pro ducibus nostris Ægida semper habe.
Summa dies, quinque 2 tubas lustrare 3 canoras
Admonet & forti sacrificare deæ.
Nunc potes ad Solem sublato dicere vultu:
Hic here Phrixeæ vellera pressit ouis.
Seminibus testis sceleratæ fraude nouercæ
Sustulerat nullas, vt solet, herba comas.
Mittitur ad Tripodas, certa qui sorte reportet,
Quam sterili terræ Delphicus edat opem.
Hic quoque corruptus cum semine nuntiat Helles
Et iuuenis Phrixi funera sorte peti.
Vsque recusantem ciues, & tempus & Ino
Compulerant regem iussa nefanda pati.

1 al. Aut. 2 al. taba. 3 al. canora.

Et soror, & Phrixus velati tempora vittis
Stant simul ante aras: iunctaq; fata gemunt.
Adspicit hos vt forte pependerat æthere mater,
Et ferit attonita pectora nuda manu:
Inque draconigenam nimbis comitantibus vrbē
Desilit: & natos eripit inde suos:
Vtque fugam capiant aries nitidissimus auro
Traditur. ille vehit per freta longa duos.
Dicitur infirma cornu tenuisse sinistra
Femina, cum de se nomina fecit aquæ.
Pæne simul periit, dum vult succurrere lapsæ
Frater: & extentas porrigit vsque manus.
Flebat, vt amissa gemini 1 consorte pericli,
Cæruleo iunctam nescius esse deo.
Litoribus tactis aries sit sidus: at huius
Peruenit in Colchas aurea lana domos.

TRes vbi luciferos veniens præmiserit Eos,
Tempora nocturnis æqua diurna feret.
INde quater pastor saturos vbi clauserit hædos,
Canuerint herbæ rore recente quater,
Ianus adorandus cumque hoc concordia mitis,
Et Romana salus, æraque Pacis erit.

LVna regit menses, huius quoque tempora mēsis
Finit Auentino Luna colenda iugo.

FASTORVM LIB. IIII.

ALma faue, dixi, geminorum mater Amorū,
Ad vatem vultus rettulit illa suos.
Quid tibi, ait, mecum? certe maiora canebas.
Num vetus in molli pectore vulnus habes?
Scis dea: respondi, de vulnere risit: & aër
Protinus ex illa parte serenus erat.
Saucius, aut sanus, nunquam tua signa reliqui:
Tu mihi propositum, tu mihi semper opus.
Quæ decuit primis sine crimine lusimus annis:
Nunc teritur nostris area maior equis.
Tempora cum causis annalibus eruta priscis,
Lapsaque sub terras, ortaque signa cano.
Venimus ad quartū, quo tu celeberrima mensem:
Et vatem & mensem scis Venus esse tuos.
Mota Cytherea leuiter mea tempora myrto
Contigit: &, cœptum perfice, dixit, opus.
Sensimus: & caussæ subito patuēre dierum:
Dum licet, & spirant flamina, nauis eat.
Siqua tamen pars te de fastis tangere debet,
Cæsar in Aprili, quod tuearis habes.
Hic ad te magna descendit origine mensis:
Et sit adoptiua nobilitate tuus.
Hoc pater Iliades cum longum scriberet annum,
Vidit: & auctores rettulit 2 ipse suos.
Vtque fero Marti primam dedit ordine sortem:
Quod sibi nascendi proxima caussa fuit.
Sic Venerem gradibus multis in gentē receptam
Alterius voluit mensis habere locum.
Principiumque sui generis, reuolutáque quærēs
Sæcula, cognatos venit aduśq; deos.
Dardanō Electra quis nescit Atlantide natum?
Scilicet Electram concubuisse Ioui?
Huius Erichthonius: Tros est generatus ab illo:
Assaracum creat hic: Assaracusq; Capyn.
Proximus Anchises: cum quo commune parentis
Non dedignata est nomen habere Venus.
Hinc satus Æneas: pietas spectata per ignes:
Sacra, patremq; humeris, altera sacra tulit.
Venimus ad felix aliquando nomen Iuli:
Vnde domus Teucros Iulia tangit auos.
Posthumus hinc qui, quòd siluis est natus in altis,
Siluius in Latia gente vocatus erat.
Isque Latine, tibi pater est: subit Alba Latinum:
Proximus est titulus Epytus, Alba, tuis.
Ille dedit captæ repetita vocabula Troiæ:
Et tuus est idem, Calpete factus auus:
Cumq; patris regnū post hunc Tiberinus haberet:
Dicitur in Tuscæ gurgite mersus aquæ:
Iam tamen Agrippam natum, Remulumq; 1 nepotem
Viderat: in Remulum fulmina missa ferunt.
Venit Auentinus post hos, locus vnde vocatur,
Mons quoque post illum tradita regna Procæ:
Quem sequitur duri Numitor germanus Amuli:
Ilia cum Lauso de Numitore sati.
Ense cadit patrui Lausus: placet Ilia Marti:
Teque parit gemino iunctæ Quirine Remo:
Ille suos semper Venerem, Martemq; parentes
Dixit: & emeruit vocis habere fidem.
Neue secuturi possent nescire nepotes:
Tempora dis generis continuata dedit.
Sed Veneris mensem Graio sermone notatum
Auguror: à spumis est dea dicta maris.
Nec tibi sit mirum Græco rem nomine dici:
Itala nam tellus Græcia maior erat.
Venerat Euander plena cum classe suorum:
Venerat Alcides: Graius 2 vterque genus.
Hospes Auentinis armentum pauit in herbis
Clauiger: & tanto est Albula pota deo.
Dux quoque Naritius: testes Læstrigones extant:
Et quod adhuc Circes nomina litus habet.
Et iam Telegoni, iam mœnia Tiburis vdi
Stabant, Argolicæ quæ posuere manus.
Venerat Atridæ fatis agitatus Halesus:
A quo se dictam terra Falisca putat.
Adijce Troianæ suasorem Antenorà pacis:
Et generum Æneiden, Apule Daune, tuum.
Serus ab Iliacis, & post Antenora flammis
Attulit Æneas in loca nostra deos.
Huius erat Solemus Phrygia comes vnus ab Ida:
A quo Sulmonis mœnia nomen habent.
Sulmonis gelidi patriæ, Germanice, nostræ:
Me miserū, Scythico quàm procul illa solo est!
3 Euge age: tam longas sed supprime, Musa, querelas:
Non tibi sunt mœsta sacra canenda lyra.
Quò non liuor adit? sunt qui tibi mensis honorē
Eripuisse velint, inuideantque Venus.
Nam, quia Ver aperit tunc omnia: densaq; cedit
Frigoris asperitas: fetaq; terra patet:
Aprilem memorant ab aperto tempore dictum:
Quem Venus iniecta vindicat alma manu:

1 al. cum sorte. 2 al. illic.
a al. nepotes. 2 al. vtrque fuit. 3 al. Ergo.

Illa

Illa quidem totam dignissima temperat annum:
Illa tenet nullo regna minora deo:
Iuraque dat cælo, terræ natalibus vndæ:
Perque suos 1 initus continet omne genus.
Illa deos omnes (longum est numerare) creauit:
Illa satis caussas, arboribúsque dedit:
Illa rudes animos hominum contraxit in vnum:
Et docuit iungi cum pare quemque sua.
Quid genus omne creat volucrum, nisi blanda voluptas?
Nec coeant pecudes, si leuis absit amor.
Cum mare trux aries cornu decertat: & idem
Frontem dilectæ lædere parcit ouis.
Depositæ sequitur taurus feritate iuuencam:
Quem toti saltus, quem nemus omne tremit.
Vis eadem late quodcunque sub æquore viuit,
Seruat, & innumeris piscibus implet aquas.
Prima feros habitus homini detraxit: ab illa
Venerunt cultus 2 multáque cura solo.
Primus amans carmen vigilatum: nocte negata
Dicitur ad clausas concinuisse fores.
Eloquiúmque fuit duram exorare puellam:
Proque sua caussa quisque disertus erat.
Mille per hanc artes notæ: studióque placendi,
Quæ latuêre prius, multa reperta ferunt.
Hanc quisquam titulo mensis spoliare secundi
Audeat? à nobis sit furor iste procul.
Quid, quod vbique potens, templisque frequentibus aucta,
Vrbe tamen nostra ius dea maius habet?
Pro Troia, Romane, tua Venus arma ferebat:
Cum gemuit teneram cuspide læsa manum:
Cælestésque duas Troiano iudice vicit:
(Ah nolim victas hoc meminisse deas)
Assaracique nurus dicta est: vt scilicet olim
Magnus Iuleos Cæsar haberet auos.
Nec Veneri tempus, quàm ver, erat aptius vllum.
Vere nitent terræ: vere remissus ager.
Nunc herbæ ruptæ tellure cacumina tollunt:
Nunc tumido gemmas cortice palmes agit.
Et formosa Venus formoso tempore digna est:
Vtque solet, Marti continuata suo est.
Vere monet curuas materna per æquora puppes
Ire: nec hibernas iam timuisse minas.
Rite dea colitis Latiæ matrèsque nurúsque,
Et vos, quis vittæ, longáque vestis, 3 abest.
Aurea marmoreo redimicula demite collo:
Nunc alij flores nunc noua danda rosa est.
Vos quoque sub viridi myrto iubet ipsa lauari:
Caussáque cur iubeat, discite, certa subest.
Litore siccabat sudantes rore capillos.
Viderunt Satyri turba proterua deam.
Sensit, & oppositæ texit sua tempora myrto.
Tuta fuit facto: vosque referre iubet.
Discite nunc quare Fortunæ tura virili
Detis eo, gelida qui locus humet aqua.
Accipit ille locus posito velamine cunctas:
Et vitium nudi corporis omne videt.
Vt tegat hoc, cælétque viros, Fortuna virilis
Præstat, & hoc paruo ture rogata facit.
Nec pigeat tritum niueo cum lacte papauer
Sumere: & expressis mella liquata fauis.
Cum primum cupido Venus est deducta marito,
Hoc bibit: ex illo tempore nupta fuit.
Illam supplicibus verbis placate, sub illa
Et forma: & mores, & bona fama manet.
Roma pudicitia proauorum tempore lapsa est:
Cum eam, veteres, consuluistis anum.
Templa iubet fieri Veneri: quibus ordine factis,
Inde Venus verso 1 nomina corde tenet.
Semper ad Æneadas placido pulcherrima vultu
Respice, totque tuas diua tuere nurus.
Dum loquor, elatæ metuendus acumine caudæ
Scorpius in viridis præcipitatur aquas.
NOx vbi trãsierit: cælumque rubescere primò
Cœperit: & tactæ rore querentur aues:
Semustámque facem vigilata nocte viator
Ponet, & ad solitum rusticus ibit opus:
Pleiades incipient humeros releuare paternos:
Quæ septem dici, sex tamen esse solent.
Seu quod in 2 amplexus sex hinc venere deorum:
Nam Steropen Marti concubuisse ferunt:
Neptuno Halcyonen, & te formosa Celæno:
Maian & Electram, Taygetámque Ioui,
Septima mortali Merope tibi, Sisyphe, nupsit:
Pœnitet: & facti sola pudore latet.
Siue quod Electra Troiæ spectare ruinas
Non tulit: ante oculos oppositque manum.
TEr sine perpetuo cælum versetur in axe:
Ter iungat Titan, térque resoluat equos:
Prozinus inflexo Berecynthia tibia cornu
Flabit, & Idææ festa parentis erunt.
Ibunt semimares: & inania tympana tundent:
Æraque tinnitus ære repulsa dabunt.
Ipsa sedens molli comitum ceruice feretur
Vrbis per medias exululata vias.
Scena sonat, ludique vocant: spectate Quirites,
Et fora Marte suo litigiosa vacent.
Quærere multa libet: sed me sonus æris acuti
Terret: & horrendo lotos adunca sono:
Da dea quam 3 sciter. doctas Gybeleia neptes
Vidit, & has curæ iussit adesse meæ.
Pandite mandati memores Heliconis alumnæ,
Gaudeat assiduo cur Dea magna sono.
Sic ego, sic Erato (mensis Cythereius illi
Cessit, quod teneri nomen amoris habet)
Reddita Saturno sors hæc erat: Optime regum
A nato sceptris excutiere tuis.
Ille suam metuens, vt quæque erat edita prolem
Deuorat immersam visceribúsque tenet.
Sæpe Rhea questa est toties fecunda, nec vnquam
Mater, & indoluit fertilitate sua.
Iupiter ortus erat, pro magno teste vetustas
Creditur: acceptam parce mouere fidem.
Veste latens saxum cælesti gutture fedit.
Sic genitor fatis decipiendus erat.
Ardua iamdudum resonat tinnitibus 4 Ida:

1 coitus. 2 al. mundaque. 3 al. adest.
1 al numina. 2 al. amplexam. 3 al. scitè. 4 al. Ide.

Tutus vt infanti vagiat ore puer.
Pars manibus clypeos, galeas pars tundit inanes:
Hos Curetes habent, hoc Corybantes opus:
Res latuit patrem: priscique imitamina facti
Æra deæ comites, raucaque terga mouent.
Cymbala pro galeis, pro scutis tympana pulsant:
Tibia dat Phrygios, vt dedit antè, modos.
Desierat. cœpi: Cur huic genus acre leonum
Præbent insolitas ad iuga curua iubas?
Desieram. cœpit: Feritas mollita per illam
Creditur: id curru testificata suo est.
At cur turrifera caput est onerata corona?
An primis turres vrbibus illa dedit?
Annuit: vnde venit, dixi, sua membra secandi
Impetus? vt tacui Pierius orsa loqui.
Phryx puer in siluis facie spectabilis altis
Turrigeram casto iunxit amore deam.
Hunc sibi seruari voluit: sua templa tueri:
Et dixit, Semper fac puer esse velis.
Ille fidem iussis dedit: & si mentiar, inquit.
Vltima, qua fallam, sit Venus illa mihi.
Fallit: & in nympha Sagaritide desinit esse,
Quod fuit. hinc pœnas exigit ira dea.
Naida vulneribus succidit in arbore factis:
Illa parit: fatum 1 Naidos arbor erat.
Hic furit: & credens thalami procumbere tectum
Effugit & cursu Dindyma summa petit.
Et modo tolle faces: remoue, modo, verbera clamat:
Sæpe Palæstinas iurat adesse deas.
Ille etiam saxo corpus laniauit acuto:
Longaque in immũdo puluere tracta coma est.
Voxque fuit, Merui: meritas do sanguine pœnas:
Ah pereant partes, quæ nocuere mihi.
Ah pereant, dicebat adhuc: onus inguinis auferr,
Nullaque sunt subito signa relicta viri.
Venit in exemplum furor hic, mollésque ministri
Cadunt iactatis vilia membra comis.
Talibus Aonia facunda voce Camœna
Reddita quæsiti caussa furoris erat.
Hoc quoq; dux operis moneas precor: vnde petita
Venerit: an nostra semper in vrbe fuit?
Dindymon, & Cybelen, & amœnam 2 fontibus Idam
Semper, & Iliacas Mater amauit opes.
Cum Troiam Æneas Italos portaret in agros:
Est dea sacriferas pæne secuta rates.
Sed nondum fatis Latio sua numina posci
Senserat: assuetis substiterat que locis.
Post, vt Roma potens opibus iam secula quinque
Vidit: & 3 edomito sustulit orbe caput,
Carminis Euboici fatalia verba sacerdos
Inspicit, inspectum tale fuisse ferunt.
Mater abest, matrem iubeo Romane requiras,
Cum veniet casta est accipienda manu.
Obscure sortis patres ambagibus errant:
Quaue parens absit, quoue petenda loco.
Consulitur Paan: Diuumque accersite matrem.

1 al. Naiados. 2 al. frondibus.
3 al. è domito.

Inquit, in Ideo est inuenienda iugo.
Mittuntur proceres. Phrygia tùc sceptra tenebat
Attalus: Ausoniis rem negat ille viris.
Mira canam. longo tremuit cũ murmure tellus,
Et sic est adytis diua locuta suis.
Ipsa peti volui, ne sit mora, mittite volentem,
Dignus Roma locus, quò Deus omnis eat.
Ille soni terrore pauens, Proficiscere, dixit:
Nostra eris, in Phrygios Roma refertur auos.
Protinus innumeræ cadunt pineta secures
Illa quibus fugiens Phryx pius vsus erat.
Mille manus coeunt, & picta coloribus vstis
Cælestum matrem concaua puppis habet.
1 Illa sui per aquas fertur tutissima nati,
Longáque Phrixeæ magna sororis adit.
Rhœteumque capax, Sigeáque littora transit.
Et Tenedum, & veteres Ectionis opes.
Cyclades excipiunt, Lesbo post terga relicta,
Quáquo Carystheis frangitur vnda vadis.
Transit & Icarium: lapsas vbi perdidit alas
Icarus, & vastæ nomina fecit aquæ.
Tunc læua Creten dextra Pelopeidas vndas
Deserit, & Veneri sacra Cythera petit.
Hinc mare Trinacriũ, candens vbi tingere ferrũ
Brontes, & Steropes, Æmonidésque solent.
Æquoráque Asia legit, Sardoaq; regna sinistris
Respicit à remis, Ausoniamque tenet:
Ostia contigerat, qua se Tiberinus in altum
Diuidit: & campo liberiore natat.
Omnis eques, missáque grauis cum plebe senatus
Obuius ad Tusci fluminis ora venit.
Procedunt pariter matres, natique virique,
Quæque colunt sanctos virginitate focos.
Sedula fune viri contento brachia lassant,
Vix 2 subit aduersas hospita nauis aquas.
Sicca diu fuerat tellus, sitis vsserat herbas,
Sedit limoso pressa carina vado.
Quisquis adest operi, pl⁹ quàm pro parte laborat,
Adiuuat & fortes voce sonante manus.
Illa velut medio stabilis sedet insula ponto.
Attoniti monstro stántque pauéntque viri.
Claudia Quinctia genus Clauso referebat ab alto,
Nec facies impar nobilitate fuit.
Casta quidem, sed non est credita: rumor iniquus
Laserat, & falsi criminis acta rea est.
3 Cultus, & ornatos variè prodisse capillos,
Obfuit, ad rigidos promptáque lingua sonos.
Conscia mens recti famæ mendacia ridet.
Sed nos in vitium credula turba sumus.
Hæc vbi castarum processit ab agmine matrum,
Et manibus puram fluminis hausit aquam,
Ter caput irrorat, ter tollit ad æthera palmas.
Quicunque aspiciunt, mente carere putant.
Summissoque genu, vultus in imagine diuæ
Figit: & hos edit crine iacente sonos:
Supplicis alma tuæ genetrix fœcunda deorum
Accipe sub certa conditione preces.
Casta negor, si tu damnas: meruisse fatebor.

1 al. Illa sui per fluctus. 2 al. tulit.
3 al. Cultis & ornatis variè prodisse capillis.

Morte

Morte luam pœnas iudice victa dea.
Sed si crimen abest, tu nostræ pignora vitæ
Redde bis: & castus casta sequere manus.
Dixit: & exiguo funem conamine traxit:
(Mira, sed in scena testificata loquor)
Mota dea est: sequiturq; ducem, laudatq; sequendo,
Index lætitiæ fertur ad astra sonus.
Fluminis ad flexum veniunt: Tiberina priores
Atria dixerunt: vnde sinister abit.
Nox aderat: querno religant in stipite funem,
Dantq; leui somno corpora functa cibo.
Lux aderat: querno soluunt à stipite funem,
Ante tamen posito tura dedere foco.
Ante coronarunt puppem: sine labe iuuencam
Mactarunt, operum, coniugiiq; rudem.
Est locus, in Tiberim qua lubricus influit Almo:
Et nomen magno perdit in amne minor.
Illic purpurea canus cum veste sacerdos
Almonis, dominam, sacraq; lauit aquis.
Exululant comites, furiosaq; tibia flatur:
Et feriunt molles taurea terga manus.
Claudia præcedit læto celeberrima vultu,
Credita vix tandem teste pudica dea.
Ipsa sedens plaustro porta est inuecta Capena,
Sparguntur iuncta flore recente boues.
Nasica accepit, templi non perstitit auctor,
Augustius nunc est, ante Metellus erat.
Substitit hic Erato, mora [1] sic cætera quæro,
Dic, inquam, parua cur stipe quærat opes?
Contudit as populus, de quo delubra Metellus
Fecit, ait, dandæ mos stipis inde manet.
Cur victibus factis ineunt conuiuia, quero,
Tunc magis, indictas concelebrantq; dapes?
Quod bene mutarit sedem Berecynthia, dixit,
Captant mutatis sedibus omen idem.
Instituram, quare Primi Megalesia ludi
Vrbe forent nostra; cum dea (sensit enim)
Illa deos, inquit, peperit, cessere parenti,
Principiumq; dati mater honoris habet.
Cur igitur Gallos qui se excidere vocamus?
Cum tantũ à Phrygia Gallica distet humus?
Inter, ait, viridem Cybelen, altasq; Celenas
Amnis it insana, nomine Gallus, aqua.
Qui bibit inde, furit, procul hinc dijcedite, queis est
Cura bona mentis, qui bibit inde, furit.
Non pudet herbosum, dixi, posuisse moretum
In domina mensis? an sua causa subest?
Lacte mero veteres vsi narrantur: & herbis,
Sponte sua siquas terra ferebat, ait.
Candidus elixa miscetur caseus herba:
Cognoscat priscos vt dea prisca cibos.
Postera cum celo moris Pallantias astris
Fulserit: & niueos Luna leuarit equos,
Qui dicet, Quondam sacrata est colle Quirini
Hac fortuna die Publica, verus eris.
Tertia lux (memini) ludis [2] erat hac mihi quidam

1 al. dum. 2 al. erit.

Spectanti senior, contiguusque loco.
Hæc, ait, illa dies, Libycis qua Cæsar in oris
Perfida magnanimi contudit arma Iubæ.
Dux mihi Cæsar erat, sub quo meruisse tribunus
Glorior, [1] officio præfuit ille meo.
Hanc ego militiæ sedem, tu pace paraſti
Inter bis quinos vsus honore viros.
Plura locuturi subito subducimur imbre,
Pendula cælestes Libra mouebat aquas.
Ante tamen, quàm summa dies spectacula sistat,
Ensifer Orion aquore mersus erit.
Proxima victricem cũ Romã inspexerit eos,
Et dederit Phœbo stella fugata locum,
Circus erit pompa celeber, numeroque deorum,
Primaque ventosis palma petitur equis:
Hinc Cereris ludi, non est opus indice causſa.
Sponte dea munus promeritumque patet.
Panis erant primis virides mortalibus herbæ,
Quas tellus nullo sollicitante dabat.
Et modò carpebant viuax è cespite gramen,
Nunc epulæ tenera fronde cacumen erant.
Posmodo glans nata est. bene erat, iam glãde reperta:
Duráque magnificas quercus habebat opes.
Prima Ceres homine ad meliora alimenta vocato
Mutauit glandes vtiliore cibo.
Illa iugo tauros collum præbere coegit,
Tunc primum solers eruta vidit humus.
Æs erat in pretio, chalybis iam massa placebat:
Heu heu perpetuo debuit illa tegi.
Pace Ceres lata est: & vos orate coloni
Perpetuam pacem, pacificumque ducem.
Farra dea, micaque licet sacientis honorem
Detis, & in veteres turea grana focos.
Et si tura aberunt, vnctas accendite tedas,
Parua bona Cereri sint modo casta placent.
A boue succincti cultros remouete ministri:
Bos aret: [2] ignauum sacrificate suem.
Apta iugo ceruix non est ferienda securi.
Viuat, & in dura sæpe laboret humo.
Exigit ipse locus, raptus vt virginis edam,
Plura recognosces, pauca docendus eris.
Terra tribus scopulis vastum procurrit in æquor
Trinacris, à positu nomen adepta loci,
Grata domus Cereri, multas ea possidet vrbes,
In quibus est culto fertilis Enna solo.
Frigida cælestum matres Aretusa vocarat,
Venerat ad sacras & dea fiana dapes.
Filia, consuetis vt erat comitata puellis,
Errabat nudo per sua prata pede.
Valle sub vmbrosa locus est adspergine multa
[3] Vuidus ex alto desilientis aquæ.
Tot fuerant illic, quot habet natura, colores,
Pictaque dissimili flore nitebat humus.
Quam simul adspexit, comites accedite, dixit,
Et mecum plenos flore referte sinus.

1 al. officiis præfuit ille meis.
2 al. ignauum.
3 Humidus.

Præda puellares animos oblectat inanis,
Et non sentitur sedulitate labor.
Hæc implet lento calathos è vimine nexos,
Hæc gremium, laxos degrauat illa sinus.
Illa legit calthas, huic sunt violaria curæ,
Illa papauereas subsecat vnge comas.
Has Hyacinthe tenes, illas Amarante moraris,
Pars thyma, pars rorem, pars meliloton amant.
Plurima lecta rosa est: sunt & sine nomine flores,
Ipsa crocos tenues, liliaque alba legit.
Carpendi studio paulatim longius itur,
Et dominam casu nulla secuta comes.
Hanc videt, & visam patruus velociter aufert,
Regnaq; cæruleis in sua portat equis.
Illa quidem clamat, Io Io charissima mater
Auferor, ipsa suos abscideratq; sinus.
Panditur interea Dii via, namque diurnum
Lumen inassueti vix patiuntur equi.
At chorus æqualis [1] cumulatæ flore ministræ,
Persephone, clamant ad tua dona veni.
[2] Et clamata silet: montes vlulatibus implent:
Et feriunt mœsta pectore nuda manu:
Attonita est plangore Ceres: modo venerat Enam:
Nec mora, nec miseram filia clamat, vbi es?
Mentis inops rapitur, vt quas audire solemus
Threicias fusis Mænadas ire comis.
Vt vitulo mugit sua mater ab vbere rapto:
Et quærit fetus per nemus omne suos:
Sic dea nec retinet gemitus: & concita cursu
Fertur: & è campis incipit Enna tuis.
Inde puellaris nacta est vestigia plantæ:
Et pressam noto pondere vidit humum.
Forsitan illa dies erroris summa fuisset:
Si non turbassent signa reperta sues.
Iamque Leontinos, Anisenaque flumina cursu
Præterit: & ripas herbifer Aci tuas.
Præterit & Cyanen, & fontes lenis Anapi:
Et è verticibus, non adeunde Gela.
Liquerat Ortygiam, Megareaq; Pantagieaq;,
Quaque Simethæas accipit æquor aquas:
Antraque Cyclopum positis exusta caminis:
Quique locus curuæ nomina falcis habet:
Himeraque, & Didymen, Agrigentaque Tauromenonque,
Sacrarumque Melam pascua læta boum.
Hinc Camerinam adit, Thapsonque & Heloria tempe:
Quaque iacet Zephyro semper apertus Eryx.
Iamque Peloriaden, Lilybeaque, iamque Pachynon
Lustrarat, terræ cornua prima suæ.
Quacunque ingreditur, miseris loca cuncta querelis
Implet: vt amissum cum gemit ales Ityn.
Perq; vices modo Persephone, modo filia clamat,
Clamat, & alternis nomen vtrumque ciet.
Sed neque Persephone Cererem, nec filia matrem
Audit, & alternis nomen vtrumque perit.
Vnaque pastorum vidisset, an arma colentem,
Vox erat: Hac gressus ecqua puella tulit?
Iam color vnus inest rebus: tenebrisque teguntur
Omnia, iam vigiles conticuere canes.
Alta iacet vasti super ora Typhoeos Ætna:
Cuius anhelatis ignibus ardet humus,
Illic accendit geminas pro lampade pinus,
Hinc Cereris sacris nunc quoque teda datur.
Est specus exesi structura pumicis asper,
Non homini [1] facilis, non adeunda feræ.
Quò simulac venit, frenatos curribus angues
Iunxit, & æquoreas sicca pererrat aquas.
Effugit & Syrteis, & te Zanclæa Charybdis,
Et vos Nisæi naufraga monstra canis,
Hadriacumque patens late, bimaremque Corinthum,
Sic venit ad portus, Attica terra, tuos.
Hic primum gelido sedit mæstissima saxo,
Illud Cecropidæ nunc quoque triste vocant.
Sub Ioue durauit multis immota diebus,
Et lunæ patiens & pluuialis aquæ.
Fors sua cuique loco est, qui nunc Cerealis Eleusis
Dicitur, hic Celei rura fuere senis.
Ille domum glandes, excussaque mora rubetis
Portat, & arsurus arida ligna focis.
Filia parua duas redigebat monte capellas,
Et tener in cunis filius æger erat.
Mater, ait virgo, (mota est dea nomine matris)
Quid facis in solis incomitata locis?
Perstitit & senior, quamuis onus vrget, & orat
Tecta sua subeat quantulacumque casa.
Illa negat, simularat enim, mitraque capillos
Presserat. instanti talia [2] dicta refert:
Sospes eas, semperque parens, mihi filia rapta est.
Heu melior quanto sors tua sorte mea est!
Dixit, &, vt lacryma, (neque enim lacrymare deorum est)
Decidit in tepidos lucida gutta sinus.
Flent pariter molles animis virgoque, senexque,
E quibus hæc iussi verba fuere senis,
Sic tibi, quam [1] raptam quæris, sit filia sospes,
Surge: nec exiguæ despice tecta casæ.
Cui dea [3] sic inquit: Sciste, qua cogere posses.
Seque leuat saxo, subsequiturque senem.
Dux comiti narrat quàm sit sibi filius æger:
Nec capiat somnos: inuigiletque malis.
Illa soporiferum paruos initura penates,
Colligit agresti lene papauer humo.
Dum legit: oblito fertur gustasse palato:
Longamque imprudens exsoluisse famem,
Quæ quia principio posuit ieiunia noctis:
Tempus habent mensæ sidera visa sibi.
Limen vt intrauit, luctus videt omnia plena:
Iam spes in puero nulla salutis erat.
Matre salutata (mater Menalina vocatur)
Iungere dignata est os puerile suo.

1 al. cumulatis. 2 al. vt.

1 al. regio. 2 al. verba. 3 al. due

Pallor

Pallor abit: subitasq; vident in corpore vires:
Tantus cælesti venit ab ore vigor.
Tota domus læta est, hoc est, materq;, paterq;,
Nataq;, tres illi tota fuere domus.
Mox epulas ponunt, liquefacta coagula lacte,
Pomaq;, & in cerus aurea mella suis.
Abstinet alma Ceres: somniq; papauera caussas
Dat tibi cum tepido lacte bibenda puer.
Noctis erat medium, placidiq; silentia somni:
Triptolemum gremio sustulit illa suo:
Terq; manu permulsit eum: tria carmina dixit.
Carmina mortali non referenda sono:
Inq; foco corpus puert vruente fauilla
Obruit, humanum purget vt ignis onus.
Excutitur somno stulte pia mater: & amens:
Quid facis? exclamat: membraq; ab igne rapit.
Cui dea, Dum non es, dixit, scelerata fuisti:
Irrita materno sunt mea dona metu.
Iste quidem [1] mortalis erit: sed primus arabit,
Et seret: & culta præmia tollet humo.
Dixit: & egrediens nubem trahit: inq; dracones
Transit: & ab altifero tollitur axe Ceres.
Sunion expositum, Piræaq; tuta recessu
Linquit: & in dextrum quæ iacet ora latus.
Hinc [2] init Ægeũ quo Cycladas adspicit omnes,
Ioniumq; capax, Icariumq; legit:
Perq; vrbes Asiæ longum petit Hellespontum,
Diuersumq; locis alta pererrat iter.
Nã modo turilegos Arabas, modo despicit Indos:
Hinc Libs, hinc Meroë siccaq; terra subest.
Nunc adit Hesperios, Rhenum, Rhodanúmque,
Padúmque,
Teq; future [3] parens Tibri potentis aquæ.
Quò feror? immensum est erratas dicere terras:
Præteritus Cereri nullus in orbe locus.
Errat & in cælo: liquidiq; immunia ponti
Alloquitur gelido proxima signa polo.
Parrhasides stellæ (namq; omnia nosse potestis:
Æquoreas nunquam cum subeatis aquas)
Persephonem natam miseræ monstrate parenti.
Dixerat, huic Helice talia verba refert:
Crimine nox vacua est. Solem de virgine rapta
Consule: qui late facta diurna videt:
Sol aditus quam quæris, ait, ne vana labores,
Nupta Iouis fratri tertia regna tenet.
Questa diu secum, sic est affata tonantem:
Maximaq; in vultu signa dolentis erant.
Si memor es, de quo mihi sit Proserpina nata,
Dimidium curæ debet habere tuæ.
Orbe pererrato, sola est iniuria facti
Cognita: commissi præmia raptor habet.
At neque Persephone digna est prædone marito:
Nec gener hoc nobis more parandus erat.
Quid grauius victore Gyge captiua tulissem,
Quam nunc te cæli sceptra tenente tuli?
Verum impune ferat: nos hæc patiemur inultæ.
Reddat, & emendet facta priora nouis.
Iupiter hanc lenit: factúmque excusat amore:
Nec gener est nobis ille pudendus, ait.

[1] al. moriturus erit. [2] al. adit. [3] al. pater.

Non ego nobilior: posita est mihi regia cælo:
Possidet alter aquas: alter inane Chaos.
Sed si forte tibi non est mutabile pectus,
Statq; semel iuncti rumpere vincla tori,
Hoc quoque tentemus siquidem ieiuna remãsit:
Sin minus, Inferni coniugis vxor erit.
Tartara tussus adit sumptis Caduciser alis:
Speq; redit citius, visaq; certa refert.
Rapta tribus, dixit, soluit ieiunia granis,
Punica quæ in lento cortice poma tegunt.
Non secus indoluit, quam si modo rapta fuisset.
Mæsta parens longa vixq; refecta mora est.
Atque, Ita nec nobis cælum est habitabile, dixit:
Tartarea recipi me quoque valle iube.
Et factura fuit: pactus nisi Iupiter esset,
Bis tribus vt cælo mensibus illa foret.
Tunc demum vultúmque Ceres, animúmque recepit:
Imposuitq; suæ spicea serta comæ.
Largaq; prouenit cessatis messis in aruis,
Et vix congestas area cepit opes.
Alba decent Cererem, vestes Cerealibus albas
Sumite, nunc pulli velleris vsus abest.

OCcupat Aprilis Idus cognomine Victor
Iupiter, hac illi sunt data templa die.
Hac quoque, ni fallor, populo dignissima nostro
Atria Libertas cœpit habere sua.

LVce secutura tutos pete, nauita, portus.
Ventus ab occasu grandine mixtus erit.
Si licet, & fuerit tamen hæc Mutinentia Cæsar
Grandine militia contulit arma suo.

TErtia post Veneris cũ lux surrexerit Idus,
Pontifices forda sacra litate boue.
Forda ferens bos est. fecundaq; dicta ferendo,
Hinc etiam fetus nomen habere putant.
Nunc grauidum pecus est. grauidæ quoque semine terræ
Telluri plena victima plena datur.
Pars cadit arce Iouis, ter denas curia vaccas
Accipit, & largo sparsa cruore madet.
Ast vbi visceribus vitulos rapuere ministri,
Sectaq; fumosis exta dedere focis:
Igne cremat vitulos, qua natu maxima virgo est.
Luce palis populos purget vt ille cinis.
Rege Numa fructu non respondente labori,
Irrita decepti vota colentis erant.
Nam modo siccus erat gelidis aquilonibus annus,
Nunc ager assidua luxuriabat aqua.
Sæpe Ceres primis dominum fallebat in herbis,
Et leuis obsesso stabat auena solo,
Et pecus ante diem partus edebat acerbos,
Agnaq; nascendo sæpe necabat ouem.
Silua vetus nullaq; diu violata securi
Stabat, Mænalio sacra relicta deo.
Ille dabat tacitis animo responsa quieto
Noctibus. hic geminas rex Numa mactat oues.
Prima cadit Fauno, leni cadit altera Somno.
Sternitur in duro vellus vtrumque solo.
Bis caput intonsum fontana spargitur vnda,
Bis sua fagínea tempora fronde tegit.

Vsus adest Veneris, nec fas animalia mensis
Ponere, nec digitis annulus vllus inest.
Vesper vbi est, tectum supra noua vellera corpus
Ponit. adorato per sua verba deo.
Interea placidam redimita papauere frontem
Nox venit, & secum somnia nigra trahit.
Faunus adest: ouium premés pede vellera duro,
Edidit à dextro talia verba toro:
Morte boum tibi, rex, tellus placanda duarum,
Dat sacris animas vna necata duas.
Excutitur terrore quies, Numa visa resoluit,
Et secum ambages, cæcáq; visa refert.
Expedit errantem nemori gratissima coniux,
Et dixit: Grauidæ posceris exta bouis:
Exta bouis grauidæ dantur: fecundior annus,
Prouenit: & fructum terra pecusq; ferant.
Hanc quondam Cytherea die properantius ire
Iussit: & [1] admissos præcipitauit equos:
Vt titulum imperij quam primum luce sequenti
Augusto iuueni prospera bella darent.
SEd iam præteritas vbi quartus lucifer Idus
Respicit, hac Hyades Dorida nocte tenent.
TErtia post Hyadas cũ lux erit orta remotas:
Carcere partitos circus habebit equos.
Cur igitur missæ iunctis ardentia tedis
Terga, ferant vulpes, caussa docenda mihi est.
Frigida Carseolis nec oliuis apta ferendis
Terra sed ad segetes, ingeniosus ager.
Hac ego Pelignos natalia rura petebam,
Parua sed assiduis humida semper aquis.
Hospitis antiqui solitas intrauimus ædes,
Dempserat emeritis iam iuga Phœbus equis.
Is mihi multa quidem: sed & hæc narrare solebat,
Vnde meum præsens instrueretur opus.
Hoc, ait, in campo. (campumq; ostendit) habebat
Rus breue cum duro parca colona viro.
Ille suam peragebat humum siue vsus aratri,
Seu curuæ falcis, siue bidentis erat.
Hæc modo verrebat stantem tibicine villam:
Nunc matris plumis oua fouenda dabat.
Aut virides maluas, aut fungos colligit albos:
Aut humilem grato calfacit igne focum.
Et tamen assiduis exercet brachia telis,
Aduersusq; minas frigoris arma parat.
Filius huius erat primo lasciuus in æuo:
Addiderat q; annos ad duo lustra duos.
Is capit extremi vulpem conualle salicti:
Abstulerat multas illa cohortis aues.
Captiuam stipula, fœnoq; inuoluit: & ignes
Admouet: vrentes effugit illa manus.
Qua fugit, incendit vestitos messibus agros:
Damnosis vires ignibus aura dabat.
Factum abijt: monumenta manent: nam [2] dicere certam
Nunc quoque lex vulpem Carseolana vetat.
Vtq; luat pœnas genus hoc, Cerealibus ardet:
Quoque modo segetes perdidit, ipsa perit.
PRoxima cum veniet terras visura patentes
Memnonis in roseis lutea mater equis,

De duce lanigeri pecoris qui perdidit Hellen
Sol abit: egresso victima maior adest.
Vacca sit an taurus, non est cognoscere promptũ:
Pars prior apparet: posteriora latent.
Seu tamen est taurus, siue hoc est femina signum:
Iunone inuita munus amoris habet.
NOx abiit: oriturq; aurora: Palilia poscor:
Non poscor frustra: si fauet alma Pales.
Alma Pales faueas pastoria sacra canenti:
Prosequor officio si tua facta meo.
Certè ego de vitulo cinerem, stipulámque fabalẽ
Sæpe tuli plena, februa tosta, manu.
Certe ego transilij positas ter in ordine flammas:
Vdaq; rorales laurea misit aquas.
Mota dea est: operiq; fauet: nauales exit
Puppis: habent ventos iam mea vela suos.
I, pete virginea populus suffimen ab ara:
Vesta dabit: Vestæ [1] munere purus eris.
Sanguis equi suffimen erit, vitulíq; fauilla:
Tertia res dura culmen inane faba.
Pastor oues saturas ad prima crepuscula lustret:
Vnda prius spargat, virgaq; verrat humum.
Frondibus, & fixis decorentur ouilia ramis:
Et tegat ornatas longa corona fores.
Cærulei fiant puro de sulfure fumi:
Tactaq; fumanti sulfure balet ouis.
Vre [2] mares oleas, tedamq;, herbasq; Sabinas:
Et crepet in medijs laurus adusta focis.
Libaq; de milio milij fiscella sequatur:
Rustica præcipue est hoc dea læta cibo.
Adde dapes in vtrumque suas: dapibúsque resectis
Siluicolam tepido lacte precare Palem.
Consule, dic, pariter pecori, pecorisq; magistris:
Effugiat stabulis noxa repulsa meis.
Siue sacro paui: sedive sub arbore sacra,
Pabulaq; è bustis inscia carpsit ouis:
Si nemus intraui vetitum: nostrisve fugatæ
Sunt oculis nymphæ, semicaperque deus:
Si mea falx ramo lucum spoliauit opaco:
Vnde data est ægræ fiscina frondis oui:
Da veniam culpæ: nec, dum degrandinat, obsit
Agresti fano supposuisse pecus.
Ne noceat turbasse lacus: ignoscite nymphæ:
Mota quod obscuras vngula fecit aquas.
Tu dea pro nobis fontes fontanaq; placa
Numina: tu sparsos per nemus omne deos.
Nec Dryadas, nec nos videamus labra Dianæ:
Nec Faunum, medio cum premit arua die.
Pelle procul morbos, valeant homineſque, gregesque,
Et valeant vigiles, prouida turba, canes.
Neue minus multas redigam, quã mane fuerũt,
Neue gemam referens vellera rapta lupo.
Absit iniqua fames herbæ, frondesque superstent,
Quæq; lauent artus, quæq; bibantur, aquæ.
Vbera plena premam: referat mihi caseus æra,
Dentq; viam liquido vimina rara sero.
Sitq; salax aries, conceptaq; semina coniux

1 al. æthereos. 2 al. viuere captam.

1 al. numine. 2 al. maris rates.

Red-

Reddat, & in [1] stabulis multa sit agna meis.
Lanaq; proueniat nullas lasura puellas
Mollis & ad teneras quamlibet apta manus.
Quæ precor eueniant, & nos faciamus ad annũ
Pastorum dominæ grandia liba Pali.
His dea placanda est: hæc tu conuersus ad ortus
Dic quater: & viuo perlue rore manus.
Dum licet, apposita veluti cratere camella
Lac niueum potes purpureamq; sapam.
Moxq; per ardentes stipulæ crepitantis aceruos
Trajicias celeri strenua membra pede.
Expositus mos est, moris mihi restat origo:
Turba facit dubium: cœptaq; nostra tenet.
Omnia purgat edax ignis, vitiumq; [2] metalli
Excoquit: idcirco cum duce purgat oues.
An, quia cunctarum contraria semina rerum
Sunt duo, discordes ignis & vnda dei:
Iunxerunt elementa patres: aptúmq; putarunt
Ignibus & sparsa tangere corpus aqua.
An, quod in his vitæ causса est, hæc perdidit exul:
His noua fit coniux: hæc duo magna putant.
(Vix equidẽ credo) sunt qui Phaethontia referri
Credant, & nimias Deucalionis aquas.
Pars quoque, cum saxis pastores saxa ferebant,
Scintillam subito prosiluisse ferunt.
Prima quidem perijt: stipulis excepta secunda est:
Hoc argumentum flamma Palilis habet.
An magis hunc morem pietas Æneia fecit,
Innocuum victo cui dedit ignis iter?
Hoc tamẽ est vero propius: cũ condita Roma est,
Transferri iussos in noua tecta lares:
Mutantesq; domum tectis agrestibus ignem,
Et cessaturæ suppositisse casæ:
Per flammas saliisse pecus, saliisse colonos:
Quod sit natali nunc quoque, Roma, tuo.
Ipse locum vati casus facit. vrbis origo
Venit: ades factis magne Quirine tuis.
Iam luerat pœnas frater Numitoris: & omne
Pastorum gemino sub duce vulgus erat.
Contrahere agrestes, & mœnia ponere vtrique
Conuenit. ambigitur [3] mœnia ponat vter.
Nil opus est, dixit, certamine, Romule, vllo.
Magna fides auium est, experiamur aues.
Res placet: alter init nemorosi saxa Palati:
Alter Auentini mane cacumen [4] init.
Sex Remus, hic vultures bis sex videt ordine: pacto
Statur: & arbitriũ Romulus vrbis habet:
Apta dies legitur, qua mœnia signet aratro.
Sacra Palis suberant, inde mouetur opus.
Fossa fit ad solidum, fruges iactantur in ima:
Et de vicino terra petita solo.
Fossa repletur humo, plenæq; imponitur ara:
Et nouus accenso fungitur igne focus.
Inde premens sliuam designat mœnia sulco:
Alba iugum niueo cum boue vacca tulit.
Vox fuit hæc regis, Condenti Iupiter vrbem,
Et genitor Mauors, Vestaq; mater ades:

[1] al. stabulo multa sit agna meo. [2] al. metallis. [3] al. nomina. [4] al. adit.

Quosque pium est adhibere deos, aduertite cũcti,
Auspicibus vobis hoc mihi surgat opus:
Longa sit huic ætas, dominæque potentia terræ:
Sitque sub hac oriens, occiduúsque dies.
Ille precabatur. tonitru dedit omina læuo
Iupiter: & læuo fulmina missa polo.
Augurio læti iaciunt fundamina ciues:
Et nouus exiguo tempore murus erat.
Hoc Celer vrget opus, quẽ Romulus ipse vocarat:
Sintque Celer curæ dixerat ista tuæ.
Néve quis aut muros, aut factam vomere fossam
Transeat: audentem talia dede neci.
Quod Remus ignorans, humiles contẽnere muros
Cœpit: & His populus, dicere, tutus erit?
Nec mora, transilijt. retro Celer occupat ausum:
Ille premit duram sanguinolentus humum.
Hæc vbi rex didicit, lacrymas introrsus obortas
Deuorat: & clausum pectore vulnus habet.
Flere palam non vult: exemplaque fortia seruat:
Sicque meos muros transeat hostis, ait.
Dat tamen exsequias: nec iam sustendere fletum
Sustinet: & pietas [2] dissimulata patet.
Osculáque applicuit posito suprema feretro:
Atque ait, Inuito frater adempte vale.
Arsurósque artus vnxit: fecere quod ille
Faustulus, & mæstas Acca soluta comas.
Tunc iuuenes nondum facti fleuere Quirites:
Vltima prolato subdita flamma rogo est.
Vrbs oritur (quis tunc hoc illi credere posset?)
Victorem terris impositura pedem.
Cuncta regas: & sis sub magno Cæsare semper,
Sæpe etiam plures nominis huius habe.
Et quoties steteris domito sublimis in orbe,
Omnia sunt humeris inferiora tuis.

Dicta Pales nobis: idem vinalia dicam:
Vna tamen media est inter vtramq; dies.
Numina vulgares Veneris celebrate puellæ,
Multa professarum quæstibus apta Venus.
Poscite ture dato formam, populique fauorem,
Poscite blanditias, dignaque verba loco.
Cũque sua domina date grata sisymbria myrto,
Textáque composita iuncea vincla rosa.
Templa frequentari Collina proxima porta
Nunc decet: à Siculo nomina colle tenet.
Vtque Syracusas Arethusidas abstulit armis
Claudius, & bello te quoque cepit Erix,
Carmine viuacis Venus est translata Sibyllæ,
Inque suæ stirpis maluit vrbe coli.
Cur igitur festum Veneris Vinalia dicant,
Quæritis, & quare sit Iouis ista dies.
Turnus, an Æneas Latiæ gener esset Amatæ
Bellum erat. Etruscas Turnus adorat opes.
Clarus erat, sumptisque ferox Mezentius armis:
Et vel equo magnus, vel pede maior erat.
Quem Rutuli Turnúsque suis adsciscere tentant
Partibus: hæc contra dux [3] ita Tuscus ait.
Stat mihi non paruo virtus mea. vulnera tector,
Armáque, quæ sparsi sanguine sæpe meo.
Qui petis auxilium, non grandia diuide mecum

[1] al. vultus. [2] al. dissimulanda [3] al. quoque.

Præmia, de lacubus proxima musta tuis.
Nulla mora est 1 *operæ: vestrum dare: vincere nostrum.*
Quam velit Æneas ista negata mihi!
Annuerant Rutuli: Mezentius induit arma.
Induit Æneas: alloquiturq; Iouem:
Hostica Tyrrheno vota est vindemia regi:
Iupiter è Latio palmite musta feres.
Vota valent meliora. cadit Mezentius ingens:
Atq; indignanti pectore plangit humum.
Venerat autumnus calcatis sordidus uuis:
Redduntur merito debita vina Ioui.
Dicta dies hinc est Vinalia Iupiter illa
Vendicat: & festis gaudet inesse suis.

Ex ubi, quæ restent luces Aprilis habebit:
In medio cursu tempora veris erunt.
Et frustra pecudem quares Athamantidos Helles:
Signaq; dant imbres: exoriturq; canis.
Hæc mihi Nomento Romam cum luce redirem:
Obstitit in media candida turba via.
Flamen in antiquæ lucum Rubiginis ibat,
Exta canis flammis, exta daturus ouis.
Protinus accessi: ritus ne nescius essem
Edidit hæc flamen verba, Quirine, tuus:
Aspera rubigo pareas Cerealibus herbis:
Et tremat in summa lene cacumen humo.
Tu sata sideribus cæli nutrita secundis
Crescere, dum fiant falcibus apta sinas.
Vis tua non leuis est. quæ tu frumenta notasti:
Mœstus in amissis illa colonus habet.
Nec venti tantum Cereri nocuere, nec imbres,
Nec sic marmoreo pallet adusta gelu,
Quantum, si culmos Titan incalfacit vdos:
Tunc locus est iræ diua 2 timenda tuæ.
Parce precor: scabrasq; manus à messibus aufer:
Neue noce cultis posse nocere sat est.
Nec teneras segetes, sed durum amplectere ferrũ:
Quodq; potest alios perdere, perde 3 *prior.*
Vtilius gladios, & tela nocentia carpes:
Nil opus est illis: otia mundus agat.
Sarcula nunc, durusq; bidens, & vomer aduncus
Ruris opes niteant: inquinet arma situs.
Conatusq; aliquis vagina ducere ferrum,
Adstrictum longa sentiat esse mora.
At tu ne viola Cererem: semperq; colonus
Absenti possit soluere vota tibi.
Dixerat. à dextra villis mantile solutis
Cumq; meri patera turis acerra fuit.
Tura focis, vinumq; dedit fibrasq; bidentis:
Turpiaq; obscenæ vidimus exta canis.
Tum mihi, cur detur sacris noua victima quæris
(Quæsieram) causſam percipe flamen ait,
Est canis (Icarium dicunt) quo sidere moto
Tosta sitit tellus, præcipiturq; seges.
Pro cane sidereo canis hic imponitur aræ:
Et, quare fiat, nil nisi nomen habet.

CVm Phrygis Assaraci Tithonia fratre relicto,
Sustulit immenso ter iubar orbe suum.
Mille venit variis florum dea nexa coronis,

1 al operi. 2 al. tremenda. 3 al. prius.

Scena ioci morem liberioris habet.
Exit & in Maias festum florale kalendas:
Tunc repetam, nunc me grandius vrget opus.
Aufert Vesta diem, cognati Vesta recepta est
Limine. sic iusti constituere patres.
Phœbus habet partem, Vesta pars altera cessit,
Quod superest istis, tertius ipse 1 *tenet.*
State Palatina laurus: prætextaque quercu
Stet domus: æternos treis habet vna deos.

FASTORVM LIB. V.

QVeritus vnde putem Maio data nomina mensi:
Non satis est liquido cognita causſa mihi.
Vt stat, & incertus qua sit sibi nescit eundum,
Cum videt ex omni parte viator iter,
Sic, quia posse datur diuersas reddere causſas:
2 Quò ferar ignoro, copiaque ipsa nocet.
Dicite quæ fontes Aganippidos Hippocrenes
Grata Medusæi signa tenetis equi.
Dissensere deæ: quarum Polyhymnia cœpit
Prima: silent aliæ, dictaque mente notant.
Post chaos, vt primum data sunt tria corpora mundo,
Inque nouas species omne recessit opus,
Pondere terra suo subsedit, & æquora traxit:
At cælum leuitas in loca summa tulit.
Sol quoque cum stellis nulla grauitate retentus,
Et vos lunares exsiluistis equi.
Sed neque terra diu cælo, neque cetera Phœbo
Sidera cedebant: par erat omnis honor.
Sæpe aliquis solio, quod tu Saturne tenebas,
Ausus de media plebe sedere deus.
Et latus Oceano quisquam deus aduena iunxit:
Tethys & extremo sæpe recepta loco est.
Donec, Honor, placidoque decens Reuerentia vultu
Corpora legitimis imposuere toris.
Hinc sata Maiestas, quæ mundum temperat omnem:
Quaque die partu est edita magna fuit.
Nec mora: consedit medio sublimis olympo
Aurea purpureo conspicienda sinu.
Consedere simul Pudor & Metus, omne videres
3 Numen ad hanc vultus composuisse suos.
Protinus intrauit mentes suspectus honorum:
Fit protinus dignis, nec sibi quisque placet.
Hic status in cælo multos permansit in annos:
Dum senior fatis excidit arce deus.
Terra feros partus immania monstra Gigantes
Edidit ausuros in Iouis ire domum.
Mille manus illis dedit, & pro cruribus angues:
Atque ait, In magnos arma mouete deos.
Exstruere hi montes ad sidera summa parabant:
Et magnum bello sollicitare Iouem.
Fulmina de cæli iaculatus Iupiter arce
Vertit in auctores pondera vasta suos.

1 al colit. 2 al. Quâ,
3 al. Nomen.

His

His bene Maiestas armis defensa deorum
Restat: & ex illo tempore culta manet.
Assidet inde Iouī: Iouis est fidissima custos,
Et præstat sine vi sceptra tenenda Ioui.
Venit & in terras: coluerunt Romulus illam
Et Numa: mox alij, tempore quisque suo.
Illa patres in honore suo, matresq; tuetur:
Illa comes pueris, virginibusq; venit.
Illa datos fasces commendat, eburq; curule:
Illa coronatus alta triumphat equis.
Finierat voces Polyhymnia: dicta probarunt
Clioque, & curuæ scita Thaleia lyræ.
Excipit Vranie: fecere silentia cunctæ:
Et vox audiri nulla, nisi illa potest.
Magna fuit quondam capitis reuerentia cani:
Inque suo pretio ruga senilis erat.
Martis opus iuuenes, animosaq; bella gerebant:
Et pro dis aderant in statione suis.
Viribus [1] illa minor, nec habendis vtilis armis
Consilio patriæ sæpe ferebat opem.
Nec nisi post annos patuit tunc curia seros:
Nomen & ætatis mite senatus habet.
Iura dabat populo senior: finitaq; certis
Legibus est ætas, vnde petatur honos.
Et medius iuuenum non indignantibus ipsis
Ibat: & [2] interior, si comes vnus erat.
Verba quis auderet coram sene digna rubore
Dicere? censuram longa senecta dabat.
Romulus hoc vidit: selectaq; corpora patres:
Dixit: ad hos vrbis summa relata nouæ est.
Hinc sua maiores tribuisse vocabula Maio
Tangor: & ætati consuluisse suæ.
Et Numitor dixisse potest, Da Romule mensem
Hunc senibus: nec auum sustinuisse nepos.
Nec leue propositi pignus successit honoris:
Iunius à iuuenum nomine dictus adest.
Tunc si neglectos hedera redimita capillos
Prima sui cœpit Calliopea chori.
Duxerat Oceanus quondam Titanida Tethyn:
Qui terram liquidus, qua patet, ambit aquis.
Hinc fata Pleione cum cælifero Atlante
Iungitur, vt fama est: Pleiadasq; parit.
Quarum Maia suas forma superasse sorores
Traditur, & summo concubuisse Ioui.
Hæc enixa iugo cupressifera Cyllenes
Ætherium volucri qui pede carpit iter.
Arcades hunc Ladonq; rapax, & Manalus ingēs
Rite colunt, luna credita terra prior.
Exsul ab Arcadia Latios Euander in agros
Venerat impositos attuleratq; deos.
Hic vbi nūc Roma est, orbis caput, arbor, & her-
Et pauca pecudes, & casa rara fuit. (bæ:
Quo postquā ventū est: Consistite præscia mater,
Nam locus imperij rus erit istud, ait.
Et matri, & vati paret Nonacrius heros:
Inq; peregrina constitit hospes humo.
Sacraq; multa quidē. sed Fauni prima bicornis
Has docuit gentes, alipediq; dei.
Semicaper coleris cinctutis Faune Lupercis:

1 al. illo. 2 al. anterior.

1 Cum lustrant celebres vellera secta vias.
At tu materno donasti nomine mensem.
Inuentor curæ, furibus apte, fidis.
Nec pietas hæc prima tua est: septena putaris
Pleiadum numero fila dedisse lyræ.
Hæc quoque desierat: laudata est voce sororum.
Quid faciam: turbæ pars habet omnis idem.
Gratia Pieridum nobis æqualiter adsit.
Nullaq; laudetur plusve minusve mihi.
AB Ioue surgat opus: prima mihi nocte vidē-
Stella est in cunis officiosa Iouis. (da
Nascitur Olenia sidus pluuiale Capella:
Illa dati cælum præmia lactis habet.
Nais Amalthea Cretæa nobilis Ida,
Dicitur in siluis occuluisse Iouem.
Huic fuit hædorum mater formosa duorum
Inter Dictæos conspicienda greges:
Cornibus aereis, atque in sua terga recuruus:
Vbere, quod nutrix posset habere Iouis.
Lac dabat illa deo, sed fregit in arbore cornu,
Truncáque dimidia parte decoris erat.
Sustulit hoc Nymphe: cinxitq; decētibus herbis:
Et plenum pomis ad Iouis ora tulit.
Ille vbi res cæli tenuit, solioq; paterno
Sedit: & inuicto nil Ioue maius erat:
Sidera nutricem, nutricis fertile cornu
Fecit: quæ dominæ nunc quoq; nomen habent.
Præstitibus Maiæ laribus videre Calendæ
Aram constitui, paruáque signa deum.
Vouerat illa quidem Curius: sed longa vetustas
Destruit & saxo longa senecta nocet.
Caussa tamen positi fuerat cognominis illis:
Quod præstant oculis omnia tuta suis.
Stant quoq; pro nobis: & præsunt mœnibus vrbis:
Et sunt præsentes: auxiliumq; ferunt.
Et canis ante pedes saxo fabricatus eodem
Stabat: quæ standi cu[2] Lare caussa fuit?
Seruat vterque domum: domino quoque fidus vterque:
Compita grata deo: compita grata cani:
Exagitant & Lar, & turba Diania fures:
Peruigilantq; Lares: peruigilantq; canes.
Bina gemellorum quærebam signa deorum
[2] Viribus annosa facta caduca mora:
Mille lares geniumq; ducis, qui tradidit illos,
Vrbs habet: & vici numina trina colunt.
Quò feror? Augustus mensis mihi carminis huius
Ius habet: interea diua canenda Bona est.
Est moles natiua loco: res nomina fecit:
Appellant saxum: pars bona montis ea est.
Huic Remus institerat frustra, quo tempore fratri
Prima Palatinæ regna dedistis aues.
Templa patres illic oculos exosa viriles
Lenter accliui constituere iugo.
Dedicat hæc veteris Clausorum nominis hæres
Virgineo nullum corpore passa virum.
Liuia restituit, ne non imitata maritum
Esset, & ex omni parte secuta virum.

1 al. Colluſtrant.
2 al. Vſibus.

Postera cum roseam pulsis Hyperionis astris
In matutinis lampada tollet equis,
Frigidus Argestes summas mulcebit aristas,
Candidaq; à Calabris vela dabuntur aquis.
At simul inducent obscura crepuscula noctem,
Pars Hyadum toto de grege nulla latet.
Ora micant tauri septem radiantia flammis,
Nauita quas Hyadas Graius ab imbre vocat.
Pars Bacchum nutrisse putat, pars credidit esse
Tethyos has neptes Oceanique senis.
Nondũ stabat Atlas humeros oneratus olympo,
Cum satus est forma conspiciendus Hyas.
Hunc stirps Oceani maturis nixibus Æthra
Edidit, & nymphas, sed prior ortus Hyas.
Dum noua lanugo est pauidos formidine ceruos,
Terret & est illi præda benigna lepus.
At postquam virtus annis adoleuit in apros
Audet, & hirsutas comminus ire [1] leas.
Dumq; petit latebras fetæ catulosq; leænæ,
Ipse fuit Libycæ præda cruenta leæ.
Mater Hyan, & Hyan mœstæ fleuere sorores,
Ceruicemq; polo supposituras Atlas.
Victus uterq; parens tamen est pietate sororum,
Illa dedit cœlum, nomina fecit Hyas.
Mater ades florum ludis celebranda iocosis,
Distuleram partes mense priore tuas.
Incipis Aprili, transis in tempora Maij:
Alter te fugiens, cum venit, alter habet.
Cum tua sint, cedantq; tibi conscia mensem,
Conuenit in laudes ille vel ille tuas.
Circus in hunc exit, clamataq; palma theatris:
Hoc quoque cum circi munere carmen eat.
Ipsa doce quæ scis. hominum sententia fallax.
Optima tu proprij nominis auctor eris.
Sic ego. sic nostris respondet diua rogatis:
Dum loquitur, vernas afflat ab ore rosas.
Chloris eram, quæ Flora vocor corrupta Latino
Nominis est nostri littera Græca sono
Chloris eram Nymphe campi felicis, vbi audis
Rem fortunatis ante fuisse viris.
Quæ fuerit mihi forma, graue est narrare mode-
Sed generum matri repperit illa deum. (sta:
Ver erat: errabam: Zephyrus conspexit: abibam:
Insequitur, fugio: fortior ille fuit.
Et dederat fratri Boreas ius omne rapinæ,
Ausus Erichthea præmia ferre domo.
Vim tamen emendat dãdo mihi nomina nuptæ:
Inq; meo non est vlla querela toro.
Vere fruor semper: semper nitidissimus annus:
Arbor habet frondes, pabula semper humus.
Est mihi fecundus dotalibus hortus in agris:
Aura fouet: liquidæ fonte rigatur aquæ.
Hunc meus impleuit generoso flore maritus:
Atque ait, Arbitrium tu dea floris habe.
Sæpe ego digestos volui numerare colores:
Nec potui. numero copia maior erat.
Roscida cum primum foliis excussa pruina est,
Et variæ radiis intepuere comæ.
Conueniunt pictis incinctæ vestibus Horæ:

Inq; leues calathos munera nostra legunt.
Protinus accedunt Charites, nectuntq; coronas,
Sertaq; cælestes implicitura comas.
Prima per immẽsas sparsi noua semina [1] gentes.
Vnius tellus ante coloris erat.
Prima Therapnæo feci de sanguine florem:
Et manet in folio scripta querela suo.
Tu quoq; nomẽ habes cultos Narcisse per hortos:
Infelix, quod non alter, & alter eras.
Quid Crocon, aut Acin referam, Cinyraq; creatum?
De quorum per me sanguine surgit honor.
Mars quoque, si nescis, per nostras editus artes:
Iupiter hoc vt adhuc nesciat vsque precor.
Sancta Iouem Iuno, nata sine matre Minerua,
Officio doluit non eguisse suo.
Ibat vt Oceano quereretur facta mariti:
Restitit ad nostras fessa labore fores.
Quam simul adspexi: Quid te Saturnia, dixi,
Attulit? exponit quem petat illa locum.
Addidit & caussam. verbis solabar amicis.
Non, inquit, verbis cura leuanda mea est.
Si pater est factus neglecto coniugis vsu
Iupiter & solus nomen vtrumque tenet:
Cur ego desperem fieri sine coniuge mater?
Et parere intacto, dummodo casta, viro?
Omnia tentabo latis medicamina terris:
Et freta, Tartareos excutiamq; sinus.
Vox erat in cursu. vultum dubitantis habebam,
Nescio quid nymphe posse videris, ait.
Ter volui promittere opem: ter lingua retenta est,
Ira Iouis magni caussa timoris erat.
Fer, precor auxilium dixit, celabitur auctor,
Et Stygia [2] nomen testificabor aquæ.
Quod petis Oleniis, inquã, mihi missus ab aruis
Flos dabit, est hortis vnicus ille meis.
Qui [3] dabat hoc, dixit, sterilem quoque tange iuuencam,
Mater erit. tetigi, nec mora, mater erat.
Protinus hærentem decerpsi pollice florem.
Tangitur & tacto concipit illa sinu.
Iamq; grauis Thracen, & Iaua Propõtidos intrat:
Fitq; potens voti, Marsque creatus erat.
Qui memor accepti per me natalis, Habeto
Tu quoque Romulea, dixit, in vrbe locum.
Forsitan in teneris tantum mea regna coronis
Esse putes, tangit numen & arua meum.
Si bene floruerint segetes, erit area diues.
Si bene floruerit vinea, Bacchus erit.
Si bene floruerint oleæ, nitidissimus annus,
Poma quoq; euentum temporis huius habent.
Flore semel læso pereunt, viciæq; fabæq;
Et pereunt lentes, aduena Nile tua.
Vina quoque in magnis operose condita cellis
Florent: & nebulæ dolia summa tegunt.
Mella meum munus: volucres ego mella daturas
Ad violam, & cythisos, & thyma cana voco.
Nos quoque idẽ facimus, tũc tũ iuuenilibus annis
Luxuriant animi, corporaq; ipsa vigent.

1 al. feras.

1 al. terras. 2 al. numen. 3 al. dedit.

Tali

Talia dicentem tacitus mirabar. at illa
Ius tibi dicendi est, siqua requiris, ait.
Dic dea, respondi, ludorum quæ sit origo,
Vix bene desieram: rettulit illa mihi.
Cætera luxuriæ nondum instrumenta vigebant:
Aut pecus, aut latam diues habebat humum.
Hinc etiam locuples, hinc ipsa pecunia dicta est.
Sed iam de vetito quisque parabat opes.
Venerat in morem populi depascere saltus:
Idque diu licuit: pœnaq; nulla fuit.
Vindice seruabat nullo sua 1 *publica vulgus:*
Iamque in priuato pascere inertis erat.
Plebis ad ædiles 2 *perducta licentia talis*
Publicios: animus defuit antè viris,
Rem populus recipit: multam subiere nocentes.
Vindicibus laudi publica cura fuit.
Multa data est ex parte mihi: magnoque fauore,
Victores ludos instituere nouos.
Parte locant cliui, qui tunc ardua rupes:
Vtile nunc iter est: Publiciumq; vocant:
Annua credideram spectacula facta negauit:
Addidit & dictis altera verba suis.
Nos quoq; tangit honor: festis gaudemus, & aris:
Turbáque cælestes ambitiosa sumus.
Sæpe deos aliquis peccando fecit iniquos:
Et pro delictis hostia blanda fuit.
Sæpe Iouem vidi, cum iam sua mittere vellet
Fulmina, ture dato sustinuisse manum.
At si negligimur, magnis iniuria pœnis
Soluitur: & iustum præterit ira modum.
Respice Thestiaden: flammis absentibus arsit:
Causa est: quod Phœbes ara sine igne fuit.
Respice Tantaliden: eadem dea tela tenebat:
Virgo est: & spretos bis tamen vlta focos.
Hippolyte infelix velles coluisse Dionen:
Cum consternatis diripereris equis.
Longa referre mora est collecta obliuia damnis:
Me quoque Romani præteriere patres.
Quid facerem? per quod fierem manifesta doloris?
Exigerent nostræ qualia damna notæ?
Excidit officium tristi mihi: nulla tuebar
Rura, nec in precio fertilis hortus erat.
Lilia deciderant: violas arere videres:
Filaque punicei languida facta croci.
Sæpe mihi zephyrus, Dotes corrumpere noli
Ipsa tuas, dixit: dos mihi vilis erat.
Florebant oleæ, venti nocuere proterui:
Florebant segetes grandine læsa seges:
In spe vitis erat: cælum nigrescit ab austris:
Et subita frondes decutiuntur aqua.
Nec volui fieri, nec sum crudelis in ira.
Cura repellendi sed mihi nulla fuit.
Conuenere patres: & si bene floreat annus:
Numinibus nostris annua festa vouent.
Annuimus votis, consul cum consule ludos
Pastumio Lenas persoluere mihi.
Quærere conabar quare lasciuia maior
His foret in ludis, liberiorque iocus:
Sed mihi succurrit numen non esse seuerum:

1 al. pascua. 2 al. dilata.

Aptaq; deliciis munera ferre deam.
Tempora subtilibus 1 *cinguntur tota coronis:*
Et late iniecta splendida mensa rosa.
Ebrius incinctis phityræ conuiua capillis
Saltat, & imprudens vtitur arte meri.
Ebrius ad durum formosæ limen amicæ
Cantat: habent vnctæ mollia serta comæ.
Nulla coronata peraguntur seria fronte:
Nec liquidæ victis flore bibuntur aquæ.
Donec eras mistus nullis Acheloe racemis:
Gratia sumendæ non erat vlla rosæ.
Bacchus amat flores: Baccho placuisse coronam
Ex Ariadnæo sidere nosse potes.
Scena leuis decet hanc: non est, mihi credite, non est
Illa cothurnatas inter habenda deas.
Turba quidem cur hos celebret meretricia ludos:
Non ex difficili 2 *cognita causa fuit.*
Non est de tetricis, non est de magna professis:
Vult sua plebeio sacra patere choro.
Et monet ætatis specie, dum floreat, vti:
Contemnunt spinam cum cecidere rosæ.
Cur tamen, vt dantur vestes Cerealibus albæ:
Sic est hæc cultu versicolore decens?
An quia maturis albescit messis aristis.
Et color & species floribus omnis inest?
Annuit: & motis flores cecidere capillis:
Decidere in mensas 3 *vt rosa missa solet.*
Lumina restabant: quorum me causa latebat:
Cum sic errores abstulit illa meos.
Vel quia purpureis collucent floribus ægri:
Lumina sunt nostros visa decere dies:
Vel quia nec flos est hebeti, nec flamma colore:
Atque oculos in se splendor vterque trahit:
Vel quia delicijs nocturna licentia nostris
Conuenit. à vero tertia causa venit.
Est breue præterea, de quo mihi quærere restat,
Si liceat, dixi: dixit & illa, Licet.
Cur tibi pro Libycis clauduntur rete leænis
Imbelles capreæ, sollicitusque lepus?
Non sibi, respondit, siluas cessisse, sed hortos,
Aruaque pugnaci non adeunda feræ.
Omnia finierat, tenues secessit in auras.
Mansit odor. posses scire fuisse deam.
Floreat vt toto carmen Nasonis in æuo,
Sparge precor donis pectora nostra tuis.

NOcte minus quarta promet sua sidera Chiron
Semiuir, & flaui corpore mistus equi.
Pelion Hæmoniæ mons est obuersus in austros:
Summa virent pinu, cætera quercus habet.
Phillyrides tenuit: saxo stant antra vetusto,
Quæ iustum memorant incoluisse senem.
Ille manus olim missuras Hectora lecho
Creditur in lyricis detinuisse modis.
Venerat Alcides exhausta parte laborum,
Iussaq; restabant vltima pæne viro.
Stare simul casu Troiæ duo fata videres,
Hinc puer Æacides, hinc Ioue natus erat.

1 al. pinguntur tecta. 2 al. causa petita.
3 al. Accidere vel Accedere.

Excipit hoſpitio iuuenem Philyreius heros,
Et cauſſam aduentus hic rogat, ille docet.
Reſpicit interea clauam ſpoliumq; leonis,
Virq; ait his armis, armaq; digna viro.
Nec ſe, quin horrens, auderent tangere ſetis
Vellus Achilleæ continuere manus.
Dumq; ſenex tractat ſquallentia tela venenis,
Excidit, & læuo fixa ſagitta pede eſt.
Ingemuit Chiron, traxitq; è vulnere ferrum,
Et gemit Alcides, Hæmoniuſq; puer.
Ipſe tamen lectas Pagaſeis collibus herbas
Temperat: & vana vulnera mulcet ope.
Virus edax ſuperabat opem: penituſque recepta
Oſſibus, & toto corpore peſtis erat.
Sanguine Centauri Lernæa ſanguis Echidnæ
Miſtus, ad auxilium tempora nulla dabat.
Stabat vt ante patrē lacrymis perfuſus Achilles:
Sic flendus Peleus, ſi moreretur, erat.
Sæpe manus ægras manibus fingebat amicis:
Morum, quos fecit, præmia doctor habet.
Oſcula ſæpe dedit: dixit quoque ſæpe iacenti,
Viue precor: nec me care relinque pater.
Nona dies aderat: cum tu iuſtiſſime Chiron
Bis ſeptem ſtellis corpora cinctus eras.

HVnc lyra curua ſequi cuperet, ſed idonea nondum
Eſt via: nox aptum tertia tempus erit.

SCorpius in cælo cum cras luceſcere nonas
Dicimus: à media parte videndus erit.

HInc vbi protulerit formoſa ter Heſperus ora:
Ter dederint Phœbo ſidera victa locum:
Ritus erit veteris nocturna Lemuria ſacri:
Inferias tacitis Manibus illa dabunt.
Annus erat breuior: nec adhuc pia februa norāt:
Nec tu dux menſem Iane biformis eras.
Iam tamen exſtincto cineri ſua dona ferebant:
Compoſitiq; nepos buſta piabat aui.
Menſis erat Maius maiorum nomine dictus:
Qui partem priſci nunc quoque moris habet.
Nox vbi iam media eſt: 2 ſomnoſq; ſilentia præbent,
Et canis: & variæ conticuiſtis aues:
Ille memor veteris ritus, timiduſq; deorum
Surgit. habent gemini vincula nulla pedes:
Signaq; dat digitis medio cum pollice iunctis:
Occurrat tacito ne leuis vmbra ſibi.
Cumq; manus 3 pure fontana perluit vnda,
Vertitur: & nigras accipit ore fabas.
Auerſuſq; iacit: ſed dum iacit, Hæc ago mitto:
His, inquit, redimo meq; meoſq; fabis.
Hæc nouies dicit, nec reſpicit. vmbra putatur
Colligere: & nullo terga vidente ſequi.
Rurſus aquam tangit: Temeſæaq; concrepat æra:
Et rogat vt tecto exeat vmbra ſuis.
Cum dixit nouies, Manes exite paterni:
Reſpicit & pure ſacra peracta putat.
Dicta ſit vnde dies, quæ nominis exſtet origo,
Me fugit, ex aliquo eſt inuenienda deo.

1 al. corpore.
2 al. ſomnóque ſilentia præbes. 3 puras.

Pleiade nate mone virga venerande potenti:
Sæpe tibi eſt Stygij regia viſa Iouis.
Veni adoratus Caduci fer, accipe cauſſam
Nominis: ex ipſo eſt cognita cauſſa deo.
Romulus vt tumulo fraternas condidit vmbras,
Et male veloci iuſta ſoluta Remo:
Fauſtulus infelix, & paſſis Acca capillis
Spargebant lacrymis oſſa perufta ſuis.
Inde domum redeūt ſub prima crepuſcula meſti:
Vtque erat in duro procubuere toro.
Vmbra cruenta Remi viſa eſt aſſiſtere lecto:
Atq; hæc exiguo murmure verba loqui.
En ego dimidium veſtri parſque altera 1 voti
Cernite ſim qualis: qui modo talis eram.
Qui modo, ſi volucres habuiſſem regna iubentes:
In populo potui maximus eſſe meo:
Nunc ſum elapſa rogi flammis, & inanis imago:
Hæc eſt ex illo forma relicta Remo.
Heu vbi Mars pater eſt? ſi vos modo vera locuti,
Vberaq; expoſitis ille ferina dedit.
Quem lupa ſeruauit: manus hūc temeraria ciuis
Perdidit, ô quanto mitior illa fuit.
Sæue celer crudelem animam per vulnera reddas:
Vtq; ego, ſub terras ſanguinolentus eas.
Noluit hoc frater: pietas æqualis in illo eſt:
Quod potuit, lacrymas manibus ille dedit.
Hunc vos per lacrymas, per veſtra alimenta rogate,
Vt celebrem noſtro ſignet honore diem.
Mandantē amplecti cupiunt: & brachia tendūt.
Lubrica prenſantes effugit vmbra manus.
2 Vt ſecum fugiens ſomnos abduxit imago,
Ad regem voces fratris vterque ferunt.
Romulus obſequitur: lucemq; Remuria dixit
Illam, qua poſitis iuſta feruntur auis.
Aſpera mutata eſt in lenem tempore longo
Littera: quæ toto nomine prima fuit.
Mox etiam lemures animas dixere ſilentum:
Hic ſenſus verbi: vis ea vocis erat.
Fana tamen veteres illis clauſere diebus.
Vt nunc ferali tempore operta vides.
Nec vidua tædis eadem, nec virginis apta
Tempora quæ nupſit, non diuturna fuit.
Hac quoque de cauſſa ſi te prouerbia tangunt,
Menſe Maium malo, nubere, vulgus ait.
Sed tamen hæc tria ſunt ſub eodem tēpore feſta,
Inter ſe nulla continuata die.

QVorum ſi medijs Bœoton Oriona quæres:
Falſus eris ſigni cauſa 3 canenda mihi eſt.
Iupiter, & lato qui regnat in æquore frater,
Carpebant ſocias, Mercuriuſq; vias.
Tempus erat quo verſa iugo referuntur aratra:
Et pronus ſaturæ lac bibit agnus ouis.
Forte ſenex Hyreus anguſti cultor agelli
Hos videt, exiguam ſtabat vt ante caſam.
Atque ita, Longa via eſt, nec tempora longa ſuperſunt:

1 al. veſtri. 2 al. Viſáque confugiens
3 al. ſananda.

Di-

Dixit: & hospitibus ianua nostra patet.
Addidit & vultum verbis: iterumque rogauit.
Parent promissis, & simulant atque deos.
Tecta senis subeunt nigro deformia fumo:
Ignis in hesterno stipite parcus erat.
Ipse genu nixus flammas excussit ab aura:
Et promit quassas, comminuitque faces.
Stat calices: minor inde fabas, or alter habebat:
Et spumat testis pressus uterque suo.
Dumq; mora est, tremula dat uina rubetia dextra.
Accipit aquoreus pocula prima Deus.
Quæ simul exhausit, Da nunc bibat ordine, dixit
Iuppiter: audito palluit ille Ioue.
Vt rediit animus, cultorem pauperis agri
Immolat, & magno torret in igne bouem:
Quæque per inuentam primis diffuderat annis:
Promit fumoso condita uina cado.
Nec mora: flumineam lino celantibus uluam
Sic quoque non altis incubuere toris.
Nunc dape, nunc mensa nituere Lyæo:
Terra rubens crater pocula sagus erant.
Verba fuere Iouis, Si quid fera impetus opta:
Omne feres. placidis verba fuere senis.
Cura fuit coniux prima mihi cara iuuenta
Cognita: nunc ubi sit quæritis? urna tegit.
Huic ego iuratus uobis in verba uocatis
Coniugio dixi sola fruere meo.
Et dixi: & seruo. sed enim diuersa uoluntas
Est mihi: nec coniux sed pater esse volo.
Annuerant omnes, omnes ad terga iuuenci
Constiterant: pudor est ulteriora loqui.
Tunc super iniecta texere madentia terra:
Iamque decem menses: & puer ortus erat.
Hunc Hyreus, quia sic genitus, vocat Vriona:
Perdidit antiquum littera prima sonum.
Creuerat immensum, comitem sibi Delia sumpsit:
Ille dea custos, ille sagittifer erat.
Verba mouent iras non circumspecta deorum:
Quam nequeam, dixit, uincere, nulla fera est.
Scorpion immisit tellus, fuit impetus illi
Curua gemellipara spicula ferre dea.
Obstitit Orion: Latona nitentibus astris
Addidit: & Mireti præmia, dixit, habe.
Sed quid & Orion, & cetera sidera mundo
Cedere festinant? noxque coactat iter?
Quid solito citius liquido iubar æquore tollit
Candida Lucifero præueniente dies?
Fallor? an arma sonant? nō fallimur, arma sonabant.
Mars uenit & ueniens bellica signa dedit:
Vltor ad ipse suos cælo descendit honores,
Templáque in augusto conspicienda foro.
Et deus est ingens, & opus: debebat in urbe
Non aliter nati Mars habitare sui.
Digna giganteis hæc sunt delubra trophæis:
Hinc fera Gradiuum, bella mouere decet:
Seu quis ab Eoo nos impius orbe lacesset:
Seu quis ab occiduo Sole domandus erit.
Perspicit armipotens operis fastigia summi:

1 al. excusitat aura. 2 al. Oriona.

Et probat inuictos illa tenere deos.
Perspicit in foribus diuersa tela figura:
Armáque terrarum milite victa suo.
Hinc uidet Æneam oneratum pondere caro:
Et tot Iuleæ nobilitatis aues.
Hinc uidet Iliaden, humeris ducis arma ferentē:
Claráque dispositis acta subesse uiris.
Spectat & Augusto prætextum nomine templum:
Et uisum lecto Cæsare maius opus:
Vouerat hoc iuuenis tunc, cum pia sustulit arma:
A tantis princeps incipiendus erat.
Ille manus tendens instanti milite iusto,
In coniuratos talia dicta dedit:
Si mihi bellandi pater est, Vestæque sacerdos
Auctor, & ulcisci nomen utrumque paro:
Mars ades: & satia scelerato sanguine ferrum:
Stétque fauor caussa pro meliore tuus.
Templa feres: & me victore uocaberis Vltor,
Venerat: & suso lætus ab hoste redit.
Nec satis est meruisse semel cognomina Martis:
Persequitur Parthi signa retenta manu.
Gens fuit & campis, & equis, & tuta sagittis:
Et circumfusis inuia fluminibus.
Addiderant animos Crassorum funera genti:
Cum periit miles, signáque, dúxque simul.
Signa decus belli Parthus Romana tenebat:
Romanæque aquilæ signifer hostis erat:
Isque pudor mansisset adhuc, ni si fortibus armis
Cæsaris Ausoniæ protegerentur opes.
Ille notas veteres, & longi dedecus æui
Sustulit, agnorunt signa recepta suos.
Quid tibi nunc solitæ mitti post terga sagittæ?
Quid loca? quid rapidi profuit usus equi?
Parthe refers aquilas, victos quoq; porrigis arcus:
Pignora iam nostri nulla pudoris habes.
Rite deo tēplúmque datum, noménq; Bisultor:
Emeritus uoti debita soluit honor.
Sollemnes ludos circi celebrate Quirites,
Non uisa est fortem scena decere deum.
Pleiadas adspicies omnes totúmque sororū
Agmen, ubi ante Idus nox erit una super.
Tunc mihi non dubiis auctoribus incipit æstas:
Et tepidi finem tempora ueris habent.
Dibus ora prior stellantia tollere taurum
Iudicat: huic signo fabula nota subest.
Præbuit ut taurus, Tyriæ sua terga puellæ
Iupiter, & falsa cornua fronte tulit.
Illa iubam dextra, læua retinebat amictus:
Et timor ipse noui caussa decoris erat.
Aura sinus implet: flauos mouet aura capillos:
Sidone sic fueras adspicienda Ioui.
Sæpe puellares subduxit ab æquore plantas:
Et metuit tactus assilientis aquæ.
Sæpe deus prudens tergum demisit in undas:
Hæreat ut collo fortius illa suo.
Litoribus tactis stabat sine cornibus ulkis
Iupiter: inque deum de boue uersus erat.
Taurus init calum: te Sidoni Iupiter implet:

1 al. astanti.
2 al. aspicias. 3 al. demittit.

Párſque tuum terræ tertia nomen habet.
Hoc alij ſignum Phariam dixere iuuencam:
Quæ bos ex homine eſt, ex boue facta dea.
Tunc quoque priſcorum virgo ſimulacra virorũ
Mittere roboreo ſcirpea ponte ſolet.
Corpora poſt decies ſenos qui credidit annos
Miſſa neci: ſceleris crimine damnat auos.
Fama vetus, tũc cum Saturnia terra vocata eſt,
Talia fatidici dicta fuiſſe ſenis:
Falciſero libata ſeni duo corpora gentes
Mittite: quæ Tuſcis excipiantur aquis:
Donec in hæc venit Tirynthius arua: quotannis
Triſtia Leucadio ſacra peracta modo:
Illum ſtramineos in aquam miſiſſe Quirites:
Herculis exemplo corpora falſa iaci.
Pars putat, vt ferrent iuuenes ſuffragia ſoli:
Pontibus infirmos præcipitaſſe ſenes.
Tibri doce verum: tua ripa vetuſtior vrbe eſt.
Principium ritus tu bene noſſe potes.
Tibris arundiferum medio caput extulit alueo:
Raucáque dimouit talibus ora ſonis:
Hæc loca deſertas vidi ſine mœnibus herbas,
Paſcebat 1 ſparſas vtraque ripa boues.
Et quẽ nunc gentes Tiberim noruntq́, timentque
Tunc etiam pecori deſpiciendus eram.
Arcadis Euandri nomen tibi ſæpe refertur:
Ille meas remis aduena torſit aquas.
Venit & Alcides turba comitatus Achiua:
Albula ſi memini, tunc mihi nomen erat.
Excipit hoſpitio iuuenem Pallantius heros:
Et tandem Caco debita pœna fuit.
Victor abit: ſectúmque boues Erytheida prædam
Abſtrahit: at comites longius ire negant.
Magnáque pars horum deſertis mãſit in 2 agris:
Montibus his ponunt ſpémque, larémque ſuũ.
Sæpe tamen patriæ dulci tanguntur amore:
Atque aliquis moriens hoc breue mandat opus.
Mittite me in Tiberim, Tiberinis vecti° vt vndis
Litus ad Inachium puluis inanis eam.
Diſplicet hæredi mandati cura ſepulcri:
Mortuus Auſonia conditur hoſpes humo.
Scirpea pro domino Tiberi iactatur imago:
Vt repetat Graias per freta longa domos.
Hactenus: & viuo ſubijt rorantia ſaxo
Antra: leues curſum ſuſtinuiſtis aquæ.

CLare nepos Atlantis ades: quem montibus olim
Edidit Arcadijs Pleias vna Ioui:
Pacis & armorum ſuperis imiſque deorum
Arbiter, alato qui bene carpis iter.
Late Lyræ pulſu, nitida quoque late palæſtra:
Quo didicit culte lingua docente loqui.
Templa tibi poſuere patres ſpectantia circum
Idibus: ex illo eſt hæc tibi feſta dies.
Te quicumque ſuas profitentur vendere merces:
Ture dato tribuas vt ſibi lucra, rogant.
Eſt aqua Mercurij portæ vicina Capenæ:
Si iuuat expertis credere, numen habet.
Huc venit incinctus tunica mercator: & vrna
Purus ſuffuſa, quam ferat haurit aquam.
Vda ſit hinc laurus: lauro ſparguntur ab vda
Omnia quæ dominos ſunt habitura nouos.
Spargit & ipſe ſuos lauro rorante capillos:
Incipit & ſolita dicere voce preces.
Ablue præteriti periuria temporis, inquit:
Ablue præterita perfida verba ſide.
Siue ego te feci teſtem falſove citaui
Non audituri numina 1 vana Iouis.
Siue deum prudens alium diuámve feſelli:
Abſtulerint celeres improba verba noti.
Et pereant veniente die periuria nobis:
Nec curent ſuperi, ſi qua locutus ero.
Da modo lucra mihi: da facto gaudia lucro:
Et face vt emptori verba dediſſe iuuet.
Talia Mercurius poſcentes, ridet ab alto
Se memor Ortygias ſurripuiſſe boues.

AT mihi pande precor multo meliora petẽti
In geminos ex quo tempore Phœbus eat.
Cum totidem de menſe dies ſupereſſe videbis,
Quot ſunt Herculei facta laboris, ait.
Dic ego reſpondi, cauſſam mihi ſideris huius.
Cauſſam facundo reddidit ore deus,
Abſtulerant raptas Phœben, Phœbéſque ſororem
Tyndaridæ fratres: hic eques, ille pugil.
Bella parant, repetúntque ſuas & frater & Idas
Leucippo fieri pactus vterque gener.
His amor, vt repetant, illis vt reddere nolint,
Suadet, & ex cauſſa pugnat vterque pari.
Effugere Oebalidæ curſu potuere ſequentes:
Sed viſum eſt celeri vincere turpe fuga.
Liber ab arboribus locus eſt apta area pugnæ,
Conſiliter vt illo nomina fida loco.
Pectora 2 tranſiectus Lynceo Caſtor ab enſe
Non expectato vulnere preſſit humum.
Vltor adeſt Pollux: & Lyncea perforat haſta:
Qua ceruix humeros continuata tegit.
Ibat in hunc Idas: vixque eſt Iouis igne repulſus.
Tela tamen dextro fulmine rapta negant.
Iámque tibi Pollux cælum ſublime patebat:
Cum mea dixiſti percipe verba pater,
Quod mihi das vni cælum, partire duobus,
Dimidium toto munere maius erit.
Dixit. & alterna fratrem ſtatione 3 recepit:
Vtile ſollicita ſidus vtrumque rati.
Ad ianum redeat, qui quæritis Agonia quid ſint,
Quæ tamẽ in faſtis hoc quoque tempus habẽt.
Nocte ſequente diem canis Erigoneius exit:
Eſt alio ſigni reddita cauſſa loco.

PRoxima Vulcani lux eſt, quam Luſtria dicũt,
Luſtrantur puræ, quas fecit ille, tubæ.
QVatuor inde notis locus eſt, quibus ordine lectis
Vel mos ſacrorum, vel fuga Regis ineſt.
NEc te prætereo populi Fortuna potentis
Publica, cui templum luce ſequente datum eſt.
Hanc vbi dines aquis acceperit Amphitrite,
Grata Ioui fulua roſtra videbis auis.

1 al. pauces. al. paucas. 2 al. aruis. 1 al. magnã. 2 al. traiectus. 3 al. redemit.

Auſeres

Aſſueret ex oculis veniens aurora Bootem,
Continuaq; die ſidus Hyantis erit.

FASTORVM LIB. VI.

Hic quoq; mẽſis habet dubias in nomine cauſ
Quæ placeãt poſitis omnib⁹ ipſe leges. (ſas,
Facta canam, ſed erunt qui me finxiſſe loquentur,
Nullaq; mortali numina viſa putent.
Eſt Deus in nobis, agitante caleſcimus illo,
Impetus hic ſacræ ſemina mentis habet.
Fas mihi præcipue vultus vidiſſe deorum,
Vel quia ſum vates, vel quia ſacra cano.
Eſt nemus arboribus denſum, ſecretus ab omni
Voce locus ſi non obſtreperetur aquis.
Hic ego quærebam cœpti quæ menſis origo
Eſſet: & in cura nominis huius eram.
Ecce deas vidi: non quas præceptor arandi
Viderat: Aſcreas cum ſequeretur oues.
Nec quas Priamides in aquoſa vallibus Idæ
Contulit: ex illis ſed tamen vna fuit.
Ex illis fuit vna ſui germana mariti:
Hæc erat (agnoui) quæ ſtat in arce Iouis.
Horrueram, tacitoq; animum pallore fatebar.
Tunc dea quos fecit, ſuſtulit ipſa metus:
Namq; ait ô vates Romani conditor anni
Auſe per exiguos magna referre modos,
Ius tibi feciſti numen cæleſte videndi.
Cum placuit numeris condere feſta tuis.
Ne tamen ignores, vulgiq; errore traharis.
Iunius à noſtro nomine nomen habet.
Eſt aliquid nupſiſſe Ioui, Iouis eſſe ſororem:
Fratre magis dubito glorier, anne viro.
Si genus adſpicitur, Saturnum prima parentem
Feci: Saturni ſors ego prima fui.
A patre dicta meo quondam Saturnia Roma eſt,
Hæc illi à cælo proxima terra fuit.
Si torus in pretio eſt, dicor matrona Tonantis:
Iunctaq; Tarpeio ſunt mea templa Ioui.
An potuit Maio pellex dare nomina menſi?
Hic honor in nobis inuidioſus erit?
Cur igitur regina vocor, princepſq; dearum?
Aurea cur dextra ſceptra dedere meæ?
An facient menſem luces: Lucinaq; ab illis
Dicar: & à nullo nomina menſe traham?
Tum me pœniteat poſuiſſe fideliter iras
In genus Electræ, Dardaniamq; domum.
Cauſſa duplex iræ, rapto Ganymede dolebam:
Forma quoque Idæo iudice victa mea eſt.
Pœniteat quod non foui Carthaginis arces:
Cum mea ſint illo currus & arma loco.
Pœniteat Sparten, Argoſq;, meaſq; Mycenas,
Et veterem Latio ſuppoſuiſſe Samon.
Adde ſenem Tatium, Iunonicolaſque Faliſcos:
Quos ego Romanis ſuccubuiſſe tuli:
Sed neque pœniteat: nec gens mihi carior vlla eſt:
Hic color: hîc teneo cum Ioue templa meo.
Ipſe mihi Mauors, Commẽdo mœnia, dixit
Hæc tibi: tu pollens orbe nepotis eris.

1 al. raptum Ganymeda.

Dicta fides ſequitur: centum celebramur in aris:
Nec leuior quouis eſt mihi menſis honor.
Nec tamen hunc nobis tantummodo præſtat honorem
Roma: ſuburbani dant mihi munus idem.
Inſpice quos habeat nemoralis Aricia faſtos,
Et populus Laurens: Lauiniumq; meum:
Eſt illic menſis Iunonius, aſpice Tibur:
Et Præneſtinæ mœnia ſacra deæ,
Iunonale leges tempus. nec Romulus illas
Condidit, at noſtri Roma nepotis erat.
Finierat Iuno. reſpeximus. Herculis vxor
Stabat & in vultu ſigna dolentis erant.
Non ego ſi toto mater me cedere cælo
Iuſſerit, inuita matre morabor ait.
Nũc quoq; non luctor de nomine temporis huius:
Blandior, & partes pæne rogantis ago.
Remq; mei iuris 2 malim tenuiſſe precando,
Et faueas cauſſæ forſitan ipſe meæ.
Aurea poſſedit ſocio Capitolia templo
Mater, & vt debet, cum Ioue ſumma tenet.
At decus omne mihi contingit origine menſis,
Vnicus eſt, de quo ſollicitamur, honor.
Quid graue, ſi titulum menſis Romane dediſti
Herculis vxori, poſteritaſque memor?
Hæc quoq; terra aliquid debet mihi nomine magni
Coniugis, huc captas appulit ille boues.
Hic malè defenſus flammis & dote paterna
Cacus Auentinam ſanguine tinxit humum.
Ad propiora vocor. populum digeſſit ab annis
Romulus, in partes diſtribuitq; duas.
Hæc dare conſilium, pugnare paratior illa eſt,
Hæc ætas bellum ſuadeat, illa gerat.
Sic ſtatuit: menſeſq; nota ſecernit eadem,
Iunius eſt iuuenum, qui fuit ante ſenum.
Dixit, & in litem ſtudio certaminis iſſent:
Atq; ira pietas diſſimulata foret:
Venit Apollinea longas Concordia lauro
Nexa comas, placidi numen, opuſq; ducis.
Hæc vbi narrauit Tatium, fortemque Quirinũ:
Binaque cum populis regna coiſſe ſuis.
Et lare communi ſoceros, generoſq; receptos:
Hũ nomen iunctis Iunius, inquit, habet.
Dicta triplex cauſſa eſt: at vos ignoſcite diuæ:
Res eſt arbitrio non dirimenda meo.
Ite pares à me perierunt iudice formæ
Pergama: plus ladunt, quàm iuuat vna, duæ.

PRima dies tibi Carna datur: dea cardinis hæc eſt:
Numine clauſa aperit, claudit aperta ſuo.
Vnde datas habeat vires obſcurior auo
Fama: ſed è noſtro carmine certus eris.
Adiacet antiquus Tiberino locus Helerni,
Pontifices illuc nunc quoque ſacra ferunt.
Inde ſata eſt Nymphe (Cranen dixere priores)
Nequicquam multis ſæpe petita procis.
Rura ſequi, iaculiſque feras agitare ſolebat,
Nodoſaſque caua tendere valle plagas:

1 Iunoniſque. 2 al. mallem. 3 al. vnius.

Non habuit pharetram, Phœbi tamen esse sororem
Credebant, nec erat Phœbe pudenda tibi.
Huic aliquis iuuenum dixisset amantia verba,
Reddebat tales protinus illa sonos,
Hæc loca lucis habent nimis & cum luce pudoris:
Si secreta magis ducis in antra, sequar.
Credulus anteijt, frutices hæc nacta resistit,
Et latet & nullo est inuenienda modo.
Viderat hanc Ianus, visaque cupidine captus
Ad duram verbis mollibus vsus erat.
Nympha iubet quaeri de more remotius antrum,
Vtque comes sequitur, destituitq; ducem.
Stulta (videt Ianus quæ post sua terga gerantur)
Nil agis & 1 latebras respicit ille tuas.
Nil agis, en dixit, iam te sub rupe latentem
Occupat amplexu, teq; potitus ait.
Ius pro concubitu nostro tibi cardinis esto,
Hoc pretium posita virginitatis habe.
Sic fatus 2 spinam, qua tristes pellere posset
A foribus noxas; hæc erat alba, dedit.
Tunc auidæ volucres: non quæ Phineia mensis
Guttura fraudabant: sed genus inde trahunt.
Grande caput, stantes oculi rostra apta rapinæ,
Canities pennis, vnguibus hamus inest.
Nocte volant: puerosq; petunt nutricis egentes.
Et vitiant cunis corpora rapta suis.
Carpere dicuntur lactentia viscera rostris
Et plenum poto sanguine guttur habent.
Est illis Strigibus nomen: sed nominis huius
Caussa; quod horrenda stridere nocte solent.
Siue igitur nascuntur aues: seu carmine fiunt:
Neniaq; in volucres falsa figurat anus:
In thalamos venere Proca: Proca notus in illis
Præda recens auium quinque diebus erat:
Pectoraq; exsorbent auidis infantia linguis:
3 At puer infelix vagit, opemq; petit.
Territa voce sui nutrix accurrit alumni:
Et rigido sectas inuenit vngue genas.
Quid faceret? color oris erat, qui frondibus olim
Esse solet fœtus: quas noua læsit hiems.
Peruenit ad Granen: & rem docet: illa, Timorem
Pone, tuus sospes, dixit, alumnus erit.
Venerat ad cunas: flebant materq;, paterq;:
Sistite vos lacrymas: ipse medebor: ait.
Protinus arbutea posies ter in ordine tangit
Fronde: ter arbutea limina fronde notat.
Spargit aquis aditus & aqua medicamen habebant:
Extaq; de porca cruda bimestre tenet.
Atq; ita, Noctis aues extis puerilibus, inquit:
Parcite: pro paruo victima parua cadit.
Cor pro corde precor, pro fibris sumite fibras:
Hanc animam vobis pro meliore damus.
Sic vbi libauit, profecta sub 4 æthera ponit:
Quique adsint sacris respicere illa vetat.
Virgaq; Ianalis de spina sumitur alba:

1 al. tenebras. 2 al. virgam.
3 al. fit. 4 al. æthere al. aere.

Qua lumen thalamis parua fenestra dabat,
Post illud neque aues cunas violasse feruntur:
Et redijt puero, qui fuit ante, color.
Pinguia cur illis gustentur larda Kalendis,
Mistaq; cum calido sit faba farre, rogas?
Prisca dea est, alituq; tibis quibus ante solebat:
Nec petit adscitas luxuriosa dapes.
Piscis adhuc illi populo sine fraude natabat:
Ostreaq; in conchis tuta fuere suis:
Nec Latium norat, quam præbet Ionia diues:
Nec quæ Pygmæo sanguine gaudet auis:
Et præter pennas nihil in pauone placebat:
Nec tellus captas miserat ante feras.
Sus erat in pretio: cæsa sue festa colebant:
Terra fabas tantum, duraq; ferra dabat.
Quæ duo mista simul sextis quicumq; Kalendis
Ederit: huic lædi viscera posse negant.
Arce quoque in summa Iunoni templa Monetæ
Ex voto memorant facta Camille tuo.
Ante domus Manli fuerat: qui Gallica quondam
A Capitolino reppulit arma Ioue.
Quàm bene, di magni, pugna cecidisset in illa
Defensor solij Iuppiter alte tui.
Vixit, vt occideret damnatus crimine regni:
Hunc illi titulum longa senecta dabat.
Lux eadem Marti festa est: quem prospicit extra
Appositum dextræ porta Capena viæ.
Te quoq; Tempestas, meritam delubra fatemur:
Cum pene est Corsis obruta classis aquis.
Hæc hominum monumenta patent. 1 si quærimus astra,
Tunc oritur magni prepes adunca Iouis.

POstera lux Hyadas Taurinæ cornua frontis
Euocat: & multa terra madescit aqua.

MAne vbi bis fuerit, Phœbusq; iteruerit ortus,
Factaq; erit posito rore bis vda seges,
Hac sacrata die Tusco Bellona duello
Dicitur: & Latio prospera semper adest.
Appius est auctor: Pyrrho qui pace negata
Multum animo vidit: lumine captus erat.
Prospicit à tergo summum breuis area circum:
Est vbi non paruæ parua columna notæ.
Hinc solet hasta manu belli prænuntia mitti:
In regem & gentes cum placet arma capi:

ALtera pars circi custode sub Hercule tuta est:
Quod deus Euboico carmine munus habet.

Muneris est tempus, qui nonas Lucifer ante est:
Si titulos quæris: Sylla probauit opus.

QVærebam nonas Sancto, Fidione referrem,
An tibi Semo pater: tunc mihi sanctius ait:
Cuicumq; ex istis dederis: ego munus habebo:
Nomina terna fero: sic voluere Cures.
Hunc igitur veteres donarunt æde Sabini:
Inque Quirinali constituere iugo.

ESt mihi sitq; precor nostris diuturnior annis
Filia: qua felix sospite semper ero.

1 al. si quærimus.

Hanc

Hãc ego cum vellem genero dare, tempora tedis
Apta requirebam: quæque cauenda forent.
Tunc mihi post sacras monstratur Iunius Idus
Vtilis & nuptis, vtilis esse viris.
Primaque pars huius thalamis aliena reperta est:
Nam mihi sic coniux sancta dialis ait:
Donec ab Iliaca placidus purgamina Vesta
Detulerit flauis in mare Tibris aquis:
Non mihi detonso 1 crinem depectere buxo:
Non vngues ferro subseuisse licet.
Non tetigisse virum, quamuis Iouis ille sacerdos:
Quamuis perpetua sit mihi lege datus.
Tu quoque ne propera, melius tua filia nubet:
Ignea cum pura veste nitebit humus.
TErtia post nonas remouere Lycaona Phœbe
Fertur, & à tergo non habet vrsa metum:
Tunc ego me memini ludos in gramine campi
Adspicere: & dici lubrice Tibri tuos.
Festa dies illis, qui lina madentia ducunt:
Quique tegunt paruis æra recurua cibis.
MEns quoque numen habet: Menti delubra videmus
Vota metu belli perfide Pœne, tui:
Pœne rebellabas & letho consulis, omnes
Attoniti Mauras pertimuere manus,
Spem metus 2 expulerat cum Mẽti vota Senatus
Suscipit, & melior protinus illa venit.
Adspicit instantes medij sex lucibus Idus
Illa dies: qua sunt vota soluta deæ.
VEsta faue: tibi nũc operata resoluimus ora:
Ad tua si nobis sacra venire licet.
In prece totus eram: cælestia numina sensi:
Lætáque purpurea luce refulsit humus.
Non equidem vidi (valeant mendacia vatum)
Te dea: nec fueras adspicienda viro.
Sed quæ nescieram, quorúmque errore tenebar,
Cognita sunt nullo præcipiente mihi.
Dena quater memorant habuisse Palilia Romã:
Cum flammæ custos æde recepta dea est.
Regis opus placidi: quo non metuentius vllum
Numinis ingenium terra Sabina tulit.
Quæ nunc ære nitent, stipula tunc tecta virebãt:
Et paries lento vimine textus erat.
Hic locus exiguus, qui sustinet atria Vestæ:
Tunc erat intonsi regia magna Numæ.
Forma tamen templi, quæ nũc manet, ante fuisse
Dicitur: & formæ caussa probanda subest.
Vesta eadem est, & terra: subest vigil ignis vtriq;:
Significant sedem terra focúsque suam.
Terra pilæ similis nullo fulcimine nixa
Aëre subiecto tam graue pendet onus.
Ipsa volubilitas 3 libratum sustinet orbem:
Quique premat partes angulus omnis abest.
Cumque sit in media rerum regione locata:
Et tangat nullum plúsve, minúsve latus,
Ni conuexa foret: parti vicinior esset.
Nec medium terræ mundus haberet onus.
Arte Syracusia suspensus in aëre clauso
Stat globus immensi parua figura poli.
Et quantum à summis, tantum secessit ab imis
Terra: quod vi fiat forma rotunda facit.
Par facies templi: nullus procurrit in illo
Angulus à pluuio vendicat imbre tholus.
Cur sit virginibus, quæris, dea culta ministris?
Inueniam caussas hac quoque parte suas.
Ex Ope Iunone memorant, Cereremque creatas
Semine Saturnit: ertia Vesta fuit.
Vtraque nupserunt: ambæ peperisse feruntur:
De tribus impatiens restitit vna viri.
Quid mirum virgo si virgine læta ministra
Admittit castas in sua sacra manus?
Nec tu aliud Vestam quàm viuam intellige flammam:
Nataq; de flamma corpora nulla vides.
Iure igitur virgo est, quæ semina nulla remittit:
Nec capit, & comites virginitatis amat.
Esse diu stultus Vestæ simulacra putaui:
Mox didici curuo nulla subesse tholo.
Ignis inextinctus templo celatur in illo:
Effigiem nullam Vesta, nec ignis habent.
Stat vi terra sua: vi stando Vesta vocatur.
Caussáque par Graij nominis esse potest.
At focus à flamis, & quod fouet ommnia dictus:
Qui tamen in primis ædibus ante fuit.
Hinc quoque vestibulum dici reor: inde precando
Dicimus, ô Vesta, quæ loca prima tenes.
Ante focos olim scamnis considere longis
Mos erat: & mensæ credere adesse deos.
Nunc quoque: cum fiunt antiquæ sacra Vacunæ:
Ante Vacunales stántque sedéntque focos.
Venit in hos annos 1 aliquid de more vetusto:
Fert missos Vestæ pura patella cibos.
Ecce coronatis panis dependet asellis:
Et velant scabras florida serta molas.
Sola prius furnis torrebant farra coloni:
Et fornacali sunt sua sacra deæ.
Suppositum cineri panem ipse focus parabat:
Stratáque erat tepido tegula quassa solo.
Inde focum seruat pistor, dominamque focorũ:
Et quæ pumiceas versat asella molas.
Præteream? referamne tuum rubicunde Priape
Dedecus? est multi fabula plena ioci.
Turrigera frontem Cybele redimita corona
Conuocat æternos ad sua festa deos.
Conuocat & Satyros, & rustica numina Nymphas.
Silenus, quamuis nemo vocarat, adest.
Nec licet, & longum est, epulas narrare deorum:
In multo nox est peruigilata mero:
Di temere errabant: in opacæ vallibus Idæ
Pars iacet: & molli gramine membra leuat.
Hi ludũt, hos somnus habet: pars brachia nectit,
2 Et viridem celeri ter pede pulsat humum.
Vesta iacet, placidámque capit secura quietem:
Sicut erat positum cespite fulta caput.
At raber hortorum custos, nymphásque deásque
Captat: & errantes fértque réfertque pedes.

1 al. crines. 2 al abstulerat.
3 al. subiectum.

1 al. aliquo de more vetustas. 2 al. At.

Adspicit & Vestã dubiũ est nymphamne, putarit:
An scierit Vestam: sciisse sed ipse negat.
Spem capit obscenam: furtimque accedere tentat:
Et fert suspensos corde micante gradus.
Forte senex, quo vectus erat Silenus, asellum
Liquerat ad ripas lene sonantis aquæ.
Ibat vt inciperet longi deus Hellespontí:
Intempestiuo cum rudit ille sono.
Territa voce grauí surgit dea: conuolat omnis
Turba: per infestas effugit ille manus.
Lãpsacus hoc animal sibi sacrificare Priapo:
Hinc asini flammis inditis exta damus:
Quem tu diua memor de pane monilibus ornas:
Cessat opus: vacuæ conticuere molæ.
Nomine quam pretio celebratior, arce Tonantis.
Discant Pistoris quid velit ara Iouis.
Cinctæ premebantur trucibus Capitolia Gallis:
Fecerat obsidio iam diuturna famem.
Iupiter ad solium superis regale vocatis,
Incipe, ait Marti: protinus ille refert:
Scilicet ignotum est, quæ sit fortuna meorum?
Et dolor hic animi voce querentis eget?
Si tamẽ, vt referam breuiter mala iuncta pudori
Exigis: Alpino Roma sub hoste iacet.
Hæc est cui fuerat promissa potentia rerum:
Iupiter hanc terris impositurus eras:
Iamque suburbanos, Etrusćaque contudit arma:
Spes erat in cursu: nunc Lare pulsa suo est.
Vidimus ornatos arata per atria picta
Veste triumphales occubuisse senes.
Vidimus Iliacæ transferri pignora Vestæ
Sede: putant aliquos scilicet esse duos?
Aut si respicerent, qua vos habitatis in arce,
Totque domus vestras obsidione premi:
Nil opus in cura scirent superesse deorum,
Et data sollicita tura perire manu.
Atque vtinam pugnæ pateat locus: arma capessent:
Et si non poterunt exsuperare, cadent.
Nunc inopes victus, ignauaque fata timentes
Monte suo clausos barbara turba premit.
Tunc Venus, & lituo pulcher, trabeaque Quirinus:
Vestaque pro Latio multa locuta suo est.
Publica, respondit, cura est pro mœnibus istis,
Iupiter, & pœnas Gallia victa dabit.
Tu modo, qua desunt fruges superesse putentur,
Effice: nec sedes desere Vesta tuas.
Quodcunque est solidæ Cereris caua machina frangat:
Mollitamque manu duret in igne focus.
Iusserat: & fratris virgo Saturnia iussis
Annuit: & mediæ tempora noctis erant.
Iam ducibus somnum dederat labor: increpat illos
Iupiter: & sacro, quid velit, ore docet:
Surgite, & in medios de summis arcibus hostes
Mittite quam minime tradere vultis opem.

1 al. Lampsacos.

Somnus abit, quæruntque nouis ambagibus acti,
Tradere quam nolint, & iubeantur opem.
Esse Ceres visa est: iaciunt Cerealia dona:
Iacta super galeas scutaque longa sonant.
Posse fama vinci spes excidit, hoste repulso
Candida Pistori ponitur ara Ioui.
Forte reuertebar festis Vestalibus illa,
Qua Noua Romano nunc via iuncta foro est.
Huc pede matronam nudo descendere vidi:
Obstupui tacitus, sustinuique gradum.
Sensit anus vicina loco: iussumque sedere
Alloquitur quatiens voce tremente caput.
Hic vbi nunc fora sunt, vdæ tenuere paludes,
Amne redundatis fossa madebat aquis.
Curtius ille lacus, siccas qui sustinet aras:
Nunc solida est tellus: sed lacus antè fuit:
Qua Velabra solent in circum ducere pompas:
Nil præter salices, crassaque canna fuit.
Sæpe suburbanas rediens conuiua per vndas
Cantat: & ad nautas ebria verba iacit:
Nondum conueniens diuersis iste figuris
Nomen ab 1 auerso ceperat amne deus.
Hic quoque lucus erat iuncis & arundine densus,
Et pedo velato non adeunda palus.
Stagna recesserunt, & aquas sua ripa coërcet
Siccaque nunc tellus, mos tamen ille manet.
Reddiderat caussam, Valeas anus optima, dixit,
Quod superest aui molle sit omne tui.
Cætera iam pridem didici puerilibus annis,
Non tamen idcirco prætereunda mihi.
Mœnia Dardanides nuper noua fecerat Ilus,
Ilus adhuc. Asiæ diues habebat opes.
Creditur armiferæ signum cæleste Minervæ
Vrbis in Iliacæ desiluisse 2 iugo.
Cura videre fuit. vidi templumque locumque:
Hoc superest illic, Pallada Roma tenet.
Consulitur Smintheus, lucoque obscurus opaco
Hos non mentito reddidit ore sonos:
Ætheream seruate deam, seruabitis vrbem,
Imperium secum transferet illa loci.
Seruat, & inclusam summa tenet Ilus in arce,
Curaque ad hæredem Laomedonta venit.
Sub Priamo seruata parum, sic ipsa volebas,
Ex quo iudicio forma reuicta tua est.
Seu genus Adrasti, seu furtis aptus Vlysses,
Seu pius Æneas, eripuisse ferunt:
Auctor in incerto est, res est Romana: tuetur
Vesta, quod assiduo lumine cuncta videt.
Heu quantum timuere patres! quo tempore Vesta
Arsit, & est tectis obruta pene suis!
Flagrabant sancti sceleratis ignibus ignes,
Mistaque erat flammæ flamma profana piæ.
Attonitæ flebant demisso crine ministræ:
Abstulerat vires corporis ipse timor.
Prouolat in medium, & magna, succurrite, voces
Non est auxilium flere, Metellus ait.

1 al. aduerso. 2 al. iugis.

Pignora

Pignora virgineis fatalia tollite palmis
Non ea sunt voto, sed rapienda manu.
Me miserum dubitatis, ait, dubitare videbat,
Et pauidas posito procubuisse genu.
Haurit aquas, tollensq; manus, Ignoscite, dixit,
Sacra, vir intrabo non adeunda viro.
Si scelus est, in me commissi pœna redundet.
Sit capitis damno Roma soluta mei.
Dixit, & irrupit, factum dea rapta probauit,
Pontificisq; sui munere tuta fuit.
Nunc bene lucetis sacro sub Cæsare flammæ,
Ignis in Iliacis nunc erit, estq; focis.
Nullaq; dicetur vittas temerare sacerdos
Hoc duce, nec viua defodietur humo.
Sic incesta perit, quia quam violauit, in illa
Conditur, & tellus, Vestáque numen idem est.
Tum sibi Callaico Brutus cognomen ab hoste
Fecit: & Hispanam sanguine tinxit humum.
Scilicet interdum miscentur tristia lætis,
Nec populum toto pectore festa iuuant.
Crassus ad Euphraten aquilas, natumq; suosq;
Perdidit: & leto est vltimus ipse datus.
Parthe quid exultas? dixit dea. signa remittes:
Quique necem Crassi vindicet, vltor erit.
AT simul auritus violæ dementur asellis,
Et Cereris fruges aspera saxa terent,
Nauita puppe sedens Delphina videbimus, inquit,
Humida cum pulso nox erit orta die.
IAm Phryxa nupta quereris Tithone relinqui:
Et vigil Eois Lucifer exit aquis.
Ite bonæ matres, vestrum Matralia festum,
Flauaq; Thebanæ reddite liba deæ.
Pontibus & magno iuncta est celeberrima circo
Area quæ posito de boue nomen habet,
Hac ibi luce ferunt Matutæ sacra parenti
Sceptriferas Serui templa dedisse manus.
Quæ dea sit, quare famulas à limine templi
Arceat (arcet enim libaq; tosta petit)
Bacche racemiferos hedera redimite capillos,
Si domus illa tua est dirige vatis opus.
Arserat obsequio Semele Ionis, accipit Ino
Te puer: & summa sedula nutrit ope.
Intumuit Iuno [1] rapta quod pellice natum
Educet: at sanguis ille sororis erat.
Hinc agitur furijs Athamas sed imagine falsa:
Tuq; cadis patria parue Learche manu.
Mæsta Learchëas mater tumulauerat vmbras,
Et dederat miseris omnia iusta rogis.
Hæc quoque funestos vt erat laniata capillos,
Prosilit & cunis te Melicerta rapit.
Est spatio contracta breui, freta bina repellit,
Vnaque pulsatur terra duabus aquis.
Huc venit insanis natum complexa lacertis,
Et secum è celso mittit in alta iugo.
Excipit illæsos Panope, centumq; sorores,
Et placido lapsu per sua regna ferunt.

[1] al. raptum.

Nondum Leucothee, nondum puer ille Palæmon,
Vorticibus densis Tibridis ora tenent.
Lucus erat, dubium Semele, Stimele ne vocetur:
Mænadas Ausonias incoluisse ferunt.
Quærit ab his Ino, quæ gens foret, Arcadas esse
Audit, & Euandrum sceptra tenere loci.
Dissimulata deam Latias Saturnia Bacchas
Instimulat fictis insidiosa sonis.
O nimium faciles, ó toto pectore [1] captæ,
Non venit hæc vestris hospes amica choris.
Fraude petit, sacrique parat cognoscere ritum,
Quo possit pœnas pendere, pignus habet.
Vix bene desierat, complent vlulatibus auras
Thyades effusis per sua colla comis,
Iniiciũtque manus: puerumque auellere pugnãt,
Quos ignorat adhuc, inuocat illa deos:
Dique virique loci miseræ succurrite matri.
Clamor Auentini saxa propinqua ferit.
Appulerat ripæ vaccas Oetæus Iberas,
Audit, & ad vocem concitus vrget iter.
Herculis aduentu, quæ vim modo ferre parab ant,
Turpia femineæ terga dedere fugæ. (chi?
Quid petis hinc (cognorat enim) matertera Bac-
An numen quod me, te quoque vexat, ait?
Illa docet partim, partim præsentia nati
Continet, & furiis in scelus isse pudet.
Rumor, vt est velox, agitatis peruolat alis,
Estque frequens Ino nomen in ore tuum.
Hospita Carmentis fidos intrasse penates
Diceris, & longam deposuisse famem.
Liba sua properata manu Tegeæa sacerdos
Traditur & subito cocta dedisse foco.
Nunc quoque liba iuuant festis Matralibus: illa
Rustica sedulitas grauior arte fuit.
Nunc, ait, ó vates venientia fata resigna,
Qua licet: hospitijs hoc precor adde meis.
Parua mora est, cælum vates ac numina sumit:
Fitque sui toto pectore plena dei.
Vix illam subito posses cognoscere: tanto
Sanctior, & tanto, quam modo, maior erat:
Læta canam, gaude defuncta laboribus Ino,
Dixit, & huic populo prospera semper ades.
Numẽ eris pelagi, natum quoque põtus habebit:
In nostris aliud sumite nomen aquis.
Leucothee Graijs, Matuta vocabere nostris:
In portus nato ius erit omne tuo.
Quẽ nos Portũnum sua lingua Palæmona dicet,
Ite precor nostris æquus vterque locis.
Annuerat: promissa fides: posuere labores,
Nomina mutarunt: hic Deus, illa dea est.
Cur vetet ancillas accedere quæritis? odit:
Principiúmque odij, si sinat illa, canam.
Vna ministrarum solita est, Cadmea, tuarum
Sæpe sub amplexus coniugis ire tui.
Improbus hanc Athamas furtim dilexit: ab illa
Comperit agricolis semina tosta dari.
Ipsa quidem feciſſe negat: sed fama recepit,
Hoc est cur odio sit tibi serua manus.
Non tamen hanc pro stirpe sua pia mater adoret.

[1] captas.

ipsa parvum felix visa fuisse parens.
Attertus protem melius mandabitis illi,
Vtilior Bructho quam fuit ipsa suis.
Hanc tibi (Quo properas memorant dixisse, Rutili?
Luce mea Marso consul ab hoste cades:
Exitus accessit verbis, flumenque Tholoni
Purpureum mistis sanguine fluxit aquis.
Proximus annus erat, Pallantide caesus eadem
Didius hostiles ingeminauit opes.
Lux eadem, Fortuna, tua est, auctorque, locusque,
Sed super intectis quis latet iste togis?
Seruius est (hoc constat enim) sed caussa latendi
Discrepat, & dubium me quoque metus habet.
Dum dea furtiuos timide profitetur amores,
Caelestemque homini concubuisse pudet.
Arsit enim magno correpta cupidine regis,
Caecaq; in hoc vno non fuit illa viro,
Nocte domum parua solita est intrare fenestra,
Vnde Fenestellae nomina porta tenet.
Nunc pudet, & vultus velamine celat amatos,
Oraq; sunt multa regia tecta toga.
An magis est verum post Tulli funera plebem
Confusam placidi morte fuisse ducis?
Nec modus vllus erat: crescebat imagine luctus,
Donec eum positis occuluere togis.
Tertia caussa mihi spatio maiore canenda est,
Nos tamen adductos intus agemus equos.
Tullia coniugio sceleris mercede parato,
His solita est dictis exstimulare virum:
Quid iuuat esse pares te nostrae cede sororis,
Meaq; tui [2] fratris, si pia vita placet?
Viuere debuerant & vir meus, & tua coniux,
Si nullum ausuri maius eramus opus.
Et caput & regnum factum est dotale parentis:
Si vir es, indictas exige dotis opes.
Regia res scelus est: socero cape regna necato:
Et nostras patrio sanguine tinge manus.
Talibus [3] instinctus solio priuatus in alto
Sederat: attonitum vulgus ad arma ruit.
Hinc cruor, & cades, infirmaq; vincitur aetas:
Sceptra gener socero rapta superbus habet.
Ipse sub esquiliis vbi erat sua regia, caesus
Concidit in dura sanguinolentus humo.
Filia carpento patrios initura penates
Ibat per medias alta, feroxq; vias.
Corpus vt aspexit, lacrymis auriga profusis,
Restitit: hunc tali corripit illa sono:
Vadis? an expectas pretium pietatis amarum?
Duc, inquam, inuitas ipsa per ora rotas.
(Certa fides facti) dictus sceleratus ab illa
Vicus & aeterna res ea pressa nota.
Post tamen haec ausa est templum monumenta parentis
Tangere: mira quidem, sed tamen acta loquor.
Signum erat in solio residens sub imagine Tulli:
Dicitur hoc oculis opposuisse manum:
Et vox audita est, Vultus abscondite nostros:
Ne nata videant ora nefanda mea.
Veste data tegitur: vetat hanc fortuna moueri:
Et sic è templo est ipsa locuta suo.
Ore reuelato qua primum luce patebit
Seruius: haec posiri prima pudoris erit.
Parcite matronae vetitas attingere vestes:
Solemnes satis est voce mouere preces.
Sitque caput semper Romano tectus amictu,
Qui rex [1] in nostra septimus vrbe fuit.
Arserat hoc templum: signo tamen ille pepercit
Ignis: opem nato Mulciber ipse tulit.
Namque pater Tulli Vulcanus Ocrisia mater
Praegnis ab hoc facta Corniculana fuit.
Hanc secum Tanaquil sacris de more peractis
Iussit in ornatum fundere vina focum.
Hic inter cineres obsceni forma virilis
Aut fuit, aut visa est: sed magis illa fuit.
Iussa foco captiua sedet: conceptus ab illa
Seruius à caelo semina gentis habet.
Signa dedit genitor tunc cum caput igne coruscum
Contigit: inque comis flammeus arsit apex.
Te quoque magnifica Concordia dedicat aede
Liuia: quam caro praestitit illa viro.
Discite tamen veniens aetas: vbi Liuia nunc est
Porticus, immensa tecta fuere domus.
Vrbis opus domus vna fuit: spatiumque tenebat,
Quo breuius muris oppida multa tenent.
Haec aequata solo est nullo sub crimine regni:
Sed quia luxuria visa nocere sua est.
Sustinuit tantas operum subuertere moles:
Totque suas heres perdere Caesar opes.
Sic agitur censura: & sic exempla parantur,
Cum iudex, alios quod monet, ipse facit.
Nulla nota est veniente die, quam dicere possit,
Idibus inuicto sunt data templa Ioui.
Et iam quinquatrus iubeor narrare minores:
Nunc ades ô coeptis flaua Minerua meis,
Cur vagus incedu tota tibicen in vrbe?
Quid sibi persona, quid toga longa, volunt?
Sic ego: sic posita Tritonia cuspide dixit:
Possem vtinam docta verba referre dea.
Temporibus veterum tibicinis vsus auorum
Magnus, & in magno semper honore fuit.
Cantabat fanis, cantabat tibia ludis:
Catabat moestis tibia funeribus.
Dulcis erat mercede labor: tempusque secutu est,
Quod subito grata frangeret artis opes.
Adde quod aedilis, pompa qui funeris irent,
Artifices solos iusserat esse decem.
Exsilio mutant vrbem, Tiburque recedunt:
(Exsilium quodam tempore Tibur erat)
Quaeritur in scena caua tibia: quaeritur aris:
Ducit supremos nania nulla [2] toros.
Seruierat quidam quantolibet ordine dignus
Tibure: sed longo tempore liber erat.
Rure suo parat ille dapes, turbamque canoram
Conuocat: ad festas conuenit illa dapes.
Nox erat: & vinis oculique animique natabant:
Cum praecomposito nuntius ore venit.

1 al. illa. 2 al. patris. 3 al. instructus.

1 al. Romana. 2 al. choros.

Atque

Atque ita, Quid cessus conuiuas soluere? dixit.
Auctor vindictæ nam venit ille suæ.
Nec mora: conuiua valido titubantia vino
Membra mouent: dubij stantque, labántque pedes.
At dominus, Discedite, ait: plaustróque morantes
Sustulit: in plaustro scirpea lata fuit.
Alliciunt somnos tempus, motusq; merumq;:
Potaq; se Tibur turba redire putat.
Iámque per Esquilias Romanam intrauerat vrbem:
Et mane in medio plaustra fuere foro.
Callidus vt posset specie numeroq; Senatum
Fallere, personis imperat ora tegi:
Admisceq; alios: & vt hunc tibicina cœtum
Augeat, in longis vestibus esse iubet.
Sic reduces bene posse tegi: ne forte notentur
Contra collegæ iussa redire sui.
Res placuit: cultúq; nouo licet Idibus vti:
Et canere ad veteres verba iocosa modos.
Hæc vbi perdocuit: superest mihi discere, dixi,
Cur sit quinquatrus illa vocata dies.
Martius, inquit, habet tali mea nomine festa:
Estq; sub inuentis hæc quoque turba meis.
Prima terebrato per rara foramina buxo,
Vt daret effecti tibia longa sonos.
Vox placuit: faciem liquidis referentibus vndis,
Vidi, & virgineas intumuisse genas.
Ars mihi non tanti est, valeas [1] mea tibia, dixi.
Excipit abiectam cespite ripa suo:
Inuentam Satyrus primum miratur: & vsum
Nescit: & afflatam [2] sentit habere sonum.
Et modo dimittit digitos, modo concipit auras:
Iamq; inter nymphas arte superbus erat.
Prouocat & Phœbum: Phœbo superante pependit:
Cæsa recesserunt à cute membra sua.
Sum tamen inuentrix, auctorque ego carminis huius:
Hoc est cur nostros ars colit ista dies.

TErtia nox veniet: qua tu Dodonæa Thyene
Stabis Agenoreæ fronte videnda bouis.
Hæc est illa dies, qua tu purgamina Vestæ
Tibri per Etruscas in mare mittis aquas.
SI qua fides vetis, Zephyro dare carbasa nautæ:
Cras veniet vestris ille secundus aquis.
AT pater Heliadum, radios vbi tinxerit vndis,
Et cinget geminos stella serena polos,
Tollet humo validos proles Hyrea lacertos:
Continua delphin nocte videndus erit.
Scilicet hic olim Volscos, Æquosq; fugatos
Viderat in campis Algida terra tuis.
Vnde suburbano clarus Tiburte triumpho,
Vectus es in niueis Postume victor equis.
IAm sex, & totidè luces de mense supersunt:
Huic vnum numero tu tamen adde diem.

1 al. ars optima. 2 al. sensit.

Sol abit è Geminis, & Cancri signa rubescunt:
Cœpit Auentina Pallas in arte coli.
IAm tua Laomedon oritur nurus: ortáque noctem
Pellit: & è pratis cana pruina fugit.
Reddita, quisquis is est, Summano templa feruntur:
[1] Tunc, cum Romanis Pyrrhe timendus eras.
HVnc quoque cum patrijs Galatea receperit vndis,
Plenaq; securæ terra quietis erit:
Surgit humo iuuenis telis afflatus auitis:
Et gemino nexas porrigit angue manus.
Notus amor Phædræ, nota est iniuria Thesei:
Deuouit natum credulus ille suum.
Solliciti terrentur equi: frustraq; recenti
Per scopulos dominum duraq; saxa trahunt.
Exciderat curru: lorisq; morantibus artus
Hippolytus lacero corpore raptus erat:
Reddiderátque animam, multum indignante Diana,
Nulla Coronides caussa doloris ait.
Namq; pio iuueni vitam sine vulnere reddam:
Et cedent arti tristia fata meæ.
Gramina continuo loculis depromit eburnis:
Profuerant Glauci manibus illa prius:
Tunc, cum obseruatas augur descendit in herbas:
Vsus & auxilio est anguis ab angue dato.
Pectora ter tetigit, ter verba salubria dixit:
Depositum terra sustulit ille caput.
Lucus eum, nemori q; sui Dictynna recessu
Celat: Aricino Virbius ille lacus est.
At Lachesis Clotoq; dolent sua fila teneri:
Et fieri regni iura minora sui.
Iupiter exemplum veritus direxit in illum
Fulmina: qui nimiæ neuerat artis opem.
Phœbe querebaris: æus est placare parenti:
Propter te, fieri quod vetat, ipse facit.

NOn ego te, quauis properabis vincere Cæsar
Si vetat auspitium, signa mouere velim.
[2] Sunt tibi Flamminius, Thrasymenáque litora testes,
Per volucres æquos multa monere deos.
Tempora si veteris quæris temeraria damni:
Quartus ab extrema mense bis ille dies.
POstera lux melior. superat Masanissa Syphacen:
Et cecidit telis Hasdrubal ipse suis.
TEmpora labuntur: tacitisque senescimus annis:
Et fugiunt freno non remorante dies.
Quam cito venerunt Fortunæ fortis honores:
Post septem luces Iunius actus erit.
Ite, deam lati sortem celebrate Quirites:
In Tiberis ripa munera regis habet:
Pars pede, pars etiam celeri decurrite cymba:
Nec pudeat potos inde redire domum.
Forte coronatæ iuuenum conuiuia linires:
Multaq; per medias vina bibantur aquas.

1 al. Tum. 2 al. Sint.

Plebs colit hanc, quia qui posuit, de plebe fuisse
Fertur: & ex humili sceptra tulisse loco.
Conuenit & seruis: seruia quia Tullius ortus
Constituit dubiæ templa propinqua deæ.
Ecce suburbana rediens male sobrius ede,
Ad stellas aliquis talia verba iacit,
Zona latet tua nunc, & cras fortasse latebit.
Dehinc erit, Orion, adspicienda mihi.
At si non esset potus, dixisset eadem
Venturum tempus solstitiale die.
Lvcifero subeunte, lares delubra tulerunt.
Hic vbi sit docta multa corona manu.
Tempus idem Statoris erit, quod Romulus olim
Ante Palatini condidit ora iugi.
Tot restat de mense dies, quot nomina Parcus
Cū data sunt trabeæ templa Quirine tuæ.
Tempus Iuleis cras est natale Calendis,
Pierides captis addite summa meis.
Dicite Pierides, quis vos addixerit isti,
Cui dedit inuictas victa nouerca manus.
Sic ego, sic Clio, clari monumenta Philippi
Adspicis, vnde trahit Martia casta genus.
Martia sacrificio deductum nomen ab Anco
In qua par facies nobilitate fuit.
Par animo quoque forma suo respondit in illo,
Et genus, & facies, ingeniumq; simul.
Nec quod laudamus formam, tu turpe putaris,
Laudamus magnas hac quoque parte deas.
Nupta fuit quondam matertera Cæsaris illi.
O dectus, ô sacra femina digna domo!
Sic cecinit Clio, doctæ assensere sorores,
Annuit Alcides, increpuitq; lyra.

PVBLII OVIDII NASONIS, TRISTIVM LIBRI QVINQVE.

LIBER PRIMVS.

ELEGIA I.

Alloquitur librum vt Romam vadat, & quid ei faciendum sit, admonet.

PARVE (nec inuideo) sine me liber ibis in vrbem:
Hei mihi, [1] quod domino non licet ire tuo.
Vade, sed incultus, qualem decet exsulis esse,
Infelix habitum temporis huius habe.
Nec te purpureo velent vaccinia succo,
Non est conueniens luctibus ille color.
Nec titulus minio, nec cedro charta notetur,
Candida nec nigra cornua fronte geras.
Felices ornent hæc instrumenta libellos,
Fortunæ memorem te decet esse meæ.
Nec fragili gemmæ poliantur pumice frontes,
Hirsutus sparsis vt videare comis.
Neve lituraram pudeat, qui viderit illas,
De lacrymis factas sentiat esse meis.
Vade liber, verbisq; meis loca grata saluta,
Contingam certè quo licet illa pede.
Si quis, vt in populo nostri non immemor illo,
Siquis, qui quid agam forte requirit, erit.
Viuere me dices, saluum tamen esse negabis,
Id quoq; quod viuam munus habere dei.
Atq; ita tu tacitus quærenti plura legendum
Ne, qua non opus est forte loquare, caue.
Protinus admonitus repetet mea [2] crimina lector,
Et peragar populi publicus ore reus,
Tu caue defendas, quamuis mordebere dictis,
Causa patrocinio non bona maior erit.

1 al. quo. 2 al. carmina.

Inuenies aliquem, qui me suspiret ademptum,
Carmina nec siccis perlegat ista genis,
Et tacitus secum, ne quis malus audiat, optet,
Sit mea, lenito Cæsare, pœna leuis.
Nos quoque, quisquis erit, ne sit miser ipse, precamur,
Placatos [1] miseris qui volet esse deos,
Quæq; volet, rata sint: ablataq; principis ira
Sedibus in patrijs det mihi posse mori.
Vt peragas mandata liber, culpabere forsan:
Ingeniiq; minor laude ferere mei.
Iudicis officium est, vt res, ita tempora rerum
Quærere, quæsito tempore tutus eris.
Carmina proueniunt animo deducta sereno,
Nubila sunt subitis tempora nostra malis.
Carmina secessum scribentis, & otia quærunt,
Me mare, me venti, me fera iactat hiems.
Carminibus metus omnis abest: ergo perditus ensem
Hæsurum iugulo iam puto, iamq; meo.
Hæc quoque, quæ facio, iudex mirabitur æquus:
Scriptaq; cum venia quamlibet illa leget.
Da mihi Mæoniden, & tot circumspice casus:
Ingenium tantis excidet omne malis.
Denique securus famæ liber ire memento:
Nec tibi sit lecto displicuisse pudor.
Non ita se nobis præbet fortuna secundam:
Vt tibi sit ratio laudis habenda tuæ.
Donec eram sospes, tituli tangebar amore:

1 al. misero.

Quæ-

Quærendiq; mihi nominis ardor erat.
Carmina nunc si non studiumq; quod obfuit, odi,
Sit satis: ingenio sic fuga parta meo.
I tamen: & pro me tu, cui licet, adspice Romam:
Di facerent, [1] posses non meus esse liber.
Nec te, quod venias magnam peregrinus in vrbem:
Ignotum populo posse venire puta.
Vt titulo careas, ipso noscere colore:
Dissimulare velis: te [2] liquet esse meum.
Clam tamen intrato: ne te mea carmina lædant:
Non sunt, vt quondam plena fauoris erant.
Siquis erit, qui te quod sis meus, esse legendum
Non putet: è gremio reiciatq; suo:
Inspice dic, titulum: non sum præceptor amoris:
Quas meruit pœnas, iam dedit illud opus.
Forsitan expectes an in alta palatia missum
Scandere te iubeam Cæsareamq; domum.
Ignoscant augusta mihi loca, diq; locorum:
Venit in hoc illa fulmen ab arce caput.
Esse quidem memini mitissima sedibus illis
Numina: sed timeo qui nocuere deos.
Terretur minimo penna stridore columba
Vnguibus accipiter saucia facta tuis.
Nec procul à stabulis audet discedere: siquæ
Excussa est auidi dentibus agna lupi.
Vitaret cælum Phaëthon, si viueret: & quos
Optarat stulte, tangere nollet equos.
Me quoque quæ sensi fateor Iouis arma timere:
Me reor infesto, cum tonat, igne peti.
Quicunq; Argolica de classe Capharea fugit:
Semper ab Euboicis vela retorquet aquis.
Et mea cymba semel vasta percussa procella,
Illum quo læsa est, horret adire locum.
Ergo caue liber, & timida circumspice mente:
Vt satis à media sit tibi plebe legi.
Dum petit infirmis nimium sublimia pennis
Icarus: Icarias nomine fecit aquas.
Difficile est, [3] tamen hic remis vtaris & aura,
Dicere consilium resq; locusq; dabunt.
Si poteris vacuo tradi: si cuncta videbis
Mitia: si vires fregerit ira suas:
Si quis erit qui te dubitantem, & adire timentẽ
Tradat & ante tamen pauca loquatur: adi.
Luce bona dominoq; tuo felicior ipso,
Perueniasque illuc: & mala nostra leues.
Namq; ea vel nemo, vel qui mihi vulnera fecit,
Solus Achilleo tollere more potest.
Tantum ne noceas, dum vis prodesse, videto:
Nam spes est [4] animi nostra timore minor.
Quæq; quiescebat, ne mota reuiuat ira:
Et pœnæ tu sis altera caussa caue.
Cum tamen in nostrum fueris penetrale receptus:
Contigeriq; tuam fortuna parua domum:
Adspicies illic positos ex ordine fratres:
Quos studium tunctos euigilauit idem.
Cetera turba palam titulos ostendit apertos:
Et sua detecta nomina fronte gerit:

1 al. posse nunc. 2 al. licet.
3 al. tantum. 4 al. animo.

Tres procul obscura latitantes parte videbis:
Hi quoque quod nemo nescit, amare docent.
Hos tu vel fugias: vel si satis oris habebis:
Oedipodas facito, Telegonasque voces.
Deque tribus moneo, siqua est tibi cura parentis:
Ne quenquam quamuis ipse docebit, ames.
Sunt quoq; mutatæ ter quinq; volumina formæ,
Nuper ab exsequiis carmina rapta meis:
His mando dicas, inter mutata referri
Fortunæ vultum corpora posse meæ.
Namque ea dissimilis subito est effecta priori:
Flendáque nunc, aliquo tempore læta fuit.
Plura quidem mandare tibi, si quæris, habebam:
Sed vereor tardæ caussa fuisse moræ.
Et si quæ subeunt tecum liber omnia ferres:
Sarcina laturo magna futurus eras.
Longa via est: propera: nobis habitabitur orbis
Vltimus: à terra, terra remota mea.

ELEGIA II.

Supplicatio ad Deos, vt ab imminenti naufragio cum incolumem seruent.

DI maris, & cæli (quid enim nisi vota supersunt?)
Soluere quassatæ parcite membra ratis:
Neve precor magni subscribite Cæsaris iræ:
Sæpe premente deo fert deus alter opem.
Mulciber in Troiam, pro Troia stabat Apollo:
Æqua Venus Teucris, Pallas iniqua fuit.
Oderat Æneam propior Saturnia Turno:
Ille tamen Veneris numine tutus erat.
Sæpe ferox cautum petiit Neptunus Vlyssem:
Eripuit patruo sæpe Minerua suo.
Et nobis aliquod, quamuis distamus ab illis:
Quis vetat irato nomen adesse deo?
Verba miser frustra non proficientia perdo:
Ipsa graues spargant ora loquentis aquæ:
Terribiliq; notus iactat mea verba: precesque
Ad quos mittuntur non sinit ire deos.
Ergo idem venti, ne caussa lædar in vna:
Velaque nescio quò, votaque nostra ferunt.
Me miserum, quanti montes volumntur aquarũ?
Iam iam tacturos sidera summa putes.
Quantæ diducto subsidunt æquore valles:
Iam iam tacturas Tartara nigra putes.
Quocũque adspicio, nihil est nisi pontus & æther,
Fluctibus hic tumidus, [3] nubibus ille minax.
Inter vtrũque fremunt immani murmure venti:
Nescit cui domino pareat, vnda maris.
Nam modo purpureo vires capit Eurus ab ortu:
Nunc Zephyrus sero vespere missus adest:
Nunc gelidus sicca boreas bacchatur ab arctο:
Nunc notus aduersa prœlia fronte gerit.
Rector in incerto est: nec quid fugiatve, petatve,
Inuenit: ambiguis ars stupet ipsa malis.
Scilicet occidimus: nec spes est vlla salutis:
Dumque loquor, vultus obruit vnda meos.
Opprimet hanc animam fluctus: frustraque precanti

1 al. magnæ. 2 al. Quid.
3 al. imbribus.

Oro necaturas accipiemus aquas.
At pia nil aliud, quàm me dolet exsule coniux,
Hoc vnum nostri scitq; gemitq; mali.
Nescit in immenso tacitari corpora ponto:
Nescit agi ventis, nescit adesse necem.
O bene, quod non sum mecum conscendere passus:
Ni mihi mors misero tristior patienda foret.
At nunc, vt peream: quoniam caret illa periclo:
Dimidia certe parte superstes ero.
Hei mihi: quàm celeri micuerunt nubila flamma:
Quantus ab æthereo personat axe fragor.
Nec leuius latera[1] tabulæ feriuntur ab vndis:
Quam grauis[2] in vasta puluis aquata iacet.
Qui venit hic fluctus fluctus supereminet omnes:
Posterior nono est, vndecimoq; prior.
Non lethum timeo, genus est miserabile lethi:
Demite naufragium, mors mihi munus erit.
Est aliquid fato, quod ferroq; cadentem
In solida moriens ponere corpus humo:
Et mandare suis aliqua & sperare sepulcrum:
Et non æquoreis piscibus esse cibum:
Fungite me dignum tali nece: non ego solus
Hæc vehor: immeritos cur mea pœna trahit?
Prò superi, viridesq; dei, quibus æquora curæ:
Vtraq; iam vestras sistite turba minas:
Quamq; dedit vitam mitissima Cæsaris ira:
Hanc sinite infelix in loca missa feram.
Si, quoniam merui pœnam, me perdere vultis:
Culpa mea est ipso iudice morte minor:
Mittere me Stygias si iam voluisset ad vndas
Cæsar, in hoc vestra non eguisset ope.
Est illi nostri non inuidiosa cruoris
Copia: quodq; dedit, cum volet, ipse feret.
Vos modo, quos certe nullo puto crimine læsi,
Contenti nostris iam precor este malis.
Nec tamen, vt cuncti miserum seruare velitis,
Quod perijt saluum iam caput esse potest.
Vt mare subsidat, ventisq; ferentibus vtar,
[2] Vt mihi parcatis, non minus exsul ero.
Non ego diuitias auidus sine fine parandi
Latum mutandis mersibus æquor aro:
Nec peto, quas quondã petij studiosus, Athenas,
Oppida non Asiæ, non mihi visa prius,
Non vt Alexandri claram delatus in vrbem,
Delicias videam Nile iocose tuas:
Quod facile est, opto[3] ventos (quis credere posset?)
Sarmatis est tellus, quam mea vota petunt.
Obligor vt tangam læuifera littora ponti,
Quodq; sit à patria iam fuga tarda queror.
Nescio quo videam positos vt in orbe Tomitas,
Exsilij facio per mea vota viam.
Seu me diligitis tantos compescite fluctus,
Pronaq; sint nostra numina vestra rati.
Seu magis odistis, iussæ me aduertite terræ,
Supplicij pars est in regione mori.
Ferte (quid hic facio?) rapidi mea corpora venti,
Ausonios fines cur mea vela videnti?
Noluit hoc Cæsar, quid quem fugat ille tenetis?
Adspiciat vultus Pontica terra meos.

1 al. hinc. 2 al. Et. 3 al. mihi iam.

Et iubet, & merui, nec quæ damnauerit ille
Crimina defendi, fassve piumve puto.
Si tamen acta deos nunquam mortalia fallũt,
A culpa facinus scitis abesse mea.
Immo ita si scitis, si me meus abstulit error,
Stultaque mens nobis, non scelerata fuit,
Quod licet è minimis domui si fauimus illi,
Si satis Augusti publica iussa mihi,
Hoc duce si dixi felicia sæcula, proque
Cæsaretura, pius Cæsaribusque dedi,
Si fuit hic animus nobis, ita parcite diui,
Sin minus, alta cadens obruat vnda caput.
Fallor? an incipiunt grauidæ euanescere nubes?
Victaque mutati frangitur ira maris,
Non casu vos, sed sub conditione vocati,
Fallere quos non est, hanc mihi ferte opem.

ELEGIA III.

Vt ex vrbe Roma discesserit, nec non coniugis & suorum lacryma memorat.

CVm subit illius tristissima noctis imago,
Quæ mihi supremum tempus in vrbe fuit:
Cum repeto noctem, qua tot mihi cara reliqui:
Labitur ex oculis nunc quoque gutta meis.
Iam prope lux aderat, qua me discedere Cæsar
Finibus extremæ iusserat Ausoniæ.
Nec spatium, nec mens fuerat satis apta parandi:
Torpuerant longa pectora nostra mora.
Non mihi seruorum, comites non cura legendi:
Non apta profugo vestis, opisve fuit.
Non aliter stupui quàm qui Iouis ignibus ictus,
Vixit: & est vitæ nescius ipse suæ.
Vt tamen hanc animi nubem dolor ipse remouit:
Et tandem sensus conualuere mei.
Alloquar extremum mœstos abiturus amicos:
Qui modo de multis vnus & alter erant.
Vxor amans flentem flens acrius ipsa tenebat,
Imbre per indignas vsque cadente genas.
Nata procul Libycis aberat 2 diuersa sub orbi:
Nec poterat fati certior esse mei.
Quocumque adspiceres, luctus gemitúsque sonabant:
Formaque non taciti funeris intus erat.
Femina, virque, meo pueri quoque funere merẽt:
Inque domo lacrymas angulus omnis habet.
Si licet exemplis in paruo grandibus vti:
Hæc facies Troiæ, cum caperetur, erat.
Iamque quiescebant voces hominum, canumque,
Lunaque nocturnos alta regebat equos.
Hanc ego suspiciens, & adhuc Capitolia cernens,
Quæ nostro frustra iuncta fuere lari.
Numina vicinis habitantia sedibus, inquam,
Iamque oculis numquam templa videda meis.
Dique relinquẽdi, quos vrbs habet alta Quirini:
Este salutati tempus in omne mihi.
Et quanquam sero clypeum post vulnera sumo:
Attamen hanc odijs exonerate fugam:
Cælestique viro, quis me deceperit error,

1 al. vnda. 2 al. diuisa.

Dicite,

Dicite, pro culpa ne scelus esse putet.
Vt quæ sentitis, pœnæ quoque sentiat auctor:
Placato [1] possim non miser esse deo.
Hac prece adoraui superos ego: pluribus vxor
Singultu medios impediente sonos.
Illa etiam ante lares passis prostrata capillis
Contigit extinctos ore tremente focos:
Multaq; in aduersos effudit verba Penates
Pro deplorato non valitura viro.
Iamq; moræ spatium nox præcipitata negabat:
Versaq; ab axe suo Parrhasis Arctos erat:
Quid facerem? blando patriæ retinebar amore:
Vltima, sed iussæ nox erat illa fugæ.
Ah quoties aliquo dixi properāte, quid vrges?
Vel quò festinas ire vel vnde, vide.
Ah quoties certam me sum mentitus habere
Horam propositæ quæ foret apta viæ.
Ter limen tetigi: ter sum reuocatus: & ipse
Indulgens animo pes mihi tardus erat.
Sæpe vale dicto, rursus sum multa locutus:
Et quasi discedens oscula summa dedi.
Sæpe eadem mandata dedi: meq; ipse fefelli
Respiciens oculis pignora cara meis.
Denique quid propero? Scythia est, quò mittimur, inquam
Roma relinquenda est: vtraq; iusta mora est.
Vxor in æternum viuo mihi viua negatur:
Et domus, & fidæ dulcia membra domus:
Quosque ego dilexi fraterno more sodales:
O mihi Theseа pectora iuncte fide!
Dum licet amplectar: numquam fortasse licebit
Amplius: in lucro est, quæ datur hora mihi.
Nec mora: sermonis verba imperfecta relinquo,
[2] Amplectens animæ proxima quæq; meo.
Dum loquor & flemus: cælo nitidissimus alto
Stella grauis nobis lucifer ortus erat.
Diuidor haud aliter quam si mea membra relinquam:
Et pars abrumpi corpore visa suo est.
Sic doluit Priamus tunc cum in contraria versus
Vltores habuit proditionis equus.
Tunc vero exoritur clamor, gemitusq; meorum:
Et feriunt mæstæ pectora nuda manus.
Tunc vero coniux humeris abeuntis inhærens
Miscuit hæc lacrymis tristia dicta meis.
Non potes auelli: simul hinc simul ibimus ambo:
Te sequar & coniux exsulis exsul ero.
Et mihi facta via est: & me capit vltima tellus:
Accedam profugæ sarcina parua rati.
Te iubet à patria discedere Cæsaris ira:
Me pietas: pietas hæc mihi Cæsar erit.
Talia tentabat, sic & tentauerat ante:
Vixq; dedit victas vtilitate manus.
Egredior, siue illud erat sine funere ferri:
Squalidus immissis hirta per ora comis.
Illa dolore amens tenebris narratur obortis
Semianimis media procubuisse domo.
Vtq; resurrexit fœdatis puluere turpi
Crinib⁹ us: & gelida membra leuauit humo:
Se modo desertos modo deplorasse Penates:
Nomen & erepti sæpe vocasse viri:
Nec gemuisse minus, quam si nataue meumve
Vidisset structos corpus habere rogos:
Et voluisse mori, moriendo ponere sensus:
Respectuq; tamen non peruisse mei.
Viuat: & absentem, quoniam sic fata tulerunt:
Viuat: & auxilio subleuet vsque suo.
Tingitur oceano custos Erymanthidos Vrsæ:
Æquoreasq; suo sidere turbat aquas:
Nos tamen Ionium non nostra scindimus æquor
Sponte: sed audaces cogimur esse metu.
Me miserum: quantis [1] nigrescunt æquora ventis:
Eruta q; ex imis feruet arena vadis!
Monte nec inferior prora puppiq; recurua
Insilit: & pictos verberat vnda deos.
Pinea sexta sonant pulsi stridore rudentes:
Aggemit & nostris ipsa carina malis.
Nauita confessus gelidum pallore timorem,
Iam sequitur victus, non regit arte ratem.
Vtq; parum validus non proficientia rector
Ceruicis rigidæ frena remittit equo:
Sic non quo voluit, sed quo rapit impetus vndæ
Aurigam video vela dedisse rati.
Quod nisi mutatas emisserit Æolus auras:
In loca iam nobis non adeunda ferar.
Nam procul Illyricus læua de parte relictis
Interdicta mihi cernitur Italia.
Desinat in vetitas quæso contendere terras:
Et mecum magno pareat illa deo.
Dum loquor & cupio pariter, timeoque repelli:
Increpuit quantis viribus vnda latus.
Parcite cærulei vos saltem numina Ponti:
Infestissimæq; mihi sit satis esse louem.
Vos animam seruate fessam subducite morti:
Si modo qui periit non periisse potest.

[1] al. possum. [2] al. complectens animo.
[3] al. meo.

ELEGIA III I.

Ad amicum, qui etiam in aduersis fidus permanserat.

O mihi post [2] vllos numquam numerande sodales,
O cui præcipue sors mea visa sua est.
Attonitum qui me memini carissime primus
Ausus es alloquio sustinuisse tuo:
Qui mihi consilium viuendi mite dedisti:
Cum foret in misero pectore mortis amor:
Scis bene cui dicam positis pro nomine signis:
Officium nec te fallit amice tuum:
Hæc mihi semper erunt imis infixa medullis:
Perpetuusq; animi debitor huius ero:
Spiritus & vacuas prius hic tenuādus in auras
Ibit: & in tepido deseret ossa rogo:
Quam subeant animo meritorum obliuia nostro:
Et longa pietas excidit ista die.
Di tibi sint faciles & opis nullius egentem
Fortunam præstent, dissimilemque meæ.

[1] al. increscunt, [2] al. nullos.

Si tamen hæc nauis vento [1] ferretur amico:
Ignoraretur forsitan ista fides.
Theseа Pirithous non tam sensisset amicum:
Si non infernas viuus adisset aquas.
Vt foret exemplum veri Phocæus amoris:
Fecerunt Furiæ tristis Oreste tuæ.
Si non Euryalus Rutulos cecidisset in hostes:
Hyrtacidæ Nisi gloria nulla foret.
Scilicet vt fuluum spectatur in ignibus aurum,
Tempore sic duro est inspicienda fides.
Dum iuuat: & vultu ridet fortuna sereno:
Indelibatas cuncta sequuntur opes.
At simul intonuit, fugiunt: nec noscitur vlli:
Agminibus comitum qui modo cinctus erat.
Atque hæc exemplis quondam collecta priorum,
Nunc mihi sunt proprijs cognita vera malis.
Vix duo treſve mihi de tot superestis amici:
Cetera fortunæ, non mea turba fuit.
Quo magis ô pauci rebus succurrite læsis,
Et date naufragio litora tuta meo:
Ne ve metu falso nimium trepidate, timentes,
Hac offendatur ne pietate deus.
Sæpe fidem aduersis etiam laudauit in armis:
Inq; suis amat hanc Cæsar: in hoste probat.
Causſa mea est melior, qui non contraria foui
Arma: sed hanc merui simplicitate fugam.
Inuigiles igitur nostris pro casibus oro:
Deminui siqua numinis ira potest.
Scire meos casus si quis desiderat omnes,
Plus, quam quod fieri [2] res sinit ille petit.
Tot mala sum passus, quot in æthere sidera lucēt,
Paruaq; quot siccus corpora puluis habet.
Multaq; credibili tulimus maiora: ratamq;
Quamuis acciderint, non habitura fidem,
Pars etiam quædam mecum moriatur, oportet:
Meq; velim possit dissimulante tegi.
Si vox infragilis, pectus mihi firmius esset:
Pluraq; cum linguis pluribus ora forent:
Non tamen iccirco complecterer omnia verbis,
Materia vires exsuperante meas.
Pro duce Naritio docti mala nostra poetæ
Scribite: Naritio nam mala plura tuli.
Ille breui spatio multis errauit in annis
Inter Dulichias, Iliacasq; domos.
Nos freta sideribus totis distantia mensos
Sors tulit in Geticos, Sarmaticosq; sinus.
Ille habuit fidamq; manum sociosq; fideles,
Me profugum comites deseruere mei.
Ille suam lætus patriam, victorq; petebat,
A patria fugio victus & exul ego.
Nec mihi Dulichium domus est, Itacheve, Sameve:
Pœna quibus non est grandis abesse locus:
Sed quæ de septem totum circumspicit orbem
Montibus imperij Roma deumq; locus.
Illi corpus erat durum, patiensq; laborum:
Inualidæ vires, ingeniumq; mihi.
Ille erat assidue sanis agitatus in armis:
Assuetus studijs mollibus ipse fui.

1 al. fruetur. 2 al. res sinit ipsa, petit. 3 al. ære.

Me deus oppressit nullo mala nostra leuante:
Bellatrix illi diua ferebat opem.
Cūq; minor Ioue sit tumidis qui regnat in vndis:
Illum Neptuni me Iouis ira premit.
Adde: quod illius pars maxima ficta laborum,
Ponitur in nostris fabula nulla malis.
Deniq; quæsitos tetigit tamen ille Penates:
Quæq; diu petiit, contigit arua tamen.
At mihi perpetuo patria tellure carendum est:
Ni fuerit læsi mollior ira dei.

ELEGIA V.

Vxori grates agit de ipsius erga se fide & amore.

NEc tantum Clario Lyde dilecta poetæ:
Nec tantum Coo Battis amata suo est:
Pectoribus quantum tu nostris vxor inhæres
Digna minus misero non meliore viro.
Te mea suppositа veluti trabe fulta ruina est:
Si quid adhuc ego sum, muneris omne tui est.
Tu facis, vt spolium non sim, nec nuder ab illis,
Naufragij tabulas qui petiere mei.
Vtque rapax stimulante fame cupidusq; cruoris
Incustoditum captat ouile lupus:
Aut vt edax vultur corpus circūspicit ecquod
Sub nulla positum cernere possit humo:
Sic mea nescio quis male fidus rebus acerbis
In bona venturus si paterere, fuit.
Hunc tua per fortes virtus summouit amicos:
Nulla quibus reddi gratia digna potest.
Ergo quàm misero tam vere teste probaris:
Hic aliquod pondus si modo testis habet.
Nec probitate tua prior est aut Hectoris vxor,
Aut comes extincto Laodameia viro.
Tu si Mæonium vatem sortita fuisses:
Penelopes esset fama secunda tuæ.
Siue tibi hoc debes, nullo pia facta magistro:
Cumq; noua mores sint tibi luce data,
Femina seu princeps omnes tibi culta per annos
Te [1] docet exemplum coniugis esse bonæ:
Assimilemq; sui longa assuetudine fecit:
Grandia si paruis assimilare licet.
Hei mihi non magnas quod habent mea carmina vires:
Nostraq; sunt meritis ora minora tuis:
Siquid & in nobis viui fuit ante vigoris:
Exstinctum longis excidit omne malis.
Prima locum sanctas heroidas inter haberes:
Prima bonis animi conspicerere tui.
Quantumcunq; tamen præconia nostra valebūt:
Carminibus viues tempus in omne meis.

ELEGIA VI.

Ad amicos qui eius imaginem auro insculptam habent.

SI quis habes nostris similes in imagine vultus:
Deme meis edera Bacchica serta comis.

1 al. decet.

Ista

Ista decent latos felicia signa poetas:
Temporibus non est apta corona meis.
Hæc tibi dissimula, sentis tamen omnia dici,
In digito qui me fersque refersque tuo.
Effigiemq; meam fuluo complexus in auro
Cara relegati, quæ potes, era vides.
Quæ quoties spectas, subeat tibi dicere forsan:
Quam procul à nobis Naso sodalis abest.
Grata tua est pietas: sed carmina maior imago
Sunt mea: quæ mando qualiacunque legas.
Carmina mutatas hominum dicentia formas
Infelix domini quod fuga rupit opus:
Hæc ego discedens sicut bona multa meorum,
Ipse mea posui mæstus in igne manu.
Vtque cremasse suum fertur sub stipite natum
Thestias: & melior matre fuisse soror:
Sic ego non meritos mecum peritura libellos
Imposui rapidis viscera nostra rogis.
Vel quod eram Musas, vt crimina nostra, perosus:
Vel quod adhuc crescens, & rude carmen erat.
Quæ quoniã non sunt penitus sublata, sed extant:
Pluribus exemplis scripta fuisse reor.
Nunc precor vt viuant: & non ignaua legentem
Otia delectent; admoneantq; mei.
Non tamen illa legi poterunt patienter ab vllo:
Nesciat his summam si quis abesse manum.
Ablatum mediis opus est incudibus illud:
Defuit & scriptis vltima lima meis.
Et veniam pro laude [2] peto: laudatus abunde
Non fastiditus si tibi lector ero.
Hos quoque sex versus in prima fronte libelli,
Si præponendos esse putabis: habe.
Orba parente suo quicumque volumina tangis:
His saltem vestra detur in vrbe locus.
Quoque magis faueas, non hæc sunt edita ab illo:
Sed quasi de domini funere rapta sui.
Quidquid in his igitur vitij rude carmẽ habebit,
Emendaturus si licuisset, erat.

ELEGIA VII.

In amicum qui illi pollicitam fidem fregerat.

IN caput alta suum labentur ab æquore retro
Flumina: conuersis solque recurret equis:
Terra feret stellas: cælum findetur aratro:
Vnda dabit flammas: & dabit ignis aquas:
Omnia naturæ præpostera legibus ibunt:
Parsq; suum mundi nulla tenebit iter.
Omnia iam fient, fieri quæ posse negabam:
Et nihil est, de quo non sit habenda fides.
Hæc ego vaticinor, quia sum deceptus ab illo:
Laturum misero quem mihi rebar opem.
Tantane te fallax cepere obliuia nostri?
Afflictumque fuit tantus adire timor?
Vt neque respiceres, nec solarere iacentem
Dure? neque exsequias prosequerere meas?
Illud amicitiæ sanctum & venerabile nomen
Re tibi pro vili, sub pedibusq; iacet.

[1] al. Nec.
[2] al. precor.

Quid fuit ingenti prostratum mole sodalem
Visere? & alloquij parte leuare tui?
Inque meos si non lacrymas dimittere casus:
Pauca tamen ficto verba dolore loqui?
Idque quod ignoti faciunt, [1] vale dicere saltem?
Et vocem populi publicaq; ora sequi.
Denique lugubres vultus, nunquamque videndos
Cernere supremo dum licuit q; die?
Dicendumq; semel toto non amplius ævo
Accipere, & pari reddere voce, vale?
At fecere alij nullo mihi fœdere iuncti:
Et lacrymas animi signa dedere sui.
Quid, nisi conuictu, caussisque valentib⁹ [2] esse̅m,
Temporis & longi iunctus amore tibi?
Quid nisi tot lusus, & tot mea seria nosses?
Tot nossem lusus, seriaq; ipse tua?
Quid, si dumtaxat Romæ mihi cognitus esses?
Adscitus toties in genus omne loci?
Cunctane in æquoreos abierunt irrita ventos?
Cunctane Lethæis mersa feruntur aquis?
Non ego te genitum placida reor vrbe Quirini:
Vrbe meo quæ iam non adeunda pede est:
Sed scopulis ponti quos hæc habet ora sinistri:
Inque feris Scythiæ, Sarmaticisque iugis.
Et tua sunt silicis circum præcordia venæ:
Et rigidum ferri semina pectus habet:
Quæque tibi quondam tenero ducenda palato
Plena dedit nutrix vbera, tigris erat.
Aut mala nostra minus quàm nõ aliena putares,
Duritiaq; mihi non agerere reus.
Sed quoniam accedit fatalib⁹ hoc quoque dãnis:
Vt careant numeris tempora prima suis:
Effice peccati ne sim memor huius: & illo
Officium [3] laudem, quo queror ore tuum.

ELEGIA VIII.

Ad amicum, quod vulgus fortunam sequitur.

DEtur inoffensæ vitæ tibi tangere metam:
Qui legis hoc nobis non inimicus opus:
Atque vtinam pro te possent mea vota valere:
Quæ pro me duros non tetigere deos.
Donec eris felix, multos numerabis amicos:
Tempora si fuerint nubila, solus eris.
Adspicis vt veniant ad candida tecta columbæ?
[4] Accipiat nullas sordida turris aues?
Horrea formicæ tendunt ad inania nunquam:
Nullus ad amissas [5] ibit amicus opes.
Vtque comes radios per solis euntibus vmbra est:
Cum latet hic pressus nubibus, illa fugit:
Mobile sic sequitur fortunæ lumina vulgus.
Quæ simul inducta nube teguntur: abit.
Hæc precor vt possint semper tibi falsa videri:
Sunt tamen euentu vera fatenda meo.
Dum stetimus, turbæ quãtum satis esset, habebat
Nota quidem, sed non ambitiosa domus.
At simul impulsa est: omnes timuere ruinam:

[1] al valedicere. [2] al. esses.
[3] al. vt laudem. [4] al. Accipit vt. [5] al. currit.

Cautaq; communi terga dedere fugæ.
Sæua neque admiror metuũt si fulmina: quorum
Ignibus afflari proxima quæque solent.
Sed tamen in duris remanentem rebus amicum
Quolibet inuiso Cæsar in hoste probat.
Nec solet irasci (nec enim moderatior alter)
Cum quis in aduersis, si quid amauit, amat.
De comite Argolico postquam cognouit Orestem:
Narratur Pyladen ipse probasse Thoas.
Quæ fuit Actoridæ cum magno semper Achille:
Laudari solita est Hectoris ore fides.
Quod pius ad manes Theseus comes iret amico:
Tartareum dicunt indoluisse deum.
Euryali, Nisiq; fide tibi Turne relata
Credibile est lacrymis immaduisse genas.
Est etiam miseris pietas: & in hoste probatur:
Hei mihi quàm paucos hæc mea dicta mouẽt.
Hic status, hæc rerum nunc est fortuna mearum:
Debeat vt lacrymis nullus adesse modus.
At mea sint proprio quamuis mæstissima casu
Tempora profectu facta serena tuo.
Hoc tibi venturum iam tum carissime vidi:
Ferret adhuc istam cum minus aura ratem.
Siue aliquod morum, seu vitæ labe carentis
Est pretium, nemo pluris emendus erat.
Siue per ingenuas aliquis caput extulit artes,
Quælibet eloquio fit bona caussa tuo.
His ego commotus dixi tibi protinus [1] ipsi,
Scena manet dotes grandis amice tuas.
Hoc mihi non ouium fibræ tonitrusve sinistri,
Linguaue seruatæ pennaue dixit auis:
Augurium ratio est, & coniectura futuri:
Hæc diuinaui, notitiamq; tuli.
Quæ quoniam vera est: tota mihi mente, tibique,
Gratulor ingenium non latuisse tuum.
At nostrum tenebris vtinam latuisset in imis:
Expediit studijs lumen abesse meis.
Vtque tibi prosunt artes facundæ seueræ:
Dissimiles illis sic nocuere mihi.
Vita tamen tibi nota mea est: scis artibus illis
Auctoris mores abstinuisse sui.
Scis vetus hoc iuueni lusum mihi carmẽ: & istos,
Vt non laudandos, sic tamen esse iocos:
Ergo vt defendi nullo mea posse colore,
Sic excusari crimina posse puto.
Qua potes excusa: nec amici desere caussam:
Quo pede cœpisti, sic bene semper eas.

ELEGIA IX.

Nauim laudat, quam in Corinthiaco sinu habuit.

Est mihi, sitq; precor flauæ tutela Mineruæ
Nauis: & à picta cassside nomen habet.
Siue opꝰ est velis, minimam bene currit ad aurã;
Siue opus est remo: remige carpit iter.
Nec comites volucri contenta est vincere cursu:
Occupat egressas quamlibet ante rates.
Et patitur fluctus: fertq; assilientia longe
Æquora: nec sæuis victa madescit aquis.
Illa Corinthiacis primum mihi cognita Cenchris
Fida manet trepidæ duxq; comesq; fugæ.
Perque tot euentus, & iniquis concita ventis
Æquora Palladio numine tuta [1] fuit.
Nunc quoque tuta precor vasti secet hostia ponti:
Quasque petit, Getici litoris intret aquas.
Quæ simul Æoliæ mare me deduxit in Helles:
Et longum tenui limite fecit iter:
Fleximus in læuum cursus: & ab [2] Hectoris vrbe
Venimus ad portus Imbria terra tuos.
Inde leui vento Zerinthia litora nacta
Threiciam tetigit fessa carina Samon.
Saltus ab hac contra breuis est Tenyra petenti:
Hac dominum tenuis est illa secuta suum.
Nam mihi Bistonios placuit pede carpere campos:
Hellespontia cas illa reliquit aquas.
Dardaniamq; petit auctoris nomen habentem;
Et te ruricola Lampsace tuta deo.
Quaque per angustas male vectæ virginis vndas
Sestion Abydena separat vrbe fretum.
Hincque Propontiacis hærentem Cyzicon oris:
Cyzicon Hæmoniæ nobile gentis opus.
Quaque tenent ponti Byzantia litora fauces:
Hic locus est gemini ianua vasta maris.
Hæc precor euincat, propulsaque fortibus austris
Transeat instabiles strenua Cyaneas:
Thynniacosq; sinus, & ab his per Apollinis vrbẽ
Alta sub Anchialì mœnia findat iter,
Inde Mesembriacos portus, & Odessον, & arces
Prætereat dictas nomine Bacche tuo:
Et quos Alcathoi memorant à mœnibus ortos
Sedibus his profugos constituisse larem:
A quibus aduenias Miletida sospes ad vrbem:
Offensi quò me contulit ira dei.
Hæc si contigerint, meritæ cadet agna Mineruæ:
Non facit ad nostras hostia maior opes.
Vos quoque Tyndaridæ, quos hæc colit insula, fratres
Mite precor duplici numen adesse via.
Altera namque parat Symplegadas ire per altas:
Scindere Bistonias altera puppis aquas.
Vos facite vt ventos, loca cum diuersa petamus,
Illa suos habeat: nec minus ista suos.

[1] al. ipse.

[1] al. fugit.
[2] al. Actoris.

ELEGIA X.

Ad lectorem quod in itinere hunc primum librum confecerit.

Litera quæcumque est toto tibi lecta libello,
Est mihi sollicito tempore facta via.
Aut hæc me, gelido tremerem cum mense Decembri,
Scribentem medijs Adria vidit aquis:
Aut postquam bimarem cursu superauimus Isthmon,
Alteraque est nostræ sumpta carina fugæ:

Quod

Quod facerem versus inter fera murmura ponti,
Cycladas Ægeas obstupuisse puto.
Ipse ego nunc miror tantis animique marisque
Fluctibus ingenium non cecidisse meum.
Seu stupor huic studio siue est insania nomen:
Omnis ab hac cura mens releuata mea est:
Sæpe ego nimbosis dubius iactabar ab Hadis:
Sæpe minax Steropis sidere pontus erat:
Fuscabatque diem custos Erymanthidos Vrsæ:
Aut Hyadas seris hauserat auster aquis:
Sæpe maris pars intus erat: tamen ipse trementi
Carmina ducebam qualiacumque manu.
Nunc quoque contenti stridente aquilone rudētes:
Inque modum tumuli concaua surgit aqua:
Ipse gubernator tollens ad sidera palmas
Exposcit votis immemor artis opem.
Quocumque adspexi, nihil est, nisi mortis imago:
Quam dubia timeo mente, timensque precor.
Attigero portum, portu terrebar ab ipso:
Plus habet infesta terra timoris aqua.
Nam simul insidiis hominum, pelagique laboro:
Et faciunt geminos ensis, & vnda metus.
Ille meo vereor ne speret sanguine prædam:
Hæc titulum nostræ mortis habere velit.
Barbara pars lauæ est auidæ substructa rapinæ:
Quam cruor & cædes bellaque semper habent.
Cumque sit hibernis agitatum fluctibus æquor:
Pectora sunt ipso turbidiora mari.
Quo magis his debes ignoscere candide lector,
Si spe sint, vt sunt, inferiora tua.
Non hæc in nostris, vt quondam scribimus hortis:
Nec consuete meum lectule corpus habes.
Iactor in indomito brumali luce profundo:
Ipsaque cæruleis charta feritur aquis.
Improba pugnat hiēs: indignaturque, quod ausim
Scribere se rigidas incutiente minas.
Vincat hiems hominem: sed eodem tempore quæso
Ipse modum statuam carminis: illa sui.

TRISTIVM LIB. II.

Ad Augustum Cæsarem.

QVid mihi vobiscum est infelix cura libelli,
Ingenio perij qui miser ipse meo?
Cur modo dānatas repeto mea [1] crimina Musas?
An semel est pœnam commeruisse parum?
Carmina fecerunt, vt me cognoscere vellet
Omine non fausto femina, virque meo.
Carmina fecerunt, vt me moresque notaret
Iam pridem inuisa Cæsar ab arte meos.
Deme mihi studiū: vitæ quoque crimina demes:
Acceptum refero versibus esse nocens.
Hoc pretium vitæ, vigilatorumque laborum
Cepimus: ingenio est pœna reperta meo:
Si saperem, doctas odissem iure sorores,
Numina cultori perniciosa suo.
At nunc tanta meo comes est insania morbo:
Saxa memor refero rursus ad icta pedem.
Scilicet vt victus repetit gladiator arenam:
Et redit in tumidas naufraga puppis aquas.

[1] al. carmina.

Forsitan vt quōdam [1] Teuthrantia regno tenenti:
Sic mihi res eadem vulnus, opemque feret:
Musaque quæ mouit, motam quoque leniet īrā:
Exorant magnos carmina sæpe deos.
Ipse quoq; Ausonias Cæsar matresque nurusque
Carmina turrigeræ dicere iussit Opi.
Insserat & Phœbo dici, quo tempore ludos
Fecit: quos ætas aspicit vna semel.
His precor exemplis tua nunc mitissime Cæsar
Fiat ab ingenio mollior ira meo.
Illa quidem iusta est: nec me meruisse negabo:
Non adeo nostro fugit ab ore pudor:
Sed nisi peccassem quid tu concedere posses?
Materiam veniæ sors tibi nostra dedit.
Si, quoties peccant homines sua fulmina mittat
Iupiter, exiguo tempore inermis erit.
Nunc vbi detonuit strepituque exterruit orbem:
Purum discussis aera reddit aquis.
Iure igitur genitorque deum rectorque vocatur.
Iure capax mundus nil Ioue maius habet.
Tu quoque cum patriæ rector dicare paterque:
Vtere more dei nomen habentis idem.
Idque facis: nec te quisquam moderatius vnquā
Imperij potuit frena tenere sui.
Tu veniam parti superatæ sæpe dedisti:
Non concessurus quam tibi victor erat.
Diuitiis etiam multos & honoribus auctos
Vidi: qui tulerant in caput arma tuum.
Quæque dies bellum, belli tibi sustulit iram:
Parsque simul templis vtraque dona tulit.
Vtque tuis gaudet miles, quod vicerit hostem:
Sic, cur se victum gaudeat, hostis habet.
Caussa mea est melior: qui, nec contraria dicor
Arma, nec hostiles esse secutus opes.
Per mare, per terras, per tertia numina iuro:
Per te præsentem, conspicuumque deum:
Hunc animum fauisse tibi vir maxime: meque
Qua sola potui mente fuisse tuum.
Optaui peteres, cælestia sidera, tarde:
Parsque fui turbæ parua precantis idem.
Et pia tura dedi pro te: cumque omnibus vnus
Ipse quoque adiuui publica vota meis.
Quid referā libros illos [2] quoque crimina nostra,
Mille locis plenos nominis esse tui?
Inspice maius opus, quod adhuc sine fine reliqui,
In non credendos corpora versa modos.
Inuenies vestri præconia nominis illic:
Inuenies animi pignora multa mei:
Non tua carminibus maior fit gloria, nec quo
Vt maior fiat, crescere possit, habet.
Fama Iouis superest: tamen hunc sua facta referri
Et se materiam carminis esse, iuuat.
Cumque Gigantei memorantur prælia belli:
Credibile est lætum laudibus esse suis.
Te celebrant alij quanto decet ore: tuasque
Ingenio laudes vberiore canant.
Sed tamen, vt fuso taurorum sanguine centum,
Sic capitur minimo turis honore deus.
Ah ferus, & nobis nimium crudelior hostis.

[1] al. Tentantia. [2] al. quos crimina dicis.

Delicias legit qui tibi cumque meas:
Carmina ne nostris sic te venerantia libris
Iudicio possint candidiori legi.
Esse sed irato quis te mihi posset amicus:
Vix tunc ipse mihi non inimicus eram.
Cum cœpit quassata domus subsidere, partes
In proclinatas omne recumbit onus.
Cunctaque fortuna rimam faciente dehiscunt:
Ipsa suo quædam pondere tracta ruunt.
Ergo hominum quæsitum odium mihi carmine: quaque
Debuit, est vultus turba secuta tuos:
At memini vitamque meam, moresque probabas
Illo, quem dederas prætereuntis equo.
Quod si non prodest, & honesti gloria nulla
Redditur: at nullum crimen adeptus eram.
Nec male commissa est nobis fortuna ireorum,
Vsque decem decies inspicienda viris.
Res quoque priuatas statui sine crimine iudex:
Deque mea fassa est pars quoque 2 victa fide.
Me miserum: potui si non extrema nocerent:
Iudicio mutus non semel esse tuo.
Vltima me perdunt: imoque sub æthere mergit
Incolumem toties vna procella ratem.
Nec mihi pars nocuit de gurgite parua: sed omnes
Pressere hoc fluctus, occeanusque caput.
Cur aliquid vidi? cur noxia lumina feci?
Cur imprudenti cognita culpa mihi est?
Inscius Actæon vidit sine veste Dianam:
Præda fuit canibus non minus ille suis.
Scilicet in superis etiam fortuna luenda est:
Nec veniam læso numine casus habet.
Illa nostra die, qua me malus abstulit error,
Parua quidem periit, sed sine labe, domus.
Sic quoque parua tamen: patria dicatur vt auo
Clara, nec vllius nobilitate minor.
Et neque diuitiis, nec paupertate notanda est:
Vnde sit in neutrum conspiciendus eques.
Sit quoq; nostra domus vel censu parua vel ortu:
Ingenio certe non latet illa meo.
Quo videar quamuis nimium inueniliter vsus:
Grande tamen toto nomen ab orbe fero.
Turbaque doctorum Nasonem nouit: & audet
Non fastiditis annumerare viris.
Corruit hæc igitur Musis accepta sub vno,
Sed non exiguo crimine lapsa domus.
Atque ea sic lapsa est, vt surgere, si modo læsi
3 Ematuruerit Cæsaris ira, queat.
Cuius in euentu pœnæ clementia tanta est,
Vt fuerit nostro lenior ira metu.
Vita data est: citráque necem tua constitit ira,
O princeps parce viribus vse tuis.
Insuper accedunt, te non adimente, paternæ,
Tanquam vita parum muneris esset, opes.
Nec mea decreto damnasti 4 facta Senatus:
Nec mea selecto iudice iussa fuga est.
Tristibus inuectus verbis (ita principe dignum)
Vltus es offensas, vt decet, ipse tuas.

Adde quod edictum, quamuis immite, minaxq;
Attamen in pœnæ nomine lene fuit.
Quippe relegatus, non exsul dicor in illo:
Parcáque fortunæ sunt tibi verba meæ.
Nulla quidem sæua grauior, mentique potenti
Pœna est, quam tanto displicuisse viro.
Sed solet interdum fieri placabile numen.
Nube solet pulsa candidus ire dies.
Vidi ego pampineis oneratam vitibus vlmum,
Quæ fuerat sæuo fulmine tacta Iouis.
Ipse licet 5perare vetes: sperabimus: atque
Hoc vnum fieri te prohibente potest.
Spes mihi magna subit: cum te mitissime Cæsar:
Spes mihi, respicio cum mea facta: cadit.
Ac veluti ventis agitantibus æquora, non est
Æqualis rabies, continuúsque furor:
Sed modo subsidunt, intermissique silescunt:
Vimque putes illos deposuisse suam.
Sic abeunt, redeúntque mei variántque timores:
Et 5pem placandi dántque, negántque tui:
Per superos igitur, qui dant tibi longa, dabúntq;
Tempora: Romanum si modo nomen amant:
Per patriam, quæ te tuta & secura parente est:
Cuius & in populo pars ego nuper eram:
Sic tibi quem semper factis animoque mereris:
Reddatur gratæ debitus vrbis amor.
Liuia sic tecum sociales impleat annos:
Quæ nisi te nullo coniuge digna fuit:
Quæ si non esset, celebs te vita deceret,
Nullaque cui posses esse maritus, erat:
Sospite sic te tenatus quoque sospes: & olim
Imperium regat 2 hoc cum seniore senex:
Vt faciuntque, tui sidus iuuenile nepotes,
Per tua perque tui facta parentis eant:
Sic assueta tuis semper victoria castris
Nunc quoque se præstet, notaque signa petat.
Ausoniumque ducem solitis circumuolet alis.
Ponat & in nitida laurea serta coma,
Per quem bella geris, cuius nunc corpore pugnas.
Auspicium cui das grande, deosque tuos,
Dimidioque tui præsens, & respicis vrbem,
Dimidio procul es sæuaque bella geris.
Hic tibi sic redeat superato victor ab hoste,
Inque coronatis fulgeat altus equis:
Parce precor fulmenque tuum fera tela reconde:
Heu nimium misero cognita tela mihi!
Parce pater patriæ: nec nominis immemor huius
Olim placandi spem mihi tolle tui.
Non precor, vt redeam quamuis maiora petitis
Credibile est magnos sæpe dedisse deos.
Mitius exsilium si das, propiusque roganti:
Pars erit è pœna magna, leuata mea.
Vltima perpetior medios eiectus in hostes:
Nec quisquam patria longius exsul abest.
Solus ad 3 ingressus missus septemplicis Istri,
Parrhasiæ gelido virginis axe premor.
Iazyges, & Colchi, Metereaque turba, Getæque,
Danubij mediis vix prohibentur aquis.
Cumque alij tibi sint caussa grauiore fugati:

1 al. Sororum. 2 al. iuncta.
3 al. Ematurarit. 4 al. fata.
5 al. honot. 2 al. hic. 3 al. egressus.

Vlte-

Vlterior nulli quam mihi terra data est.
Longius hac nihil est, nisi tantum frigus & hostis,
Et maris adstricto quæ coit vnda gelu.
Hactenus Euxini pars est Romana sinistri:
Proxima Basternæ, Sauromatæque tenent.
Hæc est Ausonio sub iure nouissima: vixq; haesit in imperij margine terra tui.
Vnde precor supplex vt nos in tuta releges:
Ne sit cum patria pax quoq; adempta mihi.
Ne timeam gētes, quas non bene summouet Ister:
Neue tuus possim ciuis ab hoste capi.
Fas prohibet Latio quemquam de sanguine natū
Cæsaribus saluis barbara vincla pati.
Perdiderint cum me duo crimina, carmen & error:
Alterius facti culpa silenda mihi.
Non tanti non sum, renouem vt tua vulnera Cæsar:
Quem nimio plus est indoluisse semel.
Altera pars superest: qua turpi crimine lectus
Arguor obsceni doctor adulterij.
Fas ergo est aliqua cælestia pectora falli:
Et sunt notitia multa minora tua.
Vtq; deos cælumq; simul sublime tuenti
Non vacat exiguis rebus adesse Ioui.
Ex te pendentem sic dum circumspicis orbem:
Effugiunt curas inferiora tuas.
Scilicet imperij princeps statione relicta
Imparibus legeres carmina facta modis.
Non ea te moles Romani nominis vrget:
Inque tuis humeris tam leue fertur fertur onus:
Lusibus vt possis aduertere numen ineptis:
Excutiasque oculis otia nostra tuis.
Nunc tibi Pannonia est, nunc Illyris ora domanda,
Rhætica nunc præbent, Thraciaque arma metum:
Nunc petit Armenius pacem: nunc porrigit arcus
Parthus eques, timida captaque signa manu.
Nunc te prole tua iuuenem Germania sentit:
Bellaque pro magno Cæsare Cæsar habet.
Denique vt in tanto, quantum non exstitit vnquam,
Corpore, pars nulla est quæ labet imperij:
Vrbs quoque te, & legum lassat tutela tuarum,
Et morum similes quos cupis esse tuos.
Nec tibi contingunt, quæ gentibus otia præstas:
Bellaque cum multis irrequieta geris.
Miror in hoc igitur tantarum pondere rerum
Vmquam te nostros euoluisse iocos.
At (si quod mallem) vacuus fortasse fuisses,
Nullum legisses crimen in arte mea.
Illa quidem fateor frontis non esse seueræ
Scripta, nec à tanto principe digna lege:
Non tamen iccirco legum contraria iussis
Sunt ea: Romanas eruditque nurus.
Neue 1 *quibus scribam possis dubitare: libellus*
Quatuor hos versus è tribus vnus habet.

1 al. scridsi.

Este procul vittæ tenues, insigne pudoris:
Quæque tegis medios instita longa pedes:
Nil, nisi legitimum, concessaque furta canemus:
Inque meo nullum carmine crimen erit.
Ecquid ab hac omnes rigidas summouimus arte,
Quas stola contingi, vittaq; sumpta vetat?
At matrona potest alienis artibus vti:
Quodq; trahat, quamuis non doceatur, habet.
Nil igitur matrona legat: quia carmine ab omni
Ad delinquendum doctior esse potest.
Quodcumq; attigerit (si qua est studiosa sinistri)
Ad vitium mores instruet inde suos.
Sumpserit annales (nihil est hirsutius illis)
Facta sit vnde parens Ilia nempe leget.
Sumpserit Æneadem genitrix vbi prima: requiret
Æneadum genitrix vnde sit alma Venus.
Persequar inferius (modo si licet ordine ferri)
Posse nocere animis carminis omne genus.
Non tamen idcirco crimen liber omnis habebit:
Nil prodest, quod non lædere possit idem.
Igne quid vtilius? si quis tamen vrere tecta
1 *Comparat, audaces instruit igne manus.*
Eripit interdum, modo dat medicina salutem:
Quæque iuuet monstrat, quæque sit herba nocens.
Et latro & cautus præcingitur ense viator.
Ille sed insidias, hic sibi portat opem.
Discitur innocuas vt agat facundia caussas:
Protegit hæc fontes, immeritosque premit.
Sic igitur carmen, recta si mente legatur,
Constabit nulli posse nocere meum.
Et 2 *tandem vitium quicunq; hinc concipit, errat,*
Et nimium scriptis arrogat ille meis.
Vt tamen hoc fatear: ludi quoque somnia præbet
Nequitiæ: tolli tota theatra iube:
Peccandi causssam quàm multis sæpe dederunt:
Martia cum durum sternit arena solum?
Tollatur Circus, non tua licentia Circi est:
Hic sedet ignoto iuncta puella viro.
Cum quædam spatientur in hac, vt amator eodem
Conueniat: quare porticus vlla patet?
Qui locus est templis augustior? hæc quoque vitet,
In culpam si qua est ingeniosa suam.
Cum steterit Iouis æde: Iouis succurret in æde,
Quam multas matres fecerit ille deus.
Proxima adoranti Iunonis templa subibit
Pellicibus multis indoluisse deam.
Pallade conspecta, natum de crimine virgo
Sustulerit quare quærit Erichthonium.
Venerit in templum magni tua numina Martis,
Stat Venus vltori iuncta viro ante fores.
Isidis æde sedens cur hanc Saturnia quæret
Egerit Ionio, Bosporioque mari.
In Venerem Anchisen, in Lunam Latmius heros,

1 al. Cœperit.
2 al. Et quoddam vitij quicunque hinc concipit errat.

In Cererem Iasius, qui referatur, erit,
Omnia peruersas possint corrumpere mentes,
Stant tamen illa suis omnia tuta locis.
Et procul à scripta solis meretricibus arte
Summouet ingenuas pagina prima manus.
Quæcunque erumpit, qua non sinet ire sacerdos,
Protinus 1 hæc vetiti criminis acta rea est.
Nec tamen est facinus versus euoluere molles,
Multa licet castæ non facienda legant.
Sæpe supercilij nudas matrona seueri
Et Veneris stantes ad genus omne videt.
Corpora Vestales oculi meretricia cernunt,
Nec domino pœnæ res ea caussa fuit.
2 At cur in nostra nimia est lasciuia Musa?
Cúrue meus cuiquam suadet amare liber?
Nil nisi peccatum, manifestaque culpa fatenda est,
Pœnitet ingenij, iudicijque mei.
Cur non Argolicis potius quæ concidit armis,
Vexata est iterum carmine Troia meo?
Cur tacui Thebas, & mutua vulnera fratrum?
Et septem portas sub duce quamque suo?
Non mihi materiam bellatrix Roma negabat,
Et pius est patriæ facta referre labor.
Denique, cum meritis impleueris omnia Cæsar,
Pars mihi de multis vna canenda fuit:
Vtque trahunt oculos radiantia lumina solis:
Traxissent animum sic tua facta meum.
Arguor immerito: tenuis mihi campus aratur,
Illud erat magnæ fertilitatis opus.
Non ideo debet pelago se credere, si qua
Audet in exiguo ludere cymba lacu.
Forsan & hoc dubitem, numeris leuioribus aptus
Sim satis, in paruos sufficiamque modos.
At si me iubeas domitos Iouis igne Gigantes
Dicere, conantem debilitabit onus.
Diuitis ingenij est immania Cæsaris acta
Condere, materia ne superetur opus.
Et tamen ausus eram: sed detrectare videbar:
Quodque nefas, damno viribus esse tuis.
Ad leue rursus opus, iuuenilia carmina, veni:
3 Et falsè moui pectus amore meum.
Non equidem vellem: sed me mea fata trahebãt:
Inque meas pœnas ingeniosus eram.
Hei mihi cur didici? cur me docuere parentes?
Litteraque est oculos vlla morata meos?
Hæc tibi me inuisum lasciuia fecit, ob artes,
Quas ratus es vetites 4 sollicitare toros.
Sed neque me nuptæ didicerunt furta magistro:
Quodque parum nouit, nemo docere potest.
Sic ego delicias, & mollia carmina feci:
Strinxerit vt nomen fabula nulla meum.
Nec quisquam est adeo media de plebe maritus,
Vt dubius vitio sit pater ille meo.
Crede mihi, distant mores à carmine nostro:
Vita verecunda est, Musa iocosa mea.
Magnaq; pars mendax operum est, & ficta meorũ:
Plus tibi permisit compositore suo.

1 al. hoc. 2 al. At.
3 al. vt falsò. 4 al. sollicitasse.

Nec liber indicium est animi: sed honesta voluptas
Plurima mulcendis auribus apta refert.
Accius esset atrox: conuiua Terentius esset:
Essent pugnaces, qui fera bella canunt.
Denique composui teneros non solus amores:
Composito pœnas solus amore dedi.
Quid, nisi cum multo Venerem confundere vino
Præcepit lyrici Teia Musa senis?
Lesbia quid docuit Sappho, nisi amare puellas?
Tuta tamen Sappho, tutus & ille fuit.
Nec tibi Battiade nocuit, quod sæpe legenti,
Delicias versu fassus es ipse tuas.
Fabula iucundi nulla est sine amore Menandri:
Et solet hic pueris, virginibusq; legi.
Ilias ipsa quid est aliud, nisi adultera? de qua
Inter amatorem pugna virumq; fuit?
Quid prius est illic flamma Chryseidos? aut qua
Fecerit iratos rapta puella duces?
Aut quid Odyssea est, nisi femina propter amorẽ,
Dum vir abest, multis vna petita viris?
1 Quid nisi Mæonides Venerem, Martemq; ligatos
Narrat in obsceno corpora prensa toro?
Vnde, nisi indicio magni sciremus Homeri
Hospitis igne duas incaluisse deas?
Omne genus scripti grauitate tragœdia vincit:
Hæc quoque materiam semper amoris habet.
Nam quid in Hippolyto est, nisi 2 cæca flamma nouerca?
Nobilis est Canace fratris amore sui.
Quid? non Tantalides agitante Cupidine currus
Pysæam Phrygijs vexit eburnus equis.
Tingeret vt ferrum natorum sanguine mater,
Concitus à læso fecit amore dolor.
Fecit amor subitas volucres cum pellice regem:
Quæque suum luget nunc quoque mater Itym.
Si non Aeropem frater sceleratus amasset,
Auersos solis non legeremus equos.
Impia nec tragicos tetigisset Scylla cothurnos,
Ni patrium crimen dedecuisset amor.
Qui legis Electran, & egentem mentis Orestem:
Ægisthi crimen, Tyndaridosque legis.
Nam quid de tetrico referã domitore Chimæra?
Quem letho fallax hospita pæne dedit?
Quid loquar Hermionem? quid te Schœneia virgo?
Teque Mycenæo Phœbus amata duci?
Quid Danaën Danaïque nurus, matremq; Lyæi?
Hæmonaq;, & noctes quæ coiere duas?
Quid generum Peliæ? quid Theseã? quidve Pelasgum,
Iliacam tetigit qui rate primus humum?
Huc Iole, Pyrrhique parens, huc Herculis vxor,
Huc accedat Hylas, Iliadesque puer.
Tempore deficiat, tragicos si persequar ignes:
Vixque meus capiet nomina nuda liber.
Est & in obscænos deflexa tragœdia risus:
Multaq; prætereo verba pudoris habet.

1 al. Quis.
2 al. sequax.

Nec

Nec nocet auctori, mollem qui fecit Achillem:
Infregisse suis fortia facta modis.
Iunxit Aristides Milesia crimina secum:
Pulsus Aristides nec tamen vrbe sua est.
Nec qui descripsit corrumpi semina matrum,
1 Eubius impuræ conditor historiæ.
Nec qui composuit nuper Sybaritida fugit:
Nec qui concubitus non tacuere suos.
Sūtque ea doctorum monumentis mista virorū:
Muneribusque ducum publica facta patent.
Neue peregrinus tantum defendar ab armis:
2 Et Romanus habet multa iocosa liber.
Vtque suo Martem cecinit grauis Ennius ore:
Ennius ingenio maximus arte rudis:
Explicat vt caussas rapidi Lucretius ignis:
Caussarumque triplex vaticinatur opus:
Sic sua lasciuo cantata est sæpe Catullo
Femina: cui falsum Lesbia nomen erat.
Nec contentus ea, multos vulgauit amores:
In quibus ipse suum fassus adulterium est.
Par fuit exigui, similisque licentia Calui:
Detexit variis qui sua facta modis.
Quid referam Ticidæ, quid Mēmi carmen? apud quos
Rebus adest nomen, nominibusque pudor?
Cinna quoque his comes est: Cinnaque procacior Anser
Et leue Cornifici, parque Catonis opus.
Et quorum libris modo dissimulata per illos
Nomine nunc legitur dicta Metelle tuo.
Is quoque Phasiacas Argon qui duxit in vndas,
Non potuit Veneris furta tacere suæ.
Nec minus Hortensi, nec sunt minus improba Serui
Carmina: quis dubitet nomina tanta sequi?
Vertit Aristidem Sisenna: nec obfuit illi
Historiæ turpes inseruisse iocos:
Non fuit opprobrio celebrasse Lycorida Gallo:
Sed linguam nimio non tenuisse mero.
Credere iuranti durum putat esse Tibullus:
Hoc etiam de se quod neget illa viro.
Fallere custodem demum docuisse fatetur:
Seque sua miserum nunc ait arte premi.
Sæpe velut gemmam dominæ 3 signumque probaret
Per caussam meminit se tetigisse manum:
Vtque refert, digitis sæpe est nutuque locutus,
Et taciturn mensæ duxit in vrbe notam:
Et quibus è succis abeat de corpore liuor,
Impresso fieri qui solet ore docet.
Deniq; ab incauto nimium petit 4 illa marito:
Se quoque vti seruet: peccet vt illa minus.
Scit cui latretur, cum solus obambulet ipse:
Cui toties clausas excreet ante fores.
Multaque dat furti talis præcepta: docetque
Qua nuptæ possint fallere ab arte viros.
Nec fuit hoc illi fraudi: legiturque Tibullus:
Et placet: tam te principe notus erat.

1 al. Eubolus. 2 al. En. 3 al. signúmve. 4 al. ille.

Inuenies eadem blandi præcepta Properti:
Districtus minima nec tamen ille nota est.
His ego successi: quoniam præstantia candor
Nomina viuorum dissimulare iubet.
Non timui fateor, ne qua tot iere carinæ
Naufraga seruatis omnibus vna foret.
Sunt aliis scriptæ, quibus alea luditur, artes:
Hæc est ad vestros non leue crimen auos.
Quid valeant tali, quo possis plurima iactu
Figere, damnosos effugiasque canes.
Tessera quos habeat numeros: distante vocato:
Mittere quo deceat, quo dare missa modo:
Discolor vt recto crassetur limite miles:
Cum medius gemino calculus hoste perit.
Vt mage velle sequi sciat, & reuocare priorem,
Nec tuto fugiens incomitatus eat.
Parma sedet ternis instructa tabella lapillis:
In qua vicisse est continuasse suos:
Quique 1 alij lusus (neque enim nunc persequar omnes)
Perdere rem caram tempora nostra solent.
Ecce canit formas alius, tactuſq; pilarum:
Hic artem nandi præcipit: ille trochi.
Composita est aliis fuscandi cura coloris.
Hic epulis leges, hospitioque dedit.
Alter humum de qua fingantur pocula mōstrat:
2 Quæque docet liquido testa sit apta mero.
Talia luduntur fumoso mense Decembri,
Quæ iam non vlli composuisse nocet.
His ego deceptus non tristia carmina feci,
Sed tristis nostros pœna secuta iocos.
Denique non video tot de scribentibus vnum,
Quem sua perdiderit Musa: repertus ego.
Quid si scripsissem mimos obscena iocantes?
Qui semper iuncti crimen amoris habent.
In quibus assiduè cultus procedit adulter:
Verbaque dat stulte callida nupta viro.
Nubilis hæc virgo, matronaque, virque, puerque
Spectat, & ex magna parte Senatus adest.
Nec satis incestis temerari vocibus aures:
Assuescunt oculi multa pudenda pati.
Cumque fefellit amans aliqua nouitate maritum:
Plauditur, & magno palma fauore datur.
Quodque minus prodest, pœna est lucrosa poëtæ:
Tantaque non paruo crimina prætor emit.
Inspice ludorum sumptus Auguste tuorum:
Empta tibi magno talia multa leges.
Hæc tu spectasti, spectandaque sæpe dedisti:
Maiestas adeo comis vbique tua est.
Luminibusque tuis, totus quibus vtitur orbis,
Scenica vidisti latus adulteria:
Scribere si fas est imitantes turpia mimos:
Materiæ minor est debita pœna meæ:
An genus hoc scripti faciunt sua pulpita tutum?
Quodque licet mimis, scena licere dedit.
Et mea sunt populo saltant poemata sæpe:
Sæpe oculos etiam detinuere tuos:
Scilicet in domibus vestris vt prisca virorum

1 al. aliis. 2 al. Quæque decens.

Artifici fulgent corpora picta manu:
Sic quæ concubitus varios 1 Veneriſque figuras:
Exprimat: eſt aliquo parua tabella loco.
Vtque ſedet vultu faſſus Telamonius iram:
Inque oculis facinus barbara mater habet:
Sic madidos ſiccat digitis Venus vda capillos:
Et modo maternis tecta videtur aquis.
Bella ſonant alij telis ſtructa cruentis:
Parſque tui generis, pars tua facta canit.
Inuida me ſpatio natura coercuit arcto:
Ingenio vires exiguaſque dedit.
Et tamen ille tuæ felix Æneidos auctor
Contulit in Tyrios arma, virumque toros:
Nec legitur pars vlla magis de corpore toto:
Quam non legitimo fœdere iunctus amor.
Phyllidis hic idem, teneræque Amaryllidis ignes
Bucolicis iuuenis luſerat ante modis.
Nos quoque iam pridem ſcripto peccauimus iſto:
Supplicium patitur non noua culpa nouum:
Carminaque ediderам: cum te delicta notantem
Præterij toties irrequietus eques.
Ergo quæ iuueni mihi non nocitura putaui
Scripta parum prudens: nunc nocuere ſeni.
Sera redundauit veteris vindicta libelli:
Diſtat & à meriti tempore pœna ſui.
Ne tamen omne meum credas opus eſſe remiſſu,
Sæpe dedi noſtræ grandia vela rati.
Sex ego Faſtorum ſcripſi, totidemque libellos:
Cumque ſuo finem menſe volumen habet.
Idque tuo nuper ſcriptum ſub nomine Cæſar,
Et tibi ſacratum, ſors mea rupit opus.
Et dedimus tragicis ſcriptum regale cothurnis,
Quæque grauis debet verba cothurnus habet.
Dictaque ſunt nobis, quamuis manus vltima cœpto
Defuit, in facies corpora verſa nouas.
Atque vtinam reuocem animum paulliſper ab ira,
Et vacuo iubeas hinc tibi pauca legi:
Pauca quibus prima ſurgens ab origine mundi
In tua deduxi tempora Cæſar opus,
2 Aſpiceres quantum dederis mihi pectoris ipſe,
Quoque fauore animi teque tuoſque canam.
Non ego mordaci diſtrinxi carmine quemquã,
Nec meus vllius crimina verſus habet.
Candidus à ſalibus ſuffuſis felle refugi:
Nulla venenato littera miſta toco eſt.
Inter tot populi, tot ſcripti millia noſtri,
Quem mea Calliope læſerit, vnus ero.
Non igitur noſtris vllum gaudere Quiritem
Auguror, at multos indoluiſſe malis.
Nec mihi credibile eſt quemquam inſultare iacenti:
Gratia candori ſi qua relata meo eſt:
His precor atque aliis, poſſint tua numina flecti
O pater, ô patriæ cura, ſaluſque tuæ.
Non vt in Auſoniam redeam niſi forſitan olim,
Cum longo pœnæ tempore victus eris:
Tutius exilſium pauloque quietius oro:
Et par delicto ſit mea pœna ſuo.

1 al. Variaſque. 2 al. Adſpicies.

TRISTIVM LIB III.

ELEGIA I.

Liber lectorem alloquitur.

MIſſus in hanc venio timide liber exſulis vrbem,
Da placidam feſſo lector amice manum.
Neve reformida, ne ſim tibi forte pudori.
Nullus in hac charta verſus amare docet.
Nec domini fortuna mei eſt vt debeat illam
Infelix vllis diſſimulare iocis.
Id quoque quod viridi quodã male luſit in æuo:
Heu nimium ſero damnat & odit opus.
Inſpice quid portem: nihil hic niſi triſte videbis,
Carmine temporibus conueniente ſuis.
Clauda quod alterno ſubſidunt carmina verſu:
Vel pedis hoc ratio, vel via longa facit.
Quod neque ſum cedro flauus, nec pumice lauis:
Erubui domino cultior eſſe meo.
Littera ſuffuſas quod habet maculoſa lituras:
Læſit opus lacrymis ipſe poeta ſuum.
Si qua videbuntur caſu non dicta 1 Latine:
In qua ſcribebat, barbara terra fuit.
Dicite lectores, ſi non graue, qua ſit eundum:
Quaſque petam ſedes hoſpes in vrbe liber.
Hæc vbi ſum furtim lingua titubante locutus:
Qui mihi monſtraret vix fuit vnus iter.
Di tibi dent noſtro quod non tribuere poetæ,
Molliter in patria viuere poſſe tua.
Duc age: namque ſequor: quamuis terraque, marique
Longinquo referam laſſus ab orbe pedem.
Paruit: & ducens hæc ſunt fora Cæſaris, inquit:
Hæc eſt à ſacris quæ via nomen habet.
Hic locus eſt Veſtæ: qui Pallada ſeruat & ignem:
Hæc fuit antiqui regia parua Numæ.
Inde petens dextram porta eſt, ait, iſta Palati:
Hic ſator: hoc primum condita Roma loco eſt.
Singula dum miror: video fulgentibus armis
Conſpicuos poſtes, tectaque digna deo.
Et Iouis hæc, dixit, domus eſt, quod vt eſſe putarẽ,
Augurium menti querna corona dabat:
Cuius vt accepi dominum, non fallimur, inquã:
Et magni verum eſt hanc Iouis eſſe domum.
Cur tamen oppoſita velatur ianua lauro?
Cingit & auguſtas arbor opaca comas?
An quia perpetuos meruit domus iſta triumphos?
An quia Leucadio ſemper amata deo?
Ipſane quod feſta eſt? an quod facit omnia feſta?
Quam tribuit terris, pacis an iſta nota eſt?
Vtque viret ſemper laurus, nec fronde caduca
Carpitur: æternum ſic habet illa decus.
Cauſa ſuper poſita ſcripto teſtata corona
Seruatos ciues indicat huius ope.
2 Adjice ſeruatis vnum pater optime ciuem:
Qui procul extremo pulſus in orbe latet.
In quo pœnarum, quas ſe meruiſſe fatetur,
Non facinus cauſam, ſed ſuus error habet.

1 al. Latino.
2 al. Addice.

Me

Me miserum, vereorque locũ, vereorque potentẽ:
Et quatitur trepido litera nostra metu.
Adspicis exsangui chartam pallere colore?
Adspicis alternos intremuisse pedes?
Quandocunque precor nostro placata parenti:
Isdem sub dominis aspiciare domus.
Inde timore pari gradibus sublimia celsis
Ducor ad intonsi candida templa dei.
Signa peregrinis vbi sunt alterna columnis
Belides, & stricto barbarus ense pater:
Quaque viri docto veteres fecere, nouique
Pectore, lecturis inspicienda patent:
Quærebam fratres exceptus scilicet illis:
Quos suus optaret non genuisse pater.
Quærentem frustra custos è sedibus illis
Præpositus sancto iussit abire loco.
Altera templa peto vicino iuncta theatro:
Hæc quoque erant pedibus non adeunda meis,
Nec me, quæ doctis patuerunt prima libellis
Atria, libertas tangere passa sua est.
Ingenus auctoris miseri fortuna redundat:
En patimur nati quam tulit ipse fugam.
Forsitan & nobis olim minus asper, & illi
Euictus longo tempore Cæsar erit.
Di precor: atque adeo (neque enim mihi turba roganda est)
Cæsar ades voto maxime diue meo.
Interea quoniam statio mihi publica clausa est,
Priuato liceat delituisse loco.
Vos quoque si fas est confusa pudore repulsæ,
Sumite plebeia carmina nostra manus.

ELEGIA II.

Queritur se in exilium missum.

ERgo erat in fatis Scythiam quoque visere nostris?
Quæque Lycaonio terra sub axe iacet?
Nec vos Pierides, nec stirps Latonia vestro
Docta sacerdoti turba tulistis opem.
Nec mihi quod lusi vero sine crimine prodest:
Quodque magis vita Musa iocosa mea est.
Plurima sed pelago, terraque pericula passum
Vstius ab assiduo frigore pontus habet:
Quique fugax rerum, securaque in otia natus
Mollis & impatiens ante laboris eram:
Vltima nũc patior: nec me mare portubus orbum
Perdere, diuersæ nec potuere viæ.
Suffecitque malis animus. nam corpus ab illo
Accepit vires: vixque ferenda tulit.
Dum tamen & venti dubius iactabar & vndis:
Fallebat curas, ægraque corda labor.
Vt via finita est, & opus requieuit eundi,
Et pœna tellus est mihi facta meæ:
Nil nisi flere libet: nec nostro parcior imber
Lumine, quam verna de niue manat aqua.
Roma domusque subit, desideriumque locorum,
Quidquid & amissa restat in vrbe mei.

1 al parentem. 2 al. visa.

Hei mihi quod toties nostri pulsata sepulcri
Ianua, sed nullo tempore aperta fuit.
Cur ego tot gladios fugi? totisque minata
Obruit infelix nulla procella caput?
Di, quos experior nimium constanter iniquos:
Participes iræ quam deus vnus habet:
Exstimulate precor cessantia fata, meique
Interitus clausas esse vetate fores.

ELEGIA III.

Ad vxorem quod æger fuerit.

HÆc mea si1 casu miraris epistola quare
Alterius digitis scripta sit: æger eram.
Æger in extremis ignoti partibus orbis,
Incertusque meæ pæne salutis eram.
Quem mihi nunc animum dira regione iacenti
Inter Sauromatas esse, Getasque putas?
Nec cælum patior, nec aquis assueuimus istis:
Terraque nescio quo non placet ipsa modo.
Non domus apta satis: non hic cibus vtilis ægro:
Nullus Apollinea qui 2 leuet arte malum est.
Non qui soletur, non qui labentia tarde
Tempora narrando fallat, amicus adest.
Lassus in extremis iaceo populisque, locisque:
Et subit affectu nunc mihi quicquid abest.
Omnia cũ subeant: vincis tamen omnia coniux:
Et plus in nostro pectore parte tenes.
Te loquor absentem: te vox mea nominat vnam:
Nulla venit sine te nox mihi, nulla dies.
Quin etiam sic me dicunt aliena locutum:
Vt foret amentis nomen in ore tuum.
Si iam deficiam suppressaque lingua palato
Vix instillato restituenda mero.
Nuntiet huc aliquis dominam venisse: resurgam:
Spesque tui nobis caussa vigoris erit.
Ergo ego sum vitæ dubius: tu forsitan istic
Iucundum nostri nescia tempus agis.
Non agis affirmo, liquet hoc charissima nobis,
Tempus age sine me non nisi triste tibi.
Si tamen impleuit mea sors quos debuit annos:
Et mihi viuendi tam cito finis adest.
Quantum erat ó magni perituro parcere diui:
Vt saltem patria conderer vmulatus humo.
Vel pœna in mortis tempus dilata fuisset:
Vel præcepisset mors properata fugam.
Integer hanc potui nuper bene reddere vitam:
Exsul vt occiderem, nunc mihi vita data est.
Tam procul ignotis igitur moriemur in oris?
Et sient ipso tristia fata loco?
Nec mea consueto languescent corpora lecto?
Depositum nec me qui fleat, vllus erit?
Nec dominæ lacrymis in nostra cadentibus ora
Accedent animæ tempora parua meæ?
Nec mandata dabo? nec cum clamore supremo
3 Languentes oculos 4 claudet amica manus?
Sed sine funeri9 caput hoc sine honore sepulcri
Indeploratum barbara terra teget?

1 al.cõiux. 2 al.leues. 3 al.labentes. 4 al.cõdet

[1] Ecquid vbi audieris, tota turbabere mente?
Et feries pauida pectora fida manu?
Ecquid in has frustra tendens tua brachia partes
Clamabis miseri nomen inane viri?
Parce tamen lacerare genas: nec scinde capillos:
Non tibi nunc primum lux mea raptus ero.
Cum patriam amisi, tunc me perijsse putato:
Et prior & grauior mors fuit illa mihi.
Nunc si forte potes, sed non potes, optima coniux,
Finitis gaude tot mihi morte malis.
Quod potes extenua forti mala corde ferendo:
Ad mala iampridem non rude pectus habes.
Atq; vtinam pereant animæ cum corpore nostræ:
Effugiat q; auidos pars mea nulla rogos,
Nã si morte carens vacuas volat altus in auras
Spiritus: & Samij sunt rata dicta senis:
Inter Sarmaticas Romana vagabitur vmbras:
Perq; feros Manes hospita semper erit.
Ossa tamen facito parua referantur in vrna:
Sic ego non etiam mortuus exsul ero.
Non vetat hoc quisquam: fratrem Thebana peremptum
Suppositi tumulo rege vetante soror.
Atq; ea cum foliis, & amomi puluere misce:
[2] Inq; suburbano condita pone loco.
Quosq; legat versus oculo properante viator,
Grandibus in tumuli marmore cæde notis.
Hic ego qui iaceo tenerorum lusor amorum,
Ingenio perij Naso poëta meo.
At tibi qui transis, ne sit graue, quisquis amasti,
Dicere: Nasonis molliter ossa cubent.
Hoc satis in tumulo est: etenim maiora libelli,
Et diuturna magis sunt monumenta mei.
Quos ego confido, quamuis nocuere, daturos
Nomen, & auctori tempora longa suo.
Tu tamen extincto feralia munera [3] semper,
Deq; tuis lacrymis humida serta dato.
Quamuis in cinerem corpus mutauerit ignis:
Sentiet officium mæsta fauilla pium.
Scribere plura libet: sed mox mihi fessa loquendo
Dictandi vires, siccaq; lingua negat.
Accipe supremo dictum mihi forsitan ore:
Quod tibi qui mittit, non habet ipse, vale.

ELEGIA IIII.

Ad amicum, vt magnorum virorum consuetudinem fugiat.

O Mihi care quidem semper, sed tempore duro
Cognite: res postquam procubuere meæ:
Vsibus edocto si quidquam credis amico:
Viue tibi, & longe nomina magna fuge.
Viue tibi, quantumq; potes præclustria vita.
Sæuum præclustri fulmen ab arce venit.
Nam quamquam soli possunt prodesse potentes,
Non prosit potius si quis obesse potest.
Effugit hibernas demissa antenna procellas,

[1] al. Hæc simul. [2] al. Atque suburbano condita crede solo. [3] al. ferto.

Læaque plus paruis vela timoris habent.
Adspicis vt summa cortex leuis innatet vnda,
Cum graue nexa simul retia mergat onus?
Hæc ego si monitor monitus prius ipse fuissem,
In qua debebam, forsitan vrbe forem.
Dum tecum vixi, dum me leuis aura ferebat,
Hæc mea per placidas cymba cucurrit aquas.
Qui cadit in plano, vix hoc tamen euenit ipsum,
Sic cadit, vt tacta surgere possit humo.
At miser Elpenor tecto delapsus ab alto
Occurrit regi flebilis vmbra suo.
Quid fuit, vt tutas agitaret Dædalus alas?
Icarus immensas nomine [1] signet aquas?
Nempe quod hic alte, demissius ille volabat,
Nam pennas ambo non habuere suas.
Crede mihi bene qui latuit, bene vixit, & intra
Fortunam debet quisque manere suam.
Non foret [2] Eumedus orbus, si filius eius
Stultus Achilleos non adamasset equos.
Nec natum in flamma vidisset, in arbore natas,
Cepisset genitor si Phaëthonta Merops.
Tu quoque formida nimium sublimia semper,
Propositique precor contrahe vela tui.
Nam pede inoffenso spatium decurrere vitæ
Dignus es: & fato candidiore frui.
Quæ pro te vt voueam miti pietate mereris,
Hæsuraque mihi tempus in omne fide.
Vidi ego te tali vultus mea fata gementem:
Qualem credibile est ore fuisse meo.
Nostra tuas vidi lacrymas super ora cadentes:
Tempore quas vno fidaque verba bibi.
Nunc quoque summorum studio defendis amicum,
Et mala vix vlla parte leuanda leuas.
Viue sine inuidia: mollesque inglorius annos
Exige: amicitias & tibi iunge pares.
Nasoniſque tui, quod adhuc non exsulat vnum,
Nomen ama: Scythicus cætera pontus habet.
Proxima sideribus tellus Erymantidos Vrsæ
Me tenet: adstricto terra perusta gelu.
Bosporus & Tanais superant, Scythiæq; paludes,
Vixque satis noti nomina pauca loci.
Vlterius nihil est, nisi non habitabile frigus:
Heu quam vicina est vltima terra mihi!
At longe patria est: longe carissima coniux:
Quidquid & hæc nobis post duo dulce fuit.
Si tamen hæc absunt: vt quæ contingere non est
Corpore, sint animo cuncta videnda meo.
Ante oculos errat domus, vrbs, & forma locorum:
[3] Succeduntque suis singula facta locis.
Coniugis ante oculos, sicut præsentis imago est:
Illa meos casus ingrauat, illa leuat.
Ingrauat hæc, quod abest, leuat hæc, quod præstat amorem:
Impositumque sibi firma tuetur onus.

[1] al. signat. [2] al. Eumenides vel Eumetrides [3] al. Accedunt que

Vos

Vos quoque pectoribus noſtris hæretis amici
Dicere quos cupio nomine quemque ſuo.
Sed timor officium cautus compeſcit: & ipſos
In noſtro poni carmine nolle puto.
Ante volebatis, gratiáq; erat inſtar [1] amoris:
Verſibus in noſtris nomina veſtra legi.
Quod quoniam eſt anceps: intra mea pectora quemque
Alloquar: & nulli cauſſa timoris ero.
Nec meus indicio latitantes verſus amicos
[2] Protrahet, occulte ſi quis amauit, amet.
Scite tamen, quamuis longa regione remotus
Abſim: vos animo ſemper adeſſe meo.
Et qua quiſque poteſt oro, mala noſtra leuate:
Fidam protecto neve negate manum.
Proſpera ſic vobis maneat fortuna: nec vmquam
Contracti ſimili ſorte rogetis idem.

ELEGIA V.

Ad Carum.

VSus amicitiæ tecum mihi paruus, vt illam
Non ægre poſſis diſſimulare, fuit:
Ni me complexus vinclis propioribus eſſes,
Naue mea vento forſan eunte ſuo.
Vt cecidi, cunctiq; [3] meam fugere ruinam,
Verſaq; amicitiæ terga dedere meæ:
Auſus es igne Iouis percuſſum tangere corpus:
Et deploratæ limen adire domus.
Idq; recens præſtas, nec longo cognitus vſu,
Quod veterum miſero vix duo treſve mihi.
Vidi ego confuſos vultus: viſoſq; notaui:
Oſque madens fletu pallidiuſq; meo:
Et lacrymas cernens in ſingula verba cadentes,
Ore meo lacrymas, auribus illa, bibi:
Brachiaq; excepi [4] mæſto pendentia collo:
Et ſingultatis oſcula miſta ſonis.
Sum quoq; Care tuis defenſus viribus abſens:
Scis Carum veri nominis eſſe locum.
Multaq; præterea manifeſti ſigna fauoris
Pectoribus teneo non abitura meis.
Di tibi poſſe tuos tribuant defendere ſemper:
Quos in materia proſperiore iuues.
Si tamen interea quid in his ego perditus oris,
Quod te credibile eſt quærere, quæris agam.
Spe trahor exigua: quam tu mihi demere noli:
Triſtia leniri numina poſſe dei.
Seu temere expecto, ſiue hoc contingere fas eſt:
Tu mihi quod cupio fas precor eſſe proba.
Quæque tibi eſt linguæ facundia, confer in illud:
Vt doceas votum poſſe valere meum.
Quo quiſque eſt maior, magis eſt placabilis iræ:
Et faciles motus mens generoſa capit.
Corpora magnanimo ſatis eſt proſtrare leoni:
Pugna ſuum finem, cum iacet hoſtis habet.
At lupus, & turpes inſtant morientibus vrſi:
Et quæcunque minor nobilitate fera eſt.

1 al. honoris. 2 al. Protrahat. 3 al. metu. 4 al. preſſo.

Maius apud Troiam forti quid habemus Achille?
Dardanij lacrymas non tulit [1] ille ſenis.
Quæ ducis Emathij fuerit clementia Pharos,
Præclariq; docent funeris exſequiæ.
Neve hominum referam flexas ad mitius iras:
Iunonis gener eſt, qui prius hoſtis erat.
Denique non poſſum nullam ſperare ſalutem:
Cum non ſit pœnæ cauſſa cruenta meæ.
Non mihi quærenti peſſum dare cuncta, petitum
Cæſareum caput eſt: quod caput orbis erat.
Non aliquid dixi, violentáque lingua locuta eſt:
Lapſa ſuæ ſunt nimio verba profana mero:
Inſcia quod crimen viderunt lumina plector:
Peccatumq; oculos eſt habuiſſe meos.
Non equidem totã poſſum defendere culpam:
Sed partem noſtri criminis error habet:
Spes igitur ſupereſt, facturum vt molliar ipſe
Mutati pœnam conditione loci.
Hoc vtinam nitidi ſolis prænuncius ortus
Aſſerat admiſſo lucifer albus equo.

ELEGIA VI.

Ad amicum quo familiariſſime vſus eſt.

FOedus amicitiæ [2] non vis cariſſime noſtræ:
Nec, ſi forte velis, diſſimulare potes.
Donec enim licuit, nec te mihi carior alter,
Nec tibi me tota iunctior vrbe fuit.
Iſque erat vſque adeo populo teſtatus, vt eſſet
Pæne magis quam tu, quamque ego notus, amor.
Quique eſt in caris animi tibi candor amicis:
Cognitus eſt iſti, quem colis ipſe, viro.
Nil ita celabas, vt non ego conſcius eſſem:
Pectoribus dabas multa tegenda meis.
Cuique ego narrabam ſecreti quidquid habebam,
Excepto, quod me perdidit, vnus eras.
Id quoque ſi ſciſſes, ſaluo fruerere ſodali:
Conſilioq; forem ſoſpes amice tuo.
Sed mea me in pœnam nimirum fata trahebant:
Omne bonæ claudunt vtilitatis iter.
Siue malum potui tamen hoc vitare cauendo:
Seu ratio fatum vincere nulla valet:
Tu tamen ô nobis vſu iunctiſſime longo,
Pars deſiderij maxima pæne mei:
Sis memor: & ſi quas fecit tibi gratia vires:
Illas pro nobis experiare rogo:
Neminis vt læſi fiat manſuetior ira:
Mutatoq; minor ſit mea pœna loco.
Idq; ita: ſi nullum ſcelus eſt in pectore noſtro,
Principiumq; mei criminis error habet.
Nec breue, nec tutum eſt, quæ ſint mea dicere, caſu
Lumina funeſti conſcia facta mali.
Ménſque reformidat, veluti ſua vulnera, tempus
Illud, & admonitis ſit nouus ipſe dolor.

1 al. ipſe. 2 al. nobis.

Et quæcunq; adeo possint afferre pudorem,
Illa tegi cæca condita [1] nocte decet.
Nil igitur referam nisi me peccasse: sed illo
Præmia peccato nulla petita mihi.
Stultitiamq; meum crimen debere vocari:
Nomina [2] si factis reddere vera velis.
Quæ si non ita sunt: alium quo longius absim,
Quære: suburbana hic est mihi terra locus.

ELEGIA VII.

Mandat epistolæ, vt Perhillam adeat.

VAde salutatum subito perarata Perhillam,
Littera sermonis fida ministra mei.
Aut illam inuenies dulci cum matre sedentem:
Aut inter libros, Pieridasq; suas.
Quidquid aget cum te scierit venisse, relinquet:
Nec mora, quid venias, quidve requiret agam.
Viuere me dices: sed sic, vt viuere nolim:
Nec mala tam longa nostra leuata mora.
Et tamen ad Musas, quamuis nocuere, reuerti:
Aptaq; in alternos cogere verba pedes.
Tu quoque dic studijs communibus ecquid inhæres?
Doctaq; non patrio carmina more canis?
Nam tibi cum facie mores natura pudicos,
Et raras dotes, ingeniumq; dedit.
Hoc ego Pegasidas deduxi primus ad vndas:
Ne male fecundæ vena periret aquæ:
Primus id adspexi teneris in virginis annis:
Vtq; pater natæ duxq; comesq; fui.
Ergo si remanent ignes tibi pectoris ijdem:
Sola tuum vates Lesbia vincet opus.
Sed vereor, ne nunc mea te fortuna retardet,
Postq; meos casus sit tibi pectus iners.
Dum licuit, tua sæpe mihi, tibi nostra legebam:
Sæpe tui iudex, sæpe magister eram.
Aut ego præbebam factis modo versibus aurem:
Aut vbi cessaras, caussa roboris eram.
Forsitan exemplo, quia me læsere libelli,
Tu quoque sis pœnæ [3] facta ruina meæ.
Pone Perhilla metum: tantummodo femina nulla,
Neve vir à scriptis discat amare tuis.
Ergo desidiæ remoue doctissima caussas:
Inq; bonas artes, & tua sacra redi.
Ista decens facies longis vitiabitur annis:
Rugaq; in antiqua fronte senilis erit:
Inijcietq; [4] manum formæ damnosa senectus:
Quæ strepitum passu non faciente venit.
Cumq; aliquis dicet, fuit hæc formosa, dolebis:
Et speculum mendax esse querere tuum.
Sunt & opes modicæ, cum sis magnissima magnis:
Finge sed immensis censibus esse pares.

1 al. nube. 2 al. sic facto. 3 al. fata secuta meæ. 4 al. manus.

Nempe dat & quodcumque libet fortuna, rapitque.
Irus & est subito qui modo Crœsus erat.
Singula ne referam, nil non mortale tenemus
Pectoris exceptis, ingenijq; bonis.
En ego cum patria caream, vobisq; domoq;:
Raptaq; sint, adimi quæ potuere, mihi:
Ingenio tamen ipse meo comitorq;, fruorq;:
Cæsar in hoc potuit iuris habere nihil.
[1] Qui licet hanc sæuo vitam mihi finiat ense:
Me tamen exstincto fama superstes erit.
Dumq; suis victrix septem de montibus orbem
Prospiciet domitum Martia Roma, legar.
Tu quoque quam studij maneat felicior vsus:
Effuge venturos qua potes vsque rogos.

ELEGIA VIII.

Patriam & suos videre desiderat.

NVnc ego Triptolemi cuperem conscendere currus.
Misit in ignotam qui rude semen humum.
Nunc ego Medeæ vellem frenare dracones,
Quos habuit fugiens arce Corinthe tua.
Nunc ego iactandas optarem sumere pennas:
Siue tuas Perseu, Dædale siue tuas:
Vt tenera nostri cedente volatibus aura
Adspicerem patriæ dulce repente solum:
Desertæq; domus vultus, memoresq; sodales,
Canaq; [2] præcipuæ coniugis ora meæ.
Stulte quid hæc frustra votis puerilibus optas?
Quæ non vlla tibi ferq; feretq; dies.
Si semel optandum est: Augusti numen adora:
Et quem sensisti rite precare deum.
Ille tibi pennasq; potest currusq; volucres
Tradere: det reditum: protinus ales eris.
Si precer hæc (neq; enim possum maiora precari)
Ne mea sint timeo vota modesta parum.
Forsitan hoc olim, cum iam satiauerit iram:
Tunc quoque sollicita mente rogandus erit.
Quod minus interea est, instar mihi muneris ampli.
Ex his me iubeat quolibet ire locis.
Nec cælum, nec aquæ faciunt, nec terra, nec aura:
Hei mihi perpetuus corpora languor habet.
Seu vitiant artus ægræ contagia mentis:
Siue mei caussa est in regione mali.
Vt tetigi pontum, vexant insomnia: vixq;
Ossa tegit macies: nec iuuat ora cibus.
Quiq; per autumnum percussis frigore primo
Est color in folijs, quæ noua læsit hiems:
Is mea membra tenet: nec viribus alleuor vllis:
Et numquam queruli caussa doloris abest.
Nec melius valeo quâ corpore, mente: sed ægra est
Vtraq; pars æque: binaq; damna fero.
Hæret & ante oculos veluti spectabile corpus
Adstans fortunæ forma videnda meæ.
Cumque locos, morésque hominum, cultúsque ferumque

1 al. Quilibet. 2 al. præcipuè.

Cerni-

Cernimus, & quid sim, quid fuerimq; subit:
Tantus amor necis est, querar vt de Cæsaris ira:
Quod non offensas vindicet ense suas.
At quoniam semel est odio ciuiliter vsus:
Mutato leuior [1] *sit fuga nostra loco.*

ELEGIA IX.

Vnde Tomos dictus.

HIc quoq; sunt igitur Graiæ (quis crederet) vrbes
Inter inhumanæ nomina barbariæ?
Huc quoque Mileto missi venere coloni?
Inque Getis Graias constituere domos?
Sed vetus huic nomen, positaque antiquius vrbe,
Constat ab Absyrti cæde fuisse loco.
Nam rate, quæ cura pugnacis facta Minervæ,
Per non tentatas prima cucurrit aquas:
Impia desertum fugiens Medea parentem,
Dicitur his remos applicuisse vadis.
Quem procul vt vidit tumulo speculator ab alto:
Hospes ait nosco Colchide vela, [2] *venit.*
Dum trepidat Minyæ, dum soluitur aggere funis,
Dum sequitur celeres anchora tracta manus:
Conscia percussit meritorum pectora Colchis
Ausa atque ausura multa nefanda manu.
Et, quanquam superest ingens audacia menti,
Pallor in attonitæ virginis ore fuit.
Ergo vbi prospexit venientia vela: tenemur:
Et pater est aliqua fraude morandus, ait.
Dum quid agat quærit, dum versat in omnia vultus,
Ad fratrem casu lumina flexa tulit.
Cuius vt oblata est præsentia: vicimus, inquit:
Hic mihi mortis suæ causa salutis erit.
Protinus ignari, nec quidquam tale timentis
Innocuum rigido perforat ense latus:
Atque ita diuellit, diuulsaque membra per agros
Dissipat, in multis inuenienda locis.
Neu pater ignoret, sepulo proponit in alto
Pallentesque manus sanguineumque caput:
Vt genitor luctuque nouo tardetur: & artus
Dum legit extinctos, triste retardet iter.
Inde Tomos dictus locus hic: quia fertur in illo
Membra soror fratris consecuisse sui.

ELEGIA X.

Quibus cum gentibus viuat.

SI quis adhuc isti c meminit Nasonis adempti:
Et superest sine me nomen in vrbe meum:
Suppositum stellis numquam tangentibus æquor
Me sciat in media viuere barbaria.
Sauromatæ cingunt fera gens, Bessique Getæque:
Quam non ingenio nomina digna meo! [4]
Dum tamen aura tepet: medio defendimur Istro:
Ille suis liquidus bella repellit aquis.
At cum tristis hiems squallentia protulit ora,
Terraque marmoreo candida facta gelu,
Dum patet & Boreas, & nix iniecta sub Arcto:
Tum patet has gentes axe tremente premi.
Nix iacet: & iactam nec sol, pluuiæve resoluunt,
Indurat Boreas, perpetuamque facit.
Ergo, vbi dilicuit nondum prior, altera venit:
Et solet in multis bima manere locis.
Tantaque commoti vis est Aquilonis, vt altas
Æquet humo turres, tectaque rapta ferat.
Pellibus, & sutis arcent mala frigora braccis,
Oraque de toto corpore sola patent.
Sæpe sonant moti glacie pendente capilli:
Et nitet inducto candida barba gelu:
Nudáque consistunt formam seruantia testæ
Vina, nec hausta meri, sed data frusta bibunt.
Quid loquar? vt cuncti [1] *concrescunt frigore riui?*
Deque lacu fragiles effodiuntur aquæ?
Ipse, papyrifero qui non angustior amne,
Miscetur vasto multa per ora freto:
Cæruleos ventis latices durantibus Ister
Congelat: & tectis in mare serpit aquis:
Quaque rates ierant, pedibus nunc itur: & vndas
Frigore concretas vngula pulsat equi:
Perque nouos pontes, subter labentibus vndis
Ducunt Sarmatici barbara plaustra boues.
Vix equidem credar: sed cum sint præmia falsi
Nulla: [2] *ratam debet testis habere fidem.*
Vidimus ingentem glacie consistere pontum:
Lubricaque immotas testa premebat aquas.
Nec vidisse sat est: durum calcauimus æquor:
Vndaque non vdo sub pede summa fuit.
Si tibi tale fretum quondam Leandre fuisset:
Non foret angustæ mors tua crimen aquæ.
Tum neque se pandi possunt delphines in auras
Tollere: conantes dura coercet hiems.
Et quamuis boreas iactatis insonet alis:
Fluctus in obsesso gurgite nullus erit:
Inclusaque gelu stabunt, vt marmore puppes:
Nec poterit rigidas findere remus aquas.
Vidimus in glacie pisces hærere ligatos:
Sed pars ex illis tum quoque viua fuit.
Siue igitur nimij Boreæ vis sæua marinas,
Siue redundatas flumine cogit aquas:
Protinus æquato siccis aquilonibus Ister:
Inuehitur celeri barbarus hostis equo.
Hostis equo pollens, longeque volante sagitta
Vicinam late depopulatur humum.
Diffugiunt aly: nulliusque tuentibus agros,
Incustoditæ diripiuntur opes.
Ruris opes paruæ, pecus, & stridentia plaustra:
Et quas diuitias incola pauper habet.
Pars agitur vinctis post tergum capta lacertis,
Respiciens frustra rura, larémque suum.
Pars cadit hamatis misere confixa sagittis:
Nam volucri ferro tinctile virus inest.
Quæ nequeunt secũ ferre aut abducere, perdunt:
Et cremat insontes hostica flamma casas.

1 al. sit mea pœna loco.
2 a. posset. 3 al. dari. 4 al. Quæ.

1 al. concrescant. 2 al. ratam testis habet fidem.

Tum quoque cum pax est, trepidant formidine belli:
Nec quisquam presso vomere sulcat humum.
Aut videt aut metuit locus hic, quem non videt, hostem:
Cessat iners [1] rigidè terra relicta situ.
Non hic pampinea dulcis latet vua sub vmbra:
Nec cumulant altos feruida musta lacus.
Poma negat regio: nec haberet Acontius, in quo
Scriberet hic dominæ verba legenda suæ.
Adspiceres nudos sine fronde, sine arbore campos:
Heu loca felici non adeunda viro.
Ergo tam late patet cum maximus orbis:
Hæc est in [2] pœnas terra reperta [3] meas.

ELEGIA XI.

Inuehitur in maledicum.

SI quis es insultes qui casibus improbe nostris,
Meq; reum dempto fine cruentus agas:
Natus es è scopulis, nutritus lacte ferino:
Et dicam silices pectus habere tuum.
Quis gradus vlterior, [4] quo seruo porrigat ira
Restat? quidve meis cernis abesse malis?
Barbara me tellus, & inhospita litora ponti,
Cumq; suo borea Manalis vrsa videt.
Nulla mihi cum gente fera commercia linguæ:
Omnia solliciti sunt loca plena metus:
Vtq; fugax auidis ceruus deprensus ab vrsis:
Cinctáve montanis vt pauet agna lupis:
Sic ego belligeris à gentibus vndique septus
Terreor, hoste meum pæne premente latus.
Vtq; sit exiguum pæne, quod coniuge cara:
Quod patria careo, pignoribusq; meis:
Vt mala nulla feram, nisi nudam Cæsaris iram:
Nuda parum nobis Cæsaris ira mali est?
Et tamē est aliquis, qui vulnera cruda retractet:
Soluat & in mores ora diserta meos.
In caussa facili [5] quemuis licet esse disertum:
Et minimæ vires frangere quassa valent.
Subruere est arces & stantia mœnia virtus:
Quamlibet ignaui præcipitata premunt.
Non sum, qui fueram: quid inanem proteris vmbram?
Quid cinerem saxis bustáq; nostra petis?
Hector erat tunc cum bello certabat, & idem
Tractus ab Hæmonio non erat Hector equo.
Me quoque, quem noras olim, non esse memento:
Ex illo superant hæc simulacra viro:
Quid simulacra ferox dictis incessis amaris?
Parce precor manes sollicitare meos.
Omnia vera puta mea crimina: nil sit in illis
Quod magis errorem quam scelus esse putes.
Pendimus en profugi (satis tua pectora) pœnas
Exsilioq; graues, exsiliiq; loco.
[6] Carnifici mea flenda potest fortuna videri:
Le tamen est vno iudice mersa parum.
Sæuior es tristi Busiride, sæuior illo
Qui falsum lento torruit igne bouem:
Quiue bouem Siculo fertur donasse tyranno,
Et dictis artes conciliasse suas.
Munere in hoc rex est vsus, sed imagine maior:
Nec sola est operis forma probanda mei.
Adspicis à dextra latus hoc adapertile tauri?
Hac tibi, quem perdes, conijciendus erit.
Protinus inclusum lentis carbonibus vre:
Mugiet: & veri vox erit illa bouis.
Pro quibus inuentis, vt munus munere pensēs:
Da precor ingenio præmia digna meo.
Dixerat. at Phalaris, pœna mirande repertor,
Ipse tuum præsens imbue dixit opus.
Nec mora: monstratis crudeliter ignibus vstus
Exhibuit geminos ore gemente sonos.
Quid mihi cum Siculis? inter Scythiasque, Getasque?
Ad te quisquis is es, nostra querela redit.
Vtque sitim nostro possis explere cruore:
Quantaque vis, auido gaudia corde feras.
Tot mala sum fugiens tellure, tot æquore passus:
Te quoque vt auditis posse dolere putem.
Crede mihi si sit nobis collatus Vlysses:
Neptunique minor quam Iouis ira fuit.
Ergo quicumque es, rescindere crimina noli:
Deque graui duras vulnere tolle manus:
Vtque meæ famam tenuent obliuia culpæ:
Facta cicatricem ducere nostra sine:
Humanæque memor sortis, quæ tollit eosdem,
Et premit incertas ipse verere vices.
Et quoniam fieri quod nunquam posse putaui,
Est tibi de rebus maxima cura meis.
Non est quod timeas: fortuna miserrima nostra est
Omne trahit secum Cæsaris ira malum.
Quod magis vt liqueat, neue hoc ego fingere credar:
Ipse velim pœnas experiare meas.

ELEGIA XII.

Rogat mitiorem exilij locum.

FRigora iam zephyri minuunt: annoque peracto,
[1] Longior antiquis visa Meotis hiems:
Impositamque sibi qui non bene pertulit Hellen:
Tempora nocturnis æqua diurna facit:
Iam violas puerique legunt, hilaresque puellæ,
Ruraque quæ nullo nata serente ferunt:
Prataque pubescunt variorum flore colorum:
Indocilique loquax gutture vernat auis:
Vtque malæ crimen matris deponat hirundo,
Sub trabibus cunas tectáque parua facit:
Herbaque, quæ latuit Cerealibus obruta sulcis:
Exerit è tepida molle cacumen humo:
Quoq; loco est vitis, de palmite gemma mouetur:
Nam procul à Getico litore vitis abest.

1 al. rigido terra relicta gelu. 2 al. pœnam. 3 al. meam. 4 al. tua quo se porrigat ira. 5 al. cuiuis. 6 al. Carnifici fortuna potest mea flenda videri.

1 al. Tardior antiqua.

Quoque

Quoque loco est arbor turgescit in arbore ramus:
Nam procul à Geticis finibus arbor abest.
Otia nunc istic: iunctisq; ex ordine ludis
Cedunt verbosi garrula bella fori.
Lusus equo nunc est: leuibus nunc luditur armis:
Nunc pila, nunc celeri [1] vertitur orbe trochus.
Nunc vbi perfusa est oleo labente iuuentus:
Defessos artus virgine tingit aquas.
Scena viget: studiisq; fauor distantibus ardet:
Cumq; tribus resonant terna theatra foris.
O [2] quater & quoties non est numerare beatum,
Non interdicta cui licet vrbe frui.
At mihi sentitur nix verno sole soluta:
Quæq; lacu duro non fodiantur aquæ:
Nec mare concrescit glacie: nec vt ante, per Istrũ
Stridula Sauromates plaustra bubulcus agit.
Si tamen incipiunt aliquæ huc adnare carinæ:
Hospitaq; in ponti litore puppis adest:
Sedulus occurram nautæ: dictaq; salute
Quid veniat quæram, quisve, quibusve locis.
Ille quidem mirum, nisi de regione propinqua:
Non nisi vicinas tutus araret aquas.
Rarus ab Italia tantum mare nauita transit:
Litora rarus in hæc portubus orba venit.
Siue tamen Græca fcierit, siue illa Latina
Voce loqui certe gratior huius erit.
Fas quoque ab ore freti, longéque Propontidos vndis,
Huc aliquem certo vela dedisse noto.
Quisquis is est, memori rumorem voce referre,
Et fieri famæ parsq; gradusq; potest.
Is precor auditos possit narrare triumphos
Cæsaris, & Latio reddita vota Ioui:
Teq; rebellatrix tandem Germania magni,
Triste caput pedibus supposuisse ducis.
Hæc mihi qui referet, quæ non vidisse dolebo:
Ille meæ domui protinus hospes erit.
Hei mihi iámne domus Scythico Nasonis in orbe est?
Iamq; suum mihi dat pro lare pœna locum?
Di facite, vt Cæsar non hoc penetrale, domumq;,
Hospitium pœnæ sed velit esse meæ.

ELEGIA XIII.

In natalem suum.

ECce superuacuus (quid enim fuit vtile [4] nasci?)
Ad sua natalis tempora noster adest.
Dure quid ad miseros veniebas exsulis annos?
Debueras illis imposuisse modum.
Si tibi cura mei, vel si pudor vllus [5] adesset:
Non vltra patriam me sequerere meam.
Quoq; loco primũ tibi sum male cognitus infans,
Illo tentasses vltimus esse mihi:
Inq; relinquendo, quod idem fecere sodales,
Tu quoque dixisses tristis in vrbe, vale.
Quid tibi cum ponto? num te quoque Cæsaris ira
Extremam gelidi misit in orbis humum?
Scilicet expectas solitum tibi mortis honorem?
Pendeat ex humeris vestis vt alba meis?
Fumida cingatur florentibus ara coronis?
Micaq; solempni turis in igne sonet?
Libaq; dem pro te genitale notantia tempus?
Concipiamq; bonas ore fauente preces?
Non ita sum positus: nec sunt ea tempora nobis:
Aduentu possim lætus vt esse tuo.
Funeris ara mihi ferali cincta cupressu
Conuenit: & structis flamma parata rogis.
Nec dare tura libet nil exorantia diuos:
In tantis iubeant nec bona verba malis.
Si tamen est aliquid nobis hac luce petendum:
In loca ne redeas amplius ista precor,
Dum me terrarum pars pæne nouissima ponti
Euxinus falso nomine dictus habet.

ELEGIA XIIII.

Ad amicum, vt librum tueatur.

CVltor & antistes doctorum sancte virorum,
Quid facis ingenio semper amice meo?
Ecquid, vt incolumem quondã celebrare solebas,
Nunc quoque, ne videar totus abesse, caues?
Suscipis, exceptis ecquid mea carmina solis
Artibus, artifici quæ nocuere suo?
Immo ita fac quæso vatum studiose nouorum,
Quaque potes retine [1] nomen in vrbe meum.
Est fuga dicta mihi, non est fuga dicta libellis.
Qui domini pœnam non meruere sui.
Sæpe per [2] externas profugus pater exulat oras:
Vrbe tamen nauis exulis esse licet.
Palladis exemplo, de me sine matre creata
Carmina sunt: stirps hæc, progeniesq; mea:
Hanc tibi commendo: quæ quo magis orba parente est,
Hoc tibi tutori sarcina maior erit.
Tres mihi sunt nati contagia nostra secuti:
Cetera fac curæ sit tibi turba palam.
Sũt quoq; mutatæ ter quinque volumina formæ,
Carmina de domini funere rapta sui.
Illud opus potuit, si non prius ipse perissem,
Certius à summa nomen habere manu.
Nunc incorrectum populi peruenit in ora:
In populi quidquam si tamen ore meum est.
Hoc quoque nescio quid nostris appone libellis:
Diuerso missum quòd tibi ab orbe venit.
Quod quicumque leget si quis leget, æstimet ante
Compositum quo sit tempore, quoque loco.
Æquus erit scriptis: quorum cognouerit esse
Exsilium tempus, barbariemq; locum.
Inq; tot aduersis carmen mirabitur vllum
Ducere me tristi sustinuisse manu.
Ingenium fregere meum mala: cuius & ante
Fons infecundus, paruaq; vena fuit.
Sed quæcunque fuit, nullo excernente refugit,
Et longo perijt arida facta situ.
Non hic librorum per quos inuiter, alarque

[1] al. voluitur. [2] al. quantum. [3] al. His. [4] al. gigni. [5] al. inesset.

[1] al. corpus. [2] al. extremas.

Copia: pro libris arcus, & arma sonant.
Nullus in hac terra, recitem si carmina, cuius
Intellecturis auribus vtar, adest.
Nec quo secedam locus est: custodia muri
Summouet infestos clausaq; porta Getas.
Sæpe aliquod quæro verbum, nomenq;, locumq;:
Nec quisquam est, à quo certior esse queam.
Dicere sæpe aliquid conanti, turpe fateri,
Verba mihi desunt: dedidicitq; loqui.
Threicio, Scythicoq; fere circumsonor ore:
Et videor Geticis scribere posse modis.
Crede mihi, timeo, ne sint immista Latinis,
Inq; meis scriptis Pontica verba legas.
Qualemcumque legas, venia dignare libellum:
Sortis & excusa conditione meæ.

TRISTIVM LIB. IIII.

ELEGIA I.

Excusat libros si quid vitij habeant.

SI qua meis fuerint, vt erunt, vitiosa libellis,
Excusata suo tempore lector habe.
Exul eram: requiesque mihi non fama petita est:
Mens intenta suis ne foret vsque malis.
Hoc est cur cantet vinctus quoque compede fossor:
Indocili numero cum graue mollit opus.
[1] Cantat & innitens limosæ pronus arenæ
Aduerso tardam qui trahit amne ratem.
Quique refert pariter lentos ad pectora remos:
In numerum pulsa brachia versat aqua.
Fessus vt incubuit baculo, saxoq; resedit
Pastor: arundineo carmine mulcet oues.
Cantantis pariter, pariter data pensa trahentis
Fallitur ancillæ decipiturq; labor.
Fertur & abducta Briseide tristis Achilles
Hæmonia curas attenuasse lyra.
Cum traheret siluas Orpheus & dura canendo
Saxa: ibi amissa coniuge mæstus erat.
Me quoq; Musa leuat Ponti loca iussa petentem:
Sola comes nostræ perstitit illa fugæ:
Sola nec insidias inter, nec militis ensem,
Nec mare, nec ventos, barbariamq; timet.
Scit quoque, cum perij, [2]quis me deceperit error:
Et culpam in facto non scelus esse meo.
Scilicet hoc ipso nunc æqua quod obfuit ante:
Cum mecum [3]iuncti criminis acta rea est.
Non equidem vellem quoniam nocitura fuerunt,
Pieridum sacris imposuisse manum.
Sed nunc quid faciã? vis me tenet ipsa sacrorum:
Et carmen demens carmine læsus amo.
Sic noua Dulichio lotos gustata palato,
Illo quo nocuit, grata sapore fuit.
Sentit amãs sua damna fere: tamẽ hæret in illis:
Materiam culpæ persequiturq; suæ.
Nos quoque delectant quãuis nocuere, libelli:
Quodque mihi telum vulnera fecit, amo.
Forsitan hoc stuprum posset furor esse videri:
Sed quiddam furor hic vtilitatis habet.
Semper in obtutis mentem vetat esse malorum:
Præsentis casus immemoremq; facit.
Vtq; suum Bacche non sentit saucia vulnus:
Dum stupet Idæis exululata iugis:
Sic, vbi mota calent sacro mea pectora thyrso:
Altior humano spiritus ille malo.
Ille nec exilium Scythici nec litora ponti,
Ille nec iratos sentit habere deos.
Vtq; soporiferæ biberem si pocula lethes:
Temporis aduersi sic mihi sensus abest.
Iure deas igitur veneror mala nostra leuantes,
Sollicitas comites ex Helicone fugæ:
Et partim pelago, partim vestigia terra,
Vel rate dignatas, vel pede nostra sequi.
Sint precor hæ saltem faciles mihi. namq; Deorũ
Cetera cum magno Cæsare turba facit.
Meq; tot aduersis cumulat, quot litus arenas,
Quotq; fretum pisces, ouaq; piscis habet.
Vere prius flores, æstu numerabis aristas:
Poma per autumnum frigoribusq; niues:
Quam mala [1]quæ patior toto iactatus in orbe:
Dum miser Euxini litora sæua peto.
Nec tamen, vt veni, leuior fortuna malorum est:
Huc quoq; sunt nostras fata secuta vias.
Hic quoque [2]cognosco natalis stamina nostri:
Stamina de nigro vellere facta mihi.
Vtq; neque insidias, capitisq; pericula narrem:
Vera quidem vidi, sed grauiora fide.
Viuere quam miserum est inter Bessosq; Getasque,
Illum, qui populi semper in ore fuit.
Quam miserum est porta vitam muroq; tueri,
Vixq; sui tutum viribus esse loci.
Aspera militiæ iuuenis certamina fugi:
Nec nisi lusura mouimus arma manu.
Nunc senior gladioq; latus, scutoq; sinistram,
Canitiem galeæ subijcioq; meam.
Nam dedit è specula custos vbi signa tumultus:
Induimus trepida protinus arma manu.
Hostis habens arcus imbutaq; tela veneno,
Sæuus anhelanti mœnia lustrat equo.
Vtq; rapax pecudem, quæ se non texit ouili,
Per sata, per siluas fertq; refertq; lupus.
Sic, si quem nondum portarum sede receptum
Barbarus in campis repperit hostis, habet.
Aut sequitur captus, conjectáque vincula collo
Accipit: aut telo virus habente perit.
Hic ego sollicitæ iaceo nouus incola sedis:
Heu nimium fati tempora lenta mei!
Et tamen ad numeros antiquaq; sacra reuerti
Sustinet in tantis hospita Musa malis.
Sed neque cui recitem quisquam est mea carmina: nec qui
Auribus accipiat verba Latina suis.
Ipse mihi (quid enim faciam?) scriboq; legoq;:
Tutaq; iudicio littera nostra suo est.
Sæpe tamen dixi, cui nunc hæc cura laboras?
An mea Sauromatæ scripta Getæq; legent?

1 al. Cantet. 2 al. me quis deceperit error. 3 al. adiuncti.

1 al. quæ toto patior. 2 al. cognoui.

Sæpe

Sæpe etiam lacrymæ 1 sunt me scribente profusæ:
Humidaq; est fletu littera facta meo.
Corpus vetusta meum tanquam noua vulnera 2 norit:
Inque sinum mœsta labitur imber aquæ.
Dum vice mutata qui sim fuerimq; recordor:
Et tulerit quo me casus, & vnde subit.
Sæpe manus demens studijs irata sibique
Misit in arsuros carmina nostra 3 focos.
Atque ea de multis, quoniã non multa supersunt:
Cum venia facito, quisquis es, ista legas.
Tu quoq; non melius, quam sunt mea tempora carmen
Interdicta mihi consule Roma boni.

ELEGIA II.

Dolet non interesse triumpho, deuicta Germania.

IAm fera Cæsaribus Germania, totus vt orbis,
Victa potest flexo succubuisse genu.
Altaque velantur fortasse palatia sertis:
Turaq; in igne sonant, inficiuntq; diem:
Candidaq; adducta collum percussa securi
Victima purpureo sanguine 4 tingit humum:
Donaque amicorum templis promissa deorum
Reddere victores Cæsar vterque parant:
Et qui Cæsareo iuuenes sub nomine crescunt:
Perpetuo terras vt regat ista domus:
Cumque bonis nuribus pro sospite Liuia nato
Munera dat meritis sæpe datura deis:
Et pariter matres, & quæ sine crimine castos
Perpetua seruant virginitate focos.
Plebs pia, cumque pia lætatur plebe Senatus:
Paruaq; cuius eram pars ego nuper, eques.
Nos procul expulsos communia gaudia fallunt:
Famaque tam longe non nisi parua venit.
Ergo omnis populus poterit spectare triumphos:
Cumque ducum titulis oppida capta leget:
Vinctaque captiua reges ceruice 5 gerentes
Ante coronatos ire videbit equos:
Et cernet vultus alijs pro tempore versos:
6 Terribiles alijs immemoresque sui.
Quorum pars causas, & res, & nomina quæret:
Pars referet quamuis nouerit illa parum.
Hic, qui Sidonio fulget sublimis in ostro:
Dux fuerat belli proximus ille duci.
Hic, qui nunc in humo lumen miserabile fixit,
Non isto vultu, cum tulit arma, fuit:
Ille ferox & adhuc oculis hostilibus ardens,
Hortator pugnæ consiliumq; fuit.
Perfidus hic nostros inclusit fraude locorum:
Squalida prolixis qui tegit ora comis.
Illo qui sequitur, dicunt mactata ministro
Sæpe recusanti corpora capta deo.
Hic lacus, hi montes, hæc tot castella, tot amnes,
Plena fera cædis, plena cruoris erant.

1 al. me sunt, 2 al. nouit, al. sentit. 3 al. rogos.
4 al. pulsat. 5 al. ferentes.
6 al. Terribilesque.

Drusus in his meruit quõdam cognomina terris:
Quæ bona progenies digna parente fuit.
Cornibus hic fractis viridi male tectus ab vlua,
Decolor ipse suo sanguine Rhenus erat.
Crimibus en etiam fertur Germania passis:
Et ducis inuicti sub pede mœsta sedet:
Collaq; Romanæ prabens animosa securi
Vincula fert illa, qua tulit arma, manu.
Hos super in curru Cæsar victore veheris
Purpureus populi rite per ora tui:
Quaque ibis manibus circumplaudêre tuorum
Vndique iactato flore tegente vias.
Tempora Phœbea lauro cingetur: ioque
Miles io magna voce triumphe canet.
Ipse sono plausuque simul fremituque calentes
Quadrijugos cernes sæpe resistere equos:
Inde petes arcem, & delubra fauentia votis:
Et dabitur merito laurea vota Ioui.
Hæc ego summotus qua possem mente videbo:
Erepti vobis ius habet illa loci:
Illa per immensas spatiatur libera terras:
In cælum celeri peruenit illa 2 via:
Illa meos oculos mediam deducit in vrbem:
Immunes tanti nec sinit esse boni:
Inueniet que animus, qua currus spectet eburnos:
Sic certe in patria per breue tempus ero.
Vera tamen capiet populus spectacula felix:
Lætaque erit præsens cum duce turba suo.
At mihi fingenti tantum longeque remoto
Auribus hic fructus percipiendus erit.
Atque procul Latio diuersum missus in orbem
Qui narret cupido vix erit ista mihi.
Is quoque iam serum referet veteremque triumphum:
Quo tamen audiero tempore lætus ero.
Illa dies veniet, mea qua lugubria ponam:
Caussaque priuata publica maior erit.

ELEGIA III.

Alloquitur vtramque vrsam.

MAgna minorque fera, quarum regis altera Grais,
Altera Sidonias, vtraque sicca rates.
Omnia cum summo posita videatis in axe:
Et maris occiduas non subeatis aquas:
Æthereamque suis cingens amplexibus arcem,
Vester ab intacta circulus extet humo:
Adspicite illa precor, quæ non bene mœnia quondam
Dicitur Iliades transiliisse Remus:
Inque meam nitidos dominam conuertite vultus:
Sitque memor nostri necne referte mihi.
Hei mihi cur timui? quæ sunt manifesta requiro:
Cur labat ambiguo spes mea mista metu?
Crede quod est, & vise: ac desine tuta vereri:
Deque fide certa sit tibi certa fides.
Quodque polo fixæ nequeunt tibi dicere flammæ,
Non mentitura tu tibi voce refer:

1 al. vita. 2 al. fuga.

Esse tui memorem, de qua tibi maxima cura est:
Quodque potest, secum nomen habere tuum.
Vultibus illa tuis tanquam præsentibus hæret:
Teque remota procul si modo viuit, amat.
Ecquid tibi incubuit iusto mens ægra dolori.
Lenis ab admonito pectore somnus abit?
Tunc subeunt curæ, dum te lectusque locusque
Tangit? & oblitam non sinit esse mei?
Et veniunt æstus, & nox immensa videtur?
Fessaque iactati corporis ossa dolent?
Non equidem dubito, quin hæc & cætera fiant:
Detque tuus mœsti signa doloris amor:
Nec cruciere minus, quam cum Thebana peremptum
Hectora Thessalico vidit ab axe rapi.
Quid tamen ipse precer dubito: nec dicere possum,
Affectum quem te mentis habere velim,
Tristis es: indignor, quod sim tibi caussa doloris:
Non es vt amisso coniuge digna fores.
Tu vero tua damna dole mitissima coniux:
Tempus & à nostris exige triste malis:
Fleque meos casus: est quædam flere voluptas:
Expletur lacrymis, egeriturque dolor.
Atque vtinam lugenda tibi non vita, sed esset
Mors mea: morte fores sola relicta mea:
Spiritus hic per te patrias exisset in auras:
Sparsissent lacrymæ corpora nostra piæ:
Supremoque die notum spectantia cælum
Texissent digiti lumina nostra tui.
Et cinis in tumulo positus iacuisset auito:
Tactaque nascenti corpus haberet humus:
Denique dum vixi sine crimine, mortuus essem.
Nunc mea supplicio vita pudenda suo est.
Me miserum, tu si, cum diceris exulis vxor,
Auertis vultus, & subit ora rubor.
Me miserum si turpe putas mihi nupta videri.
Me miserum si te iam pudet esse meam.
Tempus vbi est illud, quo te iactare solebas
Coniuge? nec nomen dissimulare viri?
Tempus vbi est, quo te (nisi non vis illa referri)
Et dici memini, iuuit & esse meam?
Vtq; proba dignum est, omni tibi dote placebam:
Addebat veris multa fauentis amor.
Nec quem præferres, ita res tibi magna videbar:
Quemve tuum malles esse, vir alter erat.
Nunc quoque ne pudeat, quod sis mihi nupta tuúsque:
Non debet dolor hinc, debet abesse pudor.
Cum cecidit Capaneus subito temerarius ictu:
Non legis Euadnen erubuisse viro.
Nec, quia rex mundi compescuit ignibus ignes:
Ipse suis Phaëthon infitiandus erat.
Nec Semele Cadmo facta est aliena parenti:
Quod precibus perijt ambitiosa suis.
Nec tibi quod sauis ego sum Iouis ignibus ictus:
Purpureus molli fiat in ore rubor:
Sed magis in nostri curam consurge tuendi:
Exemplumq; mihi coniugis esto bonæ:
Materiamq; tuis tristem virtutibus imple:

1 al. vt. 2 al. meum. 3 al. te.

Ardua per præceps gloria vadit iter.
Hectora quis nosset, felix si Troia fuisset:
Publica virtutis per mala facta via est.
Ars tua Tiphy iacet, si non sit in æquore fluctus:
Si valeant homines, ars tua Phœbe iacet.
Quæ latet, inque bonis cessat non cognita rebus:
Apparet virtus, arguiturq; malis.
Dat tibi nostra locum tituli fortuna: capitque
Conspicuum pietas, qua tua tollat, habet.
Vtere temporibus: quorum nunc munere freta es.
Et patet in laudes area 1 magna tuas.

ELEGIA IIII.

Ad amicum pro cuius nomine signa ponit.

Qui nominibus cum sis generosus auitis,
Exsuperas morum nobilitate genus:
Cuius inest animo patrij candoris imago:
Non careat 2 neruis candor vt iste suis:
Cuius in ingenio est patriæ facundia linguæ:
Qua prior in Latio non fuit vlla foro:
Quod minime volui, positis pro nomine signis
Dictus es, ignoscas laudibus ipse tuis.
Nil ego peccaui: tua te bona cognita produnt:
Si, quod es appares, culpa soluta mea est.
Nec tamen officium nostro tibi carmine factum
Principe tam iusto posse nocere puto.
Ipse pater patriæ, quid enim ciuilius illo?
Sustinet in nostro carmine sæpe legi:
Nec prohibere potest: quia res est publica Cæsar:
Et de communi pars quoque nostra bono est.
Iupiter ingenijs præbet sua 3 numina vatum:
Seque celebrari quolibet ore sinit.
Caussa tua exemplo superorum tuta duorum est:
Quorum hic adspicitur, creditur ille deus.
Vt non debuerim, tamen hoc ego crimen habebo:
Non fuit arbitrij littera nostra tui.
Nec noua, quod tecum loquor, est iniuria nostra:
Incolumis cum quo sæpe locutus eram.
Quo vereare minus ne sim tibi crimen amicus:
Inuidiam, si qua est, auctor habere potest.
Nam tuus est primis cultus mihi semper ab annis
(Hoc certe noli dissimulare) pater:
Ingeniumque meum (potes hoc meminisse) probabat
Plus etiam quam me iudice dignus eram.
Deque meis illo referebat versibus ore:
In quo pars alta nobilitatis erat.
Non igitur tibi nunc, quod me domus ista recepit:
Sed prius auctori sunt data verba tuo.
Nec data sunt, mihi crede, tamen. sed in omnibus actis
Vltima si demas, vita tuenda mea est.
Hanc quoque, qua perij, culpam, scelus esse negabis
Si tanti series sit tibi nota mali.

1 al. lata. 2 al. numeris.
3 al. nomina.

Aut

Aut timor, aut error, nobis prius obfuit error:
1 At fine me fati non meminiſſe mei.
Neue retractando nondum coeuntia rumpe
Vulnera, vix illis proderit ipſa quies.
Ergo vt iure damus pœnas: ſic abfuit omne
Peccato facinus conſiliumque meo.
Idq; Deus ſentit: pro quo nec lumen ademptum:
Nec mihi detractas poſſidet alter opes.
Forſitan hanc ipſam viuat modo ſiniet olim,
Tempore cum fuerit lenior ira, fugam.
Nunc precor hinc alio iubeat diſcedere: ſi non
Noſtra verecundo vota pudore carent.
Mitius exſilium pauloque 2 quietius oro:
Quique ſit à ſæuo longius hoſte, locum.
Tantaque in Auguſto clementia: ſi quis ab illo
Hæc peteret pro me: forſitan ille daret.
Frigida me cohibent Euxini litora ponti:
Dictus ab antiquis Axenus ille fuit.
Nam neque iactantur moderatis æquora ventis:
Nec placidos portus hoſpita nauis habet.
Sunt circa gentes quæ prædam ſanguine quærunt:
Nec minus infidæ terra timetur aqua.
Illi, quos nudis hominum gaudere cruore,
Pæne ſub eiuſdem frigoris axe iacent.
Nec procul à nobis locus eſt, vbi Taurica dira
Cæde pharetratæ ſpargitur ara deæ.
Hæc prius, vt memorant non inuidioſa nefandis,
Nec cupienda bonis, regna Thoantis erant.
Hic pro ſuppoſita virga Pelopeia cerua
Sacra deæ coluit qualiacumque ſuæ.
Quo poſtquam, dubium pius an ſceleratus, Oreſtes
Exactus furiis venerat ipſe ſuis:
Et comes exemplum veri Phocæus amoris.
Qui duo corporibus, mentibus vnus erant:
Protinus euincti triſtem ducuntur ad aram:
Quæ ſtabat geminas ante cruenta fores.
Nec tamen hunc ſua mors, nec mors ſua terruit illum:
Alter 3 ab alterius funere mœſtus erat.
Et iam conſtiterat ſtricto mucrone ſacerdos:
Cinxerat & Graias barbara vitta comas.
Cum vice ſermonis fratrem cognouit, & illi
Pro nece complexus 1 phigeneia dedit.
Læta deæ ſignum crudelia ſacra peroſæ
Tranſtulit ex illis in meliora locus:
Hæc igitur regio magni pæne vltima mundi,
Quam fugere homines, dique, propinqua mea eſt,
Atque meam terram prope ſunt funebria ſacra:
Si modo 4 Naſonis barbara ſua eſt.
O vtinam venti, quibus eſt ablatus Oreſtes,
Placata referant & mea vela deo.

ELEGIA V.

Ad amicum cuius nomen tacet, ne noceat.

1 al. Ah. 2 al. propinquius.
3 al. in. 4 al. Naſoni.

O Mihi dilectos inter ſors prima ſodales,
Vnica fortunis ara reperta meis:
Cuius ab alloquiis anima hæc moribunda reuixit
Vt vigil infuſa Pallade flamma ſolet:
Qui veritus non eſt portus aperire fideles
Fulmine percuſſæ confugiumque rati:
Cuius eram ſenſu non me ſenſurus egentem:
Si Cæſar patrias eripuiſſet opes:
Temporis oblitum dum me rapit impetus huius:
Excidit heu nomen quam mihi pæne tuum.
Tu tamen agnoſcis: tactuſque cupidine laudis,
Ille, ego ſum, cuperes dicere poſſe palam.
Certe ego, ſi ſineres, titulum tibi reddere vellem:
Et raram famæ conciliare fidem.
Ne noceam grato vereor tibi carmine, neue
Intempeſtiuus nominis obſtet honor.
Quod licet, 1 & tutum eſt, intra tua pectora gaudet
Meque tui memorem, teque fuiſſe pium.
Vtque facis remis ad opem luctare ferendam:
Dum veniet placido mollior aura deo:
Et tutare caput nulli ſeruabile: ſi non
Qui merſit Stygia ſubleuet illud aqua.
Teque quod eſt rarum præſta conſtanter ad omne
Indeclinatæ munus amicitiæ.
Sic tua proceſſus habeat fortuna perennes:
Sic ope non egeas ipſe, tuique tuos:
Sic æquet tua nupta virum bonitate perenni,
Incidat & veſtro 2 rara querela toro:
Diligat & ſemper ſocius te ſanguinis illo
Quo pius affectu Caſtora frater amat:
Sic tuuenis, ſimiliſque tibi ſit natus: & illum,
Moribus agnoſcat quilibet eſſe tuum:
Sic faciat ſocerum teda te nata iugali:
Nec tardum iuueni det tibi nomen aui.

ELEGIA VI.

Omnia tempore leniri: ſua vero mala exaſperari, eo ipſo, quod diuturnitate fractus non ſufficeret iis ferendis.

TEmpore ruricolæ patiens ſit taurus aratri:
Præbet & incuruo colla premenda iugo.
Tempore paret equus lentis animoſius habenis:
Et placido duros accipit ore lupos.
Tempore Pœnorum compeſcitur ira leonum:
Nec feritas animo, quæ fuit ante, manet.
Quæque ſui iuſſis obtemperat Inda magiſtri
Bellua, ſeruitium tempore victa ſubit.
Tempus, vt extentis tumeat facit vua racemis:
Vixq; merum capiant grana, quod intus habet.
Tempus & in canas ſemen perdutit ariſtas:
Et ne ſint triſti poma ſapore facit.
Hoc tenuat dentem terram findentis aratri:
Hoc rigidos ſilices hoc adamanta terit.
Hoc etiam ſæuas paulatim mitigat iras:
Hoc minuit luctus: mœſtaque corda leuat.

1 al. hoc.
2 al. nulla.

Cuncta potest igitur tacito pede lapsa vetustas
Præterquam curas attenuare meas.
Vt patria careo: bis frugibus area trita est;
Dissiluit nudo pressa bis vua pede.
1 Nec quæsita tamen spatio patientia longo est:
Mensque mali sensum nostra recentis habet.
Scilicet & veteres fugiunt iuga sæpe iuuenci:
Et domitus freno sæpe repugnat equus.
Tristior est etiam præsens ærumna priore:
Vt sit enim sibi par: creuit, & aucta mora est.
Nec tam nota mihi, quàm sunt, mala nostra fuerunt:
Sed magis 2 hoc, quo sunt cognitiora, grauant.
Est quoque non minimum vires afferre recentes:
Nec præconsumptum temporis esse malis.
Fortior in fulua nouus est lusctator arena:
Quam cui sunt tarda brachia fessa mora.
Integer est melior nitidis gladiator in armis:
Quam cui tela suo sanguine tincta rubent.
Fert bene præcipites nauis modo facta procellas:
Quamlibet exiguo soluitur imbre vetus.
Nos quoque quæ ferimus tulimus patientius ante
Quæ mala sunt longa multiplicata die.
Credite deficio, nostroque à corpore quantum
Auguror, accedunt tempora parua malis:
Nam neque sunt vires, nec qui color esse solebat:
Vix habeo tenuem quæ tegat ossa cutem.
Corpore sed mens est ægro magis ægra: malique
In circumspectu stat sine fine sui.
Vrbis abest facies, absunt mea cura sodales:
Et, qua nulla mihi carior, vxor abest.
Vulgus adest Scythicum, braccataque turba Getarum,
Sic mala, quæ video, non videoque, nocent.
Vna tamen spes est, quæ me 3 solatur in istis:
Hæc fore morte mea non diuturna mala.

ELEGIA VII.

Accusat amicum quod ab eo literas non acceperit.

Bis me sol adijt gelidam post frigore brumam:
Bisque suum tacto pisce peregit iter.
Tempore tam longo cur non tua dextera versus
Quamlibet in paucos officiosa fuit?
Cur tua cessauit pietas, scribentibus illis,
Exiguus nobis cum quibus vsus erat?
Cur quoties alicui dum charta vincula dempsi,
Illam speraui nomen habere tuum?
Di faciant, vt sæpe tua sit epistola dextra
Scripta, sed 4 ex multis reddita nulla mihi.
Quod precor esse liquet. credam prius ora Medusæ
Gorgonis anguineis cincta fuisse comis:
Esse canes vtero sub virginis: esse Chimaram,
A truce quæ flammis separet angue leam:
Quadrupedesque homines cum pectore pectora iunctos:
Ter geminumque virū, ter geminumq; canem:

1 al. Non. 2 al. hæc.
3 al. soletur. 4 al. è.

Sphingaque, & Harpyias, serpentipedesque Gigantes:
Centimanumque Gygen semibouemque virū:
Hæc ego cuncta prius, quam te carissime credam
Mutatum, & curam deposuisse mei.
Innumeri montes inter me teque, viaque,
Fluminaque, & campi, nec freta pauca iacent.
Mille potest caussis, à te quæ littera sæpe
Missa sit, in nostras rara venire manus.
Mille tamen caussas scribendo vince frequenter:
Excusem ne te semper amice mihi.

ELEGIA VIII.

Queritur se iam senem exsulare.

Iam mea cygneas imitantur tempora plumas,
Inficit & nigras alba senecta comas:
Iam subeunt anni fragiles, & inertior ætas:
Iamque parum firmo me mihi ferre graue est.
Nunc erat, vt posito deberem fine laborum
Viuere me nullo sollicitante metu:
Quæque mea semper placuerunt otia menti,
Carpere: & in studijs molliter esse meis.
Et paruam celebrare domū, veteresque Penates:
Et quæ nunc domino rura paterna carent:
Inque sinu domine, carisque nepotibus, inque
Securus patria consenuisse mea.
Hæc mea sic quondam peragi sperauerat ætas:
Hos ego sic annos ponere dignus eram.
Non ita 1 dis visum: qui me terraque, marique
2 Actum Sarmaticis exposuere locis.
In caua ducuntur quassæ naualia puppes:
Ne temere in medijs dissoluantur aquis.
Ne cadat, & multas palmas inhonestet adeptas:
Languidus in pratis gramina carpit equus.
Miles vbi emeritis non est satis vtilis armis:
Ponit ad antiquos, qua tulit arma, lares.
Sic igitur tarda vires minuente senecta,
Me quoque donari iam rude tempus erat.
Tempus erat nec me peregrinum ducere cælum:
Nec siccam Getico fonte leuare sitim.
Sed modo, quos habui, vacuos secedere in hortos:
Nunc hominum visu rursus & vrbe frui.
Sic animo quondam non diuinante futura
Optabam placide viuere posse senex.
Fata repugnarunt: quæ, cum mihi tempora prima
Mollia præbuerint, posteriora grauant.
Iamque decem lustris omni sine labe peractis,
Parte premor vitæ deteriore meæ.
Nec procul à metis, quas pæne tenere videbar,
Curriculo grauis est facta ruina meo.
Ergo illum demens in me sæuire coegi:
Mitius immensus quo nihil orbis habet:
Ipsaque delictis victa est clementia nostris:
Nec tamen errori vita negata meo est.
Vita procul patria peragenda sub axe Boreo est:
Qua maris Euxini terra sinistra iacet.
Hæc mihi si Delphos, Dodonaque diceret ipsa:
Esse videretur, vanus vterque locus.
Nil adeo validum est, adamas licet alliget illud,

1 al. diis. 2 al. lactum.

Vt

Vt maneat rapido firmius igne Iouis.
Nil ita sublime est: supraque pericula tendit,
Non sit vt inferius, suppositumq; deo.
Nam quanquam vitio pars est 1 contracta malorum.
Plus tamen exitij numinis ira dedit.
At vos admoniti nostris quoque casibus este:
Æquantem superos emeruisse virum.

ELEGIA IX.

Admonet quendam ne pergat lædere.

Si licet, & pateris, nomen facinusq; tacebo:
Et tua Letheis acta dabuntur aquis:
Nostraque vincetur lacrymis clementia seris:
Fac modo te pateat pœnituisse tui:
Fac modo te damnes: cupiasque eradere vitæ
Tempora, si possis, Tisiphonæa tuæ.
Sin minus, & flagrant odio tua pectora nostro:
Induet infelix arma coacta dolor.
Sim licet extremum, sicut sum, missus in orbem:
Nostra suas 2 istuc porriget ira manus.
Omnia, si nescis, Cæsar mihi iura reliquit:
Et sola est patria pœna carere mea.
Et patriam modo sit Iouis, speramus ab illo.
Sæpe Iouis telo quercus adusta viret.
Denique vindictæ si sit mihi nulla facultas:
Pierides vires & sua tela dabunt.
Quod Scythicis habitem longe summotus in oris:
Siccaque sint oculis proxima signa meis:
Nostra per immensas ibunt præconia gentes:
Quodque querar, notum, qua patet orbis, erit.
Ibit ad occasum, quidquid dicemus ab ortu:
Testis & Hesperiæ vocis Eous erit.
Trans ego tellurem, trans altas audiar vndas:
Et gemitus vox est magna futura mei.
Nec tua te sontem tantummodo sæcula norint:
Perpetuæ crimen posteritatis eris.
Iam feror in pugnas: & nondum cornua sumpsi:
Nec mihi sumendi caussa sit vlla velim.
Circus adhuc cessat: spargit tamen acer arenam
Taurus: & infesto iam pede pulsat humum.
Hoc quoque, quam volui, plus est: cane Musa 3 recessus:
Dum licet huic nomen dissimulare suum.

ELEGIA X.

De seipso ad posteritatem.

Ille ego, qui fueram tenerorum lusor amorum,
Quem legis, vt noris, accipe posteritas.
Sulmo mihi patria est gelidis vberrimus vndis:
Millia qui nouies distat ab vrbe decem.
Editus hinc ego sum: nec non vt tempora noris:
Cum cecidit fato consul vterque pari:
Si quid id est, vsq; à proauis vetus ordinis hæres,
Non modo fortunæ munere factus eques.
Nec stirps prima fui, genito sum fratre creatus:
Qui tribus ante quater mensibus ortus erat.
Lucifer amborum natalibus affuit idem:
Vna celebrata est per duo liba dies.

1 al. exhausta. 2 al. istinc. 3 al. receptus.

Hæc est 1 armiferæ festis de quinque Minervæ,
Quæ fieri pugna prima cruenta solet.
Protinus excolimur teneri: curaque parentis
Ionus ad insignes vrbis ab arte viros.
Frater ad eloquium viridi tendebat ab æuo
Fortia verbosi natus ad arma fori.
At mihi iam puero cælestia sacra placebant:
Inque suum furtim Musa trahebat opus.
Sæpe pater dixit, studium quid inutile tentas?
Mæonides nullas ipse reliquit apes.
Motus eram dictis, totoque Helicone relicto
Scribere conabar verba soluta modis.
Sponte sua carmen numeros veniebat ad aptos:
Et quod tentabam scribere, versus erat.
Interea tacito passu labentibus annis,
Liberior fratri sumpta mihiq; toga est.
Induiturq; humeris cum lato purpura clauo:
Et studium nobis quod fuit ante, manet.
Iamq; decem vitæ frater geminauerat annos,
Cum perit: & cœpi parte carere mei.
Cepimus & tenera primos ætatis honores:
2 Deq; viris quondam pars tribus vna fui:
Curia restabat: claui mensura coacta est:
Maius erat nobis viribus illud 3 onus.
Nec patiens corpus, nec mens fuit apta labori:
Sollicitæque fugax ambitionis eram:
Et petere Aonias suadebant tuta sorores
Otia, iudicio semper amata meo.
Temporis illius colui, fouiq; poetas:
Quotque aderant vates, rebar adesse deos.
Sæpe suas volucres legit mihi grandior æuo,
Quæque nocet serpens, quæ iuuat herba, Macer.
Sæpe suos solitus recitare Propertius ignes:
Iure sodalitio qui mihi iunctus erat.
Ponticus heroo, Battus quoque clarus iambo,
Dulcia conuictus membra fuere mei.
Et tenuit nostras numerosus Horatius aures:
Dum ferit Ausonia carmina culta lyra.
Virgilium vidi tantum: nec auara Tibullo
Tempus amicitiæ fata dedere meæ.
Successor fuit hic tibi Galle: Propertius illi:
Quartus ab his serie temporis ipse fui.
Vtque ego maiores, sic me coluere minores:
Notaque non tarde facta Thaleia mea est.
Carmina cum primum populo iuuenilia legi:
Barba resecta mihi bisve, semelve fuit.
Mouerat ingenium totam cantata per vrbem
Nomine non vero dicta Corinna mihi.
Multa quidem scripsi: sed quæ vitiosa putaui,
Emendaturis ignibus ipse dedi.
Tum quoque cum fugerem, quædam placitura cremaui
Iratus studio carminibusq; meis.
Molle, Cupidineis nec inexpugnabile telis
Cor mihi, quodque leuis caussa moueret, erat.
Cum tamen 4 hoc essem, minimoque accenderer igne:
Nomine sub nostro fabula nulla fuit.

1 al. armigeræ. 2 al Eque.
3 al. opus. 4 al. hic.

Pane mihi puero nec digna, nec vtilis vxor
Est data: quæ tempus per breue nupta fuit.
Illi successit, quamuis sine crimine coniux:
Non tamen in nostro firma futura toro.
Vltima quæ mecum seros permansit in annos:
Sustinuit coniux exsulis esse viri.
Filia me mea bis prima fecunda iuuenta,
Sed non ex vno coniuge fecit auum.
Et iam complerat genitor sua fata, nouemque
Addiderat lustris altera lustra nouem:
Non aliter fleui, quam me fleturus 1 ademptum
Ille fuit: matri proxima busta tuli.
Felices ambo tempestiueque sepulti:
Ante diem pœnæ quod periere meæ.
Me quoque felicem, quod non viuentibus illis
Sum miser, & de me quod doluere nihil.
Si tamen extinctis aliquid nisi nomina restant,
Et gracilis structos effugit vmbra rogos.
Fama parentales si vos mea contigit vmbræ,
Et sunt in Stygio crimina nostra foro:
Scite precor causſam (nec vos mihi fallere fas est)
Errorem iussæ non scelus esse fugæ.
Manibus hoc satis est: ad vos studiosa reuertor
Pectora: quæ vitæ quæritis acta meæ.
Iam mihi canities, pulsis melioribus annis
Venerat, antiquus miscueratq; comas:
Postque meos ortus Pisæa vinctus oliua
2 Abstulerat decies pramia victor eques:
Cum maris Euxini positos ad læua Tomitas
Quærere me læsi principis ira iubet.
Causſa mea cunctis nimium quoque nota ruinæ
Indicio non est testificanda meo.
Quid referam comitumque nefas, famulosq; nocentes?
Ipseq; multa tuli non leuiora fuga.
Indignata malis mens est succumbere: seq;
Præstitit inuictam viribus vsa suis.
Oblitusq; mei ductæq; per otia vitæ,
Insolita cepi temporis arma manu.
Totque tuli 3 terra casus pelagoque, quot inter
Occultum stellæ conspicuumque polum:
Tacta mihi tandem longis erroribus acto,
Iuncta pharetrati Sarmatis ora Getis.
Hic ego finitimis quamuis circumsonor armis,
Tristia, quo possum carmine, fata leuo.
Quod quãuis nemo est, cuius referatur ad aures:
Sic tamen absumo, decipioq; diem.
Ergo quod viuo, durisq; laboribus obsto,
Nec me sollicitæ tadia lucis habent:
Gratia Musa tibi: nam tu solatia præbes:
Tu cura requies, tu medicina venis:
Tu dux & comes es: tu nos abducis ab Istro:
In medioq; mihi das Helicone locum:
Tu mihi, quod rarum est, viuo sublime dedisti
Nomen: ab exsequijs quod dare fama solet:
Nec qui detractat præsentia liuor, iniquo
Vllum de nostris dente momordit opus.
Nam tulerint magnos cum sacula nostra poetas,
Non fuit ingenio fama maligna meo.
Cumq; ego præponã multos mihi: non minor illis
Dicor: & in toto plurimus orbe legor.
Si quid habent igitur vatum præsagia veri:
Protinus vt moriar non ero terra tuus.
Siue fauore tuli, siue hanc ego carmine famam:
Iure tibi grates candide lector ago.

TRISTIVM LIB. V.

ELEGIA I.

Ad amicum, vt & hunc librum accipiat.

HVnc quoque de Getico nostri studiose libellũ
Litore præmissis quattuor adde meis.
Hic quoque talis erit, qualis fortuna poetæ:
Inuenies toto carmine dulce nihil.
Flebilis vt noster status est, ita flebile carmen,
Materiæ scripto conueniente suæ.
Integer & lætus, læta & iuuenilia 1 lusi:
Illa tamen nunc me composuisse piget.
Vt cecidi, subiti perago præconia casus:
Sumque argumenti conditor ipse mei.
Vtque iacens ripa deflere Caystrius ales
Dicitur ore suam deficiente necem:
Sic ego Sarmaticas longe proiectus in oras,
Efficio tacitum ne mihi funus eat.
Delicias si quis, lasciuaque carmina quærit:
Præmoneo numquam scripta quod ista legat.
Aptior huic Gallus, blandique Propertius oris,
Et plures, quorum nomina magna vigent.
Atque vtinam numero nos non essemus in isto:
Hei mihi cur vnquam Musa locuta mea est?
Sed dedimus pœnas, Scythicique in finibus Istri
Ille pharetrati lusor amoris adest.
Quod superest, socios ad publica carmina flexi:
Et memores iussi nominis esse mei.
Si tamen ex vobis aliquis tam multa requiret,
Vnde dolenda canam: multa dolenda tuli.
Non hæc ingenio, non hæc componimus arte:
Materia est proprijs ingeniosa malis.
Et quota fortunæ pars est in carmine nostræ:
Felix qui patitur quæ numerare potest.
Quot frutices siluæ, quot flauas Tibris arenas.
Mollia quot Martis gramina campus habet:
Tot mala pertulimus quorum medicina, quieſq;
Nulla nisi in studio est, Pieridumq; mora.
Quis tibi Naso modus lacrymosi carminis? inquis:
Idem fortunæ qui modus huius erit.
Quod 2 querar illa mihi pleno de fonte ministrat:
Nec mea sunt fati verba sed ista mei.
At mihi si cara patriam cum coniuge reddas:
Sint vultus hilares: simque quod ante fui.
Lenior inuicti si sit mihi Cæsaris ira:
Carmina lætitiæ iam tibi plena dabo.
3 Nec tamen vt lusit, rursus mea litera ludet:
Sit semel illa ioco luxuriata meo.
Quod probet ipse canã pœna modo parte leuata:
Barbariam, rigidos effugiamque Getas.
Interea nostri quid agant nisi triste libelli?

1 al. adempto. 2 al. Abstuleris
3 al. pœnas tetra.

a al. scripsi 2 al. queror. 3 al. Nec.

Te-

Tibia funeribus conuenit iſta meis.
At poteras, inquis, melius mala ferre ſilendo:
Et tacitus caſus diſſimulare tuos.
Exigis vt nulli gemitus tormenta ſequantur:
Acceptoque graui vulnere flere vetas.
Ipſe Perilleo Phalaris permiſit in aere
Edere mugitus: & bouis ore queri.
Cum Priami lacrymis offenſus non ſit Achilles:
Tun' fletus inhibes durior hoſte meos?
Cum faceret Nioben orbam Latonia proles:
Non tamen 1 & ſiccas iuſſit habere genas.
Eſt aliquid fatale malum per verba leuare:
Hoc querulam Prognen, Halcyonenque facit:
Hoc erat in gelido quare Paantius antro
Voce fatigaret Lemnia ſaxa ſua.
Strangulat incluſus dolor atque exaſtuat intus:
Cogitur & vires multiplicare ſuas.
Da veniam potius: vel totos tolle libellos:
Si mihi quod prodeſt, hoc tibi lector obeſt.
Sed nec obeſſe poteſt vlli: nec ſcripta fuerunt
Noſtra niſi auctori pernitioſa ſuo.
At mala ſunt fateor: quis te mala ſumere cogit:
Aut quis deceptum ponere ſumpta vetat?
Ipſe nec hoc mando: ſed vt hue deducta legantur:
Non ſunt illa ſuo barbariora loco.
Nec me Roma ſuis debet conferre poetis:
Inter 2 Sauromatas ingenioſus eram.
Denique nulla mihi captatur gloria, quæque
Ingenio ſtimulos ſubdere fama ſolet.
Nolumus aſſiduis animum tabeſcere curis:
Quæ tamen irrũpunt: quóque vetantur, eunt.
Cur ſcribam docui: cur mittam quæritis iſtos:
Vobiſcum cupio quolibet eſſe modo.

ELEGIA II.

Ad vxorem ne timeat rogare Cæſarem.

ECquid vt è Ponto noua venit epiſtola palles?
Et tibi ſollicita ſoluitur illa manu?
Pone metum: valeo: corpuſque, quod ante laborũ
Impatiens nobis inualidumque fuit:
Sufficit: atque ipſo vexatum induruit vſu:
3 An magis infirmo non vacat eſſe mihi?
Mens tamen ægra iacet, nec tempore robora ſumpſit:
Affectuſque animi qui fuit ante, manet.
Quæque mora, ſpatioque ſuo coitura putaui:
Vulnera non aliter, quam modo facta, dolent.
Scilicet exiguis prodeſt annoſa vetuſtas:
Grandibus accedunt tempore damna malis.
Pane decem totis aluit Paantius annis
Peſtiferum tumido vulnus ab angue datum.
Telephus æterna conſumptus tabe periſſet:
Si non quæ nocuit dextra tuliſſet opem.
Et mea ſi facinus nullum commiſimus, opto
Vulnera qui fecit, facta leuare velit.
Contentuſque mei iam tandem parte doloris,

1 al. hæc. 2 al. Sarmaticos.
3 al. Et magis infirmo.

Exiguum pleno de mare damat aqua.
Detrahat vt multum, multum reſtabit acerbi:
Parſque mea pœnæ totius inſtar erit.
Litora quot conchas, quot amœna roſaria flores,
Quotve ſoporiferum grana papauer habet:
Silua feras quot alit, quot piſcibus vnda natatur,
1 Quot tenerum pennis aera pulſat auis:
Tot premor aduerſis: quæ ſi compendere coner,
Icariæ numerum dicere coner aquæ.
Vtque viæ caſus, vt amara pericula ponti,
Vt taceam ſtrictas in mea fata manus:
Barbara me tellus, orbiſque nouiſſima magni
Suſtinet, & ſæuo cinctus ab hoſte locus.
Hinc ego traiicerer: nec enim mea culpa cruenta eſt:
Eſſet, quæ debet ſi tibi cura mei.
Ille deus bene quo Romana potentia nixa eſt:
Sæpe ſuo victor lenis in hoſte fuit.
Quid dubitas? & tuta times? accede, rogaque:
Cæſare nil ingens mitius orbis habet.
Me miſerum quid agam? ſi proxima quæq. relinquunt:
Subtrahis & fracto tu quoque colla iugo.
Quò ferar? vnde petam 2 lapſis ſolatia rebus?
Anchora iam noſtram non tenet vlla ratem.
Viderit: ipſe ſacram quamuis inuiſus ad aram
Confugiam: nullas ſummouet ara manus.
Alloquar en abſens abſentia numina ſupplex:
Si fas eſt homini cum Ioue poſſe loqui.
Arbiter imperij, quo certum eſt ſoſpite cunctos
Auſoniæ curam gentis habere deos:
O decus, ô patriæ per te florentis imago!
O vir non ipſo, quem regis, orbe minor!
Sic habites terras, & te deſideret æther:
Sic ad pacta tibi ſidera tardus eas.
Parce precor: minimamque tuo de fulmine partẽ
Deme: ſatis pœnæ, quod ſuperabit, erit.
Ira quidem moderata tua eſt: vitamque dediſti:
Nec mihi ius ciuis, nec mihi nomen abeſt.
Nec mea conceſſa eſt aliis fortuna: nec exſul
Edicti verbis nominor ipſe tui.
Omniaque hæc timui, quoniã meruiſſe videbar:
Sed tua peccato lenior ira meo eſt.
Arua relegatum iuſſiſti viſere Ponti,
Et Scythicum profuga ſcindere puppe fretum.
Iuſſus ad Euxini deformia litora veni
Æquoris: hæc gelido terra ſub axe iacet.
Nec me tam cruciat numquam ſine frigore tẽpũ:
Glebaque canenti ſemper 3 obuſta gelu:
Neſciaque eſt vocis quod barbara lingua Latinæ,
4 Graiaque quod Getico victa loquela ſono eſt:
Quam quod finitimo cinctus premor vndique Marte:
Vixque breuis tutos murus ab hoſte facit.
Pax tamen interdum eſt, pacis fiducia numquam:
Sic hic nunc patitur, nunc timet arma locus.
Hinc ego dum muter, vel me Zanclea Charybdis
Deuoret: atque ſuis ad Styga mittat aquis:

1 al. Et 2 al. laſſis. 3 al. aduſta.
4 al. Græcáque.

Vel rapidæ flammis vrar patienter in Ætnæ:
Vel freta Leucadij mittar in alta dei.
Quod petimus pœna est: neque enim miser esse recuso:
Sed precor vt possim tutius esse miser.

ELEGIA III.

Ad Bacchum vt pro se Cæsarem roget.

ILla dies hæc est: qua te celebrare poëtæ,
Si modo non fallunt tempora, Bacche solent.
Festaque odoratis innectunt tempora sertis:
Et dicunt laudes ad tua vina tuas.
Inter quos memini, dum me mea fata sinebant:
Non inuisa tibi pars ego sæpe fui.
Quem nunc suppositum stellis Erimãthidos Vrsæ
Iuncta tenet crudis Sarmatis ora Getis.
Quippe prius mollem, vacuamque laboribus egi
In studiis vitam, Pieridúmque choro.
Nunc procul à patria Geticis circumsonor armis,
Multa prius pelago, multaque passus humo.
Siue mihi casus, siue hoc dedit ira deorum:
Nubila nascenti seu mihi Parca fuit.
Tu tamen è sacris edera cultoribus vnum
Numine debueras sustinuisse tuo.
An dominæ fati quidquid cecinere sorores:
Omne sub arbitrio desinit esse Dei?
Ipse quoque æthereas meritis inuectus es arces:
Quo non exguo facta labore via est:
Nec patria est habitata tibi: sed ad vsque niuosum
Strymona venisti, Marti colamque Geten:
Persidaque, & lato spatiantem flumine Gangẽ,
Et quascumque bibit decolor Indus aquas.
Scilicet hanc legem mentes fatalia Parca
Stamina bis genito, bis cecinere tibi.
Me quoque, si fas est exemplis ire deorum:
Ferrea sors vitæ difficilisque premit:
Illo 2 nec leuius cecidi, quem magna locutum
Reppulit à Thebis Iupiter igne suo.
Vt tamen audisti percussum fulmine vatem:
Admonitu matris condoluisse potes.
Et potes, adspiciens circum tua sacra poetas,
Nescio quis nostri dicere cultor abest.
Fer bone Liber opem: sic altera degrauet vlmum
Vitis, & incluso plena sit vua mero.
Sic tibi cum Bacchus Satyrorũ gnaua iuuentus
Adsit: & attonito non taceare sono.
Ossa bipenniferi sic sint male pressa Lycurgi:
Impia nec pœna Pentheos vmbra vacet:
Sic micet æternum, vicinaque sidera vincat
Coniugis in cælo clara corona tua.
Huc ades: & casus releues pulcerrime nostros,
Vnum de numero me memor esse tuo.
Sunt dii inter se commercia: flectere tenta
Cæsaream numen numine Bacche tuo.
Vos quoque consortes studij pia turba poetæ:
Hæc eadem sumpto quisque rogate mero.
Atque aliquis vestrum Nasonis nomine dicto

1 al. Qua. 2 al. melius.

Deponat lacrymis pocula mista suis:
Admonituque mei, cum circũspexerit omnes:
Dicit, vbi est nostri pars modo Naso chori?
Idque ita: si vestrum merui candore fauorem:
Nullaque iudicio littera læsa meo est:
Si, veterum digne 1 veneror cum scripta virorũ:
Proxima non illis esse minora reor.
Sic igitur dextro faciatis Apolline carmen:
Quod licet inter vos nomen habete meum.

ELEGIA IIII.

Loquitur epistola auctoris incommoda.

LItore ab Euxino Nasonis epistola veni,
Lassaque facta mari, lassaque facta via.
Quid mihi flens dixit, tu, cui licet, adspice Romã:
Heu quanto melior sors tua sorte mea est!
Flens quoque me scripsit: nec qua signabar, ad os est
Ante, sed ad madidas gemma relata genas.
Tristitiæ causam si quis cognoscere quærit,
Ostendi solem postulat ille sibi:
Nec 1 frondem in siluis, nec aperto mollia prato
Gramina: nec pleno flumine cernit aquas:
Quid Priamus doleat mirabitur Hectore rapto:
Quidve Philoctetes ictus ab angue gemat.
Di facerent vtinam talis status esset in illo:
Vt non tristitiæ causa dolenda foret.
Fert tamen, vt debet, casus patienter amaros:
More nec indomiti frena recusat equi:
Nec fore perpetuam sperat sibi numinis iram,
Conscius in culpa non scelus esse sua.
Sæpe refert, sit quanta dei clementia: cuius
Se quoque in exemplis annumerare solet.
Nã quod opes teneat patrias, quod nomina ciuis:
Denique quod viuat: munus habere dei.
Te tamen (ô si quid credis mihi) carius ille
Omnibus in toto pectore semper habet.
Teque Menœtiaden, te qui comitatus Orestem,
Te vocat Ægiden, Eurialumque suum.
Nec patriam magis ille suam desiderat, & quæ
Plurima cum patria sentit abesse sibi:
Quam vultus, oculosque tuos, ô dulcior illo
Melle, quid in ceris Attica ponit apis.
Sæpe etiam mœrens tempus reminiscitur illud:
Quod non præuentum morte fuisse dolet.
Cumq; alij fugerent subitæ contagia cladis:
Nec vellent ictæ limen adire domus:
Te sibi cum paucis meminit mansisse fidelem:
Si paucos aliquis treve, duosve vocat.
Quamuis attonitus: sensit tamen omnia: nec te
Se minus aduersis indoluisse suis.
Verba solet, vultumque tuum 3 gemitusque referre:
Et te flente suos demaduisse sinus.
Quam sibi præstiteris: qua consolatus amicum
Sis ope: solandus cum simul ipse fores.
Pro quibus affirmat fore se memoremque piumq;

1 al. vereor. 2 al. frondes siluis.
3 al. gemitumque.

Sint

Siue diem videat siue tegatur humo.
Per caput ipse suum solitus iurare, tuumque,
Quod scio non illi vilius esse suo.
Plena tot ac tantis referetur gratia factis:
1 Nec sinet ille tuos littus arare boues.
Fac modo constanter profugum tueare: quod ille,
Qui bene te nouit, non rogat, ipsa rogo.

ELEGIA V.

Celebrat natalem vxoris.

ANnuus assuetum dominæ natalis honorem
Exigit: ite manus ad 2 pia sacra meæ.
Sic quondam festum Laertius egerat heros
Forsan in extremo coniugis orbe diem.
Lingua fauens adsit nostrorum oblita malorum:
Quæ puto dedidicit iam bona verba loqui:
Quæque semel toto vestis mihi sumitur anno,
Sumatur satis discolor alba meis:
Araque gramineo viridis de cespite fiat:
Et velet tepidos nexa corona focos.
Da mihi tura puer pingues facientia flammas:
Quodque pio fusum stridat in igne merum.
Optime natalis, quamuis procul absumus, opto
Candidus huc venias: dissimilisque meo.
Si quod & instabat dominæ miserabile vulnus:
Sit 3 perfuncta meis tempus in omne malis.
Quæque graui nuper plus quam quassata procella est:
Quod superest tutum per mare nauis eat.
Illa domo, nataque sua, patriaque fruatur:
Erepta hæc vni sit satis esse mihi.
Quatenus & non est in caro coniuge felix:
Pars vitæ tristi cetera nube vacet.
Viuat, ametque viriũ: quoniam sic cogitur, absens:
Consumatque annos sed diuturna suos.
Adÿcerem & nostros, sed ne contagia fati
Corrumpant timeo, quos agit ipsa, mei.
Nil homini certum est fieri quis posse putaret:
Vt facerem in mediis hæc ego sacra Getis?
Adspice vt aura 4 tamen fumos è ture coortos
In patres Italas & loca dextra ferat.
Sensus inest igitur nebulis: quas exigit ignis:
Consilium fugiunt cetera pene meum.
Consilio, commune sacrum cum fiat in ara
Fratribus, alterna qui periere manu:
Ipsa sibi discors, tanquam mandetur ab illis,
Scinditur in partes atra fauilla duas.
Hoc memini quondam fieri non posse loquebar:
Et me Battiades iudice falsus erat.
Omnia nunc credo: cum tu non stultus ab arcto
Terga vapor dederis, Ausoniamque petas.
Hæc igitur lux est: quæ si non orta fuisset,
Nulla fuit misero festa videnda mihi.
Edidit hæc mores illis heroibus æquos:
Queis erat Eurytion, Icariusque pater.
Nata pudicitia est, 5 mores probitasque fidesque:
At non sunt ista gaudia nata die:

1 al. Non. 2 al. mea. 3 al. defuncta. 4 al. tumens. 5 al. secum.

Sed labor, & curæ, fortunaque moribus impar,
Iustaque de viduo pene querela toro.
Scilicet, aduersis probitas exercita rebus,
Tristi materiam tempore laudis habet.
Si nihil infesti durus vidisset Vlysses.
Penelope felix: sed sine laude foret.
Victor Echionias si vir penetrasset in arces:
Forsitan Euadnem vix sua nosset humus.
1 Cum Pelia genitæ tot sint, cur nobilis vna est?
Nempe fuit misero nupta quod vna viro.
Effice vt Iliacas tangat prior alter arenas:
Laodameia nihil, cur referatur, erit.
Et tua, quod malles, pietas ignota maneret,
Implerent venti si mea vela sui.
Di tamen, & Cæsar dis accessure, sed olim
Æquarint Pylios cum tua fata dies.
Non mihi, qui pœnam fateor meruisse: sed illi
Parcite: quæ nullo digna dolore dolet.

ELEGIA VI.

Rogat amicum quendam, ne discedat ab officio.

TV quoque nostrarum quondam fiducia rerũ,
Qui mihi confugiũ, qui mihi portus eras:
Tu quoque suscepti curam dimittis amici?
Officiique pium tam cito ponis onus?
Sarcina sum fateor: quam si tu tempore 2 nostro
Deposituras eras: non subeunda fuit.
Fluctibus in mediis nauem Palinure relinquis:
Ne fuge: neve tua sit minor arte fides.
Numquid Achilleos inter fera prœlia fidi
Deseruit leuitas Automedontis equos?
Quem semel accepit, numquam Podalirius ægro
Promissam medicæ non tulit artis opem.
Turpius eijcitur, quam non admittitur hospes:
Quæ patuit dextræ firma sit ara meæ.
Nil nisi me solum primo tutatus es: at nunc
Me pariter serua, iudiciumque tuum:
Si modo non aliqua est in me noua culpa, tuãque
Mutarunt subito crimina nostra fidem.
Spiritus hic Scythica quam non bene ducimus aura,
Quod cupio, membris exeat ante meis:
Quam tua delicto stringantur pectora nostro:
Et videar merito vilior esse tibi.
Non adeo 3 totis fatis vrgemur iniquis,
Vt mea sit longis mens quoque mota malis.
Finge tamen motam: quoties Agamemnone natum
Dixisse in Pyladen verba proterua putas?
Nec procul à vero est, quod vel pulsarit amicum:
Manst in officijs non minus ille suis.
Hoc est cùm miseris solum commune beatis:
Ambobus tribui quod solet obsequium.
Ceditur & cæcis: & quos prætexta verendos
Virgaque cum verbis imperiosa facit.
Si mihi non parcis, fortunæ parcere debes:
Non habet in nobis vllius ira locum.

1 al. Cum Peliæ genitæ tot sint cur cognita nobis 2 al. duro. 3 al. toti.

Elige noſtrorum minimum, [1] minimúmque laborum:
Iſto, quo quereris, grandius illud erit.
Quam multa madidæ celantur arundine foſſæ:
Florida quam multas hybla tuetur opes:
Quam multæ gracili terrena ſub horrea ferre
Limite formicæ grana reperta ſolent:
Tam me circumſtat denſorum turba malorum:
Crede mihi, vero eſt noſtra querela minor.
His, qui contentus non eſt: in litus arenas,
In ſegetem ſpicas, in mare fundat aquas.
Intempeſtiuos igitur compeſce [2] tumores:
Vela neque in medio deſere noſtra mari.

ELEGIA VII.

Narrat miſeriam ſuam, & habitus, & mores Getarum.

QVam legis, ex illa tibi venit epiſtola terra,
Latus vbi æquoreis iungitur Iſter aquis.
Si tibi contingit cum dulci vita ſalute:
Candida fortunæ pars manet vna meæ.
Scilicet, vt ſemper, quid agam cariſſime quæris:
Quamuis hoc vel me ſcire tacente potes:
Sum miſer: hæc breuis eſt noſtrorum ſumma malorum:
Quiſquis & offenſo Cæſare viuet, erit.
Turba Tomitanæ quæ ſit regionis, & inter
Quos habitem mores: diſcere cura tibi eſt.
Miſta ſit hæc quamuis inter Græcoſq́, Getaſq́:
[3] A male pacatis plus trahit ora Getis.
Sarmaticæ maior, Geticæq́ frequentia gentis
Per medias in æquis itq́ reditq́ vias.
In quibus eſt nemo, qui non [4] coryten, & arcum,
Telaq́ vipereo lurida felle gerat.
Vox fera: trux vultus: veriſſima mortis imago:
Non coma, non vlla barba reſecta manu.
Dextera non ſegnis ſtricto dare vulnera cultro,
Quem vinctum lateri barbarus omnis habet.
Viuit in his heu, non veſtrorum oblitus amorũ:
Hos videt, hos vates audit amice tuus.
Atque vtinam viuat, & non moriatur in illis:
Abſit ab inuiſis & tamen vmbra locis.
Carmina quod pleno ſaltari noſtra theatro,
Verſibus & plaudi ſcribis amice meis.
Nil equidem feci, tu ſcis hoc ipſe, theatris:
Muſa nec in plauſus ambitioſa mea eſt.
Non tamen ingratum eſt quodcunque obliuia noſtri
Impedit: & profugi nomen in [5] ora refert.
Quamuis interdum, quæ me læſiſſe recordor
Carmina deuoueo, Pierideſq́ meas:
Cum bene deuoui: nequeo tamen eſſe ſine illis:
Vulneribuſq́ meis tela cruenta ſequor.
Quæq́ modo Euboicis lacerata eſt fluctibus: audes
Græia Capharea currere puppis aqua.
Nec tamen, vt lauder vigilo: curamq́ futuri
Nominis, vtilius quod latuiſſet, ago.

1 al. de parte malorum. 2 al. furores. 3 al. De. 4 al. goryton. 5 al. vrbe.

Detineo ſtudiis animum: falloque labores:
Experior curis & dare verba meis.
Quid potius faciam deſertis ſolus in oris?
Quam ve malis aliam quærere coner opem?
Siue locum ſpecto: locus eſt inamabilis: & quo
Eſſe nihil toto triſtius orbe poteſt.
Siue homines, vix ſũt homines hoc nomine digni.
Quamque lupi, ſæuæ plus feritatis habent.
Non metuunt leges: ſed cedit viribus æquum:
Victaque pugnaci iura ſub enſe iacent.
Pellibus & laxis arcent mala frigora [1] braccis:
Oraque ſunt longis horrida tecta comis.
In paucis extant Græcæ veſtigia linguæ:
Hæc quoque iam Getico barbara facta ſono.
Vnus in hoc [2] non eſt populo, qui forte Latine
Qualibet è medio reddere verba queat.
Ipſe ego Romanus vates, ignoſcite Muſæ:
Sarmatico cogor plurima more loqui.
Et pudet: & fateor: iam deſuetudine longa
Vix ſubeunt ipſi verba Latina mihi.
Nec dubito, quin ſint & in hoc non pauca libello
Barbara: non hominis culpa, ſed iſta loci.
Ne tamen Auſoniæ perdam commercia linguæ:
Et fiat patrio vox mea tuta ſono.
Ipſe loquor mecum: deſuetaque verba retracto:
Et ſtudij repeto ſigna ſiniſtra mei.
Sic animũ, tempuſque traho: meque ipſe reduco:
A contemplatu [3] ſemoueóque mali.
Carminibus quæro miſerarum obliuia rerum:
Præmia ſi ſtudio conſequar iſta: ſat eſt.

ELEGIA VIII.

Inuehitur in quendam quòd ſe laceſſeret.

NOn adeo cecidi, quamuis abiectus: vt infra
Te quoque ſim: inferius quo nihil eſſe poteſt.
Quæ tibi res animos in me facit improbe? curve
Caſibus inſultas, quos potes ipſe pati?
Nec mala te reddunt mitem placidumve iacẽti
Noſtra? quibus poſſent illacrymare feræ?
Nec metuis dubio fortunæ ſtantis in orbe
Numen? & exoſæ verba ſuperba deæ?
Exiget at dignas vltrix Rhamnuſia pœnas:
Impoſito calcas quod mea fata pede.
Vidi ego naufragiumque viros & in æquore mergi:
Et numquam dixi, iuſtior vnda fuit.
Vilia qui quondam miſeris alimenta negarat:
Nunc mendicato paſcitur ille cibo.
Paſſibus ambiguis fortuna volubilis errat:
Et manet in nullo certa, tenaxque loco:
Sed modo læta manet, vultus modo ſumit acerbos:
Et tantum conſtans in leuitate ſua eſt.
Nos quoque floruimus: ſed flos [4] fuit ille caducus:
Flammaque de ſtipula noſtra breuiſque fuit.
Neue tamen tota capias fera gaudia mente:

1 al. brachis. 2 al. nemo. 3 al. ſummoncoque malo. 4 al. erat.

Non

Non eſt placandi ſpes mihi nulla dei.
Vel quia peccaui citra ſcelus: vtq́ pudore
Non caret: inuidia ſic mea culpa caret:
Vel quia nil ingens ad ſinem ſolis ab ortu
Illo cui paret mitius orbis habet.
Scilicet vt per vim non eſt ſuperabilis vlli:
Molle cor ad timidas ſic habet ille preces.
Exemploq́ deum quibus acceſſurus & ipſe eſt:
Cum pœna venia plura roganda petam,
Si numeres anno ſoles & nubila toto:
Inuenies nitidum ſæpius iſſe diem.
Ergo, ne nimium noſtra [1] latere ruina:
Reſtitui quondam me quoque poſſe puta.
Poſſe puta fieri lenito principe vultus
Vt videas media triſtis in vrbe meos:
Vtq́ ego te videam cauſſa grauiore fugatum:
Hæc ſunt à primis proxima vota meis.

ELEGIA IX.

Cur amici cuiuſdam nomen non ponat in carminibus ſuis.

O Tua ſi ſineres in noſtris nomina poni
Carminibus: poſitus quã mihi ſæpe fores:
Te canerem ſolum meriti memor: inq́ libellis
Creuiſſet ſine te pagina nulla meis.
[2] Quid tibi deberem tota ſciretur in vrbe:
Exſul in amiſſa ſi tamen vrbe legor.
Te præſens mitem noſſet, te ſerior ætas:
Scripta vetuſtatem ſi modo noſtra ferunt.
Nec tibi ceſſaret doctus bene dicere lector:
Hic te ſeruato vate maneret honor.
Cæſaris eſt primũ munus, quod ducimus auras:
Gratia poſt magnos eſt tibi habenda deos:
Ille dedit vitam: tu, quam dedit [3] ille, tueris:
Et facis accepto munere poſſe frui.
Cumq́ perhorreret caſus pars maxima noſtros:
Pars etiam credi pertimuiſſe velit:
Naufragiumq́ meum tumulo ſpectaret ab alto:
Nec dederit nanti per freta ſæua manum:
Seminecem Stygia reuocaſti ſolus ab vnda.
Hoc quoque quod memores poſſumus eſſe: tuum eſt.
Di tibi ſe tribuant cum Cæſare ſemper amices:
Non potuit votum plenius eſſe meum.
Hæc meus argutis, ſi tu paterere, libellis
Poneret in multa luce videnda labor.
Nunc quoque quamuis eſt iam iuſſa quieſcere: quin te
Nominet inuitum vix mea muſa tenet.
Vtq́ canem pauidæ nactum veſtigia ceruæ
Luctantem fruſtra copula dura tenet:
Vtq́ fores nondum reſerati carceris acer
Nunc pede, nunc ipſa fronte laceſſit equus:
Sic mea lege data vincta, atque incluſa Thaleia
Per titulum vetiti nominis ire cupit.
Ne tamen officio memoris lædaris amici:
Parebo iuſſis, parce timere, tuis.
At non parerem, ſi non meminiſſe putaret:

1 al. Iztare. 2 al. Quod. 3 al. ipſe.

Hoc quod non prohibet vox tua, gratus ero.
Dumq́ quod ô breue ſit lumen vitale [1] videbo:
Seruiet officio ſpiritus iſte tuo.

ELEGIA X.

Queritur ſe iam triennium exſulare in Ponto.

VT ſumus in Ponto: ter frigore conſtitit Iſter:
Facta eſt Euxini dura ter vnda maris.
At mihi iam videor patria procul eſſe tot annis:
Dardana quot Graio Troia ſub hoſte fuit.
Stare putes: adeo procedunt tempora tarde:
Et peragit lentus paſſibus annus iter.
Nec mihi ſolſtitium quidquã de noctibus auſert:
Efficit anguſtos nec mihi bruma dies.
Scilicet in nobis rerum natura nouata eſt:
Cumq́ meis curis omnia longa facit.
An peragunt ſolitos communia tempora motus?
Suntq́ magis vitæ tempora [2] dura meæ?
Quem tenet Euxini mendax cognomine litus,
Et Scythici vere terra ſiniſtra freti.
Innumeras circa gentes fera bella minantur:
Quæ niſi de rapto viuere turpe putant.
Nil extra tutum eſt: tumulus defenditur ipſe
Mœnibus exiguis, ingenioq́ loci.
Cum minime credas, vt auis denſiſſimus hoſtis
Aduolat: & prædam vix bene viſus agit.
Sæpe intra muros clauſis venientia portis
Per medias legimus noxia tela vias.
Eſt igitur rarus, qui iam colere audeat: iſq́
Hac arat infelix, hac tenet arma manu.
Sub galea paſtor iunctis pice cantat auenis:
Proque lupo pauidæ bella verentur oues.
Vix ope caſtelli defendimur: & tamen intus
Miſta facit Graijs barbara turba metum.
Quippe ſimul nobis habitat diſcrimine nullo
Barbarus: & tecti plus quoque parte tenet.
Quos vt non timeas: poſſis odiſſe videndo
Pellibus & longa corpora tecta coma.
Hos quoq́ qui geniti Graia creduntur ab vrbe,
Pro patrio cultu Perſica bracca tegit.
Exercent illi ſociæ commercia linguæ:
Per geſtum res eſt ſignificanda mihi.
Barbarus hic ego ſum: quia non intelligor vlli:
Et rident ſtolidi verba Latina Getæ.
Meq́ palam de me tuto mala ſæpe loquuntur:
Forſitan obijciunt exſiliumq́ mihi.
Vtq́ [3] fit, in me aliquid ſi quid dicentibus illis
Abnuerim quoties, annuerimq́, putant.
Adde, quod iniuſtum rigido ius dicitur enſe:
Dantur & in medio vulnera ſæpe foro.
O durã Lacheſin, quæ tam graue ſidus [4] habenti
Fila dedit vitæ non breuiora meæ!
Quod patriæ vultu, veſtroq́ caremus amici:
Quod ſic in Scythicis gentibus eſſe queror:
Vtraq́ pœna grauis: merui tamen vrbe carere:
Non merui tali forſitan eſſe loco.

1 al. tenebo. 2 al. longa. 3 al. ſit.
4 al. habendi.

Quid loquor ah demẽs? ipſam quoq; perdere vitã
Cæſaris offenſo numine dignus eram.

ELEGIA XI.

Ad vxorem quod eam quidam exſulis vxorem vocaſſet.

QVod te neſcio quis per iurgia dixerit eſſe
Exſulis vxorem, littera queſta tua eſt.
Indolui: non tam mea quod fortuna male audit:
Qui iam conſueui fortior eſſe miſer:
Quã [1]quod cui minime vellẽ ſum cauſſa pudoris:
Teq; reor noſtris erubuiſſe malis.
Perfer: & obdura: multo grauiora tuliſti:
Eripuit cum me principis ira tibi.
Fallitur iſte tamen, quod iudice nominor exſul:
Mollior eſt culpam pœna ſecuta meam.
Maxima pœna mihi eſt ipſum offendiſſe: priuſq;
Veniſſet mallem funeris hora mihi.
Quaſſa tamen noſtra eſt, non merſa, nec obruta nauis:
Vtq; caret portu, ſic tamen extat aquis.
Nec vitam, nec opes, nec ius mihi ciuis ademit:
Qui merui vitio perdere cuncta meo.
Sed quia peccato facinus non adfuit vllum:
Nil niſi me patrijs iuſſit abeſſe focis.
Vtq; alijs, quorum numerum cõprendere non eſt:
Cæſareum numen, ſic mihi mite fuit.
Ipſe relegati non exſulis vtitur in me
Nomine: tuta ſuo iudice cauſſa mea eſt.
Iure igitur laudes Cæſar pro parte virili
Carmina noſtra tuas qualiacunque canunt.
Iure deos, vt adhuc cæli tibi limina claudunt:
Teq; velint ſine ſe comprecor eſſe [2]deum.
Optat idẽ populus: ſed vt in mare flumina vaſtiũ,
Sic ſolet exiguæ currere riuus aquæ.
At tu fortunam, cuius vocor exſul ab ore,
Nomine mendaci parce grauare meam.

ELEGIA XII.

Ad amicum qui monebat vt exſilium carminibus oblectaret.

SCribis, vt oblectem ſtudio [3]lacrymabile tẽpus,
Ne pereant turpi pectora noſtra ſitu:
Difficile eſt, quod amice mones: quia carmina lætum
Sunt opus: & pacem mentis habere volunt.
Noſtra per aduerſas agitur fortuna procellas:
Sorte nec vlla mea triſtior eſſe poteſt.
Exigis, vt Priamus natorum funere ludat:
Et Niobe feſtos ducat vt orba choros.
Luctibus, an ſtudio videor debere teneri,
Solus in extremos iuſſus abire Getas?
Des licet inualido pectus mihi robore fultum:
Fama refert Anyti quale fuiſſe rei:
Fracta cadet tanta ſapientia mole ruinæ:
Plus valet humanis viribus ira Dei.
Ille ſenex dictus ſapiens ab Apolline, nullum
Scribere in hoc caſu ſuſtinuiſſet opus.
Vt veniant patriæ veniant obliuia noſtri:
Omnis & amiſſi ſenſus abeſſe queat:
At timor officio fungi vetat ipſe quieto:
Cinctus ab innumero me tenet hoſte locus.
Adde, quod ingenium longa rubigine læſum
Torpet, & eſt multo, quam fuit ante, minus.
Fertilis, aſſiduo ſi non renouetur aratro:
Nil, niſi cum ſpinis gramen, habebit ager.
Tempore qui longo ſteterit, male curret: & inter
Carceribus miſſos vltimus ibi equus.
Vertitur in teneram cariem, rimusq; dehiſcit:
Si qua diu ſolitis cymba vacauit aquis.
Me quoq; [1]deſpera, fuerim cum paruus & ante:
Illi, [2] qui fueram poſſe redire parem.
Contudit ingenium patientia longa malorum:
Et pars antiqui magna rigoris abeſt.
Sæpe tamen nobis, vt nunc quoque ſumpta tabella eſt:
Inq; ſuos volui cogere verba pedes:
Carmina ſcripta mihi ſunt nulla aut qualia cernis,
Digna ſui domini tempore, digna loco.
Denique non paruas animo dat gloria vires:
Et fecunda facit pectora laudis amor.
Nominis & famæ quondam fulgore trahebar:
Dum tulit antennas aura ſecunda meas.
Non adeo eſt bene nunc: vt ſit mihi gloria curæ:
Si liceat, nulli cognitus eſſe velim.
An quia ceſſerunt primo bene carmina: ſuades
Scribere ſucceſſus vt ſequar ipſe meos?
Pace nouem veſtra liceat dixiſſe ſorores:
Vos eſtis noſtræ maxima cauſſa fugæ.
Vtq; dedit iuſtas tauri fabricator aheni:
Sic ego do pœnas artibus ipſe meis.
Nil mihi debebat cum verſibus amplius eſſe:
[3] Sed fugerem merito naufragus omne fretum.
At puto ſi demens ſtudium fatale retentem:
Hic mihi præbebit carminis arma locus.
Nõ liber hic vllus, non qui mihi cõmodet aurem,
Verbaq; ſignificent quid mea, norit, adeſt.
Omnia barbariæ loca ſunt, vociſq; ferinæ:
Omnia ſunt Getici plena timore ſoni.
Ipſe mihi videor iam dediciſſe Latine:
Nam didici Getice, Sarmaticeq; loqui.
Nec tamen, vt verum fatear tibi, noſtra teneri
A componendo carmine Muſa poteſt.
Scribimus: & ſcriptos abſumimus igne libellos:
Exitus eſt ſtudij parua fauilla mei.
Nec poſſum, & cupio non vllos ducere verſus:
Ponitur iccirco noſter in igne labor.
[4] Nec, niſi pars caſu flammis erepta, dolore
Ad vos ingenij peruenit vlla mei.
Sic vtinam, quæ nil metuentem tale, magiſtrum
Perdidit: in cineres ars mea verſa foret.

ELEGIA XIII.

Ad amicum quod nihil litterarum daret cum faceret cætera.

1 al. deſpero. 2 al. cui. 3 al. Sic. 4 al. Hinc.

Hanc

HAnc tuus è Getico mittit tibi Naſo ſalutẽ:
Mittere ſi quiſquam quo caret ipſe,poteſt.
Æger enim traxi contagia corpore mentis:
Libera tormento pars mihi nequa vacet:
Perq; dies multos lateris cruciatibus vror:
Sed quod [1] non modico frigore læſit hiems.
Si tamen ipſe vales.aliqua nos parte valemus:
Quippe mea eſt humeris fulta ruina tuis.
Qui mihi cum dederis ingentia pignora: cumq;
Per numeros omnes hoc tueare caput:
Quod tua me raro ſolatur epiſtola peccas:
Remq; piam præſtas,& mihi verba negas.
Hoc precor emenda.quod ſi correxeris vnum:
Nullus in egregio corpore nævus erit.
Pluribus accuſem,fieri niſi poſſet,vt ad me
Littera non veniat:miſſa ſit illa tamen.
Di faciant,vt ſit temeraria noſtra querela:
Teq; putem falſo non meminiſſe mei.
Quod precor,eſſe liquet: neque cũ mutabile robur
Credere me fas eſt pectoris eſſe tui.
Cana prius gelido deſunt abſinthia ponto:
Et careat dulci Trinacris hybla thymo:
Immemorem quam te quiſquã conuincat amici:
Non ita ſunt fati ſtamina nigra mei.
Tu tamen,vt poſſis falſæ quoque pellere culpæ
Crimina:quod non es,ne videare,cauе:
Vtq; ſolebamus conſumere longa loquendo
Tempora ſermoni deficiente die:
Sic ferat,ac referat tacitas nunc litera voces
Et peragant linguæ charta manuſq; vices:
Quod fore ne [2] nimium videar diffidere:ſitq;
Verſibus hoc paucis admonuiſſe ſatis:
Accipe,quo ſemper finitur epiſtola verbo:
[3] Atque meis diſtent vt tua fata:vale.

ELEGIA XIIII.

Ad vxorem quod ſuis libris ſit æterna.

QVanta tibi dederim noſtris monumenta libellis,
O mihi me coniux carior,ipſa vides.
Detrahat auctori multum fortuna licebit:
Tu tamen ingenio clara ferere meo.
Dumq; legar,pariter mecum tua fama legetur:
[1] Nec potes in mæſtos omnis abire rogos.
Cumq; viri caſu poſſis miſeranda videri:
Inuenies aliquas,quæ quod es,eſſe velint:
Quæ te noſtrorum cum ſis in parte malorum,
Felicem dicant:inuideantq; tibi.
Non ego diuitias dando tibi plura dediſſem.
Nil feret ad manes diuitis vmbra ſuos.
Perpetui fructum donaui nominis:idq;
Quo dare nil potui munere maius,habes.
Adde quod & rerum ſola es tutela mearum:
Ad te non parui venit honoris onus:
Quod nunquam vox eſt de te mea muta: tuiq;
Iudiciis debes eſſe ſuperba viri.
Quæ nequis poſſit temeraria dicere: perſta:
Et pariter ſerua,meque,piamque fidem.
Nam tua dum ſtetimus,turpi ſine crimine manſit:
Et tantum probitas irreprehenſa fuit:
Per ea de noſtra non eſt tibi facta ruina:
Conſpicuum virtus hic tua ponat opus.
Eſſe bonam facile eſt:vbi quod vetat eſſe,remotum eſt.
Et nihil officio nupta,quod obſtet,habet.
Cum deus intonuit,non ſe ſubducere nimbo:
Id demum eſt pietas:id ſocialis amor.
Rara quidem virtus quam nõ fortuna gubernet:
Quæ maneat ſtabili,cum fugit illa pede:
Si tamen eſt, pretium cui virtus ipſa petitum:
Inque parum lætis ardua rebus adeſt:
[2] Vt tempus numeres,per ſæcula nulla tacetur:
Et loca mirantur quæ patet orbis iter.
Adſpicis,vt longo teneat laudabilis æuo
Nomen inextinctum Penelopeia fides?
Cernis vt Admeti cantetur,& Hectoris vxor?
Auſaque in accenſos Hiphias ire rogos?
Vt viuat fama coniux Philaceia? cuius
Iliacam celeri vir pede preſſit humum?
At nec nil opus eſt pro me,ſed amore,ſideque
Non ex difficili fama petenda tibi eſt.
Nec te credideris,quia non facis,iſta moneri:
Vela damus quamuis remige [3] nauis eat.
Qui monet,vt facias quod iam facis:ille monẽdo
Laudat:& hortatu comprobat acta ſuo.

1 al.in immodico. 2 al. minimam.
3 al. Aque.

1 al.Non. 2 al. Si. 3 al.puppis.

P. OVIDII NASONIS
DE PONTO
LIBER PRIMVS.
ELEGIA I.
Ad Brutum.

NAſo Tomitanæ iam non nouus incola terræ,
Hoc tibi de Getico littore mittit opus:
Si vacat,hoſpitio peregrinos Brute libellos
Excipe,dumque aliquo,quolibet abde loco:
Publica non audent inter monumenta venire,
Ne ſuus hoc illis clauſerit auctor iter.
Ah quoties dixi,certe nil turpe docetis,
Ite,patet caſtis verſibus [1] ille locus.
Nec tamen accedunt:ſed,vt aſpicis,ipſe latere

1 al. iſte.

Sub lare priuato tutius esse putant.
Quæris, vbi hoc possis nullo componere læso,
Quæ fecerant Artes, pars vacat illa tibi.
Qui veniant, nouitate roges fortasse sub ipsa,
Accipe, quodcunq; est, dummodo non sit amor:
Inuenies, quamuis non sit miserabilis index:
Non minus hoc illo triste, quod ante [1] dedi.
Rebus idem titulo differt: & epistola cui sit,
Non occultato nemine missa docet.
Nec vos hoc vultis, sed non prohibere potestis:
Mulcq; ad inuitos officiosa venit.
Quicquid id est, adiunge meis: nil impedit, ortos
Exsule, seruatis legibus vrbe frui.
Quod metuas non est: Antoni scripta leguntur,
Doctus & in promptu carmina Brutus habet.
Nec me nominibus furiosus confero tantis.
Sæua Deos contra non tamen arma tuli.
Deniq; Cæsareo, quod non desiderat ipse,
Non caret è nostris vllus honore liber.
Si dubitas de me, laudes admitte deorum,
Et carmen dempto nomine sume meum.
Adiuuat in bello pacatæ ramus oliuæ,
Proderit auctorem pacis habere nihil?
Cum foret Æneæ ceruix subiecta parenti,
Dicitur ipsa viro flamma dedisse viam.
Fert liber Æneaden, & non iter omne patebit:
At patriæ pater hic, ipsius ille fuit.
[2] Ecquis ita est audax, vt limine cogat abire
Iactantem Pharia tinnula sistra manu?
Ante, Deûm matrem cornu tibicen adunco
Cum canit, exiguæ quis stipis æra neget?
Scimus ab imperio fieri nil tale Dianæ,
Vnde tamen viuat, vaticinator habet.
Ipsa mouent animos superorum numina nostros,
Turpe nec est tali credulitate capi.
En ego pro sistro, Phrygiiq; foramine buxi,
Gentis Iuleæ nomina sancta fero.
Vaticinor moneoq;, locum date sacra ferenti:
Non mihi sed magno poscitur ille Deo.
Nec quia vel merui, vel sensi principis iram,
A nobis ipsum nolle putate coli.
Vidi ego linigeræ numen violasse fatentem
Isidis, Isiacos ante sedere focos.
Alter ob hoc similem priuatus lumine culpam,
Clamabat media se meruisse via.
Talia cælestes fieri præconia gaudent,
Vt sua quid valeant numina, teste probent.
Sæpe leuant pœnas, ereptaq; lumina reddunt,
Cum bene peccati pœnituisse vident.
Pœnitet ô, si quid miserorum creditur vlli,
Pœnitet, & [3] facto torqueor ipse meo.
Cumq; sit exilium magis est mihi culpa dolori:
Estque pati pœnam, quàm meruisse minus.
Vt mihi dy faueant, quibus est manifestior ipse,
Pœna potest [4] demi, culpa perennis erit.
Mors faciet certe, ne sim, cum venerit exul:
Ne non peccarim mors quoq; non faciet.
Non igitur mirum est, si mens mea tabida facta,
De niue manantis more liquescit aquæ.
Estur vt occulta viriata teredine nauis,
Æquoreos scopulos vt cauat vnda salis,
Roditur vt scabra positum rubigine ferrum,
Conditus vt tineæ carpitur ore liber:
Sic mea perpetuos curarum pectora morsus,
Fine quibus nullo conficiantur, habent.
Nec prius hi mentem stimuli, quam vita relinquent:
Quique dolet citius quam dolor ipse cadet.
Hoc mihi si superi, quorum sumus omnia, credêt,
Forsitan exigua dignus habebor ope.
Inque locum Scythico vacuum mutabor ab arcu,
Plus isto, duri, si precor, oris ero.

[1] al. dedi. [2] al. Et quis.
[3] al. fato. [4] al. adimi.

ELEGIA II.

Ad Maximum.

Maxime, qui tãti mensurã nominis imples,
Et gemmas animi nobilitate genus.
Qui nasci vt posses, quamuis cecidêre trecenti,
Non omnes Fabios abstulit vna dies.
Forsitan hæc à quo mittatur epistola quæras,
Quisque loquar tecum, certior esse velis.
Heu mihi, quid faciam? vereor, ne nomine lecto
Durus, & auersa cetera mente legas.
Viderit hæc siquis, tibi me scripsisse fateri
Audebo, & proprijs ingemuisse malis.
Viderit, audebo tibi me scripsisse fateri,
Atque modum culpæ notificare meæ.
Qui, cum me dignum [2] pœna grauiore fuisse
Confitear, possum vix grauiora pati.
Hostibus in medijs, interque pericula versor,
Tanquam cum patria pax sit adempta [3] mihi.
Qui mortis sæuo geminent vt vulnere causas,
Omnia vipereo spicula felle linunt.
His eques instructas perterrita mœnia lustrat,
More lupi clausas circumeuntis oues.
At semel intentus neruo arcus equino,
Vincula semper habens irresoluta manet.
Tecta rigent fixis veluti vallata sagittis,
Portaque vix firma summouet arma sera.
Adde loci faciem, nec fronde, nec arbore tecti,
Et quod iners hiemi continuatur hiems.
Hic me pugnantem cum frigore, cumque sagittis,
Cumque meo fato, quarta fatigat hiems:
Fine carent lacrymæ, nisi cum stupor obstitit illis,
Et similis morti pectora torpor habet.
Felicem Nioben quamuis tot funera vidit,
Quæ posuit sensum saxea facta malis.
Vos quoque felices, quarum clamantia fratrem
Cortice velauit populus ora nouo.
Ille ego sum, lignum qui non admittor in vllum
Ille ego sum frustra qui lapis esse velim.
Ipsa Meduſa oculis veniat licet obuia nostris:
Amittet vires ipsa Meduſa suas:
Viuimus, vt nunquam sensu careamus amaro,
Et grauior longa sit mea pœna mora.
Sic inconsumptum Tityi, semperque renascens

[1] al. Æquorei. [2] al. pœnæ.
[3] al. mea.

Non

Non perit, vt possit sæpe parire, iecur.
At puto, cum requies medicinaq; publica curæ:
Somnus adest, solitis nox venit orba malis:
Somnia me terrent veros imitantia casus,
Et vigilant sensus in mea damna mei.
Aut ego Sarmaticas videor vitare sagittas,
Aut dare captiuas [1] in fera vincla manus.
Aut vbi decipior melioris imagine somni,
Adspicio patriæ tecta relicta meæ.
Et modo vobiscum quos sum veneratus, amici,
Et modo cum chara coniuge multa loquor.
Sic, vbi percepta est breuis & non vera voluptas,
Petor ab admonitu sit status [2] ille boni.
Siue dies igitur caput hoc miserabile cernit,
Siue pruinosæ noctis aguntur equi:
Sic mea perpetuis liquescunt pectora curis,
Ignibus admotis vt noua cera liquet.
Sæpe precor mortē, mortem quoq; deprecor idem,
Ne mea Sarmaticum contegat ossa solum.
Cum subit, Augusti quæ sit clementia, credo
Mollia naufragijs littora posse dari.
Cum video quam sit mea fata tenacia, frangor,
Spesq; leuis magno victa timore cadit.
Nec tamen vlterius, quicquam sperove, precorve,
Quam male mutato posse carere loco.
Aut hoc, aut nihil est, pro me tentare modeste,
Gratia quod saluo vestra pudore queat.

ELEGIA III.

Ad Maximum.

SVstipe Romanæ facundia Maxime linguæ
Difficilis causse mite patrocinium.
Est mala (consiteor) sed te bona fiet agente,
Lenia pro misera fac modo verba fuga.
Nescit enim Cæsar, quamuis Deus omnia norit,
Vltimus hic qua sit conditione locus.
Magna tenent illud numen molimina rerum,
Hæc est cælesti pectore cura minor.
Non vacat, in qua sint positi regione Tomitæ
Quærere, finitimo vix loca nota Getæ.
Aut quid Sauromatæ faciant, quid Iazyges acres,
Cultaq; Orestea Taurica terra Dea.
Quæque aliæ gentes, vbi frigore constitit Ister,
Dura meant celeri terga per amnis equo.
Maxima pars hominū, nec te pulcherrima curat
Roma, nec Ausonij militis arma timet.
Dant illis animos arctus plenæq; pharetræ,
[3] Quamlibet & longis cursibus aptus equus.
Quodque sitim didicere diu tolerare famemq;,
Quodque sequens nullas hostis habebit aquas.
Ira viri mitis non me misisset in istam,
Si satis hæc illi nota fuisset humus.
Nec me, nec quemquam Romanum gaudet ab hoste,
Mēq; minus vitam cui dedit ipse, capi.
Noluit, vt poterat, minime me perdere nutu:
Nil opus est vllis in mea fata Getis.

1 al. ad. 2 al. ille. 3 al. Quamque libet.

Sed neque, cur morerer, quidquam mihi comperit actum,
Nec minus infestus, quam fuit, esse potest.
Tunc quoque nil fecit nisi quod facere ipse coegi,
Pæne etiam merito parcior ira meo est.
Dij faciant igitur, quorum iustissimus ipse est:
Alma nihil maius Cæsare terra ferat.
Vtq; diu sub eo, sic sit sub Cæsare terra,
Perque manus huius tradita gentis eat.
At tu tam placido, quam nos quoque sensimus illum,
Iudice, pro lacrymis ora resolue meis.
Non [1] petis vt bene sit, sed vti male tutius, vtq;
Exilium suo distet ab hoste meum.
Quamq; dedere mihi præsentia numina vitam,
Non adimat stricto squallidus ense [2] Getes.
Denique si moriar, subeam pacatius aruum,
Ossa nec à Scythica nostra premantur humo.
Nec male compositos, vt scilicet exule dignū est,
Bistonij cineres vngula pulsat equi.
Et ne si supersit aliquis post funera sensus,
Terreat vt manes Sarmatis vmbra meos.
Cæsaris hæc animum poterant audita mouere,
Maxime, mouissent si tamen ante tuum.
Vox precor angustias pro me tua molliat aures,
Auxilio trepidis quæ solet esse reis.
Assuetaq; tibi docta dulcedine linguæ,
Æquandi superis pectora flecte viri.
Non tibi Theromedon, crudúsque rogabitur Atreus,
Quique suis homines pabula fecit equis.
Sed piger ad pœnas princeps, ad præmia velox,
Quique dolet, quoties cogitur esse ferox.
Qui [3] vincit semper, victis vt parcere possit,
Clausit & æterna ciuica bella fera.
Multa metu pœnæ, pœna qui pauca coercet,
Et iacit inuita fulmina rara manu.
Ergo tam placidas orator missus ad aures,
Vt propior patriæ sit fuga nostra, roga.
Ille ego sum, qui te colui, quem festa solebat
Inter conuiuas mensa videre tuos.
Ille ego, qui duxi vestros Hymenæon ad ignes,
Et cecini fausto carmina digna thoro.
Cuius te solitum memini laudare libellos,
Exceptis, domino qui nocuere suo.
Cui tua nonnunquam miranti scripta legebas:
Ille ego, de vestra cui data nupta domo est.
Hanc probat, & primo dilectum semper ab æuo
Est inter comites Martia censa suas.
Inq; suis habuit matertera Cæsaris ante:
Quarum iudicio siqua probata proba est.
Ipsa sua melior fama, laudantibus istis,
Claudia diuina non eguisset ope.
Nos quoque præteritos sine labe peregimus annos,
Proxima pars vitæ transilienda meæ est.
Sed de me vt sileam, coniux mea sarcina vestra est,
Nam potes hanc salua dissimulare fide.

1 al. potes. 2 al. Geta. 3 al. vicit.

Confugit hæc ad vos, vestráque[1] amplectitur aras
(Iure venit cultos ad sibi quisque Deos.)
Flénsq; rogat, precibus lenito Cæsare vestris,
Busta sui fiant vt propiora viri.

ELEGIA IIII.

Ad Rufinum.

HAnc tibi Naso tuus mittit Rufine, salutem,
Qui miser est, vlli si suus esse potest.
Reddita confusæ nuper solatia menti,
Auxilium nostris spemq; tulere malis,
Vtq; Machaonius Pœantius artibus heros,
Lenito medicam vulnere sensit opem:
Sic ego mente iacens, & acerbo saucius ictu,
Admonitu cœpi fortior esse tuo.
Et iam deficiens sic ad tua verba reuixi,
Vt solet infuso vena redire mero.
[2] Nec tamen exhibuit tantas facundia vires,
Vt mea sint dictis pectora sana tuis.
Vt multum demas nostro de pectore curæ,
Non minus exhausto, quod superabit, erit.
Tempore ducetur longo fortasse cicatrix,
Horrent admotas vulnera cruda manus.
Non est in medico semper, releuetur vt æger:
Interdum docta plus valet arte malum.
Cernis, vt è molli sanguis pulmone remissus,
Ad Stygias certo limite ducat aquas?
Afferat ipse licet sacras Epidaurius herbas,
Sanabit nulla vulnera cordis ope.
Tollere nodosam nescit medicina podagram,
Nec formidatis auxiliatur aquis.
Cura quoque interdum nulla medicabilis arte:
Aut si sit, longa est attenuanda mora.
Cum bene firmarunt animum præcepta iacentem,
Sumptaq; sunt nobis pectoris arma tui.
Rursus amor patriæ ratione valentior omni,
Quod tua fecerunt scripta, retexit opus.
Siue pium vis hoc, seu vis muliebre vocari,
Confiteor, misero molle cor esse mihi.
Non dubia est Ithaci prudentia: sed tamen optat
Fumum de patriis posse videre focis.
Nescio qua natale solum dulcedine cunctos
[3] Ducit, & immemores non sinit esse sui.
Quid melius Roma? Scythico quid frigore peius?
Huc tamen ex illa barbarus vrbe fugit.
Cum bene sint clausæ cauea Pandione natæ,
Nititur in siluas quæq; redire suas.
Assuetos tauri saltus, assueta leones
(Nec feritas illos impedit) antra petunt.
Tu tamen exilij morsus è pectore nostro
Fomentis speras cedere posse tuis.
Effice, vos ipsi ne tam mihi sitis amandi,
Talibus vt leuius sit caruisse malum.
At puto qua fueram genitus tellure carenti,
In tamen humano contigit esse loco.
Orbis in[1] extremo iaceo desertus arenis,
Fert vbi perpetuas obruta terra niues.
Non ager hic pomum, non dulces educat vuas,
Non salices ripa, robora monte virent:
Neue fretum laudes terra magis, æquora semper
Ventorum rabie solibus orba tument.
Quocumq; adspicias, campi cultore carentes,
Vastaq;, quæ nemo vindicet, arua iacent.
Hostis adest dextra læuaq; à parte timendus,
Vicinoq; metu terret vtrumq; latus.
Altera Bistonias pars est sensura sarissas:
Altera Sarmatica spicula missa manu.
I nunc, & veterum nobis exempla virorum,
Qui forti casum mente tulere, refer.
Et graue magnanimi robur mirare Rutili,
Nunc vsi reditur conditione dati.
Smyrna virum tenuit, non Pontus, & hostica tellus
Smyrna minus nullo pane petenda loco.
Non doluit patriæ Cynicus procul esse Sinopeus,
Legit enim sedes Attica terra tuas.
Arma Neoclides qui Persica contudit armis,
Argolica primam sensit in vrbe fugam.
Pulsus Aristides patriâ, Lacedæmona fugit.
Inter quas dubium, qua prior esset, erat.
Cæde puer facta Patroclus Opunta reliquit,
Thessalicamq; adijt hospes Achillis humum.
Exul ab Æmonia Pirenida cessit ad vndam.
Quo duce trans Colcha sacra cucurrit aqua.
Liquit Agenorides Sidonia mœnia Cadmus,
Poneret vt muros in meliore loco.
Venit ad Adrastum Tydeus, Calydone fugatus:
Et Teucrum Veneri grata recepit humus.
Quid referam veteres Romana gentis, apud quos
Exsulibus tellus vltima Tibur erat?
[2] Persequar vt cunctos, nulli datus omnibus æuis
Tam procul à patria est, horridiorve locus.
Quo magis ignoscat sapientia vestra dolenti,
Quæ facit ex dictis non ita multa tuis.
Nec tamen insicior, si possent nostra coire
Vulnera, præceptis posse coire tuis.
Sed vereor ne me frustra sanare labores,
Nec iuuar admota perditus æger ope.
Nec loquor hæc quia sit maior prudentia nobis,
Sed sum quam modico notior ipse mihi.
Vt tamen hoc ita sit, munus tua grande volũtas
Ad me peruenit, consuluiq; boni.

[1] al. complectitur. [2] al. Non. [3] al. Nec dit.
[1] al. extremis. [2] al. prosequar. [3] al. cognoscere.

ELEGIA V.

Ad vxorem.

IAm mihi deterior canis adspergitur æras,
Iamq; meos vultus rura senilis arat.
Iam vigor, & quassò languent in corpore vires,
Nec iuuenì lusus, qui placuere, iuuant.
Nec me si subito videas, [3] agnoscere possis,
Ætatis facta est tanta ruina meæ.
Cõfiteor facere hoc annos: sed & altera caussa est,

Anxie-

Anxietas animi, continuusque labor.
Nam mea per longos si quis mala digerat annos,
Crede mihi 1 Pylio Nestore maior ero.
Cernis vt in duris (& quid boue firmius?) aruis
Fortia taurorum corpora frangat opus.
Quæ nunquam vacuo solita est cessare nouali,
Fructibus assiduis læssa senescit humus.
Occidet, ad Circi si quis certamina semper,
Non intermissis cursibus ibit equus.
Firma sit illa licet, soluetur in æquore nauis,
Quæ nunquam liquidis sicca carebit aquis.
Me quoque debilitat series immensa laborum,
Ante meum tempus cogit & esse senem.
Otia corpus alunt, animus quoque pascitur illis,
Immodicus contra carpit vtrumque labor.
Adspice in has partes quia venerit Æsone nat⁹,
Quam laudem à sera posteritate ferat.
At labor illius nostro leuiorque minorque,
Si modo non verum nomina magna premunt.
Ille est in Pontum Pelia mittente profectus:
Qui vix Thessaliæ fine timendus erat.
Cæsaris ira mihi nocuit, quem solis ab ortu,
Solis ad occasus vtraque terra tremit.
Iunctior Æmonia est Ponto, quam Roma sit Istro,
Et breuius quam nos ille peregit iter.
Ille habuit comites primos telluris Achiuæ,
At nostram cuncti deseruere fugam.
Nos fragili ligno vastum sulcauimus æquor.
Quæ tulit Æsonidem firma carina fuit.
Nec mihi Typhis erat rector, nec Amyntore natus,
Quas fugerem docuit, quas sequererque vias.
Illum tutata est cum Pallade regia Iuno,
Defendere meum numina nulla caput:
Illum furtiuæ iuuere Cupidinis artes,
Quas à me vellem non didicisset amans.
Ille domum rediit, nos his moriemur in aruis,
Persistit læsi si grauis ira Dei.
Durius est igitur nostrum fidissima coniux,
Illo, quod subiit Æsone natus 2 onus.
Te quoque, quam iuuenem discedens vrbe reliqui,
Credibile est nostris insenuisse malis.
O ego, dij faciant, talem te cernere possim,
Caraque mutatis oscula ferre comis.
Amplectique meis corpus non pingue lacertis,
Et gracile hoc fecit dicere cura mei:
Et narrare meos flenti flens ipse 3 labores,
Sperato nunquam colloquioque frui.
Thuraque Cæsaribus cum coniuge Cæsare digna,
Dijs veris memori debita ferre manu.
Memnonis hanc vtinam lenito Cæsare mater,
Quam primum roseo prouocet ore diem.

ELEGIA VI.

Ad Maximum.

ILle tuos quondam non vltimus inter amicos,
Vt sua verba legas Maxime, Naso rogat:

1 al. fido. 2 al. opus. 3 al. dolores.

In quibus ingenium desiste requirere nostrum,
Nescius exsilij ne videare mei.
Cernis vt ignauum corrumpant otia corpus?
Vt capiant vitium, ni moueantur aquæ?
1 Sic mihi, siquis erat discenti carminis vsus,
Deficit, estque minor factus inerte situ.
Hæc quoq; quæ legitis, si quid mihi Maxime credis,
Scribimus inuita vixque mouente manu.
Non libet in tales animum contendere curas,
Nec venit in duros Musa vocata Getas.
Vt tamen ipse vides, luctor deducere vestrum,
Sed non sit fato mollior ipse meo.
2 Cũ relego, scripsisse pudet, quia plurima cerno,
Me quoque qui feci iudice, digna lini.
Nec tamen emendo: labor hic quam scribere maior,
Mensque pati durum sustinet ægra nihil:
Scilicet incipiam lima mordacius vti,
3 Vt sub iudicium singula verba vocem?
Torquet enim fortuna parum, nisi Lychus in Hebrum
Confluat? & frondes Alpibus addat Athos?
Parcendum est animo miserabile vulnus habẽti:
Subducunt oneri colla perusta boues.
At puto fructus adest, iustissima caussa laborum,
Et sata cum multo fœnore reddit ager.
Tempus ad hoc nobis (repetas licet omnia) nullũ
Profuit: atque vtinam non nocuisset opus.
Cur igitur scribam miraris? miror & ipse,
Et tecum quæro sæpe quid inde petam.
An populus vere sanos neget esse poetas?
Sumque fides huius maxima vocis ego.
Qui sterili toties cum sim deceptus ab aruo,
Damnosa perstо condere semen humo.
Scilicet est cupidus studiorum quisque suorum,
Tempus & assueta ponere in arte iuuat.
Saucius eiurat pugnam gladiator, & idem
Immemor antiqui vulneris, arma capit.
Nil sibi cum pelagi dicit fore naufragus vndis,
Et ducit remos, qua modo nauit aqua.
Sic ego constanter studium non vtile seruo,
Et repeto nollem quas coluisse Deas.
Quid potius faciam? non sum qui segnia ducam
Otia: mors nobis tempus habetur iners.
Nec iuuat in lucem nimio marcessere vino,
Nec tenet incertas alea blanda manus.
Cum dedimus somno, quas corp⁹ postulat, horas,
Quo ponam vigilans tempora longa modo?
Moris an oblitus patrij contendere discam
Sarmaticos arcus, & trahar arte loci?
Hoc quoque me studium prohibent assumere vires,
Mensque magis gracili corpore nostra valet.
Cum bene quæsieris, quid agã, magis vtile nil est
Artibus 4 his, quæ nil vtilitatis habent.
Consequor ex illis casus obliuia nostri.
Hanc messem satis est si modo reddat ager.

1 al Et 2 al. Cumque lego.
3 al Et. 4 al. ijs.

Gloria vos acuat, vos vt recitata probentur
Carmina Pierijs inuigilate choris.
Quod venit ex facili satis est componere nobis,
Et nimis intenti causa laboris abest.
Cur ego sollicita poliam mea carmina cura?
An verear ne non approbet illa Getes?
Forsitan audaciter faciam, sed glorior Istrum
Ingenium nullum maius habere meo.
Hoc, vbi viuendum est, satis est si consequor aruo,
Inter inhumanos esse poëta Getas.
Quid mihi diuersum fama contendere in orbem?
Quem fortuna dedit, Roma sit ille locus.
Hoc mea contenta est infelix Musa theatro,
Sic merui, magni sic voluere 1 Dij.
Nec reor hinc istuc nostris iter esse libellis,
Quo Boreas penna deficiente venit.
Diuidimur cælo, quæque est procul vrbe Quirini,
Adspicit hirsutos cominus vrsa Getas.
Per tantum terræ, tot aquas vix credere possum
Indicium studij transiliisse mei,
Finge legi, quodq; est miserabile, finge placere,
Auctorem certe res iuuat ista nihil.
Quid tibi si calida prosit laudere Syene,
Aut vbi Taprobanen Indica tingit aqua?
Altius ire licet si te distantia longe
Pleiadum laudent signa, quid inde 2 feres?
Sed neque peruento scriptis melioribus istuc,
Famaq; cum domino fugit ab vrbe suo.
Vosq; quib⁹ perij, tunc cum mea fama sepulta est,
Nunc quoque de nostra morte tacere reor.

ELEGIA VII.

Ad Græcinum.

ECquid vt audisti (nam te diuersa tenebat
Terra) meos casus, cor tibi triste fuit?
Dissimules metuasq; licet Græcine fateri,
Si bene te noui, triste fuisse liquet.
Non cadit in mores feritas inamabilis istos:
Nec 3 minus à studijs dissidet illa tuis:
Artibus ingenuis, quarum tibi maxima cura est,
Pectora molliscunt, asperitasque fugit.
Nec quisquam meliore fide complectitur illas,
Qua sinit officium, militiæque labor.
Certe ego cum primum potui sentire quid essem,
(Nam fuit attonito mens mihi nulla diu)
Hanc quoque fortunam sensi, quod amicus abesses,
Qui mihi præsidium grande futurus eras:
Tecum tunc aberant ægræ solatia mentis,
Magnaq; pars animi consilijq; mei.
At nunc, quod superest, fer opem precor eminus vnam,
Alloquioq; iuua pectora nostra tuo,
Qua (non mendaci si quicquam credis amico)
Stulta magis dici, quam scelerata decet.
Nec breue, nec tutum est, peccati qua sit origo,
Scribere, tractari vulnera nostra timent.

1 al. Dei. 2 al. fera
3 al. mens.

1 Qualicumque modo mihi sint ea facta, rogare
Desine, non agites si qua retro velis.
Quicquid id est, vt non facimus, sic culpa vocanda est
Omnis an in magnos culpa deos, scelus est:
Spes igitur menti pœnæ Græcine leuandæ,
Non est ex toto nulla relicta mea.
Hæc dea, cum fugerent sceleratas numina terras:
In dijs inuisa sola remansit humo.
Hæc facit, vt viuat fossor quoque cõpede vinctus:
Liberaque à ferro crura futura putet.
Hæc facit, vt videat cum terras vndique nullas,
Naufragus in medijs brachia iactet aquis.
Sæpe aliquem sollers medicorum cura reliquit,
Nec spes huic venia deficiente cadit.
Carcere dicuntur clausi sperare salutem,
Atque aliquis pendens in cruce, vota facit.
Hæc dea quam multos laqueo sua colla ligantes
Non est proposita passa perire nece.
Me quoque conantem gladio finire dolorem
Arguit, iniecta continuitq; manu.
Quidq; facis? lacrymis opus est, non sanguine, dixit:
Sæpe per has flecti principis ira solet.
Quamuis est igitur meritis indebita nostris:
Magna tamen spes est in bonitate Dei.
Qui ne difficilis mihi sit Græcine precare,
Confer & in votum tu quoque verba meum.
Inque Tomitana iaceam tumulatus arena,
Si te non nobis ista 3 vouere liquet.
Nam prius incipient turres vitare columbæ,
Antra feræ, pecudes gramina, mergus aquas:
Quam male se præstet veteri Græcinus amico:
Non ita sunt fatis omnia versa meis.

ELEGIA VIII.

Ad Messallinum.

LIttera pro verbis tibi Messalline salutem:
Quam legis, à sæuis attulit vsque Getis.
Indicat auctorem locus? an nisi nomine lecto,
Hæc me Nasonem scribere verba latet?
4 Ecquis in extremo positus iacet orbe tuorum,
Me tamen excepto, qui precor esse tuus?
Dij procul à cunctis, qui te vexerantur amantq;
Huius notitiam gentis abesse velint.
5 Nos satis est inter glaciem Scythicasq; sagittas
Viuere, si vita est mortis habenda genus.
Nos premat aut bello tellus, aut frigore cælum,
Truxque Getes armis, grandine pugnet hiems:
Nos habeat regio, nec 6 pomis fera nec vuis,
Et cuius nullum cessat ab hoste latus:
Cætera sit sospes cultorum turba tuorum,
In quibus, vt populo, pars ego parua fui.
Me miserum, si tu verbis offenderis istis,
Nosque negas vlla parte fuisse tues.
Vtque sit hoc verum mentito ignoscere debes,

1 Qualiacunque. 2 al. relinquit.
3 al. mouere. 4 al. Et quis.
5 al. Non.
6 al. poma.

Nil

Nil demit laudi gloria nostra tuæ.
Quis se Cæsaribus notum non fingit amicum!
Da veniam falso, tu mihi Cæsar eris.
Nec tamen irrumpo, quo non licet ire, satisque est
Atria si nobis non paruisse negas:
Vtque tibi fuerit mecum nihil amplius vno
Nempe salutaris, quam prius, ore minus:
Nec tuus est genitor nos inficiatus amicos,
Hortator studij, caussaque saxque mei.
Cui nos & lacrymas supremũ in funere munus,
Et dedimus medio scripta canenda foro.
Adde, quod est frater tanto mihi iunctus amore,
Quantus in Atridis, Tyndaridisque fuit
Is me nec comitem, nec dedignatus amicum est:
Si tamen hæc illi non nocitura putas.
Si minus, hac quoque me mẽdacem parte fatebor,
Clausa mihi potius tota sit illa domus.
Sed neque claudenda est, & nulla potentia vires
Præstandi, peccet ne quid amicus, habet.
Et tamen vt cuperem, culpam quoque posse negari,
Sic facinus nemo nescit abesse mihi.
Quod nisi delicti pars excusabilis esset,
Parua relegati pœna futura fuit.
Ipse sed hoc vidit, qui præuidet omnia, Cæsar,
Stultitiam dici crimina posse mea.
Quaque ego permisi, quaq; est res passa, pepercit,
Vsus & est modice fulminis igne sui.
Nec vitam, nec opes, nec ademit posse reuerti,
Si sua per vestras victa sit ira preces.
At grauiter cecidi: quid enim mirabile si quis
A Ioue percussus non leue vulnus habet?
Ipse suas quamuis vires inhiberet Achilles,
Missa graues ictus Pelias hasta dabat.
Iudicium nobis igitur cum vindicis absit,
Non est cur tua me ianua nosse neget.
Culta quidem (fateor) citra quam debuit illa est,
Sed fuit in fatis hoc quoque (credo) meis.
Nec tamen officium sensit domus altera nostrũ,
Hic, illic vestro sub lare semper eram.
Neque tua est pietas vt te non excolat ipsum,
Ius aliquod tecum fratris, amicus habet.
Quid: quod vt emeritis referenda est gratia semper,
Sic est fortunæ prõmeruisse tuæ.
Quod si permittis nobis suadere, quod optas,
Vt des quam reddas, plura, precare Deos.
Idque facis, quantumque licet meminisse solebas
Officij caussa pluribus esse dati.
Quolibet in numero me Messalline repone,
Sim modo pars vestræ non aliena domus:
Et mala Nasonem, quoniam meruisse videtur,
Si non ferre doles, at meruisse dole.

ELEGIA IX.

Ad Seuerum.

A Tibi dilecto missam Nasone salutem,
Accipe pars animæ magna Seuere meæ.
Neve roges quid agam, si persequar omnia flebis.
Summa satis nostri sit tibi nota mali.
Vtimur assiduis expertes pacis in armis,
Dura pharetratobella mouente Geta.
Deque tot expulsis sum miles in exule solus,
Tuta (neque inuideo) cætera turba latet:
Quoque magis nostros venia dignere libellos,
Hæc in procinctu carmina facta leges.
Stat vetus vrbs, ripæ vicina binominis Istri.
Mœnibus & positu vix adeunda loci,
Caspius Ægyptius, de se si creditur ipsis,
Condidit, & proprio nomine dixit opus.
Hanc trux Odrysiis inopino Marte peremptis,
Cepit, & in regem sustulit arma Getes.
Ille memor magni generis, virtute quod auget,
Protinus innumero milite cinctus adest.
Nec prius abscessit, merita quam cæde nocentum
Se nimis vltiscens, extitit ipse nocens.
At tibi rex æuo detur fortissime nostro,
Semper honorata scripta tenere manu:
Teque, quod & præstat (quid enim tibi plenius optem?)
Martia cum magno Cæsare, Roma probet.
Sed memor vnde abij queror ô iucunde sodalis,
Accedant nostris sæua quod arma malis.
Vt careo vobis Scythicas detrusus in oras,
Quatuor autumnos Pleias orta facit.
Nec tu credideris vrbanæ commoda vitæ
Quærere Nasonem, quarit & illa tamen.
Nam modo vos animo dulces reminiscor amici,
Nunc mihi cum chara coniuge nata subit.
Atque domo rursus pulcra loca vertor ad vrbis,
Cunctaque mens oculis præuidet illa suis.
Nunc fora, nunc ædes, nunc marmore tecta theatra,
Nunc subit æquata porticus omnis humo.
Gramina nunc campi pulcros spectãtis in hortos,
Stagnaque & Euripi, Virgineusque liquor.
At (puto) sic vrbis misero est erepta voluptas,
Quolibet vt saltem rure frui liceat.
Non meus amissos animus desiderat agros,
Ruraque Peligno conspicienda solo.
Nec quos pomiferis positos in montibus hortos,
Spectat Flaminiæ Claudia iuncta viæ.
Quos ego nescio cui colui, quibus ipse solebam
Ad fata fontanas (nec pudet) addere aquas.
Sunt ibi, si viuũt, nostra quoque consita quadã,
Sed non & nostra poma legenda manu.
Pro quibus amissis, vtinam contingere posset
Hic saltem profugo gleba colenda mihi.
Ipse ego pendentes (liceat modo) rupe capellas,
Ipse velim baculo pascere nixus oues.
Ipse ego ne solitis insistant pectora curis,
Ducam ruricolas sub iuga panda boues.
Et discam Getici quæ norint verba iuuenci,
Assuetas illis adjiciamque minas.
Ipse manu capulum pressi moderator aratri,
Experiar mota spargere semen humo.
Nec dubitem longis purgare ligonibus arua:

1 al. Quamque.
2 al. iudicis. 3 al. permittas.
1 al. uec. 2 al. credimus ipsi. 3 al. terra.
4 al. collibus. 5 al. sæpe.

Et dare quas sitiens iam bibat hortus aquas.
Vnde sed hoc nobis, minimum quos inter & hostem,
Discrimen, murus clausaque porta facit?
At tibi nascenti (quod toto pectore lætor)
Norunt fatales fortia fila deæ.
Te modo campus habet, densa modo porticus vmbra,
Nunc, in quo ponis tempora rara, forum:
Vmbra te reuocat, nec non Albana petentem,
Appia feruenti ducit ab vrbe rota.
Forsitan hoc optes, vt iustam supprimat iram
Cæsar, & hospitium sit tua villa meum.
Ah nimium est quod amice petis: moderantius opta,
Et voti (quæso) contrahe vela tui.
Terra velim propior, nullique obnoxia bello
Detur, erit nostris pars bona dempta malis.

ELEGIA X.

Ad Maximum.

QVæ mihi de rapto tua venit epistola Celso,
Protinus est lacrymis humida facta meis:
Quodque nefas 1 dictu, fieri nec posse putaui,
Inuitis oculis littera lecta tua est.
Nec quicquam ad nostras peruenit acerbius aures,
Vt sumus in Ponto, perueniatque precor.
Ante meos oculos tanquam præsentis imago
Hæret, & extinctum viuere fingit amor.
Sæpe refert animus lusus grauitate carentes,
Seria cum liquida sæpe peracta fide.
Nulla tamen subeunt mihi tempora densius istis,
Quæ vellem vitæ summa fuisse meæ.
Cum domus ingenti subito mea lapsa ruina
Concidit in domini procubuitque caput.
Adfuit ille mihi, cum me pars magna reliquit
Maxime, fortunæ nec fuit ille comes.
Illum ego non aliter flentem mea funera vidi,
Ponendus quam si frater in igne foret.
Hæsit in amplexu, consolatusque iacentem est,
Cumque meis lacrymis miscuit vsque suas:
O quoties vitæ custos inuisus amaræ,
Continuit promptus in mea fata manus!
O quoties dixit, placabilis ira Deorum est:
Viue, nec ignosci tu tibi posse nega.
Vox tamen illa fuit celeberrima, respice quantum
Debeat auxilium Maximus esse tibi.
Maximus incumbet, quaque est pietate, rogabit,
Ne sit ad extremum Cæsaris ira tenax.
Cumque suis fratris vires adhibebit, & omnem,
Quo leuius doleas, experietur opem.
Hæc mihi verba malæ minuerunt tædia vitæ,
Quæ tu ne fuerint Maxime, vana, caue.
Huc quoque venturum mihi se iurare solebat,
Non nisi te longæ ius sibi dante viæ.

1 al. dictu est fieri.

Nam tua non alio coluit penetralia ritu,
Terrarum dominos quamcolis ipse Deos.
Crede mihi, multos habeas cum dignus amicos,
Non fuit è multis quolibet ille minor:
Si modo non census, nec clarum nomen auorum:
Sed probitas magnos ingeniumque facit.
Iure igitur lacrymas Celso libamus adempto,
Cum fugerem, viuo quas dedit ipse mihi.
Carmina iure damus raros testantiamores,
Vt tua venturi nomina Celse legant.
Hoc est, quod possum Geticis tibi mittere ab aruis:
Hoc solum est istic, quod licet esse meum.
Funera non potui comitare, nec vngere corpus,
Aque tuis toto diuidor orbe rogis.
Quod potuit, quē tu pro numine viuus habebas,
Præstitit officium Maximus omne tibi.
Ille tibi exequias, & magni funus honoris
Fecit, & in gelidos fudit amoma sinus.
Diluit & lacrymis mærens vnguenta profusis,
Ossaque vicina condita texit humo:
Qui quoniam extinctis, quæ debet, præstat amicis,
Et nos extinctis annum erare potest.

ELEGIA XI.

Ad Flaccum.

NAso suo profugus mittit tibi Flacce salutem,
Mittere rem si quis, qua caret ipse, potest.
Longus enim curis vitiatum corpus amaris,
Non patitur vires languor habere suas.
Nec dolor vllus adest, nec febribus vror anhelis,
Sed peragit soliti vena tenoris iter.
Os hebes est, positæque mouent fastidia mensæ,
Et queror inuisi cum venit hora cibi.
Quod mare, quod tellus, appone, quod educat aer,
Nil tibi, quod nobis esuriatur, erit.
Nectar & Ambrosium, latices epulasque Deorum
Det mihi formosa gnaua Iuuenta manu:
Non tamen exacuet torpens sapor ille palatum,
Stabit & in stomacho pondus inerte diu.
Hæc ego nō ausim, cum sint verissima, cuiuis
Scribere, delicias ne mala nostra vocet.
Scilicet is status est, ea rerum forma mearum,
Deliciis etiam possit vt esse locus.
Delicias illi precor has contingere, si quis
Ne mihi sit leuior Cæsaris ira, timet.
Is quoque qui gracili cibus est in corpore somnus,
Non alit officio corpus inane suo.
Sed vigilo, vigilantque mei sine fine dolores,
Quorum materiam dat locus ipse mihi:
Vix igitur possis visos agnoscere vultus,
Quoque ierit, quæras, qui fuit ante color.
Paruus in exiles succus mihi peruenit artus,
Membraque sunt cera pallidiora noua.
Non hæc immodico contraxi damna Lyæo,
Scis mihi quam solæ pæne bibantur aquæ.
Non epulis onerari quarum si tangar amore,

Est tamen in Geticis copia nulla locis.
Nec vires adimit Veneris damnosa voluptas,
Non solet in mœstos illa venire toros.
Vnda, locusq; nocent, & causſa valentior istis
Anxietas animi, quæ mihi semper adest.
Hanc nisi tu pariter simili cum fratre leuares,
Vix mens tristitiæ nostra tulisset onus.
Vos estis fractæ tellus non dura phasel.
Quamque negant multi, vos mihi fertis opem.
Ferte precor semper, quia semper egebimus illa,
Cæsaris offensum dum mihi numen erit.
Qui meritam nobis minuat, non siniat iram:
Supplicit er vestros quisq; rogate deos.

P. OVIDII NASONIS
DE PONTO LIBER II.

ELEGIA I.
Ad Germanicum.

HVc quoque Cæsarei peruenit fama triũphi,
Languida quo fessi vix venit aura noti.
Nil for e dulce mihi Scythica regione putaui,
Iam minus hic odio est, quam fuit ante, locus.
Tandem aliquid pulsa curarum nube serenum
Vidi, fortunæ verba dedique meæ.
Nolit vt 1 illa mihi contingere gaudia Cæsar,
Velle potest cuiuis hæc tamen vna dari.
Dij quoque vt à cunctis hilari pietate colantur:
Tristitiam poni per sua festa iubent.
Denique quod certus furor est audere fateri,
Hac ego lætitia si vetat ipse fruar.
Iupiter vtilibus quoties rigat imbribus agros,
Mixta tenax segeti crescere lappa solet.
Nos quoque frugiferum sentimus inutilis herbæ
Numen, & inuita sæpe iuuamur ope.
Gaudia Cæsareæ mentis pro parte virili
Sunt mea, priuati nil habet illa domus.
Gratia fama tibi, per quam spectata triumphi
Incluso mediys est mihi pompa Getis.
Indice te didici, nuper visenda coisse
Innumeras gentes ad ducis ora sui.
Quæque capit 2 vastis immensum mœnib⁹ orbẽ,
Hospitiys Romam vix habuisse locum.
Tu mihi narrasti, cum multis lucibus ante
Fuderit assiduas nubilus auster aquas,
Numine cælesti solem fulsisse serenum,
Cum populi vultu conueniente die.
Atque ita victorem cum magna vocis honore,
Bellica laudatis dona dedisse viris.
Claraque sumpturum pictas insignia vestes,
Tura prius sanctis imposuisse focis.
Iustitiaq; sui castos placasse parentes,
Illo quo templum pectore semper habet.
Quæque terit, felix adiectum plausibus omen,
Saxaque 3 voratis erubuisse rosis.
Protinus argento veros imitantia muros,
Barbara cum victis oppida lata viris.
Fluminaq; & montes, & in altas proflua siluas,
Armaque cum telis instrue iuncta suis.
Deque trophæorum quod sol incenderat auro,
Aurea Romani tecta fuisse fori.
Torque tulisse duces captiuis addita collis
Vincula, pæne hostes quot satis esse fuit.
Maxima pars horum vitam veniamq; 4 tulere,
In quibus & belli summa caputque fuit.
Cur ego posse negem minui Cæsaris iram,
Cum videam mites hostibus esse Deos?
Pertulit hoc idem nobis Germanice rumor,
Oppida sub titulo nominis esse tui.
Atque ea te contra, nec muri mole, nec armis,
Nec satis ingenio tuta fuisse loci.
Dij tibi dent annos, à te nam cetera sumes,
Sint modo virtuti tempora longa tuæ.
Quod precor eueniet, sunt quædam oracula vatum,
Nam Deus optanti prospera signa dedit.
Te quoque victorem Tarpeias scandere in arces,
Læta coronatis Roma videbit equis:
Maturosque pater nati spectabit honores,
Gaudia percipiens, quæ dedit ante suis.
Iam nunc hæc à me iuuenum belloque togaq;
Maxime, dicta tibi vaticinante nota,
Hunc quoq; carminibus referam fortasse triumphum,
Sufficiat nostris si modo vita malis.
Imbuere Scythicas si non prius ipse sagittas,
Abstuleritq; ferox hoc caput ense Getes:
Quod si me saluo dabitur tua laurea templis,
Omnia bis dices vera fuisse mea.

1 al.vlla. 2 al.latis. 3 al.iactatis. 4 al.tulerũt.

ELEGIA II.
Ad Messallinum.

ILle domus vestræ primis venerator ab annis,
Pulsus ad Euxini Naso sinistra freti:
Mittit ab indomitis hanc Messalline salutem,
Quam solitus præsens est tibi ferre, Getis.
Hei mihi, si lecto vultus tibi nomine non est
Qui fuit, & dubitas cetera perlegere?
Perlege, nec mecum pariter mea verba relega,
Vrbe licet vestra versibus esse meis.
Non ego concepi, si Pelion Ossa tulisset,
Clara mea tangi sidera posse manu.
Nec nos Enceladi dementia castra secuti:
In rerum dominos nouimus arma Deos.
Nec quod Tydidæ temeraria dextera fecit,
Numina sunt telis vlla petita meis.
Est mea culpa grauis, sed quæ me perdere solum
Ausa sit, & nullum maius adorsa nefas.
Nil nisi non sapiens possum timidusque vocari,
Hæc duo sunt animi nomina vera mei.
Esse quidem fatcor meritam post Cæsaris iram,
Difficilem precibus te quoque iure meis.

1 al. Sufficiet.

Quæque tua est pietas in totum nomen Iuli,
Te laedi, cum quis læditur inde, putas.
Sed licet arma feras, & vulnera sæua mineris,
Non tamen efficies, vt timeare mihi.
Puppis Achæmeniden Graium Troiana recepit,
Profuit & 1 Myso Pelias hasta duci.
Confugit interdum templi violator ad aram,
Nec petere offensi numinis horret opem.
Dixerit hoc aliquis tutum non esse, fatemur.
Sed non per placidas it mea nauis aquas.
Tuta petant alii, fortuna miserrima 2 tuta est,
Nam timor euentus deterioris obest.
Qui rapitur fatis, quid præter fata requirit?
Porrigit ad spinas duraque saxa manus.
Accipitrem metuens pennis trepidantibus ales,
Audet in humanos fessa venire sinus.
Nec se vicino dubitat committere tecto
Quæ fugit infestos territa cerua canes.
Da precor accessum lacrymis mitissime nostris,
Nec rigidam timidis vocibus obde forem.
Verbaque nostra 3 fauens Romana ad numina perfer,
Non tibi Tarpeio culta Temante minus:
Mandatique mei legatus suscipe caussam,
Nulla meo quamuis nomine caussa bona est.
Iam prope depositus, certe iam frigidus ager,
Seruatus per te, si modo seruor, ero.
Nunc tua pro rebus nitatur gratia lapsis,
Principis æterni quam tibi præstet amor.
Nunc tibi & eloquij nitor ille domesticus adsit,
Quo poteras trepidis vtilis esse reis.
Viuit enim in vobis facundi lingua parentis,
Et res hæredem repperit illa suum:
Hanc ego non, vt me defendere tentet, adoro:
Non est confessi caussa tuenda rei.
Num tamen excuses erroris origine factum.
An nihil expediat tale monere, vide:
Vulneris id genus est, quod cum sanabile non sit,
Non contrectari tutius esse puto.
Lingua sile, non est vltra narrabile quicquam,
Posse velim cineres obruere ipse meos.
Sic igitur quasi me nullus deceperit error,
Verba 4 face, vt vita, quam dedit ipse, fruar.
Cumque serenus erit, vultusque remiserit illos,
Qui secum terras imperiumque mouent:
Exiguam ne me prædam sinat esse Getarum,
Detque solum miseræ mite, precare, fugæ.
Tempus adest aptum precibus, valet ille, videtque
Quas fecit vires, Roma valere tuas.
Incolumis coniux sua puluinaria seruat,
Promouet Ausonium filius imperium.
Præterit ipse suos animo Germanicus annos,
5 Nec vigor est Drusi nobilitate minor.
Adde nurus, neptesque pias, charosque nepotes,
Cæteraque Augustæ membra valere domus.
Adde triumphatos modo Pœnos, adde quieti
Subdita montanæ brachia Dalmatiæ.
Nec dedignata est abiectis Illyris armis,
Cæsareum famulo vertice ferre pedem.
Ipse super currum placido spectabilis ore,
Tempora Phœbea virgine nexa tulit.
Quem pia vobiscum proles comitauit euntem,
Digna parente suo, nominibusque datis.
Fratribus assimilis, quos proxima templa tenentes,
Diuus ab excelsa Iulius æde videt.
His Messallinus, quibus omnia cedere debent,
Primum lætitiæ non negat esse locum.
Quicquid ab his supereſt, venit in certamen amoris,
Hac hominum nulli parte secundus 1 erit.
Hanc colit ante diem, perquam decreta merenti
Venit honoratis laurea digna comis.
Felices, quibus hos licuit spectare triumphos,
Et ducis ore Deos æquiparante frui.
At mihi Sauromatæ pro Cæsaris ore videndi,
Terraque pacis inops, vndaque vincta gelu.
Si tamen hoc audis, & vox mea peruenit isthuc,
Sit tua mutando gratia blanda loco:
Hoc pater ille tuus primo mihi cultus ab æuo,
Si quid habet sensus, vmbra diserta petit.
Hoc petit & frater, quamuis fortasse veretur
Seruandi noceat ne tibi cura mei.
Tota domus rogat hoc, nec tu potes ipse negare,
Et nos in turba parte fuisse tua.
Ingenii certe, quo nos male sensimus vsos,
Artibus exceptis sæpe probator eras.
Nec mea, si tantum peccata nouissima demas,
Esse potest domui vita pudenda tuæ.
Sic igitur vestræ vigeant penetralia gentis,
Curaque sit 2 superis Cæsaribusque tui.
Mite, sed iratum merito mihi, numen adora,
Eximar vt Scythici de feritate loci.
Difficile est fateor, sed tendit in ardua virtus,
Et talis meriti gratia maior erit.
Nec tamen Ætnæus vasto Polyphemus in antro
Accipiet voces Antiphatesve tuas.
Sed placidus facilisque parens, veniæque paratus,
Et qui fulmineo sæpe sine igne tonat.
Qui cum triste aliquid statuit, sit tristis & ipse,
Cuique fere pœnam sumere, pœna sua est.
Victa tamen vitio est huius clementia nostro,
Venit & ad vires ira coacta suas.
Qui quoniam patria toto sumus orbe remoti,
3 Non licet ante ipsos procubuisse Deos.
Quos colis, ad superos perfer mandata sacerdos:
Adde sed & proprias ad mea verba preces.
Sic tamen hæc tenta, si non nocitura putabis:
Ignoscas, timeo naufragus omne fretum.

ELEGIA III.

Ad Maximum.

1 al. Telepho. 2 al. nostra.
3 al. fouens. 4 al. fac. 5 al. Non.

1 al. eris 2 al. super his.
3 al. Nec.

Ma-

Maxime, qui claris nomen virtutibus æquas,
Nec finis ingenium nobilitate premi:
Culte mihi (quid enim stat? hic à funere differt?)
Supremum vitæ tempus adusque meæ;
Rem facis, afflictum non auersatus amicum,
Qua non est uno rarior vlla tuo.
Turpe quidem dictu, sed si modo vera fatemur,
Vulgus amicitias vtilitate probat.
Cura quid expediat 2 prior est, quam quid sit honestum,
Et cum fortuna stat atque cadit que fides.
Nec facile inuenies multis in millibus vnum,
Virtutem precium qui putet esse sui.
Ipse decor recti facti si præmia desint,
Non mouet, & gratis pœnitet esse probum.
Nil, nisi quod prodest, carum est: en detrahe meri
Spem fructus auidæ, nemo petendus erit.
At reditus iã quisque suos amat, & sibi quid sit
Vtile sollicitis computat articulis.
Illud amicitiæ quondam venerabile nomen
Prostat, & in quæstu pro meretrice sedet.
Quo magis admiror, non vt torrentibus vndis
Communis vitij te quoque labe trahi.
Diligitur nemo, nisi cui fortuna secunda est:
Quæ simul intonuit, proxima quæque fugat.
En ego non paucis quondam munitus amicis,
Dum flauit velis aura secunda meis:
Vt fera nimboso timuerunt æquora vento,
In mediis lacera naue relinquor aquis:
Cumque alij nolint, etiam me nosse fateri,
Vix duo proiecto tres ve tulistis opem.
Quorum tu princeps, neque enim comes esse, sed auctor,
Nec petere exemplum, sed dare dignus eras.
Te, nihil exacto, nisi nos peccasse fatentem
Sponte sua probitas officiumq; 3 iuuat.
Iudice te mercede caret, per seque petenda est
Externis virtus incomitata bonis.
Turpe putas abici, quia sit miserandus, amicum:
Quodque sit infelix, desinere esse tuum:
Mitius est lasso digitum supponere mento:
Mergere quam liquidis ora natantis aquis.
Cerne quid Æacides post mortem præstet amico,
Instar & hanc vitam mortis habere puta.
Pirithoum Theseus Stygias comitauit ad vndas:
A 4 Stygia quantum mors mea distat aqua?
Adfuit insano iuuenis Phocæus Oresti,
Et mea non minimum culpa furoris habet.
Tu quoq; magnorum laudes admitte virorum.
Vtq; facis, lapso, quam potes, affer opem.
Si bene te noui, si qui prius esse solebas,
Nunc quoq; es, atq; animi non cecidere tui:
Quo fortuna magis sæuit, magis ipse resistis:
Vtque decet, ne te vicerit ilia, caues.
Et bene vti pugnes, bene pugnans efficit hostis:
Sic eadem prodest causa, nocetque mihi.
Scilicet indignum 5 iuuenis 6 rarissime ducis
Te fieri comitem stantis in orbe Deæ.
Firmus es, & quoniã non sunt hæc qualia velles,
Vela regis quassæ qualiacumque ratis:
Quæque ita concussa est, vt iam casura putetur,
Restat adhuc humeris fulta carina tuis.
Ira quidem primo fuerat tua iusta, nec ipso
Lenior, offensus qui mihi iure fuit.
Quique dolor pectus tetigisset Cæsaris alti,
Illum iurabas protinus esse tuum.
Vt tamen audita est nostra tibi cladis origo,
Diceris erratis ingemuisse meis.
Tunc tua me primum solari littera cœpit,
Et læsum flecti spem dare posse deum.
Mouit amicitiæ tum te constantia longæ,
Ante tuos ortus quæ mihi cœpta fuit.
Et quod eras aliis factus, mihi natus amicus,
Quodque tibi in cunis oscula prima dedi.
Quod cum vestra domus teneris mihi semper ab annis
Culta sit esse vetus nunc tibi cogor onus.
Me tuus ille pater (Latiæ facundia linguæ,
Qui non inferior nobilitate fuit)
Primus vt auderem committere carmina famæ
1 Impulit, ingenij dux fuit ille mei.
Nec quod sit primo nobis à tempore cultus,
Contendo fratrem posse referre tuum.
Te tamẽ ante omnes ita sum cõplexus, vt 2 vna
Quolibet in casu gratia nostra fores:
Vltima me tecum vidit, mæstisque cadentes
Excepit lacrymas Italis ora genis.
Cum tibi quærenti, num verus nuncius esset,
Attulerat culpæ quem mala fama meæ:
Inter confessum medius dubieque negantem
Hærebam, pauidas dante timore notas:
Exẽploque niuis, quã mollit aquaticus Auster,
Gutta per attonitas ibat oborta genas.
Hæc igitur referens, & quod mea crimina prima
Erroris venia posse latere vides:
Respicis antiquum lapsis in rebus amicum,
Fomentisque iuuas vulnera nostra tuis.
Pro quibus optandi si nobis 3 copia fiat,
Tam bene pro merito commoda mille precor.
Sed si sola mihi dentur tua vota, precabor,
Vt tibi sit saluo Cæsare salua parens.
Hæc ego cum faceres altaria pinguia ture,
Te solitum memini prima rogare Deos.

ELEGIA IIII.

Ad Atticum.

Accipe colloquium gelido Nasonis ab Istro,
Attice, iudicio non dubitate meo.
4 Ecquid adhuc remanes memor infelicis amici,
Deserit an partes languida cura suas?
Non ita Dij mihi sunt tristes vt credere possim,
Fasque putem tam te non meminisse mei.
Ante meos oculos præsto est tua semper imago,
Et videor vultus mente videre tuos.
Seria multa mihi tecum collata recordor,

1 al. imples. 2 al. prius. 3 al. iuuant.
4 al. Stygiis. 5 al. iuuenum. 6 al. chariſſime.
1 al Compulit. 2 al. vnus. 3 al. gratia.
4 al. Et quid.

Nec data iucundis tempora pauca iocis.
Sæpe cita longis visa sermonibus hora,
Sæpe fuit breuior, quam mea verba dies:
Sæpe tuas venit factum modo carmen ad aures,
Et noua iudicio subdita musa tuo est.
Quod tu 1 laudaras, populo placuisse putabam,
Hoc pretium curæ dulce recentis erat.
Vtque meus lima rasus liber esset amici,
Non semel admonitu facta litura tuo est.
Nos fora viderunt pariter, nos porticus omnis,
Nos via, nos cunctis curua theatra locis.
Denique tantus amor nobis carissime semper,
Quantus in Æacide, Actoridesque fuit.
Non ego, si biberes securæ pocula Lethes,
Excidere hæc credam pectore posse tuo.
Longa dies citior brumali sidere, noxque
Tardior hiberna solstitialis erit.
Nec Babylon æstus, nec frigora Pontus habebit,
Calthaque Pæstanas vincet odore rosas:
Quam tibi nostrarum veniant obliuia rerum,
Non ita pars fati candida nulla mei est.
2 Ne tamen hæc dici possit fiducia mendax,
Stultaque credulitas nostra fuisse caue:
Constantique fide veterem tueare sodalem,
Qua licet, & quantum, non onerosus ero.

ELEGIA V.

Ad Solanum.

Condita disparibus numeris ego Naso Solano
Præposita misi verba salute meo.
Quæ rata sit cupio, rebusque vt comprobet omen,
Te precor 3 à saluo possit amice legi.
Candor in hoc æuo res intermortua pane,
Exigit vt faciam talia vota, tuus.
Nam fuerim quamuis modico tibi iunctus ab vsu,
Diceris exiliis ingemuisse meis:
Missaque ab Euxino legeres cum carmina Ponto,
Illa tuus iuuet qualiacunque fauor:
Optastique breuem fieri mihi Cæsaris iram,
Quod tamen optari si 4 sciat ipse 5 sinat.
Moribus ista tuis tam mitia vota dedisti,
Nec minus iccirco sunt ea grata mihi.
Quoque magis moueare malis doctissime nostris,
Credibile est fieri conditione loci.
Vix hæc inuenies, totum (mihi crede) per orbem
Quæ minus augusta pace fruatur humus.
Tu tamen hic structos inter fera prælia versus
Et legis, & lectos ore fauente probas.
Ingenioque meo, vena quod paupere manat,
Plaudis, & è riuo flumina magna facis.
Grata quidem sunt hæc animo suffragia nostro,
Vix sibi cum miseros posse placere putes,
Dum tamē in 6 rebus tentamus carmina paruis,
Materia gracili sufficit ingenium.
Nuper vt huc magni peruenit fama triumphi,

1 al. Laudabas. 2 al. Nec. 3 al. vt. 4 al. sciet. 5 al. sinet. 6 al. paruis.

Ausus sum tanta sumere mollis onus.
Obruit audentem rerum grauitasque nitorque,
Nec potui cœpti pondera ferre mei.
Illic, quam laudes, erit officiosa voluntas,
Cetera materia debilitante iacent.
Qui si forte liber vestras peruenit ad aures,
Tutelam mando sentiat ille tuam.
Hæc tibi facturo, vel si non ipse rogarem,
Accedat cumulus gratia nostra leuis.
Non ego laudandus, sed sunt tua pectora lacte,
Et non calcata candidiora niue:
Mirarisque alios, cum sis mirabilis ipse,
Nec lateant artes, eloquiumque tuum.
Te iuuenum princeps, cui dat Germania nomen,
Participem studiis Cæsar habere solet.
Tu comes antiquis, tu primis iunctus ab annis:
Ingenio mores æquiparante places.
Te dicente prius, sit protinus impetus illi:
Teque habet, elicias qui sua verba tuis:
Cum tu desistis, mortaliaque ora quierunt,
1 Tectaque non longa conticuere mora:
Surgit Iuleo iuuenis cognomine dignus,
Qualis ab Eois Lucifer ortus aquis.
Dumque silent, astat, statusque est vultusque diserti,
Spemque decens doctæ vocis amicus habet.
Mox ibi pulsa mora est, atque os cæleste solutum,
Hoc superos iures more solere loqui.
Atque hæc est dicas facundia principe digna,
Eloquio tantum nobilitatis inest.
2 Huic tu cum placeas, & vertice sidera tangas,
Scripta tamen profugi vatis habenda putas.
Scilicet ingeniis aliqua est concordia iunctis,
Et seruat studii fœdera quisque sui.
Rusticus agricolam, miles fera bella gerentem,
Rectorem dubia nauita puppis amat.
Tu quoque Pieridum studio studiose teneris,
Ingenioque faues ingeniose meo.
Distat opus nostrum, sed fontibus exit ab ijsdem:
Artis & ingenuæ cultor vterque sumus.
Thyrsus enim vobis gestata est laurea nobis:
Sed tamen ambobus debet inesse calor.
Vtque meis numeris tua dat facundia neruos,
Sic venit à nobis in tua verba nitor.
Iure igitur studio confinia carmina vestro,
Et commilitij sacra tuenda putas.
Pro quibus vt 3 maneat de quo censeris amicus
Comprecor ad vitæ tempora summa tuæ.
Succedatque suis orbis moderator habenis,
Quod mecum populi vota precantur idem.

ELEGIA VI.

Ad Græcinum.

Carmine Græcinum, quem præsens voce solebat,
Tristis ab Euxinis Naso salutat aquis.
Exsulis hæc vox est, præbet mihi littera linguam,
Et si non liceat scribere, mutus ero.

4 al. Clausaque. 1 al. Cum. 3 al. maneas.

Carripis

Corripis, vt debes stulti peccata sodalis,
Et mala me meritis ferre minora doles.
Vera facis, sed sera, meæ conuicia culpæ,
Aspera confesso verba remitte reo.
Cum poteram recto transire Ceraunia velo,
Vt fera vitarem saxa, monendus eram.
Nunc mihi naufragio quid prodest 1 *dicere facto,*
Qua mea debuerit currere cymba via?
Brachia da lasso potius prendenda natanti,
Nec pigeat mento supposuisse manum.
Idq; facis, faciasq; precor, sic mater & vxor,
Sic tibi sint fratres, totaq; salua domus,
Quodq; soles animo semper, quod voce precari,
Omnia Cæsaribus sic tua facta probes.
Turpe erit in miseris veteri tibi rebus amico,
Auxilium nulla parte tulisse tuum.
Turpe referre pedem, nec passu stare tenaci,
Turpe laborantem deseruisse ratem.
Turpe sequi casum, & fortunæ cedere, amicum
Et nisi sit felix esse negare suum.
Non ita vixerunt Strophio atque Agamemnone nati,
Non hæc Ægidæ, Pirithoiq; fides.
Quos prior est mirata, sequens mirabitur ætas,
In quorum plausus tota theatra sonant:
Tu quoque per durum seruato tempus amico,
Dignus es in tantis nomen habere viris.
Dignus es, & quoniam laudem pietate mereris,
Non erit officij gratia surda tui.
Crede mihi nostrum si non mortale futurum est
Carmen, in ore frequens posteritatis eris.
Fac modo permaneat lapso Gracine fidelis,
Duret & in longas impetus iste moras.
2 *Quæ tu cum præstes, remo tamen vtar & aura:*
Nil nocet admisso subdere calcar equo.

ELEGIA VII.

Ad Atticum.

Esse salutatum te vult mea littera primum,
A male pacatis Attice missa Getis.
Proxima subsequitur quid agas audire, voluntas,
3 *Et modo (quicquid agas) sit tibi cura mei.*
Nec dubito quin sit: sed metus ipse malorum
Sæpe superuacuos cogit habere metus.
Da veniam quæso nimioq; ignoscet timori,
Tranquillas etiam naufragus horret aquas.
Qui semel est lapsus fallaci piscis ab hamo,
Omnibus vnca cibis æra subesse putat.
Sæpe canem longe visum fugit agna, lupumq;
Credit, & ipsa suam nescia vitat opem.
Membra reformidant mollem quoque saucia tactum,
Vanaq; sollicitis incitat vmbra metum.
Sic ego fortunæ telis confixus iniquis,
Pectore concipio nil nisi triste meo.
Iam mihi fata liquet cœptos seruantia cursus
Per sibi consuetas semper itura vias.
Obseruare Deos, ne quid mihi cedat amice,

1 al. discere. 2 al. Quem. 3 al. Et bene si quid agas.

Verbaque fortunæ vix puto posse dari.
Est illi curæ me perdere, quaque solebat
Esse leuis, constans & bene certa nocet.
Crede mihi si sum veri tibi cognitus oris,
1 *Nec numerus nostris casibus esse potest.*
Cinyphiæ segetis citius numerabis aristas:
Altaque quam multis floreat Hybla thymis:
Et quot aues motis nitantur in aëra pennis,
Quotque natent pisces æquore certus eris:
Quam tibi nostrorum statuatur summa laborũ,
Quos ego sum terra, quos ego passus aqua:
Nulla Getis toto gens est truculentior orbe,
Sed tamen hi nostris ingemuere malis.
Quæ tibi si memori coner perscribere versu,
Ilias est fati longa futura mei.
Non igitur vereor, 2 quod te rear esse verendum,
Cuius amor nobis pignora mille dedit:
Sed quia res timida est omnis miser: & quia longo est
Tempore lætitiæ ianua clausa meæ.
Iam dolor in morem venit meus, vtque caducis
Percussu crebro saxa cauantur aquis.
Sic ego continuo fortunæ vulnéror ictu,
Vixque habet in nobis iam noua plaga locum.
Nec magis assiduo vomer tenuatur ab vsu,
Nec magis à curuis Appia trita rotis:
Pectora quam ea sunt serie calcata malorum:
Et nihil inueni, quod mihi ferret opem.
Artibus ingenuis quæsita est gloria multis:
Infelix perij dotibus ipse meis.
Vita prior vitio caret & sine labe peracta est:
Auxilij misero nil tulit illa mihi.
Culpa grauis precibus donatur sæpe suorum,
Omnis pro nobis gratia muta fuit.
Adiuuet in duris aliquos præsentia rebus,
Obruit hoc absens vasta procella caput.
3 *Quem non obrueret taciti quoque Cæsaris ira?*
Addita sunt pœnis aspera verba meis.
Fit fuga temporibus leuior: proiectus in æquor
Arcturum subij, Pleiadumque minas.
Sæpe solent hiemem placidam sentire carinæ,
Non Ithacæ puppi sæuior vnda fuit.
Recta fides comitum poterat mala nostra leuare,
Ditata est alijs perfida turba meis.
Mitius exilium faciunt loca, tristior ista
Terra, sub Arctoo non iacet vlla polo:
Est aliquid patrijs vicinum finibus esse:
Vltima me tellus, vltimus orbis habet.
Præstat & exsulibus pacem tua laurea Cæsar,
Pontica finitimo terra sub hoste iacet.
Tempus in agrorum cultu consumere dulce est:
Non patitur verti barbarus hostis humum.
Temperie cæli 4 corpusque animusque iuuantur:
Frigore perpetuo Sarmatis ora riget.
Est in aqua dulci non inuidiosa voluptas,
Æquoreo bibitur cum sale mista palus:
Omnia deficiunt, animus tamen omnia vincit:

1 al. Non. 2 al. quia. 3 Quæ non horruerit tacitam quoque Cæsaris iram. 4 al. corpus animusque iuuatur.

Ille etiam vires corpus habere facit.
Sustinens vt onus, nutandum vertice recto est:
At flecti nimios si patiare, cades.
Spes quoq; posse mora mitescere principis iram,
Viuere me nolim, deficiamq; facit.
Nec vos parua datis pauci solatia nobis,
Quorum spectata est per mala nostra fides.
Cœpta tene quæso, nec in æquore desere nauem:
Meq; simul serua iudicium q; tuum.

ELEGIA VIII.

Ad Cottam.

Redditus est nobis Cæsar cum Cæsare nuper,
Quos mihi misisti maxime Cotta deos.
Vtq; tuum munus numerum, quem debet, haberet,
Est [1] *ibi Cæsaribus Liuia iuncta suis.*
Argentum felix, omniq; beatius auro,
Quod fuerit pretium cum rude numen habet:
Non mihi diuitias dando maiora dedisses,
Cælitibus missis nostra sub ora tribus.
Est aliquid spectare deos, & adesse putare,
Et quasi cum vero numine posse loqui.
Quantū ad me, redii, nec me tenet vltima tellus,
Vtq; prius media sospes in vrbe moror.
Cæsareos video vultus, velut ante videbam:
Vix huius voti spes fuit vlla mihi:
Vtq; salutabam, numen cæleste saluto:
Quod reduci tribuas, nil puto maius habes.
Quid nostris oculis nisi sola palatia desunt?
Qui locus ablato Cæsare vilis erit.
Hunc ego cum spectem, videor mihi cernere Romam,
Nam patriæ faciem sustinet ille suæ.
Fallor? an irati mihi sunt in imagine vultus,
Toruaq; nescio quid forma minantis habet?
Parce vir immenso maior virtutibus orbe:
Iustaq; vindictæ supprime frena tuæ.
Parce puer secli decus [2] *admirabile nostri,*
Terrarum dominum quem sua cura facit.
Per patriæ numen, quod te tibi carius ipso est,
Per nunquam surdos in tua vota Deos.
Perque thori sociam, quæ par tibi sola reperta est,
Et cui maiestas non onerosa tua est.
Perque tibi similem virtutis imagine natum,
Moribus agnosci qui tuus esse potest.
Perq; tuos, vel auo dignos, vel patre nepotes,
Qui veniunt magno per tua iussa gradu.
Parte leua minima, nostras & contrahe pœnas,
Daque locum Scythico qui sit ab hoste procul.
Et tua (si fas est) à Cæsare proxima Cæsar
Numina sint precibus non inimica meis.
Sic seua quam primum pauido Germania vultu,
Ante triumphales seruia seruatur equos.
Sic pater in Pylios, Cumæos mater in annos
Viuant, & possis filius esse diu.
Tu quoque conueniens ingenti nupta marito,

1 al. tibi. 2 al. indelebile. 3 al. procul.

Accipe non dura supplicis aure preces.
Sic tibi vir sospes, sic sint cum prole nepotes,
Cumque bonis nuribus quas peperere nurus.
Sic, quem dira tibi rapuit Germania, Drusum
Pars fuerit partus sola caduca tui.
Sic tibi maturo fraterni funeris vltor,
Purpureus niueis filius instet equis.
Annuite ô timidis mitissima numina votis,
Præsentes aliquid prosit habere Deos.
Cæsaris aduentu tuta gladiator arena
Exit, & auxilium non leue [1] *vultus habet:*
Nos quoque vestra iuuet quod, qua licet, ora videmus
Intrata est superis quod domus vna tribus.
Felices illi, qui non simulacra, sed ipsos,
Quique deum coram corpora vera vident.
Quod quoniam nobis inuidit inutile fatum,
Quos dedit ars vultus, effigiemque colo.
Sic homines nouere Deos, quos arduus æther
Occulit, & colitur pro Ioue forma Ioui.
Denique quæ mecum est & erit sine fine, cauete,
Ne sit in inuiso vestra figura loco.
Nam caput è nostra citius ceruice recedet,
Et patiar fossis lumen abire genis:
Quam caream vobis, ô publica numina, raptis,
Vos eritis nostræ portus & aura fugæ.
Vos ego complectar, Geticis si cingar ab armis,
Vtque meas aquilas [2] *signa ego vestra sequar.*
Aut ego me fallo, nimiaque cupidine ludor,
Aut spes exsilij commodioris adest.
Nam minus & minus est facies in imagine tristis,
Vtque sunt dictis annuere ora meis.
Vera precor fiant timidæ præsagia mentis,
Iustaque quamuis est, sit minor ira Dei.

ELEGIA IX.

Ad Cotyn.

Regia progenies, cui nobilitatis origo
Nomen in Eumolpi peruenit vsque [3] *Cotys,*
Fama loquax vestras si iam peruenit ad aures,
Me tibi finitimi parte iacere soli:
Supplicis exaudi iuuenum mitissime vocem,
Quamque potes profugo (nam potes) affer opē.
Me fortuna tibi (de qua quod nō queror, hoc est)
Tradidit, hoc vna non inimica mihi.
[4] *Excipe naufragium non duro litore nostrum,*
[5] *Ne fuerit terra tutior vnda tua.*
Regia (crede mihi) res est succurrere lapsis,
Conuenit & tanto, quantus es ipse viro.
Fortunam decet hoc istam, quæ maxima cum sit,
Esse potest animo vix tamen æqua tuo.
Conspicitur nunquam meliore potentia causſa,
Quam quoties vanas non sinet esse preces.
Hoc nitor iste tui generis desiderat, hoc est
A superis orta nobilitatis opus.

1 al. vultus. 2 al. vestra ego signa sequar.
3 al. Coty al. lati. 4 al. Accipe. 5 al. Nec.

Hoc

Hoc tibi & Eumolpus generis clarissimus auctor.
Et prior Eumolpo suadet Erichthonius,
Hoc tecum commune dijs, quod vterque rogati
Supplicibus vestri ferre soletis opem.
Nam, quid erit, quare solito dignemur honore
Numina, si demas velle iuuare Deos?
Iupiter oranti surdas si præbeat aures,
Victima pro templo cur cadat icta Iouis:
Si pacem nullam pontus mihi præstet eunti:
Irrita Neptuno cur ego dona feram?
Vana laborantis si fallant vota coloni,
[1] Accipiet grauidæ cur suis exta Ceres?
Nec dabit in tonso iugulum caper hostia Baccho,
Musta sub inducto si pede nulla fluant.
Cæsar vt imperij moderetur frena precamur,
Tam bene quam patriæ consulit ipse suæ.
Vtilitas igitur magnos hominesq; Deosq;
Efficit auxilijs quoque fauente suis.
Tu quoque fac prosis intra tua castra iacenti,
O Coty, progenies digna parente tuo.
Conueniens homini est, hominē seruare voluptas,
Et melius nulla quæritur arte fauor.
Quis non Antiphaten Lastrygona deuouet? aut quis
Munifici mores improbat Alcinoi?
Non tibi Cassandrus pater est, durúsve Caphareus,
Quive repertorem torruit arte sua.
Sed quàm Marte ferox, & vinci nescius armis,
Tam numquam facta pace cruoris amans.
Adde quod ingenuas didicisse fideliter artes,
Emollit mores: nec sinit esse feros.
Nec regum quisquã magis est instructus ab illis,
Mitibus aut studijs tempora plura dedit.
Carmina testantur, quæ si tua nomina demas,
Threicium iuuenem composuisse negem.
Neue sub hoc tractu vates foret vnicus Orpheus,
Bistonis ingenio terra superba [2] tuo est.
Vtq; tibi est animus, cum res ita postulat, arma
Sumere, & hostili tingere cæde manum:
Atque vt es excusso iaculum torquere lacerto,
Collaq; velocis flectere doctus equi:
Tempora sic studijs data sunt vbi iusta paternis,
Atque tuis humeris forte quieuit opus:
Ne tua marcescant per inertes otia somnos,
Lucida Pieria tendis in astra via.
Hæc quoq; res aliquid tecum mihi fœderis affert,
Eiusdem sacri cultor vterque sumus.
Ad vatem vates orantia brachia tendo,
Terra sit exsilijs vt tua fida meis.
Non ego cæde nocens in Ponti littora veni,
Mistave sunt nostra dira venena manu.
[3] Non mea subiecta consicta est gemma tabella,
Mendacem ceris imposuisse notam.
Nec quicquam, quod lege vetor committere, feci:
Est tamen his grauior noxa fatenda mihi.
Neue roges quæ sit, stultã quam scripsimus artẽ:
Innocuas nobis hæc vetat esse manus.

1 al. Accipiat. 2 al. suo. 3 al. Nec.

Et quid præterea peccarim, quærere noli,
Vt pateat sola culpa sub arte mea.
Quicquid id est, habuit moderatam vindicis iram,
Qui nisi natalem nil mihi dempsit humum.
Hæc quoniam careo, tua nunc victoria præstet
Inuiso possim tutus vt esse loco.

ELEGIA X.

Ad Macrum.

Ecquid ab impressa cognoscis imagine cera.
Hæc tibi Nasonem scribere verba Macer?
Auctoriq; sui si non est annulus index,
Cognitane est nostra littera facta manu?
An tibi notitiam mora temporis eripit horum?
Nec repetunt oculi signa vetusta tui?
Sis licet oblitus pariter gemmæq; manusq;
Exciderit tantum ne tibi cura mei:
Quam tu vel longi debes conuictibus æui,
Vel mea quod coniux non aliena tibi est:
Vel studijs, quibus es quam nos sapientius vsus.
Vtq; decet nulla factus es arte nocens.
Tu canis æterno quidquid restabat Homero,
Ne careant summa Troica bella manu.
Naso parum prudens, artem dum tradit amandi,
Doctrinæ pretium triste magister habet.
Sunt tamen inter se communia sacra poetis,
Diuersum quamuis quisque sequamur iter.
Quorum te memorem (quamquam procul absumus) esse
[2] Suspicor, & casus velle leuare meos.
Te duce magnificas Asiæ perreximus vrbes,
Trinacris est oculis te duce visa meis.
Vidimus Ætnæa calum splendescere flamma,
Suppositus monti quam vomit ore gigas:
Ætnæasq; locus, & olentia stagna Palici,
Quaq; suis Cyanen miscet Anapus aquis.
Nec procul hinc Nymphe, quæ dum fugit Elidis amnem,
Tecta sub æquorea nunc quoque currit [3] aqua.
Hic mihi labentis pars anni magna peracta est,
Heu quantum dispar est locus ille Getis.
Et quota pars hæc sunt rerũ, quas vidimus ambo
Te mihi iucundas efficiente vias.
Seu rate cæruleas pictæ sulcauimus vndas,
Essedа nos agili siue tulere rota.
Sæpe breuis nobis vicibus via [4] visa loquendi est,
Pluraque si numeres, verba fuere gradu.
Sæpe dies sermone minor fuit, inque loquendo
Tarda per æstiuos defuit hora dies.
Est aliquid casus pariter timuisse marinos,
Iunctaq; ad æquoreos vota tulisse Deos.
Et modo res egisse simul, modo rursus ab illis,
Quorum non pudeat posse referre iocos.
Hæc tibi si subeant, hic sim licet omnibus annis:
Ante tuos oculos, vt modo visus ero.
Ipse quidem certe cum sim sub cardine mundi,
Qui semper liquidis altior exstat aquis:

1 al. principis. 2 al. Auspicor. 3 al. humo. 4 al. mensa.

Te tamen intueor, quo ſolo pectore poſſum,
Et tecum gelido ſæpe ſub axe loquor.
Hic es, & ignoras, ſed ades celeberrimus abſens,
Inq; Getas media miſſus ab vrbe venis.
Redde vicem, & quoniam regio felicior iſta eſt,
Iſtic me memori pectore ſemper habe.

ELEGIA XI.

Ad Rufum.

Hoc tibi Rufe breui properatũ tẽpore mittit,
Naſo parum fauſtæ conditor artis, opus.
1 Vt quamquam longe toto ſumus orbe remoti,
Scire tamen poſſis nos meminiſſe tui.
Nominis ante mei venient obliuia nobis,
Pectore quam pietas ſit tua pulſa meo.
Et prius hac animã vacuas reddemus in auras,
Quam meriti fiat gratia vana tui.
Grãde voco meritũ lacrymas, quib. ora rigabas,
Cum mea concreto ſicca dolore forent.
Grande voco meritum maſtæ ſolatia mentis,
Cum pariter nobis illa tibiq; dares.
Spõte quidem, per ſeque mea eſt laudabilis vxor,
Admonitu melior ſit tamen 1 illa tuo.
Namq; quod Hermione Caſtor fuit, Hector Iulo,
Hoc ego te lator coniugis eſſe meæ:
Quæ ne diſſimilis tibi ſit probitate, laborat,
Seq; tui vita ſanguinis eſſe probat.
Ergo quod fuerat ſtimulis factura ſine vllis,
Plenius auctorem te quoque nacta facit.
Acer & ad palmæ per ſe curſurus honores,
Si tamen horteris fortius ibit equus.
Adde quod abſentis cura mandata fideli
Perſicus, & nullum ferre grauaris onus.
Ore ferant grates quoniam non poſſumus ipſi,
Dij tibi: qui referent, ſi piaaf cta vident.
Sufficiatq; diu corpus quoque moribus iſtis,
Maxima Fundani gloria Rufe ſoli.

1 al. Et. 1 al. ipſa.

PVBLII OVIDII NASONIS,

DE PONTO LIBER III.

ELEGIA I. Ad coniugem.

Aequor Iaſonio pulſatum remige primum,
Quæque nec hoſte fero, nec niue terra cares:
1 Ecquod erit tempus, quo vos ego Naſo relinquam,
In minus hoſtili iuſſus abeſſe loco?
An mihi Barbaria viuendum eſt ſemper in iſta?
Inque Tomitana condar oportet humo?
Pace tua, ſi pax vlla eſt tua, Pontica tellus,
Finitimus rapido quam terit hoſtis equo,
Pace tua dixiſſe velim: tu peſſima duro
Pars es in exſilio, tu mala noſtra grauas.
Tu neque ver ſentis cinctum florente corona,
Tu neque meſſorum corpora nuda vides.
Nec tibi pampineas autumnus porrigit vuas,
Cuncta ſed immodicum tempora frigus habẽt.
Tu glacie freta 2 vincta tenes & in æquore piſcis
Incluſus tecta ſæpe natauit aqua.
Nec tibi ſunt fontes, laticis niſi pæne marini:
Qui potus dubium eſt, ſiſtat alátne ſitim.
Rara nec hæc felix in apertis eminet aruis
Arbor, & in terra eſt altera forma maris.
Non auis obloquitur: niſi ſiluis ſi qua remotis
Æquoreas rauco gutture potat aquas.
Triſtia per vacuos horrent abſinthia campos,
Conueniensq; ſuo meſſis amara loco eſt.
Adde metus, & quod murus pulſatur ab hoſte,
Tinctaq; mortifera tabe ſagitta madet.
Quam procul hæc regio eſt & ab omni deuia curſu,
Nec pede quo quiſquam nec rate tutus eat.
Non igitur mirum finem quærentibus horum,
Altera ſi nobis vſque rogatur humus.
Te magis eſt mirum non hoc euincere coniux,
Inque meis lacrymas poſſe tenere malis.
Quid 1 facias, quæris, quæras hoc ſcilicet ipſum:
Inuenies vere, ſi reperire voles.
Velle parum eſt, cupias vt re potiaris oportet,
Et faciat ſomnos hæc tibi cura breues.
Velle reor multos: quis enim mihi tã ſit iniquus,
Optet & exſilium pace carere meum?
Pectore te toto cunctiſq; incumbere neruis,
Et niti pro me nocte dieq; decet.
Vtq; iuuent alij, tu debes vincere amicos
Vxor, & ad partes prima venire tuas.
Magna tibi impoſita eſt noſtris perſona libellis,
Coniugis exemplum dicere eſſe bona.
Huic caue degeneres, & ſint præconia noſtra
Vera vide, famæ quo tuearis opus.
Vt nihil ipſe querar, tacito me fama queretur
Quæ debet, fuerit ni tibi cura mei.
Expoſuit memet 2 populis fortuna videndum,
Et plus notitiæ quam fuit ante, dedit.
Notior eſt factus Capaneus 3 de fulminis ictu,
Notus humo merſis Amphiaraus equis.
Si minus erraſſet, notus minus eſſet Vlyſſes,
Magna Philoctetæ vulnere fama ſuo eſt.
Si locus eſt aliquis tanta inter nomina paruis,
Nos quoque conſpicuos noſtra ruina facit.
Nec te neſciri patitur mea pagina, quæ non
Inferius Coa Battide nomen habes.
Quicquid ages igitur, ſcena ſpectabere magna,
Et pia non paruis teſtibus vxor eris.
Crede mihi, quoties laudaris carmine noſtro,

1 al. faciam. 2 al. populo. 3 al. à.

Qui

Qui legit has laudes, an mereare rogat.
Vtque fauere reor plures virtutibus istis,
Sic tua non pauca carpere facta volent.
Quarum tu præsta ne liuor dicere possit,
Hæc est pro miseri lenia salute viri.
Cumque ego deficiã, nec possim ducere currum,
Fac tu sustineas debile sola iugum.
Ad medicum specto venis fugientibus ager,
Vltima pars animæ dum mihi restat, ades.
Quodque ego præstarem, si te magis ipse valerem,
Id mihi cum valeas fortius ipsa refer.
Exigit hoc socialis amor, fœdusque maritum,
Moribus hoc coniux exigis ipsa tuis.
Hoc domui debes, de qua censeris, vt illam
Non 1 *minus officijs, quam probitate colas.*
Cuncta licet facias, nisi eris laudabilis vxor,
Non poterit credi Martia culta tibi.
Nec sumus indigni, nec si vis vera fateri,
Debetur meritis gratia nulla meis.
Redditur illa quidem grandi cum fœnore nobis,
Nec te, si cupiat ladere, rumor habet.
Sed tamen hoc factis adiunge prioribus vnum,
Pro nostris vt sis ambitiosa malis.
Vt minus infesta iaceam 2 *regione, labora,*
Clauda nec officij pars erit vlla tui:
Magna peto, sed non tamen inuidiosa roganti,
Vtque ea non teneas tuta repulsa tua est.
Nec mihi succense, toties si carmine nostro,
Quod facis vt facias, teque imitere, rogo.
Fortibus assueuit tubicen prodesse, suoque
Dux bene pugnantes incitat ore viros.
Nota tua est probitas testataque tempus in omne,
Sit virtus etiam non probitate minor.
Nec tibi Amazonia est pro me sumenda securis,
Aut 3 *excisa leui pelta gerenda manu:*
Numen adorandum est, non vt mihi fiat amicũ,
Sed sit vt iratum, quam fuit ante, minus.
Gratia si nulla est, lacrymæ tibi gratia fiant,
Hac potes aut nulla parte mouere Deos.
Quæ tibi ne desint bene per mala nostra cauetur,
Deque viro flendi copia diues adest.
Vtque meæ res sunt, omni puto tempore flebis:
Has fortuna tibi nostra ministrat opes.
Si mea mors redimeda tua (quod abominor) esset,
Admeti coniux, quam sequereris, erat.
Æmula Penelopes fieres si fraude pudica
Instantes velles fallere nupta procos.
Si comes exili inclì manes sequerere mariti,
Esset dux facti Laodamia tui.
Iphias ante oculos tibi erit ponenda, volenti
Corpus in accensos mittere forte rogos.
Morte nihil opus est, nihil Icariotide tela,
Cæsaris at coniux ore precanda tuo est:
Quæ præstat virtute sua, ne prisca vetustas,
Laude pudicitiæ secula nostra premat.
Quæ Veneris formam, mores Iunonis habendo,
Sola est cælesti digna reperta toro.
Quid trepidas? & adire times? non impia Progne,
Filiaue Æetæ voce mouenda tua est.

1 al. magis. 2 al. tellure. 3 al. excisa.

Nec nurus 1 *Ægysthi, nec sæua Agamemnonis vxor,*
Scyllaque quæ Siculas inguine terret aquas,
Teligonive parens vertendis nata figuris,
2 *Nexaque nodosas angue Meduſa comas.*
Femina sed princeps, in qua fortuna videre
Se probat, & cæcæ crimina falsa tulit.
Quæ nihil in terris, ad finem solis ab ortu
Clarius, excepto Cæsare, mundus habet.
Eligito tempus captatum sæpe roganti,
Exeat aduersa ne tua nauis aqua.
Non semper sacras reddunt oracula sortes,
Ipsaque non omni tempore, fana patent.
Cum status vrbis erit, qualem nunc auguror esse,
Et nullius populi contrahet ora dolor:
Cum domus Augusti, Capitoli more colenda,
Læta (quod est, & sit) plenaque pacis erit:
Tum tibi Dij faciant adeundi copia fiat,
Profectura aliquid cum tua verba putes:
Si quid aget maius, differ tua cœpta, caueque
Spem festinando præcipitare meam.
Nec rursus iubeo, dum sit vacuissima quæras,
Corporis ad cultum vix vacat illa sui.
Curia cum fuerit patribus stipata verendis,
Per patrum turbam tu quoque oportet eas.
Cum tibi contigerit vultum Iunonis adire,
Fac sis personæ, quam tueare, memor.
Nec factum defende meum (mala causſa silenda est)
3 *Nec nisi sollicitæ sint tua verba preces.*
Tunc lacrymis demenda mora est, summissaque terræ,
Ad non mortales brachia tende pedes.
Tu pete nil aliud, nisi sæuo vt ab hoste recedam:
Hostem fortunam sit satis esse mihi.
Plura quidem subeunt, sed tu turbata timore
Hæc quoque vix poteris voce tremente loqui.
Suspicor hæc damno 4 *tibi non fore. sentiet illa*
Te maiestatem pertimuisse suam.
Nec tua si fletu scindentur verba, nocebit:
Interdum lacrymæ pondera vocis habent.
Lux etiam facito cœptis bona talibus adsit,
Horaque conueniens, auspiciumque fauens.
Sed prius imposito 5 *sanctis altaribus igni,*
Thura fer ad magnos, vinaque pura Deos.
E quibus ante omnes Augusti numen adora,
Progeniemque piam participemque tori.
Sint vtinam mites, solito tibi more, tuasque
Non duris lacrymas vultibus aspiciant.

ELEGIA II.

Ad Cottam.

QVam legis à nobis missam tibi Cotta salutem,
Missa sit vt vere, perueniatque precor.
Namque meis, 6 sospes multum cruciatibus aufers,
Atque sit vt nobis pars bona salua, facis.
Cumque labent alij, iactataque vela relinquant,

1 al. Ægypti. 2 al. Nexaue. 3 al. Nil.
4 al. fore non tibi. 5 al. sacris. 6 al. è.

Tu lacera remanes anchora sola rati.
Grata tua est igitur pietas ignoscimus illis,
Qui cum fortuna terga dedere fugæ.
Cum feriant vnum, non vnum fulmina terrent,
Iunctaq; percussa turba pauere solet.
Cumq; dedit paries ventura signa ruinæ,
Sollicito vacuus fit locus ille metu.
Quis non è timidis ægri contagia vitat,
Vicinum metuens ne trahat inde malum?
Me quoq; amicorum nimio terrore metuq;
Non odio quidam destituere mei.
Non illis pietas, non officiosa voluntas
Defuit, aduersos extimuere Deos.
Vtq; magis cauti possint timidiq; vocari,
Sic appellari non meruere mali.
At meus excusat charos ita candor amicos,
Vtq; habeant de me crimina nulla facit.
Sint hi contenti venia signentq; licebit,
Purgari factum me quoq; teste suum,
Pars estis pauci melior, qui rebus in arctis
Ferre mihi nullum turpe putatis opem.
Tunc igitur meriti morietur gratia vestri,
Cum cinis absumpto corpore factus ero.
Fallor & illa meæ superabit tempora vitæ,
Si tamen à memori posteritate legar:
Corpora debentur mœstis exsanguia bustis,
Effugium structos nomen honorq; rogos.
Occidit & Theseus & qui comitauit Orestem,
Sed tamen in laudes viuit vterq; suas.
Vos etiam seri laudabunt sæpe nepotes,
Claraq; erit scriptis gloria vestra meis.
Hæc quoque Sauromatæ iam vos nouere, Getæque:
Et tales animos barbara turba probat.
Cumq; ego de vestra nuper probitate referrem,
Nam didici Getice, Sarmaticeq; loqui.
Forte senex quidam, cœtu cum staret in illo,
Reddidit ad nostros talia verba sonos:
Nos quoque amicitiæ nomen bene nouimus hospes,
Quos procul à vobis alter & orbis habet.
Est locus in Scythia, Tauros dixere priores,
Qui Getica longe non ita distat humo.
Hac ego sum terra, patriæ nec pœnitet, ortus,
Consortem Phœbi gens colit illa Deam.
Templa manent hodie vastis innixa columnis,
Perq; quater denos itur in illa gradus.
Fama refert illic signum cæleste fuisse,
Quodq; minus dubites, stat basis orba Dea.
Araq; qua fuerat natura candida saxi,
Decolor affuso tincta cruore rubet.
Femina sacra facit teda non nota iugali,
Quæ superat Scythicas nobilitate nurus.
Sacrifici genus est (sic instituere parentes)
Aduena virgineo cæsus vt ense cadat,
Regna Thoas habuit Mæotide clarus in ora,
Nec fuit Euxinis notior alter aquis.
Sceptra tenente illo, liquidas fecisse per auras,
Nescio quam dicunt Iphigeneian iter.
Quam leuibus ventis sub nube per aera vectam
Creditur his Phœbe deposuisse locis.
Præfuerat templo multos ea rite per annos,
Inuita peragens tristia sacra manu:
Cum duo velifera iuuenes venere carina,
Pressêruntque suo littora nostra pede.
Par fuit his ætas & amor: quorum alter Orestes,
Alter erat Pylades: nomina fama tenet.
Protinus immitem Triuiæ ducuntur ad aram,
Euincti geminas ad sua terga manus.
Sparsit aqua captos lustrali Graia sacerdos,
Ambiat vt fuluas infula longa comas.
Dumque parat sacrum, dum velat tempora vittis,
Dum tardæ caussas inuenit ipsa moræ:
Non ego crudelis, iuuenes ignoscite, dixit,
Sacra suo facio barbariora loco.
Ritus is est gentis, qua vos tamen vrbe venitis?
Quodve parum fausta puppe petistis iter?
Dixit, & audito patriæ pia nomine virgo,
Consortes vrbis comperit esse suæ.
Alter vt è vobis, inquit, cadat hostia sacris,
Ad patrias sedes nuncius alter eat.
Ire iubet Pylades carum petiturus Orestem,
Hic negat, inque vicem pugnat vterque mori.
Extitit hoc vnum, quod non conuenerat illis,
Cetera pars concors & sine lite fuit.
Dum peragunt iuuenes pulcri certamen amoris,
Ad fratrem scriptas exarat illa notas.
Ad fratrem mandata dabat, cuique illa dabantur,
(Humanos casus aspice) frater erat.
Nec mora, de templo rapiunt simulacra Dianæ,
Clamque per immensas puppe feruntur aquas.
Mirus amor iuuenum, quamuis abiêre tot anni,
In Scythia magnum nunc quoque nomen habent.
Fabula narrata est postquam vulgaris ab illo,
Laudarunt omnes facta, piamque fidem:
Scilicet hic etiam, qua nulla ferocior ora est,
Nomen amicitiæ barbara corda mouet.
Quid facere Ausonia geniti debetis in vrbe,
Cum tangant diros talia facta Getas?
Adde quod est animus semper tibi mitis, & altæ
Indicium mores nobilitatis habent.
Quos Volesus patrij cognoscat nominis auctor,
Quos Numa maternus non neget esse suos:
Adiectique probent genitiua, agnomina Cettæ,
Si tu non esses, interitura domus.
Digne vir hac serie, lapso succurrere amico
Conueniens istis moribus esse puta.

1 al. Et. 2 al. istis. 3 al. altera terra tenet. 4 al. precares.

1 al. æquora. 2 al. Quóue. 3 al. fecerat. 4 al. laudabat. 5 al. ad nomina.

ELEGIA III.

Ad Maximum.

SI vacat exiguum profugo dare tempus amico,
O sidus Fabiæ Maxime gentis ades.

Dum tibi quæ vidi [1] *refero, seu corporis vmbra est*
Seu veri species, seu fuit ille sopor,
Nox erat, & bifores intrabat luna fenestras,
Mense fere medio quanta nitere solet.
Publica me requies curarum somnus habebat,
Fusaq; erant toto languida membra thoro,
Cum subito pennis agitatus inhorruit aer,
Et gemuit paruo mota fenestra sono.
Territus in cubitum releuo mea membra sinistrum,
Pulsus & è trepido pectore somnus abit.
Stabat amor vultu, non quo prius esse solebat,
Sceptra tenens læua tristis acerna manu.
Non torquem collo, nec habens crinale capillo,
Nec bene [2] *dispositas comptus, vt ante, comas,*
Horrida pendebant molles super ora capilli,
Et visa est oculis horrida penna meis.
Qualis in aëria tergo solet esse columbæ,
Tractatam multæ quam tetigere manus.
Hũc simul agnoui (neq; enim mihi notior alter)
Talibus effata est libera lingua sonis:
O puer exsilij decepto caussa magistro,
Quem fuit vtilius non docuisse mihi.
Huc quoque venisti pax est vbi tempore nullo,
Et coit adstrictis barbarus Ister aquis?
Quæ tibi caussa viæ? nisi vti mala nostra videres?
Quæ sunt, si nescis, inuidiosa tibi.
Tu mihi dictasti iuuenilia carmina primum,
Apposui senis te duce quinque pedes.
Nec me Mæonio consurgere carmine, nec me
Dicere magnorum passus es acta ducum.
Forsitan exiguas, aliquas tamen, arcus & ignis
Ingenij vires comminuere mei.
Namque ego dum canto tua regna, tuæq; parentis,
In nullum mea mens grande vacauit opus.
Nec satis hoc fuerat stultus quoq; carmina feci,
Artibus vt posses non rudis esse meis.
Pro quibus exsilium misero mihi reddita merces,
Id quoque in extremis, & sine pace locis.
At non Chionides Eumolpus in Orphea talis,
In Phryga nec Satyrum talis Olympus erat.
Pramia nec Chiron ab Achille talia cepit,
Pythagoræq; ferunt non nocuisse Numam.
Nomina nec referam longum collecta per æuum,
Discipulo perij solus ab ipse meo.
Dum damus arma tibi, dum te lasciua docemus,
Hæc te discipulo dona magister habet.
Scis tamen, & liquido iuratus dicere posses,
Non me legitimos sollicitasse toros.
Scripsimus hæc illis quarum nec vitta pudicos
Contingit crines, nec stola longa pedes.
Dic precor, [4] ecquando didicisti fallere nuptas,
Et facere incertum per mea iussa genus?
An [5] sit ab his omnis rigide summota libellis,
Quam lex furtiuos arcet habere viros?

[1] al. referam. [2] al. compositas. [3] al. nec. [4] al. hos quando. [5] al. Sat ab.

Quid tamen hoc prodest, vetiti si lege seuera
Credor adulterij composuisse notas?
At tu sic habeas ferientes cuncta sagittas,
Sic nunquam rapido lampades igne vacent.
Sic regat imperium, terraq; coerceat omnes
Cæsar, ab Æneæ est qui tibi fratre nepos.
Effice sit nobis non implacabilis ira,
Meq; loco plecti commodiore velit.
Hæc ego visus eram puero dixisse volucri,
Hos visus nobis ille dedisse sonos:
Per mea tela faces, & per mea tela sagittas,
Per matrem iuro, Cæsaris æmq; caput.
Nil, nisi concessum nos te didicisse magistro,
Artibus & nullum crimen inesse tuis.
Vtq; [1] hoc, sic vtinam defendere cetera posses,
Scis aliud quod te læserit, esse magis.
Quicquid id est (neque enim debet dolor ille referri)
Non potes à culpa dicere abesse tua.
Tu licet erroris sub imagine crimen obumbres,
Non grauior merito vindicis ira fuit.
Vt tamen adspicerem, consolarerq; iacentem:
Lapsa per immensas est mea penna vias.
Hæc loca tum primum vidi, cum matre rogante,
Phasias est telis fixa puella meis.
Quæ nunc cur iterum post sæcula longa reuisam,
Tu facis ô castris miles amice meis.
Pone metus igitur, mitescet Cæsaris ira,
Et veniet votis mollior hora tuis.
Neve morã timeas, tẽpus quod quærimus, instat,
Cunctaq; lætitiæ plena triumphus habet.
Dum domus & nati, dum mater Liuia gaudet,
Dum gaudes patriæ magne ducisq; pater:
Dum sibi gratatur populus totamq; per vrbem
Omnis [2] odoratis ignibus ara calet:
Dum præbet faciles aditus venerabile [3] templũ,
Sperandum est nostras posse valere preces.
Dixit, & aut ille est tenues dilapsus in auras,
Cœperunt sensus aut vigilare mei.
Si dubitem faueas quin his ô Maxime dictis,
Memnonio cygnos esse colore putem.
Sed neque mutatur nigra pice lacteus humor,
Nec quod erat candens fit terebinthus ebur.
Conueniens animo genus est tibi, nobile namq;
Pectus & Herculeæ simplicitatis habes.
Liuor iners vitium mores non exit in [4] istos,
Vtq; latens ima vipera serpit humo.
Mens tua sublimis supra genus eminet ipsum,
Grandius ingenio nec tibi nomen inest.
Ergo alij noceant miseris optentq; timeri,
Tinctaq; mordaci spicula felle gerant:
At tua supplicibus domus est assueta iuuandis,
In quorum numero me precor esse velis.

ELEGIA IIII.

Ad Rufinum.

Hæc tibi non vanam portantia verba salutem,

[1] al. hæc. [2] al. adoratis. [3] al. tempus. [4] al. altos.

Naſo Tomitana mittit ab vrbe tuus,
Vtq; ſuo faueas mandat Ruſine [1] triumpho,
In veſtras venit ſi tamen ille manus.
Eſt opus exiguum, veſtriſq; paratibus impar:
Quale tamen cumque eſt, vt tueare rogo.
Firma valent per ſe, nullúmque Machaona quærunt:
Ad medicam dubius confugit æger opem.
Non opus eſt magnis placido lectore poëtis:
Quemlibet inuitum difficilémq; tenent,
Nos quibus ingenium longi minuêre labores,
Aut etiam nullum forſitan ante fuit:
Viribus infirmi, veſtro candore valemus,
[2] Quem mihi ſi demas, omnia vapta putem.
Cunctaq; cum mea ſunt propenſo nixa fauore,
Præcipuum venię ius habet [3] iſte liber:
Spectatum vates alij ſcripſere triumphum,
Eſt aliquid memori viſa notare manu.
Nos ea vix auidam vulgi captata per aurem
Vidimus, atque oculi fama fuere mei.
Scilicet affectus ſimiles, aut impetus idem,
Rebus ab auditis conſpicuiſq; venit?
Nec nitor argenti, quem vos vidiſtis & auri
Quod mihi defuerit, purpuraq; illa queror:
Sed loca, vel gentes formatæ mille figuris,
Nutriſſent carmen prœliaq; ipſa meum.
Et regum vultus certiſſima pignora mentis,
Iuuiſſent aliqua forſitan illud opus.
Plauſibus ex ipſis populi lætoq; fauore,
Ingenium quoduis incaluiſſe poteſt.
Tamq; ego ſumpſiſſem tali clamore vigorem,
Quam rudis audita miles ad arma tuba.
Pectora ſint nobis niuibus glacieq; licebit,
Atque hoc, quem patior, frigidiora loco:
Illa ducis facies in curru ſtantis eburno,
Excuteret frigus ſenſibus omne meis.
His ego defectus, dubiisq; auctoribus vſus,
Ad veſtri venio iure fauoris opem.
Nec mihi nota ducum, nec ſunt mihi nota locorum
Nomina, materiam non habuere manus.
Pars quota de tantis rebus, quam fama referre,
Aut aliquis nobis ſcribere poſſet, erat.
Quo magis ô lector debes ignoſcere, ſi quid
Erratum eſt illic, præteritumve mihi.
Adde quod [4] aſſiduo domini meditata [5] querelam,
Ad lætum carmen vix mea muſa venit.
Vix bona poſt tanto quærenti verba ſubibant,
Et gaudere aliquid, res mihi viſa noua eſt.
Vtq; reformidant inſuetum lumina ſolem,
Sic ad lætitiam mens mea ſegnis erat.
Eſt quoque cunctarum nouitas gratiſſima rerum,
Gratiaq; officio quod mora tardat, abeſt.
Cetera certatim de magno ſcripta triumpho
Iam pridem populi ſuſpicor ore legi.
Illa bibit ſitiens lector, mea pocula plenus:
Illa recens pota eſt noſtra tepebit aqua.
Non ego ceſſaui, nec fecit intertia ſerum,
Vltima me vaſti ſuſtinet ora freti.
Dum venit huc rumor, properatáque carmina fiunt,
Factáque eunt ad vos, annus abiſſe poteſt.
Nec minimum refert, intacta roſaria [1] primus,
An ſera carpas pæne relicta manu.
Quid mirum lectis exhauſto floribus horto,
Si duce non facta eſt digna corona ſuo?
Deprecor hæc, vatum contra ſua carmina ne quis
Dicta putet, pro ſe Muſa locuta mea eſt.
Sunt mihi vobiſcum communia ſacra poëtæ,
In veſtro miſeris ſi licet eſſe choro.
Magnaq; pars animi mecum vixiſtis amici,
[2] Hac ego vos abſens nunc quoque parte colo.
Sint igitur veſtro mea commendata fauore
Carmina, non poſſum pro quibus ipſe loqui.
Scripta placent à morte fere, quia lædere viuos
Liuor & iniuſto carpere dente ſolet.
Si genus eſt mortus male viuere, terra moratur:
Et deſunt fatis ſola ſepulcra meis.
Denique opus noſtræ culpetur vt vndique curæ,
Officium nemo qui reprehendat, erit.
Vt deſint vires, tamen eſt laudanda voluntas,
Hac ego contentos auguros eſſe deos.
Hæc facit vt veniat pauper quoque gratus ad aras,
Et placeat cæſo non minus agna boue.
Res quoque tanta fuit, quãtæ ſubſiſtere ſummo
Æneides vati grande fuiſſet onus.
Ferre etiam molles elegi tam vaſta triumphi
Pondera, diſparibus non potuere rotis.
Quo pede nunc vtar, dubia eſt ſententia nobis,
Alter enim de te Rhene triumphus adeſt.
Irrita [4] verorum non ſunt præſagia vatum,
Danda Ioui laurus, dum prior illa viret.
Nec mea verba legis, qui ſum ſummotus ad Iſtrũ,
Non bene pacatis flumina pota Getis.
Iſta Dei vox eſt, Deus eſt in pectore noſtro,
Hoc duce prædico vaticinorq; Deo.
Quid ceſſas currum pompámque parare triumphis
Liuia? dant nullas iam tibi bella moras.
Perfida damnatas Germania proïcit haſtas,
Iam pondus dices omen habere meum.
Crede, breuiq; fides aderit, geminabit honorem
Filius, & iunctis, vt prius, ibit equis.
Prome quod inijcias humeris victoribus, oſtrum,
Ipſa poteſt ſolitum noſſe corona caput,
Scuta ſed & galeæ gemmis radientur & auro,
Stentq; ſuper victos trunca trophæa viros,
Oppida turritis cingantur eburnea muris,
Fictaq; res vero more putetur agi.
Squallidus immittat fracta ſub arundine crines
Rhenus, & infectas ſanguine potet aquas.
Barbara iam capti ponent inſignia reges,

1 al. libello. 2 al. Quod. 3 al. ille. 4 al. aſſiduas. 5 al. querelas.

1 al. primum. 2 al. Nunc abſque vos. 3 al. etenim. 4 al. votorum.

Textaq;

Textaque fortuna diuitiora sua.
Et quæ præterea virtus inuicta tuorum
Sæpe parata tibi, sæpe parauda facit.
Dij quorum monitu sumes 1 *euentura locuti,*
Verba precor celeri nostra probate fide.

ELEGIA V.

Ad Cottam.

Quam legis, vnde tibi mittatur epistola, quæris?
Hinc, vbi cæruleis iungitur Ister aquis.
Vt regio dicta est, 2 *succurrere debet & auctor,*
Læsus ab ingenio Naso poëta suo.
Qui tibi, quam mallet præsens afferre salutem,
Mittit ab hirsutis, maxime Cotta, Getis.
Legimus ô iuuenis patrij non degener oris,
Dicta tibi pleno verba diserta foro.
Quæ, quanquam lingua mihi sunt properante per horas
Lecta satis multas, pauca fuisse queror.
Plura sed hæc feci relegendo sæpe, nec vmquam
Hæc mihi, quam primo grata fuere minus.
Cumque sua toties nihil è dulcedine perdant,
Viribus illa suis non nouitate placent.
Felices quibus 3 *hæc ipso cognoscere in actu,*
Et tam facundo contigit ore frui.
Nam quãquam sapor est ablata dulcis in vnda,
Gratius ex ipso fonte bibuntur aquæ.
Et magis adducto pomum decerpere ramo,
Quam de calata sumere lance iuuat.
At nisi peccassem, nisi me mea Musa fugasset,
Quod legi, tua vox exhibuisset opus.
Vtque fui solitus, sedissem forsitan vnus
De centum iudex in tua verba viris.
Maior & implesset præcordia nostra voluptas,
Dum traherer dictis, annueremq; tuis.
Quem quoniam fatum, patria vobisque relictis,
Inter inhumanos maluit esse Getas.
Quod licet, vt videar tecum magis esse legendo,
Sæpe precor studij pignora mitte tui:
Exemploque meo, nisi dedignaris id ipsum,
Vtere, quod nobis rectius ipse dares.
Namq; ego, qui perij iam pridem Maxime vobis,
Ingenio nitor non perijsse meo.
Redde vicem, nec rara tui monumenta laboris
Accipiant nostræ grata futura manus.
Dic tamen ô iuuenis studiorum plene meorum,
Ecquid ab 4 *his ipsis admoneare mei?*
Ecquibus aut recitas factũ modo carmen amicis?
Aut, quod sæpe soles, exigis vt recitent?
Interdum queritur tua mens oblita quid absit,
Nescio quid certe 5 *sensit abesse tui.*
Vtque loqui multum de me præsente solebas,
Nunc quoque Nasonis nomen in ore tuo est.
Ipse quidem Getico peream violatus ab arcu,
(Et sit periuri quam prope pœna vides.)
Te nisi momentis video pæne omnibus absens,

1 al. hęc ventura.
2 al. succedere 3 al. hos.
4 al. scriptis. 5 al. sentit.

Gratia Dijs, menti quolibet ire licet.
Hæc vbi perueni, nulli cernendus in vrbem,
Sæpe loquor tecum, teque loquenta fruor.
Tunc mihi difficile est, quam sit bene, dicere, quamque
Candida iudicijs illa sit hora meis.
Tunc me, si qua fides, cælesti sede receptum,
Cum fortunatis suspicor esse Deis.
Rursus vbi huc redij, cælum superosq; relinquo,
A Styge nec longe Pontica distat humus.
Vnde ego si fato nitor prohibente reuerti,
Spem sine profectu Maxime tolle mihi.

ELEGIA VI.

Ad sodalem.

Naso suo posuit nomen cui pæne, sodali,
Mittit ab Euxinis hoc breue carmen aquis.
At si cauta parum scripsissem dextra quis esses,
Forsitan officio parta querela foret.
Cur tamen hoc ãlijs tutum credentibus, vnus
Appellent ne te carmina nostra rogas?
Quanta sit in media clementia Cæsaris ira,
Si nescis, ex me certior esse potes.
Huic ego quam patior nil possem demere pœnæ:
Si iudex meriti cogerer esse mei.
Non vetat ille sui quemquam meminisse sodalis,
Nec prohibet tibi me scribere, teque mihi.
Nec scelus admittas si consoleris amicum,
Mollibus & verbis aspera fata leues.
Cur dum tuta times, facis vt reuerentia talis
Fiat in Augustos inuidiosa Deos?
Fulminis afflatos interdum viuere telis
Vidimus, & resici non prohibente Ioue.
Nec quia Neptunus nauem 3 *lacerarat Vlyssis,*
Leucothoe nanti ferre negauit opem.
Crede mihi, miseris cælestia numina parcunt,
Nec semper lasos & sine fine premunt.
Principe nec nostro Deus est moderatior vllus,
Iustitia vires temperat ille suas.
Nuper eam Cæsar facto de marmore templo,
Iampridem posuit mentis in æde suæ.
Iupiter in multos temeraria fulmina torquet,
Qui pœnam culpa non meruere pati.
Obruerit quum tot sæuis Deus æquoris vndis,
Ex illis mergi pars quota digna fuit?
Cum pereant acie fortissima quæque, vel ipso
Iudice, delectus Martis iniquus erit.
At si forte velis in nos inquirere, nemo est
Qui se quod patitur, commeruisse neget.
Adde quod extinctos vel aqua, vel Marte, vel igni,
Nulla potest iterum restituisse dies.
Restituit multos, aut pœnæ parte leuauit
Cæsar, & in multis me velit esse precor.
An tu, cum tali populus sub principe simus,
Alloquio profugi credis inesse metum?
Forsitan hæc domino Busiride iure timeres,
Aut solito clausos vrere in ære viros.

1 al. Hanc. 2 al. Nec. 3 al. lacerauit.

Desine mitem animum vano infamare timore,
Saua quid in placidis saxa vereris aquis?
Ipse ego quod scripsi primo sine nomine vobis,
Vix excusari posse mihi videor.
Sed pauor attonito rationis ademerat vsum,
Cesserat omne nouis consiliumque malis.
Fortunamq; meam metuens, non vindicis iram,
Terrebar titulo nominis ipse mei.
Hactenus admonitus memori concede 1 poetæ,
Ponat vt in chartis nomina chara suis.
Turpe erit ambobus, longo mihi proximus vsu,
Si nulla libri parte legare mei.
Ne tamen iste metus somnos tibi rumpere possit,
Non vltra quam vis, officiosus ero.
Teque tegam qui sis nisi cum permiseris ipse,
Cogetur nemo munus habere meum.
Tu 2 quoque quē poteras vel aperte tutus amare,
Si res est anceps illa, latenter ama.

ELEGIA VII.

Ad amicos.

VErba mihi desunt eadem tam sæpe roganti,
Iamq; pudet vanas fine carere preces.
Tædia consimili fieri de carmine vobis,
Quidque petam, cunctos edidicisse reor.
3 Nostra quid apportet iam nostis epistola, quāuis
Charta sit à vinclis non labefacta suis.
Ergo mutetur scripti sententia nostri,
Ne toties contra, quam rapit amnis, eam.
Quod bene de vobis speraui, ignoscite amici,
Talia peccandi iam mihi finis erit.
Ne grauis vxori dicar, quæ scilicet in me
Quā proba, tam timida est, experiensq; parum.
Hoc quoque Naso feres: etenim peiora tulisti:
Iam tibi sentiri sarcina nulla potest.
Ductus ab armento taurus detrectet aratrum,
Subtrahat & duro colla nouella iugo:
Nos quibus assueuit fatum crudeliter vti,
Ad mala iam pridem non sumus vlla rudes.
Venimus in Geticos fines, moriamur in illis,
Parcaque ad extremum, qua mea cœpit, eat.
Spē 4 iuuat amplecti, quæ nō iuuat irrita semper:
Et fieri cupias, si qua futura putes.
Proximus huic gradus est, bene desperare salutem,
Seque semel 5 vera scisse perisse fide.
Curando fieri quædam maiora videmus
Vulnera, quæ melius non tetigisse fuit.
Mitius ille perit subita qui mergitur vnda,
Quam sua qui liquidis brachia lassat aquis.
Cur ego concepi Scythicis me posse carere
Finibus, & terra prosperiore frui?
Cur aliquid de me speraui lenius vmquam?
An fortuna mihi sic mea nota fuit?
Torqueor en grauius, repetitaq; fortuna locorum
Exsilium renouat triste, recensq; facit.
Est tamen vtilius, studium cessare meorum,
Quam, quas admorint, non valuisse preces.

1 al. sodali. 2 al. modo.
3 al. Nostraque quid portet.
4 al. iuuet. 5 al. vestra.

Magna quidem res est, quam non audetis amici:
Sed si quis peteret, qui dare vellet, erat.
Dum modo non nobis hoc Cæsaris ira negarit,
1 Fortiter Euxinis immoriemur aquis.

ELEGIA VIII.

Ad Maximum.

QVæ tibi quærebam memorem testantia curam,
Dona Tomitanus mittere posset ager.
Dignus es argento, fuluo quoque dignior auro:
Sed te, cum donas, ista iuuare solent.
Nec tamen hæc loca sunt vllo pretiosa metallo,
Hostis ab agricola vix sinit illa fodi.
Purpura sæpe tuo fulgens 2 protexit amictus,
Sed non Sarmatico tingitur illa mari.
Vellera dura ferunt pecudes, & Palladis vti
Arte Tomitanæ non didicere nurus.
Femina pro lana Cerealia munera frangit,
Suppositoque grauem vertice portat aquam.
Non hic pampineis amicitur vitibus vlmus:
Nulla premunt ramos pondere poma 3 suos.
Tristia deformes pariunt absinthia campi:
Terraq; de fructu quam sit amara docet.
Nil igitur tota Ponti regione sinistri,
Quod mea sedulitas mittere posset, erat.
Clausa tamen misi Scythica tibi tela pharetra:
Hoste precor fiant illa cruenta tuo.
Hos habet hæc calamos, hos hæc habet ora libel-
Hæc viget in nostris Maxime Musa locis: (los,
Quæ quanquā misisse pudet, quia parua vidētur:
Tu tamen hæc, quæso, consule missa boni.

ELEGIA IX.

Ad Brutum.

QVod sit in his eadē sententia Brute libellis,
Carmina, nescio quē, tarpere nostra refers:
Nil nisi me terra fruar vt 4 propiore, rogare,
Et quam sim denso cinctus ab hoste, loqui.
O quam de multis vitium reprehenditur vnum,
Hoc peccat solum si mea Musa bene est.
Ipse ego librorum video delicta meorum:
Cum sua plus iusto carmina quisque probet.
Auctor opus laudat, sic forsitan Accius olim
Thersiten facie dixerat esse bona.
Iudicium tamen hic nostrum non decipit error,
Nec quidquid genui protinus illud amo.
Cur igitur si me video delinquere, pectem?
Et patiar scripto crimen inesse rogas?
Non eadem ratio est sentire, & demere morbos:
Sensus inest cunctis, tollitur arte malum.
Sæpe aliquod verbum cupiens mutare relinquo,
Iudicium vires desituuntque meum.
Sæpe piget (quid enim dubitem tibi vera fateri?)
Corrigere & longi ferre laboris onus:
Scribentem iuuat ipse 5 fauor, minuitq; 6 labore,

1 al. Forsitan. 2 al. prætexit.
3 al. suo. 4 al. potiore. 5 al. labor.
al. furor. 6 al. laborem.

Cum-

Cumque suo crescens pectore feruet opus.
Corrigere at res est tanto magis ardua, quanto
Magnus Aristarcho maior Homerus erat.
Sic animum lento curarum frigore lædit,
Vt cupidi cursus frena 1 retentat equi.
Atq; ita Dij mites minuant mihi Cæsaris iram,
Ossaque pacata nostra tegantur humo.
Vt mihi conanti nonnunquam intendere curas,
Fortunæ species obstat acerba meæ.
Vixque mihi videor, facta quod carmina, sanus,
Inque feris curem corrigere illa Getis.
Nil tamen est scriptis magis excusabile nostris:
Quam sensus cunctis pæne quod vnus inest.
Læta fere latus cecini, cano tristia tristis:
Conueniens operi tempus vtrumque suo est.
Quid, nisi de vitio scribam regionis amarę?
Vtque loco moriar commodiore precer?
Cum toties eadem dicam, vix audior vlli,
Verbaque profectu dissimulata carent.
Et tamen hæc eadem cum sint, non scribimus
ijsdem,
Vnaque per plures vox mea tentat opem.
An ne bis sensum lector reperiret eundem,
Vnus amicorum Brute rogandus erat?
Non fuit hæc tanti, confesso ignoscite docti,
Vilior est operis fama salute meæ.
Denique materia, quam quis sibi finxerit ipse,
Arbitrio variat mulca poëta suo.
Musa mea est index nimium quoque vera malorum,
Atque incorrupti pondera testis habet.
Non liber vt fieret, sed vti sua cuique daretur
Littera, propositum curaque nostra fuit.
Post modo collectas vtcumque sine ordine, iunxi,
Hoc opus electum ne mihi forte putes.
Da veniam scriptis, quorum non gloria nobis
Caussa, sed vtilitas officiumque fuit.

1 al. retentet.

PVBLII OVIDII NASONIS
DE PONTO LIBER IIII.

ELEGIA I.

Ad Sex. Pompeium.

Accipe Pompei deductum carmen ab illo,
Debitor est vitæ qui tibi Sexte suæ.
Qui 1 si non prohibes à me tua nomina poni,
Accedet meritis hæc quoque summa tuis.
Siue trahis vultus, equidem peccasse fatebor,
Delicti tamen est caussa probanda mei.
Non potuit mea mens, esset quin grata, teneri,
Sit, precor, officio non grauis ira pio.
O quoties ego sum libris mihi visus in istis
Impius, in nullo quod legerêre loco.
O quoties, alij vellem cum scribere nomen
Rettulit in ceras inscia dextra tuum.
Ipse mihi placuit mentis in talibus error,
Et vix inuita est facta litura manu.
Viderit ad summum, dixi, licet ipse queratur,
2 Ah pudet offensam non meruisse prius.
Da mihi si quid ea est, hebetantem pectora Lethen,
Oblitus potero non tamen esse tui.
Idque sinas oro, nec fastidita repellas
Verba, nec officio crimen inesse putes.
Et leuis hæc meritis referatur gratia tantis:
Si minus, inuito te quoque gratus ero.
Numquam pigra fuit nostris tua gratia rebus,
Nec mihi munificas arca negauit opes.
Nunc quoque nil subitis clementia territa fatis,
Auxilium vitæ fertque refertque meæ.
Vnde rogas forsan fiducia tanta futuri
Sit mihi: quod fecit quisque tuetur opus.
Vt Venus artificis labor est & gloria Coi,
Æquoreo madidas quæ premit imbre comas.
Arcis vt Actææ vel eburna vel ærea custos,
Bellica Phidiaca stat dea facta manu:
Vendicat vt Calamis laudem, quos fecit, e quorũ,
Vt similis veræ vacca Myronis opus:
Sic ego sum rerum non vltima Sexte tuarum,
Tutelaque feror munus opusque tuæ.

1 al. seu. 2 al. Hanc.

ELEGIA II.

Ad Seuerum.

Quod legis ô vates magnorum maxime 1 vatum,
Venit ab intonsis vsque Seuere Getis.
Cuius adhuc nomen nostros tacuisse libellos,
Si modo permittis dicere vera, pudet.
Orba tamen numeris cessauit epistola nunquam
Ire per alternas officiosa vices.
Carmina sola tibi memorem testantia curam,
Non data sunt: quid enim, quæ facis ipse, darẽ?
Quis mel Aristæo, quis Baccho vina Falerna,
Triptolemo fruges, poma det Alcinoo?
Fertile pectus habes, interque Helicona colentes
Vberius nulli prouenit ista seges.
Mittere ad hunc carmen, frondes erat addere siluis,
Hæc mihi cunctandi caussa Seuere fuit.
Nec tamen ingenium nobis respondet, vt ante,
Sed siccum sterili vomere littus aro.
Scilicet vt limus venas excæcat in vndis,
Læsaque suppresso fonte resistit aqua:
Pectora sic mea sunt limo vitiata malorum,
Et carmen vena pauperiore fluit.
Si quis in hac ipsum terra posuisset Homerum,
Esset, crede mihi, factus & ille Getes.
Da veniam fasso studijs quoque frena remissi,
Ducitur & digitis littera rara meis.

1 al. regum.

Impetus ille 1 sacer, qui vatum pectora nutrit,
Qui prius in nobis esse solebat, abest.
Vix venit ad partes vix sumpta Musa tabellæ
Imponit pigras pæne contacta manus.
Paruaque, ne dicam scribendi nulla 2 voluptas
Est mihi, nec numeris nectere verba iuuat.
Siue quod hinc fructus adeo non cepimus vllos,
Principium nostri res sit vt ista mali.
Siue quod in tenebris numerosos ponere gestus,
Quodque legas nulli, scribere carmen idem est.
Excitat auditor studium, laudataque virtus
Crescit, & immensum gloria calcar habet.
Hic mea cui recitem nisi flauis scripta corallis?
Quasque alias gentes barbarus Ister habet.
Sed quid solus agam? quaque infelicia perdam
Otia materia, surripiamque diem?
Nam neq; me vinum, nec me tenet alea fallax,
Per quæ clam tacitum tempus abire solet.
Nec me, quod cuperem, si per fera bella liceret,
Oblectat cultu terra nouata suo.
Quid nisi Pierides solatia frigida 3 restant,
Non bene de nobis quæ meruere, Deæ?
At tu, cui bibitur felicius Aonius fons,
Vtiliter studium quod tibi cedit, ama:
Sacraque Musarum merito cole, quodque legamus
Huc aliquod curæ mitte recentis opus.

ELEGIA III.

Ad amicum instabilem.

Conquerar? 4 aut taceam? ponam sine nomine crimen?
An notum qui sis omnibus esse velim?
Nomine non vtar, ne commendere querela,
Quæraturque tibi carmine fama meo.
Dum mea puppis erat valida fundata carina,
Qui mecum velles currere primus eras:
Nunc, quia contraxit vultum fortuna, recedis,
Auxilio postquam scis opus esse tuo.
Dissimulas etiam, nec me vis nosse 5 videri,
Quisque sit, audito nomine Naso rogas.
Ille ego sum, 6 quamquam nō vis audire, vetusta
Pæne puer puero iunctus amicitia.
Ille ego qui primus tua seria nosse solebam,
Qui tibi iucundis primus adesse iocis.
Ille ego conuictor, densoque domesticus vsu,
Ille ego iudiciis vnica Musa tuis.
Ille ego sum, qui nunc an viuam, perfide nescis,
Cura tibi de quo quærere nulla fuit.
Siue fui nunquam carus, simulasse fateris:
Seu non fingebas, inuenière leuis.
Aut age dic aliquam qua te mutauerit iram:
Nam nisi iusta tua est, iusta querela mea est:
Quod te nunc crimen simile vetat esse priori?
An crimen, cœpi quod miser esse, vocas?
Si mihi rebus opem nullam factisque ferebas,
Venisset verbis charta notata tribus.
Vix equidem credo, sed & insultare iacenti
Te mihi, nec verbis parcere, fama refert.

1 al. sacra. 2 al. voluntas. 3 al. præstant. 4 al. aa. 5 al. fateai. 6 al. quamuis.

Quid facis ah demens? cur si fortuna recedat,
Naufragio lacrymas eripis ipse tuo?
Hæc dea non stabili quam sit leuis orbe fatetur,
Quæ summum dubio sub pede semper habet.
Quolibet 1 est folio, quauis incertior aura,
Par illi leuitas improbe sola tua est.
Omnia sunt hominum tenui pendentia filo,
Et subito casu, quæ valuere, ruunt.
Diuitis audita est cui non opulentia Crœsi:
Nempe tamen vitam captus ab hoste tulit.
Ille Syracosia modo formidatus in vrbe,
Vix humili duram reppulit arte famem.
Quid fuerat Magno maius? tamen ipse rogauit
Summissa fugiens voce clientis opem.
Cuique viro totus terrarum paruit orbis,
Indigus effectus omnibus ipse magis.
2 Ille Iugurthino clarus, Cimbroque triumpho,
Quo victrix toties Consule Roma fuit.
In cœno Marius iacuit, cannaque palustri,
Perstulit & tanto multa pudenda viro.
Ludit in humanis diuina potentia rebus:
Et certam præsens vix habet hora fidem.
Littus & Euxinum si quis mihi diceret, ibis,
Et metues arcu ne feriare Getæ:
I, bibe, dixissem, purgantes pectora succos,
Quicquid & in tota nascitur Anticyra.
Sum tamen hæc passus, nec si mortalia possem,
3 Et summi poteram tela cauere Dei.
Tu quoque fac timeas, & quæ tibi læta videtur,
Dum loqueris fieri tristia posse puta.

ELEGIA IIII.

Ad Sex. Pompeium,

Nvlla dies adeo est australibus humida nimbis,
Non intermissis vt fluat imber aquis.
4 Nec sterilis locus vllus ita est, vt non sit in illo
Mista fere duris vtilis herba rubis.
Nil adeo fortuna grauis miserabile fecit,
Vt minuant nulla gaudia parte malum.
Ecce domo, patriaque carens, oculisque meorum,
Naufragus in Getici littoris actus aquas.
Qua tamen inueni vultum diffundere caussa
Possim fortunæ nec meminisse meæ.
Nam mihi cum fulua tristis spatiarer arena,
Visa est à tergo penna dedisse sonum.
Respicio, nec corpus erat, quod cernere possem,
Verba tamen sunt hæc aure recepta mea:
En ego lætarum venio tibi nuncia rerum,
Fama per immensas aëre lapsa vias:
Consule Pompeio quo non tibi charior alter,
Candidus & felix proximus annus erit.
Dixit, & vt læto Pontum rumore repleuit,
Ad gentes alias hinc Dea vertit iter.
At mihi dilapsis inter noua gaudia curis,
Excidit asperitas huius iniqua loci.
Ergo vbi Ianc biceps longum reseraueris annum,
Pulsus & à sacro mense December erit.

1 al. &. 2 al. Ipse. 3 al. Non. 4 al. Non.

Purpura

Purpura Pompeium summi velabit honoris,
Ne titulis quicquam debeat ille suis.
Cernere iam video rumpi pæne atria turba,
Et populum lædi deficiente loco.
Templaq; Tarpeiæ primum tibi sedis adiri,
Et fieri faciles in tua vota Deos.
Colla boues niueos certæ præbere securi,
Quos aluit campis herba Falisca suis.
Cumq; Deos omnes, tum quos impensius equos
Esse tibi cupias, cum Ioue Cæsar erit.
Curia te excipiat, patresque ex more vocati,
Intendent aures ad tua verba suas.
Hos vbi facundo tua vox hilarauerit ore,
Vtque solet, tulerit prospera verba dies:
Egeris & meritas superis cum Cæsare grates,
Qui caussam facias cur ita sæpe dabit.
Inde domum repetes toto comitante Senatu,
Officium populi vix capiente domo.
Me miserum turba quòd non ego cernor in illa,
Nec 1 potuerint istis lumina nostra frui.
Quod licet, absentem quæ possum mente videbo,
Adspiciet vultus Consulis illa sui.
Dij faciant, aliquo subeat tibi tempore nostrum
Nomen, & heu dicas, quid miser ille facit?
2 Hæc tua protulerit si quis mihi verba, fatebor
Protinus exilium mitius esse meum.

ELEGIA V.

Ad eundem iam Cos.

Ite leues Elegi doctas ad consulis aures,
Verbaq; honorato ferte legenda viro.
Longa via est, nec vos pedibus proceditis æquis:
Tectaque brumali sub niue terra latet.
Cum gelidam Thracen, & opertum nubibus 3 Æmum,
Et maris Ionij transieritis aquas.
Luce minus decima dominam ventetis in vrbẽ,
Vt festinatum non faciatis iter.
Protinus inde domus vobis Pompeia petatur,
Non est Augusto iunctior vlla foro.
Si quis, vt in populo, qui sitis, & vnde, requirat,
Nomina decepta quælibet aure ferat.
Vt sit enim tutum, sicut reor esse fateri,
Verba minus certe ficta timoris habent.
Copia nec vobis 4 vllo prohibente videndi
Consulis, vt limen contigeritis, erit.
Aut reget ille suos dicendo iura Quirites,
Conspicuum signis cum premet altus ebur.
Aut populi reditus positam componet ad hastam,
Et minui magnæ non sinet vrbis opes.
Aut vt erunt patres in Iulia templa vocati,
De tanto dignis consule rebus aget.
Aut feret Augusto solitam, natoque salutem,
Deq; parum noto consulet officio.
Tempus ab his vacuum Cæsar Germanic⁹ omne
Auferet, à magnis hunc colit ipse deis.
Cum tamen à turba rerum requieuerit harum,
Ad vos mansuetas porriget ille manus.
1 al. possunt. 2 al. Huc.
3 al. Acmon. 4 al. nullo.

Quidque parẽs ego vester agam, fortasse requiret,
Talia vos illi reddere verba volo.
Viuit adhuc, vitamque tibi debere fatetur,
Quod prius amitti Cæsare munus habet.
Te sibi, cum fugeret, memori solet ore referre,
Barbariæ tutas exhibuisse vias.
Sanguine Bistonium quod non tepefecerit ensem,
Effectum curæ pectoris esse sui.
Addita præterea vitæ quoque multa 1 tuendæ
Munera, ne proprias attenuaret opes.
Pro quibus vt meritis referatur gratia, iurat,
Se fore mancipium tempus in omne tuum.
Nam prius vmbrosa carituros arbore montes,
Et freta veliuolas non habitura rates:
Fluminaq; in fontes cursu reditura supino,
Gratia quam meriti possit abire tui.
Hæc vbi dixeritis, seruet sua dona, rogate,
Sic fuerit vestræ caussa peracta viæ.

ELEGIA VI.

Ad Brutum.

QVam legis ex illis tibi venit epistola Brute,
Nasonem nolles in quibus esse locus.
Sed quod tu nolles, voluit miserabile fatum:
2 Heu mihi plus illud quam tua vota, valet.
In Scythia nobis quinquennis Olympias acta est,
Iam tempus lustri transit in alterius.
Perstat enim fortuna tenax, votisq; malignum
Opponit nostris insidiosa pedem.
Certus eras pro me, Fabiæ laus maxima gentis,
Numen ad Augustum supplice voce loqui:
Occidis ante preces, caussamq; ego Maxime mortis,
3 Nec fueram tanti, me reor esse tuæ.
Iam timeo nostram cuiquam mandare salutem,
Ipsum morte tua concidit auxilium.
Cœperat Augustus deceptæ ignoscere culpæ,
Spem nostram terras deseruitque simul.
Quale tamen potui de cælite Brute recenti
Vestra procul positus carmen in ora dedi:
Quæ prosit pietas vtinam mihi, sitque malorum
Iam modus, & sacræ mitior ira domus.
Te quoque idem liquido possum iurare, precari,
O mihi non dubia cognite Brute fide.
Nam cum præstiteris verum mihi semper amorẽ,
Hic tamen aduerso tempore creuit amor:
Quique tuas pariter lacrymas nostrasq; videret,
Passuros pœnam, crederet esse duos.
Lenem te miseris genuit natura, nec vlli
Mitius ingenium, quam tibi Brute 4 dedit.
5 Vt qui, quid valeas, ignores Marte forensi,
Posse tuo peragi vix putet ore reos.
Scilicet eiusdem est, quamuis pugnare videtur,
Supplicibus facilem, fontibus esse trucem.
Cum tibi susceptæ est legis vindicta seueræ,
Verba velut tinctum singula virus habent.
Hostibus eueniat, quam sis violentus in armis
Sentire, & linguæ tela subire tuæ.
1 al. tenendę. 2 al. Hei.
3 al. Non. 4 al. fuit. 5 al. vt quidquid.

Quæ tibi iam tenui cura limantur, vt omnes
Istius ingenium corporis esse negent.
At si quem lædi fortuna cernis iniqua,
Mollior est animo femina nulla tuo.
Hoc ego præcipuè sensi, cum magna meorum
Notitiam pars est inficiata mei.
Immemor illorum, vestri non immemor vmquã,
Qui mala sollicitæ nostra leuatis, ero.
Et prius hic nobis nimium conterminus Ister,
In caput Euxino de mare vertet iter.
Vtq; Thyesteæ redeant si tempora mensæ,
Solis ad Eoas currus agetur aquas.
Quam quisquam vestrum, qui me doluistis ademptum,
Arguat ingratum non meminisse sui.

ELEGIA VII.

Ad Vestalem.

Missus es Euxinas quoniam Vestalis ad oras,
Vt positis reddas iura sub axe locis.
Adspicis en præsens quali iaceamus in aruo,
Nec me testis eris, falsa solere queri.
Accedet voci per te non irrita nostræ,
Alpinis iuuenis regibus orte fides.
Ipse vides certe glacie concrescere pontum,
Ipse vides rigido stantia vina gelu.
Ipse vides onerata ferox vt ducat Iazis,
Per medias Istri plaustra bubulcus aquas.
Adspicis & mitti sub adunco toxica ferro,
Ac telum caussas mortis habere duas.
Atq; vtinam pars hæc tantum spectata fuisset,
Non etiam proprio cognita Marte tibi.
Tenditis ad primum per densa pericula pilum,
Contigit ex merito qui tibi 2 nuper honor.
Sit licet hic titulus plenis tibi fructibus ingens,
Ipsa tamen virtus ordine maior erit.
Non negat hoc Ister, cuius tua dextera quondam
Puniceam Getico sanguine fecit aquam.
Non negat Ægypsos, quæ te subeunte recepta,
Sensit in ingenio nil opis esse loci.
Nam dubium est positu melius defensa vrbs anue,
Vrbs erat in summo nubibus æqua iugo.
Sithonio regi ferus interceperat illam
Hostis, & ereptas victor habebat opes:
Donec fluminea deuecta Vitellius vnda,
Intulit exposito milite signa Getis.
At tibi progenies alti fortissima 3 Donni,
Venit in aduersos, impetus, ire viros.
Nec mora, conspicuus longe fulgentibus armis,
Fortia ne possint facta latere, caues:
Ingentique gradu contra ferrumq;, locumque,
Saxaq; brumali grandine plura subis.
Nec te missa super iaculorum turba moratur:
Nec quæ vipereo tela cruore madent,
Spicula cum pictis hærent in casside pennis.
Parsque fere scuti vulnere nulla vacat.
Nec corpus cunctos feliciter effugit ictus,
Sed minor est acri laudis amore dolor.

1 al. vndas. 2 al. primus. 3 al. Domni.

Talis apud Troiam Danais pro nauibus Aiax
Dicitur Hectoreas sustinuisse faces.
Vt propius ventum est, admotaq; dextera dextræ,
Resq; fero potuit cominus ense geri:
Dicere difficile est, quid Mars tuus egerit illic,
1 Quotq; neci dederis, quosque quibusq; modis.
Ense tuo factos calcabas victor aceruos,
Impositoq; Getes sub pede multus erat.
Pugnat ad exemplum primi minor ordine pili,
Multaq; fert miles vulnera, multa facit.
Sed tantum virtus alios tua præterit omnes,
Ante citos quantum Pegasus ibat equos.
Vincitur 2 Ægypsos, testataq; tempus in omne
Sunt tua Vestalis carmine facta meo.

ELEGIA VIII.

Ad Suillium.

Littera sera quidem, studijs exculte Suilli,
Huc tua peruenit, sed mihi grata tamen.
3 Quæ pia si posset superos lenire rogando
Gratia, laturum te mihi dicis opem.
Vt iam nil præstes, animi sum factus amici
Debitor, & meritum, velle iuuare, voco.
Impetus iste tuus longum modo duret in æuum,
Neve malis pietas sit tua lassa meis,
Ius aliquod faciunt affinia vincula nobis,
Quæ semper maneant illabefacta precor.
Nam tibi quæ coniux, eadem mihi filia pæne est:
Et quæ te generum, me vocat illa virum.
Hei mihi si lectis vultum tu versibus istis
Ducis, & affinem te pudet esse meum.
At nihil hic dignum poteris reperire pudore,
Præter fortunam, quæ mihi cæca fuit.
Seu genus excutias, equites ab origine prima,
Vsq; per innumeros inueniemur auos.
Siue velis mores qui sint inquirere nostri,
Errorem misero detrahe, labe carent.
Tu modo, si quid agi sperabis posse precando,
Quos colis exora supplice voce Deos.
Dij tibi sunt, Cæsar iuuenis tua numina placa,
Hac certe nulla est notior ara tibi.
Non sinit illa sui vanas antistitis vnquam
Esse preces, nostris hinc pete rebus opem.
4 Quamlibet exigua si nos ea iuuerit aura,
Obruta de medijs cymba resurget aquis.
Tunc ego tura feram rapidis sollemnia flammis,
Et quantum valeant numina, testis ero,
Nec tibi de Pario statuam Germanice templum
Marmore, carpsit opes 5 illa ruina meas.
Templa domus facient vobis, vrbesq; beatæ,
Naso suis opibus carmine gratus erit.
Parua quidem fateor pro magnis munera reddi,
Cum pro concessa verba salute damus:
Sed qui, quam potuit, dat maxima, gratus abunde est,
Et finem pietas contigit illa suum.
Nec quæ de parua pauper Dijs libat acerra,
Tura minus, grandi quam data lance, valent.

1 al. Quosque. 2 al. Egyros. 3 al. Quę.
4 al. Qualibet. 5 al. ista.

Agna-

Agnaque tam lactens, quam gramine pasta Falisco,
Victima Tarpeios inficit icta focos.
Nec tamen officio vatum per carmina facto,
Principibus res est aptior vlla viris.
Carmina vestrarum peragūt præconia laudum,
Neve sit actorum fama caduca cauent.
Carmine fit viuax virtus, expersque sepulcri,
Notitiam serę posteritatis habet.
Tabida consumit ferrum lapidemque vetustas,
Nullaque res maius tempore robur habet.
Scripta ferunt annos: scriptis Agamēnona nosti,
Et quisquis contra, vel simul arma tulit.
Quis Thebas septēque duces sine carmine nosset?
Et 1 quicquid post hæc, quicquid & ante fuit?
Dij quoque carminibus (si fas est dicere) fiunt,
Tantaque maiestas ore canentis eget.
Sic chaos ex illa natura mole prioris,
Digestum partes sensimus habere suas:
Sic affectantes cælestia regna gigantes,
Ad Styga nubifero vindicis igne datos.
Sic victor laudem superatis Liber ab Indis,
Alcides capta traxit ab Oechalia.
Et modo Cæsar auū, quem virtus addidit astris,
Sacrarunt aliqua carmina parte tuum.
Si quid adhuc igitur viui Germanice nostro
Restat in ingenio, seruiet omne tibi.
Non potes officium vatis contemnere vates,
Iudicio precium res habet ista tuo.
Quod nisi te nomen tantum ad maiora vocasset,
Gloria Pieridum summa futurus eras.
Sed dare materiam nobis, quàm carmina, mauis,
Nec tamen ex toto deserere illa potes.
Nam modo bella geris, numeris modo bella coerces,
Quodque aliis opus est, hoc tibi lusus erit.
Vtque nec ad citharam, nec ad arcum segnis Apollo est,
Sed venit ad sacras neruus vterque manus:
Sic tibi nec docti desunt, nec principis artes:
Mista sed est animo cum Ioue Musa tuo.
Qua quoniam nec nos vnda submouit ab illa,
Vngula Gorgonij quam caua fecit equi.
Prosit, opemque ferat communia sacra tueri,
Atque ijsdem studiis imposuisse manum.
Littora pellitis nimium subiecta Corallis,
Vt tandem seuos effugiamque Getas.
Clausaque si misero patria est, vt ponar in illo,
Qui minus Ausonia distet ab vrbe, loco.
Vnde tuas possim laudes celebrare recentes,
Magnaq; quam minima facta referre mora.
Tangat vt hoc votum cælestia care Suilli,
Numina pro socero pane precare tuo.

ELEGIA IX.

Ad Græcinum.

VNde licet, non vnde iuuat, Græcine salutem
Mittit ab Euxinis hanc tibi Naso vadis:
Missaque Dij faciant auroram occurrat ad illā,
Bis senos fasces quæ tibi prima dabit.
Et quoniam sine me tanges Capitolia Consul,
Et siam turbæ pars ego nulla tuæ:
In domini subeat partes, & præstet amici
Officium iusso littera nostra die.
Atque ego si fatis genitus 1 melioribus essem,
Et mea sincero curreret axe rota:
Quo nunc nostra manus per scriptum fungitur, esset
Lingua salutandi munere functa tui,
Grata tūsque darem cum dulcibus oscula verbis,
Nec minus ille meus, quàm tuus esset honor.
Illa (confiteor) sic essem luce superbus,
Vt caperet fastus vix domus vlla meos.
Dumque latus sancti cinget tibi turba Senatus,
Consulis ante pedes ire iuberer eques.
Et quanquam cuperē semper tibi proximus esse,
Gauderem lateris non habuisse locum.
Nec querulus turba quamuis cliderer, essem,
Sed foret à populo tum mihi dulce premi.
Prospicerem gaudens, quātus foret agminis ordo,
Densaque quàm longum turba teneret iter.
2 Quoque magis noris quam me vulgaria tăgăt,
Spectarem, qualis purpura te tegeret.
Signa quoque in sella nossem formata curuli,
Et totum Numidæ sculptile dentis opus.
At cum Tarpeias esses deductus in arces,
Dum caderet iussu victima sacra tuo:
Me quoque secreto grates sibi magnus agentem
Audisset media qui sedet ade Deus.
Thuraque mente magis, plena quam lance dedissem,
Ter quater imperij lætus honore tui.
Hic ego præsentes inter numerarer amicos,
Mitia ius vrbis si modo fata darent.
Quæque mihi sola capitur nunc mēte voluptas,
Tunc oculis etiam percipienda foret.
Non ita cælitibus visum est, & forsitan æquis:
Nam quid me pœnæ caussa negata 3 iuuet?
Mente tamē, quæ sola loco non exulat, vtar:
Prætextam, fasces adspiciamque tuos.
Hæc modo te populo reddentem iura videbit,
Et se secretis finget adesse tuis.
Nunc 4 longi reditus hastæ supponere lustri
Credet, & exacta cuncta locare fide.
Nunc facere in medio facundum verba Senatu,
Publica quærentem quid petat vtilitas,
Nunc pro Cæsaribus superis decernere grates,
Albaue opimorum colla ferire boum.
Atque vtinam, cum iam fueris potiora precatus,
Vt mihi placetur principis ira, roges.
Surgat ad hanc vocem plena pius ignis ab ara,
Detque bonum voto lucidus omen apex.
Interea qua parte licet, ne cuncta queramur,
Hic quoque te festum Consule tempus agam.
Altera lætitia est, nec cedens caussa priori,
Successor tanti frater honoris erit.
Nam 5 tibi finitum summo Græcine Decembri,

1 al. quisquis.
1 al. essem melioribus ortus. 2 al. Vtque.
3 al. iuuat. 4 al. longo. 5 al. iam functum.

Imperium Iani suscipit ille die.
Quæque est in vobis pietas, alterna feretis
Gaudia: tu fratris fascibus, ille tuis,
Sic tu bis fueris Consul, bis consul & ille,
Inque domo binus conspiciatur honor.
Qui quamquam est ingens, & nullum Martia summo
Altius imperium Consule Roma videt:
Multiplicat tamen hunc grauitas auctoris honorem,
Et maiestatem res data dantis habet.
Iudiciis igitur liceat Flaccoque, tibique
Talibus Augusti tempus in omne frui.
Cùm tamen à rerum cura propiore vacabit,
Vota precor votis addite vestra meis,
Et si qua dabit aura sinum, iactate rudentes,
Exeat è Stygiis vt mea nauis aquis,
Præfuit his Græcine locis modo Flaccus, & illo
Ripa ferox Istri sub duce tuta fuit.
Hic tenuit Mysas gentes in pace fideli,
Hic arcu fisos terruit ense Getas.
Hic raptam 1 Trœzen celeri virtute recepit,
Infecitque fero sanguine Danubium.
Quære loci faciem, Scythicique incommoda cæli,
Et quam vicino terreat hoste roga.
Sintne lita tenues serpentis felle sagitta,
Fiat 2 an humanum victima dira caput.
Mentiar, an coeat duratus frigore Pontus,
Et teneat glacies iugera multa freti.
Hæc vbi narrarit, quæ sit mea fama, require,
Quoque modo peragam tempora dura, roga:
Non sumus hic odio, nec scilicet esse meremur,
Nec cum fortuna mens quoque versa mea est,
Illa quies animi est, quam tu laudare solebas,
Ille vetus solito perstat in ore pudor.
Sic ego sum longè, sic hic vbi barbarus hostis,
Vt fera plus valeant legibus arma, facit.
Rem queat vt nullâ tot iam Græcine per annos
Femina de nobis virve puerve queri.
3 Hoc facit, vt misero faueat, adsintque Tomitæ,
Hæc quoniam tellus testificanda mihi est.
Illi, me qui velle vident, discedere malunt,
Respectu cupiunt hic tamen esse sui;
Nec mihi credideris, extant decreta, quibus nos
Laudat & immunes publica cera facit.
Conueniens miseris, & quamquam gloria nõ est,
Proxima dant nobis oppida munus idem.
Nec pietas ignota mea est, videt hospita terra
In nostra sacrum Cæsaris esse domo.
Stant pariter natusque pius, coniuxque, sacerdos,
Numina iam facto non leuiora Deo.
Neu desit pars vlla domus, stat vterque nepotũ,
Hic 4 auiæ lateri proximus, ille patris.
His ego de toties cum thure precantia verba,
Eoo quoties surgit ab orbe dies.
Tota, licet quæras, hoc me non fingere dicet,
Officij testis Pontica terra mei.
Pontica me tellus quantis hac possumus orâ,

1 al. Trœzenem. 2 al. ad. 3 al. Hæc. 4 al. à me.

Natalem ludis scit celebrare Dei.
Nec minus hospitibus pietas est cognita talis,
Misit in has si quos longa Propontis aquas.
Is quoque, quo 1 leuius fuerat sub præside Pontus,
Audierit frater forsitan ista tuus.
Fortuna est impar animo, talique libenter
Exiguas tarpo munere pauper opes.
Nec vestris damus hæc oculis, procul vrbe remoti,
Contenti tacita sed pietate sumus:
Et tamen hæc tangent aliquando Cæsaris aures,
Nil illum toto quod sit in orbe latet.
Tu certè scis hæc superis adscite, videsque
Cæsar, & est oculis subdita terra tuis.
Tu nostras audis inter conuexa locatus
Sidera sollicito quas damus ore preces:
Peruenient isthuc & carmina forsitan illa,
Quæ de te misi cælite facta nouo.
Auguror his igitur flecti tua 2 lumina, nec tu,
Immeritò nomen mite parentis habes.

ELEGIA X.

Ad Albinouanum.

3 Hæc mihi Cimmerio bis tertia ducitur æstas
Littore, pellitos inter agenda Getas,
Et quos tu silices, & quod carissime ferrum
Duritiæ confers, Albinouane, meæ?
Gutta cauat lapidem, consumitur annulus vsu,
Et teritur pressa vomer aduncus humo:
Tempus edax igitur, præter nos, omnia perdit:
Cessat duritia mors quoque victa mea.
Exemplum est animi nimium patientis Vlysses,
Iactatus dubio per duo lustra mari.
Tempora solliciti, 4 sed non tamen omnia fati
Pertulit, & placidæ sæpe fuere moræ.
An graue sex annis pulchram fouisse Calypsõ?
Æquoreæque fuit concubuisse Deæ?
Excipit Hippotades, qui dat pro munere ventos,
Curuet vt impulsos vtilis aura sinus.
5 Nec bene cantantes labor est audire puellas,
Nec degustanti lotos amara fuit.
Hos ego qui patria faciant obliuia succos,
Parte mea vitæ, si modò dentur, emam.
Nec tu contuleris vrbes Læstrigonis vnquam
Gentibus, obliqua quas obit Ister aqua.
Nec vincet Cyclops sæuum feritate Phyacem,
Qui quota terroris pars solet esse mei?
Scylla feris trunco cũ latret ab inguine monstris,
Heniochæ nobis plus nocuêre rates.
Nec potes infestis conferre Charybdin Achais,
Ter licet epotet, ter vomat illa fretum.
Qui quanquam dextra regione licentius errant.
Securum latus hoc non, tamen esse sinunt.
6 Hîc ager infrondis, hîc spicula tecta venenis,
Hîc freta vel pediti peruia reddit hiems,
Vt qua remus iter pulsis modo fecerat vndis.
Siccus contempta vaue viator eat.

1 al. Læuus. 2 al. pectora. 3 al. Hic mihi in Euxino. 4 al. quæ. 5 al. Non. 6 Hîc agri infrondes.

Qui

Qui veniunt iſtinc, vix vos ea credere dicunt:
Quàm miſer eſt, qui fert aſperiora fide?
Crede tamen, nec te cauſſas neſcire ſinemus,
Horrida Sarmaticum cur mare duret hiems.
Proxima ſunt nobis plauſtri præbentia formam,
Et quæ præcipuum ſidera frigus habent.
Hinc oritur Boreas, oraque domeſticus huic eſt,
Et ſumit vires à propiore loco.
At notus aduerſo tepidus qui ſpirat ab axe,
Eſt procul & rarus, languidiorque venit.
Adde quod hic clauſo miſcentur flumina Ponto,
Vimque fretum multo perdit ab amne ſuam.
Huc Lycus, huc Sagaris, Peniuſque, Hipanuſque Orateſque
Influit, & crebro vortice tortus Halys,
Partheniuſque rapax, & volueus ſaxa Cynapes
Labitur, & nullo tardior amne Tyras.
Et tu fœminea Thermodon cognite turmæ,
Et quondam Graiis Phaſi 1 petite viris.
Cumque Boryſthenio liquidiſſimus amnet Dyraſpes,
Et tacite peragens lene Melanthus iter.
Quique duas terras, Aſiam Cadmique ſororem
Separat, & curſus inter vtranque facit.
Innumeriique alij, quos inter maximus omnes
Cedere Danubius ſe tibi Nile negat.
Copia tot laticum, quas audet, adulterat vndas,
Nec patitur vires æquor habere ſuas.
Quinetiam ſtagno ſimilis, pigraque paludi
Cæruleus vix eſt, diluiturque color.
Innata vnda freto dulcis, leuiorque marina eſt,
Quæ proprium miſto de ſale pondus habet.
Si roget hæc aliquis, cur ſint narrata Pedoni,
Quidue loqui certis iuuerit iſta modis:
Detinui, dicam, curas tempuſque feſelli,
Hunc fructum præſens attulit hora mihi.
Abſuimus ſolito dum ſcribimus iſta dolori,
In medijs nec nos ſenſimus eſſe Getis.
At tu non dubito, cum Theſea carmine laudes,
Materiæ titulos quin tueare tuæ.
Quemq; refers, imitere viru, vetat ille profectò
Tranquilli comitem temporis eſſe fidem.
Qui quanquam eſt factis ingens, & 3 conditus à te,
Vix tantus, quanto debuit ore cani.
Eſt tamen ex illo nobis imitabile quiddam,
Inque fide Theſeus quilibet eſſe poteſt.
Non tibi ſunt hoſtes ferro, clauáque domandi,
Per quos vix illi peruius Iſthmos erat.
Sed præſtandius amor, res non operoſa volenti,
Quis labor eſt puram non temeraſſe fidem?
Hæc tibi qui perſtas indeclinatus amico,
Non eſt quod lingua dicta 4 querente putes.

ELEGIA XI.

Ad Gallionem.

Gallio crimen erit vix excuſabile nobis,
Carmine te nomen non habuiſſe meo.

1 al. potite. 2 al. Dyrapſes. 3 al. conditur. 4 al. tremente.

Tu quoque enim (memini) cæleſti cuſpide facta,
Fouiſti lacrymis vulnera noſtra tuis.
Atque vtinam rapti iactura læſus amici
Senſiſſes vltra quod quereremur, nihil.
Non ita Diis placuit, 1 qui te ſpoliare pudica
Coniuge crudeles non habuere nefas.
Nuncia nam luctus mihi nuper epiſtola venit,
Lectaque cum lacrymis ſunt tua damna meis.
Sed neque ſolari prudentem ſtultior auſim.
Verbaque doctorum nota referre tibi.
Finitumq; tuum ſi non ratione dolorem,
Ipſa iam pridem ſuſpicor eſſe mora.
Dum tua peruenit, dum littera noſtra recurrens
Tot maria & terras permeat, annus abit.
Temporis officium eſt ſolatia dicere certi,
Dum dolor in curſu eſt, dum petit æger opem.
At cum longa dies ſedauit vulnera mentis,
Intempeſtiuè qui monet, illa mouet.
2 Atque quod atque vtinam verum tibi venerit omen,
Coniugio felix iam potes eſſe nouo.

ELEGIA XII.

Ad Tuticanum.

Quo minus in noſtris ponaris amice libellis,
Nominis efficitur conditione tui.
Aſt ego non alium prius hoc dignarer honore,
Eſt aliquis noſtrum ſi modo carmen; honor.
Lex pedis officio, fortunaque nominis obſtat,
Quaque meos adeas eſt via nulla modos.
Nã pudet in geminos ita nomen ſcindere verſus,
Deſinat vt prior hoc, incipiátque minor.
Et pudeat, ſi te qua ſyllaba parte moretur,
Arctius appellem, Tuticanumque vocem.
Et potes in verſum Tuticani more venire,
Fiat vt è longa ſyllaba prima breuis.
Aut vt ducatur, quæ nunc correptius exit,
Et ſit 4 porrecta longa ſecunda mora.
His ego ſi vitijs auſim corrumpere nomen,
Ridear, & merito pectus habere neger.
Hæc mihi cauſſa fuit dilati; muneris huius,
Quod meus adiecto fœnore reddet ager.
Teq; canam quacunq; nota, tibi carmina mittã
Pene mihi puero cognite pene puer.
Perque tot annorum ſeriem, quot habemus vterque,
Non mihi quàm fratri frater amate minùs:
Tu bonus hortator, tu duxque, comeſque fuiſti,
Cum regerem tenera frena nouella manu.
Sæpe ego correxi ſub te cenſore libellos,
Sæpe tibi admonitu facta litura meo eſt.
Lignum Mæonijs Phæacida condere chartis,
Cum te Pierides perdocuêre Deæ.
Hic tenor, hæc viridi concordia cœpta iuuenta
Venit ad albentes illabefacta comas.
Quæ niſi te moueant, duro tibi pectora ferro
Eſſe, vel inuicto clauſa adamante putem.

1 al. te non. 2 al. Adde 3 al. honos. 4 al. pro recta 5 al. nominis.

Sed prius huic desint & bellum & frigora terræ,
Inuisus nobis quæ duo Pontus habet.
Et tepidus boreas, & sit [1]*præfrigidus auster.*
Et possit fatum mollius esse meum:
Quàm tua sint lapso præcordia dura sodali.
Hic cumulus nostris absit, abestq; malis.
Tu modo per superos quorum certissimus ille est,
Quo tuus assidue principe creuit honor.
Effice constanti profugum pietate tuendo,
Ne sperata meam deserat aura ratem.
Quid mallem, quæris? peream nisi dicere vix est,
Si modò, qui periit, ille perire potest.
Nec quid agam inuenio, nec quid nolimve velimve.
Nec satis vtilitas est mea nota mihi.
Crede mihi, miseros prudentia prima relinquit,
Et sensus cum re consiliumq; fugit.
Ipse precor queras, qua sim tibi parte iuuandus
[2]*Quóve viam facias ad mea vota vado.*

ELEGIA XIII.

Ad Carum.

O mihi non dubios inter memorande sodales,
Qui quod es, id vere Care vocaris, aue,
Vnde saluteris, [3]*color hic tibi protinus index,*
Et structura mei carminis esse potest.
Non quia mirifica est, sed quod non publica certe:
Qualis enim cumq; est, non latet esse meam.
Ipse quoq; vt chartæ titulum de fronte reuellas,
Quod sit opus videor dicere posse tuum.
Quamlibet in multis positus noscère libellis,
Perq; obseruatas inuenière notas.
Prodent auctorem vires, quas Hercule dignas
Nouimus: atq; illi, quem canis ipse pares.
Et mea Musa potest proprio deprensa colore,
Insignis vitiis forsitan esse suis.
Tam mala Thersiten prohibebat forma latere,
Quàm pulchra Nireus conspiciendus erat.
Nec te mirari, si sunt vitiosa, decebit
Carmina, quæ faciam pene poeta Getes.
Ah pudet [4] *& Getico scripsi sermone libellum,*
Structaq; sunt nostris barbara verba modis.
Et placui, gratare mihi, cœpiq; poetæ
Inter inhumanos nomen habere Getas.
Materiam quæris: laudes de Cæsare dixi,
Adiuta est nouitas numine nostra dei.
Nam patris Augusti docui mortale fuisse
Corpus, in ætherias numen abisse domos:
Esse parem virtute patri, qui frena rogatus
Sæpe recusati ceperit imperij.
Esse pudicarum te Vestam Liuia matrum,
Ambiguum nato dignior, ánne viro.
Esse duos iuuenes firma adiumenta parentis,
[5]*Qui dederint animi pignora certa sui.*
Hæc vbi non patria perlegi scripta Camœna,
Venit & ad digitos vltima charta meos:
Et caput & plenas omnes mouere pharetras,
Et longum Getico murmur in ore fuit.
Atque aliquis, scribas hæc cum de Cæsare, dixit,
Cæsaris imperio restituendus eras.
Ille quidem dixit, sed me tam Care niuali
Sexta relegatum bruma sub axe videt.
Carmina nil prosunt, nocuerunt carmina quondam:
Primaque tam miseræ caussa fuere fugæ.
At tu per studij communia fœdera sacri,
Per non vile tibi nomen amicitiæ:
Sic capto Latiis Germanicus hoste catenis,
Materiam vestris præbeat ingeniis.
Sic valeant pueri, votum commune duorum,
[2]*Quos laus formandos est tibi magna datos.*
Quanta potes præbe nostræ monumenta saluti,
Quæ nisi murato nulla futura loco est.

ELEGIA XIIII.

Ad Turicanum.

Hæc tibi mittuntur, quem sum modò carmine questus
Non aptum numeris nomen habere meis.
In quibus, excepto quod adhuc vtcũq; valemus
Nel me præterea, quod iuuet, inuenies.
Ipsa quoq; est inuisa salus, suntque vltima vota,
Quolibet ex istis scilicet ire locis.
Nulla mihi cura est, terra quo [3]mittar ab ista,
Hac quia, quam video, grat ior omnis erit.
In medias Syrtes, mediam mea vela Charybdin
Mittite præsenti dũ careamus humo. (Istro:
Styx quoque, si quid ea est, bene commutabimur
Si quid & inferius, quã Styga, mundus habet
Gramina cultus ager, frigus minus ódit hirundo,
Proxima Marticolis quam loca Naso Getis.
Talia [4] *succensent propter mihi verba Tomitæ,*
Iraque carminibus publica mota meis.
Ergo cessabo numquam per carmina lædi:
Plectar & incauto semper ab ingenio?
[5] *Ergo ego ne scribam, digitos incidere cunctor?*
Telaque adhuc demens, quæ nocuere, sequor?
Ad veteres scopulos iterum diuertor, & illas,
In quibus offendit naufraga puppis, aquas.
Sed nihil admisi, nulla est mea culpa Tomitæ,
Quos ego, cùm loca sim vestra perosus, amo.
Quilibet excutiat nostri monumenta laboris,
Littera de vobis est mea quæsta nihil.
Frigus & incursus omni de parte timendos,
Et quod pulsetur murus ab hoste queror.
In loca, non homines, verissima crimina dixi.
Culpatis vestrum vos quoque sæpe solum.
Esset perpetuo sua quam vitabilis Æsera,
Ausa est agricolæ Musa docere senis.
Et fuerat terra genitus, qui scripsit in illa,
Intumuit vati non tamen Æsera suo.

1 al. perfrigidus. 2 al. Quódque modò.
3 al. est tibi proximus. 4 al. & in Getico.
5 al. Cui.

1 al. tenet. 2 al. lucis 3 al. mutet.
4 al succedunt. 5 Cur ego ne scribam.

Quis

Quis patriam ſollerte magis dilexit Vlyſſe?
Hoc tamen aſperitas indice dicta loci eſt.
Non loca, ſed mores ſcriptis vexauit amaris
1 Sextius Auſonios, actaq́ Roma rea eſt.
Falſa tamen paſſa eſt æqua conuitia mente,
Obfuit auctori nec fera lingua ſuo.
At malus interpres, populi mihi concitat iram,
Inq́ nouum crimen carmina noſtra vocat.
Tam felix vtinam, quàm pectore cãdidus eſſem,
Extat adhuc nemo ſanctius ore meo.
Adde quod Illyrica ſi iam pice nigrior eſſem,
Non mordenda mihi turba fidelis erat.
Molliter à vobis mea ſors excepta Tomitæ,
Tam mites 2 Graios indicat eſſe viros.
Gens mea Peligni, regioq́ domeſtica Sulmo,
Non potuit noſtris lenior eſſe malis.
Quem vix incolumi cuiquam ſaluoq́ daretis,
Is datus à vobis eſt mihi nuper honor.
Solus adhuc ego ſum veſtris immunis in oris,
Exceptis, ſi qui munera legis habent.
Tempora ſacrata mea ſunt velata corona,
Publicus inuito quam fauor impoſuit.
Quàm grata eſt igitur Latonæ Delia tellus,
Erranti tutum quæ dedit vna locum:
Tam mihi cara Tomus, patria quæ ſede fugatis,
Tempus ad hoc nobis hoſpita fida manet.
Di modò feciſſent placidæ ſpem poſſet habere
Pacis, & à gelido longius axe foret.

ELEGIA XV.

Ad Sex Pompeium.

SIquis adhuc vſquam noſtri non immemor extat,
Quid ve relegatus Naſo 3 requirat agam,
Cæſaribus vitam. Sexto debere ſalutem
Me ſciat, à ſuperis hic mihi primus erit.
Tempora nam miſeræ complectar vt omnia vitæ,
A meritis eius pars mihi nulla vacat.
Quæ numero tot ſunt, quòt in horto fertilis arui
Punica ſub lento cortice grana rubent.
Aſrica quot ſegetes, quot Tmolia terra racemos,
Quot Sityon baccas, quot parit Hybla fauos.
Confiteor, teſtere licet, ſignate Quirites,
Nil opus eſt legum viribus, ipſe loquor.
Inter opes, & me, rem paruam pone paternas,
Pars ego ſum cenſus quantulacumq́ tui.
Quàm tua Trinacria eſt, Regnataq́ terra Philippe,
Quàm domus Auguſta continuata foro.
Quam tua rus oculis domini Campania gratũ,
Quæque relicta tibi, Sexte, vel empta tenes:
Tam tuus en ego ſum, cuius te 4 munere triſti,
Non potes in Ponto dicere habere nihil.
Atque vtinam poſſis vt detur amicius aruum,
Remq́ tuam ponus in meliore loco.
Quod quoniam in diis eſt, tenta lenire precando
Numina, perpetua quæ pietate colis.
Erroris nam tu, vix eſt 5 decernere noſtri
Sis argumentum maius, an auxilium,
Nec 1 dubitans oro, ſed flumine ſæpe ſecundo
Augetur remis curſus euntis aquæ.
Et pudet, & metuo ſemperq́ eademq́ precari
Ne ſubeant animo tædia iuſta tuo:
Verum quid faciam? res immoderata cupido eſt.
Da veniam vitio mitis amice meo.
Scribere ſæpe aliud cupiens, delabor eodem,
Ipſa locum per ſe littera noſtra rogat.
Seu tamen effectus habitura eſt gratia, ſeu me
Dura iubet gelido Parca ſub axe mori:
Semper inoblita repetam tua munera mente,
Et mea me tellus audiet eſſe tuum.
Audiet & cælo poſita eſt quæcunq́ ſub vllo,
Tranſit noſtra feros ſi modo Muſa Getas.
Teq́ mea cauſſam ſeruatoremq́ ſalutis,
Meq́ tuum libra norit & ære minus.

ELEGIA XVI.

Ad Inuidum.

INuide quid laceras Naſonis carmina rapti?
Non ſolet ingeniis ſumma nocere dies.
Famaq́ poſt cineres maior venit, & mihi nomen
2 Tunc quoque, cum viuis annumerarer, erat.
Cum foret & Marſus, Magniq́ Rabirius oris
Iliacusq́ Mucer ſidereusq́ Pedo.
Et qui Iunonem leſiſſet in Herculæ, Carus,
Iunonis ſi iam non gener ille foret.
Quique dedit Latio carmen regale Seuerus,
Et cum ſubtili Priſcus vterque Numa.
Quique vel imparibus numeris Montane, vel æquis
Sufficis, & gemino carmine nomen habes.
Et qui Penelopæ reſcribere iuſſit Vlyſſem,
Errantem ſæuo per duo luſtra mari.
Quique ſuam Præzen imperfectumq́ dierum
Deſeruit celeri morte Sabinus opus.
Ingeniiq́ ſui dictus 3 cognomine Largus,
Gallica qui Phrygium 4 duxit in arua ſenem.
Quique canit domito Camerinus ab Hectore Troiam,
Quique ſua nomen Phyllide Thuſcus habet.
Veliuoliq́ maris vates, cui credere poſſes
Carmina cæruleos compoſuiſſe Deos.
Quique acies Libycas Romanaq́ prælia dixit,
Et Martis ſcripti dexter in omne genus.
Trinacriusq́ ſua Perſeidos auctor & actor,
Tantalidæ reducis Tyndaridoſq́ Lupus,
Et qui Mæonidæ Phæacida vertit, & vna
Pindaricæ fidicen tu quoque Ruſe lyræ.
Muſaq́ Turani Tragicis innixa cothurnis:
Et tua cum ſocco Muſa Meliſſe leuis.
Cum 5 Varus Gracchúſque darent fera dicta tyranni
Callimachi Proculus molle teneret iter.
Tityrus antiquas & erat qui paſceret herbas,
Aptaq́ venanti Gratius arma daret.
Naiadas à Satyris caneret Fontanus amatas,

1 al. Sceptius. 2 al. gratos. 3 al. requiret. 4 al. numero. 5 al. diſcernere.
1 al. dubites. 2 al. Tum. 3 al. nomine. 4 al. duxit. 5 al. Varius.

Clauderet imparibus verba Capella modis.
Cumq; forent alij quorum mihi cuncta referre
Nomina lõga mora est, carmina vulgus habet.
Essent & iuuenes, quorũ quod inedita causſa est,
Appellandorum nil mihi iuris adest.
Te tamen in turba non ausim Cotta silere,
Pieridum lumen, præsidiumq; fori.
Maternos Cottas cui, Messalasq; paternos
Maxima nobilitas ingeminata dedit.
Dicere si fas est, claro mea nomine Musa,
Atque inter tantos, qua legeretur, erat:
Ergo summorum patria proscindere liuor
Desine, neu cineres sparge cruente meos.
Omnia perdidimus, tantummodo vita relicta est,
Præbeat vt sensum, materiamq; malis.
Quid iuuat extinctos ferruꝛ demittere in artus?
Non habet in nobis tam noua plaga locum.

PVB. OVIDII NASONIS IN IBIN. EX EDITIONE Andreæ Nangerij.

TEmpus ad hoc lustris mihi iam bis quinque peractis
Omne fuit Musæ carmen inerme meæ:
Nullaq; quæ posſit, scriptis tot millibus exstat,
Littera Nasonis sanguinolenta legi:
Nec quemquam nostri, nisi me, læsere libelli:
Artificis perijt cuꝛn caput arte sua.
Vnus (& hoc ipsum est iniuria magna,) perennẽ
Candoris titulum non sinit esse mei.
Quisquis is est (nam nomen adhuc [2] vtcũque tacebo)
Cogit inassuetas sumere tela manus.
Ille relegatum gelidos aquilonis ad ortus
Non sinit exsilio delituisse meo:
Vulneraq; immitis requiem quærentia vexat:
Iactat & in toto nomina nostra foro:
Perpetuoq; mihi sociatam fœdere lecti
Non patitur miseri funera flere viri.
Cumq; ego quassa meæ cõplectar membra carinæ:
Naufragij tabulas pugnat habere mei.
Et qui debuerat subitas extinguere flammas:
Hic prædam medio raptor ab igne petit:
Nititur vt profugæ desint alimenta senectæ.
Heu quanto est nostris dignior ille malis!
Di melius, quorum longe mihi maximus ille est:
Qui nostras inopes noluit esse vias.
Huic igitur meritas grates, vbicunque licebit,
Pro tam mansueto pectore semper agam.
Audiet hoc pontus, faciet quoque forsitan idem,
Terra sit vt propior testificanda mihi.
At tibi, calcasti qui me violentè, iacentem,
[3] Quam licet & misero debitus hostis ero.
Desinet esse prius contrarius ignibus humor:
Iunctaq; cum luna [4] lumina solis erunt:
Parsq; eadem cæli zephyros emittet & euron:

1 al. dimittere. 2 al. vtrumque latebit.
3 al. Quæ. 4 al. tempora.

Et tepidus gelido flabit ab axe notus:
Et noua fraterno veniet concordia fumo:
Quam vetus accensa separat ira pyra:
Et ver autumno bruma miscebitur æstas:
Atque eadem regio vesper & ortus erit:
Quã mihi sit tecũ positis, quæ sumpsimus, armis
Gratia commissis improbe rupta tuis.
Pax erit hæc nobis, donec mihi vita manebit,
Cum pecore infirmo quæ solet esse lupis.
Prima quidem cœpto committam prœlia versu
Non soleant quamuis hoc pede bella geri.
Vtq; petit primo plenum flauentis arenæ
Nondum calfacti velitis hasta solum.
Sic ego te nondum ferro iaculabor acuto:
Protinus inuisum nec petet hasta caput.
Et neque nomen in hoc, nec dicam facta libello:
Teq; breui qui sis, dissimulare sinam.
Post modo, si perges, in te mihi liber iambus
Tincta Lycambeo sanguine tela dabit.
Nunc quo Battiades inimicum deuouet Ibin,
Hoc ego deuoueo teq; tuosq; modo:
Vtq; ille, historijs inuoluam carmina cæcis:
Non soleam quamuis hoc genus ipse sequi.
Illius ambages imitatus in [1] Ibide, dicar
Oblitus moris, iudiciiq; mei.
Et quoniam, qui sis, non dum quærentibus edit:
Ibidis interea tu quoque nomen habe.
Vtq; mei versus aliquantum noctis habebunt:
Sic vitæ series tota sit atra tuæ.
Hæc tibi natali facito Ianique Kalendis,
Non mentituro quilibet ore legat.
Di maris & terræ quique his meliora tenetis
Inter diuersos cum Ioue regna polos:
Huc precor, huc vestras omnes aduertite mentes:
Et sinite optatis pondus inesse meis:
Ipsaq; tu Tellus, ipsum cum fluctibus æquor,
Ipse meas æther accipe summe preces:
Sideraq;, & radijs circundata Solis imago,
Lunaq; quæ nunquam, quo prius, [2] orbe micas:
Noxq; tenebrarum specie reuerenda tuarum:
Quæque ratum triplici pollice netis opus:
Quique per infernas horrendo murmure valles,
Imperiurata laberis amnis aqua:
Quæq; ferunt torto vittatis angue capillis
Carceris obscuras ante sedere fores:
Vos quoque plebs superũm, Fauni, Satyriq; Laréque
Fluminaq;, & Nymphæ semideumq; genus.
Denique ab antiquo diui veteresq;, nouiq;,
In nostrum cuncti tempus, adeste Chao:
Carmina dum capiti malefido dira cauuntur:
Et [3] peragunt partes ira, dolorq; suas:
Annuite optatis omnes ex ordine nostris:
Et sit pars voti nulla caduca mei.
Quæq; precor fiant: vt non mea dicta, sed ille
Pasiphaes generi verba fuisse putet.
Quasque ego transiero pœnas, patiatur & illas:
Plenius ingenio sit miser ille meo.
Neve minus noceant fictum execrantia nomen

1 al. Ibida. 2 al. orc. 3 al. peragat.

Vota,

Vota, minus magnos commoueántve deos:
Illum ego deuoueo quem mens intelligit, Ibin:
Qui scit se factis has meruisse preces.
Nulla mora est in me: peragam rata vota sacerdos
Quisquis ades sacris ore fauete meis.
Quisquis ades sacris, lugubria dicite verba:
Et fletu madidis Ibin adite genis:
Ominibusque malis pedibúsque occurrite læuis:
Et nigra vestes corpora vestra tegant.
Tu quoque quid dubitas ferales sumere 1 vittas?
Iam stat, vt ipse vides, funeris ara tui.
Pompa parata tibi est: votis mora tristibus absit:
Da iugulum cultris hostia dira meis.
Terra tibi fruges, amnis tibi deneget vndas:
Deneget afflatus ventus, & aura suos.
Nec tibi sol clarus, nec sit tibi lucida Phœbe:
Desituant oculos sidera clara tuos:
Nec se Vulcanus, nec se tibi præbeat 2 æër:
Nec tibi det tellus, nec tibi pontus iter.
Exsul, inops, erres alienaque limina lustres:
Exiguúmque petas ore tremente cibum.
Nec corpus querulo, nec mens vacet ægra dolore:
Noxque die grauior sit tibi: nocte dies.
Sisque miser semper: nec sis miserabilis vlli:
Gaudeat aduersis femina, virque tuis.
Accedat lacrymis odium, dignusque puteris,
Qui mala cum tuleris plurima: plura feras.
Sitque quod est rarum, soluto defecta fauore
Fortunæ facies inuidiosa tuæ.
Causaque non desit, desit tibi copia mortis:
Optatam fugiat vita coacta necem.
Luctatusque diu cruciator spiritus artus
Deserat: & longa torqueat ante mora.
3 Euenient: dedit ipse mihi modo signa futuri
Phœbus: & à læua mœsta volauit auis.
Certe ego quæ voueo, superos motura putabo:
Speque tuæ mortis perfide semper alar.
Finiet illa dies, quæ te mihi subtrahet olim:
Finiet illa dies, quæ mihi tarda venit.
4 Et prius hanc animam nimium tibi sæpe petitam
Auferet illa dies, quæ mihi sera venit:
Quam dolor hic vnquam spatio euanescere possit:
Leniat aut odium tempus & hora meum.
Pugnabunt iaculis dum Thraces, lazyges arcu:
Dum tepidus Ganges frigidus Ister erit:
Robora dum montes, dum pabula mollia campi,
Dum Tiberis liquidas Tuscus habebit aquas:
Bella geram tecum: nec mors mihi finiet iras.
5 Sæua sed in manes manibus arma dabo.
Tũc quoque cùm fuero vacuas dilapsus in auras:
Exanimis mores oderit vmbra tuos.
Tunc quoque factorum veniam memor vmbra tuorum,
Insequar & vultus ossea forma tuos.
Siue ego quod nollem longis cõsumptus ab annis,
Siue manu facta morte solutus ero.
Siue per immensas iactabor naufragus vndas:
Noſtraque longinquus viscera piscis edet:
Siue peregrinæ carpent mea membra volucres:
Siue meo tingent sanguine rostra lupi:
Siue aliquis dignatus erit supponere terræ:
Et dare plebeio corpus inane rogo:
Quidquid ero stygiis erumpere nitar ab oris:
Et tendam gelidas vltor in ora manus:
Me vigilans cernes: 1 tacitis ego noctis in vmbris
Exeutiam somnos visus adesse tuos.
Denique quidquid ages, ante os oculósque volabo:
Et querar: & nulla sede quietus eris.
Verbera sæua dabunt sonitum, nexaque colubris
Conscia fumabunt semper ad ora faces.
His viuus furiis agitabere: mortuus iisdem:
Et breuior pœna vita futura tua est.
Nec tibi 2 continget funus, lacrymæque tuorum:
Indeploratum proiicere caput.
Carnificisque manu populo plaudente traheris:
Infixusque tuis ossibus vncus erit.
Ipsæ te fugient, quæ carpunt omnia flammæ:
Respuit inuisum iusta cadauer humus.
Vnguibus, & rostro tardus trahet ilia vultur:
Et scindent auidi perfida corda canes.
Deque tuo fiet (licet hac sis laude superbus)
Insatiabilibus corpore rixa lupis.
In loca ab Elysiis diuersa fugabere campis:
Quæque tenet sedes noxia turba, coles.
Sisyphus est illic saxum voluénsque petensque:
Quique agitur 3 rapidæ vinctus ab orbe rotæ:
Quæque gerunt humeris perituras Belides vndas,
Exsulis Ægypti turba cruenta nurus:
Pompa pater Pelopis præsentia quærit: & idem
Semper eget liquidis, semper abundat aquis.
Iugeribusque nouem, qui summus distat ab imo:
Visceraque assiduè debita præbet aui,
Hic tibi de furiis scindet latus vna flagello:
Vt sceleris numeros confiteare tui.
Altera Tartareis sectos dabit vnguibus artus:
Tertia fumantes incoquet igne genas.
Noxia mille modis lacerabitur vmbra: tuaque
Æacus in pœnas ingeniosus erit.
In te transcribet veterum tormenta virorum:
Manibus antiquis causſa quietis eris.
Sisyphe cui tradas reuolubile pondus habebis.
4 Versabunt celeres nunc noua membra rotæ.
Hic erit & ramos frustrà qui captet & vndas:
Hic in consumpto viscere pascet aues.
Nec mortis pœnas mors altera finiet huius:
Horaque erit tantis vltima nulla malis.
Inde ego pauca canam frondes vt sit quis in Ida,
Et summam Lybico de mare carpat aquam.
Nam neq; quot flores Sicula nascãtur in Hybla:
Quotve ferat dicam terra Cilissa crocos.
Nec cum tristis hiems aquilonis inhorruit alis.
Quam multa fiat grandine canus Athos.
Nec mala voce mea poterunt tua cuncta referri:

1 al. pœnas. 2 al. æther. 3 al. Eueniet.
4 al. Sed. 5 al. Sœua.

1 al. Concitus 2 al. contingent. 3 al. rapidus.
4 al. Vexabunt.

Ora licet tribuas multiplicata mihi,
Tot tibi væ misero veniant, talesq; ruinæ:
Vt cogi in lacrymas me quoque posse putem.
Illæ me lacrymæ facient sine fine beatum.
Dulcior hic risu tunc mihi fletus erit.
Natus es infelix (ita di voluere,) nec vlla
Commoda nascenti stella, leuisve fuit.
Non Venus affulsit, non [1] illa Iupiter hora:
Lunaq; non apto [2] Sólue fuere loco.
Nec satis vtiliter positos tibi præbuit ignes,
Quem peperit magno lucida Maia Ioui.
Te fera necquicquam placidum spōdentia Martis
Sidera pressērunt, falciferiq; senis.
Lux quoq; natalis, ne quid, nisi triste, videres,
Turpis, & inductis nubibus atra fuit.
Hæc est in fastis cui dat grauis Allia nomen:
Quæq; dies Ibin publica damna tulit.
Qui simul impuræ matris prolapsus ab aluo,
Cinypheam fœdo corpore pressit humum:
Sedit in aduerso nocturnus culmine bubo:
Funereoq; graues edidit ore sonos.
Protinus Eumenides lauēre paluſtribus vndis:
Qua cava de Stygiis fluxerat vnda vadis:
Pectoraq; vnxerunt Erebææ felle colubræ:
Teq; cruentatas increpuere manus:
Gutturáque [3] imbuerunt infantia lacte canino.
Hic primus pueri venit in ora cibus.
Ebibit inde suæ rabiem nutricis alumnus:
Latrat & in toto verba canina foro.
Membráque vinxerunt tinctis ferrugine pennis:
A male deserto quos rapuere rogo.
Et ne non fultum nuda tellure iaceret:
Molle super silices imposuēre caput.
Iamq; recessuræ viridi de stipite factas
Admorunt oculis vsque sub ora faces.
Flebat, vt est infans fumis contractus amaris:
De tribus est cùm sic vna locuta soror.
Tempus in immensum lacrymas ibi nouimus istas:
Quæ semper causſa sufficiente cadent.
Dixerat: & Clotho iussit promissa valere:
Neuit & infesta stamina puella manu.
Et ne longa suæ præsagia diceret horæ:
[4] Fata canet vates, qui tua, dixit, erit.
Ille ego sum vates: ex me tua vulnera disces.
Dent modò di vires in mea verba suas:
Carminibusq; meis accedant pondera rerum:
Quæ rata per luctus [5] experiere tuos.
Néve sine exemplis aui cruciere prioris:
Sint tua Troianis non leuiora malis.
Quantaq; clauigeri Pœantius Herculis hæres,
Tanta venenato vulnera crure geras.
Nec leuius doleas, quàm qui bibit vbera cerua:
Armatusq; tulit vulnus inerme potens.
Quiq; ab equo præceps alienis decidit armis:
Exitio facies cui sua pœne fuit.

1 al. vlla. 2 al. Sólque. 3 al. Imbuerant.
4 al. Facta. 5 al. experiare.

Id quod Amyntorides videas, trepidumque ministro
Præntes baculo luminis orbus iter.
Nec plus adspicias, quàm quem sua filia rexit:
Expertus scelus est cuius vterque parens.
Qualis erat, postquam est iudex de lite iocosa
Sumptus, Apollinea clarus in arte senex.
Qualis & ipse fuit, quo præcipiente columba
Est data Palladiæ præuia, duxque rati.
Quique oculis caruit, per quos mala viderat aurum:
Inferias nato quos dedit orba parens:
Pastor vt Ætnæus, cui casus ante futuros
Telemus Eurymedes vaticinatus erat:
Vt duo Phineidæ, quibus idem lumen ademit,
Qui dedit: & Thamyræ, Demodocique caput.
Sic aliquis tua membra secet: Saturnus vt illas
Subsecuit partes, vnde creatus erat.
Nec tibi sit tumidis melior Neptunus in vndis:
Quàm cui sunt subitæ frater & vxor aues.
Sollertique viro, laceræ quem fracta tenentem
Membra ratis Semeles est miserata soror.
Vel tua ne pœnæ genus hoc cognouerit vnus
Viscera diuersis scissa ferantur equis.
Vel quæ, qui redimi [1] Romano turpe putauit,
A duce Puniceo pertulit, ipse feras.
Nec tibi subsidio præsens sit numen, vt illi,
Cui [2] nihil Hercei profuit ara Iouis.
Vtque dedit saltus è summa Thessalus Ossa:
Tu quoque saxoso præcipitere iugo:
Aut velut Euryali, qui sceptrum cepit ab illo,
Sint artus auidis anguibus esca tui:
Vel tua maturet, sicut Minoia fata,
Per caput infusæ feruidus humor aquæ:
Vtque parum mitis, sed non impune Prometheus,
Aëreas volucres sanguine fixus alas.
Ac velut Etracides magno ter ab Hercule quinctus
Cæsus in immensum proiiciare fretum.
Aut vt Amyntiaden turpi dilectus amore:
Oderit & sæuo vulneret ense puer.
Nec tibi fida magis misceri pocula possint:
Quàm qui cornigero de Ioue natus erat:
More vel intereas capti suspensus Achæi:
Qui miser aurifera triste pependit aqua.
Aut vt Achilleiden cognato nomine clarum
Opprimat hostili tegula iacta manu.
Nec tua quàm Pyrrhi, felicius ossa quiescant:
Sparsa per Ambracias quæ tacuere vias.
Nataque vt Æacidæ iaculis moriaris adactis:
Non licet hoc Cereri dissimulare nefas.
Vtque nepos dicti nostro modo carmine regis:
Cantharidum succos dante parente bibas:
Aut pia te cæso dicatur adultera, sicut
Quæ cecidit Leucon vindice dicta pia est.
Inque pyram tecum carissima corpora mittas:
Quem finem vitæ Sardanapalus habet.
Vtque Iouis Libyci templum violare parantes,
Acta noto vultus condat arena tuos,

1 al. Romanos. 2 al. Nil Rhetei.

Vtque

Vtque necatorum Darei fraude secundi,
Sic tua [1] *succendens deuoret ora cinis.*
Aut vt oliuifera quondam Sicyone profecto,
Sit frigus mortis caussa, famesq; tuæ.
Aut vt Acharnides insutus pelle iuuenci,
Turpiter ad dominum præda ferare tuum.
Inq; tuo thalamo ritu iugulere Pherei:
Qui datus est letho coniugis ense suæ.
Quosque putas fidos, vt Lariſſæus Alebas,
Vulnere non fidos experiare tuo.
Vtq; Milo sub quo cruciata est Pisa tyranno:
Viuus in occultas præcipiteris aquas.
Quæque in Adimantum Phileſia regna tenẽtem
A Ioue venerunt, te quoque tela petant.
Aut vt Amaſtriacis quondam Lenæus ab oris
Nudus Achillea deſtituaris humo.
Vtque vel Eurydamas ter circum buſta Thraſilli
Eſt Laniſſæis raptus ab hoſte rotis:
Vel qui quæ fuerat tutatus mœnia ſæpe:
Corpore luſtrauit non diuturna ſuo.
Vtque nonum paſſa genus Hippomeneide pœnæ:
Tractus in Actæa fertur adulter humo:
Sic, vbi vita tuos inuiſa reliquerit artus:
Vltores rapiant turpe cadauer equi.
Viſcera ſic aliquis ſcopulis tua figat, vt olim
Fixa ſub Euboico Graia fuere ſinu:
Vtq; ferox perijt & fulmine, & æquore raptor:
Sic te merſuras adiuuet ignis aquas.
Mens quoque ſic Furiis vecors agitetur, vt illi
Vnum qui toto corpore vulnus habet.
Vtq; Dryantiadæ Rhodopeia regna tenenti,
[2] *In gemino diſpar cui pede cultus erat.*
Vt fuit Oetæo quondam, generoq; draconum,
Theſſimaniq; patri, [3] *Calligonesq; viro.*
Nec tibi contingat matrona pudicior illa,
Qua potuit Tydeus erubuiſſe nuru.
Quæque ſui Venerem iunxit cum fratre mariti;
Locris in ancillæ diſſimulata necem.
Tam quoque di faciant poſſis gaudere fideli
Coniuge, quàm Talai, Tyndareiq; gener.
Quæque parare ſuis lethum patruelibus auſæ
Belides aſſiduæ colla premuntur aqua.
Bylbidos, & Canaces ſicut facis ardeat igne:
Nec niſi per crimen, ſit tibi fida ſoror.
Filia ſi fuerit: ſit quod Pelopeia Thyeſti:
Myrrha ſuo patri, Nyctimeneq; ſuo:
Neve magis pia ſit, capitiq; parentis amica:
Quam tua vel Pterela, vel tibi Niſe fuit.
Infamemq; locum ſceleris quæ nomine fecit:
Preſſit & inductis membra paterna rotis.
Vt iuuenes pereas, proiecta cadauera quorum,
Oraq; Piſeæ ſubſtinuêre fores.
Vt qui perfuſam miſerorum cæde procorum,
Ipſe ſuo melius ſanguine tinxit humum.
Proditor vt ſæui perijt auriga tyranni,
Qui noua Myrtoæ nomina fecit aquæ.
Vt qui velocem fruſtra petiere puellam,

1 al. ſuccendens. 2 al. Ingenio.
3 al. Callitoeſque.

Dum facta eſt pomis tardior illa tribus.
Vt tecta noui formam celantia monſtri
Intrarunt cæcæ non redeunda domus.
Vt quorum Æacides miſit violentus in altum
Corpora cum ſenis altera ſena rogum.
Vt quos [1] *obſcuris victor ambagibus oris,*
Legimus infandæ Sphingæ dediſſe neci.
Vt qui Biſtoniæ templo cecidere Mineruæ:
Propter quod facies nunc quoq; [2] *torta deæ eſt.*
Vt qui Threicij quondam præſepia regis
Fecerunt dapibus ſanguinolenta ſuis.
Therodamanteos vt qui ſenſere leones:
Quiq; Thoantæa Taurica ſacra deæ.
Vt quos Scylla vorax, Scyllæque aduerſa Charybdis
Dulichiæ pauidos eripuere rati.
Vt quos demiſit vaſtam Polyphemus in aluum:
Aut Læſtrygonias qui ſubiere manus.
Vt quos dux Pœnus merſit putealibus vndis:
Et iacto canas puluere fecit aquas.
Et velut Icaridos famulæ periere, prociq;,
Inq; caput domini qui dabat arma procis.
Vt iacet Aonio luctator ab hoſpite fuſus:
Qui (mirum) victor, cum cecidiſſet, erat.
Vt quos Antæi fortes preſſere lacerti:
Quoſque fera morti Lemnia turba dedit.
Vt qui poſt longum ſacri monſtrator iniqui
Elicuit pluuias victima cæſus aquas.
Frater vt Antæi quo ſanguine debuit, aras
Tinxit, & exemplis occidit ipſe ſuis.
Vt qui terribiles pro gramen habentibus herbis
Impius humano viſcere pauit equos.
Vt duo diuerſis ſub eodem vindice cæſi
Temporibus Neſſus, Diſſimanique gener.
Vt pronepos Saturne tuus: quem reddere vitam
Ipſe Coronides vidit ab vrbe ſua.
Vt Scynis, & Scyron, & cum Polyphemone natus,
Quique homo parte ſui, parte iuuencus erat.
Quique trabes preſſas ab humo mittebat in auras,
Æquoris [3] *adſpiciens huius, & huius aquas.*
Quæque Ceres vidit læto pereuntia vultu
Corpora Theſea Cercionea manu.
Hæc tibi, quem precibus iuſtis mea deuouet ira,
Eueniant: aut his non leuiora malis.
Qualis Achæmenides Sicula deſertus in [4] *Ætna,*
Troica cum vidit vela venire, fuit.
Qualis erat necnon fortuna binonimis Iri,
Quique tenet pontem, qui tibi maior erit.
Filius & Cereris fruſtra tibi ſemper ametur:
Deſtituatq; tuas vſque petitus opes.
Vtq; per alternos vnda labente recurſus
Subtrahitur preſſo mollis arena pede:
Sic tua neſcio qua ſemper fortuna liqueſcat:
Lapſaq; per medias effluat vſque manus.
Vtq; pater ſolitæ varias mutare figuras
Plenus inextincta conficiare fame.

1 al. obſcuri. 2 al. verſa. 3 al. aſpectos.
4 al. Ora.

Nec dapis humanæ tibi erunt fastidia: quaq; Parte potes, Tydeus temporis huius eris.
Atque aliquid facias à vespere solis ad ortus
Cur externati rursus agantur equi.
Fœda Lycaoniæ repetes conuiuia mensæ:
Tentabisq; cibi fallere fraude Iouem,
Teq; aliquis posito, teneat vim numinis opto:
Tantalides tu sis, tu Tereiq; puer.
Et tua sic latos spargantur membra per agros:
Tanquam quæ patrias detinuere vias.
Ære Perilleo veros imitere iuuencos,
Ad formam tauri conueniente sono:
Vtq; ferox Phalaris, lingua prius ense resecta,
More bouis, Paphio clausus in ære gemas.
Dumq; redire voles aui melioris in annos:
Vt vetus Admeti decipiare socer.
Atque eques in medij mergare voragine cœni:
Dum modo sint facti nomina nulla tui.
Atque vtinam pereas veluti de dentibus orti
Sidonia iactis Graia per arua manu.
Et quæ [1] Penthides fecit, fraterq; Medusæ:
Eueniant capiti vota sinistra tuo.
Et quibus exiguo volucris deuota libello est,
Corpora proiecta quæ sua purgat aqua.
Vulnera totq; feras, quot dicitur ille tulisse:
Cuius ab inferis culter abesse solet.
Attonitusq; feces, vt quos Cybeleia mater
Incitat, ad Phrygios vilia membra modos.
Deque viro sias nec vir nec femina, vt Atys:
Et quatias molli tympana rauca manu.
Inq; pecus magnæ subito vertare parentis:
Victor vt est celeri victaq; versa pede.
Solaq; Limone pœnam ne senserit illam:
Et tua dente fero viscera carpat equus.
Aut, vt Cassandri dominus, non mitior illo
Saucius ingesta contumuleris humo.
Aut, vt Abantiades, aut vt Lyrnesius heros,
Cæsus in æquoreas præcipiteris aquas.
Victima vel Phœbo sacras macteris ad aras:
Quam tulit à sæuo Teudotus hoste necem.
Aut te deuoueat certis Abdera diebus:
Saxaq; deuotum grandine plura petant.
Aut Iouis infesti telo feriare trisulco:
Vt satus Hipponoo, Desithoesq; pater.
Vt soror Autonoes, vt cui matertera Maia est:
Vt temere optatos qui male rexit equos,
Vt ferus Æolides, vt sanguine natus eodem,
Quo genita est liquidis quæ caret Arctos aquis.
Vt Macedo rapidis icta est cum coniuge flammis:
Sic precor ætherei vindicis igne cadas.
Prædaq; sis illis quibus est Latonia Delos,
Ante diem rapto non adeunda Thraso.
Quique verecundæ speculantem labra Dianæ:
Quiq; Crotopiaden diripuere Linum.
Neve venenato leuius feriaris ab angue,
Quam senis OEagri, Calliopesq; nurus:
Quàm puer Hypsipyles: quàm qui cana primus acuta
Cuspide suspecti robora fixit equi.

1 al. Pentheides.

Neve gradus adeas Elpenore cautius altos:
Vimque feras vini quo tulit ille modo.
Tamq; cadas domitus, quàm quisquis ad arma vocantem
Iuuit inhumanum Thiodomanta Dryops.
Quam ferus ipse suo perijt mactatus in antro
Proditus inclusæ Cacus ab ore bouis.
Quam qui dona tulit Lernæo tincta veneno:
Euboicasq; suo sanguine tinxit aquas.
Vel de præcipiti venias in tartara saxo,
Vt qui Socraticum de nece legit opus.
Vt qui Theseæ fallacia vela carinæ
Vidit: vt Iliaca missus ab arce puer.
Vt tenori nutrix, eadem matertera Bacchi:
Vt cui causa necis serra reperta fuit.
Lydia se scopulis vt virgo misit ab altis,
Dixerat inuito quæ mala verba deo.
Fœta tibi occurrat patrio popularis in aruo,
Sitq; Paphagea caussa Leæna necis.
Quiq; Lycurgiden letauit, & arbore natum,
Idmonaq; audacem, te quoque rumpat aper.
Isq; vel exanimis faciat tibi vulnus: vt illi
Ora super sæui quem cecidere suis.
Atque idem simili pinus quem morte peremit.
Venator Phrygia sisq; Berentiades.
Si tua contigerit Minoas puppis arenas:
Te Corcyræum Cressia turba putet.
Lapsuramq; domum subeas: vt sanguis Alebæ,
Stella Lycoridæ cum fuit æquæ viro.
Vtq; vel Euenus torrenti flumine mersus,
Nomina des rapidæ, vel Tiberinus, aquæ.
Hyrtacidæq; modo defixa cadauera trunco:
Digna feris hominis sit caput esca tuum.
Quodq; ferunt Brotean feciss cupidine mortis:
Des tua succensæ membra cremanda pyræ.
Incluſusq; necem cauea patiaris, vt ille
Non profecturæ conditor historiæ.
Vtq; repertori nocuit pugnacis iambi:
Sic sit in exitium lingua proterua tuum.
Vt ve parum stabili qui carmine læsit Athenas,
Inuisus pereas deficiente cibo.
Vtq; lyræ vates fertur perisse seuerę:
Causa sit exitij dextera læsa tui.
Vtq; Agamemnonio vulnus dedit anguis Oresti:
Tu quoque de morsu virus habente cadas.
Sit tibi coniugij nox prima nouissima vitæ:
Eupolis hoc perijt, & noua nupta modo.
Vtq; cothurnatum perisse Lycophrona narrant:
Hæreat in fibris fixa sagitta tuis.
Aut lacer in siluis manibus spargare tuorum:
Sparsus vt est Thebis angue creatus auo.
Perq; feros manes tauro rapiente traharis:
Vt tracta est coniux imperiosa Lyci.
Quodq; sua passa est pellex inuisa sorori,
Excidat ante pedes lingua resecta tuos.
Cognitor vt tardæ læsus cognomine Myrrhæ
Orbus in innumeris inueniare locis.
Inq; tuis opifex, vati quod fecit Achæo,
Noxia luminibus spicula condat apis.

Fixus

Fixus & in duris carparis viscera saxis:
Vt cui Pyrrha sui filia fratris erat.
Et puer Harpagidæ referas exempla Thyestæ,
Inque tui cæsus viscera patris eas.
Truncaq; geras sæuo mutilatis partibus ense:
Qualia Mycerni membra fuisse ferunt.
Vtve Syracusio præstricta fauce poëtæ:
Sic animæ laqueo sit via clausa tuæ.
Nudaq; direpta pateant tua viscera pelle:
Vt Phrygium cuius nomina flumen habet.
Saxifica videas infelix ora Medusæ:
Cephenum multos quæ dedit vna neci:
Potniadum morsus subeas, vt Glaucus, equarum:
Inq; maris 1 salias, Glaucus vt alter, aquas.
Vtq; duobus idem dictus modo nomen habenti
Præfocent animæ noxia mella viam.
Sollicitoq; bibas, Anyti doctissimus olim
Imperturbato quod bibit ore reus.
Nec tibi siquid amas, felicius Hæmone cedat:
Vtq; sua Macareus, tu potiare tua.
Vel videas, quod iam, cum flamæ cuncta tenerẽt:
Hectoreus patria vidit ab vrbe puer.
Sanguine probra luas, vt auo genitore creatus:
Per facinus soror est, cui sua facta parens,
Ossibus inque tuis teli genus hæreat illud:
Traditur Icarij quo cecidisse gener.
Vtq; loquax in equo est elisus 2 gutturæ acerno,
Sic tibi claudatur pollice vocis iter.
Aut vt Anaxarchus pila minuaris in alta:
Iactaq; pro solitis frugibus, ossa sonent.
Vtque patrẽ Psamatis condat te Phœbus in ima
Tartara: quod natæ fecerat ille suæ.
Inq; tuos ea pestis eat, quam dextra Chorœbi
Vicit, opem miseris Argolicisq; tulit.
Vtq; nepos Æthræ Veneris moriturus ob iram:
Exul ab attonitis excutiaris equis.
Propter opes magnas vt perdidit hospes alumnũ;
Perdat ob exiguas te tuus hospes opes.
Vtq; ferunt fratres sex cum Damasichthone cæsos:
Intereat tecum sic genus omne tuum.
Addidit vt fidicen miseris sua funera natis:
Sic tibi sint vitæ tædia iusta tuæ:
3 Vtve soror Pelopis saxo dureris oborto:
Et læsus lingua Pattus ab ipse sua.
Aëra si misso vacuum iaculabere disco:
Quo puer OEbalides ictus ab orbe cadas.
Siqua per alternos pulsabitur vnda lacertos:
Omnis Abydena sit tibi peior aqua.
Comicus vt 4 medijs perijt, dũ nabat, in vndis:
Et tua sic Stygius strangulet ora liquor.
Aut vbi ventosum superaris naufragus æquor:
Contacta pereas, vt Palinurus, humo.
Vtq; cothurnatum vatem tutela Dianæ,
Dilaniet vigilum te quoque turba canum.
Aut vt Trinacrius salias super ora Gigantis:
Plurima qua flammas Sicanus Ætna vomit.
Diripiantq; tuos insanis vnguibus artus
1 al. subeas. 2 al. guttur.
3 al. vtque. 4 al. liquidis.

Strymoniæ matres Orpheon esse ratæ.
Natus vt Althææ flammis absentibus arsit:
Sic tuus ardescat stipitis igne rogus.
Vt noua Phasiaca 1 comprensa est nupta corona,
Vtque pater nuptæ, cumq; parente domus.
Vt cruor Herculeos abijt diffusus in artus:
Corpora pestiferum sic tua virus edat.
Qua sua Pentheiden proles est vlta Lycurgum:
Hæc maneat teli te quoq; plaga noui.
Vtque Milo robur deducere fissile tentes.
Nec possis captas inde referre manus.
Muneribusq; tuis lædaris, vt Icarus: in quem
Intulit armatas ebria turba manus.
Quodq; dolore necis patriæ pia filia fecit:
Vincula per laquei fac tibi guttur eat.
Obstrictusq; famem patiaris limine tecti:
Vt legem pœnæ cui dedit ipsa parens.
Illius exemplo violes simulacra Minervæ,
Aulidis à portu qui leue vertit iter.
Naupliadæque modo ficto pro crimine pœnas
Morte luas: nec te non meruisse iuuet.
Ethalon vt vita spoliauit 2 Isidius hospes:
Quem memor à sacris nunc quoq; pellit Io.
Vtque 3 Melantheum tenebris à cæde latentem
Prodidit officio luminis ipsa parens.
Sic tua coniectis fodiantur corpora telis:
Sic precor auxilijs impediare tuis.
Qualis equos pacto, quos fortis agebat Achilles:
Acta Phrygi timido est, nox tibi talis eat,
Nec tu quàm Rhesus somno meliore quiescas:
Quam comites Rhesi tum necis, ante viæ:
Quam quos cũ Rotulo morti Rhamnete dederũt
Impiger Hyrtacides Hyrtacidæque comes.
Cliniadæq; modo circumdatus ignibus atris
Membra feras Stygiæ semicremata neci.
Vtque Remo muros ausо transire recentes,
Noxia sint capiti rustica tela tuo.
Deniq; Sarmaticos inter 4 Geticasq; sagittas,
His precor vt vivas, & moriare locis.
Hæc tibi tantisper subito sunt missa libello:
Immemores ne nos esse querare tui.
Pauca quidem, fateor, sed di dent plura rogatis:
Multiplicentq; suo vota fauore mea.
Postmodo plura leges, & nomen habentia verũ:
Et pede quo debent acria bella geri.

P. OVIDII NASONIS CONSOLATIO AD LIVIAM.

De morte Drusi qui in Germania occidit.

VIsa diu felix mater modo dicta Neronum,
Iam tibi dimidiũ nominis huius 5 adest.
Iam legis in Drusum miserabile Liuia carmen:
Vnum qui dicat iam tibi mater habes:
Nec tua te pietas distendit amore duorum:
Nec posito filij nomine, dicis, vter?
Et quisquam leges audet tibi dicere flendi?
1 al. compressa. 2 al. Isidus.
3 al. Menantheum.
4 al. Scythicásque.
5 al. abest.

Et quisquam lacrymas temperat ore tuas?
Hei mihi, quam facile est, quamuis hoc contigit, omnes
Alterius luctu fortia verba loqui.
Scilicet exiguo percussa es fulminis ictu:
Fortior vt possis cladibus esse tuis.
Occidit exemplum iuuenis venerabile morum:
Maximus ille armis, maximus ille toga.
Ille modo eripuit latebrosas hostibus Alpes:
Et titulum belli dux duce fratre tulit.
Ille genus Sueuos acre, indomitosq; Sicambros
Contudit: inq; fugam barbara terga dedit:
Ignotumq; tibi meruit Romane triumphum:
Protulit in terras imperiumq; nouas.
Soluere vota Ioui fatorum ignara tuorum
Mater, & armiferæ soluere vota deæ.
Gradiuumq; patrem donis implere parabas:
Et quoscunq; coli est iusque piumque deos:
Maternaq; sacros agitabas mente triumphos:
Forsitan & curæ iam tibi currus erat.
Funera pro sacris tibi sunt ducenda triumphis:
Et tumulus Drusum pro Iouis arce manet.
Fingebas reducem: 1 perceptaq; mente fouebas
Gaudia, & ante oculos iam tibi victor erat.
Iam veniet: iam me gratantem turba videbit:
Iam mihi pro Druso dona ferenda meo:
Obuia progrediar: felixq; per oppida dicar:
Collaque & os oculosq; illius ore premam.
Talis erit: sic occurret: sic oscula iunget:
Hoc mihi narrabit: sic prior ipsa loquar.
Gaudia 2 magna foues: spem pone miserrima falsam
Desine de Druso læta referre tuo.
Cæsaris illud opus veluti pars altera vestri
Occidit: indignas Liuia solue comas.
Quid tibi nunc mores prosunt? actumq; pudicè
Omne æuum? & tanto iam placuisse viro?
Quidque pudicitia tantum inuiolata bonorum?
Vltima sit laudes inter vt illa tuas?
Quid tenuisse animum cõtra sua sæcula rectum?
Altius & vitijs exeruisse caput?
Nec nocuisse vlli? & fortunam habuisse nocendi?
Nec quenquam neruos extimuisse tuos?
Nec vires errasse tuas campoque, foroque?
Quamq; licet citra constituisse domum?
Nempe per hos etiam fortunæ iniuria mores
3 Regnat: & incerta est hic quoque nixa rota.
Hic quoq; sentitur, nequid non improba carpat,
Sauit, & iniustum ius sibi vbique facit.
Scilicet immunis si luctus vna fuisset
Liuiæ: fortunæ regna minora forent.
Quid si non habitu sic se gessisset in omni,
Vt sua non essent inuidiosa bona?
Cæsaris adde domum, quæ certe funeris expers
Debuit humanis altior esse malis.
Ille vigil summa sacer ipse locatus in arce:
Res hominum ex tuto cernere dignus erat:
Nec fleri ipse suis, nec quemquam flere suorum:
Nec quæ nos patimur vulgus, & ipse pati.

4 al. præceptaque. 2 al. vana. 3 al. Regnet.

Vidimus erepta mœrentem stirpe sororis:
Luctus vt in Druso publicus ille fuit.
Condidit Agrippam, quo te Marcelle sepulcro:
Et cepit generos iam locus ille duos.
Vix posito Agrippæ tumuli bene iuuua clausa est:
Persicit officium funeris ecce soror.
Ecce ter ante datis iactura nouissima Drusus
A magno lacrymas Cæsare quartus habet.
Claudite iam Parcæ nimium reserata sepulcra:
Claudite: plus iusto iam domus ista patet.
Cædis: & incassum tua 1 nomina Druse leuãtur:
Vltima sit fati hæc summa querela tui.
Iste potest implere dolor vel sæcula tota:
Et magni luctus obtinuisse locum.
Multi in te amissi: nec tu tot verba bonorum
Omnis cui virtus contigit, vnus eras.
Nec genitrice tua fecundior vlla parentum:
Tot bona per partus quæ dedit vna duos.
Heu par illud vbi est totidem virtutibus æquũ?
Et concors pietas? nec dubitatus amor?
Vidimus attonitum fraterna morte Neronem
Pallidæ promissa fere per ora coma:
Dissimilemq; sui vultu profitente dolorem:
Heu mihi quàm toto luctus in orbe fuit!
Tu tamen extremo moriturum tempore fratrem
Vidisti: lacrymas vidit & ille tuas:
Affigique suis moriens tua pectora sensit:
Et tenuit vultu lumina fixa tuo:
Lumina cærulea iam iamque natantia morte:
Lumina fraternas iam subitura manus.
At miseranda parens suprema neq; oscula fixit:
Frigida nec mouit membra tremente sinu:
Non animam apposito fugientem excepit hiatu:
Nec traxit cæcas per tua membra comas.
Raptus es absenti, dum te fera bella morantur,
Vtilior patriæ quàm tibi Druse tuæ.
Liquitur: vt quondam Zephyris & solibus ictæ
Soluuntur tenera vere tepente niues.
Te queritur, casusque malos, irrisaque tales,
Accusatque annos vt diuturna, suos.
Talis in vmbrosis mitis nunc denique siluis
Deflet Threicium 2 Daulias ales Itym,
Halcyonum tales ventosa per æquora questus
Ad surdas tenui voce sonantur aquas.
Sic plumosa nouis plangentes pectora pennis
O Eniden subitæ concinuistis aues.
Sic fleuit Clymene, sic & Clymeneides altæ:
Cum iuuenis patrijs excidit ictus equis.
Cõgelat interdum lacrymas duratq; tenetq;:
Suspensasque oculis fortior ictus agit.
Erumpunt, iterumq; grauant gemitumq; sinusq;
Effusæ grauidis, vberibusq; genis.
In vires abijt flendi mora, plenior vnda
Defluit, exigua si qua retenta mora.
Tandem vbi per lacrymas licuit, flebilis orsa est,
Singultu medios impediente sonos.
Nate breuis fructus, duplicis sors altera partus,
Gloria confecta nate parentis, vbi es?
Sed neque iam duplicis nec iam sors altera part

2 al. numina. 2 al. Daunias.

Glo-

Gloria confectæ nunc quoque matris, vbi es?
Heu modo tāi[2] vbi es? tumulto portaris, & igni,
Hæc sunt in reditus dona paranda tuos?
Siccine dignus eras oculis o··urrere matris?
Sic ego te reducem digna videre fui?
Cæsaris vxori si talia dicere fas est:
Iam dubito magnos an rear esse deos?
Nā quid ego admisi? quæ non ego numina cultu,
Quos ego non potui demeruisse deos?
Hic pietatis honos artus amplector inanes:
Et vocat hos ipsos flamma, rogusque suus.
Tene ego sustineo positum scelerata videre?
Tene meæ poterunt vngere nate manus?
Nunc ego te infelix summum teneoque tuórque?
Affigóque manus? oraque ad ora fero?
Nunc primum adspiceris consul victorque parēti?
Sic mihi, sic miseræ nomina tanta refers?
1Quos primum vidi fasces, in funere vidi:
Et vidi euersos, indiciumque mali.
Quis credat? matri lux hæc carissima venit:
Qua natum in summo vidit honore suum.
Iāne ego non felix? iam pars mihi rapta Neronũ
Materni celeber nomine Drusus aui?
Iamne meus non est? nec me facit ille parentem?
Iamne sui Drusi mater? & ipse fui?
Nec cum victorem referatur adesse Neronem:
Dicere iam potero maior, an alter, adest?
Vltima contigimus: ius matris habemus ab vno:
Vnius est munus quod tamen orba negor.
Me miseram, extimui: frigusque per ossa cucurrit:
Nil ego iam possum certa vocare meum.
Hic meus ecce fuit: iubet hic de fratre vereri:
Omnia iam metuo: fortior ante fui.
Sospite te saltem moriar, Nero, tu mea condas
Lumina: & excipias hanc animam ore pio.
Atq; vtinā Drusi manus altera, & altera fratris
Formarent oculos, comprimerentque meos.
Quod licet hoc certe tumulo ponemur in vno,
Druse: neq; ad veteres conditus ibis auos.
Miscebor cinerique cinis, atque ossibus ossa.
Hanc lucem celeri turbine Parca neat.
Hæc & plura refert: lacrimæ sua verba sequūtur:
Oraque nequicquam per modo questa fluunt.
Quin etiam corpus matri vix vixque remissum
Exsequijs caruit Liuia pene suis.
Quippe ducem arsuris exercitus omnis in armis
Inter quæque ruit ponere certus erat.
Abstulit inuitis corpus venerabile frater:
Et Drusum 2 prunæ quod licuitque dedit:
Funera ducuntur Romana per oppida Drusi,
Heu facinus per quæ victor iturus erat.
Per quæ deletis Rhætorum venerat armis:
Heu mihi, quam dispar huic fuit illud iter?
3Consuluit fractis merentem fascibus vrbem:
Quid faceret victus, sic vbi victor init?
Mæsta domus plangore sonat: cui figere lætus
Parta sua dominus vouerat arma manu.
Vrbs gemit: & vultum miserabilis induit vnū:

1 al. Quum. 2 al. patriæ.
3 al. Consul init.

Gentibus aduersis forma sit illa pretor.
Incerti claudūtque domos, strepitántque per vrbē:
Hic illud pauidi clamque palamque dolent.
Iura silent, mutæque tacent sine vindice leges:
Aspicitur toto purpura nulla foro:
Diq; latēt templis: neq; iniqua ad funera vultus
Præbent: nec poscunt thura ferenda rogo.
Obscuros delubra tenent, pudet ora colentum
Adspicere, inuidiæ quam meruere metu.
Atq; aliquis de plebe pius pro paupere nato
Sustulerat timidas sidera ad alta manus.
Iamq; precaturus, quid ego iam credulus, inquit.
Suscipiam in nullos irrita vota deos?
Liuia non illos pro Druso Liuia mouit:
Nos erimus magno maxima cura Ioui?
Dixit: & iratus vota insuscepta reliquit:
Durauitque animum: destituitque preces.
Obuia turba ruit: lacrymisque rigantibus ora
Consulis erepti publica damna refert.
Omnibus ijdem oculi: par est concordia flendi
Funeris exsequiis adsumus omnis eques:
Omnis adest ætas: marent iuuenesque, senesque:
Ausoniæ matres, Ausoniæque nurus.
Auctorisque sui præfertur imagine mæsta,
Quæ victrix templis debita laurus erat.
Certat onus luctu generosa subire iuuētus:
Et studet officio sedula colla dare.
Et voce & lacrymis laudasti Cæsar alumnum:
Tristia cum medius rumperet ora dolor.
Tu lethum optasti, dis 1 aduersantibus omen,
Par tibi: si sinerent te tua fata mori.
Sed tibi debetur cælum: te fulmine pollens
Accipiet cupidi regia magna Iouis.
2Quid petiit? vult ille tibi vt sua facta placerēt:
Magnaque laudatus præmia mortis habet.
Armataque rogum celebrant de more cohortes:
At pedes exsequias reddit, equesque duci.
Te clamore vocant iterumq; iterumq; supremo,
Ast vox aduersis collibus icta redit.
Ipse pater flauis Tyberinus abhorruit vndis:
Sustulit è medio nubilus amne caput.
Tū salice implexū muscoque & arundine crinē,
Cæruleum magna legit ab ore manu:
Vberibusque oculis lacrymarum lumina misit:
Vix capit adiectas alueus altus aquas.
Iamque rogi flammas extinguere fluminis ictu,
Corpus & intactum tollere, certus erat.
Sustentabat aquas, cursuq; inhibebat equorū:
Vt posset toto proluere amne rogum.
Sed Mauors templo vicinus, & accola campi,
Toi dixit siccis verba neque ipse genis.
Quamquam amnes decet ira, tamen Tiberine
Nō tibi, non vllis vincere fata datur. (quiescas,
Iste meus perijt, perijtque arma inter & enses:
Et dux 3 pro patria: funere caussa latet.
Quod potui tribuisse, dedi: victoria parta est:
Auctor abit operis, sed tamen extat opus.
Quondam ego tentaui Clotoque, duasque sorores

1 al auersantibus. 2 al. Quod petiit tulit ille.
3 al proh, patriæ.

Pollice quæ certo pensa seuera trahunt.
Vt Remus Iliades, & frater conditor vrbis
Effugerent aliqua stagna profunda via.
De tribus vna mihi partem accipe, quæ datur, in-
Muneris: ex istis quod petis, alter erit. (quit,
Hic tibi: mox Veneri Cæsar promissus vterque
Hos debet solos Martia Roma deos.
Sic cecinere deæ: ne tu Tiberine repugna:
Irrita nec flammas amne morare tuo.
Nec iuuenis positi supremos destrue honores.
Vade age: & immissis labere pronus aquis.
Paret: & in longum spatiosas explicat vndas,
1 Strictaque pendenti pumice tecta subit.
Flamma diu cunctata caput contingere sanctum,
Errauit posito lenta sub vsque toro.
Tandem vbi complexa est syluas, alimentaque sumpsit:
Æthera subiectis lambit & astra comis.
Qualis in Herculeæ colluxit collibus Oetæ:
Cum sunt imposito membra cremata deo.
Vritur heu decor ille viri, generosaque forma:
Et facilis vultus vritur ille vigor:
Victriceque manus facundaque principis ora.
Pectoraque ingenij magna capaxque domus.
Spes quoque multorum flamis vtūtur in isdem:
Iste rogus miseræ viscera matris habet.
Facta ducis viuent, operosaque gloria rerum:
Hæc manet: hæc auidos effugit vna rogos.
Pars erit historiæ: totoque legetur in æuo:
Seque opus ingeniis, carminibusque dabit.
Stabit & in rostris tituli speciosus honore:
Causaque dicemur nos tibi Druse necis.
At tibi ius veniæ supereſt Germania nullum:
Post modo tu pœnas barbara morte dabis.
Adspiciam regum liuentia colla catenis.
Duraque per sæuas vincula nexa manus:
Et tandem trepidos vultus: inque illa ferocum,
Inuitis lacrymas decidere ora genis.
Spiritus ille minax, & Drusi morte superbus
Carnifici in mœsto carcere dandus erit.
Consistam, lætisque oculis, lætusque videbo
Strata per obscœnas corpora nuda vias.
Hunc Aurora diem spectacula tanta ferentem
Quam primum croceis 2 roscida portet equis.
Adijce Ledæos concordia sidera fratres,
Templaque Romano conspicienda foro.
Quam paruo numeros impleuit principis æuo:
In patriam meritis occubuitque senex.
Nec suæ conspiciet, (miserū me) munera Drusus:
Nec sua 3 præ templi nomina fronte legt.
Sæpe Nero in lacrymas summissa voce loquetur,
Cur adeo fratres, heu sine fratre deos?
Certus eras nūquam, nisi victor, Druse reuerti,
Hæc te debuerant tempora: victor eras.
Cōsule nos, duce nos, duce iam victore caremus:
Inuenit in tota mœror in vrbe locum.
At comitum squallent immissis ora capillis,
Infelix, Druso, sed pia turba suo.

Quorum aliquis tendēs in te sua brachia dixit,
Cur sine me? cur sic incomitatus abis?
Quid referam de te, dignissima coniuge Druso?
Atque eadem Drusi digna parente nurus?
Par bene compositū iuuentum fortissimus alter:
Altera iam, forti mutua cura viro:
Fœmina tu Princeps: tu filia Cæsaris illi
Nec minor es magni coniuge iussa Iouis.
Tu concessus amori, tu solus & vltimus illi
Tu requies fesso grata laboris eras.
Te moriens per verba nouissima quæsitus abesse:
Et mota in nomen frigida lingua tuum.
Infelix recipis non quem promiserat ipse:
Nec qui missus erat: nec tuus ille redit.
Nec tibi deletos poterit narrare Sicambros:
Ensibus & Sueuos terga dedisse suis.
Fluminaque & mōtes & nomina magna locorū:
Et si quid miri vidit in orbe nouo.
Frigidus ille tibi, corpusque refertur inane:
Quemque premat sine te sternitur ecce torus
Quò raperis laniata comas: similisque furenti
Quò ruis? attonita quid petis ora manu?
Hoc fuit Andromache, cum vir relegatus ab axe
Terruit admissos sanguinolentus equos.
Hoc fuit Euadne, tunc cum feriendā coruscis
Fulminibus, Capaneus impauida ora dedit.
Quid mortē tibi mœsta rogas? amplexaque nato
Pignora de Druso solareliēta tenes?
Et modo per somnos agitaris imagine falsa?
Teque tuo Drusum credis habere sinu?
Et subito tentasque manu, sperasque receptum?
Quæris & in vacui parte priore tori.
Ille pio, si non temere hæc creduntur, in aruo
Inter honoratos excipietur auos.
Magnaque maternis maioribus æqua paternis
Gloria quadrijugis aureus ibit equis:
Regalique habitu, curruque superbus eburno
Fronde triumphali tempora vinctus erit.
Accipient iuuenem Germanica signa ferentem
Consulis imperio conspicuúmque decus,
Gaudebuntque suæ merito cognomine gentis:
Quod 1 solum domito victor ab hoste tulit.
Vix credent tantum rerum cepisse tot annos
Magna viri latum quærere facta locum.
Hæc ipsum sublime ferent: hæc optima mater,
Debuerant luctus attenuare tuos.
Fœmina digna illis quos aurea condidit ætas.
Principibus natis, principe digna viro.
Quid deceat Drusi matrem, matremq; Neronis,
Adspice, quo surgas adspice mane toro.
Non eadem vulgusque decent & lumina rerum:
Est quod præcipuum debeat ista domus.
Imposuit te alto fortuna: locumque teneri
Iussit honoratum: Liuia perfer onus.
Ad te oculos, aureſque trahis: tua facta notamus:
Nec vox missa potest principis ore tegi.
Alta mane, supraque tuos exsurge dolores:
Infragilémque animum, quo potes, vsque tene.
An melius per te virtutum exempla petemus?

a al. structaque 2 al. rosida. 3 al. præ 1 al. solus.

Quàm

Quàm si Romana principis ædis opus?
Fata manent omnes: omneis exspectat auarus
Portitor: & turbæ vix satis vna ratis.
Tēdimus huc omnes: metā properamus ad vnam:
Omnia sub leges mors vocat atra suas.
Ecce necem intentam cælo, terræq; fretoque
Cæsurum triplex vaticinatur opus.
I nunc, & rebus tanta impendente ruina,
In te solam oculos, & tua damna refer.
Maximus ille quidem: iuuenū spes publica vixit:
Et qua natus erat gloria summa domus.
Sed mortalis erat: nec tu secura fuisti:
Fortia progenie bella gerente tua.
Vita data est vtenda: data est sine fœnore nobis
Mutua, nec certa persoluenda die.
Fortuna arbitrijs tempus dispensat vbique
Illa rapit iuuenes: sustulit illa senes.
Quaq; ruit, furibunda ruit: totumq; per orbem
Fulminat: & cæcis cæca triumphat equis.
Regna deæ immitis parce irritare querendo,
Sollicitare animos parce potentis heræ.
Quæ tamen hoc vno tristis tibi tempore venit:
Sæpe eadem rebus fauit amica tuis.
Nata quod 1 es alitè, quod fœtibus aucta duobus;
Quodq; etiam magno consociata Ioui:
Quod semper domito rediit tibi Cæsar ab orbe:
Gestat & inuicta prospera bella manu:
Quod spes implerūt maternaq; vota Nerones:
Quod pulsus toties hostis vtroque duce:
Rhenus & Alpinæ valles, & sanguine nigro
Decolor infecta testis Iturgus aqua:
Danubiusq; capax, & Dacius orbe remoto
Appulus: huic hosti perbreue Pontus iter.
Armeniusq; fugax, & tādem Dalmata supplex,
Summaq; dispersi per iuga Pannonij:
Et modò Germani Romanis cognitus orbis,
Adspice quam meritis culpa sit vna minor.
Adde quod est absens fœtus: nec cernere nati
Semineces oculos sustinuere tibi.
Qui dolor & menti lenissimus influit ægræ:
Acciperes luctus aure coacta tuos.
Præuertitque metus per longa pericula luctum,
Tu quibus auditis anxia mentis eras.
Non ex præcipiti dolor in tua pectora venit:
Sed per mollitos ante timore gradus.
Iupiter ante dedit fati malè signa cruenti:
Flammifera petijt cùm tria templa manu.
Iunonisque graui nocte, impauidæq; Minervæ,
Sanctaque & immensi Cæsaris ista manus.
Sidera quinetiam cælo fugisse feruntur:
Lucifer & solitas destituisse vias.
Lucifer in toto nulli comparuit orbe:
Et venit stella non præeunte dies.
Sideris hoc obitus terris instare monebat:
Et mergi Stygia nobile numen aqua.
At tu, qui superes mœstæ solatia matri,
Comprecor illi ipsi conspiciare senex.
Perq; annos diuturnus eas, fratrisque, tuosque.
Et viuat nato cum sene mater anus.
Euentura precor: deus excusare priora

Dum volet: à Druso cetera læta dabit.
Tu tamen ausa potes tanto indulgere dolori:
Longius vt nolis heu malè fortis, ali.
Vix etiam fueras paucas vitalis in horas:
Obtulit inuitæ cum tibi Cæsar opem.
Admouitque preces, & ius immiscuit illis:
Aridaque affusa guttura tinxit aqua.
Nec minor est Nato seruandi cura parentis:
Hic adhibet blandas nec sine iure preces.
Coniugis & nati meritum peruenit ad omnes:
Coniugis & nati Liuia sospes opes.
Supprime iam lacrimas: non est reuocabilis istis.
Quem semel vmbrifera nauita lintre tulit.
Hectora tot fratres, tot defleuere sorores,
Et pater, & coniux, Astyanaxque puer,
Et longæua parens: tamen ille redēptus ad ignes,
Nullaque per Stygias vmbra renauit aquas.
Contigit 1 hæc etiam Thetidi: populator Achilles
Iliaca ambustis ossibus arua premit.
Illis cæruleum Panope matertera crinem
Soluit: & immensas fletibus auxit aquas.
Consorteſque Deæ centum longæuaque magni
Oceani coniux, Oceanusq; pater,
Et Thetis ante omnes: sed nec Thetis ipsa neque
Mutarunt auidi tristia iura dei. (omnes
Prisca quid hunc repeto? Marcellū Octauia fleuit:
Et fleuit populo Cæsar vtrumque palam.
Sed rigidum ius est & ineuitabile mortis:
Stant rata non vlla fila tenenda manu.
Ipse tibi emissus nebulosum litus Auerni,
Si liceat, forti verba tot ore sonet.
Quid numeras annos? vixi maturior annis:
Acta senem faciunt: hæc numeranda tibi.
His ætuum fuit implendum, non segnibus annis,
Hostibus eueniat longa senecta metu.
Hoc ataui monuere mei, proauique Nerones:
Fregerunt ambo Punica bella duces.
Hoc domus ista docet per te mea Cæsaris alti.
Exitus hic mater debuit esse meus.
Nec meritis quicquā illa iuuāt: magis affuit illis
Mater honos: titulis nomina plena vides.
Consul & ignoti victor Germanicus orbis,
Qui fuit heu mortis publica causa: legor.
Cingor Apollinea victricia tempora lauro:
Et sensi exsequias funeris ipse mei.
Decursusque virūm natos mihi, donaque regum,
Cunctaque per titulos oppida lecta suos.
Et quo me officio portauerit illa iuuentus:
Quæ fuit ante meum tam generosa torum,
Denique laudari sacrato Cæsaris ore
Et 2 merui: lacrymas elicuique deo.
Et cuiquā miserandus ero: iam comprime fletus:
Hoc ego, qui flendi sum tibi causa, rogo.
Hæc sentit Drusus, si quid modo sentit, in vm-
Nec tu de tanto crede minora viro. (bra:
Est tibi sitque precor, multorum filius instar:
Parsque tui partus sit tibi salua prior.
Est coniux tutela hominum: quo sospite vestram
Liuia funestam dedecet esse domum.

1 al. in tantam. 2 al. ex alto. 3 al. flectus.

1 al. hoc.
2 al. Emerui.

P. OVIDII NASONIS EPISTOLARVM HEROIDVM LIBER.

PENELOPE VLYSSI.

Hanc tua Penelope lento tibi mittit Vlysse:
Nil mihi rescribas: attamen ipse veni.
Troia iacet certè Danais inuisa puellis:
Vix Priamus tanti, totaq; Troia fuit.
O vtinam tunc, cum Lacedæmona classe petebat,
Obrutus insanis esset adulter aquis.
Non ego deserto iacuissem frigida lecto:
Nec quererer tardos ire relicta dies:
Nec mihi, quærenti spatiosam fallere noctem,
Lassaret viduas pendula tela manus.
Quando ego non timui grauiora pericula veris?
Res est solliciti plena timoris amor.
In te fingebam violentos Troas ituros:
Nomine in Hectoreo pallida semper eram.
Siue quis Antilochũ narrabat ab Hectore victũ,
Antilochus nostri causa timoris erat.
Siue Menœtiadem falsis cecidisse sub armis:
Flebam successu posse carere dolos.
Sanguine Tlepolemus Lyciam tepefecerat hastã:
Tlepolemi leto cura nouata mea est.
Denique quisquis erat castris iugulatus Achiuis
Frigidius glacie pectus amantis erat.
Sed bene consuluit casto deus æquus amori:
Versa est in cineres sospite Troia viro.
Argolici rediere duces: altaria fumant:
Ponitur ad patrios barbara præda deos.
Grata ferunt Nymphæ pro saluis dona maritis,
Illi victa suis Troica fata canunt.
Mirantur iustique senes, trepidæque puellæ:
Narrantis coniux pendet ab ore viri.
2 Atque aliquis posita mõstrat fera prælia mensa
Pingit & exiguo Pergama tota mero.
Hac ibat Simois: hic est Sigeia tellus,
Hic steterat Priami regia celsa senis.
Illic Æacides, illic tendebat Vlysses:
Hic 3 lacer admissos terruit Hector equos.
Omnia namque tuo senior, te quærere misso
Rettulerat nato Nestor: at ille mihi
Rettulit & ferro Rhesumq;, Dolonaq; cæsos:
Vtq; sit hic somno proditus: ille dolo.
Ausus es ô nimiumq; oblite tuorum,
Thracia nocturno tangere castra dolo,
Totq; simul mactare viros adiutus ab vno.
At bene cautus eras, & memor ante mei.
Vsque metu micuêre sinus: dum victor amicum
Dictus es Ismarijs isse per agmen equis.
Sed mihi quid prodest vestris disiecta lacertis
4 Ilios? & murus, quod fuit ante, solum?
Si maneo qualis Troia durante manebam.
Virque mihi dempto fine carendus abest.
Diruta sunt alijs; soli mihi Pergama restant:
Incola captiuo quæ boue victor arat.

1 al. Vlysses. 2 al. Iamque.
3 al. alacer missus. 4 al. Ilion.

Iam seges est vbi Troia fuit: resecandaq; falce
Luxuriat Phrygio sanguine pinguis humus.
Semisepulta virûm curuis feriuntur aratris
Ossa: ruinosas occulit herba domos.
Victor abes: nec scire mihi, quæ caussa morandi,
Aut in quo lateas ferreus orbe, licet.
Quisquis ad hæc vertit peregrinam littora puppim:
Ille mihi de te multa rogatus abit.
Quamq; tibi reddat, si te modò viderit vsquam:
Traditur huic digitis charta notata meis.
Nos Pylon, antiqui Neleia Nestoris arua
Misimus: incerta est fama remissa Pylo.
Misimus & Sparten: Sparte quoq; nescia veri,
Quas habitas terras, aut vbi lentus abes?
Vtilius starent etiam nunc mœnia Phœbi:
Irascor votis heu leuis ipsa meis.
Scirem vbi pugnares: & tantum bella timerem:
Et mea cum multis iuncta querela foret.
Quid timeã ignoro: timeo tamẽn omnia demens:
Et patet in curas area lata meas.
Quæcunq; æquor habet, quæcunq; pericula tellus:
Tam longæ causas suspicor esse moræ.
Hæc ego dum stultè meditor: quæ vestra libido est:
Esse peregrino captus amore potes.
Forsitan & narres quàm sit tibi rustica coniux:
Quæ tantum lanas non sinat esse rudes.
Fallar: & ob crimen tenues vanescat in auras
Neve reuertendi liber, abesse velis.
Me pater Icarius viduo discedere lecto
Cogit: & immensas increpat vsque moras.
Increpet vsque licet: tua sim, tua dicar oportet.
Penelope coniux semper Vlyssis ero.
Ille tamen pietate mea, precibusque pudicis
Frangitur: & vires temperat ipse suas.
Dulichij, Samijque, & quos tulit alta Zacynthos,
Turba ruunt in me luxuriosa proci:
Inque tua regnant, nullis prohibentibus aula:
Viscera nostra, tuæ 1 dilaniantur opes.
Quid tibi Pisandrum, Polybumq;, Medontaq;
Eurimachique auidas, Antinoique manus,
Atq; alios referam? quos omnes turpiter absens
Ipse tuo partis sanguine rebus alis.
Irus, egens, pecorisque Melantius auctor edendi,
Vltimus accedunt in tua damna pudor.
Tres sumus imbelles numero: sine viribus vxor,
Laertesq; senex, Telemachusq; puer,
Ille per insidias pænè est mihi nuper ademptus:
Dum parat inuitis omnibus ire Pylon.
Di precor hoc iubeant, vt euntibus ordine fatis.
Ille meos oculos comprimat, ille tuos.
Hoc faciunt custosq; boum, longæuaq; nutrix:
Tertius, immundæ cura fidelis huræ.

1 al. dilacerantur.

Sed

Sed neque Laertes, vt qui sit inutilis annis,
Hostibus in medijs regna tenere potest.
Telemacho veniet, viuat modo, fortior ætas:
Nunc erat auxilijs illa tuenda patris.
Nec mihi sunt vires inimicos pellere tectis:
Tu citius venias portus, & aura tuis.
Est tibi, sitque precor, natus: qui mollibus annis
In patrias artes erudiendus erat.
Respice Laerten: vt iam sua lumina condas,
Extremum fati sustinet ille diem.
Certè ego quæ fueram te discedente puella:
Protinus vt redeas facta videbor anus.

PHYLLIS DEMOPHOONTI.

HOspita Demophoö tua te Rhodopeia Phyllis
Vltra promissum tempus, abesse queror,
Cornua cum lunæ pleno semel orbe coissent,
Litoribus nostris anchora pacta tua est.
Luna quater latuit: toto quater orbe recreuit:
Nec vehit Actæas Sithonis vnda rates.
Tempora si numeres, bene quæ numeramus amantes:
Non venit ante suam nostra querela diem.
Spes quoque lenta fuit: tardè, quæ credita lædunt,
Credimus inuita nunc & amante nocent.
Sæpe fui mendax pro te mihi: sæpe putaui
Alba procellosos vela referre notos.
Thesea deuoui: quia te dimittere nollet:
Nec tenuit cursus forsitan ille tuos.
Interdum timui ne dum vada tēdis ad Hebri,
Mersa foret cana naufraga puppis aqua.
Sæpe deos supplex, vt tu scelerate valeres,
Sum prece thuricremis deuenerata focis.
Sæpe videns ventos cælo pelagóque fauenteis,
Ipsa mihi dixi, (si valet [1] ille, venit.
Denique fidus amor, quicquid properantibus obstat,
Finxit: & ad caussas ingeniosa fui.
At tu lentus abes: nec te iurata reducunt
Numina: nec nostro motus amore redis.
Demophoon ventis & verba, & vela dedisti.
Vela queror reditu, verba carere fide.
Dic mihi quid feci, nisi non sapienter amaui?
Crimine te potui demeruisse meo.
Vnum in me scelus est, quod te scelerate recepi:
Sed scelus hoc meriti pondus, & instar habet.
Iura, vides, vbi nūc? cōmissaque dextera dextræ?
Quique erat in falso plurimus ore Deus?
Promissus socios vbi nunc Hymenæus in annos?
Qui mihi coniugij sponsor, & obses erat?
Per mare, quod totum vētis agitatur & vndis,
Per quod sæpe ieras: per quod iturus eras:
Perque tuū mihi iurasti (nisi fictus & ille est)
Concita qui ventis æquora mulcet, auum:
Per Venerem nimiumque mihi facientia tela:
Altera tela arcus, altera tela faces:
Iunonemque, toris quæ præsidet alma maritis:
Et per tædiferæ mystica sacra deæ.
Si de tot læsis [2] sua numina quisque deorum
Vindicet: in pœnas non satis vnus [3] eris.
Ah laceras etiam puppes furiosa refeci:
Vt qua desererer firma carina foret:
Remigiumque dedi quo me fugiturus abires.
Heu patior telis vulnera facta meis!
Credidimus blandis, quorum tibi copia verbis:
Credidimus generi numinibusque tuis:
Credidimus lacrymis: an & hæ simulare docentur?
Hæ quoque habēt artes: quaque iubentur, eūt.
Dis quoq; credidimus: quid iā tot pignora nobis?
Parte satis potui qualibet inde capi.
Nec moueor, quod te iuui portuque, locoque:
Debuit hæc meriti summa fuisse mei.
Turpiter hospitium lecto cumulasse iugali
Pœnitet: & lateri conseruisse latus.
Quæ fuit ante illam, mallem suprema fuissent
Nox mihi, dum potui Phyllis honesta mori.
Speraui melius, quia [3] te meruisse putaui:
Quæcūque ex merito spes venit: æqua venit.
Fallere credentem non est operosa puellam
Gloria: simplicitas digna fauore fuit.
Sum decepta tuis & amans, & fœmina verbis:
Di faciant laudis summa sit ista tuæ.
Inter & Ægidas media statuaris in vrbe:
Magnificus titulis stet pater ante suis.
Cum fuerit lectus Scyron toruúsque Procrustes,
Et Scinis, & Tauri, mistaque forma viri,
Et domitæ bello Thebæ, fusique Bimembres,
Et pulsata nigri regia cæca dei.
Hoc tua post illos titulo signetur imago:
Hic est: cuius amans hospita capta dolo est.
De tanta rerum turba, factisque parentis,
Sedit in ingenio Cressa relicta [4] tuo.
Quod solum excusat: solum miraris in illo:
Hæredem patriæ perfide fraudis agis.
Illa (nec inuideo) fruitur meliore marito:
Inque capistratis tigribus alta sedet.
At mea despecti fugiunt connubia Thraces,
Quod feror externum præposuisse meis.
Atque aliquis, iā nunc doctas eat, inquit, Athenas:
Armiferam Thracen, qui regat alter erit,
Exitus acta probat: careat successibus opto,
Quisquis ab euentu facta notanda putat.
At si nostra tuo spumescant æquora remo:
Iam mihi, iam dicar consuluisse meis.
Sed neque consului, nec te mea regia tangit:
Fessaque Bistonia membra lauabis aqua: [5]
Illa meis oculis species abeuntis inhæret:
Cum premeret portus classis itura meos.
Ausus es amplecti: colloque infusus amantis
Oscula per longas iungere pressa moras.
Cūq; tuis lacrymis, lacrymas confundere nostras,
Quódque foret velis aura secunda, queri:
Et mihi discedens suprema dicere voce,
Phylli 6 face expectes Demophoonta tuum.

[1] ille. [2] læsis vet. libri, *At laceras.*
[3] me. [4] puella. [5] Fessaque.
[6] fac.

Expectem, qui me nunquam visurus abisti?
Expectem pelago vela legata meo?
Et tamen expecto: redeas modo serus amãti:
Vt tua sit solo tempore lapsa fides.
Quid precor infelix? iam te tenet altera coniux:
Forsitan, & nobis qui male fauit amor.
Vtque tibi excidimus, nullã puto, Phyllida nosti,
Hei mihi si quæ sim Phyllis: & vnde rogas:
Quæ tibi Demophoon longis erroribus acto
Threicios portus, hospitiúmque dedi,
Cuius opes auxere meæ, cui diues egenti
Munera multa dedi, multa datura fui.
Quæ tibi subieci latissima regna Lycurgi,
Nomine semineo vix satis apta regi:
Qua patet vmbrosum Rhodope glacialis ad Æmum,
Et sacer admissas exigit Hebrus aquas.
Cui mea virginitas auibus libata sinistris,
Castaque fallaci zona recincta manu.
Pronuba Tisiphone thalamis vlulauit in illis,
Et cecinit mœstum deuia carmen auis.
Affuit Alecto breuibus torquata colubris.
Suntque sepulcrali lumina mota face.
Mœsta tamen scopulos, fruticosaque litora calco,
Quáque pateni oculis 2 æquora lata meis.
Siue die laxatur humus, seu frigida lucent
Sidera, prospicio quis freta ventus agat.
Et quæcunque procul venientia lintea vidi,
Protinus illa meos auguror esse deos.
In freta procurro, vix me retinentibus vndis,
Mobile qua primas porrigit æquor aquas.
Quo magis accedũt, minus & minus vtilis asto.
Linquor, & ancillis excipenda cado.
Est sinus adductos modice falcatus in arcus,
Vltima prærupta cornua mole rigent:
Hinc mihi suppositas immittere corpus in vndas
Mens fuit: & quoniam fallere pergis, erit.
Ad tua me fluctus proiectam littora portent,
Occurrámque oculis intumulata tuis.
Duritia ferrum vt superes, adamantaque, teq́;
Non tibi sic, dices, Phylli sequendus eram.
Sæpe venenorum sitis est mihi, sæpe cruenta
Traiectam gladio morte perire iuuat.
Colla quoque, infidis quæ se nectenda lacertis
Præbuerant, laqueis implicuisse iuuat.
Stat nece matura tenerum pensare pudorem,
In necis electu parua futura mora est.
Inscribere meo causa inuidiosa sepulcro:
Aut hoc aut simili carmine notus eris.
Phyllida Demophoon leto dedit, hospes, amãtem:
Ille necis causam præbuit, ipsa manum.

EPIST. III.

BRISEIS ACHILLI.

QVam legis, à rapta Briseide littera venit,
Vix bene barbarica Græca notata manu.
Quæcunque aspicies, lacrymæ fecere lituras.
Sed tamen hæ lacrymæ pondera vocis habent.
Si mihi pauca queri de te, dominóque, viróque
Fas est: de domino pauca, viróque querar.
Non ego poscẽti quòd sum citò tradita regi,
Culpa tua est: quãuis hæc quoq; culpa tua est.
Nam simul Eurybates me, Talthybiúsque vocarunt:
Eurybati data sum, Talthybióque comes.
Alter in alterius iactãtes lumina vultum,
Quærebant taciti, noster vbi esset amor.
Differri potui: pœnæ mora grata fuisset:
Hei mihi, discedens, oscula nulla dedi.
At lacrymas sine fine dedi: rupique capillos:
Infelix iterum sum mihi visa rapi.
Sæpe ego decepto volui custode reuerti:
Sed, me qui timidam prenderet, hostis erat.
Si progressa forem, caperer ne 1 nocte timebam,
Quamlibet ad Priami munus itura nurum.
Sed data sum, quia danda fui: tot noctibus absũ,
Nec repetor: cessas: iraque lenta tua est.
Ipse Menœtiades tunc, cum tradebar, in aurem,
Quid fles? hic paruo tempore, dixit, eris.
Nõ repetisse parum est: pugnas, ne reddar, Achille:
I nunc: & cupidi nomen amantis habe.
Venerunt ad te Telamone, & Amyntore nati,
Ille gradu propior sanguinis, ille comes:
Laertæque satus: per quos comitata redirem:
Auxerunt 2 blanda grandia dona prece:
Viginti fuluos operoso ex ære lebetas,
Et tripodas septem pondere, & arte pares.
Addita sunt illis auri bis quinque talenta:
3 Bix sex assueti vincere semper equi.
Quódque superuacuũ est, forma præstante puellæ
Lesbides, euersa corpora capta domo.
Cumq́; tot his, sed non opus est tibi cõiuge: cõiux
Ex Agamemnoniis vna puella tribus.
Si tibi ab Atrida pretio redimenda fuissem,
Quæ dare debueras, accipere illa negas.
Qua merui culpa fieri tibi vilis Achille?
Quò leuis à nobis tam cito fugit amor?
An miseros tristis fortuna tenaciter vrget?
Nec venit inceptis mollior aura meis?
Diruta marte tuo Lyrnesia mœnia vidi:
Et fueram patriæ pars ego magna meæ.
Vidi consortes pariter generisque, necisque,
Tres cecidisse, tribus quæ mihi mater erat:
Vidi, quantus erat, fusum tellure cruenta,
Pectora iactantem sanguinolenta virum.
Tot tamen amissis, te compensauimus vnum:
Tu dominus, tu vir, tu mihi frater eras.
Tu mihi iuratus per numina matris aquosæ,
Vtile dicebas ipse fuisse capi.
Scilicet, vt quamuis veniam dotata repellar:
Et mecum fugias, quæ tibi dantur opes.
Quinetiam fama est cum crastina fulserit 4 Eos,
Te dare nubiferis linea vela notis.
Quod scelus vt pauidas miseræ mihi contigit aures,
Sanguinis, atque animi pectus inane fuit.

1 quidam forte fortasse rectius. 2 Ita veteres lib. neque tamen male. 3 blandæ grandia dona preces. 3 al. Bisseni. 4 al. hora.

Ibis: & ô cui me miseram violente relinques?
Quis mihi desertæ mite leuamen erit?
Deuorer ante precor subito telluris hiatu:
Aut rutilo missi fulminis igne cremer:
Quàm sine me Phthiis canescãt æquora remis:
Et videam puppes ire relicta tuas.
Si tibi iã redituſque placent, patriique penates:
Non ego sum classi sarcina magna tuæ.
Victorem captiua sequar, non nupta maritum:
Est mihi, quæ lanas molliat, apta manus.
Inter Achæiades longe pulcherrima matres
In thalamos coniux ibit, eátque tuos.
Digna nurus socero, Iouis, Æginæque nepote,
Cuique senex Nereus projocer esse velit?
Nos humiles, famulæque tuæ data pensa trahemus,
Et minuent plenas stamina nostra colos,
Exagitet ne me tantum tua deprecor vxor,
Quæ mihi nescio quo non erit æqua modo.
Neue meos coram scindi patiare capillos,
Et leuiter dicas, hæc quoque nostra fuit.
Vel patiare licet, dum ne contempta relinquar.
Hic mihi væ miseræ concutit ossa metus.
Quid tamen expectas? Agamenona pœnitet iræ
Et iacet ante tuos Græcia mœsta pedes.
Vince animos, iramque tuam, qui cætera vincis.
Quid lacerat Danaas impiger Hector opes!
Arma cape Æacide: sed me tamen ante recepta,
Et preme turbatos Marte fauente viros.
Propter me mota est: propter me desinat ira:
Simque ego tristitiæ causſa modúsque tuæ.
Nec tibi turpe puta precibus succũbere nostris:
Coniugis Oenides versus in arma prece est.
Res audita mihi, nota est tibi: fratribus orba
Deuouit nati spémque, capútque parens.
Bello erat ille ferox: positis secessit ab armis,
Et patriæ rigida mente negauit opem.
Sola virum flexit coniux felicior illa:
At mea pro nullo pondere verba cadunt.
Nec tamen indignor: nec me pro coniuge gessi
Sæpius in domini serua vocata torum.
Me quæda (memini) dominã captiua vocabat:
Seruitio, dixi nominis addis onus.
Per tamen ossa viri subito male tecta sepulcro,
Semper iudicijs ossa verenda meis:
Perque trium sortes animas, mea numina, fratrũ
Qui bene pro patria, cum patriáque iacent:
Pérque tuum, nostrúmque caput quod iunximus vnà:
Pérque tuos enses cognita tela tela meis.
Nulla Mycenæum sociasse cubilia mecum
Iuro: fallentem deseruisse velis.
Si tibi nunc dicam: fortissime tu quoque iura,
Nulla tibi sine me gaudia facta: neges.
At Danai mœrere putant, tibi plectra mouentur:
Te tenet in tepido mollis amica sinu.
Et si quis quærat, quare pugnare recuſes,
Pugna nocet: citharæ, a noxque, Venúsque iuuant:

a al. vexque.

Tutius est iacuisse toro: tenuisse puellam:
Threiciam digitis increpuisse lyram:
Quã manibus clypeos, & acutæ cuspidis hastam,
Et galeam pressa sustinuisse coma.
Sed tibi pro tutis insignia facta placebant:
Partáque bellando gloria dulcis erat,
An tantum dũ me caperes, fera bella probabas?
Cúmque mea patria laus tua victa iacet?
Di melius: validóque precor vibrata lacerto
Transeat Hectoreum Pelias hasta latus.
Mittite me Danai, dominum legata rogabo:
Mistáque mandatis oscula multa feram.
Plus ego quà Phœnix, plus quàm facũdus Vlysses,
Plus ego quàm Teucri (credite) frater agam.
Est aliquid solitis collum tetigisse lacertis:
Præsenteisque oculos admonuisse sinu.
Sis licet immitis, matrísque ferocior vndis:
Vt taceam: lacrymis comminuêre meis.
Nunc quoque (sic omneis Peleus pater impleat annos
Sis eat auspiciis Pyrrhus ad arma tuis)
Respice sollicitam Briseida fortis Achille:
Nec miseram lenta ferreus vre mora.
At si versus amor tuus est in tædia nostri,
Quam sine te cogis viuere: coge mori.
Vtque facis: coges. abiit corpusque colorque:
Sustinet hoc animæ spes tamen vna tui.
Quæ si destituar, repetam fratrésque virumque:
Nec tibi magnificum femina iussa mori.
Cur autem iubeas? stricto pete corpora ferro:
Est mihi qui fosso pectore sanguis eat.
Me petat ille tuus, qui si dea passa fuisset,
Ensis in Atridæ pectus iturus erat.
At potius serues nostram, tua munera, vitam:
Quod dederas hosti victor, amica rogo.
Perdere quos melius possis, Neptunia præbent
Pergama, materiam cædis ab hoste pete.
Me modò, siue paras impellere remige classem:
Siue manes: domini more venire iube.

PHÆDRA HIPPOLYTO.

QVa, nisi tu dederis, caritura est ipsa salutem
Mittit Amazonio Cressa puella viro.
Perlege quodcunque est: quid epistola lecta nocebit?
Te quoq; in hac aliquid, quod iuuet, esse potest.
His arcana notis terra, pelagoque feruntur:
Inspicit acceptas hostis ab hoste notas.
Ter tecum conata loqui: ter inutilis hæsit
Lingua, ter in primo destitit ore sonus.
Qua licet, & sequitur, pudor est miscedus amori.
Dicere quæ puduit, scribere iussit amor.
Quicquid amor iussit, non est contemnere tutum:
Regnat, & in dominos ius habet ille deos.
Ille mihi primo dubitanti scribere, dixit,
Scribe: dabit victas ferreus ille manus.
Adsit: & vt nostras auido fouet igne medullas,
Figat sic animos in mea vota tuos.

Non ego nequitiæ socialia fœdera rumpam:
Fama (velim quæras) crimine nostra vacat.
Venit amor grauius, quo serius vrimur, intus
Vrimur: & cæcum pectora vulnus habent.
Scilicet vt teneros lædunt iuga prima iuuencos:
Frenaq; vix patitur de grege captus equus:
Sic male, vixq; subit primos rude pectus amores:
Sarcinaq; hæc animo non sedet apta meo.
Ars ft, vbi à teneris crimen condiscitur annis.
Quæ venit exacto tempore, peius amat.
Tu noua seruatæ carpes libamina famæ,
Et pariter nostrum fiet vterque nocens.
Est aliquid plenis pomaria carpere ramis,
Et tenui primam deligere vngue rosam.
[1]Sed tamen ille prior, quo me sine crimine gessi,
Candor ab insolita labe notandus erat.
At bene successit: duro quod adurimur igne:
Petrus adulterio turpis adulter obest.
Si mihi concedat Iuno fratrémque, virumq;:
Hippolytum videor præpositura Ioui:
Iam quoq; (vix credes) ignotas mittor in artes:
Est mihi per sæuas impetus ire feras.
Iam mihi prima dea est arcu præsignis adunco
Delia, iudicium subsequar ipsa tuum.
In nemus ire libet: pressisq; in retia ceruis
Hortari celeres per iuga summa canes.
Aut tremulum excusso iaculum vibare lacerto.
Aut in graminea ponere corpus humo.
Sæpe iuuat versare leues in puluere currus,
Torquentem frenis ora fugacis equi.
Nunc feror, vt Bacchi furiis [2] Eleides actæ:
Quæq; sub Idæo tympana colle mouent.
Aut quas semideæ Dryades, Fauniq; bicornes:
Numine contactas attonuere suo.
Namq; mihi referunt, cum se furor ille remisit,
Omnia, me tacitam conscius vrit amor.
Forsitan hunc fato generi reddamus amorem:
Et Venus ex tota gente tributa petit.
Iupiter Europam (prima est ea gentis origo)
Dilexit, tauro dissimulante Deum.
Pasiphae mater decepto subdita tauro
Enixa est vtero crimen, onusq; [3] suum.
Perfidus Ægides ducentia fila secutus
Curua mea fugit tecta sororis ope.
En ego nunc, ne fortè parum Minoia credar:
In socias leges ultia gentis eo.
Hoc quoq; fatale est: placuit domus vna duabus,
Me tua forma capit: capta parente soror.
Thesides, Theseusq; duas rapuere sorores,
Ponite de nostra bina trophæa domo.
Tempore, quo nobis inita est Cerealis Eleusis:
Gnosia me vellem detinuisset humus.
Tunc mihi præcipuè necnõ tamẽ ante placebas,
Acer in extremis ossibus hæsit amor.
Candida vestis erat, præcinctì flore capilli:
Flaua verecundus tinxerat ora rubor.
Quemque vocant alia vultum rigidumque, truculentumque:
Pro rigido, Phædra iudice, fortis erat.
Sint procul à nobis iuuenes, vt femina, compti:
Fine coli modico forma virilis amat.
Te tuus iste rigor, positique sine arte capilli,
Et leuis egregio puluis in ore decet.
Siue ferocis equi [1] luctantia colla retorques:
Exiguo flexos miror in orbe pedes.
Seu lentum valido torques hastile lacerto:
Ora ferox in se versa lacertus habet.
Siue tenes lato venabula cornea ferro:
Denique nostra iuuat lumina quicquid [2] agas.
Tu modo duritiem siluis depone iugosis,
Non sum materia digna perire tua.
Quid iuuat incincta studia exercere Diana?
Et Veneri numeros eripuisse suos?
Quod caret alterna requie, durabile non est:
Hæc reparat vires, fessaq; membra, leuat.
Arcus & arma tua tibi sint imitanda Diana:
Si nunquam cesses tendere, mollis erit.
Clarus erat Cephalus siluis: multæque per herbas
Conciderant illo percutiente feræ.
Nec tamen Auroræ male se præbebat amandum:
Ibat ad hunc sapiens à sene diua viro.
Sæpe sub illicibus Venerem, Cinyráque creatum
Sustinuit positos quælibet herba duos.
Arsit & Oenides in Manalia Atalanta:
Illa fera spolium pignus amoris habet.
Nos quoque iã primũ turba numeremur in ista.
Si Venerem tollas, rustica silua tua est.
Ipsa comes veniam, nec me [4] latebrosa mouebunt
Saxa, nec obliquo dente timendus aper.
Æquora bina suis oppugnant fluctibus Isthmon:
Et tenuis tellus audit vtrumque mare.
Hic tecum Trœzena colam Pitheïa regna:
Iam nunc & patria charior illa mea est.
Tempore abest, aberitque diu Neptunius heros:
Illum Pirithoi detinet ora sui.
Præposuit Theseus (nisi nos manifesta negemus)
Pirithoum Phædræ, Pirithoumque tibi:
Nec sola hæc ad nos iniuria venit ab illo:
In magnis læsi rebus vterque sumus.
Ossa mei fratris claua perfracta trinodi
Sparsit humi: soror est præda relicta feris:
Prima securigeras inter virtute puellas,
Te peperit niti digna fauore parens:
Si quæras, vbi sit? Theseus latus ense peregit,
Nec mater tanto pignore tuta fuit.
At nec puta quidem, tædáque accepta iugali:
Cur, nisi me caperes regna paterna nothus?
Addidit & fratres ex me tibi: quos tamen omnes
Non ego tollendi caussa, sed ille fuit.
O vtinam nocitura tibi pulcherrime rerum
In medios nixu viscera rupta forent.
I nunc, & meriti lectum reuerere parentis:
Quem fugit, & factis abdicat ille suis.

1 al. Rectius vetus liber, *Si tamen ille prior*, sequitur enim: *At bene successit*, &c. 2 Sic in omnibus, & Planu. vertit. H'Λιάδες 3 Sic vet. lib. neque tamen male *suo*, in Canace, Et positum est. *Veteri crimen onúsque mei.*

1 al. recurua. 2 al. agis. 3 al nouat. 4 al. alij *salebrosa*. quod fortè verius. 5 al. nisu.

Nec

Nec, quia priuigno videar coitura nouerca,
Terruerint animos nomina vana tuos.
Ista vetus pietas, æuo moritura futuro.
Rustica Saturno regna tenente, fuit.
Iuppiter esse pium statuit, quodcunq; iuuaret:
Et fas omne facit fratre marita soror.
Illa coit firma generis iunctura catena,
Imposuit nodos cui Venus ipsa suos.
Nec labor est, celare licet, pete munus ab illa:
Cognato poterit nomine culpa tegi.
Viderit amplexus aliquis: laudabimur ambo:
Dicar priuigno fida nouerca meo.
Non tibi per tenebras duri reseranda mariti
Ianua, nec custos decipiendus erit:
Vt tenuit domus vna duos, domus vna tenebit:
Oscula aperta dabas, oscula aperta dabis.
Tutus eris mecum, laudemq; merebere culpa,
Tu licet in lecto conspiciare meo:
Tolle moras tantum, properataq; fœdera iunge:
Qui mihi nunc sæuit, sic tibi parcat amor.
Non ego dedignor supplex, humilisq; precari.
[1]Heu, vbi nunc fastus, altaq; verba iacent?
Et pugnare diu, nec me summittere culpæ
Certa fui: certi si quid haberet amor.
Victa precor, genibusq; tuis regalia tendo
Brachia: quid deceat, non videt vllus amans.
Depuduit, profugusq; pudor sua signa reliquit.
Da veniam fassæ, duraq; corda doma.
[2]Quod mihi sit genitor, qui possidet æquora, Minos:
Quod veniant proaui fulmina torta manu:
Quod sit auus radiis frontem vallatus acutis:
Purpureo tepidum qui mouet axe diem.
Nobilitas sub amore iacet: miserere priorum:
Et mihi si non vis parcere, parce meis.
Est mihi dotalis tellus Iouis insula Crete:
Seruiat Hippolyto regia tota meo.
Flecte feros animos: potuit corrumpere taurum
Mater: eris tauro sæuior ipse truci?
Per Venerem parcas oro, quæ plurima mecũ est:
Sic nunquam, quæ te spernere possit, ames.
Sic tibi secretis agilis dea saltibus adsit,
Siluaq; perdendas præbeat alta feras:
Sic faueant Satyri, montanaq; numina Panes:
Sic cadat aduersa cuspide fossus aper.
Sic tibi dent Nymphæ quamuis odisse puellas
Diceris: arentem qua leuet vnda sitim:
Addimus his precibus lacrymas quoque: verba precantis
Perlegis, & lacrymas finge videre meas.

EPIST. V.
OENONE PARIDI.

PErlegis? an coniux prohibet noua? perlege: non est
Ista Mycenæa littera [3]facta manu.
Pegasis Oenone Phrygijs celeberrima siluis,
Læsa queror de te, si sinis ipse, meo.

[3] al. Heus. [2] Ita recte vet. lib. nolim tamen damnare quod est in q. *Quid mihi si genitor*, vt hoc & reliqua interrogent. [3] al. scripta.

Quis Deus opposuit nostris sua numina votis?
Ne tua permaneam, quod mihi crimen obest?
Leniter, ex merito quicquid patiare ferendũ est:
Quæ venit indignè pœna, dolenda venit.
Nondum tantus eras, cum te contenta marito
Edita de magno flumine nympha fui.
Qui nunc Priamides (absit reuerentia vero)
Seruus eras: seruo nubere nympha tuli.
Sæpe greges inter requieuimus arbore tecti:
Mistaq; cum foliis præbuit herba torum.
Sæpe super stramen, fœnoq; iacentibus alto,
[1]Depressa est humili cana pruina casa.
Quis tibi monstrabat saltus venatibus aptos
Et tegeret catulos qua fera rupe suos?
Retia sæpe comes maculis distincta tetendi:
Sæpe citos egi per iuga summa canes.
Incisa seruant à te mea nomina fagi:
Et legor Oenone falce notata tua.
Et quantũ trunci, tantum mea nomina crescunt:
Crescite, & in titulos surgite rite meos.
Populus est (memini) fluuiali consita ripa:
Est in qua nostri littera scripta memor.
Populе viue precor, quæ consita margine ripæ
Hoc in rugoso cortice carmen habes:
Cùm Paris Oenone poterit spirare relicta,
Ad fontem Xanthi versa recurret aqua.
Xanthe retro propera, versæque recurrite lymphæ,
Sustinet Oenonen deseruisse Paris.
Illa dies fatum miseræ mihi duxit, ab illa
Pessima mutati cœpit amoris hiems:
Qua Venus, & Iuno, sumptiq; decentior armis
Venit in arbitrium nuda Minerua tuum,
Attoniti micuere sinus, gelidusq; cucurrit,
Vt mihi narrasti, dura per ossa tremor.
Consului (neque enim modice terrebar) anusq;,
Longæuosq; senes, constitit esse nefas.
Cæsa abies, sectæq; trabes, & classe parata,
Cærula ceratas accipit vnda rates,
Flesti discedens: hoc saltem parce negare,
Præterito magis est iste pudendus amor.
Et flesti, [2] & nostros vidisti flentis ocellos,
Miscuimus lacrymas mœstus vterque suas.
Non sic appositis vincitur vitibus vlmis:
Vt tua sunt collo brachia victa meo.
Ah quoties, cum te vento quererere teneri,
Riserunt comites, ille secundus erat.
Oscula dimissæ quoties repetita dedisti,
Quàm vix sustinuit dicere lingua, vale.
Aura leuis rigido pendentia lintea malo
Suscitat, & remis eruta canet aqua.
Prosequor infelix oculis abeuntia vela,
Quâ licet, & lacrymis humet arena meis.
Vtq; celer venias virides Nereidas oro:
Scilicet vt venias in mea damna celer.
Votis ergo meis alij redituræ redisti:

[1] Nescio cur hoc reiiciendum, & cur substituant alij ex vet. lib. *defensa*, quod nusquam legi.
[2] quidam fortasse rectiùs, *& madidos vidisti flentis.*

Hei mihi pro dira pellice blanda fui!
Aspicit immensum moles natiua profundum,
Mons fuit, aequoreis illa resistit aquis.
Hinc ego prima tuæ prospexi vela carinæ.
Et mihi per fluctus impetus ire fuit.
Dū moror, in summa fulsit mihi purpura prora,
Pertimui, cultus non erat ille tuus.
Fit propior, terrasq; cita ratis attigit aura:
Femineas vidi corde tremente genas.
Non satis id fuerat (quid enim furiosa morabar?)
Hærebat gremio turpis amica tuo.
[1]Tunc verò rupiq; sinus, & pectora planxi:
Et secui madidas vngue rigente genas:
Impleuiq; sacram querulis vlulatibus Idam:
Illuc has lacrymas in mea saxa tuli.
Sic Helene doleat, disertaq; coniuge ploret,
Quæque prior nobis intulit, illa ferat.
Nunc tecum veniunt, quæ te per aperta sequūtur
Æquora, legitimos destituunt q; viros.
At cum pauper eras, armentaq; pastor agebas,
Nulla, nisi Oenone, pauperis vxor erat.
Non ego miror opes, nec me tua regia tangit,
Nec de tot Priami dicar vt vna nurus.
Non tamen [2] vt Priamus nympha socer esse recusset.
Aut Hecubæ fuerim dissimulanda nurus.
Dignaq; sum, & cupio fieri matrona potentis:
Sunt mihi, quas possint sceptra decere, manus.
Nec me, faginea quod tecum fronde tacebam,
Despice: purpureo sum magis apta toro.
Deniq; tutus amor meus est: tibi nulla parantur
Bella, nec vltrices aduehit vnda rates.
Tyndaris infestis fugitiua reposcitur armis,
Hæc venit in thalamos dote superba tuos.
Quæ si sit Danais reddenda, vel Hectora fratrē,
Vel cum Deiphobo Polydamanta roga.
Quid grauis Antenor, Priamus quid suadeat ipse,
Consule: queis ætas longa magistra fuit.
Turpe rudimentum est patriæ præponere raptam:
Causa pudenda tua est: iusta vir arma mouet.
Nec tibi, si cupias fidam promitte Lacænam,
Quæ sit in amplexus tam cito versa tuos.
Vt minor Atrides temerati fœdera lecti
Clamat: & externo læsus amore dolet:
Tu quoque clamabis: nulla reparabilis arte
Læsa pudicitia est: deperit illa semel.
Ardet amore tui: sic & Menelaon amauit:
Nunc iacet in viduo credulus ille toro.
Felix Andromache, certo bene nupta marito:
Vxor ad exemplum fratris habenda fui.
Tu leuior foliis, tunc cum sine pondere succi
Mobilibus ventis arida facta [3] cadunt.
Et minus est in te, quàm in summa pōdus aristæ.
Quæ leuis assiduis solibus vsta riget.
Hæc tua (nā recolo) quondam germana canebat,
Sic mihi diffusis vaticinata comis:
Quid facis Oenones? quid arenæ semina mādas?
Non profecturis littora bobus aras.

1 al. Tunc fleui, rupíque. 2 al. aut. 3 al. volāt.

Graia iuuenca venit, quæ te, patriámque domúmque
Perdat: Io prohibe, Graia iuuenca venit.
Dum licet, obscœnam ponto [1] demergite puppim,
Heu quantum Phrygij sanguinis illa vehit:
Dixerat: in cursu famulæ rapuere furentem:
At mihi flauentes diriguere comæ.
Ah nimium miseræ vates mihi vera fuisti:
Possidet en saltus illa iuuenca meos.
Sit facie quamuis insignis, adultera certè est:
Deseruit patrios hospite capta deos:
Illam de patria Theseus (nisi nomine fallor)
Nescio quis Theseus abstulit [2] arte sua.
A iuuene, & cupido credatur reddita virgo?
Vnde hæc compererim tam bene quæris? amo.
Vim licet appelles, & culpam nomine veles:
Quæ toties rapta est, præbuit ipsa rapi.
At manet Oenone fallenti casta marito:
Et poteras falli legibus ipse tuis.
Me satyri celeres (siluis ego tecta latebam)
Quæsierant rapido turba proterua pede.
Cornigerumq; caput pinu præcinctus acuta
Faunus in immensis, qua tumet Ida, iugis:
Me fide conspicuus Troiæ munitor amauit.
Ille meæ spolium virginitatis habet.
Id quoque luctando, rupi tamen [3] ante capillos,
Oraq; sunt digitis aspera facta meis.
Nec pretium stupri, gemmas, aurumq; poposci:
Turpiter ingenuum munera corpus emunt.
Ipse ratus dignam, medicas tibi tradidit artes,
Admisitq; meas ad sua dona manus.
Quæcumque herba potens ad opem, radixq; medendi,
Vtilis in toto nascitur orbe, mea est.
Me miserā, quod amor nō est medicabilis herbis,
Destituor prudens artis ab arte mea.
Ipse repertor opis vaccas pauisse Phereas
[4] Dicitur, & à nostro saucius igne fuit.
Quod neque graminibus tellus fœcunda creatis,
Nec Deus auxilium, tu mihi ferre potes.
Et potes, & merui: dignæ miserere puellæ:
Non ego cum Danais arma cruenta fero:
Sed tua sum, tecúmq; fui puerilibus annis.
Et tua quod superest temporis esse precor.

EPIST. VI.

HYPSIPYLE IASONI.

Littora Thessaliæ reduci tetigisse carina
Diceris aurata vellere diues ouis.
Gratulor incolumi, quātum finis: hoc tamē ipso,
Debueram scripto certior esse tuo.
Nam ne pacta tibi præter mea regna redires,
Cum cuperes, ventos non habuisse potes.
[5] Quamlibet aduerso signetur epistola vento,
Hypsipyle missa digna salute fui.
Cur mihi fama prior, quàm nuntia litera venit?

1 quidam, *dimergite*. 2 al. arce. 3 al vngue.
4 al. Fertur. 5 al. In quibusdam *Quolibet*, vt alibi, *Quaslibet admissus detenuere rates*. vtrumque placet.

Isse

Isse sacros Martis sub iuga panda boues?
Seminibus iactis segetes adolesse virorum,
Inq; necem dextra non equisse tua:
Pernigilem spolium pecudis seruasse draconem:
Rapta tamen sorti vellera sulua manu.
Hæc ego, si possem timidè credentibus ista,
Ipse mihi scripsi, dicere, quanta forem?
Quid queror officium lenti cessasse mariti?
Obsequium, maneo si tua, grande tuli.
Barbara narratur venisse venefica tecum,
In mihi promissi parte recepta tori.
Credula res amor est, vtinam temeraria dicar
Criminibus falsis insimulasse virum.
Nuper ab Hæmonijs hospes mihi Thessalus oris.
Venerat: & tactum vix bene limen erat.
Æsonides, dixi, quid agit meus? ille pudore
Hæsit in opposita lumina fixus humo.
Protinus exilui, tunicisq; à pectore ruptis,
Viuit an, exclamo? me quoque fata trahunt.
Viuit, [1] ait, timidúmque mihi curare coegi:
Vix mihi, teste Deo, credita vita tua est.
Vtque animus rediit: tua facta requirere cœpi,
Rettulit, Æripides Martis arasse boues:
Vipereos dentes in humum pro semine tactos,
Et subito natos arma tulisse viros:
Terrigenas populos ciuili Marte peremptos,
Implesse ætatis fata diurna suæ.
[2] Deuicto serpente, iterum, si viuat Iason,
Quærimus, alternant spesque, timorq; fidem.
Singula dum narrat, cursu, studioq; loquendi
Detegit ingenio vulnera facta suo.
Heu vbi pacta fides? vbi connubialia iura?
Faxq; sub arsuros dignior ire rogos?
Non ego sum furtim tibi cognita, pronuba Iuno
Adfuit: & sertis tempora vinctus Hymen.
At mihi nec Iuno, nec Hymen, sed tristis Erinnys
Pratulit infaustas sanguinolenta faces.
Quid mihi cũ Minyis? quid cũ Tritonide pinus?
Quid tibi cum patria nauita Tiphi mea?
Non erat hic aries vllo spectabilis auro
Non senis Æetæ regia Lemnos erat.
Certa fui primo (sed me mea fata trahebant)
Hospita fœminea pellere castra manu.
Lemniadesque viros nimium quoque vincere norunt:
Milite tam forti vita tuenda fuit.
Vrbe virum vidi: tectoq; animoq; recepi.
Hic tibi bis æstas, bisq; cucurrit hiems.
Tertia messis erat: cum tu dare vela coactus
Implesti lacrymis talia verba tuis.
Abstrahor Hypsipyle: si dent modo fata recursũ:
Vir tuus hinc abeo, vir tibi semper ero.
Quod tamen è nobis grauida celatur in aluo:
Viuat: & eiusdem simus vterque parens.
Hactenus & lacrymis in falsa cadentibus ora,
Cætera te memini non potuisse loqui.
Vltimus è socijs sacram conscendis in [3] Argo:
Illa volat: ventus concaua vela tenet.
Cærula propulsa subducitur vnda carina:
Terra tibi, nobis aspiciuntur aquæ.
In latus omne patens turris circumspicit vndas:
Huc fero: & lacrymis ora, sinusque madent.
Per lacrymas spectо: cupidæque fouentia menti
Longius assueto lumina nostra vident.
Addo preces castas, immissáque vota timori:
Nunc quoque te saluo persoluenda mihi.
Vota ego persoluam? votis Medea fruetur,
Cor dolet: atque ira mistus abundat amor.
Dona feram templis? viuũ quod Iasona perdam?
Hostia pro damnis concidet icta meis?
Non equidem secura fui: sempérque verebar,
Nec pater Argolica sumeret vrbe nurum.
Argolicas timui, nocuit mihi barbara pellex:
Non expectato vulnus ab hoste tuli.
Nec facie, meritisque placet: sed carmine mouit:
Diráque cantata pabula falce metit.
Illa reluctantem [1] cursu deducere Lunam
Nititur, & tenebris abdere solis equos.
Illa refrenat aquas, obliquáque flumina sistit:
Illa loco siluas, viuaque saxa mouet.
Per tumulos errat passis discincta capillis,
Certáque de tepidis colligit ossa rogis:
Deuouet absentes, simulacraque cerea fingit,
Et miserum tenues in iecur vrget acus.
Et quæ nescierim melius, malè quæritur herbis:
Moribus: & forma conciliandus amor.
Hanc potes amplecti? thalamoque relictus inuno
Impauidus somno nocte silente frui?
Scilicet vt tauros, ita te iuga ferre coegit:
Quaque feros angues, te quoque mulcet ope.
Adde, quod ascribi factis procerúmque, tuisque
Se facit, & titulo coniugij vxor obest.
Atque aliquis Pelia de partibus acta venenis
Imputat, & populum qui sibi credat, habet.
Non hæc Æsonides, sed filia [2] Phasias Æetæ,
Aurea Phryxea terga reuellit ouis.
Non probat Alcimede mater tua: consule matrẽ.
Non pater: à gelido cui venit axe nurus.
Illa sibi à Tanais, Scythicæq; paludibus vndæ
Quærat, & à patria Phasidis vsque virum.
Mobilis Æsonide, vernáque incertior aura,
Cur tua pollicitis pondere verba carent?
Vir meus hinc ieras, cur non meus inde rediisti?
Sim reducis coniux, sicut euntis eram.
Si te nobilitas, generosáque nomina tangunt,
En ego Minoo nata Thoante feror.
Bacchus auus, Bacchi coniux redimita corona,
Præradiat stellis signa minora suis.
Dos mihi Lemnos erit terra ingeniosa colenti:
Me quoque [3] iam tales inter habere potes.
Nunc etiam peperi: gratare ambobus Iasone:
Dulce mihi grauidæ fecerat auctor onus.
Felix in numero quoq; sum, prolemq; gemellas,
Pignora Lucina bina fauente dedi.

1 In pluribus vet. libris. *timidum quod ait iurare coegi.* agnoscit Planud. & malim. 2 sic quidam, sed & rectè, *Deuictus serpens.* 3 al. Argon.

1 sic in omnibus. libenter tamen legerim, *cursu.*
2 Ita recte q. vet. libri, male, *Phasis Oeta.*
3 Vetus lectio *Tanai.* q. vet. libri *rei:* alij, *quod* iudicent alij: nam quid velit Ouidius, nõ percipio.

Si quæras, cui sint similes, cognoscere illis:
Fallere non norunt: cætera patris habent.
Legatos quos pænè dedi pro matre ferendos:
Sed tenuit cœptas sæua nouerca vias.
Medeam timui: plus est Medea nouerca:
Medeæ faciunt ad scelus omne manus.
Spargere quæ fratris potuit lacerata per agros
Corpora, pignoribus parceret illa meis?
Hanc tamen ô demens, Colchisq; ablate venenis,
Diceris Hypsipyles præposuisse toro.
Turpiter illa virum cognouit adultera virgo:
Me tibi, téque mihi tæda pudica dedit.
Prodidit illa patrem: rapui de cæde Thoantæ:
Deseruit Colchon: me mea Lemnos habet.
Quid referam? scelerata piam si vincit, & ipso
Crimine dotata est, emeruitque virum.
Lemniadum facinus culpo, non miror Iasonis:
Quælibet iratis ipse dat arma dolor.
Dic age, si ventis, vt oportuit, actus iniquis
Intrasses portus, túque comésque meos:
Obuiáque exissem fœtu comitata gemello:
Hiscere nónne tibi terra roganda foret?
Quo vultu natos, quo me scelerate videres?
Perside quo pretio, qua nece dignus eras?
Ipse quidem per me tutus, sospésque fuisses:
Non quia tu dignus, sed quia mitis ego.
Pellicis ipsa meos implessem sanguine vultus:
Quósque veneficiis abstulit illa suis.
Medea Medea forem, quod si quis ab alto
Iustus adest votis Iupiter ipse meis:
Quod gemit Hypsipyle: lecti quoq; succuba nostri
Mœreat: & leges sentiat ipsa suas.
Vtque ego destituor coniux, matérque duorum:
A totidem natis orba sit illa viro.
Nec malè parta diu teneat: peiúsque relinquat:
Exulet: & toto quærat in orbe fugam.
Quàm fratri germana fuit, miseróque parenti
Filia: tam natis, tam sit acerba viro.
Cum mare, cum terras cõsumpserit: æra tentet:
Erret inops, exspes, cæde cruenta sua.
Hæc ego coniugio fraudata Thoantias oro.
Viuite deuoto nuptaque, virque toro.

EPIST. VII.
DIDO ÆNEÆ.

Sic, vbi fata vocant, vdis abiectus in herbis
Ad vada Mæandri concinit albus olor:
Nec quia te nostra sperem prece posse moueri,
Alloquor: aduerso mouimus ista deo.
Sed meriti famam, corpusque animũque pudicũ
Cum male perdiderim: perdere verba leue est.
Certus es ire tamèn: miserãque relinquere Dido:
Atque iidem venti vela fidemque ferent.
Certus es Æneæ cum fœdere soluere naues:
Quæque vbi sint nescis, Itala regna sequi.
Nec noua Carthago, nec te crescentia tangunt
Mœnia: nec sceptro tradita summa tuo.

1 Rectius in quibusdam, *Quid refert.*
2 Vetus lectio. *subnuba.* 3 al. fugienda.

Facta fugis, facienda petis: quærenda per orbem
Altera: quæsita est altera terra tibi.
Vt terram inuentas: quis eã tibi tradet habendã?
Quis sua non notis arua tenenda dabit?
Alter amor tibi restat habendus, & altera Dido,
Quámque iterum fallas, altera danda fides.
Quando erit? vt condas instar Carthaginis vrbẽ,
Et videas populos altus ab arce tuos?
Omnia si veniant, nec te tua vota morentur:
Vnde tibi, quæ te sic amet, vxor erit?
Vxor, vt inducto cerata sulfure tæda:
Æneamque animo nox que, dieſque refert:
Ille quidé male gratus, & ad mea munera surdus,
Et quo, si non sim stulta, carere velim.
Non tamen Æneam, quamuis male cogitet, odi:
Sed queror infidum, questaque peius amo.
Parce Venus nurui, durumque amplectere fratrem:
Frater amor: castris militet ille tuis.
Aut ego, quæ cœpi (neq; enim dedignor) amare:
Materiam curæ præbeat ille meæ.
Fallor: & ipsa mihi falsò iactatur imago:
Matris ab ingenio dissidet ille suæ.
Te lapis, & montes, innataque rupibus altis
Robora, te sæuæ progenuere feræ:
Aut mare quale vides agitari nũc quoque vẽtis:
Quo tamen aduersis fluctibus ire paras:
Quo fugis? obstat hiems, hiemis mihi gratia prosit:
Aspice, vt euersas concitet Eurus aquas.
Quod tibi malueram, sine me debere procellis:
Iussior est animo ventus, & vnda tuo.
Non ego sum tanti, quod non 2 mediteris iniquè
Vt pereas, dum me per freta longa fugis.
Exerces pretiosa odia, & constantia magno,
Si dum me fugias, est tibi vile mori.
Iam venti ponent, strataque æqualiter vnda,
Cæruleus Triton per mare curret equis.
Tu quoque cum ventis vtinam mutabilis esses:
Et, nisi duritia robora vincis, eris.
Quid? si nescires insana quid æquora possent?
Expertæ toties tam male credis aquæ?
Vt pelago suadente etiam retinacula soluas,
Multa tamen latus tristia pontus habet.
Nec violasse fidem tentantibus æquora prodest:
Perfidiæ pœnas exigit ille locus.
Præcipue cum læsus amor: quia mater amorum
Nuda Cytheriacis edita fertur aquis. Nũda.
Perdita ne perdam timeo, noceámque nocenti,
Neu bibat æquoreas naufragus hostis aquas.
Viue precor: sic te melius quàm funere, perdam:
Tu potius leti causa ferere mei.
Finge age te rapido (nullum sit in omine pondus)
Turbine deprendi: quid tibi mentis erit?
Protinus occurrent falsæ periuria linguæ,
Et Phrygia Dido fraude coacta mori:

1 Rectius in quibusdam. *Aut, ego quem cœpi (neque enim dedigner) amare.* 2 In quibus. *meditaris* etiam rectè. 3 al. noceamur.

Con-

Coniugis ante oculos decepta stabit imago
Tristis, & effusis sanguinolenta comis.
Quicquid id est, totum merui, concedite, dices:
Quæque cadent in te fulmina missa putes.
Da breue sæuitiæ spatium pelagique, tuæque
Grande moræ pretium, tuta futura via est.
Nec mihi tu [1] curæ, puero parcatur Iulo:
Te satis est titulum mortis habere meæ.
Quid puer Ascanius? quid di meruere penates?
Ignibus ereptos obruet vnda deos.
Sed neque fers tecũ: nec, quæ mihi perfide iactas,
Pressêrunt humeros, sacra paterque tuos:
Omnia mentiris: neque enim tua fallere lingua
Incipit à nobis: primaque plector ego.
Si quæras vbi sit formosi mater Iuli:
Occidit à duro sola relicta viro.
Hæc mihi narrabas: at me mouere merentem,
Illa minor culpa pœna futura mea est.
Nec mihi mens dubia est, quin te tua numina damnent:
Per mare, per terras septima iactat hiems.
Fluctibus eiectum tuta statione recepi:
Vixque bene audito nomine, regna dedi.
His tamen officijs vtinam contenta fuissem:
Et mihi concubitus fama sepulta foret.
Illa dies nocuit: qua nos decliue sub antrum
Cæruleus subitis compulit imber aquis.
Audieram voces: nymphas vlulasse putaui:
Eumenides fatis signa dedere meis.
Exige læso pudor pœnas violate [2] Sichæo:
Ad quem (me miseram) plena pudoris eo.
Est mihi marmorea sacratus in æde Sichæus:
Oppositæ frondes, velleraque alba tegunt.
Hinc ego me sensi noto quater ore citari:
Ipse sono tenui dixit, Elisa veni.
Nulla mora est: venio: [3] venio tibi debita cõiux:
Sum tamen admissi tarda pudore mei.
Da veniam culpæ: decepit idoneus auctor:
Inuidiam noxæ detrahit ille meæ.
Diua parens, seniorque pater, pia sarcina nati,
Spem mihi mansuri rite dedêre viri.
Si fuit errandum, causas habet error honestas:
Adde fidem: nulla parte pigendus erit.
Durat in extremum, vitæque nouissima nostræ
Prosequitur fati, qui fuit ante, tenor.
Occidit [4] in terras coniux mactatus ad aras:
Et sceleris tanti præmia frater habet.
Exul agor: cineresque viri, patriamque relinquo:
Et feror in duras hoste sequente vias.
Applicor ignotis: fratrique elapsa freto que,
Quod tibi donaui perfide, littus emo.
Vrbem constitui: lateque patentia fixi
Mœnia, finitimis inuidiosa locis.
Bella tument: bellis peregrina, & fœmina tentor:
Vixque rudes portas vrbis, & arma paro.
Mille procis placui: [5] qui me coie querentes
Nescio quem thalamis proposuisse suis.

1 al. parcas. 2 al. Sichæis. 3 al. quondam. 4 ita omnes libri, fortasse, internas. 5 ita leg. non, in me coiere.

Quid dubitas vinctam Gætulo tradere Iarbæ?
Præbueram sceleri brachia nostra tuo.
Est etiam frater: cuius manus impia poscit
Respergi nostro, sparsa cruore viri.
Pone deos, & quæ tangendo sacra profanas:
Non bene cælestes impia dextra colit.
Si tu cultor eras elapsis igne futurus:
Pœniteat elapsos ignibus esse deos.
Forsitan & grauidã Dido scelerate [1] relinquas:
Parsque tui lateat corpore clausa meo.
Accedet fatis matris miserabilis infans:
Et nondum nati funeris auctor eris.
Cumque parente sua frater morietur Iuli
Pœnaque connexos auferet vna duos.
Sed iubet ire deus: vellem vetuisset adire:
Punica nec Teucris pressa fuisset humus.
Hoc duce nempe deo ventis agitaris iniquis:
Et teris in rapido tempora longa freto.
Pergama vix tanto tibi erant repetenda labore,
Hectore si viuo quanta fuere, forent.
Nõ patrium Simoenta petis: sed Tibridis vndas,
Nempe vt peruenias quò cupis, hospes eris.
[2] Vtque latet, refugitque tuas obstructa carinas:
Vix tibi continget terra petita seni.
Hos populos potius in dotem ambage remota
Accipe: & aduectas Pygmalionis opes.
Ilion in Tyriam transfer felicius vrbem:
Inque loco regis, sceptra sacrata tene.
Si tibi mens auida est belli, si quærit Iulus
Vnde suo partus Marte triumphus eat:
Quem superet, ne quid desit præbebimus hostem,
Hic pacis leges, hic locus arma capit.
Tu modo, per patrem fraternaque tela, sagittas:
Perque fugæ comites, Dardana sacra, deos:
Sic superent quoscunque tua de gente repertas:
Mars ferus & damni sit modus ille tui:
Ascaniusque suos feliciter impleat annos:
Et senis Anchisæ molliter ossa cubent:
Parce precor domui, quæ se tibi tradit habendã,
Quod crimen dicis præter amasse meum?
Non ego sum Phthia, magnisque oriunda Mycenis:
Nec steterant in te virque, paterque meus.
Si pudet vxoris: non nupta, sed hospita dicar.
Dum tua sit Dido, quidlibet esse feret.
Nota mihi freta sunt Afrum [3] frangentia littus:
Temporibus certis dantque, negantque viam.
Cum dabit aura viam: præbebit carbasa ventis:
Nunc leuis electam continet alga ratem.
Tempus vt obseruem manda mihi: certius ibis:
Nec te, si cupias, ipsa manere sinam.
Et socij requiem poscunt: laniataque classis
Postulat exiguas semirefecta moras.
Pro meritis, & siquà tibi debebimus vltra:
Pro spe coniugij, tempora parua peto.
Dũ freta mitescunt, & amor dum tẽperat vsum,
Fortiter ediscam tristia posse pati.
Sin minus, est animus nobis effundere vitam,
In me crudelis non potes esse diu.
Aspicias vtinam quæ sit scribentis imago:

1 relinquis. 2 al. vsque. 3 al. Tangentia.

Scribimus, & gremio Troicus enſis adeſt.
Pérq; genas lacrymæ ſtrictum labuntur in enſem,
Qui iam pro lacrymis ſanguine tinctus erit.
Quam bene conueniunt fato tua munera noſtro:
Inſtruis impenſa noſtra ſepulcra breui.
Nec mea nunc primum feriuntur pectora telo:
Ille locus ſæui vulnus amoris habet.
Anna ſoror, ſoror Anna meæ male conſcia culpæ,
Iam dabis in cineres vltima dona meos.
Nec conſumpta rogus inſcribar Eliſa Sichæi:
Hoc tamen in tumuli marmore carmen erit:
Præbuit Æneas & cauſam mortis, & enſem:
Ipſa ſua Dido concidit vſa manu.

EPIST. VIII.

HERMIONE ORESTI.

ALloquor Hermione nuper fratrémque, virúmque:
Nunc fratrem, nomen coniugis alter habet.
Pyrrhus [1] Achilleides animoſus imagine patris
Incluſam contra iuſq;, piumq; tenet.
Quod potui, renui, ne non inuita tenerer:
Cetera fœmineæ non valuere manus.
Quid facis Æacide? non ſum ſine vindice, dixi:
Hæc tibi ſub domino Pyrrhe puella ſuo eſt.
Surdior ille freto clamantem nomen Oreſtis
Traxit inornatis in ſua tecta comis.
Quid grauius capta Lacedæmone ſerua tuliſſem?
Si raperet Graias barbara turba nurus?
Parcius Andromachē vexauit Achaia victrix,
Cum Danaus Phrygias vreret ignis opes.
At tu, cura mei ſi te pia nunc tangit, Oreſte,
Inijce non timidas in tua iura manus.
An, ſi quis rapiat ſtabulis armenta recluſis,
Arma feras? rapta coniuge lentus eris?
Sit ſocer exemplo nuptæ repetitor ademptæ:
Cui pia militiæ cauſſa puella fuit.
Si ſocer ignauus vacua ſtertiſſet in aula:
Nupta foret Paridi mater, vt ante fuit.
Non tu mille rates, ſinuoſaq; vela parabis:
Nec numerum Danai militis: ipſe veni.
Sic quoque eram repetenda tamen: nec turpe marito eſt,
Aſpera pro charo bella tuliſſe toro.
Quid? quod auus nobis idem Pelopeius Atreus?
Et ſi non eſſes vir mihi, frater eras:
Vir precor vxori, frater ſuccurre ſorori:
Inſtant officio nomina bina tuo.
Me tibi Tyndareus vita grauis auctor, & annis,
Tradidit: arbitrium neptis habebat auus.
At pater Æacidæ promiſerat inſcius acti:
Plus quoque, qui prior eſt ordine, [2] poſſit auus:
Cum tibi nubebam: nulla mea tæda nocebat:
Si iungar Pyrrho: tu mihi læſus eris.
Et pater ignoſcet noſtro Menelaus amori.
Succubuit telis præpetis ipſe Dei.
Quem ſibi permiſit, genero [3] permittet amorem:
Proderit exemplo mater amata ſuo.

1 al. Achillides. 2 al. poſſet. 3 al. cōcedet.

Tu mihi, quod matri pater, es. quas geſſerat olim
Dardanius partes aduena: Pyrrhus agit.
Ille licet patriis ſine fine ſuperbiat actis:
Et tu quæ referas facta parentis habes.
Tantalides omnes, ipſumq; regebat Achillem:
Hic pars militiæ: dux erat ille ducum.
Tu quoque habes proauum Pelopem, Pelopiſq; parentem:
Si melius numeres, à Ioue quintus eris.
Nec virtute cares: arma inuidioſa tuliſti:
Sed tu quid faceres? induit illa [1] patrem.
Materia vellem fortis meliore fuiſſes:
Non lecta eſt operi: ſed data cauſa tuo.
Hanc tamen impleſti: iugulóq; Ægyſthus aperto
Tecta cruentauit: quæ pater ante tuus.
Increpat Æacides: laudemq; in crimina vertit:
Et tamen aſpectus ſuſtinet ille meos.
Rūpor: & ora mihi pariter cum mente tumeſcūt:
Pectoraq; incluſis ignibus vſta dolent.
Hermione coram quiſquámne obiecit Oreſti?
Nec mihi ſunt vires: nec ferus enſis adeſt.
Flere licet: flendo certè diffundimus iram:
Perq; ſinus lacrymæ fluminis inſtar eunt.
Has ſemper ſolas habeo: ſemperq; profundo:
Hument incultæ fonte perenni genæ.
Hoc generis fatum, quod noſtros errat in annos:
Tantalides [2] omnes apta rapina ſumus.
Non ego fluminei referam mendacia cygni:
Nec querar in plumis delituiſſe Iouem.
Quà duo porrectus longè freta diſtinet Iſthmos,
Vecta peregrinis Hippodameia rotis.
Caſtori Amyclæo, & Amyclæo Polluci:
Reddita Mopſopia Tyndaris vrbe ſoror.
Tyndaris Idæo trans æquora ab hoſpite rapta
Argolicas pro ſe vertit in arma manus.
Vix equidem memini: memini tamen, omnia luctus,
Omnia ſolliciti plena timoris erant.
Flebat auus, flebatq; ſoror, fratresq; gemelli:
Orabat ſuperos Leda, ſuumq; Iouem.
Ipſa ego non longos etiam [3] nunc ſciſſa capillos
Clamabam: ſine me, me ſine mater abis?
Nam coniux aberat: ne non Pelopeia credar
Ecce Neoptolemo præda parata fui.
Pelides vtinam vitaſſet Apollinis arcus:
Damnaret nati facta proterua pater.
Nec quondam placuit, nec nūc placuiſſet Achilli,
Abducta viduum coniuge flere virum.
Quæ mea cæleſteis iniuria fecit iniquos?
Quodve mihi miſeræ ſidus obeſſe querar?
Parua mea ſine matre fui: pater arma ferebat
Et, duo cum viuant, orba duobus eram.
Non tibi blanditias primis mea mater in annis
Incerto dictas ore puella tuli.
Non ego captaui brevibus tua colla lacertis,
Nec gremio ſedi ſarcina grata tuo.
Non cultus tibi cura mei: nec pacta marito
Intraui thalamos matre parante nouos.

1 Contra om. l. puto leg. *pater*. 2 al. matres.
3 al. tunc.

Obuia

Obuia prodieram reduci tibi (vera fatebor)
Nec facies nobis nota parentis erat.
Te tamen esse Helenen, quòd eras pulcherrima sensi:
Ipsa requirebas, quæ tua nata foret.
Pars hæc vna mihi coniux bene cessit Orestes:
Is quoque, ni pro se pugnet, ademptus erit.
Pyrrhus habet captam reduce, & victore parente:
1 Et minus à nobis diruta Troia fuit.
Cũ tamen altus equis Titan radiantibus inflat,
Perfruor infelix liberiore malo.
Nox vbi me thalamis vlulantem, & acerba gementem
Condidit: in mœsto procubuiq; toro:
Pro somno lacrymis oculi funguntur obortis:
Quaq; licet, fugio sicut ab hoste, viro.
Sæpe malus stupeo: rerumq; oblita lociq;
Ignara tetigi Scyria membra manu.
Vtq; nefas sensi male corpora tacta relinquo,
Et mihi pollutas credor habere manus.
Sæpe Neoptolemi pro nomine, nomen Orestis
Exit: & errorem vocis, vt omen, amo.
Per genus infelix 1 oro, generisq; parentem.
Qui freta, qui terras, & sua regna quatit.
Per patris ossa tui, patrui mihi: quæ tibi debent,
Quòd se sub tumulo fortiter vlta iacent.
Aut ego præmoriar: primoq; extinguar in æuo:
Aut ego Tantalidæ Tantalis vxor ero.

EPIST. IX.

DEIANEIRA HERCVLI.

GRatulor Oechaliam titulis accedere nostris:
Victorem victæ succubuisse queror.
Fama Pelasgiadas subito peruenit in vrbes
Decolor, & factis inficienda tuis.
Quem nunquã Iuno, seuesq; immensa laborum
Fregerit: huic Iolen imposuisse iugum.
Hoc velit Eurystheus: velit hoc germanè tonantis:
Lætaq; sit vitæ labe nouerca tuæ.
At non ille venis cui nox (si creditur) vna
Non 3 tanti, vt tantus conciperere, fuit:
Plus tibi, quàm Iuno, nocuit Venus: illa premendo
Sustulit: hæc humili sub pede colla tenet.
Respice vindicibus pacatum viribus orbem:
Qua latam Nereus cærulus ambit humum.
4 Se tibi pax terræ, tibi se tota æquora debent:
Implesti meritis solis vtramq; domum.
Quod te laturum est, cælum prius ipse tulisti:
Hercule supposito sidera fulsit Atlas.
Quid nisi notitia est misero quæsita pudori:
Si cumulas stupri facta priora nota?
Tene ferunt geminos pressisse tenaciter angues?
Cum tener in cunis iam Ioue dignus eras.
Cœpisti melius quàm desinis, vltima primis
Cedunt: dissimiles, hic vir, & ille puer.
Quem non mille fera, quæ nõ Stheneleius hostis,
Non potuit Iuno vincere, 1 vincit Amor.
At bene nupta feror: quia nominor Herculis vxor:
Sitq; socer, rapidis qui tonat altus equis.
Quàm malè inæquales veniũt ad aratra iuuẽci:
Tam premitur magno coniuge nupta minor.
Nec honor est, sed onus, species læsura ferentes:
Si qua voles aptè nubere, nube pari.
Vir mihi semper adest, & coniuge notior hospes:
Monstraq; terribiles persequiturq; feras.
Ipsa domo vidua votis operata pudicis
Torquor: infesto ne vir ab hoste cadat.
Inter serpentes, aprosq;, auidosque leones
Iactor, & esuros cerno per ossa canes.
Me pecudum fibræ, simulacraq; inania somni,
2 Omniaq; arcana nocte petita mouent.
Aucupor infelix incertæ murmura famæ:
Speq; timor dubia, speq; timore cadit.
Mater abest, queriturq; Deo placuisse potenti.
Nec pater Amphitryo, nec puer Hyllus adest.
Arbiter Eurystheus iræ Iunonis iniquæ
Sentitur nobis: iraq; longa deæ.
Hæc me ferre parũ est, peregrinos addis amores:
Et mater de te qualibet esse potest.
Non ego Partheniis temeratam vallibus Augen:
Nec referam partus Ormeni nympha tuos.
Nec tibi crimen erunt Teuthrantia turba sorores:
Quarum de populo nulla relicta tibi est.
Vna recens crimen 3 referetur adultera nobis:
Vnde ego sum Lydo facta nouerca Lamo.
Mæander, toties qui terris errat in ijsdem:
Qui lapsas in se sæpe retorquet aquas:
Vidit in Herculeo suspensa monilia collo:
Illo, cui cælum sarcina parua fuit.
Non puduit fortes auro cohibere lacertos:
Et solidis gemmas apposuisse toris.
Nempe sub his animam pestis Nemeæa lacertis
Edidit: vnde humerus tegmina læuus habet.
Ausus es hirsutos mitra redimire capillos:
Aptior Herculeæ populus alba comæ.
Nec te Mæonia lasciua more puellæ
Incingi zona dedecuisse pudet.
Non tibi succurrit crudi Diomedis imago:
Efferus humana qui dape pauit equos.
Si te vidisset cultu Busiris in isto:
Huic victor victo nempe pudendus eras:
Detrahat Antæus duro redimicula collo:
Ne pigeat molli succubuisse viro.
4 Mæonias inter calathum tenuisse puellas
Diceris: & dominæ pertimuisse minas.
Non pudet Alcide victricem mille laborum
Rasilibus calathis imposuisse manum;
Crassaq; robusto deducis pollice fila:

1 Sic in nonnullis, quidam. *Ah minus hoc nobis*, vnde sunt, qui legant, *Et m. hoc n.* In aliis forte rectius, *Munus & hoc n. d T. dedit.*
2 Rectius in quibusdam, *iuro* 3 al. satis.
4 Sic in vet. neque aliter.

1 al vicit. 2 al. Ominaque. 3 Hęc vet. lect. & congruens illis, *Nec referam partus.* 4 Rectius vet. libri, *Inter Ionidas.*

Æquaq; formoſæ penſa rependis heræ.
Ah quoties digitis dum torques ſtamina duris:
Prænalidæ fuſos comminuere manus.
Crederis infelix ſcuticæ tremefactus habenis,
Ante pedes dominæ pertimuiſſe minas.
Eximijs pompis præconia ſumma triumphi,
Factaq; narrabas diſſimulanda tibi.
Scilicet immaneis eliſos faucibus hydros
Infantem nuda dilaceraſſe manu.
Vt Tegeæus aper cupreſſifero Erymantho
Incubat: & vaſto pondere ladit humum.
Non tibi Threicijs affixa penatibus ora,
Non hominum pingues cæde tacentur equæ,
Prodigiumq; triplex armenti diues Iberi
Geryones: quamuis in tribus vnus erat.
Inque canes totidem trunco digeſtus ab vno
Cerberus, implicitis angue minante comis.
Quæque redundabat fœcundo vulnere ſerpens
Fertilis, & damnis ditior ipſa ſuis:
Quæq; inter lauumq; latus, dextrumq; lacertum
1 Prægraue compreſſa fauce pependit onus.
Et male confiſum pedibus formaq; bimembri,
Pulſum Theſſalicis agmen equeſtre iugis.
Hæc tu Sidonio potes inſignitus amictu
Dicere? num cultu lingua retenta ſilet?
Se quoq; nympha tuis 2 onerauit Iardanis armis:
Et tulit è capto nota trophæa viro.
I nunc: tolle animos: & fortia facta recenſe,
Quod tu non eſſes iure: vir illa fuit.
Qua tanto minor es, quanto te maxime rerum,
Quam quos vicifti, vincere maius erat.
Illi procedit rerum menſura tuarum:
Cede bonis hæres laudis amica tuæ eſt.
O pudor, hirſuti coſtis exuta leonis
Aſpera texerunt vellera molle latus.
Falleris: & neſcis, non ſunt ſpolia iſta leonis:
Sed tua: tuq; fera victor es: illa tui:
Femina tela tulit Lernæis atra venenis
Ferre grauem lana vix ſatis apta colum:
Inſtruxitque manum claua domitrice ferarum:
Vidit & in ſpeculo coniugis arma ſui.
Hæc 3 tamen audieram, licuit non credere famæ:
En venit ad ſenſus mollis ab aure dolor.
Ante meos oculos adducitur aduena pellex:
Nec mihi, qua patior, diſſimulare licet.
Non ſinis auerti: mediam captiua per vrbem
Inuitis oculis aſpicienda venit.
Nec venit incultis captarum more capillis
Fortunam vultus faſſa tegente ſuos.
Ingreditur late multo ſpectabilis auro:
Qualiter in Phrygia tu quoque cultus eras.
Dat vultum populo ſublimis, vt Hercule victo
Oechaliam viuo ſtare parente putes.
Forſitan expulſæ Ætolidis Deianeira
Nomine depoſito pellicis, vxor erit.
Eurytidos Ioles, atque inſani Alcidæ
Turpia famoſus corpora 4 iungit Hymen.
Mens fugit admonitu: friguſq; perambulat artus:

1 al. pergraue. 2 al. ornauit. 3 al. non male etiam alij, Hæc tantum. 4 al. iunget.

Et iacet in gremio languida facta manus:
Me quoq; cũ multis, ſed me ſine crimine amaſti.
Ne pigeat, pugnæ bis tibi cauſa fui.
Cornua flens legit rapidis Achelous in vndis:
Truncaque limoſa corpora merſit aqua.
Semiuir occubuit vt, 1 Lerniferoque veneno
Neſſus: & infecit ſanguis equinus aquas.
Sed quid ego hæc refero? ſcribenti nuntia venit
Fama, virum tunicæ labe perire meæ.
Hei mihi quid feci? quò me furor egit amantem?
Impia quid dubitas Deianeira mori?
An tuus in media coniux lacerabitur Oeta?
Tu ſceleris tanti cauſa ſuperſtes eris?
Et quid adhuc habeo facti, cur Herculis vxor
Credar? coniugij mors mea pignus erit.
Tu quoq; cognoſces in me Meleagre ſororem:
Impia quid dubitas Deianeira mori?
Heu deuota domus, ſolio ſedet acrior alto:
Oenea deſertum longa ſenecta premit.
Exulat ignotis Tydeus germanus in oris.
Alter fatali vtuus in igne fuit:
Exegit ferrum ſua per præcordia mater:
Impia, quid dubitas Deianeira mori?
Deprecor hoc vnum per iura ſacerrima lecti:
Ne videar thalamis inſidiata tuis.
Neſſus, vt eſt auidum percuſſus arundine pectus:
Hic dixit vires ſanguis amoris habet.
Illita Neſſeo miſi tibi texta veneno:
Impia quid dubitas Deianeira mori?
Iamq; vale ſeniorque pater, germanaq; Gorge,
Et patria, & patriæ frater adempte 2 meæ.
3 Tu quoq; lux oculis hodierna nouiſſima noſtris,
Virq; (ſed ô poſſis) & puer Hylle vale.

EPIST. X.

ARIADNE THESEO.

Mitius inueni, quàm te, genus omne ferarũ:
Credita non vlli, quàm tibi, peius eram.
Quæ legis, ex illo Theſeu tibi littore mitto,
Vnde tuam ſine me vela tulere ratem.
In quo me ſomnuſq; meus male prodidit, & tu,
Per facinus, ſomnis inſidiate meis.
Tempus erat, vitrea quo primum terra pruina
Spargitur: & tectæ fronde queruntur aues.
Incertum vigilans an ſomno languida, moui
Theſea prenſuras ſemiſopita manus.
Nullus erat, referoq; manus, iterumq; retento:
Perq; torum moueo brachia: nullus erat.
Excuſſere metus ſomnum: conterrita ſurgo:
Membraq; ſunt viduo præcipitata toro.
Protinus adductis ſonuerunt pectora palmis:
Vtq; erat è ſomno turbida, 4 rapta coma eſt.
Luna fuit: ſpecto, ſiquid, niſi littora, cernam:
Quod videant oculi, nil niſi, littus habent.
Nunc huc, nunc illuc, & vtroq; ſine ordine curro:
Alta puellares tardat arena pedes.
Interea toto clamanti littore, Theſeu,

1 Melius fort. quidam, letiferoque. 2. In quibuſdam tuæ, forte, elegantius. 3 al. Et tu lux. 4 al. rupta.

Ded

Reddebant nomen concaua saxa tuum.
Et quoties ego te, toties locus ipse vocabat,
Ipse locus miserę ferre volebat opem.
Mons fuit: apparent frutices in vertice rari:
Nunc scopulus raucis pendet adesus aquis.
Ascendo: vires animus dabat: atque ita late
Æquora prospectu metior alta meo.
Inde ego (nam vētis quoque sum crudelibus vsa)
Vidi præcipiti carbasa tensa noto.
Aut vidi: aut certe quum à me vidisse putaui,
Frigidior glacie, semianimisque fui.
Nec languere diu patitur dolor: excitor illo.
Excitor, & summa Thesea voce voco.
Quo fugis? exclamo: scelerate reuertere Theseu
Flectę ratem: numerum non habet illa suum.
Hoc ego, quod voci deerat, plangore replebam:
Verbera cum verbis [2] mista fuere meis.
Si non audires, vt saltem cernere posses:
Iactata latè signa dedere manus.
Candidaque impositi longa velamina virgę
Scilicet oblitos admonitura mei.
Iamque oculis ereptus eras: tunc denique fleui:
Torpuerant molles ante dolore genę.
Quid potius facerē, quàm me mea lumina flerēt:
Postquam desierant vela videre tua?
Aut ego diffusis erraui sola capillis:
Qualis ab Ogygio concita baccha Deo:
Aut mare prospiciens in saxo frigida sedi:
Quamque lapis sedes, tam lapis ipsa fui:
Sæpe torum repeto, qui nos acceperat ambos.
Sed non acceptos exhibiturus erat.
Et tua, quæ possum pro te vestigia tango:
Strataque, quæ membris intepuere tuis.
Incumbo: lacrymisque toro manante profusis,
Pressimus, exclamo, te duo: redde duos.
Venimus huc ambo. cur non discedimus ambo?
Perfide pars nostri lectule maior vbi est?
Quid facią? [3] quâ sola ferar? vacat insula cultu:
Non hominum video, non ego facta boum.
Omne latus terræ cingit mare: nauita nusquā est:
Nulla per ambiguas puppis itura vias:
Finge dari comitesque mihi, vētosque, ratemq;:
Quid sequar? accessus terra paterna negat.
Vt rate felici pacata per æquora labar:
Temperet vt ventos Æolus: exul ero.
Non ego te Crete centum digesta per vrbes
Adspiciam, puero cognita terra Ioui.
Nam pater & tellus iusto regnata parente,
Prodita sunt facto nomina chara meo.
Cum tibi ne victor tecto morerere recuruo:
Quæ regerent passus, pro duce fila dedi.
[4] Tu mihi dicebas: Per ego ipsa pericula iuro:
Te fore, dum nostrum viuet vterque, meam.
Viuimus, & non sum Theseu tua: si modò viuit
Femina periuri fraude sepulta viri.
Me quoque, qua fratrē, mactasses improbe claua,
Esset, quam dederas, morte soluta fides.
Nunc ego nō tantum quæ sum passura recordor:
Sed quæcunque potest vlla relicta pati.

Occurrunt animo pereundi mille figurę:
Morsque minus pœnæ, quā mora mortis, habet.
Iamiam venturos aut hac, aut suspicor illac,
Qui lanient auido viscera dente lupos:
Forsitan & fuluos tellus alit ista leones:
Quis scit, an hæc sęuas insula tigres habet?
Et freta dicuntur magnos expellere Phocas:
Quis vetat & gladios per latus ire meum?
Tantum ne releger diræ captiua catenæ:
Neue traham seruia grandia pensa manu:
Cui pater est Minos, cui mater filia Phœbi:
Quodque magis memini, quæ tibi pacta fuit.
Si mare, si terras, porrectaque littora vidi:
Multa mihi terræ, multa minantur aquæ,
Cælum restabat: timeo simulacra deorum,
Destituor rapidis prædа, cibúsque feris.
Siue colunt, habitantque viri, diffidimus illis:
Externos didici læsa timere viros.
Viueret Androgeos vtinam: nec [1] facta luisset
Impia funeribus Cecropi terra tuis.
Nec tua mactasset nodoso stipite Theseu
Ardua parte virum, dextera parte bouem.
Nec tibi, quæ reditus monstrarent, fila dedissem
Fila per adductas sæpe recepta manus.
Non equidem miror si stat victoria tecum:
Strataque Creteam bellua strauit humum.
Non poterant figi præcordia ferrea cornu:
Vt te non tegeres: pectore tutus eras.
Illuc tu silices, illuc adamanta tulisti:
Illuc, qui silices Thesea vincat, habes.
Crudeles somni, [2] quid me tenuistis inertem?
At semel æterna nocte premenda fui.
Vos quoque crudeles venti, nimiumque parati,
Flaminaque in lacrymas officiosa meas.
Dextera crudelis, quæ me, fratremque necauit:
Et data poscenti nomen inane fides.
In me iurarunt somnus, ventusque, fidesque:
Prodita sum causis vna puella tribus.
Ergo nec lacrymas matris moritura videbo:
Nec mea qui digitis lumina condat, erit.
Spiritus infelix peregrinas ibit in auras:
Nec positos artus vnget amica manus.
Ossa superstabunt volucres inhumata marinæ.
Hæc sunt officiis digna sepulcra meis.
Ibis Cecropios portus: patriáque receptus
Cum steteris turbæ celsus honore tuæ:
Et bene [3] narraris letum taurique, virique:
Sectaque per dubias saxea tecta vias:
Me quoque [4] narrato solam tellure relictam:
Non ego sum titulis surripienda tuis.
Nec pater est Ægeus, nec tu Pitheidos Æthræ
Filius, auctores saxa fretumque tui.
Di facerent, vt me summa de puppe videres:
Mouisset vultus mœsta figura tuos:
Nunc quoq;, nō oculis, sed qua potes, adspice mēte,
Hærentem scopulo: quem vaga pulsat aqua.
Adspice demissos lugentis more capillos:
Et tunicas lacrymis, sicut ab imbre, graues.

1 al. Ille. 2 al. mixta. 3 al. quò. 4 al. Cùm.
1 al. fata. 2 al. sic om. sed fort. meliùs qui. 3 al. narrabis. 4 al. sola.

Corpus, vt impulsæ segetes, aquilonibus horret:
Litteraque articulo pressa tremente labat.
Non te per meritum, quoniam male cessit, adoro.
Debita sit facto gratia nulla meo:
Sed nec pœna quidem, si non ego causa salutis:
Non tamen est cur tu sis mihi caussa necis.
Has tibi plangendo lugubria pectora lassas
Infelix tendo trans freta longa manus.
Hos tibi, qui superant, ostendo mœsta capillos:
Per lacrymas oro: quas tua facta mouent:
Flecte ratem Theseu: versoque relabere vento:
Si prius occidero: tu tamen ossa feres.

EPIST. XI.

CANACE MACAREO.

SI qua tamen cæcis errabunt scripta lituris:
Oblitus à dominæ cæde libellus erit.
Dextra tenet calamum, strictum tenet altera ferrum,
Et iacet in gremio charta 1 soluta meo.
Hæc est Æolidos fratri scribentis imago:
Sic videor duro posse placere patri.
Ipse necis cuperem nostræ spectator adesset:
Auctorisque oculis exigeretur opus.
Vt ferus est, multoque suis truculentior Euris:
Spectaret siccis vulnera nostra genis.
Scilicet est aliquid cum sæuis viuere ventis:
Ingenio populi conuenit ille sui.
Ille Noto, Zephyroque, & Scythonio Aquiloni
Imperat: & pennis Eure proterue tuis.
Imperat heu ventis: tumidæ non imperat iræ,
Possidet & vitiis regna minora suis.
Quid iuuat admotam per auorum nomina cælo
Inter cognatos posse referre Iouem?
Non minus infestum funebria munera ferrum
Feminea teneo non mea tela manu.
O vtinam Macareu, quæ nos 2 commisit in vnũ,
Venisset læto serior hora meo.
Cur vnquã plus me frater, quàm frater amasti?
Et tibi, non debet quod soror esse, fui?
Ipsa quoque incalui, qualemque audire solebam,
Nescio quem sensi corde tepente Deum.
Fugerat ore color, maciésque 3 adduxerat artus,
Sumebant minimos ora coacta cibos.
Nec somni faciles, & nox erat annua nobis,
Et gemitum nullo læsa dolore dabam.
Nec cur hoc facerem, poteram mihi reddere caussam,
Nec noram, quid amans esset, at illud eram.
Prima malum nutrix animo præsensit anili,
Prima mihi nutrix Æoli dixit, amas.
Erubuit: gremioque pudor deiecit ocellos,
Hæc satis in tacita signa fatentis erant.
Iamque tumescebant vitiati pondera ventris,
Ægraque furtiuum membra grauabat onus.
Quas mihi nõ herbas, quæ nõ medicamina nutrix
Attulit, audaci supposuitque manu?
Vt penitus nostris (hoc te celauimus vnum)
Visceribus crescens excuteretur onus.
1 Ah nimium viuax admotis restitit infans
Artibus, & tectus, tutus ab hoste fuit.
Iam nouies erat orta soror pulcherrima Phœbi,
Denaque luciferos luna premebat equos.
Nescia quæ faceret subitos mihi causa dolores,
Et rudis ad partus, & noua miles eram:
Nec tenui vocem, quid, ait, tua crimina prodis?
Oraque clamantis conscia pressit anus.
Quid faciam infelix? gemitus dolor edere cogit:
Sed timor, & nutrix, & pudor ipse vetant.
2 Continuò gemitus, elapsaque verba reprendo,
Et cogor lacrymas combibere ipsa meas.
Mors erat ante oculos, & opem Lucina negabat,
Et graue, si morerer, mors quoque crimen erat.
Cum super incumbens, scissa tunicaque, comaque
Pressa refouisti pectora nostra tuis:
Et mihi, viue soror, soror ô charissima, dixti,
Viue, nec vnius corpore perde duos.
Spes bona det vires: fratri nam nupta futura es.
Illius, de quo mater & vxor eris.
Mortua (crede mihi) tamẽ ad tua verba reuixi,
Et positum est vteri crimen onusque mei.
Quid tibi grataris? media sedet Æolus aula,
Crimina sunt oculis surripienda patris.
Frondibus infantem, ramisque albentis oliuæ,
Et leuibus vittis sedula cælat anus.
Fictaque sacra facit, dicitque precantia verba,
Dat populus sacris, dat pater ipse viam.
Iam prope limen erat, patrias vagitus ad aures
Venit: & indicio proditur ille suo.
Eripit infantem mentitaque sacra reuelat
Æolus: insana regia voce sonat.
Vt mare fit tremulum, tenui cũ stringitur aura,
Vt quatitur tepido fraxina virga noto:
Sic mea vibrari pallentia membra videres:
Quassus ab imposito corpore lectus erat,
Irruit: & nostrum vulgat clamore pudorem
Et vix à misero continet ore manus.
Ipsa nihil præter lacrymas, pudibunda profudi:
Torpuerat gelido lingua retenta metu.
Iamque dari paruum canibusque auibusque nepotem
Iusserat, in solis destituique locis.
Vagitus dedit ille miser: sensisse putares:
Quaque suum poterat voce rogabat auum.
Quid mihi tunc animi credis germane fuisse?
3 Nam potes ex animo colligere ipse tuo.
Cum mea me coràm siluas inimicus in altas
Viscera montanis ferret edenda lupis.
Exierat thalamo, tunc demum pectora planxi:
Contigit inque meas vnguibus ire genas.
Interea patrius vultu mærente satelles
Venit: & indignos edidit ore sonos.
Æolus hunc ensem mittit tibi: tradidit ensem:
Et iubet ex merito scire quid iste velit.
Scimus: & vtemur violento fortiter ense:
Pectoribus condam dona paterna meis.

1 al. notata. 2 al. coniunxit. 3 al. obduxerat.

1 al. Ex superioribus videtur. At leg.
2 al. contineo. 3 al. Tu.

Hic mea muneribus genitor connubia donas?
Hac tua dote pater filia diues erit?
Tolle procul decepte faces hymenæe maritas:
Et fuge turbato tecta nefanda pede.
Ferte faces in me, quas fertis, Erynnides atræ
Vt meus ex isto luceat igne rogus.
Nubite felices Parca meliore sorores:
Admissi memores sed tamen este mei.
Quid puer admisit tam paucis editus horis?
Quo læsit facto vix bene natus auum?
Si potuit meruisse necem, meruisse putetur:
Ah miser admisso plectitur ille meo.
Nate dolor matris, rapidarum præda ferarum,
Hei mihi natali dilacerate tuo.
Nate parum fausti miserabile pignus amoris,
Hæc tibi prima dies, hæc tibi summa fuit.
Non mihi te licuit lacrymis perfundere iustis,
In tua 1 *nec tonsas ferre sepulcra comas.*
Non super incubui, non oscula frigida carpsi:
Diripiunt auidæ viscera nostra feræ.
Ipsa quoque infantis cum vulnere persequar vmbras:
Nec mater fuero dicta, nec orba diu.
Tu tamen ô frustra miseræ sperate sorori,
Sparsa precor nati collige membra tui.
Et refer ad matrem, socioq; impone sepulchro:
Vrnaq; nos habeat quamlibet arcta duos.
Viue memor nostri: lacrymasq; in funere funde:
Neve reformida corpus amantis amans:
Tu (rogo) proiectæ nimium mandata sororis
Perfer: 2 *mandatis perfruar ipsa patris.*

EPIST. XII.

MEDEA IASONI.

VT tibi Colchorum memini regina vacaui,
Ars mea cum peteres, vt tibi ferret opem,
Tunc, quæ dispensant mortalia fata sorores
Debuerant fusos euoluisse suos.
Tunc potui Medea mori bene, quidquid ab illo
Produxi vitæ tempore, pœna fuit.
Hei mihi cur vnquam iuuenilibus acta lacertis
Phryxeam petiit Pelias arbor ouem?
Cur vnquam Colchi, Magnetida vidimus Argo?
Turbaq; Phasiacam Graia bibistis aquam?
Cur mihi plus æquo flaui placuere capilli?
Et decor, & linguæ gratia ficta tuæ?
3 *At semel (in nostras quoniam noua puppis arenas*
Venerat, audaces attuleratq; viros)
Isset anhelatos non præmedicatus in ignes
Immemor Æsonides, oraq; aduncæ boum.
Semina iecisset, totidem sumpsissetq; & hostes,
Vt caderet cultu cultor ab ipse suo.
Quantum perfidiæ tecum scelerate perisset!
Dempta forent capiti quam mala multa meo!
Est aliqua ingrato meritū exprobrare voluptas,
Hac fruar, hæc de te gaudia sola feram.

1 al. non 2 hoc rectè, etsi quidam ex vet. & Planudes legant, *mandatum prosequar.*
3 In quibusdam *Aut* forte, rectius.

Iussus inexpertam Colchos aduertere puppim,
Intrasti patriæ regna beata meæ.
Hoc illic Medea fui, noua nupta quod hic est.
Quam pater est illi, tam mihi diues erat.
Hic Ephyre bimarem, 1 *Scythiā tenet ille niuosam*
Omne tenet, Ponti qua plaga læua iacet.
2 *Accipit hospitio iuuenes pater* 3 *Æta Pelasgos.*
Et premitis pictos corpora Graia toros.
Tunc ego te vidi, tunc cœpi scire quis esses.
Illa fuit mentis prima ruina meæ.
Et vidi, & perij, nec notis ignibus arsi,
Ardet vt ad magnos pinea tæda deos.
Et formosus eras, & me mea fata trahebant:
Abstulerant oculi lumina nostra tui.
Perfide sensisti: quis enim bene celat amorem?
4 *Eminet indicio prodita flamma suo.*
Dixerat interea tibi rex: vt dura ferorum
In solito premeres vomere colla boum.
Martis erant tauri plus quàm per cornua sæui,
Quorum terribilis spiritus ignis erat.
Æripedes solidi, præcentaque naribus æra:
Nigra per afflatus hæc quoq; facta suos.
Semina præterea populos genitura iuberis
Spargere deuota lata per arua manu.
Qui peterent natis secum tua corpora telis,
Illa erat agricolæ messis iniqua suo.
Lumina custodis succumbere nescia somno,
Vltimus est aliqua decipere arte labor.
Dixerat Oetes, mœsti consurgitis omnes.
Mensaque purpureos deserit alta toros.
Quàm tibi tunc longe regnum dotale Creusæ
Et socer, & magni nuptæ Creontis erat.
Tristis abis, oculis abeuntem prosequor vdis,
Et dixit tenui murmure lingua, vale.
Vt positum thalamo tetigi male saucia lectum,
Acta es per lacrymas nox mihi, quanta fuit.
Ante oculos taurique meos, segetesque nefandæ,
Ante meos oculos peruigil anguis erat.
Hinc amor, hinc timor est. ipsum timor auget amorem,
Mane erat, & thalamo chara recepta soror.
Disiectamque comas, auersaque in ora iacentem,
Inuenit, & lacrymis omnia plena meis.
Orat opē Minyis: petit altera, & altera habebit:
Æsonio iuueni, quod rogat illa, damus.
Est nemus, & piceis, & frondibus ilicis atrum,
Vix illuc radijs solis adire licet.
Sunt in eo (fuerant certè) delubra Dianæ:
Aurea barbarica stat dea facta manu.
4 *Nescio an exciderint mecum loca: venim⁹ ambo:*
Ausus es infido sic prior ore loqui.
Ius tibi, & arbitrium nostræ fortuna salutis
Tradidit: inque tua est vitaque, morsq; manu.
Perdere posse sat est, si quem iuuat ista potestas:
Sed tibi seruatus gloria maior ero.
Per mala nostra precor, quorum potes esse leuamen:

1 al. Sextiam tenet ille niuosam. 2 al. Excipit. 3 *Iuuenes Æetæ Pelasgos.* 4 al. Enitet
5 al. Nostin? an exciderant.

Per genus, & numen cuncta videntis aui.
Per triplices vultus, arcanaq; sacra Dianæ:
Et si forte aliquos gens habet ista Deos:
O virgo miserere mei, miserere meorum:
Effice me meritis tempus in omne tuum.
Quod si forte virum non dedignare Pelasgum.
(Sed mihi tam faciles vnde deosq; meos?)
Spiritus ante meus tenues vanescat in auras:
Quàm thalamo, nisi tu, nupta sit vlla meo.
Conscia sit Iuno sacris præfecta maritis:
Et Dea, marmorea cuius in æde sumus.
Hæc animi, & quota pars possent mouere puellæ
Simplicis: & dextræ dextera iuncta meæ.
Vidi etiam lacrymas: an & est pars fraudis in illis?
Sic cito sum verbis capta puella tuis.
Iungis & aripedes in adusto corpore tauros:
Et solidam iusso vomere [1]findis humum.
Arua venenatis pro semine dentibus imples:
Nascitur & gladios, scutaq; miles habens.
Ipsa ego quæ dederam medicamina, pallida sedi,
Cum vidi subitos arma tenere viros.
Donec terrigenæ (facinus miserabile) fratre:
In se conflictas conseruere manus.
Peruigil ecce draco squamis crepitantibus horrēs
Sibilat: & torto pectore verrit humum.
Dotis opes vbi erant? vbi erat tūc regia coniux?
Quiq; maris gemini distinet Isthmos aquas?
Illa ego, quæ tibi sum nunc deniq; barbara facta:
Nunc tibi sum pauper, nunc tibi visa nocens.
Flammea subduxi medicato lumina somno:
Et tibi quæ raperes vellera tuta dedi.
Proditus est genitor, regnum, patriamq; reliqui:
[2]Munus in exilio, quodlibet esse tuli.
Virginitas facta est peregrini præda latronis:
Optima cum chara matre relicta soror.
At te non fugiens sine me germane reliqui:
Deficit hoc vno littera nostra loco.
Quod facere ausa mea est, non audet scribere dextra:
Sic ego, sed tecum dilaceranda fui.
Nec tamen extimui (quid enim post illa timerē?)
Credere me pelago fœmina iamq; nocens.
Numen vbi est? vbi di? meritas subeam[3] in alto,
Tu fraudis pœnas, credulitatis ego.
Compressos vtinam Symplegades elisissent:
Nostraq; adhærerent ossibus ossa tuis.
Aut nos Scylla rapax canibus misisset edendos:
Debuit ingratis Scylla nocere viris.
Quæq; vomit totidem fluctus, totidemq; resorbet:
Nos quoque Trinacriæ supposuisset aquæ.
Sospes ad Hæmonias, victorq; reuerteris vrbes,
Ponitur ad patrios aurea lana deos.
Quid referam Peliæ natas pietate nocentes?
Cæsaque virgineæ membra paterna manu?
Vt culpent alij, tibi me laudare necesse est:
Pro quo sum toties esse coacta nocens.
Ausus es, (ô iusto desunt sua verba dolori)
Ausus es, Æsonia, dicere, cede domo.
Iussa domo cessi natis comitata duobus:
Et qui me sequitur semper, amore tui:
[1]Vt subito nostras Hymen cantatus ad aures
Venit: & accenso lampades igne micant.
Tibiaq; effudit socialia carmina vobis,
At mihi funesta flebiliora tuba:
Pertimui: nec adhuc tantum scelus esse putabam:
Sed tamen in toto pectore frigus erat.
Turba ruunt, & Hymen clamant: Hymenæa frequentant:
Quo propior vox est: hoc mihi peius erat.
Diuersi flebant serui: lacrymasq; tegebant.
Quis vellet tanti nuntius esse mali?
Me quoq; quicquid erat potius nescire iuuabat,
Sed tanquam scirem, mens mea tristis erat.
Cum minor è pueris iussis, studioq; videndi
Constitit ad geminæ limina prima foris.
Hinc mihi mater abi, pompa pater, inquit, Iason
Ducit: & adiunctos aureus vrget equos.
Protinus abscissa planxi mea pectora veste,
Tuta nec à digitis ora fuere meis.
Ire animus media suadebat in agmina turbæ,
[2]Raptaq; compositis demere serta comis.
Vix me continui, quin sic laniata capillos
Clamarem, meus est, inijceremq; manus.
Læse pater gaude, Colchi gaudete relicti,
Inferias vmbræ fratris habete mei.
Deferor, amissis regno, patriaq; domoq;,
Coniuge, qui nobis omnia solus erat.
Serpentes igitur potui, tauroq; furentes,
Vnum non potui perdomuisse virum.
Quæq; feros repuli doctis medicatibus ignes,
Non valeo flammas effugere ipsa meas.
Ipsi me cantus, herbæque artesq; relinquunt.
Nil dea, nil Hecates sacra potentis agunt.
Non mihi grata dies, noctes vigilantur amaræ.
Nec tener in misero pectore somnus adest.
Quæ me non possum, potui sopire draconem,
Vtilior cuiuis, quàm mihi, cura mea est.
Quos ego seruaui, pellex amplectitur artus:
Et nostri fructus illa laboris habet.
Forsitan & stultæ dum te iactare maritæ
Quarit: & iniustis auribus apta loqui:
In facium mores[3] meos noua crimina fingis.
Rideat: & vitijs læta sit illa meis.
Rideat: & Tyrio 3 iaceat sublimis in ostro:
Flebit: & ardores vincet adusta meos.
Dum ferrum flammæque aderunt, succusq; veneni:
Hostis Medeæ nullus inultus erit.
Quod si forte preces præcordia ferrea tangunt:
Nunc animis audi verba minora meis.
Nam tibi sum supplex: quod tu mihi sæpe fuisti:
Nec moror ante tuos procubuisse pedes.
Si tibi sum vilis: communes respice natos:
Sæuiet in partus dira nouerca meos.
Et nimium similes tibi sunt: & imagine tangor:

1 al. scindis 2 placeat potius, quod in quibus. est, Manus in exilio, quod licet esse tuli.
1 Sic om. lib. etsi alij mutent, At subito nostras vt Hym. 2 al. Sertaque. 3 al. sedeat.

Et

Et quoties video, lumina nostra madent.
Per superos oro, per auita lumina flamma,
Per meritum & natos pignora nostra duos:
Redde torum: pro quo tot res insana reliqui:
Adde fidem dictis: auxiliúmque refer.
Non ego te imploro contra taurósque, viросque:
Vtque tua serpens victa quiescat ope:
Te peto: quem merui, quē nobis ipse dedisti:
Cum quo sum pariter facta parente parens.
Dos vbi sit, quaris: campo numerauimus illo:
Qui tibi lauro vellus, arandus erat.
Aureus ille aries, villo spectabilis aureo,
Dos mea: quam dicam si tibi, redde, neges.
Dos mea, tu sospes: dos est mea, Graia iuuentus:
I nunc Sisyphias improbe confer opes.
Quod viuis, quod habes nuptam, socerumque potentem:
Hoc ipsum, ingratus quod potes esse: meum est.
Quos equidem actutum, sed quid prædicere [2] pœnam
Attinet? ingentes parturit ira minas.
Quo feret ira, sequar: facti fortasse pigebit,
Et piget infido consuluisse viro.
Viderit ista Deus, qui nunc mea pectora versat:
Nescio quid certe mens mea maius agit.

EPIST. XIII.

LAODAMEIA PROTESILAO.

Mittit, & optat amans quo mittitur ire, salutem
Æmonis Æmonio Laodameia viro.
Aulide te fama est vento retinente morari:
Ah, me cum fugeres, hic vbi ventus erat?
Tunc freta debuerant vestris obsistere remis:
Illud erat sæuis vtile tempus aquis.
Oscula plura viro, mandatáque plura dedissem:
Et sunt quæ volui dicere multa tibi.
Raptus es hinc præceps: & [1] qui tua vela vocaret:
Quem cuperent nautæ, non ego: ventus erat.
Ventus erat nautis aptus: non aptus amanti:
Soluor ab amplexu Protesilae tuo.
Linguaque mandatis verba imperfecta reliquit:
Vix illud potui dicere triste, vale.
Incubuit Boreas: arreptáque vela tetendit:
Iámque meus longe Protesilaus erat.
Dum potui spectare virum spectare iuuabat:
Sámque tuos oculos vsque secuta meos.
Vt te non poteram, poteram tua vela videre:
Vela diu vultus detinuere meos.
At postquam nec te, nec vela fugacia vidi:
Et quod spectarem, nil, nisi pontus, erat:
Lux quoque tecum abiit: tenebræque exanguis obortæ
Succiduo dicor procubuisse genu.
Vix socer Iphiclus, vix me grandæuus Acastus,
Vix mater gelida mæsta refecit aqua.

Officium fecere pium, sed inutile nobis:
Indignor miseræ non licuisse mori.
Vtque animus rediit: pariter rediere dolores:
Pectora legitimus casta momordit amor.
Nec mihi pectendos cura est præbere capillos:
Nec libet aurata corpora veste, tegi.
Vt quas pampinea tetigisse Bicorniger hasta
Creditur: huc illuc, qua furor egit, eo.
Conueniunt matres Phylaceides, & mihi clamant:
Indue regales Laodameia sinus.
Scilicet ipsa geram saturatas murice vestes?
Bella sub Iliacis mœnibus ille gerat?
Ipsa comas pectam? galea caput ille premetur?
Ipsa nouas vestes, dura vir arma ferat?
Qua possum, squalore tuos imitata labores
Dicar, & hæc belli tempora tristis agam.
Dux Pari Priamede damno formose tuorum,
Tam sis hostis iners, quàm malus hospes eras.
Aut te Tænaria faciem culpasse marita:
Aut illi vellem displicuisse tuam.
Tu qui pro rapta nimium Menelae laboras:
Hei mihi quàm multis flebilis vltor eris:
Di precor à nobis omen remouete sinistrum:
Et sua det reduci vir meus arma Ioui.
Sed timeo: quotiésque subit miserabile bellum:
More niuis lacryma sole madentis eunt.
Ilion & Tenedos, Simoisque, & Xãthus, & [2] Ida,
Nomina sunt ipso pene timenda sono.
Nec rapere ausurus nisi se defendere posset,
Hospes erat: vires nouerat ille suas.
Venerat, vt fama est, multo spectabilis auro:
Quique suo Phrygias corpore ferret opes:
Classe, viriſque potes: per quæ fera bella gerũtur,
Et sequitur regni pars quota quemque sui.
His ego te victam consors Ledæa gemellis
Suspicor: hæc Danais posse nocere puto.
Hectora nescio quem timeo: Paris Hectora dixit
Ferrea sanguinea bella mouere manu.
Hectora, quisquis is est, si sum tibi chara cauето:
Signatum memori pectore nomen habe.
Hunc vbi vitaris: alios vitare memento:
Et multos illic Hectoras esse puta.
Et facito, vt dicas, quoties pugnare parabis:
Parcere me iussit Laodameia sibi.
Si cadere Argolico fas est sub milite Troiam:
Te quoque non vllum vulnus habente cadat.
Pugnet: & aduersos tendat Menelaus in hostes:
Vt rapiat Paridi, quam Paris ante sibi.
Irruat: & causa quem vincit, vincat & armis.
Hostibus è mediis nupta petenda viro est.
Causa [3] tua est dispar. tu tantum viuere pugna:
Inque pios domina posse redire sinus.
Parcite Dardanidæ de tot (precor) hostibus vni:
Ne meus ex illo corpore sanguis eat.
Non est, quem deceat nudo concurrere ferro:
Sauáque in oppositos pectora ferre viros:
Fortius ille potest, multo qui pugnat amore.
Bella gerant alij: Protesilaus amet.

1 al. causam.

1 al. Quo. 2 al. Ide. 3 al. tibi est.

Hunc (fateor) volui reuocare: animusque ferebat,
Substitit auspicij lingua timore mali.
Cum foribus velles ad Troiam exire paternis:
Pes tuus offenso limine signa dedit:
Vt vidi, ingemui, tacitóque in pectore dixi,
Signa reuersuri sint precor ista viri.
Hæc tibi nunc refero ne sis animosus in armis,
Irritus in ventos hic timor omnis eat.
Sors quoque nescio quem fato designat iniquo,
Qui primus Danaum Troada tanget humũ.
Infelix, quæ prima virum lugebit ademptum.
Di faciant, ne tu strenuus esse velis.
Inter mille rates tua sit millesima puppis,
Iámque fatigatas vltima verset aquas.
Hos quoque præmoneo, de naue nouissimus exi,
Non est quò properes, terra paterna tibi.
Cum venies, i veloq; move, remoque carinam,
Inque tuo celerem littore siste gradum.
Siue latet Phœbus, seu terris altior exstat,
Tu mihi luce dolor, tu mihi nocte venis.
Nocte tamen quàm luce magis, nox grata puellis,
Quarum suppositus colla lacertus habet.
Aucupor in lecto mendaces celibe somnos:
Dum careo veris, gaudia falsa iuuant.
Sed tua cur nobis pallens occurrit imago?
Cur venit à verbis multa querela tuis?
Excutior somno, simulacráque noctis adoro,
Nulla caret fumo Thessalis ara meo.
Thura damus, lacrymásque super, quæ sparsa relucent,
Vt solet affuso surgere flamma mero.
Quãdo ego te reducẽ cupidis amplexa lãcertis,
Languida lætitia soluar ab ipsa mea?
Quando erit vt lecto mecum bene iũctus in vno
Militiæ referas splendida facta tuæ?
Quæ mihi dum referes, quãuis audire iuuabit:
Multa tamen rapies oscula, multa dabis.
Semper in his aptè narrantis verba resistunt.
Promptior est dulci lingua referre mora.
Sed cum Troia subit: subeunt ventique fretũq;:
Spes bona sollicito victa timore cadit.
Hoc quoque, quod venti prohibent exire carinas,
Me mouet, inuitis ire paratis aquis.
Quis velit in patriam vento prohibente reuerti?
A patria pelago vela vetante datis.
Ipse suam non præbet iter Neptunus ad vrbem:
Quo ruitis? vestras quisque redite domos.
Quo ruitis Danai? ventos audite vetantes,
Non subiti casus, numinis ista mora est.
Quid petitur tanto, nisi turpis adultera, bello?
Dum licet, Inachiæ vertite vela rates:
Sed quid ego 2 reuoco hæc? omen reuocãtis abesto:
Blandáque compositas aura secundet aquas.
Troadas inuideo, quæ sic lacrymosa suorum
Funera conspicient, nec procul hostis erit.
Ipsa suis manibus forti noua nupta marito
Imponet galeam, barbaráque arma dabit:
Arma dabit: dúmque arma dabit, simul oscula

1 al. remoque. 2 al. hæc reuoco.

la sumet,
Hoc genus officij dulce duobus erit.
Producetque virum, dabit & mandata reuerti,
Et dicet, referas ista face arma Ioui.
Ille ferens dominæ, mandata recentia iecum,
Pugnabit cautè: respiciétque domum.
Exuet & reduci clypeum galeámque resoluet,
Excipiétque suo corpora lassa sinu.
Nos sumus incertæ, nos anxius omnia cogit,
Quæ possunt fieri, facta putare timor.
Dum tamen arma geris diuerso miles in orbe,
Quæ refert vultus est mihi cera tuos.
Illi blanditias, illi tibi debita verba
Dicimus: amplexus accipit illa meos.
Crede mihi plus est, quam quod videatur, imago.
Adde sonum ceræ, Protesilaus erit.
Hanc specto: teneoque sinu pro coniuge vero,
Et tanquam possit verba referre, queror.
Per reditus, corpusque tuũ meaq; numina iuro:
Perque pares animi, coniugiique faces:
Perque, quod vt videam canis albere capillis:
Quod tecum possis ipse referre caput.
Me tibi venturam comitem, quocunque vocaris:
Siue quod heu timeo, siue superstes eris.
Vltima mandato 1 claudatur epistola paruo:
2 Sit mihi cura mei: sit tibi cura tui.

HYPERMNESTRA 3 LYNCEO.

Mittit Hypermnestra de tot modo fratribus vni,
Cetera nupturum crimine turba iacet.
Causa domo teneor, grauibusque coercita vinclis:
Est mihi supplicij causa, fuisse piam.
Quod manus extimuit iugulo 4 demittere ferrũ:
Sum rea: laudarer, si scelus ausa forem.
Esse ream præstat, quàm sic placuisse parenti,
Non piget immunes cædis habere manus.
Me pater igne licet, quem nõ violauimus, vrat:
Quæque aderant sacris, tendat in ora faces:
Aut illo iugulet, quem non bene tradidit, ense:
Vt qua non cecidit vir nece, nupta cadat:
Non tamen, vt dicant morientia, pœnitet, ora,
Efficiet: non est, quam piget esse piam.
Pœniteat sceleris Danaum, sauáque sorores:
Hic solet euentus facta nefanda sequi.
Cor pauet admonitu temeratæ sanguine noctis:
Et subitus dextræ præpedit 2 ossa tremor.
Quam tu cæde putes fungi potuisse mariti:
Scribere de facta non sibi cæde timet.
Sed tamen experiar. modò facta crepuscula terris,
Vltima pars lucis, primaque noctis erat.
Ducimur Inachides magni sub tecta Pelasgi:

1 Rectior f. vetus lect. *claudetur.*
2 Ita omn. libenter tamen legerem *Si tibi cura mei sit.*
3 Ita leg. non LINO.
4 al. dimittere. 5 In quib. *erga* non malè.

Et

Et ſocer armatas accipit ipſe nurus.
Vndique collucent præcinctæ lampades auro:
Dantur in inuitos impia thura focos.
Vulgus Hymen Hymenæe vocant: fugit ille vocantes:
Ipſa Iouis coniux ceſſit ab vrbe ſua.
Ecce mero dubij comitum clamore frequentes,
Flore nouo madidas impediente comas.
In thalamos lati, thalamos ſua buſta, feruntur:
Strataq; corporibus funere digna premunt.
Iamq; cibo, vinoq; graues, ſomnoq; iacebant:
Securumq; quies alta per Argos erat.
Circum me gemitus morientum audire videbar:
Et tamen audieram quodq; verebar, erat.
Sanguis abit: mentemq; calor, corpusq; reliquit:
Inq; nouo iacui frigida facta toro.
Vtq; leui Zephyro graciles vibrantur ariſtæ:
Frigida populeas vt quatit aura comas:
Aut ſic, aut etiam tremui magis, ipſa iacebas:
Quæq; tibi[1] dederam vina, ſoporis erant.
Excuſsere metum violenti iuſſa parentis:
Erigor: & capio tela tremente manu.
Non ego falſa loquor: ter acutum ſuſtulit enſem:
Ter male ſublato decidit enſe manus.
At rurſus monitis, iuſſuq; coacta parentis
Admoui iugulo tela paterna tuo:
Sed timor, & pietas crudelibus obſtitit auſis:
Caſtaq; mandatum dextra refugit opus.
Purpureos laniata ſinus, laniata capillos,
Exiguo dixi talia verba ſono:
Sæuus Hypermneſtra pater eſt tibi: iuſſa parentis
Effice: germanus ſit comes iſte ſuis.
Fœmina ſum, & virgo, natura mitis, & annis:
Non faciunt molles ad fera tela manus:
Quin age: dúmq; iacet fortes imitare ſorores:
Credibile eſt cæſos omnibus eſſe viros.
Si manus hæc aliquam poſſet committere cædem:
Morte foret dominæ ſanguinolenta ſuæ.
Quid meruere necem patruelia regna tenendo?
Quæ tamen externis danda forent generis.
Finge viros meruiſſe mori: quid fecimus ipſæ?
Quo mihi commiſſo non licet eſſe piam?
Quid mihi cum ferro? quid bellica tela puellæ?
Aptior eſt digitis lana, colusq; meis.
Hæc ego: dúmque queror, lacrymæ ſua verba ſequuntur:
Deq; meis oculis in tua membra cadunt:
Dum petis amplexus, ſopitaq; brachia iactas:
Pæne manus telo ſaucia facta tua eſt.
[2]Iámque patrem, famulóſque patris, lucémq; timebam,
Expulerant ſomnos hæc mea dicta tuos.
Surge age Belide de tot modo fratribus vnus:
Nox tibi, ni properes, iſta perennis erit.
Territus exurgis: fugit omnis inertia ſomni,
Aſpicis in timida fortia tela manu.
Quærenti cauſam, dum nox finit, effuge dixi.
Dum nox atra finit, tu fugis, ipſa moror.

1 al. In quibuſ. dederant.
2 al. dúmque.

Mane erat: & Danaus generos[1] in cæde iacentes
Dinumerat: ſummæ criminis vnus abes.
Fert male cognata iacturam mortis in vno:
Et queritur factum ſanguinis eſſe parum:
Abſtrahor à patriis manibus: raptamq; capillis
(Hæc meruit pietas præmia) carcer habet.
Scilicet ex illo Iunonia permanet ira:
Quo bos ex homine eſt, ex boue facta dea.
Ah ſatis eſt pœna teneram mugiſſe puellam:
Nec modo formoſam poſſe placere Ioui.
Aſſitit in ripa liquidi noua vacca parentis:
Cornuaque in patriis non ſua vidit aquis.
Et conata queri mugitus edidit ore:
Territaque eſt forma, territa voce ſua:
Quid fugis infelix? quid te miraris in vnda?
Quid numeras factos ad noua membra pedes?
Ipſa Iouis magni pellex metuenda ſorori
Fronde leuas nimium, ceſſpitibúſque famem.
Fonte bibis: ſpeculaſque tuam ſtupefacta figuram:
Et ne te feriant, quæ geris, arma times.
Quæque modo, vt poſſes etiam Ioue digna videri,
Dives eras: nuda nuda recumbis humo.
Per mare, per terras, cognataque flumina curris:
Dat mare, dant amnes, dat tibi terra viam.
Quæ tibi cauſa fugæ? quid Io freta longa per-erras?
Non poteris vultus effugere ipſa tuos.
Inachi quo properas? eadem ſequeriſq; fugiſque:
Tu tibi dux comiti: tu comes ipſa duci.
Per ſeptem Nilus portus emiſſus in æquor
Exuit inſanæ pellicis ora bouis:
Vltima quid referam, quorum mihi cana ſenectus
Auctor? dant anni quod querar ecce mei.
Bella pater, patruúſque gerunt: regnoque domoq;
Pellimur: iectas vltimus orbis habet.
Ille ferox ſolus ſolio, ſceptriſque potitur:
Cum ſene nos inopi turba vagamur inops.
De fratrum[2] populo pars exiguiſſima reſtat:
Quique dati leto, quæque dedere, fleo.
Nam mihi quot fratres, totidem periere ſorores:
Accipiat lacrymas vtraque turba meas.
En ego, quod viuis, pœna crucianda reſeruor:
Quid fiet ſonti, cum rea laudis agar?
Et conſanguineæ quondam centeſima turbæ
Infelix vno fratre manente cadam.
At tu, ſi qua piæ[3] remanet tibi cura ſororis,
Quæque tibi tribui munera digna habes:
Vel fer opem: vel dede neci: defunctaque vita
Corpora furtiuis inſuper adde rogis.
Et ſepeli lacrymis perfuſa fidelibus oſſa:
Scriptaque ſint titulo noſtra ſepulcra breui.
Exul Hypermneſtra, pretium pietatis iniquum,
Quam mortem fratri depulit ipſa: tulit.
Scribere plura libet: ſed pondere laſſa catenæ
Eſt manus: & vires ſubtrahit ipſe timor.

1 al. ex. 2 al. turba.
3 et ſi ita vet. nonnulli, præferendum tamen illud, quod quidam ſi qua piæ Lynceu tibi,

EPIST. XV.

PARIS HELENÆ.

Hanc tibi Priamides mitto Ledæa salutem:
Quæ tribui sola te mihi dante potest.
Eloquar? an flammæ non est opus indice notæ?
Et plus, quam vellem, iam meus extat amor.
Ille quidem lateat malim: dum tempora dentur
Lætitiæ mistos non habitura metus.
Sed male dissimulo: quis enim celauerit ignem,
Lumine qui semper proditur ipse suo?
Si tamen expectas, vocem quoque rebus vt addam:
Vror: habes animi nuncia verba mei.
Parce precor fasso: nec duro cætera vultu
Perlege: sed formæ conueniente tuæ.
Iamdudum gratum est, quod epistola nostra recepta est.
Spem facit, hoc recipi me quoque posse modo.
Quæ rata sit, nec te frustra promiserit opto,
Hoc mihi quæ suasit mater amoris iter.
Namque ego diuino monitu, ne nescia pecces,
Aduehor, & cœpto non leue numen adest.
Præmia magna quidem, sed non indebita posco,
Pollicita est thalamo te Cytherea meo.
Hac duce Sigæo dubias à littore feci
Longa Phereclea per freta puppe vias.
Illa dedit faciles auras, ventosque secundos:
In mare [1] *nimirum ius habet orta mari.*
Perstet, & vt pelagi, sic pectoris adiuuet æstus,
Deferat in portus & mea vota suos.
Attulimus flammas, non hic inuenimus illas,
Hæ mihi tam longæ causa fuere viæ.
Nam nec tristis hiēs, nec nos huc appulit error,
Tænaris est classi terra petita meæ.
Nec me crede fretum merces portante carina
[2] *Findere, quas habeo, Di tue antur opes.*
Nec veni Graias veluti spectator ad vrbes,
Oppida sunt regni diuitiora mei.
Te peto, quam pepigit lecto Venus aurea nostro,
Te prius optaui, quàm mihi nota fores.
Ante tuos animos vidi, quàm lumina, vultus,
Prima fuit vultus nuncia fama tui.
Nec tamen est mirum, [3] *si sicut oporteat, arcu*
Missilibus telis eminus ictus, amo.
Sic placuit fatis, quæ ne conuellere tentes,
Accipe cum vera dicta relata fide.
Matris adhuc vtero partu remorante tenebar,
Nam grauidus iusto pondere venter erat.
Illa sibi ingentem visa est sub imagi ne somni,
Flammiferam plenè reddere ventre facem.
Territa consurgit, metuendáque noctis opacæ
Visa sunt Priamo, vatibus ille refert.
Arsurum Paridis vates canit Ilion igni.
Pectoris vt nunc est, fax fuit illa mei.
Forma, vigorq; animi, quāuis de plebe videbar,
Indicium tectæ nobilitatis erat.

1 Sic in vet. sed & recte, *nil mirum.*
2 al. scindere. 3 Hoc carmen & sequent. alia 103. absunt à vet. lib.

Est locus in mediæ nemorosis vallibus Idæ
Deuius, & piceis, ilicibúsque frequens.
Qui nec ouis placidæ, nec amātis saxa capellæ,
Nec patulo tardæ carpitur ore bouis.
Hinc ego Dardaniæ muros, excelsaque tecta,
Et freta prospiciens arbore nixus eram.
Ecce pedum pulsu visa est mihi terra moueri:
Vera loquar, vero vix habitura fidem.
Constitit ante oculos actus velocibus alis
Atlantis magni, Pleïonésque nepos.
Fas vidisse fuit: fas sit mihi visa referre,
Inque Dei digitis aurea virga fuit.
Trésque simul diuæ, Venus & cū Pallade Iuno
Graminibus teneros imposuére pedes.
Obstupui, gelidúsque comas erexerat horror,
Cum mihi, Pone metum, nuncius ales ait.
Arbiter es formæ, certamina siste dearum,
Vincere quæ forma digna sit vna duas.
Néve recusarem verbis Iouis imperat, & se
Protinus ætheria tollit in astra via.
Mens mea conualuit, subitóque audacia venit:
Nec timui vultu quamque notare meo.
Vincere erant omnes dignæ, iudexque verebar
Non omnes causam vincere posse suam.
Sed tamen ex illis iā tunc magis vna placebat,
Hanc esse vt scires vnde mouetur amor.
Tantáque vincendi cura est, ingentibus ardent
Iudicium donis sollicitare meum.
Regna Iouis coniux, virtutem filia iactat,
Ipse potens dubito, fortis an esse velim.
Dulce Venus risit, nec te Pari munera tangant,
Vtraque suspensi plena timoris, ait.
Nos dabimus quod ames, & pulchræ filiā Ledæ
Ibit in amplexus pulchrior [1] *ipsa tuos.*
Dixit, & ex æquo donis, formáque probata
Victorem cælo rettulit illa pedem.
Interea (credo versis ad prospera fatis)
Regius agnoscor per rata signa puer.
Læta domus nato per tempora longa recepto,
[2] *Addit & ad festos hunc quoque Troia diem.*
Vtque ego te cupio, sic me cupiére puellæ,
Multarum votum sola tenere potes.
Nec tantum regum natæ petiere, ducúmque.
Sed nymphis etiam curáque, amórque fui.
At mihi cunctarum subeunt fastidia, postquam
Coniugij spes est Tyndari facta tui.
Te vigilans oculis, animo te nocte videbam,
Lumina cùm placido victa sopore iacent,
Quid facies præsens, qua nondū visa placebas?
Ardebam, quamuis hic procul ignis erat.
Nec potui debere mihi spem longius istam,
Cærulea peterem quin mea vota via.
Troïa cæduntur Phrygia pineta securi.
Quæque erat æquoreis vtilis arbor aquis.
Ardua proceris spoliantur Gargara siluis,
Innumerásque mihi longa dat Ida trabes.
Fundatura citas flectuntur robora naues,
Texitur & costis panda carina suis.
Addimus antennas, & vela sequentia malos:

1 al. illa. 2 al. Addidit.

Accipit

Accipit & pictos puppis adunca deos.
Qua tamẽ ipse vehor, comitata Cupidine paruo,
Sponsor coniugij stat dea picta[1] sui.
Imposita est facta postquã manus vltima classi:
Protinus Ægæis tre iubebar aquis.
Et pater, & genitrix inhibent mea vota rogãdo,
Propositumq; via voce morantur iter.
Et soror effusis vt erat Cassandra capillis,
Cum vellent nostra iam dare vela rates:
Quò ruis? exclamat: referes incendia tectum:
Quanta per has nescis flamma petatur aquas.
Vera fuit vates: dictos inuenimus ignes:
Et ferus in molli pectore flagrat amor.
Portubus egredior: ventisq; ferentibus vsus
Applicor in terras Oebali nympha tuas.
Excipit hospitio vir me tuus: hoc quoque factum
Non sine consilio, numinibusq; Deum.
Ille quidem ostendit, quicquid Lacedæmone tota
Ostendi dignum conspicuumq; fuit.
Sed mihi laudatam cupienti cernere formam,
Lumina, nil aliud, quo caperentur, erat.
Vt vidi, obstupui: præcordiaq; intima sensi
Attonitus curis intonuisse nouis.
His similes vultus, quãtum reminiscor, habebat,
Venit in arbitrium cùm Cytherea meum.
Si tu venisses pariter certamen in illud:
In dubium Veneris palma futura fuit.
Magna quidem de te rumor præconia fecit,
Nullaq; de facie nescia terra tua est.
Nec tibi[3] per vsquam Phrygiam nec solis ab ortu,
Inter formosas altera nomen habet.
Credis & hoc nobis? minor est tua gloria vero:
Famaq; de forma pæne maligna, tua est.
Plus hic inuenio, quod quam promi, erat illa:
Et tua materia gloria victa sua est.
Ergo arsit merito, qui nouerat omnia Theseus:
Et visa est tanto digna rapina viro:
More tua gentis nitida dum nuda palæstra
Ludis: & es nudis fœmina mista viris.
Quod rapuit, laudo: miror, quod reddidit vnquam:
Tam bona constanter præda tenenda fuit.
Ante recessisset caput hoc ceruice cruenta:
Quàm tu de thalamis abstraherere meis.
Tene manus vnquam nostra dimittere vellent?
Tene meo paterer viuus abire sinu?
Si reddenda fores: aliquid tamen ante tulissem:
Nec Venus ex toto nostra fuisset iners:
Vel tua virginitas esset libata, vel illud,
Quod poterat salua virginitate rapi.
Da modo te, qua sit Paridis constantia nosces:
Flamma rogi flammas finiet vna meas.
Præposui regnis ego te, qua maxima quondam
Pollicita est nobis nupta, sororq; Iouis.
Dumq; tuo possem circumdare brachia collo,
Contempta est virtus Pallade dante mihi.
Cum Venus, & Iuno, Pallasq; in vallibus Idæ
Corpora iudicio supposuere meo.
Nec piget, aut vnquam stulte elegisse videbor,
Permanet in voto mens mea firma suo.
Spem modo ne nostram fieri putiore caducam
Deprecor, ó tanto digna labore peti!
Non ego coniugium generosæ degener opto,
Nec mea (crede mihi) turpiter vxor eris.
Pleiada, si quaras in nostra gente, Iouemq;
Inuenies, medios vt taceamus auos.
Sceptra parens Asiæ, qua nulla beatior ora est,
Finibus immensis vix obeunda tenet.
Innumeras vrbes, atque aurea tecta videbis,
Quæq; suos dicas templa decere deos.
Ilion aspicies, firmataq; turribus altis
Mœnia Phœbæa structa canore lyræ.
Quid tibi de turba narrem, numeroq; virorum?
Vix populum tellus sustinet illa suum.
Occurrent denso tibi Troades agmine matres,
Nec capient Phrygias atria nostra nurus.
O quoties dices, quam pauper Achaia nostra est.
Vna domus quotiis vrbis habebit opes.
Nec mihi fas fuerit Sparten contemnere vestrã,
In qua tu nata es, terra beata mihi est.
Parca sed est Sparte, tu cultu diuite digna,
Ad talem formam non facit iste locus.
Hanc faciem largis sine fine paratibus vti,
Delicijsq; decet luxuriare nouis.
Cum videas cultus nostra de gente virorum,
Quales Dardanias credis habere nurus?
Da modo te facilem, nec dedignare maritum
Rure[1] Therapnæo nata puella Phrygem.
Phryx erat, & nostro genitus de sanguine, qui nũc
Cum dis potandas nectare miscet aquas.
Phryx erat Auroræ coniux, tamen abstulit illum
Extremum noctis quæ dea finit iter.
Phryx etiam Anchises, volucrum cui mater amorum
Gaudet in Idæis concubuisse iugis.
Nec puto collatis forma Menelaus, & armis
Iudice te nobis anteferendus erit.
Non dabimus certè socerum tibi clara fugantem
Lumina, qui trepidos à dape vertat equos.
Nec Priamo pater est soceri de cæde cruentus,
Et qui Myrteas crimine signet aquas.
Nec proauo Stygia nostro captantur in vnda
Poma, nec in mediis quæritur humor aquis.
Quid tamen hoc refert? si te tenet ortus ab illis,
Cogitur huic dom ui Iupiter esse socer.
Heu facinus, totis indignus noctibus ille
Te tenet, amplexu perfruiturq; tuo?
At mihi conspiceris posita vix denique mensa,
Multaq;, quæ lædant, hoc quoque tempus habet.
Hostibus eueniant conuiuia talia nostris,
Experior posito qualia sæpe mero.
Pœnitet hospitij, cum me spectante lacertos
Imponit collo rusticus ille tuo.
Rumpor, & inuideo (quid nunc tamen omnia narrem?)

1 al. credo leg. *tui*. 2 al. In dubio.
3 Rectiùs for. *par vsquam Phrygia*.
1 al. Theramnæo.

Membra superiecta cum tua veste fouet.
Oscula cùm vero coram non dura daretis,
Ante oculos posui pocula sumpta meos.
Lumina demitto, cum te tenet arctius ille,
Crescit & inuito lentus in ore cibus.
Sæpe dedi gemitus, & te lasciua notaui
In gemitu risum non tenuisse meo.
Sæpe [1] mero volui flammam compescere, at illa
Creuit, & ebrietas ignis in igne fuit.
Multáque ne videam, versa cervice recumbo,
Sed reuocas oculos protinus ipsa meos.
Quid faciam dubito, dolor est meus illa videre,
Sed dolor à facie maior abesse tua est.
Qua licet, & possum, lector celare furorem,
Sed tamen apparet dissimulatus amor.
Nec tibi verba damus, sentis mea vulnera, sentis,
Atque vtinam soli sint ea nota tibi.
Ah quoties lacrymis venientibus ora reflexi,
Ne causam fletus quæreret illa mei.
Ah quoties aliquem narraui potus amorem,
Ad vultus referens singula verba tuos:
Indiciumq́; mei ficto sub nomine feci:
Ille ego, si nescis, verus amator eram.
Quinetiam, vt possem verbis [2] petulantibus vti:
Non semel ebrietas est simulata mihi.
Prodita sunt (memini) tunica tua pectora laxa:
Atque oculis aditum nuda dedere meis:
Pectora vel puris niuibus, vel lacte, tuamq́;
Complexo matrem candidiora Ioue.
Dum stupeo visis (nam pocula forte tenebam)
Tortilis à digitis excidit ansa meis.
Oscula si nata dederas: ego protinus illa
Hermiones tenero lætus ab ore tuli.
Et modò cantabam veteres resupinus amores,
Et modo per nutum signa tegenda dabam.
Et comitũ primas Clymenenq́;, Æthramq́; tuarum
Ausus sum blandis nuper adire sonis.
Quæ mihi [3] nil aliud, quàm formidare, locutæ,
Orantis medias deseruere preces.
Di facerent pretium magni certaminis esses:
Teq́; suo posset victor habere toro.
Vt tulit Hippomenes Schœneida præmia cursus:
Venit vt in Phrygios Hippodameia sinus.
Vt ferus Alcides Acheloia cornua fregit.
Dum petit amplexus Deianeira tuos.
Nostra per has leges audacia fortiter isset:
Teq́; mei scires esse laboris opus.
Nunc mihi nil superest, nisi te formosa precari:
Amplectiq́; tuos, si patiare, pedes.
O decus, ô præsens geminorum gloria fratrum!
O Ioue digna viro, ni Ioue nata fores.
Aut ego Sigæos repetam te coniuge portus:
Aut hic Tænaria contegar exul humo.
[4] Non mea sunt summa leuiter districta sagitta
Pectora: descendit vulnus ad ossa meum.
Hoc mihi (nam repetò) fore vt à cæleste sagitta
Figar, erat verax vaticinata soror.

1 al. meam. 2 al. petulantius. 3 al. non. 4 al. Nec.

Parce datum fatis Helena contemnere amorem:
Sic habeas faciles in tua vota deos.
Multa quidem subeunt: sed coram vt plura loquamur,
Excipe me lecto nocte silente tuo.
An pudet? [1] an metuis Venerẽ temerare maritã
Castaq́; legitimi fallere iura tori?
Ah nimium simplex Helene, ne rustica dicam,
Hanc faciem culpa posse carere putas?
Aut faciem mutes, aut sis non dura, necesse est:
Lis est cum forma magna pudicitia.
Iupiter his gaudet: gaudet Venus aurea furtis,
Hæc tibi nempe patrem furta dedere Iouem.
Vix fieri, si sint vires in semine amorum,
Et Iouis & Ledæ filia, casta potes.
Casta tamen tum sis, cum te mea Troia tenebit,
Et tua sim quæso crimina solus ego.
Nunc ea peccemus, quæ corriget hora iugalis,
Si modo promisit non mihi vana Venus.
Sed tibi & hoc suadet, rebus, non voce, maritus.
Neue sui furtis hospitis obstet abest.
Non habuit tempus, quo Cressia regna videret
Aptius, ô mira calliditate virum!
Exit, & Idæi mando tibi, dixit iturus,
Curam pro nobis hospitis vxor agas.
Negligis absentis (testor) mandata mariti,
Cura tibi non est hospitis vlla tui.
Hunccine tu speras hominem sine pectore, dotes
Posse satis formæ Tyndari posse tuæ?
Falleris, ignorat, nam si bona magna putaret
Quæ tenet, externo crederet illa viro?
Vt te nec mea vox, nec te meus incitet ardor,
Cogimur ipsius commoditate frui.
Aut erimus stulti sic, vt superemus & ipsum,
Si tam securum tempus abibit iners.
Pene suis manibus ad te deduxit amantem,
Vtere mandantis simplicitate viri.
Sola iaces viduo tam longa nocte cubili,
In viduo iaceo solus & ipse toro.
Te mihi, meq́; tibi communia gaudia iungant.
Candidior medio nox erit illa die.
Tunc ego iurabo quæuis tibi numina, meq́;
Astringam verbis in sacra iura meis.
Tunc ego, si non est fallax fiducia nostri,
Efficiam præsens vt mea regna petas.
Si pudet, aut metuis, ne me videare secuta,
Ipse reus sine te criminis huius ero.
Num sequar Ægidæ factum, fratrumq́; tuorum.
Exemplo tangi non propiore potes.
Te rapuit Theseus, geminas Leucippidas illi,
Quartus in exemplis annumerabor ego.
Troica classis adest armis instructa, virisq́;
Iam facient celeres remus & aura vias.
Ibis Dardanias inguis regina per vrbes,
Teq́; nouam credet vulgus adesse deam.
Quaq́; feres gressus, adolebunt cinnama flammæ,
Cæsaq́; sanguineam victima planget humum.
Dona pater, fratresq́;, & tum genitrice sorores,
Iliadesq́; omnes, totaq́; Troia dabit.

1 al. &.

Hei mihi vix à me pars dicitur vlla futuri,
Plura feres, quàm quæ littera nostra refert.
Nec tu rapta time, ne nos fera bella sequantur,
Concitet & vires Græcia magna suas.
Tot prius abductis, ecquæ est repetita per arma?
Crede mihi, vanos res habet ista metus.
Nomine ceperunt Aquilonis Erechthida Thraces,
1 Et tuta à bello Bistonis ora fuit.
Phasida puppe noua vexit Pagasæus Iason,
Læsa nec est Colcha Thessala terra manu.
Te quoque qui rapuit, rapuit Minoida Theseus,
Nulla tamen Minos Cretas ad arma vocat.
Terror in his ipso maior solet esse periclo,
Quæque timere libet, pertimuisse pudet.
Finge tamen, si vis, ingens consurgere bellum,
Et mihi sunt vires, & mea tela nocent.
Nec minor est Asiæ, quàm vestræ copia terræ:
Illa viris diues, diues abundat equis.
Nec plus Atrides animi Menelaus habebit.
Quàm Paris: aut armis anteferendus erit.
Pene puer cæsis abducta armenta recepi
Hostibus: & causam nominis inde tuli.
Pene puer iuuenes vario certamine vici:
In quibus Ilioneus, Deiphobusque fuit.
Néve putes, non me nisi comminus esse timendũ:
Figitur in iusso nostra sagitta loco.
Non potes hæc illi primæ dare facta iuuentæ:
Instruere Atriden non potes arte mea.
Omnia si dederis: numquã dubis Hectora fratrẽ:
Vnus is innumeri militis instar erit.
Quid valeam, nescis: & te mea robora fallunt:
Ignoras cui sis nupta futura viro.
Aut igitur nullo belli repetère tumultu:
Aut cedent Marti Dorica castra meo.
Nec tamen indigner pro tanta sumere bellum
Coniuge: certamen præmia magna mouent.
Tu quoque, si totus de te contenderit orbis:
Nomen ab æterna posteritate feres.
Spe modo non timida, dis hanc egressa secundis,
Exige cum plena munera pacta fide.

EPIST. VI.
HELENA PARIDI.

NVnc oculos tua cum violarit epistola nostros:
Non rescribendi glora visa leuis.
Ausus es hospitij temeratis aduena sacris,
Legitimam nuptæ sollicitare fidem?
Scilicet idcirco ventosa per æquora vectum
Excepit portu Tænaris ora suo?
Nec tibi, diuersa quamuis à gente venires,
Oppositas habuit regia nostra fores?
Esset vt 2 officij merces iniuria tanti?
Qui sic intrabas, hospes, an hostis eras?
Nec dubito, quin hæc cum sit tam iusta, vocetur
Rustica iudicio nostra querela tuo.
Rustica sim sane: dum non oblita pudoris:
Dumque tenor vitæ sit sine labe meæ.
Si non est ficto tristis mihi vultus in ore:
Nec sedeo duris torua supercilijs.
Fama tamen clara est: & adhuc sine crimine lusi:
Et laudem de me nullus adulter habet.
Quo magis admiror: quæ sit fiducia cœpto:
Spemque tori dederit quæ tibi causa mei:
An quia vim nobis Neptunius 1 intulit heros:
Rapta semel videor bis quoque digna rapi?
Crimen erat nostrum, si delinita fuissem:
Cum sint rapta, meum quid nisi nolle fuit?
Non tamen è facto fructum tulit ille petitum:
Excepto redij passa timore nihil.
Oscula luctanti tantummodo pauca proteruus
Abstulit: vlterius nil habet ille mei.
Quæ tua nequitia est, non his contenta fuisset:
Di melius: similis non fuit ille tui.
Reddidit intactam: minuitque modestia crimen:
Et iuuenem facti pœnituisse patet.
Thesea pœnituit: Paris vt succederet illi:
Ne quando nomen non sit in ore meum.
2 Nec tamen irascor: quis enim succenset amanti?
Si modo quem præfers, non simulatur amor.
Hoc quoque enim dubito: non quod fiducia desit,
Aut mea sit facies non bene nota mihi:
Sed quia credulitas damno solet esse puellis:
Verbáque dicuntur vestra carere fide.
At peccant aliæ: matronáque rara pudica est:
Quis prohibet raris nomen inesse meum?
Nam mea quod visa est tibi mater idonea: cuius
Exemplo flecti me quoque posse putes:
Matris in admisso falsa sub imagine lusæ
Error inest: pluma tectus adulter erat.
Nil ego, si peccem, possum nescisse: nec vllus
Error, qui facti crimen obumbret, erit.
Illa bene errauit, vitiumq; auctore 3 redemit.
Felix in culpa quo Ioue dicar ego?
Et genus, & proauos, & regia nomina iactas:
Clara domus satis hæc nobilitate sua est.
Iupiter vt soceri proauus taceatur, & omne
Tantalidæ Pelopis, Tyndareique genus:
Dat mihi Leda Iouem cycno decepta parentem,
Quæ falsam gremio credula fouit auem.
I nunc, & Phrygiæ latè primordia gentis,
Cúmque suo Priamo Laomedonta refer.
Quos ego suspicio: sed, qui tibi gloria magna est:
Quintus, is à nostro sanguine primus erit.
Sceptra tua quamuis rear esse potentia Troiæ:
Non tamen hæc illis esse minora puto.
Si iam diuitiis locus hic, numeróque virorum
Vincitur: at certè barbara terra tua est.
Munera tanta quidem promittit epistola diues:
Vt possint ipsas illa mouere deas.
Sed si iam vellem fines transire pudoris:
Tu maior culpæ causa futurus eras.

1 In nonnullis, attulit. 2 al. Non.
3 al. redeunt.

Aut ego perpetuo famam sine labe tenebo:
Aut ego te potius, quàm tua dona sequar.
Vtq; ea non spernas: sic acceptissima semper
Munera sunt, auctor quæ pretiosa facit.
Plus multo est, quod amas, quod sum tibi causa laboris:
Quod tam per longas spes tua venit aquas.
Illa quoque, apposita quæ nunc facis improbe mensa?
Quamuis experiar, dissimulare volo.
Tu modò me spectas oculis lasciue proteruis:
Quos vix instantes lumina nostra ferunt.
Et modò suspiras: modò pocula proxima nobis
Sumis: quaq; bibi, tu quoque parte bibis.
Ah quoties digitis, quoties ego tecta notaui
Signa supercilio pene loquente dari.
Et sæpe extimui, ne vir meus illa videret,
Non satis occultis erubuique notis.
Sæpe vel exiguo vel longo murmure dixi:
Nil pudet hunc: nec vox hæc mea falsa fuit.
Orbe quoque in mensa legi sub nomine nostro,
Quod deducta mero littera fecit, amo.
Credere me tamen hoc, oculo renuente negaui:
Heu mihi, iam didici, sic quoque posse loqui.
Hæ ego blanditiis, si peccatura fuissem,
Flecterer: his poterant pectora nostra capi.
Est quoque (confiteor) facies tibi rara, potéstque
Velle sub amplexus ire puella tuos.
Altera sed potius fœlix sine crimine fiat,
Quàm cadat [1] externo noster amore pudor.
Disce meo exemplo formosis posse carere:
Est virtus placitis abstinuisse bonis.
Quam multos credis iuuenes optasse quod optas?
Qui sapiant oculos an Paris vnus habes?
Non tu plus cernis, sed plus temerarius audes.
Nec tibi plus cordis, sed minus oris adest.
Tunc ego te vellem celeri venisse carina,
Cùm mea virginitas mille petita procis.
Si te vidissem primus de mille fuisses:
Iudicio veniam vir dabit ipse meo.
Ad possessa venis, præreptáque gaudia serus,
Spes tua lenta fuit, quod petis alter habet.
Vt tamen optarem fieri tua Troica coniux,
Inuitam sic me non Menelaus habet.
Desine molle precor verbis conuellere pectus,
Néue mihi, quam te dicis amare, noce.
Sed sine quam tribuit sortem fortuna, tueri,
Nec spolium nostri turpe pudoris habe.
At Venus hoc pacta est, & in altæ vallibus Idæ
Tres tibi se nudas exhibuere deæ.
Vnáque cùm regnum, belli daret altera laudem,
Tyndaridis coniux, tertia dixit, eris.
Credere vix equidem cælestia numina possum
Arbitrio formam suppossuisse tuo.
Vtq; sit hoc verum, certè pars altera ficta est.
Iudicij pretium qua data dicar ego.
Non est tanta mei fiducia corporis, vt me
Maxima, teste dea, dona fuisse putem.
Contenta est oculis, hominũ mea forma probari

[1] al. extremo.

Laudatrix Venus est [1] inuidiosa mihi.
Sed nihil infirmo, faueo quoque laudibus istis,
Nam mea vox quare, quod cupit, esse neget?
Nec tu succense nimium mihi creditus ægrè,
Tarda solet magnis rebus inesse fides:
Prima mea est igitur Veneri placuisse voluptas,
Proxima, me visam præmia summa tibi.
Nec te Palladios, nec te Iunonis honores
Auditis Helenes præposuisse bonis.
Ergo ego sum virtus, ego sum tibi nobile regnum.
Ferrea [2] sum, si non hoc ego pectus amem.
Ferrea crede mihi non sum, sed amare recuso
Illum, quem fieri vix puto posse meum.
Quid bibulum curuo proscindere littus aratro,
Spémque sequi coner, quam locus ipse negat?
Sum rudis ad Veneris furtum, nullaq; fidelem
(Di mihi sunt testes) lusimus arte virum.
Nunc quoque, quod tacito mando mea verba libello,
Fungitur officio littera nostra nouo.
Felices, quibus vsus adest, ego nescia rerum
Difficilem culpæ suspicor esse viam.
Ipse malo metus est. iam nunc confundor, & omnes
In nostris oculos vultibus esse reor.
Nec reor hoc falso, sensi mala murmura vulgi,
Et quasdam voces rettulit Æthra mihi.
At tu dissimula: nisi si desistere mauis.
Sed cur desistas? dissimulare [3] potes.
Lude, sed occultè: maior, non maxima nobis
Est data libertas, quod Menelaus abest.
Ille quidem procul est, ita re cogente profectus:
Magna fuit subitæ, iustáque causa viæ.
At mihi sic iussum est. ego, cùm dubitaret, an iret,
Quamprimùm dixi, fac rediturus eas.
Omine latatus dedit oscula, réque, domúsque,
Et tibi sit curæ Troius hospes, ait.
Vix tenui risum, quem dum compescere luctor:
Nil illi potui dicere, præter, erit.
Vela quidem Creten ventis dedit ille secundis:
Sed tu non ideo cuncta licere puta.
Sic meus hic vir abest, vt me custodiat absens:
An nescis longas regibus esse manus?
Fama quoque est oneri, nam quo constantius ore
Laudamur vestro, iustius ille timet.
Quæ iuuat, vt nunc est, eadem mihi gloria damno est,
Et melius famæ verba dedisse fuit.
Nec, quod abest, hic me tecum mirare relicta,
Moribus, & vitæ credidit ille meæ.
De facie metuit, vitæ confidit, & illum
Securum pronitas, forma timere facit.
Tempora ne pereant vltro data præcipis, vtque
Simplicis vtamur commoditate viri.
Et libet, & timeo, nec adhuc exacta voluntas
Est satis, in dubio pectora nostra labant.
Et vir abest nobis, & tu sine coniuge dormis,
Inque vicem tua me te mea forma capit.

[1] al. insidiosa. [2] al. sim. [3] al. licet.

Et

Et longæ noctes, & iam sermone coimus,
Et tu (me miseram) blandus, & vna domus.
Et peream, si non inuitent omnia culpam,
Nescia quo tardor sed tamen ipsa metu.
Quod male persuades, vtinam bene cogere posses,
Sic mea rusticitas excutienda foret.
Vtilis interdum est ipsis iniuria passis,
Sic certè felix ipsa coacta forem.
Dum nouus est, cœpto potius pugnemus amori,
Flamma recens parua sparsa resedit aqua.
Certus in hospitibus non est amor, errat, vt ipsi,
Cumq; nihil speres firmius esse, fugit.
Hypsipyle testis, testis Minoia virgo est,
In non exhibitis vtraque iuncta toris.
Tu quoque dilectam multos infide per annos
Diceris Oenonen deseruisse tuam.
Nec tamen ipse negas, & nobis omnia de te
Quærere, si nescis, maxima cura fuit.
Adde, quod vt cupias constans in amore manere,
Non potes: expedient iam tua vela Phryges.
Dum loqueris mecum, dū nox sperata paratur,
Qui ferat in patriam iam tibi ventus erit.
Cursibus in mediis nouitatis plena relinques
Gaudia, cum ventis noster abibit amor.
An sequar vt suades, laudataq; Pergama visā?
Pronurus & magni Laomedontis ero?
Non ita contemno volucris præconia famæ,
Vt probris terras impleat illa meis.
Quid de me poterit Sparte? quid Achaia tota?
Quid gentes Asiæ, quid tua Troia loqui?
Quid Priamus de me? Priami quid sentiet vxor?
Totq; tui fratres, Dardaniæq; nurus?
Tu quoque, qui poteris fore me sperare fidelem?
Et non exemplis anxius esse tuis?
Quicunque Iliacos intrauerit aduena portus,
Is tibi solliciti causa timoris erit.
Ipse mihi quoties iratus, adultera, dices,
Oblitus nostro crimen inesse tuum?
Delicti fies idem reprensor & auctor:
Terra precor vultus obruat ante meos.
At fruar Iliacis opibus, cultuq; beato,
Donaq; promissis vberiora feram.
Purpura nēpe mihi, pretiosaq; texta dabuntur,
Congestoq; auri pondere diues ero.
Da veniam fassæ, non sunt tua munera tanti:
Nescio quo tellus me tenet ista modo.
Quis mihi, si lædar, Phrygijs succurret in oris?
Vnde petam fratris? vnde parentis opem?
Omnia Medeæ fallax promisit Iason:
Pulsa est Æsonia non minus illa domo.
Non erat Æetes, ad quem despecta [1] rediret:
Non Ipsea parens, Chalciopeq; soror.
Tale nihil timeo: sed nec Medea timebat,
Fallitur augurio spes bona sæpe suo.
Omnibus inuenies, quæ nunc iactantur in alto,
Nauibus in portu lene fuisse fretum.
Fax quoq; me terret, quā se peperisse cruentam
Ante diem partus est tua visa parens.
Et vatum timeo monitus, quos igne Pelasgo
Ilion arsurum præmonuisse ferunt.
Vtq; fauet Cytherea tibi, quia vicit, habetq;
Parta per arbitrium bina trophæa tuum.
Sic illas timeo, quæ si tua gloria vera est,
Iudice te causſam non tenuere duæ.
Nec dubito, quin, te si persequar, arma parentur,
Ibit per gladios (hei mihi) noster amor.
An fera Centauris indicere bella coëgit
Athracus Æmonios Hippodameia viros,
Tu fore tam lentum iusta Menelaon in ira,
Et geminos fratres, Tyndareumq; putas?
Quod bene te iactes, & fortia facta loquaris,
A verbis facies dissidet ista tuis.
Apta magis Veneri, quàm sunt tua corpora Marti:
Bella gerant fortes, tu Pari semper ama.
Hectora, quem laudas, pro te pugnare iubeto:
Militia est operis altera digna tuis.
His ego, si saperem, paulóq; audacior essem,
Vterer: vtetur, si qua puella sapit.
Aut ego depositō faciam fortasse [1] pudore:
Et dabo conuictas tempore victa manus.
Quod petis, vt furtim præsentes ista loquamur,
Scimus quid captes, colloquiumq; voces.
Sed nimium properas: & adhuc tua messis in herba est,
Hæc mora [2] sit voto forsan amica tuo.
Hactenus arcanum furtiuæ conscia mentis
Littera iam lasso pollice sistat opus.
Cætera per socias Clymenē, Ætramq; loquamur:
Quæ mihi sunt comites, consiliumq; duæ.

EPIST. XVII.

LEANDER HERONI.

Mittit Abydenus, quam mallet ferre, salutem,
Si cadat ira maris, Sesta puella, tibi.
Si mihi di faciles, & sunt in amore secundi:
Inuitis oculis hæc mea verba leges.
Sed non sunt faciles: nam cur mea vota morantur?
Currere me nota non patiuntur aqua.
Ipsa vides cælum pice nigrius: & freta ventis
Turbida, perq; cauas vix adeunda rates.
Vnus, & hic audax, à quo tibi littera nostra
Redditur, à portu nauita [3] fecit iter.
Ascensurus eram, nisi quod dum vincula prora
Solueret, in speculis omnis Abydos erat.
Non poteram celare meos, velut ante, parentes:
Quemq; tegi volumus, non latuisset amor.
Protinus hæc scribens, felix i, litera, dixi:
Iam tibi formosam porrigit illa manum.
Forsitan admotis etiam tangere labellis,
Rumpere dum niueo vincula dente volet.
Talibus exiguo dictis mihi murmure verbis,
Cætera cum charta dextra locuta mea est.
Ah quanto mallem, quàm scriberet, illa nataret:

a al. veniret.

1 al. In quibus d. *timore*. 2 al. *fit*.
3 al. *mouit*.

Meq; per assuetas sedula ferret aquas.
Aptior illa quidem placido dare verbera ponto:
Est tamen & sensus apta ministra mei.
Septima nox agitur, spatium mihi longius anno
Sollicitum raucis vt mare feruet aquis.
His ego si vidi mulcentem pectora somnum
Noctibus: insani sit mora longa freti.
Rupe sedens aliqua specto tua littora tristis,
Et quo non possum corpore, mente feror.
Lumina quinetiam summa vigilantia turre,
Aut videt, aut acies nostra videre putat.
Ter mihi deposita est in sicca vestis arena,
Ter graue tentaui carpere nudus iter.
Obstitit in cœptis tumidum iuuenilibus æquor,
Mersit & aduersis ora natantis aquis.
At tu de rapidis immansuetissime ventis
Quid mecum certa prælia mente geris?
In me, si nescis Borea, [1] non æquora, sæuis:
Quid faceres, esset ni tibi notus amor?
Tum gelidus cum sis, non te tamen improbe quondam
Ignibus Actæis incaluisse [2] neges.
Gaudia rapturo siquis tibi claudere vellet
Aerios aditus, quo paterere modo?
Parce precor, facilémque move moderantius auram:
Imperet Hippotades, sic tibi triste nihil.
Vana peto, precibusq; meis obmurmurat ipse:
Quaque quatit, nulla parte coercet aquas.
Nunc daret audaces vtinam mihi Dædalus alas:
Icarium quamuis hic propè littus adest.
Quicquid erit, patiar: liceat modo corpus in auras
Tollere, quod dubia sæpe pependit aqua.
Interea dum cuncta negant ventiq; fretumq;:
Mente agito furti tempora prima mei.
Nox erat incipiens (namque est meminisse voluptas)
Cum foribus patriis egrediebar amans.
Nec mora, deposito pariter cum veste timore,
Iactabam liquido brachia lenta mari.
Luna mihi tremulum lumen præbebat eunti,
Vt comes in nostras officiosa vias.
Hanc ego suspiciens, faueas ô candida dixi,
Et subeant animo Latmia saxa tuo.
Non sinit Endymion te pectoris esse seueri:
Flecte precor vultus ad mea furta tuos.
Tu dea mortalem cœlo delapsa petebas,
(Vera loqui liceat) quã sequor, ipsa dea est.
Neu referam mores cœlesti pectore dignos,
Forma nisi in veras non cadit illa deas.
A Veneris facie non est prior vlla, tuaq;,
Neve meis credas vocibus, ipsa vide.
[3] Quantum, cum radiis fulges argentea puris:
Concedunt flammis sidera cuncta tuis,
Tanto formosis formosior omnibus illa est,
Si dubitas, cæcum Cynthia lumen habes.
Hæc ego, vel certè non his diuersa locutus,
Per mihi cedentes nocte ferebar aquas.

1 al. nec. 2 al. negas: 3 al. Quanto.

Vnda repercussa radiabat imagine Lunæ:
Et nitor in tacita nocte diurnus erat.
Nullaque vox vnquam nostras veniebat ad aures,
Præter dimotæ corpore murmur aquæ.
Halcyones solæ memores Caycis amati,
Nescio quid visæ sunt mihi dulce queri.
Iamq; fatigatis humero sub vtroque lacertis,
Fortiter in summas erigor altus aquas.
Vt procul aspexi lumen: meus ignis in illo est.
Illa meum dixi littora [1] lumen habent.
Et subitò lassis vires rediere lacertis:
Visaque, quàm fuerat, mollior vnda mihi.
Frigora ne possim geluli sentire profundi,
Qui calet in cupido pectore, præstat amor.
Quò magis accedo propioraq; littora fiunt,
Quoque minus restat, plus libet ire mihi.
Cùm verò possum cerni quoque, protinus addit
Spectatrix animos, vt valeamq; facis.
Tunc etiam nando dominæ placuisse laboro,
Atque oculis iacto brachia nostra tuis.
Te tua vix prohibet nutrix descendere in altũ:
Hoc quoque [2] enim vidi, nec mihi verba dabas.
Nec tamen effecit, quamuis retinebat euntem:
Ne fieret prima pes tuus vdus aqua.
Excipis amplexu feliciaq; oscula iungis:
Oscula Dis magnis trans mare digna peti.
Deq; tuis demptos humeris mihi tradis amictus:
Et madidam siccas æquoris imbre comam.
Cætera nox, & nos, & turris conscia nouit:
Quodq; mihi monstrat per vada lumen iter.
Non magis illius numerari gaudia noctis,
Hellespontiaci quàm maris alga potest.
Quo breuius spatium nobis ad furta dabatur,
Hoc magis est cautum, ne foret illud iners.
Iamq; fugatura Tithoni coniuge noctem.
Præuius auroræ lucifer ortus erat.
Oscula congerimus properata sine ordine raptim,
Et querimur paruas noctibus esse moras.
Atque ita [3] contactus monitu nutricis amaro,
Frigida deserta littora turre peto.
Digredimur flentes, repetoq; ego virginis æquor,
Respiciens dominam, dum licet, vsque meam.
Si qua fides vero est, veniens huc, esse natator:
Cùm redeo, videor naufragus esse mihi.
Hoc quoque si credis, ad te via prona videtur:
A te cùm redeo, cliuus inertis aquæ.
Inuitus patriam repeto, quis credere posset?
Inuitus certè nunc moror vrbe mea.
Hei mihi, cur animis iuncti secernimur vndis?
Vnaq; mens, tellus non habet vna duos?
Vel tua me Sestos, vel te mea sumat Abydos:
Tam tua terra mihi, quàm tibi nostra placet.
Cur ego confundor, quoties confunditur æquor?
Cur mihi causa leuis, ventus obesse potest?
Iam nostros curui norunt delphines amores.
Ignotum nec me piscibus esse reor.
Iam patet attritus solitarum limes aquarum,
Non aliter, multa quàm via pressa rota.

1 al. numen. 2 al. etenim. 3 al. cunctatus.

Quod

Quod mihi non esset nisi sic iterare, querebar:
At nunc per ventos id quoque deesse, queror.
Fluctibus immodicis Athamantidos æquora canent:
Vixq; manet portu tuta carina suo.
Hoc mare, cùm primum de virgine nomina mersa
Quæ tenet, est nactum: tale fuisse puto.
Est satis amissa locus hic infamis ab Helle:
Vtq; mihi parcat, nomine crimen habet.
Inuideo Phryxo: quem per freta tristia tutum
Aurea lanigero vellere vexit ouis.
Nec tamen officium pecoris, nauisq; requiro:
Dummodo, quas findam corpore dentur aquæ.
Arte ego nulla, fiat modo copia nandi:
Idem nauigium, nauita, vector ero.
Nec sequar, aut Helicen, aut qua Tyrius vtitur, Arcton:
Publica non curat sidera noster amor.
Andromeden alius spectet, claramq; Coronam:
Quæque micat gelido Parrhasis vrsa polo.
At mihi quod Perseus, & cũ Ioue Liber amarunt,
Inditium dubiæ non placet esse viæ.
Est aliud 1 lumen multo mihi certius istis:
Non erit in tenebris, quo duce, noster amor.
Hoc ego dum spectẽ: Colchos, atque vltima ponti,
Quaq; viam fecit Thessala puppis, eam:
Et iuuenem possim superare Palæmona nando:
Miraq; quem subitò reddidit herba deum.
Sæpe per assiduos languent mea brachia motus:
Vixq; per immensas fessa trahuntur aquas.
His ego cùm dixi: pretium non vile laboris
Iam dominæ vobis colla tenenda dabo:
Protinus illa valent, atq; ad sua præmia tendunt
Vt celer Eleo carcere missus equus.
Ipse meos igitur seruo, quibus vror, amores:
Teq; magis cælo digna puella sequor.
Digna quidem cælo sed adhuc tellure morare:
Aut dic ad superos hinc mihi qua sit iter.
Hic es, & exiguum misero contingis amanti:
Cumq; mea fiunt turbida mente freta.
Quid mihi, quod lato non separor æquore, prodest?
Non minus hæc nobis tam breuis obstat aqua.
Num malim dubito, toto procul orbe remotus
Cum domina longè spem quoq; habere meam?
Quo propius nunc es, flamma propiore calesco:
Et res non semper, spes mihi semper, adest.
Penè manu, quod amo, tanta est vicinia, tango:
Sæpe sed (heu) lacrymas hoc mihi penè mouet.
Velle quid est aliud fugientia prendere poma?
Spemq; suo refugi fluminis ore sequi?
Ergo ego te nunquã, nisi cum volet vnda, tenebo?
Et me felicem nulla videbit hyems?
Cumq; minus firmũ nil sit, quã ventus, & vnda:
In ventis, & aqua spes mea semper erit?
Æstus adhuc tamen est: quid cum mihi læserit æquor
Pleias, & Arctophylax, Oleniumq; pecus?
Aut ego non noui, quam sim temerarius: aut me
In freta non cautus tunc quoq; mittet amor.

1 al. numen.

Néue putes id me, quod abest, promittere tempus:
Pignora polliciti non tibi tarda dabo:
Sit tumidum paucis etiam nunc noctibus æquor:
Ire per inuitas experiemur aquas.
Aut mihi continget felix audacia saluo:
Aut mors solliciti finis amoris erit.
Optabo tamen vt partes expellar in illas:
Et teneant portus naufraga membra tuos.
Flebis enim: tactuq; meum dignabere corpus:
Et mortis dices huic ego causa fui.
Scilicet interitus offenderis omine nostri;
Litteraq; inuisa est hac mea parte tibi.
Desine parte queri: sed vt & mare siniat iram:
Accedant quæso fac tua vota meis.
Pace breui nobis opus est; dum 1 transferor istuc:
Cùm tua contigero littora, perstet hyems.
Illic est aptum nostræ nauale carinæ:
Et melius nulla stat mea puppis aqua.
Illic me claudat Boreas, vbi dulce morari est:
Tunc piger ad nandum, tunc ego cautus ero.
Nec faciam surdis conuicia fluctibus vlla:
Triste natauro, nec querar esse fretum.
Me pariter venti teneant, teneriq; lacerti:
Per causas istic impediarque duas.
Cùm patietur hyems: remis ego corporis vtar:
Lumen in aspectu tu modò semper habe.
Interea pro me pernoctet epistola tecum:
Quam precor vt minima persequar ipse mora.

EPIST. XIII.
HERO LEANDRO.

QVam mihi misisti verbis Leandre salutem,
Vt possim missam rebus habere: veni.
Longa mora est nobis omnis, quæ gaudia differt:
Da veniam fassæ: non patienter amo.
Vrimur igne pari: sed sum tibi viribus impar:
Fortius ingenium suspicor esse viris.
Vt corpus teneris, sic mens infirma puellis:
Deficiam, parui temporis adde moram.
Vos modò venando, modò rete geniale colendo,
Ponitis in varia tempora longa mora.
Aut fora vos retinent: aut vnctæ dona palæstræ:
Flectitis aut freno colla fugacis equi.
Nunc volucrẽ laqueo, nunc piscem ducitis hamo:
Diluitur posito serior hora mero.
His mihi 2 submotis, vel si minus acriter vrar:
Quod faciam, superest, præter amare, nihil.
Quod superest, facio: téque ô mea sola voluptas,
Plus quoq;, quàm credi quod mihi possit, amo.
Aut ego cum chara de te nutrice susurro:
Quæq; tuum miror causa moretur iter.
Aut mare prospiciens odioso concita vento,
Corripio verbis æquora pene tuis.
Aut vbi sæuitia paulum grauis vnda remisit:
Posse quidem, sed te nolle venire, queror.
Dumq; queror: lacrymæ per amantia lumina manant:

1 al. Magis placet, quam quod in quibus est, transferor. 2 al. semotis.

Pollice quas tremulo conscia siccat anus.
Sæpe tui spectò si sint in littore passus:
Impositas tanquam seruet arena notas.
Vtq; rogem de te, & scribam tibi: si quis Abydo
Venerit: aut quæro. si quis Abydon eat.
Quid referam quoties do vestibus oscula? quas tu
Hellespontiaca ponis iturus aqua?
Sic vbi lux acta est: & noctis amicior hora
Exhibuit pulsa sydera clara die:
Protinus in summa vigilantia lumina turre
Ponimus, assuetæ signa, notamq; viæ.
Tortaq; versato ducentes stamina fuso
Fœminea tardas fallimus arte moras.
Quid loquar interea tam longo tempore quæris:
Nil, nisi Leandri nomen in ore meo est.
Iámne putas exisse domo mea gaudia nutrix?
An vigilant omnes? & timet ille 1 suos?
Iámne suas humeris illum deponere vestes?
Tingere iam pingui Pallade membra putas?
Annuit illa 2 fore: non nostra quod oscula curet:
Sed mouet obrepens somnus anile caput.
Postq; moræ minimum, iam certè nauigat, inquam:
Lentaq; dimotis brachia iactat aquis.
Paucaq; cum tacta perfeci stamina terra:
An medio possis quærimus esse freto.
Et modò prospicimus: timida modò voce precamur:
Vt tibi det faciles vtilis aura vias.
Auribus interdum voces captamus: & omnem
Aduentus strepitum credimus esse tui.
Sic vbi deceptæ pars est mihi maxima noctis
Acta: subit furtim lumina fessa sopor.
Forsitan inuitus, mecum tamen improbe dormis:
Et quamuis non vis ipse venire, venis.
Nam modò te videor prope iam spectare natantem:
Brachia nunc humeris humida ferre meis.
Nũc dare quæ soleo madidis velamina membris:
Pectora nunc iuncto nostra fouere sinu.
Multaq; præterea lingua reticenda modesta,
Quæ fecisse iuuat, facta referre pudet.
Me miseram, breuis est hæc, & non vera voluptas,
Nam tu cum somno semper abire soles.
Firmius ô cupidi tandem coëamus amantes:
3 Ne careant vera gaudia nostra fide.
Cur ego tot viduas exegi frigida noctes?
Cur toties à me lente natator abes?
Est mare (confiteor) nondum tractabile nanti:
Nocte sed hesterna lenior aura fuit.
Cur ea præterita est? cur non ventura timebas?
Tam bona cur perijt? nec tibi capta via est.
Protinus vt similis detur tibi copia cursus:
Hoc melior certè, quo prior, illa fuit.
At citò mutata est iactati forma profundi:
Tempore, cùm properas, sæpe minore venis.
Hic puto deprensus, nil quod querereris, haberes,

1 al. In quib *patrem?* vtrumque rectè.
2 al. In quib. *fere.* fort. recte.
3 al. Non malè alij, *Nec.*

Meq; tibi amplexo nulla noceret hyems.
Certè ego tunc ventos audirem læta sonanteis,
Et nunquam placidas esse precarer aquas.
Quid tamen euenit, cur sis metuentior vndæ?
Contemptumq; prius, nunc vereare fretum?
Nam memini, cùm te sæuum veniente, minaxq;
Non minus, aut multo non minus, æquor erat.
Cùm tibi clamabam: Sic 1 tu temerarius esto:
Ne miseræ virtus sit tua flenda mihi,
Vnde nouus timor hic? quoq; illa audacia fugit?
Magnus vbi est spretis mille natator aquis?
Sis tamẽ hoc potius, quam quod prius esse solebas:
Et facias placidum per mare tutus iter:
Dum modo sis idem: dũ sic, vt scribis, amemur:
Flammaq; non fiat frigidus illa cinis.
Non ego tam ventos timeo mea vota morantes:
Quàm similis vento ne tuus erret amor:
Ne non sim tanti: superentq; pericula causam:
Et videar merces esse labore minor.
Interdum metuo, patria ne lædar: & impar
Dicar Abydeno Sesta puella viro.
Ferre tamen possum patientius omnia: quàm si
Otia nescio qua pellice captus agas.
In tua si veniant alieni corda lacerti,
Sitq; nouus nostri finis amoris amor.
Ah potius peream quam crimine vulnerer isto,
Fataq; sint culpa nostra priora tua.
Nec quia venturi dederis mihi signa doloris:
Hæc loquor, aut fama sollicitata noua.
Omnia sed vereor (quis enim securus amauit?)
Cogit & absentes plura timere locus.
Felices illas, sua quas præsentia nosse
Crimina vera iuuat, falsa timere vetat.
Nos tam vana mouet: quàm facta iniuria fallit:
Incitat & morsus error vterque pares.
O vtinam venias: aut hic ventusq; patérve,
Causaq; sit tantæ fœmina nulla moræ.
Quod si quam sciero: moriar (mihi crede) dolẽdo
Iamdudum peccas, si mea fata petis.
Sed neq; peccabis: frustraq; ego terreor istis:
Quoq; minus venias, inuida pugnat hyems.
Me miseram quanto planguntur littora fluctu,
2 Et latet obscura condita nube dies.
Forsitan ad pontum mater pia venerit Helles:
Mersaq; roratis nata fleatur aquis.
Aut mare ab inuiso priuignæ nomine dictum
Vexat in æquoream versa nouerca deam.
Non fauet, vt nunc est, teneris locus iste puellis:
Hac Helle perijt: hac ego lædor aqua.
At tibi flammarum memori Neptune tuarum,
Nullus erat ventis impediendus amor.
Si neq; Amymone, nec laudatissima forma
Criminis est Tyro fabula vana tui,
Lucidaq; Halcyone, Cayceq;, & Antone nata,
Et nondum nexis angue Medusa comis,
Flauaq; Laodice, cæloq; recepta Celæno,
Et quarum memini nomina lecta mihi.
Has certè pluresq; canunt Neptune poëtæ,

1 al. non. 2 al. ve.

Molla

Molle latus lateri conseruisse tuo.
Cur igitur toties vires expertus amoris,
Assuetum nobis turbine claudis iter?
Parce ferox: latóque mari tua prælia misce:
Seducit terras hæc breuis vnda duas.
Te decet aut magnas magnum iactare carinas:
Aut etiam totis classibus esse trucem.
Turpe deo pelagi iuuenem terrere natantem,
Gloriaq; est stagno quilibet ista minor.
Nobilis ille quidem est, & clarus origine: sed non
A tibi 1 suspecto duxit Vlysse genus.
Da veniam seruáque duos: natat ille: sed hisdem,
Corpus Leandri, spes mea pendet aquis.
Interea lumen (posito nam scribimus illo)
Stertuit, & nobis prospera signa dedit.
Ecce merum nutrix faustos iniecit in ignes:
Cras erimus plures, inquit: & ipsa bibit.
Effice nos plures euicta per æquora lapsus,
O penitus toto corde recepte mihi.
In tua castra redi socij desertor amoris,
Ponuntur 2 medio cur mea membra toro?
Quod timeas, non est: auso Venus ipsa fauebit:
Sternet & æquoreas æquore nata vias.
Ire libet medias ipsi mihi sæpe per vndas:
Sed solet hoc maribus tutius esse fretum.
Nam cur huc vectis Phrixo Phrixique sorore
Sola dedit vastis fœmina nomen aquis?
Forsitan ad reditum metuis ne robora desint,
Ac nequeas gemini ferre laboris onus.
At nos diuersi medium coëamus in æquor:
Obuiáque in summis oscula demus aquis.
Atq; ita quisque suas iterum redeamus ad vrbes:
Exiguum sed plus, quàm nihil, illud erit.
Vel pudor hic vtinam, qui nos clã cogit amare:
Vel timidus famæ cedere vellet amor.
Nũc malè res iunctæ calor & reuerẽtia pugnãt:
Quid sequar in dubio est, hæc decet, ille iuuat.
Vt semel intrauit Colchos Pagasæus Iason:
Impositam celeri Phasida puppe tulit.
Vt semel Idæus Lacedæmona venit adulter:
Cum præda rediit protinus ille sua.
Tu quã sæpe petis quod amas, tã sæpe relinquis:
Et quoties graue sit puppibus ire, natas.
Sic tamen ô iuuenis tumidarũ victor aquarum,
Sic facito spernas, vt vereare, fretum.
Arte laborata vincuntur ab æquore puppes:
Tu tua plus remis brachia posse putas?
Quod cupis, hoc nautæ metuũt, Leandre, natare:
Exitus hic fractis puppibus esse solet.
Me miseram cupio nõ persuadere, quod hortor:
Sisq; precor, monitis fortior ipse meis.
Dũ modò peruenias, excussáque sæpe per vndas
Injcias humeris brachia lassa meis.
Sed mihi cæruleas quoties obuertor ad vndas:
Nescio quid pauidum 3 frigore pectus habet.
Nec minus hesternæ confundor imagine noctis:
Quamuis est sacris irradiata meis.
Namque sub Aurora, iam dormitante lucerna:
Tempore quo cerni somnia vera solent.
Stamina de digitis cecidere sopore remissis:
Colláque pulluino nostra ferenda dedi.
Hic ego ventosas nantem delphina per vndas
Cernere non dubia sum mihi visa fide.
Quem postquam bibulis illi sit fluctus arenis:
Vnda simul miserum, vitáque deseruit.
Quicquid id est timeo, nec tu mea somnia ride:
Nec nisi tranquillo brachia crede mari.
Si tibi non parcis, dilectæ parce puellæ.
Quæ nunquam, nisi te sospite, sospes erit.
Spes tamen est fractis vicina pacis in vndis,
Tu placidas toto pectore finde vias.
Interea, quoniam nanti freta parua non sunt,
Leniat inuisas littera missa moras.

1 Placet, vt sit, *imiso*. Alij tamen legũt, *desperato*. 2 *viduo*. 3 Multò rectius quidẽ, *pectora frigus*.

EPIST. XIX.

ACONTIVS CYDIPPÆ.

POne metũ: nihil hic iterum iurabis amanti:
Promissam satis est te semel esse mihi.
Perlege: discedat sic corpore languor ab isto:
Qui meus est, vlla parte 1 dolere, dolor.
Quid pudor ora subit? nam sicut in æde Dianæ
Suspicor ingenuas erubuisse genas.
Coniugium, pactámque fidem, non crimina posco.
Debitus vt coniux, non vt adulter, amo.
Verba licet repetas, quæ dẽptus ab arbore fœtus
Pertulit ad castas me iaciente manus.
Inuenies illic id te spondere, quod opto,
Te potius virgo, quàm meminisse deam.
Nunc quoque idẽ timeo: sed idẽ tamen acrius illud
Assumpsit vires: auctáque flamma mora est.
Quique fuit nunquam paruus vel tempore longo
Ex spe, quam dederas tu mihi, crescit amor.
Spem mihi tu dederas, meus hic tibi credidit ardor:
Non potes hoc factum teste negare dea.
Adfuit: & præsens vt erat, tua verba notauit:
Est visa est mota dicta tulisse coma.
Deceptam dicas nostra de fraude licebit:
Dum fraudis nostræ causa feratur amor.
Fraus mea quid petiit, nisi vt tibi iungerer vni:
Id me quod quereris, conciliare potest.
Non ego natura, 2 non sum tam callidus vsu:
Solertem tu me, crede, puella facis.
Te mihi compositis, siquid tamen egimus arte:
Astrinxit verbis ingeniosus amor.
Dictatis ab eo feci sponsalia verbis:
Consultóque fui iuris amore vafer.
Sit fraus huic facto nomen, dicarq; dolosus,
Si tamen est, quod ames, velle tenere, dolus.
En iterum scribo, mittóque rogantia verba.
Altera fraus hæc est, 3 quodq; queraris, habes.
Si noceo, quod amo, fateor sine fine nocebo:
Téque petam, caueas tu licet, ipse petam.
Per gladios alij placitas rapuêre puellas:
Scripta mihi cautè littera crimen erit?

1 al. dolente. 2 al. nec. 3 al. quove.

Di faciant possim plures imponere nodos:
Vt tua sit nulla libera parte fides.
Mille modi restant, cliuo sudamus in 1 uno:
Ardor inexpertum nil sinet esse meus.
Sit dubium possisne capi: capt abere certè,
Exitus in dis est: sed capiere tamen.
Vt partem effugias, non omnia retia falles:
Quæ tibi quam credis plura tetendit amor.
Si non proficient artes, veniemus ad arma,
Inq; tui cupido rapta ferere sinu.
Non sum, qui soleam Paridis reprendere factum,
Nec quenquam, qui vir posset vt esse, fuit.
Nos quoque, sed taceo: mors huius pœna rapinæ
Vt sit, erit, quam te non habuisse, minor.
Aut esses formosa minus: peterere modestè,
Audaces facie cogimur esse tua.
Tu facis hoc, oculique tui, quibus ignea cedunt
Sidera: qui flammæ causa fuere meæ.
Hoc faciant flaui crines, & eburnea ceruix,
Quæque precor veniant in mea colla, manus:
Et decor & vultus sine rusticitate pudentes,
Et Thetidis quales vix reor esse pedes.
Cætera si possem laudare, beatior essem,
Nec dubito totum quin tua pars sit opus.
Hac ego compulsus, non est mirabile, forma,
Si pignus volui vocis habere tuæ.
Denique dum captam tu te cogare fateri,
Insidiis esto capta puella meis.
Inuidiam patiar, passo sua præmia dentur,
Cur suus à tanto crimine fructus abest?
Hesionem Telamon, Briseida cepit Achilles,
Vtraque victorem nempe secuta virum.
Quamlibet accuses, & sis irata licebit:
Irata liceat dum mihi posse frui.
Iidem qui facimus, factam tenuabimus iram,
Sit modo placandæ copia parua tui.
Ante tuos flentem liceat consistere vultus,
Et liceat lacrymis addere verba meis.
Vtq; solent famuli, cùm verbera sæua verentur:
Tendere submissas in tua crura manus.
Ignoras tua iura, voca, cur arguor absens?
Iamdudum dominæ more venire iube.
Ipsa meos scindas licet imperiosa capillos,
Oráque sint digitis liuida nostra tuis,
Omnia perpetiar, tantum fortasse timebo,
Corpore lædatur ne manus ista meo.
Sed neque compedibus, nec me compesce catenis,
Seruabor firmo vinctus amore tui.
Cùm bene se, quantumque volet satiauerit ira,
Ipsa tibi dices, quam patienter amat,
Ipsa tibi dices, vbi videris omnia ferre,
Tam bene qui seruit, seruiat iste mihi.
Nunc reus infelix absens agor: & mea, cum sit
Optima, non vllo causa tuente perit.
Hoc, quod amor iussit scriptum, est iniuria nostra.
Quod de me solum nempe queraris habes.
Non meruit falli mecum quoque Delia, si non
Vis mihi promissum reddere, redde dea.
Assuit, & vidit, cùm tu decepta rubebas,

Et vocem mœnori condidit aure tuam.
Omnia re cæcant, nihil est violentius illa,
Cum sua, quæ non vult, numina læsa videt.
Testis erit Calydonis aper. nam scimus vt illo
Sit magis in natum sæua reperta parens.
Testis & Actæon quondam fera creditus illis,
Ipse dedit leto cum quibus ante feras.
Quæque superba parens saxo per corpus oborto
Nunc quoque Mygdonia flebilis astat humo.
Hei mihi, Cydippe, timeo tibi dicere verum:
Ne videar causa falsa monere mea:
Dicendum tamen est, hoc est (mihi crede) quod ægræ
Ipso nubendi tempore sæpe iaces.
Consulit ipsa tibi, neu sis periura laborat,
Et saluam salua te cupit esse fide.
Inde fit, vt quoties 1 existere perfida tentas,
Peccatum toties corrigat illa tuum.
Parce mouere feros animosæ virginis arcus,
Mitis adhuc fieri si patiare, potest.
Parce precor teneros corrumpere febribus artus:
Seruetur facies ista fruenda mihi.
Seruentur vultus ad nostra incendia nati:
Quiq; subest niueo 2 lenis in ore rubor.
Hostibus & si quis ne sias nostra repugnas,
Sic sit, vt inualida te solet esse mihi.
Torqueor ex æquo velle nubente, vel ægra:
Dicere nec possum, quod minus esse velim.
Maceror interdum, quod sim tibi causa doloris:
Téque mea læsi calliditate puto.
Inq; caput nostrum dominæ periuria quæso
Eueniant, pœna tuta sit illa mea.
Ne tamen ignorem, quid agas, ad limina crebro
Anxius huc illuc dissimulanter eo.
Subsequor ancillam furtim, famulumq; requirēs
Profuerint somni quid tibi, quidue cibi.
Me miserū, quid non mediocrum iussa ministro,
3 Adstringoq; manus, insideoq; toro.
Et rursus miserum, quod me procul inde remoui,
Quem minimè vellem forsitan alter adest.
Ille manus istas astringit, & assidet ægræ
Inuisus superis, cum superisque mihi.
Dúmque suo tentat salientem pollice venam,
Candida per causam brachia sæpe tenet.
Contrectátque sinus, & forsitan oscula iungit,
Officio merces plenior 4 illa suo est.
Quis tibi permisit nostras 5 decerpere messes?
Ad spes alterius quis tibi fecit iter?
Iste sinus meus est, mea turpiter oscula sumis,
A mihi promisso corpore tolle manus.
Improbe tolle manus, quam tangis, nostra futura est.
Postmodo, si facies istud, adulter eris.
Elige de vacuis, quam non sibi vindicet alter,
Si nescis, dominum res habet ista suum.
Nec mihi creideris, recidetur formula pacti:

1 al. isto. 2 al. suum.

1 In nonnullis, obsistere, in aliis, insistere. 2 In quib. lenis. 3 leg. hic & inf. tertio versu. Effingoque & effingit. 4 al. ista. 5 In nonnullis præcerpere.

Nec

Neu falsam dicas esse: face illa legat.
Alterius thalamo, tibi nos, tibi dicimus, exi:
Quid facis hic? exi, non vacat iste torus.
Nam quod habes & tu humani verba altera pacti,
Non erit idcircò pax tua causa mea.
Hæc mihi se pepigit, pater hanc tibi primus ab illa
Sed propior certè, quàm pater, ipsa sibi est.
Promisit pater hanc, hæc & iurauit amanti.
Ille homines, hæc est testificata deam.
Hic metuit mendax, hæc & periura vocari,
Num dubitas hic sit maior, an ille metus?
Deniq; vt amborum conferre pericula possis.
Respice ad euentus: hæc cubat: ille valet.
Nos quoq; dissimili certamina mente subimus:
Nec spes par nobis: nec timor æquus adest.
Tu petis ex tuto: grauior mihi morte repulsa est:
Idque ego iam, quod tu forsan amabis, amo.
Si tibi iustitiæ, si recti cura fuisset:
Cedere debueras ignibus ipse meis.
Nunc quoniã ferus hic pro caussa pugnat iniqua
Ad Quid Cydippe littera nostra redit?
Hic facit, vt iaceas: & sis suspecta Dianæ:
Hunc tu, si sapias, limen adire vetes.
Hoc faciente subis tam sæua pericula vitæ:
Atque vtinam pro te, qui mouet illa cadat.
Quem si reppuleris: nec quẽ dea damnat, amaris:
Et tu, continuò certè ego saluus ero.
Siste metum virgo: stabili potiere salute:
Fac modo polliciti conscia templa colas.
Non boue mactato cælestia numina gaudent,
Sed, quæ præstanda est & sine teste fide.
Vt valeant aliæ, ferrum patiuntur, & ignes:
Fert alijs tristem succus amarus opem.
Nil opis est istis: tantum periuria vitæ:
Teq; simul serua, meq;, datamq; fidem.
Præteritæ veniam dabit ignorantia culpæ:
Exciderant animo fœdera 1 nostra tuo.
Admonita es modo voce mea, modo casibus istis:
Quos quoties tentat fallere, ferre soles.
His quoq; vitatis in partu nempe vocabis,
Vt tibi luciferas afferat illa manus.
Audiet hæc repetens quæ sunt audita, requiret
Ipsa, tibi de quo coniuge partus eat.
Promittes votum: scit te promittere falso,
Iurabis: scit te fallere posse deos.
Non agitur de me: cura maiore laboro:
Anxia sunt vitæ pectora nostra tuæ.
Cur modo te dubiam pauidi fleuere parentes?
Ignaros culpæ quos facis esse tuæ.
Et cur ignorant? matri licet omnia narres:
Nil tua Cydippe facta pudoris habent.
Ordine fac reseras: vt sis mihi cognita primum:
Sacra pharetratæ dum facis ipsa deæ.
Vt te conspecta, subito, si forte notasti,
Restiterim fixis in tua membra genis.
Et te dum nimium mirer, nota certa furoris:
Deciderint humero pallia lapsa meo.
Postmodo nescio qua veniisse volubile malum
Verba ferens doctis insidiosa notis.
Quod quia sit lectum sancta præsente Diana:
Esse tuam vinctam numine teste fidem.
Ne tamen ignoret scripti sententia quæ sit:
Lecta tibi quondam nunc quoq; verba refer.
Nube precor, dicet, cui te bona numina iungunt:
Quem fore iurasti, sit gener ille mihi.
Quisquis is est, placeat: quoniam placet ante Diana.
Talis erit mater: si modo mater erit.
Si tamen & quærat, quis sim, qualisque, videto:
Inueniet 1 vobis consuluisse deam.
Insula Coryciis quondam celeberrima Nymphis
Cingitur Ægeo nomine Cæa mari.
Illa mihi patria est: nec, si generosa probaris
Nomina: despectis arguor ortus auis.
Sunt & opes nobis: sunt & sine crimine mores:
Amplius vtque nihil, me tibi iungit amor.
Appeteres talem, vel non iurata, maritum:
Iuratæ, vel non talis, habendus erat.
Hæc tibi me in somnis iaculatrix scribere Phœbe:
Hæc tibi me vigilans scribere iussit amor.
E quibus alterius mihi iam nocuêre sagittæ:
Alterius noceant ne tibi tela, caue.
Iuncta salus nostra est: miserere meiq;, tuiq;:
Quid dubitas vnam ferre duobus opem?
Quod si contigerit: cum iam data signa sonabunt,
Tinctaq; votiuo sanguine Delos erit.
Aurea ponetur mali felicis imago:
Causaq; versiculis scripta duobus erit.
Effigie pomi testatur Acontius huius,
Quæ fuerint in eo scripta fuisse rata.
Longior infirmum ne lasset epistola corpus:
Clausaq; consueto sit tibi fine: vale.

EPIST. XX.

CYDIPPE ACONTIO.

PErtimui: scriptumq; tuum sine murmure legi.
Iuraret ne quos inscia lingua deos.
Et puto captasses iterum, nisi, vt ipse fateris,
Promissam scires me satis esse semel.
Nec lectura fui: sed, si tibi dura fuissem:
Aucta foret sæua forsitan ira dea.
Omnia cum faciam: cum dem pia thura Dianæ:
Illa tamen iusta plus tibi parte fauet.
Vtque cupis credi, memori te vendicat ira:
Talis in Hippolyto vix fuit illa suo.
At melius virgo fauisset virginis annis:
2 Quos vereor paucos ne velit esse mihi.
Languor enim causis non apparentibus hæret:
Adiuuor & nulla fessa medentis ope.
Quam tibi nunc gracilem vix hæc rescribere, quamque
Pallida vix cubito membra leuare putas?
Nunc timor accedit, nequis nisi conscia nutrix:

1 al. nobis.
2 Reliqui versus absunt à vet. libris nostris.

Colloquij nobis sentiat esse vices.
Ante fores sedet hæc: quid agamq; rogantibus inter.
Vt possim tutò scribere: dormit, ait.
Mox vbi secreti longè causa optima somnus
Credibilis tarda desinit esse mora.
Iamq; venire videt quos nō admittere durum est:
Excreat: & ficta dat mihi signa nota.
Sicut eram, properās verba imperfecta relinquo:
Et tegitur trepido littera cauta sinu.
Inde meos digitos iterum repetita fatigat:
Quantus sis nobis aspicis ipse labor.
Quæ peream, si dignus eras, vt vera loquamur:
Sed melior iusto quamq; mereris ero.
Ergo te propter tottes incerta salutis
Commentis pœnas doq;, dedicq; tuis.
Hæc nobis formæ te laudatore superbæ
Continget merces, & placuisse nocet.
Si tibi deformis, quod mallem, visa fuissem,
Culpatum nulla corpus egeret ope.
Nunc laudata gemo, nunc me certamine vestro
Proditus, & proprio vulneror ipsa bono.
Dum neq; tu cedis: nec se putat ille secundum:
Tu votis optas illius: ille tuis.
Ipsa velut nauis iactor: quam certus in altum
Propellit Boreas: æstus & vnda refert.
Cumq; dies charis optata parentibus instat:
Immodicus pariter corporis ardor inest.
Nec mihi coniugij tempus crudelis ad ipsum
Persephone nostras pulsat acerba fores.
Iam pudet, & timeo, quāuis mihi conscia nō sim,
Offensos videar ne meruisse deos.
Accidere hoc aliquis casu contendit: & alter
Acceptum superis hunc negat esse virum.
Nēve mihi credas in te quoq; dicere famam,
Facta veneficijs pars putat ista meis.
Causa latet: mala nostra patēt. vos pace mouetis
Aspera summota prælia: plector ego.
Dicam nunc, solitoq; tibi ne despice more:
Quid facies odio? sic vbi amore noces.
Si lædis, quod amas, hostem sapienter amabis.
Me precor, vt serues, perdere velle velis.
Aut tibi iam nulla est sperata cura puellæ.
Quam ferus indigna labe perire sinis.
Aut dea si frustra pro me tibi sæua rogatur:
Quid mihi te iactas? gratia nulla tua est.
Elige quid fingas, non vis placare Dianam,
Immemor es nostri, non potes, illa tui est.
Vel nunquam mallem, vel non mihi tempore in illo
Esset in Ægæis cognita Delos aquis.
Tunc mea difficili deducta est æquore nauis,
Et fuit ad cœptas hora sinistra vias.
Quo pede processi? quo me pede limine moui?
Picta mea tetigi quo pede texta ratis?
Bis tamen aduerso redierunt carbasa vento:
Mentior ah demens, ille secundus erat.
Ille secundus erat, qui me referebat euntem:
Quiq; parum felix impediebat iter.

a leg. arbitror, ego.

Atq; vtinam constans contra mea vela fuisset:
Sed stultum est venti de leuitate queri.
Mota loci fama properabam visere Delon:
Et facere ignaua puppe videbar iter.
Quàm sæpè, vt tardis feci conuitia remis:
Questaq; sum vento lintea parca dare.
Et iam transieram Myconen, iam Thenon, & Andron:
Inq; meis oculis candida Delos erat.
Quā procul vt vidi quid me fugis insula, dixi?
Laberis in magno nunquid, vt ante, mari?
Institeram terræ cum iam prope luce peracta,
Demere purpureis sol iuga vellet equis.
Quos idem solitos postquam reuocauit ad ortus,
Comuntur nostræ matre iubente comæ.
Ipsa dedit gemmas digitis, & crinibus aurum:
Et vestes humeris induit ipsa meis.
Protinus egressæ superis, quibus insula sacra est,
Flaua salutatis thura, merumq; damus.
Dumque parens aras votiuo sanguine tingit:
Festaq; fumosis ingerit exta focis:
Sedula me nutrix alias quoq; ducit in ædes:
Erramusq; vago per loca sacra pede.
Et modò porticibus spatior: modo munera regum
Miror: & in cunctis stantia signa locis.
Miror & innumeris structam de cornibus aram:
Et de qua pariens arbore nixa dea est.
Vt quæ præterea (neq; enim meminisse libet ve
Quidquid ibi vidi dicere) Delos habet.
Forsitan hæc spectans, à te spectabar Aconti:
Visaq; simplicitas est mea posse capi.
In templum redeo gradibus sublime Dianæ,
Tutior hoc ecquis debuit esse locus?
Mittitur ante pedes malum cum carmine tali.
Hei mihi, iuraui nunc quoque pæne tibi.
Sustulit hoc nutrix, miratāque, Perlege, dixit,
Insidias legi magne poeta tuas.
Nomine coniugij dicto, confusa pudore
Sensi me totis erubuisse genis.
Luminaq; in gremio veluti defixa tenebam:
Lumina propositi facta ministra tui.
Improbe quid gaudes? aut quæ tibi gloria parta est?
Quidve vir eluſa virgine laudis habes?
Non ego constiteram sumpta peltata secure:
Qualis in Iliaco Penthesilea solo.
Nullus Amazonio calatus balteus auro,
Sicut ab Hippolyto, præda relata tibi est.
Verba quod exultas tua si mihi verba dederunt?
Sumq; parum prudens capta puella dolis?
Cydippen pomum: pomum Schœneida cepit:
Tu nunc Hippomenes, scilicet alter eris.
At fuerat melius, si te puer iste tenebat:
Quem tu nescio quas dicis habere faces:
More bonis solito spem non corrumpere fraude:
Exoranda tibi, non capienda fui:
Cur cum me peteres, ea non prositenda putabas?
Propter quæ nobis ipse petendus eras.
Cogere cur potius, quam persuadere volebas?
Si poteram audita condicione capi.

Quid

Quid tibi nunc prodeſt iurandi formula iuris?
Linguaque præſentem teſtificata deam?
Quæ iurat, mens eſt: nil coniurauimus illa:
Illa fidem dictis addere ſola poteſt.
Conſilium prudenſque animi ſententia iurat:
Et niſi iudicij vincula nulla valent.
Si tibi coniugium volui promittere noſtrum:
Exige polliciti debita iura tori:
Sed ſi nil dedimus præter ſine pectore vocem:
Verba ſuis fruſtra viribus orba tenes.
Non ego iurauī: legi iurantia verba.
Vir mihi non iſto more legendus eras.
Decipe ſic alios, ſuccedat epiſtola pomo:
Si valet hoc, magnas diuitis auſer opes.
Fac iurent reges ſua ſe tibi regna daturos:
Sitque tuum toto quidquid in orbe placet:
Maior es hac ipſa multo (mihi crede) Diana,
Si tua tam præſens littera numen habet:
Cum tamen hæc dixi, cum me tibi firma negaui,
Cum bene promiſſi cauſſa peracta mei eſt.
Confiteor, timeo ſæuæ Latoidos iram,
Et corpus læsi ſuſpicor inde meum.
Nam quare, quoties ſocialia ſacra parantur,
Nuptura toties languida membra cadunt?
Ter mihi iã veniens poſitas Hymenæus ad aures
Fugit, & è thalami lumine terga dedit.
Vixque manu pigra toties infuſa reſurgunt
Lumina, vix moto corripit igne faces.
Sæpe coronatis ſtillant vnguenta capillis,
Et trahitur multo ſplendida palla croco.
Cum tetigit limen, lacrymas mortiſque timorem
Cernit, & à cultu multa remota ſuo.
Proijcit ipſe ſuas deducta fronte coronas,
Spiſſaque de nitidis tergit amoma comis.
Et pudet in triſti lætum confugere turba,
Quique erat in palla, tranſit in ora rubor.
At mihi, væ miſeræ, torrentur febribus artus,
Et grauius iuſto pallia pondus habent.
Noſtraque plorantes video ſuper ora parentes,
Et face pro thalami, fax mihi mortis adeſt.
Parce laboranti picta dea læta pharetra,
Daque ſalutiferam iam mihi fratris opem.
Turpe tibi eſt, illum cauſas depellere læti,
Te contra titulum mortis habere meæ.
Nunquid, in vmbroſo cum velles fonte lauari,
Imprudens vultus ad tua labra tuli?
Præteryne tuas de tot cæleſtibus aras?
Atque tua eſt noſtra ſpreta parente parens?
Nil ego peccaui, niſi quod periuria legi,
Inque parum fausto carmine docta fui.
Tu quoque pro nobis, ſi non mentiris amorem,
Thura feras, proſint, quæ nocuere manus.
Cur, quæ ſuccenſet, quod adhuc tibi pacta puella
Non tua ſit? fieri ne tua poſſit, agit?
Omnia de viua tibi ſunt ſperanda, quid auſert
Sæua mihi vitam? ſpem tibi diua mei?
Nec tu credideris illum, cui deſtinor vxor,
Ægra ſuperpoſita membra fouere manu.
Aſſidet ille quidem quantum permittitur ipſi,
Sed meminit noſtrum virginis eſſe torum.
Et quoque neſcio quid de me ſenſiſſe videtur,
Nam lacryma cauſa ſæpe latente cadunt.
Et minus audacter blanditur, & oſcula rara
Accipit, & timido me vocat ore ſuam.
Nec miror ſenſiſſe, notis cum prodar apertis,
In dextrum verſor, cum venit ille, latus.
Nec loquor, & tecto ſimulatur lumine ſomnus,
Captantem tactus eijcioque manum.
Ingemit, & tacito ſuſpirat pectore, méque
Offenſam, quamuis non mereatur, habet.
Si mihi, quod gaudes, & te iuuat iſta voluptas,
Si mihi, quod ſenſus ſum tibi faſſa meos,
Si mihi lingua foret, tu noſtra iuſtius ira,
Qui mihi tendebas retia, dignus eras.
Scribis, vt inualidum liceat tibi viſere corpus,
Es procul à nobis, & tamen inde noces.
Mirabar quare tibi nomen Acontius eſſet,
Quod faciãt longe vulnus, acumen habes.
Certe ego conualui nondum de vulnere tali,
Vt iaculo, ſcriptis eminus icta tuis.
Quid tamẽ huc venias? ſane miſerabile corpus,
Ingenij videas bina trophæa tui.
Concidimus macie, color eſt ſine ſanguine, qualem
In pomo refero mente fuiſſe tuo.
Candida nec miſto ſublucent ora rubore.
Forma noui talis marmoris eſſe ſolet.
Argenti color eſt inter conuiuia talis,
Quod tactum gelidæ frigore pallet aquæ.
Si me nunc videas, viſum prius eſſe negabis,
Arte nec eſt, dices, iſta colorenda mea.
Promiſſique fidem ne ſim tibi victa remittes,
Et cupies illud non meminiſſe deam.
Forſitan & facies iurem vt contraria rurſus,
Quæque legam mittes altera verba mihi.
Sed tamen adſpiceres vellem, prout ipſe rogabas,
Et diſcas ſponſæ languida membra tuæ.
Durius & ferro cum ſit tibi pectus Aconti,
Tu veniam noſtris vocibus ipſe petas.
Ne tamen ignores, ope qua reualeſcere poſſim,
Quæritur à Delphis fata canente deo.
Et quoque neſcio quantum nunc vaga fama ſuſurrat,
Neglectam queritur teſtis habere fidem.
Hoc deus, & vates, hoc & mea carmina dicunt,
At deſunt voto carmina nulla tuo.
Vnde tibi fauor hic? niſi quod noua fortè reperta eſt
Quæ capiat magnos littera lecta deos:
Teque tenente deos, tu nomen ſequor ipſa deorum:
Doque libens victas in tua vota manus.
Faſſaque ſum matri deceptæ fœdera linguæ:
Lumina fixa tenet plena pudoris humo.
Cetera cura tua eſt: plus hoc quoq; virgine factũ:
Non timuit tecum quod mea charta loqui.
Iam ſatis inualidos calamo laſſauimus artus:
Et manus officium longius ægra negat.
Quid, niſi quod cupio me iam coniungere tecum,
Reſtat vt deſcribat littera noſtra? vale.

numen.

EPIST. XXI.
SAPPHO PHAONI.

ECquid, vt aspecta est studiosæ littera dextræ:
Protinus est oculis cognita nostra tuis?
An, nisi legisses auctoris nomina Sapphûs,
Hoc breue nescires vnde mouetur opus?
Forsitan & quare mea sint alterna requiris
Carmina, cum lyricis sum magis apta modis,
Flendus amor meus est, elegi quoque flebile carmen.
Non facit ad lacrymas barbitos illa meas.
Vror vt indomitus ignem exercentibus Euris,
Fertilis accensis messibus ardet ager.
Arua Phaon celebrat diuersa Typhoidos Ætnæ,
Me calor Aetnæo non minor igne tenet.
Nec mihi, dispositis quæ iungam carmina neruis
Proueniunt, vacuæ carmina mentis opus.
Nec me 1 Pyrrhiades, Metymniadesue puella,
Nec me Lesbiadum cætera turba iuuant.
Vilis 2 Amythone, vilis mihi candida Cydno,
Non oculis grata est Atthis, vt ante meis.
Atque aliæ cētum quas 3 nō sine crimine amaui.
Improbe, multarum quod fuit, vnus habes.
Est in te facies, sunt apti lusibus anni.
O facies oculis insidiosa meis!
Sume fidem, & pharetrā, fies manifestus Apollo,
Accedant capiti cornua, Bacchus eris.
Et Phœbus Daphnen, & Gnosia Bacchus amauit,
Nec norat lyricos illa, vel illa modos.
At mihi Pegasides blandissima carmina dictāt:
Iam canitur toto nomen in orbe meum.
Nec plus Alcæus consors patriæq; lyræque
Laudis habet: quamuis grandius ille sonet.
Si mihi difficilis formam natura negauit,
Ingenio formæ damna rependo meæ.
1 Sū breuis: at nomen quod terras impleat omnes,
Est mihi: mensuram nominis ipsa fero.
Candida non sum, placuit Cepheia Perseo
Andromade patriæ fusca colore suæ.
Et variis albæ iunguntur sæpe columbæ,
Et niger à viridi turtur amatur aue.
Si, nisi quæ facie poterit te digna videri,
Nulla futura tua est: nulla futura tua est.
At mea cum legeres, etiam formosa videbar:
Vnam iurabas vsque decere loqui.
Cātabam, memini (meminerunt omnia amātes)
Oscula cantanti tu mihi rapta dabas.
Hæc quoque laudabas: omniq; à parte placebam:
Sed tunc præcipuè, cùm sit amoris opus.
Tunc te plus solito lasciuia nostra iuuabat,
Crebráque mobilitas, aptáque verba 4 ioco:
Et quod vbi amborum fuerat confusa voluptas:

1 Hæc vetus lex est vera, vt puellas Pyrrhæ & Methymnæ ceteræ Lesbiades sequantur.
2 Rectior for. vetus lect. *Anactorie.*
3 & hæc antiqua & recta. infra.
4 Hanc veram esse scripturam testis est mihi ipsius elegantia, & multi eruditi viri qui eam in meo castigatiss. vet. lib legerūt. 2 In nōnullis, *Leo.*

Plurimus in lasso corpore langüor erat:
Nunc tibi Sicelides veniūt noua præda puellæ:
Quid mihi cum Lesbo? Sicelis esse volo.
O vos erronem tellure remittite nostrum
Nisiades matres, Nisiadésque nurus.
Nec vos decipiant blandæ mendacia linguæ:
Quæ dicīt vobis, dixerat ante mihi.
Tu quoque quæ 1 mōtes celebras Erycina Sicanos,
Nam tua sum, vati consule diua tuæ.
An grauis inceptum peragit fortuna tenorem?
Et manet in cursu semper acerba suo?
Sex mihi natales ierant, cum lecta parentis
Ante diem lacrymas ossa bibere meas.
Arsit inops frater victus meretricis amore,
Mistaque cum turpi damna pudore tulit.
Factus inops agili peragit freta cærula remo.
Quæsq; malè amisit, nunc male quærit opes.
Me quoq; quod monui bene multa fideliter, odit,
Hoc mihi libertas, hoc pia lingua dedit.
Et tanquam desint, quæ me sine fine fatigent,
Accumulat curas filia parua meas.
Vltima tu nostris accedis causa querelis,
Non agitur vento nostra carina suo.
Ecce iacent collo sparsi sine lege capilli:
Nec premit articulos lucida gemma meos.
Veste tegor vili, nullum est in crinibus aurum.
Non 2 Arabum noster dona capillus olet.
Cui calorin felix? aut cui placuisse laborem?
Ille mei cultus vnicus auctor abest.
Molle meum leuibus cor est violabile telis,
Et semper causa est, cur ego semper amem:
Siue ita nascenti legem dixere sorores,
Hæc data sunt vitæ fila seuera meæ.
Siue abeunt studia in mores artesq; magistras,
Ingenium nobis molle Thaleia facit.
Quid mirum, si me primæ lanuginis ætas
Abstulit, atque anni, quos vir amare potest?
Hunc ne pro Cephalo raperes aurora timebam:
Et faceres, sed te prima rapina tenet.
Hunc si conspiciat, quæ conspicit omnia, Phœbe,
Iussus erit somnos continuare Phaon.
Hunc Venus in cælum curru vexisset eburno:
Sed videt & Marti posse placere suo.
O nec adhuc iuuenis, nec tam puer, vtilis ætas:
O decus, atque æui gloria magna tui!
Huc ades: inque sinus formose relabere nostros,
Non vt ames oro, verum vt amare sinas.
Scribimus: & lacrymis oculi rorantur obortis,
Aspice quam sit in hoc multa litura loco:
Si tam certus eras hinc ire, modestius isses,
Si mihi dixisses, Lesbi puella vale.
Non tecum lacrymas, non oscula nostra tulisti,
Denique non timui quod dolitura fui.
Nil de te mecum est nisi tantum iniuria: nec te
3 Admoneat, quod tu 4 munus amantis habes.

1 Ita vet. lib. cum prius; legeretur, *immites.*
2 Sic vetus lectio non minus tamen elegans prior, *Non Arabo noster rore cap.*
3 Sic in vet. est neque male, *admoneat.*
4 in quibus. *pignus.*

Non

Non mandata dedi, neque enim mandata dedissem
Vlla, nisi, vt nolles immemor esse mei.
Per tibi, qui nunquam longe discedit, amorem,
Pérque nouem iuro numina nostra deas.
Cum mihi nescio quis fugiunt tua gaudia, dixit
Nec me flere diu, nec potuisse loqui.
Et lacrymæ deerant oculis & verba palato,
Astrictum gelido frigore pectus erat.
Postquam se dolor imminuit, nec pectora plangi,
Nec puduit scissis exululare comis.
Non aliter, quàm si nati pia mater adempti
Portet ad extructos corpus inane rogos.
Gaudet, & è nostro crescit mœrore Charaxus
Frater, & ante oculos itque reditque meos.
Vtque pudenda mei videatur causa doloris,
Quid dolet hæc? certe filia viuit, ait.
Non veniunt in idem pudor, atque amor: omne videbat
Vulgus, eram lacero pectus aperta sinu.
Tu mihi cura Phaon, te somnia nostra reducunt,
Somnia formoso candidiora die.
Illic te inuenio, quanquam regionibus absis,
Sed non longa satis gaudia somnus habet.
Sæpe tuos nostra ceruice onerare lacertos,
Sæpe tuæ videor suppositisse meos.
Oscula cognosco, quæ tu committere linguæ,
Aptáque consueras accipere, apta dare.
Blandior interdum, veriſque simillima verba
Eloquor, & vigilant sensibus ora meis.
1 Vlteriora pudet narrare, sed omnia fiunt:
Et iuuat, & sine te non licet esse mihi.
At cum se Titan ostendit, & omnia secum:
Tam citò me somnos destituisse queror.
Antra nemúsque peto, tanquam nemus, antraque prosint,
Conscia delictis illa fuere meis.
Illuc mentis inops, vt quam furialis Erichtho
Impulit, in collo crine tacente feror.
Antra vident oculi scabro pendentia tofo.
Quæ mihi Mygdonij marmoris instar erant.
Inuenio siluam, quæ sæpe cubilia nobis
Præbuit, & multa texit opaca coma.
Sed non inuenio dominum siluæq; meumq;.
Vile solum locus est, dos erat ille loci.
Cognoui pressas noti mihi cespitis herbas,
De nostra curuum pondere gramen erat.
Incubui, tetigique locum, qua parte fuisti,
Grata prius lacrymas combibit herba meas.
Quin etiam rami positis lugere videntur
Frondibus, & nullæ dulce queruntur aues.
Sola virum non vlta 2 piè mæstissima mater
Concinit Ismarium Daulias ales Ityn.
Ales Ityn Sappho 3 desertos cantat amores,
Hactenus, vt media cætera nocte silent,
Est nitidus, vitróque magis perlucidus amnis,
Fons sacer: hunc multi numè habere putant.
Quem supra ramos 4 extendit aquatica lotos
Vna nemus, tenero cespite terra viret.
Hic ego cum lassos posuissem flebilis artus,
Constitit ante oculos Naias vna meos.
1 Constitit, & dixit, Quoniam non ignibus æquis
Vteris, Ambracia est terra petenda tibi.
Phœbus ab excelso, quàtũ patet, aspicit æquor,
Actæum populi, Leucadiumq; vocant.
Hinc se Deucalion Pyrrhæ succensus amore
Misit, & illæso corpore pressit aquas.
Nec mora, versus amor fugit lentissima mersi
Pectora, Deucalion igne leuatus erat.
Hanc legem locus ille tenet, pete protinus altam
Leucada, nec saxo desiluisse time.
Vt monuit, cum voce abiit, ego territa surgo,
Nec grauidæ lacrymas continuere genæ.
Ibimus ô Nymphe, monstrataq; saxa petemus,
Sit procul insano victus amore timor.
Quicquid erit, melius quã nũc erit, aura subito,
Et mea non magnum corpora pondus habent.
Tu quoque mollis amor pẽnas suppone cadenti,
Ne sim Leucadiæ mortua crimen aquæ.
Inde chelyn Phœbo communia munera ponam,
Et sub ea versus vnus & alter erit.
Grata lyram posuit tibi Phœbe poetica Sappho,
Conuenit illa mihi, conuenit illa tibi.
Cur tamen Actiacas miserã me mittis ad oras?
Cum profugum possis inde referre pedem.
Tu mihi Leucadia potes esse salubrior vnda,
Et formæ meritis tu mihi Phœbus eris.
An potes ô scopulis vndáque ferocior illa,
Si moriar, titulum mortis habere meæ?
At quanto melius iungi mea pectora tecum,
Quam poterant saxis præcipitanda dari.
Hæc sunt illa, Phaon, quæ tu laudare solebas,
Viſáque sunt toties ingeniosa tibi.
Nunc vellẽ facunda 2 forem, dolor artibus obstat,
Ingeniúmque meis substitit omne malis.
Non mihi respondent veteres in carmina vires,
Plectra dolore tacent, muta dolore lyra est,
Lesbides æquoreæ nupturáque nuptáque proles,
Lesbides Æolia nomina dicta lyra.
Lesbides infamem quæ me feciſtis amatæ,
Desinite ad citharas turba venire meas.
Abstulit omne Phaon, quod vobis ante placebat,
Me miseram, dixi quàm modo pæne meus.
Efficite vt redeat, vates quoque vestra redibit,
Ingenio vires ille dat, ille rapit.
Ecquid ago precibus? pectúsne agreste mouetur?
An riget? & Zephyri verba caduca ferunt?
Qui mea verba ferunt, vellẽ tua vela referrent.
Hoc te, si saperes, lente decebat opus.
Siue redis, puppique tuæ votiua 3 parantur
Munera, quid laceras pectora nostra mora?
Solue ratem, Venus orta mari, mare præstat amanti,
Aura dabit cursum, tu modo solue ratem.

1 al. *Vlteriùs.* 2 *prius.* 3 al. miseros.
4 In quib. *expandit*: in aliis, *expandit*. rectè omnia.

1. Sic vet. l. & grata ac familiaris Ouidio est repetitio. Infra etiam, Ibimus ô Nymphe.
2 fort rectius, *forem*.
3 placet: in nonnullis tamen *paramus*.

Ipse gubernabit residens in puppe Cupido,
Ipse dabit tenera vela, legetque manu.
Siue iuuat longe fugisse Pelasgida Sappho,
Non tamen inuenies cur ego digna fuga.
Hoc saltem miserae crudelis epistola dicat:
Vt mihi Leucadiae fata petantur aquae.

P. OVIDII NASONIS
AMORVM LIBER I.

EPIST. I.

QVemadmodum à Cupidine pro bello amores scribere coactus sit.

Vi modo Nasonis fueramus quique, libelli
Tres sumus: hoc illi praetulit auctor opus.
Vt iam nulla tibi non sit legisse voluptas,
At leuior demptis poena duobus erit.
Arma grauis numero, violentaque bella parabam
Edere, materia conueniente modis.
Par erat inferior versus: risisse Cupido
Dicitur: atque vnum surripuisse pedem.
Quis tibi saeue puer dedit hoc in carmine iuris?
Pieridum vates, non tua turba sumus.
Quid, si praeripiat flauae Venus arma Minervae?
Ventilet accensas flaua Minerua faces?
Quis probet in siluis Cererem regnare iugosis?
Lege pharetratae virginis arua coli?
Crinibus insignem, quis acuta cuspide Phœbum
Instruat, Aoniam Marte mouente lyram?
Sunt tibi magna puer, nimiumque potentia regna:
Cur opus affectas ambitiose nouum?
An, quod vbique tuum est? tua sunt Heliconia Tempe?
Vix etiam Phœbo iam lyra tuta sua est.
Cum bene surrexit versu noua pagina primo:
Attenuat neruos protinus ille meos.
Nec mihi materia est numeris leuioribus apta,
Aut puer aut longas compta puella comas.
Quaestus eram: pharetra cum protinus ille soluta,
Legit in exitium spicula facta meum:
Lanauitque genu sinuosum fortiter arcum:
Quodque canas vates, accipe dixit opus.
Me miserum, certas habuit puer ille sagittas:
Vror: & in vacuo pectore regnat amor.
Sex mihi surgat opus numeris: in quinque residat,
Ferrea cum vestris bella valete modis.
Cingere littorea flauentia tempora myrto
Musa, per vndenos emodulanda pedes.

ELEGIA II.

Quod primo amore correptus, in triumphum duci se à Cupidine patiatur.

Esse quid hoc dicam: quod tam mihi dura videntur
Strata? [2]nec in lecto pallia nostra sedent?
Et vacuus somno noctem quam longa peregi:
Lassaque versati corporis ossa dolent.
Nam puto sentirem, si quo tentarer amore:
An subit? & [3]tacita callidus arte nocet?
Sic erat: haserunt tenues in corde sagittae:
Et possessa ferus pectora versat amor.
Cedimus? an subitũ luctando accendimus ignẽ?
Cedamus: leue fit, quod bene fertur, onus:
Vidi ego iactatas mota face crescere flammas:
Et vidi nullo concutiente mori.
Verbera plura ferunt, quã quos iuuat vsus aratri:
Detrectant pressi dum iuga prima boues.
Asper equus duris contunditur ora lupatis:
Frena minus sentit quisquis ad arma facit.
Acrius inuitos multoque ferocius vrget,
Quam qui seruitium ferre fatentur, amor.
En ego confiteor tua sum noua praeda Cupido:
Porrigimus victas ad tua vincla manus.
Nil opus est bello: veniam, pacemque rogamus:
[1]Nec tibi laus, armis victus inermis, ero.
Nec te comam myrto: maternas iũge columbas:
Qui deceant, currus vitricus ipse dabit.
Inque dato curru, populo clamante triumphum,
Stabis: & adiunctas arte mouebis aues.
Ducentur capti iuuenes, captaque puellae:
Haec tibi magnificus pompa triumphus erit.
Ipse ego praeda recẽs factũ modo vulnus habebo:
Et noua captiua vincula mente feram.
Mens bona ducetur manibus post terga reuinctis:
Et pudor, & castris quidquid amoris obest.
Omnia te metuent, ad te sua brachia tendent:
Vulgus Io magna voce triumphe canet.
Blanditiae comites tibi erunt, terrorque, furorque,
Assiduè partes turba secuta tuas.
His tu militibus superas hominesque deosque.
Haec tibi si demas commoda, nudus eris.
Laeta triumphanti de summo mater olympo
Plaudet: & appositas sparget in ore rosas.
Tu [2]penna pulchros gemina variante capillos,
Ibis in auratis aureus ipse rotis.
Tum quoq; nõ paucos (si te bene nouimus) vres:
Tum quoque praeteriens vulnera multa dabis.
Non possunt (licet ipse velis) cessare sagittae:
Feruida vicino flamma vapore nocet.
Talis erat domita Bacchus Gangetide terra:
Tu grauis alitibus, tigribus ille fuit.
Ergo cum possim sacri pars esse triumphi:
Parce tuas in me perdere victor opes:
Aspice cognati felicia Caesaris arma:
Qua vicit, victos protegit ille manu.

[1] Ex sensu rectius videtur, quod est in nonnullis, vt *nonvlla tibi iam sit.* [2] al. neque, [3] rectè etiã quidam, *tella.*

ELEGIA III.

Ad amicum.

IVsta precor: quae me nuper praedata puella est:
Aut amet, aut faciat cur ego semper amem:
Ah nimium volui: tantum patiatur amari.

[1] al. Non. [1] al. pennas.

Audierit

Audierit noſtras tot Cytherea preces.
Accipe, per longos tibi qui deſeruiat annos:
Accipe, qui pura norit amare fide.
Si me non veterum commendant magna parentum
Nomina: ſi noſtri ſanguinis auctor eques:
Nec meus innumeris renouatur campus aratris:
Temperat & ſumptus parcus vterq; parens:
At Phœbus, comitesq; nouem, vitisq; repertor
Hoc faciunt: & me qui tibi donat amor:
Et non ceſſuri niſi dis ſine crimine mores,
Nudaq; ſimplicitas, purpureusq; pudor.
Non mihi mille placent: non ſum deſertor amoris
Tu mihi (ſi qua fides) cura perennis eris.
Tecum quos dederint annos mihi fila ſororum,
Viuere conlingat, teq; dolente mori.
Te mihi materiam felicem in carmina præbe,
Prouenient [1] cauſſa carmina digna ſua.
Carmine nomen habet exterrita cornibus Io,
Et quam fluminea luſit adulter aue.
Quaq; ſuper pontum ſimulato vecta iuuenco,
Virginea tenuit cornua falſa manu.
Nos quoque per totum pariter cantabimur orbē.
Iunctaq; ſemper erunt nomina noſtra tuis.

ELEGIA IIII.

Amicam qua arte quibuſve nutibus in cœna præſente viro vti debeat, admonet.

VIr tuus eſt epulas nobiſciū aditurus eaſdem,
Vltima cœna tuo ſit precor, illa viro.
Ergo ego dilectam tantum conuiua puellam
Aſpiciam? tangi quam iuuet, alter erit?
Alteriusq; [2] ſinus aptè ſubiecta fouebis?
Inïciet collo, cum volet, ille manum?
Deſine mirari: poſito quod candida vino
Atracis ambiguos traxit in arma viros.
Nec mihi ſilua domus, nec equo mea membra coherent:
Vix à te videor poſſe tenere manus.
Quæ tibi ſint facienda tamen, cognoſce: nec Euris
Da mea, nec tepidis verba ferenda notis.
Ante veni, quam vir: nec quid ſi veneris ante,
Poſſit agi, video: ſed tamen ante veni.
Cū premet ille torum, vultu comes ipſa modeſto
Ibis, vt [3] accumbas: clam mihi tange pedem.
Me ſpecta, nutuſq; meos vultumq; loquacem:
Excipe furtiuas & refer ipſa notas.
Verba ſupercilijs ſine voce loquentia dicam:
Verba leges digitis, verba notata mero.
Cum tibi ſuccurret Veneris laſciuia noſtræ:
Purpureas tenero pollice tange genas.
Si quid erit, de me tacita quod mente loquaris:
Pendeat extrema mollis ab aure manus.
Cum tibi quæ faciam mea lux, dicámve, placebunt:
Verſetur digitis annulus vſque tuis.
Tange manu menſam, tangunt quo more precantes:
Optabis merito cum mala multa viro.
Quod tibi miſcuerit, ſapias, bibat ipſe iubeto:
Tu puerum leuiter poſſe, quod ipſa voles.
Quæ tu reddideris, ego primus pocula ſumam:
Et qua tu biberis, hac ego parte bibam.
Si tibi forte dabit, quos præguſtauerit ipſe:
Reïce libatos illius ore cibos.
Nec premat [1] indignis ſinito tua colla lacertis:
Mite nec in rigido pectore pone caput:
Nec ſinus admittat digitos, habilesq; papillæ:
Oſcula præcipue nulla dediſſe velis.
Oſcula ſi dederis: fiam manifeſtus amator:
Et dicam, mea ſunt: inïciamq; manus.
Hæc tamen aſpiciam: ſed quæ bene pallia celant:
Illa mihi cæci cauſa timoris erunt.
Nec femori committe femur, nec crure cohære:
Nec tenerum duro cum pede iunge pedem.
Multa miſer timeo: quia feci multa proterue:
Exemplique metu torqueor ipſe mei.
Sæpe mihi dominæq; meæ properata voluptas
Veſte ſub iniecta dulce peregit opus.
Hoc tu non facies: ſed ne feciſſe puteris,
Conſcia de tergo pallia deme tuo.
Vir bibat vſq; roga: precibus tamen oſcula deſint:
Dumq; bibet, furtim (ſi potes) adde merum.
Si bene compoſitus ſomno, vinoq; iacebit:
Conſilium nobis resq;, locusq; dabunt.
Cum ſurges abitura domum: ſurgemus & omnes:
In medium turbæ fac memor agmen eas.
Agmine me inuenies, aut inuenieris in illo,
Quicquid ibi poteris tangere, tange mei.
Me miſerum monui, paucas quod proſit in horas,
Separor à domina nocte iubente mea.
Nocte vir includet, lacrymis ego mœſtus obortis,
Qua licet, ad ſæuas perſequar vſque fores.
Oſcula iã ſumet, iam non tantum oſcula ſumet.
Quod mihi das furtim, iure coacta dabis.
Verum inuita dato, potes hoc ſimiliſq; coactæ:
Blanditiæ taceant, ſitq; maligna Venus.
Si mea vota valent, illum quoq; nil iuuet opto,
Sin minus, at certe te iuuet inde nihil.
Sed quæcumq; tamen noctem fortuna ſequatur:
Cras mihi conſtanti voce dediſſe nega.

ELEGIA V.

Corinnæ concubitus.

AEſtus erat, mediámque dies [2] exegerat horam,
Appoſui medio membra leuanda toro.
Pars adaperta fuit, pars altera clauſa feneſtræ,
Quale fere ſiluæ lumen habere ſolent.
Qualia ſublucent fugiente crepuſcula Phœbo,
Aut vbi nox abiit, nec tamen orta dies.
Illa verecundis lux eſt præbenda puellis,
Qua timidus latebras ſperet habere pudor.
Ecce Corinna venit tunica velata recincta,

[1] al. cauſſæ tuæ. [2] al. ſinu. [3] al. accumbes.
[1] al. ille ſuis. [2] legitur etiam recte *exceſſerat*.

Candida diuidua colla tegente coma.
Qualiter in [1]thalamum formosa Semiramis isse
Dicitur, & multis Lais amata procis.
Diripui tunicam, nec multum rara nocebat,
Pugnabat tunica se tamen illa tegi.
Quæ cum ita pugnaret, tanquam quæ vincere nollet,
Victa est non egrè proditione sua.
Vt stetit ante oculos posito velamine nostros,
In toto nusquam corpore menda fuit.
Quos humeros, quales vidi, tetigique lacertos!
Forma papillarum quam fuit apta premi!
Quam castigato planus sub pectore venter!
Quantum & quale latus! quam iuuenile femur!
Singula quid referam? nil non laudabile vidi,
Et nudam pressi corpus ad vsque meum.
Cætera quis nescit? lassi requieuimus ambo,
Proueniant medij sic mihi sæpe dies.

ELEGIA VI.

Ad ianitorem vt fores sibi aperiat.

Ianitor indigne dura religata catena.
Difficilem moto cardine pande forem.
Quod precor, exiguum est: aditu fac ianua paruo
Obliquum capiat semiadaperta latus.
Longus amor tales corpus tenuauit in vsus,
Aptaque subducto corpore membra dedit.
Ille per excubias custodum leniter ire
Monstrat: inoffensos dirigit ille pedes.
At quondã noctem, simulachraque vana timebã:
Mirabar, tenebris si quis iturus erat.
Risit, vt [2]audirem tenera cum matre Cupido:
Et leuiter, fies tu quoque fortis, ait.
Nec mora, venit amor: non vmbras nocte volantes,
Non timeo strictas in mea fata manus.
Te nimium timeo lentum: tibi blandior vni:
Tu, me non possis perdere, fulmen habes.
Aspice vt inuideas, inimicaque claustra relaxa,
Vda sit vt lacrymis ianua facta meis.
Certè ego, cùm posita starem ad verbera veste,
Ad dominam pro te verba tremente tuli.
Ergo quæ valuit pro te quoque gratia quondam:
(Heu facinus) pro me nunc vallet illa parum.
Redde vicem meritis: grato licet esse, quod optas.
Tempora noctis eunt: excute poste seram.
Excute: sic nunquam dura religere catena,
Nec tibi perpetuo serua bibatur aqua.
Ferreus orantem nequicquam ianitor audis:
Roboribus duris ianua fulta riget.
Vrbibus obsessis clausæ munimina portæ
Prosunt: in media pace quid arma times?
Quid [3]facies hosti, qui sic excludis amantem?
Tempora noctis eunt: excute poste seram.
Non ego militibus venio comitatus, & armis:
Solus eram: si non sæuus adesset amor.

1 al. thalamos. 2 al. audiuit.
3 al. faceres.

Hunc ego si cupiam, nunquam dimittere possem:
Ante vel à membris diuidar ipse meus.
Ergo amor, & modicum circum mea tempora vinum,
Mecum est, & madidis lapsa corona comis.
Arma quis hæc timeat? quis non eat obuius illis?
Tempora noctis eunt: excute poste seram:
Lentus es? an somnus qui te malè probet amãti,
Verba dat in ventos aure repulsa tua?
At (memini) primo cùm te celare volebam:
Peruigil in mediæ sydera noctis eras.
Forsitan & tecum tua nunc requiescit amica.
Heu melior quanto sors tua sorte mea est!
Dum modò sic: in me duræ transite catenæ.
Tempora noctis eunt: excute poste seram.
Fallimur? an verso sonuerunt cardine postes?
Raucaque concussæ signa dedere fores?
Fallimur: impulsa est animoso ianua vento:
Hei mihi quàm longè spem tulit aura meam!
Si satis es raptæ Borea memor Orithyiæ,
Huc ades, & surdas flamine tunde fores.
Vrbe silent tota: vitreoque madentia rore
Tempora noctis eunt: excute poste seram.
Aut ego iam ferroque, ignique paratior ipse
Quam face sustineo, tecta superba petam.
Nox, & amor, vinúmque nihil moderabile suadent:
Illa pudore vacat: Liber, Amórque, metu.
Omnia consumpsi: nec te precibusque, minisque
Mouimus, [1] o foribus durior ipse tuis.
Nec te formosæ decuit seruare puellæ
Limina: sollicito carcere dignus eras.
Iamque pruinosos mulcet lucifer axes,
Inque suum miseros excitat ales opus.
At tu non lætis detracta corona capillis,
Dura super tota limina nocte iace.
Tu dominæ, cùm te proiectam manè videbit:
Temporis absumpti tam male, testis eris.
Qualiscunque vale, sentique abeuntis amorem:
Lente, nec admisso turpis amante, vale.
Vos quoque crudeles rigido cum limine postes.
[2] Duraque conserta lingua valete fores.

ELEGIA VII.

Ad pacandam amicam, quam verberauerat.

Dde manus in vincla meas: meruere catenas,
Dum furor omnis abest, si quis amicus ades.
Nã furor in dominam temeraria brachia mouit:
Flet mea vesana læsa puella manu.
Tunc ego vel caros potui violare parentes:
Sæua vel in sanctos verbera ferre deos.
Quid? non & clypei dominus septemplicis Aiax
Strauit deprensos lata per arua greges?
Et vindex in matre, patris malus vltor Orestes
Ausus in arcanas poscere tela deas?
Ergo ego digestos potui violare capillos,
Nec dominam notæ dedecuere comæ.

1 al. ex. 2 al. Duráque conseruæ ligna.

Sic

Sic formosa fuit, talem Schœneida dicam
Mænalias arcu sollicitasse feras.
Talis periuri promissaq́, velaq́ Thesei
Fleuit præcipites Cressa tulisse notos.
Sic, nisi vitatis quod erat Cassandra capillis,
Procubuit templo casta Minerua tuo.
Quis mihi non demens, quis non mihi barbare dixit?
Ipsa nihil: pauido lingua retenta metu.
Sed taciti fecere tamen conuicia vultus:
Egit me lacrymis ore silente reum.
Ante meos humeris vellem cecidisse lacertos,
Vtilius potui parte carere mei.
In mea vesanas habui dispendia vires?
Et potui pœnam fortis inire meam?
Quid mihi vobiscum, cædis, scelerúmque ministræ?
Debita sacrilegæ vincla subite manus.
An, si pulsassem minimum de plebe Quiritem,
Plecterer? in dominam ius mihi maius erit?
Pessima Tydides scelerum monumẽta reliquit:
Ille deam primus perculit alter ego.
Et minus ille nocens: me qua profitebar amare,
Læsi: Tydides sæuus in hoste fuit.
I nunc magnificos victor molire triumphos:
Cinge comam lauro: votaq́ redde Ioui.
Quaq́ tuos currus comitantum turba sequetur:
Clamet, Io forti victa puella viro est.
Ante eat effuso tristis captiua capillo,
Si sinerent læsæ candida toga, genæ.
Aptius impressis fuerat liuere labellis,
Et collum blandi dentis habere notam.
Denique, si tumidi ritu torrentis agebar,
Cæcaque me prædam fecerat ira suam.
Nónne satis fuerat timidæ inclamasse puellæ?
Nec nimium rigidas intonuisse minas?
Aut tunicam summa deducere turpiter ora?
Vt mediam mediæ zona tulisset opem?
At nunc sustinui raptis à fronte capillis,
Ferreus ingenuas vngue notare genas.
Abstitit illa [1] amens, albo sine sanguine vultu:
Cæduntur Pario qualia saxa iugis.
Exanimes artus, & membra trementia vidi,
Vt cùm populeas ventilat aura comas.
Vtque leui Zephyro [2] graciles vibrantur aristæ,
Summáue cum tepido stringitur vnda noto,
Suspensæque diu lacrymæ fluxere per ora:
Qualiter abiecta de niue manat aqua.
Tunc ego me primum cœpi sentire nocentem:
Sãguis erant lacrymæ, quas dabat illa meus.
Ter tamẽ ante pedes volui procumbere supplex:
Ter formidatas reppulit illa manus.
At tu, ne dubita, minuet vindicta dolorem,
Protinus in vultus vnguibus ire meos.
Nec nostris oculis, nec nostris parce capillis:
Quaslibet infirmas adiuuat ira manus.
Néve mei sceleris tam tristia signa supersint,
Pone recompositas in statione comas.

[1] al. gemens. [2] al. gracilis vibratur arundo. [3] al. licet.

ELEGIA VIII.

Execratur lenam, quæ puellam suam meretricis arte instruebat.

Est quædam, quicumque volet cognoscere lenam
Audiat: est quadã nomine Dipsas anus.
Ex re nomen habet: nigri non illa parentem
Memnonis in roseis sobria vidit equis.
Illa magas artes, Æaáque carmina nouit,
Inque caput liquidas arte recuruat aquas.
Scit bene quid gramen, quid torto concita rhombo
Licia, quid valeat virus amantis equæ.
Cùm voluit, toto glomerantur nubila cælo:
Cùm voluit, puro fulget in orbe dies.
Sanguine (si qua fides) stillantia sydera vidi:
Purpureus Lunæ sanguine vultus erat.
Hanc ego nocturnas viuam volitare per vmbras
Suspicor: & pluma corpus anile tegi.
Suspicor & fama est: oculis quoque pupula duplex
Fulminat: & geminum fulmen ab orbe venit.
Euocat antiquis proauos, atauosque sepulchris:
Et solidam longo carmine findit humum.
Hæc sibi proposuit thalamos violare pudicos.
Nec tamen eloquio lingua nocente caret.
Fors me sermoni testem dedit: illa monebat
Talia: me duplices occuluere fores.
Scis here te mea lux iuueni placuisse beato:
Hæsit, & in vultu constitit vsque tuo.
Et cur non placeas? nulli tu forma secunda est:
Me miseram dignus corpore cultus abest.
Tam felix esses, quàm formosissima, vellem:
Non ego te facta diuite pauper ero.
Stella tibi oppositi nocuit contraria Martis:
Mars abiit, signo nunc Venus apta tuo.
Prosit vt aduenienti en adspice: diues amator
Te cupit, & curæ, quid tibi desit, habet.
Est etiam facies, quæ, se tibi comparet, illi:
Si te non emptam, vellet, emendus erat.
Erubuit, decet alba quidem pudor ora: sed iste
Si simules, prodest: verus obesse solet.
Cum bene deiectis gremium [1] spectabis ocellis:
Quantum quisque ferat, respiciendus erit.
Forsitan inculta Tatio regnante Sabinæ
Noluerint habiles pluribus esse viris.
Nunc Mars externis animos exercet in armis,
Et Venus Æneæ regnat in vrbe sui.
Ludunt formosæ: casta est, quam nemo rogauit:
Aut, si rusticitas non vetat, ipsa rogat.
Has quoque, quas fronte rugas in vertice portas,
Excute: de rugis culmina multa cadent.
Penelope vires iuuenum tentabat in arcu:
Qui latus arguẽret, corneus arcus erat.
Labitur occulte, fallitq́ volatilis ætas:
Et celer admissis labitur annus equis.
Æra nitent vsu: vestis bona quærit haberi,
Canescunt turpi tecta relicta situ.
Forma, nisi admittas, nullo exercente senescit,

[1] fort. rectius spectaris.

Nec satis effectus vnus, & alter habent.
Certior è multis: nec tam inuidiosa rapina est:
Plena venit canis de grege præda lupis.
Ecce, quid iste tuus præter noua carmina vates
Donat? amatoris millia multa leges.
Ipse Deus vatum, palla spectabilis aurea
Tractat inaurata consona fila lyra.
Qui dabit, ille tibi magno sit maior Homero:
(Crede mihi) res est ingeniosa dare.
Nec tu, si quis erit capitis mercede redemptus:
Despice gypsati [1] crimen inane pedis.
Nec te decipiant veteris quinquatria ceræ:
Tolle tuos tecum pauper amator auos.
Qui, quia pulcer erit, poscet sine munere noctem:
Quod det, amatorem flagitet ante suum.
Parcius exigito pretium, dum retia tendis:
Ne fugiant: captos legibus vre tuis.
Nec nocuit simulatus amor: [2] sine credat amari
Et caue, ne gratis hic tibi constet amor.
Sæpe nega noctem, capitis modò finge dolorem:
Et modò quæ causas præbeat, Isis erit.
Mox recipe: vt nullum patiendi colligat vsum:
Néve relentescat sæpe repulsus amor.
Surda sit oranti tua ianua: laxa ferenti:
Audiat excluſi verba receptus amans.
Et quasi læsa prius, nonnunquam irascere læso:
Vanescat culpa culpa repulsa tua.
Sed nunquam dederis spatiosum tempus in irâ:
Sæpe simultates ira morata facit.
Quin etiam discant oculi lacrymare coacti:
Et faciant vdas ille, vel ille genas.
Nec, siquem fallas, tu periurare timeto,
Commodat illusis numina surda Venus.
Seruus, & ad partes solers ancilla parentur:
Qui doceant, aptè quid tibi possit emi.
Et si pauca rogent: [3] multos si pauca rogabunt,
Postmodo de stipula grandis aceruus erit.
Et soror, & mater, nutrix quoque carpat amantem:
Fit citò per multas præda petita manus.
Cùm tibi deficient poscendi munera causſæ,
Natalem libo testificare tuum.
Ne securus amet nullo riuale, caueto,
Non bene si tollas prælia, durat amor.
Ille viri videat toto vestigia lecto,
Factaq; lasciuis liuida colla notis.
Munera præcipue videat, quæ miserit alter.
Si tibi nil dederit, sacra roganda via est.
Cui multa abstuleris: vt non tamẽ omnia donet:
Quod nunquam reddas commodet ille, roga.
Lingua iuuet, mentemq; tegat, blandire, nocéq;:
Impia sub dulci melle venena latent.
Hæc si præstiteris vsu mihi cognita longo:
Nec tulerint voces ventus & aura meas:
Sæpe mihi dices, viuas bene: sæpe rogabis,
Vt mea defuncta molliter ossa cubent.
[4] Vox erat in cursu: cui me mea prodidit vmbra:
At nostra vix se continuere manus.
Quin albam, rarámque comam, lachrymosaq; vino
Lumina, rugosas distraheremq; genas.
Di tibi dent nullo, quæ lares, inopemq; senectã,
Et longas hiemes, perpetuámq; sitim.

1 al. nomen. 2 in nonnullis, *se credat amari.* 3 legitur etiam *multi si pauca rogabunt*, quæ fort. verior lect. 4 al. Nox.

ELEGIA IX.

Ad Atticum, amantem non oportere desidiosum esse, sicuti nec militem.

Militat omnis amans: & habet sua castra Cupido:
Attice (crede mihi) militat omnis amans.
Quæ bello est habilis, Veneri quoq; conuenit ætas,
Turpe senex miles, turpe senilis amor.
Quos petiere duces annos in milite fortes,
Hos petit in socio bella puella viro.
Peruigilant ambo, terra requiescit vterque:
Ille fores dominæ seruat, at ille ducis.
Militis officium longa est via, mitte puellam,
Strenuus exempto fine sequetur amans.
Ibit in aduersos montes, duplicatáque nymbo
Flumina, congestas conteret ille niues,
Nec freta pressurus tumidos causabitur Euros,
Aptaq; vertendis sidera quærit aquis.
Quis nisi vel miles, vel amans, & frigora noctis,
Et denso mistas perferet imbre niues?
Mittitur infestos alter speculator in hostes,
In riuale oculos alter vt hoste tenet.
Ille graues vrbes, hic dura limen amicæ
Obsidet: hic portas, frangit at ille fores.
Sæpe soporatos inuadere profuit hostes,
Cædere & armata vulgus inerme manu:
Sic fera Threicij cecidere agmina Rhesi:
Et dominum capti deseruistis equi.
Nempe maritorum somnis vtuntur amantes:
Et sua sopitis hostibus arma mouent.
Custodum transire manus, vigilúmque cateruas,
Militis, & miseri est semper amantis opus.
Mars dubius: nec certa Venus: victique resurgunt:
Quósque neges vnquam posse iacere, cadunt.
Ergo desidiam quicumque [1] vocabit amorem,
Desinat: ingenij est experientis amor.
Ardet in abducta Briseide magnus Achilles:
Dum licet: Argiuas frangite Troes opes.
Hector ab Andromaches cõplexib⁹ ibat in arma:
Et galeam capiti quæ daret, vxor erat.
Summa ducum Atrides visa Priameide fertur,
Mænadis effusis obstupuisse comis.
Mars quoque deprensus fabrilia vincula sensit:
Notior in cælo fabula nulla fuit.
Ipse ego segnis eram, discinctáque in otia natus,
Mollierant animos lectus, & vmbra meos.
Impulit ignauum formosæ cura puellæ,
Iussit & in castris ara merere suis.
Inde vides vigilem, nocturnáque bella gerentem,
Qui non vult fieri desidiosus, amet.

1 Rectius in quibus. *vocauit.*

ELEGIA X.

Ad puellam, ne pro amore præmia poscat.

Qualis ab [1] *Europæ Phrygijs aduecta carinis*
Coniugibus belli causa duobus erat.
Qualis erat Lede, quam plumis abditus albis
Callidus in falsa lusit adulter aue.
Qualis Amymone siccis [2] *errauit in agris,*
Cùm premeret summi verticis vrna comas.
Talis eras, aquilamq́; in te, taurumq́; timebam,
Et quidquid magno de Ioue fecit amor.
Nunc timor omnis abest, animiq́; euanuit ardor,
Nec facies oculos tam capit ista meos.
Cur sim mutatus quæris? quia munera poscis,
Hæc te non patitur caussa placere mihi.
Donec eras simplex, animũ cum corpore amauit:
Nunc mentis vitio læsa figura tua est.
Et puer est & nudus Amor, sine sordibus annos,
Et nullas vestes vt sit apertus, habet.
Quid puerum Veneris pretio prostare iubetis?
Quo pretium condat, non habet ille sinum.
Nec Venus apta feris, Veneris nec filius, armis:
Non decet imbelles ara merere deos.
Stat meretrix certo cuiuis mercabilis ære,
Et miseras iusso corpore quærit opes.
Deuouet imperium tamen hæc lenonis auari,
Et quod vos facitis sponte, coacta facit.
Sumite in exemplum pecudes ratione carentes,
Turpe erit ingenium mitius esse feris.
Non equa munus equo, non tauro vacca po-
poscit:
Non aries placitam munere captat ouem.
Sola viro mulier spoliis exultat ademptis:
Sola locat noctes, sola locanda venit.
Et vendit quod vtrunque iuuat, quod vterque
petebat:
Et pretium quanti gaudeat ipsa facit.
Quæ Venus ex æquo ventura est grata duobus:
Altera cur illam vendit, & alter emit?
Cur mihi sit damnosi tibi si lucrosa voluptas?
Quam socio motu femina, virq́; ferunt?
Non bene conducti vendunt periuria testes:
Non bene selecti iudicis arca patet.
Turpe reos empta miseros defendere lingua:
Quod faciat magnas turpe tribunal opes.
Turpe tori reditu census augere paternos:
Et faciem lucro prostituisse suam.
Gratia pro rebus merito debetur ineptis:
Pro male conducto gratia nulla toro.
Omnia conductor soluit: mercede soluta
Non manet officio debitor ille tuo.
Parcite formosæ pretium pro nocte pacisci:
Non habet euentus sordida præda bonos.
Non fuit armillas tanti pepigisse Sabinas:
Vt premerent sacræ virginis arma caput.
Ex quibus exierat, traiecit viscera ferro
Filius: & pœnæ caussa monile fuit.
Nec tamen indignũ est à diuite [3] *munera posci:*
Munera poscenti quæ dare possit, habet.
Carpite de plenis pendentes vitibus vuas:
Præbeat Alcinoi poma benignus ager.
Officium pauper, numeret studiumq́; fidemq́;:
Quod quis habet, dominæ conferat omne suæ.
Est quoque carminibus meritas celebrare puel-
las
Dos mea: quam volui, nota sit arte mea.
Scinduntur vestes, gemmæ franguntur & aurũ:
Carmina quam tribuent, fama perennis erit.
Nec dare, sed pretium posci dedignor, & odi.
Quod nego poscenti, desine velle, dabo.

1 al. Eurota. 2 al. errabat. 3 al. præmia.

ELEGIA XI.

Napen alloquitur, vt paratas tabellas ad Corinnam perferat.

Colligere incertos, & in ordine ponere crines
Docta, [1] *nec ancillas inter habenda Nape,*
Inq́; ministerijs furtiuæ cognita noctis
Vtilis, & dandis ingeniosa notis,
Sæpe venire ad me dubitantẽ hortata Corinnã,
Fida laboranti sæpe reperta mihi,
Accipe: & ad dominã peraratas mane tabellas
Perfer: & obstantes sedula pelle moras.
Nec silicum venæ, nec durum in pectore ferrum,
[2] *Sed tibi simplicitas ordine maior inest.*
Credibile est, & te sensisse Cupidinis arcus:
In me militiæ signa tuére tuæ.
Si quæret quid agam: spe noctis viuere dices,
Cetera fert blanda cera notata manu.
Dum loquor, hora fugit: vacuæ bene redde ta-
bellas:
Verum continuò fac tamen ipsa legat.
Aspicias oculos mando frontemq́; legentis:
Ex tacito vultu scire futura licet.
Nec mora, perlectis rescribat multa iubeto:
Odi cùm latè splendida cera vacat.
Comprimat ordinibus versus: oculosq́; moretur
Margine in extrema littera rasa meos.
Quid digitos opus est graphium lassare tenendo?
Hoc habeat scriptum tota tabella, veni,
Non ego victrices lauro redimire tabellas:
Nec Veneris media ponere in æde morer.
Subscribam, Veneri fidas sibi Naso tabellas
Dedicat: at nuper vile fuistis acer.

1 al. neque. 2 al. Nec malè.

ELEGIA XII.

Tabellas quas miserat, execratur, quòd amica noctem negabat.

Flete meos casus, tristes rediere tabellæ:
Infelix hodie littera posse negat.
Omnia sunt aliquid, modo cùm discedere vellet
Ad limen digitos restitit icta Nape.
Missa foras iterum limen transire memento
Cautius, atque altè sobria ferre pedem.
Ite hinc difficiles, funebria ligna, tabellæ:
Túque negaturis cera referta notis.

Quam puto de longe collectam flore cicutæ
Melle sub infami Corsica misit apis.
At tanquam minio penitus medicata rubebas:
Ille color verè sanguinolentus erat.
Proiectæ in triuiis iacentis inutile lignum:
Vosq́; rotæ frangat prætereuntis onus.
Illum etiam, qui vos ex arbore vertit in vsum:
Conuincam puras non habuisse manus.
Præbuit illa arbor misero suspendia collo:
Carnifici duras præbuit illa cruces.
Illa dedit turpes raucis bubonibus vmbras:
Vulturis in ramis & Strigis [1] ouа tulit.
His ego commisi nostros insanus amores?
Mollia q́; ad dominam verba ferenda dedi?
Aptius hæc capiant vadimonia garrula cerа:
Quas aliquis duro cognitor ore legat.
Inter ephemeridas melius tabulasq́; iacerent:
In quibus absumptas fleret auarus opes.
Ergo ego vos rebus duplices pro nomine sensi:
Auspicij numerus non erat ipse boni.
Quid precer iratus: nisi vos cariosa senectus
Rodat: & immundo cera sit alba situ.

ELEGIA XIII.

Ad Auroram ne properet.

IAm super Oceanum venit à seniore marito
Flaua pruinoso quа vehit axe diem.
Quò properas Aurora? mane, sic Memnonis vmbras
Annua solemni cæde parentet auis.
Nunc iuuat in teneris dominæ iacuisse lacertis,
Si quando lateri nunc bene iuncta meo est.
Nunc etiam somni pingues, & frigidus aer:
Et liquidum tenui gutture cantat auis.
Quo properas ingrata viris, ingrata puellis?
Roscida purpurea supprime lora manu.
Ante tuos ortus melius sua sydera seruat
Nauita, nec media nescit an erret aqua.
Te surgit (quamuis lassus) veniente viator,
Miles, & arma feras aptat ad arma manus.
Prima [2] subire iubes oneratos arua colonos:
Prima vocas tardos sub iuga panda boues.
Tu pueros somno fraudas: tradisq́; magistris,
Vt subeant teneræ verbera sæua manus.
Atque eadem sponsum cõsultò ante atria mittis,
Vnius vt verbi grandia damna ferat.
Nec tu consultò, nec tu iucunda differtò es:
Cogitur ad lites surgere vterque nouas.
Tu, ne feminei possint cessare lacerti,
Lanificam reuocas ad sua pensa manum.
Omnia perpeterer: sed surgere manè puellas
Quis, nisi cui non est villa puella, ferat?
Optaui quoties, ne nox tibi cedere vellet,
Nec fugerent vultus sydera nota tuos.
Optaui quoties, aut ventus frangeret axem,
Aut caderet spissa nube retentus equus.
Inuida quò properas? quod erat tibi filius ater,
Materni fuerat pectoris ille color.

[1] al. in quibus erat. [2] al. bibente vides.

Quid si non Cephali quondam flagrasset amore?
An putat ignotam nequitiam esse suam?
Tithono vellem de te narrare liceret.
Fœmina non cælo turpior vlla foret.
Illum dum refugis, longo quod marcet ab æuo,
Surgis ad inuisas à sene manè rotas.
At si quem Cephalum manibus complexa teneres:
Clamares, Lentè currite noctis equi.
Cur ego plector amans, si vir tibi marcet ab annis:
Non me nupsisti conciliante seni.
Aspice quos somnos iuueni donaret amato
Luna, nec illius forma secunda tua est.
Ipse deũm genitor (ne te tam sæpe videret)
Commisit noctes in sua vota duas.
Iurgia finieram, scires audisse, rubebat:
Nec tamen [1] assueto tardius orta dies.

ELEGIA XIIII.

Puellam consolatur, cui præ nimia cura comæ deciderant.

DIcebam, desiste tuos medicare capillos,
Tingere quam possis, iam tibi nulla coma est.
At si passa fores, quid erat speciosius illis?
Contegerant imum qua patet vsque latus.
Quid, quòd erant tenues, & quos ornare timeres?
Vela colorati qualia Seres habent:
Vel pede quod gracili deducit aranea filum,
Cum leue deserta sub trabe nectit opus.
Nec tamen ater erat, nec erat color aureus illis:
Sed quamuis neuter, mistus vterque color.
Qualem cliuosæ madidis in vallibus Idæ
Ardua direpto cortice cedrus habet.
Adde quod & dociles, & centum flexibus apti,
Et tibi nullius causa doloris erant.
Non acus abrupit, non vallum pectinis illos:
Ornatrix tuto corpore semper erat.
Ante meos oculos sæpe est ornata, nec vnquam
Brachia directa saucia fecit acu.
Sæpe etiam nondum digestis manè capillis,
Purpureo iacuit semisopita toro.
Tum quoque erat neglecta decens, vt Thracia Bacche:
Cùm [3] tenerè in viridi gramine lassa iacet.
Cùm graciles essent tamen, & lanugmis instar:
Heu mala vexata quanta tulere comæ!
Quàm se præbuerant ferro patienter & igni,
Vt fieret torto nexilis orbe sinus.
Clamabam, scelus est, istos scelus vrere crines,
Sponte decent: capiti ferrea parce tuo.
Vim procul hinc remoue: non est qui debeat vri:
Erudit admotas ipse capillus acus.
Formosæ periere comæ: quas vellet Apollo,
Quas vellet capiti Bacchus inesse suo.
Illis contulerim: quas quondam nuda Dione

[1] al. solito. [2] al. ille. [3] al. temerè.

Pin-

Pingitur humenti ſuſtinuiſſe manu.
Quid malè compoſitos quereris periſſe capillos?
Quid ſpeculum mœſta ponis inepta manu?
Non bene conſuetis à te ſpectaris ocellis:
Vt placeas, debes immemor eſſe tui.
Non te cantatæ læſerunt pellicis herbæ:
Non anus Hæmonia perfida [1] lauit aqua.
Non tibi vis morbi nocuit: procul omen abeſto:
Non minuit denſas inuida lingua comas.
Facta manu culpáque tua diſpendia ſentis:
Ipſa dabas capiti miſta venena tuo.
Nunc tibi captiuos mittet Germania crines:
Culta triumphatæ munere gentis eris.
O quàm ſæpe comas aliquo mirante rubebis:
Et dices, empta nunc ego merce probor.
Neſcio quam pro me laudat nunc iſte Sicambrã:
Fama tamen memini cùm fuit iſta mea.
Me miſerũ, lacrymas malè continet: oraq; dextra
Protegit ingenuas picta rubore genas.
Suſtinet antiquos gremio, ſpectátq; capillos:
Hei mihi non illo munera digna loco.
Collige cum vultu mẽtem, reparabile damnũ eſt:
Poſtmodo natiua conſpiciere coma.

ELEGIA XV.

Ad inuidos: quòd fama poëtarũ ſit perennis.

QVid mihi liuor edax ignauos obijcis annos?
Ingenijq; vocas carmen inertis opus?
Non me more patrum, dum ſtrenua ſuſtinet ætas,
Præmia militiæ pulueruleuta ſequi.
Non me verboſas leges ediſcere: non me
Ingrato voces proſtituiſſe foro.
Mortale eſt, quod quæris opus: mihi fama perẽnis
Quæritur, vt toto ſemper in orbe canar.

[1] al. lęſit.

Viuet Mæonides, Tenedos dum ſtabit, & Ide:
Dum rapidas Simois in mare voluet aquas.
Viuet & Aſcræus, dum muſtis vua tumebit:
Dum cadet incurua falce reſecta [1] Ceres.
Battiades toto ſemper cantabitur orbe:
Quamuis ingenio non valet, arte valet.
Nulla Sophocleo veniet iactura cothurno:
Cum ſole & luna ſemper Aratus erit.
Dum fallax ſeruus, durus pater, improba lena
Viuet, dum meretrix blanda, Menandrus erit.
Ennius arte carens, animoſiq; Accius oris,
Caſurum nullo tempore nomen habent.
Varronem, primamq; ratem quæ neſciet ætas?
Aureaq; Æſonio terga petita duci?
Carmina ſublimis tunc ſunt peritura Lucreti:
Exitio terras cùm dabit vna dies.
Tityrus & ſegetes, Æneiaq; arma legentur,
Roma triumphati dum caput orbis erit.
Donec erunt ignes, arcuſq; Cupidinis arma,
Diſcentur numeri culte Tibulle tui.
Gallus & Heſperijs, & Gallus notus Eois,
Et ſua cum Gallo nota Lycoris erit.
Ergo cùm ſilices, cùm dens patientis aratri
Depereant æuo: carmina morte carent.
Cedant carminibus reges, regúmve triumphi:
Cedat & auriferi ripa beata Tagi.
Vilia miretur vulgus: mihi flauus Apollo
Pocula Caſtalia plena miniſtret aqua.
Suſtineamq; coma metuentem frigora myrtum,
Atq; ita ſollicito multus amante legar.
Paſcitur in viuis liuor, poſt fata quieſcit:
Tunc ſuus ex merito quemq; tuetur honor.
Ergo etiam, cùm me ſupremus aduſſerit ignis,
Viuam: parſq; mei [2] magna ſuperſtes erit.

[1] al. ſeges. [2] al. multa.

P. OVIDII NASONIS
AMORVM LIBER II.

ELEGIA I.

Quod pro gigantomachia amores ſcribere ſit coactus.

HÆc quoq; compoſui Pelignis natus aquoſis,
Ille ego nequitiæ Naſo poëta meæ.
Hoc quoq; iuſſit amor: procul hinc, procul eſte ſeueri:
Non eſtis teneris apta theatra modis.
Me legat in ſponſi facie non frigida virgo,
Et rudis ignoto tactus amore puer.
Atq; aliquis iuuenum, quo nunc ego ſaucius arcu
Agnoſcat flammæ conſcia ſigna ſuæ:
Miratuſq; diu, quo, dicat, ab indice doctus
Compoſuit caſus iſte poëta meos?
Auſus eram, memini, cæleſtia dicere bella,
Centimanumq; Gygen, & ſatis oris erat.
Cùm malè ſe tellus vlta eſt, ingeſtaq; olympo
Ardua deuexum Pelion oſſa tulit.
[1] In manibuſq; Iouẽ, & cum Ioue fulmen habebam:
Quod bene pro cælo mitteret ille ſuo.
Clauſit amica fores, ego cum Ioue fulmen amiſi,
Excidit ingenio Iupiter ipſe meo.
Iupiter ignoſcas: nil me tua tela iuuabant:
Clauſa tuo maius ianua fulmen habet.
Blanditias, elegóſque leues mea tela reſumpſi:
Mollierant duras lenia verba fores.
Carmina ſanguineæ deducunt cornua lunæ,
Et reuocant niueos ſolis euntis equos.

[1] al. Iupiter in manibus.

Carmine dſſiliunt abruptis faucibus angues,
Inq; ſuos fontes verſa recurrit aqua.
Carminibus ceſſere fores, inſertaq; poſti,
Quamuis robur erat, carmine victa ſera eſt.
Quid mihi profuerit velox cantatus Achilles:
Quid pro me 1 Aiaces, alter & alter agent?
Quiq; tot errando, quot bello perdidit annos?
Raptus & Hæmonijs flebilis Hector equis?
At facies tenera vt laudata eſt ſæpe puellæ:
Ad vatem, pretium carminis, ipſa venit.
Magna datur merces: heroum clara valete
Nomina: non apta eſt gratia veſtra mihi.
Ad mea formoſos vultus adhibete puellæ
Carmina: purpureus quæ mihi dictat amor.

ELEGIA II.

Ad Bagoum, vt cuſtodiam puellæ ſibi commiſſæ laxiorem habeat.

QVem penes eſt dominam ſeruandi cura Bagoe,
Dum perago tecum pauca, ſed apta, vaca.
Heſterna vidi ſpatiantem luce puellam,
Illam, quæ Danaï porticus agmen habet.
Protinus vt placuit, miſi: noctemq; rogaui:
Reſcripſit trepida, non licet, illa manu.
Et cur non liceat quærenti, reddita cauſa eſt:
Quod nimium dominæ cura moleſta tua eſt:
Si ſapis, ô cuſtos odium (mihi crede) mereri
Deſine: quem metuit, quiſq; 2 perire cupit.
Vir quoque non ſapiens: quid enim ſeruare laboret,
Vnde nihil, quamuis non tueare, perit?
Sed gerat ille ſuo morem furioſus amori,
Et caſtam multis quæ placet, eſſe putet.
Huic furtiua tuo libertas munere detur,
Quam dederis illi, reddat vt illa tibi.
Conſcius eſſe velis, domina eſt obnoxia ſeruo.
Conſcius eſſe times: diſſimulare licet.
Scripta leget ſecum, matrem ſcripſiſſe putato.
Venerit ignotus, poſtmodo notus eat.
Ibit vt affectam, quæ non languebit, amicam
3 Viſat, iudicijs ægra ſit illa tuis.
Si faciet tardè, ne te mora longa fatiget,
Impoſita gremio ſtertere fronte potes.
Nec tu 4 Niligenam fieri quid poſſit ad Iſim,
Quæſieris, nec tu curua theatra time.
Conſcius aſſiduos commiſſi tollet honores,
Quis minor eſt autem, quàm tacuiſſe labor?
Ille placet, verſatq; domum, nec verbera ſentit:
Ille placet dominæ, cætera turba iacet.
Huic, veræ vt lateant cauſſæ, finguntur inanes:
Atq; ambo domini, quod probat vna, probant.
Cùm bene vir traxit vultum, rugaſq; coegit.
Quod voluit fieri blanda puella facit.
Sed tamen interdum tecum quoque iurgia nectat:
Et lacrymas ſimulet carniſicemq; vocet.
Tu contra obijcies, quæ tutò diluat illa:
In vero, falſo crimine, deme fidem.
Sic tibi ſemper honos, ſic alta pecunia creſcet,
Hæc face, & exiguo tempore liber eris.
Aſpicis indicibus nexas per colla catenas:
Squalidus orba fide pectora carcer habet.
Quærit aquas in aquis, & poma fugacia captat
Tantalus: hoc illi garrula lingua dedit.
Dum nimium ſeruat cuſtos Iunonius Io,
Ante ſuos annos occidit: illa dea eſt.
Vidi ego compedibus liuentia crura gerentem,
Vnde vir inceſtum ſcire coactus erat.
Pœna minor merito nocuit mala lingua duobus:
Vir doluit: famæ damna puella tulit.
(Crede mihi) nulli ſunt crimina grata marito:
Nec quenquam, quamuis audiat illa, iuuant.
Seu tepet, indicium ſecuras prodit ad aures:
Siue amat, officio ſit miſer ille tuo.
Culpa nec ex facili, quamuis manifeſta, probatur:
Iudicis illa ſui tuta fauore venit.
Viderit ipſe licet: credet tamen ille neganti,
Damnabitq; oculos, & ſibi verba dabit.
Aſpiciet dominæ lachrymas, plorabit & ipſe:
Et dicet, pœnas garrulus iſte dabit.
1 Quid diſpar certamen inis? tibi verbera victo
Adſunt: in gremio iudicis illa ſedet.
Non ſcelus aggredimur, non ad miſcenda coimus
Toxica, non ſtricto fulminat enſe manus:
Quærimus, vt tutò per te poſſimus amare:
Quid precibus noſtris mollius eſſe poteſt?

ELEGIA III.

Ad Eunuchum ſeruantem dominam.

HEi mihi, quod dominam nec vir nec fœmina ſeruas:
Mutua nec Veneris gaudia noſſe potes.
Qui primus pueris genitalia membra recidit:
Vulnera quæ fecit debuit ipſe pati.
Mollis in obſequium, faciliſque rogantibus eſſes:
Si tuus in quauis pratepuiſſet amor.
Non tu natus equo, non fortibus vtilis armis:
Bellica non dextræ conuenit haſta tuæ.
Iſta mares 2 tractant, tu ſpes depone viriles:
Sunt tibi cum domina ſigna ferenda tua:
Hanc imple meritis, huius tibi gratia proſit:
Si careas illa, quis tuus vſus erit?
Eſt etiam facies, ſunt apti luſibus anni,
Indigna eſt pigro forma perire ſitu.
Fallere te potuit, quamuis habeare moleſtus:
Non caret effectu, quod voluere duo.

1 Non reiicio quod in quibuſd. *Atrides.*
2 al. periiſſe.
3 al. viſitat indiciis.
4 al. linigeram.

1 al. cur.
2 al. tractent.

Ap-

Aptius vt fuerit precibus tentasse rogamus:
Dum bene ponendi munera tempus habes.

ELEGIA IV.

Quòd amet mulieres, cuiuscunque formæ sint.

NOn ego mendosos ausim defendere mores,
Falsáque pro vitiis arma mouere meis.
Confiteor, si quid prodest delicta fateri:
In mea nunc demens crimina fassus eo.
Odi: nec possum cupiens non esse quod odi:
Heu quàm, quod studeas ponere, ferre graue est!
Nam desunt vires ad me mihi, iúsque regendum:
Auferor vt rapida concita puppis aqua.
Non est certa meos quæ forma inuitet amores:
Centum sunt causæ, cur ego semper amem.
Siue aliqua est oculos in me disiecta modestos:
Vror: & insidiæ sunt pudor ille meæ.
Siue procax [1] aliqua est, capior, quia rustica non est:
Spemq; dat in molli mobilis esse toro.
Aspera si visa est, rigidasq; imitata Sabinas:
Velle sed ex alto dissimulare puto.
Siue est docta: placet raras dotata per artes:
Siue rudis: placita est simplicitate sua.
Est, quæ Callimachi præ nostris rustica dicat
Carmina: cui placeo protinus illa placet:
Est etiam, quæ me vatem, & mea carmina culpet:
Culpant is cupiam sustinuisse femur.
Molliter incedit, motu capit, altera dura est,
At poterit tacto mollior esse viro.
Hæc quia dulce canit, flectítque facillima vocē:
Oscula cantanti rapta dedisse velim.
Hæc querulas habili percurrit pollice chordas:
Tam doctas quis non possit amare manus?
Illa placet gestu: numerosáque brachia ducit:
Et tenerum molli torquet ab arte latus.
Vt taceam de me, qui causa tangor ab omni,
Illic Hippolytum pone, Priapus erit.
Tu, quia tam longa es, veteres heroidas æquas.
Et potes in toto multa iacere toro.
Hæc habilis breuitate sua est, corrumpor vtraque:
Conueniunt voto longa, breuisq; meo.
Non est culta: subit, quid culta accedere possit:
Ornata est, dotes exhibet ipsa suas.
Candida me capiet, capiet me flaua puella,
Est etiam in fusco grata colore Venus.
Seu pendent niuea pulli cervice capilli,
Leda fuit nigra conspicienda coma.
Seu flauent, placuit croceis Aurora capillis,
Omnibus hístoriis se meus aptat amor.
Me noua sollicitat, me tangit serior ætas:
Hæc [2] melior specie, moribus illa placet.
Denique quas tota quisquam probat vrbe puellas:
Nostler in has omnes ambitiosus amor.

[1] al. vlla. [2] al. specie corporis illa sapit.

ELEGIA V.

Ad amicam corruptam.

NVllus amor tanti est: habeas pharetrate Cupido,
Vt mihi sint toties maxima vota mori.
Vota mori mea sunt, cùm te peccasse recordor,
Hei mihi perpetuum nata puella malum.
Non mihi decepta nudant tua facta tabella,
Nec data furtiuè munera crimen habent.
O vtinam arguerem, sic vt non vincere possem,
Me miserum quare tam bona causa mea est?
Felix qui quod amat, defendere fortiter audet:
Cui sua non feci dicere amica potest.
Ferreus est, nimiúmque suo fauet ille dolori,
Cui petitur victa palma cruenta rea.
Ipse miser vidi, cum me dormire putares:
Sobrius appositó crimina vestra mero.
Multa supercilio vidi vibrante loquentes,
Nutibus in vestris pars bona vocis erat:
Non oculi tacuere tui, conscriptáque vino
Mensa, nec in digitis littera nulla fuit.
Sermonem agnoui (quid non videatur amāti?)
Verbaq; procertis iussa valere notis.
Iamq; frequens ierat mensa conuiua relicta,
Compositi iuuenes vnus & alter erant.
Improba tum verò iungentes oscula vidi:
Illa mihi lingua nexa fuisse liquet.
Qualia non fratri tulerit germana seuero:
Sed tulerit cupido mollis amica viro.
Qualia credibile est non Phœbum ferre Diana:
Sed Venerem Marti sæpe tulisse suo.
Quid facis, exclamo, quò nunc mea gaudia differs?
Iniĭciam dominas in mea iura manus.
Hæc tibi sunt mecum, mihi sunt communia tecum:
In bona cur quisquam tertius ista venit?
Hæc ego, quæque dolor linguæ dictauit: at illi
Conscia purpureus venit in ora pudor.
Quale coloratum Tithoni coniuge cœlum
Subruet: aut sponso visa puella nouo.
Quale rosæ fulgent inter sua lilia mistæ,
Aut vbi cantatis luna laborat equis.
Aut quod, ne longis flauescere possit ab annis,
Mæonis Assyrium fœmina tinxit ebur.
Hic erat, aut aliquis color ille simillimus horum:
Et nunquam casu pulchrior illa fuit.
Spectabat terram, terram spectare decebat.
Mœsta erat in vultu, mœsta decenter erat.
Sicut erant, & erant compti, laniare capillos,
Et fuit in teneras impetus ire genas.
Vt faciem vidi, fortes cecidere lacerti,
Defensa est armis nostra puella suis.
Qui modò sæuus eram, supplex, vtroque rogaui:
Oscula ne nobis deteriora daret.
Risit: & ex animo dedit oscula, qualia possent

[1] al. quod non videatur a gentem.
[2] multo rectior v. lectio: His erat aut alicui color?

Excutere irato tela trisulca Ioui.
Torqueor infelix, ne tam bona senserit alter,
Et volo non ex hac illa fuisse nota.
Hac quoque quàm docui multo meliora fuerũt,
Et quiddam visa est addidicisse noui..
Quod nimium placuere, malum est: quod tota labellis
Lingua tua est nostris, nostra recepta tuis.
Nec tamen hoc vnum doleo, non oscula tantum
Iuncta queror, quamuis hæc quoque iuncta queror.
Illa nisi in lecto 1 nunquam potuere doceri,
Nescio quis pretium grande magister habet.

ELEGIA VI.

In mortem Psittaci.

PSittacus Eois ales mihi missus ab Indis
Occidit: exequias ferte frequenter aues.
Ite piæ volucres, & plangite pectora pennis,
Et rigido teneras vngue notate genas.
Horrida pro mœstis lanietur pluma capillis,
Pro longa resonent carmina vestra tuba.
Quid scelus Ismarij quereris Philomela tyranni?
Expleta est annis ista querela suis.
Alitis in raræ miserum diuertite funus,
Magna, sed antiqua est causa doloris Itys.
Omnes, quæ liquido 2 libratis in aere pennas,
Tu tamen ante alias turtur amice dole.
Plena fuit vobis omni concordia vita,
Et stetit ad finem longa, tenaxque fides.
Quod fuit Argolico iuuenis Phoceus Oresti,
Hoc tibi, dum licuit, Psittace turtur erat.
Quid tamen ista fides? quid rari forma coloris?
Quid vox mutandis ingeniosa sonis?
Quid iuuat, vt datus es, nostræ placuisse puellæ?
Infelix auium gloria nempe taces.
Tu poteras virides pĕnis hebetare smaragdos.
Tincta gerens rubro Punica rostra croco.
Non fuit in terris vocum simulantior ales:
Reddebas blæso tam bene verba sono.
Raptus es inuidia, non tu fera bella mouebas:
Garrulus, & placidæ pacis amator eras.
Ecce coturnices inter fera prælia viuunt:
Forsitan & fiunt inde frequenter anus.
Plenus eras minimo, nec præ sermonis amore
In multos poterant ora vacare cibos.
Nox erat esca tibi, causſæq; papauera somni:
Pellebátque sitim simplicis humor aquæ.
Viuit edax vultur, ducitque per aëra gyros
Miluius, & pluuiæ Gracculus auctor aquæ.
Viuit & armiferæ cornix inuisa Mineruæ,
Illa quidem seclis vix moritura nouem.
Occidit illa loquax humanæ vocis imago
Psittacus, extremo munus ab orbe datum.
Optima prima fere manibus rapiuntur auaris:
Implentur numeris deteriora suis.
Tristia Phyllacidæ Therſites funera vidit,
Iámque cinis, viuis fratribus, Hector erat.
Quid referam timidæ pro te pia vota puellæ?
Vota procelloso per mare rapta Noto?
Septima lux 1 venit non exhibitura sequentem,
Et stabat vacua iam tibi Parca colo.
Nec tamen ignauo stupuerunt verba palato,
Clamauit moriens lingua, Corinna vale.
Colle sub Elysio nigra nemus ilice frondes,
Vdáque perpetuo gramine terra viret.
Siqua fides dubiis volucrum locus ille piarum
Dicitur obscœnæ quo prohibentur aues.
Illic innocui late pascuntur olores,
Et viuax Phœnix vnica semper auis.
Explicat ipsa suas ales Iunonia pennas,
Oscula dat cupido blanda columba mari.
Psittacus has inter memorali sede receptus
Conuertit volucres in sua 2 vota pias.
Ossa tegit tumulus, tumulus pro corpore magnus
Quo lapis exiguus par sibi carmen habet.
Colligor ex ipso dominæ placuisse sepulchro,
Ora fuere mihi plus aue docta loqui.

ELEGIA VII.

Amicæ se purgat, quod ancillam non amet.

ERgo ego sufficiam reus in noua crimina semper?
Et vincam, toties dimicuisse pudet.
Siue ego marmorei respexi summa theatri,
Eligis è multis vnde dolere velis.
Candida seu tacito vidit me femina vultu,
In vultu tacitas arguis esse notas.
Siquam laudaui, miseros petis vngue capillos,
Si culpo, crimen dissimulare putas.
Siue color bonus est, in te quoque frigidus esse,
Seu malus: alterius dicor amore mori.
Atque ego peccati vellem modo conscius esse,
Æquo animo pœnam qui meruere, ferunt.
Nunc temerè insimulas, credendoque omnia frustra,
Ipsa vetas tram pondus habere tuam.
Aspice, vt auritus miseranda sortis asellus
Assiduo domitus verbere tardus eat.
Ecce tuum solers caput exornare Cypassis
Obiicitur dominæ contemeraſſe torum:
Di melius, quàm me, si sit peccasse libido,
Sordida contemptæ sortis amica iuuet.
Quid Veneris famulæ connubia liber inire,
Tergáque complecti verbere secta velit?
Adde, quod ornandis operosa est illa capillis,
Et tibi per doctas grata ministra manus.
Scilicet ancillam, quæ 3 sit tibi fida, rogarem?
Quid, nisi vt indicio iuncta repulsa foret?
Per Venerem iuro, puerique volatilis arcus:
Me non admissi criminis esse reum.

1 leg. vt in nonnullis, *nusquam.*
2 rectè hoc, etsi in veteribus *vibratis.*

1 *aderat.* in quibus. legitur.
2 Nonnulli fort. melius, *verba.*
3 fortasse præferendum, quod in quibusd. *quæ tibi fida.*

ELEGIA

ELEGIA VIII.

Ad Cypassim ancillam Corinnæ.

POnendis in mille modis 1 perfecta capillis,
Comere sed solas digna Cypassi deas.
Et mihi iucundo non rustica cognita furto,
Apta quidem dominæ, sed magis apta mihi.
Quis fuit inter nos sociati corporis index?
Sensit concubitus vnde Corinna tuos?
Non tamen erubui. nec verbo lapsus in vllo
Furtiuæ Veneris conscia signa dedi.
Quid, quod in ancillam si quis delinquere possit
Illum ego contendi mente carere bona?
Thessalus ancillæ facie Briseidos arsit,
Serua Mycenæo Phœbus amata duci.
Nec sum Tantalide, nec forti maior Achille,
Quod decuit reges, cur mihi turpe putem?
Vt tamen iratos in te defixit ocellos,
Vidit te totis erubuisse genis.
At quanto, si fortè refert, præsentior ipse
Per Veneris feci numina magna fidem.
Tu dea, tu iubeas animi periuria nostri
Carpathium tepidos per mare ferre notos.
Pro quibus officijs pretium mihi dulce repende,
Concubitus hodie fusca Cypassi tuos.
Quid renuis? fingisq; nouos ingrata timores?
Est vnum è dominis promeruisse satis.
Quod si stulta negas, index anteacta fatebor,
Et veniam culpæ proditor ipse meæ.
Quoq; loco fuerim tecum, quotiesq; Cypassi
Narrabo dominæ, quotq;, quibusq; modis.

ELEGIA IX.

Ad Cupidinem.

ONunquam pro me satis indignante Cupido,
O in corde meo desidiose puer.
Quid me, qui miles nunquam tua signa reliqui:
Ladis? & in castris vulneror ipse 2 tuis?
Cur tua fax vrit, figit tuus arcus amicos?
Gloria pugnantes vincere maior erat.
Quid non Hæmoniæ, quem cuspide perculit heros:
3 Cum petijt, medica postmodo iuuit ope?
Venator sequitur fugientia: capta relinquit:
Semper & inuentis vlteriora petit:
Nos tua sentimus populus tibi deditus arma,
Pigra reluctanti cessat in hoste manus.
Quid iuuat in nudis hamata recondere tela
Ossibus: ossa mihi nuda reliquit amor.
Tot sine amore viri, tot sunt sine amore puellæ,
Hinc tibi cum magna laude triumphus erat.
Roma, nisi immensum vires promosset in orbem,
Stramineis esset nunc quoq; densa casis.
Fessus in acceptos miles deducitur agros,
Tutaq;, deposito poscitur ense, rudis,
Longaq; subductam celant naualia pinum:
Mittitur in saltus carcere liber equus.
Me quoq;, qui toties merui sub amore puellæ:

1 Fort. hoc rectius. in quibus. tamen *præsecta*.
2 quidam *meis*.
3 al. confossum.

Defunctum placide viuere tempus erat.
Viue, Deus posito si quis mihi dicat amore,
Deprecer, vsque adeo dulce puella malum est.
Cum bene pertæsum est. animiq; reuanuit ardor,
Nescio quo miserę turbine mentis agor.
Vt rapit in præceps dominam, spumantia frustrę
Frena retentantem, durior oris equus.
Vt subitus prope iam prehensa tellure carinam:
Tangentem portus ventus in alta rapit:
Sic me sæpe refert incerta Cupidinis aura,
Notaq; purpureus tela resumit amor.
Fige puer, positis nudus tibi præbeor armis:
Hic tibi sunt vires: hic tua dextra facit.
Huc tanquam iussæ veniant iam sponte sagittæ,
Vix vllis præ me nota pharetra tua est:
Infelix, tota quicunque quiescere nocte
Sustinet: & somnos præmia magna vocat.
Stulte quid est somnus, gelidæ nisi mortis imago?
Longa quiescendi tempora fata dabunt.
Me modò decipiant voces fallacis amicæ:
Sperando certè 2 gaudia magna feram.
Et modo blanditias dicat, modo iurgia nectat,
Sæpe fruar domina: sæpe repulsus eam.
Quod dubius Mars est, per te priuigne Cupido est:
Et mouet exemplo vitricus arma tuo.
Tu leuis es, multoq; tuis ventosior alis:
Gaudiaq; ambigua daq;, negaq; fide.
Si tamen exaudis pulcra cum matre Cupido:
Indeserta meo pectore regna gere.
Accedant regno nimium vaga turba puellæ:
Ambobus populus sic venerandus eris.

ELEGIA X.

Ad Græcinum, quod eodem tempore duas amet.

TV mihi, tu certè (memini) Græcine negabas
Vno posse aliquem tempore amare duas.
Per te ego decipior, per te deprensus inermis:
Ecce duas vno tempore solus amo.
Vtraq; formosa est: operosa cultibus amba:
Artibus in dubio est hæc sit, an illa prior.
Pulcrior hæc illa est: hæc est quoq; pulcrior illa,
Et magis hæc nobis: & magis illa placet.
3 Errat, vt à ventis discordibus acta phaselus,
Diuiduumq; tenet alter & alter amor.
Quid geminas Erycina meos sine fine dolores?
Non erat in curas vna puella satis?
Quid folia arboribus? quid pleno sidera cælo?
In freta collectas alta quid addis aquas?
Sed tamen hoc melius: quam si sine amore iacerem,
Hostibus eueniat vita seuera meis,
Hostibus eueniat vacuo dormire cubili:
Et medio 4 latè ponere membra toro.

1 In nonnullis, *Vix illis præ me nota pharetra suæ est*. vtrumque rectè.
2 In antiquis, *præmia*. 3 In veter. *Errant, vt venti*. 4 vet. lectio, *laxe*.

At mihi ſæuus amor ſomnos abrumpat inertes:
Simq; mei lecti non ego ſolus onus.
Me dea diſperdat nullo prohibente puella:
Si ſatis vna poteſt: ſi minus vna, duæ
Sufficiant, graciles non ſunt ſine viribus artus:
Pondere non neruis corpora noſtra carent.
Et lateri dabit in vires alimenta voluptas,
Decepta eſt opera nulla puella mea.
Sæpe ego laſciuæ conſumpſi tempora noctis:
Vtilis, & forti corpore mane fui.
Felix, quem Veneris certamina mutua perdunt:
Di faciant lethi cauſa ſit iſta mei.
Induat aduerſis contraria pectora telis
Miles: & æternum ſanguine nomen emat.
Quærat auarus opes, & quæ laſſarit eundo
Æquora, perturo naufragus ore bibat.
At mihi contingat Veneris langueſcere motu,
Cum moriar, medium ſoluar & inter opus.
Atq; aliquis noſtro lacrymãs in funere dicat:
Conueniens vitæ mors fuit iſta tuæ.

ELEGIA XI.

Ad amicam nauigantem.

PRima malas docuit mirantibus æquoris
1 vndas
Peliaco pinus vertice cæſa vias.
Quæ concurrentes inter temeraria cautes,
Conſpicuam fuluo vellere vexit ouem.
O vtinam, nequis remo freta longa moueret,
Argo funeſtas preſſa bibiſſet aquas.
Ecce fugit notumq; torum, patrioſq; penates:
Fallaceſq; vias ire Corinna parat.
Quid tibi me miſerum Zephyros, Euroſq; timebo?
Et gelidum Boream, præcipitemq; Notum?
Non illic vrbes, non tu mirabere ſiluas:
Vna eſt iniuſti cærula forma maris.
Nec medius tenues conchas, pictóſve lapillos
Pontus habet: bibuli littoris illa mora eſt.
Littora marmoreis pedibus ſignate puella:
Hactenus eſt tutum: cætera cæca via eſt.
Et vobis alij ventorum prælia narrent:
Quas Scylla inflectit, quáſve Charybdis aquas:
Et quibus emineant violenta Ceraunia ſaxis:
Quò lateant Syrtes magna, minorq; ſinu.
Hæc alij referant: at vos quod quiſq; loquetur,
Credite: credenti nulla procella nocet.
Sero reſpicitur tellus: vbi fune ſoluto
Currit in immmenſum panda carina ſalum,
Nauita ſollicitus iam ventos horret iniquos:
Et prope tam letum, quam prope cernit aquam.
Quod ſi concuſſus Triton 2 exaſperat vndas:
Quam tibi ſit toto nullus in ore color.
Tum generoſa voces fecundæ ſidera Ledæ:
Et felix dicas quem ſua terra tenet.
Tutius eſt fouiſſe torum, legiſſe libellos,
Threiciam digitis increpuiſſe lyram.
At ſi vana ferunt volucres mea verba procellæ
Æqua tamen puppi ſit Galatea tuæ.
Veſtrum crimen erit talis iactura puellæ,
Nereideſque deæ, Nereidumq; pater.
Vade memor noſtri vento reditura ſecundo:
Impleat illa tuos fortior aura ſinus.
Tunc mare in hæc magnus proclinet littora Nereus:
Huc venti ſpectent: huc agat æſtus aquas:
Ipſa roges, Zephyri veniant in lintea pleni:
Ipſa tua moueas turgida vela manu.
Primus ego aſpiciam notam de littore puppim:
Et dicam, noſtros aduehit illa deos.
Excipiamq; humeris: & multa ſine ordine carpam
Oſcula: pro reditu victima vota cadet.
Inq; tori formam molles ſternentur arenæ,
Pro menſa tumulus quilibet eſſe poteſt.
Illic appoſito narrabis multa Lyæo,
Pæne ſit vt medijs obruta nauis aquis.
Dumq; ad me properas, nec iniquæ tempora noctis,
Nec te præcipites extimuiſſe Notos.
Omnia pro veris credam, ſint ficta licebit,
Cur ego non votis blandiar ipſe meis?
Hæc mihi quamprimum cœlo nitidiſſimus alto
Lucifer admiſſo tempora portet equo.

ELEGIA XII.

Exultat quod amica potitus ſit.

ITe triumphales circum mea tempora lauri,
Vicimus, in noſtro eſt ecce Corinna ſinu.
Quam vir, quam cuſtos, quam ianua firma, tot hoſtes,
Seruabant, nequa poſſet ab arte capi.
Hæc eſt præcipuo victoria digna triumpho,
In qua, quæcunq; eſt ſanguine præda caret.
Non humiles muri, non paruis oppida foſſis
Cincta, ſed eſt ductu rapta puella meo.
Pergama cum caderent bello ſuperata biluſtri,
Ex tot in Atridis pars quota laudis erat?
At mea ſepoſita eſt, & ab omni milite diſcors
Gloria, nec titulum muneris alter habet.
Me duce ad hunc voti finem, me milite veni,
Ipſe eques, ipſe pedes, ſignifer ipſe fui.
Nec caſum fortuna meis immiſcuit actis.
Huc ades ô cura parte triumphe mea.
Nec belli noua 2 cauſſa mei, niſi rapta fuiſſet
Tyndaris, Europæ pax, Aſiæque ſoret.
Fœmina ſilueſtres Lapithas, populumq; biformem
Turpiter appoſito vertit in arma mero.
Femina Troianos iterum noua bella mouere
Impulit in regno iuſta Latine tuo.
Femina Romanis etiam nunc vrbe recenti
Immiſit ſoceros, armaq; ſæua dedit.
Vidi ego pro niuea pugnantes coniuge tauros,
Spectatrix animos ipſa iuuenca dabat.

1 vetus lectio reſtituetur, & confuſa carminis erit rectior, ſi vnus legat.
2 ex vet. lib. lege exaſperet.
1 al. dicta. 2 al. cura.

Ne

Me quoque qui multos, sed me sine cæde, Cupido
Iussit militiæ signa mouere suæ.

ELEGIA XIII.

Ad Isidem, vt parientem Corinnam iuuet.

DVm labefactat onus grauidi temeraria ventris,
In dubio vitæ lassa Corinna iacet.
Illa quidem clam me tantum molita pericli
Ira digna mea est, sed cadit ira metu.
Sed tamen aut ex me conceperat, aut ego credo,
Et mihi pro facto sæpe, quod esse potest.
Isi Paraetonium, 1 genitaliaque arua Canopi
Quæ colis, & Méphim, palmiferāque Pharon,
Quaque celer lato Nilus delapsus ab alueo
Per septem portus in maris exit aquas,
Per tua sacra precor, per Anubidis ora verendi,
Sic tua 2 sacra pius semper Osiris amet:
Pigraque labatur circum donaria serpens,
Et comes in pompa corniger Apis eat.
Huc adhibe vultus, & in vna parte duobus,
Nam vitam domina tu dabis, illa mihi.
Sæpe tibi meruit certis operata diebus,
3 Qua cingit lauros Gallica turba tuas.
Tuque laborantes vtero miserata puellas,
Quarum tarda latens corpora tendit onus.
Lenis ades precibusque faue Lucina puellæ.
Digna est, quam iubeas muneris esse tui.
Ipse ego thura dabo formosis candidus aris,
Ipse feram ante tuos munera vota pedes.
Adijciam titulum, seruata Naso Corinna,
Tu modo fac titulo, muneribusque locum,
Si tamen in tanto fas est monuisse timore:
Hæc tibi sit pugna dimicuisse satis.

ELEGIA XIIII.

In amicam quod abortiuum ipsa fecerit.

QVid iuuat immunes belli cessare puellas?
Nec fera peltatas agmina velle sequi?
Si sine Marte suis patiuntur vulnera telis:
Et cæcas armant in sua fata manus.
Quæ prima instituit teneros 4 auellere fœtus:
Militia fuerat digna perire sua.
Scilicet, vt careat rugarum crimine venter:
Sternetur pugnæ tristis arena tuæ?
Si mos antiquis placuisset matribus idem:
Gens hominum vitio deperitura fuit.
Quique iterū iaceret generis primordia nostri
In vacuo lapides orbe, parandus erat.
Quis Priami fregisset opes, si numen aquarum
Iussa recusasset pondera ferre Thetis?
Ilia si tumido geminos in ventre necasset:
Cæsurus domina conditor vrbis erat.
Si Venus Æneam grauida temerasset in aluo:
Cæsaribus tellus orba futura fuit.

1 In nonnullis *genialia*, rectius, 2 al. sistra.
3 al. Queis. 4 al. conuellere

Tu quoque, cum posses nasci formosa, perisses:
Tentasset, quod tu, si tua mater opus.
Ipse ego cum fuerim melius periturus amando:
Vidissem nullos matre negante dies.
Quid plenam fraudas vitem crescentibus vuis?
Pomaque crudeli vellis acerba manu?
Sponte sua matura fluent: sine crescere nata:
Est pretium paruæ non leue vita moræ.
Vestra quid effoditis subiectis viscera telis?
Et nondum natis dira venena datis?
Colchida respersam 1 verorum sanguine culpant.
Atque sua casum matre queruntur Itym.
Vtraque sæua parens: sed tristibus vtraque caussis
Iactura socij sanguinis vlta virum est.
Dicite quis Tereus, quis vos irritet Iason
Figere sollicita corpora vestra manu?
Hæc neque in Armeniis tigres fecere latebris:
Perdere nec fetus ausa leæna suos.
At tenera faciunt, sed non impune, puellæ:
Sæpe suos vtero quæ necat, ipsa perit.
Ipsa perit: ferturque rogo resoluta capillos:
Et merito clamant qui modo cumque vident.
Ista sed ætherias vanescant dicta per auras,
Et sint ominibus pondera nulla meis.
Di faciles peccasse semel concedite tuto:
Et satis est, pœnam culpa secunda ferat.

ELEGIA XV.

Ad annulum, quem dono amicæ dedit.

ANnule formosæ digitum vincture puellæ,
In quo censendum nil, nisi dantis amor:
Munus eas gratum, te læta mente receptum
Protinus articulis induat illa suis.
Tam bene conuenias, quam mecum cōuenit illi,
Et digitum iusto commodus orbe teras.
Felix, ô domina tractaberis annule nostra:
Inuideo donis iam miser ipse meis.
O vtinam subito fieri mea munera possem
Artibus Æææ, Carpathiique senis.
Tunc ego te cupiam dominæ tetigisse papillas:
Et læuam tunicis inseruisse manum.
Elabar digito, quamuis angustus, & hærens:
Inque sinum mira lapsus ab arte cadam.
Idem ego, vt arcanas possim signare tabellas:
Neue tenax ceram, siccaque gemma trahat:
Humida formosæ tangam prius ora puellæ:
Tantum ne signem scripta dolenda mihi.
Si dabor, vt condar loculis: exire negabo
Astringens digitos orbe minore tuos.
Non ego dedecori tibi sum mea vita futurus:
Quodve tener digitus ferre recusет onus.
Me gere, cum calidis perfundes imbribus artus:
Damnaque sub gemma perfer euntis aquæ.
Sed puto te visa mea membra libidine surgent:
Et peraget partes annulus ipse viri.
Irrita quid 2 voueo? paruum proficiscere munus:
Illa datam tecum sentiat esse fidem.

1 In quibusd. *naterum*.
2 al. moueo.

ELEGIA XVI.

Ad amicam, vt ad rura sua veniat.

ME pars Sulmo tenet Peligni tertia ruris,
Parua sed irriguis ora salubris aquis.
Sol licet admoto tellurem sidere findat,
Et micet Icarij stella proterua canis.
Arua pererrantur Peligna liquentibus vndis,
Et viret in tenero fertilis herba solo.
Terra ferax1 Cereris, multoque feracior vuis,
Dat quoque bacciferam Pallada rarus ager.
Perque resurgentes riuis labentibus herbas
Gramineus madidam cespes obumbrat humum:
At meus ignis abest verbo peccauimus vno,
Quæ mouet ardores, est procul: ardor adest.
Non ego si medius Polluce, & Castore ponar,
In cœli sine te parte fuisse velim.
Solliciti iaceant, terraque premantur iniqua,
In longas orbem qui secuere vias.
2Aut iuuenum comites iussissent ire puellas,
Si fuit in longas terra secanda vias:
Tunc mihi, si premerem ventosas horridus alpes,
Durum, cum domina molle fuisset iter.
Cum domina Lybicas ausim perrumpere Syrteis,
Et dare non æquis vela ferenda Notis.
Nec quæ3 virgineo portenta sub inguine latrant,
Nec timeam vestros curua Malea sinus.
Nec quas submersis ratibus saturata Charybdis
Fundit, & effusas ore receptat aquas.
Quod si Neptuni ventosa potentia vincat,
Et subuenturos auferat vnda deos,
Tu nostris niueos humeris impone lacertos,
Corpore nos facili dulce feremus onus.
Sæpe petens Hero iuuenis transnauerat vndas?
Tunc quoque transnasset: sed via cæca fuit.
At sine te quamuis operosi vitibus agri
Me teneant: quamuis amnibus arua natent,
Et vocet in riuos currentem rusticus vndam,
Frigidáque arboreas mulceat aurâ comas:
Non ego Pelignos videar celebrare salubres:
Non ego natalem rura paterna locum:
Sed Scythiam, Cilicasque feros, viridésque Britannos,
Quæque Prometheo saxa cruore rubent.
Vlmus amat 4 vites: vitis non deserit vlmum:
Separor à domina cur ego sæpe mea?
At mihi te comitem iurabas vsque futuram,
Per me, pérque oculos sidera nostra tuos.
Verba puellarum foliis leuiora caducis:
5Irritáq; vt visum est, ventus, & vnda ferunt?
Si qua mei tamen est in te pia cura relicta:
Incipe pollicitis addere facta tuis.
Paruáque quàm primum rapientibus esseda mannis
Ipsa per admissas concute lora iubas.
At vos, cum veniet, tumidi subsidite montes:
Et faciles curuis vallibus este viæ.

1 al. Cerere. 2 al. Ar. 3 al. Nec.
4 Elegantius in quibus. vitem.
5 al. Irrita quæ.

ELEGIA XVII.

Quod Corinnæ soli sit seruiturus.

SI quis erit, qui turpe putet seruire puellæ:
Illo conuincar iudice turpis ego.
Sim licet infamis: dum me moderantius vrat,
Quæ Paphon, & fluctu pulsa Cythera tenet.
Atque vtinam domina mitis quoque præda fuissem,
Formosa1 quoniam præda futurus eram.
Dat facies animos: facie violenta Corinna est,
Me miserum cur est tam bene nota sibi?
Scilicet à speculi sumuntur imagine fastus,
Nec nisi compositam se prius illa videt.
Non tibi si facies nimium dat in omnia regnum,
(O facies oculos nata tenere meos!)
Collatum iccirco tibi me contemnere debes:
Aptari magnis inferiora licet:
Creditur & nymphæ mortalis amore Calypso
Capta, recusantem detinuisse virum.
Credimus æquoream Phthio Nereida regi,
Egeriam nostro concubuisse Numæ.
Vulcano Venerem: quamuis incude relicta,
Turpiter obliquo claudicet ille pede.
Carminis hoc ipsum genus impar, sed tamen apte
Iungitur herous cum breuiore modo.
Tu quoque me mea lux in quaslibet accipe leges,
Te decet in medio iura dedisse toro.
Non tibi crimen ero: nec quo latere remoto:
Non erit hic 2 vobis infitiandus amor.
Sunt mihi pro magno felicia carmina censu:
Et multæ per me nomen habere volunt.
Noui aliquam, quæ se circumferat esse Corinnã
Vt fiat, quid non illa dedisse velit?
Sed neque diuersi ripa labuntur eadem
Frigidus Eurotas, populiférque Padus.
Nec, nisi tu nostris cantabitur vlla libellis,
Ingenio causas tu dabis vna meo.

1 al. quando.
2 al. nobis.
3 In quibus. genua.

ELEGIA XVIII.

Ad Macrum, quod de amoribus scribat.

CArmen ad iratum dum tu perducis Achillem,
Primaque iuratis induis arma viris.
Nos Micer3 ignauæ Veneris cessamus in vmbra:
Et tener ausuros grandia frangit amor.
Sæpe meæ dixi, tandem discede, puellæ:
In gremio sedit protinus illa meo.
Sæpe pudet, dixi: lacrymis vix illa retentis,
Me miseram, cur te, dixit, amare pudet?
Implicuitque suos circum mea colla lacertos
Et quæ me perdunt, oscula mille dedit.
Vincor: & ingeniũ sumptis reuocatur ab armis,
Résque domi gestas, & mea bella cano.

3 In quibus. genua.

Sce-

Sceptra tamen sumpsi: 1 curáque tragœdia nostra
Creuit, & huic operi quamlibet aptus eram.
Risit amor, pallámque meam pictósq; cothurnos
Sceptráque priuata tam cito sumpta manu.
Hinc quoq; me dominæ numen deduxit iniquæ,
Deque cothurnato vate triumphat Amor.
Quod licet, aut 2 artes teneri profitemur Amoris,
Hei mihi præceptis torqueor ipse meis.
Aut quod Penelopes verbis reddatur Vlyssi,
Scribimus: & lacrymas Phylli relicta tuas.
Quod Paris & Macareus, & quod male gratus Iason
Hippolytique parens, Hippolytusq; legant.
Quodq; tenens strictũ Dido miserabilis ensem
Dictat: & Aoniæ Lesbis amica lyræ.
Quam cito de toto rediit 3 celer orbe Sabinus?
Scriptáque diuersis rettulit ille locis?
Candida Penelope signum cognouit Vlyssis:
Legit ab Hippolyto scripta nouerca suo.
Iam pius Æneas miseræ rescripsit Elyssæ:
Quodque legat Phyllis, si modo viuit, habet.
Tristis ad Hypsipylen ab Iasone littera venit:
Dat votam Phœbo Lesbis amica lyram.
Nec tibi, qua tutum: vati Macer arma canenti
Aureus in medio Marte tacetur Amor.
Et Paris, est illic & adultera nobile crimen:
Et comes extincto Laodameia viro.
Si bene te noui, non bella libentius istis
Dicis, & à vestris in mea castra venis.

ELEGIA XIX.

Ad riualem, cui vxor curæ non erat.

SI tibi non opus est seruata stultè puella.
At mihi fac serues: quo magis ipse velim.
Quod licet, ingratum est: quod non licet, acrius vrit,
Ferreus est, siquis, quod sinit alter, amat.
Speremus pariter, pariter metuamus amantes,
Et faciat voto rara repulsa locum.
4 Quid mihi fortuna, quæ nunquã fallere possit?
Nil ego, quod nullo tempore lædat amo.
Viderat hoc in me vitium versuta Corinna,
Quaque capi possem callida norat opem.
Ah quoties sani capitis mentita dolorem,
Cunctantem tardo iussit abire pede.
Ah quoties finxit culpam: quantumq; licebat,
Insontis speciem præbuit ipsa nocens.
Sic vbi vexarat, tepidosque resouerat ignes:
Rursus erat votis comis, & apta meis.
Quas mihi blanditias, quam dulcia verba parabat:
Oscula (di magni) qualia, quótque dabat!
Tu quoque, quæ nostros rapuisti nuper ocellos,
Sæpe face insidias, sæpe rogata nega,
Et sine me ante tuos proiectum in limine postes
Longa pruinosa frigora nocte pati.
Sic mihi durat amor, lõgosque adolescit in annos:
Hoc iuuat: hæc animi sunt alimenta mei.
Pinguis amor, nimiúmque potens, in tædia nobis
Vertitur: & stomacho, dulcis vt esca, nocet.
Si nunquam Danaen habuisset ahenea turris,
Non esset Danae de Ioue facta parens.
Dum seruat Iuno mutatam cornibus Io,
Facta est, quam fuerat, gratior illa Ioui.
Quod licet, & facile est, quisquis cupit, arbore frondes
Carpat, & è medio flumine potet aquam.
Siqua volet regnare diu: deludat amantem.
Hei mihi ne monitis torqueor ipse meis.
Quodlibet eueniat: nocet indulgentia nobis:
Quod sequitur fugio: quod fugit, ipse sequor.
At tu formosæ nimium secure puellæ
Incipe iam prima claudere nocte domum:
Incipe, quis furtim toties tua limina pulset,
Quærere: quid latrent nocte silente canes.
2 Quas ferat, & referat sollers ancilla tabellas:
Cur toties vacuo secubet illa toro.
Mordeat ista tuas aliquando cura medullas:
Détque locum nostris, materiámque dolis.
Ille potest vacuo furari in litore arenas,
Vxorem stulti siquis amare potest.
Iamq; ego præmoneo, nisi tu seruare puellam
Incipis: incipiet desinere esse mea.
Multa diúque tuli: sperani sæpe futurum,
Cum bene seruasses, vt bene verba darem.
Lentus es: & pateris nulli patienda marito:
At mihi concessi finis amoris erit.
Scilicet infelix nunquam prohibebor adire?
Nox mihi sub nullo vindice semper erit?
Nil metuam? per nulla traham suspiria somnos?
Nil facies cur te iure perisse velim?
Quid mihi cum facili, quod cum lenone marito?
Corrumpis vitio gaudia nostra tuo.
Quin alium, quẽ tanta iuuet patientia, quære:
Me tibi riualem, si iuuat, esse veta.

1 In nonnullis, versuque tragœdia nostro.
2 Ita leg. putauimus cum in omnibus esset, partes. 3 al. meus. 4 al. Quo.

1 al. ipsa. 2 al. Quo.

P. OVIDII NASONIS
AMORVM LIBER III.

ELEGIA I.

Deliberatio poetæ, vtrum Elegos pergat scribere, an potius Tragœdias.

STAT vetus, & multos incidua silua per annos:
Credibile est illi numen inesse loco.

Fons ſacer in medio, ſpeluncáque pumice pendens:
Et latere ex omni dulce queruntur aues.
Hic ego dum ſpatior tectus nemoralibus vmbris
Quod mea quærebam muſa moueret opus.
Venit odoratos Elegeia nexa capillos:
Et puto pes illi longior alter erat.
Forma decens, veſtis tenuiſſima, vultus amãtis,
In pedibus vitium cauſa decoris erat.
Venit & ingenti violenta Tragœdia paſſu,
Fronte comæ torua palla iacebat humi.
Læua manus ſceptrum late regale tenebat:
Lydius[1] apta pedum vincla cothurnus erat.
Hæc prior, ecquis erit, dixit, tibi finis amoris?
O argumenti lente poeta tui?
Nequitiam vinoſa tuam conuiuia narrant:
Narrant in multas compita ſecta vias:
Sæpe aliquis digito vatem deſignat euntem,
Atque ait, hic hic eſt, quem ferus vrit amor.
Fabula (nec ſentis) tota iactaris in vrbe,
Dum tua præterito facta pudore refers.
Tempus erat Thyrſo pulſum grauiore moueri,
Ceſſatum ſatis eſt incipe maius opus,
Materia premis ingenium cane facta virorum.
Hæc animo dices area digna meo eſt.
Quod tenera cantent, luſit tua muſa, puella.
Primaq; per numeros acta iuuenta ſuos.
Nunc habeam per te Romana Tragœdia nomen:
Implebit leges ſpiritus iſte meas.
Hactenus: & mouit pictis innixa cothurnis
Denſum cæſarie, terque, quaterque caput.
Altera (ſi memini) limis ſubriſit ocellis:
Fallor? an in dextra myrtea virga fuit?
Quid grauibus verbis animoſa Tragœdia (dixit)
Me premis? an nunquam non grauis eſſe potes?
Imparibus tamen es numeris dignata moueri:
In me pugnaſti verſibus vſa meis.
Non ego contulerim ſublimia carmina noſtris:
Obruit exiguas regia veſtra fores.
Sum leuis: & mecum leuis eſt mea cura Cupido:
Non ſum materia fortior ipſe mea.
Ruſtica ſit ſine me laſciui mater amoris:
Huic ego proueni lena, comeſque deæ.
Quam tu non[2] poteris duro reſerare cothurno:
Hæc eſt blanditiis ianua laxa meis.
Et tamen emerui plus quam tu poſſe ferendo
Multa, ſupercilio non patienda tuo.
Per me decepto didicit cuſtode Corinna
[3] Liminis obſtricti ſollicitare forem:
Delabiq; toro tunica velata ſoluta:
Atque impercuſſos nocte mouere pedes.
Ah quoties foribus duris inciſa pependi,
Non verita à populo prætereunte legi.
Quin ego me memini, dum cuſtos ſæuus abiret,
Ancillæ miſſam delituiſſe ſinu.
Quid, cum me munus natali miſit? at illa
Rupit, & appoſita barbara merſit aqua?

1 al. alta. 2 al. leg. ex vet. lib. poterat.
3 al. Limitis.

Prima tuæ moui felicia ſemina mentis:
Munus habes quod te iam petit iſta meum.
Deſierat: cæpi, per vos vtraſque rogamus
In vacuas auras verba timentis eant.
Altera me ſceptro decoras, altoque cothurno
Iam nunc contracto magnus in orbe ſonor.
Altera das noſtro victurum nomen amori.
Ergo ades: & longis verſibus adde breues.
Exiguum vati concede Tragœdia tempus:
Tu labor æternus: quod petit illa, breue eſt.
Mota dedit veniam: teneri properentur amores,
Dum vacat: à tergo grandius vrget opus.

ELEGIA II.

Ad amicam curſum equorum ſpectantem.

NOn ego nobilium [1] ſedeo ſpectator equorũ:
Cui tamen ipſa faues, vincat vt ille precor,
Vt loquerer tecum, veni, tecumque ſederem:
Ne tibi non notus, quem facis, eſſet amor.
Tu curſum ſpectes, ego te: ſpectemus vterque
Quod iuuat: atque oculos paſcat vterq; ſuos.
O cuicunque faues felix agitator equorum:
Ergo illi curæ contigit eſſe tuæ.
Hoc mihi contingat: ſacro de carcere miſſis
Inſiſtam forti mente vehendus equis.
Et modo lora dabo, modo verbere terga notabo:
Nunc ſtringam metas interiore rota.
Si mihi currenti fueris conſpecta, morabor:
Deque meis manibus lora remiſſa fluent:
Ah quam pæne Pelops Piſeo concidit axe:
Dum ſpectat vultus Hippodameia tuos:
Nempe fauore ſuæ vicit tamen ille puellæ:
Vincamus dominæ quiſque fauore ſuæ.
Quid fruſtr a refugis? cogit nos linea iungi:
Hæc [2] in lege loci commoda circus habet.
Tu tamen à dextra quicunq; es, parce puellæ:
Contactu lateris læditur iſta tui.
Tu quoque, qui ſpectas poſt nos, tua contrahe crura:
Si pudor eſt: rigido nec preme terga genu:
Sed nimium demiſſa iacent tua pallia terræ:
Collige: vel digitis en ego tollo meis:
Inuida veſtis eras: quæ tam bona crura tegebas:
Quoque magis ſpectes, inuida veſtis eras.
Talia Melanion Atalantæ crura fugacis
Optauit manibus ſuſtinuiſſe ſuis.
Talia pinguntur ſuccinctæ crura Dianæ:
Cum ſequitur fortes, fortior ipſa feras.
His ego non viſis arſi: quid fiet ab iſtis?
In flammam flammas, in mare fundis aquas.
Suſpicor ex iſtis, & cætera poſſe placere:
Quæ bene ſub tenui condita veſte latent.
Vis tamen interea tenues arceſſere ventos:
Quos faciant noſtra mota flabella manu?
An magis hic animi meus eſt, non aeris æſtus?
Captaque femineus pectora torret amor?

1 al. venio.
2 al. ex.

Dum

Dum loquor, alba nigro ſparſa eſt tibi puluere veſtis:
Sordide de niueo corpore puluis abi.
Sed iam pompa venit: linguis, animiſq; fauete:
Tempus adeſt plauſus: aurea pompa venit.
Prima loco fertur ſparſis victoria pennis:
Huc ades, atque meus fac dea vincat amor.
Plaudite Neptuno, nimium qui creditur vndis,
Nil mihi cum pelago, me mea terra tenet.
Plaude tuo Marti miles, nos odimus arma,
Pax iuuat, & media pace repertus amor.
Auguribus Phœbus, Phœbe venantibus adſit,
Artifices in te verte Minerua manus.
Agricolæ Cereri, teneroq; aſſurgite Baccho,
Pollucem pugiles, Caſtora placet eques.
Nos tibi blanda Venus, puerisq; potentibus armis
Plaudimus, inceptis annue diua meis.
Daque nouam mentem dominæ, vt patiatur amari.
Annuit, & motu ſigna ſecunda dedit.
Quod dea promiſit, promittas ipſa rogamus,
(Pace loquor Veneris) tu dea maior eris.
Per ſuperos iuro teſtes, pompamq; deorum,
Te dominam nobis tempus in omne fore.
Sed pendens tibi crura, potes, ſi forte iuuabit,
Cancellis primos inſeruiſſe pedes.
Maxima iam vacuo [2] prætor ſpectacula circo,
Quadriiuges æquo carcere miſit equos.
Cui faueas video, vincet cuicunq; fauebis,
Quod cupias ipſi ſcire videntur equi.
Me miſerum metam ſpatioſo circuit orbe,
Quid facis? admoto proximus axe ſubi.
Quid facis infelix? perdis bona vota puellæ:
Tende precor valida lora ſiniſtra manu.
Fauimus ignauo, ſed eum reuocate Quirites,
Et date tactatis vndique ſigna togis.
En reuocant: at ne turbet toga mota capillos:
In noſtros abdas te licet vſque ſinus.
Iamq; patent iterum reſerato carcere poſtes:
Et volat admiſſis diſcolor agmen equis.
Nunc ſaltem ſupera: ſpatioq; inſurge patenti:
Sint mea, ſint dominæ facta vota meæ.
Sũt dominæ rata vota meæ: mea vota ſuperſunt:
Ille tenet palmam: palma petenda mea eſt.
Riſit: & argutis quiddam promiſit ocellis:
Hoc ſatis [3] eſt: alio cætera redde loco.

ELEGIA III.

De amica, quæ peierauerat.

Eſſe deos credam ne? fidem [4] iurata fefellit:
Et facies illi, quæ fuit ante, manet.
Quàm longos habuit nondum periura capillos,
Tam longos, poſtquam numina læſit, habet.
Candida candorem roſeo ſuffuſa rubore
Ante fuit: niueo lucet in ore rubor.
Pes erat exiguus, pedis eſt aptiſſima forma:
Longa, decensq; fuit: longa, decensq; manet.

[1] al. Ruricolæ. [2] al. præco. [3] Malo vet. lectionem, hic. [4] al. periura.

Argutos habuit. radiant vt ſidus ocelli:
Per quos mentita eſt perfida ſæpe mihi.
Scilicet æterni falſum iurare puellis
Di quoque concedunt: formaq; numen habet.
Peraq; ſuos illam nuper iuraſſe recordor,
Peraq; meos oculos: & doluere mei.
Dicite di, ſi vos impune fefellerit illa:
Alterius meriti cur ego damna tuli?
At non inuidiæ vobis Cepheia virgo eſt,
Pro male formoſa iuſſa parente mori.
Non ſatis eſt, quod vos habuit ſine pondere teſtes:
Et mecum luſos ridet inulta deos.
Vt ſua per noſtram redimat periuria pœnam:
Victima deceptus decipientis ero.
Aut ſine re deus eſt nomen: fruſtraq; timetur:
Et ſtulta populos credulitate mouet.
Aut ſi quis deus eſt: teneras amat ille puellas:
Et nimium ſolas omnia poſſe iubet.
Nobis fatifero Mauors accingitur enſe:
Nos petit inuicta Palladis haſta manu.
Nobis flexibiles curuantur Apollinis arcus:
In nos alta Iouis dextera fulmen habet.
Formoſas ſuperi metuunt offendere læſi,
Atque vltro quæ ſe non timuere, timent.
Et quiſquam pia thura focis imponere curat?
Certe plus animi debet ineſſe viris.
Iupiter igne ſuo lucos iaculatur & arces:
Miſſaq; periuras tela ferire vetat.
Tot meruere [1] pati: Semele miſerabilis arſit:
Officio eſt illi pœna reperta ſuo.
At ſi venturo ſe ſubduxiſſet amanti:
Non pater in Baccho matris haberet onus.
Quid queror? & toto facio conuicia cælo?
Di quoque habent oculos, di quoque pectus habent.
Si deus ipſe forem: numen ſine fraude liceret,
Femina mendaci falleret ore meum.
Ipſe ego iurarem verum iuraſſe puellas,
Et non de triticis dicerer eſſe deis.
Tu tamen illorum moderatius vtere dono,
Aut oculis certe parce puella meis.

ELEGIA IV.

Ad virum ſeruantem coniugem.

Dure vir impoſito tenera cuſtode puella
Nil agis, ingenio quæq; tuenda ſuo eſt.
Siqua metu dempto caſta eſt ea denique caſta eſt,
Quæ quia non liceat, non facit, illa facit.
Vt tam ſeruaris bene corpus, adultera mens eſt,
Nec cuſtodiri, ni velit, vlla poteſt.
Nec mentem ſeruare potes, licet omnia claudas,
Omnibus excluſis intus adulter erit.
Cui peccare licet, peccat minus, ipſa poteſtas
Semina nequitiæ languidiora facit.
Deſine (crede mihi) vitia irritare vetando,
Obſequio vinces aptius ipſe tuo.
Vidi ego nuper equum contra ſua frena tenacem,
Ore reluctanti fulminis ire modo.

[1] al. peti.

Constitit, vt primum concessas sensit habenas,
Frenaq; in [1] effusas laxa iacere iubas.
Nitimur in vetitum semper, cupimusq; negata.
Sic interdictis imminet ager aquis.
Centum fronte oculos, centum cervice gerebat
Argus, & hos vnus sæpe fefellit amor.
In thalamo Danae saxo ferroq; perenni,
Quæ fuerat virgo credita, mater erat.
Penelope mansit, quamuis custode careret,
Inter tam multos intemerata procos.
Quidquid seruatur, cupimus magis, ipsaq; furem
Cura vocat, pauci quod sinit alter, amant.
Nec facie placet illa sua, sed amore mariti,
Nescio quid, quod te ceperit, esse putant.
Nō proba sit, quam vir seruat, sed adultera, chara est.
Ipse timor pretium corpore maius habet.
Indignere licet, iuuat inconcessa voluptas.
Sola placet, timeo, dicere si qua potest.
[2] Nec tamen ingenuam ius est seruare puellam,
Hic metus externa corpora gentis agat.
Scilicet vt possit custos ego dicere feci,
In laudem serui casta sit illa tui.
Rusticus est nimium, quem ladit adultera cōiux,
Et notos mores non satis vrbis habet.
In qua Martigenæ non sunt sine crimine nati
Romulus Iliades, Iliadesq; Remus.
Quid tibi formosa si non nisi casta placebat?
Non possunt vllis ista coire modis.
Si sapis, indulge dominæ, vultusq; seueros
Exue, nec rigidi iura tuere viri.
Et cole, quos dederit, multos dabit, vxor amicos,
Gratia sic minimo magna labore venit.
Sic poteris iuuenum conuiuia semper inire,
Et quæ non tuleris multa videre domi.

ELEGIA V.

Ad amnem, dum iter faceret ad amicam.

AMnis arundinibus limosas obsite ripis,
Ad dominā propero, siste parumper aquas.
Nec tibi sunt pontes, nec quæ sine remigis ictu
Concaua traiecto cymba rudente vehat.
Paruus eras (memini) nec te transire refugi,
Summaq; vix tales contigit vnda meos.
Nunc ruis [3] apposito niuibus de monte solutis.
De turpi crassas gurgite voluis aquas.
Quid properasse iuuat? quid pauca dediſſe quieti
Tempora? quid nocti conseruisse diem?
Si tamen hic standum est? si non datur artibus vllis
Vlterior nostro ripa premenda pede?
Nunc ego quas habuit pennas Danaeius heros,
Terribili densum cùm tulit angue caput.
Nunc opto currum, de quo Cerealia primum
Semina venerunt in rude missa solum.
Prodigiosa loquor, veterum mendacia vatum:
Nec tulit hæc vnquam, nec feret vlla dies.

1 al. effusa. 2 al. Non. 3 al. opposito.

Tu potiùs ripis effuse capacibus amnis,
Sic æternus eas: labere fine tuo.
Non eris inuidiæ torrens (mihi crede) ferendæ,
Si dicar per te forte retentus amans.
Flumina deberent iuuenes in amore iuuare.
Flumina senserunt ipsa quid esset amor.
Inachus in media Bithynide pallidus isse
Dicitur, & gelidis incaluisse vadis.
Nondum Troia fuit lustris obsessa duobus,
Cùm rapuit vultus Xanthe Neæra tuos.
Quid non Alpheon diuersis currere terris
Virginis Arcadiæ certus adegit amor?
Te quoque promissam Xantho Penee Creusam
Phitiadum terris occuluisse ferunt.
Quid referam Æsopon? quem cepit Martia Thebe,
Natarum Thebe quinque futura parens.
Cornua si tua [1] sunt, vbi nunc Acheloe requirā:
Herculis irata fracta querere manu.
Nec tanti Calydon, nec tota Ætolia tanti:
Vna tamen tanti Deianeira fuit.
Ille fluens diues septena per ostia Nilus,
Qui patriam tantæ tam bene celat aquæ.
Fertur in Euadne collectam Æsopide flammam
Vincere gurgitibus non potuisse suis.
Siccus vt amplecti Salmonida posset Enipeus,
Cedere iussit aquam: iussa recessit aqua.
Nec te prætereo, qui per caua saxa volutus
Tiburis Argæi [2] spumifer arua rigas.
Ilia cui placui, quamuis erat horrida vultu,
Vngue notata comas, vngue notata genas.
Illa gemens patruiq; nefas, delictaq; Martis
Errabat nudo per loca sola pede.
Hunc amnis rapidis animosus vidit ab vndis,
Raucaq; de medijs sustulit ora vadis.
Atque ita, quid nostras inquit teris anxia ripas
Ilia ab Idæo Laodemonte genus?
Quo cultus abiere tui? quid sola vagaris?
Vitta nec euinctas impedit alba comas?
Quid fles? & madidos lacrymis corrumpis ocellos?
Pectoraq; insana tundis aperta manu?
Ille habet & silices, & durum in pectore ferrum,
Qui tenero lachrymas lætus in ore videt.
Ilia pone metus: tibi regia nostra patebit:
Teq; colent amnes: Ilia pone metus.
Tu centū: aut plures inter dominabere nymphas:
Nā centum, aut plures flumina nostra tenent.
[3] Nec me sperne (precor) tantùm Romana propago
Munera promissis vberiora feres.
Dixerat, illa oculos in humum deiecta modestos
Spargebat tepido flebilis imbre sinus.
Ter molita fugam, ter ad altas restitit vndas,
Currendi vires eripiente metu.
[4] Sera tamen scindens inimico pollice crinem
Edidit indignos ore temente sonos.
O vtinam mea tecta forent, patrioq; sepulcro
Condita, dum poterant virginis ossa tegi.
Cur modò Vestalis tedas inuitor ad vllas

1 al. sint. 2 al. Legitur & pomifer. 3 al. Ne.
4 Rectius in nonnullis, Saua.

Turpis

Turpis & Iliacis inficienda focis?
Quid mororẽ digitis designor adultera vulgi:
Desit famosus, qui notet ora, pudor.
Hactenus, & vestem timidis prætendit ocellis:
Atque ita se in rapidas perdita misit aquas.
Supposuisse manus ad pectora lubricus amnis
Dicitur, & socij iura dedisse tori.
Te quoque credibile est aliqua caluisse puella:
Sed nemora & sylvæ, crimina vestra tegunt.
Dum loquor, increuit latis [1] spatiosus in vndis,
Nec capit admissas alueus altus aquas.
Quid mecum furiose tibi? quid mutua differs
Gaudia? quid cœptum rustice rumpis iter?
Quid si legitimum flueres? si nobile flumen?
Si tibi per terras maxima fama foret?
Nomen habes nullum niuibus collecte caducis:
Nec tibi sunt fontes, nec tibi certa domus.
Fontis habes instar pluuiasq; niuesq; solutas,
Quas tibi diuitias, pigra ministrat hyems.
Aut luculentus agis brumali tempore cursus,
Aut premis arentem pluuerulentus humum.
Quis te vnquam potuit sitiens haurire viator?
Quis grata dixit voce, perennis eas?
Damnosus pecori curris: damnosior agris:
Forsitan hæc alios: me mea damna mouent.
Huic ego [2] ne demens narrabã fluminum amores.
Iactasse indigno nomina tanta pudet.
Nescio quem spectãs, Acheloon & Inachò amnes,
Et potui nomen Nile referre tuum.
At tibi pro meritis opto non candide torrens.
Sint rapidi soles, siccaq; semper hyems.

ELEGIA VI.

Quòd ab amica receptus, cum ea coire non potuit, conqueritur.

AVt non formosa est: [3] aut non bene culta puella:
Aut puto non votis sæpe petita meis.
Hanc tamen in nullos tenui male lãguidus vsus:
[4] Sed iacui pigro crimen, onusq; toro.
Nec potui cupiens pariter cupiente puella
Inguinis effœti parte iuuante frui.
Illa quidem nostro subiecit eburnea collo
Brachia Sythonia candidiora niue.
Osculaq; inseruit cupida luctantia lingua:
Lasciuum femori supposuitq; femur.
Et mihi blanditias dixit, dominumq; vocauit:
Et quæ præterea publica verba iuuant.
Tacta tamen gelida veluti mea membra cicuta,
Segnia propositum deslituere meum.
Truncus iners iacui, species & inutile lignum:
Nec satus exactum est, corpus, an vmbra forem.
Quæ mihi ventura est, siquidem est ventura senectus?
Cùm desit numeris ipsa iuuenta suis?

1 al. Quidam f. rectius spatiosus. 2 al. Quidam legunt, nunc demens, etiam recte. 3 al. Multo rectior vetus lectio. al. At, at, At. 4 Etiam rectè in nonnullis, Sic iacui.

Ah pudet annorum quod me iuuenemq; virũq;,
Nec iuuenem, nec me sensit amica virum.
Sic flammas aditura pias æterna sacerdos
Surgit, & à charo fratre verenda soror.
At nuper bis flaua Chie, ter candida Pitho,
Ter Libas officio continuata meo est.
Exigere à nobis angusta nocte Corinnam,
Et memini numeros sustinuisse nouem.
Num mea Thessalico languent deuota veneno
Corpora? num misero carmen & herba nocẽt?
Sagáque Phœnicea defixit nomina cera?
Et medium tenues in iecur vrget acus?
Carmine læsa Ceres [1] steriles vanescit in herbas:
Deficiunt læsi carmine fontis aquæ.
Ilicibus glandes, cantatáque vitibus vua
Decidit, & nullo poma mouente fluunt.
Quid vetat & neruos magicas torpere per artes?
Forsitan impatiens sit latus inde meum.
Huc pudor accessit facti pudor ipse nocebat.
Ille fuit vitij caussa secunda mei.
At qualem vidi, qualem tetigiq; puellam,
Sic etiam tunica tangitur illa sua.
Illius attactu Pylius iuuenescere posset:
Tithonúsque annis fortior esse suis.
Hæc mihi contigerat: sed vir non contigit illi:
Quas nunc concipiam per noua vota preces?
Credo etiam magnos, quo sum tã turpiter vsus:
Muneris oblati pœnituisse deos.
Optabam certè recipi, sum nempe receptus:
Oscula ferre, tuli: proximus esse, fui.
Quid mihi fortunæ tãtum? quid regna sine vsu?
Quid nisi possedi diues auarus opes?
Sic aret mediis taciti vulgator in vndis,
Pomáque, quæ nullo tempore tangat, habet.
A tenera quisquam sic surgit mane puella:
Protinus vt sanctos possit adire deos.
Sed non blanda puto, non optima perdidit in me
Oscula, non omni sollicitauit ope.
Illa graues potuit quercus, adamantaq; durum,
Surdáque blanditiis saxa mouere suis:
Digna mouere fuit certè diuósque, viросque:
Sed neque tunc vixi: nec vir, vt ante, fui.
Quid iuuat, ad surdas si cãtet [2] Phœmius aures,
Quid miserum Thamyrim picta tabella iuuat:
At quæ non tacita formaui gaudia mente?
Quos ego non finxi dispositiq; modos?
Nostra tamen iacuere velut præmortua mẽbra
Turpiter hesterna languidiora rosa.
Quæ nunc ecce vigent intempestiua, valentque:
Nunc opus exposcunt militiamque suam.
Qu in istic pudibunda iace pars pessima nostri:
Sic sim pollicitus captus, vt ante, tuis.
Tu dominum fallis: per te deprensus inermis
Tristia cum magno damna pudore tuli.
Hanc etiam non est mea dedignata puella
Molliter admota sollicitare manu.

1 al. sterilem vanescit in herbam.
2 Ita ex Homer. scripsimus, cum in om. esset Phineus.

Sed postquam nullas [1] *assurgere posse per artes,*
Immemorémque sui procubuisse videt:
Quid me ludis [2] *ait: quis te male sane iubebat*
Inuitum nostro ponere membra toro?
Aut te traiectis Æea venefica [3] *lanis*
Deuouet: aut alio lassus amore venis.
Nec mora: dissiluit tunica velata recincta,
Et decuit nudos prorupisse pedes.
Néve sua possent intactam scire ministra:
Dedecus hoc sumpta dissimulauit aqua.

ELEGIA VII.

Quòd ab amica non recipiatur, dolet.

EN quisquam ingenuas etiamnum suscipit artes?
Aut tenerum dotes carmen habere putat?
Ingenium quondam fuerat pretiosius auro:
At nunc barbaria est grandis, habere nihil.
Cùm pulchrè nostri dominæ placuere libelli:
Quò licuit libris, non licet ire mihi.
Cùm bene laudauit, laudato ianua clausa est:
Turpiter huc illuc ingeniosus eo.
Ecce recens dives parto per vulnera censu
Præfertur nobis sanguine factus eques.
Hunc potes amplecti formosis stulta lacertis:
Huius in amplexu stulta iacere potes.
Si nescis, caput hoc galeam portare solebat:
Ense latus cinctum, quod tibi seruit, erat.
Læua manus, cui nunc serũ male conuenit aurũ:
Scuta tulit: dextram tange, cruenta fuit.
Qua periit aliquis, potes hanc cõtingere dextram?
Heu vbi mollities pectoris illa tui est?
Cerne cicatrices veteris vestigia pugnæ:
Quæsitum est illi corpore quidquid habet.
Forsitan & quoties hominem iugulauerit, ipse
Indicet: hoc fassas tangis auara manus?
Ille ego Musarum purus, Phœbique sacerdos
Ad rigidas canto carmen inane fores.
Discite, qui sapitis, non hæc quæ scimus inertes:
Sed trepidas acies, & sera bella sequi.
Procque bono versu primum deducite pilum:
Hoc tibi, si velles, posset Homere dari.
Iupiter admonitus nihil esse potentius auro,
Corruptæ pretium virginis ipse fuit.
Dum merces aberat: durus pater, ipsa seuera,
Ærati postes ferrea turris erat.
Sed postquam sapiens in munera venit adulter,
Præbuit ipsa sinus, & dare iussa, dedit.
At cùm regna senex cæli Saturnus haberet,
Omne lucrũ tenebris alta premebat humus:
Æráque, & argentum, cúmque auro pondera ferri
Manibus admorat: nulláque massa fuit.
At meliora dabat, curuo sine vomere fruges,
Pomáque, & in quercu mella reperta caua.
Nec valido quisquam terram scindebat aratro:
Signabat nullo limite fossor humum.
Nec freta demisso verrebant eruta remo:
Vltima mortali tum via littus erat.
Contra te sollers hominum natura fuisti,
Et nimium damnis ingeniosa tuis.
Quid tibi turritis incingere mœnibus vrbes?
Quid tibi discordes addere in arma [1] *manus?*
Quid tibi cũm pelago? terra contenta fuisses.
Cur non & cælum tertia regna petis?
Qua licet, affectas cælum quoque templa Quirinus,
Liber, & Alcides, & modò Cæsar habent.
Eruimus terra solidum pro frugibus aurum,
Possidet inuentas sanguine miles opes.
Curia pauperibus clausa est: dat census honores:
Inde grauis iudex: inde seuerus eques.
Omnia possideant: illis campusque forumque
Seruiat: hi pacem, crudaque bella gerant.
Tantum ne nostros auidi lucrentur amores:
Et satis est, aliquam pauperis esse sinant.
At nunc exæquet tetricas licet illa Sabinas:
Imperat vt capta, qui dare multa potest.
Me prohibet custos: in me timet illa maritum:
Si dederim, tota cedet vterque domo.
O si neglecti quisquam deus vltor amantis:
Tam malè quæsitas puluere mutet opes.

[1] al. consurgere.
[2] In aliis, *rana*. [3] al. ille.

ELEGIA VIII.

Tibulli mortem deflet.

MEmnona si mater, mater plorauit Achillem:
Et tangunt magnas tristia fata deas:
Flebilis indignos Elegeia solue capillos,
Ah nimis ex vero nunc tibi nomen erit.
Ille tui vates operis, tua fama Tibullus
Ardet in extructo corpus inane rogo.
Ecce puer Veneris fert euersámque pharetram,
Et fractos arcus, & sine luce facem.
Aspice demissis vt eat miserabilis alis:
Pectoráque infesta tundat aperta manu.
Excipiunt lacrymas sparsi per colla capilli:
Oraque singultu concutiente sonant.
Fratris in Æneæ sic illum funere dicunt
Egressum castris pulcher Iule tuis.
Nec minus est confusa Venus moriente Tibullo,
Quam iuueni rupit cum ferus inguen aper.
At sacri vates, & diuũm cura vocamur:
Sunt etiam qui nos numen habere putent.
Scilicet omne sacrum mors importuna profanat:
Omnibus obscuras iniicit illa manus.
Quid pater Ismario, quid pater profuit Orpheo?
Carmine quid victas obstupuisse feras?
Et Linon in siluis idem [4] *pater edidit altis:*

[1] al. viros. [2] al. fœdaque. [3] al. tectis. [4] sic in omn. Rectius tamen fort. quidam, *pater obstitus altis, Dicitur inuita concinuisse lyra.*

Dici-

Dicitur inuicta conticuisse lyra.
Aspice Maeoniden, à quo ceu fonte perenni
Vatum Pieriis ora rigantur aquis:
Hunc quoque summa dies nigro summersit Auerno.
Effugiunt auidos carmina sola rogos.
Durat opus vatum, Troiani fama laboris,
Tardaq; nocturno tela retexta dolo.
Sic Nemesis longum, sic Delia nomen habebunt:
Altera cura recens, altera primus amor.
Quid nos sacra iuuant? [1] quid nunc Ægyptia prosunt,
Sistra? quid in vacuo succubuisse toro.
Cùm rapiant mala fata bonos: ignoscite fasso:
Sollicitor, nullos esse putare deos.
Viue pius, moriere tamen. cole sacra, colentem
Mors tamen à templis in caua busta trahet.
Carminibus confide bonis: iacet ecce Tibullus:
Vix manet è toto parua quod vrna capit.
Tene sacer vates, flammæ rapuere rogales?
Pectoribus pasci nec timuere tuis?
Aurea sanctorum potuissent templa deorum
Vrere, quæ tantum sustinuere nefas.
Auertit vultus Erycis quæ possidet arces:
Sunt quoque qui lacrymas continuisse negant.
Sed tamen hoc melius: quam si Phæacia tellus
Ignotum vili supposuisset humo.
Hic certè manibus fugientis pressit ocellos
Mater: & in cineres vltima dona tulit.
Hic soror in partem misera cum matre doloris
Venit inornatas dilacerata comas.
Cúmque tuis sua iunxerunt Nemesisq; priórque,
Oscula: nec solos destituere rogos.
Delia discedens, felicius, inquit, amata
Sum tibi: vixisti, dum tuus ignis eram.
Cui Nemesis, quid, ait, tibi sunt mea damna doloris,
Me tenuit moriens deficiente manu.
Si tamen è nobis aliquid nisi nomen, & vmbra
Restat: in Elysia valle Tibullus erit.
Obuius huic venies edera iuuenilia cinctus
Tempora, cum Caluo docte Catulle tuo.
Tu quoq; si falsum est temerati crimen amici:
Sanguinis atque animæ prodige Galle tuæ.
His comes vmbra tua est: si qua est modò corporis vmbra,
Auxisti numeros culte Tibulle pios.
Ossa quieta precor tuta [2] requiescite in vrna:
Et sit humus cineri non onerosa tuo.

ELEGIA IX.

Ad Cererem, conquerens quod eius sacris cum amica concumbere non permittatur.

Annua venerunt Cerealis tempora sacri:
Secubat in vacuo sola puella toro.
Flaua Ceres tenues spicis redimita capillos
Cur inhibes sacris commoda nostra tuis?
Te dea munificam gentes vbicunque loquuntur:
Nec minus humanis inuidet vlla bonis.
Ante nec hirsuti torrebant farra coloni:
Nec notum terris area nomen erat.
Sed glandem quercus oracula prima ferebant:
Hæc cibus, & teneri cespitis herba torus.
Prima Ceres docuit turgescere semen in agris,
Falce coloratas subsecuitq; comas.
Prima iugis tauros supponere colla coëgit:
Et veterem curuo dente reuellit humum:
Hanc quisquam lacrymis latari credat amantum?
Et bene tormentis, secubituq; coli?
[1] Nec tamen est, quamuis agros emat illa feraces,
Rustica: nec vacuum pectus amoris habet.
Cretes erunt testes: nec fingunt omnia Cretes:
Cretes nutrito terra superba Ioue.
Illic, sideream mundi qui temperat arcem:
Exiguus tenero lac bibit ore puer.
Magna fides testi: testis laudatur alumno,
Fassuram Cererem crimina nota puto.
Viderat Iasium Cretæa diua sub Ida
Figentem certa terga ferina manu.
Vidit, & vt teneræ flammam rapuere medullæ:
Hinc pudor [2] ex illa parte trahebat amor.
Victus amore pudor, sulcos arare videres:
Et sata cum minima parte redire sui.
Cum bene iactati pulsarant arua ligones,
Ruperat & duram vomer aduncus humum.
Seminaq; in latos ierant æqualiter agros:
Irrita decepti vota colentis erant.
Diua potens frugum siluis errabat in altis:
Deciderant longæ spicea serta comæ:
Sola fuit Crete fœcundo fertilis anno:
Omnia, qua tulerat se dea, messis erant.
Ipse locus nemorum canebat frugibus Ide:
Et ferus in silua farra metebat aper.
Optauit Minos similes sibi legifer annos:
Optauit Cereris longus vt esset amor.
Qui tibi secubitus tristes dea flaua fuissent:
Hos cogor sacris nunc ego ferre tuis.
Cur ego sum tristis, cùm sit tibi nata reperta?
Regnaq; [3] quam Iuno, sorte minora regat!
Festa dies, Venerémque vocat, cantúsque, merúmque,
Hæc docet ad dominos munera ferre deos.

ELEGIA X.

Ad amicam, à cuius amore discedere non potest.

Multa diúque tuli: vitiis patientia victa est:

1 al. nunc. 2 al. requiescere.

1 al. Hæc. 2 al. vet. lect. ex alia. 3 al. quæ.

Cede fatigato pectore turpis amor.
Scilicet asserui iam me: fugiq; catenas:
Et quæ non puduit ferre, tulisse pudet.
Vicimus: & domitum pedibus calcamus amorem:
Venerunt capiti cornua sera meo.
Perfer, & obdura: dolor hic tibi proderit olim:
Sæpe tulit lassis succus amarus opem.
Ergo ego sustinui foribus tam sæpe repulsus
Ingenuum dura ponere corpus humo.
Ergo ego nescio cui, quem tu complexa tenebas:
Excubui clausam seruus vt ante domum.
Vidi ego cum foribus lassus prodiret amator
Inualidum referens, emeritumq; latus.
Hoc tamen est leuius, quàm quod sum visus ab illo:
Eueniat nostris hostibus ille pudor.
Quando ego non fixus lateri [1] spatiantis adhæsi?
Ipse tuus custos, ipse vir, ipse comes?
Scilicet & populo per me comitata placebas:
Causa fuit multis noster amoris amor.
Turpia quid referam vanæ mendacia linguæ?
Et periuratos in mea damna deos?
Quid iuuenum tacitos inter conuiuia nutus?
Verbaq; compositis dissimulata notis?
Dicta erat ægra mihi: præceps, aménsque cucurri:
Veni: riuali non erat ægra meo.
His & quæ taceo duraui sæpe ferendis:
Quare alium, pro me qui velit ista pati.
Iam mea votiua puppis redimita corona
Læta tumescentes æquoris audit aquas.
Desine blanditias, & verba potentia quondam
Perdere, non ego sum stultus vt ante fui.
Luctantur: pectusq; leue in contraria ducunt.
Hæc amor, hæc odium: sed puto vincet amor.
Odero, si potero: si non, inuitus amabo:
Nec iuga taurus amat, quæ tamen odit, habet.
Nequitiam fugio: fugientem forma reducit:
Auersor morum crimina: corpus amo.
Sic ego nec sine te, nec tecum viuere possum:
Et videor voti nescius esse mei.
Aut formosa fores minus, aut minus improba vellem:
Non facit ad mores tam bona forma malos.
Facta merent odium: facies exorat amorem:
Me miserum vitiis plus valet illa suis.
Parce per ô lecti socialia iura, per omnes,
Qui dant fallendo se tibi sæpe deos.
Perque tuam faciem magni mihi numinis instar:
Perq; tuos oculos, qui rapuere meos.
Quidquid eris, mea semper eris: tu selige tantum,
Me quoque velle, velis, ánne coactus amem?
Lintea dem potius: ventisq; ferentibus vtar:
Vt quamuis nolim cogar amare tamen.

2 In nonnull. *patienter.*

ELEGIA XI.

Dolet amicam suam ita suis carminibus innotuisse, vt riuales multos sibi pararit.

Qvis fuit ille dies, quo tristia semper amanti
Omnia non alba concinuistis aues?
Quodve putem sydus nostris occurrere votis?
Quóve deos in me bella mouere querar?
Quæ modò dicta mea est, quæ cœpi solus amare:
Cum multis vereor ne sit habenda mihi.
Fallimur? an nostris innotuit illa libellis?
Sic est: ingenio prostitit illa meo.
Et meritò: quid enim formæ præconia feci?
Vendibilis culpa facta puella mea est.
Me lenone placet: duce me [1] productus amator:
Ianua per nostras est adaperta manus.
An prosint dubium est: nocuerunt carmina certè:
Inuidiæ nostris illa fuere bonis.
Cùm Thebæ, cùm Troia foret, cùm Cæsaris acta:
Ingenium mouit sola Corinna meum.
[2] Aduersis vtinam tetigissem carmina Musis:
Phœbus & inceptum destituisset opus.
Nec tamen vt testes mos est audire poëtas:
Malueram verbis pondus abesse meis.
Per nos Scylla patri canos furata capillos,
Pube premet rabidos, inguinibusq; canes.
Nos pedibus pennas dedimus, non crinibus angues.
Victor Abantiades alite fertur equo.
Iidem per spatium Tityon porreximus ingens:
Et tria vipereo fecimus ora cani.
Fecimus Enceladum iaculantem mille lacertis:
Ambiguæ captos virginis ore viros.
Æolios Ithacis incluſimus vtribus Euros:
Proditor in medio Tantalus amne sitit.
De Niobe silicem, de virgine fecimus vrsam:
Concinit Odrysium Cecropis ales Itym.
Iupiter aut in aues, aut se transformat in aurũ:
Aut secat imposita virgine taurus aquas.
Protea quid referam? Thebanáque semina dentes?
Qui vomerent flammas ore fuisse boues?
Flere genis electra, tuas auriga soreres?
Quæq; rates fuerant, nunc maris esse deas?
Auersumq; diem mensis furialibus Atrei?
Duraq; percussam saxa secuta lyram?
Exit in immensum fecunda licentia vatum:
Obligat historica nec sua verba fide.
Et mea debuerat falso laudata videri
Fœmina: credulitas nunc mihi vestra nocet.

ELEGIA XII.

De Iunonis festo.

Cvm mihi pro miseris coniux foret orta Phaliscis:
Mœnia contigimus victa Camille tibi.
Casta sacerdotes Iunoni festa parabant

1 fort. melius, *perdulius*, vt in nonnullis.
2 al. O vtinam aduersis.

1 Per celebres ludos, indigenamq; bouem.
Grande morę pretium ritus cognoscere: quanuis
Difficilis cliuis huc via prębet iter.
Stat vetus & densa prænubilus arbore lucus:
Aspice, concedes numinis esse locum.
Accipit ara preces, votiuaq; thura piorum:
Ara per antiquas facta sine arte manus:
Hic vbi personuit solemni tibia cantu:
It per velatas annua pompa vias.
Ducuntur niuęa populo plaudente iuuencę,
Quas aluit campus herba Phaliscą suis:
Et vituli nondum metuenda fronte minaces,
Et minor ex humili victima porcus hara.
Dúxque gregis cornu per tępora dura recuruo.
Inuisa est dominę sola capella deę.
Illius indicio syluis inuenta sub altis
Dicitur inceptam destituisse fugam.
Nũc quoq; per pueros iaculis incessitur index,
Et pretium auctori vulneris, ipsa datur.
Qua ventura dea est, iuuenes, timidaq; puellę
Prębuerant latas veste iacente vias.
Virginei crines auro gemmaq; premuntur,
Et tegit auratos palla superba pedes.
More patrum sanctę velatę vestibus albis
Tradita suppositio vertice sacra ferunt.
Ore fauent populi tunc cùm venit aurea pompa,
Ipsa sacerdotes subsequiturq; suas.
Argiua est pompę facies: Agamemnone cęso,
Et scelus, & patrias fugit Halesus opes.
Iámque pererratis profugus terraq; mariq;,
Mœnia felici condidit alta manu.
Ille suos docuit Iunonia sacra Phaliscos.
Sint mihi, sint populo semper amica suo.

ELEGIA XIII.

Ad amicā, si peccatura est, vt occultè peccet.

NOn ego ne pecces, cùm sis formosa, recuso:
Sed ne sit misero scire necesse mihi.
Nec te nostra iubet fieri censura pudicam:
Sed tamen, vt tentes dissimulare 2 rogat.
Non peccat, quęcumq; potest peccasse negare,
Solaq; famosam culpa professa facit.
Quis furor est, quę nocte latent in luce fateri?
Et quę clam facias facta referre palam?
Ignoto meretrix corpus iunctura Quiriti,
Opposita populum submouet ante sera.
Tu tua prostitues famę peccata sinistrę?
Commissi perages indicium q; tui?
Sit tibi mens melior, saltemq; imitare pudicas,
Teq; probam, quamuis non eris, esse putem.
Quę facis, hęc facito, tantum fecisse negato:
Nec pudeat coram verba modesta loqui.
Est qui nequitiam locus exigat, omnibus illum
Delicijs imple, sit procul inde pudor.
Hinc simul exieris: lasciuia protinus omnis
Absit, & in lecto crimina pone tuo.
Illic nec tunicam tibi sit posuisse pudori,
Nec femori impositum sustinuisse femur.
Illic purpureis condatur lingua labellis,
Inq; modos Venerem mille figuret amor.
Illic nec voces, nec verba iuuantia cessent,
Spondaq; lasciua mobilitate tremat.
Indue cum tunicis metuentem crimina vultum,
Et pudor obscœnum difficeatur opus.
Da populo, da verba mihi, sine nescius errem,
Et liceat stultę credulitate frui.
Cur quoties video mitti, recipiq; tabellas?
Cur pressius prior est, interiorq; torus?
Cur plus, quàm somno turbatos esse capillos?
Collaq; conspicio dentis habere notam?
Tantum non oculos crimen deducis ad ipsos,
Si dubitas famę parcere, parce mihi.
Mens abit, & morior, quoties peccasse fateris,
Perq; meos artus frigida gutta fluit.
Tunc amo, tunc odi frustra, quod amare necesse est,
Tunc ego, sed tecum, mortuus esse velim.
Nil equidem inquiram, nec, quę celare parabis
Insequar, & falsi criminis instar erit.
Si tamen in media deprensa tenebere culpa,
Et fuerint oculis probra videnda meis.
Quę bene visa mihi fuerint, bene visa negato,
Concedent verbis lumina nostra tuis.
Prona tibi vinci cupienti vincere palma est,
Sit modò non feci dicere lingua memor.
1 Cùm tibi contingat verbis superare duobus,
Etsi non caussa, iudice vince tuo.

ELEGIA XIV.

Ad Venerem, quòd Elegis finem imponat.

QVare nouum vatem tenerorum mater amorum,
Traditur hęc elegis vltima męta meis.
Quos ego composui Peligni ruris alumnus,
Nec me delicię dedecuere meę.
Si quid id est, vsq; à proauis vetus ordinis hęres:
Non modò militię turbine factus eques.
Mantua Virgilio gaudet, Verona Catullo:
Peligna dicar gloria gentis ego.
Quem sua libertas ad honesta coegerat arma:
Cùm timuit socias anxia Roma manus.
Atq; aliquis spectans hospes Sulmonis aquosi
Mœnia, quę campi iugera pauca tenent:
Quę tantum dicet potuistis ferre poetam,
Quantulacunq; estis, vos ego magna voco.
Culte puer, puerique parens mihi tempore longo,
Aurea de campo velite signa meo.
Corniger increpuit thyrso grauiore Lyęus:
Pulsanda est magnis area maior equis.
Imbelles elegi genialis Musa valete,
Post mea mansurum fata superstes opus.

1 al. Et. 2 al. rogo.

1 al. Cùm bene.

P. OVIDII NASONIS SVLMONENSIS DE ARTE AMANDI, LIBER I.

SI quis in hoc artem populo non nouit amandi,
Me legat, & lecto carmine, doctus amet.
Arte cita veloq́; rates, remoq́; reguntur,
Arte 1 leues currus, arte regendus amor.
Curribus Automedon lentis erat aptus habenis,
Tiphys in Hæmonia puppe magister erat.
Me Venus artificem tenero præfecit amori:
Tiphys, & Automedon dicar amoris ego.
Ille quidem ferus est, & qui mihi sæpe repugnat:
Sed puer est, ætas mollis & apta regi.
Phillyrides puerum cithara 2 perfecit Achillem:
Atq; animos placida contudit arte feros:
Qui toties socios toties perterruit hostes:
Creditur annosum pertimuisse senem.
Quas Hector sensurus erat poscente magistro
Verberibus iussas præbuit ille manus.
Æacidæ Chyron, ego sum præceptor amoris:
Sæuus vterque puer: natus vterque dea.
Sed tamen & tauri ceruix oneratur aratro:
Frenáq; magnanimi dente teruntur equi.
Et mihi cedet amor quamuis mea vulneret arcu
Pector a: iactatas excutiátq; faces.
Quò me fixit amor, quo me violentius vssit:
Hoc melior facti vulneris vltor ero.
Non ego Phœbe, datas à te mihi 3 mētiar artes:
Nec nos aëriæ voce monemur auis.
Non mihi sunt visæ Clio, Cliusq́; sorores,
Seruanti pecudes vallibus Ascra tuis.
Vsus opus mouet hoc: vati parete perito:
Vera canam, cœptis mater Amoris ades.
Este procul vittæ tenues, insigne pudoris,
Quæq́; tegis medios instita longa pedes.
Nos Venerem tutam concessáque furta canemus:
Inq́; meo nullum carmine crimen erit.
Principio quod amare velis, reperire labora,
Qui noua nunc primum miles in arma venis.
Proximus huic labor est, placidam exorare puellā.
Tertius, vt longo tempore duret amor.
Hic modus, hæc nostro signabitur area curru:
Hæc erit admissa meta terenda rota.
Dum licet: & loris passim potes ire solutis,
Elige, cui dicas, tu mihi sola places.
Hæc tibi non veniet tenues delapsa per auras:
Quærenda est oculis apta puella tuis.
Scit bene venator, ceruis vbi retia tendat.
Scit bene, qua frendens valle moretur aper:
Aucupibus noti frutices: qui sustinet hamos,
Nouit, quæ multo pisce natentur aquæ.
Tu quoque materiam longo qui quæris amori:
Ante frequens quo sit disce puella loco.
Non ego quærentem ventis dare vela iubebo:
Nec tibi, vt inuenias, longa terenda via est.
Andromeden Perseus nigris 1 portarit ab Indis:
Raptaq́; sit Phrygio Graia puella viro.
Tot tibi namq; dabit formosas Roma puellas:
Hæc habet, vt dicas, quicquid in orbe fuit.
Gargara quot segetes, quot habet Methymna racemos:
Æquore quot pisces, fronde teguntur aues:
Quot cælum stellas, tot habet tua Roma puellas:
Mater & Æneæ constat in vrbe 2 sui.
Seu caperis primis, & adhuc crescentibus annis:
Ante oculos veniet vera puella tuos.
Siue cupis iuuenem, iuuenes tibi mille placebunt:
Cogeris voti nescius esse tui.
Seu te fortè iuuat sera, & sapientior ætas:
Hoc quoq; (crede mihi) crebrius agmen erit.
Tu modò Pompeia lentus spatiare sub vmbra,
Cùm sol Herculei terga leonis adit.
Aut, vbi muneribus nati sua munera mater
Addidit, externo marmore diues opus.
Nec tibi vitetur, quæ priscis sparsa tabellis,
Porticus auctoris Liuia nomen habet.
Quæq́; parare necem miseris patruelibus ausæ
Belides, & stricto stat ferus ense pater.
Nec te prætereat Veneri ploratus Adonis:
Cultaq́; Iudæo septima sacra viro.
Nec fuge Niligenæ Memphitica templa iuuencæ:
Multas illa facit, quod fuit ipsa Ioui:
Et fora conueniunt (quis credere posset?) amori:
Flammáq; in arguto sæpe reperta foro.
Subdita qua Veneris facto de marmore templo
Appius expressis aëra pulsat aquis.
Illo sæpe loco capitur consultus amore:
Quiq; alijs cauit, non cauet ipse sibi.
Illo sæpe loco desunt sua verba diserto:
Resq́; nouæ veniunt: caussaq́; agenda sua est.
Hunc Venus è templis, quæ sunt confinia, ridet:
Qui modò patronus, nunc cupit esse cliens.
Sed tu præcipuè curuis venare theatris:
Hæc loca sunt 3 votis fertiliora tuis.
Illic inuenies, quod ames, quod ludere possis:
Quodq́; semel tangas, quodq́; tenere velis.
Vt redit, itq́; frequens longum formica per agmen
Granifero solitum dum vehit ore cibum:

1 al. leuis. 2 Ita putauimus leg.
3 Rectius in quib. *mentior.*

1 cum in q. leg. *portauit ab Indis. Raptaque sic.*
2 al. sua.
3 al. fertiliora vota suo.

Aut

Aut vt apes saltúsque suos, & olentia nacta
Pascua per flores, & thyma summa volant:
Sic ruit 1 *ad celebres cultissima fœmina ludos:*
Copia iudicium sæpe morata meum est.
Spectatum veniunt: veniunt spectentur vt ipsæ:
Ille locus casti damna pudoris habet.
Primus sollicitos fecisti Romule ludos:
Cùm iuuit viduos rapta Sabina viros.
Tunc neque marmoreo pendebant vela theatro,
Nec fuerant liquido pulpita rubra croco.
Illic, quas tulerant nemorosa palatia frondes
Simpliciter positæ, scena sine arte fuit.
In gradibus sedit populus de cespite factis,
Qualibet hirsutas fronde tegente comas.
Respiciunt, oculisque notant, sibi quisque puellam,
Quam velit: & tacito pectore multa mouent.
Dúmque, rudem præbente modum tibicine Thusco,
Lydius æquatam ter pede pulsat humum:
In medio plausu (plausus tunc arte carebat,)
Rex populo prædæ signa petenda dedit.
Protinus exiliunt animum clamore fatentes,
Virginibus cupidas iniiciuntq́; manus.
Vt fugiunt aquilas timidissima turba columbæ,
Vtque fugit visos agna nouella lupos:
Sic illæ timuere viros sine lege ruentes,
Constitit in nulla, qui fuit ante color.
Nam timor vnus erat, facies non vna timoris:
Pars laniat crines, pars sine mente sedet.
Altera mœsta silet, frustra vocat altera matrem:
Hæc queritur, stupet hæc, hæc fugit, illa manet.
Ducuntur raptæ genialis præda, puellæ,
Et potuit multas ipse decere pudor.
Siqua repugnabat nimium, comitémque negabat,
Sublatam cupido vir tulit ipse sinu.
Atque ita, quid teneros lacrymis corrumpis ocellos?
Quod matri pater est, hoc tibi dixit, ero.
Romule militibus scisti dare commoda solus,
Hæc mihi si dederis commoda, miles ero.
Scilicet ex illo solemnia more theatra,
Nunc quoque formosis insidiosa manent.
Nec te nobilium fugiat certamen equorum:
Multa capax populi commoda circus habet.
Nil opus est digitis, per quos arcana loquaris:
Nec tibi per nutus accipienda nota est.
Proximus 3 *à domina nullo prohibente sedeto:*
Iunge tuum lateri, quam potes, vsque latus:
Et bene quod cogit, si nolit, linea iungi:
Qua tibi tangenda est lege puella loci.
Hic tibi quæratur socij sermonis origo,
Et moueant primos publica verba sonos.
Cuius equi veniant, facito studiosè requiras,
Nec mora, quisquis erit, cui fauet illa, fauе.

1 al. in. 2 Rectius in q. timor.
3 al. ad dominam.

At cum pompa frequens certantibus ibit ephebis,
Tu veneri domine plaude fauente manu.
Vtq́; sit in gremium pulvis si fortè puellæ
Decíderit, digitis excutiendus erit.
Et, si nullus erit pulvis, tamen excute nullum:
Quælibet officio caussa sit apta tuo.
Pallia si terræ nimium demissa iacebunt,
Collige, & in munda sedulus effer humo.
Protinus officij pretium, patiente puella,
Contingent oculis crura videnda tuis.
Respice præterea, post vos quicunque sedebit,
Ne premat oppositо mollia terga genu.
Parua leues capiunt animos, fuit vtile multis,
Pulvinum facili composuisse manu. 1
Profuit & tenues ventos mouisse flabello,
Et caua sub tenerum scamna dedisse pedem.
Hos aditus circúsque nouo præbebit amori,
Sparsaque sollicito tristis arena foro.
Illa sæpe puer Veneris pugnauit arena,
Et qui spectauit vulnera, vulnus habet.
Dum loquitur, tangitq́; 1 manum, poscitque libellum:
Et quærit posito pignore, vincat vter.
Sauctus ingemuit, telúmque volatile sensit,
Et pars spectati vulneris ipse fuit.
Quid modò cum belli naualis imagine Cæsar
Persidas induxit, Cecropidásque rates?
Nempe ab vtroque mari iuuenes, ab vtroque puellæ
Venere: atque ingens orbis in vrbe fuit.
Quis non inuenit, turba quod amaret in illa?
Eheu quàm multos aduena torsit amor!
Ecce parat Cæsar domito quod defuit orbi
Addere: nunc oriens vltime noster eris.
Parthe dabis pœnas, Crassi gaudete sepulti,
Signáque barbaricas non bene passa manus.
Vltor adest, primúsque ducem profitetur in annis,
Bellaq́; non puero tractat agenda puer.
Parcite natales timidi numerare deorum,
Cæsaribus virtus contigit ante diem.
Ingenium cæleste suis velocius annis
Surgit, & ignauæ fert male damna moræ.
Paruus erat, manibúsque duos Tirynthius angues
Pressit, & in cunis iam Ioue dignus erat.
Nunc quoque qui puer es, quantus tunc Bacche fuisti,
Cùm timuit thyrsos India victa tuos?
Auspiciis, annisque patris puer arma mouebis,
Et vinces annis, auspicijsque patris.
Tale rudimentum tanto sub nomine debes,
Nunc iuuenum princeps, deinde futura senum.
Cùm tibi sint fratres, fratres vlcíscere læsos,
Cùm pater tibi sit, iura tuere patris.
Induit arma tibi genitor patriæq́; tutúsque: 3
Hostis ab inuito regna parente rapit.
Tu pia tela feres, scelerata ille sagittas,

1 al. pulvinar. 2 al. manu.
3 al. præbuit.

Stabit pro signis, iussq́, piúmque tuis.
Vincuntur Parthi causſa, vincantur & armis,
Eoas Latio dux meus addat opes.
Marsque pater, Cæsárque pater, date numen eunti:
1Nam Deus è vobis alter es, alter eris.
Auguror en vlnces: votiuáque carmina reddam:
Et magno nobis ore sonandus eris.
Consistes, aciémque meis hortabere verbis,
O desint animis ne mea verba tuis,
Tergáque Parthorum, Romanaq́, pectora dicã:
Teláque, ab auerso quæ iacit hostis equo.
Quid fugis, vt vincas? quid victos Parthe relinquis?
Parthe malum iam nunc Mars tuus omen habet.
Ergo erit illa dies, qua tu pulcerrime rerum
Quattuor in niueis aureus ibis equis.
Ibunt ante duces onerati colla catenis,
Ne possint tuti, qua prius, esse fuga.
Spectabunt iuuenes lati, mistaq́, puellæ,
Diffundetq́, animos omnibus illa dies.
Atque aliqua ex illis, dum regum nomina quærot,
Quæ loca, qui montes, quæue ferantur aquæ:
Omnia responde nec tantum si qua rogabit,
Et quæ nescieris, vt bene nota refer.
Hic est Euphrates præcinctus arundine frontem:
Cui coma dependet cærula, Tigris erit.
Hos fac Armenios: hæc est Danaeia Persis,
Vrbs in Achæmeniis vallibus illa fuit.
Ille, vel ille, duces, & erunt quæ nomina dicas:
Si poteris, verè: si minus, apta tamen.
Dant etiam positis aditum conuiuia mensis,
Est aliquid præter vina, quod inde petas:
Sæpe illic 2positis, teneris abducta lacertis
Purpureus Bacchi cornua pressit amor.
Vináque cum bubulas sparsere Cupidinis alas,
Permanet, & capto stat grauis ille loco.
Ille quidem pennas velociter excutit vdas:
Sed tamen & spargi pectus amore nocet:
Vina parant animos: faciuntq́, caloribus aptos,
Cura fugit multo, diluiturq́, mero.
Tunc veniunt risus, tum pauper cornua sumit:
Tunc dolor, & cura, rugaq́, frontis abit.
Tunc aperit mentes, euo rarissima nostro,
Simplicitas, artes excutiente deo.
Illic sæpe animos iuuenum rapuere puellæ:
Et venus in vinis, ignis in igne fuit.
Hic tu fallaci nimium ne crede lucernæ:
Iudicio formæ, nóxque merúmque nocet.
Luce deas, calóque Paris spectauit aperto,
Cum dixit Veneri: vincis vtramque Venus:
Nocte latent mendæ, vitióque ignoscitur omni:
Horáque formosam quamlibet illa facit.
Consule de gemmis, de tincta murice lana.
Consule de facie, corporibúsque diem.
Quid tibi femineos cœtus vena tibus aptos

1 al. Est Deus è vobis alter, & alter erit.
2 al. positus.

Enumerem? innumero cedet arena meo.
Quid referam Baias? prætextáque littora velis?
Et, quæ de calido sulfure fumat, aquam?
Hinc aliquis vulnus referens in pectore, dixit,
Non hæc (vt fama est) vnda salubris erat.
Ecce suburbanæ templum memorabile Dianæ,
Partáque per gladios regna nocente manu:
Illa quod est virgo quod tela Cupidinis odit,
Multa dedit populo vulnera multa dabit.
Hactenus vnde legas quod ames, vbi retia tendas
Præcipit imparibus vecta Tonleia modis.
Nunc tibi quæ placuit, quas sit capienda per artes,
Dicere præcipua molior arte opes.
Quisquis vbique, viri dociles aduertite mentes,
Pollicitisque fauens vulgus adeste meis.
Prima tuæ menti veniat fiducia, cunctas
Posse capi, capies, tu modo tende plagas.
Vere prius volucres taceant, æstate cicadæ,
Manalius lepori det sua terga canis,
Femina quam iuueni blande tentata repugnet,
Hæc quoque, quam poteris credere nolle, volet.
Vtque viro furtiua Venus sit grata, puellæ est,
Vir male dissimulat, tectius illa cupit.
Conueniat moribus, ne quam nos ante rogemus,
Femina iam partes victa rogantis agat.
Mollibus in pratis admugit femina tauro:
Femina cornipedi semper adhinnit equo,
3Parrior in nobis, nec tam furiosa libido est.
Legitimum finem flamma virilis habet.
Byblida quid referam? vetito quæ fratris amore
Arsit, & est laqueo fortiter vlta nefas.
Myrrha patrem, sed non qua filia debet, amauit,
Et nunc obducto cortice pressa latet.
Illius lacrymis, quas arbore fundit odora,
Vngimur & domine nomina gutta tenet.
Forte sub vmbrosis nemorosæ vallibus Idæ,
Candidus armenti gloria taurus erat.
Signatus tenui media inter cornua nigro,
Vna fuit labes, cætera lactis erant:
Illum Cnossiadésque, Cydoniadésque iuuencæ
Optarunt tergo sustinuisse suo.
Pasiphaë fieri gaudebat adultera tauri,
Inuida formosas oderat illa boues.
Nota cano, non hoc, quæ centum sustinet vrbes
Quamuis sit mendax, Creta negare potest.
Ipsa nouas frondes & prata tenerrima, tauro
Fertur inassueta subsecuisse manu.
It comes armentis, nec ituram cura moratur
Coniugis, & Minos à boue victus erat.
Quid tibi Pasiphaë pretiosus sumere vestes?
Ille tuus nullas sentit adulter opes.
Quid tibi cum speculo montana armenta petenti,
Qui toties positas fingis inepta comas?
Crede tamen speculo, quod te negat esse iuuencam,
Quam cuperes fronti cornua nata tuæ,
Siue placet Minos: nullus quæratur adulter

1 al. adeste. 2 al. puellis. 3 sic recte in vet. sed & Parrior. legi potest.

Sin

Siue virum mauis fallere, falle viro.
In nemus, & saltus thalamo regina relicto
Fertur, vt Aonio concita baccha deo.
Ah quoties vultu vaccam spectauit iniquo:
Et dixit, domino cur placet ista meo?
Aspice, vt ante ipsum teneris exultat in herbis:
Nec dubito, quin se stulta [1] placere putet.
Dixit, & ingenti iamdudum de grege duci
Iussit, & immeritam sub iuga curua trahi,
Aut cadere ante aras commentaq; sacra coegit:
Et tenuit lata pellicis exta manu.
Pellicibus quoties placauit numina cæsis:
Atq; ait exta tenens, ite placete meo.
Et modo se fieri Europam, modo postulat Io,
Altera quod bos est, altera vecta boue.
Hanc tamen impleuit vacca deceptus acerna
Dux gregis: & partu proditus auctor erat.
Cessa Thyesteo si se abstinuisset amore:
([2] O, quantum est, vni posse placere viro!)
Non medium rupisset iter: curruq; retorto
Auroram versis Phœbus adisset equis.
Filia purpureos Niso furata capillos,
Puppe cadens celsa, facta refertur auis.
Altera Sylla maris monstrum, medicamine Circes
Pube premit rabidos, inguinibusq; canes.
Qui Martem terris, Neptunum effugit in vndis,
Coniugis Atrides victima dira fuit.
Cui non desleta est Ephyræa flamma Creusæ?
Et nece natorum sanguinolenta parens?
Fleuit Amynthorides per inania lumina Phœnix:
Hippolytum rapidi diripuistis equi.
Quid fodis immeritis Phineu sua lumina natis?
Pœna reuersura est in caput ista tuum.
Omnia feminea sunt ista libidine mota:
Acrior est nostra, plusque furoris habet.
Ergo age ne dubita cunctas superare puellas:
Vix erit è multis quæ neget vna tibi.
Quæ dant, quæq; negant, gaudent tamen esse rogatæ:
Vt iam fallaris, tuta repulsa tua est.
Sed cur fallaris? cum sit noua grata voluptas?
Et capiant animos plus aliena suis?
Fertilior seges est alienis semper in agris,
Vicinumq; pecus grandius vber habet.
Sed prius ancillam captata nosse puellæ
Cura sit: accessus molliet [3] ipsa tuos.
Proxima consiliis domina sit vt illa videto:
Néve parum tacitis conscia fida iocis.
Hanc tu pollicitis, hanc tu corrumpe rogando:
Quod petis, ex facili, si volet illa, feres.
Illa leget tempus (medici quoque tempora seruant)
Quo facilis dominæ mens sit & apta capi.
Mens erit apta capi tunc, cum lætissima rerum,
Vt seges in pingui luxuriabit humo.

Pectora dum gaudent, nec sunt astricta dolore,
Ipsa patent, blanda tum subit arte Venus.
Tunc cum tristis erat, defensa est Ilion armis,
Militibus grauidum lata recepit equum.
Tum quoq; tentanda est, cũ pellice læsa dolebit,
Tunc facies, opera ne sit inulta tua.
Hanc [1] matutinos pectens ancilla capillos
Incitet, & velo remigis addat opem.
Et secum tenui suspirans murmure dicat,
Vt puto, non poteris ipsa referre vicem.
Tunc de te narret: tunc persuadentia verba
Addat, & insano iuret amore mori.
Sed propera, ne vela cadant, iraque residant:
Vt fragilis glacies, interitura mora.
Quæris, an hanc ipsam prosit violare ministram,
Talibus admissis alea grandis inest.
Hæc ad concubitum sit sedula, tardior illa:
Hæc domina munus [2] temperat: illa sibi.
Cæsus in euentu est, licet hic indulgeat ausis:
Consilium tamen est abstinuisse meum.
Non ego per præceps, & acuta cacumina vadam:
Nec iuuenum quisquam me duce captus erit.
Si tamen illa tibi dum dat, recipitq; tabellas:
Corpore non tantum sedulitate, placet:
Fac domina potiare prius: comes illa [3] sequetur:
Non tibi ab ancilla est incipienda Venus.
Hoc vnum moneo (siquid modo creditur arti,
Nec mea dicta rapax per mare ventus agat:)
Aut nunquam tentes: aut perfice. tollitur index:
Cum semel in partem criminis illa venit.
Non auis vtiliter viscatus effugit alis:
Non bene de laxis cassibus exit aper.
Saucius arrepto piscis retinetur ab hamo.
Optime tentatam: nec, nisi victor, abi.
Tum nec te prodet communi noxia culpa:
Factaq; erunt dominæ, dictaq; nota tibi.
Sed bene celetur: bene si celabitur index:
Notitiæ suberit semper amica tuæ.
Tempora qui solis operosa colentibus arua,
Fallitur, & nautis aspicienda putat.
Nec semper credenda Ceres fallacibus aruis:
Nec semper viridi concaua puppis aquæ:
Nec teneras tutum est semper captare puellas,
Sæpe dato melius tempore fiet idem.
Siue dies suberit natalis: siue calendæ,
Quas Venerem Marti continuasse iuuat:
Siue erit ornatus, non vt fuit ante, sigillis,
Sed rerum positas circus habebit opes:
Differ opus, tunc tristis hiẽs, tunc Pleiades instãt,
Tunc tener æquorea mergitur Hædus aqua,
Tunc bene desinitur, tunc, si quis creditur alto,
Vix tenuit lacera naufraga membra ratis.
Tunc licet incipias, qua flebilis Allia luce
Vulneribus Latiis sanguinolenta fuit.
Quaq; die redeunt rebus minus apta gerendis,
Culta Palæstino septima festa viro.
Magna superstitio tibi sit natalis amicæ:
Quaq; aliquid dandum est, illa sit atra dies.

1 al. decere.
2 al, Ah. 3 al. ista.

1 in nonnull. *matutino*. 2 al. comparat.
3 al. sequatur.

Cum bene vitaris, tamen [1] auferet: inuenit artẽ
Femina, qua cupidi carpat amantis opes.
Institor ad dominam veniet discinctus ematem,
Expediet merces teq; sedente suas.
Quas illa, inspicias, sapere vt videare, rogabit:
Oscula deinde dabit, deinde rogabit, emas.
Hoc fore contentam multos iurabit in annos,
Nunc opus esse sibi, nunc bene dicet emi.
Si non esse domi, quos des, causabere nummos,
Littera poscetur, nec didicisse iuuat.
Quid quasi natali cum poscit munera libo?
Et quoties opus est, nascitur illa sibi?
Quid cum mendaci damno mœstissima plorat?
Elapsusq; caua fingitur aure lapis?
Multa rogant reddenda dari, data reddere nolunt,
Perdis, & in damno gratia nulla tuo est.
Non mihi sacrilegas meretricum vt persequar artes,
Cum totidem linguis, sint satis ora decem,
Cera vadum tentat rasis infusa tabellis,
Cera tua primum conscia mentis eat,
Blanditias ferat illa tuas, imitataq; amantum
Verba: nec exiguas, quisquis es, adde preces.
Hectora donauit Priamo prece motus Achilles:
Flectitur iratus voce rogante deus.
Promittas facito, quid enim promittere ladit?
Pollicitis diues quilibet esse potest.
Spes tenet in tempus, semel est si credita, longum,
Illa quidem fallax, sed tamen apta dea est.
Si dederis quicquam, poteris ratione relinqui,
Præteritum tulerit, perdiderit q; nihil.
Et [2] qua non dederis, semper videare daturus:
Sic dominum sterilis sæpe fefellit ager.
Sic, ne perdiderit, non cessat perdere luso,
Et reuocat cupidas alea sæpe manus.
Hoc opus, hic labor est: primum sine munere iungi:
Si dederit gratis: qua dedit, vsq; dabit.
Ergo eat, & blandis peraretur littera verbis:
Exploret q; animos: primaq; tentet iter.
Littera Cydippen pomo perlata fefellit:
Insciaq; est verbis capta puella suis.
Discite bonas artes, (moneo) Romana iuuentus:
Non tantum trepidos vt tueare reos.
Qua populus, iudex q; grauis, lectusq; senatus:
Tam dabit eloquio victa puella manus.
Sed lateant vires: nec sis in fronte disertus:
Effugiant voces verba molesta tua.
Quis, nisi mentis inops tenera declamat amica?
Sæpe valens odij littera causa fuit.
Sit tibi credibilis sermo, consuetaq; verba,
Blanda tamen, præsens vt videare loqui.
Si non accipiet scriptum, illectum q; remittet:
Lecturam spera: propositum q; tene.
Tempore difficiles veniunt ad aratra iuuenci
Tempore lenta pati frena docentur equi.
Ferreus assiduo consumitur annulus vsu:
Interit assidua vomer adunctus humo.

[1] al. aufert. [2] al. quod.

Quid magis est durum saxo? quid mollius vnda?
Dura tamen molli saxa cauantur aqua.
Penelopen ipsam, perstes modo, tempore vinces:
Capta vides sero Pergama: capta tamen.
Legerit, & nolit rescribere, cogere noli.
Tu modo blanditias fac legat ipsa tuas.
Quæ voluit legisse, volet rescribere lectis,
Per numeros veniunt ista, gradusq; suos.
Forsitan & primo veniet tibi littera tristis,
Quæq; roget, ne se sollicitare velis.
Quod rogat illa, timet, quod non rogat, optat, vt instes,
Insequor, & voti post modo compos erit.
Interea siue illa toro resupina feratur,
Lecticam dominæ dissimulanter adi.
Néve aliquis verbis odiosas afferat aures,
Quàm potes ambiguis callidus abde notis:
Seu pedibus vacuis illic spatiosa teretur
Porticus, hic socias tu quoq; iunge moras.
Et modo præcedas, facito: modo terga sequaris:
Et modo festines, & modo lentus eas:
Nec tibi de medijs [1] aliquam transire columnis
Sit pudor, aut lateri continuasse latus.
Nec sine te curuo sedeat speciosa theatro.
Quod spectes, humeris afferet illa suis.
Illam respicias, illam mirere licebit:
Multa supercilio, multa loquare notis.
Et plaudas aliquo mimo saltante puellæ,
Et faueas illi, quisquis agatur amans.
Cum surgit, surgas, donec sedet illa, sedeto,
Arbitrio dominæ tempora perde tuæ,
Sed tibi nec ferro placeat torquere capillos,
Nec tua mordaci pumice crura teras,
Ista iube faciant, quorum Cybeleia mater,
Concinitur Phrygijs exululata modis.
Forma viros neglecta decet. Minoida Theseus
Abstulit à nulla tempora comptus acu.
Hippolytum Phædra, nec erat bene cultus, amauit.
Cura dea siluis aptus Adonis erat.
Munditiæ placeant, fuscentur corpora campo,
Sit bene conueniens, & sine labe toga.
Linguaq; nec rigeat, careant rubigine dentes,
Nec vagus in laxa pes tibi pelle nitet.
Nec male deformet rigidos tonsura capillos,
Sit coma, sit docta barba resecta manu.
Et nihil emineant, & sint sine sordibus vngues,
Ingq; caua nullus stet tibi nare pilus.
Nec male odorati sit tristis anhelitus oris,
Nec ladat nares virq;, paterq; gregis.
Cætera lasciuæ, faciant concede puellæ,
[2] Vel siquis male vir quærit habere virum.
Ecce suum vatem liber vocat, hic quoq; amantes
Adiuuat, & flammæ qua calet ipsa fauet.
Cnossis in ignotis amens errabat arenis,
Qua breuis æquoreis Dia feritur aquis.
Vtque erat è somno tunica velata recincta,
Nuda pedem, croceas irreligata comas.
Thesea crudelem surdas clamabat ad vndas,

[1] al. aliquot. [2] al. Et.

In-

Indigno teneras imbre rigante genas.
Clamabat, flebatq; simul, sed vtrumque decebat,
Nec facta est lacrymis turpior illa suis.
Iamque iterū tundēs mollissima pectora pālmis:
Perfidus ille abiit, quid mihi fiet? ait.
Quid mihi fiet? ait, sonuerunt cymbala toto
Littore, & attonita tympana pulsa manu.
Excidit illa metu, rupitque nouissima verba,
Nullus in exanimi corpore sanguis erat.
Ecce Mimallonides sparsis in terga capillis,
Ecce leues Satyri prævia turba Dei,
Ebrius ecce senex pando Silenus asello
Vix sedet, & pressas continet arte iubas.
Dum sequitur bacchas, bacchæ fugiuntque petúntque.
Quadrupedem ferula dum malus vrget eques,
In caput aurito cecidit delapsus asello,
Clamarunt Satyri, surge age, surge pater.
Iam deus in curru, quem summum texerat vuis,
Tigribus adiunctis aurea lora dabat.
Et color, & Theseus, & vox abiere puellæ,
Terque fugam petijt, terq; retenta metu est.
Horruit, vt steriles, agitat quas ventus, aristæ,
Vt leuis in madida canna palude tremit.
Cui deus, en adsum tibi cura fidelior, inquit,
Pone metum, Bacchi Cnossia vxor eris.
Munus habe cælum, [1] cœlo spectabere sidus,
Sæpe reges dubiam Cressa puella ratem.
Dixit, & è curru, ne tigres illa timeret,
Desilit, imposito cessit arena pede.
Implicitamque sinu (neque enim pugnare valebat)
Abstulit, vt facile est omnia posse deo.
Pars Hymenee canūt, pars altera Euoe clamāt:
Sic coeunt sacro nupta, deusque toro.
Ergo, vbi contigerint positi tibi munera Bacchi,
Atque erit in socij femina parte tori:
Nycteliumque patrem, nocturnaque sacra precata
Ne [2] iubeant capiti vina nocere tuo.
Hic tibi multa licet sermone latentia ficto
Dicere: quæ dici sentiat illa sibi.
Blanditiasque leues tenui perscribere vino:
Vt dominam in mensa selegat illa tuam.
Atque oculos oculis, spectare fatentibus ignem,
Sæpe tacens vocem, verbaque vultus habet.
Fac primus rapias illius tacta labellis
Pocula: quaque bibit parte puella, bibas.
Et quemcumque cibum digitis libauerit illa,
Tu pete: dumque petes, sit tibi tacta manus.
Sint etiam tua vota viro placuisse puellæ:
Vtilior votis factus amicus erit:
Huic si forte bibas, sortem concede priorem:
Huic detur capiti missa corona tuo.
Siue erit inferior, seu par, prior, omnia sumat:
Nec dubites illi verba secunda loqui.
Tuta, frequensq; via est, per amici fallere nomē:
Tuta frequensque licet sit via: crimen habet:
Inde propinator nimium quoq; multa propinet:

[1] al. coeli. [2] al. subeant.

Et sibi mandatis plura [1] videnda putet.
Certa tibi à nobis dabitur mensura bibendi.
Officium præstent mensque pedesque suum.
Iurgia præcipue vino stimulata caueto:
Et nimium faciles ad fera bella manus.
Occidit Eurytion stultè data vina bibendo,
Aptior est dulci mensa merumque ioco.
Si vox est, canta: si mollia brachia, salta:
Et quacumque potes dote placere, place,
Ebrietas vt vera nocet, sic ficta iuuabit:
Fac titubet blæso subdola lingua sono.
Et quicquid dices, faciesve proteruius æquo:
Credatur nimium caussa fuisse merum.
Et bene dic dominæ, bene cum quo dormiet illa,
Sed male sit tacita mente precare viro.
At cum discedet mensa conuiua remota:
Ipsa tibi accessus turba locumque dabit.
Insere te turbæ: leuiterque admotus eunti
Velle latus digitis: & pede tange pedem.
Colloquij tempus adest: fuge rustice longe
Hinc pudor: audacem forsque, Venusque iuuant:
Non tua sub nostras veniet facundia leges:
Fac tantum cupias, sponte disertus eris.
Est & agendus amans, imitandaque vulnera verbis:
Hæc tibi quæratur qualibet arte fides.
Nec credi labor est: sibi quæque videtur amanda:
Pessima sit, nulli non sua forma placet.
Sæpe tamen vere cœpit simulator amare,
Sæpe quod incipiens finxerat esse, fuit.
Quo magis ô faciles imitantibus estè puellæ:
Fiet amor verus, qui modo fictus erat.
Blanditus animum furtim deprehendere nūc sit,
Vt pendens liquida ripa subitur aqua.
Nec faciem, nec te pigeat laudare capillos,
Et teretes digitos exiguumque pedem.
Delectant etiam castas præconia formæ,
Virginibus cura est, grataque forma sua:
Nam cur in Phrygiis Iunonē & Pallada siluis
Nunc quoque iudicium non tenuisse pudet?
Laudatas ostendit auis Iunonia pennas:
Si tacitus spectes illa [3] recondit opes.
Quadrupedes inter rapidi certamina cursus,
Depexæque iubæ, plausaque colla iuuant:
Nec timide promitte, trahunt promissa puellas,
Pollicitis testes quoslibet adde deos:
Iupiter ex alto periuria ridet amantum,
Et iubet Æolios irrita ferre Notos.
Per Styga Iunoni falsum iurare solebat
Iupiter, exemplo nunc fauet ille suo.
Expedit esse deos. &, vt expedit, esse putemus,
Dentur in antiquos thura merumque focos.
Nec secura quies illos, similisque sopori
Detinet, innocui viuite, numen adest.
Reddite depositum, pietas sua fœdera seruet.
Fraus absit, vacuas cædis habente manus:

[1] al bibēda. [2] al. Rectior for. vet. lect. *Vt quidquid dicas faciasve.* [3] al. recondet.

Ludite, si sapitis, solas impune puellas,
Hac minus est una fraude pudenda fides.
Fallite fallentes, ex magna parte profanum
Sunt genus: in laqueos, quos posuere, cadant.
Dicitur Ægyptus caruisse iuuantibus arua
Imbribus, atque annis sicca fuisse nouem,
Cum Thrasius Busiris adit, monstratque piari
Hospitis effuso sanguine posse Iouem.
Illi Busiris, Fies Iouis hostia primus,
Inquit, & Ægypto tu dabis hospes aquam.
Et Phalaris tauro violenti membra Perilli
Torruit, infelix imbuit auctor opus.
Iustus uterque fuit, neque enim lex æquior ulla est,
Quam necis artifices arte perire sua.
Ergo & periuras merito periuria fallant,
Exemplo doleat femina læsa suo.
Et lacrymæ prosunt, lacrymis adamanta mouebis.
Fac madidas videat, si potes, illa genas.
Si lacrymæ (neque enim veniunt in tempore semper)
Deficiunt, uda lumina tange manu.
Quis sapiens blandis non misceat oscula verbis?
Illa licet non det, non data sume tamen.
Pugnabit primo fortassis & improbe dicet,
Pugnando uinci se tamen illa uolet.
Tantum ne noceant teneris male rapta libellis,
Neue queri possit, dura fuisse, caue.
Oscula qui sumpsit, si non & cætera sumpsit,
Hæc quoq; quæ data sunt, perdere dignus erat:
Quantum defuerat pleno post oscula uoto?
Hei mihi rusticitas, non pudor ille fuit.
Vim licet appellet: grata est uis illa puellis,
Quod iuuat, inuitæ sæpe dedisse uolunt.
Quæcũq; est Veneris subita uiolata rapina,
Gaudet: & improbitas muneris instar habet.
At, quæ cum posset cogi, non tacta recessit:
Vt simulet uultu gaudia, tristis erit.
Vim passa est Phœbe: uis est illata sorori,
Et gratus raptis raptor uterque fuit.
Fabula nota quidem, sed non indigna referri,
Scyrias Hæmonio uicta puella uiro.
Iam dea laudatæ dederat mala præmia formæ
Colle sub Idæo uincere digna Venus.
Iam nurus ad Priamum diuerso uenerat orbe:
Gratáque in Iliacis mœnibus uxor erat:
Iurabant omnes in læsi uerba mariti,
Nam dolor unius, publica causa fuit.
Turpe, nisi hoc matris precibus tribuisset, Achilles
Veste uirum longa dissimulatus erat.
Quid facis Æacide? non sunt tua munera lana:
Tu titulos alia Pallados arte petas.
Quid tibi cum calathis? clypeo manus apta ferendo,
Pensa quid in dextra, qua cadet Hector, habes?
Pelice succinctos operoso stamine fusos,
Quassanda est ista Pelias hasta manu.
Forte erat in thalamo uirgo regalis eodem:
Hæc illum stupro comperit esse uirum.
Viribus illa quidem uicta est (ita credere oportet)
Sed uoluit uinci uiribus illa tamen.
Sæpe mane dixit, cum iam properaret Achilles:
Fortia non posita sumpserat arma colo.
Vis ubi nunc illa est? quid blanda uoce moraris
Auctorem stupri Deidameia tui?
Scilicet ut pudor est, quondam cœpisse priorem,
Sic alio gratum est incipiente pati.
Ah nimia est propriæ iuueni fiducia formæ,
Expectet si quis, dum prior illa roget.
Vir prior accedat, uir uerba precantia dicat:
Excipiat blandas comiter illa preces.
Vt potiare, roga, tantum cupit illa rogari:
Da caussam uoti principiumque tui.
Iupiter ad ueteres supplex Heroidas ibat:
Corripuit magnum nulla puella Iouem:
Si tamen à precibus tumidos accedere fastus
Senseris: incepto parce, reférque pedem.
Quod refugit, multæ cupiunt: odere quod instat:
Lenius instando tædia tolle tui.
Nec spes est Veneris semper profitenda roganti,
Intret amicitiæ nomine tectus amor.
Hoc aditu uidi tetricæ data uerba puellæ:
Qui fuerat cultor, factus amator erat.
Candidus in nauta turpis color: æquoris undæ
Debet, & à radiis sideris esse niger.
Turpis in agricola: quia uomere semper adunco,
Et grauibus rastris sub Ioue uersat humum,
Et tu, Palladiæ petitur cui fama coronæ:
Candida si fuerint corpora: turpis eris.
Palleat omnis amans: color est hic aptus amanti,
Hoc decet, hoc multi non ualuisse putant.
Pallidus in Lyricen siluis errabat Orion:
Pallidus in tinea Naida Daphnis erat.
Arguat & macies animum: nec turpe putaris,
Pileolum nitidis imposuisse comis.
Attenuant iuuenum uigilatæ corpora noctes:
Curáque, & in magno qui fit amore, dolor.
Vt uoto potiare tuo, miserabilis esto.
Vt, qui te uideat, dicere possit, amas.
Cõquerar? an moneam mistum fas esse, nefasque:
Nomen amicitiæ est, nomen inane fides.
Hei mihi non tutum est, quod amas, laudare sodali:
Cum tibi laudanti credidit, ipse subit.
At non Actorides lectum temerauit Achillis.
Quantum ad Pirithoum, Phædra pudica fuit.
Hermyonem Pylades, qua Pallada Phœbus amauit,
Quodq; tibi geminus Tyndari Castor, erat.
Siquis idem sperat, laturas poma myricas
Speret: & è medio flumine mella petat.
Nil, nisi turpe iuuat: cara est sua cuique uoluptas:

1 Fort. melius in nonnullis *tuenda*.
2 Sic in omn. ego Graia leg. puto.
1 al. quandam.
2 al. Hic. 3 al. amicitiæ. 4 al. ames.

Hæc

Hæc quoque ab alterius grata dolore venit.
Heu facinus, non est hostis metuendus amanti:
Quos credis fidos effuge, tutus eris.
Cognatum, fratremq; caue, fidúmque sodalem,
Præbebit veros hæc tibi turba metus.
Finiturus eram, sed sunt diuersa puellis
Pectora, mille animos excipe mille modis.
Nec tellus eadem parit omnia, vitibus illa
Conuenit, hæc oleis, hic bene farra virent.
Pectoribus mores tot sunt, quot in orbe figuræ,
Qui sapit, innumeris moribus aptus erit.
Vtque leuis Proteus modò se tenuabat in vndas,
Nunc leo, nunc arbor, nunc erat hirtus aper.
Hi iaculo pisces, illæ capiuntur ab hamis,
Hos caua contentos retia fune trahunt.
Nec tibi conueniet cunctos modus vnus ad annos,
Longius insidias curua videbit anus.
Si doctus videare rudi, petulánsve pudenti,
Diffidet miseræ protinus illa sibi.
Indefit, vt quæ se timuit committere honesto,
Vilis in amplexus inferioris eat.
Pars superat cœpti, pars est exhausta laboris,
Hic teneat nostras anchora iacta rates.

P. OVIDII NASONIS SVLMONENSIS DE ARTE AMANDI,

LIBER II.

DICITE Io Pæan, & Io bis dicite Pæan:
Decidit in casses præda petita meos.
Lætus amans donet viridi mea carmina palma,
Præferor Ascræo Mœonioque seni.
Talis ab armiferis Priameius hospes Amyclis
Candida cum rapta coniuge vela dabat.
Talis erat, qua te curru victore ferebat,
Vecta peregrinis Hippodameia rotis.
Quid properas iuuenis? mediis tua pinus in vndis
Nauigat, & longe, quem peto, portus abest.
Non satis inuenisse tibi est me vate puellam,
Arte mea capta est, arte tenenda mea est.
Nec minor est virtus, quam quærere, parta tueri,
Casus inest illic: hic erit artis opus.
Nunc mihi si quando puer, & Cytherea, fauete,
Nunc Erato, nam tu nomen amoris habes.
Magna paro, quas possit amor remanere per artes:
Dicere, tam vasto peruagus orbe puer.
Et leuis est, & habet geminas, quibus euolet alas,
Difficile est illis imposuisse modum.
Hospitis effugio præcluserat omnia Minos,
Audacem pennis repperit ille viam.
Dædalus vt clausit conceptum crimine matris
Semibouemque virum, semiuirúmque bouem:
Sit modus exilio, dixit, iustissime Minos:
Accipiat cineres terra paterna meos.
Et, quoniam in patria fatis agitatus iniquis
Viuere non potui, da mihi posse mori.
Da reditum puero: senis est si gratia vilis:
Si non vis puero parcere: parce seni.
Dixerat hæc: sed & hæc, & multo plura licebat
Dicere: & egressus non dabat ille viro.
Quod simulac sensit, nunc nunc ô Dædale dixit,
Materiam qua sis ingeniosus, habes.
Possidet & terras, & possidet æquora Minos:
Nec tellus nostra, nec patet vnda fugæ:
Restat iter cæli: cælo tentabimus ire:
Da veniam cœpto Iupiter alte meo.
Non ego sidereas affecto tangere sedes:
Qua fugiam dominum nulla, nisi ista via est.
Per styga detur iter: stygias transnabimus vndas,
Sunt mihi naturæ iura nouanda meæ.
Ingenium mala sæpe mouent: quis crederet vnquam,
Aerias hominem carpere posse vias?
Regimium volucrum disponit in ordine pennas,
Et leue per lini vincula nectit opus.
Imáque pars ceris astringitur igne solutis:
Finitúsque noua iam liber artis erat.
Tractabat cerámque puer, pennásque renidens,
Nescius hæc humeris arma parata suis.
Cui pater his (inquit) patriæ est adeunda carinis,
Hac nobis Minos effugiendus ope est.
Aera non potuit Minos: alia omnia clausit:
Qua licet, inuentis æra rumpe meis.
Sed tibi non virgo Tegeæa, comésque Bootes,
Ensifer Orion aspiciendus erit.
Me pennis sectare datis: ego prauius ibo.
Sit tibi cura sequi, me duce tutus eris.
Nam siue æthereas vicino sole per auras
Ibimus: impatiens cera caloris erit.
Siue humiles propiore freto iactabimus alas:
Mobilis æquoreis penna madescet aquis.
Inter vtrumque vola: ventos quoq; nate caueto,
Quáque ferent auræ, vela secunda dato.
Dum monet aptat opus puero: monstrátque moueri:
Erudit infirmas vt sua mater aues.
Inde suis factas humeris accommodat alas.
Pérque nouum timidus corpora librat iter.
Iámque volaturus paruo dedit oscula nato:
Nec patriæ lacrymas continuere genæ.
Monte minor collis, campis erat altior æquis:
Hinc data sunt miseræ corpora bina fugæ.
Et mouet ipse suas, & nati respicit alas
Dædalus, & cursus sustinet vsque suos.

1 In nonnulli, Quam licet, vtrumque rectè.

Iámque nouum delectat iter: positóque timore
Icarus audaci fortius arte volat.
Hos aliquis, tremula dum captat arundine pisces.
Vidit, & inceptum dextra reliquit opus.
Iam Samos à læua fuerat, Naxósque relicta,
Et Paros, & Clario Delos amata Deo.
Dextra Lebynthos erat, siluisque vmbrosa Pachynne,
Cinctáque piscosis Astypalæa vadis.
Cum puer incautis nimium temerarius annis
Altius egit iter, deseruitq; patrem.
Vincla labant, & cera deo propiore liquescit,
Nec tenues venti brachia mota tenent.
Territus à summo despexit in æquora cælo:
Nox oculis pauido venit oborta metu.
Tabuerant ceræ: nudos quatit ille lacertos:
Et trepidat: nec, quo sustineatur habet.
Decidit: atq; cadens pater ô pater auferor, inquit:
Clauserunt virides ora loquentis aquæ.
At pater infelix: [1] non iam pater Icare clamat,
Icare clamat, vbi es? quo ve sub axe volas?
Icare clamabat: pennas aspexit in vndis:
Ossa tegit tellus, æquora nomen habent.
Non potuit Minos hominis compescere pennas:
Ipse Deum volucrem det muisse paro.
Fallitur Hæmonias siquis decurrit ad artes:
Datque quod à teneri fronte reuellit equi.
Non facient, vt viuat amor, Medeides herbæ:
Mistaque cum magicis mersa venena sonis.
Phasias Æsoniden, Circe tenuisset Vlyssem:
Si modo seruari carmine posset amor.
Nec data prosuerint pallentia philtra puellis:
Philtra nocent animis: vimque furoris habent.
Sit procul omne nefas: vt ameris, amabilis esto:
Quod tibi non facies, solaue forma dabit.
Sit licet antiquo Nereus adamatus Homero:
Naiadumque tener crimine raptus Hylas.
Vt dominum teneas: nec te mirere relictum.
Ingenij dotes corporis adde bonis.
Forma bonum fragile est, quantumque excedit ad annos,
Fit minor: & spatio carpitur [2] ipsa suo.
Nec semper violæ, nec semper lilia florent:
Et riget, amissa spina relicta rosa,
Et tibi iam venient cani formose capilli:
Iam venient rugæ, quæ tibi corpus arent.
Iam molire animũ, qui duret: & astrue formam:
Solus ad extremos permanet ille rogos.
Nec leuis, ingenuas pectus coluisse per artes,
Cura sit: & linguas edidicisse duas.
Non formosus erat, sed erat facundus Vlysses:
Et tamen æquoreas torsit amore deas.
Ah quoties illum doluit properare Calypso:
Remigioque aptas esse negauit aquas.
Hæc Troiæ casus iterumque, iterũque rogabat:
Ille referre aliter sæpe solebat idem.

Littore consliterant: illic quoq; pulchra Calypso:
Exigit Odrisij fata cruenta ducis.
Ille leui virga (virgam nam forte tenebat)
Quod rogat, in spisso littore pingit opus.
[1] Hæc (inquit) Troia est, muros in littore fecit.
Hic tibi sit Simois: hæc mea castra puta.
Campus erat (cãpum fecit) quẽ cæde Dolonis
Sparsimus: Hæmonios dũ vigil optat equos.
Illic Sithonij fuerant tentoria Rhesi:
Hac ego sum captis nocte [2] reuersus equis.
Pluraque pingebat: subitus cum Pergama fluctus
Abstulit: & Rhesi cum duce castra suo.
Tum dea, Quas inquit, fidas tibi credis ituro?
Perdiderint vndæ nomina quanta fides?
Ergo age fallaci timidæ confide figuræ
Quisquis es: atq; aliquid corpore pluris habe.
Dextera præcipue capit indulgentia mentes:
Asperitas odium, sæuaque bella mouet:
Odimus accipitrẽ: quia viuit semper in armis.
Et pauidum solitos in pecus ire lupos.
At caret insidijs hominum: quia mitis hirundo est:
Quæsque colat turres Chaonis ales habet.
Este procul lites, & amaræ prælia linguæ:
Dulcibus est verbis mollis alendus amor.
Lite fugant nuptæque viros, nuptasque mariti:
Inque vicem cedunt rem sibi semper agi.
Hoc decet vxores: dos est vxoria lites,
Audiat optatos semper amica sonos.
Non legis iussu lectum veniistis in vnum:
Fungitur in vobis munere legis amor.
Blanditias molles, aureque iuuantia verba
Affer: vt aduentu læta sit ipsa tuo.
Non ego diuitibus venio præceptor amandi:
Nil opus est illi qui dabit, arte mea.
Secum habet ingenium, qui cum libet, accipe dicit,
Cedimus, inuentis plus habet ille meis.
Pauperibus vates ego sum, quia pauper amaui,
Cum dare non possem munera, verba dabam.
Pauper amet caute, timeat maledicere pauper.
Multaque diuitibus non patienda ferat.
Me iratum memini domina turbasse capillos,
Hæc mihi quam multos abstulit ira dies!
Nec puto nec sensi tunicam laniasse, sed [3] ipsa
Dixerat, & pretio est illa redempta meo.
Et vos (si sapitis) vestri peccata magistri
Effugite, & culpæ damna timete meæ.
Prœlia cum Parthis, cum culta pax sit amica,
Et iocus, & causas quidquid amoris habet.
Si nec blanda satis, nec erit tibi comis [4] amica,
Perfer, & obdura, post modo mitis erit.
Flectitur obsequio curuatus ab arbore ramus:
Franges, si vires experiere tuas.
Obsequio transmittur aqua, nec vincere possis
Flumina, si contra, quam rapit vnda, nates.
Obsequiũ tigresque domat, tumidosque leones,
Rustica paulatim taurus aratra subit.

1 ex eodem loco Metam. *nec.*
2 al. illa.

1 al. Hic. 2 al. reuectus. 3 al. illa.
4 In nonnullis *amanti.*

Quid

Quid fuit asperius Nonacrina Atalanta?
Succubuit meritis trux tamen illa viri.
Sæpe suos casus, nec mitia facta puellæ
Flesse sub arboribus Melaniona ferunt.
Sæpe tulit iusso fallentia retia collo,
Sæpe fera toruos cuspide fixit apros.
Sensit & Ilei contentum saucius arcum.
Sed tamen hoc arcu notior alter erat.
Non te Menalias armatum scandere siluas:
Nec iubeo collo retia ferre tuo.
Pectora nec missis iubeo præbere sagittis:
Artis erunt [1] cautæ mollia iussa meæ.
Cede repugnanti, cedendo victor abibis,
Fac modo quas partes illa iubebit, agas.
Arguit, arguito quidquid probat illa, probato,
Quod dicit, dicas, quod negat illa, neges.
Riserit, arride: si flerit, flere memento:
Imponat leges vultibus illa tuis,
Seu ludet, numerosq; manu iactabit eburnos:
Tu male iactato: tu [2] bene iacta dato.
Seu iacies talos, victam ne pœna sequatur.
Damnosi facito flent tibi sæpe canes.
Siue latrocinij sub imagine calculus ibit:
Fac pereat vitreo miles ab hoste tuus.
Ipse tene [3] distincta tuis vmbracula virgis:
Ipse face in turba, qua venit illa, locum.
Nec dubita tereti scamnum producere lecto:
Et tenero soleam deme, vel adde pedi.
Sæpe etiam dominæ, quum vis horrebis & ipse,
Algentis manus est calfacienda sinu.
Nec tibi turpe puta: quamuis sit turpe, placebit,
Ingenua speculum sustinuisse manu.
Ille fatigatæ vincendo monstra nouercæ,
Qui meruit cælum, quod prior ipse tulit.
[4] Inter Ioniacas calathum tenuisse puellas
Creditur, & lanas excoluisse rudes.
Paruit imperio dominæ Tirynthius heros:
I nunc: & dubita ferre, quod ipse tulit:
Iussus adesse foro, iussa maturius hora
Fac semper venias: nec nisi serus abi.
Occurras aliquo tibi dixerit: omnia differ:
Curre: nec inceptum turba moretur iter.
Nocte domum repetens epulis perfuncta redibit:
Tunc quoque pro seruo, si vocat illa, veni.
Rure erit, & dicet venias (amor odit inertes)
Si rota defuerit, tu pede carpe viam.
Nec graue te tempus, sitiensve canicula tardet:
Nec via per iactas candida facta niues.
Militiæ species amor est: discedite segnes.
Non sunt hæc timidis signa tuenda viris.
Nox, & hiems, longæq; viæ, sæuiq; dolores
Mollibus his castris, & labor omnis inest.
Sæpe feres imbrem cæsti nube solutum:
Frigidus in vda sæpe iacebis humo.
Cynthius Admeti vaccas pauisse [5] per æstus
Fertur: & in parua delituisse casa.

1 In quibus. *certe.* 2 In nonnullis *tu male.*
3 Fortius rectè in nonnullis, *distenta suis.*
4 Ita leg. ex vet. vt in epist. 5 In quibus. in al. *per herbas Phœbi*, rectè omnia.

Quod Phœbum decuit, quem non decet? exue fastus,
Curam mansuri quisquis amoris habes.
Si tibi per tutum [1] placitumq; negabitur ire:
Atque erit opposita ianua fulta sera:
At tu per præceps tecto delabere aperto:
Det quoque furtiuas alta fenestra vias.
Læta erit: vt causam tibi se sciet esse pericli:
Hoc dominæ certi pignus amoris erit.
Sæpe tua poteras Leandre carere puella:
[2] Transnabas: animum noscet vt illa tuum.
Nec pudor ancillas, vt quæq; erit ordine prima:
Nec tibi sit seruos demeruisse pudor.
Nomine quenque suo (nulla est iactura) saluta
Iunge tuas humiles ambitiose manus.
Sed tamen & seruo (leuis est impensa) roganti
Porrige fortunæ munera parua tuæ.
Porrige & ancillæ, quæ pœnas luce pependit
Lusa maritali Gallica veste manus.
Fac plebem (mihi crede) tuam: sit semper in illa
Ianitor: & thalami qui iacet ante fores.
Nec dominam iubeo pretioso munere dones.
Parua, sede paruis callidus apta, dato.
Cum bene dites ager, cum rami pondere nutant,
Afferat in calatho rustica dona puer.
Rure suburbano poteris tibi dicere missa
Illa, vel in sacra sint licet empta via.
Afferat, aut vuas, aut quas Amaryllis amabat.
[3] At nunc castaneas, nunc amat illa nuces.
Quin etiam turdoq; licet, missaq; corona
Te memorem dominæ testificare tuæ.
Turpiter his emitur spes mortis, & orba senectus.
Ah pereant, per quos munera crimen habent.
Quid tibi præcipiam teneros quoque mittere versus?
Hei mihi non multum carmen honoris habet.
Carmina laudãtur: sed munera magna petũtur:
Dummodo sit dives barbarus, ille placet.
Aurea sunt vere nunc sæcula, plurimus auro
Venit honos, auro conciliatur amor.
Ipse licet venias Musis comitatus Homere,
Si nihil attuleris, ibis Homere foras.
Sunt tamen & doctæ, rarissima turba, puellæ,
Altera non doctæ sed tamen esse volunt.
Vtraque laudetur per carmina, carmina lector
Commendet dulci qualiacunque sono.
His ergo, atque illis, vigilatum carmen in ipsas
Forsitan exigui muneris instar erit.
At, quod eris per te facturus, & vtile credis,
Id tua te facito semper amica roget.
Libertas alicui fuerit promissa tuorum,
Hanc tamen à domina fac petat ille tua.
Si pœnam seruo si vincula sæua remittis,
Quod facturus eras, debeat illa tibi.
Vtilitas tua sit, titulus donetur amicæ,
Perde nihil, partes illa petentis agat.
[4] Sed tu, cuicumque est retinendæ cura puellæ,

1 leg. ex vet. *placidúmque.* 2 al. Tranabas.
3 al. Et. 4 In quib. *Sed is.*

Attonitum forma fac putet esse sua.
Siue erit in Tyriis, Tyrios laudabis amictus,
Siue erit in Cois, Coa decere puta.
Aurata est, ipso tibi sit pretiosior auro,
Gausapa si sumpsit, gausapa sumpta proba.
Astiterit tunicata, moues incendia, clama,
Sed timida caueat frigora voce roga.
Compositum discrimen erit, discrimina lauda:
Torserit igne comam, torte capille places,
Brachia saltantis, vocem mirare canentis,
Et cum desierit, verba querentis habe.
Ipsos concubitus, ipsum venerere licebit,
Quod iuuat, & querula gaudia voce notes.
Si fuerit torua violentior ipsa Medusa,
Fiet amatori lenus, & æqua suo.
Tantum ne pateas verbis simulator in illis,
Effice, nec vultu destrue dicta tuo.
Si latet ars, prodest, affert deprensa pudorem,
Atque adimit merito tempus in omne fidem.
Sæpe sub autumnum, cum formosissimus annus,
Plenaq; purpureo subrubet uua mero,
Cùm modò frigoribus premimur, modò soluimur æstu:
Aëre non certo corpora languor habet.
Illa quidem valeat: sed si malè firma cubabit,
Et vitium cæli senserit ægra sui:
Tunc amor, & pietas tua sit manifesta puellæ:
Tunc sere, quæ plena postmodo falce metas.
Nec tibi morosi veniant fastidia morbi:
Perpetuas fiant, quæ sinit illa, manus.
Et videat flentem: nec tædeat oscula ferre:
Et sicco lacrymas combibat ore tuas.
Multa roue: sed cuncta palam, quotiésq; licebit
Quæ referas illi somnia læta vide.
Et veniat quæ lustret anus lectumq; locumq;:
Præferat & tremula sulfur, & oua manu.
Omnibus his inerunt gratæ vestigia curæ:
[1] In thalamos multis hæc via fecit iter.
Ne tamen officijs odium quæratur ab ægra:
Sit suus in blanda sedulitate modus.
Néve cibos præbe, nec amari pocula succi
Porrige, rivalis misceat illa tuus.
Sed non, quo dederas à littore carbasa, vento
Vtendum est, medio cùm potiare freto.
Dum nouus errat amor, vires sibi [2] colligit vsu:
Si bene nutrieris, tempore firmus erit.
Quem taurum metuis, vitulum mulcere solebas.
Sub qua nunc recubas arbore, via fuit.
Nascitur exiguus, sed opes acquiret eundo,
Quaq; venit multas accipit amnis aquas.
Fac tibi consuescat: nihil assuetudine maius,
Quam tu dum capias, tædia nulla fuge.
Te semper videat, tibi semper præbeat aures:
Exhibeat vultus noxq; dieśq; tuos:
Cùm tibi maior erit siducia posse requiri:
Tunc procul absenti cura futurus eris.
Da requiem: requietus ager bene credita reddit
Terraq; cælestes arida sorbet aquas.
Phyllida Demophoon præsens moderatius vsit:

[1] Antiqui, *in tabulas.* [2] In nonnullis, *colligat.*

Exarsit velis acrius illa datis.
Penelopen absens sollers torquebat Vlysses:
Phyllacides aberat Laodameia tuus.
Sed mora tuta breuis, lentescunt tempore curæ,
Vanescitq; absens, & nouus intrat amor.
Dum Menelaus abest, Helene ne sola iaceret.
Hospitis est tepido nocte recepta sinu.
Quis stupor hic Menelae fuit? tu solus abibas:
Iisdem sub tectis hospes, & vxor erant.
Accipitri timidas credis furiose columbas,
Plenum montano credis ouile lupo.
Nil Helene peccat, nil hic committit adulter,
Quod tu, quod faceret quilibet, ille facit.
Cogis adulterium, dando tempusq;, locumq;:
Quo, nisi consilio est vsa puella tuo?
Quid faciat, vir abest: & adest non rusticus hospes:
Et timet in vacuo sola cubare toro.
Viderit Atrides, Helenen ego crimine soluo,
Vsa est humani commoditate viri.
Sed neque fuluus aper media tam sæuus in ira
Fulmineo rapidos dum rotat ore canes.
Nec lea, cum catulis lactentibus vbera præbet,
Nec breuis ignaro vipera læsa pede:
Fœmina quam socij deprensa pellice lecti
Ardet, & in vultu pignora mentis habet,
In ferrum flammasq; ruit, positoq; [1] decore
Fertur, vt Aonij cornibus icta dei.
Hoc bene compositos, hoc firmos rumpit amores:
Crimina sunt cautis ista timenda viris.
Coniugis admissum, violataq; iura mariti,
Barbara per natos Phasias vlta suos.
Altera dira parens (hæc est, quam cernis, hirundo)
Aspice, signatum sanguine pectus habet.
Nec mea vos vni donat censura puellæ:
Di melius: vix hoc nupta tenere potest.
Ludite: sed furto celetur culpa modesto,
Gloria peccati nulla petenda tui est.
Nec dederis munus, cognosse quod altera possit,
Nec sint nequitiæ tempora certa tuæ.
Et ne te capiat latebris sibi fœmina notis,
Non vno est semper conuenienda loco.
Et quottes scribes, totas prius ipse tabellas
Inspice, plus multæ quàm sibi missa, legunt.
Læsa Venus iusta arma mouet, telumq; remittit,
Et modò quæ questa est ipsa, querare facit.
Dum fuit Atrides vna contentus, & illa
Casta fuit, vitio est improba facta viri.
Audierat, laurumq; manus, vittasq; ferentem
Pro nata Chryses non valuisse sua.
Audierat Lyrnesi tuos abducta dolores,
Bellaq; per turpes longius isse moras.
Hæc tantùm audierat: Priameida viderat ipsa,
Victor erat prædæ præda pudenda suæ.
Inde Thyestiaden animo, thalamoq; recepit,
Et malè peccantem Tyndaris vlta virum est.
Quæ bene celaris, si qua tamen acta patebunt,
Illa licet pateant, tu tamen vsque nega.

[1] Etiam rectè legitur *pudore.*

Tu

Tu neque subiectus, solito neque blandior esto,
Hæc animi multum signa nocentis habent.
Sed lateri 1 nec parce tuo, pax omnis in illo est,
Concubitu prior est inficienda Venus.
Sunt, qui præcipiant herbas satureia nocentes
Sumere, iudiciis ista venena meis.
Aut piper vrtica mordacis semine miscent,
Tritáque in annoso flaua pyretra mero.
Sed dea non patitur sic ad sua gaudia cogi,
Colle sub vmbroso quam tenet altus Eryx.
Candidus Alcathoe qui mittitur vrbe Pelasga
Bulbus, & ex horto quæ venit herba salax,
Quáque sumuntur sumantur Hymettia mella,
Quáque tulit folio pinus acuta nuces.
Docta quid ad magicas Erato 2 conuerteris artes?
Interior curru meta terenda meo est.
Qui modò celabas monitu tua crimina nostro,
Flecte iter, & monitu detege furta meo.
Nec lenitas culpanda mea est, non semper eodem
Impositos vento panda carina vehit.
Nã modò Threicio Borea, modò currimus Euro:
Sæpe tument Zephyro lintea, sæpe Noto.
Aspice, vt in curru modò det fluitantia rector
Lora: modò admissos arte retentet equos.
Sunt quibus ingratæ timida indulgentia seruit:
Et, si nulla subest æmula, languet amor.
Luxuriant animi rebus plerunque secundis:
Nec facile est æqua commoda mente pati:
Vt leuis absumptis paulatim viribus ignis
Ipse latet: summo candet in igne cinis.
Sed tamen extinctas admoto sulfure flammas
Inuenit, & lumen, quod fuit ante, redit.
Sic, vbi pigra sitis, siccáque pectora torpent,
Acribus est stimulis eliciendus amor.
Fac timeat de te, tepidámque recalfacere mentem:
Palleat indicio criminis illa tui.
O, quantum, & quoties numero comprendere non est,
Fœlicem, de quo læsa puella dolet!
Quæ simul inuitas crimen peruenit ad aures,
Excidit, & miseræ vóxque, colórque fugit.
Ille ego sim, cuius laniet furiosa capillos:
Ille ego sim, teneras cui petat vnguis genas.
Quẽ videat lacrymans, quem toruis spectet ocellis:
Quo sine non possit viuere: posse velit.
Si spatium quæras, breue sit quo læsa queratur:
Ne vires lenta colligat ira mora.
Candida iamdudum cingantur colla lacertis,
Inq; tuo flens est accipienda sinu.
Oscula da flenti, Veneris da gaudia flenti:
Pax erit: hoc vno soluitur ira modo.
Cùm bene sæuierit, cùm certa videbitur hostis,
Tunc pete concubitus fœdera, mitis erit.
Illic depositis habitat concordia telis:
Illo (crede mihi) gratia nata loco est.
Quæ modò pugnarunt, iungunt sua rostra columbæ,
Quarũ blãditiis, verbáque murmur habet.

1 In quibusnc 2 al. diuerteris.

Prima fuit rerum confusa sine ordine moles,
Vnáq; erat facies, sydera, terra, fretum.
Mox cælum impositum est terris, humus æquore cincta est,
Inq; suas partes cessit inane Chaos.
Sylua feras cepit, volucres agitabilis aër,
In liquida pisces delituistis aqua.
Tum genus humanum solis errabat in agris:
Hisq; mera vires, & rude corpus erat.
Sylua domus fuerat, cibus herba, cubilia frondes,
Iámque diu nulli cognitus alter erat.
Blanda truces animos fertur mollisse voluptas:
Constiterant vno fœmina, virque toro.
Quid facerent, ipsi nullo didicere magistro:
Arte Venus nulla dulce peregit opus.
Ales habet, quod amet: cum quo sua gaudia iungat,
Inuenit in media fœmina piscis aqua.
Cerua parem sequitur: serpens serpente tenetur:
Hæret adulterio cum cane nexa canis.
Læta salitur ouis: tauro queque læta iuuenca est:
Sustinet immundum sima capella marem.
In furias agitantur equæ: spatióque remotæ
Per loca diuiduos amne sequuntur equos.
Ergo age, & iratæ medicamina fortia præbe:
Illa feri requiem sola doloris habent:
Illa Machaonios superant medicamina succos:
His, vbi peccaris, restituendus erit.
Hæc ego cùm canerem, subitò manifestus Apollo
Mouit inauratæ pollice fila lyræ.
In manibus laurus, sacris 2 inducta capillis
Laurus erat: vates ille videndus adest.
Is mihi, lasciui, dixit, præceptor amoris,
Duc age discipulos ad mea templa tuos.
Est 3 vbi diuersum fama celebrata per orbem
Litera: cognosci quæ sibi quemque iubet.
Qui sibi notus erit, solus sapienter amabit,
Atque opus ad vires exiget omne suas.
Cui faciem natura dedit, spectetur ab illa:
Cui color est, humero sæpe patente cubet.
Qui sermone placet, taciturna silentia vitet:
Qui canit arte, canat, qui bibit arte, bibat.
Sed neque declament medio sermone diserti,
Nec sua vesanus scripta poëta legat.
Sic monuit Phœbus: Phœbo parente monenti
Certa Dei sacro est huius in ore fides.
Ad propiora vocor: quisquis 4 sapienter amabit,
Vincet, & è nostra, quod petet, arte feret.
Credita non semper sulci cum fœnore reddunt,
Nec semper dubias adiuuat aura rates.
Quod iuuat, exiguum est: plus est, quod lædit amantes,
Proponant animo multa ferenda suo.
Quot lepores in Atho, quot apes pascuntur in Hybla,
Cærula quot baccas Pallados arbor habet.

1 al. Hique. 2 al. inducta. 3 al ibi.
4 al. Melius f. in nonnullis, patienter.

Littore quot conchæ tot sunt in amore dolores,
Quæ patimur, multa spicula felle madent.
Dicta erit isse foras, quam tu fortasse videbis:
Isse foras & te falsa videre, puta.
Clausa tibi fuerit promissa ianua nocte,
Perfer & immunda ponere corpus humo:
Forsitan & vultu mendax ancilla superbo
Dicet: quid nostras obsidet iste fores?
Postibus, & duræ supplex blandire puellæ,
Et capiti demptas limine pone rosas.
Cùm volet, accedes, cùm te vitabit, abibis:
Dedecet ingenuos tædia ferre sui.
Effugere hinc non est quare tibi possit amica,
Dicere non omni tempore sensus [1] abest.
Nec maledicta puta, nec verbera ferre puellæ
Turpe, nec ad teneros oscula ferre pedes.
Quid moror in paruis? animus maioribus instat:
Magna canam, toto pectore vulgus ades.
Ardua molimur, sed nulla, nisi ardua virtus:
Difficilis nostra poscitur arte labor.
Rivalem patienter habe, victoria tecum
Stabit, eris magni victor in arce Iouis.
Hæc tibi non hominem, sed quercus crede Pelasgas
Dicere: nil istis ars mea maius habet.
Innuet illa feras, scribet, ne tange tabellas:
Vnde volet, veniat: quóque libebit eat.
Hæc in legitima præstant vxore mariti:
Cùm tener ad partes tu quoque somne venis,
Hæc ego, confiteor, non sum perfectus in arte:
Quid faciam? monitus sum minor ipse meis.
Mène palàm nostræ det quisquam signa puellæ?
Et patiar? nec me quolibet ira ferat?
Oscula vir dederat (memini) suus: oscula questus
Sum data, barbarie noster abundat amor.
Non semel hoc vitium nocuit mihi: doctior ille est
Quo veniunt alij conciliante viri.
Sed melius nescisse fuit: sine furta teguntur:
Ne fugiat victo fassus ab ore pudor.
Quo magis ô iuuenes deprendere parcite vestras:
[2] Peccent: peccantes verba dedisse putent.
Crescit amor prensis: vbi par fortuna duorum est,
In causam damni perstat vterque sui.
Fabula narratur toto notissima cælo,
Mulciberis capti Marsq; Venusq; dolis.
Mars pater insano Veneris turbatus amore,
De duce terribili factus amator erat,
Nec Venus orăti (nec enim dea mollior vlla est)
Rustica Gradiuo difficilisq; fuit.
Ah quoties lasciua pedem risisse mariti
Dicitur, & duras igne, vel arte manus.
Marte palàm simul & Vulcanum imitata decebat:
Multaq; cum forma gratia mista fuit.
Sed bene concubitus primò celare solebant:
Plena verecundi culpa pudoris erat.

1 al. obest. 2 Rectius in antiquis *Peccant.*

Indicio Solis (quis Solem fallere posset?)
Cognita Vulcano coniugis acta sua.
Quam mala Sol exempla mouet: pete munus ab ipsa:
Et tibi, si taceas, quod dare possit, habet.
Mulciber obscuros lectum circáque superque
Disponit laqueos: lumina fallit opus.
Fingit iter Lemnon: veniunt ad fœdus amantes:
Impliciti laqueis nudus vterque iacent.
Conuocat ille deos: præbent spectacula capti:
Vix lacrymas Venerem continuisse ferunt.
Non vultus texisse suos, non denique possunt
Partibus obscœnis opposuisse manus.
Hic aliquis ridens, in me fortissime Mauors,
Si tibi sunt oneri, vincula transfer ait.
Vix precibus Neptune tuis captiua resoluit
Corpora: Mars Creten occupat, illa Paphon.
Hoc tibi profecit Vulcane, quod ante tegebant,
Liberius faciunt: & pudor omnis abest.
Sæpe tamen demens stultè fecisse fateris:
Téque ferunt iræ pœnituisse tuæ.
Hoc vetui: vos ecce vetat deprensa Dione
Insidias illas, quas tulit ipsa, dare.
Nec vos riuali laqueos disponite: nec vos
Excipite arcana verba notata manu.
Ista viri captent, si iam captanda putabunt,
Quos facient iustos ignis, & vnda viros.
En iterum testor: nihil hic, nisi lege remissum:
Luditur in nostris instita nulla locis.
Quis Cereris ritus audet vulgare profanus?
Magnáque Threicia sacra reperta Samo?
[2] Eximia est virtus præstare silentia rebus,
[3] Et contra grauis est culpa, tacenda loqui.
Quam bene, quod frustra captatis arbore pomis
Tantalus in media garrulus aret aqua:
Præcipuè Cytherea iubet sua sacra taceri:
Admoneo, veniat nequis ad illa loquax.
Condita si non sunt Veneris mysteria cistis:
Nec caua vesanis ictibus æra sonant:
Attamen inter nos medio versantur in vsu:
Sic tamen inter nos, vt latuisse velint.
Ipsa Venus pubem, quoties velamina ponit,
Protegitur læua semireducta manu.
In medio, passimq; coit pecus: hoc quoque viso
Auertit vultus sæpe puella suos.
Conueniunt thalami furtis, & ianua nostris:
Párque subiecta veste pudenda latet.
Et si non tenebras, at quiddam nubis opacæ
Quærimus, atque aliquid luce patente minus.
Tum quoque cum solem nondum prohibebat, & imbrem
Tegula, sed quercus tecta, cibumque dabat:
In nemore, atque antris, non sub Ioue iuncta voluptas:
Tanta rudi populo cura pudoris erat.
At nunc nocturnis titulos imponimus actis:

1 al. mouet.
2 Nonnull. *Exigua.* 3 al. fit.

Ai-

Atque emitur magno nil, niſi poſſe loqui.
Scilicet excuties omnes, vbi quæque puella eſt:
Cuilibet vt dicas, hæc quoque noſtra fuit:
1 Nec deſint, quas tu digitis oſtendere poſſis,
Vt quamque attigeris, fabula turpis erit.
Parua queror, fingunt quidam quæ vera negarent:
Et nulli non ſe concubuiſſe ferunt.
2 Corpora ſi nequeunt, 3 quæ poſſunt, nomina tangunt:
Famaq; non facto crimine, crimen habet.
I nunc claude fores cuſtos odioſe puellæ:
Et centum duris poſtibus adde ſeras.
Quid tuti ſupereſt, vbi 4 nominis extat adulter?
Et credi, quod non contigit eſſe, cupit?
Nos etiam veros parce profitemur amores,
Tectaq; ſunt ſolida myſtica furta fide.
Parcite præcipuè vitia exprobrare puellis:
Vtile quæ multis diſſimulaſſe fuit.
Nec ſuus Andromachæ color eſt obiectus ab illo,
Mobilis in gemino cui pede penna fuit.
Omnibus Andromache viſa eſt ſpatioſior æquo:
Vnus, qui modicam diceret, Hector erat.
Quod male fers, aſſueſce, feres bene, multa vetuſtas
Leniet: incipiens omnia ſentit amor.
Dum nouus in viridi coaleſcit cortice ramus:
Concutiat tenerum qualibet aura, cadet.
Mox, etiam ventis ſpatio durata, reſiſtet,
Firmaq; adoptiuas arbor habebit opes.
Eximit ipſa dies omneis de corpore mendas:
Quodq; fuit vitium, deſinit eſſe mora.
Ferre nouæ nares taurorum terga recuſant:
5 Aſſiduè domitas tempore fallit odor.
Nominibus mollire licet mala: fuſca vocetur,
Nigrior Illyrica cui pice ſanguis erit.
Si pata eſt, Veneri ſimilis, ſi flaua Mineruæ:
Sit gracilis, matie quæ male viſa ſua eſt.
Dic6 agilem, quæcunque breuis, quæ turgida, plenam:
Et lateat vitium proximitate boni.
Nec quotus annus eat, nec quo ſit nata require
Conſule, quæ rigidus munera cenſor habet.
Præcipuè ſi flore caret, meliusq; peractum eſt
Tempus, & albentes iam ligat illa comas.
Vtilis ô iuuenes aut hæc, aut ſerior ætas,
Iſte ferat ſegetes, iſto ferendus ager.
Dum vires anniq; ſinunt, tolerare labores,
Iam veniet tacito curua ſenecta pede.
Aut mare nauigijs, aut vomere findite terram,
Aut fera belligeras addite in arma manus,
Aut laudate vires, operamq; aſſerte puellis,
Hoc quoque militia eſt, hoc quoque fecit opes.
Adde, quod eſt illis operum prudentia maior:
Solus & artifices qui facit, vſus adeſt.
Illi munditiis annorum damna rependunt,
Et faciunt curæ, ne videantur anus.
Vtq; velis Venerem iungunt per mille figuras,
Inuenit plures nulla tabella modos.
Illis ſentitur 1 non irritata voluptas:
Quod iuuat, ex æquo fœmina, virq; ferunt.
Odi concubitus, qui non vtrinque reſoluunt,
Hoc eſt, cur pueri tangar amore minus.
Odi quæ præbet, quia ſit præbere neceſſe,
Siccaq; de lana cogitat ipſa ſua.
Quæ datur officio, non eſt mihi grata voluptas,
Officium faciat nulla puella mihi.
Me voces audire iuuat ſua gaudia faſſas,
Vtq; morer meme ſuſtineamq; rogat,
Aſpiciam dominæ victos amantis ocellos,
Langueat, & tangi ſic vetet illa diu.
Hæc bona non primæ tribuit natura iuuentæ,
Quæ citò poſt ſeptem luſtra venire ſolent.
Qui properant, noua muſta bibant, mihi fundat auitum
Conſulibus priſcis condita tecta merum.
Nec platanus, niſi ſera poteſt obſiſtere ventis,
Et lædunt nudos prata nouella pedes.
Scilicet Hermionen Helenæ præponere poſſes?
Et melior Gorge, quàm ſua mater erat?
Ad Venerem quicunque voles attingere ſeram,
Si modò duraris, præmia digna feres.
Conſcius ecce duos accepit lectus amantes,
Ad thalami clauſas Muſa reſiſte fores.
Sponte ſua ſine te celeberrima verba loquentur,
Nec manus in lecto læua iacebit iners.
Inuenient digiti quid agant in partibus illis,
In quibus occultè ſpicula tingit amor.
Fecit in 2 Andromache prius hoc fortiſſimus Hector,
Non ſolum bellis vtilis ille fuit.
Fecit & in capta Lyrneſide magnus Achilles,
Cùm premeret mollem laſſus ab hoſte torum.
Illis te manibus tangi Briſeide ſinebas,
Imbutæ Phrygia quæ nece ſemper erant.
An fuit hoc ipſum, quod te laſciua iuuaret?
Ad tua victrices membra venire manus?
Crede mihi, Veneris non eſt properanda voluptas:
Sed ſenſim tarda perficienda mora.
Cùm loca reppereris, quæ tangi fœmina gaudet:
Non obſtet, tangas quominus illa, pudor.
Aſpicies oculos tremulo fulgore micantes,
Vt 3 ſola liquida ſæpe reſulget aqua.
Accedant queſtus, accedat amabile murmur,
Et dulces gemitus, aptaq; verba ioco.
Sed neque tu dominam velis maioribus vſus
4 Deſere, nec curſus ante eat illa tuos.
Ad metam properate ſimul, tunc plena voluptas,
Cum pariter victi fœmina, virq; iacent.

1 al. Nec. 2 al. Corpore.
3 al. quod. 4 al. nomina.
5 Nonnulli, Aſſidue. 6 In quibuſ. habilem.

1 al. tractu irritat voluptas.
2 al. Andromachen. 3 al. in.
4 al. Deſine.

Hic tibi ſeruandus tenor eſt, cùm libera dantur
Otia, furtiuum nec timor vrget opus.
Cùm mora non tuta eſt, totis incumbere remis
Vtile, & admiſſo ſubdere calcar equo.
Finis adeſt operi: palmam date grata iuuentus:
Sertaq; odorata myrtea ferte coma.
Quantus apud Danaos Podalyrius arte medendi,
Æacides dextra, pectore Neſtor, erat:
Quantus erat Calchas extis, Telamonius armis,
Automedon curru, tantus amator, ego.
Me vatem celebrate viri, mihi dicite laudes,
Cantetur toto nomen in orbe meum.
Arma dedi vobis, dederat Vulcanus Achilli:
Vincite muneribus, vicit vt ille, datis.
Sed quicunque meo ſuperarit Amazona ferro,
Inſcribat ſpolijs, Naſo magiſter erat.
Ecce rogant teneræ, ſibi dent præcepta puellæ:
Vos eritis chartæ proxima cura meæ.

PVBLII OVIDII NASONIS, SVLMONENSIS DE ARTE AMANDI, LIB. III.

ARma dedi Danais in Amazonas: arma ſuperſunt:
Quæ tibi dem, & turbæ Penthesilea tuæ.
Ite in bella pares: vincant, quibus alma Dione
Fauerit, & toto qui volat orbe puer.
Non erat armatis æquum concurrere nudas:
Sic etiam vobis vincere turpe viri.
Dixerit è multis aliquis, quid virtus in angues
Adijcis? & rapidis tradis ouile lupis?
Parcite paucarum diffundere crimen in omneis:
Spectetur meritis quæque puella ſuis.
Si minor Atrides Helenen, Heleneq; ſororem
Quo premat Atrides crimine maior habet.
Si ſcelere Oeclides Talaonia Eriphyles
Viuus, & in viuis ad Styga venit equis.
Eſt pia Penelope, luſtris errante duobus,
Et totidem luſtris bella gerente viro.
Reſpice Phyllaciden: & quæ comes iſſe marito
Fertur, & ante annos occubuiſſe ſuos.
Fata Pheretiadæ coniux Pagaſæa redemit:
Proq; viri eſt vxor funere læta ſui.
Accipe me Capneu, cineres miſcebimus, inquit,
Iphias, in medios deſiluitq; rogos.
Ipſa quoque & cultu eſt & nomine fœmina virtus:
Nec mirum, populo ſi [1] *placet ipſa ſuo.*
Non tamen hæ mentes noſtra paſcuntur ab arte:
Conueniunt cimbæ vela minora meæ.
Nil, niſi laſciui per me diſcuntur amores:
Fœmina præcipio quo ſit amanda modo.
Fœmina nec flammas, nec ſæuos excutit arcus:
Parcius hæc video tela nocere viris.
Sæpe viri fallunt: teneræ non ſæpe puellæ:
Paucaq; ſi quæras, crimina fraudis habent.
Phaſiadem matrem fallax dimiſit Iaſon:
Venit in Æſonios altera nupta ſinus.
Quantum ad te Theſeu, volucres Ariadna marinas
Pauit, in ignoto ſola relicta loco.
Quære nouem cur iſſe [1] *vices dicatur: & audi*
Depoſitis ſyluas Phyllida fleſſe comis.
Et famam pietatis habet: tamen hoſpes & enſem
Præbuit, & cauſam mortis Eliſa tuæ.
Quid vos perdiderit, dicam. neſciſtis amare:
Defuit ars vobis: arte perennat amor.
Nunc quoque neſcirent: ſed me Cytherea docere
Iuſſit: & ante oculos conſtitit ipſa meos.
Tum mihi quid miſeræ dixit meruere puellæ?
Traditur armatis vulgus inerme viris.
Illos artifices gemini fecere libelli:
Hæc quoque pars monitis erudienda tuis.
Probra Therapnæa qui dixerat ante maritæ,
Mox cecinit laudes proſperiore lyra.
Si bene te noſti, cultas ne læde puellas:
Gratia dum viuis iſta petenda tibi eſt.
Dixit: & è myrto (myrto nam vincta capillos
Conſtiterat) folium, granaq; pauca dedit.
Senſimus acceptum: numen quoque purius æther
Fulſit: & è toto pectore ceſſit onus.
Dum fauet ingenium: petite hinc præcepta puellæ:
Quas pudor & leges, & ſua iura ſinunt.
Venturæ memores iam nunc eſtote ſenectæ,
Sic nullum vobis tempus abibit iners.
Dum licet, & vultos etiam nunc editis annos,
Ludite: eunt anni more fluentis aquæ.
Nec quæ præterijt, rurſum reuocabitur vnda:
Nec quæ præteriit hora, redire poteſt.
Vtendum eſt ætate: cito pede labitur ætas:
Nec bona tã ſequitur, quàm bona prima fuit.
Hos ego, qui canent frutices, violaria vidi:
Hac mihi de ſpina grata corona data eſt.
Tempus erit, quo tu, quæ nũc excludis amantes,
Frigida deſerta nocte iacebis anus:
Nec tua frangetur nocturna ianua rixa:
Sparſa nec inuenies limina manè roſa.
Quàm citò (me miſerum) laxantur corpora rugis:
Et perit in nitido qui fuit ore color.
Quasq; fuiſſe tibi canas à virgine turas:
Sparguntur ſubitò per caput omne coma.

1 Multò rectiùs in ver. *fauet.* de fœminis intelligendum.

1 Nonnulli *vias* legunt. 2 al. Spargentur.

Anguibus

Anguibus exuitur tenui cum pelle vetustas:
Nec faciunt ceruos cornua tacta senes.
Vestra sine auxilio fugiunt bona: carpite florem:
Qui nisi carptus erit, turpiter ipse cadet.
Adde, quòd & partus faciunt breuiora iuuentæ
Tempora: continua messe senescit ager.
Latmius Endymion non est tibi luna rubori:
Nec Cephalus roseæ præda pudenda deæ.
Vt taceam de te, quem nunc quoq; luget, Adoni:
Vnde habet Ænean, Harmoniemq; Venus?
Ite per exemplum genus ô mortale dearum:
Gaudia nec cupidis vestra negate viris:
Vt iam decipiant, quid perditis? omnia constant:
Mille licet sumant: deperit inde nihil.
Conteritur ferrum, silices tenuantur ab vsu:
Sufficit, & damni pars caret illa metu.
Quis vetet apposito lumen de lumine sumi?
Quisve canum vastas in mare seruet aquas?
At tamen vlla viro mulier non expedit (inquit)
Quid, nisi quam sumis, dic mihi, perdis aquã?
Nec vos prostituit mea vox, sed vana timere
Damna vetat: damnis munera vestra carent.
Sed me flaminibus venti maioris iturum
Dum sumus in portu prouehat aura leuis.
Ordiar à cultu: cultis bene Liber ab vuis
Prouenit, & culto stat seges alta solo.
Forma Dei munus: forma quota quaq; superbit?
Pars vestrum tali munere magna caret.
Cura dabit faciem: facies neglecta peribit:
Idaliæ similis sit licet illa deæ.
Corpora si veteres non sic coluere puellæ:
Nec veteres cultus sic habuere viri.
Sic fuit Andromache tunicas induta [1] valentes:
Quid mirum? duri militis vxor erat.
Scilicet Aiacī coniux ornata veniret,
Cui tegmen septem terga fuere boum.
Simplicitas rudis ante fuit: nunc aurea Roma est,
Et magnas domiti possidet orbis opes.
Aspice quæ nunc sunt Capitolia, quæq; fuerunt:
Alterius dices illa fuisse Iouis.
Curia, consilio quæ nunc dignissima tanto est:
De stipula, Tatio regna tenente fuit.
Quæ nunc sub Phœbo, ducibusq; palatia fulgent:
Quid nisi araturis pascua bubus arant?
Prisca iuuent alios: ego me nunc denique natum
Gratulor: hæc ætas moribus apta meis.
Non quia nunc terræ lentum subducitur aurum,
[2] Lectáq; diuerso littore concha venit,
Non, quia decrescunt effosso marmore montes,
Nec quia cærulea mole fugantur aquæ:
Sed quia cultus adest, nec nostros mansit in annos
Rusticitas priscis illa superstes auis.
Vos quoq; non caris aures onerate lapillis
Quos legit in viridi decolor Indus aqua.
Nec prodite graues insuto vestibus auro:
Per quas non petitis, sæpe fugatis, opes.
Munditijs capimur: nec sint sine lege capilli:
Admotæ formam, dántq;, negántq; manus.
Nec genus ornatus vnum est: quod quamque decebit,
Eligat, & speculum consulat ante suum.
Longa probat facies capitis discrimina puri:
Sic erat ornatis Laodameia comis.
Exiguum summa nodum sibi fronte relinqui,
[1] Vt pateant aures, ora rotunda volunt.
Alterius crines humero iactentur vtroq;:
Talis es assumpta Phœbe canore lyra.
Altera succincta religetur more Dianæ:
Vt solet, attonitas cùm petit illa feras.
Hanc decet inflatos laxè iactasse capillos:
Illa sit astrictis impedienda comis.
Hanc decet ornari testudine Cyllenea:
Sustineat similes fluctibus illa sinus.
Sed neque ramosa numerabis in ilice [2] frondes:
Nec quot apes Hyblæ: nec quot in Alpe feræ,
Nec mihi tot cultus numero comprendere fas est:
Adijcit ornatus proxima quæque dies:
Et neglecta decet multas coma sæpe iacere
Hesternam credes: illa repexa modo est.
Ars casum simulet: sic capta vidit in vrbe
Alcides Iolen: hanc ego, dixit, amo.
Talem te Bacchus Satyris clamantibus, euœ,
Sustulit in currus Cnossi relicta suos.
O quantum indulget vestro natura decori:
Quarum sunt multis damna pianda modis.
Nos malè detegimur, raptiq; ætate capilli
Et Borea frondes excutiente cadunt.
Fœmina canitiem germanis inficit herbis,
Et melior vero quæritur arte color.
Fœmina procedit densissima crinibus emptis,
Proq; suis alios efficit ære suos.
Nec pudor est emisse palam, venire videmus
Herculis ante oculos, virgineumq; chorum.
Quid de veste loquor? non iam segmenta requiro,
Nec quæ bis Tyrio murice lana rubet.
Cùm tot prodierint pretio leuiore colores,
Qui furor est census corpore ferre suos?
Aëris ecce color, tum cùm sine nubibus aër,
Nec tepidus pluuias concitat auster aquas.
Ecce tibi similis, qui quondam Phrixon, & Hellen
Diceris Inois eripuisse dolis.
Hic vndas imitatur, habet quoq; nomen ab vndis,
Crediderim nymphas hac ego veste tegi.
Ille crocum simulat, croceo velatur amictu
Roscida luciferos cùm dea iungit equos.
Hic Paphias myrtos: hic purpureos amethystos,
Albescentésve rosas, Threiciámve gruem.
Nec glandes Amarylli tuæ, nec amygdala desunt.
Et suæ velleribus nomina cera dedit.
Quot noua terra parit flores, cum vere tepente
Vitis agit gemmas, pigraq; fugit hyems.

[1] al. vagantes. [2] al. Lęque.

[1] al. Ne.
[2] In quibusdam *glandes*.

Lana tot, aut plures succos bibit: elige certos:
Nam non conueniens omnibus [1] vnus erit.
Pulla decet niueas: Briseida pulla decebat:
Cùm rapta est: pulla tum quoque veste fuit.
Alba decent fuscas: albis Cephei placebas:
Sic tibi vestita pressa Seriphos erat.
Quam sæpe admonui, ne trux caper iret in alas,
Néve forent duris aspera crura pilis.
Sed non Caucasea doceo de rupe puellas,
Quæq; bibunt vndas Myse Caice tuas.
Quid, si præcipiam, ne fuscet inertia dentes?
Oraq; suscepta mane lauentur aqua?
Scitis & inducta candorem quærere cera:
Sanguine quæ verò non rubet: arte rubet.
Arte, supercilij confinia nuda repletis:
Paruaq; sinceras velat aluta genas.
Nec pudor est oculos tenui signare fauilla:
Vel prope te nato lucide Cydne croco.
Est mihi, quod dixi vestræ medicamina formæ:
Paruus, sed cura grande libellus opus.
Hinc quoque præsidium læsæ petitote puellæ:
Non est pro vestris ars mea rebus iners.
Non tamen expositas mensa deprendat amator
Pyxidas: ars faciem dissimulata [2] iuuet.
Quem non offendat toto fax illita vultu:
Cùm fluit in tepidos pondere lapsa sinus?
Oesypa quid redolent, quamuis mittantur Athenis:
Demptus ab immundæ vellere succus ouis?
Nec coram mistas cerua sumpsisse medullas:
Nec coram dentes [3] perfricuisse probem.
Ista dabunt faciem, sed erunt deformia visu:
Multaq; dum fiunt, turpia facta placent.
Quæ nunc nomen habent operosi signa Myronis:
Pondus iners quondam, duraq; massa fuit.
Annulus vt fiat, primo colliditur aurum:
Quas geritis vestes, sordida lana fuit.
Cùm fieret lapis, asper erat, nunc nobile signum,
Nuda Venus madidas exprimit imbre comas.
[4] Tu faciem cura, dum te dormire putemus:
Aptius à summa conspiciere manu.
Cur mihi nota tui causa est candoris in ore?
Claude fores thalami: quæ rude cogis opus.
Multa viros nescire decet: pars maxima rerum
Offendit, si non interiora tegas,
Aurea quæ pendent ornato signa theatro:
Inspice quàm tenuis bractea ligna tegat.
Sed neq; ad illa licet populo, nisi facta, venire:
Nec nisi summotis forma paranda viris.
At non, pectendos coram præbere capillos,
Vt iaceant fusi per tua colla, veto.
Illo præcipuè ne sis morosa, caueto
Tempore, nec lapsas sæpe resolue comas.
Tuta sit ornatrix: odi, quæ sauciat ora
Vnguibus: & rapta brachia figit acu.

Deuouet, & tangit dominæ caput illa: simulq;
Plorat ad inuisas sanguinolenta comas.
Quæ male crinita est, custodem in limine ponat:
Ornetúrue bona semper in æde deæ.
Dictus eram subito cuidam venisse puellæ,
Turbida peruersas induit illa comas.
Hostibus eueniat tam fœdi causa pudoris:
Inq; nurus Parthas dedecus illud eat.
Turpe pecus mutilum, turpis sine gramine campus:
Et sine fronde frutex, & sine crine caput.
Non mihi venistis Semele, Ledeq; docendæ:
Perq; fretum falso Sidoni vecta boue,
Aut Helene, quam non stulte Menelae reposcis:
Tu quoq; non stulte Troice raptor habes.
Turba docenda venit, turpes pulcraque puellæ:
Pulchraq; sunt semper deteriora bonis.
Formosæ minus artis opem, præceptáque quærunt:
Est illis sua dos forma sine arte potens.
Cum mare compositum est, securus nauita cessat,
Cum tumet, auxilijs assidet ille suis.
Rara tamen menda facies caret, occule mendax:
Quaque potes vitium corporis abde tui.
Si brouis es, sedeas, ne stans videare sedere,
Inq; tuo iaceas quantulacumque toro.
Hic quoque, ne possit fieri mensura cubantis:
Iniecta lateant fac tibi veste pedes.
Quæ nimis est gracilis, pleno velamina filo
Sumat, & ex humeris laxus amictus eat.
Pallida purpureis [1] tangat sua corpora virgis:
Nigrior ad Pharij confuge piscis opem.
Pes malus in niuea semper celetur aluta,
Arida nec vinclis crura resolue tuis.
Conueniunt tenues scapulis Ameletides altis:
Angustum circa fascia pectus eat.
Exiguo signet gestu quodcumque loquatur,
Cui digiti pingues, & scaber vnguis erit.
Cui grauis oris odor, nunquam ieiuna loquatur,
Et semper spatio distet ab ore viri.
Si niger, aut ingens, aut non erit ordine natus
Dens tibi, ridendo maxima damna feres.
Quis credat? discunt etiam ridere puellæ,
Quæritur atque illis hæc quoque parte decor.
Sint modici rictus, sint paruæ vtrimque lacunæ,
Et summos dentes ima labella tegant.
Nec sua perpetuò contendant ilia risu,
Sed leue nescio quid, femineumq; sonent.
Est, quæ peruerso distorqueat ora cachinno,
Cùm risu læta est altera, flere putes.
Illa sonat raucum quiddam atque inamabile rudet,
Vt rudit à scabra turpis asella mola.
Quò non ars penetrat? discunt lacrymare decenter,
Quóque volunt plorant tempore, quoq; modo.

1 In nonnullis *omnis*, vtrumque rectè.
2 In quibus. *iuuat*. 3 In veter. *defricuisse*. & rectius. 4 Melior fort. vet. lectio, *Tu quoque cum solearis, nos te dormire putemus*.

1 In vet. *tingat*.

Qui

Quid cum legitima fraudatur littera voce?
Blæsaq; fit iusso lingua coacta sono?
In vitio decor est, quadam malè reddere verba
Discunt posse minus, quàm potuere loqui.
Omnibus his, quando prosunt, impendite curam,
Discite fœmineo corpora ferre gradu.
Est & in incessu pars non temnenda decoris:
Allicit ignotos illa fugatque viros:
Hæc mouet arte latus: tunicisq; fluentibus auras
Excipit, extensos fertque superba pedes,
Illa velut coniux Vmbri rubicunda mariti
Ambulat ingentes varica fértque gradus.
Sed sit, vt in multis, modus hic quoque rusticus alter
Motus in incessu, mollior alter erit.
Pars humeri tamen ima tui, pars summa lacerti
Nuda sit, à læua conspicenda manu.
Hoc vos præcipuè niueæ decet: hoc vbi vidi,
Oscula ferre humero, qua patet vsque, libet.
Monstra maris Sirenes erant, quæ voce canora
Quaslibet admissas detinuere rates.
His sua Sisyphides auditis pæne resoluit
Corpora nam sociis illita cera fuit.
Res est blanda canor, discant cantare puellæ:
Pro facie multis vox sua lena fuit.
Et modò marmoreis referant audita theatris,
Et modò Niliacis carmina lusa modis.
Nec plectrum dextra citharam tenuisse sinistra
Nesciat, arbitrio fœmina docta meo.
Saxa ferásque lyræ mouit Rhodopeius Orpheus,
Tartareósque lacus, tergeminúmque canem.
Saxa tuo cantu vindex iustissime matris
Fecerunt muros officiosè nouos.
Quamuis mutus erat, voci fauisse putatur
Piscis: Arioneæ fabula nota lyræ.
Disce etiam duplici genialia naulia palmæ
Vertere: conueniunt dulcibus illa iocis.
Sit tibi Callimachi, sit Coi nota poetæ,
Sit quoque Vinosi Teïa musa senis.
Nota sit & Sappho: quid enim lasciuius illa?
Cuiue pater vafri luditur arte Getæ.
Et teneri possis carmen legisse Properti:
Siue aliquid Galli, siue Tibulle tuum,
Dictaq; Varroni fuluis insignia villis,
Vellera germanæ Phryxe querenda tuæ.
Et profugum Æneam, altæ primordia Romæ:
Quo nullum Latio clarius extat opus.
Forsitan & nostrum nomen miscebitur istis:
Nec mea Lethæis scripta dabuntur aquis.
Atque aliquis dicet, nostri lege culta magistri
Carmina, queis partes instruit ille duas.
Déque tribus libris, titulus quos signat amorum:
Elige, quos docili molliter ore legas.
Vel tibi composita cantetur epistola voce:
Ignotum hoc aliis ille nouauit opus:
O ita Phœbe velis, ita vos pia numina vatum,
Insignis cornu Bacche nouemq; dea.
Quis dubitet, quin scire velim saltare puellam?
Vt moueat posito brachia iussa mero?
Artifices lateris, scenæ spectacula amantur.
Tantum mobilitas illa decoris habet.
Parua monere pudet: talorum dicere iactus
Vt sciat, & vires tessera missa tuas.
Et modo treis iactet numeros: modò cogitet aptè,
Quam subeat partem callida, quamque vocet.
Cautaq; non stultè latronum prælia ludat,
Vnus cum gemino calculus hoste perit.
Bellatorq; suo prensus sine compare pugnet,
Æmulus & cœptum sæpe recurrat iter.
Reticuloq; pilæ leues fundantur aperto:
Nec, nisi quam tollas vlla mouenda pila est.
Est genus in totidem tenui ratione redactum
Spicula, quot menses lubricus annus habet.
Parua tabella capit ternos vtrinque lapillos:
In qua vicisse est continuisse suos.
Mille fac esse iocos, turpe est nescire puellam
Ludere, ludendo sæpe paratur amor.
Sed minimus labor est sapienter iactibus vti.
Maius opus mores composuisse suos.
Tunc sumus incauti, studióque aperimur ab ipso.
Nudáque per lusus pectora nostra patent.
Ira subit, deforme malum, lucriq; cupido,
Iurgiáque, & rixæ, sollicitúsque dolor.
Crimina dicuntur, resonat clamoribus æther,
Inuocat iratos & sibi quisque deos.
Nulla fides tabulis, quæ non per vota petuntur:
Et lacrymis vidi sæpe madere genas.
Iupiter à vobis tam turpia crimina pellat,
In quibus est vlli cura placere viro.
Hos ignaua iocos tribuit natura puellis:
Materia ludunt vberiore viri.
Sunt illis, celeréque pilæ, iaculúmque, trochique,
Armáque, & in gyros ire coactus equus.
Nec vos cápus habet, nec vos gelidissima virgo:
Nec Thuscus placida deuehit amnis aqua.
At licet, & prodest Pompeias ire per vmbras:
Virginis æthereis cum caput ardet equis.
Visite laurigero sacrata palatia Phœbo:
Ille Paretonias mersit in alta rates.
Quæq; soror, coniúxque ducis monumenta parárunt:
Naualique gener cinctus honore caput.
Visite thuricremas, vaccæ Memphitidos aras:
Visite conspicuis terna theatra locis.
Spectentur tepido maculatæ sanguine arenæ:
Metáque feruenti circumeunda rota.
Quod latet ignotum est: ignoti nulla cupido:
Fructus abest, facies cum bona teste caret.
Tu licet & Thamyram superes, atque Orphea cantu:
Non erit ignotæ gratia magna lyræ.
Si Venerem Cois nunquam pinxisset Apelles:
Mersa sub æquoreis illa lateret aquis.
Quid petitur sacris, nisi tantum fama poetis?

Hoc votum nostri summa laboris habet.
Cura ducum fuerant olim, regúmque poetæ:
Præmiaq; antiqui magna tulere chori:
Sanctáque maiestas, & erat venerabile nomen
Vatibus: & largæ sæpe dabantur opes.
Ennius emeruit Calabris in montibus ortus,
Contiguus poni Scipio magne tibi.
Nunc edere sine honore iacent: operataq; doctis
Cura vigil Musis, nomen inertis habet.
Sed famæ inuigilare iuuat, quis nosset Homerum,
Ilias æternum si latuisset opus?
Quis Danaen nosset, si semper clausa fuisset?
Inque sua turri perlatuisset anus?
Vtilis est vobis formosæ cura puellæ,
Sæpe vagos extra limina ferre pedes.
Ad multas lupa tendit oues, prædetur vt vnam:
Et Iouis in multas deuolat ales aues.
Se quoque det populo mulier formosa videndã:
Quem trahat, è multis forsitan vnus erit.
Omnibus illa locis maneat studiosa placendi,
Et curam tota mente decoris agat.
Casus vbique valet: semper tibi pendeat humus:
Quo minimè credis gurgite, piscis erit.
Sæpe canes frustra nemorosis montibus errant:
Inque plagas nullo cervus agente cadit.
Quid minus [1] Andromede potuit sperare reuinctæ,
Quam lacrymas vlli posse placere suas?
Funere sæpe viri vir quæritur: ire solutis
Crinibus, & fletus non tenuisse, decet.
Sed vitate viros cultum formamque professos:
Quique suas ponunt in statione comas.
Quæ vobis dicunt, dixerunt mille puellis:
Errat, & in nulla sede moratur amor.
Femina quid faciet, cum vir sit leuior ipsa?
Forsitan & plures possit habere viros?
Vix mihi credetis: sed credite: Troia maneret,
Præceptis Priam si foret vsa senis.
Sunt qui mendaci specie grassantur amoris:
Pérque aditus tales lucra pudenda petunt.
Nec coma vos fallat liquida nitidissima nardo,
Nec breuis in rugas cingula pressa suas.
Nec toga decipiat filo tenuissima, nec si
Annulus in digitis alter & alter erit.
Forsitan ex horum numero cultissimus ille,
Fur sit: & vratur vestis amore tua.
Redde meum clamant spoliatæ sæpe puellæ,
Redde meum toto voce boante foro.
Hæc Venus è templis multo radiantibus auro
Læta videt lites: Appiadésque deæ.
Sunt quoque non dubia quædam mala nomina fama:
Deceptæ à multis crimen amantis habent.
Discite ab alterius vestris timuisse querelis,
Ianua fallaci ne sit operta viro.
Parcite Cecropides iuranti credere Theseo:
Quos faciet testes, fecit & ante deos.
Et tibi Demophoon Thesei criminis hæres
Phyllide decepta nulla relicta fides.
Si bene promittent, totidem promittite verbis:
Si dederint, & vos gaudia pacta date.
Illa potest vigiles flammas extinguere Vestæ,
Et rapere è templis Inachi sacra tuis,
Et dare mista viro tritis aconita cicutis,
Accepto Venerem munere si qua negat.
Fert animus propius cõsistere, supprime habenas,
Musa, nec admissis excutiare rotis.
Verba vadum tentant abiegnis scripta tabellis:
Accipiat missas apta ministra notas.
Inspice: dúmque leges, ex ipsis collige verbis,
Fingat, an ex animo, sollicitúsque roget.
Postq; breuè rescribe morã: mora semper amãtes
Incitat, exiguum si modo tempus habet.
Sed neque te facilem iuueni promitte roganti:
Nec tamen edurè, quod petit ille, nega.
Fac timeat, speretque simul, quotieśq; remittes,
Spes magis hinc veniat certa, minorq; metus:
Munda sed è medio, consuetáque verba puellæ
Scribite, sermonis publica forma placet.
Ah quoties dubiis scriptis exarsit amator,
Et nocuit formæ barbara lingua bonæ.
Sed quoniam quamuis vittæ careatis honore,
Est vobis vestros fallere cura viros.
Ancillæ puerique manus ferat arte tabellas,
Pignora nec iuueni credite vestra nouo.
Vidi ego pallentes isto terrore puellas
Seruitium miseras tempus in omne pati.
Perfidus ille quidem, qui talia pignora seruat:
Sed tamen Ætnæi fulminis instar habet.
Iudice me fraus est concessa repellere fraudem,
Armáque in armatos sumere iura sinunt.
Ducere consuescat multas manus vna figuras,
Ah pereant per quos ista monenda mihi.
Nec nisi deletis tutum est rescribere ceris,
Nec teneat geminas vna tabella manus.
Femina dicatur scribentis semper amator:
Illa sit in vestris, qui fuit ille notis.
Si licet à paruis animum ad maiora referre:
Plenaque curuato pandere vela sinu:
Pertinet ad faciem rapidos compescere mores,
Candida pax homines, trux decet ira feras.
Ora tument irâ: nigrescunt sanguine venæ,
Lumina Gorgoneo sæuius angue micant.
I procul hinc, dixit, non es mihi tibia tanti,
Vt vidit vultus Pallas in amne suos.
Vos quoque si media speculum spectetis in ira,
Cognoscat faciem vix satis vlla suam.
Nec minus in vultu damnosa superbia vestro:
Comibus est oculis alliciendus amor.
Odimus immodicos (experto credite) fastus,
Sæpe iacens odij femina vultus habet.
Spectantem specta, ridenti mollia ride,
Innuet, acceptas tu quoque redde notas.
Sic vbi præluserit rudibus puer ille relictis
Spicula de pharetra promit acuta sua.
Odimus & mœstas, Tecmessam diligat Aiax.
Nos hilarem populum famina læta capit.
Nunquam ego te Andromache, nec te Tecmessa

[1] aliter, in omnibus. 2 in veteribus Andromeda fuerat Sperare reuincta. rectè vtrumque.

rogarem,
Vt mea, de vobis altera, amica feret.
Credere vix videor cum cogar credere partu,
Vos ego cum veſtris concubuiſſe viris.
Scilicet Aiaci mulier mœſtiſſima dixit,
Lux mea, quæque ſolent verba iuuare viros?
Quid vetat à magnis ad res exempla minores,
Sumere? nec nomen pertimuiſſe ducis?
Dux bonus huic centum commiſit iure regendos,
Huic equites, illi ſigna tuenda dedit.
Vos quoque de nobis, quem quiſque erit aptus in vſum,
Inſpicite, & certo ponite quemq; loco.
Munera det diues, ius qui profitebitur, adſit,
Facundus cauſam ſæpe clientis agat.
Carmina qui facimus, mittamus carmina tantum,
Nam chorus ante alios aptus amare ſumus.
Nos facimus placitæ latè præconia formæ:
Nomen habet Nemeſis, Cynthia nomen habet.
Veſper, & Eoæ nouere Lycorida terræ,
Et multi, quæ ſit noſtra Corinna, rogant.
Adde quod inſidiæ ſacris à vatibus abſunt,
Et facit ad mores ars quoque noſtra bonos.
Nec nos ambitio, nec nos amor vrget habendi,
Contempto colitur lectus, & vmbra foro.
Sed facile hæremus, validoq; perurimur æſtu,
Et nimium certa ſcimus amare fide.
Scilicet ingenium placida mollitur ab arte,
Et ſtudio mores conuenienter eunt.
Vatibus Aonijs faciles eſtote puellæ
Numen ineſt illis, Pierideſq; fauent.
Eſt deus in nobis, ſunt & commercia cæli,
Sedibus ætherijs ſpiritus ille venit.
A doctis pretium ſcelus eſt ſperare poetis.
Me miſerum, ſcelus hoc nulla puella timet.
Diſſimulate tamen, nec prima fronte rapaces
Eſte, nouus viſo caſſe reſiſtet amans.
Sed neq; rector equũ, qui nuper ſenſit habenas,
Comparibus frenis, artificemq; regit.
Nec ſtabiles animos annis, viridemq; iuuentam
Vt capias, idem limes agendus erit.
Hic rudis, & caſtris nunc primum notus amoris,
Qui tetigit thalamos præda nouella tuos,
Te ſolam norit, tibi ſemper inhæreat vni:
Cingenda eſt altis ſepibus iſta ſeges.
Effuge riualem, vinces: dum ſola tenebis,
Non bene cum ſocijs regna Venuſq; manent.
Ille vetus miles ſenſim, & ſapienter amabit,
Multaq; tyroni non patienda feret,
Nec franget poſtes, nec ſæuis ignibus vret,
Nec dominæ teneras appetet vnge genas.
Nec ſcindet tunicaſve ſuas, tunicaſve puellæ,
Nec raptus ſtendi cauſſa capillus erit.
Iſta decent pueros ætate & amore calentes:
Hic fera compoſita vulnera mente feret:
Ignibus hic lentis vretur: vt humida teda:
Vt modo montanis ſilua reciſa iugis:
Certior hic amor eſt: breuis & fecundior ille:
Quæ fugiunt, celeri carpite poma manu.
Omnia i tradantur: portas reſerabimus hoſti:
Vt ſit in infida proditione fides.
Quod datur ex facili longum male nutrit amorem,
Miſcenda eſt latis rara repulſa iocis.
Ante fores iaceant: crudelis ianua, clament:
Multaq; ſummiſſe, multa minanter agant.
Dulcia non ferimus, ſucco renouamur amaro.
Sæpe perit ventis obruta cymba ſuis.
Hoc eſt, vxores, quod non patiatur amari:
Conueniunt illas, cum voluere viri.
Claude fores: duro dicat tibi ianitor ore,
Non potes: excluſum te quoq; tanget amor.
Ponite iam gladios hebetes, pugnetur acutis:
Nec dubito telis quin petar ipſe meis.
Dum cadat in laqueos, captus quoq; nuper amator:
Solum ſe thalamos ſperet habere tuos.
Poſtmodo riualem, partitaq; fœdera lecti
Sentiat? has artes tolle: ſeneſcit amor.
Tunc bene fortis equus reſerato carcere currit:
Cum, quos prætereat, quóſve ſequatur, habet.
Quoſlibet extinctos iniuria ſuſcitat ignes,
En ego confiteor, non niſi læſus amo.
Cauſſa tamen nimium ne ſit manifeſta doloris,
Pluraq; ſollicitus, quam ſciat, eſſe putet.
Incitet & facti triſtis cuſtodia ſerui:
Et nimium duri cura moleſta viri.
Quæ venit ex tuto, minus eſt accepta voluptas,
Vt ſis liberior Thaide finge metus.
Cum melius foribus poſſis, admitte feneſtra,
Inq; tuo vultu ſigna timentis habe.
Callida proſiliat, dicatq; ancilla, perimus.
Tu iuuenem trepidum quolibet abde loco.
Sed miſcenda tamen Venus eſt ſecura timori:
Ne tanti noctes non putet eſſe tuas.
Qua vafer eludi poſſit ratione maritus,
Quaq; vigil cuſtos: prætericturus eram.
Nupta virum timeat: rata ſit cuſtodia nuptæ,
Hoc decet, hoc leges, iuſq; pudorq; iubent.
Te quoq; ſeruari, modo quã vindicta redemit
Quis ferat? vt fallas ad mea ſacra veni.
Tot licet obſeruent, adſit modo certa voluntas:
Quot fuerant Argo lumina, verba dabis.
Scilicet obſtabit cuſtos, ne ſcribere poſſis?
Sumendæ detur cum tibi tempus aquæ?
Conſcia cum poſſit ſcriptas portare tabellas?
Quas tegat in medio faſcia lata ſinu?
Cum poſſit ſolea chartas celare ligatas?
Et vincto blandas ſub pede ferre notas?
Caueri hæc cuſtos, pro charta conſcia tergum
Præbeat, inq; ſuo corpore verba ferat.
Tuta quoq; eſt: fallitq; oculos è lacte recenti
Littera: carbonis puluere tange, leges.
Fallet, & humiduli quæ fiet acumine lini,
Et feret occultas pura tabella notas:
Adſuit Acriſio ſeruandæ cura puellæ,
Hunc tamen illa ſuo crimine fecit auum.
Quid faciet cuſtos? cum ſint tot in vrbe theatra,

i In nonnull. *tradentur.*

Cum ſpectet iunctos illa libenter equos,
Cum ſedeat Phariæ ſacris operata iuuencæ,
Quoq; ſui comites ire vetantur, eat.
Cum fugit à templis oculos bona diua virorum,
Præterquam ſi quos illa venire iubet,
Cum cuſtode foris tunicam ſeruante puellæ
Celent furtiuos balnea multa iocos:
Cum, quoties opus eſt, fallax ægrotet amica:
Et celet lecto quemlibet ægra ſuo:
Nomine cum doceat quid agatur, adultera clauis?
Quaſq; petet, non det ianua ſola vias?
Fallitur & multo cuſtodis cura Lyæo:
Illa vel Hiſpano lecta ſit vua iugo.
Sunt quoq; quæ faciunt altos medicamina ſomnos:
Victaq; Lethæa lumina nocte premant.
Nec male delicijs odioſum conſcia tardis
Detinet, & longa iungitur illa mora.
Quid iuuat ambages, præceptaque parua monere?
Cum minimo cuſtos munere poſſit emi?
Munera (crede mihi) capiunt homineſq; deoſq;,
Placatur donis Iupiter ipſe datis.
Quid faciat ſapiens? ſtultus quoq; munere gaudet:
Ipſe vir accepto munere mutus erit.
Sed ſemel eſt cuſtos longum redimendus in æuum:
Sæpe dabit, dederit quas ſemel ille, manus.
Queſtus eram (memini) metuendos eſſe ſodales:
Non tangit ſolos iſta querela viros.
Credula ſi fueris, alia tua gaudia carpent:
Et lepus hic alijs exagitatus erit.
Hæc quoq;, quæ præbet lectum ſtudioſa, locumq;:
(Crede mihi) mecum non ſemel illa fuit.
Nec vimium vobis formoſa ancilla miniſtret:
Sæpe vicem dominæ præſtitit illa mihi.
Quo feror inſanus? quid aperto pectore in hoſtem
Mittor? & indicio prodor ab ipſe meo?
Non auis aucupibus monſtrat, qua parte petatur:
Non docet infeſtos currere cerua canes.
Viderit vtilitas: ego cœpta fideliter edam:
Lemniadum gladios in mea fata dabo.
Efficite, & facile eſt, vt nos credamus amari:
Prona venit cupidis in ſua vota fides.
Spectet amabilius iuuenem, & ſuſpiret ab imo
Femina tam ſero cur veniatq; roget.
Accedant lachrymæ, dolor & de pellice fictus:
Et laniet digitis illius ora ſuis.
Iamdudum perſuaſus erit: miſerebitur vltro:
Et dicet, cura carpitur ipſa mei.
Præcipue ſi cultus erit: ſpeculoq; placebit:
Poſſe tuo tangi credet amore deas.
Sed te quæcumque eſt, moderate iniuria turbet:
Nec ſis audita pellice mentis inops.
Nec cito credideris quantum cito credere lædat.
Exemplum vobis non leue Procris erit.
Eſt prope purpureos colles florentis Hymetti
Fons ſacer, & viridi ceſpite mollis humus.
Silua nemus non alta facit: tegit arbutus herbam:
Roſmarus, & laurus, nigraq; myrtus olent.
Nec denſum folijs buxum fragileſq; myrica,
Nec tenues cytiſi cultaq; pinus abeſt.
Lenibus impulſæ Zephyris, auraq; ſalubri,
Tot generũ frondes, herbaque ſumma tremit.
Grata quies Cephalo, famulis, canibuſque relictis
Laſſus in hac iuuenis ſæpe reſedit humo.
Quæq; meos releues æſtus, cantare ſolebat,
Accipienda ſinu mobilis aura veni.
Coniugis ad timidas aliquis male ſedulus aures
Auditos memori detulit ore ſonos.
Procris vt accepit nomen, quaſi pellicis, aura
Excidit, & ſubito mota dolore fuit.
Palluit vt ſeræ, lectis de vite racemis,
Palleſcunt frondes, quas noua læſit hiems.
Quæq; ſuos curuant matura cydonia ramos,
Cornaque adhuc noſtris non ſatis apta cibis,
Vtque animus redijt, tenues à pectore veſtes
Rumpit, & indignas ſauciat vngue genas.
Nec mora, per medias paſſis furibunda capillis
Euolat, vt thyrſo concita Baccha vias.
Vt prope peruentum eſt, comites in valle reliquit,
Ipſa nemus tacito clam pede fortis init.
Quid tibi mentis erat, cum ſic male ſana lateres
Procri? quis attoniti pectoris ardor erat?
Iam iam venturam, quæcumque erat aura, putabat
Scilicet atque oculis probra videnda tuis.
Nunc veniſſe piget (neque enim deprẽdere velles)
Nunc iuuat: incertus pectora verſat amor.
Credere quæ iubeant, locus eſt, & nomẽ, & index,
Et, quia mens ſemper, quod timet, eſſe putat.
Vidit vt oppreſſam veſtigia corporis herbam,
Pulſantur trepidi corde micante ſinus.
Iamque dies medius tenues contraxerat vmbras,
Inque pari ſpatio veſper & ortus erant.
Ecce redit Cephalus proles Cyllenia ſiluis,
Oraque fontana feruida ſpargit aqua.
Anxia Procri lates, ſolitas iacet ille per herbas
Et Zephyri molles, auraque (dixit) ades.
Vt patuit miſeræ iucundus nominis error,
Et mens, & rediit verus in ora color.
Surgit, & 1 oppoſitas agitato corpore frondes
Mouit, in amplexus vxor itura viri.
Ille feram ſonuiſſe ratus, iuueniliter arcum
Corripit, in dextra tela fuere manu.
Quid facis infelix? non eſt fera, ſupprime tela,
Me miſerum, iaculo fixa puella tuo eſt.
Hei mihi, conclamat: fixiſti pectus amicum,
Hic locus à Cephalo vulnera ſemper habet.
Ante diem morior, ſed nulla pellice læſa,
Hoc faciet 2 poſitam te mihi terra leuem.
Nomine ſuſpectam iam ſpiritus exit in auram,
Iam morior, chara lumina conde manu.
Dixit, & incauto paulatim pectore lapſus,
Excipitur miſeri ſpiritus ore viri.

1 L. vetus appoſitas.
c& fort. in nonnullis poſita.

Ille sinu domine morientia corpora nexto
Sustinet, & lacrymis vulnera saua lauat.
Sed repetamus iter, nudis mihi rebus agendū est,
Vt tangat portus fessa carina suos.
Scilicet expectas, vt te in conuiuia ducam:
Et quæris monitus hac quoque parte meos.
Sera veni, positaque decens incede lucerna,
Grata mora venies, maxima lena mora est.
Et si turpis eris, formosa videbere potis,
Et latebras vitiis nox dabit ipsa tuis.
Carpe cibos digitis, est quidam gestus edendi,
Ora nec immunda tota perunge manu.
Neve domi præsume dapes: sed desine citra
Quam cupias, paulo quam potes esse minus.
Priamides Helenen aliàs si spectet edentem:
Oderit: & dicet, stulta rapina mea est.
Aptius est, deceatque magis potare puellas.
Cum Veneris puero non male Bacche facis.
Hoc quoque, quàm quatiens caput est, animusque pedesque,
Constent: nec qua sint singula, bina vide.
Turpe iacens mulier multo madefacta Lyæo:
Digna est concubitus quoslibet illa pati.
Nec somno tutum est posita succumbere mensa,
Per somnos fieri multa pudenda solent.
Vlteriora pudet docuisse: sed alma Dione
Præcipuè nostrum est, quod pudet, inquit, opus.
Nota tibi sit quæque: modos à corpore certos
Sumite: non omnes vna figura decet.
Quæ facie præsignis erit, resupina iaceto.
Spectetur tergo, cui sua terga placent.
Menalion humeris Atalantæ crura ferebat:
Si bona sunt, hoc sunt aspicienda modo.
Parua vehatur equo: quod erat longissima, nunquam
Thebais Hectoreo nupta resedit equo.
Strata premat genibus paulum ceruice reflexa
Fœmina per longum conspicienda latus.
Cui femur est iuuenile, carēt quoq; cætera mēda:
Semper in obliquo fusa sit illa toro.
Nec tibi turpe puta crinem, vt Phylleia mater,
Soluere: & effusis colla reflecte comis.
Tu quoque, cui rugis vterum Lucina notauit:
Vt celer auersis vtere Parthus equis.
Mille modi Veneris simplex, minimique laboris,
Cum iacet in dextrum semisupina latus.
Sed neque Phœbei tripodes, nec corniger Hammon,
Vera magis vobis, quam mea musa canet.
Si qua fides arti quam longo fecimus vsu:
Credite præstabunt carmina nostra fidem.
Sentiat ex imis Venerem resoluta medullis
Femina: & ex æquo res iuuet ista duos.
Nec blandæ voces, iucundaque murmura cessent:
Nec taceant mediis improba verba iocis.
Tu quoque, cui Veneris sensum natura negauit:
Dulcia mendaci gaudia finge sono.
Infelix, cui torpet hebes locus ille, puella:
Quo pariter debent femina virque frui.
Tantum, cum finges, ne sis manifesta, caueto:
Effice per motum, luminaque ipsa fidem.
Quod iuuat, & voces, & anhelitus arguat oris:
Ah pudet, arcanas pars habet ista notas.
Gaudia post Veneris quæ poscit munus amantem:
Illa suas nolit pondus habere preces.
Nec lucem in thalamos totis admitte fenestris:
Aptius in vestro corpore multa latent:
Lusus habet finem, cycnis aiscedere tempus:
Duxerunt collo qui iuga nostra suo.
Vt quondam iuuenes, ita nunc mea turba puellæ
Inscribant spoliis, Naso magister erat.

1 In vet. *Stet vir, in obliq.* fort. rectius si quis carminis sensum consideret.

P. OVIDII NASONIS
DE REMEDIO AMORIS,
LIBER I.

Tegerat huius amor titulum, nomenque libelli,
Bella mihi (video) bella parantur, ait.
Parce tuum vatem sceleris damnare Cupido:
Tradita qui toties te duce signa tuli:
Non ego Tydides: à quo tua saucia mater
In liquidum rediit æthera Martis equis.
Sæpe tepent alij iuuenes, ego semper amaui:
Et si quid faciam nunc quoque quæris: amo.
Quinctiam docui, quæ posses arte parari:
Et quæ nunc ratio est, impetus ante fuit.
Nec te blande puer, nec nostras prodimus artes:
Nec noua præteritum Musa retexit opus.
Si quis amat, quod amare iuuat, feliciter ardet:
Gaudeat: & vento nauiget ille suo.
At si quis male fert indignæ regna puellæ.
Ne pereat, nostræ sentiat artis opem.
Cur aliquis laqueo collum nodatus amator,
A trabe sublimi triste pependit onus?
Cur aliquis rigido fodiat sua pectora ferro?
Inuidiam cædis pacis amator habes.
Qui, nisi desierit, misero perieturus amore est:
Desinat, & nulli funeris auctor eris.
Et puer es: nec te quicquam, nisi ludere, oportet:

Lude, decent annos mollia regna tuos.
Nam poteras vti nudis ad bella sagittis,
Sed tua mortifero vulnere tela carent.
Vitricus & gladiis, & acuta dimicet hasta,
Et victor multa cæde cruentus eat.
Tu cole maternas, tuto quibus vtimur, artes.
Et quarum vitio nulla sit orba parens.
Effice nocturna frangatur ianua rixa,
Et tegat ornatas multa corona fores.
Fac coeant furtim iuuenes, timidæq; puellæ.
Verbáque dent cauto qualibet arte viro.
Et modo blanditias, rigido modo iurgia posti
Dicat, & exclusus flebile cantet amans.
His lacrymis contentus eris sine crimine mortis,
Non tua fax auidos digna subire rogos.
Hæc ego, mouit amor gemmatas aureus alas,
Et mihi propositum perfice dixit opus.
Ad mea decepti iuuenes præcepta venite,
Quos suus ex omni parte fefellit amor.
Discite sanari, per quem didicistis amare,
Vna manus vobis vulnus, opémque feret.
Terra salutiferas herbas eadémque nocentes
Nutrit, & vrticæ proxima sæpe rosa est.
Vulnus Achilleo quæ quondam fecerat hosti,
Vulneris auxilium Pelias hasta tulit.
Sed quæcumque viris, vobis quoque dicta puellæ
Credite, diuersis partibus arma damus.
E quibus ad vestros si quid non pertinet vsus,
At tamen exemplo multa docere potest.
Vtile propositum est, sæuas extinguere flammas,
Nec seruum vitiis pectus habere tuum.
Vixisset Phyllis, si me foret vsa magistro,
Et per quod nouies, sæpius isset iter.
Nec moriens Dido summa vidisset ab arce
Dardanias vento vela dedisse rates.
Nec dolor armasset contra sua viscera matrem,
Quæ socij damno sanguinis vlta virum est.
Arte mea Tereus, quãuis Philomela placeret,
Per facinus fieri non meruisset auis.
Da mihi Pasiphaen, iam tauri ponet amorem:
Da Phædram, Phædræ turpis abibit amor.
Redde Parim nobis, Helenen Menelaus habebit,
Nec manibus Danaũ Pergama victa cadent.
Impia si nostros legisset Scylla libellos,
Hæsisset capiti purpura Nise tuo.
Me duce damnosas homines compescite curas,
Rectáque cum sociis me duce nauis eat.
Naso legendus erat, tunc cum didicistis amare,
Idem nunc vobis Naso legendus erit.
Publicus assertor vitiis suppressa leuabo
Pectora, vindictæ quisque fauete suæ.
Te precor incipiens, adsit tua laurea nobis.
Carminis, & medicæ Phœbe repertor opis.
Tu pariter vati, pariter succurre medenti,
Vtraque tutelæ subdita cura tuæ est.
Dum licet, & modici tangunt præcordia motus,
Si piget, in primo limine siste pedem.
Opprime, dum noua sunt subiti mala semina morbi,
Et tuus incipiens ire resistat equus.
Nã mora dat vires, teneras mora percoquit vuas,
Et validas segetes, quæ fuit herba, facit.
Quæ præbet latas arbor spatiantibus vmbras,
Quo posita est primum tempore, virga fuit.
Tunc poterat manibus summa tellure reuelli,
Nunc stat in immensum viribus aucta suis.
Quale sit id, quod amas, celeri circũspice mente,
Et tua læsuro subtrahe colla iugo.
Principiis obsta, sero medicina paratur,
Cum mala per longas conualuere moras.
Sed propera: nec te venturas differ in horas:
Qui non est hodie, cras minus aptus erit.
Verba dat omnis amor: reperitque alimenta morando:
Optima vindictæ proxima quæque dies.
Flumina pauca vides magnis de fontibus orta:
Plurima collectis multiplicantur aquis.
Si cito sensisses quantum peccare parares:
Non tegeres vultus cortice Myrrha tuos.
Vidi ego, quod fuerat primo sanabile vulnus:
Dilatum longæ damna tulisse moræ.
Sed: quia delectat Veneris decerpere flores:
Dicimus assiduo, Cras quoque fiet idem.
Interea tacitæ serpunt in viscera flammæ,
Et mala radices altius arbor agit.
Si tamen auxilij perierunt tempora primi:
Et vetus in capto pectore sedet amor.
Maius opus superest: sed non, quia serior ægro
Aduocor, ille mihi destituendus erit.
Qua læsus fuerat, partem Pæantius heros
Debuerat celeri præsecuisse manu.
Post tamen hic multos sanatus creditur annos,
Supremam bellis imposuisse manum.
Qui modo nascenteis properabã pellere morbos:
Admoueo tardam nunc quoque lentus opem.
Aut noua si possis sedare incendia tentes,
Aut vbi per vires procubuere suas.
Dum furor in cursu est, currenti cede furori:
Difficiles aditus impetus omnis habet.
Stultus, ab obliquo qui cum discedere possit:
Pugnat in aduersas ire natator aquas.
Impatiens animus, nec adhuc tractabilis arte
Respuit, atque odio verba monentis habet.
Aggrediar melius tum, cum sua vulnera tangi
Iam sinet: & veris vocibus aptus erit.
Quis matrem nisi mentis inops in funere nati
Flere vetet? non hoc illa monenda loco est.
Cum dederit lacrymas, animúmque expleuerit ægrum:
Ille dolor verbis emoderandus erit.
Tẽporibus medicina valet: data tempore prosunt:
Et data non apto tempore, vina nocent.
Quin etiam accendas vitia, irritésque vetando:
Temporibus si non aggrediare suis.
Ergo, vbi visus eris nostra medicabilis arte:
Fac monitis fugias otia prima meis.
Hæc, vt ames, faciunt: hæc, vt fecere tuentur:

1 Multo rect. acta. vt paulo inferius.
2 In non null. quod.

Hæc

Hæc sunt iucundi causa, cibusq; mali.
Otia si tollas, periere Cupidinis arcus,
Contemptæq; iacent, & sine luce faces.
Quam platanus riuo gaudet, quam populus vnda,
Et quam limosa canna palustris humo:
Tam Venus otia amat. finem qui quæris amoris,
Cedit amor rebus, res age, tutus eris,
Languor, & immodici sub nullo vindice somni,
Aleaque, & multo tempora quassa mero,
Eripiunt omnes animo sine vulnere vires,
Affluit incautis insidiosus amor.
Desidiam puer ille sequi solet, odit agentes,
Da vacuæ menti, quo teneatur, opus.
Sunt fora, sunt leges, sunt quos tuearis, amici,
Vade per vrbanæ splendida castra togæ.
Vel tu sanguinei iuuenilia munera Martis
Suscipe, deliciæ iam tibi terga dabunt.
Ecce fugax Parthus, magni noua causa triumphi,
Iam videt in campis Cæsaris arma suis.
Vince Cupidineas pariter, Parthasq; sagittas,
Et refer ad patrios bina trophæa deos.
Vt semel Ætola Venus est à cuspide læsa,
Mandat amatori bella gerenda suo.
Quæritur, Ægysthus quare sit factus adulter,
In promptu causa est: desidiosus erat.
Pugnabant alij tardis apud Ilion armis,
Quo tulerat vires Græcia tota suas.[1]
Siue operam bellis vellet dare, nulla gerebat,
Siue foro, vacuum litibus Argos erat,
Quod potuit, fecit, ne nil ageretur, amauit.
Sic venit ille puer, sic puer ille manet.
Rura quoque oblectant animos, studiumque colendi,
Quælibet huic curæ cedere cura potest.
Colla iube domitos oneri supponere tauros,
Sauciet vt duram vomer aduncus humum.
Obrue versata Cerealia semina terra,
Quæ tibi cum multo fenore reddat ager.
Aspice curuatos pomorum pondere ramos,
Vt sua quod peperit, vix ferat arbor onus.
Aspice labentes iucundo murmure riuos,
Aspice tondentes fertile gramen oues.
Ecce petunt rupes, præruptaq; saxa capellæ,
Iam referunt hœdis vbera plena suis.
Pastor inæquali modulatur arundine carmen,
Nec desunt comites, sedula turba, canes,
Parte sonant alia siluæ mugitibus altæ,
Et queritur vitulum mater abesse suum.
Quid cum supposito fugiunt examina fumos,
Vt releuent dempti vimina curua faui:
Poma dat autumnus: formosa est messibus æstas,
Ver præbet flores, igne leuatur hiems.
Temporibus certis maturas rusticus vuas
Colligit, & nudo sub pede musta fluunt.
Temporibus certis desectas alligat herbas,
Et tonsam raro pectine verrit humum.

[1] Magis hoc placet quam quod in veteribus, Transiuerat.

Ipse potes riguis plantas deponere in hortis:
Ipse potes riuos ducere lenis aquæ.
Venerit insitio, fac ramum ramus adoptet:
Stétque peregrinis arbor operta comis,.
Cũ semel hæc animum cœpit mulcere voluptas,
Debilibus pennis irritus exit amor.
Vel tu venandi studium cole: sæpe recessit
Turpiter à Phœbi victa sorore Venus.
Nunc leporem pronum catulo sectare sagaci:
Nunc tua frondosis retia tende iugis.
Aut pauidos terre varia formidine ceruos,
Aut cadat aduersa cuspide fossus aper.
Nocte fatigatum somnus, non cura puellæ
Excipit: & pingui membra quiete leuat.
Lenius est studium, studium tamen, alite capta,
Aut lino, aut calamis, præmia parua sequi.
Vel, quæ piscis edax auido male deuoret ore:
Abdere supremis æra recurua cibis.
Aut his, aut alius, donec dediscis amare,
Ipse tibi furtim decipiendus eris.
Tu tantum quamuis firmis retinebere vinclis:
I procul: & longas capere perge vias.
Flebis, & occurret desertæ momen amicæ,
Stabit & in media pars tibi sæpe via.
Sed quanto minus ire voles, magis ire memento,
Perfer, & inuitos currere coge pedes.
Nec pluuias opta, nec te peregrina morentur
Sabbata: nec damnis Allia nota suis.
Nec quot transieris, sed quot tibi quære supersint
Millia, nec maneas vt prope, finge moras.
Tempora nec numera, nec crebro respice Romam,
Sed fuge: tutus adhuc Parthus ab hoste fuga est.
Dura aliquis præcepta vocet mea, dura fatemur
Esse, sed vt valeas multa dolenda feres.
Sæpe bibi succos, quamuis inuitus, amaros
Æger, & oranti mensa negata mihi est.
Vt corpus redimas, ferrum patiaris, & ignes,
Arida nec sitiens ora lauabis aqua.
Vt valeas animo, quicquam tolerare negabis?
At pretium pars hæc corpore maius habet.
Sed tamen est artis tristissima ianua nostræ:
Et labor est vnus tempora prima pati.
Aspicis vt prensos vrant iuga prima iuuencos?
Et noua velocem cingula lædat equum?
Forsitan à laribus patriis exire pigebit,
Sed tamen exibis, deinde redire voles.
Nec te Lar patrius, sed amor reuocabit amicæ,
Prætendens culpæ splendida verba tuæ.
Cum semel exieris, centum solatia curæ
Et rus, & comites, & via longa dabunt.
Nec satis esse putes discedere, lentus abesto,
Dum perdat vires, sitq; sine igne cinis.
Quod nisi firmata properaris mente reuerti,
Inferet arma tibi sæua rebellis amor.
Quidquid eras fueris, sitiens, auiduſq; redibis,
Et spatium damno cesserit omne tuo.
Viderit Hæmoniæ si quis mala pabula terræ,

Et magicas artes posse iuuare putat.
Ista veneficij vetus est via, noster Apollo
Innocuam sacro carmine monstrat opem.
Me duce nō tumulo prodire iubebitur vmbras,
Non anus infami carmine rumpet humum.
Non seges ex aliis altos transibit in agros,
Nec subito Phœbi pallidus orbis erit.
Vt solet, aquoreas ibit Tiberinus in vndas,
Vt solet, in niueis Luna vehetur equis.
Nulla recantatas deponent pectora curas,
Nec fugiet viuo sulfure victus amor.
Quid te Thessalicæ iuuerunt gramina terræ:
Cum cuperes patria Colchi manere domo?
Quid tibi profuerint Circe Perseides herbæ:
Cum tibi Neritias abstulit hora rates?
Omnia feci sti, ne callidus hospes abiret:
Ille dedit certæ lintea plena fugæ.
Omnia feci sti ne te ferus vreret ignis:
Longus & inuito pectore sedit amor.
Vertere quæ poteras homines in mille figuras:
Non poteras animi vertere iura tui.
Diceris his etiam, cum iam discedere vellet:
Dulichium verbis detinuisse ducem.
Non ego, quod primo (memini) sperare solebam:
Iam precor, vt coniux tu meus esse velis.
Et tamen, vt coniux essem tua, digna videbar:
Quod dea, quod magni filia Solis eram.
Ne properes oro: spatium pro munere posco,
Quid minus optari per mea vota potest?
Et freta mota vides: & debes illa timere:
Vtilior velis postmodo ventus erit.
Quæ tibi causa fugæ? nō hic nouæ Troia resurgit,
Non aliquis socios rursus ad arma vocat.
Hic amor, hic pax est, in qua male vulneror vna:
Totaq; sub regno terra futura tuo est.
Illa loquebatur: nauem soluebat Vlysses:
Irrita cum velis verba tulere Noti.
Ardet, & assuetas Circe decurrit ad artes:
Nec tamen est illis attenuatus amor.
Ergo quisquis opem nostra tibi poscis ab arte,
Deme venefciis, carminibusque fidem.
Si te causa potens dominæ retinebit in vrbe:
Accipe consilium quod sit in vrbe meum.
Optimus ille fuit vindex, læsentia pectus
Vincula qui rupit: dedoluitque semel.
Sed, cui tantum animi est? illū mirabor & ipse:
Et dicam, monitis non eget iste meis.
Tu mihi, qui quod amas ægre dediscis amare:
Nec potes, & velles posse: docendus eris.
Sæpe refer tecum scelerata facta puellæ:
Et pone ante oculos omnia damna tuos.
Illud & illud habet: nec ea contenta rapina est:
Sub titulum nostros misit auara lares.
Sic mihi iurauit: sic me iurata fefellit:
Ante suas quoties passa iacere fores.
Diligit ipsa alios, à me fastidit amari:
Institor heu noctes quas mihi non dat habet:
Hæc tibi per totos marcescant omnia sensus:

a fort. rect. in quib. *videbitur.*

Hæc refer: hinc odij semina quære tui.
Atque vtinam posses etiam facundus in illis
Esse, dole tantum, sponte disertus eris.
Hæserat in quadam nuper mea cura puella:
Conueniens animo non erat illa meo.
Curabor propriis æger Podalirius herbis:
Et (fateor) medicus turpiter æger eram.
Profuit assidue vitiis insistere amicæ:
Idque mihi factum sæpe salubre fuit.
Quam mala dicebam nostræ sunt crura puellæ:
Nec tamen, vt verum confiteamur, erant.
Brachia quam non sunt nostræ formosa puellæ:
Nec tamen, vt verum confiteamur, erant.
Quam breuis est: & erat quam multum poscit amantem:
Hinc odio venit maxima causa meo.
Et mala sunt vicina bonis: errore sub illo
Pro vitio virtus crimina sæpe tulit.
Quam potes in peius dotes deflecte puellæ:
Iudiciumque breui limite falle tuum.
Turgida si plena est si fusca est, nigra vocetur,
In gracili, macies crimen habere potest.
Et poterit dici petulans, quæ rustica non est:
Et poterit dici rustica, siqua proba est.
Quin etiam quacumque caret tua dote puella:
Hanc moueat, blandis vsque precare sonis.
Exige quod cantet, siqua est sine voce puella:
Fac saltet, nescit siqua mouere pedem.
Barbara sermone est: fac tecum multa loquatur.
Non didicit chordas tangere: posce lyram.
Durius incedit: face vt ambulet, omne papillæ
Pectus habent vitium: fascia nulla tegat.
Si male dentata est, narra quod rideat illa:
Mollibus est oculis: quod fleat illa, refer.
Proderit & subito, cum se non finxerit vlli,
Ad dominam celeres mane tulisse gradus.
Auferimur cultu, gemmis, auroque teguntur
Omnia, pars minima est ipsa puella sui.
Sæpe, vbi sit, quod ames, inter tam multa requiras:
Decipit, hac oculos ægide dines amor.
Improuisus ades, deprendes tutus inermem,
Infelix vitiis excidit ipsa suis.
Non tamen huic nimium præcepto credere tutum est,
Fallit enim multos forma sine arte decens.
Tū quoque compositis sua cum linit ora venenis,
Ad dominæ vultus, nec pudor obstet, eas.
Pyxidas inuenies, & rerum mille colores,
Et fluere in tepidos œsypa lapsa sinus.
Illa tuas redolent Phineus medicamina mensas.
Non semel hinc stomacho nauſea facta meo.
Nunc tibi, qua medio Veneris præstemus in vsu,
Eloquar, ex omni est parte fugandus amor.
Multa quidē ex illis pudor est mihi dicere, sed tu
Ingenio verbis concipe plura meis.
Nuper enim nostros quidam carpsere libellos,
Quorum censura musa proterua mea est.

a In quib. *crimina.*

Dummo-

Dummodo sic placeam, dum toto canter in orbe,
Quam volet, impugnet vnus & alter opus.
Ingenium magni liuor detrectat Homeri,
Quisquis es ex illo Zoile nomen habes.
Et tua sacrilegæ laniarunt carmina linguæ,
Pertulit huc victos quo duce Troia deos.
Summa petit liuor, perflant altissima venti.
Summa petunt dextra fulmina missa Iouis.
At tu quicumque es, quem nostra licentia lædit,
Si sapis, ad numeros exige quæq; suos.
Fortia Mæonio gaudent pede bella referri,
Delicijs illic quis locus esse potest?
Grande sonant tragici: tragicos decet ira cothurnos,
Versibus è medijs soccus habendus erit.
Liber in aduersos hostes stringatur iambus:
Seu celer, extremum seu trahat ille pedem.
Blanda pharetratos elegeia cantet amores.
Et leuis arbitrio ludat amica suo.
Callimachi numeris non est dicendus Achilles.
Cydippe non est oris Homere tui.
Quis feret Andromaches peragentem Thaida partes?
Peccat, in Andromache Thaida quisquis agat.
Thais in arte mea est: lasciuia libera nostra est:
Nil mihi cum vitta est: Thais in arte mea est.
Si mea materia respondet musa iocosæ:
Vincimus: & falsi criminis acta rea est.
Rumpere liuor edax, magnum iam nomen habemus:
Maius erit, tantum quo pede cœpit, eat.
Sed nimium properas: viuam modo, plura dolebis:
Et capient anni carmina multa mei.
Nã iuuat, & studium famæ mihi crescit honore:
Principio cliui noster anhelat equus.
Tantum se nobis elegi debere fatentur:
Quantum Virgilio nobile debet opus.

PVBLII OVIDII NASONIS
DE REMEDIO AMORIS,
LIBER II.

ACTENVS inuidiæ respondimus: attrahe lora
Fortius, & gyro curre poeta tuo.
Ergo vbi concubitus, & opus iuuenile petetur:
Et prope promissa tempora noctis erunt:
Gaudia ne domina, pleno si corpore sumes,
Te capiant: ineas quamlibet ante velim.
Quãlibet inuenias: in qua tua prima voluptas
Desinat: à prima proxima segnis erit.
Sustentata Venus gratissima, frigore soles,
Sole iuuant vmbræ: grata sit vnda siti:
Et pudet, & dicã, Veneris quoque iunge figuram,
Qua minime iungi quamque decere putes.
Nec labor efficere est: raro tibi vera fatentur.
Et nihil est, quod se dedecuisse putent.
Tunc etiam iubeo totas aperire fenestras:
Turpiaq; admisso membra notare die.
At, simul ad metas venit finita voluptas:
Lassaq; cum tota corpora mente iacent.
Dum piget: & nullam malles tetigisse puellam:
Taciturusq; tibi non videare diu:
Tunc animo signa, quæcumque in corpore menda est:
Luminaq; in vitiis illius vsque tene.
Forsitan hæc aliquis (nam sunt quoque) parua vocabit:
Sed, quæ non prosunt singula, multa iuuant.
Parua necat morsu spatiosum vipera taurum:
A cane non magno sæpe tenetur aper.
Tu tantum numero pugna: præceptaq; in vnum
Contrahe: de multis grandis acerua erit.
Sed quoniam totidem mores, totidemq; figuræ:
Non sunt iudiciis omnia danda meis.
Quo tua non possunt offendi pectora facto,
Forsitan hoc alio iudice crimen erit.
Ille, quod obscœnas in aperto corpore partes
Viderat, in cursu qui fuit, hæsit amor.
Ille quod à Veneris rebus surgente puella
Vidit in immundo signa pudenda toro.
Luditis ô siquos potuerunt ista mouere:
Afflarant tepidæ pectora vestra faces.
Attrahat ille puer contentos fortius arcus,
Saucia maiorem turba petetis opem.
Quid qui clam latuit reddente obscœna puella?
Et vidit, quæ mos ipse videre vetat?
Di melius, quã nos moneamus talia quem quã,
Vt prosint, non sunt expedienda tamen.
Hortor &, vt pariter binas habeatis amicas,
Fortior est, plures siquis habere potest.
Secta bipartito cum mens discurrit vtroque,
Alterius vires subtrahit alter amor.
Grandia per multos tenuantur flumina riuos,
Sectaq; subducto stipite flamma perit.
Non satis vna tenet ceratas anchora puppes,
Nec satis est liquidis vnicus hamus aquis.
Qui sibi iam pridem solatia bina parauit,
Iampridem summa victor in arce fuit.
At tibi, qui fueras domina male creditus vni,
Nunc saltem nouus est inueniendus amor.
Pasiphaes Minos in Prognide perdidit ignes,
Cessit ab Idæa coniuge victa prior.
Amphilochi frater ne Phagida semper amaret,
Callirhoe fecit parte recepta tori.

1 fort. rectius, *At trahat.*

Et Paris Oenonen summos tenuisset in annos,
Si non Oebalia pellice læsa foret.
Coniugis Odrysio placuisset forma tyranno,
Sed melior clarisæ forma sororis erat.
Quid morer exemplis, quorum me turba fatigat?
Successore nouo vincitur omnis amor.
Parcius è multis mater desiderat vnum:
Quam, quæ flens clamat, tu mihi solus eras.
Et, ne fortè putes noua me tibi condere iura,
(Atque vtinam inuenti gloria nostra foret)
Vidit id Atrides (quid enim non ille videret)
Cuius in arbitrio Græcia tota fuit?
Marte sua captam Chryseida victor amabat:
At senior stultè flebat vbique parens.
Quid lacrymas odiose senex? bene contigit illi:
Officio natam lædis inepte tuo.
Quam postquam reddi Calchas ope tutus Achillis
Iusserat, & patria est illa recepta domo:
Atrides, ait, est illius proxima forma:
Et, si prima sinat littera, nomen idem.
Hanc mihi, si sapiat, per se concedat Achilles:
Sin minus, imperium sentiet ille meum.
Quòd si quis vestrum factũ hoc accusat Achiui:
Est aliquid valida sceptra tenere manu.
Nam, si rex ego sum, nec mecum dormiat illa
In mea Thersites regna licebit eat.
Dixit: & hanc habuit solatia magna prioris,
Et prior est cura cura repulsa mea.
Ergo assume nouas auctore Agamemnone flammas,
Vt tuus in biuio detineatur amor.
Quæris vbi inuenias: artes tu perlege nostras:
Plena puellarum iam tibi nauis erit.
Quòd, si quid præcepta valẽt mea, si quid Apollo
Vtile mortales edocet ore meo:
Quamuis infœlix media torreberis Ætna:
Frigidior domina fac videare tua.
Et sanum simula: nec, si quid fortè dolebis,
Sentiat: & ride, cùm tibi flendus eris.
Non ego te iubeo medias abrumpere flammas:
Non sunt imperij tam fera iussa mei.
Quod non est, simula: positosq; imitare furores,
Sic facies verè, quod meditatus eris.
Sæpe ego ne biberem, volui dormire videri:
Dum videor, somno lumina victa dedi.
Deceptum risi, qui se simularat amare,
In laqueos auceps deciderat q; suos.
Intrat amor mentes vsu: dediscitur vsu:
Qui poterit sanum fingere, sanus erit.
Dixerit, vt venias pacta tibi nocte: venito:
Veneris: & fuerit ianua clausa, feres.
Nec dic blanditias, nec dic conuicia posti,
Nec latus in duro limine pone tuum.
Postera lux aderit: careant tua verba querelis:
Et nulla in vultu signa dolentis habe.
Iam ponet fastus, cùm te languere videbit:
Hoc etiam nostra munus ab arte feres.
Te quoque fallet amor dum sit tibi finis amandi:
Proposítis frænis sæpe repugnat equus:
Vtilitas lateat: quod non profitebere fiet;
Quæ nimis apparent retia, vitat auis.
Nec tibi tam placeat, vt te contemnere possit:
Sume animos: animis cedat vt illa tuis.
Ianua fortè patet: quamuis reuocabere, transi:
Est data nox: dubita nocte venire data.
Posse pati facile est: tibi ni patientia desit:
Protinus ex facili gaudia ferre licet.
Et quisquam præcepta potest mea dura vocare?
En etiam partes conciliantis ago.
Nam, quoniã variant animi, variabimus artes,
Mille mali species: mille salutis erunt.
Corpora vix ferro quædam sanantur acuto:
Auxilium multis succus, & herba fuit.
Mollior es, nec abire potes, vinctusq; teneris,
Et tua sæuus amor sub pede colla premit.
Desine luctari: referent tua carbasa venti,
Quaq; vocant fluctus, hac tibi remus eat.
Explenda est sitis ista tibi, qua perditus ardes:
Cedimus, è medio iam licet amne bibas.
Sed bibe plus etiã, quàm quod præcordia poscũt:
Gutture fac pleno sumpta redundet aqua.
Vtere & vsque tua nullo prohibente puella:
Illa tibi noctes auferat: illa dies.
Tædia quare mali: faciunt & tædia finem:
Iam quoque, cùm credes posse carere, mane.
Dum bene te cumules, & copia tollat amorem,
Et fastidita non libet esse domo.
Fit quoque longus amor, quem diffidẽtia nutrit:
Hunc si tu quæris ponere, pone metum.
Qui timet, vt sua sit nequis sibi subtrahat illam,
Ille Machaonia vix ope sanus erit.
Plus amat è natis mater plerumque duobus.
Pro cuius reditu, quòd gerit arma, timet.
Est prope Collinam templum venerabile portam:
Imposuit templo nomina celsus Eryx.
Est illic Lethæus amor qui pectora sanat,
Inq; suas gelidam lampadas addit aquam.
Illic & iuuenes votis obliuia poscunt,
Et si qua est duro capta puella viro.
Hic mihi sic dixit, dubito, verúsne Cupido,
An somnus fuerit, sed puto somnus erat.
O, qui sollicitos modò das, modò demis amores,
Adijce præceptis hæc quoque Naso tuis.
Ad mala quisque animum referat sua, ponet amorem,
Omnibus illa deus plúsve minúsve dedit.
Qui Puteal, Ianumq; timet, celeresq; Calendas,
Torqueat hunc æris mutua summa sui.
Cui durus pater est, vt voto cætera cedant,
Huic pater ante oculos durus habendus erit.
Hic malè dotata pauper cum coniuge viuit,
Vxorem fato credat [1] obesse suo.
Est tibi rure bono generosæ fertilis vuæ
Vinea, ne nascens vsta sit vua time.
Ille habet in reditu nauem, mare semper iniquũ
Cogitet, & damno littora sæua suo.
Filius hunc miles, hunc filia nubilis angat,

1 al. In veter. adesse.

Et

Et quis non causas mille doloris habet?
Vt posses odisse tuam Pari funera fratrum
Debueras oculis sustinuisse tuis.
Plura loquebatur placidum puerilis imago:
Destituit [1] somnus: si modò somnus erat.
Quid faciam? media nauë Palinurus in vnda
Deserit, ignotas cogor inire vias.
Quisquis amas loca sola nocent, loca sola caueto:
Quò fugis? in populo tutior esse potes:
Nam tibi secretos augent secreta furores:
Est opus auxilio: turba futura tibi est.
Tristis eris si solus eris, dominæq; relictæ
Ante oculos facies stabit vt ipsa tuos.
Tristior idcirco nox est, quàm tempora Phœbi:
Quæ releuet luctus turba sodalis abest.
Nec fuge colloquium, nec sit tua ianua clausa,
Nec tenebris luctus flebilis adde tuos.
Semper habe Pyladen aliquem, qui curet Orestem:
Hic quoque amicitiæ nõ leuis vsus erit.
Quid nisi secretæ laserunt Phyllida sylvæ?
Certa necis causa est, incomitata fuit.
Ibat, vt [2] Ædonio referens trieterica Baccho
Ire solet fusis barbara turba comis.
Et modò, qua poterat, latum spectabat in æquor,
Nunc in arenosa lassa iacebat humo.
Perside Demophoõ surdas clamabat ad vndas,
Ruptáque singultu verba loquentis erant.
Limes erat tenuis, longa subnubilus vmbra,
Qua tulit ipsa suos ad mare sæpe pedes.
Noua terebatur miseræ via: viderit, inquit:
Et spectat zonam pallida facta suam.
Aspicit & ramos, dubitat, refugitq;, quod audet:
Et timet & digitos ad sua colla refert.
Sithoni tunc certè vellem ne sola fuisses,
Non fleret positis Phyllida sylua comis.
Phyllidis exemplo nimium secreta cauete
Læse vir à domina, læsa puella viro.
Præstiterat iuuenis quidquid mea musa iubebat,
Inq; suæ portu panè salutis erat:
Decidit, vt cupidos inter deuenit amantes,
Et, qua deciderant tela, resumpsit amor.
Si quis amas, nec vis: facito contagia vites:
Hæc etiam pecori sæpe nocere solent.
Dum spectant læsos oculi, læduntur & ipsi,
Multaq; corporibus transitione nocent.
In loca nonnunquam siccis arentia glebis,
De prope currenti flumine manat aqua.
Manat amor tectus, si non ab amante recedas,
Turbáque in hoc omnes ingeniosa sumus.
Alter item iam sanus erat: vicinia læsit:
Occursum dominæ non tulit ille suæ.
Vulnus in antiquũ rediit malè firma cicatrix,
Successumq; artes non habuere meæ:
Proximus à tectis ignis defenditur ægrè:
Vtile finitimis abstinuisse locis.

1 In nonnullis *somnum*, vt sit, placidum somnum.
2 Fortè rect. in nonnullis, *Ænia*.

Nec, quæ ferre solet spatiantem porticus illam,
Te ferat: officium néve colatur idem.
Quid iuuat admonitu tepidam recalescere mentem?
Alter, si possis, orbis habendus erit.
Non facilè esuriens posita retinebere mensa,
Et multum saliens incitat vnda sitim.
Non facile est taurum visa retinere iuuenca:
Fortis equus visæ semper adhinnit equæ.
Hæc vbi præstiteris, vt tandem littora tangas,
Non ipsam satis est deseruisse tibi.
Et soror, & mater valeant, & conscia nutrix,
Et quisquis dominæ pars erit vlla tuæ.
Nec veniat seruus, nec flens ancillula fictum
Suppliciter dominæ nomine dicat aue.
Nec si scire voles, quid agat tamen illa rogabis:
Perfer: erit lucro lingua retenta tuo.
Tu quoque, qui causam finito reddis amori,
Déque tua domina multa querenda refers:
Parce queri, melius sic te vlciscere tacendo:
Vt desiderijs effluat illa tuis.
Et malim taceas, quàm te desisse loquaris:
Qui nimium multis non amo dicit, amat.
Sed meliore fide paulatim extinguitur ignis,
Quàm subitò: lentè desine, tutus eris.
Flumine perpetuo torrens solet altiùs ire:
Sed tamen hæc breuis est, illa perennis aqua.
Fallat, & in tenues euanidus exeat auras,
Pérque gradus molles emoriatur amor.
Sed modò dilectam scelus est odisse puellam:
Exitus ingeniis conuenit iste feris.
Nec curandus adest, odio qui finit amorem:
Aut amat, aut ægrè desinit esse miser.
Turpe vir & mulier tũcti modò, protinus hostes,
Non illas lites Appias ipsa probat.
Sæpe reas faciunt, & amant. vbi nulla simultas
Incidit, admonitu liber oberrat amor.
[1] Fortè aderat iuuenis, dominã lectica tenebat:
Horrebant sæuis omnia verba minis.
Iámque vadaturus lectica prodeat (inquit)
Prodierat: visa coniuge mutus erat.
Et manus, & manibus duplices cecidere tabellæ:
Venit in amplexus, atque ita, vincit, ait.
Tutius est, aptumq; magis, discedere pace,
Quàm petere à thalamis litigiosa fora.
Munera quæ dederas habeat sine lite iubeto.
Esse solent magno damna minora bono.
Quòd si vos aliquis casus conducat in vnum,
Mente memor tota, quæ damus arma tene.
Hic opus est armis, hic ô fortissime pugna:
Vincenda est telo Pentheſilea tuo.
Nunc tibi riualis, nunc durum limen amicæ,
Nunc subeant mediis irrita verba deis.
Nec compone comas, [2] cùm sis venturus ad illã,
Nec toga sit laxo conspicienda sinu.
Nulla sit, vt placeas alienæ cura puellæ:
Iam face, vt è multis vna sit illa tibi.
Sed quid præcipuè vestris conatibus obstet,

1 In veterib. *Fortè aderant iuuenes.*
2 In nonnull. *qua sit.*

Eloquor exemplo quemque docente suo.
Desinimus tardè: quia nos speramus amari:
Dum sibi quisque placet, credula turba sumus.
At tu nec voces (quid enim fallacius illis)
Crede, nec æternos pondus habere deos.
Néve puellarum lacrymis moueare caueto,
Vt flerent oculos erudiere suos.
Artibus innumeris mens oppugnatur amantum:
Vt lapis æquoreis undique pulsus aquis.
Nec causas aperi, quare diuortia malis:
Nec dic quid doleas: clàm tamen vsque dole.
Nec peccata refer, ne diluat: ipse cauebis
Vt melior caussa, caussa sit illa, tua.
Qui silet, est firmus, qui dicit multa puellæ
Probra, satisfieri postulat ille sibi.
Non ego Dulichias furiali more sagittas,
Nec raptas ausim tinguere in amne faces:
Nec nos purpureas pueri resecabimus alas:
Nec sacer arte mea laxior arcus erit.
Consilium est, quodcunque cano: parete canenti:
Vtque facis, cœptis Phœbe saluber ades.
Phœbus adest, sonuere lyræ, sonuere pharetræ,
Signa deum nosco per sua, Phœbus adest.
Confer Amyclais medicatum vellus ahenis
Murice cum Tyrio: turpius illud erit.
Vos quoque formosis vestras conferte puellas,
Incipiet dominæ quemque pudere suæ.
Vtraque formosæ Paridi potuere videri,
Sed sibi collatam vincit vtramque Venus.
Nec solam faciem, mores quoque confer, & artes:
Tantùm iudicio ne tuus obsit amor.
Exiguum est, quod deinde canam, sed profuit illud
Exiguum multis, in quibus ipse fui.
Scripta caue relegas blandæ seruata puellæ,
Constantes animos scripta relecta mouent.
Omnia pone feros (quamuis inuitus) in ignes,
Et dic, ardoris sit rogus iste mei.
Thestias absentem succendit stipite natum:
Tu timide flammis perfida verba dabis?
Si potes & ceras remoue: quid imagine muta
Carperis? hoc periit Laodameia modo.
Et loca sæpe nocent, fugito loca conscia vestri,
Concubitus, causas illa doloris habent.
Hic fuit, hic cubuit: thalamo dormiuimus illo,
Hic mihi lasciua gaudia nocte dedit.
Admonitu recreatur amor, vulnúsque nouatum
Scinditur, infirmis culpa pusilla nocet.
Vt penè extinctum cinerem si sulphure tangas,
Viuet, & ex minimo maximus ignis erit.
Sic, nisi vitaris quicquid reuocabit amorem,
Flamma retardescet, quæ modò nulla fuit.
Argolica cuperent fugisse Capharea puppes,
Téque senex luctus ignibus vlte tuos.
Præterita cautus Ipheide nauita gaudet:
Tu loca, quæ nimium grata fuere, caue.
Hæc tibi sint Syrtes, hæc Acroceraunia vita,
Hic vomit epotas dira Charybdis aquas.
Sunt quæ non possunt aliquo cogente iuberi,
Sæpe tamen casu facta iuuare solent.
Perdat opes Phædra, parces Neptune nepoti,
Nec faciet pauidos taurus auitus equos.
Gnosida feciſſes inopem, sapienter amasset,
Diuitiis alitur luxuriosus amor.
Cur nemo est Hecalen, nulla est, quæ ceperit Irum?
Nempe quod alter egens, altera pauper erat.
Non habet vnde suum paupertas pascat amorem.
Non tamen hoc tanti est, pauper vt esse velis.
At tanti tibi sit non indulgere theatris,
Dum bene de vacuo pectore cedat amor.
Eneruant animos citharæ, cantúsque, lyræq;:
Et vox, & numeris brachia mota suis.
Illic assiduè ficti saltantur amantes.
Quid caueas actor, quid iuuet, arte docet.
Eloquar inuitus, teneros ne tange poetas:
Summoueo dotes impius esse meas.
Callimachum fugito, non est inimicus amoris:
Et cum Callimacho tu quoque Coe noces.
Me certè Sappho meliorem fecit amicæ:
Nec rigidos mores Teïa Musa dedit.
Carmina quis potuit tutò legisse Tibulli?
Vel tua, cuius opus Cynthia sola fuit?
Quis potuit lecto durus discedere Gallo?
Et mea nescio quid carmina tale sonant.
Quod, nisi dux operis vatem frustratur Apollo.
Æmulus est nostri maxima caussa mali.
At tu riualem noli tibi fingere quenquam:
Inq; suo solam crede iacere toro.
Acrius Hermionen ideò dilexit Oreſtes:
Esse quod alterius cœperat illa viri.
Quid Menelae doles? ibas sine coniuge Creten:
Et poteras nupta [1] lætus abesse tua.
Vt Paris hanc rapuit: tum demum vxore carere
Non potes: alterius creuit amore tuus.
Hoc & in abducta Briseide flebat Achilles,
Illam Phlistenio gaudia ferre viro.
Nec frustra flebat: fecit (mihi credite) Atrides:
Quod si non faceret, turpiter esset iners.
Certè ego feciſſem, nec sum sapientior illo:
Inuidiæ fructus maximus ille fuit.
Nam, sibi quod nunquam tactam Briseida iurat:
Per sceptrum, sceptrum non putat esse deos.
Di faciant, possis dominæ transire relictæ
Limina: proposito sufficiántque pedes.
Et poteris: modò velle tene: nunc fortiter ire,
Nunc opus est celeri subdere calcar equo.
Illo Lotophagos, illo Seirenas in antro
Esse puta: remis adiice vela tuis.
Hunc quoque, quo quondam nimium riuale dolebas:
Vellem desineres hostis habere loco.
Aut certè quamuis odio remanente salutæ:

[1] vet. lect. melior, lætus.

Oscula

Oscula cùm poteris iam dare, sanus eris.
Ecce cibos etiam, medicinæ fungar vt omni
Munere, quos fugias, quosve sequare dabo:
Daunius an Libycis bulbus tibi missus ab oris,
An veniat Megaris, noxius omnis erit.
Nec minus erucas aptum est vitare salaces:
Et quicquid Veneri corpora nostra parat.
Vtilius sumas acuentes lumina rutas:
Et quicquid Veneri corpora nostra negat.
Quid tibi præcipiam de Bacchi munere, quæris?
Spe breuius monitus experiere meos.
Vina parant animos Veneri nisi plurima sumas:
Vt stupeant multo corda sepulta mero.
Nutritur vento, vento restinguitur ignis:
Lenis alit flammas: grandior aura necat.
Aut nulla ebrietas, aut tanta sit, vt tibi curas
Eripiat: si qua est inter vtrumq; nocet.
Hoc opus exegi, fessæ date serta carinæ:
Contigimus portum, quo mihi cursus erat.
Postmodo reddatis sacro pia vota poetæ
Carmine sanati fœmina, virq; meo.

PVBLII OVIDII NASONIS,

FRAGMENTA DE MEDICAMINE FACIEI.

DICITE quo faciem commendet cura puellæ:
Et quo sit vobis [1] *cura tuenda modo.*
Cultus humum quondam Cerealia pendere iussit
Munera: mordaces interiere rubi:
Cultus & in pomis succos emendat acerbos,
Fissaq; adoptiuas accipit arbor opes.
Culta placent: auro sublimia tecta linuntur:
Nigra sub imposito marmore terra latet.
Vellera sæpe eadem Tyrio medicantur aheno:
Sectile deliciis India præbet ebur.
Forsitan antiquæ Tatio sub rege Sabinæ
Maluerint, quam se, rura paterna coli.
Cùm matrona premens altum rubicunda sedile
Assiduo durum pollice nebat opus.
Ipsaq; claudebat, quos filia pauerat agnos:
Ipsa dabat virgas, cæsaq; ligna foco.
At vestræ teneras matres peperere puellas,
Vultis inaurata corpora veste tegi:
Vultis odoratos positu variare capillos:
Conspicuam gemmis vultis habere manum:
Induitis collo lapides oriente petitos:
Et quantos onus est aure tulisse duos.
Nec tamen indignum, si vobis cura placendi:
Cùm comptos habeant secula nostra viros.
Feminea vestri potiuntur lege mariti:
Et vix ad cultus nupta quod addat, habet.
Per se quæq; paret, & quos venetur amores,
Reffert. munditia crimina nulla meret.
Rure latent, finguntq; comas, licet arduus illas
Celet Athos: cultas altus habebit Athos.
Est etiam placuisse sibi quæcunque voluptas:
Virginibus cordi gratáq; forma sua est.
Laudatas homini volucris Iunonia pennas
Explicat: & forma muta superbit auis.
Sic potius nos tanget amor, quã fortibus herbis:
Quas maga terribili subsecat arte manus.
Nec vos graminibus, nec misto credite succo:
Nec tentate nocens virus amantis equæ.
Nec mediæ Marsis finduntur cantibus angues:
Nec redit in fontes vnda supina suos.
Et quamuis aliquis Temesæa remouerit æra:
Nunquam Luna suis excutietur equis.
Prima sit in vobis morum tutela: puellæ
Ingenio facilè conciliante placent.
Certus amor morũ est, formã populabitur ætas:
Et placitus rugis vultus aratus erit.
Tempus erit, quo vos speculum vidisse pigebit:
Et veniet rugis altera caussa dolor.
Sufficit, & longum probitas perdurat in æuum:
Perq; suos annos hinc bene pendet amor.
Dic age, cùm teneros somnus demiserit artus:
Candida quo possint ora nitere modo.
Ordea, quæ Libyci ratibus misere coloni:
Exue de palea, tegminibusq; suis.
Par erui mensura decem madefiat ab ouis:
Sed cumulent libras ordea nuda duas.
Hæc vbi ventosas fuerint siccata per auras:
Lenta iube scabra frangat asella mola.
Et quæ prima cadent viuaci cernua ceruo
Contere: in hæc solida sexta face assis eat.
[1] *Namq; vbi puluereæ fuerint confusa farinæ:*
Protinus in mundis omnia cerne cauis.
Adijce Narcissi bis sex sine cortice bulbos:
Strenua quos puro marmore dextra terat.
Sextantemq; trahat gummi cum semine Tusco:
Huc nouies tanto plus tibi mellis eat.
Quæcumque afficiet tali medicamine vultum:
Fulgebit speculo leuior illa suo.
Nec tu pallentes dubita nudare lupinos:
Et simul instantis corpora finge seræ.
Vtraq; sex habeant æquo discrimine libras:
Vtraque da nigris comminuenda molis.
Nec cerussa tibi, nec nitri spuma rubentis
Desit, & Illyrica quæ venit iris humo.
Da validis iuuenum pariter subigenda lacertis:
Sed iustum tritis vncia pondus erit.
Addita de querulo volucrum medicamina nido:

[a] In nonnull. *formæ.*

[1] Fort. rectè, in nonnullis *Iámque.*

Ore fugant maculas: Halcyonea vocant.
Pondere si quæris quo sim contentus in illis:
Quod trahit in partes vncia sexta duas.
Vt coëant, apteq; lini per corpora possint,
Adijce de flauis Attica mella fauis.
Quamuis thura deos, irataq; numina placent:
Non tamen accensis omnia danda focis.
Thus vbi miscueris radenti corpora nitro:
Ponderibus iustis fac sit vtrumque trahens.
Parte minus quarta direptum cortice gummi,
Et modicum è myrrhis pinguibus adde cibum.
Hæc vbi contrieris, per densa foramina cerne:
Puluis ab infuso melle premendus erit.
Profuit & marathos bene olentibus addere myrrhis,
Quinque parent marathi scrupula: myrrha nouem.
Arentisq; rosæ quantum manus vna prehendat:
Cumq; amoniaco mascula thura sale.
Ordea quem faciunt illis infunde cremorem.
Æquent expensas cum sale thura rosas.
Tempore sit paruo mulier licet illita vultum:
Hærebit toto nullus in ore color.
Vidi quæ gelida madefacta papauera lympha
Contereret: teneris illineretq; genis.

NVX.

NVx ego iuncta viæ, cùm sim sine crimine vitæ.
A populo saxis prætereunte petor.
Obruere ista solet manifestos pœna nocentes,
Publica cùm lentam non capit ira moram.
Nil ego peccaui: nisi si peccare videtur
Annua cultori poma referre suo.
At prius arboribus, tunc cùm meliora fuerunt
Tempora: certamen fertilitatis erat.
Tunc domini memores sertis ornare solebant
Agricolæ fructu proueniente deos.
Sæpe tuas igitur Liber miratus es vuas:
Mirata est oleas sæpe Minerua suas.
Pomaq; læsissent matrem, nisi subdita ramo
Longa laboranti furca tulisset opem.
Quinetiam exemplo pariebat fœmina nostro,
Nullaq; non illo tempore mater erat.
At postquam platanis steriles præbentibus vmbras,
Vberior quauis arbore venit honor.
Nos quoque fructiferæ (si nux modò ponor in illis)
Cœpimus in patulas luxuriare comas.
Nunc neq; continuos nascuntur poma per annos:
Vuaq; læsa domum, læsaq; bacca venit.
Nunc [1] vterus vitio est, quæ vult formosa videri,
Raraq; in hoc æuo est, quæ velit esse parens.
Certè ego, si nunquam peperissem, tutior essem.
Ista Clytemnestra digna querela fuit.
Si sciat hoc vitis, nascentes supprimet vuas,
Orbaq; si sciat hoc, Palladis arbor erit:
Hoc in notitiam veniat, maloq; pyroq;:
Destituent syluas vtraq; poma suas.
Quæq; sibi vario distinguit poma colore,
Audiat hoc cerasus, stipes inanis erit.
Non equidem inuideo: nunquam tamen vlla feritur:
Quæ sterilis sola est conspicienda coma.
Cernite sinceros omnes ex ordine truncos,
Qui modò nil quare percutiantur habent.
At mihi sæua nocent mutilatæ vulnera ramis,
Nudaq; detecto cortice ligna patent.
Non odium facit hoc: sed spes inducta rapinæ,
Sustineant aliæ poma: querentur idem.
Sic reus ille ferè est, de quo victoria lucro
Esse potest: inopis vindice facta carent.
Sic timet insidias, qui se scit ferre viator,
Cur timeat: tutum carpit inanis iter.
Sic ego sola petor: soli quia causa petendi est:
Frondibus intactis cætera turba viret.
Nam quòd habent frutices aliquando proxima nostri
Fragmina, quòd læso vimine multa iacent,
Non istis sua facta nocent: vicinia damno est:
Excipiunt ictu saxa repulsa meo.
Idq; fide careat: si non quæ longiùs absunt,
Natiuum retinent inuiolata decus.
Ergo, si sapiant, & mentem verba sequantur,
Deuoueant vmbras proxima quæque meas.
Quàm miserum est, odium damnis accedere nostris,
Méque ream nimiæ proximitatis agi.
Sed puto magna mei est operoso cura colono:
Inueniat, dederit quid mihi, præter humum.
Sponte mea facilis contempto nascor in agro,
Parsq; loci, quo sto, publica pæne via est.
Me, sata ne lædam: quoniam sata lædere dicor:
Imus in extremo margine fundus habet.
Nō mihi falx nimias Saturnia deputat vmbras:
Duratam renouat non mihi fossor humum.
Sole licet, siccaq; siti peritura laborem:
Irriguæ dabitur non mihi sulcus aquæ.
At cum maturas fisso noua cortice rimas
Nux agit, ad partes pertica sæua venit.
Pertica dat plenis immitia vulnera ramis:
Ne possim lapidum verbera sola queri.
Poma cadunt mensis non interdicta secundis,
Et condit lectas parca colona nuces.
Has puer aut certo rectas diuerberat ictu,
Aut pronas digito bisve semélve petit.
Quattuor in nucibus non amplius alea tota est:
Cum sibi suppositis additur vna tribus.
Per tabulæ cliuum labi iubet alter, & optat
Tangat vt è multis qualibet vna suam.
Est etiam, par sit numerus qui dicat, an impar:
Vt diuinatas auferat augur opes.
Fit quoque de creta qualem cæleste figura
Sydus, & in Græcis littera quarta gerit.
Hæc vbi distincta est gradibus, quæ constitit intus:
Quot tetigit virga, tot capit ipsa nuces.
Vas quoque sæpe cauum spatio distante locatur,
In quod missa leui nux cadat vna manu.
Fœlix secreto quæ nata est arbor in agro:

[1] al. Rectius in nonnullis, vterum vitiat.

Et

Et soli domino ferre tributa potest.
Non hominum strepitus audit, non illa rotarum:
Non à vicina pulverulenta via est.
Illa suo quæcunque tulit, dare dona colono,
Et plenos fructus annumerare potest.
At mihi maturos nunquam licet edere fœtus,
Ante diemq; meæ decutiuntur opes.
Lamina mollis adhuc: tenero est in lacte quod intra est,
Nec mala sunt vlli nostra futura bono.
Iam tamen inuenio qui me iaculentur & ictu
Præfestinato munus inane petant.
Si fiat rapti, fiat mensura relicti,
Maiorem domini parte viator habet.
Sæpe aliquis foliis vbi nuda cacumina vidit,
Esse putat Boreæ triste furentis opus.
Æstibus hic, hic me spoliatam frigore credit:
Est quoque, qui crimen grandinis esse putet.
At mihi nec grando duris inuisa colonis,
Nec ventus damno, solue gelúue fuit.
Fructus obest: perisse nocet: nocet esse feracem:
Quæq; fuit multis, est mihi præda malo.
Præda malo Polydore fuit tibi: prædia nefanda
Coniugis Aonium misit ad arma virum.
Hesperij regis pomaria tuta fuissent:
Vna sed immensas arbor habebat opes.
At rubus, & sentes tantummodo lædere natæ,
Spinaq; vindicta cætera tuta sua est.
Me, quia non noceo, nec aduncis vindicor hamis,
Missa petunt auida saxa proterua manu.
Quid, si non aptas solem fugientibus vmbras,
Finditur Icario cum cane terra, darem?
Quid, nisi suffugium nimbos vitantibus essem?
Non expectata cùm venit imber aqua?
Omnia cùm faciam: cùm præstem sedula iunctis
Officium, saxis officiosa petor.
Hæc mihi perpessæ, domini patienda querelæ est.
Causabor, quare sit lapidosus ager.
Dumq; repurgat humum, collectaq; saxa remittit,
Semper habent in me tela parata viæ.
Ergo inuisa alijs, vni mihi frigora prosunt:
Illo me tutam tempore præstat hyems.
Nuda quidem tunc sum, nudam tamen expedit esse:
Nec spolium de me, quod petat hostis, habet.
At simul induimus nostris sua munera ramis,
Saxa nouos fructus grandine plura petunt.
Forsitan hoc aliquis dicat quæ publica tangunt,
Carpere concessum est: hoc via iuris habet.
Si licet hoc: oleas distringite: cædite messes:
Improbe vicinum carpe viator olus.
Intret & vrbanas eadem petulantia portas,
Sitq; tuis muris Romule iuris idem.
Quilibet argentum prima de fronte taberna
Tollat, & ad gemmas quilibet alter eat.
Auferat hic aurum, peregrinos ille lapillos,
Et quascunque potest tangere, tollat opes.
Sed neq; tolluntur: nec, dū regit omnia Cæsar,

1 In quib. rectius, inuenias.

Incolumis tanto præside raptor erit.
At non ille deus pacem intra mœnia tantùm,
Auxilium toto sparsit in orbe suum.
Quid tamen hoc prodest? media si luce, palámq;
Verberor? & tutam non licet esse nucem?
Ergo nec nidos foliis hærere, nec vllam
Sedibus in nostris stare videtis auem.
At lapis in ramo sedit quicunq; bifurco,
Hæret, & vt capta victor in arce manet.
Cætera sæpe tamen potuere admissa negari,
Et crimen vox est inficiata suum.
Nostra notat fusco digitos iniuria succo,
Cortice contactas inficiente manus.
Ille cruor meus est: illo maculata cruore
Non profectura dextra lauatur aqua.
O ego, cùm longæ venerunt tædia vitæ,
Optaui quoties arida facta mori.
Optaui quoties aut cæco turbine verti,
Aut valido missi fulminis igne peti.
Atq; vtinam subitæ raperent mea poma procellæ:
Vel possem fructus excutere ipsa meos.
Sic vbi detracta est à te tibi causa pericli,
Quod superest tutum Pontice Castor habes.
Quid mihi tūc animi est, cum sumit tela viator,
Atq; oculis plagæ destinat ante locum?
Nec vitare licet moto fera verbera trunco:
Quem sub humo radix, vinclaq; curua tenent.
Corpora præbemus plagis: vt sæpe sagittis:
Cùm populus manicas deposuisse vetat.
Vt vę grauem patiens vbi tolli vacca securim,
Aut stringi cultros in sua colla videt.
Sæpe meas frondes vento tremuisse putastis:
Sed metus in nobis causa tremoris erat.
Si merui, videorq; nocens, excidite ferro,
Nostraq; fumosis vrite membra focis.
Si merui, videorq; nocens, imponite flammæ,
Et liceat miseræ dedecus esse semel.
Si nec cur vrar, nec cur excidar habetis,
Parcite, sic cœptum perficiatis iter.

SOMNIVM.

NOx erat, & somnus lassos summisit ocellos:
Terruerant animum talia visa meum.
Colle sub apricò celeberrimus ilice lucus
Stabat, & in ramis multa latebat auis.
Area gramineo suberat viridissima prato,
Humida de guttis lene sonantis aquæ.
Ipse sub arboreis vitabam frondibus æstum:
Fronde sub arborea, sed tamen æstus erat.
Ecce petens varijs immistas floribus herbas,
Constitit ante oculos candida vacca meos:
Candidior niuibus tunc cùm cecidere recentes:
In liquidas nondum quas mora vertit aquas.
Candidior, quod adhuc spumis stridentibus albet,
Et modò siccatam lacte reliquit ouem.
Taurus erat comes huic, fœliciter ille maritus,
Cumq; sua teneram coniuge pressit humum.
Dum iacet, & lentè reuocatas ruminat herbas,
Atque iterum pasto pascitur ante cibo:

Visus erat somno vires adimente ferendi,
Cornigerum terræ deposuisse caput.
Huc leuibus pennis cornix delapsa per auras
Venit, & in rigida garrula sedit humo.
Terq; bouis niueæ petulanti pectora rostro
Fodit, & albentes abstulit ore iubas.
Illa locum, taurumq; diu cunctata reliquit:
Sed niger in vaccæ pectore liuor erat.
Vtque procul vidit carpentes pabula tauros:
(Carpebant tauri pabula læta procul)
Illic se rapuit: gregibusq; immiscuit illis,
Et petijt herbæ fertilioris opem.
Dic age nocturnæ quicunque es imaginis augur,
Siquid habent veri, visa quid ista ferant.
Sic ego, nocturnæ sic dixit imaginis augur,
Expendens animo singula dicta suo.
Quem tu mobilibus folijs vitare volebas,
Sed malè vitabas, æstus amoris erat.
Vacca puella tua est: aptus color ille puellæ est:
Tu vir, & in vacca compare taurus eras.
Pectora quod rostro cornix fodiebat acuto,
Ingenium dominæ 1 lene mouebat anus.
Quod cunctata diu taurum sua vacca reliquit:
Frigidus in viduo destituere toro.
Liuor & aduerso maculæ sub pectore nigræ,
Pectus adulterij labe carere negant.
Dixerat interpres: gelido mihi sanguis ab ore
Fugit, & ante oculos nox stetit alta meos.

1 In quib. *lena.* vtrumque rectè.

P. OVIDII NASONIS EPIGRAMMATA.

QVANTVM *Virgilius magno concessit Homero:*
Tantum ego Virgilio Naso poeta meo.
Nec me prælatum cupio tibi ferre poetam:
Ingenio si te subsequor, hoc satis est.
Argumenta quidem librorum prima notaui,
Errorem ignarus nequis habere queat.
Bis quinos feci legerent quo carmine versus,
Æneidos totum corpus vt esse putent.
Affirmans grauitate mea me carmine nullo
Liuore titulum 1 præposuisse tibi.

1 al. hunc ti.

VIr magnus bello nulli pietate secundus.
Æneas odio Iunonis pressus iniquo,
Italiam quærens Siculis errabat in vndis,
Naufragus, & tandem Libycas dimissus ad oras,
Ignarusq; loci fido comitatus Achate,
Indicio matris regnum cognouit Elissæ.
Quinetiam nebula septus peruenit ad vrbem.
Abreptos vndis socios cum classe recepit,
Hospitioq; vsus 1 Didús per cuncta benigna.
Excidium Troiæ iussus narrare parabat.

1 Didonis.

P. OVIDII NASONIS HALIEVTICON FRAGMENTVM.

ACCEPIT *mundus legem, dedit arma per omnes,*
Admonuitq; sui: vitulus sic namq; minaci
Qui nondum gerit in tenera lam cornua fronte,
Sic damæ fugiunt, pugnant virtute leones,
Et morsu canis, & caudæ sic scorpius ictu:
Concussisq; leuis pennis sic auolat ales.
Omnibus ignotæ mortis timor, omnibus hostem,
Præsidiumq; datum sentire, & noscere teli
Vimq; modumq; sui: sic & Scarus arte sub vndis,
Sin
Decidit, assumptamq; dolo tandem pauet escam:
Non audet radijs obnoxia occurrere fronte,
Auersus crebrò veniens sub verbere caudæ,
Laxans subsequitur, tutumq; euadit in æquor.
** Quin etiam si fortè aliquis damptus nataret*
Mitis luctantem Scarus hunc in vimine vidit
*Auersi caudam morsu tenet atque **
** nato quem texitq; resultet **
Sæpia tarda fugæ, tenui cùm fortè sub vnda
Deprensa est, iamiámq; manus timet illa rapaceis,
Inficiens æquor nigrum vomit illa cruorem,
Auertitq; vices, oculos frustrata sequentes.
Clausus rete Lupus quamuis immanis, & acer
** Dimotis cauda submissus sedet armis in Austri*
Emicat, atque dolos saltu diludit inultus.
Et Murena ferox teretis sibi conscia tergi,
Ad laxata magis conuersa foramina retis,
Tandem permultos euadit lubrica flexus,
Exemploq; nocet, cunctis interuenit vna.
At contra scopulis crinali corpore segnis
Polypus hæret, & hac eludit retia fraude,
Et sub lege loci sumit mutatq; colorem.

Sem-

Semper ei similis quem contigit, atque vbi praedam
Pendentem retia auidus rapit, hic quoque fallit.
Elato calamo, cum demum emersus in auras
Brachia dissoluit, populatúmq; expuit hamum.
At mugil cauda pendentem diuerberat escam,
Excussámque legit. Lupus acri concitus ira,
Discussu fertur vario fluctúsque ferentes
Prosequitur, quassatq; caput dum vulnere saeuus
Laxato cadat hamus, & ora patentia linquas,
Nec proprias vires nescit Murena nocendi:
Auxilioq; sibi morsu, nec eo minus acri
Deficit, aut animos ponit captiua minaces.
Anthias his, tergo quae non videt vtitur armis.
Vim spinae notitiq; suae, versoq; supinus
Corpore lina secat, primúmque intercipit hamum.
Cetera quae densas habitant animalia siluas,
Aut vani quatiunt semper lymphata timores,
Aut trahit in praeceps non sana ferocia mentis.
Ipsa sequi natura monet, vel comminus ire,
Impiger & telo venantum sternere pergit
Agmina, & aduersis infert sua pectora telis.
Quóque venit, fidens magis, & sublatior ardet
Concussitq; toros, & viribus addidit iram.
Prodidit, atque suo properat sibi robore lethum.
Foedus Lucanis prouoluitur vrsus ab antris,
Quid nisi pondus iners stolidaq; ferocia mentis,
Actus Aper setis iram denuntiat hirtis,
Et ruit, oppositi nitens in vulnera ferri,
Pressius & emisso moritur per viscera telo.
Altera pars fidens pedibus, dat terga sequenti,
Vt pauidi Lepores, & fuluo tergore Damae,
Et capto fugiens Cervus sine fine timore.
Ipsa sequi natura docet, vel comminus ire.
Hic generosus honos, & gloria maior equorum:
Nam capiunt animis palmam, gaudentque triumpho,
Seu septem spatiis circo meruere coronam,
Nonne vides victor quanto sublimius altum
Attollat caput, & vulgi se venditet aura?
Celsáue cum caeso decoratur terga Leone
Quàm tumidus, quantoq; venit spectabilis actu,
Compescátque solum generoso concita pulsu
Vngula sub spoliis grauiter redeuntis opimis?
Quae laus prima canum, quibus est audacia praeceps,
Venandique sagax virtus, virésque sequendi.
Quae nunc elatis rimantur naribus auras,
Et nunc demisso quaerunt vestigia rostro,
Et prodùt clamore feram: dominumq; vocando,
Increpitant, quem si collatis effugit armis,
Insequitur tumulosq; canis, camposq; per omnes.
Noster in arte labor positus, spes omnis in illa:
Nec tamen in medios pelagi te pergere sedes
Admoneam, vastiq; maris tentare profundum.
Inter vtrumque loci melius moderabere finem:
Aspera num saxis loca sint: nam talia lentos
Deposcunt calamos: at purum retia littus.
Num mons horrentes demittat celsior vmbras
In mare, nam variè quidam fugiuntq; petuntq;
Num vada subnatis imò virident ab herbis.

* *

Oblectétque moras & molli seruiat alga.
Describit sedes varias natura profundi:
Nec cunctos vnà voluit consistere pisces.
Nam gaudent pelago, quales Scombrique, Beuésque.
Hippuri celeres, & nigro tergore Milui,
Et pretiosus Helops nostris incognitus vndis,
Ac durus Xiphias, ictu non mitior ensis,
Et pauidi magno fugientes agmine Thunni:
Parua Echeneis adest, mirum mora, puppibus ingens:
Tuq; comes ratium, tractiq; per aequora sulci
Qui semper spumas sequeris Pompile nitentes,
Cercyroq; ferox scopulorum fine moratus,
Cantharus ingratus succo, tum concolor illi
Orphus, caruleáque rubens Erythinus in vnda.
Insignis Sargúsque notis insignis & alis,
Et superaurata Sparulus ceruice refulgens,
Et rutilus Sagur, & fului Synodontes, & ex se
Concipiens Channe gemino fraudata parente.
Tum viridis squamis paruo saxatilis ore,
Et rarus faber, & picta Mormyres, & auri
Chrysophris imitata decus, tum corporis vmbra
Liuentis rapidiq; Lupi, Percaq; Tragiq;.
Quin laude insignis cauda Melanurus, & ardes
Auratis Murena notis, Merulaq; virentes,
Immittisq; sua Conger per vulnera genua,
Et capitis duro nocitura Scorpius ictu.
Ac nunquam aestiuo conspectus sidere Glaucus.
At contra herbosa pisces laxantur harena,
Vt Scarus, epastas solus qui ruminat escas,
** Foecundumque genus Menerelamiróque Smarique,*
Atq; immunda Chromis meritò vilissima Salpa,
Atque auium dulces nidos imitata sub vndis,
Et squalus tenui suffusus sanguine Mullus,
Fulgentes Solea candore, & concolor illis
Passer, & Adriaco mirandus littore Rhombus,
Tunc Epodes lati, tum molles tergore Ranae.
Extremi pas. *

*

*

Lubricus & spina nocuus non Gobius vlla,
Et nigrum niueo portans in corpore virus
*Lolligo, durique Sues, sinuoséque eels **
Et tam deformi non dignus nomine Aselles.
Túque peregrinus Acipenser nobilis vndis.

Deerant non admodum multa in eo exemplari, consumpta penitus vetustate.

Plin. lib. 32 cap. vlt.

His adiiciemus apud Ouidium posita nomina, quae apud neminem alium reperiũtur, sed fortasse in Ponto nascuntur, vbi id volumen supremis suis temporibus inchoauit. *Idem lib. 32. c. 2.* Mihi videntur mira, quae Ouidius prodidit piscium ingenia in eo volumine quod Halieuticon inscribitur.

PVLEX.

Incerti auctoris.

PArue Pulex, & amara lues inimica puellis,
Carmine quo fungar in tua facta ferox?
Tu laceras corpus tenerum duriſſime morſu,
Cuius cum fuerit plena cruore tutis,
Emittis maculas nigro de corpore fuſcas,
Leuia membra quibus commaculata rigent.
Cumq; tuum lateri roſtrum defigis acutum,
Cogitur è ſomno ſurgere virgo graui.
Pérque ſinus erras, tibi peruia cætera membra,
Is quocunque placet: nil tibi ſæue latet.
Ah piget, & dicam: cum ſtrata puella recumbit
Tu femur auellis: cruráque aperta ſubis.
Auſus es interdum per membra libidinis ire,
Et turbare locis gaudia nata ſuis.
Ah peream niſi iam cupiam fieri meus hoſtis,
Promptior vt fieret ad mea vota via.
Si ſineret natura mihi, quo verterer in te:
Et quod ſum natus, poſſe redire daret:
Vel ſi carminibus poſſem mutarier vllis,
Carminibus fierem ad mea vota pulex.
Aut medicaminibus, ſi plus medicamina poſſunt,
Vellem naturæ iura nouare meæ.
Carmina Medeæ, vel quid medicamina Circes
Contulerint, res eſt notificata ſatis.
His ego mutatus, ſi ſic mutabilis eſſem:
Hærerem tunicæ margine virgineæ:
Inde means per crura meæ ſub veſte puellæ,
Ad loca, quæ vellem me cito ſurriperem.
Cúmque illa dudum lædens nil ipſe cubarem,
Donec de pulice rurſus homo fierem.
Sed ſi forte nouis virgo perterrita monſtris
Excircet famulos ad mea vincla ſuos:
Aut tentata meis precibus ſuccumberet illa:
Aut mox ex homine verterer in pulicem.
Rurſus mutatus, fundénſque precamina mille
Afferrem cunctos in mea vota deos:
Dum bona, vel precibus vel vi, ſperata tenerem,
Et iam nil mallet, quam ſibi me ſocium.

PHILOMELA.

Incerti auctoris.

DVlcis amica veni noctis ſolatia præſtans,
Inter aues etenim nulla tibi ſimilis.
Tu Philomela potes vocum diſcrimina mille,
Mille potes varios ipſa referre modos.
Nã quamuis aliæ volucres modulamina tentent:
Nulla poteſt modulis æquiualere tuis.
Inſuper eſt auium ſpatiis garrire diurnis,
Tu cantare ſimul nocte, diéque potes.
Parus enim quãuis per noctem tinninet omnem,
At ſua vox nulli iure placere poteſt.
Dulce Palara ſonat, quam dicunt nomine Droſtam,
Sed fugiente die nempe quieta ſilet.
Et Merulus modulans tã pulchris concinit odis,
Nocte ruente tamen carmina nulla canit.
Vere calente nouos componit Acredula cantus,
Matutinali tempore iunc mitilans.
Dum turdus trutilat, ſturnus tunc pipitat ore,
Sed quod mane canunt, veſpere non recolunt.
Cacabat hinc perdix: hinc gratitat improbus anſer,
Et caſtus turtur atque columba gemunt.
Plauſitat arborea clamans de fronde palumbes,
Inſluuiiſque natans forte tetrinit anas.
Grus gruit, inque glomis cycni prope flumina drenſant,
Accipiter pipat, miluus hianſque lipit,
Cucurrire ſolet gallus, gallina gracillat,
Pupillat pauo, trinſat hirundo vaga.
Dum clangunt aquilæ, vultur pulpare probatur,
Et crocitat coruus, graculus ac frigulat.
Glotorat immenſo de turre ciconia roſtro,
Peſſimus at paſſer triſtia flendo pipit.
Pſittacus humanas depromit voce loquelas,
Atque ſuo domino χᾶιρε valéque ſonat.
Pica loquax varias modulatur gutture voces:
Scurriliter ſtrepitu quidquid & audit ait.
Et cuculi cuculant: frititnit rauca cicada,
Bombilat ore legens munera mellis, apes.
Bubulat horrendum ferali carmine bubo,
Humano generi triſtia fata ferens.
Strix nocturna ſonans, & veſpertilio ſtridunt.
Noctua lucifuga cucubat in tenebris.
Aſt vlulant vlulæ lugubri voce canentes,
Inque paludiferis butio bubit aquis.
Regulus, atque merops, & rubro pectore progne
Conſimili modulo zinzilulare ſciunt.
Scribere me voces auium Philomela coegit,
Quæ cantu cunctas exuperat volucres.
Sed tam quadrupedum fari diſcrimina vocum
Nemine cogente nunc ego ſponte ſequar.
Tigrides indomitæ rancant, rugiuntque Leones,
Panther caurit amans: Pardus hiando felit.
Dum lynces orcãdo fremunt. Vrſus ferus vncat,
Aſt lupus ipſe vlulat: frendet agreſtis Aper,
Et Barrus barrit: cerui glocitant, & onagri:
Aſt taurus mugit, & celer hinnit equus.
Quirrităt verres, tardus rudit, vncat aſellus,
Blacterat hinc aries, & pia balat ouis,
Sordida ſus paſcens ruris per gramina grunnit,
At mutire capris hirce petulce ſoles.
Rite canis latrat, fallax vulpecula gannit,
Glaucitat & catulus, at lepores vagiunt.
Mus auidus mintrat, velox muſteláque dintrit,
Et grillus grillat: diſſicat inde ſorex.
Ecce venenoſus ſerpendo ſibilat anguis:
Garrula limoſis rana coaxit aquis.
Has volucrum voces, deſcripſi, quadrupedúmque,
Quas natura illis grata parens tribuit.
Sed cunctas ſpecies animantum nemo notauit.
Atque ſonos ideo dicere quis poterit?
Cuncta ſuo domino depromunt munera laudum,
Seu ſemper ſileant, ſiue ſonare queant.

PVB.

P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON LIBER I.

IN noua fert animus mutatas dicere formas
Corpora, Diĭ cœptis (nam vos mutastis & illas)
Aspirate meis: primáque ab origine mundi
Ad mea perpetuum deducite tempora carmen.
Ante mare & terras, & quod tegit omnia cœlũ,
Vnus erat toto naturæ vultus in orbe,
Quem dixere Chaos, rudis indigestaq; moles,
Nec quicquam, nisi pondus iners, congestaq; eodem
Non bene iunctarum discordia semina rerum.
Nullus adhuc mundo præbebat lumina Titan,
Nec noua crescendo reparabat cornua Phœbe:
Nec circumfuso pendebat in aëre tellus
Ponderibus librata suis, nec brachia longo
Margine terrarum porrexerat Amphitrite.
Quaq; erat & tellus, illic & pontus, & aer.
Sic erat instabilis tellus, innabilis vnda,
Lucis egens aer: nulli sua forma manebat,
Obstabatq; aliis aliud: quia corpore in vno
Frigida pugnabant calidis, humentia siccis.
Mollia cum duris, sine pondere habentia pondus.
Hanc Deus, & melior litem Natura diremit.
Nam cœlo terras, & terris abscidit vndas,
Et liquidum spisso secreuit ab aere cœlum,
Quæ postquam euoluit, cæcoq; exemit aceruo,
Dissociata locis concordi pace ligauit.
Ignea conuexi vis, & sine pondere cœli
Emicuit, summaq; locum sibi legit in arce.
Proximus est aer illi leuitate, locoque.
Densior hic tellus, elementaq; grandia traxit,
Et pressa est grauitate sui: circumfluus humor,
Vltima possedit, solidumq; coercuit orbem.
Sic vbi dispositam quisquis fuit ille Deorum,
Congeriem secuit, sectamq; in membra redegit
Principio terram, ne non æqualis ab omni
Parte foret, magni speciem glomerauit in orbis.
Tum freta diffudit, rapidisq; tumescere ventis
Iussit, & ambitæ circumdare littora terræ.
Addidit & fontes, & stagna immensa, lacusq;,
Fluminaq; obliquis cinxit decliuia ripis:
Quæ diuersa locis partim sorbentur ab ipsa,
In mare perueniunt partim: campoq; recepta
Liberioris aquæ, pro ripis littora pulsant.
Iussit & extendi campos, subsidere valles,
Fronde tegi syluas, lapidosos surgere montes.
Vtq; duæ dextra cœlum, totidemq; sinistra
Parte secant zonæ, quinta est ardentior illis,
Sic onus inclusum numero distinxit eodem
Cura Dei, totidemq; plagæ tellure premuntur,
Quarum quæ media est, non est habitabilis æstu,

1 Quæque fuit tellus. 2 æthere.

Nix tegit alta duas: totidem inter vtrãq; locauit,
Temperiemq; dedit, mista cum frigore flamma.
Imminet his aer: qui quanto est pondere terræ
1 Pondere aquæ leuior, tanto est oneratior igne:
Illic & nebulas, illic consistere nubes
Iussit, & humanas motura tonitrua mentes,
Et cum fulminibus facientes frigora ventos.
His quoq; non passim mundi fabricator habendum
Aera permisit: vix nunc obsistitur illis,
Cum sua quisq; regat diuerso flamina tractu,
Quin lanient mundum: tanta est discordia fratrum.
Eurus ad auroram, Nabathæaq; regna recessit,
Persidaq;, & radijs iuga subdita matutinis,
Vesper, & occiduo quæ littore sole tepescunt,
Proxima sunt Zephyro: Scythiam, septemq; triones
Horrifer inuasit Boreas: contraria tellus
Nubibus assiduis, pluuióque madescit ab austro.
Hæc super imposuit liquidum, & grauitate carentem
Æthera, nec quicquam terrenæ facis habentem.
Vix ita limitibus discreuerat omnia certis,
Cum, quæ pressa diu massa latuere sub ipsa
Sidera cœperunt toto 2 fulgescere cœlo.
Neu regio foret vlla suis animalibus orba,
Astra tenent cœleste solum, formæq; Deorum,
Cesserunt nitidis habitandæ piscibus vndæ.
Terra feras cepit, volucres agitabilis aer.
Sanctius his animal, mentisq; capacius altæ,
Deerat adhuc, & quod dominari in cætera posset.
Natus homo est: siue hunc diuino semine fecit
Ille opifex rerum, mundi melioris origo:
Siue recens tellus, seductaq; nuper ab alto
Æthere, cognati retinebat semina cœli:
Quam satus Iapeto mistam fluuialibus vndis
Finxit in effigiem moderantum cuncta Deorum.
Pronaq; cum spectent animalia cætera terram,
Os homini sublime dedit, cœlumq; videre
Iussit, & erectos ad sidera tollere vultus.
Sic, modo quæ fuerat rudis & sine imagine tellus,
Induit ignotas hominum conuersa figuras.
Aurea prima sata est ætas, quæ vindice nullo
Sponte sua sine lege fidem rectumq; colebat:
Pœna metusq; aberant: nec 3 vincla minacia collo
Ære ligabantur: nec supplex turba timebat
Iudicis ora sui: sed erant sine 4iudice tuti.
Nondum cæsa suis, peregrinum vt viseret orbem,

1 Pontus. 2 effervescere.
3 Verba minantia fixo. 4 iudice.

Montibus, in liquidas pinus descenderat undas:
Nullaque mortales, praeter sua, littora norant.
Nondum praecipites cingebant oppida fossae:
Non tuba directi, non aeris cornua flexi,
Non galeae, non ensis erat: sine militis usu
Mollia securae peragebant otia gentes.
Ipsa quoque immunis, rastroque intacta, nec ullis
Saucia vomeribus, per se dabat omnia tellus:
Contentique cibis nullo cogente creatis.
Arbuteos fœtus, montanaque fraga legebant,
Cornaque, & in duris haerentia mora rubetis,
Et quae deciderant patula Iouis arbore glandes.
Ver erat aeternum: placidique tepentibus auris,
Mulcebant Zephyri natos sine semine flores.
Mox etiam fruges tellus inarata ferebat:
Nec renouatus ager grauidis canebat aristis.
Flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant:
Flauaque de viridi stillabant ilice mella.
Postquā Saturno tenebrosa in Tartara misso,
Sub Ioue mundus erat, subiitque argentea proles,
Auro deterior, fuluo pretiosior aere:
Iupiter antiqui contraxit tempora veris,
Perque hiemes, aestusque, & inaequales autumnos.
Et breue ver spatijs exegit quatuor annum.
Tum primum siccis aer feruoribus ustus
Canduit, & ventis glacies astricta pependit.
Tum primum subiere domos: domus antra fuerunt,
Et densi frutices, & iunctae cortice virgae.
Semina tum primum longis Cerealia sulcis
Obruta sunt, pressique iugo gemuere iuuenci.
Tertia post illam successit aenea proles,
Saeuior ingenijs, & ad horrida promptior arma,
Non scelerata tamen. de duro est vltima ferro.
Protinus irrupit venae peioris in aeuum,
Omne nefas: fugere pudor, verumque fidesque:
In quorum subiere locum fraudesque, dolique,
Insidiaeque, & vis, & amor sceleratus habendi.
Vela dabat ventis, nec adhuc bene nouerat illos
Nauita, quae quondam steterant in montibus altis
Fluctibus ignotis insultauere carinae:
Communemque prius, ceu lumina Solis & auras,
Cautus humum longo signauit limite mensor.
Nec tantum segetes, alimentaque debita diues
Poscebatur humus: sed itum est in viscera terrae,
Quasque recondiderat, Stygijsque admouerat vmbris,
Effodiuntur opes, irritamenta malorum.
Iamque nocens ferrum ferroque nocentius aurum
Prodierat: prodit bellum, quod pugnat vtroque,
Sanguineaque manu crepitantia concutit arma.
Viuitur ex rapto: non hospes ab hospite tutus,
Nec socer à genero, fratrum quoque gratia rara est.
Imminet exitio vir coniugis, illa mariti:
Lurida terribiles miscent aconita nouercae:
Filius ante diem patrios inquirit in annos.
Victa iacet pietas: & virgo caede madentes
Vltima cœlestum terras Astraea reliquit.

a *Arborei.*

Neue foret terris securior arduus aether,
Affectasse ferunt regnum caeleste Gigantes,
Altaque congestos struxisse ad sidera montes.
Tum pater omnipotens misso perfregit Olympum
Fulmine, & excussit subiectum Pelion Ossae.
Obruta mole sua cum corpora dira iacerent,
Perfusam multo natorum sanguine terram
Immaduisse ferunt, calidumque animasse cruorem,
Et ne nulla suae stirpis monumenta manerent
In faciem vertisse hominum. sed & illa propago
Contemptrix superum, saeuaque auidissima caedis,
Et violenta fuit. scires è sanguine natam.
Quae pater vt summa vidit Saturnius arce,
Ingemit, & facto nondum vulgata recenti
Foeda Lycaoniae referens conuiuia mensae
Ingentes animo, dignas Ioue concipit iras,
Conciliumque vocat, tenuit mora nulla vocatos.
Est via sublimis cœlo manifesta sereno,
Lactea nomen habet, candore notabilis ipso,
Hac iter est superis ad magni tecta Tonantis,
Regalemque domum dextra, laeuaque Deorum
Atria nobilium valuis celebrantur apertis.
Plebs habitat diuersa locis. à fronte potentes
Caelicolae, clarique suos posuere penates,
Hic locus est, quem, si verbis audacia detur,
Haud timeam magni dixisse palatia caeli.
Ergo vbi marmoreo superi sedere recessu,
Celsior ipse loco sceptroque innixus eburno,
Terrificam capitis concussit terque quaterque
Caesariem, cum qua terram, mare, sidera mouit.
Talibus inde modis ora indignantia soluit,
Non ego pro mundi regno magis anxius illa
Tempestate fui, qua centum quisque parabat
Inijcere anguipedum captiuo brachia cœlo.
Nam, quamquam ferus hostis erat, tamen illud ab vno
Corpore, & ex vna pendebat origine bellum.
Nunc mihi, qua totum Nereus circumsonat orbē,
Perdendum est mortale genus: per flumina iuro
Infera sub terras Stygio labentia luco,
Cūcta prius tentanda, sed immedicabile vulnus
Ense recidendum est, ne pars syncera trahatur.
Sunt mihi Semidei, sunt rustica numina Fauni,
Et Nymphae, Satyrique, & monticolae Syluani:
Quos quoniam cœli nondum dignamur honore,
Quas dedimus, certe terras habitare sinamus.
An satis, ô superi, tutos fore creditis illos,
Cum mihi, qui fulmen, qui vos habeoque regoque,
Struxerit insidias notus feritate Lycaon.
Confremuere omnes: studijsque ardentibus ausum
Talia deposcunt. Sic cum manus impia saeuit
Sanguine Caesareo Romanum extinguere nomen,
Attonitum tanto subitae terrore ruinae
Humanum genus est, totusque perhorruit orbis.
Nec tibi grata minus pietas Auguste tuorum:
Quàm fuit illa Ioui, qui postquam voce manuque

a *al. cunctis.*

Mon-

Murmura compreſſit, tenuere ſilentia cuncti.
Subſtitit vt clamor preſſus grauitate regentis,
Iupiter hoc iterum ſermone ſilentia rupit.
Ille quidem pœnas (curam hanc dimittite) ſoluit:
Quod tamẽ admiſſum quæ ſit vindicta, docebo.
Contigerat noſtras infamia temporis aures:
Quam cupiens falſam, ſummo delabor Olympo,
Et Deus humana luſtro ſub imagine terras,
Longa mora eſt, quantum noxæ ſit vbique repertum
Enumerare: minor fuit ipſa infamia vero.
Manala tranſieram latebris horrenda ferarum,
Et cum Cylleno gelidi pineta Lycæi:
Arcados hinc ſedes & inhoſpita tecta tyranni
Ingredior, traherent cum ſera crepuſcula noctem.
Signa dedi veniſſe Deum: vulguſque precari
Cœperat: irridet primo pia vota Lycaon:
Mox ait, Experiar Deus hic diſcrimine aperto,
An ſit mortalis: nec erit dubitabile verum.
Nocte grauem ſomno, nec opina perdere morte
Me parat. Hæc illi placet experientia veri.
Nec contentus eo eſt: miſſi de gente Moloſſa
Obſidis vnius iugulum mucrone reſoluit,
Atque ita ſemineces partim feruentibus artus
Mollit aquis, partim ſubiecto torruit igni.
Quos ſimul impoſuit menſis: ego vindice flamma
In dominum dignos euerti tecta penates:
Territus ipſe fugit, nactúſque ſilentia ruris,
Exululat: fruſtraque loqui conatur: ab ipſo
Colligit os rabiem, ſolitæque cupidine cædis
Vtitur in pecudes, & nunc quoque ſanguine gaudet.
In villos abeunt veſtes, in crura lacerti.
Fit lupus, & veteris ſeruat veſtigia formæ:
Canicies eadem eſt, eadem violentia vultus:
Iidem oculi lucent: eadem feritatis imago eſt.
Occidit vna domus, ſed non domus vna perire
Digna fuit: qua terra patet fera regnat Erinnys:
In facinus iuraſſe putes, dent ocius omnes
Quas meruere pati (ſic ſtat ſententia) pœnas,
Dicta Iouis pars voce probant, ſtimuloſque [1] frementi
Adiciunt: alij partes aſſenſibus implent.
Eſt tamen humani generis iactura dolori
Omnibus: & quæ ſic terræ mortalibus orbæ
Forma futura rogant: quis ſit laturus in oras
Thura: ferisne paret populandas tradere terras?
Talia quærentes (ſibi enim fore cætera curæ)
Rex ſuperûm trepidare vetat, ſobolemque priori
Diſſimilem populo promittit origine mira.
Iãque erat in totas ſparſurus fulmina terras:
Sed timuit, ne forte ſacer tot ab ignibus æther
Conciperet flammas: totúſque ardeſceret axis,
Eſſe quoque in fatis reminiſcitur, affore tempus
Quo mare, quo tellus, correptaque regia cœli
Ardeat, & mundi moles operoſa laboret.

[1] *furente.*

Tela reponuntur manibus fabricata Cyclopum:
Pœna placet diuerſa genus mortale ſub vndis
Perdere, & ex omni nimbos dimittere cœlo.
Protinus Æoliis Aquilonem claudit in antris,
Et quæcunque fugant inductas flamina nubes,
Emittitque Notum, madidis Notus euolat alis,
Terribilem picea tectus caligine vultum.
Barba grauis nimbis, canis fluit vnda capillis,
Fronte ſedent nebulæ, rorant pennæque ſinuſq;.
Vtque manu late pendentia nubila preſſit,
Fit fragor, & denſi funduntur ab æthere nimbi.
Nuntia Iunonis varios induta colores
Concipit Iris aquas, alimentáque nubibus affert.
Sternuntur ſegetes, & deplorata colonis
Vota iacent, longique perit labor irritus anni.
Nec cœlo contenta ſuo eſt Iouis ira, ſed illum
Cæruleus frater iuuat auxiliaribus vndis.
Conuocat hic amnes: qui poſtquam tecta tyranni
Intrauere ſui. Non eſt hortamine longo
Nunc, ait, vtendum, vires effundite veſtras:
(Sic opus eſt) aperite domos, ac mole remota
Fluminibus veſtris totas immittite habenas.
Iuſſerat, hi redeunt, ac fontibus ora relaxant,
Et de frænato voluntur in æquora curſu.
Ipſe tridente ſuo terram percuſſit: at illa
Intremuit, motuque vias patefecit aquarum.
Exſpatiata ruunt per apertos flumina campos,
Cumque ſatis arbuſta ſimul pecudeſque, viroſque,
Tectaque, cumque ſuis rapiunt penetralia ſacris.
Si qua domus manſit, potuitque reſiſtere tanto
Indeiecta malo: culmen tamen altior huius
Vnda tegit, preſſæque latent ſub gurgite turres.
Iãque mare, & tellus nullũ diſcrimen habebant,
Omnia pontus erãt, deerant quoque littora põto.
Occupat hic collem: cymba ſedet alter adunca,
Et ducit remos illic, vbi nuper arârat,
Ille ſuper ſegetes, aut merſæ culmina villæ
Nauigat, hic ſumma piſcem deprendit in vlmo.
Figitur in viridi (ſic fors tulit) anchora prato.
Aut ſubiecta [1] tegunt curuæ vineta carinæ:
Et modo qua graciles gramen carpſere capellæ,
Nunc ibi deformes ponunt ſua corpora phocæ.
Mirantur ſub aqua lucos, vrbeſque, domoſq;,
Nereides: ſiluáſque tenent delphines, & altis
Iucurſant ramis, agitatáque robora pulſant.
Nat lupus inter oues, fuluos vehit vnda leones:
Vnda vehit tigres, nec vires fulminis apro,
Crura nec alato proſunt velocia ceruo.
Quæſitiſque diu terris, vbi ſiſtere poſſit,
In mare laſſatis volucris vaga decidit alis.
Obruerat tumulos immenſa licentia ponti,
Pulſabantq; noui montana cacumina fluctus.
Maxima pars vnda rapitur: quibus vnda pepercit,
Illos longa domant inopi ieiunia victu.
Separat Aonios Actæis Phocis ab aruis
Terra ferax, dum terra ſed tempore in illo

[1] *terunt.*

Pars maris & latus subitarum campus aquarũ.
Mons ibi verticibus petit arduus astra duobus,
Nomine Parnassus, superatq; cacumine nubes.
Hic vbi Deucalion (nam cætera texerat æquor.)
Cum consorte tori parua rate vectus adhæsit,
Corycidas Nymphas, & numina montis adorat,
Fatidicámque Themin, quæ tũc oracla tenebat.
Non illo melior quisquam, sed amantior æqui
Vir fuit, aut illa reuerentior vlla Dearum.
Iupiter vt liquidis stagnare paludibus orbem,
Et superesse virum de tot modo millibus vnum,
Et superesse videt de tot modo millibus vnam,
Innocuos ambos, cultores numinis ambos:
Nubila disiecit, nimbisque Aquilone remotis,
Et cœlo terras ostendit, & æthera terris,
Nec maris ira manet: positóque tricuspide telo
Mulcet aquas rector pelagi: supraque profundum
Extantem, atque humeros innato murice tectum
Cæruleum Tritona vocat, conchaque sonanti
Inspirare iubet, fluctúsque & flumina signo
Iam reuocare dato, caua buccina sumitur illi
Tortilis in latum, quæ turbine crescit ab imo,
Buccina, quæ in medio concepit vbi aera ponto,
Littora voce replet sub vtroque iacentia Phœbo.
Tum quoque vt ora Dei madida rorantia barba
Contigit, & cecinit iussos inflata recessus,
Omnibus audita est telluris & æquoris vndis:
Et quibus est vndis audita, coercuit omnes.
Iam mare littus habet: plenos capit alueus amnes
Flumina subsidunt: colles exire videntur:
Surgit humus: crescunt loca decrescentibus vndis
Postque diem longam nudata cacumina siluæ
Ostendunt, limumque tenent in fronde relictum.
Redditus orbis erat, quem postquam vidit [1] inanem
Et desolatas agere alta silentia terras,
Deucalion lacrymis ita Pyrram affatur obertis:
O soror, ô coniux, ô fœmina sola superstes,
Quam commune mihi genus & patruelis origo,
Deinde thorus iunxit, nunc ipsa pericula iungũt:
Terrarum, quascunque vident occasus, & ortus,
Nos duo turba sumus, possedit cætera pontus.
Hæc quoque adhuc vitæ non est fiducia nostræ
Certa satis, terrent etiam nunc nubila mentem,
Quis tibi, si sine me fatis erepta fuisses,
Nunc animus miseranda foret? quo sola timorem
Ferre modo posses? quo consolante dolores?
Namq; ego (crede mihi) si te quoque pontus haberet,
Te sequerer cõiux, & me quoque pontus haberet.
O vtinam possem populos reparare paternis
Artibus, atq; animos formatæ infundere terræ.
Nunc genus in nobis restat mortale duobus,
(Sic visum est superis) hominúmque exempla manemus.
Dixerat, & flebant: placuit cœleste precari
Numen, & auxilium per sacras quærere sortes.
Nulla mora est: adeunt pariter Cephisidas vndas

[1] aperium.

Et nondum liquidas, sed iam vada nota secãtes.
Inde vbi libatos irrorauere liquores
Vestibus, & capiti flectunt vestigia sacra
Ad delubra Deæ: quorum fastigia turpi
Squallebant musco, stabantq; sine ignibus aræ.
Vt templi tetigere gradus, procumbit vterq;
Pronus humi, gelidoq; pauens dedit oscula saxo.
Atque ita, si precibus, dixerunt, numina iustis
Victa remollescunt, si flectitur ira Deorum,
Dic Themi, qua generis damnum reparabile nostri
Arte sit, & mersis fer opem mitissima rebus.
Mota Dea est, sortemq; dedit: discedite templo,
Et velate caput, cinctásque [1] resoluite vestes,
Ossáque post regum magnæ iactate parentis.
Obstupuere diu: rumpitq; silentia voce,
Pyrrha prior, iussisq; Deæ parere recusat:
Détque sibi veniam, pauido rogat ore, pauétque
Lædere iactatis maternas ossibus vmbras,
Interea, repetunt cæcis obscura latebris
Verba datæ sortis secum, inter séque volutant.
Inde Promethides placidis Epimethida dictis
Mulcet, & aut fallax, ait, est solertia nobis,
Aut pia sunt, nullúmque nefas oracula suadent.
Magna parẽs terra est, lapides in corpore terræ
Ossa reor dici, iacere hos post terga iubemur.
Coniugis augurio quamquam Titania mota est,
Spes tamen in dubio est: adeo cœlestibus ambo
Diffidunt monitis: sed quid tentare nocebat?
Discedunt, velantq; caput, tunicasq; recingunt,
Et iussos lapides sua post vestigia mittunt.
Saxa (quis hoc credat, nisi sit pro teste vetustas?)
Ponere duritiem cœpere, suúmque rigorem,
Mollirique mora, mollitáque ducere formam,
Mox vbi creuerunt, naturáque mitior illis
Contigit, vt quædam, sic non manifesta videri
Forma potest hominis: sed vti de marmore cœpta
Non exacta satis, rudibusq; simillima signis.
Quæ tamen ex illis aliquo pars humida succo,
Et terrena fuit, versa est in corporis vsum.
Quod solidũ est, flectique nequit mutatur in ossa,
Quæ modo vena fuit, sub eodem nomine mansit,
Inque breui spatio superorum numine, saxa
Missa viri manibus faciem traxere virorum,
Et de fœmineo reparata est fœmina iactu.
Inde genus durum sumus, expertesq; laborum:
Et documenta damus, qua simus origine nati.
Cætera diuersis tellus animalia formis
Sponte sua peperit postquã vetus humor ab igne
Percaluit Solis, cœnúmque vdæque paludes
Intumuere æstu, fœcundáque semina rerum
Viuaci nutrita solo, ceu matris in aluo,
Creuerunt, faciémque aliquam cœpere morando.
Si vbi deseruit madidos septemfluus agros
Nilus, & antiquo sua flumina reddidit alueo,
Æthereoque recens exarsit sidere limus,
Plurima cultores versis animalia glebis
Inueniunt, & in his quædam modo [2] cœpta per ipsum

[1] reuoluite.
[2] nata.

Naſcendi ſpacium, quædam imperfecta, ſuiſq;
Trunca vident humeris, & eodem corpore ſæpe
Altera pars viuit: rudis eſt pars altera tellus.
Quippe vbi temperiem ſumpſere humórque calórque,
Concipiunt, & ab his oriuntur cuncta duobus.
Cúmque ſit ignis aquæ pugnax, vapor humidus omnes
Res creat, & diſcors concordia fœtibus apta eſt.
Ergo vbi diluuio tellus lutulenta recenti
Solibus æthereis, altoq; recanduit æſtu,
Edidit innumeras ſpecies, partimq; figuras
Rettulit antiquas, partim noua mõſtra creauit.
Illa quidẽ nollet: ſed te quoque maxime Python
Tum genuit: populiſque nouis incognite ſerpens
Terror eras: tantum ſpatij de monte tenebas.
Hunc Deus Arcitenens, & nunquam talibus armis
Ante, niſi in damis, capreiſque fugacibus vſus,
Mille grauem telis exhauſta penè pharetra
Perdidit, effuſo per vulnera nigra veneno.
Néve operis famam poſſet delere vetuſtas,
Inſtituit ſacros celebri certamine ludos,
Pythia perdomitæ ſerpentis nomine dictos.
Hic iuuenum quicunq; manu, pedibúſve, rotáve
Vicerat, [1] eſculeæ capiebat frondis honorem,
Nondum Laurus erat, longóque decentia crine
Tempora cingebat de qualibet arbore Phœbus.

Daphne

Primus amor Phœbi Daphne Peneia, quem non
Sors ignara dedit, ſed ſæua Cupidinis ira.
Delius hunc nuper victo ſerpente ſuperbus,
Viderat adducto flectentem cornua neruo:
Quidque tibi laſciue puer cum fortibus armis
Dixerat? iſta decent humeros geſtamina noſtros,
Qui dare certa feræ, dare vulnera poſſumꝰ hoſti,
Qui modo peſtifero tot iugera ventre prementem
Strauimus, innumeris tumidũ Pythona ſagittis.
Tu face neſcio quos, eſto contentus amores
Irritare tua, nec laudes aſſere noſtras,
Filius huic Veneris, figat tuus omnia Phœbe,
Tu meus arcus, ait: quantóque animalia cedunt
Cuncta Deo, tanto minor eſt tua gloria noſtra.
Dixit, & eliſo percuſſis aëre pennis
Impiger vmbroſa Parnaſſi conſtitit arce:
Déque ſagittifera prompſit duo tela pharetra
Diuerſorum operum: fugat hoc, facit illud amorem:
Quod facit, auratũ eſt, & cuſpide fulget acuta,
Quod fugat, obtuſum eſt, & habet ſub arundine plumbum.
Hoc Deus in nympha Peneide fixit, at illo
Læſit Apollineas traiecta per oſſa medullas.
Protinus alter amat: fugit altera nomẽ amãtis,
Siluarum latebris, captiuarúmque ferarum
Exuuiis gaudens, innuptæq; æmula Phœbes.
Vitta coercebat poſitos ſine lege capillos.
Multi illam petiere, illa [2] auerſata petentes,

1 Herculeæ. 2 aſpernata.

Impatiens, expérſque viri monumenta auia luſtrat,
Nec quid Hymen, quid amor, quid ſint connubia, curat.
Sæpe pater dixit, generum mihi filia debes,
Sæpe pater dixit, debes mihi nata nepotes.
Illa, velut crimen, tedas exoſa iugales,
Pulchra verecundo ſuffundens ora rubore,
Inque patris blandis hærens ceruice lacertis,
Da mihi perpetua genitor chariſſime, dixit,
Virginitate frui: dedit hoc pater ante Dianæ.
Ille quidem obſequitur, ſed te decor iſte, quod optas,
Eſſe vetat, votóque tuo tua forma repugnat.
Phœbus amat, viſæq; cupit connubia Daphnes,
Quodq; cupit ſperat, ſuáque illũ oracula fallunt.
Vtque leues ſtipulæ demptis adolentur ariſtis,
Vt facibus ſepes ardent quas forte viator
Vel nimis admouit, vel iam ſub luce reliquit:
Sic Deus in flammas abijt, ſic pectore toto
Vritur, & ſterilem ſperando nutrit amorem,
Spectat inornatos collo pendere capillos:
Et, quid ſi comantur? ait, videt igne micantes
Sideribus ſimiles oculos, videt oſcula, quæ non
Eſt vidiſſe ſatis, laudat digitóſque, manúſque,
Brachiaque, & nudos media plus parte lacertos:
Si qua latent, meliora putat, fugit ocior aura
Illa leui: neque ad hæc reuocantis verba reſiſtit.
Nympha precor Peneia mane: non inſequor hoſtis:
Nympha mane: ſic agna lũpum, ſic cerua leonem,
Sic aquilam penna fugiunt trepidante columbæ,
Hoſtes quæq; ſuos, amor eſt mihi cauſa ſequendi.
Me miſerum, ne prona cadas, indignáve lædi
Crura notent ſentes, & ſim tibi cauſa doloris.
Aſpera, qua properas, loca ſunt: moderantius, oro,
Curre, fugámque inhibe, moderantius inſequar ipſe.
Cui placeas inquire tamen: non incola montis,
Non ego ſum paſtor: non hic armenta gregéſve
Horridus obſeruo: neſcis temeraria, neſcis
Quem fugias, ideóque fugis: mihi Delphica tellus,
Et Claros, & Tenedos, Patareaq; regia ſeruit.
Iupiter eſt genitor: per me quod eſt, quod fuit, que
Eſtque, patet: per me concordant carmina neruis.
Certa quidẽ noſtra eſt, noſtra tamen vna ſagitta
Certior, in vacuo quæ vulnera pectore fecit.
Inuentum medicina meum eſt, [3] opiferque per orbem
Dicor, & herbarum eſt ſubiecta potentia nobis.
Heu mihi, quod nullis amor eſt medicabilis herbis:
Nec proſunt domino quæ proſunt omnibus artes.
Plura locuturum timido Peneia curſu
Fugit, cumque ipſo verba imperfecta reliquit.
Tunc quoque viſa decens: nudabant corpora venti,
Obuiaque aduerſas vibrabant flamina veſtes,

3 opiferque.

Et leuis impulsos retro dabat aura capillos.
Aucta fuga forma est: sed enim nō sustinet vltra
Perdere blāditias iuuenis Deus: vtque monebat
Ipse amor, admisso sequitur vestigia passu.
Vt canis in vacuo leporem cum Gallicus aruo,
Vidit, & hic prædam pedibus petit, ille salutem:
Alter inhæsuro similis, iam iamque tenere
Sperat, & extento stringit vestigia rostro:
Alter in ambiguo est, an sit comprensus, & ipsis
Morsibus eripitur, tangentiaque ora relinquit:
Sic Deus, & virgo est: hic spe celer, illa timore.
Qui tamen insequitur, pennis adiutus amoris,
Ocior est, requiemque negat, tergoque fugacis
Imminet, & crinem sparsum ceruicibus afflat.
Viribus absumptis expalluit illa, citaque
Victa labore fuga, spectans Peneidas vndas,
Fer pater, inquit, opē si flumina numen habetis:
Qua nimium placui tellus, ait, hisce: vel istam,
Quæ facit vt lædar, mutando perde figuram.
Vix prece finita torpor grauis occupat artus,
Mollia cinguntur tenui præcordia libro,
In frondem crines, in ramos brachia crescunt.
Pes modo tam velox pigris radicibus hæret,
Ora cacumen habēt, remanet nitor vnus in illa.
Hanc quoque Phœbus amat, positaque in stipite dextra
Sentit adhuc trepidare nouo sub cortice pectus:
Complexusque suis ramos vt membra lacertis,
Oscula dat ligno, refugit tamen oscula lignum.
Cui Deus: at quoniā coniux mea non potes esse,
Arbor eris certe, dixit, mea semper habebunt
Te coma, te citharæ, te nostræ Laure pharetræ.
Tu ducibus lætis aderis, cum læta triumphum
Vox canet, & longas visent Capitolia pompas:
Postibus Augustis eadem fidissima custos
Ante fores stabis, mediamque tuebere quercum.
Vtque meū intonsis caput est iuuenile capillis,
Tu quoque perpetuos sēper gere frōdis honores.
Finierat Pæan, factis modo laurea ramis
Annuit, vtque caput visa est agitasse cacumen.
Est nemus Æmoniæ: prærupta quod vndique claudit
Silua, vocant Tempe, per quæ Pēneus ab imo
Effusus Pindo, spumosis voluitur vndis,
Deiectuque graui tenues agitantia fumos
Nubila conducit, summisque aspergine siluis
Influit, & sonitu plus quam vicina fatigat.
Hæc domus, hæc sedes, hæc sūt penetralia magni
Amnis: in his residens, facto de cautibus antro,
Vndis iura dabat, Nymphisq; colētibus vndas.
Conueniunt illuc popularia flumina primum,
Nescia gratentur, consolentúrve parentem,
Populifer Spercheus, & irrequietus Enipeus,
Apidanusq; senex, lenisque Amphrisus, & Æas.
Moxque amnes alij, qui, qua tulit impetus illos,
In mare deducunt fessas erroribus vndas.
Inachus vnus abest, imoque reconditus antro
Fletibus auget aquas, natamque miserrimus Io
Luget, vt amissam: nescit vitáne fruatur,
An sit apud manes: sed quā non inuenit vsquā,
Esse putat nusquā, atque animo peiora veretur.
Viderat à patrio redeuntem Iupiter illam
Flumine, & ô virgo Ioue digna, tuoque beatum
Nescio quem factura toro, pete, dixerat vmbras
Aut horum, aut horum nemorum (& monstrauerat ambas)
Dum calet, & medio Sol est altissimus orbe.
Quod si sola times latebras intrare ferarum,
Præside tutā Deo nemorum secreta subibis:
Nec de plebe Deo, sed qui cœlestia magna
Sceptra manu teneo, sed qui vaga fulmina mitto.
Ne fuge me: fugiebat enim iam pascua Lerna,
Consitaque arboribus Lycæa reliquerat arua,
Cum Deus inducta latas caligine terras
Occuluit, tenuitque fugam, rapuitque pudorem.
Interea medios Iuno despexit in agros:
Et noctis faciem nebulas fecisse volucres
Sub nitido mirata die, non fluminis illas
Esse, nec humenti sensit tellure remitti:
Atque suus coniux vbi sit circumspicit, vt quæ
Deprensi toties bene nosset furta mariti.
Quem postquā cœlo non repperit: Aut ego fallor,
Aut ego lædor, ait, delapsaque ab æthere summo
Constitit in terras, nebulaque recedere iussit.
Coniugis aduentum præsenserat, inque nitentem
Inachidos vultus mutauerat ille iuuencam.
Bos quoque formosa est, speciem Saturnia vaccæ,
Quamquam inuita, probat: necnon & cuius & vnde.
Quóve sit armento, veri quasi nescia, quærit.
Iupiter è terra genitam mentitur, vt autor
Desinat inquiri, petit hanc Saturnia munus.
Quid faciat? crudele suos [1] abdicere amores,
Nō dare suspectū, pudor est. qui suadeat illinc,
Hinc dissuadet amor. victus pudor esset amore:
Sed leue si munus sociæ generisque thorique
Vacca negaretur, poterat non vacca videri.
Pellice donata non protinus exuit omnem
Diua metum: timuitque Iouem, & fuit anxia furti:
Donec Aristoridæ seruandam tradidit Argo.
Centum luminibus cinctum caput Argus habebat,
Inde suis vicibus capiebant bina quietem,
Cætera seruabant, atque in statione manebant,
Constiterat quocunque loco spectabat ad Io,
Ante oculos Io, quamuis auersus, habebat,
Luce sinit pasci: cum Sol tellure sub alta est,
Claudit, & indigno circumdat vincula collo,
Frondibus arboreis, & amara pascitur herba,
Proque thoro, terræ, non semper gramen habenti,
Incubat infelix, limósaque flumina potat.
Illa etiam supplex Argo cum brahia vellet
Tendere, non habuit, quæ brachia tenderet Argo,
Et conata queri, mugitus edidit ore,
Pertimuitque sonos, propriaque exterrita voce est.
Venit & ad patrias, vbi ludere sæpe solebat,
Inachidas ripas: nouaque vt conspexit in vnda

[1] addicere.

Cornua,

Cornua, pertimuit, [1] seque externata refugit.
Naiades ignorant, ignorat & Inachus ipse
Quæ sit: at illa patrem sequitur, sequiturque sorores,
Et patitur tangi seque admirantibus offert.
Decerptas senior porrexerat Inachus herbas.
Illa manus lambit, patriscq; dat oscula palmis,
Nec retinet lacrymas: & si modo verba supersint,
Oret opem, nomenq; suum, casusq; loquatur.
Litera pro verbis, quam pes in puluere [2] duxit,
Corporis indicium mutati triste peregit.
Me miserum, exclamat pater Inachus, inq; gementis
Cornibus, & niuea pendens ceruice iuuencæ,
Me miserum, ingeminat, tunc es quæsita per omnes
Nata mihi terras? tu non inuenta, reperta es.
Luctus erat leuior, retices? nec mutua [3] nostris
Dicta refers? alto tantum suspiria ducis
Pectore: quodque vnum potes, ad mea verba remugis.
At tibi ego ignarus thalamos, tedasq; parabam,
Spesq; fuit generi mihi prima, secunda nepotum.
De grege nunc tibi vir, & de grege natus habendus.
Nec finire licet tantos mihi morte dolores,
Sed nocet esse Deum, præclusaq; ianua lethi
Æternum nostros luctus extendit in æuum.
Talia dicenti stellatus summouet Argus,
Ereptamq; patri diuersa in pascua natam
Abstrahit: ipse procul montis sublime cacumen
Occupat: inde sedens partes speculatur in omnes.
Nec superum rector mala tanta Phoronidos vltra
Ferre potest, natumq; vocat, quem lucida partu
Pleias enixa est: lethoq; det, imperat, Argum.
Parua mora est, alas pedibus, virgamq; potenti
Somniferam sumpsisse manu, tegimenq; capillo.
Hæc vbi disposuit, patria Ioue natus ab arce
Desilit in terras, illic tegimenq; remouit,
Et posuit pennas: tantummodo virga retenta est.
Hac agit, vt pastor per deuia rura capellas,
Dum venit, adductas: & structis cantat auenis.
Voce noua captus custos Iunonius artis,
Quisquis es hoc poteris mecum considere saxo,
Argus ait, neque enim pecori fœcundior vllo
Herba loco est: aptamq; vides pastoribus vmbram.
Sedit Athlantiades: & euntem multa loquendo
Detinuit, sermone diem, iunctisq; canendo
Vincere arundinibus seruantia lumina tentat.
Ille tamen pugnat molles euincere somnos:
Et quamuis sopor est oculorum parte receptus.
Parte tamen vigilat, querit quoque (namque reperta
Fistula nuper erat) qua sit ratione reperta.
Tum Deus, Arcadia gelidis in montibus inquit,
Inter Hamadryadas celeberrima Nonacrinas
Naias vna fuit, Nympha Syringa vocabant.
Non semel & Satyros eluserat illa sequentes,
Et quoscunque Deos, vmbrosaq; silua, feraxq;
Rus habet, Ortygiam studiis, ipsamq; colebat
Virginitate Deam: ritu quoque cincta Diana,
Falleret, & credi posset Latonia, si non
Corneus huic arcus, si non foret aureus illi.
Sic quoque fallebat. Redeuntem colle Lycæo
Pā videt hanc, pinuque caput præcinctus acuta
Talia verba refert, Tibi nubere nympha volentis
Votis cede Dei. restabat plura referre,
Et precibus spretis fugisse per auia nympham,
Donec arenosi placidum Ladonis ad amnem
Venerat: hic illam, cursum impedientibus vndis,
Vt se mutarent, liquidas orasse sorores:
Panaq;, cum prensam sibi iam Syringa putaret,
Corpore pro nymphæ calamos tenuisse palustres:
Dumq; ibi suspirat, motos in arundine ventos
Effecisse sonum tenuem, simileмque querenti:
Arte noua, vociq; Deum dulcedine captum.
Hoc mihi [1] consilium tecum, dixisse, manebit:
Atque ita disparibus calamis compagine cerа
Inter se iunctis nomen mansisse puellæ.
Talia dicturus, vidit Cyllenius omnes
Succubuisse oculos, adopertaq; lumina somno.
Supprimit extemplo vocem: firmatq; soporem
Languida permulcens medicata lumina virga.
Nec mora falcato nutantem vulnerat ense,
Qua collo est confine caput: saxoq; cruentum
Deijcit, & maculat præruptam sanguine rupem.
Arge iaces, quodq; in tot lumina lumen habebas,
Extinctum est, centumque oculos nox occupat vna.
Excipit hos, volucrisq; sua Saturnia pennis
Collocat, & gemmis caudam stellantibus implet.
Protinus exarsit, nec tempora distulit iræ:
Horrificamq; oculis, animoq; obiecit Erinnyn
Pellicis Argolicæ, stimulosq; in pectore cæcos
Condidit, & profugam per totum terruit orbem.
Vltimus immenso restabas, Nile, labori.
Quem simul ac tetigit, positis in margine ripæ
Procubuit genibus, resupinoq; ardua collo,
Quos potuit solos tendens ad sidera vultus,
Et gemitu, & lacrymis, & luctisono mugitu
Cum Ioue visa queri est, finemque orare malorum.
Coniugis ille suæ complexus colla lacertis,
Finiat vt pœnas tandem, rogat: inq; futurum
Pone metus, inquit, nunquam tibi causa doloris
Hæc erit: & Stygias iubet hoc audire paludes.
Vt lenita Dea est, vultus capit illa priores,
Fitq; quod ante fuit: fugiunt de corpore setæ:
Cornua decrescunt: fit luminis arctior orbis:
Contrahitur rictus: redeunt humeriq; manusq;,
Vngulaq; in quinos dilapsa absumitur vngues.
De boue nil superest formæ nisi candor in illa,
Officioq; pedum Nymphe contenta duorum
Erigitur, metuitq; loqui, ne more iuuencæ
Mugiat: & timide verba intermissa retentat.

1. sese que exterrita fugit. 2 fecit. 3 mihi.

1. colloquium.

Nunc Dea[1] *linigena colitur celeberrima turba.*
Hinc Epaphus magni genitus de[2]*semine tandē*
Creditur esse Iouis, perq́ vrbes iuncta parenti
Templa tenet. Fuit huic animis æqualis, & annis
Sole satus Phaëthon, quem quondam magna loquentem,
Nec sibi cedentem, Phœboq́ parente superbum
Non tulit Inachides: matriq́, ait, omnia demens
Credis, & es tumidus genitoris imagine falsi.
Erubuit Phaëthon, iramq́ rubore repressit:
Et tulit ad Clymenen Epaphi conuitia matrē.
Quoq́ magis doleas genitrix, ait, en ego liber,
Ille ferox: tacui, pudet hæc opprobria nobis
Et dici potuisse, & non potuisse refelli.
At, tu, si modò sum cœlesti stirpe creatus,
Ede notam tanti generis, meq́ asserе cœlo.
Dixit, & implicuit materno brachia collo,
Perq́ suum, Meropisq́ caput, tædasq́ suorum

1 al. Niligena. 2 al. sanguine.

Traderet orauit veri sibi signa parentis.
Ambiguum est, Clymene precibus Phaëthontis, an ira
Mota magis dicti sibi criminis, vtraque cœlo
Brachia porrexit: spectansq́ ad lumina Solis,
Per iubar hoc, inquit, radiis insigne coruscis,
Nate, tibi iuro, quod nos audiq́, videq́,
Hoc te, quem spectas, hoc te, qui temperat orbem,
Sole satum: si ficta loquor, neget ille videndum
Se mihi, sitq́ oculis lux ista nouissima nostris.
Nec longus patrios labor est tibi nosse penates.
Vnde oritur, terræ domus est contermina nostræ.
Si modò fert animus, gradere, & scitabere ab ipso.
Emicat extemplò lætus post talia matris
Dicta suæ Phaëthon, & concipit æthera mente:
Æthiopasq́ suos, sitosq́ sub ignibus Indos
Sydereis transit, patriosq́ adit impiger ortus.

PVBLII OVIDII NASONIS
METAMORPHOSEON LIB. II.

Regia solis erat sublimibus alta columnis,
Clara micante auro, flammasq́ imitante Pyropo
Cuius ebur nitidum fastigia summa tegebat,
Argenti bifores radiabant limine valuæ.
Materiam superabat opus. nam Mulciber illic
Æquora cælarat medias cingentia terras,
Terrarumq́ orbem, cœlumq́ quo d imminet orbi.
Cæruleos habet vnda deos, Tritona canorum,
Proteaq́ ambiguum, balenarumq́ prementem
Ægæona suis immania terga lacertis,
Doridaq́, & natas: quarum pars nare videtur,
Pars in mole sedens viridis siccare capillos,
Pisce vehi quædam: facies non omnibus vna est,
Nec diuersa tamen, qualem decet esse sororum.
Terra viros, vrbesq́ gerit, syluasq́ ferasq́,
Fluminaque & nymphas, & cætera numina ruris.
Hæc superimposita est cœli fulgentis imago,
Signaq́ sex foribus dextris, totidemq́ sinistris.
Quo simul accliuo Clymeneia limite proles
Venit, & intrauit dubitati tecta parentis,
Protinus ad patrios sua fert vestigia vultus,
Consistitq́ procul: neq́ enim propiora ferebat
Lumina: purpurea velatus veste sedebat
In solio Phœbus, claris lucente smaragdis.
A dextra, lauaq́ Dies, & Mensis, & Annus,
Seculaq́, & posita spatiis æqualibus horæ:
Verq́ nouum stabat cinctum florente corona:
Stabat nuda Æstas, & spicea serta gerebat,
Stabat & Autumnus calcatis sordidus vuis,
Et glacialis Hyems canos hirsuta capillos.
Inde loco medius rerum nouitate pauentem
Sol oculis iuuenem, quibus aspicit omnia, vidit.
Quaq́ viæ tibi causa? quid hac ait, arce petisti
Progenies Phaëthon haud insicienda parenti?
Ille refert: ô lux immensi publica mundi
Phœbe pater, si das vsum mihi nominis huius,
Nec falsa Clymene culpam sub imagine celat:
Pignora da genitor, per quæ tua vera propago
Credar, & hunc animis errorem detrahe nostris.
Dixerat: at genitor circum caput omne micātes
Deposuit radios, propiusq́ accedere iussit:
Amplexuq́ dato, nec tu meus esse negari
Dignus es, & Clymene veros, ait, edidit ortus.
Quóque minus dubites, quoduis pete munus, & illud
Me tribuente feres, promissis testis adesto
Diis iuranda palus, oculis incognita nostris.
Vix bene desierat: currus petit ille paternos,
Inq́ diem alipedum ius, & moderamen equorū.
Pœnituit iurasse patrem: qui terq́ quaterq́
Concutiens illustre caput, temeraria dixit
Vox mea facta tua est: vtinam promissa liceret
Non dare, confiteor, solum hoc tibi nate negarem.
Dissuadere licet: non est tua tuta voluntas,
Magna petis Phaëthon, & quæ non viribus istis
Munera conueniunt, nec tam puerilibus annis.
Sors tua mortalis. non est mortale quod optas.
Plus etiam, quàm quod superis contingere fas est,
Nescius affectas, placeat sibi quisq́ licebit:
Non tamen ignifero quisquam consistere in axe,
Me valet excepto: vasti quoque rector olympi,
Qui fera terribili iaculatur fulmina dextra,
Nō aget hos currus: & quid Ioue maius habetur?
Ardua prima via est, & qua vix manè recentes
Enituntur equi. medio est altissima cœlo,
Vnde mare, & terras ipsi mihi sæpe videre

Fit

Fit timor, & pauida trepidat formidine pectus.
Vltima prona via est, & eget moderamine certo.
Tunc etiam, quæ me subiectis excipit vndis,
Ne ferar in præceps, Tethys solet ipsa vereri.
Adde, quod assidua rapitur vertigine cœlum,
Syderaq; alta trahit, celerique volumine torquet.
Nitor in aduersum: nec me, qui cætera vincit
Impetus, & rapido contrarius euehor orbi.
Finge datos currus: quid ages? poterisne rotatis
Obuius ire polis, ne te citus auferat axis?
Forsitan & lucos illic vrbesq; deorum
Concipias animo, delubraq; diuia donis
Esse: per insidias iter est formaq; ferarum.
Vtq; viam teneas, nulloq; errore traharis,
Per tamen aduersi gradieris cornua tauri,
Æmoniosq; arcus violentiq; ora leonis,
Sæuaq; circuitu curuantem brachia longo
Scorpion, atque aliter curuantem brachia cancrum.
Nec tibi quadrupedes [1] animosos ignibus illis,
Quos in pectore habent, quos ore, & naribus efflant,
In promptu regere est: vix me patiuntur, vbi acres
Incaluere animi, ceruixq; repugnat habenis.
At tu, funesti ne sim tibi muneris autor,
Nate caue: dum resq; sinit, tua corrige vota.
Scilicet vt nostro genitum te sanguine credas,
Pignora certa petis, do pignora certa timendo,
Et patrio pater esse metu probor: aspice vultus
Ecce meos: vtinamq; oculos in pectore posses
Inserere & patrias intus deprendere curas.
Deniq; quicquid habet diues circūspice mundus,
Deq; tot, ac tantis cœli, terræq; marisq;
Posce bonis aliquid: nullam patiere repulsam.
Deprecor hoc vnum, quod vero nomine pœna,
Nō honor est: pœnā Phaëthon pro munere poscis.
Quid mea colla tenes blandis ignare lacertis?
Ne dubita: dabitur (Stygias iurauimus vndas)
Quodcunque optaris: sed tu sapientius opta.
Finierat monitus: dictis tamen ille repugnat,
Propositumq; premit, flagratq; cupidine currus.
Ergo qua licuit genitor cunctatus, ad altos
Deducit iuuenem, Vulcania munera, currus.
Aureus axis erat, temo aureus, aurea summa
Curuatura rotæ, radiorum argenteus ordo.
Per iuga chrysoliti positæq; ex ordine gemmæ
Clara repercusso reddebant lumina Phœbo.
Dúmque ea magnanimus Phaëthon miratur, opúsque
Perspicit: ecce vigil nitido patefecit ab ortu
Purpureas Aurora fores, & plena rosarum
Atria: diffugiunt stellæ quarum agmina cogit
Lucifer, & cœli statione nouissimus exit.
Tum, pater vt terras, mūdumq; rubescere vidit,
Cornuaq; extremæ velut euanescere Lunæ,
Iungere equos Titan velocibus imperat horis.
Iussa Deæ celeres peragunt, ignemq; vomentes
Ambrosiæ succo saturos præsepibus altis
Quadrupedes ducunt, adduntque sonantia frena.
Tum pater ora sui sacro medicamine nati
Contigit, & rapidæ fecit patientia flammæ:
Imposuitque comæ radios, præsagaque luctus
Pectore sollicito repetens suspiria dixit:
Si potes his saltem monitis parere parentis,
Parce puer stimulis, & fortius vtere loris.
Sponte sua properant: labor est inhibere volātes.
Nec tibi directos placeat via quinq; per arcus,
Sectus in obliquum est lato curuamine limes,
Zonarumque trium contentus fine, polumque
Effugit australē, iunctamq; Aquilonibus Arctō.
Hāc sit iter, manifesta rotæ vestigia cernes.
Vtque ferant æquos & cœlum & terra colores,
Nec preme, nec summum molire per æthera currum.
Altius egressus cœlestia [1] signa cremabis,
Inferius terras: medio tutissimus ibis.
Neu te dexterior tortum declinet ad anguem,
Néue sinisterior pressam rota ducat ad aram:
Inter vtrumque tene: fortunæ cætera mando:
Quæ iuuet & melius, quam tu, tibi consulat, opto,
Dum loquor, Hesperio positus in littore metas
Humida nox tetigit: non est mora libera nobis:
Poscimur, & fulget tenebris Aurora fugatis.
Corripe lora manu: vel, si mutabile pectus
Est tibi consiliis, non curribus vtere nostris,
Dum potes, & solidis etiam nunc sedibus astas.
Dumq; malè optatos nōdum premis insscius axes:
Quæ tutus spectes, sine me dare lumina terris.
Occupat ille leuem iuuenili corpore currum,
Státq; super, manibusq; datas contingere habenas
Gaudet, & inuito grates agit inde parenti.
Interea volucres Pyroeis, Eous, & Æthon:
Solis equi, quartusque Phlegō hinnitibus auras
Flāmiferis implent, pedibusq; repagula pulsant:
Quæ postquam Tethys fatorum ignara nepotis,
Reppulit, & facta est immensi copia cœli:
Corripuere viam, pedibusque per aëra motis
Obstantes scindunt nebulas, pennisque leuati
Prætereunt ortos iisdem de partibus Euros.
Sed leue pondus erat, nec quod cognoscere posset
Solis equi, solitaque iugum grauitate carebat.
Vtque labant curuæ iusto sine pondere naues,
Pérque mare instabiles nimia leuitate feruntur:
Sic onere insueto vacuos dat in aëre saltus,
Succutitúrque altè, similisque est currus inani.
Quod simul ac sensere, ruunt, tritumq; relinquūt
Quadriiugij spaciū, nec quo prius, ordine currūt.
Ipse pauet: nec quæ commissas flectat habenas,
Nec scit qua sit iter, nec si sciat, imperet illis.
Tum primum radiis gelidi caluere triones,
Et vetito frustra tentarunt æquore tingi.
Quæque polo posita est glaciali proxima serpens,
Frigore pigra prius, nec formidabilis vlli,
Incaluit, sumpsitque nouas feruoribus iras,
Te quoque turbatum memorant fugisse Boote,
Quāuis tardus eras, & te tua plaustra tenebant.

a al. damnosos.
1 al. tecta.

Vt verò terras despexit ab æthere summo
Infelix Phaethon penitus, penitúsque iacentes,
Palluit, & subito genua intremuere timore.
Súntque oculis tenebræ per tantum lumẽ obortæ.
Et iam mallet equos nunquã tetigisse paternos,
Iam cognosse genus piget, & valuisse rogando:
Iam Meropis dici cupiens ita fertur, vt acta
Præcipiti pinus Borea, cui victa remisit
Frena suus rector, quam Diis, votisque reliquit.
Quid faciat? multum cœli post terga relictum:
Ante oculos plus est, animo metitur vtrumque:
Et modo, quos illi fas tum contingere non est,
Prospicit occasus, interdum respicit ortus,
Quidq; agat ignarus stupet, & nec frena remittit,
Nec retinere valet, nec nomina nouit equorum,
Sparsa quoque in vario passim miracula cœlo,
Vastarúmque videt trepidus simulacra ferarum.
Est locus, in geminos vbi brachia concauat arcus
Scorpius, & caudæ flexisque vtrinque lacertis
Porrigit in spatium signorum membra duorum.
Hunc puer vt nigri madidum sudore veneni
Vulnera curuata minitantem cuspide vidit,
Mentis inops, gelida formidine lora remisit.
Quæ postquam summo sensêre iacentia tergo.
Expatiantur equi, nullóque inhibente per auras
Ignotæ regionis eunt: quáque impetus egit,
Hác sine lege ruunt: altóque sub æthere fixis
Incursant stellis, rapiúntque per auia currum:
Et modò summa petũt, modo per declive, viasq;
Præcipites spatio terræ propiore feruntur:
Inferiúsque suis fraternos currere Luna
Admiratur equos: ambustáque nubila fumant,
Corripitur flammis vt quæque altissima tellus,
Fissaque agit rimas, & succis aret ademptis,
Pabula canescunt, cum frondibus vritur arbor.
Materiamq; suo brabet seges arida damno.
Parua queror: magnæ pereunt cum mœnibus vrbes:
Cúmque suis totas populis incendia gentes
In cinerem vertunt, siluæ cum montibus ardent:
Ardet Athos, Taurusq;, Cilix, & Tmolus, & Oete,
Et tum sicca prius celeberrima fontibus, Ida,
Virgineusque Helicon, & nondum Oeagrius Aemus.
Ardet in immensum geminatis ignibus Aetna,
Parnassusq; biceps, & Eryx, & Cinthus, & Othrys,
Et tandem niuibus Rhodope caritura, Mimasq;,
Dindymaque, & Mycale, natúsque ad sacra Citharon,
Nec prosunt Scythiæ sua frigora. Caucasus ardet,
Ossaque cũ Pindo, maiorque ambobus Olympus,
Aeriæque Alpes, & nubifer Apenninus.
Tum verò Phaethon cunctis è partibus orbem
Aspicit accensum, nec tantos sustinet æstus:

1 al.fatum. 2 al.Hæmus.
3 al.accendi. 4 al.ignes.

Feruentésque auras velut è fornace profunda
Ore trahit, currusque suos candescere sentit.
Et neque iam cineres, non eiectamq; fauillam
Ferre potest, calideque inuoluitur vndiq; fumo.
Quoque eat, aut vbi sit, picea caligine tectus
Nescit, & arbitrio volucrum raptatur equorum.
Sanguine tũ credũt in corpora summa vocato,
Æthiopum populos nigrum traxisse colorem.
Tum facta est Lybie raptis humoribus æstu
Arida: tum nymphæ passis fonteſque lacusque
Defleuere comis: quærit Bœotia Dircen,
Argos Amimonen, Ephyre Pyrenidas vndas,
Nec sortita loco distantes flumina ripas
Tuta manent, mediis Tanais fumauit in vndis,
Peneusque senex Theuthranteusque Caicus,
Et celer Ismenos cum Phocaico Erymantho,
Arsuruſque iterũ Xanthus flauúsque Lycormas
Quique recuruatis ludit Mæander in vndis.
Mygdoniúsque Melas, & Tænarius Eurotas.
Arsit & Euphrates Babylonius, arsit Orontes,
Thermodoónque citus, Gangésque, & Phasis, & Ister,
Aestuat Alpheus: ripæ Sperchiades ardent.
Quodque suo Tagus amne vehit, fluit ignibus aurum:
Et, quæ Mæonias celebrarunt carmine ripas,
Fluminea volucres medio caluere Cayſtro.
Nilus in extremum fugit perterritus orbem,
Occuluitque caput, quod adhuc latet, ostia septem
Puluerulenta vacãt, septem sine flumine valles.
Sors eadem Ismarios Hebrũ cum Strymone siccat,
Hesperióque amnes, Rhenum, Rhodanumque Padumque,
Cuique fuit rerum promissa potentia Tybrim.
Dissilit omne solũ: penetratque in tartara rimis
Lumen, & infernum terret cum coniuge regem:
Et mare cõtrahitur, siccæque est campus arenæ:
Quod modo pontus erat, quóque altum texerat æquor,
Existunt montes, & sparsas Cycladas augent.
Ima petunt pisces, nec se super æquora curui
Tollere consuetas audent delphines in auras,
Corpora Phocarum summo resupina profundo
Exanimata iacent. ipsum quoque Nerea fama est,
Doridaque, & natas tepidis latuisse sub vndis,
Ter Neptunus aquis cum toruo brachia vultu
Exerere ausus erat, ter non tulit æris ignes.
Alma tamen Tellus, vt erat circumdata ponto,
Inter aquas pelagi, cõtractoſque vndique fontes,
Qui se condiderant in opaca viscera matris,
Sustulit omniferos collo tenus arida vultus:
Oppositq; manum fronti, magnóque tremore
Omnia concutiens paulùm subsedit, & infra
Quam solet esse fuit, sacráque ita voce prosatur:
Si placet hoc, meruiq;, quid ô tua fulmina cessant
Summe Deum? liceat perituræ viribus ignis,
Igne perire tuo: cladémque auctore leuare.
Vix equidem fauces hæc ipsa in verba resoluo,

Prefferat

(Presserat ora vapor) tostos en aspice crines,
Inq; oculis fumum: volitant super ora fauillæ.
Hosne mihi fructus? hunc fert ilitatis honorem,
Officiiq; refers, quod adunci vulnera aratri,
Rastrorumq; fero, totoq; exerceor anno?
Quod pecori frondes, alimentaq; mitia fruges
Humano generi, vobis quoque thura ministro?
Sed tamen exitium fac me meruisse, quid vnda?
Quid meruit frater? cur illi tradita sorte
Æquora decrescunt, & ab æthere longius absumi?
Quod si nec fratris, nec te mea gratia tangit,
At cœli miserere tui: circumspice, vtrinq;
Fumat vterque polus, quos si violauerit ignis,
Atria vestra ruent: Atlas en ipse laborat:
Vixq; suis humeris candentem sustinet axem.
Si freta, si terra pereunt, si regia cœli,
In chaos antiquum confundimur. eripe flammis,
Si quid adhuc superest: & rerum cõsule summæ.
Dixerat hæc Tellus: neque enim tolerare vapore
Vlterius potuit, nec dicere plura, suumq;
Rettulit os in se, propriorq; manibus antra.
At pater omnipotens superos testatus, & ipsum
Qui dederat currus, nisi opem ferat, omnia fato
Interitura graui, summam petit arduus arcem,
Vnde solet nubes latis inducere terris,
Vnde mouet tonitrus, vibrataq; fulmina iactat.
Sed neque quas posset terris inducere, nubes
Tunc habuit, nec quos cœlo demitteret, imbres.
Intonat, & dextra [1] libratum fulmen ab aure
Misit in aurigam pariterq;, animaq;, rotisq;
[2] Exuit, & sæuis compescuit ignibus ignes.
Consternuntur equi, & saltu in contraria facto
Colla iugo eripiunt, abruptaq; lora relinquunt.
Illic frena iacent, illic temone reuulsus
Axis, in hac radij fractarum parte rotarum:
Sparsaq; sunt latè laceri vestigia currus.
At Phaethon rutilos flamma populante capillos,
Voluitur in præceps, longoq; per aëra tractu
Fertur, vt interdum de cœlo stella sereno,
Et si non cecidit, potuit cecidisse videri.
Quem procul à patria diuerso maximus orbe
Excipit Eridanus, fumantiaq; abluit ora.
Naiades Hesperiæ trifida fumantia flamma
Corpora dant tumulo, signant quoque carmine saxum
Hic situs est Phaethon currus auriga paterni,
Quem si non tenuit, magnis tamen excidit ausis.
At pater obductos luctu miserabilis ægro
Condiderat vultus: & (si modo credimus) vnum
Isse diem sine Sole ferunt: incendia lumen
Prebebant: aliquisq; malo fuit vsus in illo.
At Clymene postquam dixit, quæcunque fuerunt
In tantis dicenda malis, lugubris, & amens,
Et laniata sinus totum percensuit orbem,
Exanimesq; artus primo, mox ossa requirens,
Reperit ossa tamen peregrina condita [3] ripa.
Incubuitq; loco, nomenq; in marmore lectum
Perfudit lachrymis, & aperto pectore fouit.
Nec minus Heliades lugent, & inania morti
Munera dant lachrymas, & cæsa pectora palmis
Non audituram miseras Phaetonta querelas
Nocte, dieq; vocant, aternumq; sepulchro.
Luna quater iunctis implerat cornibus orbem:
Illæ more suo (nam morem fecerat vsus)
Plangorem dederant: quibus Phaetusa sororem
Maxima, cùm vellet terræ procumbere, questa est
Diriguisse pedes: ad quam conata venire
Candida Lampetie, subita radice retenta est.
Tertia cùm crinem nauibus laniare pararet
Auellit frondes: hæc stipite crura teneri,
Illa dolet fieri longos sua brachia ramos.
Dumque ea mirantur, complectitur inguina cortex,
Pérque gradus vterum, pectúsque, humerósq; manúsque
Ambit, & extabant tantum ora vocantia matrem,
Quid faciat mater? nisi quo trahit impetus illã,
Huc eat, atque illuc, & dum licet, oscula iungat?
Non satis est truncis auellere corpora tentat,
Et teneros manibus ramos abrumpit: at inde
Sanguineæ manant tanquam de [1] vulnere guttæ.
Parce precor mater, quæcumque est saucia clamat.
Parce precor: nostrum laceratur in arbore corpus.
Iamq; vale. cortex in verba nouissima venit.
Inde fluunt lachrymæ, stillataq; sole rigescunt
De ramis electra nouis: quæ lucidus amnis
Excipit, & nuribus mittit gestanda Latinis.
Affuit huic monstro proles Stheneleia Cygnus:
Qui tibi materno quamuis à sanguine iunctus,
Mente tamen Phaethon propior fuit: ille relicto
(Nam Ligurum populos, & magnas rexerat vrbes)
Imperio, ripas virides, amnemq; querelis
Eridanum implerat, siluamq; sororibus auctam,
Cùm vox est tenuata viro: tenuq; capillos
Dissimulant plumæ, collumq; à pectore longè
Porrigitur, digitosq; ligat iunctura rubentes.
Penna latus velat: tenet os sine acumine rostrum.
Fit noua Cygnus auis, nec se cœloq;. Ioui q;
Credit, vt iniustè memor ignis ab illo.
Stagna petit, patulosq; lacus: ignemq; perosus
Quæ colat, elegit contraria flumina flammis.
Squalidus interea genitor Phaëthontis, & expers
Ipse sui decoris, qualis, cùm deficit orbi,
Esse solet, lucemq; odit, seq; ipse, diemq;:
Dátque animum in luctus, & luctibus adiicit iram,
Officiumq; negat mundo. Satis, inquit, ab æui
Sors mea principijs fuit irriquieta. piget q;
Actorum sine fine mihi, sine honore laborum.
Quilibet alter agat portantes lumina currus.
Si nemo est, omnesq; Dei non posse fatentur,

a vibratum. 3 Expulit. 3 terra.

1 corpore.

Ipse agat: vt saltem dum nostras tentat habenas,
Orbatura patres aliquando fulmina ponat.
Tunc sciet ignipedum vires expertus equorum
Non meruisse necem, qui non bene rexerit illos.
Talia dicentem circumstant omnia Solem
Numina, néve velit tenebras inducere [1] terris,
Supplice voce rogant: missos quoq; Iuppiter ignes
Excusat, precibusq; minas regaliter addit.
Colligit amentes, & adhuc terrore pauentes
Phœbus equos, stimuloq; dolens, & verbere sæuit.
Sæuit enim, natumq; obiectat, & imputat illis.
At pater omnipotens ingentia mœnia cœli
Circuit, vt nequid labefactum viribus ignis
Corruat, explorat: quæ postquam firma, suiq;
Roboris esse videt, terras, hominumq; labores
Perspicit. Arcadiæ tamen est impensior illi
Cura suæ, fontesq;, & nondum audentia labi
Flumina restituit: dat terræ gramina, frondes
Arboribus, læsasq; iubet reuirescere syluas.
Dum redit, itq; frequens, in virgine Nonacrina
Hæsit, & accepti caluere sub ossibus ignes.
Non erat huius opus lanam mollire trahendo,
Nec posset variare comas: vbi fistula vestem,
Vitta coërcuerat neglectos alba capillos:
Et modò leue manu iaculum, modò sumpserat arcum,
Miles erat Phœbes: nec Mænalon attigit vlla
Gratior hac Triuiæ. Sed nulla potentia longa est.
Vlterius medio spatium Sol altus habebat:
Cum subit illa nemus, quod nulla ceciderat ætas.
Exuit hic humero pharetram, lentosq; retendit
Arcus, inq; solo, quod texerat herba, iacebat,
Et pictam posita pharetram ceruice premebat.
Iupiter vt vidit fessam, & custode [2] vacantem,
Hoc certè furtum coniux mea nesciet, inquit:
Aut si rescierit, sunt, ô, sunt iurgia tanti?
Protinus induitur faciem, cultumq; Dianæ,
Atque ait: ô comitum virgo pars vna mearum,
In quibus es venata iugis? de cespite virgo
Se leuat, & salue numen me iudice, dixit,
Audiat ipse, licet, maius Ioue. ridet, & audit,
Et sibi præferri se gaudet, & oscula iungit,
Nec moderata satis, nec sic à virgine danda.
Qua venata foret sylua narrare parantem
Impedit amplexu: nec se sine crimine prodit.
Illa quidem contra, quantum modò fœmina posset,
(Aspiceres vtinam Saturnia mitior esses)
Illa quidem pugnat, sed quæ superare puella,
Quisve Iouem poterat? superûm petit æthera victor
Iuppiter: huic odio nemus est, & conscia syluæ.
[3] Vnde pedem referens penè est oblita pharetram
Tollere cum telis, & quem suspenderat arcum.
Ecce suo comitata choro Dictynna per altum
Mænalon ingrediens, & cæde superba ferarum,
Aspicit hanc, visamq; vocat: clamata refugit,
Et timuit primò, ne Iuppiter esset in illa.
Sed postquam pariter Nymphas incedere vidit,
Sensit abesse dolos numerumq; accessit ad harũ.
Heu quàm difficile est crimen nõ prodere vultu!
Vix oculos attollit humo, nec vt ante solebat,
Iunctæ Deæ lateri, nec toto est agmine prima:
Sed silet, & læsi dat signa rubore pudoris:
Et, nisi quod virgo est, poterat sentire Diana
Mille notis culpam: Nymphæ sensisse feruntur,
Orbe resurgebant lunaria cornua nono,
Cùm Dea venatu fraternis languida flammis,
Nacta nemus gelidum est, de quo cum murmure labens
Ibat, & attritas versabat riuus arenas.
Vt loca laudauit, summas pede contigit vndas:
His quoq; laudatis, procul est, ait, arbiter omnis:
Nuda superfusis tingamus corpora lymphis.
Parrhasis erubuit: cunctæ velamina ponunt:
Vna moras quærit: dubitanti vestis adempta est:
Qua posita nudo patuit cum corpore crimen.
Attonitæ, manibusq; vterum celare volenti,
I procul hinc, dixit, ne sacros pollue fontes,
Cynthia, deq; suo iussit secedere cœtu.
Senserat hoc olim magni matrona tonantis,
Distuleratq; graues in idonea tempora pœnas.
Causa mora nulla est, & iam puer Arcas (id-ipsum
Indoluit Iuno) fuerat de pellice natus.
Quò simul obuertit sæuam cum lumine mentem,
Scilicet hoc etiam restabat, adultera dixit,
Vt fœcunda fores, sieretq; iniuria partu
Nota, Iouisq; mei testatum dedecus esset,
Haud impunè feres: adimam tibi namque figuram,
Qua tibi, quáque places nostro importuna marito.
Dixit: & aduersa prensis à fronte capillis
Strauit humi pronam: tendebat brachia supplex:
Brachia cœperunt nigris horrescere villis,
Curuariq; manus, & aduncos crescere in vngues:
Officioq; pedum fungi, laudataq; quondam
Ora Ioui lato fieri deformia rictu.
Néve preces animos & verba precantia flectant,
Posse loqui eripitur: voxq; iracunda, minaxq;,
Plenaq; terroris rauco de gutture fertur.
Mens antiqua tamen facta quoq; mãsit in vrsa:
Assiduoq; suo gemitu testata dolores,
Qualescumq; manus ad cœlum, & sydera tollit,
Ingratumq; Iouem nequeat cum dicere, sentit.
Ah quoties sola non ausa quiescere syluæ,
Ante domum, quondamq; suis errauit in agris?
Ah quoties per saxa canum latratibus acta est,
Venatrixq; metu venantum territa fugit?
Sæpe feris latuit visis, oblita quid esset,
Vrsaq; conspectos in montibus horruit vrsos,
Pertimuitq; lupos, quamuis pater esset in illis.
Ecce Lycaoniæ proles ignara parentis
Arcas adest, ter quinq; ferens natalibus annos:
Dumq; feras sequitur, dum saltu eligit aptos,
Nexilibusq; plagis syluas Erymanthidas ambit,

1 al. rebus. 2 al. carentem. 3 al. inde.

1 al. arreptam.

Incidit

Incidit in matrem, quæ restitit Arcade viso,
Et cognoscenti similis fuit, ille refugit:
Immotosq; oculos in se sine fine tenentem
Nescius extimuit, propiúsque accedere 1 fugit.
Vulnifico fuerat fixurus pectora telo:
Arcuit omnipotens, paritérque ipsúmq; nefasq;
Sustulit, & celeri raptos per inania vento
Imposuit cœlo, vicináque sydera fecit.
Intumuit Iuno postquam inter sydera pellex
Fulsit, & ad canam descendit in æquora Tethyn,
Oceanúmque senem, quorum reuerentia mouit
Sæpe Deos: causámque viæ scitantibus, inquit,
Quæritis æthereis quare regina Deorum,
Sedibus hic adsim: pro me tenet altera cœlum.
Mentiar, obscurum nisi nox cum fecerit orbem,
Nuper honoratas summo mea vulnera cœlo
Videritis stellas illic, vbi circulus axem
Vltimus extremum, spatióq; breuissimus ambit.
Est verò, cur quis Iunonem lædere nolit,
Offensámque tremat, quæ prorsum sola nocendo?
O ego quantum egi? quàm vasta potentia nostra est?
Esse hominem vetui, facta est Dea: sic ego pœnas
Sontibus impono: sic est mea magna potestas.
Vendicet antiquam faciem, vultúsque ferinos
Detrahat, Argolica quod in ante Phoronide fecit.
Cur non expulsa ducit Iunone, meóque
Collocat in thalamo, socerúmque Lycaona sumit?
At vos, si læsæ tangit contemptus alumnæ,
Gurgite cæruleo septem prohibete triones,
Syderaque in cœlum stupri mercede recepta,
Pellite, ne puro tingatur in æquore pellex.
Dij maris annuerant, habili Saturnia curru
Ingreditur liquidum pauonibus 2 æra pictis.
Tam nuper pictis cæso pauonibus Argo,
Quam tu nuper eras, cum candidus ante fuisses,
Corue loquax subito nigrantes versus in alas.
Nam fuit hæc quondam niueis argentea pennis
Ales, vt æquaret totas sine labe columbas:
Nec seruaturis vigili Capitolia voce
Cederet anseribus, nec amanti flumina cygno.
Lingua fuit damno: lingua faciente loquaci,
Qui color albus erat, nunc est contrarius albo.
Pulchrior in tota, quam Lariſſæa Coronis
Non fuit Æmonia. placuit tibi Delphice certè
Dum vel casta fuit, vel inobseruata: sed ales
Sensit adulterium Phœbeius: vtq; latentem
Detegeret culpam, non exorabilis index,
Ad dominum tendebat iter, quem garrula motis
Consequitur pennis, scitetur vt omnia, cornix:
Auditaq; viæ causa non vtile carpis,
Inquit, iter: ne sperne meæ præsagia linguæ.
Quid fuerim, quid simq; vide, meritumq; require:
Inuenies nocuisse fidem. nam tempore quodam
Pallas Erichthonium prolem sine matre creatam
Clauserat Actæo texta de vimine cista,
Virginibusq; tribus gemino de Cecrope natis
Seruandũ dederat, 1 sed non confessa quid esset,
2 Et legem dederat, sua ne secreta viderent.
Abdita fronde leui densa speculabar ab vlmo,
Quid facerent: commissa duæ sine fraude tuetur
Pandrosos, atque Herse: timidas vocat vna sorores;
Aglauros, nodosque manu diducit, & intus
Infantemq; vident, apporrectumq; draconem,
Acta Dea refero pro quo mihi gratia talis
Redditur vt dicar tutela pulsa Mineruæ:
Et ponar post noctis auem, mea pœna volucres
Admonuisse potest, ne voce pericula quærant.
At puto non vltro, nec quicquam tale rogantem
Me petijt: licet hoc ex ipsa Pallade quæras:
Quamuis irata est, non hoc irata negabit,
Nam me Phocaica clarus tellure Coroneus
(Nota loquor) genuit. fueramq; ego regia virgo:
Diuitibusq; procis (ne me contemne) petebar
Forma mihi nocuit. nam cùm per littora lentis
Passibus, vt soleo, summa spatiarer arena,
Vidit & incaluit pelagi Deus: vtq; precando
Tempora cum blandis absumpsit inania verbis,
Vim parat, & sequitur: fugio, densumq; relinquo
Littus, & in molli nequicquam lassor arena.
Inde Deos, hominesq; voco: nec contigit vllum
Vox mea mortalem: mota est pro virgine virgo.
Auxiliumq; tulit tendebam brachia cœlo:
Brachia cœperunt leuibus nigrescere pennis.
Reijcere ex humeris vestem molibar: at illa
Pluma erat, inque cutem radices fixerat imas.
Plangere nuda meis conabar pectora palmis:
Sed neq; iam palmas, nec pectora nuda gerebam.
Currebam: nec, vt ante pedes retinebat arena:
Sed summa tollebar humo, mox alta per auras
Euehor, & data sum comes inculpata Mineruæ.
Quid tamen hoc prodest, si diro facta volucris
Crimine Nyctimene, nostro successit honori?
An quæ per totam res est notissima Lesbon,
Non audita tibi est patrium temerasse cubile
Nyctimenen? auis illa quidem: sed conscia culpæ:
Conspectum, lucemq; fugit, tenebrisq; pudorem
Celat, & à cunctis expellitur æthere toto.
Talia dicenti, Tibi ait, renocamina coruus
Sint precor ista malo: nos vanum spernimus omen.
Nec cœptum dimittit iter, dominoq; iacentem
Cum iuuene Æmonio vidisse Coronida narrat.
Laurea delapsa est audito crimine amantis:
Et pariter vultúsq; decor, plectrumq;, colorq;
Excidit: vtque animus tumida feruebat ab ira,
Arma assueta capit, flexumq; à cornibus arcum
Tendit, & illa suo toties cum pectore iuncta
Indeuitato trajecit pectora telo.
Icta dedit gemitum, tractoq; à vulnere ferro
Candida puniceo perfudit membra cruore:
Et dixit: Potui pœnas tibi Phœbe dedisse,
Sed peperisse prius: duo nunc moriemur in vna:
Hactenus, & pariter vitam cum sanguine fudit.
Corpus inane animæ frigus lethale secutum est,
Pœnitet heu sero pœnæ crudelis amantem,

1 al. tentat. 2 al. æthera.

1 al. sic inconfessæ. 2 Hanc.

Seq; quod audierit, quod sic exarserit, odit.
Odit enim, per quam crimen, causamq; dolendi
Scire coactus erat: nec non arcumq;, manumq;
Odit, cumq; manu temeraria tela, sagittas:
Collapsamq; fouet, seraq; ope vincere fata
Nititur, & medicas exercet inaniter artes.
Quæ postquam frustra tentata, rogumq; parari
Vidit, & arsuros supremis ignibus artus:
Tum verò gemitus (neque enim cœlestia tingi
Ora licet lacrymis) alto de corde petitos
Edidit, haud aliter, quàm cùm spectante iuuenca
Victantis vituli dextra libratus ab aure
Tempora discussit claro caua malleus ictu.
Vt tamen ingratos in pectora fudit odores,
Et dedit amplexus, iniustaq; a busta peregit,
Non tulit in cineres labi sua Phœbus eosdem
Semina. sed natum flammis, vteroq; parentis
Eripuit, geminiq; tulit Chironis in antrum:
Sperantemq; sibi non falsa præmia linguæ,
Inter aues albas vetuit consistere coruum.
Semifer interea diuinæ stirpis alumno
Lætus erat, mistoq; oneri gaudebat honore.
Ecce venit rutilis humeros protecta capillis
Filia Centauri, quam quondam Nympha Chariclo
Fluminis in rapidi ripis enixa vocauit
Ocyroën, non hæc artes contenta paternas
Edidicisse fuit, fatorum arcana canebat.
Ergo vbi vaticinos concepit mente furores,
Incaluitq; Deo, quem clausum pectore habebat,
Aspicit infantem, totiq; salutifer orbi
Cresce puer, dixit: tibi se mortalia sæpe
Corpora debebunt, animas tibi reddere adeptas
Fas erit, idq; semel Dijs indignantibus ausus,
Posse dare hoc iterum flamma prohibebere auita,
Eq; Deo corpus fies exangue: Deusq;,
Qui modò corpses eras: & bis tua fata nouabis.
Tu quoque chare pater non iam mortalis, & æuus
Omnibus vt maneas, nascendi lege creatus,
Posse mori cupies cum, cum cruciabere dira
Sanguine serpentis per saucia membra recepto:
Teq; ex æterno patientem numina mortis
Efficient, tripliceq; Dea tua fila resoluent.
Restabat fatis aliquid, suspirat ab imis
Pectoribus, lacrymaq; genis labuntur obortæ:
Atque ita præuertunt, inquit, me fata, vetorque
Plura loqui, vociq; meæ a præcluditur vsus.
Non fuerant artes tanti, quæ numinis iram
Contraxere mihi, mallem nescisse futura.
Iam mihi subduci facies humana videtur:
Iam cibus herba placet: iam latis currere campis
Impetus est: in equã, cognataq; pectora vertor.
Tota tamẽ quare? pater est mihi nempe biformis.
Talia dicenti pars est extrema querelæ
Intellecta parum, confusaq; verba fuerunt,
Mox nec verba quidem, nec equæ sonus ille videtur.

Sed simulantis equam: paruoq; in tempore certos
Edidit hinnitus, & brachia mouit in herbis.
Tum digiti coëunt, & quinos alligat vngues
Perpetuo cornu leuis vngula: crescit & oris,
Et colli spatium: longæ pars maxima pallæ
Cauda fit: vtq; vagi crines per colla iacebant,
In dextras abiere iubas: pariterq; nouata est
Et vox, & facies: nomen quoque monstra dederunt.
Flebat, opemq; tuam frustra Phylyreius heros
Delphice poscebat. nam nec rescindere magni,
Iussa Iouis poteras: nec, si rescindere posses,
Tunc aderas: Elim, Messeniaq; arua colebas.
Illud erat tempus, quo te pastoria pellis
Texit onus dextræ baculus siluestris oliuæ:
Alterius, dispar septenis fistula cannis.
Dumq; amor est curæ, dum te tua fistula mulcet,
Incustoditæ Pylios memorantur in agros
Processisse boues. videt has Athlantide Maia
Natus, & arte sua siluis occultat abactas.
Senserat hoc furtum nemo, nisi natus in illo
Rure senex, Battum vicinia tota vocabat.
Diuitis hic saltus, herbosaq; pascua Nelei
Nobiliumq; greges, custos seruabat equarum.
Hunc timuit, blandaq; manu seduxit, & illi
Quisquis es hospes, ait, si fortè armenta requiret
Hæc aliquis, vidisse nega: neu gratia facto
Nulla rependatur, nitidam cape præmia vaccam:
Et dedit: accepta, voces has reddidit hospes:
Tutus eas, lapis iste prius tua furta loquetur:
Et lapidem ostendit: simulat Ioue natus abire,
Mox redit, & versa pariter cum voce figura,
Rustice, vidisti si quas hoc limite, dixit,
Ire boues fer bouem. furtoq; silentia deme.
Iuncta suo pariter dabitur tibi fœmina tauro.
At senior, postquam est merces geminata, sub illis
Montibus, inquit, erant, & erant sub montibus illis.
Risit Atlantiades, & me mihi perfide prodis?
Me mihi prodis? ait: periuraq; pectora vertit
In durum silicem, qui nunc quoq; dicitur Index:
Inq; nihil meritò vetus est infamia saxo.
Hinc se sustulerat paribus Caduciser alis
Munychioq; volans agros, gratamq; Minervæ
Despiciebat humum, cultiq; arbusta Lycæi.
Illa fortè die castæ de more puellæ
Vertice supposito festas in Palladis arces
Pura coronatis portabant sacra canistris.
Inde reuertentes Deus aspicit ales, iterq;
Non agit in rectum, sed in orbem curuat eundem,
Vt volucris visis rapidissima miluius extis,
Dum timet, & densi circumstant sacra ministri,
Flectitur in gyrum: nec longius audet abire:
Spemq; suam motis auidus circumuolat alis,
Sic super Actæas agilis Cyllenius arces
Inclinat cursus, & easdem circinat auras.
Quantò splendidior, quàm cætera sidera fulget
Lucifer, & quanto, quam Lucifer, aurea Phœbe,

a al. iusta. a al. præcreuitur.

Tam-

Tanto virginibus præstantior omnibus Herse
Ibat, eratque decus pompæ, comitúmque suarũ.
Obstupuit forma Ioue natus, & æthere pendens
Non secus exarsit, quam cum Balearica plumbum
Funda iacit: volat illud, & incandescit eundo,
Et quos non habuit, sub nubibus inuenit ignes.
Vertit iter, cœlóque petit diuersa relicto.
Nec se dissimulat, tanta est fiducia formæ.
Quæ quanquam iusta est, cura tamen adiuuat illam,
Permulcétque comas, chlamydemq; vt pendeat aptè
Collocat, vt limbus, totúmque appareat aurum:
Vt teres in dextra, qua somnos ducit, & arcet,
Virga sit, vt terssis niteant talaria plantis.
Pars secreta domus ebore, & testudine cultos
Tres habuit thalamos, quorum tu Pandrose dextrum,
Aglauros læuum, medium possederat Herse.
Quæ tenuit læuum, venientem prima notauit
Mercurium, nomenq; Dei scitarier ausa est,
Et causam aduentus, cui sic respondet Atlantis
Pleionésque nepos: Ego sum, qui iussa per auras
Verba patris porto: pater est mihi Iupiter ipse.
Nec fingam causas, tu tantum fida sorori
Esse velis, prolisq; meæ matertera dici.
Hersæ causa viæ est: faueas oramus amanti.
Aspicit hunc oculis iisdem, quibus abdita nuper
Viderat Aglauros flauæ secreta Minervæ:
Próque ministerio magni sibi ponderis aurum
Postulat: interea tectis excedere cogit.
Vertit ad hanc torui Dea bellica luminis orbes,
Et tanto penitus traxit suspiria motu.
Vt pariter pectus, positámque in pectore sorti
Ægida concuteret: subit hanc arcana profana
Detexisse manu tum, cùm sine matre creatam
Lemniacam stirpem contra data fœdera vidit:
Ingratámque Deo fore iam, ingratamq; sorori,
Et ditem sumpto, quod auara poposcerat auro.
Protinus Inuidiæ nigro squallentia tabo
Tecta petit, domus est imis in vallibus huius
Abdita, Sole carens, non vlli peruia vento:
Tristis, & ignaui plenissima frigoris, & quæ
Igne vacet semper, caligine semper abundet.
Huc vbi peruenit bello metuenda virago,
Constitit ante domum (neque enim succedere tectis
Fas habet) & postes extremas cuspide pulsat.
Concussa patuère fores, videt intus edentem
Vipereas carnes, vitiorum alimenta suorum,
Inuidiam: visáque oculos auertit. at illa
Surgit humo pigrè, semesarumque relinquit
Corpora serpẽtum, passúque incedit inerti.
Vtq; Deam vidit, formámque, armisq; decoram,
Ingemuit, vultúmque Deæ ad suspiria duxit.
Pallor in ore sedet, macies in corpore toto,
Nusquam recta acies: liuent rubigine dentes:
Pectora felle virent: lingua est suffusa veneno.
Risus abest, nisi quem visi mouère dolores:
Nec fruitur somno vigilantibus excita curis:
Sed videt ingratos, intabescitque videndo
Successus hominum, carpitque & carpitur vna,
Supplicium q; suum est: quamuis tamen oderat illam,
Talibus affata est breuiter Tritonia dictis:
Insice tabe tua natarum Cecropis vnam:
Sic opus est: Aglauros ea est. Haud plura locuta
Fugit, & impressa tellurem reppulit hasta.
Illa Deam obliquo fugientem lumine cernens,
Murmura parua dedit, successorumq; Minervæ
Indoluit: baculumque capit: quem spinea totum
Vincula cingebant: adopertáque nubibus atris
Quacumque ingreditur, florentia proterit arua,
Exuritque herbas, & summa[1] papauera carpit:
Afflatúque suo populos, vrbésque domósque
Polluit, & tandem Tritonida conspicit arcem
[2]Ingeniisque, opibusq;, & festa pace nitentem:
Vixq; tenet lacrymas, quia nil lacrymabile cernit.
Sed postquam thalamos intrauit Cecrope nata,
Iussa facit, pectúsque manu ferrugine tincta
Tangit, & humatis præcordia sentibus implet,
Inspiratq; nocens virus, piceúmque per ossa
Dissipat, & medio spargit pulmone venenum.
Neue mali causa spatium per latius errent,
Germanam ante oculos, fortunatumq; sororis
Coniugium, pulchraq; Deum sub imagine ponit:
Cunctáque magna facit, quibus irritata dolore
Cecropis occulto mordetur, & anxia nocte,
Anxia luce gemit, lentáque miserrima tabe
Liquitur, vt glacies incerto saucia sole:
Felicisque boni [3]aliter non vritur Herses,
Quàm cum spinosis ignis supponitur herbis,
Quæ neque dant flammas, leniq; tepore cremantur.
Sæpe mori voluit, ne quicquam tale videret.
Sæpe velut crimen rigido narrare parenti.
Denique in aduersо venientem limine sedit
Excluſura Deum, cui blandimenta, precésque,
Verbáque iactanti mitissima, desine, dixit,
Hinc ego me non sum nisi te motura, repulso:
Stemus, ait, pacto velox Cyllenius isto:
Cœlestiq; fores virga patefecit: at illi
Surgere conanti partes, quascunque sedendo
Fectimus, ignaua nequeunt grauitate moueri.
Illa quidem pugnat recto se attollere trunco:
Sed genuum iunctura riget, friguſq; per vngues
Labitur, & pallent amisso sanguine venæ.
Vtq; malum latè solet immedicabile cancer
Serpere, & illæsas vitiatis addere partes:
Sic lethalis hiems paulatim in pectora venit:
Vitalesq; vias, & respiramina clausit.
Nec conata loqui est, nec si conata fuisset,
Vocis habebat iter. saxum iam colla tenebat,
Oráque duruerant, signúmque exangue sedebat.
Nec lapis albus erat, sua mens infecerat illam.
Has vbi verborum pœnas, mentisque profanæ
Cœpit Atlantiades, dictas à Pallade terras

[1] al. cacumina. [2] al. Immensis. [3] al. Ieuius.

Linquit, & ingreditur iactatis 1 *æthera pennis,*
Seuocat hunc genitor, nec causam fassus amoris,
Fide minister, ait, iussorum nate meorum
Pelle moram, subitóque cele delabere cursu,
Quæq; tuam matrem tellus à parte sinistra
Suspicit (indigenæ Sidonida nomine dicunt)
Hanc pete, quódque procul montano gramine pasci
Armentum regale vides, ad littora verte.
Dixit, & expulsi iamdudum monte iuuenci
Littora iussa petunt, vbi magni filia regis
Ludere virginibus Tyriis comitata solebat.
Non bene conueniunt, nec in vna sede morantur
Maiestas, & amor: sceptri grauitate relicta
Ille pater, rectórque Deum, cui dextra trisulcis
Ignibus armata est, qui nutu concutit orbem,
Induitur faciem Tauri, mistúsque iuuencis
Mugit, & in teneris formosus obambulat herbis.
Quippe color niuis est, quam nec vestigia duri
Calcauere pedis, nec soluit aquaticus auster.
Colla toris extant, armis palearia pendent.
Cornua parua quidem, sed quæ contendere posset
Facta manu, puráque magis pellucida gemma.
Nulla in fronte minæ, nec formidabile lumen.
Pacem vultus habet, miratur Agenore nata,
Quod tã formosus, quod prælia nulla minetur.
Sed quamuis mitem metuit contingere primo:
Mox adit, & flores ad candida porrigit ora.
Gaudet amans, & dum veniat sperata voluptas,
*Oscula dat manibus (*1 *ah tã, vix cætera differt)*
Et nunc alludit, viridique exultat in herba:
Nunc latus in fuluis niueum deponit arenis:
Paulatimq; metu dempto, nunc pectora præbet
Virginea palpanda manu modo cornua sertis
Impedienda nouis. ausa est quoque regia virgo,
Nescia quem premeret, tergo considere tauri.
Tum Deus à terra, siccoque à littore sensim
Falsa pedum primis vestigia ponit in vndis:
Inde abit vlterius, mediique per æquora ponti
Fert prædam, pauet hæc, litúsque ablata relictum
Respicit, & dextra cornu tenet, altera dorso
Imposita est: 2 tenues sinuantur flamine vestes.

1 aera.

1 vix 2 tremula.

PVB. OVIDII NASONIS
METAMORPHOSEON
LIBER III.

TAMQVE Deus posita fallacis imagine tauri,
Se confessus erat, Dictææque rura tenebat:
Cum pater ignarus 1 *natam perquirere Cadmo*
Imperat, & pœnam, si non inuenerit, addit
Exilium, facto pius, & sceleratus eodem.
Orbe pererrato (quis enim deprendere posset
Furta Iouis?) profugus patriámque, irámque parentis
Vitat Agenorides, Phœbique oracula supplex
Consulit, & quæ sit tellus habitanda, requirit.
Bos tibi, Phœbus ait, solis occurret in aruis,
Nullum passa iugum, curuique immunes aratri,
Hac duce carpe vias, & qua requieuerit herba,
Mœnia fac condas, Bœotiáque illa vocato.
Vix bene Castalio Cadmus descenderat antro:
Incustoditam lente videt ire iuuencam,
Nullum seruitij signum ceruice gerentem.
Subsequitur, pronóque legit vestigia gressu,
Auctoremque viæ Phœbum taciturnus adorat.
Iam vada Cephysi, Panopésque euaserat arua,
Bos stetit, & tollens speciosam cornibus altis
Ad cœlum frontem, mugitibus impulit auras,
Atque ita respiciens comites sua terga sequentes
Procubuit, teneráque latus submisit in herba.
Cadmus agit grates, peregrinæque oscula terræ

2 raptam.

Figit, & ignotos montésque agrósque salutat.
Sacra Ioui facturus erat: iubet ire ministros,
Et petere è viuis libandas fontibus vndas.
Silua vetus stabat nulla violata securi,
Et specus in medio virgis, ac vimine densus,
Efficiens humilem lapidum compagibus arcum,
Vberibus fœcundus aquis: vbi conditus antro
Martius anguis erat, cristis præsignis, & auro,
Igne micant oculi, corpus tumet omne veneno:
Tresq; micãt linguæ: triplici stant ordine dentes.
Quem postquam Tyria lucum de gente profecti
Infausto tetigere gradu, demissáque in vndas
Vrna dedit sonitum, longo caput extulit antro
Cæruleus serpens, horrendáque sibila misit.
Effluxere vndæ manibus, sanguisque reliquit
Corpus, & attonitos subitus tremor occupat artus.
Ille volubilibus squamosos nexibus orbes,
Torquet, & immenso saltu sinuatur in arcus:
Ac media plus parte leues erectus in auras
Dispicit omne nemus: tantoque est corpore, quanto,
Si totum spectes geminas qui separat Arctos.
Nec mora, Phœnicas, siue illi tela parabant,
Siue fugam, siue ipse timor prohibebat vtrũq;,
Occupat hos morsu, longis amplexibus illos,
Hos necat afflatu, funesta hos tabe veneni.
Fecerat exiguas iam Sol altissimus vmbras:
Qua mora sit, sociis miratur Agenore natus,
Vestigatque viros, tegimen direpta leonis,

Pellis

Pellis erat, telum splendenti lancea ferro,
Et iaculum, teloq; animus præstantior omni.
Vt nemus intrauit, 1 lethataq; corpora vidit,
Victoremq; supra spacioſi corporis hoſtem
Triſtia sanguinea lambentem vulnera lingua:
Aut vltor veſtræ fidiſſima corpora mortis,
Aut comes, inquit, ero, dixit, dextráque molarem
Suſtulit, & magnum magno conamine miſit.
Illius impulſu cum turribus ardua celſis
Mœnia mota forent, ſerpens ſine vulnere manſit:
Loricaq; modo ſquamis defenſus, & atra
Duritia pellis, validos cute reppulit ictus.
At non duritia iaculum quoq; vicit eadem:
Quod medio lentæ ſpinæ curuamine fixum
Conſtitit, & totum deſcendit in ilia ferrum.
Ille dolore ferox, caput in ſua terga retorſit,
Vulneraq; aſpexit fixumq; haſtile momordit.
Idq; vbi vi multa partem labefecit in omnem,
Vix tergo eripui: ferrum tamen oſſibus haſit.
Tum vero poſtquam ſolitas acceſſit ad iras
Cauſa recens, plenis tumuerunt guttura venis.
Spumáque peſtiferos circumfluit albida rictus,
Terraq; raſa ſonat ſquamis: quiq; halitus exit
Ore niger Stygio, vitiatas inficit herbas.
Ipſe modo immenſum ſpiris facientibus orbem
Cingitur, interdum longa trabe rectior 2 extat:
Impete nunc vaſto, ceu concitus imbribus amnis,
Fertur, & obſtantes perturbat pectore ſiluas.
Cedit Agenorides paulum, ſpolioq; leonis
Suſtinet incurſus, inſtantiq; ora retardat
Cuſpide prætenta furit ille, & inania duro
Vulnera dat ferro, figitq; in acumine dentes.
Iamq; venenifero ſanguis manare palato
Cœperat, & virides aſpergine 3 tinxerat herbas.
Sed leue vulnus erat: quia ſe retrahebat ab ictu
Læſaq; colla dabat retro, plagámq; ſedere
Cedendo arcebat, nec longius ire ſinebat:
Donec Agenorides coniectum in guttura ferrum
Vſq; ſequens preſſit, dum retro quercus vnti
Obſtitit, & fixa eſt pariter cum robore ceruix,
Pondere ſerpentis curuata eſt arbor: & ima
Parte flagellari gemuit ſua robora caudæ.
Dum ſpatium victor victi conſiderat hoſtis,
Vox ſubito audita eſt: neq; erat cognoſcere promptum
Vnde, ſed audita eſt: Quid Agenore nate peremptum
Serpentem ſpectas? & tu ſpectabere ſerpens.
Ille diu pauidus pariter cum voce colorem
Perdiderat, gelidoq; comæ terrore rigebant.
Ecce viri fautrix ſuperas delapſa per auras
Pallas adeſt, motaq; iubet ſupponere terræ
Vipereos dentes, populi incrementa futuri.
Paret, & impreſſo ſulcum patefecit aratro.
Spargit humi iuſſos mortalia ſemina, dentes,
Inde (fide maius) glebæ cœpere moueri.
4 Primaq; de ſulcis acies comparuit haſtæ:
Tegmina mox capitum picto nutantia collo,
Mox humeri, pectuſq; onerataq; brachia telis
Exiſtunt: creſcitq; ſeges clypeata virorum.
Sic vbi tolluntur feſtis aulæa theatris,
Surgere ſigna ſolent, primumq; oſtendere vultus,
Cætera paulatim, placidoq; educta tenore
Tota patent: imoq; pedes in margine ponunt.
Territus hoſte nouo Cadmus capere arma parabat,
Ne cape, de populo: quem terra creauerat, vnus
Exclamat, nec te ciuilibus inſere bellis.
Atq; ita terrigenis rigido de fratribus vnum
Comminus enſe ferit, iaculo cadit eminus ipſe:
Hic quoq;, qui dederat letho, non longius illo
Viuit, & expirat, modo quas acceperat, auras.
Exemploq; pari furit omnis turba, ſuoq;
Marte cadunt ſubiti per mutua vulnera fratres.
Iamq; breuis vitæ ſpacium ſortita iuuentus
Sanguineam tepido plangebant pectore matrem,
Quinq; ſuperſtitibus, quorum fuit vnus Echion:
Is ſua iecit humi monitu Tritonidis arma,
Fraternaq; fidem pacis petijtque deditque.
Hos operis comites habuit Sidonius hoſpes.
Cum poſuit iuſſam Phœbeis ſortibus vrbem.
Iam ſtabant Thebæ: poteras iam Cadme videri
Exilio felix: ſoceri tibi Marſq;, Venuſq;
Contigerant, huc adde genus de coniuge tanta,
Tot nato, nataſq;, & pignora chara nepotes,
Hos quoq; iam iuuenes. Sed ſcilicet vltima ſemper
Expectanda dies homini eſt: dicique beatus
Ante obitum nemo, ſupremáque funera debet.
Prima nepos inter res tot tibi Cadme ſecundas
Cauſa fuit luctus: alienaq; cornua fronti
Addita, voſq; canes ſatiati ſanguine herili.
At bene ſi quæras, fortunæ crimen in illo,
Non ſcelus inuenies. quod enim ſcelus error habebat?
Mons erat infectus variarum cæde ferarum:
Iamq; dies medius rerum contraxerat vmbras,
Et Sol ex æquo meta diſtabat vtraq;:
Cum iuuenis placido per deuia luſtra vagantes
Participes operum compellat Hyantius ore:
Lina madent comites, ferrúmque cruore ferarum
Fortunaq; dies habuit ſatis: altera lucem
Cum croceis inuecta rotis Aurora reducet,
Propoſitum repetamus opus: nunc Phœbus vtraq;
Diſtat idem terra, ſinditq; vaporibus arua.
Siſtite opus præſens, nodoſaq; tollite ligna.
Iuſſa viri faciunt, intermittuntq; laborem.
Vallis erat piceis, & acuta denſa cupreſſu
Nomine Gargaphie, ſuccincta 1 cura Dianæ:
Cuius in extremo eſt antrum nemorale receſſu.
Arte laboratum nulla: ſimulauerat artem
Ingenio natura ſuo. nam pumice viuo,
Et leuibus tophis natiuum duxerat arcum.
Fons ſonat à dextra, tenui pellucidus vndæ,
Margine gramineo patulos ſuccinctus hiatus.

1 letho affecta, 2 affat.
3 texerat. 4 Paruáque.

1 ſacra,

Hic Dea venatu siluarum fessa solebat
Virgineos artus liquido perfundere rore.
Quo postquam subijt, Nympharum tradidit vni
Armigerae iaculum, pharetramq; arcusq; retentos.
Altera deposita subiecit brachia palla:
Vincla duae pedibus demunt. nam doctior illis
Ismenis Crocale sparsos per colla capillos
Colligit in nodum, quamuis erat ipsa solutis.
Excipiunt laticem Nipheq;, Hyaleq;, Rhaniq;,
Et Psecas, & Phiale, fundunt q; capacibus vrnis.
Dumq; ibi perluitur solita Titania lympha,
Ecce nepos Cadmi dilata parte laborum,
Per nemus ignotum non certis passibus errans
Peruenit in lucum: sic illum fata ferebant.
Qui simul intrauit rorantia fontibus antra,
Sicut erant nudae: viso sua pectora Nymphae
Percussere viro, subitoq; vlulatibus omne
Impleuere nemus, circumfusaq; Dianam
Corporibus texere suis: tamen altior illis
Ipsa Dea est, colloq; tenus supereminet omnes.
Qui color infectis aduersi solis ab ictu
Nubibus esse solet, aut purpureae Aurorae,
Is fuit in vultu visae sine veste Dianae.
Quae, quamquam comitum turba est stipata suarum,
In latus obliquum tamen astitit, oraque retro
Flexit: & vt vellet [1] promptas habuisse sagittas,
Quos habuit, sic hausit aquas, vultumq; virilem
Perfudit, spargensq; comas vltricibus vndis,
Addidit haec cladis praenuntia verba futurae:
Nunc tibi me posito visam velamine narres
Si poteris narrare, licet: nec plura minata
Dat sparso capiti viuacis cornua cerui:
Dat spatium collo, summasq; cacuminat aures:
Cum pedibusq; manus, cũ longis brachia mutat
Cruribus, & velat maculoso vellere corpus.
Additus & pauor est, fugit Antoneius heros.
Et se tam celerem cursu miratur in ipso.
Vt vero vultus, & cornua vidit in vnda,
Me miserum, dicturus erat: vox nulla secuta est:
Ingemuit: vox illa fuit, lacrymaq; per ora
Non sua fluxerunt: mens tantum pristina mansit.
Quid faciat? repetatne domũ, & regalia tecta?
An lateat siluis? timor hoc, pudor impedit illud.
Dum dubitat, videre canes: primusq; Melampus,
Ichnobatesq; sagax latratu signa dedere,
Gnosius Ichnobates, Spartana gente Melampus:
Inde ruunt alij rapida velocius aura
Pamphagus, & Dorceus, & Oribasus Arcades omnes,
Nebrophonosq; valens, & trux cum Lelape Theron,
Et pedibus Pterelas, & naribus vtilis Agre,
Hylaeusq; ferox nuper percussus ab apro.
Decq; lupo concepta Nape, pecudesq; secuta
Pœmenis, & natis comitata Harpyia duobus,
Et substricta gerens Sicyonius ilia Lagon,
Et Dromas, & Canache, Stictaeque, & Tigris, & Alce,
Et niueis Leucon, & villis Atsbolus atris,
Praealidusq; Lacon, & cursu fortis Aello.
Et Thous, & Cyprio velox cum fratre Lycisca,
Et nigram medio frontem distinctus ab albo
Harpalos, & Melaneus, hirsutaque corpore Lachne,
Et patre Dictaeo, sed matre Laconide nati
Labros, & Agriodos, & acuta vocis Hylactor,
Quosque referre mora est. ea turba cupidine praedae
Per rupes, scopulosq;, adituque carentia saxa,
Quaq; est difficilis, quaq; est via nulla, sequuntur.
Ille fugit, per quae fuerat loca sepe secutus.
Heu famulos fugit ille suos. clamare libebat.
Actaeon ego sum, dominum cognoscite vestrum:
Verba animo desunt. resonat latratibus aether.
Prima Melanchaetes in tergo vulnera fecit,
Proxima Theridamas: Oresitrophus haesit in armo.
Tardius exierant, sed per compendia montis
Praecipitata via est. dominum retinentibus illis,
Cetera turba coit, confertq; in corpore dentes.
Iam loca vulneribus desunt, gemit ille, sonumque
Etsi non hominis, quem non tamen edere possit
Ceruus, habet, mœstisq; replet iuga nota querelis:
Et genibus pronis supplex, similisq; roganti
Circumfert tacitos, tanquam sua brachia vultus.
At comites rapidum solitis [1] hortatibus agmen.
Ignari instigant: oculisque Actaeona quaerunt.
Et velut absentem certatim Actaeona clamant.
Ad nomen caput ille refert, & abesse queruntur,
Nec capere oblatae segnem spectacula praedae.
Vellet abesse quidem, sed adest: velletq; videre,
Non etiam sentire canum fera facta suorum.
Vndiq; circumstant, mersisque in corpore rostris
Dilacerant falsi dominum sub imagine cerui.
Nec nisi finita per plurima vulnera vita,
Ira pharetratae fertur satiata Dianae.
Rumor in ambiguo est: alijs violentior aequo
Visa Dea est: alij laudant, dignamq; seuera
Virginitate vocant: pars inuenit vtraq; causas,
Sola Iouis coniux non tam culpetne, probetne
Eloquitur, quam clade domus ab Agenore ductae
Gaudet, & à Tyria collectum pellice transfert
In generis socios odium. Subit ecce priori
Causa recens: grauidamq; dolet de semine magni
Esse Iouis Semelem. tum linguam ad iurgia soluit:
Profeci quid enim toties per iurgia dixit:
Ipsa petenda mihi est: ipsam si maxima Iuno
Rite vocor, perdam. si me gemmantia dextra

Actaeon

Semele

[1] postea. [1] clamoribus.

Sceptra tenere decet, si sum regina, Iouisque
Et soror, & coniux, certe soror. at puto furto est
Contenta, & thalami breuis est iniuria nostri.
Concipit: id deerat: manifestaque crimina pleno
Fert vtero, & mater, quod vix mihi contigit vni,
De Ioue vult fieri: tanta est fiducia formæ.
Fallat eam faxo: nec sim Saturnia, si non
De Ioue mersa suo Stygias penetrabit ad vndas.
Surgit ab his solio, fuluáque recondita nube
Limen adit Semeles: nec nubes ante remouit,
Quam simulauit anum, posuitque ad tempora canos,
Sulcauitque cutem rugis, & curua 1 trementi
Membra tulit 2 gressu, vocem quoque fecit anilem.
Ipsaque erat Beroe Semeles Epidauria nutrix.
Ergo vbi captato sermone, diuque loquendo
Ad nomen venere Iouis, suspirat: & opto,
Iupiter, vt sit, ait: metuo tamen omnia. multi
Nomine Diuorum thalamos iniere pudicos.
Nec tamen esse Iouem satis est: det pignus amoris,
Si modo verus is est: quantusque, & qualis ab alta
Iunone excipitur: tantus, talisque rogato
Det tibi complexus, suaq; ante insignia sumat.
Talibus ignaram Iuno Cadmeida dictis
Formarat, rogat illa Iouem sine nomine munus.
Cui Deus, Elige, ait, nullam patiere repulsam.
Quoque magis credas, Stygij quoque conscia sunto
Numina torrentis: timor, & Deus ille Deorum est.
Læta malo, nimiumque potens, perituraque amantis
Obsequio Semele, qualem Saturnia, dixit,
Te solet amplecti, Veneris cum fœdus initis,
Da mihi te talem. voluit Deus ora loquentis
Opprimere: exierat iam vox properata sub auras,
Ingemuit: neque enim non hæc optasse, neque ille
Non iurasse potest, ergo mæstissimus altum
Æthera conscendit, vultumque sequentia traxit
Nubila, queis nimbos, immistaque fulgura ventis
Addidit, & tonitrus, & ineuitabile fulmen.
Qua tamen vsque potest vires sibi demere tentat.
Nec quo centimanum deiecerat igne Typhoea.
Nunc armatur eo: nimium feritatis in illo est.
Est aliud leuius fulmen cui dextra Cyclopum
Sauitiæ flammæq; minus, minus addidit iræ.
Tela secunda vocant superi, capit illa domumque
Intrat Agenoream, corpus mortale tumultus
Non tulit æthereos, domisque iugalibus arsit,
Imperfectius adhuc infans genitricis ab aluo
Eripitur, patrioque tener (si credere dignum est)
Insuitur femori, maternaque tempora complet.
Furtim illum primis Iuno matertera cunis
Educat: inde datum Nymphæ Nyseides antris
Occuluere suis, lactisque alimenta dedere.
Dumque ea per terras fatali lege geruntur,
Tutaque bis geniti sunt incunabula Bacchi,
Forte Iouem memorant diffusum nectare curas
Sepositisse graues, vacuaque agitasse remissos
Cum Iunone iocos: & maior vestra profecto est,
Quam quæ contingit maribus, dixisse, voluptas.
Illa negat: placuit quæ sit sententia docti
Quærere Tiresiæ, Venus huic erat vtraque nota.
Nam duo magnorum viridi coeuntia silua
Corpora serpentum baculi violauerat ictu:
Deque viro factus (mirabile) fœmina, septem
Egerat autumnos: octauo rursus eosdem
Vidit: &, est vestræ si tanta potentia plagæ,
Dixit, vt auctoris sortem in contraria mutet,
Nunc quoque vos feriam percussis anguibus iisdem,
Forma prior rediit, genitiuaque venit imago.
Arbiter hic igitur sumptus de lite iocosa
Dicta Iouis firmat, grauius Saturnia iusto,
Nec pro materia fertur doluisse: suique
Iudicis æterna damnauit lumina nocte.
At pater omnipotens (neque enim licet irrita cuiquam
Facta Dei fecisse Deo) pro lumine adempto
Scire futura dedit, pœnamque leuauit honore.
Ille per Aonias fama celeberrimus vrbes
Irreprehensa dabat populo responsa petenti.
Prima fide, vocisque 1 ratæ tentamina sumpsit,
Cærula Liriope: quam quondam flumine curuo
Implicuit, clausaque suis Cephisus in vndis
Vim tulit, enixa est vtero pulcherrima pleno
Infantem Nymphe, iam tunc qui posset amari,
Narcissumque vocat, de quo consultus an esset
Tempora matura visurus longa senecta,
Fatidicus vates, Si se non nouerit, inquit,
Vana diu visa est vox auguris: exitus illam,
Resque probat, lethique genus, nouitasque furoris.
Nam quater ad quinos vnum Cephisius annos
Addiderat, poteratque puer, iuueníque videri:
Multi illum iuuenes, multæ petiere puellæ:
Sed fuit in tenera tam dura superbia forma:
Nulli illum iuuenes, nullæ tetigere puellæ.
Aspicit hunc trepidos agitantem in retia cer-
uos
Vocalis Nymphe, quæ nec reticere loquenti,
Nec prior ipsa loqui didicit, resonabilis Echo.
Corpus adhuc Echo, non nox erat. & tamē vsū
Garrula non aliūm, quam nunc habet, oris habebat,
Reddere de multis vt verba nouissima posset.
Fecerat hoc Iuno: quia cum deprendere posset
Sub Ioue sæpe suo Nymphas in monte iacentes,
Illa Deam longo prudens sermone tenebat,

1 rigenti. 2 passu.

1 data.

Dum fugerent Nymphæ. postquam hæc Saturnia sensit,
Huius, ait linguæ, qua sum delusa, potestas
Parua tibi dabitur, vociscque breuissimus vsus.
Réque minas firmat: tamen hæc in fine loquendi
Ingeminat voces, auditáque verba reportat.
Ergo vbi Narcissum per deuia rura vagantem
Vidit & incaluit, sequitur vestigia furtim.
Quóque magis sequitur, flamma propiore calescit:
Non aliter, quam cum summis circumlita tedis
Admotas rapiunt viuacia sulphura flammas.
O quoties voluit blandis accedere dictis,
Et molles adhibere preces, natura[1] repugnat.
Nec sinit incipiat: sed quod sinit, illa parata est
Expectare sonos, ad quos sua verba remittat.
Forte puer comitum seductus ab agmine fido
Dixerat, [2] Hic quis adest? Et adest, responderat Echo,
Hic stupet, vtque aciem partes dimisit in omnes
Voce, veni, magna clamat: vocat illa vocantem,
Respicit, & rursus nullo veniente, Quid, inquit,
Me fugis? & totidem, quot dixit, verba recepit.
Perstat, & alterna deceptus imagine vocis,
Huc coeamus, ait: nullique libentius vmquam
Responsura sono, Coeamus rettulit Echo:
Et verbis fauet ipsa suis: egressáque silua
Ibat: vt iniiceret sperato brachia collo.
Ille fugit, fugiensque manus complexibus aufert.
Ante, ait, emoriar, quam sit tibi copia nostri.
Rettulit illa nihil, nisi, Sit tibi copia nostri.
Spreta latet siluis, pudibundáque frondibus ora
Protegit, & solis ex illo viuit in antris.
Sed tamẽ hæret amor, crescitque[3] dolore repulsæ,
Et tenuant vigiles corpus miserabile curæ,
Adducitque cutem macies, & in aera succus
Corporis omnis abit: vox tantum, atque ossa supersunt:
Vox manet, ossa ferunt lapidis traxisse figuram.
Inde latet siluis, nullóque in monte videtur:
Omnibus auditur: sonus est qui viuit in illa.
Sic hanc, sic alias[4] vndis, aut montibus ortas,
Luserat hic Nymphas, sic cœtus ante viriles.
Inde manus aliquis deprensus ad æthera tollens,
Sic amet ipse licet, sic non potiatur amato,
Dixerat: assensit precibus Rhamnusia iustis,
Fons erat illimis nitidis argenteus vndis:
Quem neque pastores, neque pastæ in monte capellæ
Contigerant, aliúdve pecus: quẽ nulla volucris,
Nec fera turbarat, nec lapsus ab arbore ramus.
Gramẽ erat circa, quod proximus humor alebat
Siluaque sole locum passura tepescere nullo.
Hic puer, & studio venandi lassus, & æstu
Procubuit, faciémque loci, fontémque secutus:
Dúmque sitim sedare cupit, sitis altera creuit:
Dúmque bibit, visæ correptus imagine formæ
Spem sine corpore amat: corpus putat esse quod vmbra est:
Ac stupet ipse sibi, vultúque immotus eodem
Hæret, vt è Pario formatum marmore signum.
Spectat humi positus geminum ceu lumina sidus,
Et dignos Baccho digitos, & Apolline crines,
Impubésque genas, & eburnea colla, decúsque
Oris, & in niueo mistum candore ruborem,
Cunctáque miratur, quibus est[1] mirabilis ipse.
Se cupit imprudes, & qui probat, ipse probatur,
Dúmque petit, petitur: paritérque accendit, & ardet.
Irrita fallaci quoties dedit oscula fonti!
In medias quoties visum captantia collum
Brachia mersit aquas, nec se deprendit in illis,
Quid videat nescit: sed quod videt, vritur illo:
Atque oculos idem qui decipit, incitat error.
Credule quid fruſtra simulacra fugacia captas?
Quod petis est nusquam: quod amas, auertere, perdes.
Ista repercussæ, quã cernis, imaginis vmbra est.
Nil habet ista sui: tecum venitque manétque:
Tecum discedet, si tu discedere possis.
Non illum Cereris, non illum cura quietis
Abstrahere inde potest: sed opaca fusus in herba
Spectat inexpleto mendacem lumine formam:
Pérque oculos perit ipse suos: paulúmque leuatus
Ad circumstantes tendens sua brachia siluas,
Ecquis Io siluæ crudelius, inquit, amauit?
Scitis enim, & multis latebra opportuna fuistis.
Ecquem, cum vestræ tot agantur secula vitæ,
Qui sic tabuerit, longo meministis in æuo?
Et placet, & video: sed quod videóque placetque,
Non tamen inuenio: tantus tenet error amãtem.
Quóque magis doleã, nõ nos mare separat ingens
Nec via, nec montes, nec clausis mœnia portis:
Exigua prohibemur aqua: cupit ipse teneri.
Nũ quoties liquidis porreximus oscula lymphis,
Hic toties ad me resupino nititur ore.
Posse putes tangi, minimum est quod amantibus obstat.
Quisquis es, huc exi. quid me puer vnice fallis?
Quóve petitus abis? certe nec forma, nec ætas
Est mea, quam fugias: & amarunt me quoque Nymphæ.
Spem mihi, nescio quam, vultu promittis amico,
Cumque ego porrexi tibi brachia, porrigis vltro,
Cum risi, arrides: lacrymas quoque sæpe notaui
Me lacrymante tuas, nutu quoq; signa remittis,
Et quantum motu formosi suspicor oris,
Verba refers aures non peruenientia nostras.
Ille ego sum sensi: nec me mea fallit imago.
Vror amore mei, flammas moueóque, feroque.
Quid faciam? roger, anne rogem? quid deinde rogabo?
Quod cupio mecum est, inopem me copia fecit.
O vtinam à nostro secedere corpore possem.
Votum in amante nouum est, vellem, quod amamus, abesset.
Iámque dolor vires adimit, nec tempora vitæ

[1] renuat. [2] Ecquis. [3] pudore. [4] siluis.

[1] miserabilis.

Longa

Longa mea superant, primoq; extinguor in auo.
Nec mihi mors grauis est posituro morte dolores.
Hic qui diligitur, vellem diuturnior esset.
Nunc duo concordes anima moriemur in vna.
Dixit: & ad faciem rediit malè sanus eandem,
Et lacrymis turbauit aquas: obscuraq; moto
Reddita forma lacu est: quã cum vidisset abire,
Quo refugis? remane, nec me crudelis amantem
Desere, clamauit: liceat, quod tangere non est,
Aspicere, & misero præbere alimenta furori.
Dumq; dolet, summa vestem diduxit ab ora,
Nudaq; marmoreis percussit pectora palmis.
Pectora traxerunt tenuem percussa ruborem:
Non aliter, quã poma solent, quæ candida parte,
Parte rubent: aut vt variis solet vua racemis
Ducere purpureum nondum matura colorem.
Quæ simul aspexit liquefacta rursus in vnda:
Non tulit vlteriùs, sed vt intabescere flaua
Igne leui cera, matutinæq; pruina
Sole tepente solent: sic attenuatus amore
Liquitur, & tecto paulatim carpitur igni.
Et neque iam color est misto candore rubori,
Nec vigor, & vires, & quæ modo visa placebant,
Nec corpus remanet, quondam quod amauerat Echo.
Quæ tamen vt vidit quamuis irata, memorq;
Indoluit: quotiesq; puer miserabilis eheu
Dixerat: hæc resonis iterabat vocibus, eheu.
Cúmq; suis manibus percusserat ille lacertos,
Hæc quoque reddebat sonitum plangoris eundẽ.
Vltima vox solitam fuit hæc spectantis in vndam,
Heu frustra dilecte puer: totidemq; remisit
Verba locus, dictoq; vale, vale, inquit, & Echo.
Ille caput viridi fessum submisit in herba.
Lumina mors clausit domini mirantia formam.
Tum quoque se, postquam est inferna sede receptus,
In Stygia spectabat aqua, planxere sorores
Naiades & sectos fratri imposuere capillos,
Planxerunt Dryades: plangentibus assonat Echo.
Iamq; rogum, quassasq; faces, pharetramq; parabant.
Nusquam corpus erat: croceum pro corpore florẽ
Inueniunt foliis medium cingentibus albis.
Cognita res vati meritam per Achaidas vrbes
Contulerat famam, nomenq; erat auguris ingẽs.
Spernit Echeonides tamen hunc ex omnibus vnus
Contemptor superũm Pentheus, præsagaq; ridet
Verba senis: tenebras & cladem lucis ademptæ
Obijcit: ille mouens albentia tempora canis,
Quam felix esses, si tu quoque luminis huius
Orbus, ait, fieres, nec Bacchica sacra videres?
Namq; dies aderit, quã non procul auguror esse,
Qua nouus huc veniet proles Semeleia Liber:
Quem nisi templorum fueris dignatus honore,
Mille lacer spargẽre locis & sanguine siluas
Fœdabis, matremq; tuam, matrisq; sorores.
Eueniet: neque enim dignabere numen honore:
Méque sub his tenebris nimium vidisse quereris.
Talia dicentem perturbat Echione natus.
Dicta fides sequitur, responsáque vatis agnoscit.
Liber adest, festisq; fremunt vlulatibus agri:
Turba ruit, mystaque viris matresq;, nurusq;,
Et vulgus, procereq; ignota ad sacra feruntur.
Quis furor anguigenæ proles Mauortia vestras
Attonuit mentes? Pentheus ait, æráne tantum
Ære repulsa valent, & adunco tibia cornu.
Et magicæ fraudes, vt quos non bellicus ensis,
Non tuba terruerit, non strictis agmina telis,
Fœmineæ voces & mota insania vino,
Obscœniq; greges, & inania tympana vincant?
Vósne senes mirer, qui longa per æquora vecti
Hac Tyron & profugos posuistis sede penates,
Nunc sinitis sine marte capi? vósne, acrior ætas,
O iuuenes, propiórque meæ, quos arma tenere
Non thyrsos, galeáque tegi, non fronde, decebat?
Este precor memores, qua sitis stirpe creati,
Illiusque animos qui multos perdidit vnus,
Sumite serpentu: pro [1] fontibus ille, lacúque
Interiit: at vos pro fama vincite vestra.
Ille dedit letho fortes, vos vincite molles,
Et patrium retinete decus, si fata vetabunt
Stare diu Thebas, vtizam tormenta, virique
Mœnia diruerent, fretúmque, ignique sonaret,
Essemus miseri sine crimine, sórsque querenda,
Non celanda foret, lacrymæq; pudore cærerent.
At nunc à puero Thebæ capientur inermi,
Quem neque bella iuuant, nec tela, nec vsus equorum,
Sed madidi myrrha crines, mollésque coronæ,
Purpuráque, & pictis intextum vestibus aurum.
Quem quidem ego actutum, modo vos absistite, cogam
Assumptumque patrem, commentáque sacra fateri.
An satis Acrisio est animi contemnere vanum
Numen, & Argolicas venienti claudere portas?
Penthea terrebit cum totis aduena Thebis?
Ite citi (famulis hoc imperat) ite, ducémque
Attrahite huc vinctum, iussis mora segnis abesto.
Hunc auus, hunc Athamas, hunc cætera turba suorum
Corripiunt dictis, fruſtráque inhibere laborant.
Acrior admonitu est, irritatúrque retenta,
Et crescit rabies, moderaminaque ipsa nocebãt.
Sic ego torrentem, qua nil obstabat eunti,
Lenius & modico strepitu decurrere vidi,
At quacumque trabes, obstructaq; saxa iacebãt,
Spumeus, & seruens & ab obice sæuior ibat.
Ecce cruentati redeunt: & Bacchus vbi esset,
Quærenti domino, Bacchum vidisse negarunt.
Hunc, dixere, tamen comitem, famulumque sacrorum
Cepimus, & tradunt manibus post terga [2] ligatis,
Sacra Dei quondam Tyrrhena gente secutum.
Aspicit hunc Pentheus oculis, quos ira tremendes

[1] frondibus. [2] reuinctis.

Fecerat: & quamquam pœna vix tempora differt,
O peritura, tuaque aliis documenta daturæ
Morte, ait, ede tuum nomen nomenque parentum,
Et patriam, morisque noui cur sacra frequentes.
Ille metu vacuus, nomen mihi, dixit, Acœtes,
Patria Mœonia est, humili de plebe parentes.
Non mihi quæ duri colerent pater arua iuuenci,
Lanigerosve greges, non vlla armenta reliquit.
Pauper & ipse fuit, linoque solebat & hamis
Decipere & calamo salientes ducere pisces.
Ars illi sua census erat, cum traderet artem.
Accipe, quas habeo, studij successor & hæres,
Dixit, opes, morienique mihi nihil ille reliquit
Præter aquas: vnum hoc possum appellare paternum.
Mox ego, ne scopulis hærerem semper in iisdem,
Addidici regimen, dextra moderante, carinæ
Flectere: & Oleniæ sidus pluuiale capellæ,
Taygetēque, Hyadasque oculis, Arctōque notaui.
Ventorumque domos, & portus puppibus aptos.
Forte petens Delum Chiæ telluris ad oras,
Applicor, & ducor dextris ad littora remis,
Doque leues saltus, vdæque immittor arenæ.
Nox vbi consumpta est, Aurora rubescere primo
Cœperat: exurgo, laticesque inferre recentes
Admoneo, monstroque viā, quæ ducit ad vndas.
Ipse quid aura mihi tumulo promittat ab alto
Prospicio, comitesque voco, repetoque carinam,
Adsumus en, inquit, sociorum primus Opheltes:
Vtque putat, prædam deserto nactus in agro
Virgineæ puerum ducit per littora formæ.
Ille mero, somnoque grauis titubare videtur,
Vixque sequi. spectō cultū, faciēmque, gradumq;:
Nil ibi, quod credi posset mortale, videbam,
Et sensi, & dixi sociis: quod numen in isto
Corpore sit dubito, sed corpore numen in isto est.
Quisquis es ô faueas, nostrisque laboribus adsis:
His quoque des veniā. Pro nobis mitte precari:
Dictys ait, quo non alius conscendere summas
Ocior antennas, prensoque rudente relabi.
Hoc Lybis, hoc flauus prora tutela Melanthus,
Hoc probat Alcymedon, & qui requiemque, modumque
Voce dabat remis, animorum hortator Epopeus:
Hoc omnes alij: prædæ tam cæca cupido est.
Non tamen hanc sacro violari pondere pinum
Perpetiar, dixi: pars hīc mihi maxima iuris:
Inque aditu obsisto: furit audacissimus omni
De numero Lycabas, qui Tusca pulsus ab vrbe,
Exilium dira pœnam pro cede luebat.
Is mihi, dum resto, iuuenili guttura pugno
Rupit, & excussum misisset in æquora, si non
Hæsissem, quamuis amens in fune retentus.
Impia turba probat factum. tum denique Bacchus
(Bacchus enim fuerat) veluti clamore solutus
Sit sopor, atque mero redeant in pectora sensus,
Acestes.
Quid facitis? quis clamor? ait: qua, dicite nautæ,
Huc ope peruenī? quo me deferre paratis?
Pone metum Proreus, & quos contingere portus
Ede velis, dixit, terra sistēre petita.
Naxon, ait Liber, cursus aduertite vestros:
Illa mihi domus est, vobis erit hospita tellus.
Per mare fallaces, perque omnia numina iurant,
Sic fore, meque iubent pictæ dare vela carinæ.
Dextera Naxos erat, dextra mihi linteæ danti,
Quid facis ô demens? quis te furor? inquit Opheltes,
Pro se quisque timet: lœuam pete, maxima nutu
Pars mihi significat: pars, quid velit, aure susurrat.
Obstupui, capiatque aliquis moderamina, dixi:
Meque ministerio sceleriique, artique remoui.
Increpor à cunctis, totumque immurmurat agmen.
E quibus Ethalion, Te scilicet omnis in vno
Nostra salus posita est, ait: & subit ipse, meumque
Explet opus, Naxoque petit diuersa relicta.
Tum Deus illudens, tanquam modo denique fraudem
Senserit, è puppi pontum prospectat aduncā,
Et flenti similis, Non hæc mihi littora nautæ
Promisistis, ait: non hæc mihi terra rogata est.
Quo merui pœnam facto? quæ gloria vestra est,
Si puerum iuuenes, si multi fallitis vnum?
Iamdudum flebam: lacrymas manus impia nostras
Ridet, & impellit properantibus æquora remis,
Per tibi nunc ipsum (neque enim præsentior illo
Est Deus) aduro, tam me tibi vera referre,
Quam veri maiora fide: stetit æquore puppis
Haud aliter, quam si siccum nauale teneret.
Illi admirantes remorum in verbere perstant.
Velaque deducunt, geminaque ope currere tentant.
Impediunt hederæ remos, nexuque recuruo
Serpunt, & grauidis distinguūt vela corymbis.
Ipse racemiferis frontem circumdatus vuis
Pampineis agitat velatam frondibus hastam.
Quem circa tigres simulachraque inania lyncum,
Pictarumque iacent fera corpora pantherarum.
Exilière viri (siue hoc insania fecit,
Siue timor) primusque Medon nigrescere pinnis,
Corporeque: & presso spinæ curuamine flecti
Incipit. huic Lycabas, in quæ miracula, dixit,
Verteris? & lati rictus, & panda loquenti
Naris erat, squamamq; cutis durata trahebat.
At Libys, obstantes dum vult obuertere remos,
In spatium resilire manus breue vidit, & illas
Iam non esse manus, iam pinnas posse vocari.
Alter ad intortos cupiens dare brachia funes,
Brachia non habuit: trūcoque repandus in vndas
Corpore desiluit: falcata nouissima cauda est:
Qualia dimidiæ sinuantur cornua Lunæ.

Vndique

Vndiq; dant saltus, multaq; aspergine rorant,
Emergúntque iterum, redeuntque sub æquora rursus.
Inq; chori ludunt speciem, lasciuaq; iactant
Corpora, & acceptum patulis mare naribus efflant.
De modo viginti (tot enim ratis illa ferebat)
Restabam solus, pauidus, gelidusq; trementi
Corpore, vixque animum firmat Deus, excute dicens
Corde metum. [1] Diamq; tene delatus in illam:
Accessi [2] sacris Baccheaq; sacra frequento.
Præbuimus longis, Pētheus, ambagibus aures,
Inquit, vt ira mora vires absumere posset.
Præcipitem famuli rapite hunc, cruciatáque duris
Corpora tormentis Stygiæ dimittite morti.
Protinus abstractus solidis Tyrrhenus [3] Acœtes
Clauditur in tectis, dum stant crudelia iussæ
Instrumenta necis, ferrúmque, ignéque parantur.
Sponte sua patuisse fores, lapsasq; lacertis
Sponte sua, fama est, nullo soluente catenas.
Perstat Echionides, nec iam iubet ire, sed ipse
Vadit, vbi electus facienda ad sacra Citharon
Cantibus, & clara bacchantum voce sonabat.
Vt fremit acer equus, cum bellicus ære canoro
Signa dedit tubicen, pugnaq; assumit amorem:
Penthea sic ictus longis vlulatibus æther
Mouit, & audito clamore recanduit ira.

1 Chiámque. 2 terru. 3 Accestes.

Monte fere medio est cingentibus vltima siluis
Purus ab arboribus spectabilis vndiq; campus.
Hic oculis illum cernentem sacra profanis
Prima videt, prima est insano concita cursu,
Prima suum misso violauit Penthea thyrso
Mater. & ô geminæ, clamauit, adeste sorores:
Ille aper, in nostris errat qui maximus agris,
Ille mihi feriendus aper: ruit omnis in vnum
Turba furens, cunctæ coeunt, trepidúmque sequuntur,
Iam trepidum, iam verba minus violenta loquentem.
Iam se damnantem, iam se peccasse fatentem.
Saucius ille tamen, fer opem matertera, dixit
Autonoe: moueant animos Actæonis vmbræ.
Illa quis Actæon nescit, dextramq; precantis
Abstulit: Inoo lacerata est altera raptu.
Ille etiam mutri cum brachia tendere vellet,
Non habet infelix, quæ matri brachia tendat:
Trunca sed ostendens deiectis vulnera membris,
Aspice mater, ait: visis vlulauit Agaue,
Collaq; iactauit, crinemq; per aera mouit,
Auulsumq; caput digitis complexa cruentis
Clamat, Io comites, opus hoc victoria nostra est.
Non citius frondes autumni frigore tactas,
Iamq; male hærentes alta rapit arbore ventus,
Quam sunt membra viri manibus direpta nefandis.
Talibus exēplis monita noua sacra frequentant:
Thuráque dant, sanctásque colunt Ismenides aras.

PVBLII OVIDII NASONIS
METAMORPHOSEON LIB. IV.

AT non Alcithoe Mineias Orgia censet
Accipienda Dei: sed adhuc temeraria Bacchum
Progeniem negat esse Iouis: sociasq; sorores
Impietatis habet. Festum celebrare sacerdos
Immunésque operum famulas, dominásque suorum,
Pectora pelle tegi, crinales soluere vittas,
Serta comis, manibus frondentes sumere Thyrsos
Iusserat, & sæuam lasi fore numinis iram
Vaticinatus erat. parent matresq;, nurusq;
Telas, & calathos, infestaq; pensa reponunt,
Thuraq; dant, Bacchúmq; vocant, Bromiumq;, Lyæumq;,
Ignigenámque, satúmque iterum, solúmque bimatrem,
Additur his Nyseúsque, indetonsúsque Thyoneus,
Et cum Lenæo genialis consitor vuæ,
Nyctileáque, Eleúsque parens, & Iacchus, & Euan,
Et quæ præterea per Graias plurima gentes
Nomina Liber habes, tibi enim inconsumpta iuuenta est:
Tu puer æternus, tu formosissimus alto
Conspiceris cælo, tibi cùm sine cornibus astas,
Virgineum caput est: Oriens tibi victus, ad vsq;
Decolor extremo qua cingitur India Gange,
Penthea tu venerande bipenniferúmque Lycurgum
Sacrilegos mactas, Tyrrhenaq; mittis in æquor
Corpora. tu biiugum pictis insignia frænis
Colla premis Lyncũ, Bacchæ, Satyriq; sequuntur,
Quiq; senex ferula titubantes ebrius artus
Sustinet, & pando non fortiter hæret Asello.
Quacumque ingrederis, clamor iuuenilis, & vna
Fœminea voces, impulsaq; tympana palmis,
Concauaq; æra sonant, longoq; foramine buxus.
Placatus, mitisq; rogant Ismenides, adsis,
Iussaq; sacra colunt sola Mineides intus

Intempestiua turbantes festa Minerua,
Aut ducunt lanas, aut flamina pollice versant,
Aut hærent telæ, famulasq; laboribus vrgent.
E quibus vna leui deducens pollice [1] filum,
Dum cessant aliæ, commentaq; sacra frequentãt,
Nos quoque, quas Pallas melior Dea detinet, inquit,
Vtile opus manuum vario sermone leuemus:
Perq; vices, aliquid quod tempora longa videri
Non sinat, in medium vacuas referamus ad aures:
Dicta probant, primamq; iubent narrare sorores.
Illa quid è multis referat (nam plurima notat)
Cogitat: & dubia est de te Babylonia narret
Decreti quam versa squamis velantibus artus
Stagna Palæstini credunt coluisse figura:
An magis vt sumptis illius filia pennis
Extremos altis in [2] turribus egerit annos:
Nais an vt cantu, nimiumq; potentibus herbis
Verterit in tacitos iuuenilia corpora pisces,
Donec idem passa est. an, quæ poma alta ferebat,
Vt nunc nigra ferat contactu sanguinis arbor.
Hæc placet: hæc, quoniam vulgaris fabula non est.
Talibus orsa modis, lana sua fila sequente,
Pyramus, & Thisbe, iuuenũ pulcherrimus alter,
Altera, quas Oriens habuit, prælata puellis,
Contiguas habuere domos, vbi dicitur altam
Coctilibus muris cinxisse Semiramis vrbem.
Notitiam primosq; gradus vicinia fecit:
Tempore creuit amor: tedæ quoque iure coissent:
Sed vetuere patres, quod non potuere vetare.
Ex æquo captis ardebant mentibus ambo,
Conscius omnis abest, nutu, signisq; loquuntur,
Quoq; magis tegitur, [3] tanto magis æstuat ignis.
Fissus erat tenui rima, quam duxerat olim
Cùm fieret paries domui communis vtrique.
Id vitium nulli per sæcula longa notatum,
(Quid non sentit amor?) primi vidistis amantes:
Et vocis fecistis iter, tutæq; per illud
Murmure blanditiæ minimo transire solebant.
Sæpe vbi constiterant hinc Thisbe, Pyramus illinc,
Inq; vices fuerat captatus anhelitus oris,
Inuide, dicebant, paries quid amantibus obstas?
Quantum erat, vt sineres toto nos corpore iungi?
Aut hoc si nimium est, vel ad oscula danda pateres.
Nec sumus ingrati: tibi nos debere fatemur,
Quod datus est verbis ad amicas transitus aures.
Talia diuersa nequicquam sede locuti
Sub noctem dixere vale, partiq; dedere
Oscula quisque suæ non peruenientia contra.
Postera nocturnos Aurora remouerat ignes,
Solq; pruinosas radiis siccauerat herbas:
Ad solitum coiere locum: tum murmure paruo
Multa prius questi statuunt vt nocte silenti
Fallere custodes, foribusq; excedere tentent.

Cumq; domo exierint, vrbis quoque tecta relinquant.
Neve sit errandum lato spatiantibus aruo,
Conueniunt ad busta Nini, lateantq; sub vmbra
Arboris. Arbor ibi niueis vberrima pomis
Ardua morus erat, gelido contermina fonti.
Pacta placent: & lux tardè discedere visa
Præcipitatur aquis, & aquis nox [1] exit ab iisdem,
Callida per tenebras versato cardine Thisbe
Egreditur, fallitq; suos, adopertaq; vultum
Peruenit ad tumulum, dictaq; sub arbore sedit.
Audacem faciebat amor: venit ecce recenti
Cæde leæna boum spumantes oblita rictus,
Depositura sitim vicini fontis in vnda.
Quã procul ad Lunæ radios Babylonia Thisbe
Vidit, & obscurum timido pede fugit in antrum:
Dumq; fugit, tergo velamina lapsa relinquit.
Vt lea sæua sitim multa compescuit vnda,
Dum redit in syluas, inuentos fortè sine ipsa
Ore cruentato tenues laniauit amictus.
Serius egressus vestigia viuit in alto
Puluere certa fera, totoq; expalluit ore
Pyramus. vt vero vestem quoque sanguine tinctam
Repperit, Vna duos, inquit, nox perdet amantes.
E quibus illa fuit longa dignissima vita:
Nostra nocẽs anima est, ego te miseranda peremi,
In loca plena metus qui iussi nocte venires,
Nec prior huc veni. nostrum diuellite corpus,
Et scelerata fero consumite viscera morsu,
O quicunque sub hac habitatis rupe leones.
Sed timidi est optare necem. velamina Thisbe
Tollit, & ad pactæ [2] se confert arboris vmbram.
Vtq; dedit notæ lacrymas, dedit oscula vesti,
Accipe nunc, inquit, nostri quoque sanguinis haustus:
Quoq; erat accinctus, dimisit in ilia ferrum.
Nec mora, feruenti moriens è vulnere traxit,
Et iacuit resupinus humo. cruor emicat altè,
Non aliter, quàm cum vitiato fistula plumbo
Scinditur, & tenui stridente foramine, longè
Eiaculatur aquas, atque ictibus aëra rumpit,
Arborei fœtus aspergine cædis in atram
Vertuntur faciem, madefactaq; sanguine radix
Purpureo tingit pendentia mora colore.
Ecce metu nondum posito, ne fallat amantem,
Illa redit, iuuenémque oculis, animóque requirit:
Quantaq; vitarit narrare pericula gestit.
Vtq; locum, & visam cognoscit in arbore formã,
(Sic facit incertam pomi color) hæret, an hæc sit,
Dum dubitat, tremebunda videt pulsare cruentum
Membra solum, retroq; pedem tulit: oraq; buxo
Pallidiora gerens, exhorruit æquoris instar,
Quod fremit exigua cũ summum stringitur aura.
Sed postquam remorata suos cognouit amores,
Percutit indignos claro plangore lacertos:
Et laniata comas, amplexaq; corpus amantis,

[1] al. fusum. [2] al. montibus. [3] al. tectus.

[1] al. surgit. [2] al. secum fert.

Vulnera

Vulnera supplenit lacrymis, fletumq; cruori
Miscuit: & gelidis in vultibus oscula figens,
Pyrame, clamauit, quis te mihi casus ademit?
Pyrame respondet: tua te charissima Thisbe
Nominat: exaudi, vultusq; attolle iacentes.
Ad nomen Thisbes oculos in morte grauatos
Pyramus erexit, visaq; recondidit illa.
Quæ postquam vestemque suam cognouit, & ense
Vidit ebur vacuum, Tua te manus, inquit, amorque
Perdidit, infœlix est: & mihi fortis in vnum
Hæc manus: est & amor: dabit hic in vulnera vires.
Persequar extinctum, lethiq; miserrima dicar
Causa, comesq; tui, quique à me morte reuelli
Heu sola poteras, poteris nec morte reuelli.
His tamen amborum verbis estote rogati,
O multum miseriq; mei, illiusq; parentes,
Vt quos certus amor, quos hora nouissima iunxit,
Componi tumulo non inuideatis eodem.
At tu quæ ramis arbor miserabile corpus
Nunc tegis vnius, mox es tectura duorum:
Signa tene cædis, pullosq; & luctibus aptos
Semper habe fœtus, gemini monumenta cruoris.
Dixit: & aptato pectus mucrone sub imum,
Incubuit ferro, quod adhuc à cæde tepebat.
Vota tamen tetigere Deos, tetigere parentes.
Nam color in pomo est, vbi permaturuit, ater:
Quodque rogis superest, vna requiescit in vrna.
Desierat, mediumque fuit breue tempus, & orsa est
Dicere Leucothoe: vocem tenuere sorores:
Hunc quoque syderea qui temperat omnia luce
Cepit amor Solem. Solis referamus amores.
Primus adulteriũ Veneris cum Marte putatur
Hic vidisse Deus. videt hic Deus omnia primus.
Indoluit facto, Iunonigenæq; marito
Furta tori, furtiq; locum monstrauit. at illi
Et mens, & quod opus fabrilis dextra tenebat
Excidit. extemplo graciles ex ære catenas,
Retiáque, & laqueos, quæ lumina fallere possent,
Elimat. non illud opus tenuissima vincant
Stamina: nec summo quæ pendet aranea tigno.
Vtq; leues tactus, momentáque parua sequantur,
Efficit, & lecto circumdata collocat apte.
Vt venere torum coniux & adulter in vnum,
Arte viri, vinclisq; noua ratione paratis,
In mediis ambo deprensi amplexibus hærent.
Lemnius extemplo valuas patefecit eburnas,
Admisitq; deos: illi iacuere ligati
Turpiter, atq; aliquis de diis non tristibus, optat
Sic fieri turpis. Superi risere, diuq;
Hæc fuit in toto notissima fabula cœlo.
Exigit indicij memorem Cythereia pœnam,
Inq; vices illum tectos qui læsit amores,
Lædit amore pari. quid nunc Hyperione nate,
Forma, calorq; tibi radiataq; lumina prosunt?
Nempe tuis omnes, qui terras ignibus vris,
Vreris igne nouo: quique omnia cernere debes,
Leucothoen spectas, & virgine figis in vna
Quos mundo debes oculos, modo surgis Eoo
Temporius cœlo, modo serius incidis vndis,
Spectandiq; mora brumales porrigis horas.
Deficis interdum, vitiumq; in lumina mentis
Transit, & obscurus mortalia pectora terres.
Nec, tibi quod Luna terris propioris imago
Obstiterit, palles: facit hunc amor ipse colorem,
Diligis hanc vnam, nec te Clymeneq;, Rhodoq;,
Nec tenet Æneæ genitrix pulcherrima Circes,
Quæq; tuos Clytie quamuis despecta petebat
Concubitus, ipsoque illo graue vulnus habebat
Tempore Leucothoe multarum obliuia fecit,
Gentis odoriferæ, quam formosissima partu
Edidit Eurynome. sed postquam filia creuit,
Quam mater cunctas, tam matrem filia vicit.
Rexit Achæmenias vrbes pater Orchamus: isq;
Septimus à prisco numeratur origine Belo.
Axe sub Hesperio sunt pastua Solis equorum.
Ambrosiã pro gramine habent. ea fessa diurnis
Membra ministeriis nutrit, reparatq; labori.
Dúmque ibi quadrupedes cœlestia pabula carpunt,
Nóxque vicem peragit, thalamos Deus intrat amatos,
Versus in Eurynomes faciem genitricis, & inter
Eis sex Leucothoën famulas ad lumina cernit
Lauia versato ducentem stamina fuso.
Ergo vbi ceu mater charæ dedit oscula natæ,
Res, ait, arcana est, famulæ discedite: neve
Eripite arbitrium matri secreta loquendi.
Paruerant: thalamóque Deus sine teste relicto,
Ille ego sum, dixit, qui longum metior annum,
Omnia qui video, per quem videt omnia tellus.
Mundi oculus, mihi crede, places. pauet illa, metúque
Et colus, & fusus digitis cecidere remissis:
Ipse timor decuit: nec longius ille moratus
In veram rediit speciem, solitumque nitorem:
At virgo quamuis inopino territa visu,
Victa nitore Dei, posita vim passa querela est.
Intuidit Clytie (neque enim moderatus in illam
Solis amor fuerat) stimulatáque pellicis ira
Vulgat adulterium, diffamatúmque parenti
Indicat: ille ferox, immansuetúsque precantem,
Tendentemq; manus ad lumina solis, & ille
Vim intulit inuita, dicentem, defodit alta
Crudus humo, tumulumq; super grauis addit arena.
Dissipat hunc radiis Hyperione natus, itérque
Dat tibi quo possis defessos promere vultus.
Nec tu iam poteras euectum pondere terræ
Tollere nympha caput, corpusque exangue iacebas.
Nil illo fertur volucrum moderator equorum
Post Phaethonteos vidisse dolentius ignes.

1 al. tenebat. 2 al. filo. 3 al. Arripite.

Ille quidem gelidos radiorum viribus artus,
Si queat, in vitium tentat reuocare calorem:
Sed quoniam tantis fatum conatibus obstat,
Nectare odorato sparsit corpusq; locumq;,
Multáque conquestus, Tanges tamen æthera, dixit.
Protinus imbutum cœlesti nectare corpus
Delicuit, terrámque suo madefecit odore:
Virgáque per glebas: sensim radicibus actis
Thurea surrexit, tumulumq; cacumine rupit.
At Clytien, quamuis amor excusare dolorem,
Indiciumq; dolor poterat, non amplius auctor
Lucis adit, Veneriq; modum sibi fecit in illa.
Tabuit ex illo dementer amoribus vsa
Nympharum impatiens: & sub Ioue nocte, dieq;
Sedit humo nuda, madidis incompta capillis:
Perq; nouem luces expers vndæq;, cibiq;
Rore mero, lachrymisq; suis ieiunia pauit.
Nec se mouit humo, tantum spectabat euntis
Ora Dei, vultusque suos [1] flectebat ad illum.
Membra ferunt hæsisse solo: partémque coloris
Luridus exangues pallor conuertit in herbas:
Est in parte rubor, violæq; similimus ora
Flos tegit. illa suum, quamuis radice tenetur,
Vertitur ad Solem, mutataq; seruat amorem.
Dixerat, & factum mirabile ceperat aures.
Pars fieri potuisse negant: pars omnia veros
Posse Deos memorant: sed non est Bacchus in illis.
Poscitur Alcithoe, postquàm siluere sorores.
Quæ radio stantis percurrens stamina telæ,
Vulgatos taceo, dixit, pastoris amores
Daphnidis Idæi, quem Nymphæ pellicis ira
Contulit in saxum: tantus dolor vrit amantes.
Nec loquar, vt quondam naturæ iure nouato
Ambiguus fuerit modò vir, modò fœmina, Scython.
Te quoque nunc Adamas quondam fidissime parue
Celme Ioui, largósque satos Curetas ab imbri,
Et Crocon in paruos versum cum Smilace flores
Prætereo: dulcíque animos nouitate tenebo.
Vnde sit infamis, quare malè fortibus vndis
Salmacis eneruet, iactóque remolliat artus.
Discite. causa latet, vis est notissima fontis.
Mercurio puerum diua Cythereide natum
Naiades Idæis enutriuere sub antris,
Cuius erat facies, in qua matérque, patérque
Cognosci possent: nomen quoque traxit ab illis.
Is tria cùm primùm fecit quinquennia, montes
Deseruit patrios: Idáque altrice relicta
Ignotis errare locis, ignota videre
Flumina gaudebat, studio minuente labores.
Ille etiam Lycias vrbes, Lyciæque propinquos
Caras adit. videt hic stagnum lucentis ad imum
Vsque solum lymphæ, non illic canna palustris,
Nec steriles vluæ. nec acuta cuspide iunci:
Perspicuus liquor est, stagni tamen vltima viuo
Cespite cinguntur: semperque virentibus herbis.

1 vertebat.

Nympha colit, sed nec venatibus apta, nec arcus
Flectere quæ soleat, nec quæ contendere cursu:
Soláque Naiadum celeri non nota Dianæ.
Sæpe suas illi fama est dixisse sorores:
Salmaci, vel iaculum, vel pictas sume pharetras,
Et tua cum duris venatibus otia misce.
Nec iaculum sumit, nec pictas illa pharetras,
Nec sua cum duris venatibus otia miscet:
Sed modò fonte suo formosos perluit artus:
Sæpe Cytoriaco deducit pectore crines,
Et quid se deceat, spectatas consulit vndas.
Nunc perlucenti circumdata corpus amictu,
Mollibus aut foliis, aut mollibus incubat herbis,
Sæpe legit flores: & tunc quoque fortè legebat
Cùm puerum vidit, visumq; optauit habere.
Nec tamen ante adiit, etsi properabat adire,
Quàm se composuit, quàm circumspexit amictus,
Et finxit vultum, & meruit formosa videri.
Tunc sic orsa loqui: Puer ô dignissime credi
Esse Deus, seu tu Deus es, potes esse Cupido:
Siue es mortalis, qui te genuêre beati:
Et mater felix, & fortunata profectò
Si qua tibi soror est quæ præbuit [1] vbera nutrix:
Sed longè cunctis, longéque beatior illa est,
Si qua tibi sponsa est, si quam dignabere teda,
[2] Nunc tibi siue aliqua est, mea sit furtiua voluptas.
Seu nulla est, ego sim, thalamumq; ineamus eundem.
Nais ab his tacuit: pueri rubor ora notauit.
Nescit quid sit amor: sed & erubuisse decebat.
Hic color aprica pendentibus arbore [3] malis.
Aut ebori tincto est, aut sub candore rubenti,
Cùm frustra resonant æra auxiliaria, Lunæ.
Poscenti Nymphæ sine fine sororia saltem
Oscula, iamque manus ad eburnea colla ferenti,
Desinis? aut fugio, tecumq; ait, ista relinquo?
Salmacis extimuit, locaque hæc tibi libera trado
Hospes, ait: simulatque gradu discedere verso.
Tum quoque respiciens, fruticúmque recondita silua
Delituit, flexúmque genu summisit, at ille
Vt puer, & vacuus, & inobseruatus in herbis
Huc it, & hinc illuc, & in alludentibus vndis
Summa pedum, taloque tenus vestigia tingit.
Nec mora, temperie blandarum captus aquarum,
Mollia de tenero velamina corpore ponit,
Tum verò obstupuit, nudæq; cupidine formæ
Salmacis exarsit, flagrant quoque lumina Nymphæ,
Non aliter, quàm cùm puro nitidissimus orbe
Oppositi speculi referitur imagine Phœbus.
Vixq; moram patitur, vix iam sua gaudia differt:

1 oscula. 2 Hæc. 3 pomis.

Iam

Iam cupit amplecti, iam se malè continet amens.
Ille cauus velox applauso corpore palmis
Desinit in latices, alternaq; brachia [1] *iactans*
In liquidis transluce aquis: vt eburnea si quis
Signa tegat claro, vel candida lilia vitro.
Vicimus, & meus es, exclamat Nais: & omni
Veste procul iacta, medijs immittitur vndis,
Pugnantemq; tenet, luctantiaq; oscula carpit,
Subiectatq; manus, [2] inuitaq; pectora tangit:
Et nunc hac iuueni, nunc circunfunditur illac.
Deniq; nitentem contra, elabiq; volentem
Implicat, vt serpens quam regia sustinet ales,
Sublimemq; rapit: pendens caput illa, pedesq;
Alligat, & cauda spaciantes implicat alas.
Vtq; solent hederæ longos intexere truncos:
Vtue sub æquoribus deprensum polypus hostem
Continet, ex omni demissis parte flagellis.
Perstat Atlantiades, sperataq; gaudia Nymphæ
Denegat, illa premit, demissaq; corpore toto
Sicut inhærebat, Pugnes licet improbe, dixit,
Non tamen effugies: ita Dij iubeatis: & istum
Nulla dies à me, nec me diducat ab isto.
Vota suos habuere Deos: nam mista duorum
Corpora iunguntur, faciesq; inducitur illis
Vna, velut si quis conducat cortice ramos,
Crescendo iungi pariterq; adolescere cernat:
Sic vbi complexu coierunt membra tenaci,
Nec duo sunt, sed forma duplex: nec fœmina dici,
Nec puer vt possit neutrumq; & vtrũq; videtur.
Ergo vbi se liquidas, quo vir descenderat, vndas
Semimarem fecisse videt, mollitaq; in illis
Membra manus tendens sed tam nõ voce virili,
Hermaphroditus ait: nato date munera vestro
Et pater & genitrix, amborum nomen habenti:
Quisquis in hos fontes vir venerit, exeat inde
Semiuir, & tactis subitò molleſcat in vndis.
Motus vterque parens, nati rata verba biformis
Fecit, & incerto fontem medicamine tinxit.
Finis erat dictus: & adhuc Mineia proles
Vrget opus, spernitque Deum: festumque profanat:
Tympana cum subito non apparentia raucis
Obstrepuere sonis, & adunco tibia cornu,
Tinnulaque æra sonant, & olent myrrhæq;, crocique.
Resque fide maior, cœpere virescere telæ,
Inq; hederæ faciem pendens frondescere vestis.
Pars abit in vites, & quæ modo fila fuerunt,
Palmite mutantur: de stamine pampinus exit:
Purpura fulgorem pictis accommodat vuis,
Iamq; dies exactus erat, tempusq; subibat,
Quod tu nec tenebras, nec posses dicere lucem,
Sed cum luce tamen dubiæ confinia noctis.
Tecta repentè quati, pinguesq; ardere videntur
Lampades, & rutilis collucent ignibus ædes,
Falsaq; fœuarum simulacra vlulare ferarum.
Fumida iamdudum latitant per tecta sorores,
Diuersæq; locis, ignes, ac lumina vitant.
Dúmque petunt tenebras, paruos membrana per artus
Porrigitur, tenuésque includunt brachia pennæ:
Nec, qua perdiderint veterem ratione figuram,
Scire sinunt tenebræ, non illas pluma leuauit:
Sustinere tamen se perlucentibus alis.
Conatæque loqui, minimámque pro corpore vocem
Emittunt, peraguntq; leui stridore querelas.
Tectaq; non siluas, celebrant: lucemq; perosæ
Nocte volant, seroq; tenent à vespere nomen.
Tum verò totis Bacchi memorabile Thebis
Numen erat: magnasq; noui matertera vires
Narrat vbique Dei: de totq; sororibus expers
Vna doloris erat, nisi quem fecere sorores:
Aspicit hanc natis, thalamóque Athamantis habentem
Sublimes animos, & alumni numine Iuno:
Non tulit. & secum: Potuit de pellice natus
Vertere Mæonios, pelagoq; immergere nautas,
Et lacerãda suæ nati dare viscera matri,
Et triplices operire nouis Mineidas alis:
Nil poterit Iuno, nisi inultos flere dolores?
Idq; mihi satis est? hæc vna potentia nostra est?
Ipse docet, quid agam (fas est & ab hoste doceri)
Quidq; furor valeat, Pentheia cæde. satisq;
Ac super ostendit: cur non stimuletur, eatque
Per cognata suis exempla sororibus Ino?
Est via decliuis funesta nubila taxo,
Ducit ad infernas per muta silentia sedes:
Styx nebulas exhalat iners, vmbræq; recentes
Descendunt illac, simulachráque funĕra sepulcris.
Pallor, hiemsq; tenent latè loca senta: nouiq;
Qua sit iter, manes, Stygiam quod ducat ad vrbem,
Ignorant, vbi sit nigri fera regia Ditis.
Mille capax aditus, & apertas vndique portas
Vrbs habet. vtq; fretum de tota flumina terra,
Sic omnes animas locus accipit ille, nec vlli
Exiguus populo est, turbámve accedere sentit.
Errant exangues sine corpore, & opibus vmbræ:
Parsq; forum celebrant, pars imi tecta tyranni:
Pars aliquas artes antiquæ imitamina vitæ
Exercent: aliam partem sua pœna coercet.
Sustinet ire illuc cœlesti sede relicta,
(Tantum odiis, iræq; dabat) Saturnia Iuno.
Quo simul intrauit, sacroq; à corpore pressum
[1] Intremuit limen tria Cerberus extulit ora,
Et tres latratus simul edidit: illa sorores
Nocte vocat genitas, graue, & implacabile numen.
Carceris ante fores clausas adamante sedebant,
Déque suis atros pectebant crinibus angues.
Quam simul agnorunt inter caliginis vmbras,
Surrexere Deæ, sedes scelerata vocatur.
Viscera præbebat Tityus lanianda, nouemq;
Iugeribus distractus erat. tibi Tantale nullæ

a al. ducens. b al. inuictáque.

1 al. Ingemuit.

Deprenduntur aquæ: quæque imminet, effugit arbor.
Aut petis, aut vrges rituturum Sisyphe saxum.
Voluitur Ixion & se sequiturq; fugitq;.
Moliriq; suis lethum patruelibus ausæ.
Assidue repetunt, quas perdant Belides vndas.
Quos omnes facie postquam Saturnia torua
Vidit, & ante omnes Ixiona, rursus ab illo
Sisyphona aspiciens, cur hic è fratribus, inquit,
Perpetuas patitur pœnas, Athamanta superbum
Regia dines habet, qui me cum coniuge semper
Spreuit? & exponit causas odiiq;, viæq;
Quidq; velit quod vellet, erat, ne regia Cadmi
Staret, & in facinus traherent Athamanta[1] furores.
Imperium promissa, preces confundit in vnum,
Sollicitatq; Deas. sic hæc Iunone locuta,
Tisiphone canos, vt erat turbata, capillos
Mouit, & obstantes deiecit ore colubros:
Atque ita, non longis opus est ambagibus, inquit,
Facta puta, quæcumque iubes: inamabile regnum
Desere, teq; refer cœli melioris ad auras.
Læta redit Iuno, quam cœlum intrare parantē
Rotatis lustrauit aquis Thaumantias Iris.
Nec mora, Tisiphone madefactā sanguine sumit
Importuna facem, fluidoque cruore rubentem
Induitur pallam, tortoq; incingitur angue,
Egreditúrq; domo, luctus comitatur euntem,
Et pauor, & terror, trepidoq; insania vultu,
Limine constiterat: postes tremuisse feruntur
Æolij, pallorq; fores infecit acernas.
Solq; lacum fugit monstris exterrita coniux,
Territus est Athamas, tectoq; exire parabant.
Obstitit infœlix, aditumq; obsedit Erinnys.
Nexaq; vipereis distendens brachia nodis,
Cæsariem excussit: motæ sonuere colubræ.
Parsq; iacent humeris, pars circum pectora lapsæ
Sibila dant, saniémque vomunt, linguisque coruscant.
Inde duos mediis abrupit crinibus angues,
Pestiferaq; manu raptos immisit. At illi
Inoosq; sinus, Athamanteosq; pererrant,
Inspirantq; graues animos, nec vulnera membris
Vlla ferunt, mens est, quæ[2] diros sentiat ictus.
Attulerat secum liquidi quoque monstra veneni,
Oris Cerberei spumas, & virus Echidnæ,
Erroresq; vagos cæcaq; obliuia mentis,
Et scelus, & lacrymas, rabiémque & cædis amorem,
Omnia trita simul: quæ sanguine[3] mista recenti
Coxerat æne cauo, viridi versata cicuta.
Dumq; pauent illi, vertit furiale venenum
[4]Pectus in amborum, præcordiaq; intima mouit.
Tum face iactata per eundem sæpius orbem,
Consequitur motis velociter ignibus ignes.
Sic victrix, iussiq; potens ad inania magni
Regna redit Ditis, sumptumq; recingitur anguē.
Protinus Æolides media furibundus in aula
Clamat, Io comites, his retia tendite syluis:
Hic modo cùm gemina visa est mihi prole leæna:
Vtq; feræ, sequitur vestigia coniugis amens:
Deq; sinu matris ridentem, & parua Learchum
Brachia tendentem rapit, & bis, terq; per auras
More rotat funda, rigidoq; infantia saxo
Discutit ora ferox. tum denique concita mater,
Seu dolor hoc fecit, seu sparsi causa veneni,
Exululat, sparsisq; fugit malè sana capillis:
Teq; ferens paruum nudis Melicerta lacertis,
Euohe Bacche sonat. Bacchi sub nomine Iuno
Risit: & hos vsus præstet tibi, dixit, alumnus.
Imminet æquoribus scopulus, pars ima cauatur
Fluctibus, & tectas defendit ab imbribus vndas:
Sūma riget, frontemq; in apertum porrigit æquor.
Occupat hunc (vires insania fecerat) Ino,
Seq; super pontum nullo tardata timore
Mittit, onusq; suum percussa recanduit vnda.
At Venus immeritæ neptis miserata labores,
Sic patruo blandita suo est. ô numen aquarum,
Proxima cui cœlo cessit Neptune, potestas,
Magna quidem posco, sed tu miserere meorum,
Iactari quos cernis in Ionio immenso,
Et diis adde tuis, aliqua & mihi gratia pōto est:
Si tamen in medio quondam concreta profundo
Spuma fuit, Graiūq; manet mihi nomē ab illa.
Annuit oranti Neptunus, & abstulit illis
Quod mortale fuit, maiestatemq; verendam
Imposuit, nomenq; simul, faciemq; notauit:
Leucotheaq; Deum cum matre Palæmona dixit.
Sidonię comites, quantum valuêre sequutæ,
Signa pedum primo vidêre nouissima saxo:
Nec dubium de morte ratæ, Cadmeida palmis
Deplanxêre domum scissis cum veste capillis.
Vtq; parum iusta, nimiumq; in pellice sæuæ,
Inuidiam fecere Deæ: conuicia Iuno
Non tulit: & faciam vos ipsas maxima, dixit,
Sæuitiæ monumenta meæ. res dicta secuta est.
Nam quæ præcipuè fuerat pia, persequar, inquit,
In freta reginam: saltumq; datura moueri
Haud vsquam potuit, scopuloq; affixa cohæsit:
Altera, dum solito tentat plangore ferire
Pectora, tentatos sentit riguisse lacertos.
Illa, manus vt fortè tetenderat in maris vndas:
Saxea facta manus in eadem porrigit vndas:
Huius, vt arreptum laniabat vertice crinem,
Duratos subito digitos in crine videres.
Quo quæque in gestu deprensa est, hæsit in illo.
Pars volucres factæ, quæ nunc quoque gurgite in illo
Æquora distringunt summis[2] Cadmeides alis.
Nescit Agenorides natam paruumq; nepotem
Æquoris esse Deos. luctu, serieq; malorum
Victus, & ostentis, quæ plurima viderat, exit
Conditor vrbe sua, tanquam fortuna locorum
Non sua se premeret: longisq; erroribus actus
Contigit Illyricos profuga cum coniuge fines.
Iamq; malis, annisq; graues dū prima retractant
Fata domus, relegunt q; suos sermone labores,
Num sacer ille mea traiectus cuspide serpens,

1 al. sorores. 2 al. duros. 3 al. tincta. 4 al. Vultus.

1 al. Mineides.

Cadmus

Cadmus ait, fuerat tum, cum Sidone profectus
Vipereos sparsi per humum noua semina dentes?
Quem si cura deûm tam certa vindicat ira,
Ipse precor serpens in longam porrigar aluum.
Dixit: & vt serpens in longam tenditur aluum,
Duratæq; cuti squamas increscere sentit.
Nigraq; cæruleis variari corpora guttis:
In pectusq; cadit pronus: commistaq; in vnum
Paulatim teretis tenuantur acumine crura.
Brachia iam restant: quæ restant brachia tendit,
Et lacrymis per adhuc humana fluentibus ora,
Accede ô coniux, accede miserrima, dixit,
Dúmque aliquid superest de me, me tange: manumq;
Accipe dum manus est, dum non totum occupat anguis,
Ille quidem vult plura loqui: sed lingua repente
In partes est fissa duas: nec verba loquenti
Sufficiunt: quotiesq; aliquos parat edere questus
Sibilat. hanc illi vocem natura reliquit.
Nuda manus feriens exclamat pectora coniux,
Cadme mane, teq; infelix his exue monstris.
Cadme quid hoc? vbi pes? vbi sunt humeriq; manusq;?
Et color, & facies? & (dũ loquor, omnia?) cur non
Me quoq; cœlestes in eundem vertitis anguem?
Dixerat. ille suæ lambebat coniugis ora,
Inque sinus charos, veluti cognosceret, ibat,
Et dabat amplexus, assuetaq; colla petebat.
Quisquis adest (aderant comites) terretur. at[1] illis
Lubrica [2] permulcent cristati colla draconis:
Et subitò duo sunt, iunctoq; volumine serpunt,
Donec in oppositi nemoris subiere latebras.
Nunc quoq; nec fugiunt hominem, nec vulnere lædunt:
Quidq; prius fuerint placidi meminere dracones.
Sed tamen ambobus versæ solatia formæ
Magna nepos dederat, quam debellata colebat
India, quæ positis celebrabat Achaia templis,
Solus Abantiades ab origine cretus eadem
Acrisius superest, qui mœnibus arceat vrbis
Argolicæ, contraq; deum ferat arma genusq;
Non putat esse Deũ, neq; enim Iouis esse putabat
Persea, quem pluuio Danaë conceperat auro.
Mox tamen Acrisium (tanta est præsentia viri)
Tam violasse Deum, quàm non agnosse nepotem
Pœnitet. impositus iam cœlo est alter, & alter
Viperei referens spolium memorabile monstri,
Aëra carpebat tenerum stridentibus alis.
Cumq; super Libycas victor penderet arenas
Gorgonei capitis gutta cecidere cruentæ:
Quas humus exceptas varios animauit in angues:
Vnde frequens illa est, infestaq; terra colubris.
Inde per immensum ventis discordibus actus
Nunc huc, nunc illuc exemplo nubis aquosæ
Fertur, & ex alto seductas æthere longe
Despectat terras, totumq; superuolat orbem.
Ter gelidas Arctos, ter Cancri brachia vidit:
Sæpe sub occasus, sæpe est ablatus in ortus.
Iamq; cadente die, veritus se credere nocti
Constitit Hesperio regnis Atlantis in orbe:
Exiguamq; petit requiem, dum Lucifer ignes
Euocet Auroræ: cursus Aurora diurnos.
Hic hominum cunctis ingenti corpore præstans
Iapetionides Atlas fuit vltima tellus
Rege sub hoc, & pontus erat, qui Solis anhelis
Æquora subdit equis, & fessos excipit axes.
Mille greges illi, totidemq; armenta per herbas
Errabant, & humum vicinia nulla premebat,
Arboreæ frondes auro radiante nitentes
Ex lauro ramos, ex auro poma ferebant.
Hospes, ait Perseus illi, seu gloria tangit
Te generis, magni generis mihi Iupiter auctor:
Siue es mirator rerum, mirabere nostras.
Hospitium, requiemq; peto. memor ille vetustæ
Sortis erat, dederat Themis hãc Parnassia sortem:
Tempus Atla veniet, tua quo spoliabitur auro
Arbor: & hunc prædæ titulũ Ioue natus habebit.
Id metuens solidis pomaria clauserat Atlas
Montibus, & vasto dederat seruanda draconi.
Arcebatq; suis externos finibus omnes.
Huic quoque: vade procul: ne longè gloria rerum,
Quas mentiris, ait, longè tibi Iuppiter absit.
Vimq; minis addit, manibusq; expellere tentat
Cunctantem, & placidis miscentem fortia dictis.
Viribus inferior (quis enim par esset Atlantus
Viribus?) at quoniam parui tibi gratia nostra est,
Accipe munus, ait: læuaq; à parte Medusæ
Ipse retro versus squalentia protulit ora.
Quantus erat, mons factus Atlas. nam barba comæq;
In syluas abeunt: iuga sunt humeriq; manusq;:
Quod caput ante fuit, summo est in monte cacumen:
Ossa lapis fiunt. tum partes [2] altus in omnes
Creuit in immensum (sic Dij statuistis) & omne
Cum tot syderibus cœlum requieuit in illo.
Clauserat Hippotades æterno carcere ventos,
Admonitórque operum cœlo clarissimus alto
Lucifer ortus erat: pennis ligat ille resumptis
Parte ab vtraque pedes, teloque accingitur vnco,
Et liquidum motis talaribus aëra findit:
Gentibus innumeris circúmque, infraq; relictis,
Æthiopum populos, Cepheáque conspicit arua.
Illic immeritam maternæ pendere linguæ
Andromedam pœnas iniustus iusserat Ammon,
Quam simul ad duras religatã brachia cautes
Vidit Abantiades, nisi quod leuis aura capillos
Mouerat, & tepido manabant lumina fletu:
Marmoreum ratus esset opus, trahit inscius ignes,

1 al. illa. 2 al. perlucent.

1 al. æquora. 2 al. actus.

Et ſtupet ĩ eximiæ correptus imagine formæ,
Penè ſuas quatere eſt oblitus in aere pennas.
Vt ſtetit, ô dixit, non iſtis digna catenis,
Sed quibus inter ſe cupidi iunguntur amantes,
Pande requirenti nomen, terræq́, tuumq́
Et cur vincla geras. primò ſilet illa, nec audet
Appellare virum virgo: manibúſque modeſtos
Celaſſet vultus, ſi non religata fuiſſet
Lumina, quod potuit, lacrymis impleuit obortis.
Sæpius inſtanti, ſua ne delicta fateri
Nolle videretur, nomen terræq́, ſuumq́,
Quantáque maternæ fuerit fiducia formæ
Indicat: & nondum memoratis omnibus, vnda
Inſonuit, veniénſque immenſo bellua ponto
Imminet, & latum ſub pectore poſſidet æquor.
Conclamat virgo genitor lugubris, & vna
Mater adeſt, ambo miſeri, ſed iuſtius illa.
Nec ſecum auxilium, ſed dignos tempore fletus
Plangorémque ferunt, vinctóque in corpore adhærent.
Tunc ſic hoſpes ait: lacrymarum longa manere
Tempora vos poterunt: ad opem breuis hora ferenda eſt.
Hãc ego ſi peterem Perſeus Ioue natus, & illam,
Quam clauſam impleuit fœcundo Iupiter auro,
Gorgonis anguicomæ Perſeus ſuperator, & alis
Æthereas auſus iactatis ire per auras,
Præferrer cunctis certè gener. addere tantis
Dotibus & meritum (faueant modò numina) tento,
Vt mea ſit, ſeruata mea virtute paciſcor.
Accipiunt legem (quis enim dubitaret?) & orant
Promittúntque ſuper regnum dotale parentes.
Ecce velut nauis præfixo concita roſtro
Sulcat aquas iuuenum ſudantibus acta lacertis:
Sic fera dimotis impulſu pectoris vndis
Tantum aberat ſcopulis, quantum balearica torto
Funda poteſt plumbo medij tranſmittere cœli:
Cùm ſubitò iuuenis pedibus tellure repulſa
Arduus in nubes abiit: vt in æquore ſummo
Vmbra viri viſa eſt, viſam fera ſæuit in vmbram.
Vtq́ Iouis præpes, vacuo cum vidit in aruo
Præbentem Phœbo liuentia terga draconem,
Occupat aduerſum: neu ſæua retorqueat ora,
Squamigeris auidos figit ceruicibus vngues:
Sic celeri miſſo præceps per inane volatu
Terga fera preſſit, dextróque frementis in armo
Inachides ferrum curuo tenus abdidit hamo.
Vulnere læſa graui modò ſe ſublimis in auras
Attollit, modò ſubdit aquis, modò more ferocis
Verſat apri, quem turba canum circumſona terret.
Ille auidos morſus velocibus effugit alis:
Quaq́ patent, nunc terga cauis ſuper obſita conchis,
Nunc interum coſtas, nunc qua tenuiſſima cauda

a al. ſ. vife.

Deſinit in piſcem, falcato vulnerat enſe.
Bellua puniceo miſtos cum ſanguine fluctus
Ore vomit: maduêre graues aſpergine pennæ:
Nec bibulis vltra Perſeus talaribus auſus
Credere, conſpexit ſcopulum, qui vertice ſummo
Stantibus exſtat aquis, operitur ab æquore moto.
Nixus eo, rupiſque tenens iuga prima ſiniſtra,
Ter quater exegit repetita per ilia ferrum.
Littora cum plauſu clamor, ſuperáſque Deorum
Impleuere domos, gaudét, generúmque ſalutant,
Auxiliumq́ domus, ſeruatorémque fatentur
Caſſiope, Cepheúſque pater, reſoluta catenis
Incedit virgo pretiumq́, & cauſa laboris.
Ipſe manus hauſta victrices abluit vnda,
Anguiferumq́ caput dura ne lædat arena,
Mollit humũ foliis, natáſque ſub æquore virgas
Sternit. & imponit Phorcynidos ora Meduſæ.
Virga recens, bibulaq́ etiam nunc viua medulla
Vim rapuit monſtri, tactuq́ induruit huius,
Percepitq́ nouum ramis & fronde rigorem.
At pelagi Nymphæ factum mirabile tentant
Pluribus in virgis, & idem contingere gaudent:
Seminaque ex illis vt erant iactata per vndas,
Nunc quoque coralíis eadem natura remanſit,
Duritiem tacto capiant vt ab aëre, quodq́
Vimen in æquore erat, fiat ſuper æquora ſaxum.
Diis tribus ille focos totidem de ceſpite ponit:
Læuum Mercurio, dextrum tibi, Bellica virgo,
Ara Iouis media eſt: mactatur vacca Minervæ,
Alipedi vitulus, taurus tibi ſumme Deorum.
Protinus Andromeden, & tanti præmia facti
Indotata rapit: tædas Hymenæus, amórque
Præcipiunt, largis ſatiantur odoribus ignes,
Sertaque dependent tectis: & vbique lyræq́,
Tibiaque, & cantus animi felicia læti
Argumenta ſonant: reſeratis aurea valuis
Atria tota patent, pulchróque inſtructa paratu,
Cepheni proceres ineunt conuiuia regis.
Poſtquam epulis functi, generoſi munere Bacchi
Diffudere animos, cultuſq́ genuſq́ locorum
Quærit Abantiades. quærenti protinus vnus
Narrat Lyncides, moreſq́ habitúmque virorum.
Quæ ſimul edocuit: nunc ô fortiſſime, dixit,
Fare precor Perſeu, quanta virtute, quibuſq́
Artibus abſtuleris crinita draconibus ora.
Narrat Abantiades gelido ſub Atlante iacentem
Eſſe locum ſolida tutum munimine molis.
Cuius in introitu geminas habitaſſe ſorores
Phorcydas, vnius ſortitas luminis vſum.
Id ſe ſolerti furtim, dum traditur, aſtu
Suppoſita cepiſſe manu: pérque abdita longè
Deuiáque, & ſiluis horrentia ſaxa fragoſis
Gorgoneas tetigiſſe domos: paſſimq́ per agros,
Pérque vias vidiſſe hominum ſimulacra, ferarúmque
In ſilicem ex ipſis viſa conuerſa Meduſa.
Se tamen horrenda clypei, quam læua gerebat,
Aere repercuſſo formam aſpexiſſe Meduſæ:
Dúmque grauis ſomnus colubróſque, ipſamque tenebat,

Eripuiſſe

Eripuisse caput collo: pennisq; fugacem
Pegason & fratrem matris de sanguine natos.
Addidit & longi non falsa pericula cursus,
Quæ freta, quas terras, sub se vidisset ab alto,
Et quæ iactatis tetigisset sidera pennis.
Ante expectatum tacuit tamen, excipit vnus
Ex numero procerum, quærens cur vna sororum
Gesserit alternis immistos crinibus angues.
Hospes, ait, quoniam scitaris digna relatu,
Accipe quæsiti causam, clarissima forma,
Multorumq; fuit spes inuidiosa procorum
Illa: nec in tota conspectior vlla capillis
Pars fuit: inuenti, qui se vidisse referrent.
Hanc pelagi rector templo vitiasse Minerua
Dicitur. auersa est, & castos egide vultus
Nata Iouis texit. néue hoc impune fuisset,
Gorgoneum crinem turpes mutauit in hydros.
Nunc quoque, vt attonitos formidine terreat hostes,
Pectore in aduerso, quos fecit sustinet angues.

P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON LIBER V.

DVMQVE ea Cephenum medio Donaeus heros
Agmine commemorat, fremitu regalia turba
Atria complentur: nec [1] coniugialia festa
Qui canat, est clamor, sed qui fera nuntiet arma.
Inq; repentinos conuiuia versa tumultus
Assimilare freto possis, quod saua quietum
Ventorum rabies motis exasperat vndis.
Primus in his Phineus belli temerarius autor,
Fraxineam quatiens ærata cuspidis hastam,
En, ait, en adsum præreptæ coniugis vltor.
Nec mihi te penna: nec falsum versus in aurum
Iupiter eripiet, conanti mittere, Cepheu
Quid facis? exclamat: qua te germane furentem
Mens agit in facinus? meritisne hæc gratia tantis
Redditur? hac vitam seruatam dote rependis?
Quam tibi non Perseus, verum si quæris, ademit,
Sed graue Nereidum numen, sed corniger Ammon,
Sed quæ visceribus veniebat bellua ponti
Exaturanda meis, illo tibi tempore rapta est,
Quo peritura fuit: nisi si crudelis id ipsum
Exigis vt pereat, lucluq; leuabere nostro.
Scilicet haud satis est quod te spectante reuincta est,
Et nullam quod opem patruus, sponsúsue tulisti.
Insuper à quoquam quod sit seruata dolebis?
Præmiaq; eripies? quæ si tibi magna videntur,
Ex illis scopulis, vbi erant affixa petisses.
Nunc sine, qui petijt, per quem hæc non orba senectus
Ferre, quod & meritis, & voce est pactus: eumq;
Non tibi, sed certæ prælatum intellige morti.
Ille nihil contrà: sed & hunc, & Persea vultu
Alterno spectans, petat hunc, ignorat, an illum:
Cunctatusq; breui contortam viribus hastam,
Quantas ira dabat, nequicquam in Persea misit.
Vt stetit illa toro, stratis tum denique Perseus
Exilij, teloq; ferox inimica remisso
Pectora rupisset, nisi post altaria Phineus
Isset, & indignum, scelerato profuit ara.
Fronte tamen Rhœti non irrita cuspis adhæsit.
Qui postquàm cecidit, ferrumq; ex osse reuulsum est,
Calcitrat, & positas aspergit sanguine mensas.
Tum verò indomitas ardescit vulgus in iras,
Telaq; coniciunt: & sunt qui Cephea dicant
Cum genero debere mori, sed limine tecti
Exierat Cepheus, testatus iusq;, fidemq;,
Hospitijq; Deos, ea se prohibente moueri.
Bellica Pallas adest, & protegit egide fratrem,
Datq; animos. Erat Indus Atys, quem flumine Gange
Edita Lemniace vitreis peperisse sub vndis
Creditur, egregius forma, quam diuite cultu
Augebat bis adhuc octonis integer annis,
Indutus chlamydem Tyriâ, quam limbus obibat
Aureus: ornabant aurata monilia collum,
Et madidos myrrha curuum crinale capillos.
Ille quidem iaculo quamuis distantia misso
Figere doctus erat, sed tendere doctior arcus.
Tum quoque lenta manu flectentem cornua Perseus
Stipite qui media positus fumabat in ara,
Perculit, & fractis confudit in ossibus ora.
Hunc vbi fœdatos iactantem in sanguine vultus
Assyrius vidit Lycabas iunctissimus illi,
Et comes, & veri non dissimulator amoris,
Postquam exhalantem sub acerbo vulnere vitam
Deplorauit Atyn, quos ille tetenderat arcus,
Arripit, &, mecum tibi sint certamina, dixit:
Nec longum pueri fato lætabere, quo plus
Inuidiæ quam laudis habes, hæc omnia nondum
Dixerat: emicuit neruo penetrabile telum,
Vitatumq; tamen sinuosa veste pependit.
Vertit in hunc harpen madefactam cæde Medusæ
Acrisionides, adigitq; in pectus. at ille
Iam moriens oculis sub nocte natantibus atra
Circumspexit Atyn, seq; acclinauit ad illum

[1] al. connubialia.

Et tulit ad manes iunctæ solatia mortis.
Ecce Syenites genitus Methione Phorbas,
Et Lybis Amphimedon auidi committere pugnam,
Sanguine, quo late tellus madefacta tepebat,
Conciderant lapsi: surgentibus obstitit ensis
Alterius costis, iugulo Phorbantis adactus.
At non Actoriden Erithum, cui lata bipennis
Telum erat, admoto Perseus petit ense: sed altis
Extantem signis: multæque in pondere massæ
Ingentem manibus tollit cratera duabus,
Infligitq; viro. rutilum vomit ille cruorem.
Et resupinus humum moribundo vertice pulsat.
Inde Semiramio Polydemona sanguine Cretum,
Caucaseumque, Abarim, Sperchionidémque Lycetum,
Intonsúmque comas Elycem, Phlegiámque, Clytúmque
Sternit, & extructos morientum calcat aceruos.
Nec Phineus ausus concurrere comminus hosti
Intorquet iaculum: quod detulit error in Idam,
Expertem frustra belli, & neutra arma secutum.
Ille tuens oculis immitem Phinea toruis,
Quandoquidem in partes, ait, abstrahor, accipe Phineu,
Quem fecisti hostem. pēsaq; hoc vulnere vulnus.
Iámque remissurus tractum de corpore telum
Sanguine defectos cecidit collapsus in artus.
Tum quoque Cephenum post regē primus Odites
Ense iacet Clymeni: Protenora percutit Hipseus.
Hypsea Lyncides: fuit & grandæuus in illis
Emathion æqui cultor, timidúsque Deorum:
Qui, quoniam prohibent anni bellare, loquendo
Pugnat, & incessit, sceleratáq; deuouet arma.
Huic Cromis amplexo tremulis altaria palmis
Decutit ense caput: quod protinus incidit aræ.
Atque ibi semianimis verba execrantia lingua
Edidit, & medios animam expirauit in ignes.
Hinc gemini fratres, Proteásque, & cæstibus Ammon
Inuicti, vinci si possent cæstibus enses,
Phinea cecidere manu, Cereríque sacerdos
Alphytus albenti velatus tempora vitta.
Tu quoque Iapetide non hos adhibēdus ad vsus,
Sed qui pacis opus citharam cum voce moueres,
Iussus eras celebrare dapes, festúmque canendo.
Quē procul astantē, plectrúmque imbelle tenētē:
Pettalus irridens, Stygiis cane cætera, dixit,
Manibus: & læuo mucronem tempore fixit.
Concidit, & digitis morientibus ille retentat
Fila lyræ, casúque fuit miserabile carmen.
Non sinit hūc impune ferox cecidisse Lycormas:
Raptaque de dextro robusta repagula poste
Ossibus illisit mediæ ceruicis. at ille
Procubuit terræ mactati more iuuenci,
Demere tentabat læui quoque robora postis
Cinypheus Pelates: tentanti dextera fixa est
Cuspide Marmaridæ Coritici, lignoque cohæsit.
Hærenti latus hausit Abas: nec corruit ille,

1 vulnere. 2 Pettalus 3 immisit.

Sed retinente manu moriens è poste pependit.
Sternitur & Menaleus Perseia castra secutus,
Et Nasamniaci Dorilas, ditissimus agri:
Diues agri Dorilas, quo non possederat alter
Latius, aut totidem tollebat farris aceruos.
Huius in obliquo missum stetit inguine ferrum:
(Lethifer ille locus) quem postquam vulneris auctor
Singultantem animam, & versantem lumina vidit
Bracteus Alcyoneus, hoc quod premis, inquit, habeto.
De tot agris terræ: corpusq; exangue reliquit.
Torquet in hūc hastam calido de vulnere raptā
Vltor Abantiades, media qua nare recepta
Ceruice exacta est, in partésque eminet ambas.
Dúmque manum fortuna iuuat, Clytiúmque, Dantúmque,
Matre satos vna diuerso vulnere fudit.
Nam Clytij per vtrumque graui vibrata lacerto
Fraxinus acta femur, iaculum Danus ore momordit.
Occidit, & Celadō Mendesius: occidit Astreus
Matre Palæstina, dubio genitore creatus:
Æthionque sagax quondam ventura videre,
Tunc aue deceptus falsa: regisque Thoastes
Armiger, & cæso genitore infamis Agyrtes.
Plus tamen exhausto superest. namque omnibus vnum
Opprimere est animus, coniurata vndique pugnant
Agmina, pro causa meritū impugnante, fidemq;
Hac pro parte socer frustra pius, & noua coniux.
Cum genitrice fauent, vlulatuq; atria complent.
Sed sonus armorum superat gemitúsque cadētū.
Pollutosq; simul multo Bellona penates
Sanguine perfundit, renouatáque prælia miscet,
Circumeunt; vnum Phineus, & mille secuti
Phinea tela volant hiberna grandine plura
Præter vtrumque latus: præterque & lumen, & aures.
Applicat hic humeros ad magna saxa columnæ,
Tutáque terga gerens, aduersáque in agmina versus
Sustinet instantes: instabat parte sinistra
Chaonius Molpheus, dextra Nabathæus Ethlemō,
Tigris vt auditis diuersa valle duorum
Extimulata fame mugitibus armentorum,
Nescit vtro potius ruat, & ruere ardet vtroque,
Sic dubius Perseus, dextra, læuane feratur,
Molphea traiecti summouit vulnere cruris:
Contentúsque fuga est: neque enim dat tempus Ethemon,
Sed furit & cupiens alto dare vulnera collo.
Non circumspectis exactum viribus ensem
Fregit, in extrema percussæ parte columnæ
Lamina dissiluit, dominiq; in gutture fixa est.
Non tamen ad lethum caussas satis illa valētes
Plaga dedit trepidē Perseus, & inertia frustra,

1 tractam. 2 Euchalidon. 3 illum. 4 Ethion.

Brachia

Brachia tendentem Cyllenide confodit 1 harpe.
Verum vbi virtutem turbæ ſuccumbere vidit,
Auxilium Perſeus,quoniam ſic cogitis ipſi,
Dixit,ab hoſte petam.vultus auertite veſtros,
Si quis amicus adeſt,& Gorgonis extulit ora.
Quare alium,tua quem moueãt miracula, dixit
Theſſalus,vtq; manu iaculum 2 lethale parabat
Mittere,in hoc hæſit ſignum de marmore geſtu.
Proximus huic Amphix animi pleniſſima magni
Pectora Lyncidæ gladio petit,inque petendo
Dextera diriguit,nec citra mota,nec vltra eſt.
At Nileus,qui ſe genitum ſeptemplice Nilo
Ementitus erat,clypeo quoq; flumina ſeptem
Argento partim,partim cælauerat auro,
Aſpice,ait,Perſeus noſtræ primordia gentis:
Magna feres tacitæ ſolatia mortis ad vmbras
A tanto cecidiſſe viro:pars vltima vocis.
In medio ſupreſſa ſono eſt,adapertaq; velle
Ora loqui credas,nec ſunt ea peruia verbis.
Increpat hos,vitioq; animi, non viribus, inquit,
Gorgoneis torpetis,Eryx:incurrite mecum,
Et proſternite humo iuuenem magica arma mouentem.
Incurſurus erat,tenuit veſtigia tellus:
Immotuſq; ſilex,armataq; manſit imago.
Hi tamen ex merito pœnas ſubiere,ſed vnus
Miles erat Perſei, pro quo dum pugnat, Aconteus
Gorgone conſpecta ſaxo concreuit oborto:
Quem ratus Aſtyages etiam dum viuere, longo
Enſe ferit:ſonuit tinnitibus enſis acutis,
Dum ſtupet Aſtyages,naturam traxit eandem:
Marmoreoq; manet vultus mirantis in ore.
Nomina longa mora eſt media de plebe virorum
Dicere.bis centum reſtabant corpora pugnæ:
Gorgone bis centum rigurerunt corpora viſa.
Pœnitet iniuſti tunc deniq; Phineæ belli.
Sed quid agat?ſimulacra videt diuerſa figuris,
Agnoſcit q; ſuos,& nomine quemq; vocatum
Poſcit opem: credenſq; parum, ſibi proxima tangit
Corpora:marmor erant,auertitur, atque ita ſupplex
3 Confeſſaſq; manus, obliquaq; brachia tendens,
Vincis,ait,Perſeu: remoue tua monſtra,tuaq;
Saxificos vultus,quæcumq; ea,tolle Meduſæ,
Tolle precor:non nos odium,regniq; cupido
Compulit ad bellum : pro coniuge mouimus arma.
Cauſſa fuit meritis melior tua,tempore noſtra.
Non ceſſiſſe piget,nihil ô,fortiſſime,prater
Hanc animam concede mihi:tua cætera ſunto.
Talia dicenti,neq; eum,quem voce rogabat,
Reſpicere audẽti,Quod,ait,timidiſſime Phineu
Et poſſum tribuiſſe , & magnum eſt munus inerti,
Pone metum,tribuam:nullo violabere ferro.
Quin etiam manſura dabo monimenta per ævum:

1 *Nomen enſis falcati Perſei.*
fatale. 3 *Conuerſaque.*

Inq; domo ſoceri ſemper ſpectabere noſtri,
Vt mea ſe ſponſi ſoletur imagine coniux.
Dixit , & in partem Phercynida tranſtulit illam,
Ad quam ſe trepido Phineus obuerterat ore.
Tunc quoque conanti ſua flectere lumina ceruix
Diriguit,ſaxoq; oculorum induruit humor.
Sed tamen os timidum,vultuſq; in marmore ſupplex
Summiſſæq; manus,faciesq; obnoxia manſit.
Victor Abantiades patrios cum coniuge muros
Intrat,& immeriti vindex vltorq; parentis
Aggreditur Prætum. nam fratre per arma fugato
Acriſioneas Pretus poſſederat arces.
Sed nec ope armorum , nec , quam male ceperat, arce,
Torua colubriferi ſuperauit lumina monſtri.
Te tamen ô paruæ rector Polydecte Seriphi,
Nec iuuenis virtus per tot ſpectata labores,
Nec mala mollierant,ſed inexorabile durus
Exerces odium:nec iniqua finis in ira eſt.
Detrectas etiam laudes,ficiamq; Meduſæ
Arguis eſſe necem:dabimus tibi pignora veri.
Parcite luminibus,Perſeus ait,oraq; regis,
Ore Meduſeo ſilicem ſine ſanguine fecit.
Hactenus aurigenæ comitem Tritonia fratri
Se dedit:inde caua circumdata nube Seriphon
Deſerit,à dextra 1 Cypro,Gyaroq; relictis:
Quaq; ſuper pontum via viſa breuiſſima , Thebas,
Virgineumq; Helicona petit,quo monte 2 petita
Conſtitit,& doctas ſic eſt affata ſorores:
Fama noui fontis noſtras peruenit ad aures,
Dura Meduſæi quem prepetis vngula rupit.
Is mihi cauſa viæ:volui mirabile factum
Cernere:vidi ipſum materno ſanguine naſci.
Excipit Vranie:Quæcunq; eſt cauſa videndi,
Has tibi Diua domos,animo gratiſſima noſtro.
Vera tamen fama eſt & Pegaſus huius origo eſt
Fontis,& ad latices deduxit Pallada ſacros.
Quæ mirata diu factas pedis ictibus vndas,
Siluarum lucos circumſpicit antiquarum,
Antraq;,& innumeris diſtinctas floribus herbas:
Feliceſq; vocat pariter ſtudioq;,locoq;
Mæonidas,quam ſic affata eſt vna ſororum.
O,niſi te virtus opera ad maiora tuliſſet,
In partem ventura chori Tritonia noſtri,
Vera refers,meritoq; probas,artemq;,locumq;,
Et gratam ſortem,tutæ modo ſimus,habemus.
Sed vetitum eſt adeo ſceleri nihil,omnia terrent
Virgineas mentes,diruſq; ante ora Pyreneus
Vertitur,& nondum me tota mente recepi.
Daulia Threicio,Phoceaq; milite rura
Ceperat ille ferox,iniuſtaq; regna tenebat.
Templa petebamus Parnaſſia: vidit euntes,
Noſtraq; fallaci veneratus numina vultu,

1 *Cytno.* 2 *petito.*

Mæonides (agnorat enim) consistite, dixit,
Nec dubitate, precor, tecto graue sidus & imbrem
(Imber erat) vitare meo: subière minores
Sæpe casas superi dictis & tempore motæ,
Annuimusq; viro, primasq; intrauimus ædes.
Desierant imbres, victoq; Aquilonibus Austro
Fusca repurgato fugiebant nubila cœlo.
Impetus ire fuit, claudit sua tecta Pyreneus,
Vimque parat, quam nos sumptis effugimus alis.
Ipse sequuturo similis stetit arduus arce.
Quaque via est vobis, erit & mihi, dixit, eâdem:
Seq; iacit vecors è summo culmine turris,
Et cadit in vultus, discussisque ossibus oris
Tundit humum moriens scelerato sanguine tinctam.
Musa loquebatur: pennæ sonuere per auras:
Voxque salutantum ramis veniebat ab altis.
Suspicit, & linguæ quærit tam certa loquentes
Vnde sonent, hominemque putat Ioue nata loquutum,
Ales erat: numeroque nouem sua fata querentes
Instituerant ramis imitantes omnia picæ.
Miranti sic orsa Dea: Dea: Nuper & istæ
Auxerunt volucrum victæ certamine turbam.
Pierus has genuit Pellæis diues in aruis.
Paonis Enippe mater fuit: illa potentem
Lucinam nouies, nouies paritura vocauit.
Intumuit numero stolidarum turba sororum,
Perque tot Æmonias, & per tot Achaidas vrbes
Huc venit, & tali committit prœlia voce:
Desinite indoctum vana dulcedine vulgus
Fallere: nobiscum, si qua est fiducia vobis,
Thespiades certate Deæ: nec voce, nec arte
Vincemur, totidemque sumus. vel cedite victæ
Fonte Meduseo, & Hyantea Aganippe:
Vel nos Emathiis ad Paonas vsque niuosos
Cedemus siluis: dirimant certamina Nymphæ.
Turpe quidem contendere erat: sed cedere visum
Turpius, electæ, iurant per flumina Nymphæ,
Factaque de viuo pressere sedilia saxo.
Tunc sine sorte prior, quæ se certare professa est.
Bella canit superûm, falsoque in honore gigantes
Ponit, & extenuat magnorum facta Deorum:
Emissumque ima de sede Typhoea terræ
Cœlitibus fecisse metum, cunctosque dedisse
Terga fugæ: donec fessos Ægyptia tellus
Ceperit, & septem discretus in ostia Nilus.
Huc quoque terrigenam venisse Typhoea narrat,
Et se mentitis superos celasse figuris:
Duxque gregis, dixit, sit Iuppiter. vnde recuruis
Nunc quoque formatus Libys est cum cornibus Ammon.
Delius in coruo, proles Semeleia capro,
Fele soror Phœbi, nitea Saturnia vacca,
Pisce Venus latuit, Cyllenius Ibidis alis.
Hactenus ad citharam vocalia mouerat ora.
Posceimur Aonides: sed forsitan otia non sunt,

1 sumpis 2 victorque.

Nec nostris præbere vacat tibi cantibus aures.
Ne dubita, vestrumque mihi refer ordine carmen,
Pallas ait: memorisque leui consedit in vmbra.
Musa refert: dedimus summam certaminis vni.
Surgit, & immistos hedera collecta capillos
Calliope querulas prætentat pollice chordas:
Atque hæc percussis subiungit carmina neruis:
Prima Ceres vnco glebas dimouit aratro.
Prima dedit fruges, alimentaque mitia terris.
Prima dedit leges: Cereris sunt omnia munus.
Illa canenda mihi est: vtinam modo dicere possem
Carmina digna Dea: certè est Dea carmine digna.
Vasta giganteis 1 iniesta est insula membris:
Trinacris, & magnis subiectum molibus vrget
Æthereas ausum sperare Typhoea sedes.
Nititur ille quidem, pugnatque resurgere sæpe,
Dextra sed Ausonio manus est subiecta Peloro,
Læua Pachyne tibi: Lilybæo crura premuntur.
Degrauat Ætna caput: sub qua resupinus arenas
Eiectat, flammamque fero vomit ore Typhoeus.
Sæpe remoliri luctatur pondera terræ,
Oppidaq;, & magnos deuoluere corpore montes.
Inde tremit tellus, & rex pauet ipse silentum,
Ne pateat, latoque solum retegatur hiatu,
Immissusque dies trepidantes terreat vmbras.
Hanc metuens cladem tenebrosa sede tyrannus
Exierat, curruque atrorum euectus equorum,
Ambibat Siculæ cautus fundamina terræ.
Postquam exploratum satis est nulla loca labare,
Depositoque metum, videt hunc Erycina vagantem
Monte suo residens: natumque amplexa volucrē:
Arma manusq; meæ, mea nate potentia, dixit,
Illa, quibus superas omnes, cape tela, Cupido.
Inque Dei pectus celeres molire sagittas,
Cui triplicis tessit fortuna nouissima regni.
Tu superos, ipsumque Iouem, tu nomina ponti
Victa domas, ipsumque regit qui culmina terræ.
Tartara quid cessant? cur non matrisque tuūque
Imperium profers? agitur pars tertia mundi:
Et tamen in cœlo quæ iam patientia nostra est?
Spernimur, ac mecum vires minuuntur Amoris.
Pallada nonne vides, iaculatricemque Dianam
Abscessisse mihi? Cereris quoque filia virgo,
Si patiemur, erit: nam spes affectat easdem.
At tu pro socia, si qua est tibi gratia, regno
Iunge Deam patruo. Dixit Venus. ille pharetram
Soluit, & arbitrio matris de mille sagittis
Vnam sepositi, sed qua nec acutior vlla,
Nec minus incerta est, nec quæ magis audiat arcum.
Oppositoque genu, curuauit flexile cornu,
Inque cor hamata percussit arundine Ditem.
Haud procul Æneis lacus est à mœnib⁹ altis
Nomine Pergusæ: non illo plura Cayster

1 iniesta

Car-

Carmina cygnorum labentibus audit in vndis.
Silua coronat aquas cingens latus omne suisq;
Frondibus, vt velo, Phœbeos summouet ignes.
Frigora dant rami, varios humus humida flores.
Perpetuum ver est quo dum Perserpina luco
Ludit, & aut violas, aut candida lilia carpit,
Dumque puellari studio calathosque, sinumque
Implet, & æquales certat superare legendo,
Pene simul visa est, dilectaque, raptaque Diti:
Vsque adeo est properatus amor. Dea territa mœsto
Et matrem, & comites, sed matrem sæpius ore
Clamat: & vt summa vestem laniarat ab ora,
Collecti flores tunicis cecidere remissis.
Tantaque simplicitas puerilibus affuit annis:
Hoc quoque virgineum mouit iactura dolorem.
Raptor agit currus, & nomine quemque vocando
Exhortatur equos: quorum per colla, iubasque
Excutit obscura tinctas [1] ferrugine habenas:
Perque lacus altos, & olentia sulphure fertur
Stagna Palicorum rupta feruentia terra.
Et qua Bacchiadæ bimari gens orta Corintho
Inter inæquales posuerunt mœnia portus.
Est medium Cyanes, & Pisææ Arethusa,
Quod coit angustis inclusum cornibus, æquor.
Hic fuit, à cuius stagnum quoque nomine dictum est,
Inter Sicelidas Cyane celeberrima Nymphas,
Gurgite quæ medio summa tenus exstitit alua.
Agnouitque Deam: nec longius ibitis, inquit:
Non potes inuita Cereris gener esse: roganda,
Non rapienda fuit: quod si componere magnis
Parua mihi fas est, & me dilexit Anapis:
Exorata tamen, nec, vt hæc, exterrita nupsi.
Dixit: & in partes diuersas brachia tendens
Obstitit. haud vltra tenuit Saturnius iram.
Terribilesque hortatus equos, in gurgitis ima,
Contortum valido sceptrum regale lacerto
Condidit. icta viam tellus in tartara fecit,
Et pronos currus medio cratere recepit.
At Cyane raptamque Deam, contemptaque fontis
Iura sui mœrens, inconsolabile vulnus
Mente gerit tacita, lacrymisq; absumitur omnis.
Et quarũ fuerat magnum modo [2] nomen, in illas
Extenuatur aquas. molliri membra videres,
Ossa pati flexus, vngues posuisse rigorem:
Primaque de tota tenuissima quæque liquescunt,
Cærulei crines, digitique, & crura, pedesque.
Nam breuis in gelidas membris exilibus vndas
Transitus est. post hæc humeri, tergumque, latusque,
Pectoraque in tenues abeunt euanida riuos,
Denique pro viuo vitiatas sanguine venas
Lympha subit: restatque nihil, quod prendere possis:
Interea pauidæ nequicquam filia matri
Omnibus est terris, omni quæsita profundo.
Illam non vdis veniens Aurora capillis
Cessantem vidit, non Hesperus. illa duabus
Flammiferas pinus manibus succendit ab Ætna,
Pérque pruinosas tulit irrequieta tenebras.
Rursus vbi alma dies hebetarat sidera, natam
Solis ab occasu, Solis quærebat ad ortus.
Fessa labore sitim conceperat, oraque nulli
Colluerant fontes. contectam stramine vidit
Forte casam, paruasque fores pulsauit. at inde
Prodit anus, Diuamque videt, lymphãq; roganti
Dulce dedit, testa quod coxerat ante polenta.
Dum bibit illa datum, duri puer oris, & audax
Constitit ante Deam, risitque auidãq; vocauit.
Offensa est: neque adhuc epota parte loquentem
Cum liquido mista perfudit Diua polenta,
Cõbibit os maculas: & quæ modo brachia gessit,
Crura gerit: cauda est mutatus addita membris.
Inque breuem formam, ne sit vis magna nocendi
Contrahitur, paruaq; minor mẽsura lacerta est.
Mirantem, flentemque, & tangere monstra pauentem
Fugit anum, latebramque petit, aptũque colori.
Nomen habet variis stellatus corpora guttis.
Quas Dea per terras & quas errãuerat vndas,
Dicere longa mora est, quærenti defuit orbis.
Sicaniã repetit: dumque omnia lustrat eundo,
Venit & ad Cyanen, ea ni mutata fuisset,
Omnia narrasset. sed & os, & lingua volenti
Dicere, non aderãt, nec, quæ loqueretur, habebat.
Signa tamen manifesta dedit, notámque parenti
Illo forte loco dilapsam in gurgite sacro,
Persephones zonam summis ostendit in vndis.
Quam simul agnouit, tanquam tum denique raptam
Scisset, inornatos laniauit Diua capillos,
Et repetita suis percussit pectora palmis. (neis,
Nescit adhuc vbi sit, terras tamen increpat om-
Ingratasq; vocat, nec frugum munere dignas
Trinacriam ante alias, in qua vestigia damni
Repperit. ergo illic sæua vertentia glebas
Fregit aratra manu, parilique irata colonos
Ruricolásque boues letho dedit, aruáque iussit
Fallere depositum, vitiatáque semina fecit.
Fertilitas terræ latum vulgata per orbem
Sparsa iacet: prrmus segetes moriuntur in herbis:
Et modo Sol nimius, nimius modo corripit imber,
Sidera nunc, ventique nocẽt, auidæque volucres
Semina iacta legunt, lolium, tribulique fatigãt
Triticeas messes, & inexpugnabile gramen.
Tum caput Eleis Alpheias extulit vndis,
Rorantésque comas à fronte remouit ad aures:
Atque ait: ô toto quæsitæ virginis orbe,
Et frugum genitrix, immersos siste labores,
Nec tibi fidæ violenta irascere terræ.
Terra nihil meruit, patuitque inuita rapinæ.
Nec sum pro patria supplex, huc hospita veni.
Pisa mihi patria est, & ab Elide ducimus ortus.

[1] rubigine [2] numen.

Sicaniam peregrina colo, sed gratior omni
Hæc mihi terra solo est, hos nunc Arethusa penates,
Hanc habeo sedem, quam tu mitissima serua.
Mota loco cur sim, tantique per æquoris vndas
Aduehor Ortygiam, veniet narratibus hora
Tempestiua meis, cum tu curáque leuata,
Et vultus melioris eris, mihi peruia tellus
Præbet iter, subtérque imas ablata cauernas
Hic caput attollo, desuetáque sidera cerno.
Ergo dum Stygio sub terris gurgite labor,
Visa tua est oculis illic Proserpina nostris.
Illa quidem tristis, nec ad hoc interrita vultu,
Sed regina tamen, sed opaci maxima mundi,
Sed tamen inferni pollens matrona tyranni.
Mater ad auditas stupuit ceu saxea voces,
Attonitæque diu similis fuit: vtque dolore
Pulsa graui, grauis est amentia, curribus auras
Exit in æthereas, ibi toto nubila vultu
Ante Iouem sparsis stetit inuidiosa capillis:
Próque meo veni supplex tibi Iupiter, inquit,
Sanguine, próque tuo: si nulla est gratia matris
Nata patrem moueat: neu sit tibi cura precamur
Vilior illius, quod nostro est edita partu,
En quæsita diu tandem mihi nata reperta est:
Si reperire vocas amittere certius, aut si
Scire vbi sit reperire vocas, quod rapta, feremus,
Dummodo reddateam, neque enim prædone marito,
Filia digna tua est, si iam mea filia non est.
Iupiter excepit: commune est pignus, onúsque
Nata mihi tecum: sed si modo nomina rebus
Addere vera placet, non hoc iniuria factum,
Verùm amor est, neque erit nobis gener ille pudori,
Tu modo Diua velis, vt desint cætera, quantum est,
Esse Iouis fratrem? quid, quod non cætera desunt,
Nec cedet nisi sorte mihi? sed tanta cupido,
Si tibi dissidij est, repetet Proserpina cœlum,
Lege tamen certa si nullos contigit illic
Ore cibos, nam sit Parcarum fœdere cautum est.
Dixerat. At Cereri certum est educere natam.
Non ita fata sinunt: quoniam ieiunia virgo
Soluerat, & cultu dum simplex errat in hortis,
Puniceum curua decerpserat arbore pomum,
Sumptaque pallenti septem de cortice grana
Presserat ore suo: solúsque ex omnibus illud
Ascalaphus vidit, quem quondam dicitur Ophne
Inter Auernales haud ignotissima Nymphas
Ex Acheronte suo furuis peperisse sub antris:
Vidit: & indicio reditum crudelis ademit.
Ingemuit regina Erebi, testémque profanum
Fecit auem, sparsúmque caput Phegethontide lympha
In rostrum, & plumas, & grandia lumina vertit.
Ille sibi ablatus fuluis amicitur ab alis,

1 passu.

Inque caput cresit, longósque reflectitur vngues,
Vixque mouet natas per inertia brachia pennas:
Fœdáque fit voluctris venturi nuntia luctus
Ignauus Bubo, dirum mortalibus omen.
Hic tamen indicio pœnam, linguáque videri
Commeruisse potest, vobis Acheloides vndæ
Pluma pedesq; auium, cum virginis ora geratis?
An quia, cum legeret flores Proserpina vernos,
In comitum numero mistæ Sirenes eratis?
Quam postquam toto frustra quæsistis in orbe,
Protinus vt vestram sentirent æquora curam,
Posse super fluctus alarum 1 insistere remis
Optastis, facilésque Deos habuistis, & artus
Vidistis vestros subitus flauescere pennis.
Ne tamen ille canor mulcendas natus ad aures,
Tantáque dos oris linguæ deperderet vsum,
Virginei vultus, & vox humana remansit.
At medius Fratrisque sui, mœstæque sororis
Iupiter ex æquo volucrem diuidit annum.
Nunc Dea regnorum numen commune duorum
Cum matre est totidem, totidem cum coniuge menses.
Vertitur extemplo facies, & mentis, & oris.
Nam modo quæ poterat Diti quoq; mœsta videri,
Læta Dea frons est: vt Sol qui tectus aquosis
Nubibus ante fuit, victis è nubibus exit.
Exigit alma Ceres, nata secura recepta
Quæ tibi causa fugæ? cur sis Arethusa sacer fons?
Conticuere vndæ? quarum Dea sustulit alto
Fonte caput: viridesque manu siccata capillos,
Fluminis Alphei veteres narrauit amores.
Pars ego Nympharum, quæ sunt in Achaide, dixit,
Vna fui, nec me studiosius altera saltus
Legit, nec posuit studiosius altera casses.
Sed quamuis formæ numquam mihi forma petita est,
Quamuis fortis eram, formosæ nomen habebam,
Nec mea me facies nimium laudata iuuabat,
Quáque aliæ gaudere solent, ego rustica dote
Corporis erubui, crimenque placere putaui.
Lassa reuertebar, memini, Stymphalide silua:
Æstus erat, magnúmque labor geminauerat æstũ
Inuenio sine vertice aquas, sine murmure rutes,
Perspicuas ad humum, per quas numerabilis alte
Calculus omnis erat, quas tu vix ire putares.
Cana salicta dabant, nutritáque populus vnda
Sponte sua natas ripis decliuibus vmbras.
Accessi, primúmque pedis vestigia tinxi,
Poplite deinde tenus: neque eo contenta, recingor,
Molliáque impono salici velamina curuæ,
Nudáque mergor aquis, quas dum ferióque trahóque
Mille modis labens, excussáque brachia iacto,
Nescio quod medio sensi sub gurgite murmur:
Territáque insisto proprioris margine fontis.
Quo properas Arethusa? suis Alpheus ab vndis,

1 existere.

Quo

Quo properas? iterum rauco mihi dixerat ore:
Sicut eram fugio sine vestibus: altera vestes
Ripa meas habuit: tanto magis instat, & ardet:
Et quia nuda fui, sum visa paratior illi,
Sic ego currebam, sic me ferus ille premebat,
Vt fugere accipitrem penna trepidante columbæ,
Vt solet accipiter trepidas vrgere columbas.
Vsque sub Orchomenon, Psophidáque, Cyllenénque,
Mænalióque sinus, gelidúmque Erymanthon, & Elim
Currere sustinui: nec me velocior ille:
Sed tolerare diu cursus ego viribus impar
Non poteram: longi patiens erat ille laboris.
Per tamen & campos, & opertos arbore montes,
Saxa quoq;, & rupes, & qua via nulla, cucurri.
Sol erat à tergo: vidi præcedere longam
Ante pedes vmbram, nisi si timor illa videbat,
Sed certè sonitúque pedum torrebat, & ingens
Crinales vittas afflabat anhelitus oris.
Fessa labore fugæ, Fer opem, deprendimur, inquam,
Armigera Diana tua, cui sæpe dedisti
Ferre tuos arcus, inclusáque tela pharetra.
Mota Dea est, [1] sparsisq; ferens è nubibus vnam
Me super iniecit. Lustrat caligine tectam
Amnis, & ignarus circum caua nubila quærit:
Bisque locum, quo me Dea texerat, insctus ambit,
Et bis, Iò Arethusa, Iò Arethusa, vocauit.
Quid mihi tunc animi miseræ fuit? anne quod agnæ
Si qua lupos audit circũ stabula alta frementes?
Aut lepori qui vepre latens hostilia cernit
Ora canum, nullosq; audet dare corpore motus?
Non tamen abscedit: neque enim vestigia cernit
Longius vlla pedum: seruat nubémque, locúmq;,
Occupat obsessos sudor mihi frigidus artus,
Cæruleæque cadunt toto de corpore guttæ.
Quáque pedem moui, manat locus, éque capillis
Ros cadit, & citius, quam nunc tibi [2] fata renarro,
In latices mutor, sed enim cognoscit amatas
Amnis aquas, positóque viri, quod sumpserat, ore,
Vertitur in proprias, vt se mihi misceat, vndas.
Delia rupit humum: cæcis egó mersa cauernis

1 *spissque.* 2 *facta.*

Aduehor Ortygiam: quæ me cognomine Diua
Grata [1] meæ superas eduxit prima sub auras.
Hac Aretusa tenus, geminos Dea fertilis angues
Curribus admouit, fræniſque coercuit ora,
Et medium cæli, terræque, per aera vecta est:
Atque leuem currum Tritonida misit in vrbem
Triptolemo: partimque rudi data semina iussit
Spargere humo, partim post tempora longa reculta,
Iam super Europam sublimis & Asida terram
Vectus erat iuuenis, Scythicásq; aduertitur oras
Rex [2] vbi Lyncus erat. Regis subit ille penates,
Qua veniat causámque viæ, noménque rogatus.
Et patriam, Patria est clara mihi, dixit, Athenæ,
Triptolemus nomen: veni nec puppe per vndas,
Nec pede per terras: patuit mihi peruius æther.
Dona fero Cereris, latos quæ sparsa per agros
Frugiferas messes, alimentáque mitia reddant.
Barbarus inuidit: tantiq; vt muneris auctor
Ipse sit, hospitio recipit, somnóque grauatum
Aggreditur ferro conantem figere pectus
Lynca Ceres fecit: rursúsque per æra iussit
Mopsopium iuuenem sacros agitare iugales.
Finierat doctos è nobis maxima cantus.
At Nymphæ vicisse Deas Helicona colentes
Concordi dixere sono, conuitia victæ
Cum facerent, Quoniam, dixi, certamine, vobis
Supplicium meruisse parum est, maledictaque culpæ
Additis, & non est patientia libera nobis,
Ibimus in pœnas, & qua vocat ira, sequemur.
Rident 3 Pæonides, spernúntque minantia verba,
Conatæque loqui, & magno clamore proteruas
Intentare manus, pennas exire per vngues
Aspexere suos, operiri brachia plumis,
Alteráque alterius rigido concrescere rostro
Ora videt, volucrésque nouas accedere siluis.
Plangere dúmque volunt, per brachia mota leuata,
Aere pendebant nemorum conuitia picæ.
Nunc quoque in alitibus facundia prisca remansit,
Raucáque garrulitas, studiúmque immane loquendi.

1 *mihi.* 2 *ibi.* 3 *Antipidæ.*

PVB. OVIDII NASONIS
METAMORPHOSEON
LIBER VI.

PRAEVERAT dictis Tritonia talibus aures,
Carminaque Aonidum, instamque probauerat tram:
Tum secum, Laudare parum est, laudemur & ipsi:
Numina nec sperni sine pœna nostra sinamus.
Mæoniæque animum fatis intendit Arachnes,
Quam sibi tunifica non cedere laudibus artis
Audierat, non illa loco, neque origine gentis

Clara, sed arte fuit. pater huic Colophonius Idmon,
Phocaico bibulas tingebat murice lanas.
Occiderat mater: sed & hæc de plebe, suoq; Æqua viro fuerat, [1]Lydas tamen illa per vrbes
Quæsierat studio nomen memorabile: quamuis
Orta domo paruæ paruis habitabat Hypæpis.
Huius vt aspicerent opus admirabile: sæpe
Deseruere sui Nymphæ vineta Timoli,
Deseruere suas Nymphæ Pactolides vndas.
Nec factas solum vestes spectare iuuabat:
Tunc quoque, cum fierent, tantus decor affuit arti,
Siue rudem primos lanam glomerabat in orbes,
Seu digitis subigebat opus, repetitaq; longo
Vellera mollibat nebulas æquantia tractu,
Siue leui teretem versabat pollice fusum,
Seu pingebat acu. scires à Pallade doctam,
Quod tamen ipsa negat: tantáque offensa magistra,
Certet, ait, mecum: nihil est, quod victa recusem.
Pallas anum simulat, falsosq; in tempora canos
Addit, & infirmos baculo quoque sustinet artus.
Tunc sic orsa loqui: Non omnia grandior ætas,
Quæ fugiamus, habet: seris venit vsus ab annis:
Consilium ne sperne meum: tibi fama petatur
Inter mortales faciendæ maxima [2]telæ.
Cede Deæ, veniamq; tuis temeraria dictis
Supplice voce roga: veniam dabit illa roganti.
Aspicit hanc toruis, inceptaq; fila relinquit:
Vixque manus retinens, confessáque vultibus iram,
Talibus obscuram resecuta est Pallada dictis:
Mentis inops, longæq; venis confecta senecta,
Et nimium vixisse diu nocet: audiat istas,
Si qua tibi nurus est, siqua est tibi filia voces,
Consilij satis est in me mihi: neve monendo
Profecisse putes, eadem est sententia nobis.
Cur non ipsa venit? cur hæc certamina vitat?
Tum Dea, Venit, ait, formámque remouit anilem.
Palladáque exhibuit: venerantur numina Nymphæ,
Mygdonidésque nurus. sola est interrita virgo.
Sed tamen erubuit, subitúsque inuita notauit
Ora rubor, rursusq; euanuit: vt solet aer
Purpureus fieri, cum primum Aurora mouetur,
Et breue post tempus [3]candescere Solis ab ortu.
Perstat in incepto, stolidæq; cupidine palmæ
In sua fata ruit. neque enim Ioue nata recusat,
Nec monet vlterius, nec iam certamina differt.
Haud mora, consistunt diuersis partibus ambæ,
Et gracili geminas intendunt stamine telas.
Tela iugo iuncta est: stamen secernit arundo.
Inseritur medium radijs subtegmen acutis:

1 Lydas vel potius Lycadas. 2 lanæ.
3 candescit.

Quod digiti expediunt, atque inter stamina ductum
Percusso feriunt [1]insecti pectine dentes.
Vtraque festinat, cinctæque ad pectora vestes,
Brachia docta mouent. studio fallente laborem.
Illic & Tyrium quæ purpura sensit ahenum
Texitur, & tenues parui discriminis vmbræ:
Qualis ab imbre solet percussus solibus arcus
Inficere ingenti longum curuamine cœlum:
In quo diuersi niteant cum mille colores,
Transitus ipse tamen spectantia lumina fallit.
Vsque adeo quod tangit idem est, tamen vltima distant.
Illic & lentum filis immittitur aurum,
Et vetus in tela deducitur argumentum.
Cecropia Pallas scopulum Mauortis in arce
Pingit, & antiquam de terræ nomine litem.
Bis sex cœlestes, medio Ioue, sedibus altis
Augusta grauitate sedent, sua quemque Deorum
Inscribit facies. Iouis est regalis imago,
Stare Deum pelagi, longoque ferire tridente
Aspera saxa facit, medioque è vulnere saxi
Exiluisse [2]fretum quo pignore vindicet vrbem.
At sibi dat clypeum, dat acutæ cuspidis hastam,
Dat galeam capiti: defenditur ægide pectus:
Percussamque suæ simulat de cuspide terram
Edere cum baccis fœtum canentis oliuæ:
Mirarique Deos: operis victoria finis.
Vt tamen exemplis intelligat æmula laudis,
Quod pretium speret pro tam furialibus ausis,
Quattuor in partes certamina quattuor addit,
Clara colore suo breuibus distincta figillis,
Threiciam Rhodopen habet angulus vnus, & AEmum,
Nunc gelidos montes mortalia corpora quondam,
Nomina summorum sibi qui tribuêre Deorum.
Altera Pygmææ fatum miserabile matris
Pars habet. hanc Iuno iussit certamine victam
Esse gruem, populisque suis indicere bellum.
Pinxit & Antigonen ausam contendere quondam
Cum magni consorte Iouis: quam regia Iuno
In volucrem vertit: nec profuit Ilion illi,
Laomedonve pater, sumptis quin candida pennis
Ipsa sibi plaudat crepitante ciconia rostro.
Qui superest solus [3]Cynaram habet angulus orbem.
Isque gradus templi natarum membra suarum
Amplectens, saxoque iacens lacrymare videtur.
Circuit extremas oleis pacalibus oras,
Is modus est: operisque sua facit arbore finem:
Mæonis elusam designat imagine tauri
Europam: verum taurum, freta vera putares,
Ipsa videbatur terras spectare relictas.
Et comites clamare suas, tactumque vereri
Assilientis aquæ, timidasq; [4]retondere plantas.
Fecit & Asterien aliqua luctante teneri.

1 inserti. 2 formæ.
3 Cipyram. 4 retundere.

Fecit

Fecit olorinis Ledam recubare sub alis.
Addidit, vt Satyri cœlatus imagine pulcram
Iupiter implerit gemino [1] Nycteida fœtu:
Amphitryon fuerit, cum te [2] Tirynthia cepit:
Aureus vt Danaen, [3] Asopida luserit ignis,
Mnemosynem pastor, variúsque [4] Deoida serpens,
Te quoque mutatum toruo Neptune iuuenco
Virgine in Æolia posuit. tu visus Enipeus
Gignis Aloidas: Aries Bisaltida fallis.
Et te flaua comas frugum mitissima mater
Sensit equum: te sensit equum crinita colubris
Mater equi volucris: sensit delphina Melantho.
Omnibus his faciémque suam, faciémque locorum
Reddidit: est illic agrestis imagine Phœbus:
Vtque modo accipitris pennas, modo terga leonis
Gesserit, vt pastor Macareida luserit Issen,
Liber vt Eriponem falsa deceperit vua.
Vt Saturnus equo geminum Chirona crearit.
Vltima pars telæ tenui circumdata limbo.
Nexilibus flores hederis habet intertextos.
Non illud Pallas non illud carpere liuor
Posset opus: doluit successu flaua virago,
Et rupit pictas, cœlestia crimina, vestes.
Vtque Cytoriaco radium de monte tenebat,
Ter, quater, Idmoniæ frontem percussit Arachnes,
Non tulit infelix, laqueoq; animosa ligauit
Guttura: pendentem Pallas miserata leuauit:
Atque ita, Viue quidem, pende tamen improba: dixit:
Lexq; eadem pœna, ne sis secura futuri,
Dicta tuo generi, serisq; nepotibus esto.
Postea discedens succis Hecateidos herbæ
Sparsit: & exemplo tristi medicamine tactæ
Defluxere comæ, cumq; his & naris, & aures,
Fitque caput minimum, toto quoque corpore parua est.
In latere exiles digiti pro cruribus hærent:
Cætera venter habet: de quo tamen illa remittit
Stamen, & antiquas exercet aranea telas.
Lydia tota fremit, Phrygiaq; per oppida facti
Rumor it, & magnum sermonibus occupat orbem.
Ante suos Niobe thalamos cognouerat illam,
Tum, cum Mæoniam virgo, Sipylumq; colebat:
Nec tamen admonita est pœna popularis Arachnes
Cedere cœlitibus, verbisq; minoribus vti.
Multa dabant animos: sed enim nec coniugis arces,
Nec genus amborum, magniq; potentia regni,
Sic placuere illi (quamuis ea cuncta placerent)
Vt sua progenies: & felicissima matrum
Dicta foret Niobe, si non sibi visa fuisset.
Nam fata Tiresia venturi præscia Manto,

[1] Antiopam. [2] Alcmenam. [3] Æginam. [4] Deolida.

Per medias fuerat diuino concita motu
Vaticinata vias, Ismenides ite frequentes,
Et date Latonæ, Latonigenisq; duobus
Cum prece thura pia, lauroque innectite crinem:
Ore meo Latona iubet. paretur, & omnes
Thebaides iussis sua tempora frondibus ornant,
Thuráque dant sanctis, & verba precantia flammis,
Ecce venit comitum Niobe celeberrima turba,
Vestibus intexto Phrygijs spectabilis auro,
Et, quantum ira sinit, formosa, mouensq; decore
Cum capite, immissos humerum per virumque capillos.
Constitit: vtq; oculos circumtulit alta superbos,
Quis furor auditos, inquit, præponere visis
Cœlestes? aut cur colitur Latona per aras,
Numen adhuc sine thure meum est? mihi Tantalus autor,
Cui licuit soli superorum tangere mensas.
Pleiadum soror est genitrix mea maximus Atlas
Est auus, ætherium qui fert ceruicibus axem,
Iupiter alter auus: socero quoque glorior illo.
Me gentes metuunt Phrygiæ, me regia Cadmi
Sub domina est: fidibusq; mei commissa mariti
Mœnia, cum populis, à meq;, viroq; reguntur,
In quamcunque domus aduerti lumina partem,
Immensa spectantur opes: accedit eodem
Digna Dea facies, huc natas adijce septem,
Et totidem iuuenes, & mox generósq; nurusq;.
Quærite nunc, habeat quam nostra superbia causam?
Quóque modo audetis genitam Titanida Cæo
Latonam præferre mihi: cui maxima quondam
Exiguam sedem paritura terra negauit?
Nec cœlo, nec humo, nec aquis dea vestra recepta est.
Exul erat mundi, donec miserata vagantem,
Hospita tu terris erras, ego, dixit, in vndis,
Instabilémque locum Delos dedit: illa duorum
Facta parens: vteri pars hæc est septima nostri.
Sum fœlix. quis enim neget hoc? fœlixq; manebo.
Hoc quoque quis dubitet? tutam me copia fecit.
Maior sum, quàm cui possit fortuna nocere:
Multaq; vt eripiat, multo mihi plura relinquet.
Excessere metum mea iam bona. fingite demi
Huic aliquid populo natorum posse meorum.
Non tamen ad numerum redigar spoliata duorum.
Ite [1] satis properè sacris laurúmque capillis
Ponite: deponunt, & sacra infecta relinquunt:
Quódque licet, tacito venerantur murmure numen,
Latonæ turba quantum distabat ab orba,
Tantum animosa sui furiis agitata doloris
Indignata Dea est, summoq; in vertice Cynthi,
Talibus est dictis gemina cum prole locuta:
En ego vestra parens, vobis animosa creatis,
Et, nisi Iunoni, nulli cessura Dearum,

[1] al. sacris, procul à sa.

An Dea sim, [1] dubitor, pérque omnia sæcula cultis
Arceor, ô nati, nisi vos succurritis, aris.
Nec dolor hic [2] solus: diro conuitia facto
Tantalus adiecit, vosq; est postponere natis
Ausa suis, & me (quod in ipsam [3] decidat orbam)
Dixit, & exhibuit linguam scelerata paternam.
Adiectura preces erit his Latona relatis:
Desine, Phœbus ait, pœna mora longa querela est.
Dixit idem Phœbe: celeriq; per aëra lapsu
Contigerant tecti Cadmeida nubibus arcem.
Planus erat, lateq; patens prope mœnia campus,
Assiduus pulsatus equis, vbi turba rotarum,
Duraq; mollierat subiectas vngula glebas,
Pars ibi de septem genitis Amphione fortes
Conscendunt in equos, Tyrioq; rubentia succo
Terga premunt, [4] auroq; graueis moderantur habenas.
E quibus Ismenos, qui matri sarcina quondam
Prima sua fuerat, dum certum flectit in orbem
Quadrupedis cursus spumantiaq; ora coercet,
Heu mihi, conclamat, medioq; in pectore [5] fixa
Tela gerit, frenisq; manu moriente remissis
In latus à dextro paulatim defluit armo.
Proximus audito sonitu per inane pharetræ
Frena dabat Sipylus: veluti cùm præscius imbres
Nube fugit visa, prudentiaq; vndique rector
Carbasa deducit, nequa leuis effluat aura.
Frena tamen dantem non euitabile telum
Consequitur, summaq; tremens ceruice sagitta
Hæsit, & extabat nudum de [6] gutture ferrum.
Ille, vt erat pronus, per crura admissa, iubasq;
Voluitur, & calido tellurem sanguine fœdat.
[7] Phædimus infelix, & auiti nominis hæres
Tantalus, vt solito finem imposuere labori,
Tansierant ad opus nitidæ iuuenile palæstræ:
Et iam contulerant arcto luctantia nexu
Pectora pectoribus, [8] cùm tento concita neruo,
Sicut erant iuncti, traiecit vtrumque sagitta.
Ingemuere simul: simul incuruata dolore
Membra solo posuere: simul suprema iacentes
Lumina verfarunt: animam simul exhalarunt.
Aspicit Alphenor, laniataq; pectora plangens
Euolat, vt gelidos complexibus alleuet artus:
Inq; pio cadit officio. nam Delius illi
Intima fatifero rupit præcordia ferro.
Quod simul eductum est, pars est pulmonis in hamis
Eruta, cumq; anima cruor est effusus in auras.
At non intonsum simplex Damasictona vulnus
Afficit: ictus erat, qua crus esse incipit, & qua
Mollia neruosus facit internodia poples.
Dumq; manu tentat trahere exitiabile telum,
Altera per iugulum pennis tenus acta sagitta est.

1 dubito. 2 primus. 3 al. recidat. 4 al. auro nitidis. 5 al. fixus. 6 al. pectore.
7 al. Echinus. 8 al. contento.

Expulit hanc sanguis, [1] seq; ejaculatus in altũ,
Emicat, & longè terebrata prosilit aura.
Vltimus Ilioneus non profectura precando
Brachia sustulerat, dijq;, ô communiter omnes,
Dixerat, ignarus non omnes esse rogandos,
Parcite. motus erat, cùm iam reuocabile telum
Non fuit, Arcitenens, minimo tamen occidit ille
Vulnere, non alitè percusso corde sagitta.
Fama mali, populiq; dolor, lacrymæq; suorum
Tam subitæ matrem certam fecere ruinæ,
Mirantem potuisse, irascentémque quod ausi
Hoc essent superi, quod tantum iuris haberent.
Nam pater Amphion ferro per pectus adacto
Finierat moriens pariter cum luce dolorem.
Heu quantum hæc Niobe, Niobe distabat ab illa,
Quæ modò Latois populum summouerat aris,
Et mediam tulerat gressus resupina per vrbem
Inuidiosa suis, at nunc miseranda vel hosti,
Corporibus gelidis incumbit, & ordine nullo
Oscula dispensat natos suprema per omnes.
A quibus ad cœlum liuentia brachia tollens,
Pascere crudelis nostro Latona dolore,
Pascere, ait, satiaq; meo tua pectora luctu:
Corq; ferum satia, dixit: per funera septem
Efferor: exulta, victrixq; inimica triumpha.
Cur autem victrix? misera mihi plura supersunt,
Quàm tibi fœlici: post tot quoque funera vinco.
Dixerat. & sonuit contento neruus ab arcu,
Qui præter Nioben vnam, conterruit omnes:
Illa [2] modò est audax. stabant cum vestibus atris
Ante toros fratrum demisso crine sorores.
E quibus vna trahens hærentia viscere tela,
Imposito fratri moribunda relanguit ore:
Altera solari miseram conata parentem,
Conticuit subito, duplicataq; vulnere [3] caco est:
Oraq; compressit, [4] nisi postquam spiritus ibat.
Hæc frustra fugiens collabitur: illa sorori
Immoritur: latet hæc: illam trepidare videres.
Sexq; datis letho, diuersaq; vulnera passis.
Vltima restabat, quam toto corpore mater,
Tota veste tegens, Vnam, minimamq; relinque,
De multis minimam posco, clamauit, & vnam:
Dumq; rogat, pro qua rogat, occidit, orba resedit
Exanimes inter natos, natasq; virumq;,
Diriguitq; malis. nullos mouet aura capillos:
In vultu color est sine sanguine: lumina mœstis
Stant immota genis: nihil est in imagine viuum.
Ipsa quoque interius cum duro lingua palato
Congelat, & venæ desistunt posse moueri:
Nec flecti ceruix, nec brachia reddere gestus,
Nec pes ire potest, intra quoque viscera saxũ est.
Flet tamen, & validi circumdata turbine venti
In patriam rapta est: vbi fixa cacumine montis
Liquitur, & lacrymis etiam nunc marmora manant.
Tunc verò cuncti manifestam numinis iram
Fœmina, virq; timent: cultuq; impensius omnes

1 al. qui se. 2 al. malo. 3 al. tota est.
4 al. sibi.

Magna

Magna gemellipare venerantur numina diuæ,
Vtque sit, à facto propiore priora renarrant.
Equibus vnus ait, Lyciæ quoque fertilis agris
Non impunè deam veteres sprevere coloni.
Res obscura quidem est ignobilitate virorum,
Mira tamen. vidi præsens stagnumq́ [1] locumq́
Prodigio notum: nam me iam grandior æuo
Impatiensq́ viæ genitor deducere lectos
Iusserat inde boues, gentisque illius eunti
Ipse ducem dederat: cum quo dum pascua lustro,
Ecce lacu medio sacrorum nigra fauilla
Ara vetus stabat tremulis circumdata cannis.
Restitit, & [2] paruo, faueas mihi, murmure dixit,
Dux meus, & simili faueas mihi murmure dixi.
Naiadum, Faunive foret tamen ara rogabam,
Indigenæve dei: cùm talia rettulit hospes:
Non hæc ô iuuenis montanũ numen in ara est.
Illa suam vocat hanc, cui quondam regia coniux
Orbe interdixit: [3] quam vix erratica Delos
[4] Errantẽ accepit, tunc cùm leuis insula nabat.
Illic incumbens cum Palladis arbore palmæ,
Edidit inuita geminos Latona nouerca.
Hinc quoque Iunonem fugisse puerpera fertur,
Inque suo portasse sinu duo numina natos.
Iamq́ Chimæriferæ, cùm sol grauis æstuat arua,
Finibus in Lyciæ longo Dea fossa labore
Sydereo siccata situm [5] collegerat æstu,
Vberaque ebiberant auidi lactantia nati:
Fortè lacum mediocris aquæ prospexit in imis
Vallibus: agrestes illic fruticosa legebant
Vimina cum iuncis, gratamq́ paludibus vluam,
Accessit, positoque genu Titania terram
Pressit, vt hauriret gelidos potura liquores.
Rustica turba vetat. Dea sic affata vetantes:
Quid prohibetis aquas? vsus communis aquarũ est,
Nec Solem proprium natura, nec aëra fecit,
Nec tenues vndas: ad publica munera veni.
Quæ tamen, vt detis supplex peto, non ego nostros
Abluere hic artus, lassatáque membra parabam:
Sed releuare sitim: caret os humore loquentis,
Et fauces arent, vixque est via vocis in illis.
Haustus aquæ mihi nectar erit, vitamq́ fatebor
Accepisse simul, vitam dederitis in vndis.
Hi quoq́ vos moueãt, qui nostro brachia tendunt
Parua sinu, & casis tendebant brachia nati.
Quem non blanda Deæ potuissent verba mouere?
Hi tamen orantem perstant prohibere, minasq́,
Ni procul abscedat, conuitiáque insuper addunt.
Nec satis est ipsos etiam pedibusq́ manuq́
Turbauere lacus, imoq́ è gurgite mollem
Huc, illuc limum saltu mouere maligno.
[6] Distulit ira sitim: neque enim iam supplia Cæi
Supplicat indignus, nec dicere sustinet vltra
Verba minora Dea: tollensq́ ad sydera palmas,
Æternum stagno, dixit, Viuatis in isto.
Euenunt optata Deæ: iuuat esse sub vndis,
Et modo tota caua summergere mẽbra palude,

1 al. I. cúmque. 2 al. pauido. 3 al. quamuis.
4 al. Orantem.
5 al. concepit ab.
6 al. Sustulit.

Nũc proferre caput, summo modo gurgite nare,
Sæpe super ripam stagni consistere, sæpe
In gelidos resilire lacus, sed nunc quoque turpes
Litibus exercent linguas, pulsoque pudore
Quamuis sint sub aqua, sub aqua maledicere tentant.
Vox quoque iam rauca est, inflatáque colla tumescunt:
Ipsáque dilatant patulos conuitia rictus:
Terga caput tangunt: colla intercepta videntur:
Spina viret: venter, pars maxima corporis, albet:
Limosoque nouæ saliunt in gurgite ranæ.
Sic vbi nescio quis Lycia de gente virorum
Rettulit, exitium Satyri reminiscitur alter,
Quem [1] Tritoniaca Latous arundine victum
Affecit pœna, Quid me mihi detrahis? inquit,
Ah piget, ah non est, clamabat, tibia tanti.
Clamanti cutis est summos direpta per artus.
Nec quicquam nisi vulnus erat: cruor vndique manat,
Deiectiq́ patent nerui trepidæque sine vlla
Pelle micant venæ, salientia viscera posses
Et pellucentes numerare in pectore fibras,
Illum ruricolæ syluarum numina Fauni,
Et Satyri fratres, & tũc quoque clarus Olympus,
Et Nymphæ flerunt, & quisquis montibus illis
Lanigerosque greges, armentáque bucera pauit.
Fertilis immaduit, madefactáque terra caducas
Concepit lacrymas, ac venis perbibit imis.
Quas vbi fecit aquas, vacuas emisit in auras.
Inde petens rapidum ripis decliuibus æquor,
Marsya nomen habet, Phrygiæ liquidissimus amnis.
Talibus exemplis redit ad præsentia dictis
Vulgus, & extinctum cũ stirpe Amphiona luget.
Mater in inuidia est. hanc tunc quoque dicitur vnus
Flesse Pelops, humeróque suas à pectore, postquam
Deduxit vestes, ebur ostendisse sinistro.
Concolor hic humerus nascendi tempore dextro,
Corporeusque fuit: manibus mox cæsa paternis
Membra ferunt iunxisse Deos: aliisque repertis,
Qui locus est iuguli medius summique lacerti
Defuit: impositum est non comparentis in vsum
Partis ebur, factóque Pelops fuit integer illo.
Finitimi proceres coeũt, vrbésque propinquæ
Orauêre suos ire ad solatia reges,
Argúsque & Spartæ, Peloꝛziadésque Mycenæ,
Et nondum toruæ Calydon inuisa Dianæ,
Orchomenosque ferax, & nobilis ære Corinthos,
Messenéque ferox, Patræq́, humilésque Cleonæ,
Et Nelea Pylos, nec adhuc Pytheia Træzen,
Quæque vrbes aliæ bimari clauduntur ab Isthmo.
Exteriúsque sitæ bimari spectantur ab Isthmo,
Credere quis posset? sola cessastis Athenæ.
Obstitit officio bellum: subuectáque ponto
Barbara Mopsopios terrebant agmina muros.
Threicius Thereus hæc auxiliaribus armis

1 al. tibia

Fuderat, & clarum vincendo nomen habebat.
Quem sibi Pandion opibusq; virisq; potentem,
Et genus à magno ducentem fortè Gradiuo,
Connubio Prognes iunxit: non pronuba Iuno,
Non Hymenæus adest, illi non Gratia lecto.
Eumenides tenuere faces de funere raptas:
Eumenides strauere torum: tectoq; profanus
Incubuit bubo, thalamiq; in culmine sedit.
Hac aue coniuncti Progne, Tereusq; parentes
Hac aue sunt facti: gratata est scilicet illis
Thracia, Diisq; ipsis grates egere: diemq;
Quoque data est claro Pandione nata tyranno,
Quoque erat ortus Itys, festum iussere vocari,
Vsque adeò latet vtilitas: Iam tempora Titan
Quinque per autumnos repetitis duxerat annis,
Cum blandita viro Progne, Si gratia dixit,
Vlla mea est, vel me visendam mitte sorori,
Vel soror huc veniat: redituram tempore paruo
Promittes socero: magni mihi muneris instar
Germanam vidisse dabis, iubet ille carinas
In freta deduci, velóque, & remige portus
Cecropios intrat, Pireaq; littora tangit.
Vt primùm soceri data copia, dextera dextra
Iungitur, infausto committitur omine sermo.
Cœperat aduentus causas, mandata referre
Coniugis, & celeres missæ spondere recursus:
Ecce venit diues magno Philomela paratu,
Diuitior forma: quales audire solemus
Naiadas, & Dryadas mediis incedere syluis,
Si modò des illi cultus, similesq; paratus.
Non secus exarsit conspecta virgine Tereus,
Quàm siquis canis ignem supponat aristis,
Aut frondem, positasq; cremet fœnilibus herbas,
Digna quidem facies: sed & hunc innata libido
Extimulat, pronumq; genus regionibus illis
In Venerem est: flagrat vitio gentisq; suoq;.
Impetus est illi comitum corrumpere curam,
Nutricisq; fidem, necnon ingentibus ipsam
Sollicitare datis, totumq; incendere regnum,
Aut rapere, & sæuo raptam defendere bello.
Et nihil est, quod non effræno captus amore
Ausit: nec capiunt inclusas pectora flammas.
Iamq; moras malè fert, cupidóque reuertitur ore
Mandata ad Prognes, & agit sua vota sub illa.
Facundum faciebat amor: quotiesq; rogabat
Vlterius iusto, Prognen ita velle ferebat.
Addidit & lacrymas, tanquam mandasset & illas.
Proh superi, quantum mortalia pectora cæca
Noctis habent! ipso sceleris molimine Tereus
Creditur esse pius, laudémque à crimine sumit.
Quid, quod idem Philomela cupit, patriosq; lacertis
Blanda tenens humeros, vt eat visura sororem,
Pérque suam, contráque suam, petit[1] illa, salutem?
Spectat eam Tereus, præcontrectatq; videndo:
Osculaq; & collo circumdata brachia cernens,

[1] vsque.

Omnia pro stimulis, facibusq; ciboq; furoris
Accipit: & quoties amplectitur illa parentem,
Esse parens vellet, neque enim minus impius esset.
Vincitur amborum genitor, prece gaudet, agitque
Illa patri grates: & successisse duabus
Id putat infelix, quod erat lugubre duabus.
Iam labor exiguus Phœbo restabat, equiq;
Pulsabant pedibus spatium decliuis Olympi:
Regales epulæ mensis & Bacchus in auro
Ponitur: hinc placido tradunt sua corpora somno.
At Rex[1] Odrysius quamuis secessit ab illa,
Æstuat: & repetens faciem, motúsque, manusq;,
Qualia vult singit, quæ nondum vidit: & ignes
Ipse suos nutrit, cura remouente soporem.
Lux erat, & generi dextram complexus euntis
Pandion comitem lacrymis commendat obortis.
Vt voluere ambæ, voluisti tu quoque Tereu,
Hanc ego chare gener, quoniam pia causa coegit,
Do tibi: per quæ fidem, cognataq; pectora supplex
Per superos oro, patrio vt tuearis amore,
Et mihi sollicito lenimen dulce senectæ
Quàm primum (omnis erit nobis mora longa) remittas.
Tu quoque quam primum (satis est[2] procul esse sororem)
Si pietas vlla est ad me Philomela redito.
Mandabat, pariterque suæ dabat oscula natæ:
Et lacrymæ mites inter mandata cadebant,
Vt pignus fidei dextras vtrasque poposcit,
Inter séque datas iunxit, natamq; nepotemq;
Absentes pro se memori rogat ore salutent:
Supremumq; vale pleno singultibus ore
Vix dixit: timuitque suæ præsagia mentis.
[3]Vt simul imposita est pictæ Philomela carinæ,
Admotúmque fretum remis, tellusq; repulsa est,
Vicimus, exclamat, mecum mea vota feruntur:
Exultatque, & vix animo sua gaudia differt
Barbarus, & nusquam lumen detorquet ab illa,
Non aliter, quam cum pedibus prædator aduncis
Deposuit nido leporem Ious ales in alto.
Nulla fuga est capto: spectat sua præmia raptor.
Iamque iter[1] effectum; iámque in sua littora[4] fessis
Puppibus exierant: cùm Rex Pandione natam
In stabula alta trahit, siluis obscura vetustis,
Atque ibi pallentem, trepidaámque, & cuncta timentem,
Et iam cum lachrymis vbi sit germana rogantem,
Includit, fassúsque nefas, & virginem, & vnam
Vt superat, frustra clamato sæpe parente,
Sæpe sorore sua, magnis super omnia Diuis.
Illa tremit velut agna pauens, quæ saucia cani
Ora excussa lupi nondum sibi tuta videtur:
Vtque columba suo madefactis sanguine plumis

[1] Ab Odrysa. [2] vidisse.
[3] At. [4] at. Confectum.

Hor-

Horret adhuc, auidôſque timet, quibus hæſerat, vngues.
Mox vbi mens rediit, paſſos laniata capillos
Lugenti ſimilis, cæſis plangore lacertis,
Intendens palmas, O diris barbare factus,
O crudelis, ait: nec te mandata parentis
Cum lacrymis mouere pijs, nec cura ſororis,
Nec mea virginitas, nec [1] coniugialia iura,
Omnia turbaſti: pellex ego facta ſororis,
Tu geminus coniux: [2] non hæc mihi debita pœna.
Quin animam hanc (ne quod facinus tibi perfide reſtet)
Eripis? atque vtinam feciſſes ante nefandos
Concubitus, vacuas habuiſſem criminis vmbras.
Si tamen hoc ſuperi cernunt, ſi numina Diuûm
Sunt aliquid, ſi non perierunt omnia mecum:
Quandocumque mihi pœnas dabis, ipſa pudore
Proiecto, tua facta loquar: ſi copia detur,
In populos veniam: ſi ſiluis clauſa tenebor,
Implebo ſiluas, & conſcia ſaxa mouebo.
Audiat hoc æther, & ſi Deus vllus in illo eſt.
Talibus ira feri poſtquam commota tyranni eſt:
Nec minor hæc metus eſt: cauſa ſtimulatus vtraque,
Quo fuit accinctus, vagina liberat enſem.
Arreptamq́ coma, flexis poſt terga lacertis,
Vincla parat cogit. iugulum Philomela parabat.
Spemq́ ſuæ mortis viſo conceperat enſe:
Ille indignantem, & nomen patris vſque vocantem,
Luctantémque loqui, comprenſam forcipe linguam
Abſtulit enſe ferox: radix micat vltima linguæ.
Ipſa iacet, terræq́ tremens immurmurat atræ.
Vtq́ ſalire ſolet mutilata cauda colubra,
Palpitat, & moriens dominæ veſtigia quærit.
Hoc quoque poſt facinus (vix auſim credere) fertur
Sæpe ſua lacerum repetiſſe libidine corpus.
Suſtinet ad Prognen poſt talia facta reuerti,
Coniuge quæ viſo germanam quærit: at ille
Dat gemitus fictos, commentáque funera narrat.
Et lachrymæ fecêre fidem. velamina Progne
Deripit ex humeris auro fulgentia lato,
Induitúrq́ atras veſtes, & inane ſepulchrum
Conſtituit falſiſq́ piacula manibus infert,
Et luget, non ſic lugendæ fata ſororis.
Signa Deus bis ſex acto luſtrauerat anno.
Quid faciat Philomela? fugam cuſtodia claudit.
Structa rigent ſolido ſtabulorum mœnia ſaxo:
Os mutum facti caret indice: grande doloris
Ingenium eſt, miſeriſq́ venit ſolertia rebus.
Stamina barbarica ſuſpendit candida tela:
Purpureasq́ notas filis intexuit albis,

a connubialia. 2 hoſtis mihi.

Indicium ſceleris: perfectaq́ tradidit vni,
Vtq́ ferat domina, geſtu rogat: illa rogata
Pertulit ad Prognen: nec ſcit quid tradat in illis.
Euoluit veſtes ſæui matrona tyranni,
Fortunæq́ ſuæ carmen miſerabile legit.
Et (mirum eſt potuiſſe) ſilet: dolor ora repreſſit,
Verbaq́ quærenti ſatis indignantia linguæ
Defuerant: nec flere vacat: ſed fasq́ nefasq́
Confuſura ruit, pœnæq́ in imagine tota eſt.
Tempus erat, quo ſacra ſolent Trieterica Bacchi
Sithoniæ celebrare nurus, nox conſcia ſacri:
Nocte ſonat Rhodope tinnitibus æris acuti.
Nocte ſua eſt egreſſa domo regina, Deiq́
Ritibus inſtruitur, furialiq́ accipit arma.
Vite caput tegitur: lateri ceruina ſiniſtro
Vellera dependent: humero leuis incubat haſta.
Concita per ſiluas, turba comitante ſuarum.
Terribilis Progne, furiisq́ agitata doloris,
Bacche tuas ſimilat. venit ad ſtabula auia tãdẽ
Exululatq́ [1] euoœq́ ſonat, portasq́ refringit,
Germanamq́ rapit, raptæq́ inſignia Bacchi
Induit, & vultus hederarum frondibus abdit.
Attonitamq́ trahens intra ſua [2] limina ducit.
Vt ſenſit tetigiſſe domum Philomela nefandam,
Horruit infelix, totoq́ expalluit ore.
Nacta locum Progne ſacrorum pignora demit,
Oraq́ deuelat miſeræ pudibunda ſororis:
Amplexumq́ petit. Sed non attollere contra
Suſtinet hæc oculos, pellex ſibi viſa ſororis:
Deiectoq́ in humum vultu iurare volenti,
Teſtariq́ deos, per vim ſibi dedecus illud
Illatum pro voce manus fuit, ardet & iram
Non cupit ipſa ſuam Progne: fletumq́ ſororis
Corripiens: Non eſt lacrymis hoc, inquit, agendũ,
Sed ferro, ſeu ſi quid habes quod vincere ferrum
Poſſit: in omne nefas ego me germana paraui,
Aut ego cum facibus regalia tecta cremabo,
Artificem, mediisq́ immittam Terea flammis,
Aut linguam, atque oculos, & quæ tibi membra pudorem
Abſtulerãt, ferro rapiam: aut per vulnera mille
Sontem animam expellam: magnum eſt quodcunque parauit:
Quid ſit, adhuc dubito. peragit dũ talia Progne,
Ad matrem veniebat Itys: quid poſſit ab illo
Admonita eſt: oculisq́ tuens immitibus, Ah quã
Es ſimilis patri, dixit. nec plura locuta,
Triſte parat facinus, tacitáq́ exæſtuat ira.
Vt tamen acceſſit natus, matriq́ ſalutem
Attulit, & paruis adduxit colla lacertis,
Miſtáque blanditiis puerilibus oſcula iunxit,
Mota quidem eſt genitrix, infractaq́ cõſtitit ira,
Inuitiq́ oculi lacrymis maduere coactis.
Sed ſimul [3] ex nimia mentem pietate labare
Senſit, ab hoc iterum eſt ad vultus verſa ſororis:

1 he heoeque. 2 mœnia,
3 al. eximia.

Inq; vicem ſpectãs ambos, Cur admouet, inquit,
Alter blanditias, rapta ſilet altera lingua?
Quã vocat hic matrem, cur nõ vocat illa ſororẽ?
Cui ſis nupta vide Pandione nata marito.
Degeneras: ſcelus eſt pietas in coniuge Tereo,
Nec mora, traxit Ityn, veluti Gangetica cerua
Lactentem fœtum per ſyluas Tigris opacas.
Vtq; domus alta partem tenuere remotam,
Tendentemq; manus, & iam ſua fata vidẽtem,
Et mater, mater, clamantem, & colla petentem,
Enſe ferit Progne, lateri qua pectus adhæret.
Nec vultum vertit. Satis illi ad fata, vel vnum
Vulnus erat. iugulum ferro Philomela reſoluit,
Viuáque adhuc, animæq; aliquid retinentia mẽbra,
Dilaniat. Pars inde cauis exultat ahenis,
Pars veribus ſtridet: manant penetralia tabo.
His adhibet coniux ignarum Terea menſis,
Et patrij moris ſacrum mentita, quod vni
Fas ſit adire viro, comites famulosq; remouit.
Ipſe ſedens ſolio Tereus ſublimis auito,
Veſcitur: inq; ſuam ſua viſcera congerit aluum.
Tantaq; nox animi eſt, Ityn huc accerſite, dixit.
Diſſimulare nequit crudelia gaudia Progne:
Iamq; ſuæ cupiens exiſtere nuntia cladis,
Intus habes, quod poſcis, ait. Circumſpicit ille,
Atque vbi ſit, quærit: quærenti, iterumq; vocãti,
Sicut erat ſparſis furiali cæde capillis,
Proſiluit, Ityoſque caput Philomela cruentum
Miſit in ora patris: nec tempore maluit vllo
Poſſe loqui, & [1] meritis teſtari gaudia dictis.
[2] Thracius ingenti menſas clamore repellit,
Vipereasq; ciet Stygia de valle ſorores:
Et modò ſi poſſet reſerato pectore, diras
Egerere inde dapes, demerſaq; viſcera geſtit:
Flet modo: ſeq; vocat buſtum miſerabile nati:
Nunc ſequitur nudo genitas Pandione ferro.
Corpora Cecropidum pennis pendere putares.
Pendebant pennis, quarum petit altera ſyluas,
Altera tecta ſubit. neque adhuc de pectore, cædis
Exceſſere notæ, ſignataq; ſanguine pluma eſt,
Ille dolore ſuo pœnæq; cupidine velox
Vertitur in volucrem, cui ſtanti in vertice criſtæ
Prominet immodicum pro lõga cuſpide roſtrum:
Nomen Epops volucri: facies armata videtur.
Hic dolor [3] ante diem, longæq; extrema ſenectæ
Tempora Tartareas Pandiona miſit ad vmbras.

1 al. mentis. 2 al. Tordus. 3 al. & luctus.

Sceptra loci, rerumq; capit moderamen Erichtheus,
Iuſtitia dubium eſt, validis ne potentior armis,
Quattuor ille quidem iuuenes, totidemq; crearat
Fœmineæ ſortis, ſed erat par forma duarum.
E quibus Æolides Cephalus te coniuge felix
Procri fuit. Boreæ Tereus, Thraceſq; nocebant,
Dilectaq; diu cæruit Deus Orithyia,
Dũ rogat, & precibus mauult, quàm viribus vti.
Aſt vbi blanditiis agitur nihil, horridus ira,
Quæ ſolita eſt illi, nimiumq; domeſtica vento,
Et meritò, dixit: Quid enim mea tela reliqui,
Sæuitiam, & vires, tramq;, animoſaq; minaces,
Admouiq; preces, quarum me dedecet vſus?
Apta mihi vis eſt: hac triſtia nubila pello:
Hac freta concutio, nodoſaq; robora verto,
Induroq; niues, & terras grandine pulſo.
Idem ego, cùm fratres cœlo ſum nactus aperto
(Nam mihi cãpus is eſt) tanto molimine luctor,
Vt medius noſtris concurſibus inſonet æther,
Exiliantq; cauis eliſi nubibus ignes.
Idem ego, cùm ſubij conuexa foramina terræ,
Suppoſuiq; ferox imis mea terga cauernis,
Sollicito manes, totumq; tremoribus orbem.
Hac ope debueram thalamos petijſſe ſoceriq;
Non orandus erat mihi, ſed faciẽdus Erichtheus.
Hæc Boreas, aut his non inferiora locutus,
Excuſſit pennas: quarum iactatibus omnis
Afflata eſt tellus, latumq; perhorruit æquor:
Puluereámque trahens per ſumma cacumina pallam,
Vertit humum, pauidamq; metu caligine tectus
Orithyiam adamans ſuluis complectitur alis.
Dum volat, arſerunt agitati fortius ignes.
Nec prius aërij curſus ſuppreſſit habenas,
Quàm Ciconũ tenuit populos, & mœnia raptor.
Illic & gelidi coniux Actæa tyranni,
Et genitrix facta eſt [1] partus enixa gemellos.
Cætera qui matris pennas genitoris haberent,
Non tamẽ has memorat vna cum corpore natas:
Barbaq; dum rutilis aberat ſubnixa capillis,
Implumes Calaisq; puer, Zethesq; fuerunt.
Mox pariter pennæ ritu cœpere volucrum.
Cingere vtrumq; latus, pariter flaueſcere malæ.
Ergo vbi conceſſit tempus puerile iuuentæ,
Vellera cum Minyis nitido radiantia villo,
Per mare non notum prima petiere carina.

1 al. partúque.

PVBLII OVIDII NASONIS,
METAMORPHOSEON LIB. VII.

Amq; fretum Myniæ Pegaſæa puppe ſecabant,
Perpetuáque trahens inopem ſub nocte ſenectam
Viſus erat Phineus: iuuenéſque Aquilone creati
Virgineas volucres miſeri ſenis ore fugarant.
Multaq; perpeſſi claro ſub Iaſone, tandem
Contigerant rapidas limoſi Phaſidos vndas.
Dumq; adeũt regem, Phryxeaq; vellera poſcunt,

Voxq;

Vexq; datur Minyis magnorum horrenda laborum,
Concipit interea validos Æetias ignes.
Et luctata diu, postquam ratione furorem
Vincere non poterat, Frustrà Medea repugnas,
Nescio quis Deus obstat, ait: mirúmque quid hoc est.
Aut 1 aliquid certè simile huic, quod amare vocatur.
Nam cur iussa patris nimium mihi dura videntur?
Sût quoq; dura nimis. Cur, quẽ modò denig; vidi,
Ne pereat, timeo? quæ tanti causa timoris?
Excute virgineo conceptas pectore flammas.
Si potes: infelix si possem, sanior essem.
Sed trahit inuitam noua vis: aliudq; Cupido,
Mens aliud suadet. video meliora, proboq;,
Deteriora sequor. Quid in hospite regia virgo
Vreris, & thalamos alieni concipis orbis?
Hæc quoq; terra potest, quod amas, dare. Viuat, an ille
Occidat, in Dijs est. viuat tamen: idq; precari,
Vel sine amore licet. Quid enim commisit Iason?
Quem, nisi crudelem, non tangat Iasonis ætas,
Et genus, & virtus? Quem non, vt cætera desint,
Forma mouere potest? certè mea pectora mouit.
At, nisi opem tulero, taurorum afflabitur ore,
Concurretq; suæ 2 segeti, tellure creatis
Hostibus, aut auido dabitur fera præda draconi.
Hoc ego si patiar, tum me de Tigride natam,
Tum ferrum, & scopulos gestare in corde fatebor.
Cur non & specto percuntem, oculosq; videndo
Conscelero? cur non tauros exhortor in illum,
Terrigenasq; feros, insopitumq; draconem?
Dij meliora velint: quãquam non ista precanda,
Sed facienda mihi. prodam ne ego regna parentis?
Atq; ope nescio quis seruabitur aduena nostra?
Vt per me salues sine me det linter a ventis,
Virq; sit alterius? pœna Medea relinquar?
Si facere hoc, aliámve potest præponere nobis,
Occidat ingratus. sed non is vultus in illo,
Non ea nobilitas animo est, ea gratia formæ,
Vt timeam fraudem, meritiq; obliuia nostri,
Et dabit ante fidem, cogamq; in fœdera testes
Esse deos. Quid tuta times? accingere, & omnem
Pelle moram: tibi se semper debebit Iason.
Te face solenni iunget sibi, perq; Pelasgas
Seruatrix vrbes matrum celebrabere turba.
Ergo ego germanam, fratremq;, patrémque, deósque,
Et natale solum ventis ablata relinquam?
Nempe pater sæuus: nempe est mea barbara tellus:
Frater adhuc infans: stant mecum vota sororis.
Maximus intra me Deus est, non magna relinquam,
Magna sequar? titulum seruatæ 1 puppis Achiuæ,
Notitiamq; loci melioris, & oppida, quorum
Hic quoq; fama vigot, cultúsque artésque virorum,
Quemq; ego cum rebus, quas totus possidet orbis
Æsonidem mutasse velim: quo coniuge fœlix,
Et Dijs chara ferar, & vertice sydera tangam.
Quid? quod nescio qui medijs incurrere in vndis
Dicuntur montes: ratibusq; inimica Charybdis,
Nunc sorbere fretum, nunc reddere: cinctaque sauis
Scylla rapax canibus Siculo latrare profundo?
Nempe tenens quod amo, gremióque in Iasonis harens
Per freta longa ferar: nihil illum amplexa 2 timebo,
Aut si quid metuam, metuam de coniuge solo.
Coniugiúmne putas? speciosaq; nomina culpæ
Imponis Medeæ tuæ? quin aspice, quantum
Aggrediare nefas, & dum licet, effuge crimen.
Dixit: & ante oculos rectum, pietasq; pudorq;
Consliterant, & victa dabat iam terga Cupido.
Ibat ad antiquas Hecates Perseidos aras,
Quas nemus vmbrosum secretaq; sylua tegebat.
Et iam 3 fractius erat pulsusq; resederat ardor:
Cùm videt Æsoniden, extinctáque flamma reluxit,
4 Erubuere genæ, totóque recanduit ore.
Vt solet à ventis alimenta resumere, quæque
Parua subinducta latuit scintilla fauilla
Crescere, & in veteres agitata resurgere vires:
Sic iam lenis amor, quem iam languere putares,
Vt vidit iuuenem, specie præsentis inarsit.
Et casu solito formosior Æsone natus
Illa luce fuit, posses ignoscere amanti.
Spectat, & in vultu, velut i tum denique viso,
Lumina fixa tenet: nec se mortalia demens
Ora videre putat: nec se declinat ab illo.
Vt verò cœpitq; loqui, dextramq; prehendit
Hospes, & auxilium summissa voce rogauit,
Promisitq; torum: lacrymis ait illa profusis,
Quid faciam video, nec me ignorantia veri
Decipiet: sed amor seruabere munere nostro:
Seruatus promissa dato, per sacra triformis
Ille Dea, lucoq; foret quod numen in illo,
Perq; patrem soceri cernentem cuncta futuri,
Euentusque suos, & tanta pericula iurat.
Creditus, accepit cantatas protinus herbas,
Edidicitq; vsum, latúsque in tecta recessit.
Postera depulerat stellas Aurora micantes:
Conueniunt populi sacrum Mauortis in aruum,
Consistúntque iugis. medio rex ipse resedit
Agmine purpureus, sceptroq; insignis eburno.
Ecce adamanteis Vulcanum naribus efflant
Æripedes tauri, tactæq; vaporibus herbæ
Ardent, vtq; solent pleni resonare camini,

1 al. Anne. 2 al. segetis.
1 al pubis. 2 al verebor.
3 fortis. 4 Et rubuere.

Aut vbi terrena ſilices fornace ſoluti
Concipiunt ignem liquidarum aſpergine aquarum:
Pectora ſic intus clauſas voluentia flammas,
Gutturáque vſta ſonant: tamen illis Aeſone natus
Obuius it. vertere truces venientis ad ora
Terribiles vultus, præfixaq; cornua ferro,
Pulueream que ſolum pede pulſauere biſulco,
Fumificiq; locum mugitibus impleuere.
Diriguere metu Minyæ, ſubit 1 ille, nec ignes
Senſit anhelatos, (tantum medicamina poſſunt.)
Pendulaq; audaci mulcet palearia dextra:
Suppoſitoſq; iugo pondus graue cogit aratri
Ducere, & inſuetum ferro proſcindere campum.
Mirantur Colchi: Minyæ clamoribus augent,
Adijciuntq; animos. galea tum ſumit ahena
Vipereos dentes, & aratos ſpargit in agros.
Semina mollit humus valido prætincta veneno:
Et creſcunt. fiuntq; ſati noua corpora dentes,
Vtq; hominis ſpeciem materna ſumit in aluo,
Perq; uos intus numeros componitur infans,
Nec niſi maturus communes exit in auras:
Sic vbi viſceribus grauidæ telluris imago
Effecta eſt hominis, fœto conſurgit in aruo:
Quodque magis mirum eſt, ſimul edita concutit arma:
Quos vbi viderunt peracutæ cuſpidis haſtas
In caput Æmonij iuuenis torquere parantes,
Demiſere metu vultumq; animumq; Pelaſgi.
Ipſa quoque extimuit, quæ tutum fecerat illum:
Vtq; peti vidit iuuenem tot ab hoſtibus vnum,
Palluit, & ſubitò ſine ſanguine frigida ſedit.
Néue parum valeant à ſe data gramina, carmen
Auxiliare canit, ſecretaſq; aduocat artes.
Ille grauem medios ſilicem iaculatus in hoſtes,
A ſe depulſum Martem conuertit in ipſos.
Terrigenæ pereunt per mutua vulnera fratres,
Ciuiliq; cadunt acie. gratantur Achiui,
Victoremq; tenent, auidiſq; amplexibus hærent.
Tu quoque victorem complecti barbara velles,
Obſtitit incepto pudor. 2 at complexa fuiſſes:
Sed te, ne faceres, tenuit reuerentia famæ.
Quod licet, affectu tacito lætaris, agiſq;
Carminibus grates, & Dijs autoribus horum.
Peruigilem ſupereſt herbis ſopire draconem,
Qui criſta, linguiſq; tribus, præſignis, & vncis
Dentibus horrendus, cuſtos erat arboris aureæ.
Hunc poſtquàm ſparſit Lethæi gramine ſucci,
Verbaq; ter dixit placidos facientia ſomnos,
Quæ mare turbatum, quæ concita flumina ſiſtunt,
Somnus in ignotos oculos 3 aduenit, & auro
Heros Aeſonius potitur, ſpolioq; ſuperbus,
Muneris autorem ſecum ſpolia altera portans:
Victor 4 Iolciacos tetigit cum coniuge portus.

1 illa. 2 &
3 vbi venit. 4 Cecropios.

Aeoniæ matres pro natis dona receptis,
Grandæuiq; ferunt patres, congeſtaq; flamma
Thura liquefaciunt, indutaq; cornibus aurum
Victima, vota facit: ſed abeſt gratantibus Aeſon,
Iam propior letho, feſſuſq; ſenilibus annis.
Tum ſic Aeſonides, O cui debere ſalutem
Confiteor, coniux: quanquam mihi cuncta dediſſi,
Exceſſitq; fidem meritorum ſumma tuorum:
Si tamen hoc poſſunt (quid enim non carmina poſſunt?)
Deme meis annis, & demptos adde parenti,
Nec tenuit lacrymas. mota eſt pietate rogantis:
Diſſimilemq; animum ſubijt pater Æta relictus.
Non tamen affectus tales confeſſa, Quod, inquit,
Excidit ore tuo coniux ſcelus? ergo ego cuiquam
Poſſe tua videor ſpatium tranſcribere vitæ?
Non ſinat hoc Hecate: nec tu petu aqua: ſed iſto
Quod petis, experiar maius dare munus Iaſon.
Arte mea ſoceri longum tentabimus æuum?
Non annis 1 renouare tuis: modò Diua triformis
Adiuuet, & præſens ingentibus annuat auſis.
Tres aberant noctes, vt cornua tota coirent,
Efficerentq; orbem, poſtquàm pleniſſima fulſit,
Et ſolida terras ſpectauit imagine Luna,
Egreditur tectis veſtes induta recinctas,
Nuda pedem 2 nudis humeris infuſa capillos:
Fertq; vagos mediæ per muta ſilentia noctis
Incomitata gradus: homines, volucréſque, feraſq;
Soluerat alta quies nullo cum murmure ſerpens,
3 Sopitæ ſimilis, nullo cum murmure ſerpit:
Immotæque ſilent frondes, ſilet humidus aër:
Sidera ſola micant: ad quæ ſua brachia tendens,
Ter ſe conuertit, ter ſumptis flumine crinem
Irroranit aquis, ternis & hiatibus ora
Soluit, & in dura ſummiſſo poplite terra,
Nox ait, arcanis fidiſſima, quæque diurnis
Aurea cum Luna ſucceditis ignibus aſtra,
Tuq; triceps Hecate, quæ cœptis conſcia noſtris,
Adiutrixq; venis, cantúſque artéſque, Magorum,
Quæque Magos tellus pollentibus inſtruis herbis,
Auræque & venti, montéſque, amnéſque, lacúſque,
Diique omnes nemorum, Diique omnes noctis adeſte:
Quorum ope, cùm volui, ripis mirantibus, amnes
In fontes rediére ſuos, concuſſaq; ſiſto,
Stantia concutio cantu freta, nubila pello,
Nubilaq; induco: ventos abigóque vocóque:
Vipereas rumpo, & verbis, & carmine fauces:
Viuaq; ſaxa, ſua conuulſaq; robora terra,
Et ſiluas moueo: iubeoq; tremiſcere montes:
Et mugire ſolum, manéſq; exire ſepulchris:
Te quoque Luna traho: quamuis 4 temerata laboribus.

1 reuocare. 2 nudos.
3 ſopito. 4 Temeſæa.

Æta

Æra tuos minuãt: currus quoq; carmine nostro
Pallent, ac pallet nostris Aurora venenis.
Vos mihi taurorum flammas hebetastis, & vnco
Haud patiens oneris collum pressistis aratro.
Vos serpentigenis in se fera bella dedistis,
Custodémque rudem somno sopistis, & aurum
Vindice decepto Graias misistis in vrbes.
Nunc opus est succis, per quos renouata senectus
In florem redeat, primósque recolligat annos.
Et dabitis: neque enim micuerunt sidera frustrà,
Nec frustrà volucrum tractus ceruice draconum
Currus adest. aderat demissus ab æthere currus.
Quo simul ascendit, frænataque colla draconum
Permulsit, manibúsque leues agitauit habenas:
Sublimis rapitur, subiectaque Thessala Tempe
Despicit: & visis regionibus applicat angues:
Et quas Ossa tulit, quasq; altus Pelion herbas,
Orthryxq;, & Pindus, & Pindo maior Olympus
Perspicit, & placitas partim radice reuellit,
Partim succidit curuamine falcis aheneæ.
Multa quoque Apidani placuerũt gramina ripis,
Multa quoque Amphrysi: nec eras immunis Enipeu
Necnon Penecus, necnon Sperchiades vndæ
Contribuere aliquid, iuncosaq; littora Bœbes.
Carpsit & Euboica viuax Anthedone gramen
Nondum vulgatum mutato corpore Glauci.
Nona dies illam curru penniſque draconum,
Nonaq; nox omnes lustrantem viderat agros.
Cùm rediit, nec erant tacti, nisi odore, dracones,
Et tamen annosæ pellem posuere senectæ.
Constitit aduenies citra liménque. forésque.
Et tantum cœlo tegitur, refugitque viriles
Contactus, statuitque aras è cespite binas,
Dexteriore Hecates, at læua parte iuuentæ.
Has vbi verbenis, siluaque incinxit agresti,
Haud procul egesta scrobibus tellure duabus
Sacra facit, cultrosque in guttura velleris atri
Coniicit, & patulas perfundit sanguine fossas,
Tum super inuergens liquidi carchesia vini,
Alteraque inuergens tepidi carchesia lactis,
Verba simul fundit, terrenaque numina[2] poscit,
Vmbrarúmque rogat rapta cum cõiuge Regem,
Ne properent artus anima fraudare senili.
Quos vbi placauit precibúsque, & murmure longo,
Æsonis effœtum proferri corpus ad aras
Iussit, & in plenos resolutum carmine somnos
Exanimi similem stratis porrexit in herbis.
Hinc procul Æsonidem, procul hinc iubet ire ministros,
Et monet arcanis oculos remouere profanos.
Diffugiunt iussi, sparsis Medea capillis
Bacchantum ritu flagrantes circuit aras.
Multisidasque faces in fossa sanguinis atri
Tingit, & infectas geminis accendit in aris
Térque senem flamma, ter aqua, ter sulphure lustrat.
Interea calido positum medicamen aheno
Feruet, & exultat, spumisque tumentibus albet.
Illic Aemonia radices valle resectas,
Seminaque, & flores, & succos incoquit atros.
Adiicit extremo lapides Oriente petitos.
Et quos Oceani refluum mare lauit arenas.
Addidit exceptas Lunæ de nocte pruinas,
Et strigis infames ipsis cum carnibus alas,
Inq; virum soliti vultus mutare ferinos
Ambigui prosecta lupi. nec defuit illi
Squamea Cinyphij tenuis membrana Chelyndri,
Viuaciſque iecur cerui, quibus insuper addit
Ora, caputque nouem cornicis [1]secula passæ.
His & mille aliis postquam sine nomine rebus
Proposito instruxit mortali Barbara munus
Arenti ramo iampridem mitis oliuæ
Omnia confudit, summisque immiscuit ima.
Ecce vetus calido versatus stipes aheno
Fit viridis primo, nec longo tempore frondes
Induit, & subito grauidis oneratur oliuis.
At quacunque cauo spumas eiecit aheno
Ignis, & in terram guttæ cecidère calentes,
Vernat humus, floréque, & mollia pabula surgunt.
Quæ simul ac vidit, stricto Medea recludit
Ense senis iugulum, veterémque exire cruorem
Passa, replet succis, quos postquam cõbibit Æson,
Aut ore acceptos, aut vulnere, barba comæq;
Canitie posita, nigrum rapuere colorem.
Pulsa fugit macies: abeunt pallórque, sitúsque:
Adiectóque caua supplentur corpore rugæ:
Membráque luxuriant. AEson miratur, & olim
Ante quater denos [2]hunc se reminiscitur annos,
Dissimilémque animum subiit, ætate relicta.
Viderat ex alto tanti miracula monstri
Liber, & admonitus iuuenes [3]nutricibus annos
Posse suis reddi, capit hoc à Colchide munus.
Néve doli cessent, odium cum coniuge falsum
Phasias assimulat, Peliæque ad limina supplex
Confugit: atque illam (quoniam grauis ipse senecta est)
Excipiunt natæ: quas tempore callida paruo
Colchis amicitiæ [4]fallacis imagine cepit.
Dumq; refert inter meritorũ maxima demptos
Æsonis esse situs, atque hac in parte moratur
Spes est virginibus Pelia subiecta creatis.
Arte suum parili reuirescere posse parentem.
Idque petunt: [5]spretumq; iubent sine fine paciſci.
Illa breui spatio silet, & dubitare videtur,
Suspenditq; animos ficta grauitate rogantum,
Mox vbi pollicita est, Quo sit fiducia maior
Muneris huius, ait, qui vestri maximus æuo est
Dux gregis inter oues, agnus medicamine fiet.
Protinus innumeris effœtus laniger annis
Attrahitur, flexo circum caua tempora cornu:
Cuius vt Æmonio marcentia guttura cultro
Fodit, & exiguo maculauit sanguine ferrum,
Mẽbra simul pecudis, validósque venefica succos
Mergit in æra cauo: minuunt ea corporis artus,

1 rubrum. 2 lenit.

1 fœdera. 2 nunc. 3 nyseidibus. 4 mendacis. 5 iuuenes pretium sine &c.

Cornuaq; exurunt, necnon cum cornibus annos:
Et tener auditur medio balatus aheno.
Nec mora, balatum mirantibus, exilit agnus,
Lasciuitq; fuga, lactantiáq; vbera quærit.
Obstupuere satæ Pelia: promissaque postquam
Exhibuere fidem, tum vero impensius instant.
Ter iuga Phœbus equis in Ibero flumine mersis
Dempserat, & quarta radiantia nocte micabant
Sidera, cum rapido fallax Æetias igni
Imponit purum laticem, & sine viribus herbas.
Iamque neci similis resoluto corpore, regem,
Et cum rege suos custodes somnus habebat,
Quem dederat cantus, magicæq; potentia linguæ
Intrarant iussæ cum Colchide limina natæ,
Ambierántque thorum, Quid nunc dubitatis inertes?
Stringite, ait, gladios, veterémque haurite cruorem,
Vt repleam vacuas iuuenili sanguine venas.
In manibus vestris vita est, ætásque parentis,
Si pietas vlla est, nec spes agitatis inanes.
Officium præstate patri, telisque senectam
Exigite, & saniem coniecto omittite ferro.
His, vt quæq; pia est, hortatib⁹ impia prima est,
Et ne sit scelerata, facit scelus, haud tamen ictus
Vlla suos spectare potest, oculosq; reflectunt.
Cæcáque dant sæuis auersæ vulnera dextris.
Ille cruore fluens, subito tamen alleuat artus,
Semilacérque toro tentat consurgere, & inter
Tot medius gladios pallentia brachia tendens,
Quid facitis natæ? quis vos in fata parentis
Armat? ait. Cecidere illis animique, manúsque.
Plura locuturo cum verbis guttura Colchis
Abstulit, & calidis laniatum mersit in vndis.
Quæ nisi pennatis serpentibus isset in auras,
Non exempta foret pœnæ, fugit alta, supérque
Pelion vmbrosum, Philyræaq; tecta, supérque
Othryn: & euentu veteris loca nota Cerambi.
Hic ope Nympharum sublatus in aëra pennis,
Cum grauis infuso tellus foret obruta ponto,
Deucalioneas effugit inobrutus vndas.
AEoliam Pitanen à læua parte reliquit,
Factáque de saxo longi simulacra draconis,
Idæúmque nemus, quo nati furta, iuuencum
Occuluit Liber falsi sub imagine cerui.
Quáque pater Coryti parua tumulatus arena.
Et quos Mæra nouo [1]latratu terruit agros.
Euriphylique vrbem, qua Cœæ cornua matres
Gesserunt, tunc cum discederet Herculis agmen.
Phœbeámque Rhodon, & Ialysios Telechinas,
Quorum oculos ipso [2]mutantes omnia visu
Iupiter exosus, fraternis subdidit vndis.
Transit & antiquæ Carthæiæ mœnia Cæa.
Qua pater Alcidamas placidã de corpore natæ
Miraturus erat nasci potuisse columbam.
Inde lacus Hyries videt, & Cycneia Tempe,
Quæ subitus celebrauit olor. nam Phyllius illic
Imperio pueri, volucrésque ferúmque leonem

1 lustratu. 2 vitiantes

Tradiderat domitos: taurum quoque vincere iussus
Vicerat, & [1]spreto toties iratus amore
Præmia poscenti taurum suprema negauit.
Ille indignatus, Cupies dare, dixit, & alto
Desiluit. saxo cuncti cecidisse putabant.
Factus olor niueis pendebat in aëre pennis.
At genitrix Hyrie seruatum nescia, flendo
Delituit, stagnúmque suo de nomine fecit.
Adiacet his [2] Pleuron, in qua trepidantibus alis
Ophius effugit natorum vulnera Combe.
Inde Calaureæ Latoidos aspicit arua,
In volucrem versi cum coniuge conscia regis.
Dextera Cyllene est, in qua cum matre Menephron
Concubiturus erat: sæuarum more ferarum.
Cephison procul hinc, deflentem fata nepotis,
Respicit in tumidam Phocen ab Apolline versi,
[3]Eumelique domum lugentis in aere natam.
Tandem vipereis Ephyren Pirenida pennis
Contigit. hic æuo veteres mortalia primo
Corpora vulgarunt pluuialibus edita fungis.
Sed postquam Colchis arsit noua nupta venenis,
Flagrantémque domum Regis male vidit: vtroque
Sanguine natorum perfunditur impius ensis,
Vltáque se male mater, Iasonis effugit arma.
Hinc Titaniacis ablata draconibus, intrat
Palladias arces, quæ te iustissime Phineu,
Téque senex Peripha pariter videre volantes,
Innixámque nouis neptem Polyphemonis alis.
Excipit hanc Ægeus, facto damnandus in vno,
Nec satis hospitium est: thalami quoque fœdere iungit.
Iámque aderat Theseus, proles ignara parenti,
[4] Qui virtute sua bimarem pacauerat Isthmon.
Huius in exitium miscet Medea, quod olim
Attulerat secum Scythicis Aconiton ab oris.
Illud Echidneæ memorant è dentibus ortum
Esse canis. Specus est tenebroso cæcus hiatu,
Et via decliuis, per quam Tirynthius heros
Restantem, contráque diem, radiósque micantes
Obliquantem oculos, nexis adamante catenis
Cerberon attraxit: rabida qui concitus ira
Impleuit pariter ternis latratibus auras,
Et sparsit virides spumis albentibus agros,
Has concresse putant, nactásq; alimenta feracis,
Fœcundique soli vires cepisse nocendi.
Quæ quia nascuntur dura viuacia caute,
Agrestes Aconita vocant, ea coniugis astu
Ipse parens Ægeus nato porrexit, vt hosti.
Sumpserat ignara Theseus data pocula dextra,
Cum pater in capulo gladij cognouit eburno
Signa sui generis, facinúsque excussit ab ore,
Effugit illa necem, nebulis, per carmina motis.
At genitor quanquam lætatur sospite nato,

1 stricto toties iratus amori. 2 Bauron. 3 Pometilique. 4 Et

Attoni-

Attonitus tamen est [1] ingens discrimine paruo
Committi potuisse nefas, fouet ignibus aram,
Muneribusq; Deos implet: feriuntq; secures
Colla torosa boum vinctorum cornua vittis.
Nullus Erechthidis fertur celebratior illo
Illuxisse dies. agitant conuiuia patres,
Et medium vulgus: necnon & carmina, vino
Ingenium faciente, canunt. te maxime Theseu
Mirata est Marathon Cretæi sanguine tauri:
Quodq; suam securus arat Cremyona colonus,
Munus opusque tuum est. tellus Epidauria per te
Clauigeram vidit Vulcani occumbere prolem.
Vidit & immitem Cephysias ora Procrusten.
Cercyonis lethum vidit Cerealis Eleusis.
Occidit ille Scinis, magnis male viribus vsus,
Qui poterat curuare trabes, & agebat ab alto
Ad terram late sparsurus corpora pinus,
Tutus ad Alcathoen Lelegeia mœnia limes
Composito Scirone patet: sparsisq; latronis
Terra negat sedem, sedem negat ossibus vnda.
Quæ iactata diu fertur durasse vetustas
In scopulos: scopulis nomen Scironis inhæret.
Si titulos, annosq; tuos numerare velimus,
Facta prement annos, pro te fortissime vota
Publica suscipimus: Baecchi tibi sumimus haustus.
Consonat assensu populi, precibusq; fauentum
Regia nec tota tristis locus vllus in vrbe est.
Nec tamen (vsque adeo nulla est sincera voluptas,
Sollicitumq; aliquid lætis interuenit) Ægeus
Gaudia percepit, nato secura recepto.
Bella parat Minos qui quamquam milite, quamquam
Classe valet, patria tamen est firmissimus ira,
Androgeiq; necem iustis vlciscitur armis.
Ante tamen bello viris acquirit amicas,
Quaq; patet aditus volucri freta classe pererrat.
Hinc Anaphen sibi iungit, & Astypaleia regna.
Promissis Anaphen, regna Astypaleia bello.
Hinc humilem Myconen, cretosaque rura Cimoli,
Florentem Cythnon, Cypron, [2] planaq; Seriphon,
Marmoreamq; Paron, quamq; impia prodidit Arne
Sitonis, accepto, quod auara poposcerat, auro.
Mutata est in auem, quæ nunc quoque diligit aurum,
[3] Nigra pedes, nigris velata monedula pennis.
At non Oliaros, Didymeq;, & Tenos, & Andros
Et [4] Gyaros, nitidæq; ferax Peparethos oliuæ,
Gnosiacas iuuere rates. latere inde sinistro
Oenopiam Minos petit, Æacideia regna.
Oenopiam veteres appellauere: sed ipse
Æacus Æginam genitricis nomine dixit.
Turba ruit, tantæq; virum cognoscere famæ
Expetit, occurrunt illi, Telamonq; minorq;
Quam Telamon Peleus, & proles tertia Phocus.
Ipse quoque egreditur tardus grauitate senili
Æacus, & quæ sit veniendi causa requirit.
Admonitus patrij luctus suspirat, & illi
Dicta refert rector populorum talia centum.
Arma iuues oro pro nato sumpta, piaq;
Pars sis militiæ tumulo solatia posco.
Huic Æsopiades, Petis irrita, dixit, & vrbi
Non facienda meæ. neque enim coniunctior vlla
Cecropidis hac est tellus, ea fœdera nobis,
Tristis abit, Stabuntq; tibi tua fœdera magno,
Dixit: & vtilius bellum putat esse minari,
Quam gerere, atq; suas ibi præconsumere vires.
Classis ab Oenopijs etiam nunc Lyctia muris
Spectari poterat, cum pleno concita velo
Attica puppis adest, & portus intrat amicos,
Quæ Cephalum, patriæq; simul mandata ferebat.
Æacidæ longo iuuenes post tempore visum
Agnouere tamen Cephalum, dextrasq; dederunt,
Inque patris duxere domum. Spectabilis heros,
Et veteris retinens etiam nunc pignora formæ
Ingreditur, ramumq; tenens popularis oliuæ,
Et dextra, lauaq; duos ætate minores
Maior habet, Clyton & Buten Pallante creatos.
Postquam congressi primi sua verba tulerunt
Cecropidæ, Cephalus peragit mandata, rogatq;
Auxilium, fœdusq; refert, & iura parentum,
Imperiumq; peti totius Achaidos addit.
Sic vbi mandatam iuuit facundia causam,
Æacus in capulo regni nitente sinistra,
Ne petite auxilium, sed sumite, dixit Athenæ.
Nec [1] dubie vires, quas hæc habet insula vestras
[2] Ducite, & omnis eat rerum status iste mearum.
Robora non desunt: superat mihi miles, & hosti.
Gratia Dijs: felix, & inexcusabile tempus.
Imo ita sit Cephalus, crescat tua ciuibus opto
Vrbs, ait, aduenienti equidem modo gaudia cepi,
Cum tam pulcra mihi, tam par ætate iuuentus
Obuia processit: multos tamen inde requiro,
Quos quondam vidi vestra prius vrbe receptus.
Æacus ingemuit, tristique ita voce locutus:
[3] Flebile principium: melior fortuna secuta est.
Hanc vtinam vobis possem memorare: sine vllo
Ordine nunc repetam, neu longa ambage morer vos
Ossa cinisque iacent, memori quos mente requiris,
Et quota pars illi rerum periere mearum?
Dira lues populis ira Iunonis iniquæ
Incidit exosa dictas à pellice terras.
Dum visum est mortale malum, tantæq; latebat
Causa nocens cladis, pugnatum est arte medendi,
Exitium superabat opem, quæ victa iacebat.
Principio cœlum spissa caligine terras
Pressit, & ignauos incluſit nubibus æstus.
Dumq; quater plenis expleuit cornibus orbem
Luna, quater, plenum tenuata retexuit orbem.

1 geniti. 2 paruámque.
3 Rubra. 4 Cyaros.

1 dubia. 2 Dicite.
3 Debile.

Lethiferis calidi spirarunt æstibus Austri.
Constat & in fontes vitium venisse, lacusque.
Milliaq; incultos serpentum multa per agros
Errasse, atque suis fluuios temerasse venenis.
Strage canum primo, volucrumque, auiumque, boumque,
Inq; feris subiti deprensa potentia morbi est.
Concidere infelix, validos miratur arator
Inter opus tauros, medioq; recumbere sulco.
Lanigeris gregibus palatus dantibus ægros,
Sponte sua lanæq; cadunt, & corpora tabent.
Acer equus quondam, magnæq; in puluere famæ
Degenerat: palmæ veterumq; oblitus honorum,
Ad præsepe gemit 1 morbo moriturus inerti.
Non aper irasci meminit, 2 nec fidere cursu
Cerua, nec armentis incurrere fortibus vrsi.
Omnia languor habet: siluis, agrisq́, vijsq;,
Corpora fœda iacent: vitiantur odoribus 3 auræ,
Mira loquar: non illa canes, auidæque volucres,
Non cani tetigere lupi. dilapsa liquescunt,
Afflatuq; nocent, & agunt contagia late.
Peruenit ad miseros damno grauiore colonos
Pestis, & in magnæ dominatur mœnibus vrbis.
Viscera torrentur primo, 4 flammæque latentis
Indicium rubor est, & ductus anhelitus igni,
Aspera lingua tumet, tepidisque arentia ventis
Ora patent, auræq́; graues captantur hiatu.
Non stratum, non vlla pati velamina possunt:
Dura sed in terra ponunt præcordia: nec fit
Corpus humo gelidum, sed humus de corpore feruet.
Nec moderator adest: inq; ipsos sæua medentes
Erumpit clades, obsuntq; auioribus artes.
Quo propior quisque est, seruitq; fidelius ægro,
In partem lethi citiùs venit, 5 vtque salutis
Spes abijt, finemq; vident in funere morbi:
Indulgent animis, & nulla, quid vtile, cura est.
Vtile enim nihil est. passim positoque pudore
Fontibus, & fluuijs, puteisque capacibus hærent.
Nec sitis est extincta prius, quam vita, bibendo.
Inde graues 6 morbo nequeunt consurgere, & ipsis
Immoriuntur aquis: aliquis tamen haurit & illas,
Tantaque sunt miseris inuisi tædia lecti:
Prosiliunt, aut si prohibent 7 consistere vires,
Corpora deuoluunt in humum: fugiuntque penates
Quisque suos: sua cuiq; domus funesta videtur.
Et quia causa latet, locus est in crimine 8 notus.
Semianimes errare vijs, dum stare valebant,
Aspiceres, flentes alios, terraq; iacentes.
Lassaq; versantes supremo lumina motu.
Membraque pendentis tendunt ad sidera cœli,
Hic, illic, vbi mors deprenderat, exhalantes.
Quid mihi tunc animi fuit, aut quid debuit esse?

1 letho. 2 non. 3 herba.
4 flammisque fatiscunt. 5 atque.
6 multi. 7 consurgere. 8 totus.

1 Vt vitam odissem, & cuperem pars esse meorũ.
Quo se cumque acies oculorum flexerat, illic
Vulgus erat stratum: veluti cum putrida motis
Poma cadunt ramis, 2 agitataque ilice glandes.
Templa vides contra gradibus sublimia longis,
Iupiter illa tenet, quis non altaribus illis
Irrita thura dedit? quoties pro coniuge coniux,
Pro nato genitor, dum verba precantia 3 dixit,
Non exoratis animam finiuit in aris,
Inque manu thuris pars inconsumpta reperta est?
Admoti quoties templis, dum vota sacerdos
Concipit, & fundit purum inter cornua vinum,
Haud expectato ceciderunt vulnere tauri?
Ipse ego sacra Ioui pro me, patriaque tribusque
Cum facerem natis, mugitus victima diros
Edidit, & subito collapsa, sine ictibus vllis,
4 Exiguo tinxit subiectos sanguine cultros.
Fibra quoque ægra notas veri monitusque Deorum
Perdiderat: tristes penetrant ad viscera morbi.
Ante sacros vidi proiecta cadauera postes,
Ante ipsas, quo mors foret inuidiosior, aras.
Pars animam laqueo claudunt, mortisque timorẽ
Morte fugant, vltroque vocant venientia fata.
Corpora missa neci nullis de more feruntur
Funeribus, neque enim cupiebant funera portæ,
Aut inhumata premunt terras, aut dantur in altos
Indotata rogos, & iam reuerentia nulla est:
Deque rogis pugnant, alienisque ignibus ardent.
Qui lacryment desunt, inde fletæque vagantur
5 Natorum, matrumque animæ, iuuenumq́; senumq́;:
Nec locus in tumulo, nec sufficit arbor in ignes.
Attonitus tanto miserarum turbine rerum,
Iupiter, ô dixi, si te non falsa loquuntur
6 Ægignæ amplexus quondam sub Asopidos isse,
Nec te Magne pater, nostri pudet esse parentem,
Aut mihi redde meos, aut me quoque conde sepulcro.
Ille notam fulgore dedit, tonitruq́; secundo.
Accipio: sintque ista precor felicia mentis
Signa tuæ, dixit. quæ das mihi pignoris omen.
Forte fuit iuxta patulis rarissima ramis
Sacra Ioui quercus de semine Dodonæo.
Hic nos frugilegas aspeximus agmine longo
Grande onus exiguo formicas ore gerentes,
Rugosoq́; suum seruantes cortice callem.
Dum numerum miror, Totidem pater optime, dixi,
Tu mihi da ciues, & inania mœnia supple.
Intremuit, ramisque sonum sine flamine motis
Alta dedit quercus. Pauido mihi membra 7 timore
Horruerant, stabãtque comæ: tamen oscula terræ,
Roboribusque dedi. nec me sperare fatebar:

1 Ni. 2 agitataque. 3 dicit.
4 Hoc etiam. 5 Natorumque virumque.
6 Alias, sic. 7 pudere.

Spe-

Sperabam tamen, atque animo mea vota fouebam.
Nox subit, & curis exercita corpora somnus
Occupat, ante oculos eadē mihi quercus adesse
Et [1]ramos totidē, totidemque animalia ramis,
Ferre suis visa est, pariterque tremiscere motu,
Graniferūq; agmen subiectis spargere in aruis.
Crescere [2]quod subito maius, maiusque videtur,
At se tollere humo, rectoque assistere trunco,
Et maciem numerumque pedum, nigrumque colorem
Ponere, & humanam membris inducere formam.
Somnus abit: damno vigilans mea visa, querorque
In superis opis esse nihil, at in ædibus ingens
Murmur erat, vocésque hominum exaudire videbar
Iam mihi desuetas: dum suspicor has quoq; sōni
Esse, venit Telamon properus, foribusq; reclusis,
Speque fideque pater, dixit, maiora videbis.
Egredere, egredior: qualesque in imagine somni
Visus eram vidisse viros, ex ordine tales
Aspicio, noscoque. adeunt regemque salutant.
Vota Ioui soluo, populisque recentibus vrbem
Partior, & vacuos priscis cultoribus agros:
Myrmidonasq; voco, nec origine nomina fraudo.
Corpora vidisti, mores, quos ante gerebant,
Nunc quoque habent, parcum genus est, patiensque laborum,
Quæsitique tenax, & quod quæsita reseruet.
Hi te ad bella pares annis, animisque sequentur,
Cum primum, qui te feliciter attulit, Eurus
(Eurus enim attulerat) fuerit mutatus in Austros.
Talibus, atque aliis longum sermonibus illi
Impleuere diem. lucis pars optima mensæ
Est data, nox somnis: Iubar aureus extulerat Sol:
Flabat adhuc Eurus, redituráque vela tenebat.
Ad Cephalum Pallante sati, cui grandior ætas,
Ad regem Cephalus, simul & Pallante creati
Conueniunt, sed adhuc regem sopor altius habebat.
Excipit Æacides illos in limine Phocus:
Nam Telamon, fraterque viros ad bella [3]legebant.
Phocus in interius spatium, pulcrosque recessus
Cecropidas duxit, cum queis simul ipse resedit.
Aspicit [4]Eloniden ignota ex arbore factum
Ferre manu iaculum, cuius fuit aurea cuspis.
Pauca prius mediis sermonibus [5]ille locutus,
Sum nemorum studiosus, ait, sedique ferina:
Qua tamen è silua teneas hastile recisum
Iamdudum dubito: certè si fraxinus esset,
Fulua colore foret: si cornus, nodus inesset.
Vnde sit ignoro: sed non formosius isto
Viderunt oculi telum iaculabile nostri.

1 rami. 2 debinc. 3 mouebant. 4 Æoliden. 5 ante.

Excipit Actæis è fratribus alter: & vsum
Maiorem specie mirabere, dixit, in isto.
Consequitur quodcunque petit, fortunaq; missū
Non regi, & reuolat, nullo referente, cruentum.
Tum vero iuuenis Nereius omnia quarit,
Cur sit, & vnde datū, quis tāti muneris autor
Quæ petit, ille refert, & cætera nota: pudore,
Qua tulerit mercede, silet: tactúsque dolore
Coniugis amissæ, lacrymis ita fatur obortis:
Hoc me nate Dea (quis posset credere?) telum
Flere facit, facietque diu, si viuere nobis
Fata diu dederint. Hoc mecū coniuge chara
Perdidit: hoc vtinam caruissem munere semper.
Procris erat, si fortè magis peruenit ad aures
Orithyia tuas, magnæ soror Orithyiæ:
Si faciem, moresq; velis conferre duarum,
Dignior ista rapi, pater hanc mihi iunxit Erichtheus,
Hanc mihi iunxit amor, felix dicebar, erámque
(Non ita Diis visum est) & nunc quoque forsitan essem.
Alter agebatur post sacra iugalia mensis,
Cum me cornigeris tendentem retia ceruis,
Vertice de summo semper florentis Hymetti
Lutea mane videt, pulsis aurora tenebris,
Inuitumque rapit. Liceat mihi vera referre
Pace Deæ, quod sit roseo spectabilis ore,
Quod teneat lucis, teneat confinia noctis,
Nectareis quod alatur aquis, ego Procrin amabam:
Pectore Procris erat, Procris mihi semper in ore.
Sacra tori, coitúsque nouos, thalamosq; recentes,
Primáque deserti referebam fœdera lecti.
Mota Dea est: & 'Siste tuas ingrate querelas:
Procrin habe, dixit. quod si mea prouida mens est,
Non habuisse voles: méque illi irata remisit.
Dum redeo, mecumq; Deæ memorata retracto,
Esse metus cœpit. nec iura iugalia coniux
Non bene seruasset, facies, atásque iubebant,
Credere adulterium, prohibebāt credere mores.
Sed tamen adfueram: sed & hæc erat, vnde redibam,
Criminis exemplum: sed cuncta timemus amantes.
Querere, quod doleam, statuo, doniſque pudicam
Sollicitare fidem. fauet huic Aurora timori,
Immutátque meam (videor sensisse) figuram.
Palladiásque in eo non cognoscendus Athenas.
Ingrediorque domum, culpa domus ipsa carebat,
Castáq; signa dabat, dominóque erat anxia rapto.
Vix aditus per mille dolos ad Erichthida factus,
Vt vidi, obstupui, meditatáque penè reliqui
Tentamenta fide: male me, quin vera faterer,
Continui, male quin, vt oportuit, oscula ferrem.
Tristis erat, sed nulla tamen formosior illa
Esse potest tristi: desiderioq; [1]dolebat

1 calebat.

Coniugis [1] arrepti. tu collige, qualis in illa
Phoce decor fuerit, quam sic dolor ipse decebat.
Quid referam, quoties tentamina nostra pudici
Reppulerint mores? quoties Ego, dixerit, vni
Seruor: vbicunque est, vni mea gaudia seruo.
Cui non ista fide satis experientia sano
Magna foret? non sum contentus, & in mea pugno
Vulnera dum cēsu dare me promitto, loquendo,
Muneráque augendo tandem dubitare coegi.
Exclamo, mala pectora detego: [2] ficlus adulter,
Verus eram coniunx, me perfida teste teneris.
Illa nihil. tacito tantummodo victa pudore
Insidiosa malo cum coniuge lumina fugit:
Offensáq; mei genus omne perosa virorum
Montibus errabat studiis operata Dianæ.
Tum mihi deserto violentior ignis ad ossa
Peruenit, orabam veniam, & peccasse fatebar,
Et potuisse datis simili succumbere culpæ
Me quoque muneribus, si munera tanta darētur.
Hæc mihi confesso lasum prius vlta pudorem
Redditur, & dulces concorditer exigit annos.
Dat mihi præterea, tanquam si parua dedisset
Dona, canem, munus: quem cum sua traderet illi
Cynthia, currendo superabit, dixerat, omnes.
Dat simul & iaculum [3] manibus quod cernis habere.
Muneris alterius quæ sit fortuna requiris?
Accipe mirandum: nouitate mouebere facti.
Carmina Naiades non intellecta priorum
[4] Soluunt ingeniis: & præcipitata iacebat
Immemor ambagum vates obscura suarum,
Scilicet alma Themis: nec talia liquit inulta.
Protinus Aoniis immissa est bellua Thebis,
Cessit & exitio multis: [5] pecorique sibique,
Ruricolæ pauere feram. Vicina iuuentus
Venimus, & latos indagine cinximus agros.
Illa leui velox superabat retia saltu,
Summaq; transibat positarum lina plagarum.
Copula detrahitur canibus, quos illa [6] frequentes
Effugit, & cœtum non segnior alite ludit.
Poscor & ipse meum consensu Lælapa magno:
(Muneris hoc nomen) iam dudum vincula pugnat,
Exuere ipse sibi, collóque morantia tendit.
Vix bene missus erat, nec tā poteramus vbi esset
Scire: pedum calidus vestigia puluis habebat:
Ipse oculis ereptus erat. non ocyor illo
Hasta, nec [7] exuta contorto verbere glandes,
Nec Gortyniaco calamus leuis exit ab arcu.
Collis apex mediis subiectis imminet aruis.
Tollor in hunc, capioq; noui spectacula cursus:
Quo modo deprendi, modo se subducere ab ipso
Vulpecula visa fera est, nec limite callida recto,
In spatiumq; fugit: sed decipit ora sequentis,
Et redit in gyrum, ne sit suus impetus hosti,

1 erepti. 2 factus. 3 quod nos vt cernis, habemus. 4 Explicant. 5 pecorúmque suúmque, Indigenæ. 6 sequentes.
7 emissa funda.

Imminet hic, sequiturq; parem, similisq; tenenti
Non tenet, & [1] vanos exercet in aere morsus,
Ad iaculi vertebar opem: quod dextra librabat
Dum mea, dum digitos amentis addere tento,
Lumina deflexi, reuocataq; rursus eodem
Rettuleram, & medio (mirum) duo marmora campo,
Aspicio. fugere hoc, illud latrare putares.
Scilicet inuictos [2] ambos certamine cursus
Esse Deus voluit. si quis Deus affuit illis.
Hactenus, & tacuit. Iaculo quod crimen in ipso est?
Phocus ait. Iaculi sic crimina reddidit ille.
Gaudia principium nostri sunt Phoce doloris,
Illa prius referam. Iuuat ô meminisse beati
Temporis Æacidæ, quo primos rite per annos
Coniuge eram felix, felix erat illa marito.
Mutua cura duos, & amor socialis habebat:
Nec Iouis illa meo thalamos præferret amori.
Nec me qua caperet, non si Venus ipsa veniret,
Vlla erat: æquales vrebant pectora flammæ.
Sole fere radiis feriente cacumina primis
Venatum in siluas iuueniliter ire solebam,
Nec mecum famuli, nec equi, nec naribus acres
Ire canes, nec lina sequi nodosa solebant,
Tutus eram iaculo, sed cum satiata ferinæ
Dextera cædis erat, repetebam frigus & umbram,
Et quæ de gelidis exibat vallibus, auram.
Aura petebatur medio mihi lenis in æstu:
Auram expectabam: requies erat illa labori. &
Aura (recordor enim) venias, cantare solebam,
Méque iuues, intrésque sinus gratissima nostros:
Vtq; faces, reuelare velis, quibus vrimur, æstus.
Forsitan addideram (sic me mea fata trahebant)
Blanditias plures: &, Tu mihi magna voluptas
Dicere sum solitus: tu me reficisque, foueísque,
Tu facis, vt siluas, vt amem loca sola, meoque
Spiritus iste tuus semper [3] capiatur ab ore.
Vocibus ambiguis deceptam præbuit aurem
Nescio quis: noménque auræ tam sæpe vocatum
Esse putat Nympha, Nympham mihi credit amari.
Criminis extemplo ficti temerarius index
Procrin adit, linguaq; refert audita susurra.
Credula res amor est, subito collapsa dolore
(Vt mihi narratur) cecidit: longóque refecta
Tempore se miseram, se fati dixit iniqui.
Déque fide quæsta est: & crimine concita vano,
Quod nihil est, metuit: metuit sine corpore nomen,
Et dolet infelix veluti de pellice vera.
Sæpe tamē [4] dubitat metuitque miserrima falli.
Indicióque fidem negat: &, nisi viderit ipsa,
Damnatura sui non est delicta mariti.
[5] Postera depulerant Aurorę lumina noctem:
Egredior, siluásque peto, victorque per herbas,
Aura veni dixi, nostróque medere labori.

1 vacuos. 2 ambæ. 3 capiatur.
4 sperátque. 5 Postquam.

Et subito

Et subito gemitus inter mea verba videbar
Nescio quos audisse. Veni tamen optima dicens,
Fronde leuem rursus strepitum faciente caduca,
Sum ratus esse feram, telúmque volatile misi.
Procris erat, medioq; tenens in pectore vulnus,
Hei mihi conclamat. Vox est vbi cognita fidæ
Coniugis, ad vocem præceps, amensque cucurri.
Semianimem, & sparsas fœdantem sanguine vestes,
Et sua (me miserum) de vulnere dona trahentem
Inuenio: corpúsque meo mihi charius, vlnis
Mollibus attollo, scissáque à pectore veste
Vulnera sæua ligo, conorq; inhibere cruorem:
Neu me morte sua sceleratum deserat, oro,
Viribus illa carens, & iam moribunda coëgit
Hæc se pauca loqui: Per nostri fœdera lecti,
Perque Deos supplex oro superosq; meosq;,
Per si quid merui de te bene, perque manentem
Nunc quoque, cum pereo, causam mihi mortis, amorem,
Ne thalamis Auram patiare incumbere nostris.
Dixit: & errorem tum denique nominis esse
Et sensi, & docui. Sed quid docuisse iuuabat?
Labitur, & parua fugiunt cum sanguine vires.
Dúmque aliquid spectare potest, me spectat, & in me
Infelicem animam, nostroq; exhalat in ore.
Sed vultu meliore mori secura videtur.
Flentibus hæc lacrymans heros memorabat: & ecce,
Æacus ingreditur duplici cum prole, nouóq;
Milite, quem Cephalus cum fortibus accipit armis.

P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON LIBER VIII.

AMnitidum retegente diem, noctisque fugante
Tempora lucifero, cadit Eurus, & humida surgunt
Nubila: dant placidi cursum redeuntibus austri
Æacidis, Cephaloq;: quibus feliciter acti
Ante expectatum portus tenuere petitos.
Interea Minos Lelegeia littora vastat,
Præsentatque sui vires Mauortis in vrbe
Alcathoe: quam Nisus habet, cui splendidus ostro
Inter honoratos medio de vertice canos
Crinis inhærebat magni fiducia regni.
Sexta resurgebant orientis cornua Lunæ
Et pendebat adhuc belli fortuna, diúque
Inter vtrumque volat dubiis victoria pennis.
Regia turris erat vocalibus vndique muris
In quibus auratam proles Latonia fertur
Deposuisse lyram: saxo sonus extat in hæsit.
Sæpe illuc solita est ascendere filia Nisi,
Et petere exiguo resonantia saxa lapillo,
Tunc cum pax esset: bello quoque sæpe solebat
Spectare ex illa rigidi certamina Martis.
Iámque mora belli procerum quoque nomina norat,
Armáque, equósque, habitúsque, Cidoneásque phareras.
Nouerat ante alios faciem ducis Europæi:
Plus etiam, quam nosse fas est. Hac iudice Minos
Seu caput abdiderat cristata casside pennis,
In galea formosus erat: seu sumpserat æra
Fulgentem clypeum, clypeum sumpsisse decebat,
Torserat adductis hastilia lenta lacertis:
Laudabat virgo iunctam cum viribus artem.
Impositis calamis patulos sinuauerat arcus:
Sic Phœbum sumptis iurabat stare sagittis.
Cum vero faciem dempto nudauerat ære,
Purpureusq; albi stratis insignia pictis
Terga premebat equi spumantiáque ora regebat,
Vix sua, vix sana virgo Niseia compos
Mentis erat. Felix iaculum, quod tangeret ille,
Quæque manu premeret, felicia frena vocabat,
Impetus est illi (liceat modo) ferre per agmen
Virgineos hastile gradus: est impetus illi
Turribus è summis in Gnossia mittere corpus
Castra, vel æratas hosti recludere portas.
Vel si quid Minos aliud velit. vtque sedebat,
Candida Dictæi spectans tentoria Regis,
Later, ait, doleamne geri lacrymabile bellum
In dubio est. Doleo quod Minos hostis amanti est:
Sed nisi bella forent, nunquam mihi cognitus esset:
Me tamen accepta poterat deponere bellum
Obside, me comitem, me pacis pignus haberet.
Si quæ te peperit, talis, pulcherrime Regum,
Qualis es ipse fuit, merito Deus arsit in illa.
O ego ter felix si pennis lapsa per auras,
Gnossiaci possem castris insistere regis.
Fassaque me, flammásque meas, qua dote, rogarem,
Vellet emi: tantum patrias ne poscere arces.
Nam pereat potius sperata cubilia, quam sim
Proditione potens, quamvis sæpe vtile vinci
Victoris placidi fecit clementia multis,
Insta gerit certe pro nato bella peremptо.
Et causaque valet, causamque tuetibus armis.
Vt puto, vincemur. Qui si manet exitus vrbem,
Cur suus hæc illi referet mea mœnia Mauors,
Et non noster amor melius sine cæde, moraque

1 abdi a.

Impensaque sui poterit superare crueris.
Nam metuo certe ne quis tua pectora Minos
Vulneret imprudens. Quis enim tam durus, vt in te
Dirigere immitem non inscius audeat hastam?
Cœpta placent: & stat sententia, tradere mecum
Dotalem patriam, finemque imponere bello.
Verum vello parum est: aditus custodia seruat,
Clausstraque portarum genitor tenet. Hunc ego solum
Infelix timeo. solus mea vota moratur:
Dij facerent sine patre forem. sibi quisque profecto
Est Deus: ignauis precibus fortuna repugnat.
Altera iamdudum succensa Cupidine tanto
Perdere gauderet, quodcunque obstaret amori.
Et cur vlla foret me fortior ire per ignes,
Et gladios ausim, nec in hoc tamen ignibus illis,
Aut gladiis opus est: opus est mihi crine paterno.
Ille mihi est auro precioſior: illa beatam
Purpura me, votique mei factura potentem.
Talia dicenti curarum maxima nutrix
Nox interuenit, tenebrisque audacia creuit.
Prima quies aderat, qua curis fessa diurnis
Pectora somnus habet: thalamos taciturna paterno s
Intrat, & (heu facinus) fatali nata parentem
Crine suum spoliat: prædaque potita nefanda
Fert secum spolium sceleris, progressaque porta
Per medios hostes (meriti fiducia tanta est)
Peruenit ad regem: quem sic affata pauentem est:
Suasit amor facinus, proles ego regia Nisi
Scylla tibi trado patriámque, meosque penates.
Præmia nulla peto, nisi te. Cape pignus amoris
Purpureum crinem. nec me nunc tradere crinem,
Sed patriũ tibi crede caput: sceleratag; dextra
Munera porrexit. Minos porrecta refugit:
Turbatusque noui, respondit, imagine facti,
Dij te summoueant, ô nostri infamia secli,
Orbe suo, tellusq; tibi, pontusq; negetur.
Certe ego non patiar Iouis incunabula Creten,
Qui meus est orbis, tantum contingere monstrũ,
Dixit: & vt leges capitis iustissimus auctor
Hostibus imposuit, classis retinacula solui
Iussit, & æratas impleri remige puppes.
Scylla freto postquam deductas nare carinas
Nec præstare ducem sceleris sibi præmia vidit,
Consumptis precibus violentam transit in iram:
Intendensq; manus passis furibunda capillis,
Quo fugis, exclamat, meritorum auctore relicta,
O patriæ pralate meæ, pralate parenti?
Quo fugis immitis? cuius victoria nostrum
Et scelus, & meritum est? Nec te data munera, nec te
Noster amor mouit, nec quod spes omnis in vnũ
Te mea congesta est? nam quò deserta reuertar?
In patriam? superata iacet. sed finge manere.
Proditione mea clausa est mihi patris ad ora,
Quem tibi donaui? ciues odêre merentem:
Finitimi exemplum metuunt, obstruximus orbẽ
Terrarum nobis, vt Crete sola pateret.
Hãc quoq; si prohibes, & nos, ingrate, relinquis
Non genitrix Europa tibi est, sed inhospita Syrtis,
Armenia tigres, Austroque agitata Charybdis.
Nec Ioue tu natus, nec mater imagine tauri
Lusa tua est, 1 generis falsa est 2 ea fabula: verum
Et ferus, & captus nullius amore iuuencæ,
Qui te progenuit, taurus fuit. exige pœnas
Nisi pater: gaudete malis modo prodita nostris
Mœnia, nam fateor merui, & sum digna perire.
Sed tamen ex illis aliquis quos impia læsi,
Me perimat. Cur qui vicisti crimine nostro,
Insequeris crimen? scelus hoc patriaque, patrique
Officium tibi sit. Te vero coniuge digna est,
Qua toruum ligno decepit adultera taurum.
Discordemque vtero fœtum tulit. Ecquid ad auras
Perueniunt mea dicta tuas? an inania venti
Verba ferunt, idemque tuas ingrate carinas?
Iam iam Pasiphaen non est mirabile taurum
Præposuisse tibi: plus tu feritatis habebas.
Me miseram, properare 3 iubet, diuulsaque remis
Vnda sonat, mecumque simul mea terra recedit.
Nil agis ô frustra meritorum oblite meorum:
Insequar inuitum, puppimque amplexa recuruam
Per freta longa trahar. Vix dixerat, insilit vndis,
Consequiturque rates, faciente cupidine vires,
Gnossiacæque hæret, comes inuidiosa, carinæ.
Quam pater vt vidit (nam iam pendebat in auras
Et modo factus erat fuluis Halyætus in alis)
Ibat, vt hærentem rostro laceraret adunco.
Illa metu puppim dimisit: & aura cadentem
Sustinuisse leuis, ne tangeret æquora, visa est.
Pluma fuit: plumis in auem mutata vocatur
Ciris: & à tonso est hoc nomen adepta capillo.
Vota Ioui Minos taurorum sanguine centum
Soluit, vt egressus ratibus Creteida terram
Contigit: & spoliis decorata est regia fixis.
Creuerat opprobrium generis, fœdumq; patebat
Matris adulterium, monstri nouitate biformis,
Destinat hunc Minos thalami remouere pudorem,
Multiplicique domo, cæcisque includere tectis.
Dædalus ingenio fabra celeberrimus artis
Ponit opus, turbatque notas, & limina flexu
Ducit in errorem variarum ambage viarum.
Nõ secus, ac liquidis Phrygius 4 Mæander in vndis
Ludit, & ambiguo lapsu refluitque fluitque,
Occurrensque sibi venturas aspicit vndas:
Et nunc ad fontes, nunc ad mare versus apertũ
Incertas exercet aquas: ita Dædalus implet
Innumeras errore vias: vixque ipse reuerti
Ad limen potuit: tanta est fallacia tecti.

1 genitrix. 2 &, 3 Iuuat. 4 Mæandri.

Quo

Quo poſtquam geminam tauri, iuuenisq; figuram
Clauſit, & Actæo bis paſtum ſanguine monſtrũ
Tertia ſors annis domuit repetita nouenis:
Vtque ope virginea, nullis iterata priorum,
Ianua difficilis filo eſt inuenta relicto:
Protinus Ægides, rapta Minoide [1] Diam
Vela dedit, comitemq; ſuam crudelis in illo
Littore deſtituit, deſerta & multa querenti
Amplexúſque & opem Liber tulit: vtque perenni
Sidere clara foret, ſumtam de fronte coronam
Immiſit cœlo, tenues volat illa per auras:
Dumq; [2] volat, gemmæ nitidos vertuntur in ignes,
Conſiſtuntq; loco, ſpecie remanente coronæ,
Qui medius, nixique genu eſt, anguémque tenentis.
Dædalus interea Creten, longumq; peroſus
Exilium, tactuſq; loci natalis amore,
Clauſus erat pelago: Terras licet, inquit, & vndas
Obſtruat, at cœlum certe patet: ibimus illac.
Omnia poſſideat, non poſſidet aera Minos.
Dixit: & ignotas animum dimittit in artes,
Naturamq; nouat. nam ponit in ordine pennas
A minima cœptas, longam breuiore ſequente,
Vt cliuo creuiſſe putes: ſic ruſtica quondam
Fiſtula diſparibus paulatim ſurgit auenis.
Tunc lino medias, & ceris alligat imas.
Atque ita compoſitas paruo curuamine flectit,
Vt veras imitetur aues. puer Icarus vna
Stabat, & ignarus ſua ſe tractare pericla,
Ore renidenti, modo quas vaga mouerat aura,
Captabat plumas, flauam modo pollice ceram
Mollibat, luſuq; ſuo mirabile patris
Impediebat opus. Poſtquam manus vltima cœpto
Impoſita eſt geminas opifex librauit in alas
Ipſe ſuum corpus, motaq; pependit in aura.
Inſtruit & natum, medioq; vt limite curras
Icare, ait, moneo, ne ſi demiſſior ibis,
Vnda grauet pennas: ſi celſior ignis adurat.
Inter vtrumque vola, nec te ſpectare Booten,
Aut Helicen iubeo, ſtrictumq; Orionis enſem.
Me duce carpe viam, pariter præcepta volandi
Tradit, & ignotas humeris accommodat alas.
Inter opus, monituſq; genæ maduere ſeniles,
Et patriæ tremuere manus, dedit oſcula nato
Non iterum repetenda ſuo: pennisq; leuatus
Ante volat, comitiq; timet, velut ales, ab alto
Quæ teneram prolem produxit in aera nido:
Hortaturq; ſequi, damnoſaſq; erudit artes:
Et mouet ipſe ſuas, & nati reſpicit alas.
Hos aliquis tremula dũ captat arundine piſces,
Aut paſtor baculo ſtiuaq; innixus arator
Vidit, & obſtupuit, quiq; æthera carpere poſſent,
Credidit eſſe Deos. & iam Iunonia læua
Parte Samos fuerat, Deloſq; Paroſq; relictæ,

[1] Chiam. [2] volant gemmæ.

Dextra Lebyntos erat, fœcundaq; melle [1] Calymna.
Cum puer audaci cœpit gaudere volatu,
Deſeruitq; ducem, cœliq; cupidine tactus
Altius egit iter. rapidi vicinia Solis
Mollit odoratas pennarum vincula ceras.
Tepuerant cera: nudos quatit ille lacertos,
Remigioq; carens non vllas concipit auras:
Oraq; cærulea patrium clamantia nomen
Excipiuntur aqua: quæ nomen traxit ab illo.
At pater infelix, nec iam pater, Icare, dixit,
Icare, dixit, vbi es? qua te regione requiram?
Icare, dicebat, pennas conſpexit in vndis,
Deuouitq; ſuas artes, corpusq; ſepulcro
Condidit, & tellus à nomine dicta ſepulti eſt.
Hunc miſeri tumulo ponentem corpora nati
Garrula ramoſa proſpexit ab ilice perdix,
Et plauſit pennis, teſtataq; gaudia cantu eſt,
Vnica tum volucris, nec viſa prioribus annis,
Factaq; nuper auis, longum tibi Dædale crimen.
Namque huic tradiderat, fatorum ignara, docendam
Progeniem germana ſuam, natalibus actis
Bis puerum ſenis, animi ad præcepta capacis.
Ille etiam medio ſpinas in piſce notatas
Traxit in exemplum, ferroq; incidit acuto
Perpetuos dentes, & ſerra repperit vſum
Primus: & ex vno duo ferrea brachia nodo
Iunxit, vt æquali ſpatio diſtantibus illis
Altera pars ſtaret, pars altera duceret orbem.
Dædalus inuidit. ſacraq; ex arce Minerua
Præcipitem miſit, lapſum mentitus. at illum,
Quæ fauet ingeniis, excepit Pallas, auemq;
Reddidit, & medio velauit in aere pennis.
Sed vigor ingenij quondam velocis, in alas
Inq; pedes abiit. nomen, quod & ante remanſit.
Non tamen hæc altè volucris ſua corpora tollit,
Nec facit in ramis, altoq; cacumine nidos:
Propter humum volitat, ponitq; in ſepibus oua,
Antiquiq; memor metuit ſublimia caſus.
Iamq; fatigatum tellus Ætnæa tenebat
Dædalon: & ſumptis pro ſupplice Cocalus armis
Mitis habebatur: iam lamentabile Athenæ
Pendere deſierant, Theſeia laude, tributum,
Templa coronantur, bellatricemq; Mineruam
Cum Ioue, Diisq; vocãt alis, quos ſanguine voto,
Muneribusq; datis, & acerris thuris honorant.
Sparſerat Argolicas nomẽ vaga fama per vrbes
Theſeos: & populi, quos diues Achaia cepit,
Huius opem magnis implorauere periclis.
Huius opẽ Calydon, quamuis Meleagrõ haberet,
Sollicita ſupplex petiit prece: Cauſa petendi,
Sus erat, infeſtæ famulus, vindexq; Dianæ.
Oenea namq; ferunt plenis ſucceſſibus anni
Primitias frugum Cereri, ſua vina Lyæo,
Palladios flauæ latices libaſſe Minervæ.
Cœptus ab agricolis ſuperos peruenit ad omnes
Ambitioſus honor: ſolas ſine thure relictas
Præteritas ceſſaſſe ferunt Lateidos aras.

[1] Calydne.

Tangit & ira Deos. At non impunè feremus,
Quæq; inhonorata, & non dicemur inulta,
Inquit: & Oeneios vltorem spreta per agros
Misit aprum, quanto maiores herbida tauros
Non habet Epirus, sed habent Sicula arua minores.
Sanguine & igne micant oculi, riget horrida ceruix:
Et setæ [1] densis similes hastilibus horrent.
Stantq; velut vallum, velut alta hastilia setæ.
Feruida cum rauco latos stridore per armos
Spuma fluit: dentes æquantur dentibus Indis:
Fulmen ab ore venit: frondes afflatibus ardent.
Is modò crescentes segetes proculcat in herba:
Nunc matura metit fleturi vota coloni,
Et Cererem in spicis intercipit. area frustra,
Et frustra expectant promissas horrea messes.
Sternuntur grauidi longo cum palmite fœtus
Baccaq; cum ramis semper frondentis oliuæ.
Sæuit & in pecudes, non has pastórve, canisve,
Non armenta truces possunt defendere tauri.
Diffugiunt populi, nec sese in mœnibus vrbis
Esse putant tutos: donec Meleagros, & vna
Lecta manus iuuenum caluere cupidine laudis.
Tyndaridæ gemini præstantes, castibus alter,
Alter equo, primæq; ratis molitor Iason,
Et cum Pirithoo fœlix concordia, Theseus,
Et duo Thestiadæ, & proles Apharea Lynceus,
Leucippusq; ferox, iaculoq; insignis Acastus,
Et velox Idas, & iam non fœmina Caneus,
Hippothoúsque, Dryásque, & cretus Amintore Phœnix,
Actoridæq; [2] pares, & missus ab Elide Phyleus.
Nec Telamon aberat, magniq; creator Achillis.
Cumq; Pherethiade, & Hyantheo Iolao
Impiger Eurytion, cursuq; inuictus Echion,
Naritiúsque Lelex, Panopeúsque, Hyleúsque, feróxque
Hippasus, & primis [3] etiã nunc Nestor in annis,
Et quos Hippocoon antiquis misit Amyclis,
Penelopesq; socer, cum Parrasio Ancæo,
Ampycidesque sagax, & adhuc à coniuge tutus,
Oeclides, memorisq; decus Tegeæa Lycæi,
Venit Atalante Scœnei pulcherrima virgo,
Rasilis huic summam mordebat fibula vestem:
Crinis erat simplex nodum collectus in vnum:
Ex humero pendens resonabat eburnea læuo
Telorum custos: arcum quoque læua tenebat.
Talis erat cultu facies, quam dicere verè
Virgineam in puero, puerilem in virgine posses.
Hanc pariter vidit, pariter Calydonius heros
Optauit, renuente Deo, flammasq; latentes
Hausit: & O fœlix: si quem dignabitur, inquit,
Ista virum. nec plura finit tempusq;, pudorq;
Dicere, maius opus magni certaminis vrget.
Sylua frequens trabibus, quam nulla cecíderat ætas,
Incipit à plano, deuexaq; prospicit arua.
Quo postquam venêre viri pars retia tendunt,

1 al. rigidis. 2 al. parens. 3 al. etiamnum.

Vincula pars adimunt canibus, pars pressa sequuntur
Signa pedum, cupiúntque suum reperire periclum.
Concaua vallis erat, quo se dimittere riui
Assuerant pluuialis aquæ: tenet ima lacuna
Lenta salix, vluæq; leues, iunciq; palustres,
Viminaq;, & longæ paruæ sub arundine cannæ.
Hinc aper excitus medios vi olentus in hostes
Fertur, vt excussis elisus nubibus ignis.
Sternitur incursu nemus, & propulsa fragorem
Sylua dat, exclamant iuuenes, protentaq; forti
Tela tenent dextra lato vibrantia ferro.
Ille ruit, sparguntq; canes, vt quisq; furenti
Obstat. & obliquo latrantes [1] dissipat ictu.
Cuspis Echionio primum contorta lacerto
Vana fuit, truncoq; dedit leue vulnus acerno.
Proxima si nimiis mittentis viribus vsa
Non foret, in tergo visa est hæsura petito:
Longius it auctor teli Pegasæus Iason
Phœbe, ait, Ampycides, Si te coluiq;, coloq;,
Da mihi, quod petitur, certo contingere telo.
Qua potuit precib. Deus annuit. ictus ab illo est.
Sed sine vulnere aper: ferrumq; Diana volanti
Abstulerat iaculo: lignum sine acumine venit.
Ira feri mota est, nec fulmine lenius arsit.
Emicat ex oculis, spirat quoque pectore [1] flammas.
Vtq; volat moles adducto concita neruo,
Cùm petit aut muros, aut plenas milite turres.
In iuuenes certo sic impete vulnificus sus
Fertur, & Eupalamon, Pelagonáque dextra tuentes
Cornua prosternit: socij rapuere iacentes.
At non lethiferos effugit Enæsimus ictus
Hippocoonte satus, trepidantem, & terga parantem
Vertere, succiso liquerunt poplite nerui.
Forsitan & [3] Pylius citra Troiana perisset
Tempora: sed sumpto posita conamine ab hasta
Arboris insiluit, quæ stabat proxima ramis.
Despexitq; loco tutus, quem fugerat hostem.
Dentibus ille ferox in querno stipite tritis
Imminet exitio, fidensq; recentibus armis
Orithyæ magni rostro femur hausit adunco.
At gemini nondum cœlestia sydera fratres,
Ambo conspicui, niue candidioribus ambo
Vectabantur equis, ambo vibrata per auras
Hastarum tremulo quatiebant spicula motu.
Vulnera fecissent, nisi setiger inter opacas
Nec iaculis isset, nec equo loca peruia, syluas
Persequitur Telamon studioq; incautus eundi
[4] Pronus ab arborea cecidit radice retentus.
Dum leuat hunc Peleus, celerem Tegæa sagittam
Imposuit neruo, sinuatoq; expulit arcu.
Fixa sub aure feri summum distrinxit arundo
Corpus, & exiguo rubefecit sanguine setas.
Nec tamen illa sui successu latior ictus,
Quàm Meleager erat, primus vidisse putatur.

1 al. despicit. 2 al. flamma. 3 al. Nestor.
4 al. Protinus arborea.

Et pri-

Et primus sociis visum ostendisse cruorem,
Et meritum dixisse feres virtutis honorem,
Erubuere viri, sequeque exhortantur, & addunt
Cum clamore animos, iactántq; sine ordine tela.
Turba nocet iactis, & quos petit, impedit ictus,
Ecce furens contra fata bipennifer Archas,
Discite fœmineis quid tela virilia prestent
O iuuenes, operique meo concedite dixit:
Ipsa suis licet hunc Latonia protegat armis,
Inuita tamen hunc perimet mea dextra Diana.
Talia magniloquo tumidus memorauerat ore;
Ancipitémque manu tollens vtraque securim,
Institerat digitis primes suspensus in artus.
Occupat audentem, quaq; est via proxima letho,
Summa ferus geminos direxit ad inguina dētes,
Concidit Ancæus, glomeratáque sanguine multo
Viscera lapsa fluunt, madefactáq; terra cruore.
Ibat in aduersum proles Ixionis hostem
Pirithous, valida quatiens venabula dextra.
Cui procul AEgides, O me mihi charior, inquit,
Pars animæ consiste meæ, licet eminus esse
Fortibus: AEnæo nocuit temeraria virtus.
Dixit, & erata torsit graue cuspide cornu:
Cui bene librato, votique potente futuro
Obstitit esculea frondosus ab arbore ramus.
Misit & AEsonides iaculum, quod casus ab illo
Vertit, & in mentum figit latrantis, & inter
Ilia coniectum, tellure per ilia fixum est.
At manus Oenidæ variat: missísq; duabus,
Hasta prior terra, medio stetit altera tergo.
Nec mora: dum sauit, dum corpora versat in orbem,
Stridet temq; nouo spumam cum sanguine fundit;
Vulneris auctor adest, hostemq; irritat ad iram,
Splendidaq; aduersos venabula condit in armos.
Gaudia testantur socij clamore secundo,
Victricémq; petunt dextra contingere dextram:
Immanémque feram multa tellure iacentem
Mirantes spectant neque adhuc contingere tutũ
Esse putant, sed tela tamen sua quisq; cruentat,
Ipse pede impositio, caput exitiabile pressit,
Atque ita, Sume mei spolium Nonacria iuris
Dixit, & in partem veniat mea gloria tecum.
Protinus exuuias rigidis horrentia setis
Terga dat, & magnis insignia dentibus ora.
Illi lætitiæ est cum munere muneris auctor,
Inuidere alij, totóque erat agmine murmur,
Equibus ingenti tendentes brachia voce,
Pone age, ne titulos intercipe fœmina nostros,
Thestiadæ clamant: nec te fiducia formæ
Decipiat, nec sit longo tibi captus amore
Auctor. & huic adimunt munus, ius muneris illi.
Non tulit, & tumida frendens Mauortius ira,
Discite raptores alieni dixit honoris,
Facta minus quantum distent: hausitq; nefando
Pectora Plexippi, nil tale timentia ferro.
Toxea quid faciat, dubium: paritérque volentem
Vlcisci fratrem, fraternáque fata timentem,
Haud patitur dubitare diu: calidúmque prioris
Cæde recalfecit consorti sanguine telum.
Dona deûm templis nato victore ferebat,
Cùm videt extinctos fratres Althæa referri.
Quæ plangore dato, mœstis clamoribus vrbem
Implet, & auratis mutauit vestibus atras.
At simul est auctor necis editus, excidit omnis
Luctus, & à lacrymis in pœna versus amorem est.
Stipes erat, quem cùm partus enixa iaceret
Thestias, in flammam triplices posuêre sorores,
Staminaque impresso fatalia pollice nentes.
Tempora dixerunt, eadem lignóque tibique
O modò nate, damus. quo postquã carmine dicto
Excessere Deæ, flagrantem mater ab igne
Eripuit ramum, sparsitq; liquentibus vndis.
Ille diu fuerat penetralibus abditus imis.
Seruatúsque tuos iuuenis seruauerat annos.
Protulit hunc genitrix, tædásque & fragmina poni
Imperat, & positis inimicos admouet ignes.
Tum conata quater flammis imponere ramum,
Cœpta quater tenuit, pugnat matérque sororq;,
Et diuersa trahunt vnum duo nomina [1] pectus.
Sæpe metu sceleris pallebant ora futuri:
Sæpe suum feruens oculis dabat ira ruborem:
Et modo nescio quid similis crudele minanti
Vultus erat, modò quem misereri credere posses.
Cúmque ferus lacrymas animi siccauerat ardor,
Inueniebantur lachrymæ tamen: vtq; carina,
Quam ventus, ventóque rapit contrarius æstus,
Vim geminam sentit, parétque incerta duobus,
Thestias haud aliter dubiis affectibus errat,
[2] Inque vices ponit, positamque resuscitat iram.
Incipit esse tamen melior germana parente:
Et consanguineas vt sanguine leniat vmbras,
Impietate pia est. nam postquam pestifer ignis
Conualuit, Rogus iste cremet mea viscera, dixit:
Vtq; manu dira lignum fatale tenebat,
Ante sepulchrales infelix astitit aras:
Pœnarúmque Deæ triplices furialibus, inquit,
Eumenides sacris vultus aduertite vestros.
Vlciscor, facioque nefas: mors morte pianda est:
In scelus addendum scelus est, in funera funus:
Per coacernatos pereat domus impia luctus.
An felix Oeneus nato victore fruetur?
Thestius orbus erit? melius lugebitis ambo.
Vos modò fraterni manes animæq; recentes
Officium sentite meum, magnoq; paratas
Accipite inferias vteri mala pignora nostri.
Hei mihi quo rapior? fratres ignoscite matri.
Desciunt ad cœpta manus. meruisse fatemur
Illum cur pereat: morsus mihi displicet auctor.
Ergo impunè feret, viuitque, & victor & ipso
Successu tumidus, regnum Calydonis habebit?
Vos cinis exiguus, gelidæque iacebitis vmbræ?
Haud equidem pariar. pereat sceleratus, & ille,
Spémque patris, regnúmque trahat, patriæq; ruinam.

[1] corpus. [2] pérque.

Mens vbi materna est? vbi sunt pia vota parentum,
Et quos sustinui bis mensium quinque labores?
O vtinam primis arsisses ignibus infans,
Idq; ego passa forem. Vixisti munere nostro:
Nunc merito moriere tuo. Cape præmia facti,
Bisq; datam, primùm partu, mox stipite rapto,
Redde animam: vel me fraternis adde sepulcris,
Et cupio, & nequeo, quid agam? modò vulnera fratrum
Ante oculos mihi sunt, & tantæ cædis imago.
Nunc animũ pietas, maternaq; nomina frangunt.
Me miseram, malè vincetis, sed vincite fratres,
Dummodo quæ dedero vobis solatia, vosq;
Ipsa sequar, dixit: dextráque auersa trementi
Funereum torrem medios coniecit in ignes.
Aut dedit, aut visus gemitus est ille dedisse
Stipes, & inuitis correptus ab ignibus arsit.
Inscius atque absens flãma Melagrus ab illa
Vritur, & cæcis torreri viscera sentit
Ignibus, ac magnos superat virtute dolores.
Quod tamẽ ignauo cadat & sine sanguine letho
Mœret, & Ancæi felicia vulnera dicit:
Grandæuúmque patrẽ, fratresq; piásque sorores
Cum gemitu, sociámque tori vocat ore supremo:
Forsitan & matrem. crescunt ignisq; dolorq;,
Languescúntque iterum. simul est extinctus vterque.
Inq; leues abijt paulatim spiritus auras,
Paulatim cana prunam velante fauilla.
Alta iacet Calydon, lugent iuuenésque senésque,
Et vulgus procerésque gemũt, scissæque capillos
Plangũt ora simul matres Calydonides: Oeneus
Puluere canitiem genitor, vultúsque seniles
Fœdat humi fusos: spatioſúmque increpat æuum.
1 Nam de matre manus diri sibi conscia facti
Exegit pœnas, acto per viscera ferro.
Non mihi si centum Deus ora sonantia linguis,
Ingeniumque capax, totumq; Helicona dedisset,
Tristia persequerer miserarum vota sororum.
Immemores decoris liuentia pectora tundunt:
Dumque manet corpus, corpus refouéntque, foueńtque,
Oscula dant ipsi, posito dant oscula lecto.
Post cinerem, cineres haustos ad pectora pressant
Affusæq; iacent tumulo, signatáque saxo
Nomina complexæ lacrymas in nomina fundũt.
Quas postquam Oenea tandem Latonia clade
Exatiata domus, præter Gorgénque, murumque,
Nobilis Alcmenæ, natis in corpora pennis
Alleuat, & longas per brachia porrigit alas,
Corneaque ora facit, versásque per aera mittit.
Interea Theseus sociati parte laboris
Functius, Erechtheias Tritonidos ibat ad arces.
Clausit iter, feritque moras Achelous eunti
Imbre tumens. Succede meis, ait, inclyte tectis
Cecropide, nec te committe rapacibus vndis.
Ferre trabes solidas, obliquáque voluere magno
Murmure saxa solent. Vidi contermina ripæ

1 Nam mater manibus.

Cum gregibus stabula alta trahi: nec fortib⁹ illic
Profuit armentis, nec equis velocibus esse.
Multa quoque hic torrens niuibus de monte solutis
Corpora turbineo iuuenilia vortice mersit.
Tutior est requies, solito dum flumina currant
Limite, dum tenues captet suus alueus vndas.
Annuit Aegides, Vtorque Acheloe domoq;,
Consilioque tuo, respondit: & vsus vtroque est.
Pumice multicauo, nec lauibus atria tophis
Structa subit: molli tellus erat humida musco.
Summa lacunabant alterno murice concha.
Iámque duas lucis partes Hyperione menso.
Discubuere toris Theseus, comitésque laborum,
Hac Ixionides, illa Trœzenius heros
Parte Lelex, raris iam sparsus tempora canis,
Quosque alios parili fuerat dignatus honore
Amnis Acarnanum latissimus hospite tanto.
Protinus appositas nudæ vestigia Nymphæ
Instruxere epulis mensas: dapibúsque remotis
In gemma posuere merum. Tũ maximus heros
Æquora prospiciens oculis subiecta, Quis inquit,
Ille locus (digitóque ostendit) & insula nomen
Quod gerit illa, doce: quanquã no vna videtur.
Amnis ad hæc, Non est, inquit, quod cernimus, vnum,
Quinque iacent terræ, spatij discrimina fallunt.
Quoque minus spretæ factum mirere Dianæ,
Naiades hæ fuerant: quæ cum bis quinque iuuencos
Mactassent, ruriſque Deos ad sacra vocassent,
Immemores nostri festas duxere choreas.
Intumuit: quantúsque fero, cum plurimus, vnquam,
Tantus eram: paritérque animis immanis, & vndis
A siluis siluas, & ab aruis arua reuulsi.
Cúmque loco, Nymphas memores tum denique nostri,
In freta prouolui, fluctus nostérque, marisq;
Continuam diduxit humum, parteisque reuellit
In totidem, medijs quot cernis Echinadas vndis.
Vt tamen ipse vides, procul, en procul vna recessit
Insula grata mihi, Perimelen nauita dicit.
Huic ego virgineum dilecta nomen ademi.
Quod pater Hippodamas ægre tulit, inque profundum
Propulit è scopulo peritura corpora natæ.
Excepi: nantémque ferens, O proxima terræ
Regna vagæ dixi, sortite Tridentifer vndæ:
In quo desinimus, quo sacri currimus amnes,
Huc ades, atq; audi placidus Neptune precãtem.
Huic ego, quam porto, nocui: si mitis, & æquus,
Si pater Hippodamas, aut si minus impius esset,

1 spatium discrimina fallit.

Debuit

Debuit illius misereri, ignoscere nobis.
Cui quondam tellus clausa est feritate paterna,
Affer opem: mersæq; precor feritate paterna,
Da Neptune locum, vel sit locus ipsa licebit.
Hunc quoq; cõplectar. mouit caput æquoreus r
Concussitq; suis omnes assensibus undas.
Extimuit Nymphe: nabat tamen, ipse natantis
Pectora tangebam trepido salientia motu.
Dumq; ea contrecto, totum durescere sensi
Corpus, & inducta condi præcordia terra.
Dum loquor, amplexa est artus noua terra natantes,
Et grauis increuit mutatis insula membris.
Amnis ab his tacuit: factum mirabile cunctos
Mouerat. irridet credentes, vtq; Deorum
Spretor erat, mentisq; ferox Ixione natus,
Ficta refers nimiumq; putas Acheloe potentes
Esse Deos, dixit si dant, admittq; figuras.
Obstupuere omnes. nec talia [1] dicta probarunt:
Ante omnesq; Lelex animo maturus, & æuo,
Sic ait: immensa est finemq; potentia cœli
Non habet, quicquid superi voluere peractũ est.
Quoque minus dubites, tilia contermina quercus
Collibus est Phrygijs medio circumdata muro:
Ipse locum vidi nam me Pelopeia Pitheus
Misit in arua suo quondam regnata parenti.
Haud procul hinc stagnum est, tellus habitabilis olim,
Nunc celebres mergis, fulicisq; palustribus undæ,
Iupiter huc specie mortalis, cumq; parente
Venit Atlantiades positu caduciser alis.
Mille domos adiere locum, requiemq; petentes,
Mille domos clausere seræ: tamen vna recepit
Parua quidem stipulis, & canna tecta palustri:
Sed pia Baucis, anus parilique ætate Philemon
Illa sunt annis iuncti iuuenilibus, illa
Consenuere casa, paupertatemq; ferendo
Effecere leuem, nec iniqua mente ferendam.
Nec refert, dominos illic famulosve requiras.
Tota domus duo sunt: idem parentq; iubentq;.
Ergo vbi Cœlicolæ paruos tetigere penates,
Summissoq; humiles intrarunt vertice postes,
Membra senex posito iussit releuare sedili:
Quod superiniecit textum rude sedula Baucis.
Inde foco tepidum cinerem dimouit, & ignes
Suscitat hesternos, foliisq; & cortice sicco
Nutrit, & ad flammas anima perducit anili.
Multifidasq; faces, ramaliaq; arida tecto
Detulit, & minuit paruoq; admouit aheno.
Quodq; suus coniux riguo collegerat horto
Truncat olus foliis. furca leuat ille bicorni
Sordida terga suis nigro pendentia tigno.
Seruatoq; diu resecat de tergore partem
Exiguam, sectamq; domat feruentibus undis.
Interea medias fallunt sermonibus horas,
Sentiriq; moram prohibent: erat alueus illic
Fagineus, dura clauo suspensus ab ansa:
Is tepidis impletur aquis, artusq; fouendos
Accipit: in medio torus est de mollibus vlua

[a] verba.

Impositus [1] lecto, sponda pedibusq; salignis.
Vestibus hunc velant, quas non nisi tempore festo
Sternere consuerant: sed & hæc vilisque, vetúsque
Vestis erat, lecto non indignanda saligno.
Accubuere Dei: mensam succincta, tremensq;
Ponit anus, mensæ sed erat par tertius impar,
Testa parem fecit: quæ postquam subdita cliuum
Sustulit, æquatam mentha exterfere virenti,
Ponitur hic bicolor synceræ bacca Minervæ,
Conditaq; in liquida corna autumalia fæce,
Intybaq;, & radix, & lactis massa coacti,
Ouaq; non acri leuiter versata fauilla.
Omnia fictilibus: post hæc cælatus eodem.
Sistitur argento crater, fabricataq; fago
Pocula, quæ cauæ sunt flauentibus illita ceris:
Parua mora est, epulásque foci miscere calentes:
Nec longæ rursus referuntur vina senectæ,
Dantq; locum mensis paulum seducta secundis,
Hic nux, hic mista est rugosis carica palmis,
Prunaq;, & in patulis redolentia mala canistris,
Et de purpureis collecta vitibus vuæ.
Candidus in medio fauus est, super omnia vultus
Accessere boni, nec iners pauperq; voluntas.
Interea quoties hausium cratera repleri
Sponte sua, per seq; vident succrescere vina,
Attoniti nouitate, pauent, manibusq; supinis
Concipiũt Bauciscq; preces, timidusq; Philemon,
Et veniam dapibus, nullisq; paratibus orant.
Vnicus anser erat minimæ custodia villæ,
Quem Dijs hospitibus domini mactare parabant:
Ille celer penna tardos ætate fatigat.
Eluditq; diu, tandemq; est visus ad ipsos
Confugisse Deos, superi vetuere necari,
Dijq; sumus, meritasq; luet vicinia pœnas
Impia, dixerunt: vobis immunibus huius
Esse mali dabitur: modò vestra relinquite tecta,
Ac nostros comitate gradus & in ardua montis
Ite simul: parent, & dijs præeuntibus ambo
Membra leuant baculis, tardiq; senilibus annis
Nituntur longo vestigia ponere cliuo.
Tantum aberant summo, quantum semel ire sagitta
Missa potest: flexere oculos, & mersa palude
Cætera prospiciunt, tantum sua tecta manere:
Dúmque ea mirantur, dum deflent fata suorum,
Mersa vident, quæruntq; suæ pia culmina villæ,
Sola loco stabant, dum deflent fata locorum,
Illa vetus, dominis & iam casa parua duobus
Vertitur in templum, furcas subiere columnæ:
Stramina flauescunt, auratæq; tecta videntur,
Cælataq; fores, adopertaq; marmore tellus.
Concipiunt Bauciscq; preces, timidusq; Philemon,
Talia cum placida Saturnius edidit ore,
Dicite iuste senex, & fœmina coniuge iusto
Digna, quid optetis? cum Baucide pauca loquutus
Iudicium superis aperit commune Philemon,
Esse sacerdotes, delubraq; vestra tueri

[1] lecto legit Rapha.

Poscimus: & quoniam concordes egimus annos,
Auferat hora duos eadem, nec coniugis vnquam
Busta mea videam, neu sim tumulandus ab illa.
Vota fides sequitur: templi tutela fuere,
Donec vita data est: annis diuoq; soluti
Ante gradus [1] *sacros cùm starent sorte, lociq;*
Narrarent casus, frondere Philemona Bautis,
Baucida conspexit senior frondere Philemon.
Iamq; super geminos crescente cacumine vultus,
Mutua, dum licuit, reddebant dicta, Valeq;
O coniux, dixere simul, simul abdita texit
Ora frutex, ostendit adhuc Tyaneius illic
Incola de gemino vicinos [2] *corpore truncos.*
Hæc mihi non vani, nec erat cur fallere vellent,
Narrauere senes. Equidem pendentia vidi
Serta super ramos, ponénsque recentia, dixi,
Cura Deûm Dij sint, & qui coluere colantur.
Desierat, cunctosq;, & res, & mouerat auctor,
Thesea præcipuè: quem facta audire volentem
Mira Deûm, nixus cubito Calydonius [3] *amnis*
Talibus alloquitur. Sunt, ô fortissime, quorum
Forma semel mota est, & in hoc renouamine mansit:
Sunt quibus in plures ius est transire figuras
Vt tibi complexi terram maris incola Proteus.
Nam modò te iuuenem, modò te videre leonem:
Nunc violentus aper: nunc quem tetigisse timerent,
Anguis eras: modò te faciebant cornua taurum.
Sæpe lapis poteras, arbor quoque sæpe videri:
Interdum faciem liquidarum imitatus aquarũ
Flumen eras: interdum vndis contrarius ignis.
Nec minus Autolyci coniux Erisichthone nata
Iuris habet: pater huius erat, qui numina diuûm
Sperneret, & nullos aris adoleret honores.
Ille etiam Cereale nemus violasse securi
Dicitur, & lucos ferro temerasse vetustos,
Stabat in his ingens annoso robore quercus
Vna nemus: vitæ mediam, memoresq; tabellæ,
Sertaq; cingebant, voti argumenta potentis.
Sæpe sub hac Dryades festas duxêre choreas:
Sæpe etiam manibus nexis ex ordine trunci
Circumiêre modum: mensuraq; roboris vlnas
Quinque ter implebat: nec non & cætera tantum
Sylua sub hac omnis, quantum fuit herba sub illa.
Nec tamen idcirco ferrum Tryopeius illa
Abstinuit, famulosq; iubet succidere sacrum
Robur: & vt iussos cunctari vidit, ab vno
Edidit hæc rapta sceleratus verba securi,
Non dilecta Dea solum: sed & ipsa licebit
Sit dea, iam tanget frondente cacumine terram.
Dixit: & obliquos dum telum librat in ictus,
Cõtremuit, gemitumq; dedit [4] *Dodonia quercus:*
Et pariter frondes pariter palleſcere glandes
Cœpêre ac longi [5] *pallorem ducere rami.*
Cuius vt in trunco fecit manus impia vulnus,

1 al. templi. 2 al. arbore. 3 al. heros.
4 al. decidua, alias de vulnere. 5 sudore madescere.

Haud aliter fluxit discusso cortice sanguis:
Quã solet, ante aras ingens vbi victima taurus
Concidit abrupta cruor è ceruice profundi.
Obstupuere omnes, aliquisq; ex omnibus audet
Deterrere nefas, sæuamq; inhibere bipennem.
Aspicit hunc, Mentisq; pia cape præmia, dixit
Thessalus: inque virum conuertit ab arbore ferrum,
Detruncatq; caput, repetitáque robora cædit.
Editus è medio sonus est cum robore talis:
Nympha sub hoc ego sum Cereri gratissima ligno,
Qua tibi factorum pœnas instare tuorum
Vaticinor moriens, nostriq; solatia lethi.
Persequitur scelus ille suum: labefactáque tandem
Ictibus innumeris, adductaq; funibus arbor
Corruit, & multam prostrauit pondere syluam.
Attonita Dryades damno nemorumq;, suoq;,
Omnes germanæ Cererem cum vestibus atris
Mœrentes adeunt, pœnámque Erisichthonis orant.
Annuit his, capitisq; sui pulcerrima motu
Concussit grauidis oneratos messibus agros.
Moliturq; genus pœnæ miserabile, si non
Ille suis esset nulli miserabilis actis,
Pestifera lacerare fame. quæ, quatenus ipsi
Non adeunda Deæ (neque enim Cereremq;, Famémque
Fata coire sinunt) montani numinis vnam
Talibus agrestem compellat Oreada dictis:
Est locus extremis Scythiæ glacialis in oris,
Triste solum, sterilis, sine fruge, sine arbore tellus.
Frigus iners illic habitat, Pallorq;, Tremorq;,
Et ieiuna Fames. ea se in præcordia condat
Sacrilegi scelerata iube nec copia rerum
Vincat eam superetq; meas certamine vires.
Neve viæ spatium te terreat, accipe currus,
Accipe quos frænis alte moderere dracones.
Et dedit: illa dato subuecta per aera curru
Deuenit in Scythiam: rigidique [1] *cacumine montis*
(Caucason appellant) serpentum colla leuauit,
Quæsitamq; famem lapidoso vidit in agro,
Vnguibus, & raris vellentem dentibus herbas.
Hirtus erat crinis: caua lumina, pallor in ore,
Labra incana situ, scabriq; rubigine dentes,
Dura cutis, per quam spectari viscera possent:
Ossa sub incuruis exstabant arida lumbis.
Ventris erat pro ventre locus: pendere putares
Pectus, & à spina tantummodo crate teneri.
Auxerat articulos macies, genuumq; tumebat
Orbis, & immodico prodibant tubere tali.
Hanc procul vt vidit (neque enim est accedere iuxta
Ausa) refert mandata Deæ: paulumq; morata
Quamquam aberat longe, quamquam modo venerat illuc,
Visa tamen sensisse famem: retroq; dracones

1 cacumina.

Egit

Egit in Æmoniam versis sublimis habenis.
Dicta fames Cereris (quamuis contraria semper
Illius est operi) peragit: perque aera vento
Ad iussam delata domum est, & protinus intrat
Sacrilegi thalamos, altoq; sopore solutum
(Noctis enim tempus geminis amplectitur vlnis,
Seque viro inspirat, fauceſq;, & pectus, & ora
Afflat, & in vacuis peragit ieiunia venis,
Functaque mandato fœcundum deserit orbem,
Inque domos inopes, assuetaq; vertitur 1 antra.
Lenis adhuc somnus placidis Erisichthona pennis
Mulcebat: petit ille dapes sub imagine somni,
Oraque vana mouet, dentemq; in dente fatigat,
Exercetq; cibo delusum guttur inani,
Proq; epulis tenues nequicquam deuorat auras.
Vt vero est expulsa quies furit ardor edendi,
Perque auidas fauces immensaq; viscera regnat:
Nec mora, quod pontus, quod terra, quod educat aer
Poscit, & appositis queritur ieiunia mensis,
Inque epulis epulas quærit: quodq; vrbibus esse,
Quodque satis poterat populo, non sufficit vni:
Pluſq; cupit, quo plura suam demittit in aluum.
Vtque fretum recipit de tota flumina terra,
Nec satiatur aquis, peregrinoſq; ebibit amnes:
Vtq; rapax ignis non vmquam alimenta recusat,
Innumeraſq; faces cremat: & quo copia maior
Est data, plura cupit, turbaq; voracior ipsa est.
Sic epulas omnes Erisichthonis ora profani
Accipiunt, poscuntq; simul: cibus omnis in illo
Causa cibi est, semperque locus sit inanis edendo.
Iamq; fame patrias, altique voragine ventris
Attenuarat opes: sed inattenuata manebat
Tum quoq; dira fames, impulcatque vigebat
Flamma gulæ. Tandem demisso in viscera censu,
Filia restabat non illo digna parente, (cusat,
Hanc quoq; vendit inops. Dominum generosa re-
Et vicina suas tendens super æquora palmas,
Eripe me domino, qui rapta 3 præmia 3 nobis

1 aruis 2 arua. 3 nostrę.

Virginitatis habes, ait: Hæc Neptunus habebat.
Qui prece nõ spreta, quamuis 1 modo visa sequẽti
Esset hero, formamque nouat, vultumque virilẽ
Induit, & 1 cultus pisces capientibus aptos.
Hanc dominus spectans, O qui pendentia parua
Æra cibo celas moderator arundinis inquit,
Sic mare compositum, sic sit tibi piscis in vnda
Credulus, & nullos nisi fixus sentiat hamos,
Quæ modo cum vili turbatis veste capillis
Littore in hoc steterat (nam stantem in littore vidi)
Dic vbi sit. neque enim vestigia longius extant.
Illa Dei 3 munus bene cedere sensit: & à se
Se quæri gaudens, his est resecuta rogantem:
Quisquis es, ignoscas, in nullam lumina partem
Gurgite ab hoc flexi studioque oneratus inhæsi.
Quoq; minus dubites, sic has Deus æquoris artes
Adiuuet, vt nemo iamdudum littore in isto,
Me tamen excepto, nec fœmina constitit vlla.
Credidit, & verso dominus pede pressit arenam.
Elususque abijt. Illi sua reddita forma est.
Ast vbi habere suam transformia corpora sensit,
Sæpe pater dominis Triopeida tradit. at illa
Nunc equa, nunc ales, modo bos, modo ceruus abibat,
Præbebatq; auido non iusta alimenta parenti.
Vis tamen illa mali postquam consumpserat omnem
Materiam, dederatq; graui noua pabula morbo,
Ipse suos artus lacero diuellere morsu
Cœpit, & infelix minuendo corpus alebat.
Quid moror externis? etiam mihi sæpe nouandi
Corporis ô iuuenes numero finita potestas.
Nam modo, qui nunc sum, videor: modo flector in anguem:
Armenti modo dux vires in cornua sumo:
Cornua dum sumpsi nunc pars caret altera telo
Frontis, vt ipse vides gemitus sunt verba secuti.

1 ea. 2 vultus. 3 numen.

P. OVIDII NASONIS
METAMORPHOSEON
LIBER IX.

Væ gemitus, truncaque Deo Neptunius heros
Causa rogat frontis: cùm sic Calydonius amnis
Cœpit, inornatos redimitus arundine crines.
Triste petis munus: quis enim sua prœlia victus
Commemorare velit? referã tamen ordine: nec tã
Turpe fuit vinci, quam contendisse decorum:
Magnaq; dat nobis tantus solatia victor.
Nomine si qua suo tandem peruenit ad aures
Deianira tuas, quondam pulcherrima virgo;
Multorumq; fuit spes inuidiosa procorum.
Cum quibus vt soceri domus est intrata petiti,
Accipe me generum, dixi. Parthaone nate.
Dixit & Alcides: alij cessere duobus.
Ille Iouem socerum dare se famamq; laborum,
Et superata sua referebat iussa nouerca.
Contra ego, Turpe Deum mortali cedere, dixi,
(Nondum erat ille Deus) dominum me cernis aquarum
Cursibus obliquis inter tua regna fluentem,

Nec gener externis hospes tibi missus ab oris,
Sed popularis ero, & rerum pars vna tuarum.
Tantum ne noceat, quod me nec regia Iuno
Odit, & omnis abest iussorum pœna laborum.
Nam quòd te iactas Alcmena matre creatum:
Iuppiter aut falsus pater est, aut crimine verus,
Matris adulterio patrem petis. Elige, fictum
Esse Iouem malis, an te per dedecus ortum?
Talia dicentem iamdudum lumine toruo
Spectat, & accensa non fortiter imperat iræ,
Verbaq; tot reddit, Melior mihi dextera lingua est,
Dummodo pugnando superem, tu vince loquendo.
Congreditúrque ferox. Puduit modò magna locutum
Cedere, reieci viridem de corpore vestem,
Brachiaq; opposui tenuiq; à pectore varas
In statione manus: & pugna membra parauit.
Ille cauis hausto spargit me puluere palmis,
Inque vicem fulua tactu flauescit arena.
Et modò ceruicem, modò crura micantia captat,
Aut captare putes, omniq; à parte lacessit.
Me mea defendit grauitas, frustraq; petebar.
Haud secus ac moles, quam magno murmure fluctus
Oppugnant: manet illa, suoq; est pondere tuta.
Digredimur paulum, rursusq; ad bella coimus,
Inq; gradu stetimus certi non cedere, eratq;
Cum pede pes iunctus: totoq; ego pectore prenus
Et digitos digitis, & frontem fronte premebam.
Non aliter vidi fortes concurrere tauros,
Cùm pretium pugnæ toto nitidissima saltu
Expetitur coniux: spectant armenta, pauentq;.
Nescia quem maneat tanti victoria belli.
Ter sine profectu voluit nitentia contra
Reijcere Alcides à se mea pectora: quarto
Excutit amplexus, adductaq; brachia soluit:
Impulsumq; manu (certum est mihi vera fateri)
Protinus auertit, tergoq; onerosus inhæsit,
Si qua fides (neque enim ficta mihi gloria voce
Quæritur) impositio pressus mihi monte videbar.
Vix tamen inserui sudore fluentia multo
Brachia, vix solui duros à corpore nexus.
Instat anhelanti, prohibetq; resumere vires,
Et ceruice mea potitur. tum deniq; tellus
Pressa genu nostro est, & arenas ore momordi.
Inferior virtute, meas diuertor ad artes:
Elaborq; viro longum formatus in anguem.
Qui postquam flexos sinuauit corpus in orbes,
Cumq; fero mouit linguam stridore bisulcam,
Risit, & illudens nostras Tirynthius artes,
Cunarum labor est angues superare mearum,
Dixit: & vt vincas alios Acheloë dracones.
Pars quota Lernea serpens eris vnus Echidnæ?
Vulneribus fœcunda suis erat illa: nec vllum
De centum numero caput est impune recisum,
Quin gemino ceruix hærede valentior esset.

1 al. regni.

Hanc ego ramosam natis è cæde colubris,
Crescentemq; malo domui, domitamq; reduxi.
Quid fore te credis, falsum qui versus in anguem
Arma aliena moues? quem forma precaria celat?
Dixerat, & summo digitorum vincula collo
Iniecit, angebar, ceu guttura forcipe pressus:
Pollicibusq; meas pugnabam euellere fauces.
Sic quoque deuicto restabat tertia tauri
Forma trucis. Tauro mutatus membra, rebello.
Induit ille toris à læua parte lacertos,
Admissumq; trahens sequitur, depressaq; dura
Cornua figit humo, meq; alta sternit arena.
Nec satis hoc fuerat. rigidum fera dextera cornu
Dum tenet, infregit, truncaq; à fronte reuellit.
Naiades hoc pomis, & odoro flore repletum
Sacrârunt, diuesq; meo bona copia cornu est.
Dixerat: & nymphæ ritu succincta Diana
Vna ministrarum fusis vtrinque capillis
Incessit, totumq; tulit prædiuite cornu
Autumnum, & mensas fœlicia poma secundas.
Lux subit, & primo feriente cacumina Sole
Discedunt iuuenes. neque enim dum flumina pacem,
Et placidos habeant 1 lapsus, totaque residant,
Opperiuntur aqua. vultus Achelous agrestes,
Et lacerum cornu medijs caput abdidit vndis.
Hunc tamen ablati domuit iactura decoris:
Cætera sospes habet, capitis quoque fronde saligna,
Aut superimposita celatur arundine damnum.
At te Nesse ferox eiusdem virginis ardor
Perdiderat, volucri traiectum terga sagitta:
Namq; noua repetens patrios cum coniuge muros
Venerat Eueni rapidas Ioue natus ad vndas.
Vberior solito, nimbis hyemalibus auctus,
Vorticibusq; frequens erat, atq; impetuius amnis.
Intrepidum pro se, curam de coniuge agentem
Nessus adit, membrisque valens, scitúsque vadorum:
Officioq; meo ripa sistetur in illa:
Hæc, ait, Alcide, tu viribus vtere nando,
Tradidit Aonius pauidam Calydonida Nesso,
Pallentemq; metu, fluuiumq; ipsumq; timentem.
Mox, vt erat pharetraq; grauis, spolioq; leonis
(Nam clauam, & curuos trans ripam 2 miserat arcus)
Quandoquidem cœpi, superentur flumina, dixit.
Nec dubitat, nec qua sit clementissimus amnis
Quærit, & obsequio deferri spernit aquarum.
Iamq; tenens ripam missos cùm tolleret arcus,
Coniugis agnouit vocem: Nessoq; paranti
3 Fallere depositum, Quo te fiducia, clamat,
Vana pedum violente rapis? tibi Nesse biformis

1 al. cursus, motæque. 2 al. iecerat.
3 al. Fallere Herculem deposito.

Di-

Diximus: exaudi, nec res intercipe noſtras.
Si te nulla mei reuerentia mouit: at orbes
Concubitus vetitos poterant inhibere paterni,
Haud tamen effugies, quamuis ope fidis equina.
Vulnere, non pedibus te conſequar. vltima dicta
Reprobat: & miſſa fugientia terga ſagitta
Traiicit, extabat ferrum de pectore aduncum,
Quod ſimul euulſum eſt, ſanguis per vtrumque foramen
Emicuit, miſtus Lernæi tabe veneni.
Excipit hunc Neſſus. Neque enim moriemur inulti,
Secum ait, & calido velamina tincta cruore
Dat munus raptæ, velut irritamen amoris.
Longa fuit medij mora tẽporis, actáque magni
Herculis implerant terras, odiúmque nouercæ.
Victor ab Oechalia Cæneo ſacra parabat
Vota Ioui, cùm fama loquax [1] peruenit ad aures
Deianira tuas, quæ veris addere falſa
Gaudet, & è minimo ſua per mendacia creſcit,
Amphytrionalem Ioles ardore teneri.
Credit amans, Veneriſque nouæ perterrita fama
Indulſit primo lacrymis, flendóque dolorem
Diffudit miſeranda ſuum: mox deinde, Quid autem
Flemus, ait? pellex lacrymis lætabitur iſtis.
Quæ quoniam aduenit, properandum, aliquidque nouandum eſt,
Dum licet: & thalamos nondum tenet altera noſtros.
Conquerar, an ſileam? repetam Calydona, morérne?
Excedam tectis, an ſic nihil amplius obſtem?
Quid ſi me, Meleagre, tuam memorem eſſe ſororem?
(Forte paro facinus,) quantumque iniuria poſſit,
Fœmineúſque dolor [2] iugulata pellice teſter?
In curſus animus varios abit. Omnibus illis
Prætulit imbutam Neſſeo ſanguine veſtem
Mittere, quæ vires defecto reddat amori:
Ignaróque Lychæ, quid tradat neſcia, lectus
Ipſa ſuos tradit, blandiſque miſerrima verbis
Dona det illa viro, mandat, capit inſcius heros,
Induitúrque humeris Lernæa vtrus Echidnæ.
Thura dabat primis, & verba precantia flammis,
Viuáque marmoreas patera fundebat in aras:
Incaluit vis illa mali, reſolutáque flammis
Herculeos abiit latè diffuſa per artus.
Dum potuit ſolita gemitum virtute repreſſit.
Victa malis poſtquam eſt patientia, reppulit aras,
Impleuitque ſuis nemoroſam vocibus Oeten.
Nec mora, lethiferam conatur ſcindere veſtem.
Quæ trahitur, trahit illa cutẽ (fœdumq; relatu)
Aut hæret membris fruſtra tentata reuelli,
Aut laceros artus, & grandia detegit oſſa,
Ipſe cruor, gelido ceu quondam lamina candens
Tincta lacu, ſtridet, coquitúrq; ardente veneno,
Nec modus eſt: ſorbent auida præcordia flammæ:
Cæruleúſque fluit toto de corpore ſudor:

1 al. præceſſit. 2 al. vulgata.

Ambuſtique ſonant nerui: cæcaque medullis
[1] Tabe liquefactis, tollens ad ſydera palmas:
Cladibus exclamat, Saturnia, paſcere noſtris:
Paſcere, & hanc peſtem ſpecta crudelis ab alto.
Córque ferum ſatia: vel ſi miſerandus & hoſti,
(Hoſtis enim tibi ſum) diris cruciatibus ægram,
Inuiſámque animam, natámq; laboribus, aufer.
Mors mihi munus erit, decet hæc dare dona nouercam.
Ergo ego fœdantem peregrino templa cruore
Buſirim domui: ſauóque alimenta parentis
Antæo eripui? nec me paſtoris Iberi
Forma triplex, nec forma triplex tua Cerbere mouit?
Vóſne manus validi preſſiſtis cornua tauri?
Veſtrum opus Elis habet, veſtrum Stymphalides vndæ,
Partheneúmqu nemus: veſtra virtute relatus
Thermodoniaco cælatus baltheus auro,
Pomáque ab inſomni non cuſtodita dracone.
Nec mihi Centauri potuere reſiſtere, nec mi
Arcadiæ vaſtator Aper, nec profuit Hydra
Creſcere per dãnũ, geminá ſque reſumere vires:
Quid? quod Thracis equos humano ſanguine pingues,
Plenáque corporibus laceris præſepia vidi?
Viſáque deieci? dominúmque ipſoſq; peremi?
His eliſa iacet moles Nemeæa lacertis:
[2] Cacus & horrendum Tiberino [3] gurgite monſtrum.
Hac cælum ceruice tuli, defeſſa iubendo eſt
Sæua Iouis coniux, ego ſum indefeſſus agendo.
Sed noua peſtis adeſt, cui nec virtute reſiſti,
Nec telis, armíſque poteſt: pulmonibus errat
Ignis edax imis, perque omneis paſcitur artus,
At valet Euryſtheus, & ſunt qui credere poſſint
Eſſe Deos? dixit: pérque altam ſaucius Oeten
Haud aliter graditur, quam ſi venabula taurus
Corpore fixa gerat, factiſque refugerit autor.
Sæpe illum gemitus edentem, ſæpe trementem,
Sæpe retentantem totas infringere veſtes,
Sternentémque trabes, traſcentémque videres
Montibus, aut patrio tendentem brachia cœlo.
Ecce Lychan trepidum, & latitantem rupe cauata
Aſpicit: vtque dolor rabiem collegerat omnem,
Tune Lycha, dixit, feralia dona dediſti?
Tune mea necis autor eris: tremit ille, pauétque
Pallidus, & timidè verba excuſantia dicit,
Dicentem, genibuſq; manus adhibere parantem,
Corripit Alcides, & tèrque quatèrque rotatum
Mittit in Euboicas tormento fortius vndas.
Ille per aerias pendens induruit auras,
Vtque ferunt imbres gelidis concreſcere ventis,
Inde niues fieri: niuibus quoque mole rotatis
Aſtringi, & ſpiſſa glomerari grandine corpus:
Sic illum validis iactum per inane lacertis,
Exanguémque metu: nec quicquam humoris habentem

1 al. Labe. 2 His Cacus. 3 littore.

In rigidos verſum ſilices prior edidit ætas.
Nũc quoq; in Euboico ſcopul⁹ breuis eminet alte
Gurgite, & humanæ ſeruat veſtigia formæ:
Quem quaſi ſenſurum nautæ calcare verentur,
Appellantque Lychan. At tu Iouis inclyta proles
Arboribus cæſis, quas ardua geſſerit Oete,
Inque pyram ſtructis, arcum pharetrámque capacem,
Regináque viſuras iterum Troiana ſagittas
Ferre iubes Pœante ſatum, quo flamma miniſtro
Subdita: dúmque auidis comprenditur ignibus agger,
Congeriem ſiluæ Nemæo vellere ſummam
Sternis, & impoſita claua ceruice recumbis,
Haud alio vultu, quam ſi conuiua iaceres
Inter plena meri redimitus pocula ſertis.
Iã̃ valens & in omne latus diffuſa ſonabat.
Securóſque artus, contemptorémque petebat
Flamma ſuum: timuere Dei pro vindice terræ.
Quos ita (ſenſit enim) læto Saturnius ore
Iupiter alloquitur, Noſtra eſt timor iſte voluptas
O ſuperi, toróque libens mihi pectore grator,
Quod memoris populi dicor rectórque patérque,
Et mea progenies veſtro quoque tuta fauore eſt.
Nam quamquam ipſius datis hoc immanibus actis,
Obligor ipſe tamen. ſed enim nec pectora vano
Fida metu paueant, Oeteas ſpernite flammas.
Omnia qui vicit, vincet quos cernitis ignes:
Nec niſi materna Vulcanum parte potentem
Sentiet, æternum eſt, à me quod traxit, & expers
Atq; immune necis, nullaq; domabile flamma,
Idq; ego defunctum terra cœleſtibus oris
Accipiam: cunctiſque meum lætabile [2] factum
Dius fore confido, ſiquis tamen Hercule, ſiquis
Forte Deo dolituru erit, data præmia nollet:
Sed meruiſſe dari ſciet inuitúſque probabit,
Aſſenſore Dei, coniux quoque regia viſa eſt.
Cætera non duro, duro tamen vltima vultu
Dicta tuliſſe Iouis, ſéque indoluiſſe notatam.
Interea quodcunq; fuit populabile flamma,
Mulciber abſtulerat: nec cognoſcenda remanſit
Herculis effigies, nec quicquam ab imagine dũctum
Matris habet, tantúmque Iouis veſtigia ſeruat.
Vtque nouus ſerpens poſita cum pelle ſenecta,
Luxuriare ſolet, ſquamáque nitere recenti,
Sic vbi mortales Tirynthius exuit artus
Parte ſui meliore viget, [3] maiórque videri
Cœpit, & auguſta ſieri grauitate verendus.
Quem pater omnipotens inter caua nubila raptum
Quadriiugo curru radiantibus intulit aſtris.
Senſit Atlas pondus, neque adhuc Sthenelеius iras
Soluerat Euryſtheus, odiúmque in prole paternũ
Exercebat atrox. at longis anxia curis
Argolis Alcmene queſtus vbi ponat aniles,
Cui referat nati teſtatos orbe labores,
Cuive ſuos caſus, Iolem habet. Herculis illam
Imperio, thalamoque animoq; receperat Hyllus,
Impleráque vterum generoſo ſemine: cum ſic
Incipit Alcmene, Faueant tibi numina ſaltem,
Corripiántque moras tunc, cum matura vocabis
Præpoſitam timidis parientibus Ilithyiam,
Quam mihi difficilem Iunoni gratia fecit.
Namque laboriferi cum iam natalis adeſſet
Herculis, & decimum premeretur ſidere ſignum,
Tendebat grauitas vterum mihi: quodque ferebam,
Tantum erat, vt poſſes autorem dicere tanti
Ponderis eſſe Iouem, nec iam tolerare labores
Vlterius poteram. quin nunc quoque frigidus artus,
Dum loquor, horror habet, párſque eſt, meminiſſe doloris.
Septem ego per noctes, totidem cruciata diebus
Feſſa malis, tendénſque ad cœlum brachia, magno
Lucinam [2] ad nexos partus clamore vocabam.
Illa quidem venit: ſed præcorrupta, meúmque
Quæ donare caput Iunoni vellet iniquæ:
Vtque meos audit gemitus ſubſedit in illa
Ante fores ara, dext róque eſt poplite læuum
Preſſa genu, digitiſque inter ſe pectine iunctis
Suſtinuit partus, tacita quoque carmina voce
Dixit: & inceptos tenuerunt carmina partus.
Nitor, & ingrato facio conuicia demens
Vana Ioui, cupioque mori, merituráque duros
Verba queror ſilices: matres Cadimedes adſunt,
Votáque ſuſcipiunt, exhortantúrque dolentem.
Vna miniſtrarum media de plebe Galanthis
Flaua comas, aderat faciendis ſtrenua iuſſis,
Officiis dilecta ſuis. ea ſenſit iniqua
Neſcio quid Iunone geri: dumq; exit, & intrat
Sæpe fores, Diuam reſidentem vidit in ara,
Brachiáque in genibus digitis connixa tenentẽ:
Et, Quæcunque es, ait, domina gratare: leuata eſt
Argolis Alcmene, potitúrque puerpera voto.
Exiluit; iunctáſque manus pauefacta remiſit
Diua potens vteri, vinclis leuor ipſa remiſſis.
Numine decepto riſiſſe Galanthida fama eſt,
Ridentem, prenſamque ipſis Dea ſæua capillis
Traxit, & è terra corpus releuare volentem
Arcuit, inque pedes mutauit brachia primos.
Strenuitas antiqua manet: nec terga colorem
Amiſere ſuum: forma eſt diuerſa priori.
Quæ quia mendaci parientem iuuerat ore,
Ore parit, noſtráſque domos, velut ante, frequentat.
Dixit, & admonitu veteris commota miniſtræ
Ingemuit, quam ſic nurus eſt affata dolentem:
Te tamen ô genitrix aliena è ſanguine veſtro
Rapta mouet facies: quid ſi tibi mira ſororis
Fata mea referam? quanquam lacrymaque, dolórque

a mundi. 2 fatum. 3 meliórque.

1 recti. 2 impeditor.

Impediunt,

Impediunt, prohibentq; loqui. Fuit vnica matri
(Me pater ex alia genuit) notissima forma
Oechalidum Dryope: quam virginitate carentem,
Vimq; Dei passam Delphos, Delonq; tenentis
Excipit Andræmon, & habetur coniuge felix.
Est lacus acclivis deuexo margine, formam
Litoris efficiens: summum myrteta coronant.
Venerat huc Dryope fatorum nescia, quoque
Indignere magis, Nymphis latura coronas:
Inque sinu puerum, qui nondum impleuerat annum.
Dulce ferebat onus, tepidiq; ope lactis alebat,
Haud procul à stagno Tyrios imitata colores
In spem baccarum florebat aquatica lotos.
Carpserat hinc Dryope, quos oblectamina nato
Porrigeret flores, & idem factura videbar:
(Namq; aderam) vidi guttas è flore cruentas
Decidere, & tremulo ramos horrore moueri.
Scilicet, vt referunt tardi nunc deniq; agrestes
1 Lotis in hanc Nymphæ fugiens obscœna Priapi
Contulerat versos seruato nomine vultus.
Nescierat soror hoc: quæ cum perterrita retro
Iret, & oratis vellet discedere Nymphis,
Hæserunt radice pedes: conuellere pugnat,
Nec quicquam, nisi summa, mouet, succrescit ab imo,
Totaq; paulatim lentus premit inguina cortex.
Vt vidit, conata manu laniare capillos,
Fronde manum impleuit: frondes caput omne tenebant.
At puer Amphisus. (namque hoc auus Eurytus illi
2 Addiderat nomen, materna rigescere sensit
Vbera, nec sequitur ducentem lacteus humor.
Spectatrix aderam; fati crudelis, opemq;
Non poteram tibi ferre soror: quantumque volebam,
Crescentem truncum, ramosq; amplexa morabar:
Et fateor, volui sub eodem cortice condi,
Ecce vir Andræmon, genitor que miserrimus adsunt,
Et quærunt Dryopen: Dryopen quærentibus illis
Ostendi Lotos: tepido dant oscula ligno,
Affusique suæ radicibus arboris hærent.
Nil, nisi iam faciem, quod non foret arbor, habebas
Chara soror, lacrymæ misero de corpore factis
Irrorant folijs: ac dum licet: oraq; præstant
Vocis iter, tales effundit in aera questus:
Siqua fides miseris, hoc me per numina iuro
Non meruisse nefas: patior sine crimine pœnam.
Viximus innocuæ: si mentior, arida perdam,
Quas habeo, frondes, & cæsa securibus, vrar.
Hunc tamen infantem maternis demite ramis,
Et date nutrici, nostraq; sub arbore sæpe
Lac facitote bibat, nostráque sub arbore ludat.
Cumq; loqui poterit, matrem facitote salutet:
Et tristis dicat, Latet hoc in stipite mater.

1 Lotos. 2 Indiderat. 3 facti.

Stagna tamen timeat, nec carpat ab arbore flores,
Et frutices omnes corpus putet esse Dearum.
Chare vale coniux & tu germana, patérq;,
1 Et, si qua est pietas, ab acuta vulnere falcis,
A pecoris morsu, frondes defendite nostras.
Et quoniam mihi fas ad vos incumbere non est,
Erigite huc artus, & ad oscula nostra venite,
Dum tangi possum, paruumq; attollite natum.
Plura loqui nequeo. nam iam per candida mollis
Colla liber serpit, summoq; cacumine condor.
Ex oculis remouete manus, sine munere vestro
Contegit inductus morientia lumina cortex.
Desierat simul ore loqui, simul esse: diuq;
Corpore mutato rami caluere recentes.
Dumq; refert Iole factum miserabile, dumq;
Eurytidos lacrymas, admoto pollice siccat
Alcmene, flet & ipsa: tamen compescuit omnem
Res noua tristitiam. nam limine constitit alto
Pene puer, dubiaque tegens lanugine malas
Ora reformatus primos Iolaus in annos.
Hoc illi dederat Iunonia muneris Hebe,
Victa viri precibus, quæ cum iurare pararet
Dono tributuram post hunc se talia nulli,
Non est passa Themis. nam iam discordia Thebæ
Bella mouent, dixit, Capaneusque nisi ab Ioue vinci
Haud poterit, sientq; pares in vulnera fratres.
Subductaq; suos manes tellure videbit
Viuus adhuc vates: vltusq; parente parentem
Natus erit facto pius, & sceleratus eodem:
Attonituque malis exul mentisque, domusque,
Vultibus Eumenidum, matrisq; agitabitur vmbris,
Donec eum coniux fatale popposcerit aurum,
Cognatumq; latus Phlegeius hauserit ensis.
Tum demum magno petit hoc Acheloia supplex
Ab Ioue Calliroe, natis infantibus annos
Addat, néve necem sinat esse vltoris inultam.
Iupiter his motus priuigna dona, nurusq;,
Præcipiet faciet q; viros impubibus annis.
Hæc vbi fatidico venturi præscia dixit
Ore Themis, vario superi sermone fremebant:
Et cur non alijs eadem dare dona liceret,
Murmur erat. queritur veteres Pallantias annos
Coniugis esse sui: quaritur canescere mitem
Iasiona Ceres: repetitum Mulciber æuum
Poscit Erichthonio: Venerem quoque cura futuri
Tangit, & Anchisæ renouare paciscitur annos.
Cui studeat Deus omnis habet, crescitque fauore
Turbida seditio, donec sua Iupiter ora
Soluit, & O nostri si qua est reuerentia, dixit,
Quo ruitis? tantumne aliquis sibi posse videtur,
Fata quoque vt superet? fatis Iolaus in annos,
Quos egit, rediit: fatis iuuenescere debent
Calliroe geniti non ambitione, nec armis.

1 Qui.

Vos etiam quoque vt hoc animo meliore feratis,
Me queq; fata regunt: quæ si mutare valerem,
Nec nostrum seri curuarent Æacon anni,
Perpetuumque æui florem Radamanthus haberet:
Cum Minoe meo, qui propter amara senectæ
Pondera desficitur, nec quo prius ordine regnat.
Dicta Iouis monere Deos, nec sustinet vllus,
Cum videat fessos Rhadamanthon, & Æacon annis,
Et Minoa, queri: qui dum fuit integer æui
Terruerat magnas ipso quoque nomine gentes.
Tunc erat inualidus, Deioneidenq; iuuentæ
Robore Miletum, Phœboque parente superbum
Pertimuit, credensq; suis insurgere regnis,
Haud tamen est patrijs arcere penatibus ausus.
Sponte fugis Milete tua, celeriq; carina
Ægæas metiris aquas, & in Aside terra
Mœnia constituis positoris habentia nomen.
Hic tibi, dum sequitur patriæ curuamina ripæ
Filia Mæandri toties redeuntis eodem,
Cognita Cyanea præstanti corpore Nympha
Byblida cum Cauno prolem est enixa gemellam.
Byblis in exemplo est, vt ament concessa puellæ,
Byblis Apollinei correpta cupidine fratris,
Non soror vt fratrem, nec qua debebat, amauit.
Illa quidem primo nullos intelligit ignes,
Nec peccare putat, quod sæpius oscula iungat,
Quod sua fraterno circumdet brachia collo:
Mendaciq; diu pietatis fallitur vmbra.
Paulatim declinat amor: visuraq; fratrem
Culta venit, nimiumq; cupit formosa videri:
Et si qua est illic formosior, inuidet illi.
Sed nondum manifesta sibi est: nullumque sub illo
Igne facit votum: verumtamen æstuat intus.
Iam dominum appellat, iam nomina sanguinis odit:
Byblida iam mauult, quam se vocet ille sororem.
Spes tamen obscœnas animo dimittere non est
Ausa suo vigilans: placida resoluta quiete
Sæpe videt quod amat, visa est quoque iungere fratri
Corpus, & erubuit, quamuis sopita iaceret.
Somnus abit: silet illa diu, repetitq; quietis
Ipsa suæ speciem, dubiaq; ita mente profatur:
Me miseram, tacitæ quid vult sibi noctis imago?
Quam nolim rata sit! cur hæc ego somnia vidi?
Ille quidem est oculis, quamuis formosus, iniquis,
Et placet, & possim, si non sit frater, amare,
Et me dignus erat: verum nocet esse sororem.
Dummodo tale nihil vigilans committere tentē,
Sæpe licet simili redeat sub imagine somnus.
Testis abest somno, nec abest imitata voluptas.
Prō, Venus, & tenera volucer cum matre Cupido,
Gaudia quanta tuli! quam me manifesta libido
Contigit? vt iactui totis resoluta medullis?
1 Vt meminisse iuuat! quamuis breuis illa voluptas,

1 Quam:

Noxq; fuit præceps, & cœptis inuida nostris.
O ego si liceat mutato nomine iungi,
Quam bene Caune tuo poteram nurus esse parēti!
Quam bene Caune meo poteras gener esse parenti!
Omnia Dij facerent essent communia nobis,
Præter auos tu me vellem generosior esses.
Nescio quam facies igitur pulcerrime matrem:
Hei mihi, quæ male sum, quos tu, sortita parētes,
Nil nisi frater eris, quod obest, id habebim⁹ vnū:
Quid mihi significant ergo mea visa? quod autē
Somnia pondus habent? an habent & somnia pondus?
Dij melius: Dij nempe suas habuere sorores.
Sic Saturnus Opim iunctam sibi sanguine duxit.
Oceanus Tethyn, Iunonem rector Olympi.
Sunt superis sua iura, quid ad cœlestia ritus
Exigere humanos, diuersaq; fœdera tento?
Aut nostro vetitus de corde fugabitur ardor:
Aut, hoc si nequeo, pereo precor ipsa, toroque
Mortua componar, positæque det oscula frater.
Et tamen arbitrium quærit res ista duorum,
Finge placere mihi, scelus esse videbitur illi.
At non Æolide thalamos timuere sororum.
Vnde sed hos noui? cur hæc exempla parauī?
Quo feror? obscœnæ procul hinc discedite flammæ,
Nec nisi qua fas est, germanæ frater ametur,
Si tamen ipse mei captus prior esset amore,
Forsitan illius possem indulgere furori.
Ergo ego quæ fueram non reiectura petentem,
Ipsa petam? poterisne loqui? poterisne fateri?
Coget amor, potero: vel si pudor ora tenebit,
Littera celatos arcana fatebitur ignes.
Hoc placet: hæc dubiam vicit sententia mentem.
In latus erigitur, cubitoq; innixa sinistro,
Viderit, insanos, inquit, fateamur amores.
Heu mihi quo labor? quem mens mea concipit ignem?
Et meditata manu componit verba trementi.
Dextra tenet ferrum, vacuam tenet altera ceram.
Incipit, & dubitat, scribit, damnatq; tabellas,
Et notat, & delet, mutat, culpatq; probatq;:
Inq; vicem sumptas ponit, positasq; resumit.
Quid velit ignorat: quicquid factura videtur,
Displicet: in vultu est audacia mista pudori,
Scripta soror fuerat, visum est delere sororem,
Verbaq; 1 correptis incidere talia ceris:
Quam nisi tu dederis, non est habitura salutem,
Hanc tibi mittit amans, pudet, ah pudet edere nomen,
Et si quid cupiam, quaris, sine nomine vellem
Posset agi mea causa meo, nec cognita Byblis
Ante forem quam spes votorum certa fuisset.
Esse quidem læsi poterat tibi pectoris index,
Et color & macies, & vultus, & humida sæpe
Lumina, nec causa suspiria mota patenti,
Et crebri amplexus, & quæ, si forte notasti,

1 correctis.

Oscula

Oscula sentiri non esse soroia possent.
Ipsa tamen, quamuis animi graue vulnus habebam,
Quamuis intus erat furor igneus, omnia feci,
(Sunt mihi Dij testes) vt tandem sanior essem.
Pugnauique diu violenta Cupidinis arma
Effugere infelix: & plus, quam ferre puellam
Posse putes, ego dura tuli: superata fateri
Cogor, opemque tuam timidis exposcere votis,
Tu seruare potes, tu perdere solus amantem.
Elige vtrum facias. non hoc inimica precatur,
Sed quæ, cum tibi sit iunctissima, iunctior esse
Expetit, & vinclo tecum propiore ligari.
Iura senes norint: & quid liceat que, nefasque,
Fasq; sit, inquirant, legumque examina seruent,
Conuenient Venus est annis temeraria nostris.
Quid liceat nescimus adhuc, & cuncta licere
Credimus, & sequimur magnorum exempla Deorum.
Nec nos aut durus pater, aut reuerentia famæ,
Aut timor impediet: tãtum absit causa timendi.
Dulcia fraterno sub nomine furta tegemus,
Est mihi libertas tecum secreta loquendi,
Et damus amplexus, & iungimus oscula coram,
Quantum est quod desit? miserere fatẽtis amorẽ,
Et non fassuræ, nisi cogeret vltimus ardor:
Neue merere meo subscribi causa sepulcro:
Talia nequicquam perarantem plena reliquit
Cera manum, summoque in margine versus adsit:
Protinus impressa signat sua crimina gemma,
Quã tinxit lacrymis: linguæ defecerat humor.
Deque suis vnum famulis pudibunda vocauit,
Et paulum blandita, Fer has fidissime nostro,
Dixit, & adiecit longo post tempore, fratri.
Cum daret, elapsæ manibus cecidere tabellæ.
Omine turbata est: misit tamen. apta minister
Tempora nactus adit, traditque latentia verba.
Attonitus subita iuuenis Mæandrius ira,
Proiicit acceptas, lecta sibi parte, tabellas:
Vixque manus retinẽs trepidãtis ab ore ministri,
Dum licet, O vetitæ scelerate libidinis autor
Effuge, ait. quod si nostrum tua fata pudorem
Non traherẽt tecũ, pœnas mihi morte dedisses.
Ille fugit pauidus, dominæque ferocia Cauni
Dicta refert. palles audita Bybli repulsa,
Et pauet obsessum glaciali frigore corpus.
Mens tamen vt rediit, pariter rediere furores:
Linguaque vix tales ictо dedit aere voces:
Et merito: quid enim temeraria vulneris huius
Indicium feci? quid, quæ celanda fuerunt,
Tam cito commisi properatis verba tabellis?
Ante erat ambiguis animi sententia dictis
Prætentanda mihi, ne non sequeretur euntem:
Parte aliqua veli, qualis foret aura, notare
Debueram, tutoque mari decurrere, quæ nunc
Non exploratis impleui lintea ventis.
Nunc feror in scopulos igitur, subuersaque toto
Obruor Oceano: nec habent mea vela recursus.
Quid? quod & ominibus certis prohibebar amori
Indulgere meo, tunc cum mihi ferre iubenti
Excidit, & fecit spes nostrus cera caducas:
Nonne vel illa dies fuerat, vel tota voluntas,
Sed potius mutanda dies? Deus ipse monebat,
Signaque certa dabat, si non male sana fuissem.
Et tamen ipsa loqui, nec me committere ceræ
Debueram, præsensque meos aperire furores.
Vidisset lacrymas, vultus vidisset amantis,
Plura loqui poteram, quam quæ cepere tabellæ.
Inuito potui circumdare brachia collo,
Et si reiicerer, potui moritura videri,
Amplectique pedes, affusaque poscere vitam.
Omnia feci̇ssem: quorum si singula, duram
Flectere non poterant, potuissent omnia, mentem.
Forsitan & missi sit quædam culpa ministri,
Non adiit apte, nec legit idonea, credo,
Tempora, nec petiit, horamque, animumque vacantem.
Hæc nocuere mihi. neque enim de trigide natus,
Nec rigidos silices, solidumve in pectore ferrum,
Aut adamanta gerit, nec lac bibit ille leæna.
Vincetur: repetendus erit, nec talia cœpti
Vlla mei capiam, dum spiritus iste manebit.
Nam primum: si facta mihi reuocare liceret,
Non cœpisse fuit: cœpta expugnare, secundum est.
Quippe nec ille potest, (vt iam mea vota relinquam)
Non tamen ausorum semper memor esse meorũ.
Et quia desierim, leuiter voluisse videbor,
Aut etiam tentasse illum, insidiisque petisse:
Vel certe non hoc, qui plurimus vrget, & vrit
Pectora nostra, Deo, sed victa libidine credar.
Denique iam nequeo nil commisisse nefandum:
Et scripsi, & petij: temerata est nostra voluntas.
Vt nihil adijciam, non possum innoxia dici,
Quod supereſt, multum est in vota, in crimina paruum.
Dixit: & (incerta tanta est discordia mentis,)
Dum pigeat tentasse, libet tentare: modúmque
Exit, & infelix committit sæpe repelli.
Mox vbi finis abest, patriam fugit ille, nefasq;
Inque peregrina ponit nona mœnia terra.
Tum vero mœstam tota Miletida mente
Defecisse ferunt, tum vere à pectore vestem
Diripuit, planxitque suos furibunda lacertos.
Iamq; palam est demens, inconcessamq; fatetur
Spem Veneris, siquidem patriam, inuisosque penates
Deserit, & profugi sequitur vestigia fratris.
Vtque tuo mota proles Semeleia thyrso
Ismaria celebrant repetita triennia Bacchæ,
Byblida non aliter latos vlulasse per agros
Bubasides videre nurus, quibus illa relictis
Caras, & armiferos Lelegas, Licyamq; pererrat.
Iam Cragon, & Lymirem, Xanthique reliquerat vndas.
Quoque Chimæra iugo mediis in partibus ignẽ,
Pectus, & ora leæ caudam serpentis habebat.

1 hircum.

Deficiunt siluæ, cum tu lassata sequendo
Concidis, & dura positis tellure capillis
Byblis iaces, frondésque tuo premis ore caducas.
Sæpe illam Nymphæ teneris Lelegeides vlnis
Tollere conantur, sæpe vt medeatur amori
Præcipiunt, surdæque adhibent solatia menti.
Muta iacet, viridésque suis tenet vnguibus herbas
Byblis, & humectat lacrymarum gramina riuo.
Naiadas his venam, quæ nunquam arescere posset,
Supposuisse ferunt: quid enim dare maius habebant?
Protinus, vt secto piceæ de cortice guttæ,
Vtve tenax grauida manat tellure bitumen:
Vtque sub aduentum spirantis lene Fauoni
Sole remollescit, quæ frigore constitit vnda:
Sic lacrymis consumta suis Phœbeia Byblis
Vertitur in fontem, qui nunc quoque vallibus illis
Nomen habet dominæ, nigráque sub ilice manat.
Fama noui centum Creteas forsitan vrbes
Implesset monstri, si non miracula nuper
Iphide mutato Cretæ propiora tulisset.
Proxima Gnossiaco nam quondam Phæstia regno
Progenuit tellus ignotum nomine Lygdum
Ingenua de plebe virum: nec census in illo
Nobilitate sua maior, sed vita fidésque
Inculpata fuit, grauidæ qui coniugis aures
Vocibus his monuit, cum iam prope partus adesset:
Quæ voueam duo sunt, minimo vt releuere dolore,
Vtque marem perias, onerosior altera sors est,
Et vires fortuna negat, quod abominor, ergo
Edita forte tuo fuerit si fœmina partu,
(Inuitus mando: pietas ignosce) necetur:
Dixerat: & lacrymis vultum lauere profusis
Tam qui mandabat, quam cui mandata dabãtur.
Sed tamen vsque suum vanis Telethusa maritum
Sollicitat precibus, ne spem sibi ponat in arcto.
Certa sua est Lygdo sententia, iámque ferendo
Vexerat illa grauem maturo pondere ventrem,
Cum medio noctis spatio sub imagine somni
Inachis ante torum pompa comitata sacrorum
Aut stetit, aut visa est. inerant lunaria fronti
Cornua, cum spicis nitido flauentibus auro,
Et regale decus: cum qua latrator Anubis,
Sanctáque Bubastis, variísque coloribus Apis,
Quique premit vocem, digitoq; silentia suadet,
Sistráque erant, numquámque satis quæsitus Osiris,
Plenáque somniferis serpens peregrina venenis,
Tum velut excussũ somno, & manifesta videntem
Lyctum.

Sic assata Dea est, Pars ó Telethusa mearum
Pone graues curas, mandatáque falle mariti.
Nec dubita, cum te partu Lucina leuarit,
Tollere quicquid erit. Dea sum auxiliaris, opémque
Exorata fero: nec te coluisse quereris
Ingratum numen. monuit, thalamóque recessit.
Læta toro surgit, durásque ad sidera supplex
Cressa manus tollens, rata sint sua visa precatur.
Vt dolor increuit, séque ipsum pondus in auras
Expulit, & nata est ignaro fœmina patri,
Iussit ali mater puerum mentita: fidémque
Res habuit: neque erat facti nisi conscia nutrix.
Vota pater soluit, noménque imponit auitum:
Iphis auus fuerat gauisa est nomine mater,
Quod commune foret, nec quenquam falleret, illo.
Impercepta pia mendacia fraude latebant.
Cultus erat pueri: facies quam siue puellæ,
Siue dares puero, fieret formosus vterque.
Tertius interea decimo successerat annus,
Cum pater Iphi tibi flauam despondet Ianthen,
Inter Phæstiadas quæ laudatissima formæ
Dote fuit virgo, Dictæo nata Teleste.
Par ætas, par forma fuit: primásque magistris
Accepere artes elementa ætatis ab iisdem,
Hinc amor amborum tetigit rude pectus, & æquum
Vulnus vtrique dedit, sed erat fiducia dispar.
Coniugium, pactæque expectat tempora tedæ,
Quémque virum putat esse, suum fore credit Ianthe:
Iphis amat, quo posse frui desperat: & auget
Hoc ipsum flammas, ardétque in virgine virgo:
Vixque tenens lacrymas, quis me manet exitus inquit,
Cognita quam nulli, quam prodigiosa, nouæque
Cura tenet Veneris? si Dij mihi parcere vellent,
Perdere debuerant: si non & perdere vellent,
Naturale malum saltem & de more dedissent,
Nec vaccam vaccæ, nec equas amor vrit equarum,
Vrit oues aries: sequitur sua fœmina ceruum:
Sic & aues coeunt: intérque animalia cuncta
Fœmina fœmineo correpta cupidine nulla est.
Vellem nulla forem: ne non tamen omnia Crete
Monstra ferat, taurum dilexit filia Solis,
Fœmina nempe marem, meus est furiosior illo,
Si verum profitemur, amor: tamen illa secuta est
Spem Veneris, tamen illa dolis, & imagine vaccæ
Passa bouem est, & erat qui deciperetur, adulter:
Huc licet ex toto solertia confluat orbe,
Ipse licet reuolet ceratis Dædalus alis,
Quid faciet? num me puerum de virgine doctis
Artibus efficiet? num te multabit Ianthe?
Quin animum firmas, téque ipsa recolligis Iphi?
Consiliique

Consiliiq; inopes & stultos excutis ignes?
Quid sis nata1 vides, nisi te quoque decipis ipsam.
Et pete quod fas est, & ama quod fœmina debes,
Spes est quæ capiat, spes est quæ pascat amantem,
Hanc tibi res adimit. non te custodia charo
Arcet ab amplexu, nec cauti cura2 mariti,
Non patris asperitas, nec se negat ipsa roganti:
Nec tamen est potienda tibi: nec, vt omnia fiant,
Esse potes felix, vt Diiq;, homines q; laborent.
Nunc quoque votorum pars nulla est 3 vana meorum:
Diiq; mihi faciles, quicquid voluere, dederunt.
Quod volo, vult genitor, 4 vult ipsa, socerq; futurus,
At non vult Natura, potentior omnibus illis.
Quæ mihi sola nocet. venit ecce optabile tempus,
Luxq; iugalis adest, & iam mea fiet Ianthe,
Nec mihi continget, mediis sitiemus in vndis,
Pronuba quid Iuno? quid ad hæc Hymenæa venitis
Sacra? quibus qui ducat abest, vbi nubimus amba?
Pressit ab his vocem. nec lenius altera virgo
Æstuat: vtque celer ventis Hymenæe precatur.
Quod petit hæc, Telethusa timens modo tempora differt:
Nunc ficto languore moram trahit: omina sæpe,
Visaq; causatur. sed iam consumpserat omnem
Materiam ficti, dilataq; tempora tedæ
Institerant, vnusq; dies restabat. at illa
Crinalem capiti vittam nataq;. sibiq;

1 vidi. 2 magistri. 3 vna. 4 socer & vult ipse.

Detrahit, & passis aram complexa capillis,
Isi Paratonium, Mareoticáque arua, Pharónque
Quæ colis: & septem digestum in cornua Nilum,
Fer precor (inquit) opem, nostróque medere timori.
Te Dea, te quondam, tuaq; hæc insignia vidi,
Cunctáque cognoui, sonitum, comitésque, facésque
Sistrorum, memoriq; animo tua iussa notaui.
Quod videt hæc lucem, quod nõ ego punior ipsa,
Consilium, monitúmque tuum est: miserere duarum,
Auxilioq; iuua. Lacrymæ sunt verba secutæ.
Visa Dea est mouisse suas (& mouerat) aras:
Et templi tremuere fores, imitataq; Lunam
Cornua fulserunt, crepuitq; sonabile sistrum,
Non secura quidem, fausto tamen omine lata
Mater abit templo: sequitur comes Iphis euntem
Quam solita est maiore gradu: nec candor in ore
Permanet, & vires augentur, & acrior ipse est
Vultus, & incomptis breuior mensura capillis.
Plúsque vigoris adest, habuit quam fœmina, nam quæ
Fœmina nuper eras, puer es. Date munera templis:
Nec timida gaudete fide, dant munera templis:
Addunt & titulum: titulus breue carmen habebat.
1Vota puer soluit, quæ fœmina vouerat Iphis.
Postera lux radiis 2totum patefecerat orbem,
Cum Venus, & Iuno, sociúsque Hymenæus ad ignes
Conueniunt, potitúrque sua puer Iphis Ianthe.

1 Dona. 2 latum.

P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON LIBER X.

INDE per immensum croceo velatus amictu
Æthera digreditur, Ciconumque Hymenæus ad oras
Tendit, & Orpheia nequicquam voce vocatur.
Affuit ille quidem, sed nec solennia verba,
Nec lætos vultus, nec felix attulit omen,
Fax quoq;, quã tenuit, lacrymoso stridula fumo
Vsque fuit, nullósque inuenit mortibus ignes.
Exitus auspicio grauior. nam nupta per herbas
Dum noua Naiadum turba comitata vagatur,
Occidit in talum serpentis dente recepto,
Quam satis ad superas postquam Rhodopeius auras
Defleuit vates, ne non tentaret & vmbras,
Ad Styga Tænaria est ausus descendere porta:
Perq; leues populos simulacraq; functa sepulcro
Persephonem adiit, inamœnaq; regna tenentem
Vmbrarum dominum: pulsísque ad carmina neruis
Sic ait, ô positi sub terra numina mundi,
In quem decidimus quicquid mortale creamur,
Si licet & falsi positis ambagibus oris
Vera loqui sinitis, non huc, vt opaca viderem
Tartara, descendi, nec vti villosa colubris
Terna Medusæi vincirem guttura monstri.
Causa viæ est coniux, in quam calcata venenum
Vipera diffudit, crescentesque abstulit annos.
Posse pati volui, nec me tentasse negabo:
Vicit amor, supera Deus hic bene notus in ora est.
An sit & hic, dubito: sed & hic tamen auguror esse:
Famaque si veteris non est mentita rapinæ,

Vos quoque iunxit amor, per ego hæc loca plena timoris
Per Chaos hoc ingens, vastique silentia regni,
Eurydices oro, properata retexite fata.
Omnia debentur vobis, paulumque morati
Serius, aut citius sedem properamus ad vnam,
Tendimus huc omnes: hæc est domus vltima: vosque
Humani generis longissima regna tenetis.
Hæc quoque cum iustos matura peregerit annos,
Iuris erit vestri: pro munere poscimus vsum.
Quod si fata negant veniam pro coniuge, certum est
Nolle redire mihi: letho gaudete duorum.
Talia dicentem, neruosq́; ad verba mouentem,
Exangues flebant animæ: nec Tantalus vndam
Captauit refugam: stupuitque Ixionis orbis:
Nec carpsere iecur volucres: vrnisq́; vacarunt
Belides: inque tuo sedisti Sisyphe saxo.
Tum primum lacrymis victarum carmine fama est
Eumenidum maduisse genas: nec regia coniux
Sustinet oranti, nec qui riget ima, negare:
Eurydicenque vocant, vmbras erat illa recētes
Inter, & incessit passu de vulnere tardo.
Hanc simul & legem Rhodopeius accipit Orpheus,
Ne flectat retro sua lumina, donec Auernas
Exierit valles, aut irrita dona futura.
Carpitur accliuis per muta silentia trames,
Arduus, obscurus, caligine densus opaca:
Nec procul abfuerant telluris margine summæ:
Hic ne deficeret metuens, auidúsque videndi
Fleuit amans oculos, & protinus illa relapsa est:
Brachiaque intendens, prendique, & prendere [1]captans,
Nil nisi cedentes infelix arripit aurus.
Iamque iterum moriens, non est de coniuge quicquam
Questa suo, quid enim nisi se quereretur amatã?
Supremumq́; vale, quod iam vix auribus ille
Acciperet, dixit, [2]reuocataque rursus eodem est.
Non aliter stupuit gemina nece coniugis Orpheus,
Quam tria qui timidus medio portante catenas
Colla canis vidit, quem non pauor ante reliquit,
Quam natura prior saxo per corpus oborto:
Quique in se traxit crimen, voluitque videri
Olenus esse nocens: tuque ó confisa figuræ
Infelix Lethæa tuæ, iunctissima quondam
Corpora, nunc lapides, quos humida sustinet Ide.
Orantem, frustraque iterum transire volentem
Portitor [3]arcuerat, septem tamen ille diebus
Squalidus in ripa Cereris sine munere sedit,
Cura, dolorq́; animi lacrymæq́; alimenta fuere,
Esse Deos Erebi crudeles questus, in altam,
Se recipit Rhodopen, pulsumque Aquilonib. Aemum:
Tertius æquoreis inclusum piscibus annum
Finierat Titan, omnemque refugerat Orpheus
Fœmineam Venerem: seu quod male cesserat illi,
Siue fidem dederat: multas tamen ardor habebat
Iungere se vati: multæ doluere repulsæ.
Ille etiam Thracum populis fuit autor, amorem
In teneros transferre mares, citraque iuuentam
Ætatis breue ver, & primos carpere flores.
Collis erat, collemque super planissima campi
Area, quam viridem faciebant graminis herbæ.
Vmbra loco deerat. qua postquam parte resedit
Dÿs genitus vates, & fila sonantia mouit,
Vmbra loco venit, non Chaonis abfuit arbor,
Non nemus Heliadum, non frondibus æsculus altis,
Nec tiliæ molles, nec fagus & innuba laurus,
Et coryli fragiles, & fraxinus vtilis hastis,
Enodisque abies, curuataque glandibus ilex,
Et platanus genialis, acerque coloribus impar,
Amnicolæque simul salices, & aquatica lotos,
Perpetuoque virens buxus, tenuesque myricæ:
Et bicolor myrtus, & baccis cærula ficus.
Vos quoque [1]flexibiles hederæ venistis, & vna
Pampineæ vites, & [2]amictæ vitibus vlmi,
Ornique, & piceæ, pomoque onerata rubenti
Arbutus, & lentæ victoris præmia palmæ,
Et succincta comas, hirsutaque vertice pinus.
Grata Deûm matri: siquidem Cybeleius Atys
Exuit hac hominem: truncoque induruit illo.
Affuit huic turbæ metas imitata cupressus,
Nunc arbor, puer ante Deo dilectus ab illo,
Qui citharam neruis, & neruis temperat arcum.
Namque sacer Nymphis Carthæa tenentibus arua
Ingens ceruus erat, lateque patentibus altas
Ipse suo capiti præbebat cornibus vmbras.
Cornua fulgebant auro, demissaque in armos
Pendebant terētis gemmata monilia collo,
Bulla super frontem paruis argentea loris
Vincta mouebatur, [4]pariles ætate nitebant
Auribus è geminis circum caua tempora bacca.
Isque metu vacuus, naturalique pauore
Deposito, celebrare domos, mulcendaque colla
Quamlibet ignotis manibus præbere solebat.
Sed tamen ante alios Cæa pulcherrime gentis,
Gratus erat Cypariſſe tibi: tu pabula ceruum
Ad noua, tu liquidi ducebas fontis ad vndas:
Tu modo texebas varios per cornua flores:
Nunc eques in tergo residens huc lætus, & illuc
Mollia purpureis frænabas ora capistris.
Æstius erat, mediusque dies: Soliſque vapore
Concaua littorei feruebant brachia Cancri:
Fessus in herbosa posuit sua corpora terra
Ceruus, & arborea frigus ducebat ab vmbra.
Hunc puer imprudens iaculo Cyparissus acuto
Fixit, & vt sæuo morientem vulnere vidit,
Velle mori statuit. quæ non solatia Phœbus
Dixit? & vt leuiter, pro materiaque doleret,

1 capiens. 2 reuolutaque- 3 arguerat.

1 flexipedes. 2 amica. 3 dimissa. 4 pariliq[ue]

Admo-

Admonuit. gemit ille tamen, munúſque ſupremum
Hoc petit à ſuperis vt tempore lugeat omni.
Iamq; per immenſos egeſto ſanguine fletus
In viridem verti cœperunt membra colorem:
Et modò qui niuea pendebant fronte capilli,
Horrida cæſaries fieri, ſumptoq; rigore
Sidereum gracili ſpectare cacumine cœlum.
Ingemuit, triſtiſq; Deus, Lugebere nobis,
Lugebiſq; alios, aderiſq; dolentibus, inquit.
Tale nemus vates attraxerat, inq; ferarum
Concilio, medius[1] turbæ, volucrumq; ſedebat.
Vt ſatis impulſas tentauit pollice chordas,
Et ſenſit varios quamuis diuerſa ſonarent,
Concordare modos, hoc vocem carmine mouit:
Ab Ioue muſa parens (cedunt Iouis omnia regno)
Carmina noſtra moue, Iouis eſt mihi ſæpe poteſtas
Dicta: prius cecini plectro grauiore Gigantes,
Sparſaq; Phlegræis victricia[2] fulmina campis.
Nunc opus eſt leuiore lyra, puerosq; canamus
Dilectos ſuperis, inconceſſiſq; puellas
Ignibus attonitas meruiſſe libidine pœnam.
Rex ſuperum Phrygij quondam Ganymedis amore
Arſit: & inuentum eſt aliquid, quod Iupiter eſſe,
Quã quod erat, mallet: nulla tamen alite verti
Dignatur, niſi quæ[3] poſſet ſua fulmina ferre.
Nec mora percuſſo mendacibus aere pennis
Arripit Iliaden: qui nunc quoq; pocula miſcet,
Inuitaq; Ioui nectar Iunone miniſtrat.
Te quoque Amyclide poſuiſſet in æthere Phœbus,
Triſtia ſi ſpatium ponendi fata dediſſent.
Qui licet æternus tamen es: quotieſq; repellit
Ver hiemem, piſciq; aries ſuccedit aquoſo,
Tu toties oreris, viridiq; in ceſpite flores,
Te meus ante[4] omnes genitor dilexit, & orbe
In medio poſiti caruerunt præſide Delphi.
Dum Deus Eurotan, immunitamq; frequentat
Spartẽ, nec citharæ, nec ſunt in honore ſagittæ:
Immemor ipſe ſui non retia ferre recuſat,
Non tenuiſſe canes, non per tuga montis iniqui
Ire comes: longaq; alit aſſuetudine flammas.
Iamq; fere mediũ Titan venientis, & actæ
Noctis erat, ſpatioq; pari diſtabat vtrinque.
Corpora veſte leuant, & ſucco pinguis oliuæ
Splendeſcunt, latiq; ineunt certamina diſci.
Quem prius aerias libratum Phœbus in auras
Miſit, & oppoſitas diſiecit pondere nubes.
Decidit in ſolidam longo poſt tempore terram
Pondus, & exhibuit iunctam cum viribus artem.
Protinus imprudens, actuſq; cupidine luſus
Tollere Tænarides orbem properabat: at illum
Dura repercuſſum ſubiecit in aere tellus
In vultus, Hyacinthe, tuos expalluit æque
Quã puer, ipſe Deus: collapſoſq; excipit artus.

1 turba, 2 prælia. 3 portat ſua fulm. terræ. 4 alios.

Et modo te refouet, modo triſtia vulnera ſiccat.
Nunc animam admotis fugientem ſuſtinet herbis
Nil proſunt artes: erat immedicabile vulnus.
Vt ſi quis violas, riguoq; papauera in horto,
Liliaq; infringat fuluis hærentia[1] virgis:
Marcida demittant ſubitò caput illa grauatum,
Nec ſe ſuſtineant, ſpectantq; cacumine terram:
Sic vultus moriens iacet, & defecta vigore
Ipſa ſibi eſt oneri ceruix, humeroq; recumbit.
Laberis Oebalide prima fraudate iuuenta.
Phœbus ait, videoq; tuum mea crimina vulnus,
Tu dolor es, facinusq; meum: mea dextera letho
Inſcribenda tuo eſt: ego ſum tibi funeris auctor.
Quæ mea culpa tamen? niſi ſi luſiſſe, vocari
Culpa poteſt: niſi culpa poteſt & amaſſe, vocari?
Atque vtinam pro te vitam, tecumq; liceret
Reddere, quod quondam fatali lege vetamur,
Semper eris mecum, memoriq; hærebis in ore,
Te lyra pulſa manu, te carmina noſtra ſonabunt:
Floſq; nouus ſcripto gemitus imitabere noſtro.
Tempus & illud erit, quo ſe fortiſſimus heros
Addat in hunc florem, folioq; legatur eodem.
Talia dum vero memorantur Apollinis ore,
Ecce, cruor qui fuſus humi ſignauerat herbas,
Deſinit eſſe cruor, Tyrioq; nitentior oſtro
Flos oritur formamq; capit, quam lilia, ſi non
Purpureus color his, argenteus eſſet in illis.
Non ſatis hoc Phœbo eſt (is enim fuit auctor honoris.)
Ipſe ſuos gemitus foliis inſcribit, & [2]hya
Flos habet inſcriptum, funeſtaq; littera ducta eſt.
Nec genuiſſe pudet Spartẽ Hyacinthon: honorq;
Durat in hoc æui, celebrandaq; more priorum
Annua prælata redeunt Hyacinthia pompa.
At ſi fortè roges fœcundam Amathunta metallis,
An genuiſſe velit Propœtidas, annuat æquè,
Atque illos gemino quondã quibus aſpera cornu
Frons erat: vnde etiam nomen traxère Cerastæ.
Ante fores horum ſtabat Iouis hoſpitis ara
Lugubris ſceleris: quam ſi quis ſanguine tinctam
Aduena vidiſſet, mactatos crederet illic
Lactantes vitulos, Amathuſiacaſq; bidentes.
Hoſpes erat cæſus, ſacris offenſa nefandis
Ipſa ſuas vrbes, Ophiuſiaq; arua parabat
Deſerere alma Venus: ſed quid loca grata, quid vrbes
Peccauêre meæ? quod, dixit, crimen in illis?
Exilio pœnam potiùs gens impia pendat,
Vel nece, vel ſi quid mediũ eſt moriq; fugæq;.
Idq; quid eſſe poteſt, niſi verſa pœna figura?
Dum dubitat quo mutet eos, ad cornua vultum
Flexit, & admonita eſt hæc illis poſſe relinqui:
Grandiáque in toruos transformat membra iuuencos.
Sunt tamen obſcœnæ Venerem Propœtides auſæ
Eſſe negare Deam: pro qua ſua numinis ira
Corpora cum forma primo vulgaſſe feruntur.

1 al. linguis. 2 al. aĩ.

Pygmaleon.

Vtq; pudor cessit, sanguisq; induruit oris,
In rigidum paruo silicem discrimine versa.
Quas quia Pygmaliō auū per crimina agentes
Viderat, offensus vitijs, quæ plurima menti
Fœmineæ natura dedit, sine coniuge cœlebs
Viuebat, thalamiq; diu consorte carebat.
Interea niueum mira fœliciter arte
Sculpsit ebur, formamq; dedit, qua fœmina nasci
Nulla potest: operisq; sui concepit amorem.
Virginis est verę facies, quam viuere credas,
Et si non obstet reuerentia, velle moueri.
Ars adeo latet arte sua miratur, & haurit
Pectore Pygmalion simulati corporis ignes.
Sæpe manus operi tentantes admouet, an sit
Corpus, an illud ebur: nec adhuc ebur esse fatetur,
Oscula dat, reddiq; putat, loquiturq; tenetq;
Et credit tactis digitos insidere membris:
Et metuit, pressos veniat ne liuor in artus.
Et modò blanditias adhibet, modò grata puellis
Munera fert illi conchas, teretesq; lapillos,
Et paruas volucres, & flores mille colorum,
Lilia, per pictasq; pilas, & ab arbore lapsas
Heliadum lacrymas, ornat quoq; vestibus artus:
Dat digitis gemmas, dat longa monilia collo:
Aure leues baccæ, redimicula pectore pendent.
Cuncta decent: nec nuda minus formosa videtur.
Collocat hanc stratis concha Sidonide tinctis,
Appellatq; tori sociam, acclinataq; colla
Mollibus in plumis, tanquam sensura, reponit.
Festa dies Veneris tota celeberrima Cypro
Venerat, & blandis inducta cornibus aurum
Conciderant ictæ niueæ ceruice iuuencæ,
Thuraq; fumabāt: cum munere functus ad aras
Constitit, & timidè: Si dij dare cuncta potestis
Sic coniux opto, non ausus eburnea virgo
Dicere Pygmalion, Simlis mea dixit eburna.
Sensit, vt ipsa suis aderat Venus aurea festis,
Vota quid illa velint: & amici numinis omen
Flamma ter accensa est, [1] apicémque per aëra duxit.
Vt redijt, simulacra sua petit ille puellæ,
Incumbensq; toro dedit oscula: visa tepere est.
Admouet os iterum, manibus quoque pectora tentat,
Tentatum mollescit ebur, positoq; rigore
Subsedit digitis, ceditq;: vt Hymettia Sole
Cera remolescit, [2] tractataq; pollice multas
Vertitur in facies, ipsoq; fit vtilis vsu.
Dum stupet, & dubiè gaudet, falliq; veretur,
Rursus amat, rursúsque manu sua vota retractat.
Corpus erat: saliunt tentatæ pollice venæ.
Tum verò Paphius plenissima concipit heros
Verba, quibus Veneri grates agit: oraq; tandem
Ore suo non falsa premit, dataq; oscula virgo
Sensit & erubuit, timidumq; ad lumina lumen
Attollens, pariter cum cœlo vidit amantem.

1 al. scintillam. 3 al. multas quæ pollice tractat.

Coniugio, quod fecit, adest dea. Iamq; coactis
Cornibus in plenum menses lunaribus orbem,
Illa Paphum genuit, de quo tenet insula nomen.
Editus atque ille est, quo si sine prole fuisset,
Inter fœlices Cinyras potuisset haberi.
Dira canam: procul hinc natæ, procul este parentes.
Aut mea si vestras mulcebunt carmina mentes,
Desit in hac mihi parte fides, nec credite factum:
Vel si credetis, facti quoque credite pœnam.
Si tamen admissum sinit hoc natura videri:
Gentibus Ismarijs, & nostro gratulor [1] orbi,
Gratulor huic terræ, quod abest regionibus illis,
Quæ tantum genuêre nefas. sit diues Amomo,
Cinnamaq; costumq; suam, sudataq; ligno
Thura ferat, floresq; [2] alios Panchaia tellus:
Dum ferat & Myrrham. Tanti noua non fuit arbor.
Ipse negat nocuisse tibi sua tela Cupido,
Myrrha, facesq; suas à crimine vindicat isto.
Stipite de Stygio, tumidisq; afflauit Echidnis
E tribus vna soror, Scelus est odisse parentem:
Hic amor est odio maius scelus, vndique lecti
Te cupiunt proceres, totoq; Oriente iuuentus
Ad thalami certamen adest: ex omnibus vnum
Elige Myrrha virum, dum non sit in omnibus vnus,
Illa quidem sentit, fœdoq; repugnat amori:
Et secum, Quo mente feror? quid molior inquit.
Dij precor, & pietas sacrataq; iura parentum,
Hoc prohibete nefas, scelerisq; resistite nostro:
Si tamen hoc scelus est. Sed enim damnare negatur
Hanc Venerem pietas: coeuntq; animalia nullo
Cætera delicto: nec habetur turpe iuuencæ
Ferre patrem tergo: sit equo sua filia coniux:
Quasq; creauit init pecudes caper: ipsaq; cuius
Semine concepta est, ex illo concipit ales.
Fœlices quibus ista licent: humana ma ignas
Cura dedit leges, & quod natura remittit,
Inuida iura negant: Gentes tamen esse feruntur,
In quibus & nato genitrix, & nata parenti
Iungitur, & pietas geminato crescit amore.
Me miseram quòd non nasci mihi contigit illic,
Fortunaq; loci lædor. Quid in ista reuoluor?
Spes interdicta discedite, dignus amari
Ille, sed vt pater est. Ergo si filia magni
Non essem Cinyræ, Cinyræ concumbere possem:
Nunc quia iam meus est, non est meus: ipsaque damno
Est mihi proximitas: aliena potentior essem.
Ire libet procul hinc, patriaq; relinquere fines,
Dum scelus effugiam: retinet malus [3] ardor amantem
Vt præsens spectē Cinyram, tangamq;, loquarq;,
Osculaq; admoueam, si nil conceditur vltra.
Vltra autem sperare aliquid potes impia virgo?
[4] Nec quod cōfundas & iura, & nomina sentis?

1 al. Thraciæ. 2 al. suos. 3 al. error.
4 al. Et.

Tunc

Túne eris & matris pellex, & adultera patris?
Túne soror nati, genitrixq; vocabere fratris?
Nec metues [1] atro crinitas angue sorores,
Quas facibus sæuis oculos, atque ora petentes
Noxia corda vident? at tu dum corpore non es
Passa nefas, animo ne concipe, néve potentis
Concubitu vetito naturæ pollue fœdus.
Velle puta, res ipsa vetat, Pius ille, memorq; est
Moris: & ô vellem similis furor esset in illo.
Dixerat: at Cinyras, quem copia digna procorum
Quid faciat dubitare facit, scitatur ab ipsa
Nominibus dictis cuius velit esse mariti.
Illa silet primò, patrisq; in vultibus hærens
Æstuat, & tepido suffundit lumina rore,
Virginei Cinyras hæc credens esse timoris,
Flere vetat siccatq; genas, atque oscula iungit.
Myrrha datis nimium gaudet: consultáque qualem
Optet habere virum, Similem tibi, dixit. at ille
Non intellectam vocem collaudat: & Esto
Tam pia semper ait, Pietatis nomine dicto,
Demisit vultus, sceleris sibi conscia, virgo.
Noctis erat mediæ, curasq;, & corpora, somnus
Soluerat: at virgo Cinyreia peruigil igne
Carpitur indomito, furiosaq; vota retractat.
Et modò desperat, modò vult tentare, pudetq;,
Et cupit, & quid agat, non inuenit. Vtq; [2] securi
Saucia trabs ingens vbi plaga nouissima restat,
Quò cadat in dubio est, omniq; à parte timetur:
Sic animus [2] vario labefactus vulnere nutat
Huc leuis, atque illuc, momentaq; sumit vtroq;.
Nec modus, & requies, nisi mors, reperitur amoris.
Mors placet: erigitur, laqueoq; innectere fauces
Destinat: & Zona summo de poste reuincta,
Chare vale Cinyra, causamq; intellige mortis,
Dixit: & aptabat pallenti vincula collo.
Murmura verborum fidas nutricis ad aures
Peruenisse ferunt, limen seruantis alumnæ.
Surgit anus, reseratq; fores: mortisq; parata
Instrumenta videns, spatio conclamat eodem,
Seq; ferit, scinditq; sinus, ereptaq; collo
Vincula dilaniat. tum denique flere [3] vacauit,
Tum dare cõplexus, laqueiq; requirere causam.
Muta silet virgo, terramq; immota tuetur,
Et deprensa dolet tardæ conamina mortis.
Instat anus, canosq; suos, & inania nudans
Vbera, per cunas, alimentaq; prima precatur,
Vt sibi committat quicquid dolet. Illa rogantem
Aduersata gemit, certa est exquirere nutrix,
Nec solam spondere fidem, Dic, inquit, opemq;
Me sine ferre tibi: non est mea pigra senectus.
Seu furor est, habeo, quod carmine sanet, & herbis:
Siue aliquis nocuit, magico lustrabere ritu:
Ira Deum siue est, sacris placabimus iram.
Quid rear vlterius? certè fortuna, domusq;
Sospes ab incursu est, viuunt genitrixq; paterq;,
Myrrha patre audito, suspiria duxit ab imo

[1] al. sacro. [2] al. dubio. [3] al. vetauit.

Pectore, nec nutrix etiamnum concipit vllum
Mente nefas: aliquèq; tamen præsentit amorem:
Propositique tenax, quodcumque est orat, vt ipsi
Indicet, & gremio lacrymantem tollit anili
Atque ita complectens infirmis membra lacertis,
Sensimus (inquit) amas: & in hoc mea (pone timorem)
Sedulitas erit apta tibi: nec sentiet vnquam
Hoc pater. Exilijt gremio furibunda, totúmque
Ore premens, discede precor, miseróque pudori,
Parce, ait, instanti discede, aut desine, dixit,
Quærere quid doleam. scelus est, quod scire laboras.
Horret anus, tremulásque manus annisq;, metúque
Tendit, & ante pedes supplex procumbet alũna.
Et modo blanditur, modò si non conscia fiat,
Terret, & indicium laquei, cœptæque minatur
Mortis, & officium commisso spondet amori.
Extulit illa caput, lacrymisq; impleuit obortis
Pectora nutricis: conataque sæpe fateri,
Sæpe tenet vocem: pudibundáque vestibus ora
Texit, &, O dixit, felicem coniuge matrem.
Hactenus: & gemuit gelidos nutricis in artus,
Ossáque (sensit enim) penetrat tremor, albáque toto
Vertice canities rigidis stet ithirta capillis:
Multáque, vt excuteret diros, si posset, amores,
Addidit: at virgo scit se non falsa moneri:
Certa mori tamen est, si non potiatur amore.
Viue, ait hæc, potiere tuo, non ausa parente
Dicere conticuit: promissáque numine firmat.
Festa pia Cereris celebrabant annua matres
Illa, quibus niuea velatæ corpora veste
Primitias frugum dant spicea serta suarum,
Perque nouem noctes Veneri, tactuq; [1] viriles
In vetitis numerant, turba Cinyreis in illa
Regis adest coniux, arcanáque sacra frequentat.
Ergo legitima vacuus dum coniuge lectus,
Nacta grauem vino Cinyram malè sedula nutrix
Nomine mentito veros exponit amores,
Et faciem laudat. Quæ sit virginis annis,
Par, ait, est Myrrhæ, quam postquam adducere iussa est,
Vtq; domum rediit, Gaude mea, dixit, alumna:
Vicimus, infelix, non toto pectore sensit
Lætitiam virgo, præsagaque pectora mœrent:
Sed tamen & gaudet: tanta est discordia mentis.
Tempus erat, quo cuncta silent: interque Triones
Flexerat obliquo plaustrum temone Bootes.
Ad facinus venit illa suum, fugit aurea cœlo
Luna: tegunt nigræ latitantia sidera nubes:
Nox caret igne suo. primus tegis Icare vultus,
Erigonéque pio sacratque parentis amor.
Ter pedis offensi signo est reuocata: ter omen
Funereus bubo lethali carmine fecit.

[1] virorum.

It tamen: & tenebræ minuunt noxq; atra pudorem:
Nutrici sq; manum læua tenet, altera motu
Cæcum iter explorat thalami, iam limina tãgit,
Iamq; fores aperit, iam ducitur intus. at illi
Poplite succiduo genua intremuere: fugitq;
Et color, & sanguis, animúsque relinquit euntẽ.
Quoque suo proprior sceleri est, magis horret, & ausi
Pœnitet, & vellet non cognita posse reuerti.
Cunctantem longæua manu deducit, & alto
Admotam lecto cùm traderet, Accipe, dixit,
Ista tua est Cinyra: deuotaque pectora iunxit.
Accipit obscœno genitor sua viscera lecto,
Virgineosq; metus leuat, hortaturq; timentem:
Forsitan ætatis quoque nomine, filia, dixit:
Dixit & illa, Pater: sceleri ne nomina desint.
Plena patris thalamis excedit, & impia diro
Semina fert vtero, conceptáque crimina portat:
Postera nox facinus geminat: nec finis in illa est:
Cum tandem Cinyras auidus cognoscere amantem
Post tot concubitus, illato lumine, vidit
Et scelus, & natam, verbisque dolore retentis
Pendenti nitidum vagina diripit ensem:
Myrrha fugit, tenebrisq;, & cæca munere noctis
Intercepta neci est, latosque vagata per agros
Palmiferos Arabas, Panchæaque rura reliquit.
Perq; nouem errauit redeuntis cornua Lunæ,
Cùm tandem terra requieuit fessa Sabæa:
Vixque vteri portabat onus. tum nescia voti,
Atque inter mortisq; metus, & tædia vitæ,
Est tales complexa preces: O si qua patetis
Numina confessis, merui, nec triste recuso
Supplicium: sed ne violem, viuosq; superstes,
Mortuáque extinctos, ambolus pellite regnis:
Mutatæque mihi, vitamque necémque negate,
Numen confessis aliquod patet: vltima certe
Vota suos habuere Deos: nam crura loquentis
Terra superuenit: ruptosque obliqua per vngues
Porrigitur radix, longi firmamina trunci:
Ossaque robur agunt, mediaq; manẽte medulla
Sanguis it in succos, in magnos brachia ramos,
In paruos digiti: duratur cortice pellis.
Iamque grauem crescens vterum præcinxerat arbor,
Pectoraq; obruerat, collumque operire parabat.
Non tulit illa moram, venientique obuia ligno
Subsedit, mersitque suos in cortice vultus.
Quæ quanquam amisit veteres cum corpore sensus,
Flet tamen, & tepidæ manant ex arbore guttæ.
Est honor & lacrymis: stillatáq; cortice Myrrha
Nomen herile tenet, nulloque tacebitur æuo.
At 1 malè conceptus sub robore creuerat infãs
Quærebatque viam, qua se genitrice relicta
Exereret: media grauidus tumet arbore venter,
Tẽdit onus matrẽ, neq; habent sua verba dolores,
Nec Lucina potest parientis voce vocari.

1 inauspicato & impie.

Nitenti tamen est similis, curuataque crebros
Dat gemitus arbor, lacrymisq; cadẽtibus humet.
Constitit ad ramos mitis Lucina dolentes,
Admouitque manus, & verba puerpera dixit.
Arbor agit rimas, & 1 scisso cortice viuum
Reddit onus, vagitq; puer, quem mollibus herbis
Naiades imposítum lacrymis vnxere parentis.
Laudaret faciem liuor quoque: qualia namque
Corpora nudorum tabula pinguntur Amorum,
Talis erat: sed ne faciat discrimina cultus,
Aut huic adde leues, aut illis deme pharetras.
Labitur occultè: fallitq; volatilis ætas:
Et nihil est annis velocius, ille sorore
Natus, auoq; suo, qui conditus arbore nuper,
Nuper erat genitus, modò formosissimus infans,
Iam iuuenis, iam vir, iam se formosior ipso est.
Iam placet & Veneri, matrisq; vlciscitur ignes.
Nãque pharetratus dũ dat puer oscula matri,
Inscius, extanti distrinxit arundine pectus.
Læsa manu natum Dea reppulit, altius actum
Vulnus erat specie, primoq; fefellerat ipsam.
Capta viri forma non iam Cythereia curat
Littora, non alto repetit Paphon æquora cinctã,
Piscosámque Cnidon, grauidámque Amathunta metallis.
Abstinet & cœlo, cœlo præfertur Adonis.
Hunc tenet, huic comes est: assuetáque semper in vmbra est
Indulgere sibi, formamque augere colendo.
Per iuga, per siluas, dumos, & saxa vagatur
Nuda genu, vestem ritu succincta Diana:
Hortatúrque canes, tutaque animalia præda
Aut pronos lepores, aut celsum in cornua cervum,
Aut agit at damas, aut fortibus abstinet apris:
Raptoréque lupos, armatósque vnguibus vrsos
Vitat, & armenti saturatos cæde leones.
Te quoque, vt hos timeas, si quid prodesse monendo
Posset, Adoni monet: Fortisque fugacibus esto
Inquit: in audaces non est audacia tuta.
Parce meo iuuenis temerarius esse periclo:
Néve feras, quibus arma dedit natura, lacesse,
Stet 2 tibi ne magno tua gloria. non mouet ætas,
Nec facies: nec qua Venerem mouère, leones,
Setigeroq; sues, oculosq;, animosq; ferarum.
Fulmen habent acres in aduncis dentibus apri:
Impetus est fuluis, & vasta leonibus ira:
Inuisumque mihi genus est: quæ causa roganti
Dicam, ait, & veteris monstrum mirabile culpæ.
Sed labor insolitus iam me lassauit: & ecce
Opportuna sua blanditur populus vmbræ:
Datque torum cespes. libet hoc requiescere tecũ,
Et requieuit humo: pressítque & gramen, & ipsum,
Inque sinu iuuenis, posita ceruice, reclinis
Sic ait, ac mediis interserit oscula verbis,
Forsitan audieras aliquam certamine cursus
Veloces superasse viros. non fabula rumor

1 fisso. 2 mihi.

Atalanta Illa

Ille fuit: superabat enim: nec dicere possis
Laude pedum, formæne bono præstantior esset.
Scitanti Deus huic de coniuge, Coniuge dixit,
Nil opus est Atalanta tibi, fuge coniugis usum.
Nec tamen effugies, teq; ipsa viua carebis.
Territa sorte Dei per opacas innuba siluas
Viuit, & instantem turbam violenta procorum
Conditione fugat, Nec sum potienda, nisi, inquit,
Victa prius cursu: pedibus contendite mecum.
Præmia veloci coniux, thalamiq; dabuntur:
Mors pretium tardis: ea lex certaminis esto.
Illa quidē immitis: sed tanta potentia formæ est.
Venit ad hanc legem temeraria turba procorum.
Sederat Hippomenes cursus spectator iniqui:
Et petitur cuiquam per tanta pericula coniux?
Dixerat, ac nimios iuuenum damnarat amores,
Vt faciem, & posito corpus velamine vidit,
Quale meum, vel quale tuum, si fœmina fias,
Obstupuit: tollensq; manus, Ignoscite, dixit,
Quos modo culpaui, nondum mihi præmia nota,
Quæ peteretis, erant, laudando concipit ignem:
Et ne quis iuuenum currat, velocius, optat,
[1]Inuidiamq; timet. Sed cur certaminis huius
Intentata mihi fortuna relinquitur? inquit.
Audentes Deus ipse iuuat. dum talia secum
Exigit Hippomenes, passu volat alite virgo.
Quæ quanquam Scythica non segnius ire sagitta
Aonio visa est iuueni: tamen ille decoris
Mirator magis est, cursus facit ipse decorem.
Aura refert ablata citis talaria plantis:
Tergáque iactantur crines per eburnea, queq;
Poplitibus suberant picto genualia limbo:
Inq; puellari corpus candore ruborem
Traxerat, haud aliter, quam cùm super atria velum
Candida purpureum simulem dat, & inficit vmbram.
Dum notat hæc hospes, decursa nouissima meta est:
Et tegitur festa victrix Atalanta corona.
Dant gemitum victi, pendentq; ex fœdere pœnas.
Non tamen euentu iuuenis deterritus horum
Constitit in medio: vultuq; in virgine fixo,
Quid facilem titulum superando quæris inertes?
Mecum confer, ait, seu me fortuna potentem
Fecerit, ô tanto non indignabere vinci.
Namque mihi genitor Megareus, [2]Onchestius at illi,
Est Neptunus auus, pronepos ego regis aquarum.
Nec virtus citra genus est: seu vincar, habebis
Hippomene victo, magnum & memorabile nomen.
Talia dicentem molli Schœneia vultu
Aspicit, & dubitat superari, an vincere malit.
Atque ita, quis Deus hunc formosis, dixit, iniquus
Perdere vult? charaq; iubet discrimine vita
Coniugium petere hoc? non sum me iudice tanti
Nec forma tangor (poteram tamen hac quoque tangi)
Sed quòd adhuc puer est, non me mouet ipse, sed ætas.
Quid? quòd ineſt virtus, & mens interrita lethi?
Quid? quòd ab aquorea numeratur origine quartus?
Quid? quod amat, tantiq; putat connubia nostra,
Vt pereat, si me sors illi [1]dura negarit?
Dum licet, hospes abi, thalamosq; relinque cruentos.
Coniugium crudele meum est, tibi nubere nulla
Nollet, & optari potes à sapiente puella.
Cur tamen est mihi cura tui tot iam ante peremptis?
Viderit. Intereat, quoniam tot cæde procorum
Admonitus non est, agitúrque in tædia vitæ.
Occidet hic igitur, voluit quia viuere mecum?
Indignamq; necem pretium patietur amoris?
Non erit inuidia victoria nostra [2]ferenda.
Sed non culpa mea est. vtinam desistere velles:
Aut quoniam es demens, vtinam velocior esses.
Ah quàm virgineus puerili vultus in ore est.
Ah miser Hippomene, nollem tibi visa fuissem.
Viuere dignus eras, quòd si fœlicior essem,
Nec mihi coniugium fata importuna negarent,
Vnus eras, cum quo sociare cubilia vellem,
Dixerat: vtq; rudis, primoq; Cupidine tacta,
Quod facit ignorans, amat, & non sentit amorē.
Iam solitos poscunt cursus, populusq;, pateráq;,
Cùm me sollicita proles Neptunia voce
Inuocat Hippomenes, [3]Cythereáque comprecor, ausis
Adsit, ait, nostris, & quos dedit, adiuuet ignes.
Detulit aura preces ad me non inuida blandas,
Motáque sum (fateor) nec opis mora longa dabatur.
Est ager, indigenæ [4]Damascenum nomine dicunt,
Telluris Cypriæ pars optima, quam mihi prisci
Sacrauère senes, templisq; accedere dotem
Hanc iussere meis, medio nitet arbor in aruo
Fulua comas, fuluo ramis crepitantibus auro.
Hinc tria fortè mea veniens decerpta ferebam
Aurea poma manu, vullíq; videnda, nisi ipsi,
Hippomenen adij, docuiq; quis vsus in illis.
Signa tubæ dederant, cum carcere pronus vterq;
Emicat, & summum celeri pede libat arenam.
Posse putes illos sicto freta radere passu,
Et segetis canæ stantes percurrere aristas.
Adijciunt animos iuueni clamorq; fauorq;,
Verbaq; dicentem, Nunc, nunc incūbere tempus:
Hippomene propera, nunc viribus vtere totis.
Pelle moram, vinces: dubium Megareius heros
Gaudeat, an virgo magis his Schœneia dictis.
O quoties, cùm iam posset transire, morata est,
Spectatosq; diu vultus inuita reliquit!
Aridus à lasso veniebat anhelitus ore,

1 Inuidiáque. 2 Onchestius illi.

1 al. dira. 2 ferendæ, melius. 3 al. Cytherean. 4 al. Damascum.

Metaq; erat longè: tum denique de tribus vnum
Fœtibus arboreus proles Neptunia misit.
Obstupuit virgo, nitidiq; cupidine pomi
Declinat cursus, aurumq; volubile tollit.
Præterit Hippomenes: resonant spectacula plausu.
Illa moram celeri, cessataq; tempora cursu
Corrigit, atque iterum iuuenem post terga relinquit.
Et rursus pomi iactu remorata secundi
Consequitur, transitq; virum: pars vltima cursus
Restabat, Nunc, inquit, ades Dea muneris auctor:
Inq; latus campi quo tardius illa rediret,
Iecit ab obliquo [1] liquidum iuueniliter aurum.
An peteret virgo, visa est dubitare, coëgi
Tollere & adieci sublato pondera malo,
Impediiq; oneris pariter grauitate, moraq;.
Neve meus sermo cursu sit tardior ipso,
Præterita est virgo: ducit sua præmia victor.
Dignáne, cui grates ageret, cui thuris honorem
Ferret, Adoni fui? nec grates immemor egit,
Nec mihi thura dedit. subitam conuertor in iram,
Contemptuq; dolens, ne sim spernenda futuris,
Exemplo caueo, meq; ipsam exhortor in ambos.
Tẽpla deûm matri, quæ quondam clarus Echion
Fecerat ex voto, memorosis abdita syluis
Transibant: & iter longum requiescere suasit.
Illic concubitus intempestiua cupido
Occupat Hippomenẽ, à numine concita nostro.
Luminis exigui fuerat prope templa recessus
Spelunca similis, natiuo pumice tectus,
Religione sacer prisca, quo multa sacerdos
Lignea contulerat veterum simulacra deorum,
Hunc iit, & vetito temerat sacraria probro.
Sacra retorserunt oculos: turritaq; mater
An Stygia fontes dubitauit mergeret vnda.
Pœna leuis visa est: ergo modò lauia fulua
Colla iubæ velant: digiti curuantur in vngues:
Ex humeris armi fiunt: in pectora totum
Pondus abit: summæ cauda verruntur arenæ.

1 al. splendens.

Iram vultus habet: pro verbis murmura reddit:
Pro thalamis celebrant syluas: aliusq; timendi
Dente premunt domito Cybeleia frena leones.
Hos tu chare mihi cumq; his genus omne ferarũ,
Quod non terga fugæ, sed pugnæ pectora præbet,
Effuge, ne virtus tua sit damnosa duobus.
Illa quidem monuit, iunctisq; per aera cygnis
Carpit iter: sed stat monitis contraria virtus.
Fortè suem latebris vestigia certa secuti
Exciuẽ e canes, syluisq; exire parantem
Fixerat obliquo iuuenis Cinyreius ictu.
Protinus excussit pando venabula rostro
Sanguine tincta suo, trepidumq; & tuta petentẽ
Trux aper insequitur, totosq; sub inguine dentes
Abdidit & fulua moribundum strauit arena.
Vecta leui curru, medias Cytherea per auras
Cypron olorinis nondum [1] peruenerat alis.
Agnouit longè gemitum morientis, & albas
Flexit aues illuc. Vtque æthere vidit in alto,
Exanimem, inq; suo iactãtem sanguine corpus,
Desilijt, pariterq; sinum, pariterq; capillos
Rupit, & indignis percussit pectora palmis:
Quæstaq; cum fatu, Et non tamen omnia vestri
Iuris erunt, dixit: luctus monimenta manebunt
Semper Adoni mei: repetitaq; mortis imago
Annua plangoris peraget simulamina nostri.
At cruor in florem mutabitur. An tibi quõdam
Fœmineos artus in olentes vertere menthas
Persephone licuit, nobis Cinyreius heros
Inuidia mutatus erit? sit fata cruorem
Nectare odorato sparsit: qui tactus ab illo
Intumuit, sicut [2] fuluo perlucida cœlo
Surgere bulla solet. nec plena longior hora
Facta mora est, cùm flos de sanguine concolor ortus.
Qualem, quem lento celant sub cortice granum
Punica ferre solent, breuis est tamen vsus in illo.
Namque malè hærentem, & nimia leuitate caducum
Excutiunt ijdem, qui perflant omnia, venti.

1 al. penetrauerat. 2 al. pluuio.

PVBLII OVIDII NASONIS
METAMORPHOSEON LIB. XI.

Armine dum tali syluas, animosq; ferarum
Threicius vates, & saxa sequentia [1] traxit:
Ecce nurus Ciconum tectæ lymphata ferinis
Pectora velleribus, tumuli de vertice cernunt
Orphea percussis sociantem carmina neruis.
E quibus vna, leues iactato crine per auras,
En, ait, en hic est nostri contemptor: & hastam
Vatis Apollinei vocalia misit in ora:

1 al. ducit.

Quæ foliis præsuta, notam sine vulnere fecit.
Alterius telum lapis est: qui missus in ipso
Aëre, concentu victus vocisq; lyræq; est.
Ac veluti supplex pro tam furialibus ausis,
Ante pedes iacuit: sed enim temeraria crescunt
Bella, modusq; abijt, insanaq; regnat Erinnys.
Cunctaq; tela forent cantu mollita, sed ingens
Clamor, & inflato Berecynthia tibia cornu,
Tympanaq;, & plausus, & Bacchai vlulatus
Obstrepuere sono citharæ. tum denique saxa
Non exauditi rubuerunt sanguine vatis.
At primùm attonitas etiamnum voce canentis

Inno-

Innumeræ volucres, anguesq; agmenq; ferarum
Mænades Orphei titulum rapuêre 1 theatri:
Inde cruentatis vertuntur in Orphea dextris,
Et coëunt, vt aues si quando luce vagantem
Noctis auem cernunt: structoq; vtrimq; theatro
Vt matutina ceruus periturus arena
Præda canum est: vatemq; petunt, & fronde virentes
Conijciunt thyrsos, non hæc in munera factos.
Hæ glebas, illæ direptos arbore ramos,
Pars torquent silices; neu desint tela furori.
Fortè boues presso subigebant vomere terram.
Nec procul hinc multo fructum sudore parantes
Dura lacertosi fodiebant arua coloni;
Agmine qui viso fugiunt, operisq; relinquunt
Arma sui: vacuosq; iacent dispersa per agros
Sarculaq; & rastriq; graues, longiq; ligones:
Quæ postquam rapuere feræ, cornuq; minaces
Diuulsêre boues, ad vatis fata recurrunt,
Tendentemq; manus, atq; illo tempore primum
Irrita dicentem, nec quicquam voce mouentem
Sacrilega perimunt: perq; os (pro Iupiter) illud
Auditum saxis, intellectumq; ferarum
Sensibus, in ventos anima exhalata recessit.
Te mœstæ volucres Orpheu, te turba ferarum,
Te rigidi silices, tua carmina sæpe secutæ
Fleuerunt syluæ: positis te frondibus arbos
Tonsa comas luxit, lacrymis quoque flumina dicunt
Increuisse suis: obscuraq; carbasa pullo
Naiades & Dryades, passosq; habuere capillos.
Membra iacent diuersa locis: caput Hebre, lyramque
Excipis (& mirum) medio dum labitur amne,
Flebile nescio quid queritur lyra, flebile lingua
Murmurat exanimis, respondent flebile 2 ripæ,
Iámque mare inuectæ flumen populare relinquunt:
Et Metymnæa potiuntur littore Lesbi.
Hic ferus expositum peregrinis anguis arenis
3 Os petit, & sparsos stillanti rore capillos
Lambit, & hymniferos inhiat diuellere vultus.
Tandem Phœbus adest, morsusq; inferre parantem
Arcet, & in lapidem rictus serpentis apertos
Congelat, & patulos (vt erant) indurat hiatus.
Vmbra subit terras, & quæ loca viderat ante,
Cuncta recognoscit: quærensq; per arua piorum
Inuenit Eurydicen, cupidisq; amplectitur vlnis.
Hic modo coniunctis spatiantur passibus ambo.
Nunc præcedentem sequitur, nunc præuius anteit,
Eurydicenq; suam iam tutò respicit Orpheus.
Nõ impune tamen scelus hoc sinit esse Lyæus:
Amissoq; dolens sacrorum vate suorum,
Protinus in syluis matres Ædonidas omnes:
Quæ videre nefas, torta radice ligauit.
Quippe pedum digitos, in quantum est quæq; secuta,
Traxit, & in solidam detrusit acumine terram,
Vtq; suum laqueis, quos callidus abdidit auceps,
Crus vbi commisit volucris sensitque teneri,
Plangitur, ac trepidans astringit vincula motu:
Sic quæcunq; solo defixa cohæserat harum,
Externata fugam frustra tentabat, at illam
Lenta tenet radix, exultantemq; coercet.
Dumque vbi sint digiti, dum pes vbi, quærit, & vngues,
Aspicit in teretes lignum succedere suras.
Et conata femur mœrenti plangere dextra,
Robora percussit, pectus quoque robora fiunt,
Robora sunt humeri 1 porrectaq; brachia veros
Esse putes ramos, & non fallere putando.
Nec satis hoc Baccho est: ipsos quoque deserit agros,
Cumque choro meliore, sui 2 vineta Timoli,
Pactalonque petit: quamuis non aureus illo
Tempore, nec charis erat inuidiosus arenis.
Hunc assueta cohors Satyri Bacchæq; frequentãt,
At Silenus abest, titubantem annisq; meroque
Ruricolæ cepere Phryges, vinctumq; coronis
Ad regem duxere Midã: cui Thracius Orpheus
Orgia tradiderat cum Cecropio Eumulpo.
Qui simul agnouit socium, comitemque sacrorũ:
Hospitis aduentu festum genialiter egit
Per bis quinque dies, & iunctas ordine noctes.
Et iam stellarum sublime coegerat agmen
Lucifer vndecimus, Lydos cum lætus in agros
Rex venit, & iuueni Silenum reddit alumno.
Huic Deus optanti gratum sed inutile fecit
Muneris arbitrium, gaudens altore recepto.
Ille male vsurus donis, ait, Effice, quicquid
Corpore contigero, fuluum vertatur in aurum.
Annuit optatis, nocituraque munera soluit
Liber, & indoluit, quod non meliora petisset.
Lætus abit, gaudetque malo Berecynthius heros,
Pollicitique fidem tangendo singula tentat,
Vixque sibi credens, non alta fronde virentem
Ilice detraxit virgam: virga aurea facta est.
Tollit humo saxum: saxum quoque palluit auro.
Contigit & glebam: contactu gleba potenti
Massa fit. arentes Cereris decerpsit aristas.
Aurea messis erat. demptum tenet arbore pomum,
Hesperides donasse putes. si postibus altis
Admouit digitos, postes radiare videntur.
Ille etiam liquidis palmas vbi lauerat vndis,
Vnda fluens palmis Danaen eludere possit.
Vix spes ipse suas animo capit aurea fingens
Omnia. gaudenti mensas posuere ministri,
Extructas dapibus nec tosta frugis egentes,
Tum vero, siue ille sua Cerealia dextra
Munera contigerat, Cerealia dona rigebant.
Siue dapes auido conuellere dente parabat,
Lamina fulua dapes, admoto dente, premebat,
Miscuerat puris auctorem muneris vndis:
Fusile per rictus aurum fluitare videres.
Attonitus nouitate mali, diuesque, miserque,

1 al. triumphi. 2 al. syluæ.
3 al. Obstitit.

1 longos quoque. 2 pineta.

Effugere optat opes, & quæ modo vouerat, odit.
Copia nulla famem releuat: sitis arida guttur
Vrit, & inuiso [1] merito torquetur ab auro:
Ad cœlumq; manus, & splendida brachia tollens
Da veniam Lenæe pater: peccauimus, inquit:
Sed miserere precor, speciosoq; eripe damno.
Mite Deûm numen Bacchus peccasse fatentem
Restituit, factique fide data munera soluit.
Neve male optato maneat circumlitus auro,
Vade ait ad magnis vicinum Sardibus amnem,
Perq; iugum ripæ labentibus obuius vndis
Carpe viam, donec venias ad fluminis ortus:
Spumigeroque tuum fonti, qua plurimus exit,
Subde caput corpusq; simul. simul elue crimen.
Rex iussa succedit aquæ, vis aurea tinxit
Flumen, & humano de corpore cessit in amnem.
Nunc quoque iam veteris percepto semine venæ
Arua rigent auro, madidis pallentia glebis.
Ille perosus opes syluas & rura colebat,
Panaque montanis habitantem semper in antris,
Pingue sed ingeniũ mansit: nocituraque, vt ante,
Rursus erant domino stolidæ præcordia mentis.
Nam freta prospiciens late riget arduus alta
Tmolus in ascensu, cliuoque extensus vtroque
Sardibus hinc illinc, paruis finitur Hypepis,
Pã ibi dum teneris iactat sua carmina Nymphis,
Et leue cerata modulatur arundine carmen,
Ausus Apollineos præ se contemnere cantus,
Iudice sub Tmolo certamen venit ad impar.
Monte suo senior iudex consedit, & aures
Liberat arboribus. Quercu coma cærula tantum
Cingitur, & pendent circum cana tempora glandes.
Isque Deum pecoris spectans, In iudice dixit,
Nulla mora est, calamis agrestibus insonat ille:
Barbaricoque Midan (aderat nam forte canenti)
Carmine delinijt. post hunc sacer ora [3] resoluit
Tmol⁹ ad os Phœbi: vultum sua silua secuta est.
Ille caput flauum lauro Parnasside vinctus,
Verrit humum Tyrio saturata murice Palla:
Distinctamque lyram gemmis, & dentibus Indis
Sustinet à læua: tenuit manus altera plectrum,
Artificis status ipse fuit, tum stamina docto
Pollice sollicitat: quorum dulcedine captus
Pana iubet Tmolus citharæ summittere cannas.
Iudicium sanctique placet sententia montis
Omnibus: arguitur tamen, atque iniusta vocatur
Vnius sermone Midæ. nec Delius aures
Humanam stolidas patitur retinere figuram:
Sed trahit in spatium, villisque albentib⁹ implet,
Instabilesque illas facit, & dat posse moueri.
Cætera sunt hominis: partem damnatur in vnã:
Induiturque aures lente gradientis aselli.
Ille quidem celare cupit, turpiq; pudore
Tempora purpureis tentat velare tiaris:
Sed solitus longos ferro resecare capillos,
Viderat hoc famulus: qui cum nec prodere visum
Dedecus auderet, cupiens efferre sub auras,

1 meritus. 2 vadis. 3 retorsit.

Nec posset reticere tamen: secedit, humumq;
Effodit, & domini quales conspexerit aures,
Vocem refert parua, terræq; immurmurat hausta,
Indiciumq; suæ vocis tellure regesta
Obruit, & scrobibus tacitus discedit opertis.
Creber arundinibus tremulis ibi surgere lucus
Cœpit, & vt primum pleno maturuit anno,
Prodidit agricolam leui nam motus ab austro
Obruta verba refert, domini coarguit aures.
Vultus abit Tmolo, liquidumq; per aëra vectus
Angustum citra Pontum Nepheleidos Helles
Laomedonteis Latoius astitit aruis.
Dextera Sigæi, Rhœtei læua profundi
Ara Panomphæo vetus est sacrata Tonanti,
Inde nouæ primùm moliri mœnia Troiæ
Laomedonta videt, susceptaq; magna labore
Crescere difficili, nec opes exposcere paruas.
Cumq; Tridentigero mundi [1] genitore profundi
Mortalem induitur formam, Phrygiaq; tyranno
Ædificat muros, pacto pro mœnibus auro.
Stabat opus, pretium rex inficiatur, & addit
Perfidiæ cumulum falsis periuria verbis.
Non impunè feres rector maris, inquit: & omnes
Inclinauit aquas ad auaræ littora Troiæ.
Inque freti formam terras conuertit, opesq;
Æbstulit agricolis, & fluctibus obruit agros.
Pœna neque hæc satis est: regis quoque filia monstro
Poscitur æquoreo: quam dura ad saxa reuinctam
Vindicat Alcides, promissaq; munera dictos
Poscit equos: tantiq; operis mercede negata,
Bis [2] periura capit superatæ mœnia Troiæ.
Nec pars militiæ Telamon sine honore recessit.
Hesioneq; data potitur. nam coniuge [3] Peleus.
Clarus erat [4] Diua: nec aui magis ille superbit
Nomine, quam soceri: siquidem Iouis esse nepotem
Contigit haud vni, coniux Dea contigit vni.
Nam senex Thetidi Proteus [5] prædixerat vdæ
Concipe, mater eris iuuenis, qui fortibus armis
Acta patris vincet, maiorq; vocabitur illo.
Ergo ne quicquam mundus Ioue maius haberet,
Quanuis haud tepidos sub pectore senserat ignes,
Iuppiter æquoreæ Thetidis connubia vitat,
Inque sua [6] Æacidem succedere vota nepotem
Iussit, & amplexus in virginis ire marinæ.
Est sinus Hæmoniæ, curuos falcatus in arcus,
Brachia procurrunt: vbi si foret altior vnda,
Portus erat: summis inductum est æquor arenis.
Littus habet solidum, quod nec vestigia seruet,
Nec remoretur iter, nec opertum pendeat alga,
Myrtea sylua subest bicoloribus obsita baccis,
Et specus in medio natura factus, an arte
Ambiguum, magis arte tamen: quo sæpe venire
Frænato delphine sedens Theti nuda solebas.
Illic te Peleus, vt somno victa iacebas,
Occupat, & quoniam precibus tentata repugnas,

1 al. rectore. 2 al. periuræ.
3 Telamonis frater. 4 al. Thetide.
5 al. Dea dixerat vndæ.
6 al. Pelean.

Vim

Vim parat, innectens ambobus colla lacertis.
Quod niſi veniſſes variatis ſæpe figuris
Ad ſolitas arces, auſo foret ille[1] potitus.
Sed modò tu volucris: volucrem tamen ille tenebat:
Nunc grauis arbor eras: harebat in arbore Peleus:
Tertia forma fuit maculoſæ tigridis: illa
Tertius Æacides à corpore brachia ſoluit.
Iſq; deos pelagi vino ſuper æquora fuſo,
Et pecoris fibris, & fumo thuris adorat:
Donec [2]Carpathius medio de gurgite vates,
Æacide, dixit, thalamis potiere petitis:
Tu modò, cum gelido ſopita quieſcit in antro,
Ignaram laqueis, vinclóque innecte tenaci.
Nec te decipiat centum mentita figuras:
Sed preme quicquid erit, dum, quod fuit ante, reformet:
Dixerat hæc Proteus, & cõdidit æquore vultum
Admiſitque ſuos in verba nouiſſima fluctus,
Pronus erat Titan, inclinatóque petebat
Heſperium temone fretum, cum pulchra relicto
Nereis ingreditur conſueta cubilia fluctu.
Vix bene virgineos Peleus inuaſerat artus,
Illa nouat formas: donec ſua membra teneri
Senſit, & in partes diuerſas ſua brachia tendit:
Tum demum ingemuit: Neque, ait, ſine numine vincis.
Exhibita eſtq; Thetis confeſſa amplectitur heros.
Et potitur votis, ingentique implet Achille.
Fœlix & nato, fœlix & coniuge Peleus,
Et cui, ſi demas iugulati crimina Phoci,
Omnia contigerant, fraterno ſanguine ſontem,
Expulſúmque domo patria Trachinia tellus
Accipit, hic regnum ſine vi, ſine cæde regebat
Lucifero genitore ſatus, patriúmque nitorem
Ore ferens Ceyx illo qui tempore mœſtus,
Diſſimiliſque ſui fratrem lugebat ademptum.
Quo poſtquam Æacides feſſus curáque viaque
Venit, & intrauit paucis comitantibus vrbem,
Quoſq; greges pecorum, quæ ſecum armenta trahebat,
Haud procul à muris ſed opaca valle reliquit:
Copia cùm facta eſt adeundi tecta tyranni,
Velamenta manu prætendens ſupplice, qui ſit,
Quoq; ſatus memorat, tantum ſua crimina celat,
Mentitúrque fugæ cauſam: petit vrbe, vel agro
Se iuuet. Hunc contra placido Trachinius ore
Talibus alloquitur, Mediæ quoque cõmoda plebi
Noſtra patent Peleu, nec inhoſpita regna tenemus.
Adiicis huic animo monimenta potentia clarum
Nomen, auúmq; Iouẽ: nec tẽpora perde precando.
Quod petis omne feres: tuáque hæc pro parte [4]vocato.
Qualiacunque vides: vtinam meliora videres:
Et flebat. Moueat tantos quæ cauſa dolores,
[5]Et Peleus comitéſq; rogant: quibus ille profatur.

1 al. petitus. 2 al. Proteus. 3 al. Forma repræſentet. 4 al. notato. 5 Peleúſque.

Forſitan hanc volucrem, rapto quæ viuit, & omnes
Terret aues, ſemper pennas habuiſſe putatis.
Vir fuit: & tanta eſt animi conſtantia, quantum
Acer erat, belloque ferox, ad vimque paratus,
Nomine Dædalion, illo genitore creatus
Qui vocat Auroram cœlóque nouiſſimus exit.
Culta mihi pax eſt, pacis mihi cura tuendæ
Coniugiique fuit: fratri fera bella placebant.
Illius virtus gentes, regéſque ſubegit,
Quæ nunc Thisbæas agitat mutata columbas.
Nata erat huic Chione, quæ dotatiſſima forma
Mille [1]procis placuit, bis ſeptem nubilis annis.
Forte reuertentes Phœbus, Maiáque creatus,
Ille ſuis Delphis, hic vertice Cyllenæo.
Videre hanc pariter, pariter traxere calorem.
Spem Veneris differt in tempora noctis Apollo.
Non fert ille moras, virgáque mouente ſoporem
Virginis os tangit, tactu iacet illa potenti,
Vimq; Dei patitur, Nox cælum ſparſerat aſtris:
Phœbus anum ſimulat, præreptaque gaudia ſumit.
Vt ſua maturus compleuit tempora venter,
Alipedis de ſtirpe Dei verſuta propago
Naſcitur Autolycus, furtum ingenioſus ad omne,
Qui facere aſſuerat patriæ non degener artis
Candida de nigris, & de candentibus atra.
Naſcitur è Phœbo (Nanque eſt enixa gemellos)
Carmine vocali clarus, citharáque [2]Philamon.
Quid peperiſſe duos, & diis placuiſſe duobus:
Et forti genitore, & progenitore Tonante
Eſſe ſatã prodeſt? an obeſt quoque gloria multis?
Obfuit huic certe, quæ ſe præferre Dianæ
Suſtinuit, faciémque Deæ culpauit. at illi
Ira ferox mota eſt, Factíſque placabimus, inquit.
Nec mora, curuauit cornu, neruóque ſagittam
Impulit, & meritam traiecit arundine linguam.
Lingua iacet, nec vox, tentatáque verba ſequuntur:
Conantemque loqui, cum ſanguine vita reliquit.
Quam miſer amplexans ego tunc patrióque dolorem
Corde tuli, fratrique pio ſolatia dixi.
Quæ pater haud aliter, quam cautes murmura Ponti
Accipit, & natam delamentatur ademptam,
Vt vero ardentem vidit, quater impetus illi
In medios fuit ire rogos, quater inde repulſus
Concita membra fuga mandat, ſimiliſque iuuẽco
Spicula crabronum preſſa ceruice gerenti,
Qua via nulla [3]fuit. iam tum mihi currere viſus
Plus homine eſt, alásq; pedes ſumpſiſſe putares.
Effugit ergo omnes, velóxque cupidine lethi,
Vertice Parnaſſi potitur. Miſeratus Apollo,
Cum ſe Dædalion ſaxo miſiſſet ab alto,
Fecit auem, & ſubitis pendentem ſuſtulit alis,
Oráque adunca dedit, curuos dedit vnguibus hamos,

1 procos habuit. 2 Philemon. 3 ruit.

Virtutem antiquam, maiores corpore vires,
Vt nunc accipiter nulli satis æquus, in omnes
Sæuit aues: aliisque dolens sit causa dolendi.
Quæ dum lucifero genitus, miracula narrat
De consorte suo, cursu festinus anhelo
Aduolat armenti custos Phocaus Anetor,
Et Peleu, Peleu, magna tibi nuntius adsum
Cladis, ait, quodcunq; ferat iubet edere Peleus.
Pœdet & ipse metu [1] trepidus Trachinius heros.
Ille refert: Fessos ad littora curua iuuencos
Appuleram medio cum Sol altissimus orbe
Tantum respiceret: quantum superesse videret,
Pársque boum sulcis genua inclinaret arenis,
Latarúmque iacens campos spectabat aquarum.
Pars gradibus tardis illuc errabat, & illuc.
Nant alij, celsóque extant super æquora collo.
Templa mari [2] subsunt, nec marmore clara, nec auro,
Sed trabibus densis, lucóque vmbrosa vetusto,
Nereides, Nereúsque tenent: hos nauita templi
Edidit esse Deos, dum retia littore siccat.
Iuncta palus huic est densis obsessa salictis,
Quam restagnantis fecit maris vnda paludem,
Inde fragore graui strepitus, loca proxima terret
Bellua vasta lupus, siluisque paluſtribus exiit,
Oblitus & spumis, & crasso sanguine [3] rictus
Fulmineos, rubra suffusus lumina flamma.
Qui quanquam sæuit pariter, rabiéque faméque,
Acrior est rabie. Neque enim ieiunia curat
Cæde boum, dirámque famem finire: sed omne
Vulnerat armentum, sternítque hostiliter omnes.
Pars quoque de nobis funesto saucia morsu
Dum defensamus, letho est data sanguine littus,
Vndáque prima rubet, demugit æque paludes.
Sed mora damnosa est, nec res dubitare remittit,
Dum superest aliquid. cuncti coeamus ad arma,
Arma capessamus, coniunctaque tela feramus,
Dixerat agrestis: nec Pelea damna mouebant:
Sed memor admissi Nereida colligit orbam
Damna suo inferias extincto mittere Phoco.
Induere arma viros, violentáque sumere tela
Rex iubet Œaceus: cum quis simul ipse parabat
Ire, sed Alcyone coniux excita tumultu
Prosilit, & nondum [4] totos ornata capillos,
Disiicit hos ipsos, collóque [5] infixa mariti,
Mittat vt auxilium sino se, verbisque precatur,
Et lacrymis, animásque duas vt seruet in vna.
Æacides illi, pulchros Regina, piósque
Pone metus: plena est promissi gratia vestri.
Non placet arma mihi contra noua monstra mouere:
Numẽ adorandum pelagi est. Erat ardua turris,
Arce [6] locus summa fessis loca grata carinis,
Ascendunt illuc, strat ósque in littore tauros
Cum gemitu aspiciunt, vastatorémque cruento
Ore ferum, longos infectum sanguine villos.
Indo manus tendens in aperti littora ponti,
Cæruleam Peleus Psamethan, vt finiat iram,
Orat opémque ferat: nec vocibus illa rogantis,
Flectitur Æcida. Thetis hanc pro coniuge supplex
Accepit veniam. Sed enim irreuocatus ab acri
Cæde, lupus præstat dulcedine sanguinis asper:
Donec inhærentem lacera ceruice iuuencæ
Marmore mutauit corpus, paritérque colorem,
[1] Omnia seruauit: lapidis color indicat illum
Iam non esse lupum. iam non debere timeri.
Nec tamen hac profugum consistere Pelea terra
Fata sinunt: Magnetas adit vagus exul, & illic
Sumit ab Æmonio purgamina cæde Acasto.
Interea fratrisque sui fratrémque [1] secutis
Anxia prodigiis turbatus pectora Ceyx
Consulat vt sacras hominũ oblectamina sortes:
Ad Clarium parat ire Deum, nam templa profanus
Inuia cum Phlegiis faciebat Delphica Phorbas.
Consilij tamen ante sui fidissima certam
Te facit Alcyone: cui protinus intima frigus
Ossa receperunt, buxóque simillimus ora
Pallor obit, lacrymisque gena maduere profusis.
Ter conata loqui, ter fletibus ora rigauit:
Sin gultúque pias interrumpente querelas,
Quæ mea culpa, tuam, dixit, charissime mentem
Vertit? vbi est, qua cura mei prior esse solebat?
Iam potes Alcyone securus abesse relicta?
Iam via longa placet? iam sum tibi charior absens?
At puto per terras iter est, tantúmque dolebo,
Non etiam metuam, curaque timore carebunt?
Æquora me terrent, & Ponti tristis imago.
Et laceras nuper tabulas in littore vidi:
Et sæpe in tumulis sine corpore nomina legi.
Néve tuum fallax animum fiducia tangat,
Quod socer Hippotades tibi sit, qui carcere fortes
Contineat ventos, & cum velit æquora placet:
Cum semel emissi tenuerunt æquora venti,
Nil illis vetitum est: incommendatáque tellus
Omnis, & omne, fretum est: cœli quoque nubila vexant,
Excutiúntque feris rutilos concursibus ignes.
Quo magis hos noui (nam noui, & sæpe paterna
Parua domo vidi) magis hos reor esse timendos.
Quod tua si flecti precibus sententia nullis
Chare potest coniux, nimiúmq; es certus eundi,
Me quoque tolle simul: certe iactabimur vna:
Nec, nisi qua patiar, metuam, paritérque feremus.
Quicquid erit, pariter super æquora lata feremur.
Talibus Æolidis dicta lacrymisq; mouetur
Sidereus coniux: nec enim minor ignis in ipso est.
Sed neque propositos pelagi dimittere cursus,
Nec vult Alcyonen in partem adhibere periclí:
Multáque respondit timidum solantia pectus.
Non tamen idcirco causam probat. addidit illis
Hoc quoque lenimen, quo solo flexit amantem:

1 trepidi Trachinius oris. 2 adiacent.
3 rictu. 4 ortos 5 infusa. 6 locis, & magis placet.
1 Nomina. 2 secutus.

Longa

Longa quidem est nobis omnis mora: sed tibi iuro
Per patrios ignes (si me modo fata remittant)
Ante reuersurum, quam luna bis impleat orbem.
His vbi promissis spes est admota recursus,
Protinus eductam naualibus æquore tingi,
Aptariq; suis pinum iubet armamentis.
Qua rursus visa velut præsaga futuri
Horruit Alcyone, lacrymasq; emisit obortas,
Amplexumq; dedit, tristiq; miserrima tandem
Ore, vale, dixit, collapsaq; corpore toto est.
At iuuenes, quarente moras Ceyce, reducunt
Ordinibus geminis ad fortia pectora remos,
Æqualiq; ictu scindunt freta. sustulit illa
Humentes oculos, stantemq; in puppe recurua
Concussaq; manu dantem sibi signa maritum
Prima videt, redditq; notas vbi terra recessit
Longius, atq; oculi nequeunt cognoscere vultus.
Dum licet insequitur fugientem lumine pinum.
Hæc quoque vt haud poterat spatio summota videri,
Vela tamen spectat summo fluitantia malo.
Vt nec vela videt, vacuum petit anxia lectum,
Seq; toro ponit: renouat lectusq;, locusq;
Alcyones lacrymas, & quæ pars admonet absit.
Portubus exierant, & mouerat aura rudentes:
Obuertit lateri pendentes nauita remos,
Cornuaque in summa locat arbore, totaq; malo
Carbasa deducit, venientesq; excipit auras.
Aut minus, aut certe medium non amplius æquor
Puppe secabatur, longeq; erat vtraq; tellus,
Cum mare sub noctem tumidis albescere 1 cœpit
Fluctibus, & præceps spirare valentius Eurus.
Ardua iam dudum demittite, cornua, rector
Clamat, & antennis totum 2 subnectite velum.
Hic iubet: impediunt aduersæ iussa procellæ:
Nec sinit audiri vocem fragor æquoris vllam.
Sponte tamen properant, alij subducere remos,
Pars munire latus, pars ventis vela negare:
Egerit hic fluctus, æquorq; refundit in æquor.
Hic rapit antennas: quæ dum sine lege geruntur,
Aspera crescit hiems, omniq; à parte feroces
Bella gerunt venti, fretaq; indignantia miscent.
Ipse pauet: nec se, quis sit status, ipse fatetur
Scire ratis rector, nec quid iubeát ve, velit ve.
Tanta mali moles, tantoq; potentior arte est.
Quippe sonant clamore viri, stridore rudentes,
Vndarum incursu grauis vnda, tonitrub. æther.
Fluctibus erigitur, cœlumq; æquare videtur
Pontus, & inductas aspergine tangere nubes:
Et modo, cum fuluas ex imo vertit arenas,
Consolor est illis, Stygia modo nigrior vnda:
Sternitur interdum, spumisq; sonantibus albet.
Ipsa quoque his agitur vicibus Trachinia puppis.
Et nunc sublimis veluti de vertice montis
Despicere in valles, imumq; Acheronta videtur:
Nunc vbi demissum curuum circumstetit æquor,
Suspicere inferno summum de gurgite cœlum.
Sæpe dat ingentem fluctu latus icta fragorem.
Hæc leuius pulsata sonat, quam ferreus olim
Cum laceras aries, balistave concutit arces.
Vtque solent, sumptis in cursu viribus, ire
Pectore in arma feri, protentaq; tela leones:
Sic vbi se ventis commiserat vnda coortis,
Ibat in arma ratis, multoq; erat altior illis.
Iamq; labant cunei, spoliataq; tegmine cera
Rima patet, præbetq; viam lethalibus vndis.
Ecce cadunt largi resolutis nubibus imbres:
Inq; fretum credas totum descendere cœlum,
Inq; plagas cœli tumefactum scandere pontum.
Vela madent nimbis, & cum cœlestibus vndis
Æquoreæ miscentur aquæ, caret ignibus æther,
Cæcaq; nox premitur tenebris hiemisq; suisq;.
Discutiunt tamen has, præbentq; 1 micantia lumen
Fulmina: fulmineis ardescunt ignibus vndæ.
Dat quoque iam saltus intra caua tecta carina
Fluctus: & vt miles numero præstantior omni
Cum sæpe 2 assiliit defensa mœnibus vrbis,
Spe potitur tandem, laudisque accensus amore
Inter mille viros murum tamen occupat vnus:
Sic vbi pulsarunt celsi latera ardua fluctus,
Vastius insurgens decima ruit impetus vnda:
Nec prius absistit fessam oppugnare carinam,
Quam velut in captæ descendat mœnia nauis:
Pars igitur tentabat adhuc inuadere pinum.
Pars maris intus erat. Trepidant haud segnius omnes
Quam solet vrbs, alijs murum fodientibus extra,
Atq; alijs murum, trepidare, tenentibus intus.
Deficit ars, animiq; cadunt: totidemq; videntur,
Quot veniunt fluctus, ruere atq; irrumpere mortes.
Non tenet hic lacrymas: stupet hic: vocat ille beatos
Funera quos maneat: hic votis numen adorat,
Brachiaque ad cœlum, quod non videt, irrita tollens
Poscit opem: subeunt illi 3 materque parensque,
Huic cum pignoribus domus, & quod cuiq; relictum est.
Alcyone Ceyca mouet: Ceycis in ore
Nulla nisi Alcyone est: & cum desideret vnam,
Gaudet abesse tamen, patriæ quoq; vellet ad oras
Respicere, inq; domum supremos vertere vultus:
Verum vbi sit nescit: tanta vertigine pontus
Feruet, & inducta piceus è nubibus vmbra
Omne latet cœlum, duplicataq; noctis imago est,
Frangitur incursu nimbosi turbinis arbor,
Frangitur & regimẽ: spolijsq; animosa 4 superstes
Vnda velut victrix, sinuat aq; despicit vndas.
Nec leuius, quam si quis Athon, Pindumque reuulsos
Sede sua totos in apertum verteret æquor,
Præcipitata cadit: pariterq; & pondere, & ictu,

1 minantia. 2 assiluit ex Prisciani testim. lib. 10. 3 fraterque. 4 superbit.

Mergit in ima ratem: cum qua pars magna virorum
Gurgite pressa graui, neq; in aera reddita, fato
Functa suo est. alij partes & membra carinæ
Trunca tenent, tenet ipse manu, qua sceptra solebat,
Fragmina nauigij Ceyx: socerumque patremq;
Inuocat (heu) frustra: sed plurima nantis in ore
Alcyone coniux: illam meminitq;, refertq;:
Illius ante oculos, vt agant sua corpora fluctus
Optat, & exanimis manibus tumuletur amicis.
Dum natat, absentem, quoties sinit hiscere fluctus
Nominat Alcyonē, ipsisque immurmurat vndis
Ecce super medios fluctus niger arcus aquarum
Frangitur, & rupta mersũ caput obruit vnda.
Lucifer obscurus, nec quem cognoscere posses,
Illa nocte fuit: quoniamq; excedere cœlo
Non licuit, densis texit sua nubibus ora.
Æoliis interea tantorum ignara malorum
Dinumerat noctes: & iam quas induat ille
Festinat vestes: iam quas, vbi venerit ille
Ipsa gerat: reditusq; sibi promittit inanes.
Omnibus illa quidem superis pia thura ferebat:
Ante tamen cunctos Iunonis templa colebat,
Proq; viro, qui nullus erat, veniebat ad aras.
Vtq; foret sospes coniux suus, vtq; rediret,
Optabat, nullamq; sibi præferret. at illi
Hoc de tot votis poterat contingere solum.
At Dea non vltra pro functo morte rogari
Sustinet: vtq; manus funestas arceat aris,
Iri meæ, dixit, fidissima nuntia vocis,
Vise soporiferam Somni velociter aulam,
Extinctiq; iube Ceycis imagine mittat
Somnia ad Alcyonem veros narrantia casus.
Dixerat: induitur velamina mille colorum
Iris, & arquato cœlum curuamine signans
Tecta petit iussi sub nube latentia regis.
Est prope Cimmerios longo spelunca recessu,
Mons cauus, ignaui domus & penetralia Somni:
Quo nunquam radijs oriens, mediusve cadensve
Phœbus adire potest: nebulæ caligine mistæ
Exhalantur humo, dubiaq; crepuscula lucis.
Non vigil ales ibi cristati cantibus oris
Euocat Auroram, nec voce silentia rumpunt
Sollicitive canes, canibusq; sagacior anser,
Non fera, non pecudes, non moti flamine rami,
Humanæve sonum reddunt conuitia linguæ,
Muta quies habitat: saxo tamen exit ab imo
Riuus aquæ Lethes: per quem cum murmure labens
Inuitat somnos crepitantibus vnda capillis.
Ante fores antri fœcunda papauera florent,
Innumeraq; herbæ, quarum de lacte soporem
Nox legit, & sparsit per opacas humida terras.
Ianua ne verso stridorem cardine reddat,
Nulla domo tota est, custos in limine nullus:
At medio torus est hebeno sublimis in antro
Plumeus, vnicolor, pullo velamine tectus.

Quo cubat ipse Deus, membris languore solutis.
Hunc circa passim varias imitantia formas
Somnia vana iacent totidem, quot messis aristas,
Silua gerit frondes, eiectas littus arenas.
Quo simul intrauit, manibusq; obstantia virgo
Somnia dimouit, vestis fulgore reluxit
Sacra domus, tardaque Deus grauitate iacentes
Vix oculos tollens, iterumque iterumq; relabens,
Summaq; percutiens nutanti pectora mento,
Excussit tandem sibi se, cubitoque leuatus
Quid veniat (cognouit enim) scitatur. at illa,
Somne quies rerum, placidissime somne Deorum,
Pax animi, quem cura fugit, qui corpora duris
Fessa ministerijs mulces, reparasque labori:
Somnia, quæ veras æquant imitamine formas,
Herculeam Trachina iube sub imagine regis
Alcyonen adeant, simulacraque naufraga fingant,
Imperat hoc Iuno, postquam mandata peregit,
Iris abit: neque enim vlterius tolerare soporis
Vim poterat: labique vt somnum sensit in artus,
Effugit, & remeat, per quos modo venerat, artus.
At pater è populo natorum mille suorum
Excitat artificem, simulatoremq; figuræ
Morphea. non illo iussos solertius alter
Exprimit incessus, vultumq;, sonumq; loquendi,
Adijcit & vestes, & consuetissima quæque
Verba: sed hic solos homines imitatur: at alter
Fit fera, fit volucris, fit longo corpore serpens,
Hunc Icelon superi mortale Phobetora vulgus
Nominat. est etiam diuersa tertius artis
Phantasos ille in humum, saxumq;, vndamque, trabemq;,
Quæque vacant anima, fallaciter omnia transit.
Regibus hi ducibusq; suos ostendere vultus
Nocte solent, populos alij, plebemque pererrant.
Præterit hos senior, cunctisque è fratribus vnum
Morphea, qui peragat Thaumantidos edita, Somnus
Eligit: & rursus molli languore solutus,
Deposuitq; caput, stratoque recondidit alto.
Ille volat, nullos strepitus facientibus alis,
Per tenebras, intraque moræ breue tempus in vrbem
Peruenit Æmoniam: positisque è corpore pennis
In faciem Ceycis abit, sumptaque figura
Luridus, exanimi similis, sine vestibus vllis
Coniugis ante torum miseræ stetit. vda videtur
Barba viri, madidisque grauis fluere vnda capillis.
Tum lecto incumbens fletu super ora profuso
Hæc ait, Agnoscis Ceyca miserrima coniux?
An mea mutata est facies nece? respice, nosces:
Inuenieq; tuo pro coniuge coniugis vmbram.
Nil opis Alcyone nobis tua vota tulerunt:
Occidimus falso tibi me promittere noli.
Nubibus Ægæo deprendit in æquore nauem
Auster, & ingenti iactatam flamine soluit:
Oraque nostra tuum frustra clamantia nomen

Implerunt fluctus: Non hæc tibi nuntiat autor
Ambiguus, non ista vagis rumoribus audis:
Ipsa ego fata tibi præsens mea naufragus edo.
Surge age, da lacrymas, lugubriaque indue: nec me
Indeploratum sub inania tartara mitte.
Adiicit his vocem Morpheus, quam coniugis illa
Crederet esse sui: fletus quoque fundere veros
Visus erat: gestumq; manu Ceycis habebat:
Ingemit Alcyone: lacrymas mouet, atque lacertos
Per somnũ, corpusque petens, amplectitur auras:
Exclamatque, mane: quo te rapis? ibimus vna.
Voce sua specieque viri turbata soporem
Excutit: & primo si sit circumspicit illic,
Qui modo visus erat. (nam moti voce ministri
Intulerant lumen) postquam non inuenit vsquam,
Percutit ora manu, laniatque à pectore vestes,
Pectoraque ipsa ferit, nec crines soluere curans
Scindit: & altrici quæ luctus causa roganti,
Nulla est Alcyone, nulla est, ait: occidit vna
Cum Ceyce suo, solatia tollite verba:
Naufragus interiit: vidi, agnouique, manusque
Ad discedentem, cupiens retinere, tetendi.
Vmbra fuit: sed & vmbra tamen manifesta, virique
Vera mei: non ille quidem, si quaris habebat
Assuetos vultus, nec, quo prius, ore nitebat:
Pallentẽ, nudumque, & adhuc humente capillo
Infelix vidi: stetit hoc miserabilis ipso
Ecce loco: & quærit vestigia siqua supersint.
Hoc erat, hoc animo quod diuinante timebam,
Et ne me fugiens ventos sequerere rogabam.
At certè vellem, quoniam periturus abibas,
Me quoque duxisses. fuit ah, fuit vtile, tecum
Ire mihi, neque enim vitæ de corpore quicquam
Non simul egissem, nec mors discreta fuisset.
Nunc absens perij, iactor quoque fluctibus absens:
Et sine me te Pontus habet: crudelior ipso
Sit mihi mens pelago, si vitam ducere nitar
Longius, & tanto pugnem superesse dolori.
Sed neque pugnabo, nec te miserande relinquam:
Et tibi nunc saltem veniam comes: inq; sepulcro
Si non vrna, tamen iunget nos litera: si non
Ossibus ossa meis, at nomen nomine tangam,
Plura dolor prohibet: verboque interuenit omni
Plangor, & attonito gemitus à corde trahuntur.
Mane erat, egreditur tectis ad littus, & illum
Mœsta locum repetit, de quo spectarat eumtem.
Dumque moratur ibi, dumque hinc retinacula soluit,
Hoc mihi discedens dedit oscula littore [1] dixit.
Dumque notata oculis reminiscitur acta, fretumque
Prospicit, in liquida spatio distante tuetur
Nescio quid, quasi corpus, aqua: primoque, quid illud
Esset, erat dubiũ. Postquã paulũ appulit vnda,
Et quamuis aberat, corpus tamen esse liquebat.

[1] dixit.

Quis foret ignorans, quia naufragus, omine mota est
Et tanquam ignoto lacrymas daret, heu miser, inquit,
Quisquis es, & siqua est coniux tibi, fluctibus actum
Fit propius corpus: quod quo magis illa tuetur,
Hoc minus, & minus est mentis: iam iámque propinquat,
Admotum terræ, iam quod cognoscere posset,
Cernit, erat coniux. Ille est, exclamat, & vna
Ora, comas, vestem lacerat: tendensq; trementes
Ad Ceyca manus, Sic ô charissime coniux,
Sic ad me miserande redis? ait: Adiacet vndis
Facta manu moles, quæ primas æquoris vndas
Frangit, & incursus quæ prædelasset aquarum,
Insilit huc, mirúmque fuit potuisse, volabat:
Percutiensq; leuem modo natis aera pennis,
Stringebat summas ales miserabilis vndas.
Dúmq; volat, mœsto similem, plenúmque querelæ
Ora dedere sonum, tenui crepitantia rostro.
Vt vero tetigit mutum, & sine sanguine corpus:
Dilectos artus amplexa recentibus alis,
Frigida nequicquam duro dedit oscula rostro.
Senserit hoc Ceyx, an vultum motibus vndæ
Tollere sit visus: populus dubitabat. at ille
Senserat: & tandem superis miserantibus, ambo
Alite mutantur. fatis obnoxius ijsdem
Tunc quoque mansit amor: nec coniugale solutum est
Fœdus in alitibus: coeunt, fiuntque parentes:
Pérque dies placidos hiberno tempore septem
Incubat Alcyone pendentibus æquore nidis.
Tum via tuta maris: ventos custodit, & arcet
Æolus egressu, præstátque nepotibus æquor.
Hos aliquis senior circum freta lata volantes
Spectat, & ad finem seruatos laudat amores.
Proximus, aut idem, si sors tulit, hic quoque dixit,
Quem mare carpentem substrictáque crura gerentem
Aspicis (ostendens spatiosum in guttura mergum)
Regia progenies: & si descendere ad ipsum
Ordine perpetuo quæris: sunt huius origo
Ilus, & Assaracus, rapiusq; Ioui Ganymedes,
Laomedonq; senex, Priamusq; nouissima Troiæ
Tempora sortitus frater fuit Hectoris iste:
Qui nisi sensisset prima noua fata iuuenta,
Forsitan inferius non Hectore nomen haberet:
Quamuis est illum proles enixa Dymantis:
Æsacon umbrosa furtim peperisse sub Ida
Fertur Alixithoe gracili conata bicorni:
Oderat hic vrbes, nitidáque remotus ab aula,
Secretos montes & inambitiosa colebat
Rura: nec Iliacos cœtus, nisi rarus adibat.
Non agreste tamen nec inexpugnabile amori
Pectus habens, siluas captantem sæpe per omnes
Aspicit [1] Eperien, patria Cebrenida ripa
Iniectos humeris siccantem Sole capillos.
Visa fugit Nymphe, veluti perterrita fuluum

[1] Hesperien.

Cerua lupum, longéque lacu deprensa relicto
Accipitrem fluuialis anas quam Troius heros
Insequitur, celerémque metu celer vrget amore.
Eccé latens herbæ coluber, fugientis adunco
Dente pedem strinxit, virúsque in corpore liquit.
Cum vita suppressa fuga est, amplectitur amens
Exanimem, clamátque, piget, piget esse secutum.
Sed non hoc timui: nec erat mihi vincere tanti.
Perdidimus miseram nos te duo, vulnus ab angue,
A me causa data est. ego sum sceleratior illo,
Qui tibi morte mea mortis solatia mittam,
Dixit, & è scopulo, quē rauca subederat vnda,

1 motu.

Decidit in pontum. Thetys miserata cadentem
Molliter excepit, nantémque per æquora pennis
Texit: & optatæ non est data copia mortis:
Indignatur amans se inuitum viuere cogi,
Obstariq; animæ misera de sede volenti
Exire: vtq; nouas humeris assūpserat alas (tit.
Subuolat, atq; iterum corpus super æquora mit-
Pluma leuat casus: furit Æsacus: inque profun-
dum
Pronus abit, lethiq; viam sine fine retentat.
Fecit amor maciem: longa internodia crurum.
Longa manet ceruix: caput est à corpore longe,
Æquor amat, noménque manet, quia mergitur illo.

PVB. OVIDII NASONIS
METAMORPHOSEON
LIBER XII.

NESCIVS assumptis Priamus pater Æsacon alis
Viuere lugebat: tumulo quoque nomen habenti
Inferias dederat cum fratribus Hector inanes.
Defuit officio Paridis præsentia tristi,
Post modo qui rapta longum cum coniuge bellum
Attulit in patriam: coniuratæq; sequuntur
Mille rates: gentisq; simul 1commune Pelasgæ.
Nec dilata foret vindicta, nisi æquora sæui.
Inuia fecissent venti, Bæotáque tellus
Aulide piscosa puppes tenuisset ituras.
Hic patrio de more Ioui cum sacra parassent,
Vt vetus accensis incanduit ignibus ara,
Serpere cæruleum Danai videre Draconem
In platanum, cœptis quæ stabat proxima sacris.
Nidus erat volucrum bis quatuor arbore sūma,
Quas simul & matrem circum sua damna volantem
Corripuit serpens, auidáque recondidit aluo.
Obstupuere omnes. at veri prouidus augur
Thestorides: vincemus, ait: gaudete Pelasgi.
Troia cadet: sed erit nostri mora longa laboris:
Atque nouem volucres in belli digerit annos.
Ille vt erat viridis amplexus in arbore ramos,
Fit lapis, & seruat serpentis imagine saxum.
Permanet Aionis Nereus violentus in vndis,
Belláque nō trāsfert: & sunt qui parcere Troiæ
Neptunum credant, quia mœnia fecerat vrbis.
At non Thestorides: neque enim nescit ve tacét ve
Sanguine virgineo placandam virginis iram
Esse Deæ, postquam pietatem publica causa,
Rexque patrem vicit, castumque datura cruorem
Flentibus ante aram stetit Iphigenia ministris:
Victa Dea est, nubémque oculis obiecit: & inter
Officium, turbamq; sacri, vocésq; precantum,
Supposita fertur mutasse Mycenida cerua.

1 concilium.

Ergo vbi, qua decuit, lenita est cæde Diana,
Et pariter Pœbes, pariter maris ira recessit,
Accipiunt ventos à tergo mille carinæ,
Multáque perpessæ Phrygia potiuntur arena.
Orbe locus medio est inter terrásque fretumq;,
Cœlestésque plagas: triplicis confinia mundi,
Vnde quod est vsquam, quamuis regionibus absit,
Inspicitur, penetratq; cauas vox omnis ad aures,
Fama tenet, summáque 1 domum sibi legit in arce,
Innumerósque aditus, ac mille foramina tectis
Addidit, & nullis inclusit limina portis.
Nocte diéque patet: tota est ex ære sonanti:
Tota fremit, vocésq; refert, iteratq; quod audit.
Nulla quies intus, nullaque silentia parte.
Nec tamen est clamor, sed parua murmura vocis:
Qualia de pelagi (si quis procul audiat) vndis
Esse solent. qualémve sonum, cum Iupiter atras
Increpuit nubes, extrema tonitrua reddunt.
Atria turba tenet, veniunt leue vulgus, euntq;:
Mistáque cum veris passim commenta vagantur
Millia rumorum, confusáque verba volutant.
E quibus hi vacuas implent sermonibus aures:
Hi narrata ferunt alio, mensuráque ficti
Crescit, & auditis aliquid nouus adiicit auctor.
Illic Credulitas, illic temerarius Error,
Vanáque Lætitia est, consternatique Timores,
Seditióque recens, dubióque auctore Susurri.
Ipsa quid in cœlo rerum, pelagóque geratur
Et tellure videt, totúmque inquirit in orbem.
Fecerat hæc notum, Graias cum milite forti
Aduentare rates: neque inexpectatus in armis
Hostis adest, 2 prohibent aditus, littúsque tuentur
Troes: & Hectorea primus fataliter hasta,
Protesilaē cadis: commissáque prælia magno

1 locum. 2 prohibéntque.

Stant

Stant Danaïs, fortéſque animæ: nec cognitus Hector.
Nec Phryges exiguo, quid Archaica dextera poſſit,
Sanguine ſenſerunt, & iam Sigæa rubebant
Littora, iam letho, proles Neptunia, Cygnus
Mille viros dederat: iam curru ſtabat Achilles,
Totáq; Peliaca ſternebat cuſpidis ictu
Agmina, perq; acies, aut Cygnum, aut Hectora quærens,
Congreditur Cygno (decimum dilatus in annum
Hector erat) tum colla iugo canentia preſſos
Exhortatus equos, currum direxit in hoſtem.
Concutiensq; ſuis vibrantia tela lacertis,
Quiſquis es, ô iuuenis, dixit, ſolamen habeto
Mortis, ab Æmonio quòd ſis iugulatus Achille.
Hactenus Æacides, vocem grauis haſta ſecuta eſt.
Sed quamquam certa nullus fuit error in haſta,
Nil tamen emiſſi profecit acumine ferri:
Vtq; hebeti pectus tantummodo contudit ictu,
Nate dea (nam te fama prænouimus) inquit
Ille, quid à nobis vulnus miraris abeſſe?
(Mirabatur enim) non hæc, quam cernis equinis
Fulua iubis caſſis, nec onus caua parma ſiniſtra
Auxilio mihi ſunt, decor eſt quæſitus ab iſtis.
Mars quoque ob hoc capere arma ſolet. remouebitur omne
Tegminis officium: tamen indiſtrictus abibo.
Eſt aliquid non eſſe ſatum Nereide, ſed qui
Nereaq;, & natas, & totum temperat æquor.
Vixit: & hæſurum clypei curuamine telum
Miſit in Æacidem, quod & as, & proxima rupit
Terga nouena boum, decimo tamen orbe moratum eſt,
Excipit hoc heros, rurſuſq; trementia forti
Tela manu torſit, rurſus ſine vulnere corpus,
Syncerumq; fuit, nec tertia cuſpis apertum,
Et ſe præbentem valuit diſtringere Cygnum.
Haud ſecus exarſit, quam circo taurus aperto,
Cum ſua terribili petit irritamina cornu
Phœniceas veſtes, eluſaq; vulnera ſentit.
Num tamen exciderit ferrum conſiderat haſtæ,
Hærebat ligno. Manus eſt mea debilis ergo?
Quasq;, ait, ante habuit vires effudit in vno?
Nam certe valuit, vel cum Lyrneſia primum
Mœnia deieci, vel cum Tenedonq;, ſuoq;
[1]Eetioneas impleui ſanguine Thebas:
Vel cum purpureus populari cæde Caicus
Fluxit: opusq; meæ bis ſenſit Telephus haſtæ.
Hic quoque tot cæſis quorum per littus aceruos
Et feci, & video, valuit mea dextra, valetq;.
Dixit: & ante actis veluti male crederet haſtæ
Miſit in aduerſum Lycia de plebe Menœten.
Loricamq; ſimul, ſubiectaq; pectora rupit.
Quo plangente grauem moribundo pectore terram,

1 Solus Ethionias.

Extrahit illud idem calido de vulnere telum:
Atq; ait, Hæc manus eſt, hæc, qua modo victimus haſta:
Vtar in hoc i ijſdem, ſit in hoc precor exitus idē.
Sic fatur, Cygnumq; petit nec fraxinus errat,
Inque humero ſonuit non euitata ſiniſtro,
Inde velut muro, ſolidáque à caute, repulſa eſt.
Qua tamen ictus erat ſignatum ſanguine Cygnum
Viderat, & fruſtra fuerat gauiſus Achilles.
Vulnus erat nullum: ſanguis fuit ille Menœta.
Tum vero præceps curru fremebundus ab alto
Deſilit, & nitido ſecurum comminus hoſtem
Enſe petens, parmam gladio, galeamque cauari
Cernit, & in duro ladi quoque corpore ferrum.
Haud tulit vlterius: gladioq; 2aduerſa reducto
Ter, quater ora viri capulo, & caua tempora pulſat:
Cedentémque ſequens inſtat, turbatq;, ruitq;,
Attonitóque negat requiem: pauor occupat illū,
Ante oculóſque natant tenebræ, retroq; ferenti
Aduerſos paſſus, medio lapis obſtitit aruo.
Quem ſuper impulſum reſupino corpore Cygnū
Vi multa vertit, terræq; afflixit Achilles,
Tum clypeo, gnibuſq; premens præcordia duris.
Vincla trahit galeæ, quæ preſſo ſubdita mento
Elidunt fauces, & reſpiramen, iterque
Eripiunt animæ. victum ſpoliare parabat:
Arma relicta videt: corpus Deus æquoris albam
Contulit in volucrē, cuius modo nomen habebat.
His labor, hæc requiem multorum pugna dierum
Attulit, & poſitis pars vtraque ſubſtitit armis.
Dumq; vigil Phrygios ſeruat cuſtodia muros,
Et vigil Argolicas ſeruat cuſtodia foſſas,
Feſta dies aderat, qua Cygni victor Achilles
Pallada mactata placabat ſanguine vacca.
Cuius vt impoſuit profecta calentibus aris:
Et Dijs acceptus penetrauit in æthera nidor,
Sacra tulere ſuam, pars eſt data cætera menſis.
Diſcubuere toris proceres, & corpora toſta
Carne replent, vinoq; leuant, curáſque ſitimq;.
Non illos cithara, non illos carmina vocum,
Longáque multifori delectat tibia buxi,
Sed noctem ſermone trahunt: virtuſq; loquendi
Materia eſt: pugnas referunt hoſtiſque, ſuaſque:
Inque vices adita, atque exhauſta pericula ſæpe
Commemorare iuuat. quid enim loqueretur Achilles?
Aut quid apud magnum potius loquerentur Achillem?
Proxima præcipue domito victoria Cygno
In ſermone fuit, viſum, mirabile cunctis,
Quod iuuenis corpus nullo penetrabile telo,
Inuictumq; à vulnere erat, ferrumque tenebat.
Hoc 4ipſe Æacides, hoc mirabantur Achiui:
Cum ſic Neſtor ait: Veſtro fuit vnicus æuo
Contemptor ferri, nullóque forabilis ictu

1 Idem. 2 auerſa, 3 miſerabile.
4 ipſum.

Cygnus: at ipse olim patientem vulnera mille
Corpore non læso Perrhæbum Caneavidi:
Canea Perrhæbum, qui factis inclytus Othryn
Incoluit, quóque id mirum magis esset in illo,
Fœmina natus erat. monstri nouitate mouentur,
Quisquis adest, narrétque rogant: quos inter Achilles,
Dic age (nam cunctis eadem est audire voluntas)
O facunde senex aui prudentia nostri,
Quis fuerit Caneus: cur in contraria versus:
Qua tibi militia, cuius certamine pugnæ
Cognitus: à quo sit victus, si victus ab vllo est.
Tum senior, Quamuis obstet mihi tarda vetustas,
Multaque me fugiant primis spectata sub annis,
Plura tamen memini, nec quæ magis hæreat vlla
Pectore res nostro est inter bellique domúsque
Acta tot; ac si quem potuit spatiosa senectus
Spectatorem operum multorum reddere: vixi
Annos bis centum, nunc tertia viuitur ætas,
Clara decore fuit proles Elateia Canis
Thessalium virgo pulcerrima perq; propinquas,
Perq; tuas vrbes (tibi enim popularis Achille)
Multorum frustra votis optata procorum.
Tentasset Peleus thalamos quoque forsitan illos:
Sed iam aut contigerant illi connubia matris,
Aut fuerant promissa tua. nec Canis in vllos
Denupsit thalamos: secretáque littora carpens
Æquorei vim passa Dei est, ita fama ferebat.
Vtque nouæ Veneris Neptunus gaudia cepit,
Sint tua vota licet, dixit, secura repulsæ,
Elige quid voueas: eadem quoque fama ferebat.
Magnum, Canis ait, facit hæc iniuria votum,
Tale pati iam posse nihil: da fœmina ne sim:
Omnia præstiteris. Grauiore nouissima dixit
Verba sono, poteratque viri vox illa videri,
Sicut erat. nam iam voto Deus æquoris alti
Annuerat: dederátque super, ne saucius vllus
Vulneribus fieri, ferróue occumbere posset.
Munere lætus abit, studiisque virilibus æuum
Exigit Atracides, Peneiáque arua pererrat.
Duxerat Hippodamen audaci Ixione natus,
Nubigenásque feros, positis ex ordine mensis,
Arboribus tecto discumbere iusserat antro.
Æmonij proceres aderant, aderamus & ipsi:
Festaq; confusa resonabat regia turba.
Ecce canunt Hymenæon, & ignibus atria fumant:
Cinctáque adest virgo, matrúmque, nurúmque caterua,
Præsignis facie. felicem diximus illa
Coniuge Pirithoum: quod pene fefellimus omen.
Nam tibi sæuorum sæuissime Centaurorum
Euryte, quam vino pectus tam virgine visa
Ardet, & ebrietas geminata libidine regnat.
Protinus euersa turbant conuiuia mensa:
Raptaturq; comis per vim noua nupta prehensis.
Eurytus Hippodamen, alij quam quisq; probabat,

Aut poterat, rapiunt, captaq; erat vrbis imago.
Fœmineo clamore sonat domus: ocius omnes
Surgimus, & primus Quæ te vecordia Theseu
Euryte pulsat? ait, qui me viuente lacessus
Pirithoum, violasq; duos ignarus in vno?
Neve ea magnanimus frustra memorauerit heros,
Summouet instantes, raptamque furentibus aufert:
Ille nihil contra: neque enim defendere verbis
Talia facta potest: sed vindicis ora proteruis
Insequitur manibus, generosaque pectora pulsat.
Forte fuit iuxta signis extantibus asper
Antiquus crater: quem vastum vastior ipse
Sustulit Ægides, aduersáque misit in ora.
Sanguinis ille globos pariter, cerebrúmque, merumque
Vulnere, & ore vomens madida resupinus arena
Calcitrat: ardescunt germani cæde bimembres.
Certatimque omnes vno ore, arma, arma loquuntur,
Vina dabant animos: & prima pocula pugna
Missa volant, fragileq; cadi, curuiq; lebetes,
Res epulis quondam tum bello & cædibus aptæ.
Primus Ophionides Amyclus penetralia donis
Haud timuit spoliare suis, & primus ab æde
Lampadibus densum rapuit funale coruscis:
Elatúmque alte, veluti qui candida tauri
Rumpere sacrifica mollitur colla securi,
Illisi fronti Lapithæ Celadontis, & ossa
Non cognoscendo confusa reliquit in ore.
Exiliere oculi, diiectisque ossibus oris
Acta retro naris, medioq; est fixa palato.
Hunc pede conuulso mensa Pellæus acerna
Strauit humi Pelates, deiecto in pectore mento:
Cumque atro mistos spumãtem sanguine dentes,
Vulnere tartareas geminato misit ad vmbras.
Proximus vt steterat, spectans altaria vultu
Fumida terribili, Cur non, ait, vtimur istis?
Cumque suis Gryneus immanem sustulit aram
Ignibus: & medium Lapitharum iecit in agmen:
Oppressitq; duos Brotean & Orion: Orio
Mater erat Mycale, quam deduxisse canendo
Sæpe reluctantis constabat cornua Lunæ.
Non impune feres, teli modo copia detur,
Dixerat Exadius: telique habet instar, in alta
Quæ fuerant pinu votiui cornua cerui.
Figitur hinc duplici Gryneus in lumina ramo,
Eruiturque oculos: quorum pars cornibus hæret,
Pars fluit in barbam, concretaque sanguine pendet.
Ecce rapit mediis flagrantem Rhœtus ab aris
Primitium torrem, dextráque à parte Charaxi
Tempora perfringit fulua protecta capillo.
Correpti rapida, veluti seges arida flamma,
Arserunt crines, & vulnere sanguis inustus
Terribilem stridore sonum dedit: vt dare ferrum
Igne rubens plerumque solet, quod forcipe curua

Cum faber eduxit, lacubus demittit: at illud
Stridet, & in tepida submersum sibilat vnda.
Sautius hirsutis auidum de crinibus ignem
Excutit: inq; humeros limen tellure reuulsum
Tollit onus plaustri, quod ne permittat in hostē,
Ipsa facit grauitas: socium quoque saxea moles
Oppressit spatio stantem propiore Cometen.
Gaudia nec retinet Rhœtus, Sic cōprecor, inquit,
Cætera sit fortis castrorum turba tuorum.
Semicremoq; nouat repetitum stipite vulnus:
Terq; quaterq; graui iuncturas verticis, ictu
Rupit: & in liquido sederunt ossa cerebro.
Victor ad Euagrum, Coritúmque, Dryantáque transit,
E quibus vt prima tectus lanugine malas
Procubuit Coritus, Puero qua gloria fuso
Parta tibi est? Euagrus ait nec dicere Rhœtus
Plura sinit rutilasq; ferox in aperta loquentis
Condidit ora viri, perq; os in pectora flammas.
Te quoque saue Drya circum caput igne rotato
Insequitur: sed non in te quoque constitit idem
Exitus assidua successu cædis ouantem,
Qua iuncta est humero ceruix, sude figis obusta,
Ingemuit, duroq; sudem vix ossa reuellit
Rhœtus, & ipse suo madefactus sanguine fugit.
Fugit & [1] Orneus, Lycidasq;, & saucius armo
Dexteriore Medon, & cum Pisenore [2] Thaumas.
Quiq; pedum nuper certamine vicerat omnes
Mermeros, accepto tum vulnere tardius ibat.
Et Pholus, & [3] Menaleus, & Abas prædator aprorum,
Quiq; [4] suis frustra bellum dissuaserat augur
Astylos. Ille etiam metuenti vulnera Nesso,
Ne fuge: ad Herculeos, inquit, seruaberis arcus.
At non Eurynemus, Lycidásque & Araus, & Imbreus
Effugere necem: quos omnes dextra Dryantis
Perculit aduersos, aduersum tu quoque quāuis
Terga fuga dederas, vulnus Cænee tulisti:
Nam graue respiciens inter duo lumina ferrum,
Qua naris fronti committitur, accipis, ima.
In tanto fremitu cunctis sine fine iacebat
Sopitus venis & inexperrectus Aphypnas,
Languentiq; manu carchesia mista tenebat,
Fusus in Ossæa villosis pellibus vrsa.
Quem procul vt vidit frustra nulla arma mouentem,
Inserit armento digitos, Miscendaq; dixit,
Cum Styge vina bibes, Phorbas. nec plura locutus
In iuuenem torsit iaculum: ferrataq; collo
Fraxinus, vt casu iacuit resupinus adacta est.
Mors caruit sensu, plenoq; è gutture fluxit,
Inq; toros, inq; ipsa niger carchesia sanguis.
Vidi ego Petræum conantem euellere terra
Glandiferam quercum: quam dum complexibus ambit,
Et quatit huc illuc, labefactaq; robora pulsat,
Lancea Pirithoi costis immissa Petræi
Pectora cùm duro luctantia robore fixit.
Pirithoi cecidisse Lycum virtute ferebant,
Pirithoi virtute Chromin: sed vterq; minorem
Victori titulum quā Dictys, Helopsq; dederunt.
Fixus Helops iaculo est, quod tempora peruia fecit,
Et missum à dextra lauam penetrauit ad aurē.
Dictys ab ancipiti delapsus cacumine montis,
Dum fugit instantem trepidans Ixione natum,
Decidit in præceps, & pondere corporis ornum
Ingentem fregit, suaq; induit ilia fracta.
Victor adest [1] Phæreu, saxúmque è monte reuulsum
Mittere conatur, mittentem stipite querno
Occupat Ægides, cubitosq; ingentia fregit
Ossa: nec vlterius dare corpus inutile letho
Aut vatat, aut curat: tergoq; Bianoris alti
Insilit, haud solito quēquam portare nisi ipsum:
Oppositoq; genu costis: prensamq; sinistra
Cæsariem retinens, vultum, minitantiaq; ora
Robore nodoso præduraq; tempora fregit:
Robore Medymnum, iaculatoremq; [2] Lycespen
Sternit, & immissa protectum pectora barba
Hippason, & summis extantem Riphea syluis,
Chereaq;, Hæmonios qui prensos montibus vrsos
Ferre domum viuos, indignantesq; solebat.
Haud tulit vtentem pugnæ successibus vltra
Thesea Demoleon: solidoq; reuellere dumo
Annosam pinum magno molimine tentat.
Quod quia non potuit, prafractam misit in hostē.
Sed procul à telo Theseus veniente recessit
Pallados admonitu (credo sic ipse volebat)
Non tamen arbor iners cecidit: nam Crantoris alti
Abscidit iugulo pectusq;, humerumq; sinistrum.
Armiger ille tui fuerat genitoris Achille,
Quem Dolopum rector bello superatus Amyntor
Æacidæ dederat pacis pignusq; fidemq;,
Hunc procul vt fœdo dissectum vulnere Peleus
Viderat, Inferias iuuenum gratissime Crantor
Accipe, ait: validoq; in Demoleonta lacerto
Fraxineam misit mentis quoque viribus hastā:
Quæ laterum cratem perrupit, & ossibus hærens
Intremuit. trahit ille manu sine cuspide lignum.
Id quoque vix sequitur: cuspis pulmone retenta est.
Ipse dolor vires animo dabat: ager in hostem
Erigitur, pedibusq; virum [4] conculcat equinis.
Excipit ille ictus galea clypeoq; sonantes
Defensatq; humeros, protentaq; sustinet arma:
Perq; armos vno duo pectora [5] perforat ictu.
Ante tamen letho dederat Phlegræon, & Hylen
Eminus, Hiphinoum collato Marte, [6] Clanimq;,
Additur his Dorylas, qui tempora tecta gerebat
Pelle lupi, sæuiq; vicem præstantia teli
Cornua dura boum multo rubefacta cruore.
Huic ego (nā vires animus dabat) [7] Aspice, dixi,

1 Armen. 2 Comas. 3 Menelas. 4 Centauri ſ.

1 al. Phereus. 2 al. Lyceto. 3 al. Vidit. & 4 al. proculcat. 5 al. perfodit. 6 al. Danímque. 7 al. Accipe.

Quantum concedant nostro tua cornua ferro:
Et iaculum torsi quod cùm vitare nequiret,
Opposuit dextram passura vulnera fronti.
Affixa est cum fronte manus: fit clamor. at illum
Hærentem Peleus, & acerbo vulnere victum
(Stabat enim propior) mediam ferit ense sub aluum.
Prosiliit, terraq; ferox sua viscera traxit,
Tractaq; calcauit, calcataq; rupit, & illis
Crura quoque impedijt, & inani concidit aluo.
Nec te pugnatem tua Cyllare forma redemit,
Si modò naturæ formam concedimus illi.
Barba erat incipiens, barbæ color aureus, aurea
Ex humeris medios coma dependebat in armos.
Gratus in ore vigor: ceruix, humeriq;, manusq;
Pectoraq; artificum laudatis proxima [1] signis:
Ex qua parte vir est. neque equi mendosa sub illo
Deteriorq; viro facies. da colla, caputq;,
Castore dignus erit: sic tergum sessile, sic sunt
Pectora celsa toris: totus pice nigrior atra:
Candida cauda tamen, color est quoque cruribus albus.
Multæ illum petière sua de gente. sed vna
Abstulit Hylonome: qua nulla decentior inter
Semiferas altis habitauit fœmina syluis.
Hæc & blanditijs, & amando, & amare fatendo
Cyllaron vna tenet. cultus quoque, quãtus in illis
Esse potest membris: vt sit coma pectine leuis:
Vt modò rore matris, modo se violáue, roſáue
Implicet, interdum canentia lilia gestet.
Bisq; die lapsis Pegasea vertice syluæ
Fontibus ora lauet, bis flumine corpora tingat,
Nec nisi quæ deceant, electarumq; ferarum
Aut humero, aut lateri prætendat vellera læuo.
Par amor est illis: errant in montibus vna:
Antra simul subeunt: & tum Lapitheïa tecta
Intrarant pariter, pariter fera bella gerebant.
Auctor in incerto est: iaculum de parte sinistra
Venit, & inferius qua collo pectora subsunt
Cyllare te fixit. paruo cor vulnere læsum
Corpore cum toto post tela educta refrixit.
Protinus Hylonome morientes excipit artus,
Impositaq; manu vulnus fouet, oraq; ad ora
Admouet, atque animæ fugienti obsistere tentat.
Vt videt extinctum [2] dictis, Quæ clamor ad aures
Arcuit ire meas, telo, quod inhæserat illi,
Incubuit: moriensq; suum complexa maritum est.
Ante oculos stat & ille meos, qui sæua leonum
Vinxerat inter se connexis vellera nodis
Phæocomes, hominémque simul protectus, equúmque,
Codice, qui misso, quem vix iuga bina mouerent
Iuncta, Phonoleniden summo de vertice fregit.
Fracta volubilitas capitis latissima: perq; os,
Perq; cauas nares, oculosq;, auresq;, cerebrum
Molle fluit, veluti concretum vimine querno
Lac solet: vt ve liquor rari sub pondere cribri
Manat, & exprimitur per densa foramina succus.
Ast ego, dum parat hic armis nudare iacentem.
(Scit tuus hoc genitor) gladium spoliantis in ima
Ilia dimisit, Chonius quoque, Teleboasq;
Ense iacent nostro, ramum prior ille bifurcum
Gesserat, hic iaculum: iaculo mihi vulnera fecit:
(Signa vides) apparet adhuc vetus inde cicatrix.
Tunc ego debuerã capienda ad Pergama mitti:
Tunc poteram magni, si non superare, morari
Hectoris arma meis. illo sed tempore nullus,
Aut puer Hector erat: nunc me mea deficit ætas.
Quid tibi victorem gemini Periphanta Pyrethi?
Amphyca quid referã? qui quadrupedantis Oecli
Fixit in aduerso cornum sine cuspide vultu.
Vecte Pelethronius Macareus in pectus adacto
Strauit Erigdupum, memini & venabula condi
Inguine Nessei manibus coniecta Cymeli.
Nec tu crediderís tantùm ceciniſſe futura
Amphyciden Mopsum: Mopso iaculante biformis
Occubuit, fruſtraq; loqui tentauit Odites,
At mentum linguæ, mentoq; ad guttura fixo:
Quinque neci Cæneus dederat, Stiphelúmque, Bromúmque
Antimachúmque, Helimumq;, securiferumq; Pyracmon.
Vulnera nõ memini, numerum, nomenq; notaui.
Prouolat Emathiis spoliis armatus Aleſi,
Quem dederat letho mẽbris, & corpore Latreus
Maximus, huic ætas inter iuuenemq;, senemq;,
Vis iuuenilis erat: variabant tempora cani.
Qui clypeo, gladioq;, Macedoniaq; sarissa
Conspicuus, faciemq; obuersus in agmen vtrũq;,
Armaq; concussit, certumq; equitauit in orbem.
Verbaq; tot fudit vacuas [1] animoſus ad auras.
[2] Et te Cæni feram? nã tu mihi fœmina semper,
Tu mihi Cænis eris: nec te natalis origo
Commouit, mentemq; subit, quo præmia facto,
Quaq; viri falsam speciem mercede pararis?
Quid sis nata vide, vel quid sis passa: columq;
Tape cum calathis: & stamina pollice torque:
Bella relinque viris. iactanti talia Cæneus
Extentum cursa missa latus eruit hasta,
Qua vir equo commissus erat. furit ille dolore:
Nudaq; Phylei iuuenis ferit ora sarissa.
Non secus hæc resilit, quàm tecti à culmine grando:
Aut si quis paruo feriat cæua tympana saxo:
Comminus aggreditur: lateriq; recondere duro
Luctatur gladium: gladio loca peruia non sunt.
Haud tamen effugies: medio iugulaberis ense:
Quandoquidem mucro est hebes, inquit, & in latus ensem
Obliquat: longaq; amplectitur ilia dextra.
Plaga facit gemitus in corpore marmoris icti:
Fractaq; dissilijt percusso lamina collo:
Vt satis illæsos miranti præbuit artus,
Nunc age, ait Cæneus: nostro tua corpora ferro

1 al. cygnis.

1 al. annosus. 2 al. Te Cæni feriam.

Ten-

Tentemus; capulóque tenus demisit in armos
Ensem fatiferum: cacámque in viscera mouit,
Versauitq; manum, vulnusque in vulnere fecit.
Ecce ruunt vasto rapidi clamore bimembres:
*Telaque in hunc omnes vnum mittuntque, ferunt*que,
Tela retusa cadunt: manet impersossus ab omni,
Inquecruentatus Caneus Elateius ictu.
Fecerat attonitos noua res: Heu dedecus ingens,
Monychus exclamat: populo superamur ab vno,
Vixque viro quanquam ille vir est: nos segnibus actis
Quod fuit ille sumus. quid membra immania prosunt?
Quid geminæ vires? & quid fortissima rerum
In nobis duplex natura animalia iunxit?
Nec nos matre Dea, nec nos Ixione natos
Esse reor; qui tantus erat, Iunonis vt altæ
Spem caperet: nos semimari superamur ab hoste.
Saxa, trabésque super, totoq; inuoluite montes:
Viuacémque animam missis elidite syluis:
Sylua premat fauces: & erit pro vulnere pondus.
Dixit: & insanis deiectam viribus Austri
Forte trabem nactus, validum coniecit in hostē:
Exemplumq; fuit, paruoque in tempore nudus
Arboris Othrys erat: nec habebat Pelion vmbras.
Obrutus immani cumulo sub pondere Caneus
Æstuat arboreo: congestaque robora duris
Fert humeris. sed enim postquam super ora caputque
Creuit onus; nec habet quas ducat spiritus auras:
Deficit interdum: modò se super aera frustra
Tollere conatur; iactá, que euoluere syluas,
Interdúmque mouet: veluti quam cernimus, ecce
Ardua, si terræ quatiatur motibus, Ide.
Exitus in dubio est: alij sub inania corpus
Tartara detrusum syluarum mole ferebant.
Abnuit Amphycides: medioq; ex aggere fuluis
Vidit auem pennis liquidas exire sub auras:
Quæ mihi tunc primum, tunc est conspecta suprē mum.
Hanc vbi lustrantem leni sua castra volatu
Mopsus & ingenti circum clamore sonantem
Adspexit paritérque animo est, oculisq; secutus:
O salue, dixit, Lapithæ gloria gentis
Maxime vir quondam, sed auis nunc vnica, Caneu.
Credita res auctore suo est: dolor addidit iram,
Oppressumque ægrè tulimus tot ab hostibus vnū.
Nec prius abstitimus ferro exercere dolorem:
Quam data pars letho: partem fuga, nóxque remouit.
Hac inter Lapithas & semihomines Centauros
Prælia Tlepolemus, Pylio referente, dolorem
Præteriti Alcidæ tacito non pertulit ore:
Atque ait, Herculeæ mirum est oblitus laudis
Acta tibi senior: certè mihi sæpe referre
Nubigenas domitos à se pater ipse solebat,
Tristis ad hæc Pylius, Quid me meminisse malorum
Cogis, & obductos annis1 rescindere luctus,
Inq; tuum genitorem odium, offensaque fateri?
Ille quidem maiora fide quoque gessit, & orbem
Impleuit meritis, quod vellē posse negare.
Sed neque Deiphobum, nec Polydamanta, nec ipsum
Hectora laudamus. Quis enim laudauerit hostē?
Ille tuus genitor Messenia mœnia quondam
Strauit: & immeritas vrbes Elinq; Pylúmque
Diruit, inq; meos ferrum, flammáque penates
Impulit, vtq; alios taceam, quos ille peremit,
Bis sex Neleida fuimus conspecta iuuentus:
Bis sex Herculeis ceciderunt, me minus vno,
Viribus, atque alios vinci potuisse ferendum est:
Mira Periclymeni mors est, cui posse figuras
Sumere quas vellet, rursusque reponere sumptas
Neptunus dederat, Nelei sanguinis auctor.
Hic vbi nequicquam est formas variatus in omnes,
Vertitur in faciem volucris, quæ fulmina curuis
Ferre solet pedibus Diuúm gratissima Regi.
Viribus vsus auis, pennis, rostroq; 2 redunco,
Hamatisque virt laniauerat vnguibus ora.
Tendit in hunc nimium certos Tirynthius arcus,
Atque inter nubes sublimia membra ferentem,
Pendentémque ferit, lateri qua iungitur ala.
Nec graue vulnus erat: sed rupti vulnere nerui
Deficiunt, motúmque negant, virésque volandi.
Decidit in terram non concipientibus auras
Infirmis pennis: & 3 quæ leuis hæserat ala,
Corporis affixi pressa est grauitate sagitta,
Pérque latus summum iugulo est exacta sinistro.
Nam videor debere 4 tui præconia rebus
Herculis, ô Rhodiæ 5 ductor pulcerrime classis?
Nec tamen vlterius, quàm fortia facta silendo,
Vlciscar fratres, solida est mihi gratia tecum.
Hæc postquam dulci Neleius edidit ore,
A sermone senis repetito munere Bacchi
Surrexēre toris: nox est data cætera somno.
At Deus, aquoreas qui cuspide temperat vndas,
In volucrem corpus nati Stheneleida versum
Mente dolet patria. sæuúmque perosus Achillem,
Exercet memores plus quàm ciuiliter iras.
Iamque ferè tracto duo per quinquennia bello,
Talibus intonsum compellat Smynthea dictis:
O mihi de fratris longè charissime natis,
Irrita qui mecum posuisti mœnia Troiæ?
Ecquid, vbi Asiaticas casuras aspicis arces,
Ingemis? aut ecquid tot defendentia muros
Millia casa doles? ecquid (nec persequar omnes)

1 restringere, al. rescidere.
2 reducto. 3 quæ.
4 tuis. 5 rector.

Hectoris vmbra subit circum sua Pergama tracti?
Cùm tamen ille ferox, bellóque cruentior ipso,
Viuit adhuc operis nostri populator Achilles.
Det mihi se, faxo triplici quid cuspide possim
Sentiat. ac quoniam concurrere comminus hosti
Non datur, occulta, nec opinum perde sagitta.
Annuit, atque animo pariter patruique suóque
Delius indulgens, nebula velatus in agmen
Peruenit Iliacum, mediáque in cæde virorum
Rara per ignotos spargentem cernit Achiuos
Tela Parin: fassúsque Deum, Quid spicula perdis
Sanguine plebis? ait, si qua est tibi cura tuorum,
Vertere in Æaciden, & cæsosque vlciscere fratres.
Dixit, & ostendens sternentem Troica ferro
Corpora Peliden, arcus obuertit in illum,
Certáque letifera direxit spicula dextra.
Quo Priamus gaudere senex post Hectora posset,
Hoc fuit. Ille igitur tantorum victor Achille
Victus es à timido Graia raptore marita.

1 Iæsoque.

At si fœminea fuerat tibi Marte cadendum,
Thermodoontiaca malles cecidisse bipenni,
Iam timor ille Phrygum, decus & tutela Pelasgi
Nominis Æacides, caput insuperabile bello
Arserat: armârat Deus idem, idemq; cremarat.
Iam cinis est, & de tam magno restat Achille
Nescio quid, paruam quod non bene compleat vrnam.
At viuit, totum quæ gloria compleat orbem.
Hæc illi mensura viro respondet, & hæc est
Par tibi Pelide, nec inania Tartara sentit.
Ipse etiam, vt cuius fuerit cognoscere posses,
Bella mouet clypeus, déque armis arma feruntur.
Non ea Tydides, non audet Oileus Aiax,
Non minor Atrides, non bello maior, & æuo,
Poscere, non alij: soli Telamone creato
Laërtéque fuit tanta fiducia laudis.
A se Tantalides, onus, inuidiámque remouit.
Argolicosque duces mediis consistere castris
Iussit, & arbitrium litis traiecit in omnes.

P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON LIBER XIII.

CONSEDERE duces, & vulgi stante corona
Surgit ad hos clypei dominus septemplicis Aiax:
Vtq; erat impatiēs ira, Sigeia toruo
Littora conspexit, classémque in littore, vultu:
Intēdensque manus, Agimus, prô Iupiter, inquit,
Ante rates causam, & mecum confertur Vlysses?
At non Hectoreis dubitauit cedere flammis,
Quas ego sustinui, quas hac à classe fugaui.
Tutius est igitur fictis contendere verbis,
Quam pugnare manu: sed nec mihi dicere promptum,
Nec facere est isti: quantumque ego marte feroci,
Inque acie valeo, tantum valet iste loquendo,
Nec memoranda tamen vobis mea facta, Pelasgi,
Esse reor, (vidistis enim) sua narret Vlysses,
Quæ sine teste gerit, quorum nox conscia sola est.
Præmia magna peti fateor: sed demit honorem
Aemulus Aiaci. non est tenuisse superbum,
Sit licet hoc ingens, quicquid sperauit Vlysses.
Ipse tulit pretium iam nunc certaminis huius,
Qui cùm victus erit, mecum certasse feretur.
Atque ego si virtus in me dubitabilis esset,
Nobilitate potens essem, Telamone creatus,
Mœnia qui forti Troiana sub Hercule cepit,
Littoraque intrauit Pagasæa Colcha carina.
Æacus huic pater est, qui iura silentibus illic
Reddit: vbi Aeoliden saxū graue Sisyphō vrget.
Æacon agnouit summus, prolémque fatetur
Iupiter esse suam. Sic à Ioue tertius Aiax.
Nec tamen hæc series in causam prosit Achiui,
Si mihi cum magno non sit communis Achille.
Frater erat, fraterna peto. Quid sanguine cretus
Sisyphio, furtisque, & fraude simillimus illi
Inseris Aeacidis aliena nomina gentis?
An quod in arma prior, nulloq; sub indice veni,
Arma neganda mihi? potiorque videbitur illis,
Vltima qui cepit, detrectauitque furore
Militiam ficto: donec solertior isto,
Et sibi inutilior, timidi commenta retexit
Naupliades animi, vitataque traxit ad arma?
Optima nunc sumat, qui sumere noluit vlla:
Nos inhonorati, & donis patruelibus orbi,
Obtulimus, quia nos ad prima pericula simus:
Atque vtinam aut verus furor ille, aut creditus esset,
Nec comes hic Phrygias vnquam venisset ad arces
Hortator scelerum, non te Pœantia proles
Expositum Lemnos nostro cum crimine haberet:
Qui nunc (vt memorant) siluestribus abditus antris
Saxa moues gemitu, Laertiadæque precaris,
Quæ meruit: quæ (si Dij sunt) non vana precaris.
Et nunc ille eadem nobis iuratus in arma,
Et pars vna ducum, quo successore sagitta
Herculis vtuntur, fractus morboque, fameque,

Vena-

Venatúrque, alitúrque auibus, volucréſque petendo
Debita Troianis exercet ſpicula fatis.
Ille tamen viuit, quia non comitatur Vlyſſem.
Vellet & infelix Palamedes eſſe relictus:
Viueret, aut certè lethum ſine crimine haberet.
Quem malè conficti nimium memor iſte furoris
Prodere rem Danaum finxit, fictúmq; probauit
Crimen, & oſtendit, quòd iam præfoderat aurũ.
Ergo aut exilio vires ſubduxit Achiuis,
Aut nece: ſic pugnat, ſic eſt metuendus Vlyſſes.
Qui licet eloquio fidum quoque Neſtora vincat,
Haud tamen efficiet dejectum vt Neſtora crimen
Eſſe reor nullum, qui cùm imploraret Vlyſſem
Vulnere tardus equi, feſſusq; ſenilibus annis,
Proditus à ſocio eſt. Non hæc mihi crimina fingi,
Scit bene Tydides, qui nomine ſæpe vocatum
Corripuit, trepidoq; fugam exprobrauit amico.
Aſpiciunt oculis ſuperi mortalia iuſtis.
En eget auxilio, qui non tulit: vtq; reliquit,
Sic linquendus erat. Legem ſibi dixerat ipſe.
Conclamat ſocios: adſum, videoq; trementem
Pallentemq; metu, & trepidantem morte futura,
Oppoſui molem clypei, texiq; iacentem,
Seruauiq; animam (minimum eſt hoc laudis) inertem,
Si perſtas certare locum redeamus ad illum,
Redde hoſtes, vulnúſque tuum, ſolitúmque timorem,
Poſt clypeúmque late, & mecum contende ſub illo.
Ac poſtquam eripui, cui ſtandi vulnera vires
Non dederant, nullo tardatus vulnere fugit.
Hector adeſt, ſecumq; Deos in prælia ducit:
Quaque ruit, non tu tantum terreris Vlyſſe,
Sed fortes etiam: tantum trahit ille timoris.
Hunc ego ſanguineæ ſucceſſu cædis ouantem
Eminus ingenti reſupinum pondere fudi.
Hunc ego poſcentem, cum quo concurreret vnus
Suſtinui, ſortemq; meam vouiſtis Achiui:
Et veſtræ valuêre preces. Si quæritis huius
Fortunam pugnæ, non ſum ſuperatus ab illo.
Ecce ferunt Troës ferrumq;, ignesq;, Iouemq;
In Danaas claſſes: vbi tunc facundus Vlyſſes?
Nempe ego mille meo protexi pectore puppes
Spem veſtri reditus. Date pro tot nauibus arma.
Quòd ſi vera licet mihi dicere, quæritur iſtis
Quam mihi, maior honos: coniunctaq; gloria noſtra eſt.
Atque Aiax armis, non Aiacia arma petuntur.
Conferat his Ithacus Rheſum, imbellẽq; Dolona,
Priamidémque Helenum rapta cum Pallade captum.
Luce nihil geſtum eſt, nihil eſt Diomede remoto.
Si ſemel iſta datis meritis tam vilibus arma,
Diuidite, & pars ſit maior Diomedis in illis.
Quo tamẽ hæc Ithaco, qui clã, qui sẽper inermis
Rem gerit, & furtis incautum decipit hoſtem?
Ipſe nitor galeæ claro radiantis ab auro
Inſidias prodet manifeſtabitq; latentem.
Sed neque Dulichius ſub Achillis caſſide vertex
Pondera tanta feret, nec non oneroſa, grauisq;
Pelias haſta poteſt imbellibus eſſe lacertis.
Nec clypeus vaſti calatus imagine mundi
Conueniet timidæ natæq; ad furta ſiniſtræ.
Debilitaturum quid te petis improbe munus?
Quod tibi ſi populi donauerit error Achiui,
Cur ſpolieris erit, non cur metuaris ab hoſte.
Et fuga, qua ſola cunctos timidiſſime vincis,
Tarda futura tibi eſt geſtamina tanta trahenti.
Adde, quòd iſte tuus tam rarò prælia paſſus
Integer eſt clypeus: noſtro qui tela ferendo
Mille patet plagis, nouus eſt ſucceſſor habendus.
Denique quid verbis opus eſt? ſpectemur agendo.
Arma viri fortis medios mittantur in hoſtes:
Inde iubete peti, & referentem ornate relatis.
Finierat Telamone ſatus, vulgiq; ſecurum
Vltima murmur erat: donec Laertius heros
Aſtitit, atque oculos paulum tellure morates
Suſtulit ad proceres, expectatoq; reſoluit
Ora ſono: neque abeſt facundis gratia dictis.
Si mea cum veſtris valuiſſent vota Pelaſgi,
Non foret ambiguus tanti certaminis hæres:
Tuq; tuis armis, nos te potiremur Achille.
Quem, quoniam nõ æqua mihi, vobiſq; negârunt
Fata (manuq; ſimul veluti lacrymantia terſit
Lumina) quis magno melius ſuccedat Achilli,
Quã per quẽ magnus Danai ſucceſſit Achilles?
Huic modò ne proſit, quod vt eſt, hebes eſſe videtur,
Néve mihi noceat, quod vobis ſemper Achiui
Profuit ingenium: meaq; hæc facundia, ſi qua eſt,
Quæ nunc pro domino, pro vobis ſæpe locuta eſt,
Inuidia careat: bona nec ſua quiſq; recuſet,
Nam genus, & proauos, & quæ non fecimus ipſi,
Vix ea noſtra voco: ſed enim quia rettulit Aiax
Eſſe Iouis pronepos, noſtri quoq; ſanguinis auctor
Iupiter eſt, totidemq; gradus diſtamus ab illo.
Nam mihi Laërtes pater eſt,[1] *Arceſius illi,*
Iupiter huic: neque in his quiſquam damnatus, & exul.
Eſt quoq; per matrem Cyllenius, addita nobis
Altera nobilitas. Deus eſt in vtroq; parente.
Sed neque materno, quòd ſum generoſior ortu,
Nec mihi, quod pater eſt fraterni ſanguinis inſons,
Propoſita arma peto, meritis expendite cauſam.
Dummodo quod fratres Telamon, Peleúſque fuerunt,
Aiacis meritum non ſit: nec ſanguinis ordo
Sed virtutis honor ſpoliis quæratur in iſtis.
Aut ſi proximitas primusq; requiritur hæres,
Eſt genitor Peleus, eſt Pyrrhus filius illi,
Quis locus Aiaci? Phthiam hæc, Scyrónve ferantur.
Nec minus eſt iſto Teucer patruelis Achilli:
Non petit ille tamen: num ſi petat, auferat illa

1 al. Acriſius. 2 al. nõ ſperat vt auferat arma.

Ergo, operum quoniam nudum certamẽ habetur?
Plura quidem feci quàm quæ comprendere dictis
In promptu mihi sit: rerum tamen ordine ducar.
Præscia venturi genitrix [1] Nereia lethi
Dissimulat cultu natum: & deceperat omnes,
In quibus Aiacem, sumptæ fallacia vestis.
Arma ego fœmineis, animum motura virilem,
Mercibus inserui: nec adhuc proiecerat heros
Virgineos habitus, cùm parmam, hastamq; tenenti
Nate dea dixi, tibi se peritura reseruant
Pergama: quid dubitas ingentem euertere Troiam?
Inieciq; manum, fortemq; ad fortia misi.
Ergo opera illius mea sunt, ego Telephon hasta
Pugnantem domui, victum, orantemq; refeci.
Quod Thebæ cecidêre meum est, me credite Lesbon,
Me Tenedon, Chrysemque, & Cillan Apollinis urbes,
Et Syron cepisse: mea concussa putate
Procubuisse solo Lyrnessia mœnia dextra.
Vtq; alios taceam, qui sæuum perdere posset
Hectora nempe dedi: per me iacet inclytus Hector.
Illis hæc armis, quibus est inuentus Achilles,
Arma peto: viuo dederam, post fata reposco.
Vt dolor vnius Danaos peruenit ad omnes,
Aulidaq; Euboicam complerunt mille carinæ,
Expectata diu nulla aut contraria classi
Flamina erant: duraq; iubent Agamemnona sortes
Immeritam sæuæ natam mactare Dianæ.
Denegat hoc genitor, diuisq; irascitur ipsis.
Atque in rege tamen parte est. Ego mite parentis
Ingenium verbis ad publica commoda verti:
Nunc equidem fateor: fassoq; ignoscat Atrides,
Difficilem tenui sub iniquo iudice causam.
Hunc tamen vtilitas populi, fraterq; datiq;
Summa mouet sceptri, laudem vt cum sanguine penset,
Mittor & ad matrem, quæ non [2] hortanda, sed astu
Decipienda fuit. quo si Telamonius isset,
Orba suis essent etiam nunc linteæ ventis.
Mittor, & Iliacas audax orator ad arces,
Visaq; & intrata est altæ mihi curia Troiæ.
Plenaq; adhuc erat illa viris, interritus egi,
Quam mihi mandarat communis Gracia, causam:
Accusoq; Parim, prædámque, Helenamque reposco,
Et moueo Priamũ, Priamoq; Antenora iunctũ.
At Paris, & fratres, & qui rapuêre sub illo,
Vix tenuêre manus (hæc scis Menelae) nefandas:
Primaq; lux nostri tecum fuit illa pericli.
Longa referre mora est, quæ consilioq;, manuq;
Vtiliter feci spatiosi tempore belli.
Post acies primas vrbis se mœnibus hostes
Continuere diu: nec aperti copia Martis
Vlla fuit: decimo demum pugnauimus anno.
Quid facis interea qui nil, nisi prœlia, nosti?
Quis tuus vsus erat? nam si mea facta requiris,
Hostibus insidior: fossas munimine cingo:
Consolor socios, vt longi tædia belli
Mente ferant placida: doceo quo simus alendi,
Armandiq; modo: mittor, quò postulat vsus.
Ecce Iouis monitu deceptus imagine somni
Rex iubet incœpti curam dimittere belli.
Ille potest auctore suam defendere vocem:
Non sinat hoc Aiax, delendaq; Pergama poscat,
Quodque potest, pugnet: cur non remoratur ituros?
Cur non arma capi? det, quod vaga turba loquatur,
Non erat hoc nimium, nunquam nisi magna lequenti.
Quid, quod & ipse fugit? vidi, puduitq; videre,
Cùm tu terga dares, inhonestaq; vela parares,
Nec mora, Quid facitis? quæ vos dementia, dixi,
Concitat, ô socij captam dimittere Troiam?
Quidve domum fertis decimo, nisi dedecus, anno?
Talibus, atque alijs, in quæ dolor ipse disertum
Fecerat, aduersos profuga de classe produxi.
Conuocat Atrides socios terrore pauentes,
Nec Telamoniades etiam nunc hiscere quicquã
Audet: & ausus erat reges incessere dictis
Thersites, etiam per me haud impunè proteruus.
Erigor, & trepidos ciues exhortor in hostes,
Amissamq; mea virtutem voce [1] reposco.
Tempore ab hoc quodcunque potest fecisse videri
Fortiter iste, meum est, qui dantem terga retraxi.
Denique de Danais quis te laudátve, petitve?
At sua Tydides mecum communicat acta,
Me probat, & socio semper considit Vlysse.
Est aliquid, de tot Graiorum millibus vnum
A Diomede legi: nec me sors ire iubebat.
Sed tamen & spreto noctisq;, hostisq; periclo
Ausum eadem, quæ nos, Phrygia de gente Dolona
Interimo, non ante tamen, quàm cuncta coëgi
Prodere, & edidici, quid perfida Troia pararet.
Omnia cognoram, nec quid speculare habebam:
Et iam promissa poteram cum laude reuerti.
Haud contentus eo, petij tentoria Rhesi.
Inq; suis ipsum castris, comitesq; peremi:
Atque ita captiuo victor, votisq; potitus,
Ingredior curru latos imitante triumphos.
Cuius equos pretium pro nocte poposcerat hostis.
Arma negate mihi: fueritq; benignior Aiax.
Quid Lycij referam Sarpedonis agmina ferro
Diuastata meo? cum multo sanguine fudi
Cæranon, Iphitidenq;, Alastoraq;, Chromiumq;,
Alcandrúmque, Haliúmque, Noemonaq;, Pritanimq;:
Exitioq; dedi cum [2] Chersidamante Thoona,

1 al. Thetis. 2 al. oranda.

1 al. refundo. 2 al. Pheridamante.

Et

Et Charopen, fatisque immitibus 1 Eunomen actum:
Quiq; minus celebres noſtra ſub mœnibus vrbis
Procubuere manu. ſunt & mihi vulnera, ciues,
Ipſo pulchra loco: nec vanis credite verbis:
Aſpicite en (veſtemq; manu deduxit) & hæc sūt
Pectora ſemper, ait, veſtris exercita rebus.
At nihil impendit per tot Telamonius annos
Sanguinis in ſocios, & habet ſine vulnere corpus.
Quid tamen hoc refert, ſi ſe pro claſſe Pelaſga
Arma tuliſſe refert contra Troaſq;, Iouemq;:
Confiteorq;, tulit. neq; enim benefacta maligne
Detrectare meum eſt: modò nec communia ſolus
Occupet, atque aliquem nobis quoque reddat honorem.
Reppulit Actorides ſub imagine tutus Achillis
Troas ab arſuris cum defenſore carinis.
Auſum etiam Hectoreis ſolum concurrere telis
Se putat, oblitus regisq;, ducisq; meiq;,
Nonus in officio, & prælatus munere ſortis.
Sed tamen euentus veſtræ, fortiſſime, pugnæ
Quis fuit? Hector abit violatus vulnere nullo.
Me miſerum, quanto cogor meminiſſe dolore
Temporis illius, quo Grajûm murus Achilles
Procubuit! nec me lacryma, luctuſq;, timorq;
Tardarunt, quin corpus humo ſublime referrem
His humeris: his in quam, humeris ego corpus Achillis
Et ſimul arma tuli, quæ nunc quoq; ferre laboro.
Sunt mihi, quæ valeant in talia pondera, vires:
Eſt animus certè veſtros ſenſurus honores.
Scilicet idcirco pro nato cærula mater
Ambitioſa ſuo fuit, vt cœleſtia dona
Artis opus tantæ rudis, & ſine pectore miles
Indueret? neq; enim clypei cælamina nouit,
Oceanum & terras, cumq; alto ſydera cœlo,
Pleiadaſq;, Hyadaſq;, immunemq; æquoris Arcton,
Diuerſaſq; vrbes, nitidumq; Orionis enſem.
Poſtulat vt capiat, quæ non intelligit, arma.
Quid, quod me duri fugientem munera belli
Arguit incepto ſerum acceſſiſſe labori?
Nec ſe magnanimo maledicere ſentit Achilli?
Si ſimulaſſe vocas crimen, ſimulauimus ambo.
Si mora pro culpa eſt, ego ſum maturior illo.
Me pia detinuit coniux, pia mater Achillem:
Primaq; ſunt illis data tempora, cætera vobis.
Haud timeo, ſi iam nequeam defendere crimen
Cum tanto commune viro: deprenſus Vlyſſis
Ingenio tamen ille, at non Aiacis Vlyſſes.
Nēve in me ſtolidæ conuitia 2 fundere linguæ
Admiremur eum: vobis quoque digna pudore
Obijcit. an falsò Palamedem crimine turpe eſt
Accuſaſſe mihi, vobis damnaſſe decorum?
Sed neque Naupliades facinus defendere tantum,
Tamque patens valuit: nec vos audiſtis in illo
Crimina: vidiſtis, pretio quæ obiecta patebant.
Nec Pœantiaden, quod habet Vulcania Lemnos
Eſſe reus merui: 1 crimen defendite veſtrum
(Conſenſiſtis enim) nec me ſunſiſſe negabo,
Vt ſe ſubtraheret belliq; viaq; labori,
Tentaretq; feros requie 2 lenire dolores.
Paruit, & viuit, non hæc ſententia tantum eſt
Fida, ſed & felix cùm ſit, facit eſſe fidelem.
Quem, quoniam vates delenda ad Pergama poſcunt,
Ne mandate mihi: melius Telamonius ibit,
Eloquioq; virum, morbiſq;, iraq; furentem
Molliet, aut aliqua perducet callidus arte.
Ante retro Simois fluet, & ſine frondibus Ide
Stabit, & auxilium promittet Achaia Troia,
Quam ceſſante meo pro veſtris pectore rebus
Aiacis ſtolidi Danais ſolertia proſit.
Sis licet infeſtus ſocijs, regique mihique
Dure Philoctete, licet execrere, meumq;
Deuoueas ſine fine caput, cupiaſq; dolenti
Me tibi forte dari, noſtrumque haurire cruorem,
Vtque tui mihi ſic fiat tibi copia noſtri:
Te tamen aggrediar, mecumq; reducere nitar,
Tamq; tuis potiar (faueat fortuna) ſagittis,
Quam ſum Dardanio, quem cepi vate potitus,
Quam reſponſa Deum, Troianaq; fata retexi,
Quam rapui Phrygiæ ſignum penetrale Mineruæ
Hoſtibus è medijs: & ſe mihi 3 comparat Aiax!
Nempe capi Troiam prohibebant fata ſine illo?
Fortis vbi eſt Aiax? vbi ſunt ingentia magni
Verba viri? cur hic metuit? cur audet Vlyſſes
Ire per excubias, & ſe committere nocti?
Perq; feros enſes, non tantum mœnia 4 Troiæ
Verum etiam ſummas arces intrare, ſuaq;
Eripere ædē Deam, raptamque efferre per hoſtes?
Quæ niſi feciſſem, fruſtra Telamone creatus
Geſtaſſet læua taurorum tergora ſeptem.
Illa nocte mihi Troiæ victoria parta eſt:
Pergama tunc vici, cum vinci poſſe coegi.
Deſine Tydiden vultuq;, & murmure nobis
Oſtentare meum: pars eſt ſua laudis in illo.
Nec tu cum ſocia clypeum pro claſſe tenebas,
Solus eras: tibi turba comes, mihi contigit vnus
Qui niſi pugnaſſem, ſciret ſapiente minorem
Eſſe, nec indomitæ deberi præmia dextræ,
Ipſe quoque hæc peteret, peteret moderatior Aiax,
Eurypyluſque ferox, claroque Andremone natus,
Nec minus Idomeneus patriaque creatus eadem
Meriones peteret, maiorus frater Atridæ.
Quippe manu ſortes (nec ſunt tibi Marte ſecundi)
Conſilijs ceſſere meis. tibi dextera bello
Vtilis: ingenium eſt quod eget moderamine noſtro.
Tu vires ſine mente geris: mihi cura futuri eſt.
Tu pugnare potes, pugnandi tempora mecum
Eligit Atrides: tu tantum corpore 5 potes,

1 al. Ennomon. 2 al. reddere.

1 factum. 2 finire. 3 conferat.
4 Troum.
5 polles.

Nos animo, quantoque ratem qui temperat, anteit
Remigis officium, quanto est dux milite maior,
1 Tanto ego te supero: nec non in corpore nostro
Pectora sunt potiora manu: vigor omnis in illis.
At vos, ò proceres, vigili date præmia vestro,
Proq; tot annorum curis, quas anxius egi,
Hunc titulum meritis pensandum reddite nostris,
Iam labor in fine est: obstantia fata remoui:
Altaque posse capi faciendo, Pergama cepi.
Per spes nunc socias, casuraque mœnia Troum,
Perq; Deos oro, quos hosti nuper ademi,
Per, si quid superest, quod sit sapienter agendum,
Si quid adhuc audax, ex præcipitiq; petendum est,
Si Troiæ fatis aliquid restare putatis,
Este mei memores: aut si mihi non datis arma,
Huic date, & ostendit signum fatale Minervæ.
Mota manus procerum est: & quid facundia posset,
2 Tum patuit: fortisq; viri tulit arma disertus.
Hectora qui solus, qui ferrum, ignemq;, louemq;
Sustinuit toties, vnam non sustinet iram:
Inuictumque virum vicit dolor. arripit ensem:
Et meus hic certè est: an & hûc sibi poscit Vlysses?
Hoc ait, vtendum est in me mihi: quique cruore
Sæpe Phrygum maduit, domini nunc cæde madebit,
Ne quisquam Aiacem possit superare, nisi Aiax.
Dixit: & in pectus tum demum vulnera passum,
Qua patuit ferro, lethalem condidit ensem.
Nec valuere manus infixum educere telum.
Expulit ipse cruor, rubefactaq; sanguine tellus
Purpureum viridi genuit de cespite florem,
Qui prius Oebalio fuerat de vulnere natus.
Littera communis medijs puêroque viroque
Inscripta est foliis, hæc nominis, illa querela.
Victor ad Hypsiphyles patriâ clariq; Thoantis,
Et veterum terras infames cæde virorum
Transierat, tandem portu, votoq; potitus
Vela dat, vt referat Tirynthia tela sagittas.
Quæ postquàm ad Graios, domino comitante, reduxit,
Impositaq; ferox tandem est manus vltima bello,
Troia simul Priamusq; cadunt: Priameiaq; coniux
Perdidit infelix hominis post omnia formam,
Externasq; nouo latratu terruit auras.
Longus in angustum, qua clauditur Hellespontus,
Ilion ardebat: neque adhuc consederat ignis:
Exiguumque senis Priami Iouis ara cruorem
Combiberat: tractisque comis antistita Phœbi
Non profecturas tendebat ad æthera palmas.
Dardanidas matres patriorum signa Deorum
Dum licet amplexas, succensaq; templa tenentes,
Inuidiosa trahunt victores præmia Graij.
Mittitur Astyanax illis de turribus, vnde
Pugnantem pro se, pronuitáque regna tuentem

1 Tantum. 2 Re.

Sæpe videre patrem monstratum à matre solebat.
Iamq; viam suadet Boreas, flatuq; secundo
Carbasa mota sonant: iubet vti nauita 1 ventis.
Troia, vale, rapimur, clamant, dantq; oscula terræ
Troades, & patriæ fumantia tecta relinquunt.
Vltima conscendit classem (miserabile visu)
In medijs Hecubæ natorum inuenta sepulchris.
Prensantem tumulos, atq; ossibus oscula dantem
Dulichia traxere manus. tamen vnius hausit,
Inq; sinu cineres secum tulit Hectoris hausto.
Hectoris in tumulo canum de vertice crinem
Inferias inopes, crimen, lacrymasq; reliquit.
Est, vbi Troia fuit, Phrygiæ contraria tellus
Bistonijs habitata viris: Polymestoris illic
Regia diues erat, cui te commisit alendum
Clam Polydore pater, Phrygijsque remouit ab armis.
Consilium sapiens, sceleris nisi præmia magnas
Adiecisset opes, animi irritamen auari.
Vt cecidit fortuna Phrygum, capit impius ensem
Rex Thracum, iugulóq; sui demisit alumni:
Et, tanquam tolli cum corpore crimina possent,
Exanimem è scopulo subiectas misit in vndas.
Littore Threicio classem religarat Atrides,
Dum mare pacatum, dum ventus mitior esset:
Hic subitò, quantus cùm viueret esse solebat,
Exit humo latè rupta, similisq; minanti
Temporis illius vultum referebat Achilles,
Quo ferus iniusto petijt Agamemnona ferro.
Immemoresq; mei discedite, inquit, Achiui?
Obrutaq; est mecum virtutis gratia nostræ?
Ne facite, vtq; meum non sit sine honore sepulchrum,
Placet Achilleos mactata Polyxena manes.
Dixit, & immiti socijs parentibus vmbræ
Rapta sinu matris, quam iam propè sola fouebat,
Fortis, & infelix, & plus quàm fœmina virgo
Ducitur ad tumulum, diroq; sit hostia busto.
Quæ memor ipsa sui, postquàm crudelibus aris
Admota est, sensitque sibi fera sacra parari:
Vtque Neoptolemum stantem, ferrumq; tenentem,
2 Inq; suo vidit figentem lumina vultu:
Vtere iamdudum generoso sanguine, dixit:
Nulla mora est: aut tu iugulo, vel pectore telum
Conde meo (iugulumq; simul, pectusq; retexit)
Scilicet haud vlli seruire Polyxena vellem,
Haud per tale sacrum numen placabitis vllum.
Mors tantum vellem matrem mea fallere posset.
Mater obest, minuitq; necis mihi gaudia: quamuis
Non mea mors illi, verum sua vita gemenda est.
Vos modò, ne Stygios adeam non libera manes,
Este procul, si iusta peto, tactuque viriles
Virgineo remouente manus: acceptior illi,
Quisquis is est, quem cæde mea placare paratis,
Liber erit sanguis, si quos tamen vltima nostri
Verba mouent oris, Priami vos filia regis

1 velis. 2 Vtque

Nunc

Nunc captiua rogat: genitrici corpus inemptum
Reddite, néve auro redimat ius triste sepulcri,
Sed lacrymis: tunc, cùm poterat, redimebat & auro.
Dixerat. at populus lachrymas, quas illa tenebat
Non tenet. ipse etiam flens, inuitusque sacerdos
Præbita coniecto rupit præcordia ferro:
Illa super terram deflexo poplite labens,
Pertulit intrepidos ad fata nouissima vultus.
Tunc quoque cura fuit partes velare tegendas,
Cùm caderet, castiq; decus seruare pudoris.
Troades excipiunt, deploratosque recensent
Priamidas, & quid dederit domus vna cruoris.
Téque gemunt virgo, téque ô modò regia coniux,
Regia dicta parens, Asiæ florentis imago,
Nunc etiam præda mala sors, quã victor Vlysses
Esse suam nollet, nisi quod tamen Hectora partu
Ediderat, dominum matri vix repperit Hector.
Quæ corpus complexa animæ tam fortis inane,
Quas toties patriæ dederat, natisque, viroq;
Huic quoque dat lachrymas: lacrymas in vulnera fundit,
Oscula que ore tegit, consuetaque pectora plangit,
Canitiémque suam concreto in sanguine verrens
Plura quidem, sed & hæc laniato pectore dixit:
Nata tuæ (quid enim superest?) dolor vltime matris
Nata iaces, videoq; tuum mea vulnera pectus:
Et ne perdiderim quemquam sine cæde meorum,
Tu quoque vulnus habes. at te, quia fœmina, rebar
A ferro tutam: cecidisti & fœmina ferro:
Totque tuos idem fratres, te perdidit idem
Exitium Troiæ, nostrique orbator Achilles.
At postquàm cecidit Paridis, Phœbiq; sagittis,
Tunc certè dixit, non est metuendus Achilles.
Tunc quoque mi metuendus erat. cinis ipse sepulti
In genus hoc sæuit: tumulo quoq; sensimus hostè.
Æacida facunda fui: iacet Ilion ingens,
Euentúque graui finita est publica clades.
Sed finita tamen: soli mihi Pergama restant:
In cursuq; meus dolor est modo maxima rerum
Tot generis, natisq; potens, nuribúsque, viróque,
Nũc trahor exul, inops, tumulis auulsa meorum,
Penelopæ munus: quæ me data pensa trahentem
Matribus ostendens Ithacis, hæc Hectoris illa est
Clara parens, hæc est, dicet, Priameia coniux.
Postque tot amissos tu nunc, quæ sola leuabas
Maternos luctus, hostilia busta piasti.
Inferias hosti peperi, quo ferrea resto?
Quidve moror? quo me seruas [1] damnosa senectus?
Quo Dij crudeles, nisi vti noua funera cernam,
Viuacem differtis anum? quis posse putaret
Felicem Priamum post diruta Pergama dici?
Felix morte sua est: nec te mea nata peremptam
Aspicit, & vitam pariter, regnumque reliquit.
At puto funeribus dotabere regia virgo,

[1] annosa

Condetúrque tuum monimentis corpus auitis.
Non hæc est fortuna domus, tibi munera matris
Contingent fletus, peregrinaque haustus arena.
Omnia perdidimus: superest cur viuere tempus
In breue sustineam, proles gratissima matri,
Nunc solus, quondam minimus de stirpe virili,
Has datus Ismario regi Polydorus in oras.
Quid moror interea crudelia vulnera lymphis
Abluere, & sparsos immiti sanguine vultus?
Dixit: & ad littus passu procedit anili
Albentes lacerata comas. Date Troades vrnam,
Dixerat infelix, liquidas hauriret vt vndas.
Aspicit eiectum Polydori in littore corpus,
Factáque Threiciis ingentia vulnera telis.
Troades exclamant: obmutuit illa dolore,
Et pariter vocem, lacrymásque introrsus obortas
Deuorat ipse dolor, duroque simillima saxo
Torpet, & aduersa figit modo lumina terræ:
Interdum toruos extollit ad æthera vultus:
Nunc positi spectat vultum, nunc vulnera nati,
Vulnera præcipuè: séque armat, & instruit ira.
Qua simul exarsit, tamquam regina maneret,
Vlcisci statuit, pœnaq; in imagine tota est.
Vtque furit catulo lactente orbata leæna,
Signáque nacta pedum sequitur, quem non videt hostem,
Sic Hecube, postquam cum luctu miscuit iram,
Non oblita animorum, annorum oblita suorum,
Vadit ad artificem dira Polymnestora cædis,
Colloquiúmq; petit: nam se monstrare relictum
Velle latens illi, quod nato redderet aurum.
Credidit Ordysius, prædaq; assuetus amore,
In secreta venit. tum blando callidus ore,
Tolle moras Hecube, dixit, da munera nato:
Omne fore illius quod das, quod & ante dedisti
Per superos iuro, spectat truculenta loquentem,
Falsáque iurantem, tumidáque exæstuat ira.
Atque ita correpto, captiuarũ agmina matrum
Inuocat, & digitos in perfida lumina condit,
Expilátque genis oculos: facit ira [1] valentem.
Immergitque manus: fœdatáque sanguine sonti
Non lumen (neque enim superest) loca luminis haurit.
Clade sui Thracum gens irritata tyranni
Troada telorum, lapidumque, incessere iactu
Cœpit. ad hæc missum rauco cum murmure saxum
Morsibus insequitur: ritúque ad verba parato
Latrauit conata loqui: locus extat, & ex re
Nomen habet: veterúmque diu memor illa malorum,
Tum quoque Sithonios vlulauit mœsta per agros.
Illius Troasque suos, hostésque Pelasgos,
Illius fortuna Deos quoque mouerat omnes:
Sic omnes, vt & ipsa Iouis coniúxque sororque,
Euentus Hecubam meruisse negauerit illos.
Non vacat Auroræ, quamquam iisdem fauerat armis,
Cladibus, & casu Troiaque, Hecubaq; moueri,

[1] nocentem.

Cura Deam propior, luctáſque domeſticus angit
Memnonis amiſſi, Phrygiis quem lutea campis
Vidit Achillea pereuntem cuſpide mater:
Vidit: & ille color, quo matutina rubeſcunt
Tempora palluerat, latuitq; in nubibus æther.
At non impoſitos ſupremis ignibus artus
Suſtinuit ſpectare parens: ſed crine ſoluto,
Sicut erat, magni genibus procumbere non eſt
Dedignata Iouis, lacrymiſq; has addere voces:
Omnibus inferior, quas ſuſtinet aureus æther
(Nam mihi ſunt totum rariſſima templa per orbem)
Diua tamen veni, non vt delubra, dieſque
Des mihi ſacrificos, caliturāſque ignibus aras.
Si tamen aſpicias, quantum tibi fœmina præſtē,
Tum cum luce noua, noctis conſinia ſeruo,
Præmia danda putes, ſed non ea cura, neque hic eſt
Nunc ſtatus aurorę, meritos vt poſcat honores!
Memnonis orba mei venio, qui ſortia fruſtra
Pro [1] patruo tulit arma ſuo, primiſq; ſub annis
Occidit, à forti (ſic Dij voluiſtis) Achille.
Da precor huic aliquem ſolatia mortis honorem
Summe Deum rector, maternaq; vulnera leni.
Iupiter annuerat. cum Memnonis arduus, alto
Corruit igne rogus, nigriq; volumina fumi
Infecere diem: veluti cum flumina natas
Exhalant nebulas, nec Sol admittitur infra.
Atra fauilla volat, glomeratáque corpus in vnum
Denſatur, faciémque capit, ſumitque colorem,
Atque animum ex igni, leuitas ſua præbuit alas
Et primo ſimilis volucri, mox vera volucris
Inſonuit pennis, pariter ſonuere ſorores
Innumerę, quibus eſt eadem natalis origo.
Térque rogū luſtrant, & conſonus exit in auras
Ter plangor, quarto ſeductunt caſtra volatu.
[2] Tunc duo diuerſa populi de parte feroces
Bella gerunt, roſtriſq;, & aduncis vnguibus iras
Exercent, alāſque aduerſāque pectora laſſant,
Inferiæq; cadunt cineri cognata ſepulto
Corpora, ſeque viro forti meminere creatas.
Præpetibus ſubitis nomen facit autor: ab illo
Memnonides dictæ, cum Sol duodena peregit
Signa, parentali moriturę morte rebellant.
Ergo aliis latraſſe Dymantida flebile viſum eſt:
Luctibus eſt Aurora ſuis intenta, piaſq;
Nūc quoque dat lacrymas, & toto rorat in orbe.
Non tamen euerſam Troię cum mœnibus eſſe
Spem quoque fata ſinunt, [3] ſacra & ſacra altera patrem
Fert humeris venerabile onus, Cythereius heros:
De tantiſque opibus prædam piu eligit illam,
Aſcaniumq; ſuum: profugaq; per æquora claſſe
Fertur ab Antandro, ſceleratáque littora Thracum,
Et Polydoreo manantem ſanguine terram
Linquit: & vtilibus ventis, eſtúque ſecundo

Intrat Apollineam ſociis comitantibus vrbem.
Hunc Anius, quo Rege homines, Antiſtite Phœbus
Rite colebatur, templóque, domóque recepit,
Vrbémque oſtendit, delubráque nota, duáſque
Latona quondam ſtirpes pariente retentas.
Thure dato flammis, vinoque in thura profuſo,
Cæſarúmque boum ſibris de more crematis,
Regia tecta petunt: poſitiſq; tapetibus altis
Munera cum liquido capiunt Cerealia Baccho.
Tunc pius Anchiſes, O Phœbi lecte Sacerdos
Fallor? an & natum, cum primum hæc mœnia vidi,
Biſq; duas natas, quantum reminiſcor, habebas?
Huic Anius niueis circumdata tempora vittis
Concutiens, & triſtis, ait, Non falleris heros
Maxime: vidiſti natorum quinque parentem:
Quem nunc (tantā homines rerum inconſtantia verſat)
Pene vides orbum, quod enim mihi filius abſens
Auxilium? quem dicta ſuo de nomine tellus
Andros habet, pro patre locúmque & regna tenentem?
Delius augurium dedit huic, dedit altera Liber
Fœmineæ ſtirpi voto maiora fidéque
Munera: nam tactu natarum cuncta mearum
In ſegetem, laticémque meri, baccámque Minerue
Transformabantur: diuéſque erat vſus in illis.
Hoc vbi cognouit, Troiæ populator Atrides
(Ne non ex aliqua veſtram ſenſiſſe procellam
Nos quoque parte putes) armorum viribus vſus
Abſtrahit inuitas gremio genitoris: alantq;
Imperat Argolicam cœleſti munere gentem.
Effugiunt quo quæque poteſt: Euboea duobus,
Et totidem natis Andros fraterna petita eſt.
Miles adeſt, & ni dedantur, bella minatur.
Victa metu pietas conſortia corpora pœna
[3] Reddidit: & timido poſſes ignoſcere fratri.
Non hic Æneas, non qui defenderet Andron
Hector erat, per quos decimum duraſſis in annū.
Iámque parabantur captiuis vincla lacertis:
Illa tollentes etiamnum libera cœlo
Brachia, Bacche patrē fer opem, dixere: tulitq;
Muneris auctor opem (ſi miro perdere more
Ferre vocatur opem) nec qua ratione figuram
Perdiderint, potui ſcire, aut nunc dicere poſſum.
Summa mali nota eſt: pennas ſumpſere, tuaque
Coniugis in volucres [4] niueas abiere columbas.
Talibus, atque aliis poſtquam conuiuia dictis
Implerunt, menſa ſomnum petiere remota:
Cumq; die ſurgunt, adeuntq; oracula Phœbi.
Qui petere antiquam matrem, cognatāq; iuſſit
Littora, proſequitur rex, & dat munus ituris:
Anchiſæ ſceptrum, chlamydem, pharetramque nepoti,
Craterem Æneæ, quem quondam miſerat illi
Hoſpes ab Æmonio Therſes Iſmenius oris,
Miſerat hunc illi Therſes fabricauerat Alcon

1 Priamo. 2 ter. 3 facer.
1 Dæleum. 2 creatus. 3 dedidit. 4 multas. Myleus.

Myleus,& longo cælauerat argumento.
Vrbs erat: & septem posses ostendere portas:
Hæ pro nomine erant,& quæ foret illa,decebant,
Ante vrbem exequiæ,tumuliq́,ignesq́,rogique,
Effusæque comæ,& apertæ pectora matres
Significant luctum: Nymphæ quoque flere videntur,
Siccatosq́ queri fontes: sine frondibus arbor
Nuda riget: lambunt arentia saxa capellæ.
Ecce facit medijs natas ab Orione Thebis,
Hanc non fœmineum iugulo dare pectus aperto,
Illam demisso per fortia pectora telo
Pro populo cecidisse suo,pulcrisq́ per vrbem,
Funeribus ferri,celebriq́ in parte cremari.
Tum de virginea geminos exire fauilla,
Ne genus intereat,iuuenes: quos fama Coronas
Nominat,& cineri materno ducere pompam.
Hactenus antiquo signis fulgentibus ære
Summus inaurato crater erat asper acantho,
Nec leuiora datis Troiani dona remittunt,
Dantq́ sacerdoti custodem thuris acerram,
Dant pateram, clarámque auro, gemmisque coronam,
Inde recordati Teucros à sanguine Teucri
Ducere principium,Cretam tenuere,lociq́
Ferre diu nequiere lucem,centumq́ relictis
Vrbibus,Ausonios optant contingere portus.
Sæuit hiems, iactatq́ viros: Strophadumq́ receptos
Portubus insidis exterruit ales Aello,
Et iam Dulichios portus, Ithacamq́, Samumq́,
Neritiasq́ domos,regnum fallacis Vlyssei,
Prætereunt vecti,certatam lite Deorum
Ambraciam, versique vident sub imagine saxum
Iudicis,Actiaco quæ nunc ab Apolline nota est,
Vocalémque sua terram Dodonida quercu,
Chaoniósque sinus,vbi nati rege Molosso
Impia subiectis fugere incendia pennis.
Proxima Pheacum felicibus obsita pomis
Rura petunt. Epiros ab his,regnatáque vati
Buthrotos Phrygio,simulatáque Troia tenetur.
Inde futurorum certi,quæ cuncta fideli
Priamides Helenus monitu prædixerat, intrant
Sicaniã,tribus hæc excurrit in æquora linguis.
E quibus imbriferos est versa Pachymos ad Austros
Mollibus expositum Zephyris Lilybæũ: ad Arctos
Æquoris expertes spectat, Boreámque Peloros.
Hanc subeunt Teucri,remis,æstúque secundo:
Sub noctem potitur Zanclæa classis arena.
Scylla latus dextrum,lævum irrequieta Charybdis
Infestat. vorat hæc raptas, reuomitque carinas:
Illa feris atram canibus succingitur aluum,
Virginis ora gerens,& (si non omnia vates
Ficta reliquerunt) aliquo quoque tempore virgo.
Hanc multi petiere proci: quibus illa repulsis

1 rodunt. 2 Echione. 3 ferro.
4 Iouem. 5 Vlyssis, 6 versa est.

Ad pelagi Nymphas,pelagi gratissima Nymphis,
Ibat,& elusos iuuenum narrabat amores.
Cui dum pectendos præbet Galatea capillos,
Talibus alloquitur referens suspiria dictis:
Te tamen ô virgo,genus haud immite virorum
Expetit: vtque facis,potes his impune negare.
At mihi, cui pater est Nereus, quam cærula Doris
Enixa est, quæ sum turba quoque tuta sororum,
Nonnisi per luctus licuit Cyclopis amorem
Effugere, & lacrymæ vocem impediere loquentis.
Quas vbi marmoreo detersit pollice virgo,
Et solata Deam est, Refer,ô charissima virgo,
Et tui causam tege(sum tibi fida)doloris.
Nereis his contra resecuta Crateide natam est.
Acis erat Fauno, Nymphaque Simethide cretus,
Magna quidem patrisque sui, matrisque voluptas,
Nostra tamen maior: nam me sibi iunxerat vni
Pulcher,& octonis iterum natalibus actis
Signarat teneras dubia lanugine malas.
Hunc ego,me Cyclops nullo cum fine petebat.
Nec si quæsieris odium Cyclopis,amor ne
Acidis in nobis fuerit præstantior,edam.
Par vtrumq́ fuit,prô quanta potentia regni
Est Venus alma tui! nempe ille immitis: & ipsis
Horrendus siluis,& visus ab hospite nullo
Impune,& magni cum Dijs contemptor Olympi,
Quid sit amor sentit,nostriq́ cupidine captus
Vritur oblitus pecorum,antrorumq́ suorum.
Iamque tibi formæ, iamq́ est tibi cura placendi,
Iam rigidos pectis rastris Polypheme capillos:
Iam libet hirsutam tibi falce recidere barbam,
Et spectare feros in aqua,& componere vultus.
Cædis amor, feritasq́, sitisq́ immensa cruoris
Cessant,& tutæ veniunt,abeuntq́ carinæ.
Telemus interea Siculum delatus in æquor,
Telemus Eurymides, quem nulla fefellerat ales,
Terribilem Polyphemon adit: Luménque, quod vnum
Fronte geris media,rapiet tibi,dixit,Vlysses.
Risit: & ,O vatum stolidissime falleris,inquit:
Altera iam rapuit. sic frustra vera monentem
Spernit,& aut gradiens ingenti littora passu
Degrauat, aut fessus sub opaca reuertitur antra.
Prominet in pontum cuneatus acumine longo
Collis: vtrumq́ latus circumfluit æquoris vnda.
Huc ferus ascendit Cyclops,mediusq́ resedit.
Lanigeræ pecudes,nullo ducente,secutæ.
Cui postquam pinus,baculi quæ præbuit vsum,
Ante pedes posita est antennis apta ferendis,
Sumptaq́ arundinibus compacta est fistula centum,
Senserunt toti pastoria sibila montes,
Senserunt vndæ: latitans ego rupe,meiq́
Acidis in gremio residens procul,auribus hausi
Talia dicta meis, auditaq́ verba notaui:

1 Cui dum spectandos. 2 reperens.

Candidior folio niuei Galatea ligustri,
Floridior prato, longa procerior alno,
Splendidior vitro, tenero lasciuior hœdo,
Lauior assiduo detritis æquore conchis,
Solibus hibernis, æstiua gratior vmbra,
Nobilior pomis, platano conspectior alta,
Lucidior glacie, matura dulcior vua,
Mollior & cygni plumis, & lacte coacto,
Et si non fugias, riguo formosior horto.
Sæuior indomitis eadem Galatea iuuencis,
Durior annosa quercu, fallacior vndis,
Lentior & salicis virgis, & vitibus albis,
His immobilior scopulis, violentior amne,
Laudato pauone superbior, acrior igni,
Asperior tribulis, fœta truculentior vrsa,
Surdior æquoribus, calcato immitior hydro,
Et (quod præcipue si possem, demere vellem)
Non tantum ceruo claris latratibus acto,
Verum etiam ventis, volucriq; fugacior aura.
At, bene si noris, pigeat fugisse, moraq;
Ipsa tuas damnes, & me retinere labores.
Sunt mihi pars montis viuo pendentia saxo
Antra, quibus nec Sol medio sentitur in æstu,
Nec sentitur hyems: sunt poma grauantia ramos,
Sunt auro similes longis in vitibus vuæ,
Sunt & purpureæ: tibi & has seruamus, & illas.
Ipsa tuis manibus siluestri nata sub vmbra
Mollia fraga leges: ipsa autumnalia corna,
Prunaq; non solum nigro liuentia succo,
Verum etiam generosa, nouasq; imitantia ceras.
Nec tibi castaneæ me coniuge, nec tibi deerunt
Arbutei fœtus: omnis tibi seruiet arbos.
Hoc pecus omne meum est: multæ quoq; vallibus errant:
Multas silua tegit: multæ stabulantur in antris.
Nec (si forte roges) possem tibi dicere quot sunt.
Pauperis est numerare pecus. de laudibus harum
Nil mihi credideris: præsens potes ipsa videre,
Vt vix 1 sustineant distentum cruribus vber.
Sunt fœtura minor tepidis in ouilibus agni:
Sunt quoque par ætas alijs in ouilibus hædi.
Lac mihi semper adest niueum, pars inde bibenda
Seruatur, partem liquefacta coagula durant.
Nec tibi delicijs faciles vulgataque tantum
Munera contingent, damæ, leporesq;, capræq;,
Parve columbarum, demptusve cacumine nidus:
Inueni geminos, qui tecum ludere possint,
Inter se similes, vix vt dignoscere possis,
Villosæ catulos in summis montibus vrsæ.
Inueni: & dixi, Dominæ seruabimus istos.
Iam modo cæruleo nitidum caput exere ponto,
Iam Galatea veni, nec munera despice nostra,
Certe ego me noui, liquidæque in 2 imagine vidi
Nuper aquæ: placuitq; mihi mea forma videnti.
Aspice sim quantus, non est hoc corpore maior
Iupiter in cœlo (nam vos narrare soletis
Nescio quem regnare Iouem) coma plurima toruos
Prominet in vultus, humeroq;, vt lucus, obumbrant.
Nec mea quod duris horrent densissima setis
Corpora, turpe puta, turpis sine frondibus arbor,
Turpis equus, nisi colla iubæ flauentia velent:
Pluma tegit volucres, ouibus sua lana decori est.
Barba viros, hirtæq; decent in corpore setæ.
Vnum est in media lumen mihi fronte, sed instar
Ingentis clypei. quid? non hæc omnia magno
Sol videt è cœlo? Solis tamen vnicus orbis.
Adde, quod in vestro genitor meus æquore regnat.
Hunc tibi do socerum. tantum miserere precesq;
Supplicis exaudi, tibi enim succumbimus vni.
Quique Iouem, & cœlum sperno, & penetrabile fulmen,
Nerei te 1 vereor. tua fulmine sæuior ira est.
Atque ego contemptus essem patientior huius,
Si fugeres omnes. sed cur, Cyclope repulso,
Acin amas? præferq; meis amplexibus Acin?
Ille tamen placeat sibi, placeatq; licebit.
Quod nollem, Galatea tibi: modo copia detur,
Sentiet esse mihi tanto pro corpore vires,
Viscera viua traham, diuulsaque membra per agros,
Perq; tuas spargam, si se tibi misceat, vndas.
Vror enim, læsusq; exæstuat acrior ignis:
Cumq; suis videor translatam viribus Ætnam
Pectore ferre meo: nec tu Galatea moueris.
Talia nequicquam questus (nam cuncta videbã)
Surgit, & vt taurus vacca furibundus adempta,
Stare nequit, siluasq; & notis saltibus errat:
Cum ferus ignaros, nec quicquam tale timentes,
Me videt, atq; Acim, Videoq; exclamat, & ista
Vltima sit, faciam, Veneris concordia vestræ.
Tantaq; vox, quantam Cyclops iratus habere
Debuit, illa fuit. clamore perhorruit Ætna.
Ast ego vicino pauefacta sub æquore mergor.
Terga fugæ dederat conuersa Simethius heros.
Et Fer opem Galatea, precor, mihi ferte parentes,
Dixerat, & vestris periturum admittite regnis.
Insequitur Cyclops, partemq; è monte reuulsam
Mittit: & extremus quamuis peruenit ad illum
Angulus è saxo, totum tamen obruit Acim.
At nos quod fieri solum per fata licebat,
Fecimus, vt vires assumeret Acis auitas.
Puniceus de 2 mole cruor manabat, & intra
Temporis exiguum rubor euanescere cœpit.
Fitq; color primo turbati fluminis imbre,
Purgaturq; mora. Tum moles 3 tecta dehiscit,
Viuaq; per rimas, 4 properaq; surgit arundo,
Osq; cauum saxi sonat exultantibus vndis.
Miraq; res, subito media tenus exstitit aluo
Incinctus iuuenis flexis noua cornua cannis:
Qui, nisi quod maior, quod toto caruleus ore est,
Acis erat: & sic quoque erat tamen Acis in amnem
Versus: & antiquum tenuerunt flumina nomen.
Desierat Galatea loqui, cœtuq; soluto

1 circumstant: 2 margine.

1 remoror. 2 more.
3 iacta. 4 properataque.

Disce-

Discedunt, placidisque natant Nereides vndis.
Scylla redit: neque enim medio se credere ponto
Audet, & aut bibula sine vestibus errat arena.
Aut, vbi lassata est, seductos nacta recessus
Gurgitis, inclusa sua membra refrigerat vnda.
Ecce fretum scindens alti nouus incola ponti
Nuper in Euboica versis Anthedone membris
Glaucus adest, visaq;, cupidine virginis ardet.
[1]Et quacunque putat fugientem posse morari,
Verba refert, fugit illa tamen, velóxque timore
Peruenit in summum positi prope littora montis,
Ante fretum est ingens apicem collectus in vnum
Longa sub arboribus conuexus ad æquora vertex.
Constitit hic, & tuta loco monstrúmne, Deúsne
Ille sit ignorans, admiratúrque colorem,
Cæsariémque, humeros, subiectáq; terga tegẽtem,
Vltimáque excipiat, quod tortilis inguina piscis.
Sensit, & innitens, qua stabat proxima, moli,
Non ego prodigium, nec sum fera bellua, virgo,
Sed Deus, inquit, aquæ: nec maius in æquore Proteus
Ius habet, & Triton, Athamantiadésque Pelamon.
Ante tamen mortalis eram: sed scilicet altis
Deditus æquoribus, tantum exercebar in illis:
Nunc modo ducebam ducentia retia pisces:
Nunc in mole sedens moderabar arundine linum.
Sunt viridi prato confinia littora, quorum
Altera pars vndis, pars altera cingitur herbis,
Quas neque cornigeræ morsu læsere iuuencæ,
Nec placidæ carpsistis oues, hirtæve capellæ.
Non apis inde tulit [2]collectos sedula flores.
Non data sunt capiti genialia serta, nec vmquam
Falcifera secuêre manus. ego primus in illo
Cespite consedi, dum lina madentia sicco.
Vtque recenserem captiuos ordine pisces,
Insuper exposui, quos aut in retia casus,
Aut sua credulitas in aduncos egerat hamos.
Res similis fictæ: sed quid [1]mihi fingere prodest?
Gramine contacto cœpit mea præda moueri,
Et motare latus, terraq;, vt in æquore, niti.
Dúmque moror, mirórque simul, fugit omnis in vndas
Turba suas, dominúmque nouum, littúsque relinquunt.
Obstupui, dubitóque diu, causámque requiro.
Num Deus hæc aliquis, nũ succus fecerit herbæ,
Quæ tamẽ has inquã, vires habet herba[3] manúq;
Pabula decerpsi, decerptaq; dente momordi.
Vix bene combiberant ignotos guttura succos,
Cum subito trepidare intus præcordia sensi,
Alteriúsque rapi naturæ pectus amore.
Nec potuit restare diu: repetendaq; nunquam
Terra vale dixi, corpúsque sub æquore mersi.
Dij maris exceptum socio dignantur honore:
Vtque mihi, quæcumque fera, mortalia demant,
Oceanum, Tethynq; rogant. Ego lustror ab illis,
Et purgante nefas nouies mihi carmine dicto,
Pectora fluminibus iubeor supponere centum.
Nec mora diuersis lapsi de partibus amnes,
Totáque vertuntur supra caput æquora nostrum.
Hactenus acta tibi possum [2]memoranda referre,
Hactenus & memini: nec mens mea cætera sensit:
Quæ postquam [3]redeunt, alium me corpore toto
Ac fueram nuper, nec eundem mente recepi,
Hanc ego tum primũ viridem ferrugine barbam
Cæsariemq; meã, quam longa per æquora verro,
Ingentésque humeros, & cærula brachia vidi,
Cruráque pinnigero curuata nouissima pisce.
Quid tamen hæc species, quid Diis placuisse marinis
Quid iuuat esse Deum, si tu non tangeris istis?
Talia dicentem, dicturum plura relinquit
Scylla Deum. furit ille, irritatúsque repulsa
Prodigiosa petit Titanidos atria Circes.

1 His. 2 Arboros.

1 modo. 2 miranda. 3 reddunt.

PVB. OVIDII NASONIS
METAMORPHOSEON
LIBER XIV.

IAMQVE Giganteis iniectam faucibus Ætnam,
Aruáque Cyclopum, quid rastra, quis vsus aratri
Nescia, nec quicquam iunctis debentia bobus,
Liquerat Euboicus tumidarum cultor aquarum,
Liqueras & Zanclen, aduersáq; mœnia Rhegi,
Nauifragumq; fretũ, gemino quod littore pressum
Ausoniæ, Siculæque tenet confinia terræ.
Inde manu magna Tyrrhena per æquora vectus,
Herbiferos adiit colles: atque atria Glaucus
Sole satæ Circes variarum plena ferarum.
Quam simul aspexit, dicta, acceptáque salute,
Diua Dei miserere, precor: nam sola leuare.
Tu potes hunc, dixit (videar modo dignus) amorem,
Quanta sit herbarum Titani potentia nulli,
Quam mihi cognitius, qui sum mutatus ab illis
Nèue mei non nota tibi sit causa furoris,
Littore in Italico Messenia mœnia contra
Scylla mihi visa est. pudor est promissa, precésque,
Blanditiasq; meas, contemtaque verba referre
At tu siue aliquod regnum est in carmine, carmen

Ore moue sacro: siue expugnantior herba est,
Vtere tentatis operosæ viribus herbæ.
Nec medeare mihi, sanésque hæc vulnera mando.
Finéque nil opus est: partem ferat illa caloris.
At Circe (neque enim flammis habet aptius vlla
Talibus ingenium: seu causa est huius in ipsa,
Seu Venus indicio facit hoc offensa paterno)
Talia verba refert: Melius sequerere volentem,
Optantémque eadem, parilique Cupidine captam.
Dignus eras, vltro poteras certéque rogari:
Et si spem dederis, mihi crede, rogaberis vltro.
Ne dubites, adsitque tuæ fiducia formæ.
En ego cum Dea sim, nitidi cum filia Solis,
Carmine cum tantum, tantum quoque gramine possim,
Vt tua sim voueo, spernentem sperne: sequenti
Redde vices: vnoque duas vlciscere facto.
Talia tentanti prius, inquit, in æquore frondes
Glaucus, & in summis nascêtur montibus algæ.
Sospite quam Scylla nostri mutentur amores.
Indignata Dea est: & lædere quatenus ipsum
Non poterat, nec vellet amans, irascitur illi.
Quæ sibi prælata est, Veneriséque offensa repulsa,
Protinus horrendis infamia pabula succis
Conterit, & tritis Hecateia carmina miscet:
Cærulaque induitur velamina, pérque ferarum
Agmen adulantum media procedit ab aula,
Oppositumque petens contra Zancleia saxa
Rhegion, ingreditur feruentes æstibus vndas.
In quibus, vt solida ponit vestigia terra,
Summaque decurrit pedibus super æquora siccis:
Paruus erat gurges curuos sinuatus in arcus,
Grata quies Scyllæ, quo se referebat ab æstu
Et maris, & cœli, medio cum plurimus orbe
Sol erat, & minimas à vertice fecerat vmbras.
Hunc Dea præuitiat, portentificisque venenis
Inquinat: hic pressos latices radice nocenti
Spargit, & obscurum verborum ambage nouorum
Ter nouies carmen magico demurmurat ore,
Scylla venit, mediaque tenus descenderat aluo,
Cum sua fœdari latrantibus inguina monstris
Aspicit: ac primo non credens corporis illas
Esse sui partes, refugitque, abigitque, timétque
Ora proterua canum: sed quos fugit, attrahit vna,
Et corpus quærens femorum, crurúmque, pedúmque,
Cerbereos rictus pro partibus inuenit illis.
Statq; canum rabies, subiectáque terga ferarum
Inguinibus truncis vteroque extante coercet.
Fleuit amans Glaucus, nimiúmque hostiliter vsæ
Viribus herbarum fugit connubia Circes.
Scylla loco mansit: cúmque est data copia primum,
In Circes odium sociis spoliauit Vlyssem:
Mox eadem Teucras fuerat mersura carinas,
Ne prius in scopulum, qui nunc quoque saxeus exstat,
Transformata foret: scopulum quoque nauita vitat.
Hunc vbi Troianæ remis, auidámque Charybdim
Euicêre rates, cum iam prope littus adessent,
Ausonium Libycas vento referuntur ad oras.
Extipit Æneam illic animoq; domoq;,
Non bene dissidium Phrygij latura mariti
Sidonis: inque pyra sacri sub imagine factæ
Incubuit ferro, deceptáque decipit omnes,
Rursus arenosæ fugiens noua mœnia terræ
Ad sedes Erycis, fidumque relatus Acesten,
Sacrificat, tumulumque sui genitoris honorat.
Quasque rates Iris Iunonia pene cremarat,
Soluit: & Hippotadæ regnum, terrásque calenti
Sulphure fumantes, Acheloidumque relinquit
Strenum scopulos: orbatáque præside pinus
Inarimem Prochyténque legit, sterilique locatas
Colle Pythecusas habitantum nomine dictas.
Quippe Deum genitor fraudem, & periuria quondam
Cecropum exosus gentisque admissa dolosæ
In deforme viros animal mutauit: vt iidem
Dissimiles homini possent, similésque videri:
Membráque contraxit, narésque à fróte remissas
Contulit, & rugis perarauit anilibus ora:
Totáque velatos flauenti corpora villo
Misit in has sedes: nec non prius abstulit vsum
Verborum, & natæ dira in periuria linguæ,
Posse queri tantum rauco stridore reliquit.
Has vbi præteriit, & Parthenopeia dextra
Mœnia deseruit, læua de parte canori
Æolidæ tumulum, & loca fœta palustribus vndis,
Littora Cumarum, viuaciſque antra Sibyllæ
Intrat: & vt manes adeat per auerna paternos
Orat, at illa diu vultum tellure moratum
Erexit: tandémque Deo furibunda recepto,
Magna petis, dixit, vir factis maxime, cuius
Dextera per ferrũ est, pietas spectata per ignes.
Pone tamen Troiane metum: potiere petitis,
Elysiáſque domos, & regna nouissima mundi
Me duce cognosces, simulacráque chara parentis.
Inuia virtuti nulla est via. dixit: & auro
Fulgentem ramum silua Iunonis Auernæ
Monstrauit, iussitq; suo diuellere trunco.
Paruit Æneas: & formidabilis Orci
Vidit opes, atauósque suos, vmbrámque senilem
Magnanimi Anchisæ: didicit quoque iura locorum,
Quæque nouis essent adeunda pericula bellis.
Inde ferens lapsos aduerso tramite passus,
Cum duce Camæa fallit sermone laborem.
Dúmque iter horrendum per opaca crepuscula carpit,
Seu Dea tu præsens, seu Diis gratissima, dixit,
Numinis instar eris semper mihi: méque fatebor
Muneris esse tui, quæ me loca mortis adire,

Quæ

Quæ loca me visa voluisti euadere mortis,
Pro quibus aëreas meritis euectus ad auras
Templa tibi statuam, tribuam tibi thuris honores.
Respicit hunc vates, & suspiratibus haustis
Nec Dea sum, dixit, nec sacri thuris honore
Humanum dignare caput, neu nescius erres.
Lux æterna mihi, carituráque fine dabatur,
Si mea virginitas Phœbo patuisset amanti.
Dum tamen hanc sperat, dum præcorrumpere donis
Me cupit, Elige, ait, virgo Cumæa quid optes:
Optatis potiere tuis. Ego pulueris hausti
Ostẽdens cumulum, quot haberet corpora puluis,
Tot mihi natales contingere vana rogaui.
Excidit vt peterem iuuenes quoque protinus annos:
Hos tamen ille mihi dabat, æternámque iuuentam,
Si Venerem paterer. Contempto munere Phœbi
Innuba permaneo. sed iam felicior ætas
Terga dedit, tremulóque gradu venit ægra senectus:
Quæ patienda diu est, nam iam mihi secula septem
Acta vides: superest, numeros vt pulueris æquem,
Tercentum messes, tercentum musta videre.
Tempus erit, cum de tanto me corpore paruam
Longa dies faciet, cõsumptaque membra senecta
Ad minimum redigentur onus, nec amata videbor,
Nec placuisse Deo. Phœbus quoque forsitan ipse
Vel non agnoscet, vel dilexisse negabit.
Vsque adeo mutata ferar, nulliq; videnda,
Voce tamen noscar: vocem mihi fata relinquẽt.
Talia conuexum per iter memorante Sibylla,
Sedibus Euboicam Stygijs emersit in vrbem
Troius Æneas: sacrisq; ex more litatis,
Littora adit nondum nutricis habentia nomen.
Hic quoque subsiderat post tædia longa laborum
Nericius Macareus: comes experientis Vlyssei:
Desertúmque olim medijs in rupibus Ætnæ
Noscit Achæmenidẽ, improuisóque repertum
Viuere miratus. Quis te casusve, Deusve
Seruat Achæmenidẽ? cur, inquit, barbara Graiũ
Prora vehit? petitur vestra quæ terra carina?
Talia quærenti iam non hirsutus amictu,
Iam suus, & spinis concreto tegmine nullis
Fatur Achæmenides: Iterum Polyphemon, & illos
Aspiciam fluidos humano sanguine rictus,
Hac mihi ni potior domus est, Ithacéque carina:
Si minus Æneam veneror genitore: nec vmquam
Esse satis potero (præstem licet omnia) gratus.
Quid loquor, & spiro, cœlúmq; & lumina Solis
Aspicio (possumne ingratus, & immemor esse?)
Ille dedit, quod non anima hac Cyclopis in ora

a conserto.

Venit, & vt lumen iam nunc vitale relinquam,
Vt tumulo, aut certe non illa condar in aluo.
Quid mihi tunc animi, si non timor abstulit omnem
Sensum, animumq; fuit, cum vos petere alta relictus
Æquora conspexi? volui inclamare: sed hosti
Prodere me timui, vester quoque clamor Vlyssis
Pene rati nocuit. Vidi, cum monte reuulsum
Immanem scopulum medias permisit in vndas.
Vidi iterum veluti tormenti viribus acta
Vasta giganteo iaculantem saxa lacerto.
Et ne deprimeret fluctusve, lapsusve carinam
Pertimui, iam me non esse oblitus in illa.
Vt vero fuga vos ab acerba morte reduxit,
Ille quidem totam gemebundus obambulat Ætnam,
Prætentátque manu siluas, & luminis orbus
Rupibus incursat, fœdatáque brachia tabo
In mare protendens gentem execratur Achiuam,
Atque ait, O si quis referat mihi casus Vlyssem,
Aut aliquem ex sociis, in quem mea sæuiat ira,
Viscera cuius edam: cuius viuentia dextra
Membra mea laniem, cuius mihi sanguis inundet
Guttur, & elisi trepident sub dentibus artus:
Quam nullum, aut leue sit damnum mihi lucis ademptæ.
Hæc & plura ferox: me luridus occupat horror
Spectantem vultus etiamnum cæde madentes,
Crudelesq; manus & inanem luminis orbem,
Membráque, & humano concretam sanguine barbam.
Mors erat ante oculos, minimum tamen ipsa doloris:
Et iam prensurum: iam nunc mea viscera rebar
In sua mersurum: mentique hærebat imago
Temporis illius, quo vidi bina meorum
Ter, quater, affligi sociorum corpora terræ:
Cum super ipse iacens hirsuti more leonis
Viscera quæ & carnes, cumq; albis ossa medullis
Semianimésque artus auidam condebat in aluum.
Me tremor inuasit: stabam sine sanguine mœstus,
Mandentémque videns, eiectãtémque cruentus
Ore dapes, & frusta mero glomerata vomentem,
Talia fingebam misero mihi fata parari:
Pérque dies latitans multos, omnémque tremiscens
Ad strepitum, mortémque timens, cupidúsque moriri,
Glande famẽ pellens, & mista frondibus herba,
Solus, inops, exspes leto, pœnæque relictus,
Hanc procul aspexi longo post tempore nauem,
Orauique fugam gestu, ad littúsque cucurri:
Et moui: Graiúmque ratis Troiana recepit.
Tu quoque pande tuos, comitũ gratissime, casus,
Et ducis, & turbæ, quæ tecum est credita ponto,

1 nisi, 2 vestræ. 3 Haud.

Æolon ille refert Tusco regnare profundo,
Æolon Hippotaden cohibentem carcere ventos:
Quos bouis incluso s tergo (memorabile munus)
Dulichium sumpsisse ducem, flatuq; secundo
Lucibus isse nouem, & terram aspexisse petitã.
Proxima post nonam cum sese Aurora moueret,
Inuidia socios prædaq; cupidine victos
Esse ratos aurum, dempsisse ligamina ventis,
Cum quibus isse retro, per quas modo venerat vndas,
Æoliq; ratem portus repetisse tyranni.
Inde Lami veterem Læstrigonis, inquit in vrbẽ
Venimus: Antiphates terra regnabat in illa.
Missus ad hanc ego sum numero comitante duorum:
Vixiq; fuga quæsita salus, comitiq;, mihiq;,
Tertius è nobis Læstrygonis impta tinxit
Ora cruore suo, fugientibus instat, & agmen
Concitat Antiphates, coeunt, & saxa, trabésque
Coniciunt, mergunt q; viros, mergúntque carinas.
Vna tamen, quæ nos ipsumq; vehebat Vlyssem,
Fugit: & amissa sociorum parte, dolentes,
Multáque conquesti terris allabimur illis,
Quas procul hinc cernis. procul hinc (mihi crede) videnda
Insula visa mihi, túque, ô iustissime Troûm
Nate Dea (neque enim finito Marte vocandus
Hostis es Æneа) moneo fuge littora Circes.
Nos quoque Circæo religata in littore pinu
Antiphatæ memores immansuetiq; Cyclopis
Ire negabamus, vel tecta ignota subire.
Sorte sumus lecti: sors me, fidumq; Politen
Eurylochumq; simul, nimiiq; Elpenora vini,
Bisq; nouem socios Circæa ad mœnia misit,
Quæ simul attigimus, stetimúsque in limine tecti.
Mille lupi, mistiq; lupis, vrsiq;, leæq;
Occursu fecere metum: sed nulla timenda,
Nullaq; erat nostro factura in corpore vulnus.
Quin etiam blandas mouere per aera caudas,
Nostráque adulantes comitant vestigia: donec
Excipiunt famulæ, pérque atria marmore tecta
Ad dominam ducunt, pulcro sedet illa recessu
Sublimi solio pallámque induta nitentem,
Insuper aurato circumuelatur amictu.
Nereides, Nymphæq; simul, quæ vellera motis
Nulla trahunt digitis, nec fila sequentia ducunt,
Gramina disponunt, sparsósque sine ordine flores
Secerunt calathis, variá sque coloribus herbas.
Ipsa quod hæ faciunt opus exigit: ipsa quis vsus
Quove sit in folio, quæ sit concordia mistis,
Nouit, & aduertens pensas examinat herbas.
Hæc vbi nos vidit, dicta, acceptaq; salute,
Diffudit vultus, & reddidit omnia votis.
Nec mora misceri tosti iubet hordea grani,
Mellaq; vimq; meri, & cum lacte coagula passo:
Quique sub hac lateant furtim dulcedine succos
Adijcit. Accipimus sacra data pocula dextra.

1 captos, 2 Alphenora. 3 Nosque adludentes. 4 Solenni.

Quæ simul arenti sitientes hausimus ore,
Et tetigit virga summos Dea dira capillos
(Et pudet, & referam) setis horrescere cœpi,
Nec iam posse queri, pro verbis edere raucum
Murmur, & in terram toto procumbere vultu.
Osq; meum sensi pando occalleſcere rostro,
Colla tumere toris: & qua modo pocula parte
Sumpta mihi fuerant, illa vestigia feci:
Cumque eadem passis (tantum medicamina possunt)
Claudor in antra. Suis solum caruisse figura
Vidimus Eurylochum: solus data pocula fugit
Quæ nisi vitasset, pecoris pars vna maneret
Nunc quoque setigeri: nec tantæ cladis ab illo
Certior ad Circen vltor veniſſet Vlysses.
Pacifer huic dederat florem Cyllenius album:
Moly vocant superi: nigra radice tenetur.
Tutus eo, monitisq; simul cœlestibus intrat
Ille domum Circes: & ad insidiosa vocatus
Pocula, conantem virga mulcere capillos
Reppulit, & stricto pauidam deterruit enſe.
Inde fides, dextræq; datæ, thalamoq; receptus,
Coniugij dotem sociorum corpora poscit.
Spargimur ignotæ succis melioribus herbæ,
Percutimúrque caput conuersæ verbere virgæ,
Verbaq; dicuntur dictis contraria verbis.
Quo magis illa canit, magis hoc tellure leuati
Erigimur, setæq; cadunt, bisdosq; relinquit
Rima pedes: redeunt humeri, & subiucta lacertis
Brachia sunt, flentem flentes complectimur illum,
Hæremusq; ducis collo: nec verba locuti
Vlla priora sumus, quam nos testantia gratos.
Annua nos illic tenuit mora: multaque præsens
Tempore tam longo vidi, multa auribus hausi.
Hoc quoque cum multis, quod clam mihi rettulit vna
Quatuor è famulis ad talia sacra paratis,
Cum duce nãque meo Circe dum sola moratur
Illa mihi niueo factum de marmore signum
Ostendit iuuenile, gerens in vertice picum,
Æde sacra positum, multisque insigne coronis.
Quis foret, & quare sacra coleretur in æde,
Cur hanc ferret auem quærenti, & scire volenti,
Accipe ait, Macareu, dominæq; potentia quæ sit
Hinc quo que disce meæ: tu dictis adijce mentem.
Picus in Ausonijs, proles Saturnia, terris.
Rex fuit, vtilium bello studiosus equorum.
Forma viro, quam cernis, erat: licet ipse decorem
Aspicias, fictáque probes ab imagine veram,
Par animus formæ: nec adhuc spectasse per annos
Quinquennem poterat Graiam quater edere pugnam,
Ille suos Dryadas Latijs in montibus ortas
Verterat in vultus: illum fontana petebant
Numina Naiades, quas Albula, quasq; Numici,
Quas Anienis aquæ, cursúq; brevissimus Almo.

1 longo 2 colorem.

Narve

Narue tulit præceps, & opaca Farfarus vnda,
Quæque colunt Scythicæ ſtagnum nemorale Dianæ.
Finitimoſq́; lacus, ſpretis tamen omnibus, vnam
Ille colit Nympham, quã quondã in colle Palati
Dicitur ancipiti periſſe Venilia Iano.
Hæc vbi nubilibus primum maturuit annis,
Præpoſito cunctus Laurenti tradita Pico eſt.
Rara quidem facie ſed rarior arte canendi:
Vnde canens dicta eſt ſiluas, & ſaxa mouere,
Et mulcere feras: & flumina longa morari
Ore ſuo, volucresq́; vagas retinere ſolebat.
Quæ dum fœminea modulatur carmina voce,
Exierat tecto Laurentes Picus in agros,
Indigenas fixurus apros: tergumq́; premebat
Acris equi, lauaq́; haſtilia bina gerebat,
Phœniceam fuluo chlamydem comprenſus ab auro.
Venerat in ſiluas & filia Solis eaſdem,
Vtq́; nouas legeret fœcundis collibus herbas,
Nomine dicta ſuo Circæa reliquerat arua.
Quæ ſimulac iuuenem virgultis abdita vidit,
Obſtupuit: cecidere manu quas legerat herbas,
Flammaq́; per totas viſa eſt errare medullas,
Vt primum valido mentem collegit ab æſtu,
Quid cuperet faſſura fuit: ne poſſet adire
Curſus equi fecit, circumfuſusq́; ſatelles.
Non tamen effugies, vento rapiare licebit:
Si modo me noui, ſi non euanuit omnis
Herbarum virtus, nec me mea carmina fallunt.
Dixit: & effigiem nullo cum corpore falſi
Finxit apri, prætereq́; oculos tranſcurrere regis
Iuſſit, & in denſum trabibus nemus ire videri,
Plurima quæ ſylua eſt, & equo loca peruia non ſunt.
Haud mora, continuò prædæ petit inſcius vmbrã
Picus, equiq́; celer ſpumantia terga reliquit:
Spemq́; ſequẽs vanam, ſylua pedes errat in alta.
Concipit illa preces, & verba precantia dixit,
Ignotoſq́; deos ignoto carmine adorat,
Quo ſolet & niueæ vultum confundere Lunæ.
Et [1] patrio capiti bibulas ſubtexere nubes.
Tunc quoque cantato denſatur carmine cœlum,
Et nebulas exhalat humus: caciq́; vagamur
Limitibus comites, & abeſt cuſtodia regis.
Nacta locum, tempuſq́;, Per ô tua lumina, dixit,
Quæ mea cœperunt, pérque hanc pulcherrime formam,
Quæ facit vt ſupplex tibi ſim, dea conſule noſtris
Ignibus, & ſocerum, qui præuidet omnia, Solem
[2] Accipe, ne durus Titanida deſpice Circen.
Dixerat: ille ferox ipſamq́;, precesq́; repellit:
Et, quacunq́; es, ait, non ſuum tuus: altera captũ
Me tenet, & teneat per longum comprecor æuum,
Nec Venere externa ſocialia fœdera ladam.
Dum mihi Ianigenam ſeruabunt fata Canentẽ.
Sæpe retentatis precibus Titania fruſtra,
Non impunè feres, neque, ait, reddêre Canenti:
Læſaq́; quid faciat, quid amans, quid fœmina poſſit,
diſces,
Rebus, ait: ſed amans, & læſa, & fœmina Circe eſt.
Tum bis ad occaſum, bis ſe conuertit ad ortum:
Ter iuuenem baculo tetigit, tria carmina dixit.
Ille fugit: ſed ſe ſolito velocius ipſe
Currere miratus pennas in corpore vidit:
Seq́; nouam ſubitò Latiis accedere ſyluis
Indignatus auem, duro fera robora roſtro
Figit, & iratus longis dat vulnera ramis.
Purpureum chlamydis pennæ traxêre colorem:
Fibula quod fuerat, veſtemq́; momorderat aurã,
Pluma fit, & fuluo ceruix præcingitur auro,
Nec quicquã antiquum Pico, niſi nomina, reſtãt.
Interea comites clamato ſæpe per agros
Nequicquam Pico, nullaq́; in parte reperto,
Inueniunt Circen (nam iam tenuauerat auras,
Paſſaq́; erat nebulas ventis, ac Sole reſoluit)
Criminibusq́; premunt veris, regemq́; repoſcunt,
Vimq́; ferunt, ſauisq́; parant inceſſere telis.
Ille nocens ſpargit virus, ſuccosq́; veneni,
Et noctem, noctisq́; deos [1] Ereboq́;, Chaoq́;
Conuocat, & longis Hecaten vlulatibus orat.
Exiluêre loco (dictu mirabile) ſylua,
Ingemuitq́; ſolum, vicinaq́; palluit arbor,
Sparſaq́; ſanguineis [2] rubuerunt pabula guttis
Et lapides viſi mugitus edere raucos,
Et latrare canes, & humus ſerpentibus atris
Squalere, & tenues animæ volitare videntur.
Attonitum monſtris vulgus pauet, illa [3] pauentũ
Ora venenata tetigit mirantia virga:
Cuius ab attractu variarum monſtra ferarum
In iuuenes veniunt: nulli ſua manſit imago.
Preſſerat occiduus Tartheſſia littora Phœbus,
Et fruſtra coniux oculis, animoq́; Canentis
Expectatus erat. famuli populusq́; per omnes
Diſcurrunt ſyluas, atque obuia lumina portant.
Nec ſatis eſt Nymphæ flere, & lacerare capillos,
Et dare plangorem: fecit hæc tamen omnia, ſeq́;
Proripit, ac latos errat veſana per agros.
Sex illam noctes, totidem redeuntia Solis
Lumina viderunt inopem ſomniq́;, cibiq́;
Per iuga, per valles qua ſors ducebat euntem.
Vltimus aſpexit feſſam, luctúque, viaq́;
Tibrus, & in gelida ponentem corpora ripa.
Illic cum lacrymis ipſos modulata dolores,
Verba ſono tenui mœrens fundebat: vt olim
Carmina iam moriens canit exequialia Cygnus.
Luctibus extremum tenues liquefacta medullas
Tabuit, inq́; leues paulatim euanuit auras.
Fama tamen ſignata loco eſt: quem rite Canentẽ
Nomine de Nymphæ veteres dixêre coloni.
Talia multa mihi longum narrata per annum,
Viſaq́; ſunt: Reſidet, & deſuetudine tardi
Rurſus inire fretum, rurſus dare vela iubemur:
Ancipitesq́; vias, & iter Titania vaſtum
Dixerat, & ſaui reſtare pericula ponti:
Pertimui fateor, nactuſq́; hoc littus, adhæſi.

1 al. Erobónque, Chaónque. 2 al. maduerũt. 3 al. clientum.

1 al. ſoli. 2 al. Aſpice.

Finierat Macareus vrnaq; Æneia nutrix
Cõdita marmoreo tumulo breue carmẽ habebat.
Hic me Caietam notæ pietatis alumnus
Ereptam Argolico, quo debuit igne, cremauit.
Soluitur herboso religatus ab aggere funis,
Et procul insidias, infamatæq; relinquunt
Tecta Deæ, lucosq; petunt vbi nubilus vmbra
In mare [1] cum fulua prorumpit Tibris arena:
Faunigenæq; domo potitus, nataq; Latini,
Non sine Marte tamen bellum cum gente feroci
Suscipitur: pactaq; furit pro coniuge Turnus.
Concurrit Latio Tyrrhenia tota, diuq;
Ardua sollicitis victoria quæritur armis.
Auget vteq; suas externo robore vires:
Et multi Rutulos, multi Troiana tuentur
Castra: neq; Æneas Euandri ad mœnia frustra,
At Venulus frustra profugi Diomedis ad vrbem
Venerat: ille quidem sub Iapyge maxima Dauno
Mœnia condiderat, dotaliaq; arua tenebat.
Sed Venulus Turni postquam mandata peregit,
Auxilium petiit, vires Ætolius heros
Excusat, nec se, aut soceri committere pugnæ
Velle sui populos, aut quos è gente suorum
Armet habere vllos, néve hæc commenta putetis
(Admonitu quanquam luctus remouentur amari)
Perpetiar memorare tamen. Postquam alta cremata est
[2] Ilios, & Danaas pauerunt Pergama flammas,
Naryciusq; heros à virgine, virgine rapta,
Quam meruit pœnam solus digessit in omnes:
Spargimur, & ventis inimica per æquora rapti
Fulmina, noctem, imbres, iram, cœliq; marisq;
Perpetimur Danai cumulúmque Capharea cladis.
Néve morer referens tristes ex ordine casus,
Græcia tum potuit Priamo quoq; flenda videri.
Me tamen armiferæ seruatum cura Mineruæ
Fluctibus eripuit, patriis sed rursus ab agris
Pellor: & antiquo memores de vulnere pœnas
Exigit alma Venus: tantosq; per alta labores
Æquora sustinui, tantos terrestribus armis,
Vt mihi fœlices sint illi sæpe vocati,
Quos cõmunis hyems, importunusq; Caphareus
Mersit aquis, vellemq; horum pars vna fuisse.
Vltima iam passi comites belloq;, fretoq;
Deficiunt, finemq; rogant erroris: vt Agmon
Feruidus ingenio, tum verò & cladibus asper,
Quid superest, quod iã patientia [3] nostra recusset
Ferre viri? dixit, Quid habet Cytherea, quod vltra
(Velle puta) faciat? nam dum peiora timentur,
Est locus in voto: sors autẽ vbi pessima rerũ est,
Sub pedibus timor est, securaq; summa malorũ,
Audiat ipsa, licet, & quod facit, oderit omneis
Sub Diomede viros: odium tamen illius omnes
Spernimus. & magno stat magna potentia nobis.
Talibus iratam Venerem Pleuronius Agmon

[1] al. conuulsa. [2] al. Ilion. [3] al. vestra.

Instimulat verbis [1] veteremq; resuscitat iram.
Dicta placent paucis, numeri maioris amici
Agmina corripimus, cui respondere volenti
Vox pariter, vocisq; via est tenuata, comæq;
In plumas abeunt, plumis quoque colla teguntur,
Pectoraq; & tergum: maiores brachia pennas
Accipiunt: cubitiq; leues [2] sinuantur in alas,
Magna pedis digitos pars occupat: oraq; cornu
Indurata rigent, finemq; in acumine ponunt.
Hunc Lycus, hunc [3] Idas, & cum Rethenore Nycteus,
Hunc miratur Abas: & dum mirantur, eandem
Accipiunt faciem, numerusq; ex agmine maior
Subuolat, & remos plausis circumuolat alis.
Si volucrum quæ sit dubiarum forma requiris:
Vt non cygnorum, sic albis proxima cygnis.
Vix equidem has sedes & Iapygis arida Daumi
Arua gener teneo minima cum parte meorum.
Hactenus Oenides. Venulus Calydonia regna,
Peucetiosq; sinus, Messapiaq; arua reliquit.
In quibus antra videt quæ multa nubila sylua,
Et leuibus guttis manantia semicaper Pan
Nunc tenet: at quondã tenuerunt tẽpore nymphæ.
Appulus has illa pastor regione fugatas
Terruit, & primo subita formidine mouit.
Mox vbi mens redijt, & contempsêre sequentem,
Ad numerum motis pedibus duxêre choreas:
Improbat has pastor, saltuq; imitatus agresti
Addidit obscœnis conuitia rustica dictis:
Nec prius obticuit, quàm guttura condidit arbor.
Arbor enim est: succoq; licet cognoscere mores.
Quippe notam linguæ baccis oleaster amoris
Exhibet: asperitas verborum cessit in illas.
Hinc vbi legati redière negata ferentes
Arma Ætola sibi, Rutili sine viribus illis
Bella infausta gerunt: multumq; ab vtraque cruoris
Parte datur: fert ecce auidas in pinea Turnus
Tecta faces: ignesq; timẽt, quibus vnda pepercit,
Iamq; picem, & ceras, alimentaq; catera flãmæ
Mulciber vrebat, perq; altũ ad carbasa malum
Ibat, & incuruæ fumabant transtra carinæ:
Cùm memor has pinus Idæo vertice cæsas
Sancta deũm genitrix tinnit ibus æthera pulsi
Æris, & inflati compleuit murmure buxi:
Perq; leues domitis inuecta leonibus auras,
Irrita sacrilega iactas incendia dextra
Turne, ait: eripiam, nec me patiente cremabit
Ignis edax nemorum partes, & membra meorũ.
Intonuit dicente dea: tonitrúmque secuti
Cum saliente graues ceciderunt grandine nimbi:
Aeraq;, & tumidum subitis concursibus æquor
[4] Astræi turbunt, & eunt in prælia fratres.
E quibus alma parens, vnius viribus vsa,
Stuppea prærupit Phrygiæ retinacula puppis.
Fertq; rates pronas, medioq; sub æquore mergit.
Robore mollito, lignoq; in corpore verso,

[1] al. stimulísque. [2] al. tenuantur. [3] al. Iolis.
[4] al. Venti.

In ca-

In capitum facies puppes mutantur adunca.
In digitos abeunt & crura natantia remi:
Quodq; sinus fuerat, latus est: mediisq; carina
Subdita naurigijs spinæ mutatur in vsum.
Lina, comæ molles, antennæ brachia fiunt.
Cæruleus vt fuerat, color est: quæque ante timebant,
Illas virgineis exercent lusibus vndas
Naiades æquoreæ: [1] suntmisq; in montibus orta
Molle fretum celebrant: nec eas sua tangit origo.
Non tamen oblitæ quàm multa pericula [2] sæpe
Pertulerint pelago, iactatis sæpe carinis
Suppostare manus, nisi si qua vehebat Achiuos.
Cladis adhuc Phrygiæ memores, odere Pelasgos.
Neritiaq; ratis viderunt fragmina lætis
Vultibus, & lætis videre rigescere puppes
Vultibus Alcinoi, saxumq; increscere ligno.
Spes erat in nymphas animata classe marinas
Posse metu monstri Rutulum desistere bello,
Perstat: habetq; deos pars vtraque: quodq; deorum est
Instar, habent animos nec iam dotalia regna,
Nec sceptrum soceri, nec te Lauinia virgo,
Sed vicisse petunt: deponendiq; pudore
Bella gerunt: tandemq; Venus victricia nati
Arma videt, Turnusque cadit: cadit Ardea, Turno
Sospite dicta potens. quam postquam barbarus ensis
Abstulit, & trepida patuerunt tecta fauilla,
Congerie è media tum primùm cognita prapes
Subuolat, & cineres plausis euerberat alis,
Et sonus, & macies, & pallor, & omnia, captam
Quæ deceant vrbem, nomen quoque mansit in illa
Vrbis: & ipsa suis deplangitur Ardea pennis.
Iamq; Deos omnes, ipsamq; Æneia virtus
Iuronem veteres finire coegerat irat:
Cùm bene fundatis opibus crescentis Iuli,
Tempestiuus erat cœlo Cythereius heros.
Ambieratq; Venus superos: colloq; parentis
Circumfusa sui, Numquam mihi, dixerat, vllo
Tempore, dure pater, nunc sis mitissimus opto:
Æneæq; meo, qui te de sanguine nostro
Fecit auum, quamuis paruum, des optime numẽ,
Dummodo des aliquod, satis est inamabile regnum
Aspexisse semel, Stygios semel isse per amnes,
Assensere Dei: nec coniux regia vultus
Immotos tenuit, placatoq; annuit ore.
Tum pater, Est is, ait, cœlesti numine dignus:
Quæq; petis, pro quoque petis, cape nata, quod optas.
Fatus erat: gaudet, gratesq; agit illa parenti:
Perq; leues auras iunctis inuecta columbis,
Littus adit Laurens, vbi tectus arundine serpit
In fretæ flumineis vicina Numicius vndis:
Hunc iubet Æneæ quæcumq; obnoxia morti
Abluere, & tacito deferre sub æquora cursu,
Corniger exequitur Veneris mandata, suisque
Quicquid in Aenea fuerat mortale, repurgat,
Et respersit aquis: pars optima restitit illi.
Lustratum genitrix diuino corpus odore
Vnxit, & ambrosia cum dulci nectare mista
Contigit os, fecitque Deum: quem turba Quirini
Nuncupat Indigetem, temploque, ariscque recepit.
Inde sub Ascanij ditione binominis Alba,
Résque Latina fuit, successit Siluius illi:
Quo satus, antiquo tenuit repetita Latinus
Nomina cum sceptro clarus subit Alba Latino
Editus ex illo: post hunc Capetusque, Capysque,
Sed Capys ante fuit, regnum Tiberinus ab illis
Cepit: & in Tusci demersus fluminis vndis
Nomina fecit aquæ, de quo Remulusq; feroxq;
Acrota sunt geniti. Remulus maturior annis
Fulmineo perijt imitator fulminis ictu.
Fratre suo sceptrum moderatior Acrota forti
Tradit Auentino: qui quo regnarat, eodem
Monte iacet positus, tribuitque e vocabula monti.
Iamq; Palatinus summæ loca gentis habebat.
Rege sub hoc Pomona fuit: qua nulla Latinas
Inter Hamadriadas coluit solertius hortos,
Nec fuit arborei studiosior altera fœtus:
Vnde tenet nomen, non siluas illa, nec amnes,
Rusamat, & ramos felicia poma ferentes,
Nec iaculo grauis est, sed adunca dextera falce:
Qua modo luxuriem premit, & spatiãtia passim
Brachia compescit: fissa modo cortice, lignum
Inserit, & succos alieno præstat alumno.
Nec sentire sitim patitur, bibulæque recuruas
Radicis fibras labentibus irrigat vndis.
Hic amor, hoc studium, Veneris quoq; nulla cupido est:
Vim tamen agrestum metuens, pomaria claudit
Intus, & accessus prohibet, refugitque viriles.
Quid non & Satyri saltatibus apta iuuentus
Fecere, & pinu præcincti cornua Panes.
[1] Silenúsque suis semper iuuenilior annis,
Quiq; Deus fures vel falce vel inguine terret,
Vt potirentur ea? sed enim superabat amando
Hos quoque Vertumnus, neque erat felicior illis,
O quoties habitu duri messoris aristas
Corbe tulit, verique fuit messoris imago!
Tempora sæpe geren, fœno religata recenti
Desectum poterat gramen versare videri.
Sæpe manu stimulos rigida portabat, vt illum
Iurasses fessos modò disiunxisse iuuencos.
Falce data frondator erat, vitisque putator.
Induerat scalas, lecturum poma putares.
Miles erat gladio, piscator arundine sumpta.
Denique per multas aditum sibi sæpe figuras
Repperit, vt caperet spectatæ gaudia formæ.
Ille etiam picta redimitus tempora mitra,
Innitens baculo, positis per tempora canis,
Assimulauit anum, cultósque intrauit in hortos.
Pomáque mirata est, Tantoq; potentior inquit:

[2] al. durísque. [1] al. sæuo.
[1] Siluanusque.

Omnibus et Nymphis, quas cõtinet Albula ripis.
Salue, virginei flos intemerate pudoris,
Paucaque laudata dedit oscula, qualia nunquã
Vera dedisset anus: glebaque incurua resedit,
Suspiciens pandos autumni pondere ramos.
Vlmus erat contra speciosa nitentibus vuis:
Quam socia postquam pariter cum vite probauit,
At si staret, ait, cœlebs sine palmite truncus
Nil præter frondes, quare peteretur haberet.
Hæc quoque, quæ iuncta vitis requiescit in vlmo,
Si non iuncta foret, terræ acclinata iaceret,
Tu tamen exemplo non tangeris arboris huius:
Concubituque fugis, nec te coniungere curas.
Atque vtinam velles, Helene non pluribus esset
Sollicitata procis, nec quæ Lapitheia mouit
Prælia, nec coniux timidi ac audacis Vlyssei,
Nunc quoque cùm fugias, auerseriseque petentes,
Mille viri cupiunt, & Semideiq; Deiq;,
Et quæcunque tenent Albanos numina montes.
Sed tu, si sapies, si te bene iungere, anumque
Hanc audire voles, quæ te plus omnibus illis
Plus, quam credis, amo, vulgares reiice tædas,
Vertumnumq; tori socium tibi delige, pro quo
Me quoque pignus habe, neque enim sibi notior ille est,
Quam mihi, nec toto passim vagus errat in orbe,
Hæc loca magna colit: nec vti pars magna procorum
Quã modo vidit amat: tu primus & vltimus illi
Ardor eris, solique suos tibi deuouet annos.
Adde quod est iuuenis, quod naturale decoris
Munus habet, formásque aptè fingetur in omnes
Et quod erit iussus (iubeas licet omnia) fiet.
Quid quod amatis idem? quod quæ tibi poma coluntur
Primus habet, lætaq; tenet tua munera dextra?
Sed neque iam fœtus desiderat arbore demptos,
Nec quas hortus alit cum succis mitibus herbas,
Nec quicquam, nisi te, miserere ardentis: & ipsum
Quod petit, ore meo præsentem crede precari,
Vltoréque Deos, & pectora dura perosam
Idaliam, memorémque time Rhamnusidis iram.
Quoque magis caueas (etenim mihi multa vetustas
Scire dedit) referam tota notissima Cypro
Facta, quibus flecti facilè, & mitescere possis.
Viderat à veteris generosam sanguine Teucri
Iphis Anaxareten humili de stirpe creatus:
Viderat, & totis perceperat ossibus ignes:
Luctatúsque diu, postquam ratione furorem
Vincere non potuit, supplex ad limina venit:
Et modò nutrici miserum confessus amorem,
Ne sibi dura foret, per spes orauit alumnæ:
Et modò de multis alicui blanditus amicis
Sollicita petiit propensum voce faucrem:
Sæpe ferenda dedit blandis sua verba tabellis.
Interdum madidas lacrymarum rore coronas
Postibus intendit, posuit que in limine duro
Molle latus, tristisque sera conuitia fecit.
Seuior illa freto surgente, cadentibus hædis,
Durior & ferro, quod Noricus excoquit ignis,
Et saxo, quod adhuc viuum radice, tenetur.
Spernit & irridet, factisque immittibus addit
Verba superba ferox, & spe quoque fraudat amantem.
Non tulit impatiens longi tormenta doloris
Iphis, & ante fores hæc verba nouissima dixit:
Vincis Anaxarete: neque erunt tibi tædia tãdem
Vlla ferenda mei: lætos molire triumphos,
Et Pæana voca, nitidaque incingere lauro.
Vincis, ait, moriorque libens, age ferrea, gaude.
Certè aliquid laudare mei cogeris, erit que
Quo tibi sim gratus, meriúmq; fatebere nostrũ.
Non tamen ante mihi curam excessisse memento,
Quam vitam, geminãque simul mihi luce carẽdum est,
Nec tibi fama mei ventura est nuntia lethi.
Ipse ego, ne dubites, adero præsensque videbor,
Corpore vt exanimi crudelia lumina pascas.
Si tamen, ô superi, mortalia facta videtis,
Este mei memores, nihil vltra lingua precari
Sustinet: & longo facite vt narremur in æuo:
Et quæ dempsistis vitæ, date tempora famæ.
Dixit: & ad postes ornatos sæpe coronis
Humentes oculos, & pallida brachia tollens
Cum foribus laquei religaret vincula summis,
Hæc tibi serta placent crudelis, & impia, dixit:
Inseruitque caput: sed tum quoque versus ad illam est:
At que onus infelix elisa fauce pependit:
Icta pedum motu, trepidantem, & multa gementem
Visa dedisse sonum est, adapertáque ianua factum
Prodidit, exclamant famuli: frustraque leuatũ
(Nam pater occiderat) referunt ad limina matris,
Accipit illa sinu, complexaque frigida nati
Mẽbra sui, postquàm miserarum verba parentũ
Edidit, & matrum miserarum facta peregit,
Funera ducebat mediam lacrymosa per vrbem,
Luridáque arsuro portabat membra feretro.
Fortè viæ vicina domus, qua flebilis ibat
Pompa fuit: duraque sonus plangoris ad aures
Venit Anaxaretes, quam iam Deus vltor agebat.
Mota tamen, Videamus, ait, miserabile funus,
Et patulis inijt tectum sublime fenestris,
Vixque bene impositum lecto prospexerat Iphim:
Diriguere oculi, caliduséq; è corpore sanguis,
Inducto pallore fugit: conataque retro
Ferre pedes, hæsit: conata auertere vultus,
Hoc quoque non potuit: paulatimque occupat artus,
Quod fuit in duro iampridem corpore, saxum,
Néve ea ficta putes, domina sub imagine signum
Seruat adhuc Salamis: Veneris quoque nomine templum

Prospici-

Prospicientis habet. Quorum memor, ô mea, lentos
Pone precor fastus, & amanti iungere Nympha.
Sic tibi nec vernum nascentia frigus adurat
Poma, nec excutiant rapidi florentia venti.
Hæc vbi nec quicquam formas Deus aptus in omnes,
Edidit, in iuuenem rediit, & anilia demit
Instrumenta sibi: talisq; apparuit illi,
Qualis vbi oppositas nitidissima Solis imago
Eiicit nubes, nullaq; obstante reluxit:
Vimq; parat: sed vis non est opus: inq; figura
Capta Dei Nympha est, & mutua vulnera sensit.
Proximus Ausonias iniusti miles Amuli
Rexit opes: Numitorq; senex amissa nepotum
Munere, regna capit: festisq; Parilibus vrbis
Mœnia conduntur: Tatius patresq; Sabini
Bella gerunt: arcisq; via Tarpeia recluſa
Dignam animam pœna congestis [1] exuit armis.
Inde sati Curibus tacitorum more luporum
Ore premunt voces, & corpora victa sopore
Inuadunt, portasq; petunt, quas obice firmo
Clauserat Iliades: vnam tamen ipsa recluſit,
Nec strepitum verso Saturnia cardine fecit.
Sola Venus portæ cecidisse repagula sensit.
Et clausura fuit, nisi quòd rescindere nunquam
Dis licet acta Deum. Iano loca tuncta tenebant
Naiades Ausoniæ gelido rorantia fonte.
Has rogat auxilium. nec nymphæ iussa petentem,
Sustinuere deam: venasq; & flumina fontis
Elicuêre sui. nondum tamen inuia Iani
Ora parentis erant, nec iter præcluserat vnda.
Lurida supponunt fœcundo sulphura fonti,
Incendumq; cauas fumante bitumine venas,
Viribus hæ, aliusq; vapor penetrauit ad ima
Fontis, & Alpino modo quæ certare rigori
Audebatis aquæ, non cedibus ignibus ipsis.
Flammifera gemini fumant aspergine postes,
Portaq; nequicquam rigidis promissa Sabinis
Fonte fuit præstructa nouo, dum Martius arma
Indueret miles, quæ postquam Romulus vltro
Obtulit, & strata est tellus Romana Sabinis
Corporibus, strata ésque suis: generiq; cruorem
Sanguine cum soceri permiscuit impius ensis.
Pace tamen sisti bellum, nec in vltima ferro
Decertare placet, Tatiumq; accedere regno.
Occiderat Tatius, populiq; æquata duobus

1 edidit.

Romule iura dabas: posita cum casside Mauors
Talibus affatur diuumque hominumque parentem:
Tempus adest genitor (quoniã fundamine magno
Res Romana valet, & præside pendet ab vno)
Præmia iam promissa mihi, dignoq; nepoti
Soluere, & ablatum terris imponere cœlo.
Tu mihi concilio quondam præsente deorum
(Nam memoro, memorique animo [1] pia verba notaui)
Vnus erit, quem tu tolles ad sidera cœli,
Dixisti. rata sit verborum summa tuorum.
Annuit omnipotens, & nubibus aëra cæcis
Occuluit, tonitruq; & fulgure terruit [2] orbem.
Quæ sibi promissa sensit data signa rapinæ,
Innixusq; hastæ pressos temone cruento
Impauidus conscendit equos Gradiuus, & ictu
Verberis increpuit, pronumq; per aëra lapsus
Constitit in summo nemorosi colle Palati,
Reddentemq; suo non regia iura Quiriti
Abstulit Iliadem. corpus mortale per auras
Dilapsum tenues: vt lata plumbea funda
Missa solet medio glans intabescere cœlo.
Pulchra subit facies, & puluinaribus altis
Dignior est, [3] qualis trabeati forma Quirini,
Flebat vt amissum coniux, cùm regia Iuno
Irin ad Hersiliam descendere limite curuo
Imperat, & vacua sua sic mandata referre.
O & de Latio, ô & de gente Sabina
Præcipuum matrona decus, dignissima tanti
Ante fuisse viri coniux, nunc esse Quirini,
Siste tuos fletus, & si tibi cura videndi
Coniugis est, duce me lucum pete, colle Quirino
Qui viret, & templum Romani regis obumbrat.
Paret, & in terram pictos delapsa per arcus,
Hersiliam iussis compellat vocibus Iris.
Illa verecundo vix tollens lumina vultu,
O Dea (namque mihi, nec quæ sis dicere promptum est
Et liquet esse Deam) duc, ô duc, inquit, & offer
Coniugis ora mihi: quem si modò posse videre
Fata semel dederint, cœlum accepisse videbor.
Nec mora, Romuleos cum virgine Thaumantea
Ingreditur colles ibi sydus ab æthere lapsum
Decidit in terras: à cuius lumine flagrans
Hersiliæ crinis cum sydere cessit in auras.
Hanc manibus notis Romana conditor vrbis
Excipit, & priscum pariter cum corpore nomen
Mutat oramq; vocat: quæ nunc Dea iuncta Quirino est.

1 al. tua. 2 al. vrbem.
3 al. quàm sit.

PVBLII OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON LIB. XV.

Quæritur interea, quis tanta pondera molis
Sustineat, tantoq; queat succedere regi.
Destinat imperio clarum prænũcia veri
Fama Numam. non ille satis cognosse Sabina
Gentis habet ritus: animo maiora capaci
Concipit, & quæ sit rerum natura requirit:
Huius amor cura, patria, Curibusq; relictis
Fecit, vt Herculei penetraret ad hospitis vrbem.
Graia quis Iliacis autor posuisset in oris
Mœnia quærenti, sic è senioribus vnus
Rettulit indigenis, veteris non inscius ævi:
Dives ab Oceano bobus Ioue natus Iberis
Littora fœlici tenuisse Lacinia cursu
Fertur, & armento teneras errante per herbas
Ipse domum magni nec inhospita tecta Crotonis
Intrasse, & requie longum releuasse laborem:
Atque ita discedens ævo dixisse nepotum,
Hic locus vrbis erit: promissaq; vera fuerunt.
Nam fuit Argolico generatus Alemone quidam
Mycilus, illius Diis acceptissimus ævi.
Hunc super incumbens, pressum grauitate soporis
Clauiger allo quitur: Patrias age desere sedes,
I pete diuersi lapidosas Æseris vndas:
Et, nisi paruerit multa ac metuenda minatur.
Postea discedunt pariter somnusq;, deusq;.
Surgit Alemonides, tacitaq; recentia mente
Visa refert, pugnatq; diu sententia secum.
Numen abire iubet: prohibent discedere leges,
Pœnáque mors posita est patriam mutare volenti.
Candidus Oceano nitidũ caput abdiderat Sol,
Et caput extulerat densissima sydereum nox:
Visus adesse idem Deus est, eademq; monere,
Et, nisi paruerit, plura & grauiora minari.
Pertimuit, patriumq; simul transferre parabat
In sedes penetrare nouas, sit murmur in vrbe,
Spretarumq; agitur legum reus, vtque peracta est
Causa prior, crimenq; patet sine teste probatum,
Squalidus ad superos [1] tendens reus ora, manúsque,
O cuius cœlum bis sex fecêre labores,
Fer precor, inquit, opem: nam tu mihi criminis autor.
Mos erat antiquus, niueis, atrisq; lapillis,
His damnare reos, illis absoluere culpa.
Tunc quoq; sic lata est sententia tristis: & omnis
Calculus immitem demittitur ater in vrnam.
Quæ simul effudit numerandos versa lapillos,
Omnibus è nigro color est mutatus in album:

1 al. tollens.

Candidaq; Herculeo sententia numine facta
Soluit Alemonidem, grates agit ille parenti
Amphitryoniadæ: ventisq; fauentibus æquor
Nauigat Ionium, Lacedæmoniumq; Tarentum
Præterit, & Sybarim, Salentinumq; Neathum,
Thurinosq; sinus, Temesenq; & Iapygis arua.
Vixq; pererratis quæ spectant littora terris,
Inuenit Æserei fatalia fluminis ora,
Nec procul hinc tumulum, sub quo sacrata Crotonis
Ossa tegebat humus: iussaq; ibi mœnia terræ
Condidit, & nomen tumulati traxit in vrbem.
Talia constabat certa primordia famæ
Esse loci positæq; Italis in finibus vrbis.
Vir fuit hic ortus Samius: sed fugerat vna
Et Samon, & dominos, odioq; tyrannidis exul
Sponte erat: isq; licet cœli regione remotus,
Mente deos adiit: & quæ natura negabat
Visibus humanis, oculis ea pectoris hausit.
Cúmque animo, & vigili perspexerat omnia cura,
In medium discenda dabat: cœtumq; silentum,
Dictaq; mirantum magni primordia mundi,
Et rerum causas, & quid natura, docebat:
Quid Deus, vnde niues, quæ fulminis esset origo,
Iupiter, an venti, discussa nube, tonarent.
Quid quateret terras, quæ sydera lege mearent:
Et quodcunq; latet, primusq; animalia mensis
[1] Arguit imponi: primus quoque talibus ora
Docta quidem soluit, sed non & credita, verbis:
Parcite mortales dapibus temerare nefandis
Corpora: sunt fruges, sunt deducentia ramos
Pondere poma suo, tumidaq; in vitibus vuæ.
Sunt herbæ dulces, sunt quæ mitescere flamma,
Molliriq; queant, nec vobis lacteus humor
Eripitur, nec mella thymi redolentia flore.
Prodiga diuitias alimentaq; mitia tellus
Suggerit, atque epulas sine cæde, & sanguine præbet.
Carne fera sedant ieiunia, nec tamen omnes:
Quippe equus, & pecudes, armentaq; gramine viuunt.
[2] At quibus ingenium est immansuetúmque ferúmque
Armeniæ tigres, iracundiq; leones,
Cumq; lupis vrsi dapibus cũ sanguine gaudent.
Heu quantum scelus est in viscere viscera condi,
Congestoq; auidum pinguescere corpore corpus,
Alteriusq; animantem animantis viuere letho!
Scilicet in tantis opibus, quas optima matrum
Terra creat, nil te, nisi tristia mandere sæuo
Vulnera dente iuuat, [3] ritúsque referre Cyclopum?

1 al. Arcuit. 2 al. Ia. 3 al. rictúsque.

Nec,

Nec nisi perdideris alium, placare voratis
Et male morati poteris ieiunia ventris?
At vetus illa ætas, cui fecimus Aurea nomen,
Fœtibus arboreis, & quas nemus educat herbis,
Fortunata fuit, nec polluit ora cruore.
Tunc & aues tutæ mouêre per aëra pennas,
Et lepus impauidus mediis errauit in aruis:
Nec sua crudelitas piscem suspenderat hamo.
Cuncta sine insidijs, nullamq; timentia fraudem,
Plenaq; pacis erant. postquam non vtilis autor
Victibus inuidit (quisquis fuit ille deorum)
Corpoream q; dapes auidam demersit in aluum,
Fecit iter sceleri, primoq; è cæde ferarum
Incaluisse 1 potest maculatum sanguine ferrum.
Idq; satis fuerat: nostrumq; petentia lethum
Corpora missa neci salua pietate fatemur.
Sed quàm danda neci, tam non epulanda fuerũt.
Longius inde nefas abijt, & prima putatur
Hostia sus meruisse mori: quia semina pando
Eruerit rostro, spemq; interceperit anni.
Vite caper morsa Bacchi mactatus ad aras
Dicitur vltoris. nocuit sua culpa duobus,
Quid meruistis oues placidum pecus, inq; tuendos
Natũ homines? pleno quæ fertis in vbere nectar,
Mollia quæ nobis vestras velamina lanas
Præbetis, vitaq; magis, quàm morte iuuatis?
Quid meruêre boues, animal sine fraude, doloq;,
Innocuum, simplex, natum tolerare labores?
Immemor est demum, nec frugum munere dign⁹,
Qui potuit, curui dempto modo pondere aratri,
Ruricolam mactare suum: qui trita labore
Illa, quibus toties durum renouauerat aruum,
Tot dederat messes, percussit colla securi.
Nec satis est, quòd tale nefas committitur: ipsos
Inscripsere deos sceleri, numenq; supernum
Cæde laboriferi credunt gaudere iuuenci.
Victima labe carens, & præstantissima forma
(Nam placuisse nocet) vittis 2 præsignis, & auro
Sistitur ante aras, auditque ignara precantem,
Imponiq; sua videt inter cornua fronti,
Quas coluit fruges: percussaq; sanguine cultros
Inficit in liquida præuisos forsitan vnda.
Protinus ereptas viuenti pectore fibras
Inspiciunt, mentesq; Deum scrutantur in illis.
Vnde fames homini vetitorum tãta ciborum est?
Audetis vesci genus ô mortale? quod oro
Ne facite: & monitis animos aduertite nostris:
Cumq; boum dabitis cæsorum membra palato,
Mandere vos vestros scitè, & sentite colonos.
Et quoniam Deus ora mouet, sequar ora mouentem
Ritè Deum: Delphosq; meos ipsumque recludam
Aethera, & angustæ reserabo oracula mentis.
Magna, nec ingenijs inuestigata priorum,
Quæque diu latuere, canam. iuuat ire per alta
Astra: iuuat terris, & inerti sede relicta,
Nube vehi, validiq; humeris insistere Atlantis,
Palantesq; homines passim, ac rationis egentes
Despectare procul, trepidosque obitumq; timentes
Sic exhortari: sortemq; euoluere fati.
O genus attonitum gelida formidine mortis,
Quid Styga, quid tenebras, & nomina 1 vana timetis?
Materiem fatum, falsiq; pericula mundi?
Corpora, siue rogus flamma: seu tabe vetustas
Abstulerit, mala posse pati non vlla putetis:
Morte carent animæ, semperq; priore relicta
Sede, nouis domibus viuunt, habitantq; receptæ.
Ipse ego (nam memini) Troiani tempore belli
Panthoides Euphorbus eram, cui pectore quondã
Hæsit in aduerso grauis hasta minoris Atridæ.
Cognoui clypeum lævæ gestamina nostræ
Nuper Abantæis templo Iunonis in Argis.
Omnia mutantur: nihil interit, errat, & illinc
Huc venit, hinc illuc, & quoslibet occupat artus
Spiritus: eq; feris humana in corpora transit,
Inq; feras noster, nec tempore deperit vllo.
Vtq; nouis facilis signatur cera figuris,
Nec manet, vt fuerat, nec formas seruat easdem,
Sed tamen ipsa eadem est: animam sic semper eandem
Esse, sed in varias doceo migrare figuras.
Ergo ne pietas sit victa cupidine ventris,
Parcite, vaticinor, cognatas cæde nefandas
Exturbare animas: nec sanguine sanguis alatur.
Et quoniam magno feror æquore, plenaq; ventis
Vela dedi: nihil est toto quod perstet in orbe.
Cuncta fluunt, omnisque vagãs formatur imago.
Ipsa quoq; assiduo 2 labuntur tempora motu,
Non secus ac flumen. neq; enim consistere flumen,
Nec leuis hora potest: sed vt vndæ impellitur vnda,
Vrgeturq; prior veniente, vrgetq; priorem,
Tempora sic fugiunt pariter, pariterq; sequuntur,
Et noua sunt semper: nã quod fuit antè relictũ est,
Fitq; quod haud fuerat, momentaq; cuncta nouantur.
Cernis & emensas in lucem tendere noctes,
Et iubar hoc nitidum, nigræ succedere nocti.
Nec color est idem cœlo, cum lassa quiete
Cuncta iacent media, cumq; albo Lucifer exit
Clarus equo: rursusque alius, cum præuia lucis
Tradendum Phœbo Pallantias inficit orbem.
Ipse Dei clypeus terra cùm tollitur ima,
Mane rubet, terraq; rubet cum conditur ima,
Candidus in summo est, melior natura quod illic
Aetheris est, terraque procul contagia fugit.
Nec par, aut eadem nocturnæ forma Dianæ
Esse potest vsquam, semperq; hodierna sequenti
Si crescit, minor est: maior, si contrahit orbem.
Quid? non in species secedere quattuor annum
Aspicis, ætatis peragentem imitamina nostræ:
Nam tener, & lactens, puerique simillimus anno
Vere nouo est, tunc herba 3 nitens, & roboris expers
Turget, & insolida est, & spe delectat agrestes.
Omnia tum florent, florumq; coloribus almus

1 al. putes. 2 al. insignis.

1 noua. 2 voluuntur. 3 recens.

Ludit ager, neq; adhuc virtus in frōdibus vlla est.
Transit in Aestatem pest Ver robustior annus,
Fitque valens iuuenis: neque enim robustior ætas
Vlla nec vberior, nec, quæ magis ardeat, vlla est.
Excipit autumnus, posito feruore iuuentæ
Maturus, mitisq; inter iuuenemq; senemq;
Temperie medius, sparsis quoque tempora canis.
Inde senilis hiems tremulo venit horrida 1 passu,
Aut spoliata suos, aut quos habet, alba capillos.
Nostra quoq; ipsorum semper requieq; sine vlla
Corpora vertuntur: nec, quod fuimúsue, sumúsue,
Cras erimus, fuit illa dies, qua semina tantum,
Spesq; hominum primæ 2 materna habitabimus aluo.
Artifices Natura manus admouit: & angi
Corpora visceribus distentæ condita matris
Noluit, eq; domo vacuas emisit in auras.
Editus in lucem iacuit sine viribus infans:
Mox quadrupes, rituq; tulit sua membra ferarum,
Paulatimq; tremens, & nondum poplite firmo
Constitit, adiutisq; aliquo conamine neruis:
Inde valens, veloxque fuit, spatiumq; iuuentæ
Transit, & emeritis medij quoq; temporis annis,
Labitur occiduæ per iter decliue senectæ.
Subruit hæc æui, demoliturq; prioris
Robora: fletque Milon senior, cùm spectat inanes
Illos, qui fuerant solidarum 3 morte ferarum
Herculeis similes, fluidos pendere lacertos:
Flet quoque, vt in speculo rugas conspexit aniles
Tyndaris, & secum, Cur sit bis rapta, requirit.
Tempus edax rerum, tuq; inuidiosa vetustas
Omnia destruitis, vitiataq; dentibus æui
Paulatim lenta consumitis omnia morte.
Hæc quoque non perstant, quæ nos Elementa vocamus:
Quasq; vices peragant (animos adhibete) docebo,
Quatuor æternus genitalia corpora mundus
Continet: ex illis duo sunt onerosa, suoq;
Pondere in inferius tellus atque vnda feruntur:
Et totidem grauitate carent, nulloq; premente
Alta petunt, Aer, atque Aere purior ignis,
Quæ quanquam spatio distent, tamē omnia fiunt
Ex ipsis, & in ipsa cadunt: resolutaq; tellus
In liquidas rarescit aquas: tenuatur in auras,
Aëraque humor 4 abit: dempto quoque pondere, rursus
In superos aer tenuissimus emicat ignes.
Inde retrò redeunt, idemq; retexitur ordo.
Ignis enim densum spissatus in aëra transit:
5 Hinc in aquas tellus glomerata cogitur vnda.
Nec species sua cuique manet, rerumq; nouatrix
Ex alijs alias reparat natura figuras.
Nec perit in 6 tanto quicquam (mihi credite) mundo.
Sed variat, faciemq; nouat: nasciq; vocatur
Incipere esse aliud, quàm quod fuit ante: moriqué
Desinere illud idem: cùm sint huc forsitan illa,

1 visu. 2 primo matrisque. 3 more. 4 habet.
5 Hic legendum censet Raphael. 6 toto.

Hæc transiata illuc: summa tamen omnia constant.
Nil equidem durare diu sub imagine eadem
Crediderim, sic ad ferrum venistis ab auro
Secula: sic toties versa est fortuna locorum.
Vidi ego quod fuerat quondam solidissima tellus
Esse fretum: vidi factas ex æquore terras:
Et procul à pelago conchæ iacuere marinæ,
Et vetus inuēta est in mōtibus anchora summis,
Quodq; fuit campus, vallem decursus aquarum
Fecit: & eluuie mons est deductus in æquor.
Eq; paludosa siccis humus aret arenis:
Quæq; sitim tulerant, stagnata paludib⁹ humēt.
Hic fontes natura nouos emisit, & illic
Clausit, & antiquis tam multa tremoribus orbis
Flumina prosiliunt, aut exsiccata residunt.
Sic vbi terreno Lycus est epotus hiatu,
Exilit procul hinc, alioq; renascitur 1 ore.
Sic modò combibitur, tecto modo gurgite lapsu
Redditur Argolicis ingens Erasinus in agris.
Et Mysum capitisque sui, ripæque prioris
Pœnituisse, aliaq; ferunt nunc ire Caicum.
Nec non Sicanias voluens Amasenus arenas
Nunc fluit, interdum suppressis fontibus aret:
Ante bibebatur, nunc quas contingere nolis
Fundit Anigrus aquas, postquam (nisi vatibus omnis
Eripienda fides) illic lauere bimembres
Vulnera clauigeri, quæ fecerat Herculis arcus.
Quid? non & Scythicis Hypanis de montibus ortus,
Qui fuerat dulcis salibus vitiatur amaris?
Fluctibus ambitæ fuerant Antissa, Pharosq;,
Et Phœnissa Tyros: quarum nūc insula nulla est.
Leucada continuam veteres habuere coloni:
Nunc freta circumeunt. Zancle quoque iuncta fuisse
Dicitur Italiæ, donec confinia pontus
Abstulit, & media tellurem reppulit vnda.
Si quæris Helicen & Burin Achaidas vrbes,
Inuenies sub aquis, & adhuc ostendere nautæ
Inclinata solent cum mœnibus oppida mersis.
Est prope Pitheam tumulus Trœzena sine vllis
Arduus arboribus, quondam planissima campi
Area: nunc tumulus: nam (res horrenda relatu)
Vis fera ventorum, cæcis inclusa cauernis,
Exspirare aliqua cupiens, luctatáque frustra
Liberiore frui cœlo cum carcere rima
Nulla foret toto: nec peruia flatibus esset,
Extentam tumefecit humum, ceu spiritus oris
Tendere vesicam solet, aut direpta bicornis
Terga capri. tumor ille loci permansit, & alti
Collis habet speciem, longóque induruit æuo.
Plurima cum subeant audita, aut cognita nobis
Pauca super referam. quid? non & lympha figuras
Dátque, capitq; nouas? medio tua, corniger Hammon
Vnda die gelida est, ortúque, obitúque calescit.

1 orbe.

Ad-

Admotis Athamantis aquis accendere lignum
Narratur, minimos cùm Luna recessit in orbes.
Flumen habent Cicones, quod potum saxea reddit
Viscera, quod tactis inducit marmora rebus.
Crathis, & hinc Sybaris vestris conterminus oris
Electro similes faciunt auroque capillos.
Quodque magis mirum est, sunt qui non corpora tantum,
Verum animos etiam valeant mutare, liquores.
Cui non audita est obscœna Salmacis vnda?
Aethiopésque lacus? quos si quis faucibus hausit,
Aut furit: aut patitur mirũ grauitate soporem.
Clitorio quicunque sitim de fonte leuarit,
Vina fugit, gaudétque meris abstemius vndis.
Seu vis est in aqua calido contraria vino,
Siue, quod indigenæ memorãt, Amithaone natus
Prœtidas attonitas postquam per carmen, & herbas
Eripuit furiis, purgamina mentis in illas
Misit aquas: odiumq; meri permansit in vndis.
Hinc fluit effectu dispar Lyncestius amnis:
Quem quicũque parum moderato gutture traxit,
Haud aliter titubat, quam si mera vina bibisset.
Est lacus Arcadiæ, Pheneum dixere priores,
Ambiguis suspectus aquis, quas nocte timeto:
Nocte nocent potæ, sine noxa luce bibuntur.
Sic alias, aliásque lacus, & flumina vires
Concipiunt: tempúsque fuit, quo nauit in vndis,
Nunc sedet Orygie: timuit concursibus Argo
Vndarum sparsas Symplegadas elisarum,
Qui nunc immotæ perstant, ventisque resistunt.
Nec, quæ sulphureis ardet fornacibus, Aetna
Ignea semper erit: neque enim fuit ignea semper.
Nam siue est animal Tellus, & viuit, habétque
Spiramenta locis flammam exhalantia multis,
Spirandi mutare vias, quotiésque mouetur,
Has finire potest, illas aperire cauernas.
Siue leues imis venti cohibentur in antris,
Saxaque cum saxis, & habentem semina flammæ
Materiam iactant, ea concipit ictibus ignem:
Antra relinquentur sedatis frigida ventis.
Siue bitumineæ rapiunt incendia vires,
Luteaue exiguis ardescunt sulphura [1]fumis,
Nempe vt terra cibos, alimentáque pinguia flammæ
Non dabit, absumptis per longum viribus æuum.
Naturæq; suum nutrimen deerit edaci,
Non feret illa famem, desertáque deseret ignes.
Esse viros fama est in Hyperborea Pallene,
Queis soleant leuibus velari corpora plumis,
Cum Tritoniacam nouies subiere paludem.
Haud equidem credo sparsa quoque membra veneno
Exercere artes Scythides memorantur easdem.
Si qua fides rebus tamen est addenda probatis,
Nonne vides quæcumque mora fluidóque calore
Corpora tabuerint, in parua animalia verti?
Iuuencos, delectos mactatos obrue tauros,
(Cognita res vsu) de putri viscere passim
Florilegæ nascuntur apes, quæ more parentum
Rura colunt, operique fauent, in spémque laborant.
Pressus humo bellator equus crabronis origo est.
Concaua littoreo si demas brachia cancro,
Cætera supponas terræ, de parte sepulta
Scorpius exibit, caudaque minabitur vnca.
Quæq; solent canis frondes intexere filis,
Agrestes tineæ (res obseruata colonis)
Ferali mutant cum papilione figuram.
Semina limus habet virides generantia ranas
Et generat truncas pedibus, mox apta natando
Crura dat: vtq; eadem sint longis saltibus apta,
Posterior superat partes mensura priores.
Nec catulus partu, quem reddidit Vrsa recenti,
Sed male viua caro est: lambendo mater in artus
Fingit, & in formam quãtam capit ipsa, reducit.
Nonne vides, quos cera tegit sexangula fœtus
Melliferarum apium sine membris corpora nasci?
Et serosq; pedes, serasq; assumere pennas?
Iunonis volucrem, quæ cauda sydera portat
Armigerumq; Iouis, Cythereidasq; columbas,
Et genus omne auium, mediis è partibus oui
Nisciret fieri, quis nasci posse putaret.
Sunt qui cum clauso putrefacta est spina sepulcro,
Mutari credant humanas angue medullas.
Hæc tamen ex aliis generis primordia dusunt.
Vna est quæ reparet seq; ipsa reseminet ales:
Assyrij Phœnica vocant: nec fruge nec herbis,
Sed thuris lacrymis, & succo viuit amomi.
Hæc vbi quinq; sua compleuit sæcula vitæ,
Ilicis in ramis, tremulæq; cacumine palmæ,
Vnguibus & duro nidum sibi construit ore.
Quo simul ac casias, & nardi lenis aristas,
Quæsaque cum fulua substrauit cynnama myrrha,
Se super imponit, finitq; in odoribus æuum.
Inde ferunt, totidem qui viuere debeat annos,
Corpore de patrio paruum Phœnica renasci.
Cum dedit huic ætas vires, onerique ferendo est,
Ponderique nidi ramos leuat arboris altæ,
Fértque pius, cunásque suas patriúmque sepulcrum,
Perq; leues auras Hyperionis vrbe petitus
Ante fores sacras Hyperionis æde reponit.
Si tamen est aliquid miræ nouitatis in istis,
Alternare vices, & quæ modo fœmina tergo
Passa marem est, nunc esse marem miremur Hyænam.
Id quoque, quod vẽtis animal nutritur, & aura
Protinus assimulat, tetigit quoscumq; colores.
Victa racemifero lyncas dedit India Baccho,
E quibus, vt memorant, quicquid vesica remisit,
Vertitur in lapides, & congelat aëre tacto.
Sic & Corallium, quo primum contigit auras
Tempore durescit: mollis fuit herba sub vndis.

[1] flammis.

Desinet ante dies, & in alto Phœbus anhelos
Æquore tinget equos, quam consequar omnia dictis.
In species translata nouas sic omnia verti
Cernimus, atque alias assumere robora gentes,
Concidere has: sic magna fuit, censuque, viriq;
Perq; decem potuit tantum dare sanguinis annos:
Nunc humilis veteres tantummodo Troia ruinas,
Et prodiuitiis tumulos ostendit auorum.
Clara fuit Sparte: magna viguere Mycenæ.
Nec non & Cecropis, nec non Amphionis arces.
Vile solum Sparte est: altæ cecidere Mycenæ.
Oedipodioniæ quid sunt, nisi nomina Thebæ?
Quid Pandioniæ restant, nisi nomen Athenæ?
Nunc quoque Dardaniam fama est consurgere Romam,
Appenninigenæ quæ proxima Tybridis vndis
Mole sub ingenti rerum fundamina ponit.
Hæc igitur formam crescendo mutat, & olim
Immensi caput orbis erit: sic dicere vates,
Vaticinásque ferunt sortes: quantúmque recordor,
Dixerat Æneæ, cum res Troianæ labaret
Priamides Helenus flenti, dubióque salutis,
Nate Dea, si nota satis præsagia nostra
Mentis habes, non tota cadet te sospite Troia,
Flamma tibi, ferrúmque dabunt iter: ibis, & vna
Pergama rapta feres, donec Troiaque, tibique
Externum patrio contingat amicius aruum,
Vrbem etiam cerno Phrygios debere nepotes,
Quãta nec est, nec erit, nec visa prioribus annis,
Hanc alij proceres per sæcula longa potentem,
Sed dominam rerum de sanguine natus Iuli
Efficiet: quo cum tellus erit vsa, fruentur
Ætheræ sedes, cœlúmque erit exitus illi.
Hæc Helenum cecinisse penatigero Æneæ
Mente memor refero, cognataque mœnia letor
Crescere, & vtiliter Phrygibus victisse Pelasgos.
Ne tamen oblitis ad metam tendere longe
Expatiemur equis: cœlum, & quodcunque sub illo est,
Immutat formas, tellúsq;, & quicquid in illa est,
Nos quoque pars mundi, quoniam non corpora solum,
Verùm etiam volucres animæ sumus inque ferinas
Possumus ire domos, pecudúmq; in pectora condi,
Corpora quæ possint animas habuisse parentum,
Aut fratrum, aut aliquo iunctorũ fœdere nobis,
Aut homi-ũ certe, tuta esse, & honesta sinamus:
Neve Thyestæis cumulemus viscera mensis.
Quam male consuescit, quam se parat ille cruori
Impius humano, vituli qui guttura cultro
Rumpit, & immotas præbet mugitibus aures:
Aut qui vagitus similes puerilibus hœdum
Edentem iugulare potest aut alite vesci,
Cui dedit ipse cibos, quantum est quod desit in istis
Ad plenum facinus? quis transitus inde paratur?
Bos aret, aut mortem senioribus imputet annis:
Horriferum contra Borean ouis arua ministret:
Vbera dent saturæ manibus pressanda capellæ.
Retia cum pedicis, laqueósque artésque dolosas
Tollite: nec volucres viscata fallite virga:
Nec formidatis certos includite pennis:
Nec celate cibis vncos fallacibus hamos.
Perdit si qua nocent: verum hæc quoque perdite tantum:
Ora vacent epulis, alimentaq; congrua carpant.
Talibus atque aliis instructo pectore dictis,
In patriam remeasse ferunt, vltróque petitum
Accepisse Numam populi Latialis habenas,
Coniuge qui felix Nympha, ducibúsque Camœnis
Sacrificos docuit ritus, gentémque feroci
Assuetam bello pacis traduxit ad artes,
Qui postquam senio regnumq;, æuumque peregit,
Extinctum Latiaq; nurus, populusq; patrésque,
Defleuere Numam: nam coniux vrbe relicta,
Vallis Aricinæ densis latet abdita syluis,
Sacraque Orestææ gemitu, questuq; Dianæ
Impedit. ah quoties Nymphæ nemorisque, lacusque
Ne faceret, monuere, & consolantia verba
Dixerunt! quoties flenti Thesetus heros,
Siste modum dixit, nec enim fortuna querenda
Sola tua est: similes aliorum respice casus,
Mitius ista feres, vtinamque exempla dolentem
Non mea te possent releuare: sed & mea possunt.
Fando aliquem Hippolytum vestras si contigit aures,
Credulitate patris, scelerata & fraude nouerca
Occubuisse neci: mirabere, vixque probabo.
Sed tamen ille ego sum: me Pasiphaeia quendam
Tentatum frustra patrium temerare cubile,
Quod voluit finxit voluisse, & crimine verso,
Indicii ve metu magis, offensave repulsæ
Arguit: immeritumque pater proiecit ab vrbe,
Hostilique caput prece detestatur euntis.
Pitheiam profugo curru Trœzena petebam,
Iamque Corinthiaci carpebam littora ponti,
Cum mare surrexit, cumulusque immanis aquarum
In montis speciem curuari, & crescere visus,
Et dare mugitus, summóque cacumine findi.
Cornger hinc taurus ruptis expellitur vndis,
Pectoribusque tenus molles erectus in auras,
Naribus & patulo partem maris euomit ore.
Corda pauent comitũ, mihi mens interrita mãsit
Exiliis contenta suis, tum colla feroces
Ad freta conuertunt, arrectisque auribus horrent
Quadrupedes, monstrióq; metu turbantur, & altis
Præcipitant currum scopulis. Ego ducere vana
Frena manu spumis albentibus oblita luctor,
Et retro lentas tendo resupinus habenas.
Nec vires tamen has rabies superasset equorum,

1 mitia. 2 Damnauit.

Ni rota,

Ni rota, perpetuum quæ circum vertitur axem
Stipitis occursu fracta, & disiecta fuisset.
Excutior curru: loriscq; tenentibus artus
Viscera viua trahi, neruosq; in stirpe teneri.
Membra rapi partim partim reprensa relinqui.
Ossa grauem dare fracta sonum, fessamq; videres
Exhalare animam, nullasq; in corpore partes
Noscere quas posses: vnumq; erat omnia vulnus.
Num potes, aut audes cladi componere nostræ
Nympha tuã? vidi quoque luce carentia regna,
Et lacerum foui Phlegetontide corpus in vnda.
Nec nisi Apollineæ valido medicamine prolis,
Reddita vita foret, quam postquam fortibus herbis,
Atque ope Pæonia Dite indignante recepi,
Tum mihi, ne præsens augerem muneris huius
Inuidiam, densas obiecit Cynthia nubes:
Vtque forem tutus possemq; impune videri,
Addidit ætatem, nec cognoscenda reliquit
Ora mihi: Cretenq; diu dubitauit habendam
Traderet, an Delon: Delo, Cretaq; relictis
Hic posuit, nomenq; simul quod poscit equorum
Admonuisse, iubet deponere: quiq; fuisti
Hippolytus, dixi, nunc idem Virbius esto.
Hoc nemus inde colo, de Dijsq; minoribus vnus
Numine sub domina lateo atque assentior illi.
Non tamen Ægeriæ luctus aliena leuare
Damna valent, montisq; iacent radicibus imis
Liquitur in lacrymas: donec pietate dolentis
Mota soror Phœbi gelidum de corpore fontem
Fecit & æternas artus tenuauit in vndas.
At nymphas tetigit noua res, & Amazone natus
Haud aliter stupuit, quam cum Tyrrhenus arator
Fatalem glebam 2 motis aspexit in aruis
Sponte sua primum nulloque agitante moueri,
Sumere 3 mox hominis, terraq; amittere formam,
Oraq; venturis aperire recentia fatis.
Indigenæ dixere Tagen, qui primus Hetruscam
Edocuit gentem casus aperire futuros.
Vtque Palatinis hærentem collibus olim
Cum subitò vidit frondescere Romulus hastam
Quæ radice noua, non ferro stabat adacto,
Et iam non telum, sed lenti viminis arbor
Non expectatas dabat admirantibus vmbras.
Aut sua fluminea quam vidit Cippus in vnda,
Cornua, vidit enim, falsamq; in imagine credens
Esse fidem, digitis ad frontem sæpe relatis,
Quæ vidit, tetigit: nec iam sua lumina damnans
Restitit, vt victor domito veniebat ab hoste:
Ad cælumq; oculos, & eodem cornua tollens.
Quicquid, ait, superi monstro portenditur isto,
Seu lætum est aliquid, patriæ populoq; Quirini:
Siue minax mihi sit: viridiq; è cespite factas
Placat odoratis herbosas ignibus aras,
Vinaq; dat pateris, mactatarumq; bidentum
Quid sibi significent trepidantia consulit exta.
Quæ simul aspexit Tyrrhenæ gentis aruspex,
Magna quidem rerum molimina vidit in illis,

1 Non. 2 mediis. 3 Nunc.

Non manifesta tamen. Cum vero sustulit acre
A pecudis fibris ad Cippi cornua lumen,
Rex, ait, ô salue, tibi enim, tibi Cippe, tuisq;
Hic locus, & Latiæ parebunt cornibus arces:
Tu modo rumpe moras, portasq; intrare patentes
Adpropera: sic fata iubent. namque vrbe receptus
Rex eris, & sceptro tutus potiere perenni.
Rettulit ille pedem, toruamq; à mœnibus vrbis
Auertens faciem, procul, ô procul omina, dixit,
Talia Dij pellant, multoq; ego iustius æuum
Exul agam, quam me videant Capitolia regem.
Dixit: & extemplo populumq; grauémque Senatum
Conuocat: ante tamen 1 capitis noua cornua frõde
Velat, & aggeribus factis à milite forti
Insistit, priscoq; Deo de more precatus,
Est, ait, hic vnus, quem vos nisi pellitis vrbe,
Rex erit: is qui sit, signo, non nomine, dicam:
Cornua fronte gerit, quem vobis indicat augur.
Si Romam intrarit, famularia iura daturum.
Ille quidem potuit portas irrumpere apertas,
Sed nos obstitimus, quamuis coniunctior illo
Nemo mihi est: vos vrbe virum prohibete Quirites,
Vel si dignus erit, grauibus vincite catenis,
Aut finite metum fatalis morte tyranni.
Qualia succinctis, vbi trux insibilat Eurus,
Murmura pinetis fiunt: aut qualia fluctus
Æquorei faciunt, si quis procul audiat illos:
Tale sonat populus. sed per confusa frementis
Verba tamen vulgi vox eminet vna, Quis ille est?
Et spectant frontes, prædictaq; cornua quærunt?
Rursus ad hos Cippus, quem poscitis, inquit, habetis,
Et dempta capiti populo prohibente corona,
Exhibuit gemino præsignia tempora cornu.
Demisere oculos omnes, gemitumq; dedere,
Atque illud meritis clarum (quis credere possit?)
Inuiti videre caput, nec honore carere
Vlterius passi, festam imposuere coronam.
At proceres, quoniam muros intrare vetaris,
Ruris honorati tantum tibi Cippe dedere,
Quantum depresso subiectis bobus aratro
Complecti posses ad finem lucis ab ortu:
Cornuaq; 2 auratis miram referentia formam
Postibus insculpunt longum mansura per æuum.
Pandite nunc Musæ præsentia numina vatum
(Scitis enim, nec vos fallit spatiosa vetustas)
Vnde Coronidem circumflua Tybridis alti
Insula Romuleæ sacris 3 accesserit vrbis.
Dira lues quondam Latias vitiauerat auras,
Pallidaq; exangui squalebant corpora morbo.
Funeribus fessi postquam mortalia cernunt
Tentamenta nihil, nihil artes posse medentum,
Auxilium cœleste petunt: mediamq; tenentis

1 placali cornua lauro.
2 æratis legendum. 3 adiecerit.

Orbis humum Delphos adeunt oracula Phœbi.
Vrq; salutifera miseris succurrere rebus
Sorte velit, tantæque vrbis mala siniat, orant.
Astlocus, & laurus, & quas habet ipse pharetras,
Intremuere simul: cortinaq; reddidit imo
Hanc adyto vocem, pauefactaq; corpora mouit:
Quod petis hinc, propiore loco Romane petisses:
Et pete nunc propiore loco. nec Apolline vobis,
Qui minuat luctus opus est, sed Apolline nato.
Ite bonis auibus, prolemq; accersite nostram.
Iussa Dei prudens postquam accepere Senatus,
Quam colat, explorat iuuenis Phœbeius vrbem,
Quiq; petant ventis Epidauria littora mittunt.
Quæ simul incurua missi tetigere carina,
Consilium, Graiisq; patres adiere, darentq;
Orauere Deum, qui præsens funera gentis
Finiat, Ausoniæ cereas ita dicere sortes.
Dissidet, & variat sententia: parsq; negandum
Non putat auxilium: multi retinere, suamq;
Non emittere opem, nec numina tradere suadent.
Dum dubitant, seram pepulere crepuscula lucem,
Vmbraq; telluris tenebras induxerat orbi:
Cum Deus in somnis opifer consistere visus
Ante tuum Romane torum, sed qualis in ede
Esse solet: baculumq; tenens agreste sinistra,
Cæsariem longæ dextræ deducere barbæ
Et placido tales emittere pectore voces:
Pone metus; veniam; simulacraq; nostra relinquam:
Hunc modo serpentem, baculum qui nexibus ambit,
Perspice, & vsq; nota, visu vt cognoscere possis.
Vertar in hunc, sed maior ero. tantusq; videbor
In quantum verti cœlestia corpora 1 possunt.
Extemplo cum voce Deus cum voce, Deoq;
Somnus abit, sónoq; fugam lux alma secuta est.
Postera sydertos Aurora fugauerat ignes:
Incerti quid agant proceres ad templa petiti
Conueniunt operosa Dei: quaq; ipse morari
Sed velit, signis cœlestibus indicet, orant.
Vix bene desierant, cum cristis aureus altis
In serpente Deus prænuntia sibila misit,
Aduentuq; suo, signumq;, araq; foreq;,
Marmoreumq; solum, fastigiaq; aurea mouit:
Pectoribusq; tenus media sublimis in ede
Constitit, atque oculos circumtulit igne micantes.
Territa turba pauet: cognouit numina castus
Euinctus vitta crines albente sacerdos,
En Deus est, Deus est, animis linguisq; fauete.
Quisquis adest, dixit, sis ó pulcherrime visus
Vtiliter, populósq; tuues tua sacra colentes.
Quisquis adest, visum veneratur numen: & omnes
Verba sacerdotis referunt geminata, piumq;
Æneadæ præstant & voce, & mente fauorem.
Annuit his, motisq; Deus rata pignora cristis,
Et repetita dedit vibratæ sibila lingua.

1 debent.

Tum gradibus nitidis elabitur, oraq; retro
Flectit, & antiquas abiturus respicit aras,
Assuetasq; domos, habitataq; templa salutat.
Inde per iniectis adoperam floribus ingens
Serpit humum, flectitq; sinus, mediámque per vrbem
Tendit ad incuruo munitos aggere portus.
Restitit hic: agmenq; suum, turbaq; sequentis
Officium placido visus dimittere vultu.
Corpus in Ausonia posuit rate: numinis illæ
Sensit onus: pressaq; Dei grauitate carina,
Æneadæ gaudent, cæsoq; in littore tauro
Torta coronatæ soluunt retinacula nauis.
Impulerat leuis aura ratem: Deus eminet alte,
Impositaq; premens puppim ceruice recuruam
Cæruleas despectat aquas: modicisq; per æquor
Ionium Zephyris sextæ Pallantidos ortu
Italiam tenuit: prætereq; Lacinia templa
Nobilitata Dea Scylliæq; littora sertur.
Linquit Iapygiam, leuibusq; 1 Amphrysia remis
Saxa fugit: dextra prærupta Ceraunia parte,
Romethiumq; legit, Caulonaq; Nacyciamq;
Euinctaq; fretum, Siculiq; angusta Pelori,
Hippotadæq; domos regis Temesesq; metalla,
2 Leucosiamq; petit, Tepidiq; rotaria Pæsti.
Inde legit Capreas, promontoriumque Minervæ,
Et Surrentino generosos palmite colles.
Herculeámque vrbem, Stabiasque, & in otia natam
Parthenopen, & ab hac Cumææ templa Sibyllæ
Hinc calidi fontes, lentiscifera umq; tenetur.
Linternum, multamq; trahens sub gurgite arenã
Vulturnus, niueisq; frequens Sinuessa colubris,
Minturnæque graues, & quam tumulauit alumnus,
Antiphataque domus, Trachasq; obsessa palude
Et tellus Circæa, & spissi littoris 3 Antium.
Hinc vbi veliferam nautæ aduertere carinam
(Asper enim iam pontus erat) Deus explicat orbes,
Perq; sinus crebros, & magna volumina labens,
Templa parentis init flauum tangentia littus.
Æquore placato patrias Epidaurius aras
Linquit, & hospitio iuncti sibi numinis vsus,
Littoream tractu squamæ crepitantis arenam
Sulcat, & innixus moderamine nauis in alta
Puppe caput posuit, donec Castrumq; sacraq;
Lauini sedes, Tyberinaq; ad ostia venit.
Huc omnes populi passim, matrumq; patrumq;
Obuia turba ruit, quæq; ignes Troica seruat
Vesta tuos, lætoq; Deum clamore salutant,
Quaq; per aduersas nauis cita ducitur vndas,
Thura super ripas aris ex ordine factis,
Thura super ripas ex ordine facta sacerdos,
Parte ab vtraque sonant, & odorant aera fumis:
Ictaq; conjectos incalfacit hostia cultros.
Iámque caput rerum, Romanam intrauerat vrbem:
Erigitur serpens, summóq; accliuia malo
Colla mouet, sedéq; sibi circumspicit aptas.

1 Amphissa. 2 Leucoriumque. 3 Ancon.

Scindi-

Scinditur in geminas partes circumfluus amnis,
(Insula nomẽ habet) lateríque à parte duorum
Porrigit æquales media tellure lacertos,
Hùc se de Latia pinu Phœbeius anguis
Contulit, & finem specie cœleste resumpta,
Luctibus imposuit, venitque salutifer Vrbi.
Hic tamen accessit delubris aduena nostris
Cæsar in vrbe sua Deus est. quem Marte, togaq;
Præcipuum, non bella magis finita triumphis,
Réque domi gestæ, properatáque gloria rerum
In sydus vertere nouum, stellamque comantem,
Quam sua progenies: nec enim de Cæsaris actis
Vllum maius opus, quã quod pater extitit huius,
Scilicet æquoreos plus est domuisse Britannos,
Pérque papyriferis septemflua flumina Nili
Victrices egisse rates, Numidasq; rebelles,
Cyniphiũq; Iubam, Mithridateisque tumentem
Nominibus Pontum, populo adiecisse Quirini,
Et multos meruisse, aliquos egisse triumphos,
Quam tantum genuisse virum, quo præside rerum
Humano generi superi fauistis abunde?
Ne foret hic igitur mortali semine cretus,
Ille Deus faciendus erat, quod vt aurea vidit
Æneæ genitrix (vidit quoque triste parari
Pontifici lethum & coniurata arma moueri)
Palluit & cunctis, vt cuique erat obuia, Diuis
Aspice, dicebat, quanta mihi mole parentur
Insidiæ, quantaque caput cum fraude petatur,
Quod de Dardanio solum mihi restat Iulo.
Solane semper ero iniustis exercita curis?
Quam modo Tydidæ Calydonia vulneret hasta:
Nunc male defensæ confundant mœnia Troiæ:
Quæ videam natum longis erroribus actum
Iactarique freto, sedésque intrare silentum
Bellaq; cum Turno gerere, aut, si vera fatemur,
Cum Iunone magis. Quid nunc antiqua recordor
Damna mei generis? timor hic meminisse priorum
Non sinit. in me acui sceleratos cernitis enses:
Quos prohibete, precor, facinusque repellite, néve
Cæde sacerdotis flammas extinguite Vestæ.
Talia nequicquam toto Venus anxia cœlo
Verba iacit, superosque mouet: qui rumpere quamquam
Ferrea non possunt veterum decreta sororum,
Signa tamen luctus dant haud incerta futuri.
Arma ferunt inter nigras crepitantia nubes,
Terribilésque tubas, auditaque cornua cœlo
Præmonuisse nefas. Solis quoque tristis imago
Lurida sollicitis præbebat lumina terris,
Sæpe faces visæ mediis ardere sub astris,
Sæpe inter nimbos guttæ cecidere cruentæ.
Cærulus & vultum ferrugine Lucifer atra
Sparsus erat, sparsi lunares sanguine currus.
Tristia mille locis Stygius dedit omnia bubo:
Mille locis lacrymauit ebur, cantusque feruntur
Auditi sanctis & verba minantia lucis.
Victima nulla litat: magnosque instare tumultus
Fibra monet: cæsumque caput reperitur in extis.
Inque foro, circumque domos, & templa Deorum
Nocturnos vlulasse canes, vmbrasque silentum
Errauisse ferunt, motamque tremoribus vrbem.
Non tamen insidias, venturaque vincere fata
Præmonitus potuere Deum? strictique feruntur
In templum gladij: nec enim locus vllus in vrbe
Ad facinus, dirámque placet, nisi curia, cædem.
Tum vero Cytherea manu percussit vtraque
Pectus, & ætherea molitur condere nube,
Quæ prius infesto Paris est ereptus Atridæ
Et Diomedeos Æneas fugerat enses.
Talibus hanc genitor, Sola insuperabile fatum
Nata mouere paras? intres licet ipsa sororum
Tecta trium, cernes illic molimine vasto
Ex ære, & solido rerum tabularia ferro,
Quæ neque concussum cœli, neque fulminis iram,
Nec metuunt vllas tuta, atque æterna ruinas.
Inuenies illic incisa adamante perenni
Fata tui generis: legi ipse, animoque notaui,
Et referam, ne sis iam nunc ignara futuri.
Hic sua compleuit, pro quo Cytherea laboras,
Tempora, perfectis quos terræ debuit annis.
Vt Deus accedat cœlo templisque colatur,
Tu facies, natusque tuus: qui nominis hæres
Impositum feret vnus onus, cæcique parentis
Nos in bella suos fortissimus vltor habebit.
Illius auspiciis obsessæ mœnia pacem
Victa petent Mutinæ: Pharsalia sentiet illum,
Emathiique iterum [1]madefient cæde Philippi:
Et magnum Siculis nomen superabitur vndis.
Romanique ducis coniux Ægyptia tedæ
Non bene fisa cadet: frustraque erit illa minata,
Seruitura suo Capitolia nostra Canopo.
Quid tibi barbariem, gentésque ab vtroque iacentes
Oceano numerem? Quodcumque habitabile tellus
Sustinet, huius erit. pontus quoque seruiet illi.
Pace data terris, animum ad ciuilia vertet
Iura suum, legésque feret [2]iustissimus auctor,
Exemploque suo mores reget: inque futuri
Temporis ætatem, venturorúmque nepotum
Prospiciens, prolem sancta de [3]virgine natam:
Ferre simul, noménque suum, curásque iubebit.
Nec nisi cum senior similes æquauerit annos,
Æthereas sedes, cognataque sydera tanget,
Hanc animam interea cæso de corpore raptam
Fac iubar, vt semper Capitolia nostra forumque
Diuus ab excelsa prospectet Iulius æde.
Vix ea fatus erat, media cum sede Senatus
Constitit alma Venus nulli cernenda, suique
Cæsaris eripuit membris, nec in aera solui
Passa recentem animam, cœlestibus intulit astris.
Dũq; tulit [4]numen capere, atq; ignescere sensit,
Emisitque [5]simul: simul euolat altius illa,
Flammiferumque trahens spatioso limite crinem
Stella micat, natique videns benefacta fatetur,
Esse suis maiora, & vinci gaudet ab illo.

1 madescent. 2 mitissimus. 3 coniuge. 4 lumen. 5 sinis.

Hic sua præferri quanquam vetat acta paternis,
Libera fama tamen, nullisque obnoxia iussis
Inuitum præfert, vnaque in parte repugnat.
Sic magnis cedit titulis Agamemnonis Atreus:
Ægea sic Theseus, sic Pelea vincit Achilles.
Denique vt exemplis ipsos æquantibus vtar,
Sic & Saturnus minor est Ioue. Iuppiter arces
Temperat æthereas, & mundi regna triformis:
Terra sub Augusto: pater est & rector vterque.
Dij, precor, Æneæ comites, quibus ensis, & ignis
Cesserunt, Dijq; indigetes, genitorq; Quirine
Vrbis, & inuicti genitor Gradiue Quirini,
Vestaque Cæsareos inter sacrata penates,
Et cum Cæsarea tu Phœbe domestice Vesta.
Quique tenes altus Tarpeias Iuppiter arces,
Quosque alios vati fas appellare piumque est,
Tarda sit illa dies, & nostro serior æuo,
Qua caput Augustus quem temperat orbe relicto
Accedat cœlo, faueatque precantibus absens.
Iamque opus exegi, quod nec Iouis ira, nec ignes,
Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetustas.
Cum volet illa dies, quæ nil nisi corporis huius
Ius habet, incerti spatium mihi finiat æui.
Parte tamen meliore mei super alta perennis
Astra ferar, nomenque erit indelebile nostrum.
Quáque patet domitis Romana potentia terris
Ore legar populi, perque omnia sæcula fama.
Si quid habent veri Vatum præsagia, viuam.

DOMITII MARSI VITA

A Petro Crinito descripta.

DOMITIVS Marsus poëta insignis est habitus in scribendis Epigrammatis, vt veteres testantur. P. Ouidius & hunc ipsum nominat inter poëtas sui temporis: vt Cor. Seuerum, Montanum, Pedonem, Rabirium, & reliquos. Laudantur eius Epigrammata, cùm ab aliis, tum à Val. Martiale, qui ad exemplum illius lasciuam verborum licentiam excusat in suis carminibus. Idem Marsus composuit Bellum Herculis contra Amazones: eóque argumento vocauit Amazonidem suum opus, in quo non magnam laudem adeptus est, vt ex antiquis autoribus possumus colligere: vulgatis versibus, in quibus poëtæ Persio postponitur. Melenem puellam dilexit, cámque celebrauit longo carmine, vt Catullus Lesbiam. Quocirca sic de Marso Val. Martialis:

Nota tamen Marsi fusca Melenis erit.

Citatur hoc carmen Marsi de Orbilio Grammatico.

Si quos Orbilius ferula, scuticáque cecidit.

Fuit enim Orbilius paulò asperior in discipulos, & ob id ab Horatio plagosus vocatus. Hæc sunt quæ de Domitio Marso legimus apud veteres.

SI quos Orbilius ferula scuticáque cecidit,
Epeirota tenellorum nutricula vatum.
--callum sibi pectore quendam.

C. GERMANICI AVGVSTI VITA

A Petro Crinito descripta.

CAIVS Germanicus Augustus ex nobilissima Claudiorum familia ortus est, patre Druso, ac diligenti cura in Vrbe eruditus. Tantum profecit sub primam adolescentiam in optimis disciplinis, vt incredibile dictu sit, quantum ab antiquis scriptoribus commendetur. Suetonius ac Fabius Quintilianus maximis laudibus eius ingenium, atque operam extollunt, etsi paulò iunior ea ipse composuit.

fuit. Idem Germanicus in causis præterea versatus est, & his quidem triumphalibus. Inter alia studia Græcas comœdias à se editas reliquit, & opus Arati de rebus cœlestibus in Latinos numeros conuertit, nihil commotus, quòd à M. Tullio foret interpretatum, vt obseruatum est ab Hieronymo. Quintilianus inter poëtas heroicos hunc constituit, quo loco enumerat Val. Flaccũ, Saleium Bassum, Rabirium, & Lucanum. Quid, inquit, Germanici operibus sublimius, doctius, & omnibus denique numeris præstantius? Quis bella canere melius potuit, quàm qui sic egerit? Reliqua omittimus, ne videamur plura nunc repetere, quàm institutum opus patitur. Cognomen Germanici à deuictis Germanis reportauit, contra quos magno exercitu, ac summis viribus dimicauit. Vxorem Agrippinã habuit, M. Agrippæ filiam, & ex ea liberos plures procreauit. Traditum est eum obiisse in vrbe Antiochia, quum quartum ac xxx. annũ ageret, neque sine suspicione veneni, Tiberio autore talis facinoris, vt Sueton. putauit. Quæ res credita est, non modò propter liuores, qui toto corpore extiterunt: sed ex ipso etiam corde, quod igni admotum cremari haud potuit. Pub. Ouidius opus suum de Rom. Fastis, ad hunc Germanicum misit, eiúsque doctrinam tanti fecit, vt inter egregios Poetas illius nomen retulerit.

C. GERMANICI AVGVSTI
FRAGMENTA QVÆ EXTANT.

Epigramma de puero Thracensi.

THRAX puer astricto glacie cum luderet Hebro,
Frigore concretas pendere rupit aquas.
Dumq; vna partes rapido traherentur ab amni,
Præcecuit tenerem lubrica tecta caput.
Orba quod inuentum mater dum conderet vrna,
Hoc peperi flammis cætera dixit aquis.

AN. CÆSII BASSI
VITA

A Petro Crinito descripta.

CÆSIVS Bassus inter Poetas Lyricos relatus est. Floruit ætate Claudij principis, & vsque ad Flauiorum Imperium peruenit: quod ipsum Fabius Quintilianus testatur: qui refert illum à se visum quo tempore libros suos de oratoria institutione componeret. Fuit hoc obseruandum ea ratione, vt facilius deuitemus illorum errorem, qui parum prudenter de Cæsio Basso differunt. Idem libros aliquot scripsit vario & multiplici carmine, vt Flaccus apud nos, & Pindarus apud Græcos. Veteres autores quum de poetis Lyricis agunt, Horatium Flaccum & Cæsium Bassum præcipue enumerant, qui legi mereantur. Diomedes quoque Grammaticus Molossicos numeros refert, qui durissimi habentur, à Cæsio Basso compositos. Amicos habuit Publium Ouidium, & Persium Satyrarum scriptorem, qui ad hunc Bassum scribens, ita illum alloquitur.

Admouit iam bruma foco te Basse Sabino?
Iámne lyra, & tetrico viuunt tibi pectine chordæ?
Mire opifex numeris veterum primordia vocum
Atque mare in strepitum fidis intendisse Latina,

Mox iuuenes agitare iocos. & pollice honesto
Egregios lusisse senes?

Neque desunt, qui scribant, eundem Cæsium cum villa sua conflagrasse, ardente Vesuuo monte, ignibus late æstuantibus. Celebres fuerũt iisdem temporibus Aufidius Bassus historiæ autor, & Saleius Bassus Poeta Epicus.

CÆSII BASSI FRAGMENTA QVÆ EXSTANT.

Calliope princeps sapienti psallerat ore.
Romani Gallis deuicti sunt victores.

AEMILII MACRI VITA

A Petro Crinito descripta.

AEMILIVS Macer, patria Veronensis fuit, vt quidam existimant: ingenio & doctrina traditur præstitisse, quod eius carmen satis indicauit. Floruit his maxime temporibus, quibus Messala Coruinus & Asinius Pollio in Latina eloquentia claruerunt. Id cùm aliis multis colligitur, tum ex Publ. Ouidio, qui comes illi fuit, dum iter faceret in Asiam ac Siciliæ regionem perlustraret. Amicos præci puè habuit Albium Tibullum, & Ouidium ipsum: cum quibus propter suauitatem morum, atque communia studia magna familiaritate versatus est. Idem Macer, præter opus de bello Troiano, scripsit etiam libros de venenatis animantibus ac de herbis secutus Nicandrum poetam Colophonium. In quibus non mediocrem laudem tulit suæ diligẽtiæ, atque laboris. Fabius Quintilianus elegantiam carminis in hoc Poeta commendauit, ac legenda quidem esse illius opera refert, etsi ad eloquentiam oratoris non multum pertinere videantur. Obiit in Asia paucis annis post Publium Vergilium, vt ab Eusebio relatum est.

AEMILII MACRI FRAGMENTA QVÆ REPERIVNTVR.

THEOGONIA.

ET nunc agrestes inter picumnus habetur.

THERIACIS.

--resonantia sibila colla.

Eiusdem Macri loci alij, sed ἀνθήγραφοι.

Inter præteritas numerabitur ocymus herbas,
Quale seges intubus herbas.
--fluuiorum margine summa.
--tum sacra veniunt cultoribus ibes,
--altis ex vrbibus ibes.
Auxilium sacra veniunt cultoribus ibes.

L. ANNAEI SENECAE VITA

A Petro Crinito descripta.

LVCIVS Anneus Seneca natione Hispanus, patria Cordubensis fuit. Inter poetas refertur qui tragœdias scripserunt vt Pacuuius, Accius, Attilius & Pomponius secundus, qui eadem ætate claruit, & cum

& cum ipso Seneca paribus stadiis versatus est in faciendis tragœdiis. In magno pretio habitus est, & ob elegantiam ingenij plurimum cõmendatus. Scripsit Tragœdias X. in quibus propter subtilitatem carminis grauitatémq; sententiarum non vulgarem laudem consecutus est, etsi tempora illa in quæ incidit, magna ex parte aduersa extiterunt melioribus disciplinis. In suis fabulis Euripidem atque Æschylum traditur imitatus. Quæ res facilè intelligetur ab his, qui paulò diligentius eas obseruabunt. Qui scribunt Poetam hunc filium fuisse Annei Senecæ, qui in Stoicorum disciplinis magnoperè claruit, cõiecturis tantum nituntur: neque hanc rem, vt ego existimo, vllis autoribus asserunt. Minimè autem dubium est, duos fuisse Senecas, quorum alter in Philosophiæ studiis pręclarus atque excellens habitus est, eúmque diuus Hieronymus propter egregiam illius probitatem singularémque vitę constantiam, vt puto, inter authores Christianos collocauit. Quæ res optimis rationibus & antiquis scriptoribus probatur. Val. Martialis duos celebrat Senecas, & vnicum Lucanũ ex eadem Corduba. Sidonius Apollinaris in suis Poematis sic de Anneo Seneca scribit ad Felicem eo carmine, in quo de Latinis poetis disserit.

Non quod Corduba præpotens alumnis,
Facundum ciet, hic putes legendum:
Quorum vnus colit hispidum Platona
Incassúmque suum monet Neronem:
Orchestram quatit alter Euripidis,
Pictum fæcibus Aeschylum secutus,
Aut plaustris solitum sonare Thespin:
Qui post pulpita trita sub cothurno
Ducebat olidæ patrem capellæ.

Ex his manifestè colligitur, quid existimari debeat de vtroque Seneca: pręcipuè hoc, quod elici potest ex viij. eiusdem Tragœdia, in qua Neronis scelera & crudelissima flagitia copiosè enumerantur. Grammatici veteres videntur maximi fecisse, præter cæteros omneis Pacuuium & Accium in scribẽdis Tragœdiis, vt alibi diximus. Non me præterit, quàm multa scripta sint de hoc Seneca à Xicone Poletano: sed hic mihi videtur abuti sua diligẽtia, & aliorũ iudiciũ contemnere, qui tam anxiè defatigatur in re minimè dubia explicanda.

L. ANNÆI SENECÆ CORDVBENSIS HERCVLES FVRENS.

INTERLOCVTORES.

IVNO. LYCVS.
CHORVS. HERCVLES.
MEGARA. THESEVS.

AMPHITRYON.

PRIMVS ACTVS.

IVNO sola.

Trimetri Iambici: vt in omnibus scenis, exceptis CHORIS.

SOROR Tonantis (hoc enim solum mihi
Nomen relictum est) semper alienum Iouem,
Ac templa summi vidua deserui (ætheris.
Locumq́, cælo pulsa, pellicibus dedi,
Tellus colenda est pellices cælum tenent.
Hinc Arctos alta parte glacialis poli
Sublime classes sidus Argolicas agit.
Hinc, qua tepenti vere laxatur dies,
Tyriæ per vndas vector Europæ nitet.
Illinc, timendum ratibus ac ponto gregem

Passim vagantes exerunt Atlantides.
Fera coma hinc exterret Orion deos:
Suasq; Perseus aureas stellas habet.
Hinc clara gemini signa Tyndarida micant:
Quibusq; natis mobilis tellus stetit.
Nec ipse tantum Bacchus, aut Bacchi parens,
Adiere superos: ne qua pars probro vacet,
Mundus puellæ serta [1] Cnossiaca gerit.
Sed vetera sero querimur: vna me fera
Thebana nuribus sparsa tellus impiis.
Quoties nouercam fecit? ascendat licet,
Meumq; victrix teneat Alcmene locum,
Pariterq; natus astra promissa occupet,
In cuius ortu mundus impendit diem,
Tardusq; Eoo Phœbus effulsit mari,
Retinere mersum iussus Oceano iubar.
Non sic abibunt odia. viuaces aget
Violentus iras animus, & sæuus dolor
Æterna bella, pace sublata geret.
Quæ bella? quidquid horridum tellus creat
Inimica, quidquid pontus, aut aer tulit
Terribile, dirum, pestilens, atrox, ferum.
Fractum atque domitum est. superat & crescit malis,
Iraque nostra fruitur: in laudes suas
Mea vertit odia: dum nimis sæua impero,
Patrem [2] probauit: inde, qua lucem premit,
Aperitq; Tethys, qua ferens Titan diem
Binos propinqua tingit Æthiopes face,
Indomita virtus colitur: & toto Deus
Narratur orbe. monstra iam desunt mihi?
Minorq; labor est Herculi iussa exequi,
Quam mihi iubere: lætus imperia excipit.
[3] Quæ fera tyranni iussa violento queant
Nocere iuueni? nempe pro telis gerit,
Quæ timuit, & quæ fudit: armatus venit
Leone & Hydra, nec satis terræ patent:
Effregit ecce limen inferni Iouis,
Et opima victi regis ad superos refert.
Parum est reuerti: fœdus umbrarum perit.
Vidi ipsa, vidi nocte discussa inferum,
Et Dite domito, spolia iactantem patri.
Fraterna cur non vinctum & oppressum trahit
Ipsum catenis paria sortitum Ioui?
Ereboq; capto potitur, & retegit Styga?
Patefacta ab imis manibus retro via est,
Et sacra diræ mortis in aperto iacent.
At ille rupto carcere umbrarum, ferox
De me triumphat, & superbifica manu
Atrum per vrbes ducit Argolicas canem.
Viso labantem Cerbero vidi diem,
Pauidumq; solem: me quoque inuasit tremor,
Et [4] terna monstri colla deuicti intuens,
Timui imperasse. leuia sed nimium queror.
Cælo timendum est, regna ne summa occupet,
Qui vicit ima, sceptra præripiet patri.
Nec in astra lenta veniet, vt Bacchus, via:
Iter ruina quæret, & vacuo volet
Regnare mundo. robore expenso tumet,
Et posse cælum viribus vinci suis
Didicit ferendo: subdidit mundo caput,
Nec flexit humeros molis [1] immensæ labor,
Mediusq; collo sedit Herculeo polus.
Immota ceruix sidera & cælum tulit,
Et me prementem quærit ad superos viam.
Perge ira, perge, & magna meditantem opprime.
Congredere: manibus ipsa iam lacera tuis.
Quid [2] tanta mandas odia? discedant feræ.
Ipse imperando fessus Eurystheus vacet.
Titanas ausos rumpere imperium Iouis
Emitte. Siculi verticis laxa specum.
Tellus gigante Doris excusso tremens,
Supposita monstri colla terrifici leuet.
Sublimis alias luna concipiat feras.
Sed vicit ista. quæris Alcida parem?
Nemo est nisi ipse bella iam secum gerat.
Adsint ab imo Tartari fundo excitæ
Eumenides: ignem flammeæ spargant comæ,
Viperea sæuæ verbera incutiant manus.
I nunc superbe, cælitum sedes pete.
Mouenda iam sunt bella, claresçit dies.
Humana temne iam Styga, & manes, ferox,
Fugisse credis? hic tibi ostendam inferos.
Reuocabo in alta conditam caligine
Vltra nocentum exilia discordem deam,
[3] Qua mugit ingens montis oppositi specus.
Educam & imo Ditis è regno extraham
Quidquid relictum est, veniat inuisum scelus,
Suúmq; lambens sanguinem impietas ferox,
Errorq;, & in se semper armatus furor.
Hoc, hoc ministro noster vtatur dolor.
Incipite famulæ Ditis: ardentem incitæ
Concutite pinum: & agmen horrendum anguibus
Megæra ducat: atque luctifica manu
Vastam rogo flagrante corripiat trabem.
Hoc agite: pœnas petite violatæ Stygis:
Concutite pectus: acrior mentem excoquat
Quam qui caminis ignis Aetneis furit.
Vt possit [4] animo captus Alcides agi,
Magno furore percitus, nobis prius
Insaniendum est Iuno cur nondum furit?
Me, me sorores mente deiectam mea
Versate primam. facere si quidquam apparo
Dignum nouerca. iam odia mutentur mea.
Natos reuersus videat incolumes precor,
Manuq; fortis redeat: inueni diem,
Inuisa quo nos Herculis virtus iuuet.
Me pariter & se vincat, & cupiat mori
Ab inferis reuersus. hoc prosit mihi,
Ioue esse genitum. stabo, & vt certo exeant
Emissa neruo tela, librabo [5] manum:
Regam furentis arma: pugnanti Herculi
Tandem fauebo: scelere perfecto licet.
Admittat illas genitor in cælum manus.

1 al. Gnosiacæ. 2 al. probaui. 3 al. Quo. 4 al. tetra.

1 al. inuisæ. 2 al. tacita. 3 al. Quam muni. nu. 4 al. animum. 5 al. manu.

CHO-

CHORVS.

Anapæstici.

IAm rara micant sidera prono
Languida mundo: nox victa vagos
Contrahit ignes: luce renata
Cogit nitidum Phosphoros agmen:
Signum celsi glaciale poli,
Septem stellis Arcades vrsæ
Lucem verso temone vocant:
Iam cœruleis euectus equis
Titan summum prospicit Oetan:
Iam Cadmæis inclyta baccis
Aspersa die dumeta rubent:
Phœbiq; fugit reditura soror.
Labor exoritur durus, & omneis
Agitat curas, aperitq; domos
Pastor: gelida cana pruina
Grege dimisso pabula carpit.
Ludit prato liber aperto
Nondum rupta fronte iuuencus.
Vacuæ reparant vbera matres.
Errat cursu leuis incerto
Molli petulans hœdus in herba.
Pendet summo stridula ramo,
Pennasq; nouo tradere soli
Gestit querulos inter nidos
Thracia pellex, turbaq; circum
Confusa sonat, murmure misto
Testata diem. carbasa ventis
Credit dubius nauita vitæ,
Laxos aura complente sinus.
Hic exesis pendens scopulis,
Aut deceptos instruit hamos,
Aut suspensus spectat pressa
Præmia dextra. sentit tremulum
Linea piscem.
Hæc, innocuæ quibus est vitæ
Tranquilla quies, & læta suo
Paruoq; domus. spes & in agris.
Turbine magno spes sollicitæ
Vrbibus errant, trepidiq; metus.
Ille superbos aditus regum,
Durasq; fores expers somni
Colit: [1] hic nullo fine beatus
Componit opes gazis inhians,
Et congesto pauper in auro est.
Illum populi fauor attonitum,
Fluctuque magis mobile vulgus
Aura tumidum tollit inanem.
Hic clamosi rabiosa fori
Iurgia vendens improbus, iras
Et verba locat. nouit paucos
Secura quies, qui velocis
Memores ævi, tempora numquam
Reditura tenent. dum fata sinunt,
Viuite læti: properat cursu
Vita citato, volucriq; die
Rota præcipitis vertitur anni.
Duræ peragunt pensa sorores,
Nec sua retro fila reuoluunt.
At gens hominum fertur rapidis
Obuia fatis incerta sui.
Stygias vltro quærimus vndas.
Nimium Alcide pectore forti
Properas mœstos visere manes.
Certo veniunt ordine Parcæ.
Nulli iusso cessare licet,
Nulli scriptum profere diem.
Recipit populos vrna citatos:
Alium multis gloria terris
Tradat, & omnes fama per vrbes
Garrula laudet, cæloque parem
Tollat & astris, alius curru
Sublimis eat: me mea tellus
Lare secreto, tutóque tegat.
Venit ad pigros cana senectus:
Humilique loco, sed certa sedet.
Sordida paruæ fortuna domus:
Alte virtus animosa cadit.
Sed mœsta venit crine soluto
Megara, paruum comitata gregem,
Tardúsque senio graditur Alcidæ parens.

[1] al. ac.

ACTVS SECVNDVS.

MEGARA.

OMagne Olympi rector, & mundi arbiter,
Iam statue tandem grauibus ærumnis modum,
Finémque cladi. nulla luxvnquam mihi
Secura fulsit. finis alterius mali
Gradus est futuri. protinus reduci nouus
[1] Paratur hostis, antequam lætam domum
Contingat, aliud iussus ad bellum meat.
Nec vlla requies tempus aut vllum datur,
Nisi dum iubetur. sequitur [2] apprime statim
Infesta Iuno. nunquid immunis fuit
Infantis ætas? monstra superauit prius,
Quam nosse posset. gemina cristati caput
Angues ferebat ora. quos contra obuius
Reptauit infans, igneos serpentium
Oculos remisso pectore ac placido intuens,
Arctos serenis vultibus nodos tulit:
Et tumida tenera guttura elidens manu,
[3] Præluit Hydræ. Manali pernix fera,
Multo decorum præferens auro caput.
Deprensa cursu est. Maximus Nemeæ timor
Gemuit latertis pressus Herculeis leo.
Quid stabula memorem diræ Bistonij gregis,
Suisque regem pabulum armentis datum?
Solitumq; denso hispidum Erymanthi iugis
[4] Arcadica quatere nemora Manalium sues?
Taurumq; centum non leuem populis metum?
Inter remotos gentis Hesperiæ greges
Pastor triformis litoris Tartessij
Peremptus, actæa est præda ab occasu vltimo,
Notum Citharon pauit Oceano pecus.

[1] al. paratus. [2] al apprima.
[3] al. prolusit. [4] al. Arcadia.

Penetrare iussus solis æstiui plagas,
Et adusta medius regna quæ torret dies,
Vtrinque monteis soluit abrupto obice,
Et iam ruenti fecit Oceano viam.
Post hæc adortus nemoris opulenti domos
Aurifera vigilis spolia serpentis tulit.
Quid sæua Lerna monstra, numerosum malum,
Non igne demum vicit, & docuit mori?
Solitasque pinnis condere obductis diem
Petijt ab ipsis nubibus Stymphalidas?
Non vicit illum cœlibis semper tori,
Regina gentis vidua Thermodontiæ.
Nec ad omne clarum facinus audaces manus
Stabuli fugauit turpis Augiæ labor.
Quid ista prosunt? orbe defenso caret.
Sensere terræ pacis autorem suæ
Abesse terris. prosperum ac felix scelus,
Virtus vocatur. sontibus parent boni.
Ius est in armis. opprimit leges timor.
Ante ora vidi nostra truculenta manu
Gnatos paterni cadere regni vindices,
Ipsámque Cadmi nobilis stirpem vltimam
Occidere. vidi regium capitis decus
Cum capite raptum. quis satis Thebas fleat?
Ferox deorum terra quem dominum tremit?
E cuius aruis æque fecundo sinu
Stricto iuuentus orta cum ferro stetit:
Cuiusque muros natus Amphion Ioue
Struxit, canore saxa modulatu trahens:
In cuius vrbem non semel diuum parens
Cælo relicto venit, hæc quæ cælites
Recepit, & quæ fecit, & (fas sit loqui)
Fortasse faciet, sordido premitur iugo.
Cadmæa proles, ciuis atque Ophionius
Quæ decidistis? tremitis ignauum exulem,
Suis carentem finibus, nostris grauem?
Qui scelera terra, quique persequitur mari,
Ac sæua iusta sceptra confregit manu,
Nunc seruit absens, fértque quæ ferri vetat,
Tenétque Thebas exul Herculeas Lycus?
Sed non tenebit. aderit & pœnas petet,
Subitusq; ad astra emerget: inueniet viam,
Aut faciet. Adsis sospes & remees 1 tuis:
Tandemq; venias victor ad victam domum.
Emerge coniux, atque depulsas manu
Abrumpe tenebras: nulla si vetito via,
Iterque clausum est, orbe diducto redi,
Et quidquid atra nocte possessum latet,
Emitte tecum. dirutis qualis iugis
Præceps citato flumini quærens iter,
Quondam dedisti, scissa cum vasto impetu
Patuere Tempe, pectore impulsus tuo
Huc mons & illuc cecidit, & rupto aggerere
Noua cucurrit Thessalus torrens via:
Talis parentes, liberos, patriam petens,
Erumpe, rerum terminos tecum 2 asferens:
Et quidquid auida tot per annorum gradus
Abscondit ætas, redde, & oblitos sui,

1 al precor 2 efferens.

Luciſq; pauidos ante te populos age.
Indigna te sunt spolia, si tantum refers,
Quantum imperatum est. magna sed nimium loquor,
Ignara nostræ sortis. vnde illum mihi,
Quo te tuámque dexteram amplectar, diem,
Reditúsque lento, nec mei memores querar?
Tibi, ô deorum ductor, indomiti ferent
Centena tauri colla. tibi frugum parens,
Secreta reddam sacra, tibi multa side
Longas Eleusi tacita iactabo faces.
Tum restitutas fratribus rebor meis
Animas, & ipsum regna moderantem sua
Florere patrem. si qua te maior tenet
Clausum potestas, sequimur. aut omnes tuos
Defende reditu sospes, aut omnes trahe.
Trahes, nec vllus eriget fractos deus.

AMPHITRYON.

MEGARA.

O Socia nostri sanguinis, casta fides
Seruans torum natósque magnanimi Herculis,
Meliora mente concipe, atque animum excita.
Aderit profecto, qualis ex omni solet
Labore, maior. ME. Quod nimis miseri volunt,
Hoc facile credunt. AM. Immo quod metuunt nimis,
Nunquam amoueri posse, nec tolli putant.
ME. Prona est timori semper in peius fides.
Demersus, ac defossus, & toto insuper
Oppressus orbe, quam viam ad superos habet?
AM. Quam tunc habebat, cum per arentem plaglam,
Et fluctuantes more turbati maris
Abiit arenas, bisque discedens fretum,
Et bis recurrens: cúmque deserta rate
Deprensus hæsit Syrtium breuibus vadis,
Et puppe sixa maria superauit pedes?
ME. Iniqua raro maximis virtutibus
Fortuna parcit: nemo se tuto diu
Periculis offerre tam crebris potest.
Quem sæpe transit casus, aliquando inuenit.
Sed ecce sæuus, ac minas vultu gerens
Et qualis animo est, talis incessu venit
Aliena dextra sceptra concutiens Lycus,
Vrbis regens opulentæ Thebanæ loca,
Et omne quidquid vberi cingit solo
Obliqua Phocis, quidquid 1 Ismenus rigat,
Quidquid Cytharon vertice excelso videt,
Et bina fingens Isthmos exilis freta.

LYCVS. MEGARA. AMPHYTRYON.

NOn vetera patriæ iura possideo domus
Ignauus heres: nobiles non sunt mihi
Aui, nec altis inclytum titulis genus:

1 al. Ismenos.

Sed

Sed clara virtus, qui genus iactat suum,
Aliena laudat: Rapta sed trepida manu
Sceptra obtinentur, omnis in ferro est salus.
Quod ciuibus tenere te inuitis scias,
Strictus tuetur ensis alieno in loco
Haud stabile regnum est. vna sed nostras potest
Fundare vires, iuncta regali face
Thalamisq; Megara: ducet è genere inclyto
Nouitas colorem nostra. non equidem reor
Fore vt recuset, ac meos spernat toros.
Quod si impotenti pertinax animo abnuet,
Stat tollere omnem penitus Herculeam domum.
Inuidia fastum, ac sermo popularis premet.
Ars prima regni est, [1] *posse te inuidiam pati.*
Tentemus igitur: fors dedit nobis locum.
Namq; ipsa tristis vestis obtectu caput
Velata, iuxta præsides astat deos,
Lateriq; adhæret verus Alcidæ sator,
ME. *Quidnam iste, nostri generis exitium ac lues,*
Noui parat? quid tentat? LY. *ô clarum trahens*
A stirpe nomen regia, facilis mea
Parumper aure verba patienti excipe.
Si æterna semper odia mortales agant,
Nec cœptus vnquam cedat ex animis furor,
Sed arma felix teneat, infelix paret,
Nihil relinquent bella: tum vastis ager
Squallebit aruis, subdita tectis face
Altus sepultas obruet gentes cinis.
Pacem reduci velle, victori expedit,
Victo necesse est. particeps regno veni:
Sociemus animos. pignus hoc fidei cape:
Continge dextram. quid truci vultu siles?
ME. *Egone vt parentis sanguine aspersam manum,*
Fratrumq; gemina cæde contingam? prius
Extinguet ortus, referet occasus diem:
Pax ante sida niuibus & flammis erit:
Et Scylla Siculum iunget Ausonio latus:
Priusq; multo vicibus alternis fugax
Euripus vnda stabit Euboica piger.
Patrem abstulisti, regna, germanos, larem,
Patriam: quid vltra est? vna res superest mihi,
Fratre ac parente carior, regno ac lare,
Odium tui: quod esse cum populo mihi
Commune doleo: pars quota ex isto mea est?
Dominare tumidus, spiritus altos gere:
Sequitur superbos vltor à tergo Deus.
Thebana noui regna. quid matres loquar
Passas & ausas scelera? quid geminum nefas,
Mistumq; nomen coniugis, nati, patris?
Quid bina fratrum castra? quid totidem rogos?
Riget superba Tantalis luctu parens,
Mœstusq; Phrygio manat in Sipylo lapis.
Quin ipse torium subrigens crista caput
Illyrica Cadmus regna permensus fuga,
Longas reliquit corporis tracti notas.
Hæc te manent exempla: dominare vt lubet,
Dum solita regni fata te nostri vocent.

1 al. posse ad inuidiam pati.

LY. *Agedum efferatas rabida voces amoue:*
Et disce regum imperia ab Alcide pati.
Ego rapta quamuis sceptra victrici geram
Dextra, [1] *regamq; cuncta sine legum metu,*
Quas arma vincunt, pauca pro causa loquar
Nostra. cruento cecidit in bello pater,
Cecidere fratres: arma non seruant modum,
Nec temperari facile, nec reprimi potest
Stricti ensis ira: bella delectat cruor.
Sed ille regno pro suo: nos improba
Cupidine acti. quæritur belli exitus,
Non causa. sed nunc pereat omnis memoria.
Cum victor arma posuit, & victum decet
Deponere odia. non vt inflexo genu
Regnantem adores, petimus. hoc ipsum placet,
Animo ruinas quod capis magno tuas.
Et rege coniux digna: sociemus toros.
ME. *Gelidus per artus vadit exangues tremor.*
Quod facinus aures pepulit? haud equidem horrui,
Cum pace rupta bellicus muros fragor
Circumsonaret, pertuli intrepide omnia,
Thalamos tremisco, capta nunc videor mihi.
Grauent catenæ corpus, & longa fame
Mors protrahatur lenta, non vincet fidem
Vis vlla nostram: moriar Alcide tua.
LY. *Animósne mersus inferis coniux facit?*
ME. *Inferna tetigit, posset vt supera assequi.*
LY. *Telluris illum pondus immensa premit.*
ME. *Nullo premetur onere qui cœlum tulit.*
LY. *Cogere.* ME. *Cogi qui potest, nescit mori.*
LY. *Effare, thalamis quod nouis potius parem*
Regale munus? ME. *Aut tuam mortem, aut meam.*
LY. *Moriere demens.* ME. *Coniugi occurram meo.*
LY. *Sceptroq; nostro potior est famulus tibi?*
ME. *Quot iste famulus tradidit reges neci!*
LY. *Cur ergo regi seruit, & patitur iugum?*
ME. *Imperia dura tolle, quid virtus erit?*
LY. [2] *Obici feris monstrisq; virtutem putas?*
ME. *Virtutis est domare quæ cuncti pauent.*
LY. *Tenebræ loquentem magna tartareæ premunt.*
ME. *Non est ad astra mollis è terris via.*
LY. *Quo patre genitus cœlum penetret domos?*
AM. *Miseranda coniux Herculis magni sile.*
Partes meæ hæ sunt, reddere Alcidæ patrem,
Genusq; verum. post tot ingentis viri
Memoranda facta, postque pacatum manu
Quodcunque Titan ortus, & labens videt,
Post monstra tot perdomita, post Phlegram impio
Sparsam cruore, postque defensos Deos,
Nondum liquet de patre: mentimur Iouem?
Iunonis odio crede. LY. *Quid violas Iouem?*
Mortale cœlo non potest iungi genus.
AM. *Communis ista pluribus causa est Deis.*
LY. *Famuline fuerant antequam fierent Dei?*
AM. *Pastor Pheraos Delius pauit greges.*

1 al. gerámque. 2 al. Abici.

LY. *Sed non per omnes exul errauit plagas.*
AM. *Quem profuga terra mater erranti edidit.*
LY. *Non monstra, sæuas Phœbus aut timuit feras.*
AM. *Primus sagittas imbuit Phœbi, Draco.*
Quam grauia paruus tulerit ignoras, mala
E matris vtero fulmine iectus puer?
Mox fulminanti proximus patri stetit.
Quid? qui gubernat astra, qui nubes quatit,
Non latuit infans rupis excisæ specu?
Sollicita tanti pretia natales habent,
Semperq; magno constitit, nasci Deum.
LY. *Quemcunque miserum videris, hominem scias.*
AM. *Quemcunque fortem videris, miserum neges.*
LY. *Fortem vocemus, cuius ex humeris Leo*
Donum puellæ factus, & claua excidit,
Fulsitq; pictum veste Sidonia latus?
Fortem vocemus, cuius horrentes comæ
Maduere nardo? laude qui notas manus
Ad non virilem tympani mouit sonum,
Mitra ferocem barbara frontem premens?
AM. *Non erubescit Bacchus effusos tener*
Sparsisse crines, nec manu molli leuem
Vtbrasse thyrsum, cum parum forti gradu
Auro decorum syrma barbaricum trahit.
Post multa virtus opera laxari solet.
LY. *Hoc Euriti fatetur euersi domus,*
Pecorumq; ritu virginum oppressi greges.
Hoc nulla Iuno, nullius Eurystheus iubet:
Ipsius hæc sunt opera. AM. *Non nosti omnia.*
Ipsius opus est, cæstibus fractus suis
Eryx, & Eryci iunctus Antæus Libys:
Et qui hospitali cæde manantes foci
Bibere iustum sanguinem Busiridis.
Ipsius opus est, vulneri & ferro obuius
Mortem coactus[1] *ante Geryonem pati:*
Nec vnus vna Geryon victus manu.
Eris inter istos, qui tamen nullo stupro
Læsere thalamos. LY. *Quod Ioui, hoc regi licet:*
Ioui dedisti coniugem, regi dabis.
Et te magistro non nouum hoc discet nurus,
Etiam viro probante meliorem sequi.
Sin copulari pertinax tedis negat:
Vel ex coacta nobilem partum feram.
ME. *Vmbræ Creontis, & penates Labdaci,*
Et nuptiales impij Oedipodæ faces,
Nunc solita nostro fata coniugio date.
Nunc, nunc cruentæ regis Ægypti nurus,
Adeste, multo sanguine infectæ manus:
Deest vna numero Danaus: explebo nefas.
LY. *Coniugia quoniam peruicax nostra abnuis*
Regemq; terres, sceptra quid possint, scies.
Complectere aras, nullus eripiet Deus
Te mihi: nec, orbe si remolito, queat
Ad supera victor numina Alcides vehi.
Congerite siluas, templa supplicibus suis
Iniecta flagrant: coniugem & totum gregem
Consumat vnus igne subiecto rogus.
AM. *Hoc munus à te genitor Alcidæ peto,*
Rogare quod me deceat, vt primus cadam.
LY. *Qui morte cunctos luere supplicium iubet,*
Nescit tyrannus esse. diuersa irroga:
Miserum vetat perire, felicem iube.
Ego, dum cremandis trabibus accrescit rogus,
Sacro regentem mania votiuo rogem.
AM. *Pro numinum vis summa, pro cœlestium*
Rector parensq; cuius excussis tremunt
Humana telis, impiam regis feri
Compesce dextram. quid Deos frustra precor?
Vbicunque es, audi nate. Cur subito labant
Agitata motu templa? cur mugit solum?
Infernus imo sonuit è fundo fragor.
Audimur: en est sonitus Herculei gradus.

[1] al. aut.

CHORVS.

Choriambici tetrametri.

O Fortuna viris inuida fortibus,
Quam non æqua bonis præmia diuidis!
Eurystheus facili regnet in otio,
Alcmena genitus bella per omnia
Monstris exagitet[2] *califeram manum*
Serpentis resecet colla ferocia,
Deceptis referat mala sororibus,
Cum somno dederit priuigiles genas
Pomis diuitibus præpositus Draco.
Intrauit Scythia multiuagas domos,
Et gentes patriis sedibus hospitas:
Calcauitq; freti terga rigentia,
Et[3] *mutis tacitum littoribus mare.*
Illic dura carent æquora fluctibus,
Et qua plena rates carbasa tenderant,
Intonsis teritur semita Sarmatis.
Stat pontus vicibus mobilis annuis,
Nauem nunc facilis, nunc equitem pati.
Illic quæ viduis gentibus imperat,
Aurato religans ilia baltheo,
Detraxit spolium nobile corpori,
Et peltam, & niuei vincula pectoris,
Victorem posito[4] *suspiciens genu.*
Qua spe præcipites actus ad inferos,
Audax ire vias irremeabiles,
Vidisti Siculæ regna Proserpinæ?
Illic nulla Noto, nulla Fauonio
Consurgunt tumidis fluctibus æquora:
Non illic geminum Tyndaridæ genus
Succurrunt timidis sydera nauibus:
Stat nigro pelagus gurgite languidum:
Et cum mors auidis pallida dentibus.
Gentes innumeras manibus intulit,
Vno tot populi remige transeunt.
Euincas vtinam iura feræ Stygis,
Parcarumq; colos[5] *irreuocabiles.*
Hic qui rex populis pluribus imperat,
Bello cum peteres Nestoriam Pylon

[2] al. Est est. [3] al. Multis.
[4] al. suscipiens. [5] al. non reuocabiles.

Tecum

Tecum conſeruit peſtiferas manus,
Telum ter gemina cuſpide præferens:
Effugit teneri vulnere ſaucius,
Et mortis dominus pertimuit mori.
Fatum rumpe manu. 1 triſtibus inferis
Proſpectus pateat lucis: & inuius
Limes det faciles ad ſuperos vias.
Immites potuit flectere cantibus
Vmbrarum dominos, & prece ſupplici
Orpheus, Eurydicen dum 2 repetit ſuam.
Quæ ſiluas, & aues, ſaxaq; traxerat,
Ars quæ præbuerat fluminibus moras,
Ad cuius ſonitum conſtiterant feræ,
Mulcet non ſolitus vocibus inferos,
Et ſurdis reſonat clarius in locis.
Deflent & lacrymis difficiles Dei;
Et qui fronte nimis crimina tetrica
Quærunt, ac veteres excutiunt reos:
Deflent Eurydicen Threicia nurus:
Flentes Eurydicen Iuridici ſedent.
Tandem mortis ait vincimur arbiter:
3 Euade ad ſuperos; lege tamen data:
Tu poſt terga tui perge viri comes;
Tu non ante tuam reſpice coniugem,
Quam cum clara Deos obtulerit dies,
Spartaniq; aderit ianua Tænari.
Odit verus amor, nec patitur moras.
Munus, dum properat cernere, perdidit.
Quæ vinci potuit regia cantibus,
Hæc vinci poterit regia viribus.

ACTVS TERTIVS.

HERCVLES.

O Lucis alme rector, & cæli decus,
Qui alterna curru ſpatia flammifero ambiens,
Illuſtre latis exeris terris caput;
Da Phœbe veniam, ſiquid illicitum tui
Videre vultus: iuſſus in lucem extuli
Secreta mundi. tuq; 4 cæleſtum arbiter
Parenſq;, viſus fulmine oppoſito tege.
Et tu ſecundo maria qui ſceptro regis,
Imas pete vndas: quiſquis ex alto aſpicit
Terrena, facie pollui metuens noua,
Aciem reflectat, oraq; in cælum erigat,
Portenta fugiens. hoc nefas cernant duo,
Qui aduexit, & qui iuſſit. In pœnas meas,
Atque in labores, non ſatis terræ patent
Iunonis odio: vidi inacceſſa omnibus,
Ignota Phœbo, quæq; deterior polus
Obſcura diro ſpatia conceſſit Ioui.
Et ſi placerent tertiæ ſortis loca,
Regnare potui: noctis æternæ chaos.
Et nocte quiddam grauius, & triſtes Deos,
Et fata vici, morte contempta redij.
Quid reſtat aliud? vidi & oſtendi inferos.
Da ſi quid vltra eſt: tam diu pateris manus

1 al triſtis & inferis. 2 al. recipit.
3 al. Et vade. 4 al. cœleſtium.

Ceſſare noſtras, Iuno? quid vinci iubes?
Sed templa quare miles infeſtus tenet?
Limenq; ſacrum terror armorum obſidet?

AMPHITRYON. HERCVLES. THESEVS.

VTrumne viſus vota decipiunt meos?
An ille domitor orbis, & Graium decus,
Triſti 1 ſilentum nubilo liquit domum?
Eſtne ille natus? membra lætitia ſtupent.
O nate, certa & ſera Thebarum ſalus,
Verumne cerno corpus? an fallor tua
Deceptus vmbra? tunc es? agnoſco toros.
Humeroſq;, & alto nobilem trunco manum.
HER. *Vnde iſte, genitor, ſqualloꝛ, & lugubribus*
Amicta coniux? vnde tam fœdo obſiti
Pædore nati? quæ domum clades grauat?
AM. *Socer eſt peremptus: regna 2 poſſidet Lycus,*
Natos, parentem, coniugem leto petit.
HER. *Ingrata tellus, nemo ad Herculeæ domus*
Auxilia venit? vidit hoc tantum nefas
Defenſus orbis? cur diem queſtu tero?
Macletur hoſtis. TH. *Hanc ferat virtus notam,*
Fiatq; ſummus hoſtis Alcidæ Lycus.
Ad hauriendum ſanguinem inimicum fero.
HER. *Theſeu reſiſte, ne qua vis ſubita ingruat:*
Me bella poſcunt. differ amplexus parens,
Coniuxq; differ: nuntiet Diti Lycus
Me iam rediſſe. TH. *Flebilem ex oculis fuga*
Regina vultum: tuq; nato ſoſpite,
Lacrymas cadentes reprime: ſi noui Herculem,
Lycus Creonti debitas pœnas dabit:
Lentum eſt dabit, dat: hoc quoque eſt lentum, dedit.
AM. *Votum ſecundet, qui poteſt, noſtrum Deus,*
Rebusq; 3 laſſis adſit. O magni comes
Magnanime nati, pande virtutum ordinem:
Quam longa mœſtos ducat ad manes via,
Vt vincula tulerit dura tartareus canis.
TH. *Memorare cogis acta, ſecuræ quoque*
Horrenda menti: vix adhuc certa eſt fides
Vitalis auræ: torpet acies luminum,
Hebeteſq; viſus vix diem inſuetum ferunt.
AM. *Peruince Theſeu quidquid alto pectore*
Remanet pauoris, neue te fructu optimo
Fraudæ laborum. 4 Quod fuit durum pati,
Meminiſſe dulce eſt. Fare caſus horridos.
TH. *Fas omne mundi, teq; dominantem precor*
Regno capaci, teq; quam tota irrita
Quæſiuit 5 Enna mater, vt iura abdita
Et operta terris, liceat impune eloqui,
Spartana tellus nobile attollit iugum,
Denſis vbi æquor Tænarus ſiluis premit,
Hic ora ſoluit Ditis inuiſi domus,
Hiatq; rupes alta, & immenſo ſpecu,
Ingens vorago faucibus vaſtis patet,
Latumq; pandit omnibus populis iter.

1 al. ſilentem. 2 al. poſſedit. 3 al. lapſis.
4 al. Quæ. 5 al. Aetna vel Ethna.

Non cæca tenebris incipit primo via:
Tenuis relictæ lucis à tergo nitor,
Fulgorq́; dubius solis afflicti cadit,
Et ludit aciem: tale non dubie solet
Præbere lumen primus, aut serus dies.
Hinc ampla vacuis spatia laxantur locis.
In quæ omne mersum pereat humanum genus.
Nec ire labor est, ipsa deducit via:
Vt sæpe puppes æstus inuitas rapit,
Sic pronus 1 agger vrget auidum chaos:
Gradumq́; retro flectere haud vnquam sinunt
Vmbræ tenaces: intus immenso sinu
Placido quieta labitur Lethe vado,
Demitq́; curas: neve remeandi amplius
Pateat facultas, flexibus multis grauem
Inuoluit amnem, qualis incerta vagus
Mæander vnda ludit. & cedit sibi,
Instatq́; dubius, littus an fontem petat:
Palus inertis fœda Cocyti iacet.
Hic vultur, illic luctifer bubo gemit,
Omenq́; triste resonat infaustæ strigis,
Horrent opaca fronde nigrantes comæ,
Taxo imminente: quam tenet segnis Sopor
Fameq́; mœsta 2 tabido victu iacens,
Pudorq́; serus conscios vultus tegit,
Metus, Pauorq́;: Funus, & frendens Dolor,
Aterq́; Luctus sequitur, & Morbus tremens,
Et cincta ferro Bella: in extremo abdita
Iners Senectus adiuuat baculo gradum.
AM. *Estne aliqua tellus Cereris, aut Bacchi ferax?*
TH. *Non prata viridi læta facie germinant,*
Nec adulta leni fluctuat Zephyro seges,
Non vlla ramos silua pomiferos habet:
Sterilis profundi vastitas squallet soli,
Et fœda tellus torpet æterno situ,
Rerumq́; mœstus finis & mundi vltima,
Immotus aer hæret, & pigro sedet
Nox atra mundo, cuncta mœrore horrida,
Ipsaq́; morte peior est mortis locus.
AM. *Quid, ille opaca qui regit sceptro loca*
Qua sede positus temperat populos leues?
TH. *Est in 3 recessu Tartari obscuro locus,*
Quem grauibus vmbris spissa caligo alligat:
A fonte discors manat hinc imo latex
Ater, quieto similis: hunc iurant Dei,
Tacente sacram deuehens fluuio Styga:
At hic tumultu rapitur ingenti ferox,
Et saxa fluctu voluit Acheron inuius
Renauigari. cingitur duplici vado
4 Aduersa Ditis regia, atq́; ingens domus.
Vmbranti luco tegitur: hic vasto specu
Pendent tyranni limina: hoc vmbris iter,
Hæc porta regni, campus hanc circa iacet:
In quo superbo digerit vultu sedens
Animas recentes, dira maiestas Deo,
Frons torua: fratrum quæ tamen speciem gerat,
Gentisq́; tantæ: vultus est illi Iouis

1 al. aer. 2 al. rabido.
3 al. secessu. 4 al. Auersa.

Sed Fulminantes: magna pars regni trucis
Est ipse dominus: cuius aspectum timet,
Quidquid timetur. AM. *Verane est fama, inferis*
Tam sera reddi iura & oblitos sui
Sceleris nocentes debitas pœnas dare?
Quis iste veri rector, atq́; æqui arbiter?
THE. *Non vnus alta sede quæsitor sedens*
Iudicia trepidis sera sortitur reis.
Auditur illo Cnossius Minos foro,
Rhadamantus illo, Thetidis hoc audit socer.
Quod quisque fecit patitur: autorem scelus
Repetit suoq́; premitur exemplo nocens:
Vidi cruentos carcere includi duces,
Et impotentis terga plebeia manu
Scindi tyranni, quisquis est 1 placide potens,
Deminusq́; vitæ seruat innocuas manus,
Et incruentum mitis imperium regit,
Animoq́; parcit, longa permensus diu
Felicis ævi spatia, vel cœlum petit,
Vel læta felix nemoris Elysii loca.
Iudex futurus, sanguine humano abstine,
Quicunque regnas. scelera taxantur modo
Maiore nostra. AM. *Certus includos tenet*
Locus nocentes: vtq́; fert fama, impios
Supplicia vinclis sæua perpetuis domant?
THE. *Rapitur volucri tortus Ixion rota,*
Ceruice saxum grande Sisyphea sedet.
In amne medio faucibus siccis senex
Sectatur vndas, abluit mentum latex,
Fidemq́; cum iam sæpe decepto dedit,
Perit vnda, in ore poma destituunt famem.
Præbet volucri Tityus æternas dapes.
Vrnasq́; frustra Danaides plenas ferunt.
Errant furentes impia Cadmeides,
Terretq́; mensas auida Phineas auis,
AM. *Nunc ede nati nobilem pugnam mei,*
Patrui volentis munus, an spolium refert?
TH. *Ferale tardis imminet saxum vadis,*
Stupente vbi vnda segne torpescit fretum:
Hunc seruat amnem cultu & aspectu horridus,
Pauidosq́; manes squallidus gestat senex,
Impexa pendet barba, deformem sinum
Nodus coercet, concauæ 2 squallent genæ,
Regit ipse conto portitor longo ratem:
Hic onere vacuam littori puppim applicans
Repetebat vndas, poscit Alcides viam
Cedente turba: dirus exclamat Charon:
Quo pergis audax? siste properantem gradum.
Non passus vllas natus Alcmena moras,
Ipse coactum nauitam conto domat,
Scanditq́; puppem: cymba populorum capax
Succubuit vni: sedit, & grauior ratis
Vtrinque Lethen latere titubato bibit.
Tunc vasta trepidant monstra, Centauri truces,
Lapithæque multo 3 ad bella succensi mero,
Stygiæ paludis vltimos quarens sinus,
Fecunda mergit capita Lernæus labor.
Post hæc auari Ditis apparet domus.

1 al. placidum. 2 al. lucent. 3 al. bella.

Hic

Hic ſeuus vmbras territat Stygius canis,
Qui terna vaſto capita concutiens ſono
Regnum tuetur: ſordidum tabo caput
Lambunt [1]colubri: viperis horrent iubæ
Longiſque torta ſibilat cauda draco:
Par ira formæ. ſenſit vt motus pedum,
Attollit hirtas angue vibrato comas,
Miſſúmque captat aure [2]ſubiecta ſonum,
Sentire & vmbras ſolitus. vt propior ſtetit
Ioue natus, antro cedit incertus canis,
Et vterque timuit. ecce latratu graui
Loca muta terret, ſibilat totos minax
Serpens per armos. vocis horrendæ fragor
Per ora miſſus terna felices quoque
Exterret vmbras. ſoluit à læua feros
Tunc ipſe rictus, & Cleonæum caput
Opponit, ac ſe tegmine ingenti clepit:
Victrice magnum dextera robur gerens,
Huc nunc & illuc verbere aſſiduo rotat,
Ingeminat ictus: domitus infregit minas:
Et cuncta laſſus capita ſubmiſit canis,
Antroq; toto ceſſit. extimuit ſedens
Vterque ſolio dominus, & duci iubet.
Me quoque petenti munus Alcidæ dedit.
Tunc grauia monſtri colla permulcens manu
Adamante texto vincit. oblitus ſui
Cuſtos opaci peruigil regni canis
Componit aures timidus: & patiens trahi,
Herúmque faſſus, ore ſubmiſſo obſequens
Vtrumque cauda pulſat anguifera latus,
Poſtquam eſt ad oras Tænari ventum, & nitor
Percuſſit oculos lucis ignotæ bonot
Reſumit animos vinctus, & [3]vaſtus furens
Quaſſat catenas: pene vectorem abſtulit,
Pronúmque retrouexit, & mouit gradu.
Tunc & meas reſpexit Alcides manus:
Geminis vterque viribus tractum canem
Ira furentem, & bella tentantem irrita,
Intulimus orbi. vidit vt clarum æthera,
Et pura nitidi ſpatia conſpexit poli,
Oborta nox eſt, lumina in terram dedit,
Compreſſit oculos, & diem inuiſum expulit,
Aciémque retro flexit, atque omni petit
Ceruice terram: tum ſub Herculea caput
Abſcondit vmbra. Denſa ſed læta venit
Clamore turba, frontibus laurum gerens,
Magnique meritas Herculis laudes canit.

CHORVS.

Sapphici hendecaſyllabi.

NAtus Euryſteus properante partu,
Iuſſerat mundi penetrare fundum:
Deerat hoc ſolum numero laborum,
Tertiæ regem ſpoliare ſortis.
Auſus eſt cæcos aditus inire,
Ducit ad manes via qua remotos
Triſtis, & ſylua metuenda nigra.
Sed frequens magna comitante turba,
Quantus incedit populus per vrbes

1 al. colubræ. 2 al. ſubdita. 3 al. vaſtas

Ad noui ludos auidus theatri!
[1]Quantus Eleum coit ad tonantem,
Quinta cum ſacrum reuocauit æſtas:
Quanta, cum longæ redit hora noctis
Creſcere & ſomnos cupiens quietos
Libra Phœbeos tenet æqua currus,
Turba ſecretam Cererem frequentat,
Et citi tectis properant relictis
Attici noctem celebrare Myſtæ:
Tanta per campos agitur ſilentes
Turba. Pars tarda gradiens ſenecta,
Triſtis, & longa ſatiata vita:
Pars adhuc currit melioris æui,
Virginis nondum thalamis iugatæ,
Et comis nondum poſitis ephebi,
Matris & nomen modo doctus infans:
His datum ſolis, minus vt timerent,
Igne prælato releuare noctem.
Ceteri vadunt per opaca triſtes:
Qualis eſt nobis animus, remota
Luce, cum mœſtus ſibi quiſque ſenſit
Obrutum tota caput eſſe terra.
Stat chaos denſum, tenebræque turpes,
Et color noctis malus, ac ſilentis
Otium mundi, vacuæque nubes.
Sera nos illo referat ſenectus.
Nemo ad id ſero venit, vnde nunquam,
Cum ſemel venit, potuit reuerti.
Quid iuuat durum properare fatum?
Omnis hæc magnus vaga turba terris
Ibit ad manes, faciétque inerti
Vela Cocyto. tibi creſcit omne,
Et quod occaſus videt, & quod ortus:
Parce venturis, tibi mors paratur:
Sis licet ſegnis, properamus ipſi.
Prima, quæ vitam dedit, hora carpſit.

Choriambici Glyconij.

Thebis læta dies adeſt:
Aras tangite ſupplices,
Pingues cædite victimas:
Permiſtæ maribus nurus
Solennes agitent choros:
Ceſſent depoſito iugo
Arui fertilis incolæ.
Pax eſt Herculea manu
Auroram inter & Heſperum:
Et qua ſol medium tenens
Vmbras corporibus negat.
Quodcunque abluitur ſolum
Longo Tethyos ambitu,
Alcidæ domuit labor.
Tranſuectus vada Tartari
Pacatis redit inferis.
Iam nullus ſupereſt timor:
Nil vltra iacet inferos.
Stantes ſacrificus comas
Dilecta tege populo.

1 al. Qualis.

ACTVS QVARTVS.

HERCVLES. THESEVS. AMPHITRYON. MEGARA.

VLtrice dextra fusus [1] aduerso Lycus
Terram petiuit ore: tum quisquis comes
Fuerat tyranni, iacuit & pœna comes.
Nunc sacra patri victor, & superis feram,
Casisque meritas victimis aras colam.
Te te laborum socia & adiutrix precor
Belligera Pallas, cuius in læua ciet
Ægis feroces ore saxifico minas.
Adsit Lycurgi domitor & rubri maris,
Teclam virenti cuspidem thyrso gerens:
Geminúmque numen Phœbus, & Phœbi soror.
Soror sagittis aptior Phœbus lyra:
Fraterque quisquis incolit cœlum meus:
Non ex nouerca frater. Huc appellite
Greges opimos, quidquid Indorum seges,
Arabésque odoris quidquid arboribus legunt,
Conferte in aras. pinguis [3] exudet vapor,
Populea nostras arbor exornet comas:
Teramus oleæ fronde gentili tegat
The eu: Tonantem nostra adorabit manus.
THE. Dij conditores vrbis & siluestria
Trucis antra Ceti, nobiles Dirces aquas,
Larémque regis qui aduenæ Tyrium colis,
Date thura flammis. AM. Nate manantes prius
Manus cruenta cæde & hostili expia.
HER. Vtinam cruorem capitis inuisi Deis
Libare possem, gratior nullus liquor
Tinxisset aras: victima haud vlla amplior
Potest, magisque opima mactari Ioui,
Quam rex iniquus. AM. Finiat genitor tuos
Opta labores: detur aliquando otium,
Quiéque fessis. HER. Ipse concipiam preces
Ioue méque dignas: STET suo cælum loco,
Tellúsque & æther astra mossensos agant
Æterna cursus: alta pax gentes alat:
Ferrum omne teneat ruris innocui labor,
Ensesque lateant: nulla tempestas freta
Violenta turbet: nullus irato Ioue
Exiliat ignis: nullus hiberna niue
Nutritus agros amnis euersos trahat:
Venena [2] essent: nulla nocituro grauis
Succo tumescat herba, non sæui ac truces
Regnent tyranni: si quod [4] etiamnum est scelus
Latura tellus, properet, & si quod parat
Monstrum, meum sit. Sed quid hoc? medium diem
Cinxere tenebræ, Phœbus obscuro meat
Sine nube vultu, quis diem retro fugat,
Agitque in ortus? vnde nox atrum caput
Ignota profert? vnde tot stellæ polum
Implent diurna? primus en noster labor
Cæli refulget parte non minima Leo,

1 al. aduersam. 2 al Bellifera.
3 al. exundet. 4 al. æternum.

Iraque totus feruet, & morsus parat,
Iam rapiet aliquod sidus, ingenti minax
Stat ore, & ignes efflat, & rutilat, iubam
Ceruice iactans: quidquid autumnus grauis,
Hiémsque gelido frigida spatio refert,
Vno impetu transiliet, & verni petet,
Frangétque Tauri colla. AM. Quod subitum hoc malum est?
Quo nate vultus huc & huc acres refers?
Actéque falsum turbida cœlum vides?
HER. Perdomita tellus, tumida cesserunt freta,
Inferna nostros regna sentire impetus:
Immune cœlum est, dignus Alcidæ labor.
In alta mundi spatia sublimis ferar,
Petatur æther, astra promittit pater.
Quid si negaret? non capit terra Herculem,
Tandémque superis reddit. en vltro vocat
Omnis deorum cœtus, & laxat fores,
Vna vetante. recipis, & reseras polum?
An contumacis ianuam mundi trahor?
Dubitatur etiam? vincla Saturno exuam,
Contráque patris impij regum impotens
Auum resoluam bella Titanes parent
Me duce furentes: saxa cum siluis feram,
Rapiámque dextra plena Centaurus iuga.
Iam monte gemino limitem ad superos agam.
Videat sub Ossa Pelion Chiron suum:
In cœlum Olympus tertio positus gradu
[1] Perueniat, aut mittatur. AM. Infandos procul
Auerte sensus: pectoris sani parum,
Magnitamen, compesce dementem impetum.
HER. Quid hoc? gigantes arma pestifera mouent,
Profugit & vmbras Tityus, ac lacerum gerens
Et inane pectus, quam prope à cœlo stetit?
Labat Cytharon, alta Pallene tremit,
Marcéntque Tempe. rapuit hic Pindi iuga,
Hic rapuit Oeten: sauit horrendum Mimas:
Flammifera Erinnys verbere excusso sonat,
Rogisque adustas propius, ac propius sudes
In ora tendit, sæua Tisiphone caput
Serpentibus vallata: post raptum Canem,
Portam vacantem clausit opposita face.
Sed ecce proles regis inimici latet,
Lyci nefandum semen. inuiso patri
Hac dextra iam vos reddet: excutiat leues
Neruus sagittas, tela sic mitti decet
Herculea. AM. Quo se cæcus inuergit furor?
Vastum coactis flexit arcum cornibus,
Pharetrámque soluit. stridet emissa impetu
Arundo. medio spiculum collo fugit
Vulnere relicto. HER. Ceteram prolem eruam,
Omnésque latebras, quid moror? maius mihi
Bellum Mycenis restat, vt Cyclopea
Euersa manibus saxa nostris concidant.
Huc eat & illuc aula disiecto obice,
Rumpátque postes, columen impulsum labet:
Procumbat omnis regia. hic video abditum
Gnatum scelesti patris. AM. En blandas manus

1 al. perueniet aut mittetur. 2 al. ilsidit.

Ad

Ad genua tendens voce miseranda rogat.
Scelus nefandum, triste, & aspectu horridum,
Dextra precantem rapuit, & circa furens
Bis ter rotatum misit: ast illi caput
Sonat, cerebro 1 tecta dispersо madent.
At misera paruum protegens natum sinu
Megara, furenti similis è latebris fugit.
HER. *Licet Tonantis profuga condaris sinu,*
Petet vndecunque temet hæc dextra, & feret.
AM. *Quo misera pergis? quam fugam, aut latebras petis?*
Nullus salutis Hercule infenso est locus:
Amplectere ipsum potius, & blanda prece
Lenire tenta. ME. *Parce iam coniux precor,*
Agnosce Megaram: natus hic vultus tuos,
Habitusq; reddit: cernis, vt tendat manus?
HER. 2 *Renuo nouercã: sequere, da pœnas mihi,*
Iugoq; pressum libera turpi Iouem,
Sed ante matrem paruulum hoc monstrum auferam.
ME. *Quo tendis amens? sanguinem fundes tuum?*
AM. *Pauefactus infans igneo vultu patris*
Perit ante vulnus: spiritum rapuit timor.
In coniugem nunc clauа libratur grauis:
Perfregit ossa: corpori trunco caput
Abest, nec vsquam est. cernere hoc audes nimis
Viuax senectus? si piget luctus, habes
Mortem paratam. pectus in tela indue,
Vel stipitem istum, cæde monstrorum illitum
Conuerte. falsum ac nomini turpem tuo
Remoue parentem, ne tua laudi obstrepat.
THE. *Quo te ipse 3 genitor obuium morti ingeris?*
Quo pergis amens? profuge, & obtectus late,
Vnumq; manibus aufer Herculeis scelus.
HER. *Bene habet, pudendi regis excisa est domus.*
Tibi hunc dicatum maximi coniux Iouis
Gregem cecidi: vota persolui libens
Te digna: & Argos victimas alias dabit.
AM. *Nondum litasti nate: consumma sacrum;*
Stat ecce ad aras hostia, exspectat manum
Ceruice prona. præbeo, occurro, insequor?
Macta. Quid hoc est? errat acies luminum,
Visusq; mœror hebetat. an video Herculis
Manus trementes? vultus in somnum cadit,
Et fessa ceruix capite summisso labat,
Flexo genu iam totus ad terram ruit,
Vt cæsa siluis or us, aut portus mari
Datura moles. r us? an leto dedit
Idem tuos qui mi. ad mortem furor?
Sopor est, reciprocos piritus motus agit.
Detur quieti temp s, vt somno grauis
Vis victa morbi pectus oppressum leuet.
Remouete famuli tela, ne repetat furens.

CHORVS.

Anapæstici, adonij duo.

LVgeat æther, magnusq; parens
Aetheris alti, telluսq; ferax,

1 al. terra dispersо madet.
2 al. Teneo. 3 al. senior.

Et vaga ponti mobilis vnda.
Tuq; ante omnes, qui per terras,
Tractusq; maris fundis radios,
Noctemq; fugas ore decoro,
Feruide Titan: obitus pariter
Tecum Alcides vidit, & ortus,
Nouitq; tuas vtrasque domos.
Soluite tantis animum monstris,
Soluite superi: rectam in melius
Flectite mentem. tuq; ô domitor
Somne laborum, requies animi,
Pars humanæ melior vitæ,
Volucer matris genus Astræa,
Frater duræ languide mortis,
Veris miscens falsa, futuri
Certus, & idem pessimus autor:
Pater ô rerum, portus vitæ,
Lucis requies, noctisq; comes,
Qui par regi famuloq; venis,
Placidus fessum lenisq; foues,
Pauidum leti genus humanum,
Cogis longam discere mortem:
Preme deuictum torpore graui,
Sopor indomitos alliget artus,
Nec torua prius pectora linquat,
Quam mens repetat pristina cursum.
En fusus humi sæua feroci
Corde volutat somnia: nondum est
Tanti pestis superata mali:
Clauaq; graui lassum solitus
Mandare caput, quærit vacua
Pondera dextra, motu iactans
Brachia vano: nec adhuc omnes
Expulit æstus: sed, vt ingenti
Vexata Noto seruat longos
Vnda tumultus, & iam vento
Cessante tumet. pelle insanos
Fluctus animi, redeat pietas,
Virtusq; viro. vel sit potius
Mens vesano concita motu,
Error cæcus, qua cœpit, eat.
Solus te iam præstare potest
Furor insontem: proxima puris
Sors est manibus nescire nefas.
Nunc Herculeis percussa sonent
Pectora palmis: mundum solitos
Ferre lacertos verba pulsent
Victrice manu: gemitus vastos
Audiat æther, audiat atri
Regina poli, vastisq; ferox
Qui colla gerit vincta catenis,
Imo latitans Cerberus antro.
Resonet mœsto clamore chaos,
Lateq; patens vnda profundi.
Et, qui melius tua tela tamen
Senserat, æther.
Pectora tantis obsessa malis
Non sunt ictu ferienda leui.
Vno planctu tria regna sonent.
Et tu collo decus, ac telum

Suspensa diu fortis arundo,
Pharetraq; leues, date 1 saeua fero
Verbera tergo: cadant humeros
Robora fortes, stipesq; potens
Duris oneret pectora nodis:
Plangant tantos arma dolores.
Non vos patriæ laudis comites,
Vlti sæuo vulnere reges.
Non Argiuæ membra palæstra,
Flectere 2 docti, fortes cœstu,
Forteq; manu; iam tamen ausi
Telum Scythici leue coryti
Missum certa librare manu,
Tutoq; fuga figere ceruos,
Nondumq; feræ terga iubatæ.
Ite ad Stygios vmbræ portus,
Ite innocuæ, quas in primo
Limine vitæ scelus oppressit
Patriusq; furor: ite infaustum
Genus ô pueri, noti per iter
Triste laboris: ite iratos
Visite reges.

ACTVS QVINTVS.

HERCVLES. AMPHITRYON. THESEVS.

QVis hic locus? quæ regio? quæ mundi plaga?
Vbi sum? sub ortu solis, an sub cardine
Glacialis Vrsæ? nunquid Hesperij maris
Extrema tellus hunc dat Oceano modum?
Quas trahimus auras? quod solum fesso subest?
Certe redimus. vnde prostrata domo
Video cruenta corpora? an nondum exuit
Simulacra mens inferna? post reditus quoq;
Oberrat oculos turba feralis meos.
Pudet fateri, paueo: nescio quod mihi,
Nescio quod animus grande præsagit malum.
Vbi est parens? vbi illa natorum grege
Animosa coniux? cur latus læuum vacat
Spolio leonis? quonam abijt 3 tegmen meum?
Idemq; somno mollis Herculeo thorus?
Vbi tela? vbi arcus? arma quis viuo mihi
Detrahere potuit? spolia quis tanta abstulit.
Ipsumque quis non Herculis somnum horruit?
Libet meum videre victorem, libet.
Exurge victor, quem nouum cælo pater
Genuit relicto: cuius incestu tetit
Nox longior, quam nostra. quod cerno nefas?
Nati cruenta cæde confecti iacent:
Perempta coniux. quis Lycus regnum obtinet?
Quis tanta Thebis scelera moliri ausus est,
Hercule reuerso? quisquis Ismeni loca,
Aclæa quisquis arua, qui gemino mari
Pulsata Pelopis regna Dardanij colis,
Succurre, sæua cladis autorem indica.
Ruat ira in omnes: hostis est, quisquis mihi
Non monstrat hostem, victor Alcida lates,
Procede, seu tu vindicas currus truces
Thracis cruenti, siue 1 Geryonis pecus,
Libyæue dominos: nulla pugnandi mora est.
En nudus asto, vel meis armis licet
Petas inermem. Cur meos Theseus fugit
Patersq; vultus? ora cur condunt sua?
Differte fletus. quis meos dederit neci
Omnes simul, profare. quid genitor siles?
At tu ede Theseu, sed tua Theseu fide.
Vterque tacitus ora pudibunda obtegit.
Furtimq; lacrymas fundit. in tantis malis
Quid est pudendum? nunquid Argiuæ potens
Dominator vrbis? nunquid infestum Lyci
Parentis agmen clade nos tanta obruit?
Per te meorum facinorum laudem precor
Genitor, tuiq; nominis semper mihi
Numen secundum, fare, quis fudit domum?
Cui præda iacui? AM. *Tacita sic abeant mala.*
HER. *Vt inultus ego sim?* AM. *Sæpe vindicta obfuit.*
HER. *Quisquamne segnis tanta tolerauit mala?*
AM. *Maiora quisquis timuit.* HER. *Hus etiam pater*
Quidquam timeri maius aut grauius potest?
AM. *Cladis tuæ pars ista, quam nosti, quota est?*
HER. *Miserere genitor, supplices tendo manus.*
Quid hoc? manus refugit, hic errat scelus.
Vnde hic cruor? quid illa puerili madens
Arundo leto, tincta Lernæa nece?
Iam tela video nostra, non quæro manum,
Quæ potuit arcum flectere? aut quæ dextera
Sinuare neruum vix recedentem mihi?
Ad vos reuertor: genitor, hoc nostrum est scelus?
Tacuere: nostrum est. AM. *Luctus est istic tuus;*
Crimen nouercæ: casus hic culpa caret.
HER. *Nunc parte ab omni genitor iratus tona,*
Oblite nostri: vindica sera manu.
Saltem nepotes: stelliger mundus sonet,
Flammas & hic & ille iaculetur polus.
Rupes ligatum Caspia corpus trahant,
Atq; ales auida. cur Promethei vacant
Scopuli? paretur vertice immenso feras,
Volucreq; pascens Caucasi abruptum latus
Nudumq; siluis. illa, quæ Pontum Scythen
Symplegas arctat, hinc & hinc vinctas manus
2 Distendat alto: cumq; reuocata vice
In se coibunt, saxaq; in cælum expriment,
Actis vtrinq; rupibus, medium mare
Ego inquieta mouitum iaceam mora.
Quin structum aceruans nemore congesto aggerem,
Cruore corpus impio sparsum cremo?
Sic sic agendum est; inferis reddam Herculem.
AM. *Nondum tumultu pectus attonitum caret,*
Mutauit iras: quodq; habet proprium furor
In se ipse sæuit. HER. *Dira furiarum loca*
Et inferorum carcer, & sonti plaga
Decreta turbæ, & si quod exilium latet.
Vlterius Erebo, Cerbero ignotum & mihi,

1 al. sera al. fera. 2 al. forti.
3 al. regimen.

1 al. Geryone. 2 al. Distentat.

Hus

Huc me abde tellus: Tartari ad finem vltimum
Mansurus ibo. pectus ô nimium ferum!
Quis vos per omnem, liberi, sparsos domum
Deflere digne poterit? hic durus malis
Lacrymare vultus nescit. huc ensem date,
Date huc sagittas, stipitem huc vastum date.
Tibi tela frangam nostra, tibi nostros puer
Rumpemus arcus, ac tuis stipes grauis
Ardebit vmbris: ipsa Lernæis frequens
Pharetra telis in tuos ibit rogos.
Dent arma pœnas: vos quoque infaustas meis
Cremabo telis, ô nouercales manus.
THE. *Quis nomen vnquam sceleris errori*[1] *indidit?*
HER. *Sæpe error ingens sceleris obtinuit locum.*
THE. *Nunc Hercule opus est, perfer hanc molem mali.*
HER. *Non sic furore cessit extinctus pudor,*
Populos vt omnes impio aspectu fugem.
Arma, arma Theseu, flagito propere mihi
Subtracta reddi, sana si mens est mihi,
Referte manibus tela: si remanet furor,
Pater recede, mortis inueniam viam.
AM. *Per sancta generis sacra, per ius nominis*
Vtrunque nostri. siue me altorem vocas,
Seu tu parentem, perque venerandos pii
Canos, senecta parce desertæ, precor.
Annisq; fessis: vnicum lapsæ domus
Firmamen. vnum lumen afflicto malis
Temet reserua. nullus ex te contigit
Fructus laborum: semper aut dubium mare,
Aut monstra timui: quisquis in toto fuit
Rex sæuus orbe, manibus, aut aris nocens,
A me timetur: semper absentis pater
Fructum tui contractum & aspectum peto.
HER. *Cur animam in ista luce detineam amplius*
Morerq;, nihil est: cuncta iam amisi bona,
Mentem, arma, famam, coniugem, natos, manus,
Etiam furorem: nemo polluto queat
Animo mederi: morte sanandum est scelus.
THE. *Perimes parentem.* HER. *Facere ne possim, occidam.*
THE. *Genitore coram?* HER. *Cernere hunc docui nefas.*
AM. *Memoranda potius omnibus facta intuens,*
Vnius à te criminis veniam peto.
HER. *Veniam dabit sibi ipse, qui nulli dedit?*
Laudanda feci iussus, hoc vnum meum est.
Succurre genitor, siue te pietas mouet,
Seu triste fatum siue violata decus
Virtutis, effer arma, vincatur mea
Fortuna dextra. THE. *Sunt quidem patriæ preces*
Satis efficaces. sed tamen nostro quoque
Moueare[2] *fletu. surge, & aduersa impetu*
Perfringe solito: nunc tuum nulli imparem
Animum malo resume, nunc magna tibi
Virtute agendum est: Herculem irasci veta.

1 al. dedit vel addidit. 2 al. Mouere.

HER. *Si viuo, feci scelera: si morior, tuli.*
Purgare terras propero: iamdudum mihi
Monstrum impium, sæuúmque & immite, ac ferum
Oberrat: agedum dextra conare aggredi;
Ingens opus, labore bis seno amplius
Ignaue cessas, fortis in pueros modo,
Pauidámque matrem[1] *arma nisi dentur mihi,*
Aut omne Pindi Thracis exscindam nemus,
Bacchiq; lucos, & Cytharonis iuga
Mecum cremabo, tota cum domibus suis,
Dominísque tecta, cum Deis templa omnibus
Thebana supra corpus excipiam meum,
Atque vrbe versa condar: & si fortibus
Leue pondus humeris mœnia immissa incident,
Septémque opertus non satis portis premar,
Onus omne media parte qua mundus sedet,
Dirimítque superos, in meum vertam caput.
Redde arma. AM. *Vox est digna genitore Herculis.*
Hoc en peremptus spiculo cecidit puer:
Hoc Iuno telum manibus emisit tuis.
Hoc nunc ego vtar. Ecce quam miserum metu
Cor palpitat, corpúsque solicitum ferit.
Aptata arundo est: ecce iam facies scelus
Volens, sciensq; pande, quid fieri iubes?
HER. *Nihil rogamus, noster in tuto est dolor.*
AM. *Natum potes seruare tu solus mihi*
Theseu, ipse necdum maximum euasi metum.
Miserum haud potes me facere, felicem potes.
Sic statue quidquid statuis, vt causam tuam
Famámque in arcto stare & ancipiti scias.
Aut viuis, aut occidis: hanc animam leuem,
Fessámque senio, nec minus quassam malis
In ore primo teneo. tam tarde patri
Vitam dat aliquis? non feram vlterius moram,
Letale ferrum pectori impressum induam,
Hic hic iacebit Herculis sani scelus.
HER. *Iam parce genitor, parce, iam reuoca manum.*
Succumbe virtus, perfer imperium patris.
Eat ad labores hic quoque Herculeos labor.
Viuamus, artus alleua afflictos solo
Theseu parentis: dextra contractus pios
Scelerata refugit. AM. *Hanc manum amplector libens.*
Hac nixus ibo, pectori hanc ego admouens
Pellam dolores. HER. *Quem locũ profugus petã?*
Vbi me recondam? quaue tellure obruam?
Quis Tanais, aut quis Nilus, aut quis Persica
Violentus vnda Tigris, aut Rhenus ferox,
Tagus ve Ibera turbidus gaza fluens,
Abluere dextram poterit? Arctoum licet
Mæotis in me gelida transfundat mare,
Et tota Tethys per meas currat manus,
Hærebit altum facinus: in quas impius
Terras recedes? ortum, an occasum petes?
Vbique notus perdidi exilio locum.
Me refugit orbis, astra transuersos agunt.

1 al. Pauidásque matres.

Obliqua cursus, ipse Titan Cerberum
Meliore vultu vidit. ô fidum caput
Theseu, latebram quare longinquam, abditam.
Quicunque semper sceleris alieni arbiter
Amas nocentes, gratiam meritis refer,
Vicémque nostris redde. me infernis precor
Vmbris reductum, méque subiectum tuis
Restitue vinclis: ille me abscondet locus.
Sed & ille nouit. THE. *Nostra te tellus manet.*
Illic solutam cade Gradiuus manum
Restituit armis: illa te Alcide vocat.
Facere innocentes terra quæ superos solet.

L. ANNAEI SENECAE
THYESTES.
INTERLOCVTORES.

TANTALVS.
THYESTES.
MEGAERA.
PLISTHENES.
ATREVS.
NVNCIVS.
SERVVS.
CHORVS.

ACTVS PRIMVS.

TANTALVS. MEGAERA.

QVIS me furor nunc sede ab infausta extrahit
Auido fugaces ore captantem cibos?
Quis male deorum Tantalo vivas domos
Ostendit iterum? peius inuentum est siti
Arente in vndis aliquid, & peius fame
Hiante semper? Sisyphi numquid lapis
Gestandus humeris lubricus nostris venit?
Aut membra celeri differens cursu rota?
Aut pœna Tityi, semper accrescens iecur
[1] Visceribus atras pascet effossis aues?
Et nocte reparans quidquid amisit die,
Plenum recenti pabulum monstro iacet?
In quod malum transcribor? ô quisquis noua
Supplicia functis durus vmbrarum arbiter
Disponis, adde si quid ad pœnas potes,
Quod ipse custos carceris diri horreat,
Quod mœstius Acheron paueat, ad cuius metum
Nos quoque tremamus. quære: iam nostra subit
E stirpe turba, quæ suum vincat genus.
Ac me innocentem faciat, & inausa audeat.
Regione quidquid impia cessat loci,
Complebo. numquam stante Pelopeia domo,
Minos vacabit. ME. *perge detestabilis*
Vmbra, & penates impios furiis age.
Certetur omni scelere, & alterna vice
Stringantur enses:[2] nec sit irarum modus
Pudorve: mentes cæcus insliget furor,
Rabies parentum duret, & longum nefas
Eat in nepotes: nec vacet cuiquam vetus
Odisse crimen, semper oriatur nouum,
Nec vnum in vno: dúmque punitur scelus
Crescat: superbis fratribus regna excidant,
Repetántque profugos: dubia violentæ domus
Fortuna reges inter incertos labet:
Miser ex potente fiat, ex misero potens:
Fluctúque regnum casus assiduo ferat:

Ob scelera pulsi, cum dabit patriam deus,
In scelera redeant: sintq; tam inuisi omnibus,
Quam sibi. nihil sit, ira quod vetitum putet.
Fratrem expauescat frater, & natum parens,
Natúsque patrem. liberi pereant male,
Peius tamen nascantur: immineat viro
Infesta coniux. bella trans pontum vehant,
Effusus omnes irriget terras cruor;
Supráque magnos gentium exultet duces
Libido victrix impia stuprum in domo
Leuissimum sit: fratris & fas, & fides,
Iúsque omne pereat: non sit à vestris malis
Immune cælum, cum micant stellæ polo,
Flammæq; seruant debitum mundo decus:
Nox [1] atra fiat, excidat cælo dies.
Misce penates: odia, cædes, funera
Accerse, & imple scelere Tantaleam domum.
Ornetur altum culmen, & lauro fores
Lætæ virescant. dignus aduentu tuo
Splendescat ignis, Thracium fiat nefas
Maiore numero. dextra cur patrui vacat?
Nondum Thyestes liberos deflet suos?
Ecquando tollet ignibus iam subditis
Spumante aheno? membra per partes eant.
Discerpta patrios polluat sanguis focos?
Epulæ instruantur. non noui sceleris tibi
Conuiua venies, liberum dedimus diem,
Tuámque ad istas soluimus mensas famem,
Ieiunia exple, mistus in Bacchum cruor
Spectante te potetur: inueni dapes,
Quas ipse fugeres, siste, quo præceps ruis?
TAN. *Ad stagna, & amnes, & recedentes aquas,*
Labrisq; ab ipsis arboris plenæ fugas,
Abire in atrum carceris liceat mei
Cubile: liceat, si parum videor miser,
Mutare ripas: alueo medius tuo
Phlegethon relinquar igneo cinctus freto.
Quicumque pœnas lege fatorum das as
Pati iuberis: quisquis exeso iaces
Pauidus sub antro, quicq; venturi times
Montis ruinam: quisquis auidorum feros
Rictus leonum, & dira furiarum agmina

a al. Vulneribus. 2. al. ne sit. a al. alta.

Impli-

Implicitus horres: quisquis immissas faces
Semiustus abigis, Tantali vocem excipe
Properantis ad vos: credite experto mihi,
Amate pœnas, quando continget mihi
Effugere superos? ME. ante perturba domum,
Inferq́; tecum prælia, & ferri malum
Regibus amorem: concute insano ferum
Pectus tumultu. TAN. me pati pœnas decet,
Non esse pœnam: mittor, vt dirus vapor
Tellure rupta, vel grauem populis luem
Sparsura pestis. ducam in horrendum nefas
Auus nepotes? magne diuorum parens,
Nosterq́; quamuis pudeat, ingenti licet
Taxata pœna lingua crucietur, loquar:
Nec hoc tacebo: moneo, ne sacra manus
[1] Violata cæde, néve furiali malo
Aspergat aras. stabo, & arcebo scelus.
Quid ora terres verbere, & tortos ferox
Minaris angues? quid famam sixam intimis
Agitas? edulis? flagrat incendium siti
Cor, & perustis flamma visceribus micat.
Sequor. ME. furorem diuide in totam domum.
Sic sic ferantur, & suum infensi inuicem
Sitiant cruorem: sensit introitus tuos
Domus, & nefando tota contactu horruit.
Actum est abunde, gradere ad [2] inferos specus:
Amnemq́; notum: iam tuo mœsta pede
Terra grauantur. cernus vt fontes liquor
Introrsus actus linquat, vt ripæ vacent,
Ventusq́; raras igneus nubes ferat:
Palleseit omnis arbor, ac nudus stetit
Fugiente pomo ramus, & qui fluctibus
Illinc propinquis Isthmos atque illinc fremit,
Vicina gracili diuidens terra vada,
Longe remotos latus exaudit sonos.
Iam Lerna retrocessit, & Phoronides
Latuere venæ nec suas profert sacras
Alpheus vndas, & Citharonis iuga.
Stant parte nulla cana deposita niue.
Timentq́; veterem nobiles Argi sitim,
En ipse Titan dubitat, an iubeat sequi,
Cogatq́; habenis ire perituram diem.

CHORVS.

Choriambici tetrametri.

ARgos de superis si quis Achaicum,
[3] Piseasq́; domos turribus inclytas:
Isthmi si quis amat regna Corinthij,
Et portus geminos, & mare dissidens:
Si quis Taygeti conspicuas niues,
Quas tum Sarmaticus tempore frigido
In summis boreas composuit iugis,
Æstas veliferis soluit Etesiis:
Quem tangit gelido flumine lucidus
Alpheus, stadio notus Olympico:
Aduertat placidum numen, & arceat
Alterna scelerum ne redeant vices,
Neu succedat auo deterior nepos,
Et maior placeat culpa minoribus.

[1] al Violenta. [2] al. infernos.
[3] al. Piseisque.

Tandem lassa feros exuat impetus
Sicci progenies impia Tantali.
Peccatum satis est: fas valuit nihil,
Aut commune nefas. proditus occidit
Deceptor domina Myrtilus, & fide
Vectus [1] qua tulerat, nobile reddidit
Mutato pelagus nomine. notior
Nulla est Ionijs fabula nauibus.
Exceptus gladio paruulus impio
Dum currit patrium natus ad osculum,
Immatura focis victima concidit:
Diuulsusq́; tua est Tantale dextera,
Mensas vt strueres hospitibus deis.
Hoc æterna fames prosequitur cibos,
Hos æterna sitis: nec dapibus feris
Decerni potuit pœna decentior:
Stat tusus vacuo gutture Tantalus,
Impendet capiti plurima noxio
Phineis auibus præda fugacior.
Hinc illinc grauidis frontibus incubat,
Et curuata suis fœtibus, ac tremens
[2] Illudit patulis arbor hiatibus,
Hæc quamuis auidus, nec patiens mora,
Deceptus toties tangere negligit,
Oblitusq́; oculos, oraq́; comprimit,
Inclusisq́; famem dentibus alligat:
Sed tunc diuitias omne nemus suas
Demittit propius, pomaq́; desuper
Insultant foliis mitia languidis,
Accenduntq́; famem, quæ iubet irritas
Exercere manus: has vbi protulit,
Et falli libuit, totus in arduum
Autumnus rapitur, siluáq́; mobilis.
Instat deinde sitis non leuior fame.
Qua cum percaluit sanguis, & igneis
Exarsit facibus, stat miser obuios
Fluctus ore vocans, quos profugus latex
Auertit sterili deficiens vado,
Conantémque sequi deserit: hic bibit
Altum de rapido gurgite puluerem.

[1] al. quæ.
[2] al. Alludit.

ACTVS SECVNDVS.

ATREVS. SERVVS.

IGnaue, iners, eneruis, & (quod maximum
Probrum tyranno rebus in summis reor)
Inulte, post tot scelera, post fratris dolos,
Fasq́; omne ruptum, quæstibus vanis agis
Iras? at Argos fremere iam totum tuis
Debebat armis, omnis & geminum mare
Innare classis: iam tuæ flammis agros
Lucere & vrbes decuit, ac strictum vndique
Micare ferrum. tota sub nostro sonet
Argolica tellus equite: non silua tegant
Hostem, nec altis montium structa iugis
Arces relictis bellicum totus canat
Populus Mycenis, quisquis inuisum caput
Tegit ac tuetur, clade funesta occidat.
Hæc ipsa pollens inclyti Pelopis domus

Ruat vel in me, dummodo in fratrem ruat.
Age anime, fac quod nulla posteritas probet,
Sed nulla taceat. aliquod audendum est nefas
Atrox, cruentum, tale quod frater meus
Suum esse malit. scelera non vlciscēris,
Nisi vincis. & quid esse tam saeuum potest,
Quod superet illum? numquid abiectus iacet?
Numquid secundis patitur in rebus modum,
Fessis quietem. noui ego ingenium viri
Indocile: flecti non potest frangi potest.
Proin antequam se firme, aut vires paret,
Petatur vltro, ne quiescentem petat,
Aut perdet, aut peribit: in medio est scelus
Positum occupanti. SER. *fama te populi nihil*
Aduersa terrent? ATR. *maximum hoc regni bonum est,*
Quod facta domini cogitur populus sui
Quam ferre, tam laudare. SER. *quos cogit metus*
Laudare, eosdem reddit inimicos metus.
At qui fauoris gloriam veri petit,
Animo magis quam voce laudari volet.
ATR. *Laus vera & humili sape contingit viro:*
Non nisi potenti falsa: quod nolunt velint.
SER. *Rex velit honesta, nemo non eadem volet.*
ATR. *Vbicumque tantum honesta domin anti licent,*
Precario regnatur. SER. *vbi non est pudor,*
Nec cura iuris, sanctitas, pietas, fides,
Instabile regnum est. ATR. *sanctitas, pietas, fides,*
Priuata bona sunt: qua iuuat, reges eant.
SER. *Nefas nocere vel malo fratri puta.*
ATR. *Fas est in illo, quidquid in fratre est nefas.*
Quod enim reliquit crimen intactum? aut vbi
Sceleri pepercit? coniugem stupro abstulit,
Regnúmque furto, specimen antiquum imperij,
Fraude est adeptus, fraude turbauit domum.
Est Pelopis altis nobile in stabulis pecus,
Arcanus aries, ductor opulenti gregis
Huius per omne corpus infuso coma
Dependet auro, cuius è tergo, noui
Aurata reges sceptra Tantalici gerunt,
Possessor huius regnat: hunc tanta domus
Fortuna sequitur. tuta seposita sacer
In parte carpit prata, qua cludit lapis,
Fatali sacro pascuum muro tegens,
Hunc (facinus ingens) ausus, assumpta in scelus
Consorte nostri perfidus thalami auehit.
Hinc omne cladis mutuae fluxit malum,
Per regna trepidus exul errauit mea:
Pars nulla nostri tuta ab insidijs vacat.
Corrupta coniux, imperij quassa est fides,
Domus aegra, dubius sanguis: est certi nihil,
Nisi frater hostis. quid stupes? tandem incipe,
Animosq; sume. Tantalum & Pelopem aspice:
Ad hac manus exempla poscuntur mea.
Profare dirum, qua caput maestem via.

1 al nunquam. 2 al. saxeo. 3 al. more.

SER. *Ferro peremptus spiritum inimicum expuat.*
ATR. *De fine poenae loqueris, ego poenam volo.*
Perimat tyrannus? lenis in regno meo
Mors impetretur? SER. *nulla te pietas mouet?*
ATR. *Excede pietas, si modo nostra in domo*
Vmquam fuisti. dira furiarum cohors,
Discorsq; Erinnys veniat, & geminas faces
Megaera quatiens. non satis magno meum
Ardet furore pectus: impleri iuuat
Maiore monstro. SER. *quid noui rabidus struis?*
ATR. *Nil quod doloris capiat assueti modum.*
Nullum relinquam facinus, & nullum est satis:
SER. *Ferrum?* ATR. *parum est.* SER. *Quid ignis?*
ATR. *etiamnum parum est.*
SER. *Quonam ergo telo tantus vtetur dolor?*
ATR. *Ipso Thyeste.* SER. *maius est ira hoc malum.*
ATR. *Fateor. tumultus pectora attonita quatit,*
Penitusq; voluit: rapior, & quo nescio,
Sed rapior. imo mugit è fundo solum,
Tonat dies serenus ac totus domus
Vt fracta tectis crepuit, & moti lares
Vertere vultum: fiat hoc, fiat, nefas,
Quod dij timetis. SER. *facere quid tandem paras?*
ATR. *Nescio quid animus maius, & solito amplius,*
Supraq; fines moris humani tumet,
Instatq; pigris manibus: haud, quid sit, scio.
Sed grande quiddam est. ita sit: hoc anime 2 incipe:
Dignum Thyeste facinus, & dignum Atreo
Vterque faciat, vidit infandas domus
Odrysia mensas. fateor, immane est scelus,
Sed occupatum: maius hoc aliquid dolor
Inueniat. animum filio inspira parens,
Sororq; causa est similis: assiste, & manum
Impelle nostram: liberos auidus parens,
Gaudénsque laceret, & suos artus edat.
Bene est. abunde est, hic placet poenae modus
Tantisper. vbinam est? tam diu cur innocens
Versatur Atreus? tota iam ante oculos meos
Imago cadis errat, ingesta orbitas
In ora patris. anime quid rursus times?
Et ante rem subsidis? audendum est. age
Quod est in isto scelere praecipuum nefas,
Hoc ipse 3 faciat. SER. *sed quibus captas dolis*
Nostros dabit perductus in laqueos pedem?
Inimica credit cuncta. ATR. *non poterit capi,*
Nisi capere vellet. regna nunc sperat mea:
Hac spe minanti fulmen occurret Ioui,
Hac spe subibit gurgitis tumidi minas,
Dubiumq; Libyca syrtis intrabit fretum,
Hac spe, quod esse maximum retur malum,
Fratrem videbit. SER. *quis fidem pacis dabit?*
Cui tāta credet? ATR. *credula est spes improba.*
Gnatis tamen mandata, quae patruo ferant,
Dabimus: relictis exul hospitijs, vagus.

1 al. impetratur. 2 al. occupa. 3 al. faciet.

Regno vt miserias mutet, atque Argos regat,
Ex parte dominus. si nimis durus preces
Spernet Thyestes liberos eius rudes,
Malisq; fessos grauibus, & faciles capi
Preces mouebunt. hunc vetus regni furor,
Illinc egestas tristis, hinc durus labor,
Quamuis rigentem tot malis subigent virum.
SER. *Iam tempus illi fecit erumnas leues.*
ATR. *Erras: malorum sensus accrescit die:*
Leue est miserias ferre, perferre graue.
SER. *Alios ministros* [1] *consiliis istis lege.*
Peiora iuuenes facile præcepta audiunt:
In patre facient, quidquid in patruo doces.
Sæpe in magistrum scelera redierunt sua.
ATR. *Vt nemo doceat fraudis & sceleris vias,*
Regnum docebit. ne mali fiant, times:
Nascuntur istud, quod vocas sæuum, asperum,
Agiq; dire credis, & nimium impie,
Fortasse & illic agitur. SER. *hanc fraudem scient*
Gnati parari: tacita tam rudibus fides
Non est in annis, detegent forsan dolos.
ATR. *Tacere multis discitur vita malis.*
SER. *Ipsosne, per quos fallere alium cogitas,*
Falles? ATR. *at ipsi crimine & culpa vacent.*
Quid enim est necesse liberos sceleri meo
Inserere? per nos odia se nostra explicent.
Male agis, recedis anime: si parcis tuis,
Parces & illi: consilij Agamemnon mei
Sciens minister fiat, & patris cliens
Menelaus adsit prolis incertæ fides
Et hoc petatur scelere: si bella abnuunt,
Et gerere nolunt odia: si patruum vocant,
Pater est: eatur. multa [3] *sed trepidus solet*
Detegere vultus, magna nolentem quoque
Consilia produnt: nesciant quantæ rei
Fiant ministri. nostra tu cœpta occule.
SER. *Haud sum monendus: ista nostro in pectore*
Fides, timórque, sed magis cludit fides.

CHORVS.

Choriambici trimetri.

Tandem regia nobilis,
Antiqui genus Inachi,
Fratrum composuit minas.
Quis vos exagitat furor.
Alternis dare sanguinem. [4]
Et sceptrum scelere aggredi?
Nescitis cupidi arcium,
Regnum quo iaceat loco.
Regem non faciunt opes,
Non vestis Tyriæ color,
Non frontis nota regiæ,
Non auro nitidæ trabes.
Rex est, qui posuit metus,
Et diri mala pectoris:
Quem non ambitio impotens,
Et nunquam stabilis fauor
Vulgi præcipitis mouet:
Non quidquid fodit Occidens,
Aut vnda Tagus aurea
Claro deuohit aluco:
Non quidquid Libycis terit
Feruens area messibus.
Quem non concutiet cadens
Obliqui via fulminis:
Non eurus rapiens mare,
Aut sæuo rapidus freto
Ventosi tumor Adriæ:
Quem non lancea militis,
Non strictius domuit chalybs:
Qui tuto positus loco,
Infra se videt omnia
Occurritq; suo libens
Fato: nec queritur mori.
Reges conueniant licet,
Qui sparsos agitant [1] *Dacas,*
Qui rubri vada littoris,
Aut gemmis mare lucidum
Late sanguineum tenent:
Aut qui Caspia fortibus
Recludunt iuga Sarmatis
Certet Danubium licet,
[2] *Audet qui pedes ingredi,*
Et quocumque loco iacent
Seres vellere nobiles:
Mens regnum bona possidet.
Nil vllis opus est equis
Nil armis, & inertibus
Telis, quæ procul ingerit
Parthus, cum simulat fugas,
Admotis nihil est opus
Vrbes sternere machinis,
Longè saxa rotantibus:
Rex est, qui metuit nihil.
Hoc regnum sibi quisque dat.
Stet, quicumque volet potens
Aulæ culmine lubrico:
Me dulcis saturet quies.
Obscuro positus loco,
Leni perfruar otio.
Nullis nota Quiritibus
Ætas per tacitum fluat.
Sic cum transierint mei
Nullo cum strepitu dies,
Plebeius moriar senex.
Illi mors grauis incubat,
Qui notus nimis omnibus,
Ignotus moritur sibi.

1 al. consilij tristis. 2 al. dure. 3 al. turbatus. 4 al. Alternum.

1 al. Dacos. 2 al. Gaudet.

ACTVS TERTIVS.

THYESTES. PLISTHENES.

Optata patriæ tecta, & Argolicas opes,
Miserisq; summum ac maximum exulibus bonum,

Tactum soli natalis, & patrios deos
(Si sunt tamen dij) cerno, Cyclopum sacras
Turres, labore maius humano decus,
Celebrata iuueni stadia, per quæ nobilis
Ezlmam paterno non semel curru tulit
Occurrit Argos, populus occurret frequens,
Sed nempe & Atreus: repete siluestres fugas,
Saltusq; densos potius, & mistam feris
Similemq; vitam. clarus hic regni nitor
Fulgore non est quod oculos falso auferat.
Cum [1] quid latur spectabis, & dantem aspice.
Modo inter illa quæ putant cuncti aspera
Fortis fui, latusq;: nunc, contra in metus
Reuoluor? animus hæret, ac retro cupit
Corpus referre: moueo nolentem gradum.
PL. *Pigro (quid hoc est?) genitor incessu stupet,*
Vultúmque versat, seq; in incerto tenet.
THY. *Quid anime pendes? quidve consilium diu*
Tam facile torques rebus in certissimis?
Fratri atque regno credis? [2] an metuis mala
Iam victa, iam mansueta? & æruminas fugis
Bene collocatas? esse iam miserum iuuat.
Deflecte gressum, dum licet, teq; eripe.
PL. *Quæ causa cogit genitor à patria gradum*
Referre visa? cur bonis tantis sinum
Subducis? ira frater abiecta redit,
Partemq; regni reddit, & lacera domus
Componit artus, téque restituit tibi.
THY. *Causam timoris, ipse quam ignoro, exigis.*
Nihil timendum video, sed timeo tamen:
Placet ire, pigris membra sed genubus labant,
Alioq; quam quo nitor, abductus feror:
Sic concitatam remige & vento ratem
Æstus [3] resistens remigi & velo refert.
PL. *Peruince quidquid obstat & mentem impetit:*
Reducemq; quanta præmia exspectent vide.
Pater potes regnare. TH. *cum possim mori.*
Summa est potestas. PL. *nulla, si cupias nihil,*
Gnatis relinques. TH. *non capit regnum duos.*
PL. *Miser esse mauult, esse qui felix potest?*
TH. *Mihi crede, falsis magna nominibus placent.*
Fruſtra timentur dura. dum excelsus steti,
Nunquam pauere destiti, atque ipsum mei
Ferrum timere lateris. ô quantum bonum est,
Obstare nulli, capere securas dapes?
Humi iacentem scelera non intrant [4] casam,
Tutusq; mensa capitur angusta cibus.
Venenum in auro bibitur: expertus loquor.
Malam bona præferre fortunam licet.
Non vertice alti montis impositam domum,
Et eminentem ciuitas humilis tremit.
Nec fulget altis splendidum tectis ebur,
Somnosq; non defendit excubitor meos,
Non classibus piscamur, & retro mare
Iacta fugamus male, non ventrem improbum
Alimus tributo gentium, nullus mihi
Vltra Getas [1] metitur, & Parthos ager,
Non thure colimur, nec mea excluso Ioue
Ornantur æra: nulla culminibus meis
Imposita nutat filix, nec fumant manu
Succensa multa stagna: nec somno dies,
Bacchoq; nox ducenda peruigili datur:
Sed non [2] timemus: tuta sine telo est domus,
Rebusq; paruis alta præstatur quies.
Immane regnum est, posse sine regno pati.
PL. *Nec abnuendum est, si dat imperium deus.*
TH. *Nec appetendum.* PL. *frater vt regnes rogat.*
TH. *Rogat? timendum est. errat hic aliquis dolus.*
PL. *Redire pietas, vnde summota est, solet.*
Reparatq; vires iustus amissas amor.
TH. *Amat Thyesten frater? atherias prius*
Perfundet Arctos pontus, & Siculi rapax
Consistet æstus vnda, & Ionio seges
Matura pelago surget, & lucem dabit
Nox atra terris, ante cum flammis aqua,
Cum morte vita, cum mari ventus pdem
Fœdúsque iungent. PL. *quam tamen fraudem times?*
TH. *Omnem: timori quem meo statuam modum?*
Quantum potest, tantum odit. PL. *in te quid potest?*
TH. *Pro me nihil iam metuo: vos facitis mihi*
Atrea timendum. PL. *decipi captus times?*
Serum est cauendi tempus in mediis malis.
Eatur, vnum genitor hoc hortamen est.
TH. *Ego vos sequor, non duco.* PL. *Respiciat deus*
Bene cogitata. perge non dubio gradu.

ATREVS. THYESTES.

PLagis tenetur cluſa dispositis fera:
Et ipsum, & vna generis inuisi indolem
Iunctam parenti cerno. iam tuto in loco
Versantur odia: venit in nostras manus
Tandem Thyestes, venit, & totus quidem.
Vix tempero animo, vix dolor frenos capit.
Sic, cum feras vestigat, & longo sagax
Loro tenetur Vmber, ac presso vias
Scrutatur ore, dum procul lento suem
Odore sentit, paret, & tacito locum
Rostro pererrat: præda cum propior fuit,
Ceruice tota pugnat, & gestu vocat
Dominum morantem, seq; retinenti eripit,
Cum spirat ira sanguinem, nescit tegi:
Tamen tegatur aspice, vt multo grauis
Squallore vultus obruat mœstos coma:
Quam fœda iaceat barba. ipræstetur fides.
Fratrem iuuat videre: complexus mihi
Redde expetitos: quidquid irarum fuit,
Transierit: ex hoc sanguis ac pietas die
Colantur, animis odia damnata excidant.
TH. *Diluere possem cuncta, nisi talis fores.*

1 al. quo. 2 al. ac. 3 al. resurgens. 4 al. casas.

1 al metatur. 2 al. timemur. 3 al. præstatur.

Sed fateor, Atreu, fateor, admisi omnia
Quæ credidisti: pessimam causam meam
Hodierna pietas fecit: est prorsus nocens,
Quicumque visus tam bono fratri est nocens.
Lacrymis agendum est, supplicem primus vides.
Hæ te precantur pedibus iniectæ manus.
Ponatur omnis ira, & ex animo tumor
Erasus abeat: obsides fidei accipe
Hos innocentes. ATR. *frater, à genubus manus*
Aufer, meosque potius amplexus pete.
Vos quoque, senum præsidia, tot iuuenes, meo
Pendete collo. squalidam vestem exue,
Occultique nostris parce & ornatus cape,
Quales meis lætisque frater imperij
Capesse partem. maior hæc lætus est mea,
Fratri paternum reddere incolumi decus.
Habere regnum casus est, virtus dare.
THY. *Dij pia frater precia pro tantis tibi*
Mentis rependant. regiam capitis notam
Squallor recusat nostri; & sceptrum manus
Infausta refugit: lateat in media mihi
Latere turba. ATR. *recipit hoc regnum duos.*
Meum esse credo, quidquid est frater tuum.
Quis influentis dona fortunæ abruit?
THY. *Expertus est quicumque, quam facile effluant.*
ATR. *Fratrem potiri gloria ingenti vetas?*
Tua iam peracta gloria est, restat mea.
TH. *Respuere certum est regna consilium mihi.*
ATR. *Meam relinquam, nisi tuã partem accipis.*
THY. *Accipio: regni nomen imposituri feram.*
Sed iura & arma seruiens mecum tibi.
ATR. *Imposita capiti vincla venerando gere:*
Ego destinatas victimas superis dabo.

CHORVS.

Sapphici, & vnus Adonius.

CRedat hoc quisquam? ferus ille & acer,
Nec potens mentis truculentius Atreus,
Fratris aspectu stupefactus hæsit.
Nulla vi maior pietate vera est.
Iurgia externis inimica durant,
Quos amor verus tenuit, tenebit.
Iram cum magnis agitata causis
Gratiam rupit, cecinitq; bellum,
Cum leues frenis sonuere turmæ,
Fulsit hinc illinc agitatus ensis;
Quem mouet crebro furibundus ictu
Sanguinem Mauors cupiens recentem,
Opprimit ferrum, manibusque iunctis
Ducit ad pacem pietas negantes.
Otium è tanto subitum tumultu
Quis deus fecit? modo per Mycenas
Arma ciuilis crepuere belli.
Pallidæ matres timuere natis,
Vxor armato timuit marito.
Cum manum inuersus sequeretur ensis,
Sordidus pacis vitio quietæ.

3 al. tenuere natos,

Illo labentes renouare muros,
Hic situ quassas stabilire turres,
Ferreis portas cohibere claustris
Ille certabat, pauidúsque pinnis
Anxiæ nocti vigil incubabat.
Peior est bello timor ipse belli,
Iam minæ sæui cecidere ferri,
Iam silet murmur graue classicorum,
Iam tacet stridor litui strepentis.
Alta pax vrbi renocata lætæ est.
Sic vbi ex alto tumuere fluctus,
Brutium Coro feriente pontum,
Scylla pulsatis resonat cauernis,
Ac mare intortum timuere nautæ,
Quod rapax hausium remouit Charybdis,
Et ferus Cyclops meruit parentem
Rupe feruentis residens in Ætna,
Ne superfusis violetur vndis
Ignis Æneis resonans caminis,
Et putat mergi sua posse pauper
Regna Laertes Ithaca tremente:
Si sua ventis cecidere vires,
Mitius, stagno pelagus recumbit,
Alta quæ nauis timuit secare
Hinc & hinc fusis spatiosa velis
Strata: ludenti patuere cymbæ,
Et vacat mersos numerare pisces,
Hic vbi ingenti modo sub procella
Cyclades pontum timuere motæ.
Nulla sors longa est, dolor ac voluptas
Inuicem cedunt: breuior voluptas.
Imæ permutat zbreuis hora summis.
Ille qui donat diadema frontt,
Quem genu nixæ tremuere gentes,
Cuius ad nutum posuere bella
Medus & Phœbi propioris Indus,
Et Daca Parthis equitum minati:
Anxius sceptrum tenet; & mouentes
Cuncta diuitias, metuitque cautus
Mobiles rerum, dubiumq; tempus.
Vos, quibus rector maris atque terræ
Ius dedit magnum necis atque vitæ,
Ponite inflatos tumidosq; vultus:
Quidquid à nobis minora expaueſcit,
Maior hoc vobis dominus minatur.
Omne sub regno grauiore regnum est.
Quem dies vidit veniens superbum
Hunc dies vidit fugiens iacentem.
Nemo confidat nimium secundis,
Nemo desperet meliora lapsis.
Miscet hæc illis prohibetq; Clotho
Stare fortunam, rotat omne fatum.
Nemo tam diuos habuit fauentes,
Crastinum vt possit sibi polliceri.
Res Deus nostras celeri citatas
Turbine versat.

1 al ponto,
2 al. leuis. 3 al minantes,
4 al. extimeſcit.

ACTVS QVARTVS.

NVNCIVS. CHORVS.

QVis me per auras turbo præcipitem vehet,
Atraq; nube inuoluet, vt tantum nefas
Eripiat oculis? ô domus Pelopi quoque,
Et Tantalo pudenda! CH. quid portas noui?
NVN. Quænam ista regio est, Sparte & Argos, impios
Sortita fratres? & maris gemini premens
Fauces Corinthus? an feris Ister fugam
Præbens Alanis, an sub æterna niue
Hyrcana tellus? an vagi passim Scythæ?
CH. Quis hic nefandi est conscius 2 monstri locus?
Effare, & istud pande, quodcumque est malum.
NVN. Si steterit animus. si metu corpus rigens
Remittet artus. hæret in vultu trucis
Imago facti. ferte me insanæ procul
Illo procellæ, ferte, quo fertur dies
Hinc raptus. CH. animos grauius incertos tenes.
Quid sit quod horres 3 ede, & auctorem indica.
Non quæro quis sit, sed vter. effare ocyus.
NVN. In arce summa Pelopis, vna est pars domus
Conuersa ad austros: cuius extremum latus
Æquale monti crescit, atque vrbem premit,
Et contumacem regibus populum suis
Habet sub ictu: fulget hic turbæ capax
Immane tectum, cuius auratas trabes
Varijs columnæ nobiles maculis ferunt:
Post ista vulgo nota, quæ populi colunt,
In multa diues spacia discedit domus.
Arcana in imo regia recessu patet,
Alta vetustum valle compescens nemus,
Penetrale regni: nullæ quæ lætos solet
Præbere ramos arbor, aut ferro coli,
Sed taxus, & cupressus, & nigra ilice
Obscura nutat silua, quam supra eminens
Despectat alte quercus, & vincit nemus.
Hinc auspicari regna Tantalidæ solent,
Hinc petere lapsis rebus & dubijs opem.
Affixæ inhærent donæ, vocales tubæ,
Fractiq; currus, spolia Myrtoi maris,
Victæq; falsis axibus pendent rotæ,
Et omne gentis facinus: hoc Phrygius loco
Fixus tiaras Pelopis: hic præda hostium,
Et de triumpho picta barbarico chlamys.
Fons stat sub vmbra tristis, & nigra piger
Hæret palude: talis est diræ Stygis
Deformis vnda, quæ facit cœlo fidem.
Hic nocte 4 cæca gemere ferales deos
Fama est: catenis lucus excussis sonat,
Vlulantq; manes: quidquid audire est metus,
Illic videtur: errat antiquis vetus
Emissa bustis turba, & insultant loco
Maiora notis monstra: quin tota solet
Micare flamma silua, & excelsæ trabes
Ardent sine igne: sæpe latratu nemus
Trino remugit: sæpe simulachris domus
Attonita magnis. nec dies sedat metum:
Nox propria luco est, & superstitio inferûm
In luce media regnat: hinc orantibus
Responsa dantur certa, cum ingenti sono
Laxantur adyto fata, & immugit specus
Vocem deo soluente, quo postquam furens
Intrauit Atreus liberos fratris trahens,
Ornantur aræ. quis queat digne eloqui?
Post terga iuuenum nobiles religat manus.
Et mœsta vitta capita purpurea ligat.
Non thura desunt, non sacer Bacchi liquor,
Tangensve salsa victimam culter mola.
Seruatur omnis ordo, ne tantum nefas
Non rite fiat. CH. quis manum ferro admouet?
NVN. Ipse est sacerdos, ipse funesta prece
Letale carmen ore violento canit,
Stat ipse ad aras, ipse deuotos neci
Contrectat, & componit, & ferro admouet,
2 Accendit ipse: nulla pars sacri perit.
Lucus tremiscit, tota succusso solo
Nutauit aula, dubia quo pondus daret.
Ac fluctuanti similis: è læuo æthere
Atrum cucurrit limitem sidus trahens:
Libata in ignes vina mutato fluunt
Cruenta Baccho: regium capiti decus
Bis terq; lapsum est: fleuit in templis ebur.
Mouere cunctos monstra: sed solus sibi
Immotus Atreus constat, atque vltro deos
Terret minantes, iamq; dimissa mora
3 Assiluit aris, toruum & obliquum intuens.
Ieiuna siluis qualis in Gangeticis,
Inter iuuencos Tigris errauit duos,
Vtriusq; prædæ cupida, quo primos ferat
Incerta morsus, flectit huc rictus suos.
Illo reflectit, & famem dubiam tenet:
Sic dirus Atreus capita deuota impia
Speculatur iræ: quem prius mactet sibi,
Dubitat: secunda deinde quem cæde immolet.
Nec interest, sed dubitat, & tantum scelus
Iuuat ordinare. CH. quem tamen ferro occupat?
NVN. Primus locus (ne deesse pietatem putes)
Auo dicatur: Tantalus prima hostia est.
CH. Quo iuuenis animo, quo tulit vultu necem?
NVN. Stetit sui securus, & non est preces
Perire frustra passus: ast illi ferus
In vulnere ensem abscondit, & penitus premens
Iugulo manum commisit: educto stetit
Ferro cadauer: cumque dubitasset diu,
Hac parte an illa caderet, in patruum cadit.
Tunc ille ad aras Plisthenem sæuus trahit,
Adiicitq; fratri: colla percussa amputat,
Ceruice cæsa truncus in pronum ruit,
Querulum cucurrit murmure incerto caput.
CH. Quid deinde gemina cæde perfunctus facit?
Puerone parcit? an scelus sceleri ingerit?

1 al. voluet.
2 al nostri. 3 al. effer.
4 al. tota.

1 al. reuocat. al. renotat.
2 al. Attendit.
3 al. Assistit.

NVN.

NVN. Silua iubatus qualis Armenia leo,
In cæde multa victor armento incubat,
Cruore rictus madidus, & pulsa fame
Non ponit iras, hinc tauros premens
Vitulis minatur, dente iam lasso piger:
Non aliter Atreus sæuit, atque ira tumet,
Ferrumq; gemina cæde perfusum tenens,
Oblitus in quem [1] fureret, infesta manu
Exegit vltra corpus: at pueri statim
Pectore receptus ensis, in tergo exijt.
Cadit ille, & aras sanguine extinguens suo,
Per vtrumque vulnus moritur. CH. ô sæuum scelus!
NVN. Exhorruistis? hactenus non stat nefas:
Plus est. CH. an vltra maius aut atrocius
Natura recipit? NVN. sceleris hunc finem putas?
Gradus est. CH. quid vltra potuit? obiecit feris
Lanianda forsan corpora, atque igne arcuit?
NVN. Vtinam arcuisset! ne tegat functos humus,
Ne soluat ignis, auibus epulandos licet
Ferisq; triste pabulum sæuis trahat,
Votum est sub hoc, quod esse supplicium solet.
Pater insepultos spectet. ô nullo scelus
Credibile in æuo, quodque posteritas neget!
Erepta viuis exta pectoribus tremunt,
Spirantq; venæ, corq; adhuc pauidum salit.
At ille fibras tractat, ac fata inspicit,
Et adhuc calentes viscerum venas notat.
Postquam hostiæ placuere, securus vacat
Iam fratris epulis. ipse [2] diuisim secat
In membra corpus, amputat truncotenus
Humeros patentes, & lacertorum moras,
Denudat artus dirus, atque ossa amputat:
Tantum ora seruat, & datas fidei manus.
Hæc verubus hærent viscera, & lentis data
Stillant caminis: illa flammatus latex
Querente aheno iactat: impositas dapes
Transiluit ignis, inq; crepitantes focos
Bis ter regestus & pati iussus moram
Inuitus ardet: stridet in verubus iecur,
Nec facile dicam, corpora an flammæ gemant:
Gemuere: piceus ignis in fumos abit:
Et ipse fumus tristis, ac nebula grauis
Non rectus exit, seq; in excelsum leuat,
Ipsos penates nube deformi obsidet.
O Phœbe patiens, fugeris retro licet,
Medioq; ruptum merseris cælo diem,
Sero occidisti: lancinat gnatos pater,
Artusq; mandit ore funesto suos.
Nitet fluente madidus vnguento [3] eomam,
Grauisq; vino: sæpe præcluse cibum
Tenuere fauces. in malis vnum hoc tuis
Bonum est Thyesta, quod mala ignoras tua.
Sed & hoc peribit. verterit cursus licet
Sibi ipse Titan, obuium ducens iter,
Tenebrasq; facinus obruat tetrum nouis,
Nox missa ab ortu tempore alieno grauis:

1 al. rucret. 2 al. diuisum. 3 al. coma.

Tamen videndum est: tota [1] patefient mala.

CHORVS.

Anapæstici, & vnus Adonius.

QVo terrarum, superumq; parens,
Cuius ad ortus noctis opaca,
Decus omne fugit, quo vertis iter,
Medioq; diem perdis Olympo?
Cur Phœbe tuos rapis aspectus?
Nondum seræ nuncius horæ
Nocturna vocat lumina vesper:
Nondum Hesperiæ flexura rotæ
Iubet emeritos soluere currus:
Nondum in noctem vergente die
Tertia misit buccina signum.
Stupet ad subitæ tempora cœnæ
Nondum fessis bubus arator.
Quid te ætherio pepulit cursu?
Quæ causa tuos limite certo
Deiecit equos? numquid aperto
Carcere Ditis victi tentant
Bella gigantes? numquid Tityus
Pectore fesso renouat veteres
Saucius iras? num reiecto
Latus explicuit monte Typhœus?
Numquid struitur via Phlegræos
Alta per hostes? & Thessalicum
Thessa premitur Pelion Ossa?
Solitæ mundi periere vices,
Nihil occasus, nihil ortus erit:
Stupet Eoos assueta deo
Tradere frenos, genitrix primæ
Roscida lucis, peruersa sui
Lumina regni. nescit fessos
Tingere currus, nec fumantes
Sudore iubas mergere ponto,
Ipse insueto nouus hospitio,
Sol auroram videt occiduus,
Tenebrasq; iubet surgere, nondum
Nocte [2] parata. non succedunt
Astra, nec vllo micat igne polus.
Nec luna graues digerit vmbras.
Sed quidquid id est, vtinam nox sit.
Trepidant trepidant pectora magno
Perculsa metu, ne fatali
Cuncta ruina quassata labent,
Iterumq; deos, hominesq; premat
Deforme chaos: iterum terras,
Et mare & ignes, & vaga picti
Sidera mundi natura tegat.
Non æternæ facis exortu
Dux astrorum secula ducens
Dabit æstatis brumæq; notas.
Non Phœbeis obuia flammis
Demet nocti luna timores,
Vincetq; sui fratris habenas,
Curuo breuius limite currens.
Ibit in vnum congesta sinum
Turba deorum.

1 al. patefiant. 2 al. pacata. al. peracta.

Hic qui sacris peruius astris
Secat obliquo tramite zonas,
Flectens longos signifer annos,
Lapsa videbit sidera labens.
Hic qui nondum vere benigno,
Reddat zephyro vela tepenti,
Aries præceps ibit in vndas,
Per quas pauidam vexerat Hellen.
Hic qui nitido taurus cornu
[1]Præfert Hyadas, secum Geminos
Trahet, & curui brachia Cancri.
Leo flammiferis æstibus ardens
Iterum è cælo cadet Herculeus.
Cadet in terras virgo relictas,
Iustæq; cadent pondera Libræ,
Secumq; trahent Scorpion acrem.
Et qui neruo tenet Æmonio
Pennata senex spicula Chiron,
Rupto perdet spicula neruo.
Pigram referens hiemem gelidus
Cadet Ægoceros, frangetq; tuam,
Quisquis es, vrnam. tecum excedent
Vltima cæli sidera Piscis.
Monstraq; numquam perfusa mari
Merget condens omnia gurges.
Et qui medias diuidit Vrsas,
Fluminis instar, lubricus Anguis:
Magnoq; minor iuncta draconi
Frigida duro Cynosura gelu,
Custosq; sui tardus plaustri
Iam non stabilis ruet Arctophylax.
Nos è tanto visi populo
Digni, premeret quos euerso
Cardine mundus: in nos ætas
Vltima venit, ô nos dura
Sorte creatos, seu perdidimus
Solem miseri, siue expulimus.
Abeant quæstus, discede timor.
Vita est auidus, quisquis non vult
Mundo secum pereunte mori.

ACTVS QVINTVS.

ATREVS.

Aequalis astris gradior, & cunctos super
Altum superbo vertice attingens polum.
Nunc decora regni teneo, nunc solium patris.
Dimitto superos: summa votorum attigi.
Bene est, abunde est, iam sat est etiam mihi.
Sed cur satis sit? pergam, & implebo patrem
Funere suorum: nequid obstaret pudor,
Dies recessit: perge, dum cælum vocat.
Vtinam quidem tenere fugientes deos
Possem, & coactos trahere, vt vltricem dapem
Omnes viderent! quod sat est, videat pater.
Etiam die nolente discutiam tibi
Tenebras, miseria sub quibus latitant tua.
Nimis diu conniua secure taces,

[1] al. perfert.

Hilariq; vultu. iam satis mensis datum est,
Satisq; Baccho: sobrio tanta ad mala
Opus est Thyeste, turba famularis fores
Templi relaxa, festa patefiat domus.
Libet videre, capita natorum intuens
Quos det colores, verba quæ primus dolor
Effundat, aut vt spiritu expulso stupens
Corpus rigescat: fructus hic operis mei est.
Miserum videre nolo, sed dum fit miser.
Aperta multa tecta collucent face.
Resupinus ipse purpura atque auro incubat,
Vino grauatum fulciens læua caput.
Eructat. ô me cælitum excelsissimum,
Regumq; regem, vota transcendi mea.
Satur est, capaci ducit argento merum.
Ne parce potu, restat etiam nunc cruor
Tot hostiarum, veteris hunc Bacchi color
[1]Abscondit: hoc hæc mensa claudatur scypho:
Mistum suorum sanguinem genitor bibat:
Meum bibisset. ecce iam cantus ciet,
Festusq; voces, nec satis menti imperat.

THYESTES.

Anapæstici, cum Adonio.

Pectora longis hebetata malis,
Iam sollicitas ponite curas:
Fugiat mœror, fugiat pauor,
Fugiat trepidi comes exilij
Tristis egestas, rebusq; grauis
Pudor afflictis. magis vnde cadas,
Quam quo, refert: magnum ex alto
Culmine lapsum stabilem in plano
Figere gressum: magnum ingenti
Strage malorum pressum fracti
Pondera regni non inflexa
Ceruice pati, nec degenerem
Victumq; malis, rectum imposita
Ferre ruinas, sed iam sæui
Nubila fati pelle, ac miseri
Temporis omnes dimitte notas:
Redeant vultus ad læta boni,
Veterem ex animo mitte Thyesten.
Proprium hoc miseros sequitur vitium,
Numquam rebus credere lætis.
Redeat felix fortuna licet,
Tamen afflictos gaudere piget.
Quid me reuocas, festumq; vetas
Celebrare diem? quid flere iubes
Nulla surgens dolor ex causa?
Quis me prohibet flore [2]recenti
Vincire comam? prohibet prohibet:
Verna capiti fluxere rosæ,
Pingui madidus crinis amomo
Inter subitos stetit horrores,
Imber vultu nolente cadit.
Venit in medias voces gemitus,
Mœror lacrymas amat assuetas.
Flendi miseris dira cupido est.
Libet infaustos mittere questus,

[1] al, Absondet. [2] al decenti.

Libet

Libet & Tyrio saturas ostro
Rumpere vestes: vlulare libet.
Mittit luctus signa futuri
Mens, ante sui præsaga mali.
Instat nautis fera tempestas,
Cum sine vento tranquilla tument.
Quos tibi vultus, quosue tumultus
Fingis demens? credula præsta
Pectora fratri: iam quidquid id est,
Vel sine causa, vel 1 sera times.
Nolo infelix, sed vagus intra
Terror oberrat. subitos fundunt
Oculi fletus, nec causa subest.
Dolor an metus est? an habet lacrymas
Magna voluptas?

ATREVS. THYESTES.

FEstum diem germane, consensu pari
Celebremus: hic est sceptra qui firmet mea,
Solidamq; pacis alliget certa fidem.
THY. *Saties dapis me, nec minus Bacchi tenet.*
Augere cumulus hic voluptatem potest,
Si cum meis gaudere felici datur.
ATR. *Hic esse natos crede in amplexu patris,*
Hic sunt, eruntq; nulla pars prolis tua
Tibi subtrahetur: ora, quæ exoptas, dabo,
Totumq; turba iam sua implebo patrem.
Satiaberis, ne metue: nunc misti meis,
Iucunda mensa sacra iuuenilis colunt.
Sed accientur. poculum infuso cape
Gentile Baccho. THY. *capio fraterna dapis*
Donum. paternis vina libentur dijs,
Tunc hauriantur. sed quid hoc? non vult manus
Parere: crescit pondus, & dextram grauat.
Admotus ipsis Bacchus à labris fugit,
Circaq; rictus ore decepto effluit,
Et ipsa trepido mensa subsiluit solo.
Vix lucet ignis. ipse quin æther grauis
Inter diem noctemq; desertus stupet.
Quid hoc? magis magisq; concussi labant
Conuexa cæli: crassior densis coit
Caligo tenebris, noxq; se in nocte abdidit.
Fugit omne sidus. quidquid est, fratri, precor.
Gnatisq; parcat, omnis in vile hoc caput
Abeat procella. redde iam gnatos mihi.
ATR. *Reddam, & tibi illos nullus eripiet dies.*
THY. *Quis hic tumultus viscera exagitat mea?*
Quid tremuit intus? sentio impatiens onus,
Meumq; gemitu non meo pectus gemit.
Adeste gnati, genitor infelix votat:
Adeste, visis fugiet hic vobis dolor,
Vnde obloquuntur? ATR. *expedi amplexus pater.*
Venêre: gnatos ecquid agnoscis tuos?
THY. *Agnosco fratrem. sustines tantum nefas*
Gestare tellus? non ad infernam Styga
Te nosq; mergis? rupta & ingenti via

Ad chaos inane regna cum rege abripis?
Non tota ab imo tecta conuellens solo,
Vertis Mycenas? stare circa Tantalum,
Auosq; nostros, si quis intra Tartara est,
Vterq; iam debuimus, hinc compagibus
Et hinc reuulsis: huc tuam immani sinu
Demitte vallem, nosq; defossos tege
Acheronte toto: noxia supra caput
Animæ vagentur nostrum, & ardenti freto
Phlegethon arenas igneus totas agens,
Exitia supra nostra violentus fluat.
Immota tellus pondus ignauum iaces?
ATR. *Recipi hosce citius: liberis tandem tuis*
Diu expetitis, nulla per fratrem est mora,
Fruere, osculare, diuide amplexus tribus.
THY. *Hoc fœdus? hæc est gratia? hæc fratris fides?*
1 Sic odia ponis? non peto, incolumes pater
Gnatos vt habeam: scelere quod saluo dari
Odioque possit, frater hoc fratrem rogo,
Sepelire liceat. redde quod cernas statim
Vri: nihil te genitor habiturus rogo.
Sed perditurus. ATR. *quidquid e gnatis tuis*
Superest, habebis: quodq; non superest, habes.
THY. *Vtrumne sæuis pabulum alitibus iacent?*
An belluis seruantur? an pascunt feras?
ATR. *Epulatus ipse es impia gnatos dape.*
THY. *Hoc est deos quod puduit: hoc egit diem*
Auersum in ortus. quas miser voces dabo?
Quæstusq; quos? quæ verba sufficient mihi?
Abscissa cerno capita, & auulsas manus,
Et rupta fractis cruribus vestigia.
Hoc est quod auidus capere non potuit pater,
Voluuntur intus viscera, & clusum nefas
Sine exitu luctatur, & quærit viam.
Da frater ensem, sanguinis multum mei
Habet ille, ferro liberis demus viam.
Negatur ensis. pectora illiso sonent
Concussa planctu. sustine infelix manum.
Parcamus vmbris. tale quis vidit nefas?
Quis inhospitalis Caucasi rupem asperam
Heniochus habitans, quisue Cecropijs metus
Terris Procrustes? genitor en gnatos premo
Premorq; gnatis. sceleris est aliquis modus?
ATR. *Sceleri modus debetur, vbi facias scelus,*
Non vbi reponas. hoc quoque exiguum est mihi.
Ex vulnere ipso sanguinem calidum in tua
Diffundere ora debui, vt viuentium
Biberes cruorem. verba sunt iræ data:
Dum propero ferro vulnera impresso dedi.
Cecidi ad aras, cæde votiua focos
Placaui: & artus 2 corpora exanima amputans
In parua carpsi frusta: & hæc feruentibus
Demersi aheneis; illa lentis ignibus
Stillare iussi. membra, neruosq; abscidi
Viuentibus: graciliq; traiectas veru
Mugire fibras vidi, & aggessi manu
Mea ipse flammas. omnia hæc melius pater

1 al. sero times.

1 al. si. 2 al. corpori exanimo.

Feciſſe potuit. cecidit incaſſum dolor.
Scidit ore natos impio, ſed neſciens,
Sed neſcientes. THY. *cluſa littoribus vagis*
Audite maria, vos dij audite hoc ſcelus,
Quocumq; diffugiſtis, audite inferi,
Audite terra. noxq; Tartarea grauis
Et atra nube, vocibus noſtris vaca:
Tibi ſum relictus. ſola tu miſerum vides,
Tu quoq; ſine aſtris. vota non faciam improba,
Pro me nihil precabor: ecquid iam poteſt
Pro me eſſe? vobis vota proſpicient mea.
Te ſumma cali rector ætheriæ potens
Dominator aulæ, nubibus totum horridis
Conuolue mundum, bella ventorum vndique
Committe, & omni parte violentum intona:
Manuq;, non qua tecta, & immeritas domos
Telo petis minore, ſed qua montium
Tergemina moles cecidit, & qui montibus
Stabant pares Gigantes: hæc arma expedi,
Igneſq; torque, vindica amiſſum diem.
Iaculare flammas, lumen ereptum polo
Fulminibus exple: cauſa, ne dubites diu,
Vtriuſq; mala ſit: ſi minus, mala ſit mea,
Me pete: triſulco flammeam telo facem
Per pectus hoc tranſmitte. ſi gnatos pater
Humare, & igni tradere extremo volo,
Ego ſum cremandus. ſi nihil ſuperos mouet,
Nullumq; telis impios numen petit,
Aeterna nox permaneat, & tenebris tegat
Immenſa longis ſcelera: nil Titan queror
Si perſeueras. ATR. *nunc meas laudo manus,*
Nunc parta vera eſt palma. perdideram ſcelus,
Niſi ſic dolores: liberos naſci mihi
Nunc credo, caſtis nunc fidem reddi toris.
TH. *Quid liberi meruere?* ATR. *quod fuerant tui.*
THY. *Gnatos parenti?* ATR. *fateor, & quod me iuuat,*
Certos. THY. *piorum præſides teſtor deos.*
AT. *Quid coniugales?* TH. *ſcelere quis penſat ſcelus?*
ATR. *Scio quid queraris: ſcelere prærepto doles?*
Nec quod nefandas hauſeris tangit dapes.
Quod non pararis. fuerat hic animus tibi,
Inſtruere ſimiles inſcio fratri cibos,
Et adiuuante liberos matre aggredi,
Similique leto ſternere: hoc vnum obſtitit,
Tuos putaſti. THY. *vindices aderunt Dei:*
His puniendum vota te tradunt mea.
ATR. *Te puniendum liberis trado tuis.*

L. ANNÆI SENECÆ
THEBAIS.
INTERLOCVTORES.

OEPIDVS. ANTIGONE.
NVNCIVS. IOCASTA.
POLYNICES.

ACTVS PRIMVS.
OEDIPVS. ANTIGONE.

Æ CI parentis regimen, ac feſſi vnicum
Patris leuamen gnata, quam tanti eſt mihi
Genuiſſe, vel ſic deſere infauſtum patrem.
In recta quid deflectis errantem gradum
Permitte labi: melius inueniam viam
Quam quaro ſolus, quæ me ab hac vita extrahat,
Et hoc nefandi capitis aſpectu leuet
Cœlum atq; terras. quantulum hac egi manu?
Non video noxæ conſcium noſtræ diem:
Sed video. hinc iam ſolue inhærentem manum,
Et patere cæcum, qua volet, ferri pedem.
Ibo, ibo, qua prærupta protendit iuga
Meus Citharon; qua 1 *peragrati celer*
Per ſaxa 2 *montis iacuit Actæon, ſuis*
Noua præda canibus; qua per obſcurum nemus,
Siluamq; opacæ vallis inſtinctas deo
Egit ſorores mater; & gaudens malo
Vibrante thyrſo prætulit fixum caput:
Vel qua cucurrit corpus inuiſum trahens
Zethi iuuentus, qua per horrentes rubos
Tauri ferocis ſanguis oſtentat fugas,
Vel qua alta maria vertice immerſo premit,
Inoq; præceps, qua ſcelus fugiens ſuum,
Nouumq; faciens, mater inſiluit freto
Merſura gnatum ſeq;. felices quibus
Fortuna melior tam bonas matres dedit.
Eſt alius iſtis noſter in ſiluis locus,
Qui me repoſcit, hunc petam curſu incito:
Non hæſitabit greſſus? huc omni duce
Spoliatus ibo. quid moror ſedes meas?
Montem Citharon redde, & hoſpitium mihi
Illud meum reſtitue, vt exſpirem ſenex,
Vbi debui infans: recipe ſupplicium vetus
Semper cruente, ſæue, crudelis, ferox,
Cum occidis & cum parcis: olim iam tuum
Eſt hoc cadauer. perage mandatum patris,
Iam & matris: animus geſtit antiqua exequi
Supplicia. quid me gnata peſtifero tenes
Amore 1 *vinctum? quid tenes? genitor vocat:*
Sequor ſequor, iam parce: ſanguineum gerens

1 al. peragrato 2 al. monte.

1 al. peſtifero.

Inſi-

Insigne regni Laïus rapti furit.
Et ecce manes manibus infestis petit,
Foditque vultus.gnata genitorem vides?
AN. *Ego video: tandem spiritum inimicum exue.*
OED. *Desertor anime fortis in partem tui,*
Omitte pœnas languidas longa mora,
Mortémque totam [1]*recipe.quid segnis traho?*
Quid viuo?nullum facere iam possum scelus.
Possum miser,prædico,discede à patre,
Discede virgo.timeo post matrem omnia.
AN. *Vis nulla genitor à tuo nostram manum*
Corpore resoluet:nemo me comitem tui
Eripiet vmquam,Labdaci claram domum,
Opulenta ferro regna germani petant,
Pars magna patris optimo è regno mea est,
Pater ipse:non hunc auferet frater mihi,
Thebana rapto sceptra qui regno tenet:
Non hunc cateruas alter Argolicas agens,
Non si reuulsos Iuppiter mundo tonet.
Mediumque nostros fulmen in nexus cadat,
Manum hanc remittam. prohibeas genitor licet,
Regam abnuentum, dirigam [2] *inuitum gradum.*
In plana tendis? vado:prærupta expetis,
Non obsto,sed præcedo:quouis vtere
Duce è duobus,omnis eligitur via.
Perire sine me non potes:mecum potes:
Hic alta rupes arduo surgit iugo,
Spectátque longe spatia subiecti maris:
Vis hanc petamus?nudus hîc pendet silex,
Hic scissa tellus faucibus ruptis hiat:
Vis hanc petamus?hîc rapax torrens cadit,
Partésque lapsi montis exesas rotat,
In hunc ruamus?dum prior quo vis eo.
Non deprecor,non hortor.extingui cupis,
Votúmque genitor maximum mors est tibi?
Si moreris,antecedo:si viuis,sequor.
Sed flecte mentem,pectus antiquum aduoca,
Victásque magno pectore arumnas doma.
Resiste:tantis in malis vinci malum est.
OED. *Vnde in nefanda specimen egregium domo?*
Vnde ista generi virgo dissimilis suo,
Fortuna?credis,aliquis est ex me pius?
Non esset vmquam,fata bene noui mea,
Nisi vt noceret.ipsa se in leges nouas
Natura vertet,regeret in fontem citas
Reuolutus vndas amnis,& noctem afferet
Phœbea lampas,hesperus faciet diem?
Vt ad miserias aliquid accedat meas.
Pij quoque erimus:vnica OEdipode est salus,
Non esse saluum:liceat vlcisci patrem
Adhuc inultum.dextra quid cessas iners
Exigere pœnas?quidquid exactum est adhuc,
Matri dedisti,mitte genitoris manum
Animosa virgo:funus extendis meum,
Longáque viui ducis exequias patris:

1 al. admitte. 2 al. inuiti.

Aliquando terra corpus inuisum tege.
Peccas honesta mente:pietatem vocas,
Patrem insepultum trahere.qui cogit mori
Nolentem,in aquo est,quique properantem impedit.
Occidere est,vetare cupientem mori,
Nec tamen in aquo est.alterum grauius reor.
Malo imperari,quam eripi mortem mihi.
Desiste cœpto virgo:ius vitæ ac necis
Mea penes me est,regna deserui libens.
Regnum mihi retineo.si fida es comes,
Ensem parenti trade.sed notum nece
Ensem paterna tradis,an gnati tenent
Cum regno & illum?faciet,vbicumq; est,scelus.
Ibi sit,relinquo,gnatus hunc habeat meus:
Sed vterque flammas potius, & vastum aggerem
Compone:in altos ipse me immittam rogos.
Erectam ad ignes funebrem ascendam struem,
Pectúsque soluam durum, & in cineres dabo
Hoc quidquid in me viuit.vbi sæuum est mare?
Duc,vbi sit altis prærutum saxis iugum,
Vbi torua rapidus [1] *ducat Ismenos vada;*
Duc,vbi feræ sint,vbi fretum,vbi præceps locus,
Si dux es.illuc ire morituro placet,
Vbi sedit alta rupe semifero dolos
Sphinx ore nectens:dirige huc gressu pedem:
Hîc siste patrem:dira ne sedes vacet,
Monstrum repone maius:hoc saxum insidens
Obscura nostra verba fortunæ loquar,
Quæ nemo soluat.quisquis Assyrio loca
Possessa regi scindis,& Cadmi nemus
Serpente notum, sacra quo Dirce latet,
Supplex ad aras quisquis Euroten bibis,
Spartámque [2] *fratre nobilem gemino colis,*
Quicumque Elim,Parnason,& Bœotios
Colonus agros vberis tondes soli,
Aduerte mentem:sæua Thebarum lues
Luctifica cæcis verba committens modis,
Quid simile posuit?quid tam inextricabile?
Aui gener,patrisque riualis sui,
Frater suorum liberum,& fratrum parens:
Vno auia partu liberos peperit viro,
Ac sibi nepotes.monstra quis tanta explicet?
Ego ipse,victæ spolia qui Sphingis tuli,
Hærebo,fati tardus interpres mei,
Quid perdis vltra verba?quid pectus ferum
Mollire tentas precibus?hoc animo sedet,
Effundere hanc cum morte luctantem diu
Animam,& tenebras petere.nã sceleri hæc mea
Parum alta nox est.Tartaro condi iuuat,
Et si quid vltra Tartarum est.tandem libet,
Quod olim oportet:morte prohiberi haud queo.
Ferrum negabis?noxias lapso vias
Cludes?& arctis colla laqueis inseri
Prohibebis?herbas,quæ ferunt letum,auferes?
Quid ista tandem cura proficiet tua?
Vbique mors est.optime hoc cauit Deus,
Eripere vitam nemo non homini potest,

1 al. deuehat. 2 ad Sparténque.

At nemo mortem: mille ad hanc aditus patent.
Nil quæro: dextra noster & nuda solet
Bene animus uti: dextra nunc toto impetu,
Toto dolore, viribus totis veni:
Non destino unum vulneri nostro locum.
Totus nocens sum: qua voles, mortem exige:
Effringe corpus; córque tot scelerum capax
Euelle: totos viscerum nudæ sinus:
Fractum incitatis ictibus guttur sonet,
Laceræve fixis unguibus venæ fluant,
Aut dirige iras, quo soles, hæc vulnera
Rescissa multo sanguine ac tabe irriga:
Hac extrahe animam, duram, inexpugnabilem.
Et tu parens, ubicumque pœnarum arbiter
Adstas mearum: non ego hoc tantum scelus
Vlla expiari credidi pœna satis
Vmquam, nec ista morte contentus fui.
Nec me redemi parte: membratim tibi
Volui perire: debitum tandem exige.
Nunc soluo pœnas, tunc tibi inferias dedi.
Ades, atque inertem dexteram introrsus preme.
Magisque merge, timida cum paruo caput
Libauit haustu, vixque cupientes sequi
Eduxit oculos. hæret etiam nunc mihi
Ille animus, hæret, cum recusantem manum
Pressere vultus. [1]audias verum OEdipum:
Minus eruisti lumina audaciter tua,
Quam prælitisti. nunc manum cerebro indue.
Hac parte mortem perage, qua cœpit mori.
AN. *Pauca ô parens magnanime miseranda precor*
Vt verba gnata mente placata audias.
Non te vt reducam veteris ad specimen domus,
Habitúmque regni flore pollentem inclyti,
Peto, aut vt iras, tempore aut ipsa mora
Fractas, remisso pectore ac placido feras.
Et hoc decebat roboris tanti virum,
Non esse sub dolore, nec victum malis
Dare terga: non est, vt putas, virtus pater
Timere vitam, sed malis ingentibus
Obstare, nec se vertere, ac retro dare.
Qui fata proculcauit, ac vitæ bona
Proiecit, atque abscessit, & casus suos
Onerauit, ipse, ceu video, nullo est opus,
Quare ipse mortem cupiat, aut quare petat.
Vtrumq; timidi est, velle contempsit mori,
[3]Qui concupiscit, cuius haud vltra mala
Exire possunt, in loco tuto est situs.
Quis iam deorum (velle fac) quidquam potest
Malis tuis adiicere? iam nec tu potes,
Nisi hoc, vt esse te putes dignum nece.
Non es, nec vlla pectus hoc culpa attigit.
Et hoc magis te genitor insontem voca,
Quod innocens es, diis quoque inuitis. quid est
Quod te efferarit: quod nouos suffixerit
Stimulos dolori? quid te ad infernas agit
Sedes? quid ex his pellit? vt careas die?
Cares, vt altis nobilem muris domum,

1 al. audies. 2 al. abscidit. 3 al. Qui non cupiscit.

Patriámque fugias? patria tibi viuo perit.
Gnatos fugis, matrémque? ab aspectu omnium
Fortuna te summouit: & quidquid potest
Auferre cuiquam mors, tibi hoc vita abstulit.
Regni tumultus, turba fortunæ prior
Abcessit ante [1]iusta. quem genitor fugis?
OED. *Me fugio, fugio conscium scelerum omniũ*
Pectus, manúmque hanc fugio, & hoc cœlum, & deos:
Et dira fugio scelera, quæ feci nocens.
Ego hoc solum, frugifera quo surgit Ceres,
Premo? has ego auras ore pestifero traho?
Ego laticis haustu satior? aut vllo fruor
Almæ parentis munere? ego castam manum
Nefandus, incestificus, execrabilis
Attrecto? ego vllos aure concipio sonos,
Per quos parentis nomen, aut gnati audiam?
Vtinam quidem rescindere has quirem vias,
Manibúsque adactis omne, quo voces meant,
Aditúsque verbis tramite angusto patet,
Eruere possem gnata: iam sensum tui,
Quæ pars meorum es criminum infelix pater,
Fugissem. inhæret ac recrudescit nefas.
Subinde & aures ingerunt quidquid mihi
Negastis oculi. cur caput tenebris graue
Non mitto ad vmbras Ditis æternas? quid hic
Manes meos detineo? quid terram grauo?
Mistúsque superis erro? quid restat mali?
Regnum, parentes, liberi, virtus quoque,
Et ingenij solertis eximium decus
Periere: cuncta sors mihi infesta abstulit.
Lacrymæ supererant, has quoque [2]eripui mihi.
Absiste: nullas animus admittit preces,
Nouámque pœnam sceleribus quærit parem.
Et esse par quæ poterit? infanti quoque
Decreta mors est. fata quis tam tristia
Sortitus vmquam? videram nondum diem,
Vterique nondum solueram clusi moras,
Et iam timebar. protinus quosdam editos
Nox occupauit, & nouæ luci abstulit,
Mors me antecessit. aliquis intra viscera
Materna letum præcocis fati tulit:
Sed numquid & peccauit? abstrusum, abditum,
Dubitúmque an essem, sceleris infandi reum
Deus egit: illo teste damnauit parens,
Calidoque teneros transtulit ferro pedes,
Et in alta nemora pabulum misit feris,
Auibus & auidis, quas Citharon noxius
Cruore sæpe regio [3]attractas alit.
Sed quem deus damnauit, abiecit pater,
Mors quoque refugit. præstiti Delphis fidem.
Genitorem adortus impia straui nece.
Hoc alia pietas redimet. occidi patrem,
Sed matrem amaui, proloqui hymenæum pudet,
Tedáque nostros has quoque inuitum pati
Te coge pœnas: facinus ignotum, ferum,
Inusitatum fare, quod populi horreant,
Quod esse factum nulla non ætas neget,
Quod patricidam pudeat in patrios toros

1 al. iussa. 2 al. eripuit. 3 al. tractas.

Tuli

Tuli paterno sanguine aspersas manus,
Sceleriscq; precium maius accepi scelus:
Leue est paternum facinus: in thalamos meos
Deducta mater, ne parum scelerum foret,
Fecunda. nullum crimen hoc maius potest
Natura ferre, si quod etiamnum est tamen,
Qui facere possint, dedimus. abieci necis
Precium paternæ sceptrum: & hoc iterum manus
Armauit alias: optime regni mei
Fatum ipse noui, nemo sine sacro feret
Illud cruore. magna præsagit mala
Paternus animus: iacta iam sunt semina
Cladis futuræ: spernitur pacti fides.
Hic occupato cedere imperio negat:
Ius ille, & icti fœderis testes deos
Inuocat, & Argos exul, atq; vrbes mouet
Gratas in arma. non leuis fessis venit
Ruina Thebis: tela, flammæ, vulnera
Instant: & istis si quod est maius malum,
Vt esse genitos nemo non ex me sciat.
AN. *Si nulla, genitor, causa viuendi tibi est.*
Hæc vna abunde est, vt pater gnatos regas
Grauiter furentes. tu impij belli minas
Auertere vnus, tuq; vecordes potes
Inhibere iuuenes, ciuibus pacem dare,
Patriæ quietem. fœderi læso fidem.
Vitam tibi ipse si negas, multis negas.
OED. *Illis parentis vllus aut æqui est amor,*
Auidis cruoris, imperij, armorum doli,
Diris, scelestis, breuiter vt dicam, meis?
Certant in omne facinus, & pensi nihil
Ducunt, vbi illos ira præcipites agat.
Nefasq; nullum per nefas nati putant.
Non patris illos tangit afflicti pudor:
Non patria. regno pectus attonitum furit.
Scio quo ferantur, quanta moliri parent
Ideoq; læti quæro maturi viam,
Moriq; propero, dum in domo nemo est mea
Nocent: or me. gnata quid genubus meis
Fles aduoluta? quid prece indomitum domas?
Vnum hoc habet fortuna, quo possim capi,
Inuictus alijs. sola tu affectus potes
Mollire duros, sola pietatem in domo
Docere nostra. nil graue aut miserum est mihi,
Quod te sciam voluisse, tu tantum impera.
Hic OEdipus Ægea tranabit freta,
Iubente te flammasq;, quas Siculo vomit
De monte tellus igneos 1 *voluens globos,*
Excipiet ore, seque serpenti offeret,
Quæ sæua furto nemoris Herculeo furit,
Iubente te præbebit alitibus iecur?
Iubente viuet.

ACTVS SECVNDVS.

NVNCIVS. OEDIPVS. ANTIGONE.

Regia stirpe edite,
Thebæ pauentes arma fraterna inuocant,

1 al. soluens.

Rogantq; tectis arceas patrijs faces.
Non sunt minæ, iam propius accessit malum:
Nam regna repetens frater & pactas vices
In bella cunctos Græcia populos agit,
Septena muros castra Thebanos premunt.
Succurre, prohibe pariter, & bellum, & nefas.
OED. *Ego ille sum, qui scelera committi vetem?*
Et 1 *abstinere sanguine à caro manus*
Doceam? magister iuris, & amoris pij
Ego sum? meorum exempla facinorum appetunt.
Me nunc sequuntur, laudo & agnosco libens,
Exhortor, aliquid vt patre hoc dignum gerant.
Agite o propago clara, generosam indolem
Probate factis, gloriam ac laudes meas
Superate: & aliquid facite, propter quod patrem
Adhuc iuuet vixisse. facietis scio,
Sic estis orti: scelere defungi haud leui,
Haud vsitato, tanta nobilitas potest.
Ferte arma, facibus petite penetrales deos,
Frugemq; flamma metite natalis soli,
Miscete cuncta, rapite in exitium omnia,
Deijcite passim mœnia, in planum date,
Templis deos obruite, maculatos lares
Conflate: ab imo tota 2 *concidat domus,*
Vrbs concremetur. primus à thalamis meis
Incipiat ignis. AN. *mitte violentum impetum*
Doloris, ac te publica exorent mala.
Auctorq; placidæ liberis pacis veni.
OED. *Vides modestæ deditum menti senem?*
Placidæq; amantem pacis ad partes vocas?
Tumet animus ira, feruet immensum dolor.
Maiusq; quam quod casus & iuuenum furor
Conatur, aliquid cupio. non satis est adhuc
Ciuile bellum: frater in fratrem ruat.
Nec hoc sat est, quod debet, vt fiat nefas
De more nostro, quod meos deceat toros:
Date arma patri: nemo me ex his eruat
Siluis, latebo rupis exesæ cauo,
Aut sepe densa corpus abstrusum tegam:
Hinc aucupabor verba rumoris vagi,
Et sæua fratrum bella, quod possum, audiam.

ACTVS TERTIVS.

IOCASTA. ANTIGONE. NVNCIVS.

IO. *Felix Agaue, facinus horrendum, manu,*
Qua fecerat, gestauit, & spolium tulit
Cruenta nati Manas in partes dati,
Fecit scelus, sed misera non vltra suum
Scelus hoc cucurrit. hoc leue est, quod sum nocēs,
Feci nocentes. hoc quoque etiamnum leue est,
Peperi nocentes. deerat arumnis meis,
Vt & hostem amarem. bruma ter posuit niues,
Et tertia iam falce decubuit Ceres,
Vt exul errat gnatus, & patria caret.

1 al. abstineri. 2 al. considat.

Profugusq́ regum auxilia Graiorum 1 *rogat:*
Gener est Adrasti, cuius imperio mare
Quod cingit Isthmon, regitur. hic gentes suas,
Septemq́ secum regna ad auxilium trahit
Generi. quid optem, quidue decernam, haud
scio.
Regnum reposcit: causa repetentis bona est,
Mala sic petentis. vota quæ faciam parens?
Vtrumq́ natum video, nil possum pie
Pietate salua facere: quodcumque alteri
Optabo nato, fiet alterius malo.
Sed vtrumq́ quamuis diligam affectu pari;
Quo causa melior, forsq́ deterior trahit,
Inclinat animus semper infirmo fauens.
Miseros magis fortuna conciliat suis.
NVN. *Regina, dum tu flebiles questus cies,*
Terisq́ tempus, tota nudatis stetit
Acies in armis: æra iam bellum cient,
Aquilaq́ pugnam signifer mota vocat.
Septena reges bella dispositi parant:
Animo pari Cadmea progenies subit:
Cursu citato miles 2 *hinc illinc ruit.*
Vide vt atra nubes puluere abscondat diem,
Fumoq́ similes campus in cœlum erigat
Nebulas, equestri fracta quas tellus pede
Submittit: & si vera metuentes vident,
Infesta fulgent signa: surrectis adest
Frons prima telis: aurea clarum nota
Nomen ducum vexilla præscriptum ferunt.
I, redde amorem fratribus, pacem omnibus,
Et impia arma mater opposita impedi.
AN. *Perge, i parens, & concita celerem gradum,*
Compesce tela, fratribus ferrum excute,
Nudum inter enses pectus infestos tene:
Aut solue bellum mater aut prima excipe.
IO. *Ibo, ibo, & armis* 3 *obuium opponam caput,*
Stabo inter arma petere qui fratrem volet,
Petat ante matrem. tela, qui fuerit pius,
Rogante ponat matre: qui non est pius,
Incipiat à me. feruidos iuuenes anus
Tenebo. nullum teste me fiet nefas
Aut si quod & me teste committi potest,
Non fiet vnum. AN *signa collatis micant*
Vicina signis, clamor hostilis fremit,
Scelus in propinquo est, occupa mater preces,
Et ecce motos fletibus credas meis,
Sic agmen armis segne compositis venit,
Procedit acies tarda, sed properam duces.
IO. *Quis me procella turbine insana vehens*
Volucer per auras ventus æthereas aget?
Qua Sphinx, vel atra nube subtexens diem
Stymphalis, auidis præpetem pennis 4 *feret?*
Aut qua per altas aeris rapiet vias
Harpyia, sæui regis obseruans famem,
Et inter acies proïciet raptam duas?
NVN. *Vadit furenti similis, atque etiam furit,*
Sagitta qualis Parthica velox manu
Excussa fertur; qualis insano ratis
Premente vento rapitur; aut qualis cadit
Delapsa cælo stella, cum stringens polum
Rectam citatis ignibus rumpit viam:
Attonita cursu fugit, & binas statim
Diduxit acies. victa materna prece
Hæsere bella, iamq́ in alternam necem
Illinc & hinc miscere cupientes 1 *manus*
Vibrata tela continent dextra sua:
Paci fauetur, omnium ferrum latet
Cessatq́, telum vibrat in fratrum manu,
Laniata canas mater ostendit comas,
Rogat abnuentes, irrigat fletu genas.
Negare matri, qui diu dubitat, potest.

1 al. petit. 2 al. hinc atque hinc. 3 al. obuia. 4 al. trahet.

ACTVS QVARTVS.

IOCASTA. POLYNICES.

IN me arma & ignes vertite, in me omnis ruat
2 *Vnam iuuentus, quæque ab Inachio venit*
Animosa muro, quæq́ Thebana ferox
Descendit arce: ciuis atque hostis simul,
Hunc petite ventrem, qui dedit fratres viro,
Mea membra passim spargite, ac diuellite:
Ego vtrumq́ peperi. ponitis ferrum ocyus
Ac dico? & ex æquo mihi dextras datis?
Date dum piæ sunt. error inuitos adhuc
Fecit nocentes: omne fortunæ fuit
Peccantis in nos crimen: hoc primum nefas
Inter scientes geritur: in vestra manu est,
Vtrum velitis: sancta si pietas placet,
Donate 3 *matrem pace: si placuit scelus,*
Maius peractum est: media se opponit parens,
Proinde bellum tollite, aut belli moram.
Sollicita cui nunc mater alterna prece
Verba admouebo, misera quem amplectar prius?
In vtramq́ partem ducor affectu pari.
Hic abfuit: sed pacta si fratrum valent,
Nunc alter aberit: ergo iam numquam duos,
Nisi sic, videbo. iunge complexus prior
Tu, tot labores, totq́ perpessus mala,
Longo parentem fessus exilio vides:
Accede propius: clude vagina impium
Ensem, & trementem, iámque cupientem ex-
curi
Hastam solo defige. maternum tuo
Coire pectus pectori clypeus vetat,
Hunc quoque repone, vinculo frontem exue,
4 *Tegmenq́ capitis triste belligeri leua,*
Et ora matri redde. quo vultus refers,
Acieq́ pauida fratris obseruas manum?
Affusa totum corpus amplexu tegam:
Tuo cruori per meum fiet via.
Quid dubius hæres? an times matris fidem?
PO. *Timeo: nihil iam iura naturæ valent,*
Post ista fratrum exempla, ne matri quidem
Fides habenda est. IO. *redde iam capulo ma-*
num,

1 al. manum. 2 al. Vna.
3 al. matri. 4 al. tegimenque.

Ad-

Adstringe galeam, laua se clypeo ingerat,
Dum frater est armatus, [1]armatus mane:
Tu pone ferrum, causa qui es ferri prior.
Si pacis odium est, furere si bello placet,
Inducias te mater exiguas rogat,
Ferat vt reuerso post fugam nato oscula,
Vel prima, vel suprema, dum pacem peto,
Audite inermes: ille te, tu illum times:
Ego vtrumque, sed pro vtroque. quid strictum abnuis
Recondere ensem? qualibet gaude mora.
Id gerere bellum cupitis, in quo est optimum
Vinci. vereris fratris infesti dolos?
Quoties necesse est fallere aut falli à suis,
Patiare potius ipse, quam facias, scelus.
Sed ne verere: mater insidias & hinc
Et rursus illinc abiget. exoro an patri
Inuideo vestro? veni, vt arcerem nefas,
An vt viderem? propius hic ferrum abdidit,
Reclinis hastæ: & arma defixa incubant.
Ad te preces nunc nate maternas feram
Sed ante lacrymas. teneo longo tempore
Petita votis ora. te profugum solo
Patrio penates regis externi tegunt:
Te maria tot diuersa, tot casus vagum
Egere: non te duxit in thalamos parens
Comitata primos, nec sua festas manu
Ornauit ædes, nec sua lætas faces
Vitta reuinxit. dona non auro, & graues
Gazas socer, non arua, non vrbes dedit:
Dotale bellum est. hostium es factus gener,
Patria remotus, hospes alieni laris,
Externa consecutus, expulsus tuis
Sine crimine exul. ne quid è fatis tibi
Deesset paternis: hoc quoque ex illis habes,
Erasse thalamis. nate post multos mihi
Remisse soles, nate sollicitæ metus
Et spes parentis, cuius aspectum deos
Semper rogaui, cum tuus reditus mihi
Tantum esset ereptur us aduentu tuo,
Quantum daturus, quando pro te desinam,
Dixi, timere: dixit irridens Deus,
Ipsum timebis. nempe, nisi bellum foret,
Ego te carerem: nempe, si tu non fores,
Bello carerem: triste conspectus datur
Precium tui, durúmque: sed matri placet:
Hinc modo recedant arma, dum nullum nefas
Mars sæuus audet. hoc quoque est magnum nefas,
Tam prope fuisse, stupeo, & exanguis tremo:
Cum stare fratres hinc & hinc video duos
Sceleris sub ictu: membra quassantur metu.
Quam penè mater maius adspexi nefas,
Quam quod miser videre non potuit pater.
Licet timore facinoris tanti vacem,
Videámque iam nil tale, sum infelix tamen,
Quod penè vidi per decem mensum graues
Vteri labores, pérque pietate inclytas
Precor sorores, & per irati sibi
Genas parentis, scelere quas nullo nocens,
Erroris à se dira supplicia exigens,
Hausit, nefandas mœnibus patriis faces
Auerte, signa bellici retro agminis
Flecte. vt recedas, magna pars sceleris tamen
Vestri peracta est. vidit hostili grege
Campos repleri patria. fulgentes procul
Armis cateruas: vidit equitatu leui
Cadmea frangi prata, & excelsos rotis
Volitare proceres, igne flagrantes trabes,
Fumare, cineri quæ petunt nostras domos:
Fratréque (facinus quod nouum & Thebis fuit)
In se ruentes: totus [1]hic exercitus,
Et populus omnis, & vtraque hoc vidit soror,
Genitrixque vidit: nam pater debet sibi,
Quod ista non [2]spectauit: occurrat tibi
Nunc OEdipus: quo iudice, erroris quoque
Pœna petuntur. ne precor ferro erue
Patriam, ac penates: neue, quas regere expetis,
Euerte Thebas. quis tenet mentem furor?
Petendo patriam perdis. vt fiat tua,
Vis esse nullam? quin tua causa nocet
Ipsum hoc, quod armis vertis infestis solum,
Segetéque adustas sternis, & totos fugam
Edis per agros. nemo sic vastat sua.
Quæ corripi igne, quæ meti gladio iubes,
Aliena credis. rex sit è vobis vter,
Manente regno, quærite. hæc telis petes,
Flammisque tecta? poteris has Amphionis
Quassare moles, nulla quas struxit manus,
Stridente tardum machina ducens onus,
Sed conuocatus vocis & citharæ sono
Per se ipse turres venit in summas lapis?
Hæc saxa franges victor? hinc spolia auferes?
Vinctósque duces patris æquales tui?
Matres ab ipso coniugum raptas sinu,
Sæuus catena miles imposita trahet?
Vt adulta virgo mista captiuo gregi
Thebana nuribus munus Argolicis eat?
An & ipsa palmas vincta post tergum datas
Mater triumphi præda fraterni vehar?
Potesne ciues lætus exitio datos
Videre passim? mœnibus caris potes
Hostem admouere? sanguine & flamma potes
Implere Thebas? tam ferum & durum geris
Sæuúmque in iras pectus, & nondum imperas?
Quid sceptra facient? pone vesanos, precor,
Animi tumores, téque pietati refer.
PO. *Vt profugus, errem semper? vt patria arcear,*
Opémque gentis hospes externæ sequar?
Quid paterer aliud, si fefellissem fidem,
Si peteræssem? fraudis alienæ dabo
Pœnas? at ille præmium scelerum feret?
Iubes abire: matris imperio obsequor.
Da, quò reuertar regia. frater meus
Habitet? [2]superbus. parua me abscondat casa,
Hanc da repulso, liceat exiguo lare

[1] al. exarmatur.

[1] al. hoc [2] al. superba.

Pensare regnum: coniugi donum datus
Arbitria thalami dura felicis feram.
Humilisque socerum lixa dominantem sequar?
In seruitutem cadere de regno graue est.
IO. *Si regna quaeris, nec potest sceptro manus*
Vacare sæuo. multa, quæ possunt peti
In orbe toto, quælibet tellus dabit.
Hinc nota Baccho Tmolus attollit iuga,
Qua lata terris spacia frugiferis iacent,
Et qua trahens opulenta Pactolus vada,
Iundat auro rura: nec latis minus
Mæandros aruis flectit errantes aquas,
Rapidúsque campos fertiles Hebrus secat.
Hinc grata Cereri Gargara, & dines solum,
Quod Xanthus ambit niuibus Idæis tumens:
Hinc, qua relinquit nomen Ionij maris,
Fauces [1] Abydi Sestos opposita premit:
Aut, qua latus iam propior Orienti dedit,
Tutámque crebris portubus Lyciam videt.
Hæc regna ferro quære. in hos populos ferat
Socer arma fortis: has paret sceptro tuo,
Tradátque gentes. hoc adhuc regnum puta
Tenere patrem, melius exilium est tibi,
Quam reditus iste. crimine alieno exulas,
Tuo redibis melius vsus viribus,
Noua regna nullo scelere maculata appetes.
Quin ipse frater, arma comitatus tua,
Tibi militabit: vade, & id bellum gere,
In quo pater matérque pugnanti tibi
Fauere possint. regna cum scelere, omnibus
Sunt exiliis grauiora. nunc belli mala
Propone, dubias Martis incerti vices.
Licet omne tecum Gratiæ robur trahas,
Licet arma longe miles, ac late explicet,
Fortuna belli semper ancipiti in loco est,
Quodcumque Mars decernit, exæquat duos,

1 al. Abydos.

Licet impares sint, gladius. & spes & metus
Sors cæca versat: præmium incertum petit,
Certum scelus. fauisse fac votis deos
Omnes tuis: cessere, & auersi fugam
Petiere ciues, clade funesta iacens
Obtexit agros miles. exultes licet,
Victorque fratris spolia deiecti geras,
Frangenda palma est. quale tu id bellum putas,
In quo execrandum victor admittit nefas,
Si gaudet? hunc, quem vincere infelix cupis,
Cum viceris, lugebis. infaustas age
Dimitte pugnas, libera patriam metu,
Luctu parentes. PO. *sceleris & fraudis suæ*
Pœnas nefandus frater vt nullas ferat?
IO. *Ne metue, pœnas & quidem soluet graues.*
Regnabit: hæc est pœna. si dubitas, auo
Patrique crede. Cadmus hoc dicet tibi,
Cadmique proles. sceptra [1] Thebarum fuit
Impune nulli gerere, nec quisquam fide
Rupta tenebat illa: iam numeres licet
Fratrem inter istos. PO. *numero, & est tanti mihi*
Cum regibus iacere. IO. *te turba exulum*
Adscribo: regna dummodo inuisus tuis.
PO. *Regnare non vult, esse qui inuisus timet.*
Simul ista mundi conditor posuit Deus,
Odium atque regnum. regis & magni reor,
Odia ista premere. multa dominantem vetat
Amor suorum, plus in iratos licet.
IO. *Qui vult amari, languida regnet manu.*
[2] Inuisa numquam imperia retinentur diu.
Præcepta melius imperij reges dabunt,
Exilia tu dispone. PO. *pro regno velim*
Patriam, penates, coniugem flammis dare.
Imperia precio quolibet constant bene.

1 al. Thebano. 2 al. iniqua.

Deest in hac Tragœdia finis.

L. ANNAEI SENECAE
HIPPOLYTVS.
INTERLOCVTORES.

HIPPOLYTVS.
PHÆDRA.
NVNCIVS.

CHORVS.
THESEVS.
NVTRIX.

ACTVS PRIMVS.

HYPPOLYTVS.
Anapæstici.

AGITE, vmbrosas cingite siluas,
Summáque montis iuga Cecropij,
Celeri planta lustrate vagi,
Quæ saxa solo Carpenetio
Subiecta iacent, quáq; Thryasij
Vallibus amnis rapida currens
Verberat vnda. scandite colles
Semper canos niue Riphæa.
Hac hac alij, qua nemus alta
Texitur alno, qua prata iacent,
[1] Qua rorifera mulcens aura
Zephyrus vernas euocat herbas,
Vbi per glacies lenis Ilissus,
Vbi Mæander super æquales
Labitur agros piger, & steriles
Amne maligno radit arenas.
Vos, qua Marathon tramite læuo

1 al. Quæ.

Saltus

Saltus aperit, qua comitata
Gregibus paruis nocturna petunt
Pabula fœtæ. vos, qua tepidis
Subditus austris frigora mollit
Durus Acarnan: alius ripem
Dulcis Hymetti: paruas alius
Calcet 1 Aphidnas. pars illa diu
Vacat immunis, qua curuati
Littora ponti Sunion vrget.
Si quem tangit gloria silua,
Vocat hunc Philipis: hic versatur
Metus agricolis, vulnere multo
Iam notus aper. at vos laxas
Canibus tacitis mittite habenas:
Teneant atres lora Molossos.
Et pugnaces tendant Cressæ
Fortia trita vincula collo:
At Spartanos, genus est audax
Auidúmque feræ, nodo cautus
Propiore liga. veniet tempus,
Cum latratu caua saxa sonent.
Nunc demissi nare sagaci
Captent auras, lustráque presso
Quærant rostro, dum iux dubia est,
Dum signa pedum rescida tellus
Impressa tenet: alius raras
Ceruice graui portare plagas,
Alius teretes properet laqueos:
Picta rubenti linea pinna
Vano cludat terrore feras.
Tibi 2 libretur missile telum:
Tu graue, dextra lauáque simul,
Robur lato dirige ferro:
Tu præcipites clamore feras
Subsessor ages: tu iam victor
Curuo solues viscera cultro.
Ades en comiti diua virago,
Cuius regno pars terrarum
Secreta vacat: cuius certis
Petitur telis fera, qua gelidum
Potat Araxen, & quæstanti
Ludit in Istro: tua Getulos
Dextra leones, tua Cretæas
Sequitur ceruas: nunc veloces
Figis damas leuiore manu:
Tibi dant variæ pectora tigres,
Tibi villosi terga bisontes.
Latisq; feri cornibus vri.
Quidquid solis pascitur aruis,
Siue illud inops nouit Garamas,
Siue illud Arabs diuite silua,
Siue ferocis iuga Pyrenes,
Siue Hyrcani celant saltus,
Vacuisque vagus Sarmata campis,
Arcus metuit Diana tuos.
Tua si gratus numina cultor
Tulit in saltus, retia vinctas
Tenuere feras, nulli laqueum
Rupere pedes: fertur plaustro
Præda gementi, 1 cum vostra canes
Sanguine multo rubicunda gerunt,
Repetitque casas rustica longo
Turba triumpho. en Diua faue,
Signum arguti misere canes,
Vocor in siluas: hac hac pergam,
Qua via longum compensat iter.

a al. Ephidnas. 2 al. vibretur.

PHÆDRA. NVTRIX.

O Magno vasti Creta dominatrix freti,
Cuius per omne littus innumeræ rates
Tenuere pontum, quidquid Assyria tenus
Tellure Nereus peruium rostris secat:
Cur me in penates obsidem inuisos datam,
Hostique nuptam degere ætatem in malis,
Lacrymisque cogis? profugus en coniux abest,
Præstatque nupta, quam solet, Theseus fidem.
Fortis per altas inuý retro lacus
Vadit tenebras miles audacis proci,
Solio vt reuulsam regis inferni abstrahat,
Pergit furoris socius: haud illum timor,
Pudórque tenuit: stupra & illicitos toros
Acheronte in imo quærit Hippolyti pater.
Sed maior alius incubat mœstæ dolor:
Non me quies nocturna, non altus sopor
Soluere curis: alitur, & crescit malum,
Et ardet intus: qualis 2 Æthnæo vapor
Exundat antro. Palladis tela vacant:
Et inter ipsas pensa labuntur manus.
Non colere donis templa votiuis libet,
Non inter aras Attbidum mistam choris.
Iactare tacitis conscias sacris faces:
Nec adire castis precibus, aut ritu pio
Adiudicatam præsidem terra deam.
Iuuat excitatas consequi cursu feras,
Et rigida molli 3 gesa iaculari manu.
Quo tendis anime? quid furens saltus amas?
Fatale misera matris agnosco malum,
Peccare noster nouit in siluis amor.
Genitrix tui me miseret: infando malo
Correpta, pecoris efferi sæuum ducem
Audax amasti. toruus, impatiens iugi,
Adulter ille, ductor indomiti gregis:
Sed amabat aliquid: quis meas misera Deus,
Aut quis iuuare Dædalus flammas queat?
Non, si ille remeet arte Mopsopia potens
Qui nostra cæca monstra concluserit domo.
Promittat vllam casibus nostris opem,
Stirpem perosa Solis inuisi Venus,
Per nos catenas vindicat Martis sui,
Suásque: probris omne Phœbeum genus
Onerat nefandis. nulla Minois leui
Defuncta amore est, iungitur semper nefas.
NVT. Thesæa coniux, clara progenies Iouis,
Nefanda casto pectore exturba ocyus.
Extingue flammas, neue te diræ spei
Præbe obsequentem. quisquis in primo obstitit:
4 Repulitque amorem, tutus ac victor fuit:

1 al. tum. 2 al. Aethnæus.
3 al. tela. 4 al. pepulitque.

Ignosci premit ille graues interritus iras.
Et secum. Romámne petes pacisq; recessus
Degener? in medios belli non ire furores
Iã dudum moriture paras? rue certus, & omneis
Lucis rumpe moras, & Cæsaris effuge munus.
Nescius interea capti Ducis arma parabat
Magnus, vt immisto firmaret robore parteis.
Iamq; secuturo iussurus classica Phœbo,
Tentandasq; ratus moturi militis iras,
Alloquitur tacitas veneranda voce cohorteis:
O scelerum vltores, melioraq; signa secuti:
O verè Romana manus, quibus arma Senatus
Non priuata dedit, votis deposcite pugnam.
Ardent Hesperij sæuis populatibus agri:
Gallica per gelidas rabies effunditur Alpeis.
Iam tetigit sanguis pollutos Cæsaris enseis.
Dij melius, belli tulimus quòd damna priores.
Cœperit inde nefas. iam iam me Præside Roma
Supplicium pœnamq; petat: neq; enim ista vocari
Prœlia iusta decet, patriæ sed vindicis iram.
Nec magis hoc bellum est, quàm cùm Catilina parauit
Arsuras in tecta faces, sociusq; furoris
Lentulus, exsertiq; manus vesana Cethegi.
O rabies miseranda Ducis: cùm fata Camillis
Te Cæsar, magnisq; velint misceri Metellis,
Ad Cumas, Marioq; venis sternère profectò,
Vt Catulo iacuit Lepidus, nostraq; secureis
Passus, Sicanio tegitur qui Carbo sepulcro,
Quique feros mouit Sertorius exsul Iberos.
Quãquã, si qua fides, his te quoque iũgere Cæsar
Inuideo, nostraq; manus quòd Roma furenti
Opposuit. Parthorum vtinam post prœlia sospes,
Et Scythicis Crassus victor remeasset ab oris,
Vt simili causa caderes, qua Spartacus hostis.
Te quoque si Superi titulis accedere nostris
Iusserunt, valet in torquendo dextera peilo.
Feruidus heic iterum circum præcordia sanguis
Incaluit: dices non esse ad bella fugaces,
Qui pacem potuere pati. licet ille solutum,
Defectumq; vocet, ne vos mea terreat ætas.
Dux sit in his castris senior, dum miles in illis,
Quò potuit ciuem populus perducere, liber
Adscendi, supráque nihil nisi regna reliqui.
Non priuata cupit, Romana quisquis in vrbe
Pompeium transire parat. hinc Consul vterque,
Hinc acies staturæ Ducum est: Cæsárne Senatus
Victor erit? non tam cæco trahis omnia cursu,
Teque nihil Fortuna pudet? multisne rebellis
Gallia iam lustris, ætasq; impensa labori
Dãt animos? Rheni gelidis quod fugit ab vndis,
Oceanumq; vocans incerti stagna profundi,
Territa quæsitis ostendit terga Britannis?
Anvana tumuere mina, quòd fama furoris
Expulit armatam patriis è sedibus vrbem?
Heu demens non te fugiũt, me cuncta sequũtur.
Qui cum signa tuli toto fulgentia Ponto,
Antè bis exactum, quàm Cynthia conderet orbẽ,
Omne fretum metuens pelagi peirata reliquit,

1 al. parabat. 2 al. discas.

Angustaq; domum terrarum in sede poposcit.
Idem per Scythici profugum diuortia Ponti
Indomitum Regem, Romanaq; fata morantem,
Ad mortem Sulla felicior, ire coëgi.
Pars mundi mihi nulla vacat: sed tota tenetur
Terra meis quocumque iacet sub Sole, tropæis.
Hinc me victorem gelidas ad Phasidos vndas
Arctos habet, calida medius mihi cognitus axis
Ægypto, atque vmbras nusquam flectẽte Syene.
Occasus mea iura timet, Tethynque fuga cem
Qui ferit, Hesperius post omnia flumina Bætis.
Me domitus cognouit Arabs, me Marte feroces
Heniochi, notiq; erepto vellere Colchi,
Cappadoces mea signa timent, & dedita sacris
Incerti Iudæa Dei, mollesq; Sophenæ.
Armenios, Cilicasq; feros, Tauroq; subegi.
Quod socero bellum præter ciuile reliquit
Verba Ducis nullo partes clamore sequuntur,
2 Nec matura petunt promissæ classica pugnæ.
Sensit & ipse metum Magnus, placuit q; referri
Signa, nec in tantæ discrimina mittere pugnæ
Iam victum fama non visi Cæsaris agmen.
Pulsus vt armentis primo certamine taurus
Siluarum secreta petit, vacuosq; per agros
Exsul in aduersis explorat cornua truncis,
Nec redit in pastus, nisi cùm ceruice recepta
Excussi placuère tori, mox reddita victor
Quoslibet in saltus comitantibus agmina tauris
Inuito pastore trahit: sic viribus impar
Tradidit Hesperiam, profugúsq; per Apula rura
Brundisij tutas conscendit Magnus in arce is.
Vrbs est Dictæis olim possessa colonis,
Quos profugos Creta vexere per æquora puppes
Cecropiæ, victum mentitis Theseа velis.
3 Hanc latus angustum iam se cogentis in arctũ
Hesperiæ, tenuem producit in æquora linguam,
Hadriacas flexis claudit quæ cornibus vndas.
Nec tamen hoc arctis immissum faucibus æquor
Portus erat, si non violentos insula Coros
Exciperet saxis, lapsásque refunderet vndas.
Hinc illinc montes scopulosæ rupis aperto
Opposuit natura mari, flatusq; remouit,
Vt tremulo starent contentæ fune carinæ.
Hinc latè patet omne fretum, seu vela ferantur
In portus Corcyra tuos, seu læua petatur
Illyris Ionias vergens Epidamnus in vndas.
Huc fuga nautarum, cum totas Hadria vires
Mouit, & in nubes abiere Ceraunia, cumq;
Spumoso Calaber perfunditur æquore Sason.
Ergo vbi nulla fides rebus post terga relictis,
Nec licet ad duros Martem conuertere Iberos,
Cùm mediæ iaceant immensis tractibus Alpes:
Tunc 4 sobole ex tanta na tum, cui firmior ætas,
Affatur. mundi iubeo tentare recessus,
Euphraten, Nilumq; moue, quo nominis vsque
Nostri fama venit, quas est vulgata per vrbeis
Post me Roma Ducem: sparsos per rura colonos

1 al. nunquam. 2 al. Nunc. 3 al. Hinc.
4 al. subole.

Redde

Redde mari Cilicas.[1] *Pharios hinc concute Reges,*
Tigranemq; meũ.nec Pharnacis arma relinquas,
Admoneo,nec tu populeos vtraq; vagantes
Armenia,Pontiq; feras per littora genteis,
Riphæasq; manus,& quas tenet æquore denso
Pigra palus Scythici patiens Mæotica plaustri.
Sed quid plura moror?totos mea gnate per ortus
Bella feres,totoq; vrbeis agitabis in orbe
Perdomitas.omnes redeant in castra triumphi.
Et vos qui Latios signatis nomine fastos,
Primus in Epeirum Boreas agat:inde per arua
Graiorum,Macedumq; nouas acquirite vires,
Dum paci dat tempus hiems. sic fatur,& omnes
Iussa gerunt,soluuntq; cauas à littore puppes.
At numquam patiens pacis,longæq; quietis
Armorum,ne quid fatis mutare liceret,
Assequitur,generiq; premit vestigia Cæsar.
Sufficerent aliis primo tot mœnia cursu
Rapta,tot oppressæ depulsis hostibus arces:
Ipsa caput mundi,bellorum maxima merces,
Roma capi facilis.sed Cæsar in omnia præceps,
Nil actum credens, cùm quid supereſſet agẽdum,
Instat atrox,& adhuc quamuis possederit omnẽ
Italiam,extremo sedeat quòd litore Magnus,
Communem tamen esse dolet,nec rursus aperto
Vult hosteis errare freto:sed molibus vndas
Obstruit,& latum deiectis rupibus æquor.
Cedit in immensum cassus labor: omnia Pontus
Haurit saxa vorax, monteisq; immisset arenis:
Vt maris Ægæi medias si celsus in vndas
Depellatur Eryx,nullæ tamen æquore rupes
Emineant,vel si conuulso vertice Gaurus
Decidat in fundum penitus stagnantis Auerni.
Ergo vbi nulla vado tenuit sua pondera moles,
Tunc placuit cæsis innectere vincula siluis,
Roboraq; immensis latè religare catenis.
Talèis fama canit tumidum super æquora Xerxẽ
Construxisse vias,multum cùm pontibus ausus,
Europamq; Asiæ,Sestonq; admouit Abydo,
Incessitq; fretum rapidi super Hellesponti,
Non Eurum,Zephyrúmque timẽs,cùm vela, ratesq;
In medium deferret Athon,sic ora profundi
Arctantur casu nemorum.tunc aggere multo
Surgit opus,longæq; tremunt super æquora turres.
Pompeius tellure noua compressa profundi
Ora videns,curis animum mordacibus angit,
Vt referet pelagus, [2] *spargatq; per æquora bellũ.*
Sæpe Noto plenæ,tensisq; rudentibus actæ
Ipsa maris per claustra rates fastigia molis
Discussere salo,spatiumq; dedere carinis,

1 al. Parthos 2 al. peragátque

Tortaq; per tenebras validis ballista lacertis,
Multifidas iaculata faces,vt tempora tandem
Furtiuæ placuere fugæ,ne litora clamor
Nauticus exagitet, neu buccina diuidat horas,
Neu tuba præmonitos perducat ad æquora nautas,
Præcepit sociis.iam cœperat vltima Virgo
Phœbum laturas ortu præcedere Chelas,
Cùm taciti soluere rates.non ancora voces
Mouit,dum spissis auellitur vncus arenis.
Dum iuga curuantur mali,dumq; ardua pinus
Erigitur,pauidi classis siluere magistri,
Strictaq; pendentes deducunt carbasa nautæ,
Nec quatiunt validos,ne sibilet aura,rudentes.
Dux etiam votis hoc te,Fortuna,precatur,
Quam retinere vetas,liceat sibi perdere saltem
Italiam.vix fata sinunt:nam murmure vasto
Impulsum rostris sonuit mare,fluctuat vnda,
Totq; carinarum permistus æquora sulcis.
Ergo hospes portis, quas omneis soluerat vrbis
Cum [1] *fato conuersa fides,muriq; recepti,*
Præcipiti cursu flexi per cornua portus
Ora petunt,pelagusq; dolent contingere classes.
Heu pudor,exigua est fugiens victoria Magnus.
Angustus puppes mittebat in æquora limes
Arctior Euboica,quæ Chalcida verberat,vnda.
Heic hæsere rates geminæ,classiq; paratas
Excepere manus,tractoq; in litora bello,
Heic primùm rubuit ciuili sanguine Nereus.
Cetera classis abit summis spoliata carinis:
Vt Pagasea ratis peteret cùm Phasidos vndas,
Cyaneas tellus emisit in æquora cautes:
Rapta puppe minor subducta est montibus Argo,
Vanaq; percussit Pontum Symplegas inanem,
Et statura redit.iam Phœbum vrgere monebat
Non idem Eoi color ætheris,albaq; nondum
Lux rubet,& flamas propioribus eripit astris,
Et iam Pleias hebet, [2] *flexi iam plaustra Bootæ*
In faciem puri redeunt languentia cæli,
Maioresq; latent stellæ,calidumq; refugit
Lucifer ipse diem. pelagus iam Magne tenebas
Non ea fata ferens,quæ,cùm super æquora toto
Prædonem sequerere mari,lassata triumphis
Destituit Fortuna tuis:cum coniuge pulsus,
Et gnatis,totosq; trahens in bella Penateis,
Vadis adhuc ingens populis comitantibus exsul,
Quæritur indignæ sedes longinqua ruinæ:
Non quia te Superi patrio priuare sepulcro
Maluerint,Phariæ busto damnantur arenæ:
Parcitur Hesperiæ procul hoc vt in orbe remoto
Abscondat Fortuna nefas,Romanaq; tellus
Immaculata sui seruetur sanguine Magni.

1 al.fatis 2 al. fessi

M. ANNÆI LVCANI PHARSALIÆ LIBER III.

IOANNIS SVLPICII VERVLANI ARGVMENTVM.

TERTIVS exponit fugientis somnia Magni.
Atq; vt Trinacrias est Curio missus in vrbeis.
Brundisio reditum describit Cæsaris inde:
Prædanti fiscum cui vult obstare Metellus.
Hinc populos, Magnũ qui sũt in bella secuti,
Vtque iter accelerãs Hispanas Cæsar in oras,
Massiliam fidam vexat terráque, maríque,
Móxque abiẽs Bruto victori bella relinquit.

PROPVLIT vt classem velis cedentibus Auster
Incumbens, mediumq; rates [1] tenuere profundum,
Omnis in Ionios spectabat nauita fluctus:
Solus ab Hesperia non flexit lumina terra
Magnus, dum patrios portus, dũ litora numquã
Ad visus reditura suos, tectumq; cacumen
Nubibus, & dubios cernit vanescere monteis.
Inde soporifero cesserunt languida somno
Membra Ducis: diri tum plena horroris imago
Visa caput mœstum per hianteis Iulia terras
Tollere, & accenso Furialis stare sepulcro.
Sedibus Elisiis, campoq; expulsa piorum
Ad Stygias, inquit, tenebras, Maneisq; nocenteis,
Post bellum ciuile trahor. vidi ipsa tenentes
Eumenidas, quaterẽt quas vestris lãpadas armis.
Præparat innumeras puppes Acherontis adusti
Portitor: in multas [2] laxantur Tartara pœnas.
Vix operi cunctæ dextra properante sorores
Sufficiunt: lassant rumpentes stamina Parcas.
Coniuge me lætos duxisti Magne triumphos,
Fortuna est mutata toris, semperq; potenteis
Detrahere in cladem fato damnata maritos.
En nupsit tepido pellex Cornelia busto.
Hæreat illa tuis per bella, per æquora signis,
Dum non securos liceat mihi rumpere somnos,
Et nullum vestro vacuum sit tempus amori,
Sed teneat Cæsarq; dies, & Iulia noctes.
Me non Lethæa coniux obliuia ripa
Immemorem fecère tui, Regesq; Silentum
Permisere sequi. veniam te bella gerente
In medias acies: nũquã tibi Magne per Vmbras,
Perq; meos Maneis generum non esse licebit.
Abscindis frustra ferro tua pignora: bellum
Te faciet ciuile meum. sic fata, refugit
Vmbra per amplexus trepidi [3] delapsa mariti.
Ille, Dei quamuis cladem, Manesq; minentur,
Maior in arma ruit, certa cum mente malorum.
Etquid, ait, vani terremur imagine visus?
Aut nihil est sensus animis à morte relictum,
Aut mors ipsa nihil. Titan iam pronus in vndas
Ibat, & igniferi tantum demerserat orbis,
Quantum deesse solet Lunæ, seu plena futura est,
Seu iam plena fuit: tunc obtulit hospita tellus
Puppibus accessus facileis, legère rudenteis,
Et posito remis petierunt litora malo.
Cæsar, vt emissas venti rapuêre carinas,
Absconditq; fretu n classes, & litore solus
Dux stetit Hesperio, non illum gloria pulsi
Lætificat Magni: queritur quòd tuta per æquor
Terga ferant hostes. neque enim iam sufficit vlla
Præcipiti Fortuna viro: nec vincere tanti,
Vt bellum differret, erat. tum pectore curas
Expulit armorum, paciq; intentus agebat,
Quoq; modo vanos populi conciret amores
Gnarus, & irarum caussas, & summa fauoris
Annona momenta trahi. namque asserit vrbeis
Sola fames, emiturq; metus, cùm segne potenteis
Vulgus alunt. nescit plebes ieiuna timere.
Curio Sicanias transcendere iussus in vrbeis,
Qua mare tellurem subitis aut obruit vndis,
Aut scidit, & medias fecit sibi litora terras.
Vis illic ingens pelagi, semperq; laborant
Æquora, ne rupti repetant confinia montes.
Bellaq; Sardoas etiam sparguntur in oras.
Vtraque frugiferis est insula nobilis aruis.
Nec plus Hesperiam longinquis messibus vllæ,
Nec Romana magis complerunt horrea terræ.
Vbere vix glebæ superat, cessantibus Austris,
Cùm medium nubes Borea cogente sub axem,
Effusis magnum Libye tulit imbribus annum.
Hæc vbi sunt prouisa Duci, tũc agmina [1] victor
Non armata trahens, sed pacis habentia vultũ,
Tecta petit patriæ. prò si remeasset in vrbem
Gallorum tantùm populis Arctóque subacta,
Quam seriem rerum longa præmittere pompa,
Quas potuit belli facies, vt vincula Rheno
Oceanoq; daret, celsos vt Gallia currus
Nobilis, & flauis sequeretur mista Britannis!
Perdidit ô qualem vincendo plura triumphum!
Non illum latis vadentem cœtibus vrbes,
Sed tacitæ vidêre metu. non constitit vsquam
Obuia turba Duci: gaudet tamen esse timori
Tam magno populis, & se nec mallet amari.
Iamq; præcipites superauerat Anxuris arceis,
Et quà [2] Pontinas via diuidit vda paludes,
Quà sublime nemus, Scythicæ qua regna Dianæ,
Quaq; iter est Latiis ad summam fascibus Albã:
Excelsa de rupe procul iam conspicit vrbem,

1 al. moucre 2 al. lassantur 3 al. dilapsa

1 al. ductor 2 al. Pomptinas

Arctoi

Arctoi toto non visam tempore belli,
Miratusq; suæ sic fatur, mœnia Romæ.
Tene, Deum sedes, non vllo Marte coacti
Deseruêre viri? pro qua pugnabitur vrbe?
Dij melius, quòd non Latias Eous in oras
Nunc furor incubuit, nec iuncto Sarmata velox
Pannonio, Dacisq; Getes admissus: habenti
Tã pauidũ tibi Roma Ducem Fortuna pepercit,
Quòd bellum ciuile fuit. sic fatur, & vrbem
Attonitam terrore subit. namq; ignibus atris
Creditur vt captæ rapturus mœnia Romæ,
Sparsuruſq; Deos. fuit hæc mensura timoris.
Velle putat, quodcumq; potest. non omnia festa,
Non fictas læto voces simulare tumultu:
Vix odisse vacat. Phœbea palatia complet
Turba patrum, nullo cogendi iure Senatus
E latebris educta suis. non Consule sacræ
Fulserunt sedes, non proxima lege potestas
Prætor adest, vacuæque loco cessere curules.
Omnia Cæsar erat. priuatæ Curia vocis
Testis adest. sedere Patres censere parati,
Si regnum, si templa sibi, iugulumq; Senatus,
Exsiliumq; petat. melius quòd plura iubere
Erubuit, quàm Roma pati. tamen exit in iram,
Viribus an possent obsistere iura, per vnum
Libertas experta virum. pugnaxq; Metellus
Vt videt ingenti Saturnia templa reuelli
Mole, rapit gressus, & Cæsaris agmina rumpens,
Ante fores non dum reseratæ constitit ædis,
(Vsque adeò solus ferrum mortemq; timere
Auri nescit amor. pereunt discrimine nullo
Amissæ leges: sed pars vilissima rerum
Certamen mouistis opes) prohibensq; rapina
Victorem clara testatur voce Tribunus.
Nonnisi per nostrum vobis percussa patebunt
Templa latus, nullasq; feres, nisi sanguine sacro
Sparsas raptor opes: certè violata potestas
Inuenit ista Deos. Crassumq; in bella secutæ
Sæua Tribunitiæ vouerunt 2 prælia diræ.
Detege iã ferrum. neq; enim tibi turba verẽda est
Spectatrix scelerum: deserta stamus in vrbe.
Non feret è nostro sceleratus præmia miles:
Sunt quos prosternas populi, quæ mœnia dones.
Pacis ad exhaustæ spolium non cogit egestas:
Bellum Cæsar habes. his magnam victor in iram
Vocibus accensus, vanam spem mortis honestæ
Concipis: haud, inquit, iugulo sepolluet isto
Nostra Metelle manus: dignum te Cæsaris ira
Nullus honos faciet. te vindice tuta relicta est
Libertas? non vsq; adeò permiscuit imis
Longus summa dies, vt non, si voce Metelli
Seruentur leges, malint à Cæsare tolli.
Dixerat. & non dum foribus cedente Tribuno
Acrior ira subit. sæuos circumspicit enses,
Oblitus simulare togam. 3 tunc Cotta Metellum
Compulit audaci nimium desistere cœpto.
Libertas, inquit, populi, quem regna coërcent,
Libertate perit: tutus seruaueris vmbram,
Si, quidquid iubeare, velis. tot rebus iniquis
Paruimus victi, venia est hæc sola pudoris,
Degenerisq; metus, nil iam potuisse negari.
Ocyus auertat diri mala semina belli.
Damna mouent populos, si quos sua iura tuẽtur:
Non sibi sed domino grauis est, quæ seruit egestas.
Protinus abducto patuerunt templa Metello.
Tunc rupes Tarpeia sonat, magnoq; recluſas
Testatur stridore fores: 1 tunc conditus imo
Eruitur templo multis intactus ab annis
Romani census populi, quem Punica bella,
Quem dederat Perses, quem victi præda Philippi:
Quod tibi Roma fuga Pyrrhus trepidate reliquit,
Quo te Fabricius Regi non vendidit auro:
Quidquid parcorum mores seruastis auorum,
Quod dites Asiæ populi misere tributum,
Victoriq; dedit Minoia Creta Metello;
Quod Cato longinqua vexit super æquora Cypro,
Tunc Orientis opes, captorumq; vltima Regum,
Quæ Pompeianis prælata est gaza triumphis,
Egeritur: tristi spoliantur templa rapina,
Pauperiorq; fuit tunc primùm Cæsare Roma.
Interea totum Magni Fortuna per orbem
Secum casuras in prœlia mouerat vrbeis.
Proxima vicino vires dat Græcia bello.
Phocaicas Amphisa manus, scopulosaq; Cyrrha,
Parnassusq; iugo misit desertus vtroque.
Bœoti coiere Duces, quos impiger ambit
Fatidica Cephissos aqua, Cadmeaq; Dirce,
Pisæaq; manus, populisq; per æquora mittens
Sicanijs Alpheus aquas. tunc Manala liquit
Arcas, & Herculeam miles 2 Trachinius Oeten.
Thesproti, Dryopesq; ruunt, quercusq; silenteis
Chaonio veteres liquerunt vertice Sellæ.
Exhausit totas quamuis delectus Athenas,
Exiguæ Phœbea tenent naualia puppes,
Tresq; petunt veram credi Salamina carinæ.
Iam dilecta Ioui centenis venit in arma
Creta vetus populis, Cnossiaq; agitare pharetras
Docta: nec Eois peior Gortyna sagittis.
Tunc qui Dardaniã tenet Oricon, & vagus altis
Dispersus siluis Athamas, & nomine prisco
Encheliæ versi testantes funera Cadmi,
Colchis & Hadriacas spumãs Absyrtos in vndas,
Penei qui rura colunt, quorumque labore
Thessalus Æmoniam vomer proscindit Iolcon.
Inde lacessitum primo mare, cùm rudis Argo
Miscuit ignotas temerato litore genteis,
Primaq; cùm ventis pelagiq; furentibus vndis
Composuit mortale genus, fatisq; per illam
Accessit mors vna ratem. tunc linquitur Æmus
Thracius, & populum Pholoë mentita biformem.
Deseritur Strymon tepido committere Nilo
Bistonias consuetus aueis, & Barbara Cone,
Sarmaticas vbi perdit aquas, sparsãq; profundo
Multifidi Peucen vnum caput alluit Istri.
Myssiaq;, & gelido tellus perfusa Caico
Idalis, & nimium glebis exilis Arisbe.
Quiq; colunt Pitanẽ, & quæ tua munera Pallas
Lugent damnatæ Phœbo victore Celænæ:

1 al. fausta. 2 al. funera. 3 al. tum.

1 al. Tum. 2 Trachinus.

Quà celer,1 & rectis descendens Marsya ripis
Errantem Mæandron adit,mistusq; refertur.
Passaq; ab auriferis tellus exire metallis
Pactolon:quà culta secat non vilior Hermus.
Iliacæ quoque signa manus,peituraq; castra
Ominibus petiere suis:nec fabula Troiæ
Continuit,Phrygijque ferens se Cæsar Iuli. –
Accedunt Syriæ populi,desertus Orontes,
Et felix,sic fama,Ninos:ventosa Damascus
Gazaq;,& arbusto palmarum diues Idume,
Et Tyros instabilis,pretiosaq; murice Sidon.
Has ad bella rates non flexo limite Ponti,
Certior haud vllis duxit Cynosura carinis,
Phœnices primi,famæ si creditur,ausi
Mansuram rudibus vocem signare figuris.
Non dum flumineas Memphis contexere biblos
Nouerat:& saxis tantùm volucresq; feræque,
Sculptaq; seruabant magicas animalia linguas.
Deseritur Tauriq; nemus,Perææq; Tarsos,
Coryciumq; patens exesis rupibus antrum.
Mallos,& externæ resonant naualibus Aegæ,
Itque Cilix 2 iusta iam non peirata carina.
Mouit & Eoos bellorum fama recessus:
Qua colitur Ganges,toto qui solus in orbe
Ostia nascenti contraria soluere Phœbo
Audet,& aduersum fluctus impellit in Eurũ.
Heic vbi Pellæus post Tethyos æquora Ductor
Constitit,& magno vinci se fassus ab orbe est.
Quaq; ferens rapidum diuiso gurgite fontem
Vastis Indus aquis mistum non sentit Hidaspen.
Quiq; bibunt tenera dulceis ab arundine succos,
Et qui tingentes croceo medicamine crinem
Fluxa coloratis adstringunt carbasa gemmis.
Quiq; suas struxêre pyras,viuique calenteis
Conscendere rogos.prõ quanta est gloria genti
Iniecisse manum fatis,vitaq; repletos
Quod supereſt,donasse Deis! venêre feroces
Cappadoces,duri populus nunc cultor Amani,
Armeniusq; tenens voluentem saxa Niphatem,
Æthera tangenteis siluas liquêre Coastræ.
Ignotum vobis Arabes veniſtis in orbem,
Vmbras mirati nemorum non ire sinistras.
Tum furor extremos mouit Romanus Orestas,
Carmanosq; Duces: quorum deflexus in Austrum
Aether,non totam mergi tamen adspicit Arcton.
Lucet & exigua velox ibi nocte Bootes.
Aethiopumq; solum,q; non premeretur ab vlla
Signiferi regione poli, nisi poplite lapso
Vltima curuati procederet vngula Tauri.
Quaque caput rapido tollit cum Tigride magnus
Euphrates,quos non diuersis fontibus edit
Persis,& incertum,tellus si misceat amneis,
Quod potiùs sit nomẽ 3 aquis. sed sparsꝰ in agros
Fertilis Euphrates Phariæ vice fungitur vndæ:
At Tigrim subito tellus absorbet hiatu,
Occultosq; tegit cursus,rursusq; renatum
Fonte nouo flumen pelagi non abnegat vndis.
Inter Cæsareas acies,diuersaq; signa
Pugnaces dubium Parthi tenuêre fauorem,

1 al.ereptis. 2 al.iuxta. 3 al.aquæ.

Contenti fecisse duos.tinxêre sagittas
Errantes Scythiæ populi,quos gurgite Bactros
Includit gelido,vastisq; Hyrcania siluis.
Hinc Lacedæmonij moto gens aspera freno
Heniochi,sauisq; affinis Sarmata Moschus,
Colchorum quà rura secat ditissima Phasis,
Quà Crœso fatalis Halys,quà vertice lapsus
Rhipæo Tanais diuersi nomina mundi
Imposuit ripis, Asiaq; & terminus idem
Europæ mediæ dirimens confinia terræ,
Nunc huc,nunc illuc,quà flectitur, ampliat orbẽ.
Quaq; fretum terrens Mæotidos egerit vndas
Pontus,& Herculeus aufertur gloria metis,
Oceanumq; 1 negat solas admittere Gades.
Hinc Essedones gentes,auroq; ligatas
Substringens Arimaspe comas:hinc fortis Arius,
Longaq; Sarmatici soluens ieiunia belli,
Massagetes quo fugit equo,volucresq; Geloni.
Non, cùm Memnonijs deducens agmina regnis
Cyrus,& effusis numerato milite telis,
Descendit Perses,fraterniq; vltor amoris
Aequora cùm tantis percussit classibus, vnum
Tot Reges habuêre Ducem,coiêre nec vmquam
Tam variæ cultu gentes,tam dissona vulgi
Ora: tot immensæ comites missura ruinæ
Exciuit populos,& dignas funere Magni
Exsequias Fortuna dedit,non corniger Ammon
Mittere 2 Marmaricas cessauit in arma cateruas.
Quidquid ab occiduis Libye patet arida Mauris,
Vsque Parætonias Eoa ad litora Syrtes.
Acciperet felix ne non simul omnia Cæsar,
Vincendum pariter Pharsalia præstitit orbem.
Ille vbi deseruit trepidantis mœnia Romæ,
Agmine nubiferam rapto super euolat Alpem.
Cumq; alij famæ populi terrore paŭerent,
Phocais in dubijs ausa est seruare iuuentus,
Non Graia leuitate fidem, signataq; iura,
Et causſas,non fata sequi.tamen antè furorem
Indomitum,duramq; viri deflectere mentem
Pacifico sermone parant,hostemq; propinquum
Orant Cecropiæ prælata fronde Minerua.
Semper in externis populo communia vestro
Massiliam bellis testatur fata tulisse,
Comprensa est Latijs quæcumq; annalibus ætas.
Et nunc,ignoto si quos petis orbe triumphos,
Accipe deuotas externa in prœlia dextras,
At si funestas acies,si dira paratis
Prœlia discordes:lacrymas ciuilibus armis,
Secretumq; damus.tractentur vulnera nulla
Sacra manu.si Calicolis furor arma dedisset,
Aut si terrigenæ tentarent astra Gigantes;
Non tamen auderet pietas humana vel armis
Vel votis prodesse Ioui,sortisq; Deorum
Ignarum mortale genus,per fulmina tantùm
Sciret adhuc cælo solum regnare Tonantem.
Adde quòd innumeræ concurrunt vndiq; gentes:
Nec sic horret iners scelerum contagia mundus,
Vt gladijs egeant ciuilia bella coactis.
Sit mens ista quidem cunctis,vt vestra recusent

1 al.negant. 2 al.Marmaridas.

Fata

Fata, nec hæc alius committat prælia miles,
Cui non conspecto languebit dextra parente?
Telaq; diuersi prohibebunt spargere fratres?
Finis adest rerum, si non committitis illis
Arma, quibus fas est. nobis hæc summa precandi,
Terribileis aquilas, infestaq; signa relinquas
Vrbe procul, nostrisq; velis te credere muris,
Excludiq; sinas admisso Cæsare bellum.
Sit locus exceptus sceleri, Magnoq; tibiq;
Tutus, [1] vt inuicta fatum si consulat vrbi,
Fœdera si placeant. sit quo veniatis inermes.
Vel, cùm tanta vocent discrimina Martis Iberi,
Quid rapidum deflectis iter? non pondera rerum,
Nec momenta sumus: numquam felicibus armis
Vsa manus patriæ primis à sedibus exsul,
Et post trálatas exustæ Phocidos arces,
Mœnibus exiguis alieno in litore tuti,
Illustrat quos sola fides. si claudere muros
Obsidione paras, & vi perfringere portas:
Excepisse faces tectis, & tela parati,
Vndarum raptos auersis fontibus haustus
Quærere, & effossam sitientes lambere terram:
Et desit si larga Ceres, tunc horrida cerni,
Fœdaq; contingi maculato corpora morsu.
Nec pauet hic populus pro libertate subire,
Obsessum Pœno gessit quod Marte Saguntum.
Pectoribus rapti matrum, frustraq; trahentes
Vbera sicca fame medios mittentur in ignes,
Vxor & à caro poscet sibi fata marito.
Vulnera miscebunt fratres, bellumq; coacti
Hoc potiùs ciuile gerent. sic Graia iuuentus
Finierat, cùm turbato iam prodita vultu
Ira Ducis, tandem testata est voce dolorem.
Vana mouet Graios nostri fiducia cursus,
Quamuis Hesperium mundi properemus [2] in axẽ.
Massiliam delere vacat. gaudete cohortes,
Obuia præbentur fatorum munere bella.
Ventus vt amittit vires, nisi robore densæ
Occurrant siluæ, spatio diffusus inani:
Vtq; perit magnus nullis obstantibus ignis,
Sic hostes mihi deesse nocet, damnumq; putamus
Armorum, nisi, qui vinci potuere, [3] rebellent.
Sed si solus eam dimissis degener armis,
Tunc mihi tecta patent. iã non excludere tantũ,
Inclusisse volunt. at enim contagia belli
Dira fugant, dabitis pœnas pro pace petita,
Et nihil esse meo discetis tutius auo,
Quàm Duce me bellũ. sic postquã fatus, ad vrbẽ
Haud trepidam conuertit iter: tũc mœnia clausa
Conspicit & densa iuuenum vallata corona.
Haud procul à muris tumulus surgentis in altũ
Telluris, [4] paruum diffuso vertice campum
Explicat: hæc patiens longo munimine cingi
Visa Duci rupes, tutisq; aptissima castris.
Proxima pars vrbis celsam consurgit in arcem
Par tumulo, mediisq; sedent conuallibus arua.
[5] Tunc res immenso placuit statura labore,
Aggere diuersos vasto committere colleis,
Sed prius vt totam, quà terra cingitur, vrbem
Clauderet: à summis perduxit ad æquora castris
Longum Cæsar opus, fonteisq; & pabula campi
Amplexus fossa, densas tollentia pinnas
Cespitibus, crudaq; exstruxit brachia terra.
Iam satis hoc Graiæ memorandũ cõtigit vrbi,
Æternumq; decus, quòd non impulsa, nec ipso
Strata metu, tenuit flagrantis in omnia belli
Præcipitem cursum: raptisq; à Cæsare cunctis,
Vincitur vna mora. quãtu est quod fata tenẽtur,
Quodq; virum toti properans imponere mundo
Hos perdit Fortuna dies! tunc omnia latè
Procumbunt nemora, & spoliantur robore siluæ:
Vt, cùm terra leuis, mediam virgulta molem
Suspendant structa laterum compage ligatam
Arctet humum pressus ne cedat turribus agger.
Lucus erat longo numquam violatus ab æuo,
Obscurum cingens connexis aëra ramis,
Et gelidas altè summotis Solibus vmbras.
Hunc non ruricolæ Panes, nemorumq; potentes
Siluani, Nymphæq; tenent, sed Barbara ritu
Sacra Deum structæ diris altaribus aræ,
Omnisq; humanis lustrata cruoribus [1] arbos.
Si qua fidem meruit Superos mirata vetustas,
Illic & volucres metuunt insistere ramis,
Et lustris recubare feræ: nec ventus in illas
Incubuit siluas, excussaq; nubibus atris
Fulgura non vllis frondem præbentibus auris,
Arboribus suus horror inest. tum plurima nigris
Fontibus vnda cadit, simulacraq; mæsta Deorum
Arte carent, cæsisq; exstant informia truncis.
Ipse situs, putriq; facit tam robore pallor
Attonitos: non vulgatis sacrata figuris
Numina sic metuunt: tantum terroribus addit,
Quos timeant non nosse Deos. iam fama ferebat
Sæpè cauas motu terræ mugire cauernas,
Et procumbenteis iterum consurgere taxos,
Et non ardentis fulgere incendia siluæ,
Roboraq; amplexos [2] circumfulsisse dracones.
Non illum cultu populi propiore frequentant,
Sed cessere Deis: medio cum Phœbus in axe est,
Aut cælum nox atra tenet. pauet ipse sacerdos
Accessus, dominumq; timet deprehendere luci.
Hanc iubet immisso siluam procumbere ferro:
Nam vicina operi, belloq; intacta priore
Inter nudatos stabat densissima monteis.
Sed fortes tremuêre manus, motiq; verenda
Maiestate loci: si robora sacra ferirent,
In sua credebant redituras membra secureis.
Implicitus magno Cæsar torpore cohorteis
Vt vidit, primus raptam vibrare bipennem
Ausus, & aëriam ferro proscindere quercum.
[3] Effatur merso violata in robora ferro:
Iam ne quis vestrùm dubitet subuertere siluam,
Credite me fecisse nefas. tunc paruit omnis
Imperiis non sublato secura pauore
Turba: sed expensa Superorum, & Cæsaris ira
Procumbunt orni, nodosa impellitur ilex,

1 al. & 2 al. ad 3 al. rebellant
4 al. paruo 5 al. Tum

1 al. arbor 2 al. circumfusisse
3 al. Affatur.

Siluaq; Dodones, & fluctibus aptior alnus,
Et non plebeios luctus testata cupressus.
Tunc primum posuêre comas, & fronde carentes
Admisere diem, propulsaq; robore denso
Sustinuit se silua cadens: gemuere videntes
Gallorum populi: muris sed clausa iuuentus
Exsultat. quis enim læsos impune putaret
Esse Deos? seruat multos Fortuna nocenteis,
Et tantùm miseris irasci Numina possunt.
Vtque satis cæsi nemoris, quæsita per agros
Plaustra ferunt, curuoq; soli cessantis aratro
Agricolæ raptis annum fleuere iuuencis.
Dux tamẽ impatiens hæsuri ad mœnia Martis
Versus ad Hispanas acies, extremaq; mundi,
Iussit bella geri. stellatis axibus agger
Erigitur, geminasq; æquanteis mœnia turreis
Accipit. hæ nullo fixerunt robore terram:
Sed per iter longum causса repsere latenti.
Cùm tantùm nutaret onus, telluris inaneis
Concussisse sinus, quærentem erumpere ventum
Credidit, & muros mirata est stare iuuentus.
Illinc tela cadunt excelsas vrbis in arceis.
Sed maior Graio Romana in corpora ferro
Vis inerat. [1] neq; enim solis excussa lacertis
Lancea, sed tenso balliстæ turbine rapta,
Haud vnum contenta latus transire quiescit:
Sed pandens perq; arma viam, perq; ossa, relicta
Morte fugit. superest telo post vulnera cursus.
At saxum quoties ingenti verberis ictu
Excutitur, qualis rupes, quam vertice montis
Abscidit impulsu ventorum adiuta vetustas,
Frangit cuncta ruens, nec tantùm corpora pressa
Exanimat, totos cum sanguine dissipat artus.
Vt tamen hostileis densa testudine muros
Tecta subit virtus, armisq; innexa priores
Arma ferunt, galeamq; extensus protegit vmbo:
Quæ prius ex longo nocuerunt missa recessu,
Iam post terga cadunt: nec Graiis flectere iactum,
Aut facilis labor est longinquæ ad tela parati
Tormenti mutare modum: sed pondere solo
Contenti, nudis euoluunt saxa lacertis.
Dum fuit armorum series: vt grandine tecta
Innocua percussa sonant, sic omnia tela
Restitit. at postquàm virtus incensa virorum
Pectuam rupit defesso milite cratem:
Singula continuis cesserunt ictibus arma.
Tunc adoperta leui procedit vinea terra,
Sub cuius pluteis, & tecta fronte latentes
Moliri nunc ima parant, & vertere ferro
Mœnia. nunc aries suspenso fortior ictu
Incussus densi compagem soluere muri
Tentat, & impositis vnum subducere saxis.
Sed super & flamis, & magnæ fragmine molis,
Et sudibus crebris, & adusti roboris ictu
Percussæ cedunt crates. frustraq; labore
Exhausto fossus repetit tentoria miles.
Summa fuit Graiis starent vt mœnia voti.
Vltro acies inferre parant: armisq; coruscas
Nocturni texêre faces, audaxq; iuuentus

1 al. nec

Erupit, non hasta viris, non lethifer arcus,
Telum flamma fuit, rapiensq; incendia ventus
Per Romana tulit celeri munimina cursu.
Nec, quamuis viridi luctetur robore, lentas
Ignis agit vires: teda sed raptus ab omni
Consequitur nigri spatiosa volumina fumi:
Nec solum siluas, sed saxa [1] ingentia soluit,
Et crudæ putri fluxerunt puluere cautes.
Procubuit, maiorq; iacens apparuit agger.
Spes victis telluris abit, placuitq; profundo
Fortunam tentare mari. non robore picto
Ornatas decuit fulgens tutela carinas:
Sed rudis, & qualis procumbit montibus arbor,
Conseritur stabilis naualibus area bellis.
Et iam turrigeram Bruti comitata carinam
Venerat influctus Rhodani cum gurgite classis,
Stœchados arua tenens: nec nõ & Graia iuuentus
Omne suum fatis voluit committere robur,
Grandæuosq; senes mistis armauit ephebis:
Accepit non sola virõs, quæ stabat in vndis
Classis: & emeritas repetunt naualibus alnos.
Vt [2] matutinos spargens super æquora Phœbus
Fregit aquis radios, & liber nubibus æther,
Et posito Borea, pacemq; tenentibus Austris,
Seruatum bello iacuit mare: mouit ab omni
Quisq; suam statione ratem: paribusq; lacertis
Cæsaris hinc puppes, hinc Graio remige classis
Tollitur. impulsæ tonsis tremuêre carinæ:
Crebraq; sublimes conuellunt verbera puppes.
Cornua Romanæ classis, validæq; triremes,
Quasq; quater surgens exstructi remigis ordo
Cõmouet, & plureis quæ mergunt [3] æquora pinus,
Multiplices cinxêre rates hoc robur aperto
Oppositum pelago: lunata classe recedunt,
Ordine contentæ gemino creuisse Liburnæ.
Celsior at cunctis Bruti Praetoria puppis
Verberibus senis agitur, molemq; profundo
Inuehit, & summis longè petit æquora remis.
Vt tantum medij fuerat maris, vtraq; classis
Quòd semel excussis posset transcurrere tonsis:
Innumeræ vasto miscentur in æthere voces.
Remorumq; sonus premitur clamore: nec vllæ
Audiri potuere tubæ. tunc cærula vertunt,
Atq; in transtra cadũt, & remis pectora pulsant.
Vt primùm rostris crepuerunt obuia rostra:
In puppim redière rates, emissaq; tela
Aëra texerunt, vacuumq; cadentia Pontum.
Et iam diductis extendunt cornua [4] proris,
Diuersaq; rates laxata classe receptæ.
Vt quoties æstus Zephyris, Eurisq; repugnat,
Huc abeunt fluctus, illuc mare: sic vbi puppes
Sulcato varios duxerunt gurgite tractus,
Quod tulit illa ratis remis, hæc reppulit æquor,
Sed Graiis habiles pugnamq; capessere pinus
Et tentare fugam, nec longo frangere gyro
Cursum, nec tardè flectenti cedere clauo.
At Romana ratis stabilem præbere carinam
Certior, & terræ similem bellantibus vsum.

1 al. rigentia 2 al. matutinas 3 al. æquore
4 al. roſtris

Tunc

Tunc in signifera residenti puppe magistro
Brutus ait: paterisne acies errare profundo?
Artibus & certas pelagi diam confere bellum:
Phocaicis medias rostris oppone carinas.
Paruit, obliquas & præbuit hostibus alnos.
Tunc quæcumque ratis tentauit robora Bruti:
Ictu victa suo, percussa, & capta cohæsit.
Ast alias manicæque ligant, tereteſq; catenæ,
Seq; tenent remis: tecto stetit æquore bellum.
Iam non excussis torquentur tela lacertis,
Non longinqua cadunt iaculato vulnera ferro,
Miscenturq; manus. nauali plurima bello
Ensis agit. stat quisq; sua de robore puppis
Pronus in aduersos ictus: multique perempti
In ratibus cecidere suis. cruor altus in 1 vndis
Spumat: & obducti concreto sanguine fluctus.
Et quas immissi traxerunt vincula ferri,
Has prohibent iungi conserta cadauera puppes.
Semianimes alij vastum subiere profundum,
Hauseruntq; suo permistum sanguine Pontum.
Hi, luctantem animæ lenta cum morte trahētes,
Fractarum subita ratium periere ruina.
Irrita tela suas peragunt in gurgite cædes:
Et quodcumque cadit frustrato pondere ferrum,
Exceptum medijs inuenit vulnus in vndis.
Phocaicis Romana ratis vallata carinis,
Robore deducto dextrum, læuumq; tuetur
Æquo Marte latus: cuius dum pugnat ab altæ
Puppe 2 Tagus, Graiumq; audax apluſtre retentat;
Terga simul pariter missis & pectora telis
Transigitur. medio concurrit pectore ferrum,
Et stetit incertus flueret quo vulnere sanguis,
Donec vtrasq; simul largus cruor expulit hastas,
Diuisitq; animam, sparsitq; in vulnera lethum.
Dirigit huc puppim miseri quoq; dextra Telonis,
Qua nullam melius pelago turbante, carinæ
Audiuere manum: nec lux est notior vlli
Craſtina, seu Phœbum videat, seu cornua Lunæ,
Semper venturis componere carbasa ventis.
Hic Latiæ rostro compagem ruperat alni;
Pelta sed in medium venêre trementia pectus,
Auertitq; ratem morientis dextra magistri.
Dum cupit in sociam Gyareus 3 erũpere puppim;
Excipit immissum suspensa per ilia ferrum,
Affixusq; rati telo retinente, pependit.
Stant gemini fratres, fecundæ gloria matris,
Quos eadem varijs genuerunt viscera fatis.
Discreuit mors sæua viros, vnumq; relictum
Agnôrunt miseri, sublato errore, parentes,
Aeternis caussam lacrymis: tenet ille dolorem
Semper, & amissum fratrem lugentibus offert.
Quorum alter, mistis obliquo pectore remis,
Ausus Romanæ Graia de puppe carinæ
Iniectare manum: sed eam grauis insuper ictus
Amputat: illa tamen nixu, quo prenderat, hæsit.
Diriguitq; tenens strictis immortua neruis.
Creuit in aduersis virtus: plus nobilis iræ
Truncus habet, fortiq; instaurat prælia læua,
Rapturusq; suam procumbit in æquora dextram.

1 al. vndas 2 al. Lagus 3 al. irrumpere

Hæc quoque cum toto manus est abscissa lacerto.
Iam clypeo, teliſq; carens, non 1 conditur ima
Puppe: sed expositus fraternaq; pectore nudo
Arma tegens crebra confixus cuspide perstat,
Telaq; multorum letho cæsura suorum
Emerita iam morte tenet. tum vulnere multo
Effugientem animam lassos collegit in artus,
Membraq; contendit toto, quæcumque manebãt,
Sanguine, & hostilem, defectis robore membris,
Insiluit, solo nociturus pondere, puppim.
Strage virũm cumulata ratis, multoq; cruore
Plena per obliquum crebros latus accipit ictus.
At postquàm ruptis pelagus compagibus hausit,
Ad summos repleta foros, descendit in vndas,
Vicinum inuoluens contorto vertice Pontum.
Aequora discedunt mersa diducta carina:
Inque locum puppis cecidit mare, multaq; Ponto
Præbuit 2 illa dies varij miracula fati.
Ferrea dum puppi rapidos manus inserit vncos,
Affixit Lycidam. mersus foret ille profundo,
Sed prohibent socij, suspensaq; crura retentant.
Scinditur auulsus, nec sicut vulnere sanguis
Emicuit lentus: ruptus cadit vndiq; 3 venis,
Discursusq; animæ diuersa in membra meantis
Interceptus aquis: nullius vita perempti
Est tanta dimissa via. pars vltima trunci
Tradidit in lethum vacuos vitalibus artus.
At tumidus quà pulmo iacet, quà viscera feruẽt:
Hæserunt ibi fata diu, luctataq; multum
Hac cum parte viri vix omnia membra tulerũt.
Dum nimium pugnax vnius turba carinæ
Incumbit prono lateri, vacuamq; relinquit,
Quà caret hoste, ratem: congesto pondere puppis
Versa, caua texit pelagus, nautasq; carina.
Brachia nec licuit vasto iactare profundo:
Sed clauso perière mari. tunc vnica diri
Conspecta est lethi facies, cùm fortè natantem
Diuersa rostris iuuenem fixêre carinæ.
Discessit medium tam vastos pectus ad ictus:
Nec prohibere valent obtritis ossibus artus,
Quò minùs æra sonent. eliso ventre per ora
Eiectat saniem permistus viscere sanguis.
Postquam inhibent 4 remis puppes, ac rostra recedunt:
Deiectum in pelagus perfosso pectore corpus
Vulneribus transmisit aquas. pars maxima turbæ
Naufraga, iactatis morti obluctata lacertis,
Puppis ad auxilium sociæ concurrit: at illi
Robora cùm vetitis prensarent altiùs vlnis,
Nutaretq; ratis populo peritura recepto:
Impia turba super medios ferit ense lacertos:
Brachia linquentes Graia pendentia puppe,
A manibus cecidere suis: non amplius vndæ
Sustinuere graues in summo gurgite truncos.
Iamq; omni fusis nudato milite telis,
Inuenit arma furor: remum contorsit in hostem
Alter: at hi totum validis apluſtre lacertis,
Auulsaq; rotant excusso remige sedes.
In pugnam fregere rates: sidentia pessum

1 al. cõditus 2 al. ille 3 al. neruis 4 al. remos

Corpora cæsa tenent, spoliantq; cadauera ferro.
Multi inopes teli, iaculum lethale reuulsum
Vulneribus traxêre suis, & 1 viscera laua
Oppressere manu, validos dum præbeat ictus
Sanguis, & hostilem cùm torserit, exeat, hastam.
Nulla tamen plureis hoc edidit æquore clades,
Quam pelago diuersa lues. nam pinguibus ignis
Affixus tedis, & tecto sulfure viuax
Spargitur, ac faciles præbere alimenta carinæ:
Nunc pice, nunc liquida rapuere incendia cera:
Nec flamas superant undæ, sparsisq; per æquor
Iam ratibus, fragmenta ferus sibi vindicat ignis.
Hic recipit fluctus, extinguat vt æquore flamas:
Hi ne mergantur, tabulis ardentibus hærent,
Mille modos inter lethi, mors vna timori est,
Qua cœpere mori. nec cessat naufraga virtus.
Tela legunt deiecta mari, ratibusq; ministrant,
Incertasq; manus ictu languente per undas
Exercent. nunc, rara datur si copia ferri,
Vtuntur pelago. sæuus complectitur hostem
Hostis, & implicitis gaudent subsidere membris,
Mergenteq; mori. pugna fuit vnus in illa
Eximius 2 Phoceus animam seruare sub undis,
Scrutariq; fretum, si quid mersisset arenis,
Et nimis affixos vnci conuellere morsus,
Adductum quoties non senserat ancora funem.
Hic vbi compressum penitus deduxerat hostem,
Victor, & incolumis summas remeabat ad undas.
Sed, se per vacuos credit dum surgere fluctus,
Puppibus occurrit, tandemq; sub æquore mansit.
Hi super hostileis iecerunt brachia remos,
Et ratium tenuere fugam. non perdere lethum
Maxima cura fuit. multus sua vulnera puppi
Affixit moriens, & restris abstulit ictus.
Stantem sublimi Tyrrhenum culmine prora
Lygdamus excussa Balearis tortor habena
Glãde petens: solido fregit cana tempora plumbo.
Sedibus expulsi, postquam cruor omnia rupit
Vincula, procurrunt oculi: stat lumine rapto
Attonitus, mortisq; illas putat esse tenebras.
At postquam membris sensit constare vigorem,
Vos, ait, ô socij, sicut tormenta soletis,
Me quoq; mittendis rectum componite telis.
Egere quod superest animæ, Tyrrhene per omneis
Bellorum casus 3 ingentem militis vsum
Hoc habet ex magna defunctum parte cadauer:
Viuentis feriere loco. sic fatus, in hostem
Cæca tela manu, sed non tamen irrita mittit.
Excipit hæc iuuenis generosi sanguinis Argus,
Qua iam non medius descendit in ilia venter,
Adiuuitq; suo procumbens pondere ferrum.
Stabat diuersa victa iam parte carina
Infelix Argi genitor: non ille iuuentæ
Tempore Phocaicis vlli cessurus in armis.
Victum æuo robur cecidit, sessusq; senecta
Exemplum, non miles, erat. qui funere viso,
Sæpe cadens longæ senior per transtra carinæ
Peruenit ad puppim, spirantesq; inuenit artus.
Non lacrymæ cecidere genis, non pectora tundit:
1 Distentis toto riguit sed corpore palmis.
Nox subit: atque oculos vastæ obduxere tenebræ,
Et miserum cernens agnoscere desinit Argum.
Ille caput labens, & tam languentia colla
Viso patre leuat, vox fauces nulla solutas
Prosequitur, tacito tantùm petit oscula vultu,
Inuitatq; patris claudenda ad lumina dextram.
Vt torpore senex caruit, viresq; cruentus
Cœpit habere dolor: non perdam tempora, dixit,
A sæuis permissa Deis, iugulumq; senilem
Confodiam, veniam misero concede parenti,
Arge, quòd amplexus, extrema quòd oscula fugi.
Non dum destituit calidus tua vulnera sanguis,
Semianimesq; iaces, & adhuc potes esse superstes.
Sic fatus, quamuis capulum per viscera missi
2 Polluerat gladij, tamen alta sub æquora tendit
Præcipiti saltu: lethum præcedere gnati
Festinantem animam morti non credidit vni.
) Inclinant iam fata Ducum: nec iam amplius anceps
Belli casus erat. Graia pars maxima classis
Mergitur: ast altæ mutato remige puppes
Victores vexêre suos: naualia pauca
Præcipiti tenuêre fuga. quis in vrbe parentum
Fletus erat! 3 quantus matrum per litora planctus!
Coniux sæpe sui, confusis vultibus vnda,
Credidit ora viri Romanum amplexa cadauer,
Accensisq; rogis miseri de corpore trunco
Certauere patres. at Brutus in æquore victor,
Primus Cæsareis pelagi decus addidit armis.

1 al. vulnera. 2 al. Cepheus. 3 al. ingentis.
1 al. Distensis 2 Polluerit 3 al. quanti

M. ANNAEI LVCANI PHARSALIÆ LIBER IIII.

IOANNIS SVLPICII VERVLANI ARGVMENTVM.

CÆSTRA Ducis castris ad celsam Quartus Ilerdem
Cõfert in tumulo, qui pene est obrut' imbri,
Enatat hinc Cęsar, Sicoris diducit & vndas,
Petreiúque fugam sequitur, vicinia paccm
Incipit: at subita Petreius cæde repellit.
Qui mox esuriens veniam, vitámque precatur.
Pugnat in Hadriaca post hæc Antoni' vnda.
Vulteiúque cadit. Libye te Curio mactat.

At

AT procul extremis terrarum Cæsar in oris
Martem sæuus agit non multa cæde nocentem,
Maxima sed fati Ducibus momenta daturum.
Iure pari rector castris Afranius illis,
Ac Petreius erat: concordia duxit in æquas
Imperium commune vices, tutelaq; valli
Peruigil alterno paret custodia signo.
His præter Latias acies erat impiger Assur,
Vectoresq; leues, profugiq; à gente vetusta
Gallorum Celtæ miscentes nomen Iberis.
Colle tumet modico, leniq; excrescit in altum
Pingue solum tumulo: super hûc fundata vetusta
Surgit Ilerda manu: placidis præfabitur vndis
Hesperios inter Sicoris non vltimus amneis:
Saxeus ingenti quem pons amplectitur arcu
Hibernas passurus aquas. at proxima rupes
Signa tenet Magni: nec Cæsar colle minore
Castra [1] leuat. medius dirimit tentoria gurges.
Explicat hinc tellus campos effusa patenteis,
Vix oculo prendente modum, camposq; coërcet
Cinga rapax, vetitus fluctus, & litora cursu
Oceani pepulisse suo: nam gurgite misto,
Qui præstat terris, ausert tibi nomen Iberus.
Prima dies belli cessauit Marte cruento,
Spectandásque Ducum vires, numerosáque signa
Exposuit. piguit sceleris pudor arma furentum
Continuit. patriaq;, & ruptis legibus vnum
Donauere diem: prono tum Cæsar Olympo
In noctem subita circumdedit agmina fossa.
Dum primæ præstant acies, hostémque fefellit,
Et prope consertis obduxit castra maniplis.
Luce noua collem subito conscendere cursu,
Qui medius tutam castris dirimebat Ilerdam,
Imperat: hunc hostem pariter terrorq;, pudorq;
Impulit, & rapto tumulum prior agmine cepit.
His virtus ferrumq; locum promittit: at illis
Ipse locus. miles rupes oneratus in altas
Nititur, aduersoq; acies in monte supina
Hæret, & in tergum cæsura vmbone sequentis
Erigitur. nulli telum vibrare vacabat,
Dum labat, & fixo firmat vestigia pelo,
Dum scopulos, stirpesq; tenent. atq; hoste relicto
Cadunt ense viam. vidit lapsura ruina
Agmina Dux, equitemq; iubet succedere bello,
Munitumq; latus læuo producere gyro.
Sic pedes ex facili, nulloq; vrgente receptus,
Irritus & victor subducto Marte pependit.
Hactenus armorum discrimina, cetera bello
Fata dedit, variis incertus motibus aër,
Pigro bruma gelu, sicciq; Aquilonibus hærens,
Æthere constricto pluuias in nube tenebat.
Vrebant montana niues, camposq; iacenteis
Non duratura conspecto Sole pruinæ.
Atq; omnis propior mergenti sidera cælo
Aruerat tellus hiberno dura sereno.
Sed postquam vernus calidum Titana recepit,
Sidera respiciens dilapsa portitor Helles.
Atq; iterum æquatis ad iusta pondera Libra
Temporibus vicere dies: tunc, Sole relicto,
Cynthia quo primum cornu dubitanda refulsit,
Excluſit Boream flammaq; accepit ab Euro.
Ille suo nubes quascumq; inuenit in axe,
Torsit in occiduum Nabatheis flatibus orbem,
Et quas sentit Arabs, & quas Gangetica tellus
Exhalat nebulas: quidquid concrescere primus
Sol patitur, quidquid cæli fuscator Eoi
Intulerat Corus, quidquid defenderat Indos.
Incendêre diem nubes oriente remota,
Nec medio potuêre graues incumbere mundo,
Sed nimbos rapuere fuga. vacat imbribus Arctos,
Et Notus: in solam Calpen fluit humidus aër.
Hoc vbi iam Zephyri fines, & summus Olympi
Cardo tenet Tethyn: vetita transcurrere, densos
Inuoluêre globos, congestúmque aëris atri
Vix recipit spatium, quod separat æthere terram.
Iámque polo pressa largo densantur in imbreis,
Spissataq; fluunt: nec seruant fulmina flammas,
Quãuis crebra micêt: moriuntur fulgura nimbis.
Hinc imperfecto complectitur aëra gyro
Arcus, vix vlla variatus luce colorem,
Oceanumq; bibit, raptosq; ad nubila fluctus
Pertulit, & cælo diffusum reddidit æquor.
Iamq; Pyrenæa, quas numquam soluere Titan
Eualuit, fluxêre niues, fractoq; madescunt
Saxa gelu: tum, quæ solitis è fontibus exit,
Non habet vnda vias: tam largas alueus omnis
Aripis accepit aquas. iam naufraga campo
Cæsaris arma natant, impulsaq; gurgite multo
Castra labant. alto restagnant flumina vallo.
Non pecorum raptus facileis, non pabula mersi
Vlla ferunt sulci: tectarum errore viarum
Fallitur [1] occultis sparsus populator in agris.
Iamq; comes semper magnorum prima malorũ
Æua fames aderat, nulloq; obsessus ab hoste
Miles eget: toto censu non prodigus emit
Exiguam Cererem. prô lucri pallida tabes!
Non deest prolato ieiunus venditor auro.
Iam tumuli, colleq; latent, iam flumina cuncta
Condidit vna palus, vastaq; voragine mersit:
Absorpsit penitus rupes, ac tecta ferarum
Detulit, atq; ipsas hausit subitisq; frementeis
Vorticibus contorsit equos, & reppulit æstus
Fortior Oceani: nec Phœbum surgere sentit
Nox subiecta polo. rerum discrimina miscet
Deformis cæli facies, iunctaq; tenebræ.
Sic mundi pars ima iacet, quam zona niualis,
Perpetuaq; premunt hiemes: non sidera cælo
Vlla videt, sterili [2] non quidquam frigore gignit,
Sed glacie medios signorum temperat igneis.
Sic, ô summe parens mundi, sic sorte secunda
Æquorei rector facias Neptune tridentis,
Et tu perpetuis impendas æëra nimbis:
Tu remeare vetes, quoscumq; emiseris, æstus.
Non habeant amnes decliuem ad litora cursum,

1 al. locat.

1 al. occultos 2 al. nec

Sed pelagi referantur aquis, concussaq; tellus
Laxet iter fluuiis. hos campos Rhenus inundet,
Hos Rhodanus: vastos obliquent flumina fonteis.
Rhipæas huc solue niues, huc stagna, lacusq;,
Et pigras, vbicumq; iacent, effunde paludes.
Et miseras bellis ciuilibus eripe terras.
Sed paruo Fortuna viri contenta, pauore
Plena redit, solitoq; magis fauêre secundi,
Et veniam meruêre Dei. iam rarior aër,
Et par Phœbus aquis densus in vellera nubes
Sparserat: & noctes ventura luce rubebant:
Seruatoq; loco rerum, discessit ab astris
Humor: & ima petit, quidquid pendebat aquarũ.
Tollere silua comas, stagnis emergere colles
Incipiunt, visoq; die durescere valles.
Vtq; habuit ripas Sicoris, camposq; reliquit,
Primùm cana salix madefacto vimine paruam
Texitur in puppim, cæsoq; induta iuuenco
Vectoris patiens tumidum superemicat amnem.
Sic Venetus stagnante Pado, fusoq; Britannus
Nauigat Oceano: sic cùm tenet omnia Nilus,
Conseritur bibula Memphitis cymba papyro.
His ratibus traiecta manus festinat vtrimque
Succisum curuare nemus: fluuiiq; ferocis
Incrementa timens, non primis robora ripis
Imposuit. medios pontem distendit in agros.
Ac ne quid Sicoris repetitis audeat vndis,
Spargitur in sulcos, & scisso gurgite riuis
Dat pœnas maioris aquæ. postquam omnia fatis
Cæsaris ire videt, celsam Petreius Ilerdam
Deserit, & noti diffisus viribus orbis,
Indomitos quærit populos, & semper in arma
Martis amore feros, & tendit in vltima mundi.
Nudatos Cæsar colleis, desertaq; castra
Conspiciẽs, capere arma iubet, nec quærere pontẽ,
Nec vada, sed duris fluuium superare lacertis.
Paretur: rapuitq; ruens in prœlia miles,
Quod fugiens timuisset iter. mox vda receptis
Membra fouent armis, gelidosq; à gurgite cursu
Restituunt artus, donec decresceret vmbra
In medium surgente die. iamq; agmina summa
Carpit eques, dubiiq; fuga, pugnaq; tenentur.
Attollunt campo geminæ iuga saxea rupes
Valle caua media. tellus hinc ardua celsos
Continuat colleis, tutæ quos inter opaco
Anfractu latuêre viæ: quibus hoste petito
Faucibus, emitti terrarum in deuia Martem,
Inq; feras gentes Cæsar videt. ite sine vllo
Ordine, ait, raptumq; fuga conuertite bellum,
Et faciem pugnæ, vultusq; inferte minaces:
Nec liceat pauidis ignauæ occumbere morte:
Excipiant recto fugientes pectore ferrum.
Dixit: & ad montes tendentem præuenit hostem.
Illic exiguo paullum distantia vallo
Castra locant. postquàm spatio languentia nullo
Mutua conspicuos habuerunt lumina vultus,
Et fratres, gnatosq; suos vidêre patresq;:
Deprensum est ciuile nefas. tenuêre parumper
Ora metu: tantùm nutu, motoq; salutant
Ense suos. mox vt stimulis maioribus ardens
Rupit amor leges: audet transcendere vallum
Miles: in amplexus effusas tendere palmas.
Hospitis ille sciet nomen: vocat ille propinquum.
Admonet hunc studiis consors puerilibus ætas:
Nec Romanus erat, qui non agnouerat hostem.
Arma rigant lacrymis, singultibus oscula rumpunt,
Et, quamuis nullo maculatus sanguine, miles,
Quæ potuit fecisse, timet. quid pectora pulsas?
Quid vesane gemis? fletus quid fundis inanes?
Nec te sponte tua sceleri parêre fateris?
Vsq; adeóne times, quem tu facis ipse timendum?
Classica dent bellum. sanos tu néglige cantus.
Signa ferant: cessa: iam tam ciuilis Erinnys
Concidet, & Cæsar generum priuatus amabit.
Nunc ades, æterno complectens omnia nexu,
O rerum, mistiq; salus concordia mundi,
Et sacer orbis amor. magnum nunc sæcula nostra
Venturi discrimen habent. periere latebræ
Tot scelerum: populo venia est erepta nocenti:
Agnouere suos. prò Numine fata siniſtro
Exigua requie tantas augentia clades!
Pax erat, & miles castris permistus vtrisq;
Errabat: duro concordes tesspite mensas
Instituunt, & permisto libamina Baccho.
Graminei luxêre foci: iunctoq; cubili
Extrahit insomneis bellorum fabula noctes:
Quo primũ [1] steterint campo, qua lancea dextra
Exierit. dum, quæ gesserunt fortia, iactant,
Et dum multa negant, quod solùm fata petebãt,
Est miseris renouata fides, atq; omne futurum
Creuit amore nefas. nam postquam fœdera pacis
Cognita Petreio, seq;, & sua tradita vênum
Castra videt: famulas sceleratæ ad prœlia dextras
Excitat, atq; hostis turba stipatus inermes
Præcipitat castris, iunctosq; amplexibus enſe
Separat, & multo disturbat sanguine pacem.
Addidit tra ferox moturas prœlia voces.
Immemor ô patriæ, signorum oblite tuorum,
Non potes hoc causſa miles præstare, Senatus
Assertor victo redeas vt Cæsare: certè
Vt vincare potes, dum ferrum, incertaq; fata,
Quiq; fluat multo non deerit vulnere sanguis:
Ibitis ad dominum, damnataq; signa feretis,
Vtq; habeat famulos nullo discrimine Cæsar
Exorandus erit? Ducibus quoq; vita petenda est?
Numquã nostra salus pretium, mercesq; nefandæ
Proditionis erit. non hoc ciuilia bella,
Vt viuamus, agunt: trahimur sub nomine pacis.
Non chalybem gentes penitus fugiente metallo
Eruerent, nulli vallarent oppida muri,
Non sonipes in bella ferox, non iret in æquor
Turrigerus classis pelago sparsura carinas,
Si bene libertas vmquam pro pace daretur.
Hostes nempe meos sceleri iurata nefando
Sacramenta tenent: at vobis vilior hoc est
Vestra fides, quòd pro causſa pugnantibus æqua
Et veniam sperare licet. prò dira pudoris
[2] Fœdera! nunc toto fatorum ignarus in orbe

1 al. steterant. 2 al. Funera.

Magnæ

Magne paras acies, mundiq; extrema tenenteis
Sollicitas Reges, cùm forsan fœdere nostro
Iam tibi sit promissa salus. sic fatur, & omneis
Concussit menteis, scelerumq; reduxit amorem.
Sic vbi desuetæ siluis in carcere clauso
Mansuefecere feræ, & vultus posuere minaces,
Atque hominem didicere pati, si torrida paruus
Venit in ora cruor, redeunt rabiesq; furorq;.
Admonitæq; tument gustato sanguine fauces:
Feruet, & à trepido vix abstinet ira magistro.
Itur in omne nefas, & quæ Fortuna Deorum
Inuidia cæca bellorum in nocte tulisset,
Fecit monstra fides: inter mensasq;. torosq;,
Quæ modò complexu fouerunt pectora, cædunt.
Et quamuis primò ferrum strinxere gementes,
Vt dextræ iussi gladius dissuasor adhæsit,
Dum feriunt, odere suos, animosq; labantes
Confirmant ictu. feruent iam castra tumultu,
Et scelerum turba rapiuntur colla parentum,
Ac velut occultum pereat scelus, omnia monstra
In faciem posuere Ducum: iuuat esse nocenteis.
Tu Cæsar, quamuis spoliatus milite multo,
Agnoscis Superos: neq; enim tibi maior in armis
Emathiis Fortuna fuit, nec Phocidos vndis
Massiliæ, Pharioue tantum est æquore gestum.
Hoc siquidem solo ciuilis crimine belli
Dux caussæ melioris eris. polluta nefanda
Agmina cæde Duces iunctis committere castris
Non audent, altæq; ad mœnia rursus Ilerdæ
Intendere fugam. campos eques obuius omneis
Abstulit, & siccis incluſit collibus hostem.
Tunc inopes vndæ præruptæ cingere fossa
Cæsar auet, nec castra peti contingere ripas,
Aut circum largos curuari brachia fonteis.
Vt lethi videre viam, conuersus in iram
Præcipitem timor est. miles non vtile clausis
Auxilium mactauit equos: tandemq; coactus
Spe posita damnare fugam, casurus in hosteis
Fertur. vt effuso Cæsar decurrere passu
Vidit, & ad certam deuotos tendere mortem:
Tela tene iam miles, ait, ferrumq; ruenti
Subtrahe: non vllo constet mihi sanguine bellum.
Vincitur haud gratis iugulo qui prouocat hostē.
En sibi vilis adest inuisa luce iuuentus.
Iam damno peritura meo. non sentiet ictus:
Incumbet gladijs, gaudebit sanguine fuso.
Deserat hic feruor mēteis, cadat impetus amens:
Perdant velle mori. sic deflagrare minaces
Incassum, & vetito passus languescere bello,
Substituit merso dum nox sua limina Phœbo.
Inde vbi nulla data est miscendi copia Martis,
Paulatim cadit ira ferox, mentesq; tepescunt.
Saucia maiores animos vt pectora gestant
Dum dolor est, ictusq; recens, & mobile neruis
Conamen calidus præbet cruor, ossaq; nondum
Adduxère cutem: sic conscius ensis adacti
Stat victor, tenuitq; manus. tum frigidus artus
Alligat, atque animum subducto robore torpor,
Postquàm sicca rigēs adstrinxit vulnera sanguis.
Iamq; inopes vndæ primùm tellure refossa
Occultos latices, abstrusaq; flumina quærunt.
Nec solum rustris, durisq; ligonibus arua,
Sed gladijs fodere suis: puteusq; cauati
Montis ad irrigui premitur vastigia campi.
Non se tam penitus, tam longe luce relicta
Merserit Assyrij scrutator pallidus auri.
Non tamen aut tectis sonuerunt cursibus amnes,
Aut micuēre noui, percusso pumice, fontes:
Antra nec exiguo stillant sudantia rore,
Aut impulsa leui turbatur glarea vena.
Tunc exhausta super multo sudore iuuentus
Extrahitur, duris silicum lassata metallis.
Quoq; minùs possent siccos tolerare vapores,
Quæsita fecistis aquæ: nec languida fessi
Corpora sustentant epulis, mensasq; perosi
Auxilium fecere famem. sic mollius aruum
Prodidit humorē: pingueis manus vtraque glebas
Exprimit ora super, nigro siturbida limo
Colluuies immota iacet: cadit omnis in haustus
Certatim obscenos miles: morienq; recepit,
Quas nollet victurus, aquas: rituq; ferarum
Distentas siccant pecudes, & lacte negato,
Sordibus exhausto sorbetur ab vbere sanguis.
Tunc herbas frondeisq; terunt, & rore madenteis
Distringunt ramos, & si quos palmite crudo
Arboris aut tenera succos presſere medulla.
O fortunati, fugiens quos barbarus hostis
Fontibus immisto strauit per rura veneno.
Hos licet in fluuios saniem, tabemq; ferarum,
Pallida Dictæis, Cæsar, nascentia saxis
Infundas aconita palām. Romana iuuentus
Non decepta bibet. torrentur viscera flama,
Oraq; sicca rigent squamosis aspera linguis.
Iam marcent venæ, nulloq; humore rigatus
Aëris alternos angustat pulmo meatus,
Rescissoq; nocent suspiria dura palato.
Pandunt ora siti, nocturnumque aëra captant.
Exspectāt imbres, quorum modò cuncta natabāt
Impulsu, & siccis vultus in nubibus hærent.
Quoque magis miseros vndæ ieiunia soluant,
Non super arentem Meroēn, Cancrique sub axe,
Qua nudi Garamantes arant, sedere: sed inter
Stagnantē Sicorim, & rapidum deprensus Iberū
Spectat vicinos sitiens exercitus amneis.
Iam domiti cessere Duces, pacisque petendæ
Auctor damnatus supplex Afranius armis,
Semianimeis in castra trahens hostilia turmis,
Victoris stetit ante pedes: seruata precanti
Maiestas non fracta malis, intérque priorem
Fortunam casúsque nouos gerit omnia victi,
Sed Ducis, & veniam securo pectore poscit.
Si me degeneri strauissent fata sub hoste,
Non deerat fortis rapiendo dextera letho:
At nunc sola mihi est orandæ caussa salutis,
Dignum donanda, Cæsar, te credere vita.
Non parās studijs agimur, nec sumsimus arma
Consiliis inimica tuis. nos denique bellum
Inuenit ciuile Duces, caussaque priori,
Dum potuit, seruata fides. nil fata moramur.

1 al. Sic.

Tradimus Hesperias genteis, aperimus Eoas,
Securumq; orbis patimur post terga relicti.
Nec cruor effusus campis tibi bella peregit,
Nec ferrum, lassaque manus: hoc hostibus vnum,
Quòd vincas, ignosce tuis: nec magna petuntur.
Otia des fessis, vitam patiaris inermes
Degere, quam tribuit: campis prostrata iacere:
Agmina nostra putes: nec enim felicibus armis
Misceri damnata decet, partemq; triumphi
Captos ferre tui. turba hæc sua fata peregit.
Hoc petimus, victos ne tecum vincere cogas.
Dixerat. at Cæsar facilis, vultuq; serenus
Flectitur, atque vsum belli, pœnamq; remittit.
Vt primùm iustæ placuerunt fœdera pacis:
Incustoditos decurrit miles ad amnes,
Incübit ripis, permissáq; flumina turbat.
Continuus multis subitarum tractus aquarum
Aëra non passus vacuis discurrere venis,
Arctauit, clausitq; animam: nec seruida pestis
Cedit adhuc: sed morbus egens iã gurgite plenis
Visceribus sibi poscit aquas. mox robora neruis,
Et vires rediere viris. ô prodiga rerum
Luxuries, numquam paruo contenta parauit,
Et quæsitorum terra pelagóque ciborum
Ambitiosa fames & lauta gloria mensæ.
Discite quàm paruo liceat producere vitam.
Et quantum natura petat. non erigit agros
Nobilis ignoto diffusus Consule Bacchus:
Non auro, myrrhaq; bibunt: sed gurgite puro
Vita redit. satis est populis fluuiúsque, Cerèsque.
Heu miseri, qui bella gerunt. tũc arma relinquẽs
Victori miles spoliato pectore tutus,
Innocuúsque suas curarum liber in vrbeis
Spargitur. ô quantum donata pace potitos
Excussis numquam ferrum vibrasse lacertis
Pœnituit, tolerasse sitim frustraq; rogasse
Prospera bella Deos: nempe vsis Marte secundo
Tot dubia restant acies, tot in orbe labores.
Vt numquam fortuna labet successibus anceps:
Vincendum toties terras fundendus in omneis
Est cruor, & Cæsar per tot sua fata sequendus.
Felix, qui potuit, mundi nutante ruina,
Quo iaceat iam scire loco. non prœlia fessos
Vllavocant: certos non rumpunt classica somnos.
Iam coniux, gnatiq; rudes, & sordida tecta,
Et non deductos recipit sua terra colonos.
Hoc quoque securis oneris Fortuna remisit,
Solliciti menti quòd abest pauor. ille salutis
Est auctor: Dux ille fuit. sic prœlia soli
Felices nullo spectant ciuilia voto.
Non eadem belli totum Fortuna per orbem
Constitit: in parteis aliquid sed Cæsaris ausa est,
Quà maris Hadriaci longas serit vnda Salonas,
Et tepidum in molleis Zephyros excurrit Iader.
Illic bellaci consistis gente Curetum,
Quos alit Hadriaco tellus circumflua Ponto,
Clauditur extrema residens Antonius ora.
Cautus ab incursu belli, si sola recedat,
Expugnat quæ tuta, fames. non pabula tellus
Pascendis submittit equis: non proferit vllam
Flaua Ceres segetem, spoliabat gramine campum
Miles, & attonso miseris iam dentibus aruo
Castrorum siccas de cespite vulserat herbas.
Vt primum aduersa socios in litore terra,
Et Basilii videre Ducem: noua furta per æquor
Exquisita fuga, neque enim de more carinas
Extendunt, puppesq; leuant: sed firma gerendis
Molibus insolito coniexunt robora ductu.
Namque ratem vasa sustentant vndiq; cupæ:
Quarum porrectis series constricta catenis
Ordinibus geminis obliquas excipit alnos.
Nec gerit expositum telis in fronte patenti
Remigium: sed quod trabibus circũdedit æquor.
Hoc ferit, & tacitis præbet miracula cursus:
Quòd nec vela ferat, nec apertas verberet vndas.
Tunc freta seruantur, dum se decliuibus vndis
Æstus agat, refluoq; mari nudentur arenæ.
Iamq; relabenti crescebant litora Ponto:
Missa ratis prono defertur lapsa profundo,
Et gemina comites cunctas super ardua turris
Eminet, & tremulis tabulata minantia pinnis.
Noluit Illyrica custos Octauius vnda
Confestim tentare ratem, celeresq; carinas
Continuit, cursu crescat dum præda secundo:
Et temerè ingressos repetendum inuitat ad æquor
Pace maris. sic dum pauidos formidine ceruos
Claudat odorata metuenteis aëra penna:
Aut dum dispositis attollat retia varis
Venator, tenet ora leuis clamosa Molossi:
Spartanos Cretasq; ligat: nec creditur vlli
Silua cani, nisi qui presso vestigia rostro
Colligit, & præda nescit latrare reperta,
Contentus tremulo monstrasse cubilia loro.
Nec mora: complentur moles, auidéque petitis
Insula deseritur ratibus: quo tempore primas
Impedit ad noctem iam lux extrema tenebras.
At Pompeianus fraudes innectere Ponto
Antiqua parat arte Cilix passusq; vacare
Summa freti, medio suspendit vincula Ponto,
Et Laxas fluitare sinit, religatq; catenas
Rupis ab Illyrica scopulis. nec prima, nec illa,
Quæ sequitur, tardata ratis: sed tertia moles
Hæsit, & ad cautes adducto fune secuta est.
Impendent caua saxa mari, ruituraq; semper
Stat, mirum, moles, & siluis æquor inumbrat.
Huc fractas Aquilone rates, submersáque Pontus
Corpora sæpe tulit, cæcisque abscondit in antris.
Restituit raptus tectum mare, cúmque cauerna
Euomuere fretum, contorti vorticis vnda
Tauromini tanam vincunt feruore Charybdim.
Heic Opitergini moles onerata colonis
Constitit, hanc omni puppes statione soluta
Circumeunt: alij rupes, ac litora complent.
Vulteius tacitas sensit sub gurgite fraudes.
Dux erat ille ratis, frustra qui vincula ferro
Rumpere conatus, posci spe prœlia nulla.
Incertus quà terga daret, quà pectora bello.
Hoc tamen in casu, quantum deprensa valebat,
Effecit virtus. inter tot millia capta
Circumfusa rati, & plenam vix inde cohortem,

Pugna fuit, non longa quidem: nam cõdidit atra
Nox lucem dubiam: pacemq; habuere tenebræ.
Tunc sic attonitam, venturaq; fata pauentem
Rexit magnanima Vulteius voce cohortem.
Libera non vltrà parua quàm nocte iuuentus,
Consulite extremis angusto tempore rebus.
Vita breuis nulli superest, qui tempus in illa
Quærenda sibi mortis habet: nec gloria lethi
Inferior, iuuenes, admoto occurrite fato.
Omnibus incerto venturæ tempore vitæ
Par animi laus est, & quos sperueris annos
Perdere, & extremæ momentũ abrumpere lucis,
Arcessas dum fata manu. non cogitur vllus
Velle mori. fuga nulla patet: stant vndiq; nostris
Intenti ciues iugulis. decernite lethum,
Et metus omnis abest. cupias quodcũq; necesse est.
Non tamen in cæca bellorum nube cadendũ est,
Aut cùm permistis acies sua tela tenebris
Inuoluunt, conserta iacent cùm corpora campo,
In mediũ mors omnis abit: perit obruta virtus.
Nos in conspicua sociis, hostiq; carina
Constituere Dei. præbebunt æquora testes,
Præbebunt terræ, summis dabit insula saxis.
Spectabunt geminæ diuerso è litore partes.
Nescio quod nostris magnũ, & memorabile fatis
Exemplum, Fortuna, paras, quæcumq; per ævum
Exhibuit monumenta fides seruataq; ferro
Militiæ pietas, transibit nostra iuuentus.
Namq; suis pro te gladiis incumbere Cæsar
Esse parum scimus: sed non maiora supersunt
Obsessis, tanti quæ pignora demus amoris.
Abscidit nostræ multum sors inuida laudi,
Quòd non cum senibus capti gnatisq; tenemur.
Indomitos sciat esse viros, timeatq; furentes,
Et morti facileis animos, & gaudeat hostis
Non plureis hæsisse rates. tentare parabunt
Fœderibus turpiq; volent corrumpere vita.
O vtinam quò plus habeat mors vnica famæ,
Promittant veniam, iubeant sperare salutem:
Ne nos cùm calido fodiemus viscera ferro,
Desperasse putent: magna virtute merendum est,
Cæsar vt, amissis inter tot millia paucis,
Hoc damnum, clademq; vocet. dẽt fata recessum,
Emittantq; licet: vitare instantia nolim.
Proieci vitam comites, totusq; futura
Mortis agor stimulis. furor est: agnoscere solis
Permissum est, quos iam tangit vicinia fati,
Victuros q; Dei celant, vt viuere durent,
Felix esse mori. sic cunctas sustulit ardor
Nobilium mentes iuuenum, cùm sidera cæli
Ante Ducis voces oculis humentibus omnes
Aspicerent, flexoq; Vrsæ temone pauerent.
Iidem, cùm forteis animos præcepta subissent,
Optauêre diem. nec segnis mergere Ponto
Tunc erat astra polus. nam Sol Ledæa tenebat
Sidera, vicino cùm lux altissima Cancro est:
Nox tum Thessalicas vrgebat parua sagittas.
Detegit orta dies stanteis in rupibus Istros,
Pugnacesq; mari Graia cum classe Liburnos.
Tentauêre priùs suspenso vincere bello
Fœderibus, fieret captis si dulcior ipsa
Mortis vita mora. stabat deuota iuuentus
Damnata iam luce ferox, securaq; pugnæ
Permisso sibi fine manus: nulliq; tumultus
Excussere viri mentes ad summa paratas,
Innumerasq; simul pauci terraq;, mariq;
Sustinuêre manus: tanta est fiducia mortis.
Vtq; satis bello visum est fluxisse cruoris,
Versus ab hoste furor. primus Dux ipse carinæ
Vulteius iugulo poscens iam fata retecto,
Ecquis, ait, iuuenum est, cuius sit dextra cruore
Digna meo, certaq; fide per vulnera nostra
Testetur se velle mori? nec plura locuto
Viscera non vnus iam dudum transigit ensis.
Collaudat cunctos: sed eum cui vulnera prima
Debebat, grato moriens interficit ictu.
Concurrunt alij, totumq; in partibus vnis
Bellorum fecere nefas. sic semine Cadmi
Emicuit Dircea cohors, ceciditq; suorum
Vulneribus, dirum Thebanis fratribus omen.
Phasidos, & campis insomni dente creati
Terrigenæ, missa magicis è cantibus ira,
Cognato tantos implerunt sanguine sulcos:
Ipsaq;, inexpertis quod primum fecerat herbis,
Expauit Medea nefas. sic mutua pacti
Fata cadunt iuuenes, nimiumq; in morte virorũ
Mors virtutis habet: pariter sternuntq; cadunt q;
Vulnere lethali: nec quemquam dextra fefellit,
Cùm feriat moriente manu: nec vulnus adactis
Debetur gladiis. percussum est pectore ferrum.
Et iugulis pressere manum. cùm sorte cruenta
Fratribus incurrunt fratres, gnatusq; parenti:
Haud trepidante tamen toto cũ pondere dextra
Exegêre enses: pietas ferientibus vna
Non repetisse fuit. iam latis viscera lapsa
Semianimes traxêre foris, multumq; cruoris
Insudêre mari. despectam cernere lucem,
Victoresq; suos vultu spectare superbo,
Et mortem sentire iuuat. iam strage cruenta
Conspicitur cumulata ratis, bustisq; remittunt
Corpora victores, Ducibus mirantibus, vlli
Esse Ducem tanti. nullam maiore locuta est
Ore ratem totum discurrens fama per orbem.
Non tamen ignauæ post hæc exempla virorum
Percipient gentes, quàm si non ardua virtus
Seruitium fugisse manu: sed regna timentur
Ob ferrum, & sæuis libertas vritur armis,
Ignoratq; datos, ne quisquam seruiat, enses.
Mors vtinam pauidos vitæ subducere nolles,
Sed virtus te sola daret. non segnior illo
Marte fuit, qui tunc Libycis exarsit in aruis.
Namq; rates audax Lilybæo litore soluit
Curio, nec forti velis Aquilone recepto
Inter semirutas magnæ Carthaginis arceis,
Et Clupeam tenuit stationis litora notæ:
Primaq; castra locat cano procul æquore, quà se
Bagrada lentus agit, siccæ sulcator arenæ.
Inde petit tumulos, exesasq; vndique rupes,
Antæi qua regna vocat non vana vetustas.
Nominis antiqui cupientem noscere causas,

Cognita per multos docuit rudis incola patres,
Non dum post genitos tellus effeta Gigantes,
Terribilem Libycis partum concepit in antris.
Nec tam iusta fuit terrarum gloria Typhon,
Aut Tityos, Briareusq; ferox: cæloq; pepercit,
Quòd non Phlegræis Antæum sustulit aruis.
Hoc quoq; tam vastas cumulauit munere vires
Terra sui fetus, quòd cùm tetigere parentem,
Iam defecta vigent renouato robore membra.
Hæc illi spelunca domus, latuisse sub alta
Rupe ferunt, epulas raptos habuisse leones.
Ad somnos non terga feræ præbere cubile
Assuerunt, non silua torum: viresq; resumit
In nuda tellure iacens, perière coloni
Aruorum Libyes: pereunt, quos appulit æquor.
Auxilioq; diu virtus non vsa cadendi,
Terræ spernit opes: inuictus robore cunctis,
Quamuis staret, erat. tandem vulgata cruenti
Fama mali terras monstris, æquorq; leuantem
Magnanimũ Alceiden Libycas exciuit in oras.
Ille Cleonæi proiecit terga leonis,
Antæus Libyci perfugit membra liquore
Hospes Olympiacæ seruato more palæstræ:
Ille parum fidens pedibus contingere matrem,
Auxilium membris calidas infudit arenas.
Conseruêre manus, & multo brachia nexu,
Colla diu grauibus frustra tentata lacertis
Immotumq; caput fixa cum fronte tenetur,
Miranturq; habuisse parem. nec viribus vti
Alceides primo voluit certamine totis,
Exhausitq; virum: quod creber anhelitus illi
Prodidit, & gelidus fesso de corpore sudor.
Tunc ceruix lassata quati: tunc pectore pectus
Vrgeri: tunc obliqua percussa labare
Crura manu. iam terga viri cedentia victor
Alligat, & medium compressis ilibus arctat:
Inguinaq; insertis pedibus distendit, & omnem
Explicuit per membra virum. rapit arida tellus
Sudorem: calido complentur sanguine venæ.
Intumuêre tori, totosq; induruit artus,
Herculeosq; nouo laxauit corpore nodos.
Constitit Alceides stupefactus robore tanto:
Nec sic Inachiis, quamuis rudis esset, in vndis
Defectam timuit reparatis anguibus Hydram.
Conflixêre pares: telluris viribus ille,
Ille suis. numquam sæua sperare nouercæ
Plus licuit. videt exhaustos sudoribus artus,
Ceruicemq; viri siccam, qua ferret Olympum.
Vtq; iterum fessis iniecit brachia membris,
Non exspectatis Antæus viribus hostis,
Sponte cadit, maiorq; accepto robore surgit.
Quisquis inest terris, in fessos spiritus artus
Egeritur, tellusq; viro luctante laborat.
Vt tandem auxilium tacta prodesse parentis
Alceides sensit: standum est tibi, dixit, & vltrà
Non credêre solo, sterniq; vetabere terra.
Hærebis pressis intra mea pectora membris:
Hic Antæe cades. sic fatus, sustulit altè
Nitentem in terras iuuenem, morientis in artus
Non potuit gnati Tellus summittere vires.
Alceides medium tenuit. iam pectora pigro
Stricta gelu, terriq; diu non credidit hostem.
Hinc aui veteris custos famosa vetustas,
Miratrixque sui signauit nomine terras.
Sed maiora dedit cognomina collibus istis,
Pœnum qui Latiis reuocauit ab arcibus hostem
Scipio. nam sedes Libyca tellure potito
Hæc fuit, en veteris cernis vestigia valli.
Romana hos primùm tenuit victoria campos.
Curio lætatus, tanquam Fortuna locorum
Bella gerat, seruetq; Ducum sibi fata priorum,
Felici non fausta loco tentoria ponens,
Indulsit castris, & collibus abstulit omen,
Sollicitatq; feros non æquis viribus hostes.
Omnis Romanis quæ cesserat Africa signis,
Tunc Vari sub iure fuit: qui robore quamquam
Consisus Latio, Regis tamen vndique vires
Exciuit Libycæ gentis, extremaq; mundi
Signa suum comitata Iubam. non fusior vlli
Terra fuit domino: quà sunt longissima regna,
Cardine ab occiduo vicinus Gadibus Atlas
Terminat: à medio, confinis Syrtibus Ammon.
At quà lata iacet vasti plaga feruida regni,
Distinet Oceanum, zonaq; exusta calentis
Sufficiunt spatio. populi tot castra sequuntur,
Autololes, Numidæq; vagi, semperq; paratus
Inculto Gætulus equo: tum concolor Indo
Maurus, inops Nasamon, misti Garamãte perusto
Marmaridæ volucres, æquaturusq; sagittas
Medorum, tremulum cùm torsit missile, Mazax:
Et gens, quæ nudo residens Massylia dorso,
Ora leui flectit frenorum nescia virga:
Et solitus vacuis errare mapalibus Afer
Venator, ferriq; simul fiducia non est,
Vestibus iratos laxis operire leones.
Nec solùm studiis ciuilibus arma parabat,
Priuatæ sed bella dabat Iuba concitus iræ.
Hũc quoq;, quo Superos, humanaq; polluit anno,
Lege Tribunicia solio depellere auorum
Curio tentârat, Lybiamq; auferre tyranno,
Dum regnum te Roma facit. memor ille doloris
Hoc bellum sceptri fructum putat esse retenti.
Hac igitur Regis trepidat iam Curio fama,
Et quòd Cæsareis numquam deuota iuuentus
Illa nimis castris, nec Rheni miles in vndis
Exploratus erat, Corfini captus in arce,
Infidusq; nouis Ducibus, dubiusq; priori,
Fas vtrumq; putat. sed postquàm languida segni
Cernit cuncta metu, nocturnaq; munia valli
Desolata fuga, trepida sic mente profatur.
Audẽdo magnus tegitur timor: arma capessam
Ipse prior: campum miles descendat in æquum,
Dum meus est: variã semper dant otia mentem.
Eripe consilium pugnæ, cùm dira voluntas
Ense subit presso, galeæ texêre pudorem.
Quis cõferre duces meminit? quis pendere causas?
Quà stetit, inde fauet, veluti fatalis arena
Muneribus, non ira vetus concurrere cogit
Productos: odêre pares. sic fatus, apertus
Instruxit campis acies: quem blanda futuris
Dece-

Deceptura malis belli Fortuna recepit.
Nam pepulit Varum campo, nudataq; fœda
Terga fuga, donec vetuerunt castra, cecidit.
Tristia sed postquàm superati prœlia Vari
Sunt audita Iubæ: lætus quòd gloria belli
Sit rebus seruata suis, rapit agmina furtim,
Obscuratq; suam per iussa silentia famam,
Hoc solùm metuens incautus ab hoste timeri.
Mittitur, exigua qui prœlia prima lacessat,
Eliciatq; manu, Numidis à Rege secundus,
Vt sibi commissi simulator Sabbura belli.
Ipse caua regni vires in valle retentat:
Aspidas vt Pharias cauda sollertior hostis
Ludit, & iratas incerta prouocat vmbra,
Obliquansq; caput vanas serpentis in auras
Effusa tuto comprendit guttura morsu
Lethiferam citra saniem: tunc irrita pestis
Exprimitur, faucesq; fluunt pereunte veneno.
Fraudibus euentum dederat Fortuna: feroxq;
Non exploratis occulti viribus hostis,
Curio nocturnum castris erumpere cogit,
Ignotisq; equitum late decurrere campis.
Ipse sub Auroræ primos excedere motus
Signa iubet castris, multùm frustraq; rogatus
Vt Libycas metuat fraudes, infectaq; semper
Punica bella dolis. lethi Fortuna propinqui
Tradiderat fatis iuuenem: bellumq; trahebat
Auctorem ciuile suum. super ardua ducit
Saxa, super cautes abrupto limite signa.
Cùm procul è summis conspecti collibus hostes:
Fraude sua cessere parum, dum colle relicto
Effusam patulis aciem committeret aruis.
Ille fugam credens. simulatæ nescius artis,
Vt victor, medios aciem proiecit in agros.
Tunc primùm patuère doli, Numidæq; fugaces
Vndique completis clauserunt montibus agmen.
Obstupuit Dux ipse simul, perituraq; turba.
Non timidi petiere fugam non prœlia fortes:
Quippe vbi non sonipes motus clangore tubarum
Saxa quatit pulsu, rigidos vexantia frenos
Ora tenens, spargitq; iubas, & surrigit aureis,
Incertoq; pedum pugnat non stare tumultu.
Fessa iacet ceruix. fumant sudoribus artus,
Oraq; proiecta squalent arentia lingua.
Pectora rauca gemunt, quæ creber anhelitus vrget,
Et defecta grauis longè trahit Ilia pulsus,
Siccaq; sanguineis durescit spuma lupatis.
Iamq; gradu neq; verberibus, stimulisq; coacti,
Nec quamuis crebris iussi calcaribus addunt,
Vulneribus coguntur equi, nec profuit vlli
Cornipedis rupisse moras: neq; enim impetus illis,
Incursusq; fuit: tantùm profertur ad hostes,
Et spatium iaculis oblato vulnere donat.
At vagus Afer equos vt primũ emisit in agmẽ:
Tunc campi tremuère sono, terraq; soluta,
Quantus Bistonio torquetur turbine puluis,
Aëra nube sua texit, traxitq; tenebras.

Vt vero in pedites fatum miserabile belli
Incubuit; nullo dubij discrimine Martis
Ancipites steterunt casus; sed tempora pugnæ
Mors tenuit: neque enim licuit procurrere contra,
Et miscere manus. sic vndique sæpta iuuentus
Comminus obliquis, & rectis eminus hastis
Obruitur, non vulneribus, nec sanguine solùm
Telorum nimbo peritura, ac pondere ferri.
Ergo acies tantæ paruum spissantur in orbem,
Ac si quis metuens medium correpsit in agmen,
Vix impunè suos inter conuertitur enses.
Densaturq; globus, quantum pede prima relato
Constrinxit gyros acies. non arma mouendi
Iam locus est pressis, stipataq; membra teruntur.
Frangitur armatum colliso pectore pectus.
Non tam læta tulit victor spectacula Maurus
Quàm Fortuna dabat: fluuios non ille cruoris,
Membrorumq; videt lapsum, & ferientia terrã
Corpora: compressum turba stetit omne cadauer.
Excitet inuisas diræ Carthaginis Vmbras
Inferijs Fortuna nouis: ferat ista cruentus
Hannibal, & Pœni tam dira piacula Manes.
Romanam, Superi, Libyca tellure ruinam
Pompeio prodesse nefas, votisque Senatus.
Africa nos potiùs vincat sibi. Curio fusas
Vt vidit campis acies, & cernere tantas
Permisit clades compressus sanguine puluis;
Non tulit afflictis animum producere rebus,
Aut sperare fugam: ceciditq; in strage suorum
Impiger ad lethum, & fortis virtute coacta.
Quid nunc rostra tibi prosunt turbata, forúmque,
Vnde Tribunicia plebeius signifer arte
Arma dabas populis? quid prodit a iura Senatus,
Et gener, atque socer bello concurrere iussi?
Ante iaces, quàm dira Duces Pharsalia confert,
Spectandúmque tibi bellum ciuile negatum est.
Has vrbi miseræ vestro de sanguine pœnas
Ferre datis: luitis iugulo sic arma potentes.
Felix Roma quidem, ciuésque habitura beatos,
Si libertatis Superis tam cura placeret,
Quàm vindicta placet. Libycas en nobile corpus
Pascit aueis, nullo contectus Curio busto.
At tibi nos, quando non proderit ista silere,
A quibus omne aui senium sua fama repellit,
Digna damus iuuenis meritæ præconia vitæ.
Haud alium tanta ciuem tulit indole Roma,
Aut cui plus leges dederent recta sequenti.
Perdita tunc vrbi nocuerunt secula, postquàm
Ambitus, & luxus, & opum metuenda facultas
Transuerso mentem dubiam torrente tulerunt.
Momentumq; fuit mutatus Curio rerum,
Gallorum captus spolijs, & Cæsaris auro.
Ius licet in iugulos nostros sibi fecerit ense
Sulla potens, Mariúsq; ferox, & Cinna cruentus,
Cæsareæque domus series: cui tanta potestas
Concessa est? emêre omnes, hic vendidit, vrbem.

M. ANNAEI LVCANI PHARSALIÆ LIBER V.

IOHANNIS SVLPICII VERVLANI ARGVMENTVM.

Quintus in Ægypto narrat te Magne Senatũ
Constituisse Ducem: tum Delphica consulit antra
Appius, & domitis rediens iam Cæsar Iberis
Componit sæuos intra sua castra tumultus.
Et Dictator abit, nec non & Consul ab vrbe
Brundisiũ: classé recipit. Pharsalia cymba
Pæne ducis periit temeraria. nauigat inde
Marcus, & in Lesbũ te vir, Cornelia, mittit.

Sic alterna Duces bellorum vulnera passos
In Macedũm terras, miscẽs aduersa secundis,
Seruauit Fortuna pares. iam sparserat Aemo
Bruma niues, gelidoq; cadens Atlantis Olympo:
Instabatq; dies, qui dat noua nomina fastis,
Quiq; colit primus ducentem tempora Ianum.
Dum tamen emeriti remanet pars vltima iuris,
Consul vterque vagos belli per munia Patres
Elicit Epeirum. peregrina ac sordida sedes
Romanos cepit proceres, secretaq; rerum
Hospes in extremis audiuit Curia tectis.
Nam quis castra vocet tot strictas iure secureis?
Tot fasces? docuit populos venerabilis ordo
Non Magni parteis: sed Magnum in partibus esse.
Vt primùm mastum tenuere silentia cœtum,
Lentulus è celsa sublimis sede profatur.
Indole si dignum Latia, si sanguine prisco
Robur inest animis, non qua tellure coacti,
Quamq; procul tectis captæ sedeamus ab vrbis
Cernite, sed vestræ faciem cognoscite turbæ:
Cunctaq; iussuri primum hoc decernite Patres,
Quod regnis populisq; liquet, nos esse Senatum.
Nam vel Hyperboreæ palustrum glaciale sub Vrsæ,
Vel plaga quà torrens clausúsq; vaporibus axis
Nec patitur noctes, nec iniquos crescere Soles,
Si fortuna ferat: rerum nos summa sequetur.
Imperiumq; comes. Tarpeia sede perusta
Gallorum facibus, Veioq; habitante Camillo,
Illic Roma fuit. non vmquam perdidit ordo
Mutato sua iura solo: mœrentia tecta
Cæsar habet vacuasq; domos, legesq; silenteis,
Clausaq; iustitio tristi fora. Curia solos
Illa videt Patres plena quos vrbe fugauit.
Ordine de tanto quisquis non exsulat, heic est.
Ignaros scelerum, longaq; in pace quietos
Bellorum primus sparsit furor: omnia rursus
Membra loco redeunt. en totis viribus orbis
Hesperiam pensant Superi, iacet hostis in vndis
Obrutus Illyricis. Libyes squalentibus aruis
Curio Cæsarei cecidit pars magna Senatus.
Tollite signa Duces, fatorum impellite cursum,
Spem vestram præstate Deis, fortunaq; tantos
Det vobis animos, quantos fugientibus hostem
Causa dabat. nostriũ exhausto i⁹ clauditur anno:
Vos, quorum finem non est sensura potestas,
Consulite in medium Patres, Magnumq; iubete
Esse ducem. læto nomen clamore Senatus
Excipit, & Magno fatum patriaque, suúmque
Imposuit. tunc in Reges, populósque merenteis
Sparsius honos, pelagique potens Phœbeia donis
Exornata Rhodos, gelidique inculta iuuentus
Taygeti: fama veteres laudantur Athenæ,
Massiliæque Iuæ donatur libera Phocis.
Tunc Sadalem fortémq; Cotyn, fidúmque per arma
Deiotarum & gelidæ dominum Rascipolin oræ
Collaudant, Libyámq; iubent auctore Senatu
Sceptrifero parére Iubæ. prò tristia fata.
En tibi non fidæ Gentis dignissime regno
Fortunæ Ptolomææ pudor, crimenq; Deorum,
Cingere Pellæo pressos diademate crineis
Permissum. sæuum in populos puer accipis ensem,
Atque vtinam in populos! donata est regia Lagi,
Accessit Magni iugulus, regnumq; sorori
Ereptum est, socerõq; nefas. iam turba soluto
Arma petit cœtu: quæ cum populisque Ducésq;
Cusibus incertis, & cæca sorte pararent:
Solus in ancipites metuit descendere Martis
Appius euentus, finémq; expromere rerum.
Sollicitat Superos, multósq; obducta per annos
Delphica fatidici reserat penetralia Phœbi.
Hesperio tantùm, quantùm semotus Eoo
Cardine Parnassus gemino petit æthera colle,
Mons Phœbo, Bromioq; sacer: cui numine misto
Delphica Thebanæ referunt trieterica Bacchæ.
Hoc solum fluctu terras mergente cacumen
Eminuit, Pontóq; fuit discrimen, & astris.
Tu quoque vix summã seductus ab æquore rupẽ
Extuleras, vnóq; iugo Parnasse latebas.
Vltor ibi expulsæ premerent cùm viscera partus
Matris, adhuc rudibus Pæan Pythona sagittis
Explicuit, cùm regna Themis, tripodásq; teneret.
Vt vidit Pæan vastos telluris hiatus
Diuinam spirare fidem, ventósq; loquaces
Exhalare solum: sacris se condidit antris,
Incubuitq; a dyto, vates ibi factus, Apollo.
Quis latet heic Superum? quod numen ab æthere pressum
Dignatur cæcas inclusum habitare cauernas?
Quis terram cæli patitur Deus, omnia cursus

Æterni

Æterni secreta tenens, mundiq; futuri
Conscius, ac populis sese proferre paratus,
Contactúsque ferens hominum, magnusq;, potensque.
Siue canit fatum, seu quod iubet ille canendo,
Fit fatum? forsan terris inserta regendis,
Aëre libratum vacuo quæ sustinet orbem,
Totius pars magna Iouis, Cyrrhæa per antra
Exit, & atherio trahitur connexa Tonanti.
Hoc vbi virgineo conceptum est pectore Numen,
Humanam feriens animam sonat, oraq; vatis
Soluit. ceu Siculus flamis vrgentibus Ætnam
Vndat apex. Campana fremens ceu saxa vaporat
Conditus Inarimes æterna mole Typhoëus.
Hoc tamen expositum cunctis, nulliq; negatum
Numen, ab humani solùm se labe furoris
Vindicat. haud illic tacito mala vota susurro
Concipiunt. nam fixa canens, mutandaq; nulli
Mortales optare vetat: iustisq; benignus
Sæpe dedit sedem totas mutantibus vrbeis,
Vt Tyriis dedit ille minas impellere belli,
Vt Salaminiacum meminit mare. sustulit iras
Telluris sterilis, monstrato fine: resoluit
Æra tabificum. non vllo secula dono
Nostra carent maiore Deũ, quàm Delphica sedes
Quòd siluit, postquàm Reges timuere futura,
Et superos vetuêre loqui. nec voce negata
Cyrrhæa mærent vates, templiq; fruuntur
Iustitio. nam si qua Deus sub pectora venit:
Numinis aut pœna est mors immatura recepti,
Aut pretium: quippe stimulo fluctuq; furoris
Compages humana labat, pulsusq; Deorum
Concutiunt fragileis animas. sic tempore longo
Immotos tripodas, vastæq; silentia rupis
Appius Hesperij scrutator ad vltima fati
Sollicitat, iussus sedes laxare verendas
Antistes, pauidamq; Deis immittere vatem:
Castalios circum latices, nemorumq; recessus
Phœmonoën errore vagam, curisq; vacantem
Corripuit, cogitq; fores irrumpere templi.
Limine terrifico metuens consistere Phœbas,
Absterrere Ducem noscendi ardore futura
Cassa fraude parat. quid spes, ait, improba veri
Te Romane trahit? muto Parnassus hiatu
Conticuit, pressitq; Deum: seu spiritus istas
Destituit fauces, mundiq; in deuia versum
Duxit iter: seu Barbarica cùm lampade Python
Arsit, in immensas cineres abiêre cauernas,
Et Phœbi tenuêre viam. seu sponte Deorum
Cyrrha silet, fatiq; sat est arcana futuri
Carmine longæua vobis commissa Sibyllæ:
Seu Pæan solitus templis arcêre nocenteis,
Ora quibus soluat nostro non inuenit æuo.
Virginei patuêre doli. fecitq;, negatis
Numinibus, metus ipse fidem. tum torta priores
Stringit vitta comas, crineisq; in terga solutos
Candida Phocaïca complectitur insula lauro.
Hærentẽ, dubiamq; premens in templa sacerdos
Impulit: illa pauens adyti penetrale remoti
Fatidicum, prima templorum in parte resistit,
Atque Deum simulans, sub pectore ficta quieto
Verba refert, nullo confusæ murmure vocis
Instinctam sacro mentem testata furore,
Haud æquè læsura Ducem, cui falsa canebat,
Quàm tripodas, Phœbiq; fidem. non rupta trementi
Verba sono, nec vox antri complêre capacis
Sufficiens spatium, nulloq; horrore comarum
Excussa laurus, immotaq; culmina templi,
Securumq; nemus, veritam se credere Phœbo
Prodiderant. sentit tripodas cessare, furensq;
Appius, & nobis meritas dabis impia pœnas,
Et Superis quos fingis, ait, nisi mergeris antris,
Deq; orbis trepidi tanto consulta tumultu
Desinis ipsa loqui. tandem conterrita virgo
Confugit ad tripodas: vastisq; adducta cauernis
Hæsit, & insueto concepit pectore Numen,
Quod non exhaustæ per tot iam secula rupis
Spiritus ingessit vati: tandemq; potitus
Pectore Cyrrhæo, non vnquam plenior artus
Phœbados irrupit Pæan, mentemq; priorem
Expulit, atque hominem toto sibi cedere iussit
Pectore. bacchatur demens aliena per antrum
Colla ferens, vittasq; Dei, Phœbeaq; serta
Erectis discussa comis, per inania templi
Ancipiti ceruice rotat. spargitq; vaganti
Obstantes tripodas, magnoq; exæstuat igne,
Iratum te Phœbe ferens: nec verbere solo
Veteris: & stimulos, flamasq; in viscera mergis.
Accipit & frenos: nec tantum prodere vati,
Quantum scire, licet. venit ætas omnis in vnam
Congeriem, miserumq; premũt tot secula pectus.
Tanta patet rerum series, atque omne futurum
Mittitur in lucem, vocemq; petentia fata
Luctantur: non prima dies, non vltima mundi,
Non modus Oceani: numerus non deerat arenæ.
Talis in Euboico vates Cumana recessu,
Indignata suum multis seruire furorem
Gentibus, ex tanta fatorum strage superba
Excerpsit Romana manu: sic plena laborat
Phœmone Phœbo, dum te consultor operti
Castalia tellure Dei vix inuenit, Appi,
Inter fata diu quærens tam magna latentem.
Spumea tunc primùm rabies vesana per ora
Effluit, & gemitus, & anhelo clara meatu
Murmura: tũc mæstus vastis vlulatus in antris,
Extremæq; sonant domita iam virgine voces.
Effugis ingenteis, tanti discriminis expers,
Bellorum, Romane, minas, solusq; quietem
Euboici vasta lateris conualle tenebis.
Cætera supressit, faucesq; obstruxit Apollo.
Custodes tripodes fatorum, arcanaq; mundi,
Tuq; potens veri Pæan, nullumq; futuri
A Superis celate diem, suprema ruentis
Imperij, casosq; Duces, & funera Regum,
Et tot in Hesperio collapsas sanguine genteis
Cur aperire times? an non dum Numina tantum
Decreuêre nefas, & adhuc dubitantibus astris
Pompeij damnare caput tot fata tenentur?
Vindicis an gladij facinus, pœnasq; furorum,

Regnaq; ad vltores iterum redeuntia Brutos,
Vt peragat Fortuna,taces?tunc pectore vatis
Impacta cessêre fores,exclusaq; templis
Prosiluit.perstat rabies,nec cuncta locuta est.
Quem non emisit,superest Deus.illa feroces
Torquet adhuc oculos,totoq; vagantia cælo
Lumina.nunc vultu pauido,nunc torua minaci.
Stat nunquam facies:rubor igneus inficit ora,
Liuenteisq; genas:nec,qui solet esse timenti,
Terribilis,sed pallor inest,nec fessa quiescunt
Corda,sed vt tumidus Boreæ post flamina Pōtus
Rauca gemit,sic multa leuant suspiria vatem.
Dumq; à luce sacra,quà vidit fata,refertur
Ad vulgare iubar,mediæ venêre tenebræ.
Immisit Stygiam Pæan in viscera Lethen,
Quæ raperet secreta Deūm.tum pectore verum
Fugit,& ad Phœbi tripodas redière futura:
Vixq; resecta cadit.nec te vicinia lethi
Territat ambiguis frustratum sortibus Appi:
Iure sed incerto mundi sub sidere regnum
Chalcidos Euboïcæ vana sperapte parabas.
Heu demens,nullum belli sentire fragorem,
Tot mundi caruisse malis,præstare Deorum
Excepta quis morte potest! secreta tenebis
Litoris Euboici memorando condite busto,
Quà maris angustat fauces saxosa Carystos,
Et tumidus infesta colit quà Numina Rhānus,
Arctatus rapido feruet qua gurgite Pontus,
Eripusq; trahit,cursum mutantibus vndis,
Chalcidicas puppes ad iniquā classibus Aulim.
Interea domitis Cæsar remeabat Iberis,
Victrices aquilas alium laturus in orbem:
Cùm prope fatorum tantos per prospera cursus
Auertêre Dei.nullo nam Marte subactus
Intra castrorum timuit tentoria Ductor
Perdere successus scelerum,eùm pæne fideles
Per tot bella manus satiatæ sanguine tandem
Destituêre Ducem:seu mæsto classica paullum
Intermissa sono,claususq;,& frigidus ensis
Expulerat belli Furias:seu præmia miles
Dum maiora petit,damnat causſamq; Ducemq;,
Et scelere imbutos etiam nunc vindicat enseis.
Haud magis expertus discrimine Cæsar in vllo est,
Quàm non è stabili,tremulo sed culmine cuncta
Despiceret,staretq; super turbantia fultus.
Tot raptus truncus manibus,gladioq; relictus
Pæne suo:qui tot genteis in bella trahebat,
Scit non esse Ducis,strictos sed militis enseis.
Non pauidū iam murmur erat,nec pectore tecto
Ira latens: nam quæ dubias constringere mentes
Causſa solet, dum quisque pauet, quibus ipse timori est,
Séque putat solum regnorum iniusta grauari.
Haud retinet.quippe ipsa mēt⁹ exsoluerat audax
Turba suos.quidquid multis peccatur,inultū est.
Effudere minas.liceat discedere Cæsar
A rabie scelerum.quaris terraq;,mariq;
His ferrum iugulis,animasq; effundere vileis
Quolibet hoste paras:partem tibi Gallia nostri
Eripuit,partem duris Hispania bellis.
Pars iacet Hesperia,totoq; exercitus orbe
Te vincente perit.terris fudisse cruorem
Quid iuuat Arctois,Rhodano, Rhenoq; subactis?
Tot mihi pro bellis bellum ciuile dedisti.
Cepimus expulso patriæ cum tecta Senatu,
Quos hominum,vel quos licuit spoliare Deorum?
Imus in omne nefas,manibus ferroq; nocentes,
Paupertate pij finis quis quæritur armis?
Quid satis est,si Roma parū? iam respice canos,
Inualidasq; manus,& inaneis cerne lacertos.
Vsus abit vitæ:belli consumsimus æuum.
Ad mortem dimitte senes.en improba vota:
Non duro liceat morientia cespite membra
Ponere,non anima galeam fugiente ferire,
Atq; oculos morti clausuram quærere dextram,
Coniugis illabi lacrymis,vniq; paratum
Scire rogum.liceat morbis finire senectam.
Sit præter gladios aliquod sub Cæsare fatum.
Quid, velut ignaros,ad quæ portenta paremur,
Spe trahis?vsque adeò soli ciuilibus armis
Nescimus cuius sceleris sit maxima merces?
Nil actum est bellis.si nondum comperit istas
Omnia posse manus,nec fas,nec vincula iuris
Hoc audere vetant.Rheni mihi Cæsar in vndis
Dux erat,hic socius.facinus quos inquinat,æquat.
Adde,quòd ingrato meritorum iudice virtus
Nostra perit.quidquid gerimus Fortuna vocatur.
Nos fatum sciet esse suum.licet omne Deorum
Obsequium speres,irato milite, Cæsar,
Pax erit. hæc fatus,totis discurrere castris
Cœperat,infestoq; Ducem deposcere vultu.
Sic eat,ô Superi, quando pietasq; fidesq;
Destituunt,moresq; malos sperare relictum est.
Finem ciuili faciat discordia bello.
Quem non ille Ducem potuit terrere tumultus!
Fata sed in præceps solitus dimittere Cæsar,
Fortunamq; suam per summa pericula gaudens
Exercere,venit:nec,dum desæuiet ira,
Exspectat:medios properat tentare furores.
Non illis vrbeis spoliandaq; templa negasset,
Tarpeiamq; Iouis sedem,matresq; Senatus,
Passurasq; infanda nurus.vult omnia Cæsar
A se sæua peti,vult præmia Martis amari:
Militis indomiti tantùm mens sana timetur.
Non pudet heu Cæsar,soli tibi bella placere
Iam manibus damnata tuis?hos antè pigebit
Sanguinis?his ferri graue ius erit?ipse per omne
Fasq; nefasq; rues?lassare,& disce sine armis
Posse pati:liceat scelerum tibi ponere finem.
Sæue quid insequeris? quid iam nolētibus instas?
Bellum te ciuile fugit:stetit aggere fulti
Cespitis intrepidus vultu,meruitq; timeri
Non metuens:atque hæc ira dictante profatur.
Qui modò in absentem vultu dextraq; furebas
Miles,habes nudā,promptumq; ad vulnera pectus.
Hinc fuge,si belli finis placet,ense relicto.
Detegit imbelles animos nil fortiter ausa
Seditio,tantumq; fugam meditata iuuentus,

Ac

Ac Ducis inuicti rebus lassata secundis.
Vadite, meq; meis ad bella relinquite fatis:
Inuenient hæc arma manus, vobisq; repulsis
Tot reddet Fortuna viros, quot tela vacabunt.
Anne fugam Magni tanta cùm classe sequuntur
Hesperiæ gentes, nobis victoria turbam
Non dabit? impulsi tantùm quæ præmia belli
Auferat, & vestri rapta mercede laboris
Lauriferos nullo comitetur vulnere currus?
Vos despecta senes, exhaustaq; sanguine turba
Cernetis nostros iam plebs Romana triumphos.
Cæsaris an cursus vestræ sentire putatis
Damnum posse fugæ? veluti si cuncta minentur
Flumina quos miscent pelago, subducere fonteis,
Non magis ablatis vnquam descenderet æquor,
Quàm nũc crescit, aquis. an vos momẽta putatis
Vlla dedisse mihi? numquam sic cura Deorum
Se premit, vt vestræ morti, vestræque saluti
Fata vacent. proterũ motus hæc cuncta sequũtur.
Humanum paucis viuit genus. orbis Iberi
Horror, & Arctoi nostro sub nomine miles
Pompeio certè fugeres duce. fortis in armis
Cæsareis Labienus erat: nunc transfuga vilis
Cum duce prælato terras, atq; æquora lustrat.
Nec melior mihi vestra fides, si bella nec hostes,
Nec duce me geritis. quisquis mea signa relinquit,
Nec Pompeianis tradit sua partibus arma,
Hic numquam vult esse meus. sunt ista profectò
Cura castra Deis: qui me committere tantis,
Non nisi mutato voluerunt milite, bellis.
Heu, quantum Fortuna humeris iam põdere fessis
Amolitur onus: sperantes omnia dextras
Exarmare datur, quibus hic non sufficit orbis.
Iam certè mihi bella geram: discedite castris:
Tradite nostra viris ignaui signa Quirites.
At paucos quibus hæc rabies auctoribus arsit,
Non Cæsar, sed pœna, tenet. procumbite terræ:
Insidumq; caput feriendaq; tendite colla.
Et tu quo solo stabunt iam robore castra
Tiro rudis, specta pœnas, & disce ferire:
Disce mori. tremuit sæua sub voce minantis
Vulgus iners. vnumq; caput tam magna iuuẽtus
Priuatum factura timet, velut ensibus ipsis
Imperet inuito moturus milite ferrum.
Ipse pauet, ne tela sibi dextræq; negentur
Ad scelus hoc, Cæsar. vicit patientia sæui
Spẽ Ducis, & iugulos, non tantùm præstitit enseis.
Nil magis, assuetas sceleri quàm perdere menteis,
Atque perire, timet tam diri fœderis ictu
Parta quies. pœnaq; redit placata iuuentus.
Brundisiũ decimis iubet hanc attingere castris,
Et cunctas reuocare rates: quas auius Hydrus,
Antiquusq; Taras, secretaq; litora Leucæ,
Quas recipit Salapina palus & subdita Sipus
Montibus: Ausoniam quà torquens frugifer orã,
Dalmatico Borea, Calabroq; obnoxius Austro
Apulus Adriacas exit Garganus in vndas.
Ipse petit trepidam tutus sine milite Romam
Iam doctam seruire togæ populoq; precanti
Scilicet indulgens, summum Dictator honorem
Contigit, & lætos fecit se Consule fastos.
Namq; omneis voces per quas iam tempore tãto
Mentimur dominis, hæc primùm repperit ætas,
Qua sibi ne ferri ius vllum Cæsar abesset,
Ausonias voluit gladijs misceare secureis.
Addidit & fasceis aquilis, & nomen inane
Imperij rapiens, signauit tempora digna
Mæsta nota. nam quo melius Pharsalicus annus
Consule notus erit? fingit sollennia campus,
Et non admissæ dirimit suffragia plebis,
Decantatq; tribus, & vana versat in vrnâ.
Nec cælum seruare licet: tonat augure surdo,
Et læta iurantur aues bubone sinistro.
Inde perit primùm quondam veneranda potestas
Iuris inops. careat tantùm ne nomine tempus,
Menstruus in fastos distinguit sæcula Consul.
Nec non Iliacæ Numen quod præsidet Albæ
Haud meritum Latio sollennia sacra subacto
Vidit flamifera confectas nocte Latinas.
Inde rapit cursus & quæ piger Apulus aruæ
Deseruit rastris, & inerti tradidit herbæ.
Ocyor, & cæli flamis, & tigride feta
Transcurrit, curuisq; tenens Minoïa tecta
Brundisi, clausas ventis brumalibus vndas
Inuenit, & pauidas hiberno sidere classeis.
Turpe duci visum est rapiendi tempora belli
In segnes hæsisse moras, portuq; teneri,
Dum pateat tutum vel non felicibus æquor.
Experteis animos pelagi sic robore complet:
Fortius hiberni flatus, cælumq; fretumq;
Cùm cepêre, tenent, quàm quos incumbere certos
Perfida nubiferi vetat inconstantia veris.
Nec maris anfractus lustrandaq; litora nobis,
Sed recti fluctus, soloq; Aquilone secandi.
Hic vtinam summi curuet carchesia mali,
Incumbatq; furens, & Graia ad mœnia perflet,
Ne Pompeiani Phæacum è litore toto
Languida iactatis comprendant carbasa remis.
Rumpite, quæ retinent felices vincula proras:
Iam dudum nubes & sæuas perdimus vndas.
Sidera prima poli Phœbo labente sub vndas
Exierant, & Luna suas iam fecerat vmbras:
Cùm pariter soluêre rates, totosq; rudentes
Laxauêre sinus: & flexo nauita cornu
Obliquat læuo pede carbasa, summaq; pandens
Suppara, velorum perituras colligit auras,
Vt primùm leuior propellere lintea ventus
Incipit, exiguumq; tument: mox reddita mâlo
In mediam cecidere ratem: terraq; relicta
Non valet ipsa sequi puppes, quæ vexerat, aura.
Aequora lenta iacent, alto torpore ligata:
Pigriùs immotis hæsere paludibus vndæ.
Sic stat iners Scythicas adstringens Bosphorus vndas,
Cùm glacie retinente fretum non impulit Ister.
Immẽsumq; gelu tegitur mare. comprimit vnda,
Deprendit quascumque rates: nec peruia velis
Aequora frangit eques, fluctuq; latente sonantem
Orbita migrantis scindit Mœotida Bessi.
Sæua quies pelagi, mæstoq; ignaua profundo

Stagna iacentis aquæ; veluti deserta rigente
Aequora natura cessant, Pontusq; vetustas
Oblitus seruare vices non commeat æstu,
Non horrore tremit, non Solis imagine vibrat.
Casibus innumeris fixæ patuere carinæ.
Illinc infectæ classes, & inertia tonsis
Aequora moturæ: grauis hinc languore profundi
Obsessis ventura fames, noua vota timori
Sunt inuenta nouo. fluctus, nimiasque precari
Ventorum vires, dum se torpentibus vnda
Excutiat stagnis; & sit mare. nubila nusquam
Vndarumq; minæ: cælo languente, fretoq;
Naufragij spes omnis abit. sed nocte fugata
Læsum nube diem iubar extulit, imaq; sensim
Concussit pelagi, mouitq; Ceraunia nautis.
Inde rapi cœpêre rates, atq; æquora classem
Curua sequi: quæ iam vento, fluctuq; secundo
Lapsa Palæstinas vncis confixit arenas.
Prima Duces vidit iunctis consistere castris
Tellus: quam volucer Genusus, quã mollior Apsus
Circumeunt ripis. Apso gestare carinas
Causса palus, leni quam fallens egerit vnda.
At Genusum nunc Sole niues, nunc imbre solutæ
Præcipitant. neuter longo se gurgite lassat:
Sed minimum terræ vicino litore nouit.
Hoc Fortuna loco tantæ duo nomina famæ
Composuit, miseriq; fuit spes irrita mundi,
Posse duces parua campi statione diremtos
Admotum damnare nefas. nam cernere vultus,
Et voces audire datur, multosq; per annos
Dilectus tibi, Magne, socer, post pignora tanta
Sanguinis infausti sobolem, mortemq; nepotis,
Te nisi Niliaca propius non vidit arena.
Cæsaris attonitam miscenda ad prœlia mentẽ
Ferre moras scelerum partes iussere relictæ.
Ductor erat cunctis audax Antonius armis,
Iam tunc ciuili meditatus Leucada bello.
Illum sæpe minis Cæsar, precibusq; morantem
Euocat, ô mundi tantorum causса malorum.
Quid Superos, & fata tenes? sunt cetera cursu
Acta meo; summam rapti per prospera belli
Te poscit Fortuna manum. num rupta vadosis
Syrtibus incerto Libyæ nos diuidit æstu?
Nãquid inexperto tua credimus arma profundo,
Inque nouos traheris casus? ignaue, venire
Te Cæsar, non ire, iubet. prior ipse per hostis
Percussi medias alieni iuris arenas.
Tu mea castra times? pereuntia tempora fati
Conqueror: in ventos impendo vota fretumque:
Ne retine dubium cupientis ire per æquor.
Si bene nota mihi est, ad Cæsaris arma iuuentus
Naufragio venisse volet. iam voce doloris
Vtendum est: non ex æquo diuisimus orbem.
Epeirum Cæsarq; tenet, totusq; Senatus:
Ausonium tu solus habes. his terq; quaterq;
Vocibus excitum postquàm cessare videbat,
Dum se deesse Deis, at non sibi Numina, credit:
Sponte per incertas audet tentare tenebras,
Quod iussi timuere fretum. temeraria prono
Expertus cessisse Deo. fluctusq; verendos
Classibus, exigua sperat superare carina.
Soluerat armorum fessas nox languida curas
Parua quies miseris: in quorum pectora somno
Dat vires fortuna minor. iam castra silebant:
Tertia iam vigiles commouerat hora secundos.
Cæsar sollicito per vasta silentia gressu
Vix famulis audenda parat, cunctisq; relictis,
Sola placet Fortuna comes. tentoria postquàm
Egressus vigilum, somno cedentia membra
Transiluit, quæstus taciturnè quòd fallere posset,
Litora curua legit, primisq; inuênit in vndis
Rupibus exesis hærentem fune carinam.
Rectorem, dominumq; ratis secura tenebat
Haud procul inde domus, non vllo robore fulta,
Sed sterili iunco, cannaq; intexta palustri,
Et latus inuersa nudum munita faselo.
Hæc Cæsar bis, terq; manu quassantia tectum
Limina commouit, molli consurgit Amyclas,
Quem dabat alga toro. quisnam mea naufragus, inquit,
Tecta petit? aut quem nostræ Fortuna coëgit
Auxilium sperare casæ? sic fatus, ab alto
Aggere, iam tepidæ sublato fune fauillæ,
Scintillam tenuem commotos pauit in ignes,
Securus belli: prædam ciuilibus armis
Scit non esse casam. ô vitæ tuta facultas
Pauperis, angustiq; Lares! ô munera nondum
Intellecta Deum! quibus hoc contingere templis,
Aut potuit muris, nullo trepidare tumultu
Cæsarea pulsante manu? tum poste recluso,
Dux ait: exspecta votis maiora modestis,
Spesq; tuas laxa iuuenis. si iussa secutus
Me vehis Hesperiam, non vltra cuncta carinæ
Debebis, manibusq; inopem duxisse senectam.
Ne cessa præbere Deo tua fata, volenti
Angustos opibus subitis implere Penateis.
Sic fatur: quamquàm plebeio tectus amictu,
Indocilis priuata loqui. tum pauper Amyclas.
Multa quidem prohibent, nocturno credere Pŏto.
Nam Sol non rutilas deduxit in æquora nubes,
Concordesq; tulit radios. Noton altera Phœbi,
Altera pars Boream diducta luce vocabat.
Orbe quoq; exhaustus medio, lãguensq; recessit,
Spectanteis oculos infirmo lumine passus.
Lunaq; non gracili surrexit lucida cornu,
Haud orbis medij puros exesa recessus:
Nec duxit recto tenuata cacumina cornu,
Ventorumq; nota rubuit: tum lurida pallens
Ora tulit vultu sub nubem tristis ituro.
Sed mihi nec motus nemorum, nec litoris ictus,
Nec placet incertus, qui quocat æquora, Delphin:
Aut siccum, quod mergus amat, quodq; ausa volare
Ardea sublimis pennæ confisa natanti,
Quodq; caput spargẽs vndis, velut occupet imbrẽ,
Instabili gressu metitur litora cornix.
Sed si magnarum poscunt discrimina rerum,
Haud dubitem præbere manus. vel litora tangam
Iussa, vel hoc potius pelagus flatusq; negabunt.
Hæc fatus, soluensq; ratem, dat carbasa ventis,

Adi

Ad quorum motus non ſolum lapſa per altum
Aëra diſperſos traxère cadentia ſulcos
Sidera: ſed ſummis etiam quæ fixa tenentur
Aſtra polis, ſunt viſa quati. niger inſicit horror
Terga maris: longo per multa volumina tractu
Æſtus vnda minax, flatuſq; incerta futuri:
Turbida teſtantur conceptos æquora ventos.
Tunc rector trepida fatur ratis. adſpice ſæuum
Quanta paret pelagus: Zephyrúſne intendat, an Eurus
Incertum eſt: puppim dubius ferit vndiq; Pontus:
Nubibus, & cælo Notus eſt. ſi murmura Ponti
Conſulimus, venient Cori in mare: gurgite tanto
Nec ratis Heſperias tanget, nec naufragus oras.
Deſperare viam, & vetitos conuertere curſus
Sola ſalus. liceat vexata litora puppe
Prendere, ne longè nimium ſit proxima tellus,
Fiſus cuncta ſibi ceſſura pericula Cæſar,
Sperne minas, inquit, pelagi, ventoq; furenti
Trade ſinum. Italiam ſi cælo auctore recuſas,
Me pete. ſola tibi cauſſa hæc eſt iuſta timoris,
Vectorẽ non noſſe tuum: quẽ Numina numquam
Deſtituunt, de quo male tunc Fortuna meretur,
Cùm poſt vota venit. medias perrumpe procellas
Tutela ſecure mea. cæli iſte, fretiq;
Non puppis noſtræ labor eſt: hanc Cæſare preſſam
A fluctu defendet onus. nec longa furori
Ventorum ſæuo dabitur mora: proderit vndis
Iſta ratis. nec flecte manus: fuge proxima velis
Litora: tum Calabro portu te crede potitum,
Cùm iam non poterit puppi, noſtræq; ſaluti
Altera terra dari. quid tanta ſtrage paretur
Ignoras? quærit pelagi, cæliq; tumultu
Quid præſtet Fortuna mihi. non plura locuto
Auulſit laceros percuſſa puppe rudenteis
Turbo rapax, fragilemq; ſuper volitantia malum
Vela tulit: ſonuit, victis compagibus, almus.
Inde ruunt toto concita pericula mundo.
Primus ab Oceano caput exſeris Atlantæo,
Core, mouens æſtus: iam te tollente furebat
Pontus, & in ſcopulos totas erexerat vndas,
Occurrit gelidus Boreas, pelaguſq; retundit,
Et dubium pendet, vento cui pareat, æquor.
Sed Scythici vicit rabies Aquilonis, & vndas
Torſit, & abſtruſas penitus vada fecit arenas.
Nec perfert Pontum Boreas ad ſaxa, ſuumq;
In fluctus Cori frangit mare, motaq; poſſunt
Æquora ſubductis etiam concurrere ventis.
Non Euri ceſſaſſe minas, non imbribus atrum
Æolÿ iacuiſſe Notum ſub carcere ſaxi
Crediderim cunctos ſolita de parte ruenteis
Defendiſſe ſuas violento turbine terras:
Sic pelagus manſiſſe loco. nam parua procellis
Æquora rapta ferunt: Ægæas tranſit in vndas
Tyrrhenum: ſonat Ionio vagus Hadria Ponto.
Ah, quoties fruſtra pulſatos æquore montes
Obruit illa dies! quàm celſa cacumina peſſum
Tellus victa dedit! non vllo litore ſurgunt.
Tam validi fluctus, alioq; ex orbe volutt
A magno venère mari: mundumq; coërcens
Monſtriferos agit vnda ſinus. ſic rector Olympi
Cuſpide fraterna laſſatum in ſæcula fulmen
Adiuuit, regnoq; acceſſit terra ſecundo,
Cùm mare conuoluit genteis, cùm litora Tethys
Noluit vlla pati, cælo contenta teneri.
Tunc quoq; tanta maris moles creuiſſet in aſtra,
Ni Superûm Rector preſſiſſet nubibus vndas.
Non cæli nox illa fuit: latet obſitus aër
Inferna pallore domus, nimbiſq; grauatus
Deprimitur, fluctuſq; in nubibus accipit imbrẽ.
Lux etiam metuenda perit, nec fulgura currunt
Clara: ſed obſcurùm nimboſus diſſilit aër.
Tũc Superûm conuexa tremũt: atq; arduus axis,
Inſonuit: motaq; poli compage laborant.
Extimuit Naturæ Chaos: rupiſſe videntur
Concordes elementa moras, rurſuſq; redire
Nox Manciis miſtura Deis. ſpes vna ſalutis,
Quòd tanta mundi nondum periere ruina.
Quantum Leucadio placidus de vertice Pontus
Deſpicitur: tantùm nautæ videre trementes
Fluctibus è ſummis præceps mare: tumq; tumẽtes
Rurſus hiant vndæ, vix eminet æquore malus.
Nubila tanguntur velis, & terra carina.
Nam pelagus, qua parte ſedet, non celat arenam
Exhauſtum in cumulos, omniſq; in fluctibus vnda eſt.
Artis opem vicêre metus: neſcitq; magiſter
Quam frangat, cui cedat aqua. diſcordia Ponti
Succurrit miſeris, fluctuſq; euertere puppim
Non valet: in fluctus victum latus vnda repellẽs.
Erigit, atq; omni ſurgit ratis ardua vento.
Non humilem Saſona vadis, non litora curuæ
Theſſaliæ ſaxoſa pauent, oræq; malignos
Ambraciæ portus: ſcopuloſa Ceraunia nautæ
Summa timent. credit iam digna pericula Cæſar
Fatis eſſe ſuis. tantúſne euertere, dixit,
Me ſuperis labor eſt: parua quem puppe ſedentem
Tam magno petiere mari? ſi gloria lethi
Eſt pelago donata mei, belliſq; negamur:
Intrepidus, quamcumque datis mihi Numina, mortem
Accipiam: licet ingenteis abrũperit actus
Feſtinata dies fatis. ſat magna peregi.
Arctoas domui genteis: inimica ſubegi
Arma metu: vidit Magnum mihi Roma ſecundum
Iuſſa plebe tuli faſceis per bella negatos.
Nulla meis aberit titulis Romana poteſtas.
Neſciet hoc quiſquam, niſi tu, quæ ſola meorum
Conſcia votorum es, me, quamuis plenus honorũ,
Et Dictator eam Stygias, & Conſul ad Vmbras,
Priuatum, Fortuna, mori. mihi funere nullo
Eſt opus, ô Superi: lacerum retinete cadauer
Fluctibus in mediis. deſint mihi buſta, roguſq;,
Dum metuar ſemper, terræq; exſpecter ab omni.
Hæc fatum decimus, dictu mirabile, fluctus
Inualidæ cum puppe leuat. nec rurſus ab alto
Aggere deiecit pelagi: ſed pertulit vnda,
Scrupoſiſq; anguſta vacant vbi litora ſaxis,
Impoſuit terræ. pariter tot regna, tot vrbeis,

Fortunamq; suam tacta tellure recepit.
Sed non tam remeans Cæsar iam luce propinqua,
Quàm tacita sua castra fuga, comitesq; fefellit.
Circumfusa Duci fleuit, gemituq; suorum,
Et non ingratis incessit turba querelis.
Quò te dure tulit virtus temeraria Cæsar?
Aut quæ nos vileis animas in fata relinquens,
Inuitis spargenda dabas tua membra procellis?
Cùm tot in hac anima populorum vita, salusq;
Pendeat, & tantus caput hoc sibi fecerit orbis.
Sæuitia est voluisse mori, nullúsne tuorum
Emeruit comitum satis non posse superstes
Esse tuis? cùm te raperet mare, corpora segnis
Nostra sopor tenuit. pudet heu. tibi caussa petēdæ
Hæc fuit Hesperiæ? visum est committere quemquam
Tam sæuo crudele mari. sors vltima rerum
In dubios casus, & prona pericula mortis
Præcipitare solet: mundi iam summa tenentem
Permisisse mari? tantùm quid Numina lassas?
Sufficit ad fatum belli fauor iste, laborq;
Fortunæ, quòd te nostris impegit arenis.
Hinc vsus placuere Deùm, non rector vt orbis,
Nec dominus rerum, sed felix naufragus esses?
Talia iactantes, discussa nocte, serenus
Oppressit cum Sole dies, fessumq; tumenteis
Composuit pelagus, ventis patientibus, vndas.
Nec non Hesperij lassatum fluctibus æquor
Vt vidêre Duces, purumq; insurgere cælo
Fracturum pelagus Boreas: soluêre carinas,
Quas ventus, doctæq; pari moderamine dextræ
Permistas habuêre diu: latumq; per æquor,
Vt terrestre, coit, consertis puppibus, agmen.
Sed nox sæua modum venti, veliq; tenorem
Eripuit nautis, excussitq; ordine puppes.
Strymona sic gelidum, bruma pellente, relinquūt
Potura te, Nile, grues, primoq; volatu
Effingunt varias, casu monstrante, figuras.
Mox vbi percussit tensas Notus altior alas:
Confusos temere immistæ glomerantur in orbeis,
Et turbata perit dispersis littera pennis.
Cùm primùm redeunte die violentior aër
Puppibus incubuit, Phœbeo concitus ortu:
Prætereunt frustra tentati litora Lissi,
Nymphæumq; tenēt, nudas Aquilonibus vndas,
Succedens Boreæ iam portum fecerat Auster.
Vndiq; collatis in robur Cæsaris armis,
Summa videns duri Magnus discrimina Martis
Iam castris instare suis. seponere tutum
Coniugij decreuit onus, Lesboq; remota
Te procul à sæui strepitu, Cornelia, belli
Occultare. heu, quantū mēteis dominatur in æquas
Iusta Venus! dubium, trepidumq; ad prœlia, Magne,
Te quoq; fecit amor: quòd nolles stare sub ictu
Fortunæ, quo mundus erat, Romanaq; fata,
Coniux sola fuit: mentem iam verba paratam
Destituunt, blandæq; iuuat ventura trahentem
Indulgere morę, & tempus subducere fatis.
Nocte sub extrema, pulso torpore quietis,
Dum fouet amplexu grauidum Cornelia curis
Pectus, & auersi petit oscula grata mariti:
Humenteis mirata genas, percussaq; cæco
Vulnere, non audet flentem deprendere Magnum.
Ille gemens, non nunc vita mihi dulcior, inquit,
Cùm tædet vitæ: læto sed tempore, coniux,
Venit mæsta dies, & quam nimiumq;, parumq;
Distulimus: iam totus adest in prœlia Cæsar.
Cedendum est bellis: quorum tibi tuta latebra
Lesbos erit. desiste preces tentare: negaui
Iam mihi: non longos à me patiere recessus.
Præcipites aderunt casus: properante ruina,
Summa cadunt: satis est audisse pericula Magni.
Meq; tuus decepit amor: ciuilia bella
Si spectare potes, nam me, iam Marte parato,
Securos cepisse pudet cum coniuge somnos,
Eq; tuo, miserum quatiunt cùm classica mundū,
Surrexisse sinu. vereor ciuilibus armis
Pompeium nullo tristem committere damno.
Tutior intereà populis, & tutior omni
Rege late, positamq; procul Fortuna maritti
Non tota te mole premat. si Numina nostras
Impulerint acies, maneat pars optima Magni,
Sitq; mihi, si fata premant, victorq; cruentus,
Quò fugisse velim. vix tantum infirma dolorem
Cepit, & attonito cesserunt pectore sensus.
Tandem vt vox mæstas potuit proferre querelas.
Nil mihi de fatis thalami, Superisq; relictum est,
Magne, queri. nostros non rumpit funus amores,
Nec diri fax summa rogi: sed fortè frequenti,
Plebeiaq; nimis careo dimissa marito.
Hostis ad aduentum rumpamus fœdera tedæ?
Placemus socerum: sic est tibi cognita, Magne,
Nostra fides? credisne aliquid mihi tutius esse,
Quàm tibi? nónne olim casu pendemus ab vno?
Fulminibus me sæue iubes, tantæq; ruinæ
Absentem præstare caput? secura videtur
Sors tibi, cùm facias etiam nunc vota perisse,
Vt nolim seruire malis: sed morte parata,
Te sequar ad Maneis. feriat dum mæsta remotas
Fama procul terras, viuam tibi nempe superstes.
Adde, quòd assuescis fatis, tantumq; dolorem
Crudelis me ferre doces. ignosce fatenti:
Posse pati, timeo. quòd si sunt vota, Deisq;
Audior, euentus rerum sciet vltima coniux.
Sollicitam rupes iam, te victore, tenebunt,
Et puppim, quæ fata ferat tam læta, timebo?
Nec soluent audita metus mihi prospera belli,
Cùm vacuis proiecta locis à Cæsare possim
Vel fugiente capi. notescent litora clari
Nominis exsilio, positaq; ibi coniuge Magni,
Quis Mityleneas poterit nescire latebras?
Hoc precor extremum si nil tibi victa relinquent
Tutius arma fuga, cùm te commiseris vndis.
Quò libet infaustam potiùs deflecte carinam:
Litoribus quærêre meis. sic fata, relictis
Exsiluit stratis amens, tormentáque nulla
Vult differre mora. non mæsti pectora Magni
Sustinet amplexu dulci, non colla tenere,
Extremúsque perit tam longi fructus amoris.

Præci-

Præcipitantq; suos luctus, neutercq; recedens
Sustinuit dixisse vale, vitamq; per omnem
Nulla fuit tam mæsta dies. nam cetera damna
Durata iam mente malis, firmaq; tulerunt.
Labitur infelix, manibusq; excepta suorum
Fertur ad æquoreas, ac se prosternit, arenas,
Litoraq; ipsa tenet, tandemq; illata carina est.
Non sic infelix patriam, portusq; reliquit
Hesperios, sæui premerent cùm Cæsaris arma.
Fida comes Magni vadit duce sola relicto,
Pompeiumq; fugit. qua nox sibi proxima venit,
Insomnis, vidua tum primùm frigida lecto,
Atq; insueta quies vni, nudumq; marito
Non hærente latus. somno quàm sæpe grauata
Deceptis vacuum manibus complexa cubile est,
Atq; oblita fugæ quæsiuit nocte maritum!
Nam, quamuis flamma tectas vrgente medullas,
Non iuuat in toto corpus iactare cubili,
Seruatur pars illa tori; caruisse timebat
Pompeio: sed non Superi tam læta parabant.
Instabat, miseræ Magnum quæ redderet, hora.

M. ANNAEI LVCANI PHARSALIÆ LIBER VI.

IOHANNIS SVLPICII VERVLANI ARGVMENTVM.

DYRRACHIVM in Sexto, dum Magnus ab hoste tuetur,
Vallatur muro in campis, & peste laborat.
Ilsurit & Cæsar, pugnáque erumpit aperta
Pompeius. Scæuæ vires, & nobile fatum,
Thessaliæque situs, mox quæ tulit illa, canuntur.
Hinc magicam Erichtho, Stygias vt consulat Vmbras,
Sextus adit. ciet illa Deos, cogítque cadauer
Tristia fata loqui, moritur quod carmine rursus.

POSTQVAM *castra Duces pugnæ iam mente propinqui*
Imposuêre iugis, admotaq; comminus arma,
Parq; suum videre Dei: capere omnia Cæsar
Mœnia Graiorum spernit, Martemq; secundum
Iam nisi de genero fatis debere recusat.
Funestam mundo votis petit omnibus horam,
In casum quæ cuncta ferat. placet alea fati
Alterutrum mersura caput. ter collibus omneis
Explicuit turmas, & signa minantia pugnam,
Testatus numquam Latiæ te deesse ruinæ.
Vt videt ad nullos exciri posse tumultus
In pugnam generum, sed clauso fidere vallo:
Signa mouet, tectusq; via dumosa per arua
Dyrrhachij præceps rapiendas tendit ab arceis.
Hoc iter æquoreo præcepit limite Magnus,
Quemq; vocat collem Taulantius incola Petrã,
Insedit castris, Ephyræaq; mœnia seruat,
Defendens tutam vel solis turribus vrbem.
Non opus hãc veterum, nec moles structa tuetur,
Humanusq; labor, facilis, licet ardua tollat,
Cedere vel bellis, vel cuncta mouentibus annis.
Sed munimen habet nullo quassabile ferro,
Naturam, sedemq; loci. nam clausa profundo
Vndique præcipiti, scopulisq; vomentibus æquor,
Exiguo debet, quod non est insula, colli.
Terribiles ratibus sustentant mœnia cautes,
Ioniumq; furens rapido cùm tollitur Austro,
Templa, domosq; quatit, spumatq; in culmina Pontus.
Huc auidam belli rapuit spes improba mentem
Cæsaris, vt vastis diffusum collibus hostem
Cingeret ignarum ducto procul aggere valli.
Metitur terras oculis: nec cespite tantùm
Contentus fragili subitos attollere muros,
Ingenteis cautes, auulsaq; saxa metallis,
Graiorumq; domos, direptaq; mœnia transfert.
Exstruitur, quod non aries impellere sæuus,
Quod non vlla queat violenti machina belli.
Franguntur montes, planumq; per ardua Cæsar
Ducit opus: pandit fossas, turritaq; summis
Disponit castella iugis, magnoq; recessu
Amplexus fines, saltus, nemorosaq; tesqua,
Et siluas, vastaq; feras indagine claudit.
Non desunt campi, non desunt pabula Magno,
Castraq; Cæsareo circumdatus aggere mutat.
Flumina tot cursus illic exorta fatigant.
Illic mersa suos: operumq; vt summa reuisat,
Defessus Cæsar medijs intermanet agris.
Nunc vetus Iliacos attollat fabula muros
Adscribatq; Deis: fragili circumdata testa
Mœnia mirentur refugi Babylonia Parthi.
En quantum Tigris, quãtum celer ambit Orõtes,
Assyrijs quantum populis telluris Eoæ
Sufficit in regnum, subitum bellique tumultu
Raptum clausit opus: tanti perière labores.
Tot potuêre manus adiungere Sestona Abydo,
Ingestoq; solo Phryxæum elidere Pontum,
Aut Pelopis latus Ephyren abrumpere regnis,
Et ratibus longa flexus donare Malea,
Aut aliquem mundi, quamuis Natura negasset,
In melius mutare locum. coit area belli:
Heic alitur sanguis terras fluxurus in omneis,
Heic & Thessalicæ clades, Libycæque tenentur.
Æstuat angusta rabies ciuilis arena.

Prima quidem surgẽs operum structura fefellit
Pompeium, veluti media qui tutus in aruis
Sicania rapidum nescit latrare Pelorum:
Aut vaga cum Tethys, Rutupinaq; litora feruẽt,
Vnda Caledonios fallit turbata Britannos,
Vt primùm vasto septas videt aggere terras:
Ipse quoque à tota deducens agmina Petra
Diuersis spargit tumulis, vt Cæsaris arma
Laxet, & effuso claudentem milite tendat.
At tantum septi vallo sibi vindicat agri,
Parua Mycenæa quantum sacrata Dianæ
Distat ab excelsa nemoralis Aricia Roma.
Quoq; modo Romæ prælapsus mœnia Tybris
In mare descendit, si nusquam torqueat amnem.
Classica nulla sonant, iniussaq; tela vagantur:
Et sit sæpe nefas, iaculum tentante lacerto.
Maior cura Duces miscendis abstrahit armis.
Pompeium exhaustæ prebenda ad pabula terræ:
Quæ currens obtriuit equus, gradibusq; citatis
Vngula frondentem discussit cornea campum.
Belliger attonsis sonipes defessus in aruis
Aduectos cùm plena ferant præsepia culmos,
Ore nouas poscens moribundus labitur herbas
Et tremulo medios abrumpit poplite gyros.
Corpora tum soluit tabes, & digerit artus.
Traxit iners cælum fluidè contagia pestis
Obscuram in nubem. tali spiramine Nesis
Emittit Stygium nebulosis aëra saxis,
Antraq; lethiferi rabiem Typhonis anhelant.
Inde labant populi, cæloq; parator vnda
Omne pati virus durauit viscera cœno.
Iam riget atra cutis, distentaq; lumina rumpit,
Igneaq; in vultus, & sacro feruida morbo
Pestis abit, fessumq; caput se ferre recusat.
Iam magis atq; magis præceps agit omnia fatum:
Nec medij dirimunt morbi vitamq; necemque:
Sed languor cum morte venit, turbaq; cadentum
Aucta lues, dum mista iacent incondita viuis
Corpora: nam miseros vltra tentoria ciues
Spargere funus erat: tamen hos minuere labores
A tergo pelagus, pulsuq; Aquilonibus aër,
Litoraq; & plenæ peregrina messe carinæ.
At liber terræ spatiosis collibus hostis
Aere non pigro, nec inertibus angitur vndis:
Sed patitur sæuam, veluti circumdatus arcta
Obsidione, famem. nondum surgentibus altam
In segetem culmis, cernit miserabile vulgus
In pecudum cecidisse cibos, & carpere dumos,
Et morsu spoliare nemus, letumq; minanteis
Vellere ab ignotis dubias radicibus herbas:
Quæ mollire queunt flama, quæ frangere morsu,
Quæq; per abrasas vtero demittere fauces,
Plurimaq; humanis ante hæc incognita mensis
Deripiens miles saturum tamen obsidet hostem.
Vt primùm libuit ruptis euadere claustris
Pompeio, cunctasq; sibi permittere terras:
Non obscura petit latebrosa tempora noctis,
Et raptum furto soceri cessantibus armis
Dedignatur iter: latis exire ruinis
Querit, & impulso turreis confringere vallo,
Perq; omneis gladios, & quà via cæde paranda est.
Opportuna tamen valli pars visa propinqui:
Quam Minuci castella vocant, & confraga dẽsis
Arboribus dumeta tegunt. huc puluere nullo
Proditus agmen agit, subitusq; ad mœnia venit.
Tot simul è campis Latiæ fulsere volucres:
Tot cecinere tubæ. ne quid victoria ferro
Deberet, pauor attonitos confecerat hosteis.
Quod solum valuit virtus, iacuere perempti,
Debuerant quo stare loco. qui vulnera ferrent
Iam deerant, nimbusq; ferens tot tela peribat.
Tum piceos voluunt immissæ lampadis igneis:
Tum quassæ nutant turres, lapsumq; minantur,
Roboris impacti crebros gemit agger ad ictus.
Iam Pompeianæ celsi super ardua valli
Exierant Aquilæ: iam mundi iura patebant.
Quem non mille simul turmis, nec Cæsare toto
Auferret Fortuna locum, victoribus vnus
Eripuit, retuitq; capi, seq; arma tenente,
Ac nondum strato, Magnum vicisse negauit.
Scæua viro nomen: castrorum in plebe merebat
Ante feras Rhodani genteis: ibi sanguine multo
Promotus Latiam Longo gerit ordine vitem:
Pronus ad omne nefas, & qui nesciret, in armis
Quàm magnum virtus crimen ciuilibus esset.
Hic vbi quærenteis socios iam Marte relicto
Tuta fuga cernit: quò nos pauor, inquit, abegit
Impius, & cunctis ignotus Cæsaris armis?
O famuli turpes, seruum pecus, absque cruore
Terga datis morti: cumulo vos deesse virorum
Non pudet, & bustis, interq; cadauera quæri?
Non ira saltem iuuenes, pietate remota,
Stabitis tè cunctis, per quos erumperet hostis,
Nos sumus electi. non paruo sanguine Magni
Ista dies ierit. peterem felicior Vmbras
Cæsaris in vultu. testem hunc Fortuna negauit:
Pompeio laudante cadam. confringite tela
Pectoris incursu, iugulisq; retundite ferrum.
Iam longinqua petit puluis, sonitusq; ruinæ,
Securasq; fragor concussit Cæsaris aureis.
Vicimus ô socij: veniet, qui vindicet arceis,
Dum morimur. mouit tantum vox illa furorem,
Quantum non primo succendunt classica cantu:
Mirantesq; virum, atq; auidi spectare sequuntur
Sciturі iuuenes, numero deprensa, locoq;,
An plus quàm mortem virtus daret. ille ruenti
Aggere consistit, primumq; cadauera plenis
Turribus euoluit, subeunteisq; obruit hosteis
Corporibus, totaque viro dant tela ruinæ,
Roboráque, & moles, hosti seq; ipse minatur.
Nunc sude, nunc duro contraria pectora conto
Detrudit muris, & valli summa tenenteis
Amputat ense manus: caput obterit, ossaq; saxo.
At malè defensum fragili compage cerebrum
Dissipat: alterius flama, crinesque genasq;
Succendit: stridens oculis ardentibus ignes.
Vt primum cumulo crescente cadauera murum
Admouere solo: non segnior extulit illum
Saltus, & in medias iecit super arma cateruas,

Quàm

Quàm per summa rapit celerè venabula pardũ.
Tunc densos inter cuneos compressus, & omni
Vallatus bello vincit, quem respicit, hostem.
Iámq; hebes, & crasso non asper sanguine mucro
Percussum Scaeua frangit, non vulnerat, hostem,
Perdidit ensis opus, frangit sine vulnere membra.
Illum tota premit moles, illum omnia tela.
Nulla fuit non certa manus, non lancea felix:
Parq; nouum Fortuna videt, concurrere bellum,
Atq; virum fortis crebris sonat ictibus vmbo,
Et galeæ fragmenta cauæ compressa peruruntur
Tempora: nec quidquam nudis vitalibus obstat
Iam, præter stantes in summis ossibus hastas.
Quid nunc vesani iaculis, leuibusq; sagittis
Perditis hæsuros numquam vitalibus ictus?
Hunc aut tortilibus vibrata phalarica neruis
Obruat, aut vastis muralia pondera saxis:
Hunc aries ferro, ballistaq; limine portæ
Summoueat: stat non fragilis pro Cæsare murus,
Pompeiumq; tenet: iam pectore, non tegit armis.
Ac veritus credi clypeo, lauaq; vacasse,
Aut culpa vixisse sua: tot vulnera belli
Solus obit, densamq; ferens in pectore siluam
Iam gradibus fessis, in quem cadat, eligit hostem,
Par pelagi monstris. Libycæ sic bellua terræ,
Sic Libycus densis elephas oppressus ab armis
Omne repercussum squalenti missile tergo
Frangit, & hærentes mota cute discutit hastas.
Viscera tuta latent penitus, citraq; cruorem
Consixæ stant tela feræ: tot facta sagittis,
Tot iaculis, vnam non explent vulnera mortem,
Dictæa procul ecce manu Gortynis arundo
Tenditur in Scauam: quæ voto certior omni
In caput, atq; oculi lauum descendit in orbem.
Ille moras ferri, neruorum & vincula rumpit,
Affixam vellens, oculo pendente, sagittam
Intrepidus, telumq; suo cum lumine calcat.
Pannonis haud aliter post ictum sæuior vrsa,
Cùm iaculum parua Libys amentauit habena,
Se rotat in vulnus, telumq; irata receptum
Impetit, & secum fugientem circuit hastam.
Perdiderat vultum rabies: stetit imbre cruento
Informis facies: latus fragor æthera pulsat
Victorum: maiora viris è sanguine paruo
Gaudia nõ faceret conspectum in Cæsare vulnus.
Ille tegens alta suppressum mente dolorem,
Mitis, & à vultu penitus virtute remota,
Parcite, ait, ciues: procul hinc auertite ferrum:
Collatura meæ nil sunt iam vulnera morti:
Non eget ingestis, sed vulsis pectore telis.
Tollite, & in Magni viuentem ponite castris:
Hoc vestro præstate Duci: sit Scaua relicti
Cæsaris exemplum potius, quàm mortis honestæ.
Credidit infelix simulatis vocibus Aulus,
Nec vidit recto gladium mucrone tenentem,
Membraq; captiui pariter laturus, & arma,
Fulmineum mediis excepit faucibus ensem.
Incaluit virtus, atq; vna cade refectus
Soluat, ait, pœnas, Scauam quicumq; subactum
Sperauit: pacem gladio si quærit ab isto
Magnus, adorato submittat Cæsare signa.
An similem vestri, segnemq; ad fata putastis?
Pompeij vobis minor est, causaq; Senatus,
Quàm mihi mortis amor, simul hæc effatus, & altus
Cæsareas puluis testatur adesse cohortes.
Dedecus hic belli Magno, crimenq; remisit,
Nec solùm totæ fugerent te, Scaua, cateruæ:
Subducto qui Marte ruis: nam sanguine fuso
Vires pugna dabat. labentem turba suorum
Excipit, atq; humeris defectum imponere gaudet.
Ac velut inclusum perfosso in pectore Numen,
Et viuam magnæ speciem virtutis adorant,
Telaq; confixis certant euellere membris,
Exornantq; Deos, ac nudum pectore Martem
Armis Scaua tuis: felix hoc nomine fama,
Si tibi durus Iber, aut si tibi terga dedisset
Cantaber exiguis, aut longus Teutonus armis.
Non tu bellorum spoliis ornare Tonantis
Templa potes, non tu latis vlulare triumphis.
Infelix, quanta dominum virtute parasti!
Nec magis ac Magnus castrorũ parte repulsus,
Intra claustra piger dilato Marte quieuit,
Quàm mare lassatur, cùm se tollentibus Euris
Frangentem fluctus scopulum ferit, aut latus alti
Montis adest, seramq; sibi parat vnda ruinam.
Hinc vicina petens placido castella profundo
Incursu gemini Martis rapit, armaq; latè
Spargit, & effuso laxat tentoria campo,
Mutandæq; iuuat permissa licentia terræ.
Sic pleno Padus ore tumens super aggere tutas
Excurrit ripas, & totos concutit agros.
Succubuit si qua tellus, tumulumq; furentem
Vndarum non passa, ruit: tum flumine toto
Transit, & ignotos aperit sibi gurgite campos.
Illos terra fugit dominos: his rura colonis
Accedunt donante Pado. vix prœlia Cæsar
Senserat: elatus specula quæ prodidit ignis,
Inuenit impulsos presso iam puluere muros,
Frigidaq; vt veteris deprendit signa ruinæ:
Accendit pax ipsa loci, mouitq; furorem
Pompeiana quies, & victo Cæsare somnus.
Ire vel in clades properat, dum gaudia turbet.
Torquato ruit inde minax qui Cæsaris arma
Segnius haud vidit, quàm málo nauta tremente
Omnia Circææ subducit vela procellæ,
Agminaq; interius muro breuiore recepit,
Densius vt parua disponeret arma corona.
Transierat primi Cæsar munimina valli,
Cùm super è totis emisit collibus agmen,
Effuditq; acies obseptum Magnus in hostem.
Non sic Ætnæis habitans in vallibus horret
Enceladum spirante Noto, cùm tota cauernas
Egerit, & torrens in campos defluit Ætna.
Cæsarus vt miles glomerato puluere victus
Ante aciem: cæci trepidus sub nube timoris
Hostibus occurrit fugiens, inque ipsa pauendo
Fata ruit. totus mitti ciuilibus armis
Vsq; vel in pacem potuit cruor: ipse furentes
Dux tenuit gladios felix, ac libera legum

Roma fores, iurisq; tui, viciſſet in illo
Si tibi Sylla loco. dolet heu ſemperq; dolebit:
Quòd ſceleru, Cæſar, prodeſt tibi ſumma tuorum
Cum genero pugnaſſe pio. prò triſtia fata.
Non Vticæ Libye clades, Hiſpania Mundæ
Fleſſet, & infando pollutus ſanguine Nilus
Nobilius Pharios geſtaſſet Rege cadauer:
Nec Iuba Marmaricas nudus preſſiſſet arenas,
Panorumq; Vmbras placaſſet ſanguine fuſo
Scipio, nec ſancto caruiſſet vita Catone.
Vltimus eſſe dies potuit tibi Roma malorum:
Exire è mediis potuit Pharſalia fatis.
Deſerit aduerſo poſſeſſam Numine ſedem
Cæſar, & Emathias lacero petit agmine terras.
Arma ſecuturum ſoceri, quacumq; fugaſſet,
Tentauêre ſuo comites diuertere Magnum
Hortatu, patrias ſedes, atq; hoſte carentem
Auſoniam peteret. numquam me Cæſaris, inquit,
Exemplo reddam patriæ, numquamq; videbit
Me, niſi dimiſſo redeuntem milite Roma.
Heſperiam potui, motu ſurgente, tenere,
Si vellem patriis aciem committere templis,
Ac medio pugnare foro. dum bella relegem,
Extremum Scythici tranſcendam frigoris orbem,
Ardenteiſq; plagas. victor tibi Roma quietem
Eripiam, qui, ne premerent te prœlia, fugi?
Ah potiùs, ne quid bello patiaris in iſto,
Te Cæſar putet eſſe ſuam. ſic fatus, in ortus
Phœbeos conuertit iter, terraq; ſecutus
Deuia, quà vaſtos aperit Candauia ſaltus,
Contigit Emathiam: bello quam fata parabant.
Theſſaliam, qua parte diem brumalibus horis
Attollit Titan, rupes Oſſæa coërcet.
Cùm per ſumma poli Phœbũ trahit altior æſtas,
Pelion opponit, radiis naſcentibus vmbras.
At medios igneis cæli, rabidiq; Leonis
Solſtitiale caput nemoroſius ſummouit Othrys.
Excipit aduerſos Zephyros, & Iapyga Pindus,
Et maturato præcidit Veſpere lucem.
Nec metuens imi Borean habitator Olympi
Lucentem totis ignorat noctibus Arcton.
Hos inter monteis, media qui valle premuntur,
Perpetuis quondam latuêre paludibus agri:
Flumina dum campi retinent, nec peruia Tempe
Dant aditus pelago, ſtagnumq; implentibus vnũ
Creſcere curſus erat. peſtquam diſceſſit Olympo
Herculea grauis Oſſa manu, ſubitaq; ruinam
Senſit aquæ Nereus: meliùs manſura ſub vndis
Emathis æquorei regnum Pharſalos Achillis
Eminet, & prima Rhœteia litora pinu,
Quæ tetigit Phylace, Pteleoſq;, & Dorion ira
Flebile Pieridum, Trachin pretioq; nefandæ
Lampados Herculeis fortis Melibœa pharetris,
Atq; olim Lariſſa potens: vbi nobile quondam
Nunc ſuper Argos arant: veteres vbi fabula Thebas
Monſtrat Echionias: vbi quondã Pentheos exſul,
Colla, caputq; ferens ſupremo tradidit igni,
Queſta quòd hoc ſolum gnato rapuiſſet Agaue.
Ergo abrupta palus multos diſceſſit in amneis
Purus in occaſus. parui ſed gurgitis, Æas
Ionio fluit inde mari: nec fortior vndis
Labitur auectæ pater Iſidis. & tuus, Oeneu,
Pæne gener craſſis oblimat Echinadas vndis,
Et Meleagraam maculatus ſanguine Neſſi
Euenos Calydona ſecat. ferit amne citato
Maliacas Sperchios aquas, & flumine puro
Irrigat Amphryſos famulantis paſcua Phœbi.
Quiq; nec humenteis nebulas, nec rore madẽtem
Aëra, nec tenueis vento ſuſpirat Anauros.
Et quiſquis pelago per ſe non cognitus amnis
Peneo donauit aquas, & gurgite rapto
Apidanos, nũquamq; celer, niſi miſtus, Enipeus.
Accipit Aſopus curſus, Phœnixq;, Melaſq;.
Solus in alterius nomen cùm venerit vndæ,
Defendit Titareſius aquas, lapſuſq; ſupernè
Gurgite Penei pro ſiccis vtitur aruis.
Hunc fama eſt Stygiis manare paludibus amnẽ,
Et capitis memorem, fluuij contagia vilis
Nolle pati, ſuperumq; ſibi ſeruare timorem.
Vt primùm emiſſis patuerunt amnibus arua:
Pinguis Bœbicio diſceſſit vomere ſulcus,
Mox Lelegum dextra preſſum deſcendit aratrum.
Æolidæ, Dolopeſq; ſolum fregere coloni,
Et Magnetes equis, Minyæ gens cognita remis.
Illic ſemiferos Ixionidas Centauros
Feta Pelethroniis nubes effudit in antris:
Aſpera te Pholoës frangentem Monyche ſaxa,
Teq; ſub Ætnæo torquentem vertice vulſas
Rhœce ferox, quas vix Boreas inuerteret, ornos:
Hoſpes & Alcidæ magni Phole, teq; per amnem
Improbe Lernæas vector paſſure ſagittas,
Teq; ſenex Cheiron gelido qui ſidere fulgens
Impetis Æmonio maiorem Scorpion arcu,
Hac tellure feri micuerunt ſemina Martis.
Primus ab æquorea percuſſis cuſpide ſaxis
Theſſalicus ſonipes, bellis feralibus omen
Exſiluit, primus chalybem frenoſq; momordit,
Spumauitq; nouis Lapithæ domitoris habenis.
Prima fretum ſcindens Pegaſæo litore pinus,
Terrenum ignotas hominem proiecit in vndas.
Primus Theſſalicæ rector telluris Ionos
In formam calidæ percuſſit pondera maſſæ,
Fudit & argentum flamis, aurumq; moneta
Fregit, & immenſis coxit fornacibus æra.
Illis, quod populos ſcelerata impegit in arma,
Diuitias numerare datum eſt. hinc maxima ſerpens
Deſcendit Python, Cyrrhæaq; fluxit in antra.
Vnde & Theſſalicæ veniunt ad Pythia laurus.
Impius hinc prolem Superis immiſit Aloeùs,
Inſeruit celſis prope ſe cùm Pelion aſtris.
Sideribuſq; vias incumbens abſtulit Oſſa.
Hac vbi damnata fatis tellure locárunt
Caſtra Duces: cunctos belli præſaga futuri
Mẽs agitat, ſummiq; grauem diſcriminis horam
Aduentare palàm eſt: propius tam fata moueri
Degeneres trepidant animi, peioraq; verſant.
Ad dubios pauci præſumpto robore caſus
Spemq;, metumq; ferunt, turba ſed miſtus inerti

Sextus

Sextus erat, Magno proles indigna parente:
Qui mox Scyllæis exsul grassatus in vndis,
Polluit æquoreos Siculus peirata triumphos.
Qui stimulante metu fati prænoscere cursus,
Impatiensq; moræ, venturisq; omnibus, ager,
Non tripodas Deli, non Pythia consulit antra:
Nec quæsisse libet, primis quid frugibus altrix
Ore Iouis Dodona sonet, quis noscere fibra
Fata queat, quis prodat aueis, quis fulgura cæli
Seruet, & Assyria scrutetur sidera cura,
Aut si quid tacitum, sed fas, erat: ille supernis
Detestanda Deis sæuorum arcana magorum
Nouerat, & tristeis sacris feralibus aras,
Vmbrarum, Ditisq; fidem: miseroq; liquebat
Scire parum Superos, vanum, sæuúmque furorem
Adiuuat ipse locus, vicinaq; mœnia castris
Æmonidum. ficti quas nulla licentia monstri
Transierat: quarũ, quidquid non creditur, ars est.
Thessala quin etiam tellus herbasq; nocenteis
Rupibus ingenuit, sensuraq; saxa canenteis
Arcanum ferale magos. ibi plurima surgunt
Vim factura Deis, & terris hospita Colchis
Legit in Æmoniis, quas non aduexerat, herbas.
Impia tot populis, tot surdas gentibus aureis
Calicolûm diræ conuertunt carmina gentis.
Vna per ætherios exit vox illa recessus,
Verbaq; ad inuitum perfert cogentia Numen,
Quod non cura poli, cæliq; volubilis vmquam
Auocat, infandum tetigit cùm sidera murmur.
Tunc Babylon Persea licet, secretaq; Memphis
Omne vetustorum soluat penetrale magorum:
Abducit Superos alienis Thessalis aris.
Carmine Thessalidum dura in præcordia fluxit
Non satis adductus amor. flamisq; seueri
Illicitis arsêre senes: nec noxia tantum
Pocula proficiunt, aut cùm turgentia succo
Frontis amatura subducunt pignora fetæ.
Mens hausti nulla sanie polluta veneni
Excantata perit, quos non concordia misti
Alligat vllæ tori, blandaq; potentia formæ.
Traxerunt torti magica vertigine fili.
Cessauere vices rerum, dilataq; longa
Hæsit nocte dies: legi non paruit æther.
Torpuit & præceps audito carmine mundus,
Axibus & rapidis impulsos Iupiter vrgens
Miratur non ire polos, nunc omnia complent
Imbribus, & calido producunt nubila Phœbo,
Et tonat ignaro cælum Ioue. vocibus ijsdem
Humenteis latè nebulas, nimbosq; solutis
Excussêre comis: ventis cessantibus, æquor
Intumuit: rursus vetitum sentire procellas
Conticuit turbante Noto, puppimq; ferentes
In ventum tumuêre sinus. de rupe pependit
Abscissa fixus torrens, amniq; cucurrit,
Non qua pronus erat. Nilum non extulit æstas,
Mæander direxit aquas, Rhodanumq; morãtem
Præcipitauit Arar. summisse vertice montes
Explicuêre iugum, nubes suspexit Olympus,
Solibus & nullis Scythicæ, cùm bruma rigeret,
Dimaduêre niues: impulsam sidere Tethyn
Reppulit Aemonidum, defenso litore, carmen.
Terra quoque immoti concussit ponderis axem,
Et medium vergens titubauit nisus in orbem.
Tantæ molis onus percussum voce recessit,
Prospectumq; dedit cursum labentis Olympi.
Omne potens animal lethi, genitumq; nocere,
Et pauet Aemonias, & mortibus instruit arteis,
Has auidæ tigres, & nobilis ira leonum
Ore fouent blando: gelidos his explicat orbeis,
Inque pruinoso coluber distenditur aruo.
Viperei coëunt, abrupto corpore, nodi,
Humanoq; cadit serpens afflata veneno.
Quis labor hic Superis cantus, herbasq; sequendi,
Spernendiq; timor? cuius commercia pacti
Obstrictos habuêre Deos? parêre necesse est?
An iuuat? ignota tantùm pietate merentur?
An tacitis valuêre minis? hoc iuris in omneis
Est illis Superos! an habent hæc carmina certum
Imperiosa Deum: qui mundum cogere, quidquid
Cogitur ipse, potest? illis & sidera primùm
Præcipiti deducta polo. Phœbeq; serena
Non aliter diris verborum obsessa venenis
Palluit, & nigris, terreniq; ignibus arsit,
Quàm si fraterna prohiberet imagine tellus,
Insereretq; suas flamis cælestibus vmbras:
Et patitur tantos cantu depressa labores,
Donec suppositas propior despumet in herbas,
Addidit exceptas Lunæ de nocte pruinas.
Hos scelerum ritus, hæc diræ carmina gentis,
Effera damnarat nimiæ pietatis Erichtho,
Inque nouos ritus pollutam duxerat artem.
Illi namq; nefas, vrbis summittere tecto,
Aut Laribus ferale caput, desertaq; busta
Incolit, & tumulos expulsis obtinet Vmbris,
Grata Deis Erebi cœtus au dire Silentum,
Nosse domos Stygias, arcanaq; Ditis operti
Non Superi, non vita vetat. tenet ora profana
Fœda situ macies, caloq; ignota sereno.
Terribilis Stygio facies pallore grauatur,
Impexis onerata comis: si nimbus, & atra
Sidera subducunt nubes: tunc Thessala nudis
Egreditur bustis, nocturnaq; fulgura captat.
Semina secundæ segetis calcata perussit,
Et non lethiferas spirando perdidit auras.
Nec Superos orat, nec cantu supplice Numen
Auxiliare vocat, nec fibras illa litantis
Nouit. funerens aris imponere flamas
Gaudet, & accenso rapuit quæ thura sepulcro.
Omne nefas Superi prima iam voce precantis
Concedunt, carmenq; timent audire secundum.
Viuenteis animas & adhuc sua membra regẽteis
Infodit busto: fatis debentibus annos
Mors inuita subit, peruersa funera pompa
Rettulit à tumulis: fugêre cadauera lethum.
Fumanteis iuuenum cineres, ardentiaq; ossa
E medijs rapit illa rogis, ipsamq; parentes
Quam tenuêre facem, nigroq; volantia fumo
Feralis fragmenta tori, vestesq; fluenteis
Colligit in cineres, & olenteis membra fauillas.
Ast vbi seruantur saxis, quibus intimus humor

Ducitur, & tracta durescunt tabe medulla,
Corpora: tunc omneis auidè desuit in artus.
Immersitque manus oculis, gaudetq; gelatos
Effodisse orbeis. & siccæ pallida rodit
Excrementa manus. laqueum nodosq; nocenteis
Ore suo rupit, pendentia corpora carpsit,
Abrasitq; cruces percussaq; viscera nimbis
Vulsit, & incoctas admisso Sole medullas.
Incertum manibus chalybem, nigramq; per artus
Stillantis tabi saniem, virusq; coactum
Sustulit, & neruo morsus ret inente pependit.
Et quodcumque iacet nulla tellure cadauer,
Ante feras, volucreisq; sedet: nec carpere membra
Vult ferro, manibusq; suis, morsúsque luporum
Exspectat siccis raptura è faucibus artus.
Nec cessant à cæde manus, si sanguine viuo
Est opus, erumpat iugulo qui primus aperto,
Nec refugit cædes, viuum si sacra cruorem,
Exstáque funerea poscunt trepidantia mensa.
Vulnere si ventris, non, quà natura vocabat,
Extrahitur partus, calidus ponendus in aris,
Et quoties sæuis opus est, ac sortibus Vmbris,
Ipsa facit Manes: hominũ mors omnis inusu est.
Illa genæ florem primæuo corpore vulsit:
Illa comam læua morienti abscidit ephebo.
Sæpe etiam caris cognato in funere dira
Thessalis incubuit membris, atque oscula figens,
Truncauitque caput, compressáque dentibus ora
Laxauit, siccóque hærentem gutture linguam
Præmordens, gelidis infudit murmura labris
Arcanumq; nefas Stygias mandauit ad Vmbras.
Hanc vt fama loci Pompeio prodidit, alta
Nocte poli, Titan medium quo tempore ducit
Sub nostra tellure diem: deserta per arua
Carpit iter. fidi scelerum suetiq; ministri
Effractos circum tumulos, ac busta vagati
Conspexêre procul præruptа in caute sedentem:
Qua iuga deuexus Pharsalica porrigit Aemus.
Illa magis, magicisq; Deis incognita verba
Tentabat, carmenq; nouos fingebat in vsus.
Namque timens, ne Mars alium vagus iret in orbem,
Emathis & tellus tam multa cæde careret:
Pollutos cantu, dirisq; venefica succis
Conspersos vetuit transmittere bella Philippos,
Tot mortes habitura suas, vsuráq; mundi
Sanguine, cæsorum truncare cadauera Regum
Sperat, & Hesperiæ cineres auertere gentis,
Ossaq; nobilium, tantosq; acquirere Manes.
Hic ardor, solúsq; labor, quid corpore Magni
Proiecto rapiat, quos Cæsaris inuolet artus.
Quam prior affatur Pompeij ignaua propago.
O decus Aemonidũ, populis quæ pandere fata,
Quæque suo ventura potes diuertere cursu,
Te precor, vt certum liceat mihi noscere finem,
Quem belli fortuna paret. non vltima turba
Pars ego Romanæ, Magni clarissima proles,
Vel dominus rerum, vel tanti funeris heres,
Mens dubijs percussa pauet, rursúsque parata est
Certos ferre metus. hoc casibus eripe iuris
Ne subiti, cæcique ruant: vel Numina torque,
Vel tu parce Deis, & Manibus exprime verum.
Elysias resera sedes, ipsámque vocatam,
Quos petat è nobis, Mortem tibi coge fateri.
Nõ humilis labor est: dignũ est, q̃ quærere cures,
Vel tibi, quo tanti præponderet alea fati.
Impia lætatur vulgata nomine fama
Thessalis, & contra. si fata minora moueres,
Pronũ erat, ô iuuenis, quos velles, inquit, in actus,
Inuitos præbere Deos. conceditur arti,
Vnam cum radijs presserunt sidera mortem,
Inseruisse moras, & quamuis fecerit omnis
Stella senem, medios herbis abrumpimus annos.
At simul à prima descendit origine mundi
Caussarum series, atque omnia fata laborant,
Si quidquam mutare velis, vnóque sub ictu
Stat gen⁹ humanũ: tũc, Thessala turba fatemur,
Plus Fortuna potest. sed si prænoscere casus
Contentus: facilésque aditus, multiq; patebunt
Ad verum: tellus nobis, athérque, Chaosque,
Aequoráque, & campi, Rhodopeáque saxa loquentur.
Sed pronum, cùm tanta noua sit copia mortis,
Emathijs vnum campis attollere corpus,
Vt modò defuncti, tepidique cadaueris ora
Plena voce sonent, ne membris Sole peruſtis
Auribus incertum feralis strideat Vmbra.
Dixerat, & noctis geminatis arte tenebris,
Mæstum tecta caput squalenti nube, pererrat
Corpora cæsorum, tumulis proiecta negatis.
Continuò fugêre lupi, fugêre reuulsis
Vnguibus impasta volucres, dum Thessala vatem
Eligit, & gelidas letho scrutata medullas
Pulmonis rigidi stanteis sine vulnere fibras
Inuenit, & vocem defuncto in corpore quærit.
Fata peremptorum pendent iam multa virorum,
Quem superis reuocasse velit. si tollere totas
Tentasset campis acies, & reddere bello:
Cessissent leges Erebi, monstróque potenti
Extractus Stygio populos pugnasset Auerno.
Electum tandem traiecto gutture corpus
Ducit, & incerto laqueis feralibus vnco,
Per scopulos miserũ trahitur, per saxa cadauer
Victurum, montisque caui, quem tristis Erichtho
Damnarat sacris, alta sub rupe locatur.
Haud procul à ditis cæcis depressa cauernis
In præceps subsedit humus: quam pallida pronis
Vrget silua comis, & nullo vertice cælum
Suspiciens, Phœbo non peruia taxus opacat.
Marcentes intus tenebræ, pallénsq; sub antris
Longa nocte situs numquam, nisi carmine factũ,
Lumen habet. non Tænareis sic faucibus aër
Sedit iners, mæstum mundi confine latentis,
Ac nostri: quo non metuunt emittere Manes
Tartarei Reges. nam quamuis Thessala vates
Vim faciat fatis, dubium est, quòd traxerit illuc,
Adspiciat Stygias, an quòd descenderit, Vmbras.
Discolor, & vario Furialis cultus amictu
Induitur, vultúsque aperitur crine remoto,
Et coma vipereis substringitur horrida seritu.

Vt pauidos iuuenis comites, ipsumq; trementem
Conspicit exanimi defixum lumina vultu:
Ponite, ait trepida conceptos mente timores:
Iam noua, iam vera reddetur vita figura,
Vt quamuis pauidi, possint audire loquentem.
Si verò Stygiosq; lacus, ripamq; sonantem
Ignibus ostendam: si me præsente videri
Eumenides possent, villosaq; colla colubris
Cerberus excutiens, & vincti terga Gigantes.
Quis timor ignaui metuenteis cernere Maneis?
Pectora tunc primùm feruenti sanguine supplet
Vulneribus laxata nouis, taboq; medullas
Abluit, & virtus largè Lunare ministrat.
Huc quidquid fetu genuit Natura siniſtro
Miscetur. nō spuma canū, quibus vnda timori est,
Viscera non lyncis, non dura nodus hyenæ
Defuit, & cerui pasti serpente medulla:
Non puppim retinens, Euro tendente, rudenteis
In mediis echeneis aquis, oculisq; draconum,
Quæq; sonant fetæ tepefacta sub alite saxa:
Non Arabum volucer serpens, innataq; rubris
Æquoribus custos pretiosæ vipera conchæ,
Aut viuentis adhuc Libycæ membrana ceraſtæ,
Aut cinis Eoa positi Phœnicis in ara.
Quò postquàm vileis, & habenteis nomina pesteis
Contulit: infando saturatus carmine frondeis,
Et, quibus os dirum nascentibus inspuit, herbas
Addidit, & quidquid mūdo dedit ipsa veneni.
Tunc vox Lethæos cunctis pollentior herbis
Excantare Deos, confudit murmura primùm
Dissona, & humanæ multum discordia linguæ.
Latratus habet illa canum, gemitusq; luporum.
Quod trepidus bubo, quæ strix nocturna querūtur,
Quod stridēt, vlulantq; feræ, quod sibilat anguis,
Exprimit, & planctus illisæ cautibus vndæ,
Siluarumq; sonum, fractæq; tonitrua nubis.
Tot rerum vox vna fuit. mox cetera cantu
Explicat Æmonio, penetratq; in Tartara lingua.
Eumenides, Stygiumq; nefas, pœnaq; nocentū,
Et Chaos innumeros auidū confundere mundos,
Et Rector terræ, quem longa in sæcula torquet
Mors dilata Deum, Styx, & quos nulla meretur
Thessalis Elysios, cælum, matremq; perosa
Persephone, nostraq; Hecates pars vltima, per quā
Manibus & mihi sunt tacitæ commercia linguæ,
Ianitor & sedis laxæ, qui viscera sæuo
Spargis nostra cani, repetitaq; fila sorores
Fractura, tuq; ô flagrantis portitor vndæ
Iam lassate senex ad me redeuntibus Vmbris,
Exaudite preces: si vos satis ore nefando,
Pollutoq; voco: si numquam hæc carmina fibris
Humanis ieiuna cano: si pectore plena
Sæpe dedi, & laui calido profecta cerebro,
Si quis qui vestris caput, exstaq; lācibus infans
Imposuit, victurus erat, parete precanti.
Non in Tartareo latitantem poscimus antro,
Assuetamq; diu tenebris, modo luce fugata
Descendentem animam, primo pallentis hiatu
Hæret adhuc Orci, licet has exaudiat herbas
Ad Maneis ventura semel: Ducis omnia gnato
Pompeiana canat nostri modò militis Vmbra,
Si bene de vobis ciuilia bella merentur.
Hæc vbi fata: caput, spumantiaq; ora leuauit.
Adspicit adstantem proiecti corporis Vmbram,
Exanimeis artus, inuisaq; claustra timentem
Carceris antiqui. pauet ire in pectus apertum,
Visceraq;, & ruptas lethali vulnere fibras.
Ah miser, extremum cui mortis munus iniquæ
Eripitur, non posse mori. miratur Erichtho
Has fatis licuisse moras, irataq; morti
Verberat immotum viuo serpente cadauer,
Peraq; cauas terræ, quas egit carmine rimas
Manibus illatrat, regniq; silentia rumpit.
Tisiphone, vocisq; meæ secura Megæra,
Non agitis sæuis Erebi per inane flagellis
Infelicem animam? iam vos ego nomine vero
Eliciam, Stygiasq; canes in luce superna
Destituam: per busta sequar, per funera, custos
Expellam tumulis, abigam vos omnibus vrnis,
Teq; Deis, ad quos alio procedere vultu
Ficta soles, Hecate, pallenti tabida forma
Ostendam, faciemq; Erebi mutare vetabo.
Eloquar immenso terræ sub pondere quæ te
Contineant Ennæa, dapes, quo fœdere mæstum
Regem noctis ames: quæ te contagia passam
Noluerit reuocare Ceres. tibi pessime mundi
Arbiter immittam ruptis Titana cauernis,
Et subito feriere die. Paretis? an ille
Compellandus erit, quo numquam terra vocato
Nō cōcussa, tremit, qui Gorgona cernit apertam,
Verberibusq; suis trepidam castigat Erinnym,
Indespecta tenet vobis qui Tartara, cuius
Vos estis superi, Stygias qui peierat vndas?
Protinus astrictus caluit cruor, atraq; fouit
Vulnera, & in venas extremaq; mēbra cucurrit.
Percussæ gelido trepidant sub pectore fibræ:
Et noua desuetis subrepens vita medullis,
Miscetur morti. tunc omnis palpitat artus:
Tenduntur nerui: nec se tellure cadauer
Paullatim per mēbra leuat, terraq; repulsum est,
Erectumq; semel. distento lumina rictu
Nudantur: nondum facies viuentis in illo,
Sed morientis erat: remanet pallorq; rigorq;,
Et stupet illatus mundo: sed murmure nullo
Ora astricta sonant: vox illi linguaq; tantùm
Responsura datur. die, inquit Thessala, magna
Quòd iubeo mercede mihi: nam vera locutum
Immunem toto mundi præstabimus æuo
Artibus Æmonijs: tali tua membra sepulcro,
Talibus exuram Stygio cum carmine siluis,
Vt nullos cantata Magos exaudiat vmbra.
Sit tanti vixisse iterum: nec verba, nec herbæ
Audebunt longæ somnum tibi soluere Lethes,
A ne morte data. tripodas, vatesq; deorum
Sors obscura tenet, certus discedit ab vmbris
Quisquis vera petit, duraq; oracula mortis
Fortis adit. ne parce, precor: da nomina rebus,
Da loca, da vocem, qua mecum fata loquantur.
Addidit & carmen quo, quidquid consulit,

vmbram

Scire dedit. mœstum fletu manante cadauer,
Tristia non equidem Parcarum stamina, dixit,
Respexi, tacita reuocatus ab aggere ripæ:
Quod tamen è cūctis mihi noscere cōtigit Vmbris.
Effera Romanos agitat discordia Manes,
Impiáq; infernam ruperunt arma quietem,
Elysias alij sedes, ac Tartara mœsta
Diuersi liquêre Duces: quid fata pararent,
Hi fecerè palàm. tristis felicibus Vmbris
Vultus erat. vidi Decios, gnatumq; patremq;,
Lustraleis bellis animas. flentemq; Camillum,
Et Curios, Sullam de te Fortuna querentem.
Deplorat Libycis perituram Scipio terris
Infaustam sobolem: maior Carthaginis hostis,
Non seruituri mœret Cato fata nepotis.
Solum te Consul depulsis prime tyrannis
Brute pias inter gaudentem vidimus Vmbras,
Abruptis Catilina minax, fractisq; catenis
Exsultat, Mariiq; truces, nudiq; Cethegi,
Vidi ego latanteis popularia nomina Drusos,
Legibus immodicos, ausosq; ingentia Gracos.
Æternis Chalybum nodis, & carcere Ditis
Constricta plausêre manus: camposq; piorum
Posсit turba nocens. regni possessor inertis
Pallanteis aperit sedes, abruptaq; saxa
Asperat, & durum vinclis adamanta, paratq;
Pœnam victori. refer hæc solatia tecum
O iuuenis, placido Maneis patremq; domumq;
Exspectare sinu, regniq; in parte serena
Pompeio seruare locum: nec gloria parua
Sollicitet vitæ: veniet quæ misceat omneis
Hora Duces. properate mori, magnoq; superbi
Quamuis è paruis animo descendite bustis,
Et Romanorum Maneis calcate Deorum.
Quem tumulum Nili, quem Thybridis abluat vnda,
Quæritur, & Ducibus tãtũ de funere pugna est.
Tu fatum ne quære tuum cognoscere: Parcæ,
Me reticente, dabunt: tibi certior omnia vates
Ipse canet Siculis genitor Pompeius in aruis.
Ille quoque incertus, quò te vocet, vnde repellat,
Quas iubeat vitare plagas, quæ sidera mundi.
Europam miseri, Libyamq;, Asiamq; timete:
Distribuit tumulos vestris Fortuna triumphis.
O miseranda domus, toto nil orbe videbis
Tutius Emathia. sic postquàm fata peregit,
Stat vultu mœstus tacito, mortemq; reposcit.
Carminibus magicis opus est, herbisq; cadauer
Vt cadat, & nequeunt animam sibi reddere fata
Consumpto iam iure semel. tum robore multo
Exstruit illa rogum: vadit defunctus ad igneis.
Accensa iuuenem positũ strue linquit Erichtho,
Tandem passa mori, Sextoq; ad castra parentis
It comes: & cælo lucis dubiente colorem,
Dum ferrent tutos intra tentoria gressus,
Iussa tenere diem densas nox præstitit vmbras.

M. ANNÆI LVCANI PHARSALIÆ LIBER VII.

IOANNIS SVLPICII VERVLANI ARGVMENTVM.

SEPTIMVS vt Magni narrauit somnia, plorat
Fata Ducis: mox turba omnis sibi prœlia poscit.
Censet idem cupidus facundus Tullius ore:
Dux dat id inuitus. scribit tum dira poeta
Prodigia, instructas acies, factura Ducúmq;
Verba suis animos, & prœlia gesta, fugámq;.
Inuehitur post hæc in te, sæuissime Cæsar,
Damnans Pharsali cōpletos sanguine cāpos.

SEGNIOR Oceano, quàm lex æterna vocabat,
Luctificus Titan numquam magis æthera contra
Egit equos, currumq; polo rapiente retorsit,
Defectusq; pati voluit, raptæq; labores
Lucis, & attraxit nubes, non pabula flamis,
Sed ne Thessalico purus luceret in orbe.
At nox felicis Magni pars vltima vitæ
Sollicitos vana decepit imagine somnos.
Nam Pompeiani visus sibi sede theatri
Innumeram effigiem Romanæ cernere plebis,
Attolliq; suum latis ad sidera nomen
Vocibus, & plausu cuneos certare sonanteis.
Qualis erat populi facies, clamorq; fauentis,
Olim cùm iuuenis, primiq; ætate triumphi
Post domitas gentes, quas torrens ambit Iberus,
Et quacumq; fugax Sertorius impulit arma,
Vespere pacato, pura venerabilis aquæ
Quam currus ornante toga, plaudente Senatu,
Sedit adhuc Romanus eques. seu fine bonorum
Anxia venturis ad tempora læta refugit,
Siue per ambages solitas contraria visis
Vaticinata quies, Magni tulit omnia planctus:
Seu vetito patrias vltra tibi cernere sedes,
Sic Romam Fortuna dedit. ne rumpite somnos
Castrorum vigiles: nullas tuba verberet aureis.
Crastina dira quies, & imagine mœsta diurna
Vndique funestas acies feret, vndique bellum.
Vnde pares somnos populi, noctemq; beatam?
O felix si te vel sic tua Roma videret.
Donassent vtinam Superi patriæq;, tibiq;
Vnum, Magne, diem, quo fati certus vterque
Extremum tanti fructum caperetis amoris.
Tu velut Ausonia vadis moriturus in vrbe:

Illa

Illa rati semper de te sibi conscia voti
Hoc scelus haud vmquam fatis hærere putauit,
Sic se dilecti tumulum quoque perdere Magni.
Te misto fleſſet luctu iuuenisq; senexq;,
Iniussu q; puer: laceraſſet crine soluto
Pectora femineum, ceu Bruti funere, vulgus.
Nunc quoque tela licet paueant victoris iniqui,
Nuntiet ipse licet Cæsar tua funera, flebunt:
Sed dum thura ferũt, dum laurea serta Tonãti.
O miseri quorum gemitus edère dolorem,
Qui te non pleno pariter planxêre theatro.
Vicerat astra iubar, cùm misto murmure turba
Castrorum fremuit, fatisque trahentibus orbem,
Signa petit pugnæ. miseri pars maxima vulgi
Non totum visura diem, tentoria circum
Ipsa ducis queritur, magnoque accensa tumultu
Mortis vitiæ properanteis admouet heras.
Dira subit rabies: sua quisq;, ac publica fata
Præcipitare cupit: signis pauidusq; vocatur,
Ac nimium patiens soceri Pompeius, & orbis
Indulgens regno, qui tot simul vndiq; genteis
Iuris habere suæ vellet, pacemq; timeret.
Nec non & Reges, populiq; queruntur Eoi
Bella trahi. patriaq; procul tellure teneri.
Hoc placet ô Superi, cùm vobis vertere cuncta
Propositum, nostris erroribus addere crimen.
Cladibus irruimus, nocituraq; poscimus arma:
In Pompeianis votum est Pharsalia castris.
Cunctorum voces Romani maximus auctor
Tullius eloquij, cuius sub iure togaq;
Pacificas sæuus tremuit Catilina secureis,
Pertulit, ratus belli, cùm rostra, forúmque
Optaret passus tam longa silentia miles.
Addidit inualidæ robur facundia causſæ.
Hoc pro tot meritis solùm te, Magne, precatur,
Vti se Fortuna velis. procereſq; tuorum
Castrorum, Regesq; tui cum supplice mundo
Affusi, vinci socerum patiare rogamus.
Humano generi tam longo tempore bellum
Cæsar erit? meritò Pompeium vincere lentè
Gentibus indignum est à transcurrente subactis.
Quò tibi feruor abit, aut quò fiducia fati?
De Superis ingrate times? causamq; Senatus
Credere Diis dubitas? ipsæ tua signa reuellent,
Prosilientq; acies. pudeat viciſſe coactum.
Si Duce te iusſo, si nobis bella geruntur,
Sit iuris quocumq; velint concurrere campo.
Quid mundi gladios à sanguine Cæsaris arces?
Vibrãt tela manus: vix signa morãtia quisquã
Exspectat: propera, nec te tua classica linquant.
Scire Senatus auet, miles te, Magne, sequatur.
An comes ingemuit Rector, senſitque Deorum
Esse dolos, & fata sua contraria menti.
Si placet hoc, inquit, cunctis, si milite Magno,
Non duce tempus eget, nil vltrà fata morabor,
Inuoluat populos vna Fortuna ruina,
Sitq; hominum magnæ lux ista nouiſſima parti.
Testor Roma tamen Magnum, quo cũcta perirẽt,
Accepiſſe diem: potuit tibi vulnere nullo
Stare labor belli: potuit sine cæde subactum,
Captiuumq; Ducem violatæ tradere pacti.
Quis furor ô cæci scelerum? ciuilia bella
Gesturi, metuunt, ne non cum sanguine vincãt?
Abstulimus terras, excluſimus æquore toto,
Ad præmaturas segetum ieiuna rapinas
Agmina compulimus, votumq; effecimus hoſti,
Vt mallet sterni gladiis, mortésque suorum
Permiscere meis. belli pars magna peracta est
Iis, quibus effectum est ne pugnam tiro paueret:
Si modò virtutis stimulis, iraque calore
Signa petunt. multos in summa pericula miſit
Venturi timor ipse mali, fortiſſimus ille est,
Qui promptus metuenda pati, si cominus instet,
Et differre potest. placet hæc tam prospera rerum
Tradere Fortunæ? gladio permittere mundi
Discrimẽ? pugnare Ducem, quàm vincere malũt.
Res mihi Romanas dederas Fortuna gerendas:
Accipe maiores, & cæco in Marte tuere.
Pompeij nec crimen erit, nec gloria bellum.
Vincis apud superos votis me, Cæsar, iniquis.
Pugnatur. quantum sceleruũ, quantumq; malorũ
In populos lux ista feret! quot regna iacebunt!
Sanguine Romano quam turbidus ibit Enipeus!
Prima velim caput hoc funeſti lancea belli,
Si sine momento rerum, partisq; ruina
Casurum est, feriat: neque enim victoria Magno
Lætior: aut populis inuisum, hac clade peracta,
Aut hodie Pompeius erit miserabile nomen,
Omne malum victi, quod sors feret vltima rerũ,
Omne nefas victoris erit. sic fatur, & arma
Permittit populis. frenoſq; furentibus ira
Laxat: & vt victus violento nauita Coro
Dat regimen ventis, ignauúmque arte relicta
Puppis onus trahitur. trepido confusa tumultu
Castra fremũt, animiq; truces sua pectora pulsãt
Ictibus incertis. multorum pallor in ore
Mortis ventura, faciésque simillima fato.
Aduenisse diem, qui fatum rebus in æuum
Conderet humanis, & quari Roma quid esſet,
Illo Marte palàm est. sua quisque pericula neſcit,
Attonitus maiore metu. quis litora Ponto
Obruta, quis summis cernens in mõtibus æquor,
Aetheraq; in terras deiecto Sole cadentem,
Tot rerum finem, timeat sibi? non vacat vllos
Pro se ferre metus: vrbi, Magnóq; timetur.
Nec gladijs habuere fidem, niſi cautibus aſper
Exarſit mucro. tunc omnis lancea saxo
Erigitur: tendunt neruis melioribus arcus:
Cura fuit lectis pharetras implere sagittis.
Auget eques stimulos, frenorúmq; optat habenas.
Si liceat Superis hominum conferre labores,
Non alit er Phlegra rapidos tollente Gigantes
Martius incaluit Siculis incudibus enſis,
Et rubuit flamis iterum Neptunia cuspis,
Spiculáq; extenso Pæan Pythone recoxit,
Pallas Gorgoneos diffudit in ægida crineis,
Pallenæa Ioui mutauit fulmina Cyclops.
Non tamen abstinuit venturos prodere casus
Per varias Fortuna notas. nam Thessala rura
Cùm peterent: totus venientibus obstitit æther,

Inque oculis hominum fregerunt fulmina nubes.
Aduersasq; faces, immensoq; igne columnas,
Et trabibus missis auidos typhonas aquarum
Detulit, atque oculos ingesto fulgure clausit.
Excussit cristas galeis, capuloq; solutis
Persodit gladijs, ereptaq; peila liquauit,
Aetherioq; nocens fumauit sulfure ferrum.
Nec non innumero cooperta examine signa.
Vixq; reuulsa solo, maiori pondere pressum
Signiferi mersere caput: rorantia fletu
Vsq; ad Thessaliam Romana, & publica signa.
Admotus Superis discussa fugit ab ara
Taurus, & Emathios præceps se iecit in agros,
Nullaq; funestis inuenta est victima sacris.
At tu, quos scelerum Superos, quas rite vocasti
Eumenidas, Cæsar? Stygij quæ Numina regni,
Infernumq; nefas, & mersos nocte furores,
Impia tam sæuè gesturus bella vitasti?
Iam dubium monstrisne Deum, nimióue pauori
Crediderint. multis concurrere visus Olympo
Pindus, & abruptis mergi conuallibus Aemus.
Edita nocturnas belli Pharsalia voces;
Ire per Osseam rapidus Bœbeida sanguis.
Inque vicem vultus tenebris mirantur opertos,
Et pallere diem, galeisq; incumbere noctem,
Defunctosq; patres, & cunctas sanguinis Vmbras
Ante oculos volitare suos. sed mentibus vnum
Hoc solamen erat, quod voti turba nefandi
Conscia, quæ patrum iugulos, quæ pectora fratrũ
Sperabat, gaudet monstris mentisq; tumultu,
Atque omen scelerum subitos putat esse furores.
Quid mirũ populos, quos lux extrema manebat
Lymphato trepidasse metu, præsaga malorum
Si data mẽs homini est? Tyrijs qui Gadib⁹ hospes
Adiacet, Armeniumque bibit Romanus Araxem:
Sub quocumque die, quocumq; est sidere mundi,
Maret, & ignorat caussas, animúmq; dolentem
Corripit: Emathijs quid perdat nescit in aruis.
Euganeo, si vera fides memorantibus, Augur
Colle sedens, Apontus terris vbi fumifer exit,
Atque Antenorei dispergitur vnda Timaui,
Venit summa dies, geritur res maxima, dixit:
Impia concurrunt Pompeij & Cæsaris arma,
Seu tonitrus, nec tela Iouis præsaga notauit:
Aëra seu totum discordi obsistere cœlo
Proscpexitq; polos: seu lumen in æthere mæstum,
Solis in obscuro pugnam pallore notauit.
Dissimilem certè cunctis, quos explicat, egit
Thessalicum natura diem. si cuncta perito
Augure mẽs hominum cæli noua signa notasset,
Spectari è toto potuit Pharsalia mundo.
O summos hominum, quorum Fortuna per orbẽ
Signa dedit, quorum fatu cælum omne vacauit.
Hæc & apud feras genteis, populosq; nepotum,
Siue sua tantùm venient in sæcula fama,
Siue aliquid magnis nostri quoque cura laboris
Nominibus prodesse potest, cùm bella legentur:
Spésq;, metusq; simul, perituraq; vota mouebunt,
Attonitiq; omnes veluti venientia fata,
Non transmissa legent, & adhuc tibi, Magne, fauebunt.
Miles vt aduerso Phœbi radiantis ab ictu
Descendens totos perfudit lumine colleis,
Non temere immissus campis: stetit ordine certo
Infelix acies. cornus tibi cura sinistri
Lentule, cum prima, quæ tum fuit optima bello,
Et quarta legione datur: tibi Numine pugnax
Aduerso Domiti dextri frons tradita Martis.
At medij robur belli fortissima densant
Agmina quæ Cilicum terris deducta tenebat
Scipio, miles in hoc, Libyco dux primus in orbe.
At iuxta fluuios, & stagna vndantis Enipeî
Cappadocum mõtana cohors, & largus habenis
Ponticus ibat eques: sicci sed plurima campi
Tetrarchæ, Regesq; tenent, magniq; tyranni,
Atque omnis Latio quæ seruit purpura ferro.
Illuc & Lybie Numidas, & Creta Cydonas
Misit: Iturais cursus fuit inde sagittis:
Inde truces Galli solitum prodistis in hostem:
Illic pugnaces commouit Iberia cetras.
Eripe victori genteis, & sanguine mundi
Fuso, Magne, semel totos consume triumphos.
Illo forte die Cæsar statione relicta,
Ad segetum raptus moturus signa, repentè
Conspicit in planos hostem descendere campos,
Oblatumq; videt votis sibi mille petitum
Tempus, in extremos quò mitteret omnia casus.
Aeger quippe morę flagransq; cupidine regni,
Cœperat exiguo tractu ciuilia bella
Vt lentum damnare nefas, discrimina postquàm
Aduentare Ducum supremáque prœlia vidit:
Casurum fatis sensit nutare ruinam.
Illa quoque in ferrum rabies promtissima paullũ
Languit & cæsus audax spondére secundos,
Mens stetit in dubio, quam nec sua fata timere,
Nec Magni sperare sinunt: formidine mersa,
Prosilit hortando melior fiducia vulgo.
O domitor mundi, rerum Fortuna mearum,
Miles adest toties optatæ copia pugnæ.
Nil opus est votis: iam fatum arcessite ferro,
In manibus vestris quantus sit Cæsar, habetis.
Hæc est illa dies, mihi quam Rubiconis ad vndas
Promissam memini, cuius spe mouimus arma,
In quam distulimus vetitos remeare triumphos.
Hæc eadem est hodie, quæ pignora, quaque Penateis
Reddat, & emeritos faciat vos Marte colonos.
Hæc, fato quæteste probet, quis iustius arma
Sumserit, hæc acies victum factura nocentem est.
Si pro me patriam ferro flammisque petistis:
Nunc pugnate truces, gladióque exsoluite culpa.
Nulla manus belli, mutato iudice, pura est.
Non mihi res agitur: sed, vos, vt libera sitis
Turba, precor, genteis vt ius habeatis in omneis.
Ipse ego priuatæ cupidus me reddere vitæ,
Plebeiáque toga modicum componere ciuem,
Omnia dum vobis liceant, nihil esse recuso.
Inuidiæ regnate meæ, nec sanguine multo

Spem

Spem mundi petitis: Graiis delecta iuuentus
Gymnasiis aderit, studioq; ignaua palæstræ,
Et vix arma ferens, & mistæ dissona turbæ
Barbaries, non illa tubas, non agmine moto
Clamorem latura suum. ciuilia paucæ
Bella manus facient: pugnæ pars magna leuabit
His orbem populis, Romanumq; obteret hostem.
Ite per ignauas gentes, famosaq; regna,
Et primo ferri motu prosternite mundum,
Sitq; palam, quas tot duxit Pompeius in vrbem
Curribus, vnius genteis non esse triumphi.
Armenioſne mouet Romana potentia, cuius
Sit ducis? aut emptũ nimio vult sãguine quisquã
Barbarus Hesperiis Magnum præponere rebus?
Romanos odêre omnes, dominosq; grauantur,
Quos nouêre magis. sed me Fortuna meorum
Commisit manibus, quorum me Gallia testem
Tot fecit bellis. cuius non militis ensem
Agnoscã? calumq; tremens cùm lancea transit,
Dicere non fallar, quo sit vibrata lacerto.
Quòd si signa Ducem numquã fallentia vestrum
Conspicio faciesq; truces, oculosq; minaces:
Vicistis. videor fluuios spectare cruoris,
Calcatosq; simul Reges, sparsumq; Senatus
Corpus, & immensa populos in cæde natanteis.
Sed mea fata moror. qui vos in tela ruenteis
Vocibus his teneo: veniam date bella trahenti
Spe trepido: haud vmquam vidi tam magna daturos,
Tam prope me Superos: camporum limite paruo
Absumus à votis. ego sum, cui Marte peracto,
Quæ populi, Reges q; tenent, donare licebit.
Quóne poli motu, quo cæli sidere verso
Thessalica tantum, Superi, permittitis ora?
Aut merces hodie bellorum, aut pœna paratur.
Cæsareas spectate cruces, spectate catenas,
Et caput hoc positum rostris, effusaq; membra,
Saptorumq; nefas, & clausi prælia campi.
Cum Duce Sullano gerimus ciuilia bella.
Vestri cura mouet. nam me secura manebit
Sors quæsita manu: fodientem viscera cernet
Me mea, qui nondum victum respexerit hostem.
Dij, quorum curas abduxit ab æthere tellus,
Romanusq; labor, vincat, quicumque necesse
Non putat in victos sæuum distringere ferrum,
Quiq; suos ciues, quòd signa aduersa tulerunt,
Non credunt fecisse nefas. Pompeius in arcto
Agmina vestra loco vetita virtute moueri
Cùm tenuit, quanto satiauit sanguine ferrum!
Vos tamen hoc oro iuuenes, ne cædere quisquam
Hostis terga velit: ciuis, qui fugerit, esto.
Sed dum tela micant, non vos pietatis imago
Vlla, nec aduersa conspecti fronte parentes
Commoueant: vultus gladio turbate verendos.
Siue quis infesto cognata in pectora ferro
Ibit, seu nullum violabit vulnere pignus:
Ignoti iugulum tanquam scelus imputet hostis.
Sternite tam vallum, fossasq; implete ruina,
Exeat vt plenus acies non sparsa maniplis.
Parcite ne castris: vallo tendetis in illo,
Vnde acies peritura venit. vix cuncta locuto
Cæsare, quémque suum munus trahit, armaq; raptim
Sumta viris: celeris capiunt præsagia belli,
Calcatisq; ruunt castris: stant ordine nullo,
Arte Ducis nulla: permittunt omnia fatis.
Si totidem Magni soceros, totidemq; petentes
Vrbis regna sua funesto in Marte locasset,
Non tam præcipiti ruerent in prælia cursu.
Vidit vt hostileis in rectum exire cateruas
Pompeius, nullasq; moras permittere bello,
Sed Superis placuisse diem: stat corde gelato
Attonitus: tantoq; Duci sic arma timere
Omen erat. premit inde metus, totumq; per agmẽ
Sublimi prouectus equo, quem flagitat, inquit,
Vestra diem virtus, finis ciuilibus armis,
Quem quæsistis, adest. totas effundite vires,
Extremum ferri supereſt opus, vnaq; genteis
Hora trahit. quisquis patriam, carosq; Penateis,
Qui sobolẽ, ac thalamos, desertaq; pignora quærit,
Ense petat. medio posuit Deus omnia campo.
Cauſſa iubet melior Superos sperare secundos:
Ipſi tela regent per viscera Cæsaris, ipſi
Romanas sancire volent hoc sanguine leges.
Si socero dare regna meo, mundumq; pararent,
Præcipitare meam fatis potuêre senectam,
Non iratorum populis, vrbiq;, Deorum est
Pompeium seruare Ducem. quæ vincere possent
Omnia contulimus. subiere pericula clari
Sponte viri, sacraq; antiquus imagine miles.
Si Curios his fata darent, reducesq; Camillos
Temporibus, Deciosq; caput fatale vouenteis:
Hinc starent. primo gentes oriente coactæ,
Innumeraq; vrbes, quantãs in prælia numquã
Exciuêre manu. toto simul vtimur orbe.
Quidquid signiferi comprensum limite cycli
Sub Noton, & Boream hominum sumus, arma mouemus.
Nónne superfusis collectum cornibus hostem
In medium dabimus? paucas victoria dextras
Exigit: at plures tantùm clamore cateruæ
Bella gerent. Cæsar nostris non sufficit armis.
Credite pendenteis è summis mœnibus vrbis
Crinibus effusis hortari in prælia matres.
Credite grandæuum, vetitumq; ætate Senatum
Arma sequi, sacros pedibus prosternere canos,
Atq; ipsam domini metuentem occurrere Romã.
Credite, qui nunc est populum, populumq; futurũ
Permistas afferre preces. hæc libera nasci,
Hæc vult turba mori. si quis post pignora tanta
Pompeio locus est: cum prole, & coniuge supplex.
Imperij salua si maiestate liceret,
Volueret ante pedes. Magnus, nisi vinctus, exsul,
Ludibrium soceri, vester pudor. vltima fata
Deprecor, ac turpeis extremi tardinis annos,
Ne discam seruire senex. tam mæsta locuti
Voce Ducis flagrant animi, Romanaq; virtus
Erigitur, placuitq; meri, si vera timeret.
Ergo vtrimq; pari concurrunt agmina motu
Irarum: metus hos, regni spes excitat illos.

Hæ facient dextræ quidquid non expleat ætas
Vlla, nec humanũ reparet genus omnibus annis,
Vt vacet à ferro, genteis Mars iſte futuras
Obruet, & populos æui venientis in orbem
Erepto natale feret. tunc omne Latinum
Fabula nomen erit. Gabios, Veiosq́, Coramq́
Puluere vix tectæ poterunt monſtrare ruinæ,
Albanosq́, Lareis, Laurentinosq́ Penateis,
Rus vacuum, quod non habitet niſi nocte coacta
Inuitus, queſtusq́ Numam iuſſiſſe, Senator.
Non ætas hæc carpſit edax, monumentaq́ rerum
Patria: deſtituit crimen ciuile, videmus,
Tot vacuas vrbeis. generis quò turba redacta eſt
Humani? toto populi qui naſcimur orbe,
Nec muros implere viris, nec poſſumus agros.
Vrbs nos vna capit, vincto foſſore coluntur
Heſperiæ ſegetes. ſtat tectis putris auitis
In nullos ruitura domos, nulloq́ frequentem
Ciue ſuo Romam, ſed mundi fece repletam,
Cladis eò dedimus, ne tanto in tempore bellum
Iam poſſet ciuile geri Pharſalia tanti
Cauſſa mali. cedant feralia nomina Cannæ,
Et damnata diu Romanis Allia faſtis.
Tempora ſignauit leuiorum Roma malorum:
Hunc voluit neſcire diem. prò triſtia fata.
Aëra peſtiferum tractu, morboſq́ fluenteis,
Inſanamq́ famem, permiſſasq́ ignibus vrbeis,
Mœniaq́ in præceps laturos plena tremores
Hi poſſent explere viri: quos vndique traxit
In miſeram Fortuna necem, dum munera longi
Explicat eripiens æui, populosq́, Ducesq́,
Conſtituit campis: per quos tibi Roma ruenti
Oſtendat quàm magna cadas. quæ latiùs orbem
Poſſedit, citiùs per proſpera fata cucurrit.
Omne tibi bellum genteis dedit omnibus annis:
Te geminum Titan procedere vidit in axem.
Haud multum terræ ſpatium reſtabat Eoæ,
Vt tibi nox, tibi tota dies, tibi curreret æther,
Omniaq́ errantes ſtellæ Romana viderent.
Sed retro tua fata tulit par omnibus annis
Emathiæ funeſta dies. hac luce cruenta
Effectum, vt Latios non horreat India faſceis,
Nec vetitos errare Daas in mœnia ducat,
Sarmaticumq́ premat ſuccinctus Conſul aratrũ.
Quòd ſemper ſæuas debet tibi Parthia pœnas,
Quòd fugiens ciuile nefas, redituraq́ nunquam
Libertas vltra Tigrim, Rhenumq́ receſſit:
At toties nobis iugulo quæſita negatur,
Germanum, Scythicumq́ bonũ, nec reſpicit vltrà
Auſoniam. vellem populis incognita noſtris,
Vulturis vt primùm læuo fundata volatu
Romulus infami compleuit mœnia luco,
Vſque ad Theſſalicas ſeruiſſes Roma ruinas.
De Brutis, Fortuna, queror. quid tempora legũ
Egimus, aut annos à Conſule nomen habenteis?
Felices Arabes, Mediq́, Eoaq́ tellus,
Quam ſub perpetuis tenuerunt fata Tyrannis.
Ex populis, qui regna ferũt, ſors vltima noſtra eſt,
Quos ſeruire pudet. ſunt nobis nulla profecto
Numina, cùm cæco rapiantur ſæcula caſu.
Mentimur regnare Iouem, ſpectabit ab alto
Æthere Theſſalicas, teneat cùm fulmina, cædes?
Scilicet ipſe petet Pholoën? petet ignibus Oeten,
Immeritæq́ nemus Rhodopes, pinuſq́ minanteis?
Caſſius hoc potiùs feriet caput? aſtra Thyeſtæ
Impulit, & ſubitis damnauit noctibus Argos:
Tot ſimileis fratrum gladios, patrumq́ gerenti
Theſſaliæ dabit ille diem, mortalia nulli
Sunt curata Deo. cladis tamen huius habemus
Vindictam, quãtum terris dare Numina fas eſt.
Bella pares Superis facient ciuilia Diuos:
Fulminibus Maneis, radiiſq́ ornabit, & aſtris,
Inq́ Deũm templis iurabit Roma per Vmbras.
Vt rapido curſu fati ſuprema morantem
Conſumſere locum: parua tellure diremti.
Quò ſua peila cadant, aut quæ ſibi fata minẽtur,
Inde manum ſpectant: tempus quo noſcere poſſent
Facturi quæ monſtra forent. vidêre parentes
Frontibus aduerſis, fraternaq́ cominus arma,
Nec libuit mutare locum: tamen omnia torpor
Pectora conſtrinxit, gelidusq́ in viſcera ſanguis
Percuſſa pietate coit, totæq́ cohortes
Peila parata diu tenſis tenuêre lacertis.
Dij tibi non mortem, quæ cunctis pœna paratur,
Sed ſenſum poſt fata tuæ dent, Craſtine, morti:
Cuius torta manu commiſit lancea bellum,
Primaq́ Theſſaliam Romano ſanguine tinxit.
O præceps rabies, cùm Cæſar tela teneret,
Inuenta eſt prior vlla manus! tum ſtridulus aër
Eliſus lituis, conceptaq́ claſſica cornu:
Tunc auſæ dare ſigna tubæ: tunc æthera tendit,
Extremiq́ fragor conuexa irrupit Olympi:
Vnde procul nubes, quò nulla tonitrua durant.
Excepit reſonis clamorem vallibus Æmus,
Peliaciſq́ dedit rurſus geminare cauernis.
Pindus agit gemitus, Pangæaq́ ſaxa reſultant,
Oetæaq́ gemunt rupes, vocesq́ furoris
Expauêre ſui tota tellure relatas.
Spargitur innumerum diuerſis miſſile votis.
Vulnera pars optat, pars terræ figere tela,
Ac puras ſeruare manus. rapit omnia caſus,
Atq́ incerta facit, quos vult, Fortuna nocenteis.
Sed quota pars cladis iaculis, ferroq́ volanti
Exacta eſt? odiis ſolus ciuilibus enſis
Sufficit, & dextras Romana in viſcera ducit.
Pompeij denſis acies ſtipata cateruis,
Iunxerat in ſeriem nexis vmbonibus arma,
Vixq́ habitura locum dextras, ac tela mouendi
Conſtiterat, gladioſq́ ſuos compreſſa timebat.
Præcipiti curſu veſanum Cæſaris agmen
In denſos agitur cuneos, perq́ arma, per hoſtem
Quærit iter, quà torta graueis lorica catenas
Opponit, tutoq́ latet ſub tegmine pectus.
Hac quoque peruentum eſt ad viſcera, totq́ per arma
Extremum eſt, quod quiſque ferit. ciuilia bella
Vna acies patitur, gerit altera: frigidus inde
Stat gladius: calet omne nocens à Cæſare ferrum.
Nec Fortuna diu rerum tot pondera vertens,
Abſtulit ingenteis fato torrente ruinas.

Vt primùm toto diduxit cornua campo
Pompeianus eques, belliq; per vltima fudit:
Sparsa per extremos leuis armatura maniplos
Insequitur, sequáq; manus immittit in hostem.
Illic quaq; suo miscet gens prœlia telo:
Romanus cunctis petitur cruor: inde sagitta,
Inde faces, & saxa volant, spatioq; soluta
Aëris, & calido liquefacta pondere glandes.
Tunc & Iturai, Mediq;, Arabésq; soluto
Arcu turba minax, nusquam rexêre sagittas:
Sed petitur solus, qui campis imminet, aër:
Inde cadunt mortes sceleris: sed crimine nullo
Externum maculãt chalybem. stetit omne coactũ
Cirea peila nefas: ferro subtexitur æther,
Nóxq; super campos telis conserta pependit.
Tum Cæsar metuens, ne frons sibi prima labaret
Incursu: tenet obliquas post signa cohorteis,
Inq; latus belli, quà se vagus hostis agebat,
Immittit subitum non motis cornibus agmen.
Immemores pugnæ nullóq; pudore timendi
Præcipites fecêre palàm, ciuilia bella
Non bene Barbaricis vmquam commissa cateruis.
Vt primùm serpes transfixus pectora ferro,
In caput effusi calauit membra regentis:
Omnis eques cessit campis, glomerataq; pubes
In sua conuersis præceps ruit agmina frenis.
Perdidit inde modum cædes, ac nulla secuta est
Pugna: sed hinc iugulis, hinc ferro bella geruntur.
Nec valet hæc acies tantùm prosternere, quantũ
Inde perire potest. vtinam Pharsalia campis
Sufficiat cruor iste tuis, quem Barbara fundunt
Pectora, non alio mutentur sanguine fontes:
Hic numerus totos tibi vestiat ossibus agros.
Aut si Romano compleri sanguine mauis;
Istis parce precor. viuant Galatæq;, Syriq;,
Cappadoces, Galliq;, extremiq; orbis Iberi,
Armenij, Cilices: nam post ciuilia bella
Hic populus Romanus erit. semel ortus in omneis
It timor, & fatis datus est pro Cæsare cursus.
Ventũ erat ad robur Magni, mediasq; cateruas.
Quod totos errore vago perfuderat agros,
Constitit hoc bellum, Fortunaq; Cæsaris hæsit.
Illic non Regum auxilijs collecta iuuentus
Bella gerit, ferrumq; manus mouêre rogata.
Ille locus fratres habuit, locus ille parentes.
Hoc furor, hoc rabies, hoc sunt tua crimina Cæsar.
Hanc fuge mens partem belli, tenebrisq; relinque,
Nullaq; tantorum discat, me vate, malorum,
Quàm multum bellis liceat ciuilibus, ætas.
Ah potiùs pereant lacrymæ, pereantq; querelæ.
Quidquid in hac acie gessisti, Roma, tacebo.
Hoc Cæsar, rabies populi, stimulisq; furorum,
Ne qua parte sui pereat scelus, agmina circum
It vagus, atq; igneis animis flagrantibus addit.
Conspicit & gladios, qui toti sanguine manent,
Qui niteant primo tantùm mucrone cruenti.
Quæ presso tremat ense manus, quis lãguida tela,
Quis contenta ferat, quis præstet bella iubenti,
Quem pugnare iuuet, quis vultũ ciue perempto
Mutet. obit latis proiecta cadauera campis.
Vulnera multorum totum fusura cruorem
Opposita premit ipse manu. quacumq; vagatur,
Sanguineum veluti quatiens Bellona flagellum,
Bistonas aut Mauors agitans, si verbere sæuo
Palladia stimulet turbatos ægide currus.
Nox ingens scelerum, & cædes oriuntur, & instat
Immensæ vocis gemitus, & pondere lapsi
Pectoris arma sonant, confractiq; ensibus enses.
Ipse manu subicit gladios, ac tela ministrat,
Aduersosq; iubet ferro contundere vultus.
Promouet ipse acies: impellit terga suorum:
Verbere conuersa cessanteis excitat hasta.
In plebem vetat ire manus, monstrataq; Senatum.
Scit cruor imperij qui sit, quæ viscera Regum,
Vnde petat Romam, libertas vltima mundi
Quo steterit ferienda loco, permista secundo
Ordine nobilitas, venerandaq; corpora ferro
Vrgentur: cadunt Lepidos, cadunt q; Metellos,
Coruinosq; simul, Torquataq; nomina Regum:
Sæpe duces, summosq; hominũ te, Magne, remoto.
Illic plebeia contecti casside vultus,
Ignotusq; hosti, quod ferrum Brute tenebas?
O decus imperij, spes ô suprema Senatus,
Extremum tanti generis per sæcula nomen,
Ne rue per medios nimium temerarius hostes,
Nec tibi fataleis admoueris antè Philippos.
Thessalia perituræ tua. nil proficis istic
Cæsaris intentus iugulo: nondum attigit arcem
Iuris, & humanũ culmen, quo cuncta premuntur
Egressus, meruit fatis tam nobile lethum.
Viuat, & vt Bruti procumbat victima, regnet.
Hoc patriæ perit omne decus: iacet aggere magno
Patricium campis commista plebe cadauer.
Mors tamẽ eminuit clarorum in strage virorum
Pugnacis Domitî, quem clades fata per omneis
Ducebant. nusquam Magni Fortuna sine illo
Succubuit: victus toties à Cæsare, salua
Libertate perit. tunc mille in vulnera lætus
Labitur, ac venia gaudet caruisse secunda.
Viderat in crasso voluentem sanguine membra
Cæsar, & increpitans, iam Magni deseris arma,
Successor Domitii: sine te iam bella geruntur.
Dixerat: ast illi suffecit pectora pulsans
Spiritus in vocem, morientiaq; ora reseluit.
Non te funesta scelerum mercede potitum,
Sed dubium fati Cæsar, generoq; minorem
Adspiciens, Stygias Magno Duce liber ad Vmbras,
Et securus eo. te sæuo Marte subactum
Pompeioq; graueis pœnas, nobisq; daturum
Cùm morior, sperare licet. non plura locutum
Vita fugit, densaq; oculos pressêre tenebræ.
Impendisse pudet lacrymas in funere mundi
Mortibus innumeris, ac singula fata sequentem
Quærere: lethiferum per cuius viscera vulnus
Exierit: quis fusa solo vitalia calcet:
Ore quis aduerso demisso faucibus ense

Expulerit moriens animam: quis corruat ictu:
Quis steterit, dū membra cadunt, quis pectore tela
Transmittat: vel quos campis affixerit hasta:
Quis cruor emissus perruperit aëra venus,
Inque hostis cadat arma sui: quis pectora fratris
Cadat, &, vt notum possit spoliare cadauer,
Abscissum longè mittat caput, ora parentis
Quis laceret, nimiaq; probet spectantibus ira,
Quem iugulat, nō esse patrem. mors nulla querela
Digna sua est, nullosq; hominū lugere vacamus.
Non istas habuit pugna Pharsalia partes,
Quas alia clades. illic per fata virorum,
Per populos hetc Roma perit. quod militis illic,
Mors hic gentis erat. sanguis ibi fluxit Achaus,
Ponticus, Assyrius: cunctos hausere cruores
Romanus campisq; vetat consistere torrens.
Maius ab hac acie, quam quod sua secula ferrēt,
Vulnus habēt populi. plus est quam vita, saluisq;,
Quod perit: in totum mundi prosternimur euum.
Vincitur his gladijs omnis, quæ seruiet, ætas.
Proxima quid sobolis, aut quid meruēre nepotes,
In regnum nasci? pauidi num gessimus arma,
Teximus aut iugulos? alieni pœna timoris
In nostra ceruice sedet. post prœlia natis
Si dominum Fortuna dabas, & bella dedisses.
Iam Magnus transisse Deos, Romanaq; fata
Senserat infelix: tota vix clade coactus
Fortunam damnare suam: stetit aggere campi
Eminus: vnde omneis sparsas per Thessala rura
Adspiceret clades, quæ bello obstante latebant.
Tot telis sua fata petit, tot corpora fusa,
Ac se tam multo pereuntem sanguine vidit.
Nec, sicut mos est miseris, trahere omnia secum
Mersa iuuat, genteſq; suæ miscere ruinæ,
Vt Latia post se viuat pars maxima turbæ,
Sustinuit dignos etiam nunc credere votis
Cælicolas, voluitq; sui solatia casus.
Parcite, ait, Superi cunctas prosternere genteis,
Stante potest mundo, Romaq; superstite Magnus
Esse miser. si plura iuuant mea vulnera, coniux
Est mihi, sunt gnati, dedimus tot pignora fatis.
Ciuilne parum est bello, si meq; meosq;
Obtrusi? exigua clades sumus orbe remoto?
Omnia quid laceras? quid perdere cūcta laboras?
Iam nihil est Fortuna meum. sic fatur, & arma
Signaq; & afflictas omni iam parte cateruas
Circuit, & reuocat matura in fata ruentes,
Seq; negat tanti. nec deerat robur in enseis
Ire Duci, iugulōq; pati, vel pectore lethum:
Sed timuit strato miles ne corpore Magni
Non fugeret, supraq; Ducem procumberet orbis.
Cæsaris aut oculis voluit subducere mortem
Nequidquam infelix, socero spectare volenti
Præstandū est vbicumq; caput. sed tu quoq; cōiux
Causſa fugæ, vultusq; tui, fatisq; negatum
Te præsente mori. tum Magnum concitus aufert
A bello sonipes, non tergo tela pauentem,
Ingenteisq; animos extrema in fata ferentem.
Non gemitus, non fletus erat, saluaq; verendus
Maiestate dolor, qualem te, Magne, decebat
Romanis præstare malis. non imparo vultu
Adspicis Emathiam, nec te videre superbum
Prospera bellorum, nec fractum aduersa videbūt.
Quamq; fuit lato per tres insida triumphos,
Tam misero Fortuna minor. iam pondere fati
Deposito securus abis: nunc tempora læta
Respexisse vacat: spes numquam implēda recessit.
Quid fueris nunc scire licet. fuge prœlia dira.
Ac testiare Deos, nullum, qui perstet in armis,
Iam tibi, Magne, mori: ceu flebilis Africa damnis,
Et ceu Munda nocens, Phariosq; à gurgite clades,
Sic & Thessalicæ post te pars maxima pugnæ.
Non iam Pompeij nomen populare per orbem,
Nec studium belli: sed par, quod semper habemus,
Libertas, & Cæsar erunt, teq; inde fugato
Ostendet moriens sibi se pugnasse Senatus.
Nónne iuuat pulsum bellis cessisse, nec istud
Prospectare nefas, spumanteis cæde cateruas?
Respice turbatos incursu sanguinis amneis,
Et soceri miserere tui. quo pectore Romam
Intrabit factus campis felicior istis?
Quidquid in ignotis solus regionibus exsul,
Quidquid sub Pharios positus patiare tyranno:
Crede Deis, longo fatorum crede fauori.
Vincere peius erat: prohibe lamenta sonare:
Flere veta populos: lacrymas, luctusq; remitte.
Tā mala Pōpeij, quàm prospera mundus adoret.
Adspice securus vultu non supplice Reges,
Adspice possessas vrbeis, donataq; regna,
Aegyptum, Libyamq;, & terras elige morti.
Vidit prima tua testis Larissa ruina
Nobile, nec victum fatis caput: omnibus illa
Ciuibus effudit totas per mœnia vires
Obuia seu læto: præmittunt munera flentes:
Pandunt templa, domos: socios se claudibus optant.
Scilicet immenso supereſt ex nomine multum,
Teq; minor solo, cunctas impellere genteis
Rursus in arma potes, rursusq; in fata redire.
Sed quid opus victo populis aut vrbibus, inquit?
Victori præstate fidem. tu Cæsar in alto
Cadis adhuc cumulo, patria per viscera vadis:
At tibi iam populos donat gener. auehit inde
Pompeium sonipes: gemitus lacrymæq; sequūtur,
Plurimaq; in sæuos populi conuicia Diuos.
Nunc tibi vera fides quæsiti, Magne, fauoris
Contigit, ac fructus. felix se nescit amari.
Cæsar vt Hesperio vidit satis arua natare
Sanguine, parcendum ferro, manibusq; suorum
Iam ratus, vt vileis animas, perituraq; frustra
Agmina permisit vitæ: sed castra fugatos
Ne reuocent, pellatq; quies nocturna pauorem,
Protinus hostili statuit succedere vallo,
Dum Fortuna calet, dum conficit omnia terror,
Non veritus graue ne fessis, ac Marte subactis
Non foret imperium. non magno hortamine miles
In prædam ducendus erat. victoria nobis
Plena viri, dixit: supereſt pro sanguine merces,
Quam monstrare meum est: nec enim donare vocabo,

Quod

Quod sibi quisq; dabit. cunctis en plena metallis
Castra patent, raptum Hesperiis è gentibus aurum
Hic iacet, Eoasq; premunt tentoria gazas.
Tot Regum Fortuna simul, Magniq; coacta
Exspectat dominos: propera præcedere miles
Quos sequeris: quascumque tuas Pharsalia fecit,
A victis rapiantur opes. nec plura locutus,
Impulit amenteis, auriq; cupidine cæcos
Ire super gladios, supraq; cadauera patrum,
Et cæsos calcare Duces. quæ fossa, quis agger
Sustineat pretium belli, scelerumq; petenteis?
Scire volunt, quanta fuerint mercede nocentes.
Inuenère quidem spoliato plurima mundo,
Bellorum in sumptus congesta pondera massæ:
Sed non impleuit cupienteis omnia menteis.
Quidquid fodit Iber, quidquid Tagº extulit auri,
Quod legit diues summis Arimaspus arenis,
Vt rapiant, paruo scelus hoc venisse putabunt,
Cùm sibi Tarpeias victor desponderit arceis.
Cùm spe Romanæ promiserit omnia prædæ.
Decipitur, quod castra rapit: capit improba plebes
Cespite patricio somnos, vacuumq; cubile
Regibus infandus miles premit, inq; parentum,
Inq; toris fratrum posuerunt membra nocentes.
Quos agitat vesana quies, somniq; furentes,
Thessalicam miseri versant in pectore pugnam,
Inuigilat cunctis sæuum scelus, armaq; tota
Mente agitant, capuloq; manus absente mouetur.
Ingemuisse putes campos, terramq; nocentem
Inspirasse animas, infectumq; aëra totum
Manibus, & Superum Stygia formidine noctem.
Exigit à meritis tristeis victoria pœnas,
Sibilaq; & flamas infert sopor. Vmbra peremti
Ciuis adest: sua quemq; premit terroris imago.
Ille senum vultus, iuuenum videt ille figuras:
Hunc agitant totis fraterna cadauera somnis:
Pectore in hoc pater est, omnes in Cæsare Manes.
Haud alios non dum Scythica purgatus in ara
Eumenidum vidit vultus Pelopeus Orestes:
Nec magis attonitos animi sensère tumultus,
Cùm fureret Pentheùs, aut cùm desciisset Agaue.
Hunc omnes gladij, quos aut Pharsalia vidit,
Aut vltrix visura dies, stringente Senatu,
Illa nocte premunt: hunc infera monstra flagellãt.
Heu, quantum pœnæ misero mens conscia donat,
Quòd Styga, quòd Manes, infestaq; Tartara somnis
Pompeio viuente videt: tamen omnia passo
Postquàm clara dies Pharsalica damna retexit:
Nulla loci facies reuocat feralibus aruis
Hærenteis oculos. cernit propulsa cruore
Flumina, & excelsos cumulis æquantia colleis
Corpora, sidenteis in tabem spectat aceruos,
Et Magni numerat populos, epulisq; paratur
Ille locus, vultus ex quo faciesq; iacentum
Agnoscat. iuuat Emathiam non cernere terram,
Et lustrare oculis campos sub clade latenteis.
Fortunam, Superosq; suos in sanguine cernit.
Ac ne læta furens scelerum spectacula perdat,
Inuidet igne rogi miseris, cæloq; nocenti
Ingerit Emathiam. non illum Pœnus humator
Consulit, & Libyca succensa lampade Canna
Compellunt, hominum ritus vt seruet in hosteis.
Sed meminit non dum satiata cadibus ira
Ciues esse suos. petimus non singula busta,
Discretosq; rogos: vnum de gentibus ignem:
Non interpositis vrantur corpora flamis.
Aut generi si pœna iuuat, nemus exstrue Pindi:
Erige congestas Oetæo robore siluas,
Thessalicam videat Pompeius ab æquore flammã.
Nil agis hac ira: tabésne cadauera soluat,
An rogus, haud refert: placido Natura receptat
Cuncta sinu, finemq; sui sibi corpora debent.
Hos, Cæsar, populos si nunc non vsserit ignis:
Vret cum terris, vret cum gurgite Ponti.
Communis mundo superest rogus, ossibus astra
Misturus. quocumq; tuam Fortuna vocabit,
Hæ quoq; eunt animæ. non altiùs ibis in auras:
Non meliore loco Stygia sub nocte iacebis.
Libera Fortunæ mors est. capit omnia tellus
Quæ genuit: cælo tegitur, qui non habet vrnam.
Tu, cui dant pœnas inhumato funere gentes,
Quid fugis hanc cladẽ? quid olenteis deserisagros?
Has trahe Cæsar aquas: hoc si potes, vtere cælo.
Sed tibi tabentes populi Pharsalica rura
Eripiunt, camposq; tenent victore fugato.
Non solùm Æmonij funesta ad pabula belli
Bistonij venère lupi, tabemq; cruentæ
Cædis odorati Pholoën liquère leones.
Tunc vrsi latebras, obsceni tecta, domosq;
Deseruère canes, & quidquid nare sagaci
Aëra non sanum, motumq; cadauere sensit.
Iamq; diu volucres ciuilia castra secutæ
Conueniunt. vos, quæ Nilo mutare soletis
Threcias hiemes ad mollem seriùs Austrum
Istis aues. numquam tanto se vulture cælum
Induit, aut plures pressérunt aëra pennæ:
Omne nemus misit volucreis, omnisq; cruenta
Alite sanguineis stillauit roribus arbor.
Sæpe super vultus victoris, & impia signa
Aut cruor, aut alto defluxit ab æthere tabes,
Membraq; deiecit iam lassis vnguibus ales.
Sic quoq; non omnis populus peruenit ad ossa,
Inq; feras discerptus abit. non intima curant
Viscera, nec totas auidè sorbere medullas:
Degustant artus. Latiæ pars maxima turbæ
Fastidita iacet: quam Sol, nimbiq;, dieiq;
Longior Emathus resolutam miscuit aruis.
Thessalia infelix, quo tanto crimine tellus
Læsisti Superos, vt te tot mortibus vnam,
Tot scelerum fatis premerẽt? quod sufficit æuum,
Immemor vt donet belli tibi damna vetustas?
Quæ seges infecta surget non decolor herba?
Quo non Romanos violabis vomere Manes?
Antè nouæ venient acies, sceleriq; secundo
Præstabis non dum siccos hoc sanguine campos.
Omnia maiorum vertamus busta licebit,
Et stanteis tumulos, & qui radice vetusta
Effudère suas, victis compagibus, vrnas:
Plus cinerum Æmoniæ sulcis tellurs aratur,

Pluraq; ruricolis feriuntur dentibus ossa.
Nullus ab Emathio religasset litore funem
Nauita, nec terram quisquam mouisset arator,
Romani bustum populi: fugerentq; coloni
Vmbrarum campos, gregibus dumeta carerent,
Nullusq; auderet pecori permittere pastor
Vellere surgentem de nostris ossibus herbam,
Ac velut impatiens hominum, vel Solis iniqui
Limite, vel glacie nuda, atq; ignota iaceres,
Si non prima nefas belli, sed sola tulisses.
O Superi, liceat terras odisse nocentes.
Quid totum premitis, quid totũ absoluitis orbẽ?
Hesperiæ clades, & flebilis vnda Pachyni,
Et Mutina, & Leucas puros fecere Philippos.

M. ANNAEI LVCANI PHARSALIÆ LIBER VIII.

IOANNIS SVLPICII VERVLANI ARGVMENTVM.

OCTAVO in Lesbon fugiens per deuia Magnus
Nauigat, & coniux lacrymando abducta relinquit
Deflentem populum: properans tum nauta monetur,
Tendat vt ad Cilices, vbi Sextus, turba Ducúmque
Decernũt, quo sit Dux cõfugiturus, atróxq;
Ægyptus legitur. venientem regia prodit,
Cõiugéque, & gnato corã confodit Achillas.
Ambustũ Codrus truncum clàm texit arena.

PAM super Herculea fauces, nemorosaq; Tempe
Æmoniæ deserta petens dispendia siluæ,
Cornipedem exhaustum cursu, stimulisq; negantem
Magnus agens, incertæ fugæ vestigia turbat,
Implicit asq; errore vias. pauet ille fragorem
Motorum ventis nemorum, comitumq; suorum.
Qui post terga redit trepidum, lateriq; timentem
Exanimat. quamuis summo de culmine lapsus,
Non dum vile sui pretium scit sanguinis esse,
Seq; memor fati tantæ mercedis habere
Credit adhuc iugulum. quantum pro Cæsaris ipse
Auulsa ceruice daret. deserta sequentem
Non patitur tutus fatum celare latebris
Clara viri facies. multi Pharsalica castra
Cùm peterent, non dum fama prodente ruinas,
Occursu stupuêre Ducis. vertigine rerum
Attoniti, cladisq; suæ vix ipse fidelis
Auctor erat. grauis est Magno, quicumq; malerũ
Testis adest. cunctis ignotus gentibus esse
Mallet, & obscuro tutus transire per orbem
Nomine: sed longi pœnas Fortuna fauoris
Exigit à misero, quæ tanto pondere famæ
Res premit aduersas fatisq; prioribus vrget.
Nunc festinatos nimiùm sibi sensit honores,
Actaq; laurifera damnat Sullana iuuenta.
Nunc & Corycias classeis, & Pontica signa
Deiectum meminisse piget. sic longius auum
Destruit ingenteis animos, & vita superstes
Imperio: nisi summa dies cum fine bonorum
Affuit, & celeri præuertit tristia letho.
Dedecori est Fortuna prior, quisquámne secundis
Tradere se fatis audet, nisi morte parata?
Litora contigerat, per quæ Peneius amnis
Emathia iam clade rubens exibat in æquor.
Inde ratis trepidum ventis, & fluctibus impar,
Flumineis vix tuta vadis euexit in altum:
Cuius adhuc remis quatitur Corcyra, sinusq;
Leucadij, Cilicum dominus, terræq; Liburnæ,
Exiguam vector pauidus correpsit in alnum.
Conscia curarum secreta in litora Lesbi
Flectere vela iubes: qua tum tellure latebas
Mæstior, in mediis quàm si Cornelia campis
Emathia stares. tristeis præsagia curas
Exagitant, trepida quatitur formidine somnus,
Thessaliam nox omnis habet, tenebrisq; remotis
Rupis in abruptæ scopulos, extremaq; currens
Litora prospiciens fluctus, nutantia longè
Semper prima videns venientis vela carinæ,
Quærere nec quidquam de fato coniugis audes.
En ratis, ad vestros quæ tendit carbasa portus,
Quid ferat ignoras: sed nunc tibi summa pauoris
Nuntius armorum tristis, rumorq; siniſter
Victus adest coniux. quid perdis tempora luctus?
Cùm possis iam flere, times, tunc puppe propinqua
Prosiluit, crimenq; Deum crudele notauit,
Deformem pallore Ducem, vultusq; prementem
Canitiem, atq; atro squalenteis puluere vesteis.
Obuia nox miseræ calum, lucemq; tenebris
Abstulit, atq; animam clausit dolor: omnia neruis
Membra relicta labant, riguerunt corda, diuq;
Spe mortis depressa iacet. iam fune ligato
Litoribus, lustrat vacuas Pompeius arenas.
Quem postquàm propius famulæ vidêre fideles,
Non vltrà gemitus tacitos incessere fata
Permisere sibi, frustraq; attollere terra
Semianimem conantur heram: quam pectore Magnus
Ambit, & adstrictos resouet complexibus artus.
Cœperat in summum reuocato sanguine corpus
Pompeij sentire manus, mæstamq; mariti
Posse pati faciem: prohibet succumbere fatis
Magnus,

Magnus,& immodicos castigat voce dolores.
Nobile cur robur Fortunæ vulnere primo
Femina tantorum titulis insignis auorum
Frangis? habes aditum mansuræ in sæcula famæ.
Laudis in hoc sexu non legum iura,nec arma,
Vnica materia est coniux miser.erige mentem,
Et tua cum fatis pietas decertet,& ipsum,
Quòd sum victus,ama:nunc sum tibi gloria maior.
A me quòd fasces,& quòd pia turbā Senatus,
Tantaq; discessit Regum manus,incipe Magnum
Sola sequi deformis adhuc viuente marito,
Summus & augeri vetitus dolor:vltima debet
Esse fides lugere virum. tu nulla tulisti
Bello damna meo.viuit post prœlia Magnus,
Sed Fortuna perit:quod defles,illud amasti.
Vocibus his correpta viri,vix ægra leuauit
Membra solo,taleis gemitu rumpente querelas.
O vtinam in thalamos inuisi Cæsaris issem
Infelix coniux,& nulli læta marito.
Bis nocui mundo: me pronuba duxit Erinnys.
Crassorumq; Vmbræ,deotaq; Manibus illis
Assyrios in castra tuli ciuilia casus,
Præcipitesq; dedi populos,cunctosq; fugaui
A caussa meliore Deos.ò maxime coniux,
O thalamis indigne meis,hoc iuris habebat
In tantum Fortuna caput?cur impia nupsi,
Si miserum factura fui?nunc accipe pœnas,
Sed quas sponte luam. quo sit tibi mollius æquor,
Certa fides Regum,totusq; paratior orbis,
Sparge mari comitem.mallem felicibus armis
Dependisse caput:nunc clades deniq; lustra
Magne tuas.vbicumq; iaces ciuilibus armis
Nostros vlta toros,ades huc atq; exige pœnas
Iulia crudelis,placataq; pellice cæsa,
Magno parce tuo:sic fata,iterumq; refusa
Coniugis in gremium,cunctorum lumina soluit
In lacrymas,duri flectuntur pectora Magni,
Siccaq; Thessalia confundit lumina Lesbos.
Tunc Mitylenæum tam pleno litore vulgus
Affatur Magnum.si maxima gloria nobis
Semper erit tanti pignus seruasse mariti,
Tu quoq; deuotos sacro tibi fœdere muros
Oramus,sociosq; Lareis dignare,vel vna
Nocte tua:fac Magne locum,quē cuncta reuisent
Sæcula,quem veniens hospes Romanus adoret.
Nulla tibi subeunda magis sunt mœnia victo,
Omnia victoris possunt sperare salutem:
Hæc iam crimen habent: quid, quòd iacet insula Ponto?
Cæsar eget ratibus:procerum pars magna coibit
Certa loci.noto reparandum est litore fatum.
Accipe templorum cultus:aurumq; Deorum
Accipe:si terris,si puppibus ista iuuentus
Aptior est,tota,quantum valet,vtere Lesbo.
Accipe,ne Cæsar rapiat,tu victus habeto.
Hoc solum crimen meritæ bene detrahe terræ,
Ne nostram videare fidem felixq; secutus,
Et damnâsse miser.tali pietate virorum
Lætus,in aduersis & mundi nomine gaudent
Esse fidem,nullum toto mihi,dixit,in orbe
Gratius esse solum non paruo pignore vobis
Ostendi.tenuit nostros hæc obside Lesbos
Affectus:heic sacra domus,cariq; Penates:
Heic mihi Roma fuit. non vlla in litora puppim
Antè dedi fugiens,sæui cùm Cæsaris iram
Iam scirent meritam,seruata coniuge,Lesbon,
Non veritus tantam veniæ committere vobis
Materiam.sed iam satis est feciisse nocenteis.
Fata mihi totum mea sunt agitanda per orbem.
Heu nimiùm felix æterno nomine Lesbos,
Siue doces populos, Regesq; admittere Magnum,
Seu præstas mihi sola fidem.nā quærere certū est,
Fas quibus in terris,vbi sit scelus.accipe Numen,
Si quod adhuc mecum es votorū extrema meorū:
Da similes Lesbo populos,qui Marte subactum
Non intrare suos infesto Cæsare portus,
Non exire vetent.dixit,mæstamq; carinæ
Imposuit comitem.cunctos mutare putares
Tellurem, patriæque solum:sic litore toto
Plangitur,infestæ tenduntur in æthera dextræ,
Pompeiumq; minus, cuius Fortuna dolorem
Mouerat:ast illam,quam toto tempore belli
Vt ciuem videre suam,discedere cernens
Ingemuit populus:quam vix si castra mariti
Victoris peteret,siccis dimittere matres
Iam poterant oculis,tanto deuinxit amore
Hos pudor,hos probitas, castiq; modestia vultus,
Quod submissa nimis,nulli grauis hospita turbæ,
Stantis adhuc fati vixit quasi coniuge victo.
Iam pelago medios Titan demissus ad igneis,
Nec quibus abscondit,nec si quibus exserit, orbē,
Totus erat:vigiles Pompeij in pectore curæ
Nunc socias adeunt Romani fœderis vrbeis,
Et varias Regum menteis,nunc inuia mundi
Arua super nimios Soles,Austrumq; iacentis,
Sæpe labor mæstus curarum,odiumq; futuri
Proiecit fessos incerti pectoris æstus,
Rectoremq; ratis de cunctis consulit astris:
Vnde notet terras,quæ sit mensura secandi
Æquoris in cælo, Syriam quo sidere seruet,
Aut quot in plaustro Libyam bene dirigat ignis.
Doctus ad hæc fatur taciti seruator Olympi.
Signifero quæcunque fluunt labentia cælo
Numquam stante polo miseros fallentia nautas
Sidera non sequimur: sed qui non mergitur vndis
Axis inoccíduus gemina clarissimus Arcto,
Ille regit puppes:hic cùm mihi semper in altum
Surget, & instabit summis minor Vrsa ceruchis:
Bosporon,& Scythiæ curuantem litora Pontum
Spectamus, quidquid descendit ab arbore summa
Arctophylax,propiorq; mari Cynosura feretur:
In Syriæ portus tendit ratis:inde Canopos
Excipit Australi cælo contenta vagari.
Stella timens Boream:illa quoque perge sinistra,
Trans Pharon: in medio tanget ratis æquore Syrteis.
Sed quò vela dari, quò nunc pede carbasa tendi
Nostra iubes?dubio contrà cui pectore Magnus,
Hos solum toto,respondit,in æquore seruat,

Vt sit ab Emathijs semper tua longius oris
Puppis, & Hesperiam pelago, cæloq; relinquas:
Cetera da ventis. comitem, pignusq; recepi
Depositum: tunc certus eram, quæ litora vellem,
Nunc portum Fortuna dabit. sic fatur: at ille
Iusto vela modo pendentia cornibus æquis
Torsit, & in læuum puppim dedit, vtque secaret,
Quas Asinæ cautes, & quas Chios asperat, vndas,
Hos dedit in proram, tenet hos in puppe rudenteis.
Aequora senserunt motus, aliterq; secante
Iam pelagus rostro, nec idem spectante carina,
Mutauere sonum. non sic moderator equorum,
Dexteriore rota, læuum cùm circuit axem.
Cogit inoffensæ currus accedere metæ.
Ostendit terras Titan, & sidera texit:
Sparsus ab Emathia fugit quicumq; procella,
Assequitur Magnum, primusq; à litore Lesbi
Occurrit gnatus, procerum mox turba fidelis.
Nam neq; deiecto fatis, acieq; fugato
Abstulerat Magno Reges Fortuna ministros:
Terrarum dominos, & sceptra Eoa tenenteis
Exsul habet comites. iubet ire in deuia mundi
Deiotarum, qui sparsa ducis vestigia lègit.
Quando, ait, Emathijs amissus cladibus orbis
Qua Romanus erat, supereſt fidissime Regum
Eoam tentare fidem, populosq; bibenteis
Euphraten, & adhuc securum à Cæsare Tigrim:
Nec pigeat Magno quærentem fata remotas
Medorum penetrare domos, Scythicosq; recessus,
Et totum mutare diem, vocesq; superbo
Arsacidæ perferre meas, si fœdera vobis
Prisca manent, mihi per Latiũ iurata Tonãtem,
Per vestros adstricta magos, implete pharetras,
Armeniosq; arcus Geticis intendite neruis.
Si vos ô Parthi, peterem cùm Caspia claustra,
Et sequerer duros æterni Martis Alanos,
Passus Achæmenijs latè decurrere campis,
In tutam trepidos numquam Babylona coëgi.
Arua super Cyri, Chaldæiq; vltima regni,
Qua rapidus Ganges, & quà Nisæus Hydaspes
Accedunt pelago Phœbi surgentis ab igne,
Iam propior, quàm Persis, eram: tamen omnia vincens
Sustinui nostris vos tantùm deesse triumphis.
Solusq; è numero Regum telluris Eoæ
Ex æquo me Parthus adit: nec munere Magni
Stat semel Arsacidæ. quis enim post vulnera cladis
Assyriæ, iustas Latij compescuit iras?
Tot meritis obstricta meis, nunc Parthia ruptis
Excedat claustris vetitam per sæcula ripam,
Zeugmaq; Pellæum. Pompeio vincite Parthi.
Vinci Roma volet. Regem parêre iubenti
Ardua non piguit, positisq; insignibus aulæ
Egreditur famuli raptos indutus amictus.
In dubijs tutum est inopem simulare tyranno.
Quantò igitur, mundi domini, securius æuum
Verus pauper agit! dimisso in litore Rege.
Ipse per Icariæ scopulos, Ephesumq; relinquens,
Et placidi Colophona maris spumantia parua
Radit saxa Sami, spirat de litore Coo
Aura fluens, Cnidon inde fugit, clarãq; relinquit
Sole Rhodon, magnosq; sinus Talmessidos vndæ
Compensat: medio pelago Pamphylia puppi
Occurrit tellus: nec se committere muris
Ausus adhuc vllis, te primùm parua Phaselis
Magnus adit. nam te metui vetat incola rarus,
Exhaustæque domus populis, maiorq; carinæ,
Quam tua turba fuit. tendès hinc carbasa rursus
Iam Taurum, Tauroq; videt Dipsonta cadẽtem.
Crederet hoc Magnus, pacẽ cùm præstitit vndis
Et sibi consultum? Cilicum per litora tutus
Parua puppe fugit. sequitur pars magna Senatus
Ad profugum collecta Ducem paruiq; Celendris,
Quo portu mittitq; rates, recipitq; Selinus,
In procerum cœtu. tandem mœsta ora resoluit
Vocibus his Magnus. comites belliq;, fugæque,
Atque instar patriæ, quamuis in litore nudo
In Cilicum terra nullis circumdatus armis
Consultem, rebusq; nouis exordia quæram,
Ingenteis præstate animos: non omnis in aruis
Emathijs cecidi, nec sic mea fata premuntur,
Vt nequeam releuare caput, cladesq; receptas
Excutere. an Libycæ Marium potuere ruinæ
Erigere in fasceis, plenis & reddere fastis:
Me pressum leuiore manu Fortuna tenebit?
Mille meæ Graio voluuntur in æquore puppes,
Mille Duces, sparsit potiùs Pharsalia nostras,
Quàm subuertit opes. sed me vel sola tueri
Fama potest rerum, toto quas gessimus orbe,
Et nomen, quod mundus amat. vos pendite regna
Viribus, atq; fide, Libyen, Parthosq;, Pharonq;,
Quænam Romanis deceat succurrere rebus.
Ast ego curarum proceres, arcana mearum
Expromam, mentisq; meæ quò pondera vergant.
Aetas Niliaci nobis suspecta tyranni est:
Ardua quippe fides robustos exigit annos.
Hinc anceps dubij terret sollertia Mauri:
Namq; memor generis Carthaginis impia proles
Imminet Hesperiæ, multusq; in pectore vano est
Hannibal, obliquo maculat qui sanguine regnũ,
Et Numidas contingit auos: iam supplice Varo
Intumuit, viditque loco Romana secundo.
Quare agite Eoum comites properemus in orbem.
Diuidit Euphrates ingentem gurgite mundum,
Caspiaq; immensos seducunt claustra recessus,
Et polus Assyrias alter nocteſq;, dieſq;
Vertit, & abruptũ est nostro mare discolor vnda,
Oceanusq; suus. regnandi sola voluptas.
Celsior in campis sonipes, & fortior arcus;
Nec puer, aut senior lethaleis tendere neruos
Segnis, & à nulla mors est incerta sagittæ.
Primi Pellæas arcu fregere sarissas,
Bactraq; Medorum sedem, murisq; superbam
Assyrias Babylona domos. nec pelia timentur
Nostra nimis Parthis, audentq; in bella venire,
Experti Scythicas, Crasso pereunte, sagittas.
Spicula nec solo spargunt fidentia ferro:
Stridula sed multo saturantur tela veneno.
Vulnera parua nocent, fatumq; in sanguine summo est.

O vtinam non tanta mihi fiducia sæuis
Esset in Arsacidis: fatis nimus æmula nostris
Fata mouent Medos, multumq; in gente Deorum
est.
Effundam populos alia tellure reuulsos,
Excitosq; suis immittam sedibus ortus.
Quòd si nos Eoa fides, & Barbara fallunt
Fœdera: vulgati supra commercia mundi
Naufragium Fortuna ferat. non regna precabor,
Quæ feci: sed magna feram solatia mortis
Orbe iacens alio, nihil hæc in membra cruentè,
Nil socerum feciſſe piè. sed cuncta reuoluens
Vitæ fata meæ, ſemper venerabilis illa
Orbis parte fui. quantus Mœotida supra!
Quantus apud Tanaim toto conſpectus in ortu?
Quas magis in terras noſtrum felicibus actis
Nomen abit, aut vnde redit maiore triumpho?
Roma faue cœptis. quid enim tibi lætius vnquam
Præſtiterint Superi, quàm ſi ciuilia Partho
Milite bella geras? tantam conſumere gentem,
Et noſtris miſcere malis? cùm Cæſaris arma
Concurrent Medis, aut me Fortuna neceſſe eſt,
Vindicet, aut Craſſium. ſic fatus, murmure ſenſit
Conſilium damnaſſe viros: quos Lentulus omneis
Virtutis ſtimulis & nobilitate dolendi
Præceſſit, dignaſq; tulit modò Conſule voces.
Siccine Theſſalicæ mentem fregêre ruinæ?
Vna dies mundi damnauit fata? ſecundum
Emathiam lis tanta datur? iacet omne cruenti
Vulneris auxilium? ſolos tibi, Magne, reliquit
Parthorum Fortuna pedes? quid transfuga mundi
Terrarum tot os tractus, cœlumq; peroſus,
Aduerſoſq; polos, alienaq; ſidera quæris
Chaldæos culture Deos, & Barbara ſacra
Parthorũ famulus? quid cauſſæ obtenditur armis:
Libertatis amor? miſerum quid decipis orbem,
Si ſeruire potes? te, quem Romana regentem
Horruit auditu, quem captos ducere Reges
Vidit ab Hyrcanis, Indoq; à litore, ſiluis,
Deiectum fatis, humilem fractumq; videbit,
Extolletq; animos Latium veſanus in orbem,
Se ſimul, & Romam Pompeio ſupplice menſus?
Nil animis, fatiſq; tuis effabere dignum.
Exiget ignorans Latiæ commercia linguæ,
Vt lacrymis ſe, Magne, roges. patimúrne pudoris
Hoc vulnus, clades vt Parthia vindicet antè
Heſperias, quàm Roma ſuas? ciuilibus armis
Elegit te nempe Ducem. quid vulnera noſtra
In Scythicos ſpargis populos, cladeſq; latenteis?
Quid Parthos tranſire doces? ſolatia tanti
Perdit Roma mali, nullos admittere Reges,
Sed ciui ſeruire ſuo, iuuat ire per orbem
Ducentem ſæuas Romana in mœnia genteis,
Signaq; ab Euphrate cum Craſſis capta ſequentem?
Qui ſolus Regum fato celante fauorem,
Defuit Emathiæ, nunc tantas ille laceſſet
Auditi victoris opes, aut iungere fata
Tecum, Magne, volet? non hæc fiducia genti eſt.
Omnis in Arctois populus quicumq; pruinis
Naſcitur: indomitus bellis, & mortis amator.
Quidquid ad Eoos tractus, mundiq; reporem
Labitur: emollit genteis clementia cælt.
Illic & laxas veſteis, & fluxa virorum
Velamenta vides. Parthus per Medica rura,
Sarmaticos inter campos, effuſaq; plano
Tigridis arua ſolo, nulli ſuperabilis hoſti eſt,
Libertate fugæ: ſed non, vbi terra tumebit,
Aſpera conſcendet montis iuga, nec per opacas
Bella geret tenebras incerto debilis arcu.
Nec franget nando violenti vorticis amnem,
Nec tota in pugna perfuſus ſanguine membra
Exiget æſtiuum calido ſub puluere Solem.
Non aries illis, non vlla eſt machina belli,
Haud foſſas implere valent: Parthoq; ſequente
Murus erit, quodcumq; poteſt obſtare ſagittæ,
Pugna leuis, bellumq; fugax, turmæq; vagantes,
Et melior teſſiſſe loco, quàm pellere, miles.
Illita tela dolis, nec Martem cominus vmquam
Auſa pati virtus: ſed longè tendere neruos,
Et, quo ferre velint, permittere vulnera ventis.
Enſis habet vires, & gens, quæcumq; virorum
eſt,
Bella gerit gladiis: nam Medos prælia prima
Exarmant, vacuæq; iubent remeare pharetræ.
Nulla manus illis: fiducia tota veneni eſt.
Credis, Magne, viros, quos in diſcrimina belli
Cum ferro veniſſe parum eſt? tentare pudendum
Auxilium tanti eſt, toto diuiſus in orbe
A terra moriare tua? tibi Barbara tellus
Incumbat? te parua tegant, ac vilia buſta,
Inuidioſa tamen, Craſſo quærente ſepulchrum?
Sed tua ſors melior: quoniam mors vltima pœna
eſt,
Non metuenda viris. at non Cornelia lethum
Infando ſub Rege timet. num Barbara nobis
Eſt ignota Venus? quæ ritu cæca ferarum
Polluit innumeris leges, & fœdera tedæ
Coniugibus, thalamiq; patent ſecreta neſandi.
Inter mille nurus epulis veſana, meroq;
Regia non vllis exceptos legibus horret
Concubitus: tot femineis complexibus vnum
Non laxat nox tota marem. iacuêre ſorores
In fratrum thalamis, ſacrataq; pignora matrum.
Damnat apud genteis ſceleris non ſponte peracti
Oedipodionias infelix fabula Thebas.
Parthorum dominus quoties ſic ſanguine miſto
Naſcitur Arſacides? cui fas implere parentem,
Quid rear eſſe nefas? proles tam clara Meſſelli
Stabit Barbarico coniux milleſima lecto:
Quamquam non vlli plus regia, Magne, vacabit
Sauitia ſtimulata Venus, tituliſq; virorum.
Nam quo plura iuuent Parthum portenta: fuiſſe
Hanc ſciet & Craſſi. ceu pridem debita fatis
Aſſyriis, trahitur cladis captiua vetuſtæ.
Horret Eoa vulnus miſerabile ſortis:
Non ſolitum auxilium funeſto à Rege petiſſe,
Sed geſſiſſe prius bellum ciuile pudebit.
Nam quod apud populos crimen ſocerique, tuumq;

Maius erit, quàm quod vobis miscentibus arma,
Crassorum vindicta perit? incurrere cuncti
Debuerant in Bactra Duces, & ne qua vacarent
Arma, vel Arctoum Dacis, Rhenique cateruis
Imperij nudare latus, dum perfida Susis
In tumulos prolapsa Ducum, Babylonque iacerent.
Assyriæ paci finem, Fortuna, precamur.
Et si Thessaliæ bellum ciuile peractum est,
Ad Parthos, qui vicit, eat. gens vnica mundi est,
De qua Cæsareis possim gaudere triumphis.
Non tibi, cùm primùm gelidum transibit Araxem,
Vmbra senis mæsti Scythicis confixa sagittis
Ingerat has voces? tu quem post funera nostra
Vltorem cinerum nudæ sperauimus Vmbræ,
Ad fœdus, pacemque venis? tunc plurima cladis
Occurrent monumenta tibi: quæ mœnia trunci
Lustrarunt ceruice Duces, vbi nomina tanta
Obruit Euphrates, & nostra cadauera Tigris
Detulit in terras, ac reddidit. ire per ista
Si potes, in media socerum quoque, Magne, sedentem
Thessaliæ placare potes. quin respicis orbem
Romanum? si regna times proiecta sub Austro,
Infidumque Iubam, petimus Pharon, aruáque Lagi.
Syrtibus hinc Libycis tuta est Ægyptus: at inde
Gurgite septeno rapidus mare summouet amnis.
Terra suis contenta bonis, non indiga mercis,
Aut Iouis in solo tanta est fiducia Nilo.
Sceptra puer Ptolemæus habet tibi debita, Magne,
Tutelæ commissa tuæ. quis nominis vmbram
Horreat? innocuum est ætas: nec iura, fidemque,
Respectumque Deûm veteris sperauerit aulæ.
Nil pudet assuetos sceptris: mitissima sors est
Regnorum sub Rege nouo. non plura locutus
Impulit huc animos. quãtum spes vltima rerum
Libertatis habet? victa est sententia Magni.
Tunc Cilicum liquêre solum, Cyprosque citatas
Immisêre rates: nullas cui prætulit aras
Vnda Diua memor Paphiæ, si Numina nasci
Credimus, aut quemquam fas est cœpisse Deorũ.
Hæc vbi deseruit Pompeius litora: totos
Emensus Cypri scopulos, quibus exit in Austrum,
Inde maris vasti transuerso vertitur æstu:
Nec tenuit Casium nocturno lumine montem,
Infimaque Ægypti pugnaci litora velo
Vix tetigit, qua diuidui pars maxima Nili
In vada deturrit Pelusia, septimus amnis.
Tempus erat, quo Libra pares examinat horas
Non vna plus æqua die, noctique rependit
Lux minor hiberna veri solatia damni.
Comperit vt Regem Casio se monte tenere,
Flectit iter: nec Phœbus adhuc, nec carbasa languent.
Iam rabido speculator eques per litora cursu
Hospitis aduentu pauidam compleuerat aulam.
Consilij vix tempus erat: tamen omnia monstra
Pellæa cõtre domus: quos inter Achoreus
Iam placidus senio, fractisque modestior annis,
Hunc genuit custos Nili crescentis in aruæ
Memphis vana sacris: illo cultore Deorum
Lustra sua Phœbes non vnus vixerat Apis.
Consilij vox prima fuit, meritumque, fidemque,
Sacraque defuncti iactauit pignora patris.
Sed melior suadere malis, & nosse tyrannos
Ausus Pompeium letho damnasse Photinus.
Ius, & fas multos faciunt Ptolemææ nocenteis.
Dat pœnas laudata fides, cùm sustinet, inquit,
Quos Fortuna premit. fatis accede, Deisque,
Et cole felices: miseros fuge. sidera terræ
Vt distant, & flamma mari: sic vtile recto.
Sceptrorum vis tota perit, si pendere iusta
Incipit, euertitque acies respectus honesti.
Libertas scelerum est, qua regna inuisa tuetur,
Sublatusque modus gladiis. facere omnia sauè
Non impunè licet. nisi cùm facis. exeat aula,
Qui vult esse pius. virtus, & summa potestas
Non coëunt. semper metuet, quem sæua pudebũt.
Non impunè tuos Magnus contemserit annos:
Qui te nec victos arcere à litore nostro
Posse putat. neu te sceptris priuauerit hospes:
Pignora sunt propiora tibi. Nilumque, Pharonque,
Si regnare piget, damnata redde sorori.
Ægyptum certè Latiis tueamur ab armis.
Quidquid non fuerit Magni, dum bella gerũtur,
Nec victoris erit. toto iam pulsus ab orbe,
Postquàm nulla manet rerum fiducia, quærit,
Cum qua gente cadat: rapitur ciuilibus armis.
Nec soceri tantùm arma fugit: fugit ora Senatus,
Cuius Thessalicas saturat pars magna volucres.
Et metuit gentes, quas vno in sanguine mistas
Deseruit: Regémque timet, quorum omnia mersit:
Thessaliaque reus, nulla tellure receptus,
Sollicitat nostrum, quem non dum perdidit, orbẽ.
Iustior in Magnum nobis Ptolemææ querelæ
Caussa data est. quid sepositam, sempérque quietam
Crimine bellorum maculas Pharon, aruáque nostra
Victori suspecta facis? cur sola cadenti
Hæc placuit tellus, in quam Pharsalia fata
Conferres, pœnasque tuas? iam crimen habemus
Purgandum gladio. quòd nobis sceptra Senatus,
Te suadente, dedit: votis tua fouimus arma.
Hoc ferrum, quod fata iubent proferre, paraui
Non tibi, sed victo feriam tua viscera Magne:
Malueram soceri. rapimur, quò cuncta feruntur.
Tene mihi dubitas an sit violare necesse,
Cùm liceat? quæ te nostri fiducia regni
Huc agit infelix? populum non cernis inermem,
Aruaque vix refugo fodientem mollia Nilo?
Metiri sua regna decet, viresque fateri.
Tu Ptolemææ potes Magni fulcire ruinam,
Sub qua Roma iacet? bustum, cineresque mouere
Thessalicos audes, bellumque in regna vocare?
Ante aciem Emathiam nullis accessimus armis:
Pompeij nunc castra placent, qua deserit orbis?
Nunc victoris opes, & cognita fata lacessis?
Aduersis non decesse decet, sed læta secutos.

Nullo

Nulla fides vmquam miseros elegit amicos.
Assensere omnes sceleri: lætatur honore
Rex puer insueto, quòd iam sibi tanta licere
Permittant famuli. sceleri delectus Achillas.
Perfida qua tellus Casiis excurrit arenis,
Et vada testantur iunctas Aegyptia Syrteis,
Exiguam socijs monstri, gladiisq; carinam
Instruit ô Superi, Nilúsue, & Barbara Memphis,
Et Pelusiaci tam mollis turba Canopi
Hos animos? sic fata premunt ciuilia mundum?
Sic Romana iacent? vllúsne in cladibus istis
Est locus Aegypto, Phariusq; admittitur ensis?
Hanc certè seruate fidem ciuilia bella,
Cognatas præstate manus, externaq; monstra
Pellite. si meruit tam claro nomine Magnus
Cæsaris esse nefas, tanti Ptolomæe ruinam
Nominis haud metuis, cæloque tonante profanas
Inseruisse manus impune, ac semiuir audes?
Non domitor mundi, nec ter Capitolia curru
Inuectus, Regumq; potens, vindexq; Senatus,
Victorisq; gener; Pharios satis esse tyranno
Quod poterat Romanus erat. quid viscera nostra
Scrutaris gladio? nescis puer improbe, nescis
Quo tua sit Fortuna loco. iam iure sine vllo
Nili sceptra tenes: cecidit ciuilibus armis,
Qui tibi regna dedit. iam vento vela negarat
Magnus: & auxilio remorum infanda petebat
Litora: quem contra non longa vecta biremi
Appulerat scelerata manus: Magnóq; patêre
Fingens regna Phari, celsa de puppe carinæ:
In paruam iubet ire ratem, litusq; malignum
Incusat, bimaremq; vadis frangentibus æstum,
Qui vetat externas terris aduertere classeis.
Quòd nisi fatorum leges, intentaq; iussu
Ordinis æterni miseræ vicinia mortis
Damnatum letho traherent ad litora Magnum,
Non vlli comitum sceleris præsagia deerant.
Quippe fides si pura foret, si regia Magno
Sceptrorum auctori vera pietate pateret,
Venturum tota Pharium cum classe tyrannum.
Sed cessit fatis, classemq; relinquere iussus
Obsequitur, lethumq; iuuat præferre timori.
Ibat in hostilem præceps Cornelia puppim,
Hoc magis impatiens egresso deesse marito,
Quòd metuit clades. remane temeraria coniux,
Et tu gnate precor, longéque è litore casus
Exspectate meos, & in hac ceruice tyranni
Explorate fidem. dixit, sed surda vetanti
Tendebat geminas amens Cornelia palmas.
Quò sine me crudelis abis? iterúmne relinquor
Thessalicis summota malis? numquã omine lato
Distrahimur miseri. poteras non flectere puppim,
Cum fugeres alio latebrisq; relinquere Lesbi,
Omnibus à terris si nos arcere parabas?
An tantùm in fluctus placeo comes? hæc vbi frustrà
Effudit, prima pendet tamen anxia puppe,
Attonitoq; metu nec quoquam auertere visus,
Nec Magnum spectare potest. fletit anxia classis
Ad Ducis euentum, metuens non arma, nefásq;:
Sed ne, summissis precibus, Pompeius adoret
Sceptra sua donata manu. transire parantem
Romanus Pharia miles de puppe salutat
Septimius: qui, prô Superûm pudor, arma satelles
Regia gestabat posito deformia peilo,
Immanis, violentus, atrox, nullúmq; ferarum
Mitior in cædes. quis non, Fortuna, putasset
Parcere te populis, quòd bello hac dextra vacasset,
Thessaliáq; procul tam noxia tela fugasses?
Disponis gladios, ne quo non fiat in orbe,
Heu, facinus ciuile tibi. victoribus ipsis
Dedecus, & numquam Superũ caritura pudore
Fabula. Romanus Regi sic paruit ensis,
Pellæúsq; puer gladio tibi colla recidit,
Magne, tuo? qua posteritas in sæcula mittet
Septimium famæ? scelus hoc quo nomine dicent,
Qui Bruti dixere nefas? iam venerat horæ
Terminus extremæ, Phariámq; ablatus in alnũ
Perdiderat iam iura sui. tunc stringere ferrum
Regia monstra parant. vt vidit cominus enseis,
Inueluit vultus: atque indignatus apertum
Fortunæ præbere caput. tunc lumina pressit,
Continuitque animam, ne quas effundere voces
Posset, & æternam fletu corrumpere famam.
At postquam mucrone latus funestus Achillas
Perfodit: nullo gemitu consensit ad ictum,
Despexitque nefas: seruatque immobile corpus,
Séque probat moriẽs, atque hæc in pectore voluit.
Sæcula Romanos numquam tacitura labores
Attendunt, auúmq; sequens speculatur ab omni
Orbe ratem, Phariamq; fide. nunc consule famæ.
Fata tibi longæ fluxerunt prospera vitæ.
Ignorant populi. si non in morte probaris,
An scieris aduersa pati. nec cæde pudori,
Auctoremq; dole fati. quacumque feriris,
Crede manum soceri spargãi, lacerémque licebit,
Sum tamen, ô Superi, felix, nullique potestas
Hoc auferre Deo. mutantur prospera vita:
Non sum morte miser. videt hanc Cornelia cædem,
Pompeiúsque metus. tanto patientius oro
Claude dolor gemitus: gnatus coniuxque peremptum
Si mirantur, amant. talis custodia Magno
Mentis erat: ius hoc animi morientis habebat.
At non tam patiens Cornelia cernere sæuum,
Quàm perferre, nefas, miserandis æthera complet
Vocibus ô coniux, ego te scelerata peremi,
Lethifera tibi caussa mora fuit auia Lesbos,
Et prior in Nili peruenit littora Cæsar.
Nam cui ius alij sceleris? sed quisquis in istud
A Superis immisse caput, vel Cæsaris ira,
Vel tibi prospiciens nescis crudelis, vbi ipsa
Viscera sint Magni: properas, atque ingeris ictus,
Qua votum est victo: pœnas non morte minores
Pẽdat, & antè meũ videat caput. haud ego culpa
Libera bellorum, qua matrum sola per vndas
Et per castra comes nullis absterrita fatis
Victum, quod Reges etiam timuere, recepi.
Hoc merui coniux in tuta puppe relinqui?

Perfide parcebas. te fata extrema petente
Vita digna fuit? moriar, nec munere Regis.
Aut mihi præcipitem nautæ permittite saltum:
Aut laqueum collo, tortosq; aptate rudenteis:
Aut aliquis Magno dignus comes exigat ensem.
Pompeio præstare potest, quod Cæsaris armis
Imputet. ô sæui, properantem in fata tenetis?
Viuis adhuc coniux, & iam Cornelia non est
Ituris, Magne, fui? prohibent arcessere mortem:
Seruor victori. sic fata, interq; suorum
Lapsa manus rapitur, trepida fugiente carina.
At Magni ciim terga sonent, & pectora ferro,
Permansisse decus sacræ venerabile formæ,
Iratamq; Deis faciem, nil vltima mortis
Ex habitu, vultuq; viri mutasse fatentur,
Qui lacerum videre caput. nam sæuus in ipso
Septimius sceleris maius scelus inuenit actu,
Ac retegit sacros, scisso velamine, vultus
Semianimis Magni, spirantiaq; occupat ora,
Collaq; in obliquo ponit languentia transtro.
Tunc neruos, venasq; secat, nodosaq; frangit
Ossa diu: non dum artis erat caput ense rotare.
At postquàm trunco ceruix abscissa recessit,
Vindicat hoc Pharius dextra gestare sat elles.
Degener, atque opera miles Romane secunda,
Pompeij diro sacrum caput ense recidis,
Vt non ipse feras? ô summi fata pudoris!
Impius vt Magnum nosset puer, illa verenda
Regibus hirta coma, & generosa fronte decora
Cæsaries comprensa manu est, Pharioq; veruto,
Dum viuunt vultus, at que os in murmura pulsant
Singultus animæ, dum lumina nuda rigescunt.
Suffixum caput est: quo numquam bella iubente
Pax fuit: hoc leges, campúmque & rostra mouebat.
Hac facie Fortuna tibi Romana placebas.
Nec satis infando fuit hoc vidisse tyranno:
Vult sceleri superesse fidem: tunc arte nefanda
Summota est capiti tabes, raptoq; cerebro
Adsiccata cutis, putrisq; affluxit ab alto
Humor, & infuso facies solidata veneno est.
Vltima Lageæ stirpis peritura q; proles
Degener, incestæ sceptris cessure sororis
Cum tibi sacrato Macedon seruetur in antro,
Et Regum cineres exstructo monte quiescant,
Cum Ptolemæorum Manes, seriemq; pudendam,
Pyramides claudant, indignaq; Mausolea:
Litora Pompeium feriunt, truncusq; vadosis
Huc illuc iactatur aquis. adeóne molesta
Totum cura fuit socero seruare cadauer?
Hac Fortuna fide Magni tam prospera fata
Pertulit: hac illum summo de culmine rerum
Morte petit, cladesq; omneis exegit in vno
Saua die, quibus immuneis tot præstitit annos.
Pompeiusq; fuit, qui numquam mista videret
Læta malis: felix nullo turbante Deorum,
Et nullo parcente miser. semel impulit illum
Dilata Fortuna manu. pulsatur arenis,
Carpitur in scopulis, hausto per vulnera fluctu
Ludibrium pelagi, nullaq; manente figura.
Vna nota est Magno capitis iactura reuulsi.
Ante tamè Pharias victor quàm tãgat arenas,
Pompeio raptim tumulum Fortuna parauit,
Ne iaceat nullo, vel ne meliore sepulcro.
E latebris pauidus decurrit ab æquora Codrus.
Quæstor ab Icario Cinyræa litore Cypri
Infaustus Magni fuerat comes. ille per vmbras
Ausus ferre gradum, victum pietate timorem
Compulit, vt mediis quæsitum corpus in vndis
Duceret ad terrã, traheretque ad litora Magnũ.
Lucis mæsta parum per densas Cynthia nubes
Præbebat: cano sed discolor æquore truncus
Conspicitur, tenet ille Ducem complexibus arctis
Eripiente mari: nunc victus pondere tanto
Exspectat fluctus, pelagoq; iuuante cadauer
Impellit. postquàm sicco iam litore cedit,
Incubuit Magno, lacrymasq; effudit in omne
Vulnus, & ad Superos, obscuraq; sidera fatur.
Non pretiosa petit cumulato ture sepulcra
Pompeius. Fortuna, tuus: non pinguis ad astra
Vt ferat è membris Eôos fumus odores,
Vt Romana suum gestent pia colla parentem,
Præferat vt veteres feralis pompa triumphos,
Vt reboant tristi cantu fora, totus vt ignem
Protectis mærens exercitus ambiat armis.
Da vilem Magno plebeij funeris arcam:
Quæ lacerum corpus siccos effundat in igneis.
Robora non desint misero, nec sordidus vstor.
Sit satis, ô Superi, quòd non Cornelia fuso
Crine iacet, subicique facem complexa maritum
Imperat: extremo sed abest à funere busti
Infelix coniux, nec adhuc à litore longè est.
Sic fatus, paruos iuuenis procul adspicit igneis,
Corpus, vile suis, nullo custode cremanteis.
Inde rapit flamas, semiustaq; robora membris
Subducit. quæcumque es, ait, neglecta, nec vlli
Cara tuo, sed Pompeij felicior vmbra,
Quòd tã compositũ violat manus vltima bustũ,
Da veniam, si quid sensus post fata relictum est:
Cedis & ipsa rogo, pateriseq; hæc damna sepulcri,
Téque pudet, sparsis Pompeij Manibus vri.
Sic fatur, plenusq; sinus ardente fauilla
Peruolat ad truncum: qui fluctu pene relatus
Litore pendebat. summas dimouit arenas.
Et collecta procul laceræ fragmenta carinæ
Exigua trepidus posuit scrobe. nobile corpus
Robora nulla premũt. nulla struc mẽbra recũbũt:
Admotus Magnum non subditus accipit ignis.
Ille sedens iuxta flamas: ô maxime, dixit,
Ductor, & Hesperij maiestas nominis vna,
Si tibi iactatu pelagi, si funere nullo
Tristior iste rogus: Manes animamq; potentem
Officiis aueri te meis. iniuria fati
Hoc fas esse iubet, ne Ponti bellua quidquam,
Ne fera, ne volucres, ne sæui Cæsaris ira
Audeat: exiguam, quantum potes, accipe flamã
Romana succense manu. Fortuna recursus
Si det in Hesperiam, non hac in cede quiescent
Tam sacri cineres: sed te Cornelia, Magne,

Accipiet

Accipiet, noſtraq; manu transfundet in vrnam.
Interea paruo ſignemus litora ſaxo,
Vt nota ſit buſto. ſi quis placare peremptum
Fortè volet, plenos & reddere mortis honores,
Inueniat trunci cineres, & norit arenas,
Ad quas, Magne, tuum referat caput. hæc vbi fatus,
Excitat inualidas admoto fomite flammas.
Carpitur, & lentum Magnus diſtillat in ignem,
Tabe fouens buſtum. ſed iam percuſſerat aſtra
Auroræ præmiſſa dies: ille, ordine rupto
Funeris, attonitus latebras in litore quarit.
Quam metuis demens iſto pro crimine pœnam,
Quo te fama loquax omneis accepit in annos?
Condita laudabit Magni ſocer impius oſſa.
I modò ſecurus veniæ, faſſuſq; ſepulcrum
Poſce caput. cogit pietas imponere finem
Officio. ſemiuſta rapit, reſolutaq; nondum
Oſſa ſatis neruis, & inuſtis plena medullis.
Æquorea reſtinguit aqua, congeſtaq; in vnum
Parua clauſit humo. tunc ne leuis aura retectos
Auferret cineres, ſaxo compreſſit arenam,
Nautaq; ne buſtum religato funemoueret,
Inſcripſit ſacrum ſemiuſto ſtipite nomen.
Heic ſitus eſt Magnus. placet hoc, Fortuna, ſepulcrum
Dicere Pompeij, quo condi maluit illum,
Quàm terra caruiſſe ſocer. temeraria dextra
Cur obicis Magno tumulum, Maneisq; vagãteis
Includis? ſitus eſt, qua terra extrema reſuſo
Pendet in Oceano Romanum nomen & omne
Imperium Magno. eſt tumuli modus. obrue ſaxa
Crimine plena Deûm. ſi tota eſt Herculis Oete,
Et iuga tota vacant Bromio Nyſeia. quare
Vnus in Ægypto Magno lapis? omnia Lagi.
Rura tenere poteſt, ſi nullo ceſpite nomen
Hæſerit. erremus populi, cinerumq; tuorum,
Magne, metu nullas Nili calcemus arenas.
Quod ſi tam ſacro dignaris nomine ſaxum:
Adde actus tantos, monumentáque maxima rerum,
Adde truces Lepidi motus, Alpinaq; bella,
Armaq; Sertorij reuocato Conſule victa,
Et currus, quos egit eques: commercia tuta
Gentibus, & pauidos Cilicas maris. adde ſubactam
Barbariem, genteisq; vagas, & quidquid in Euro
Regnorum, Boreaq; iacet. die ſemper ab armis
Ciuilem repetiſſe togam: ter curribus actis
Contentum patriæ multos donaſſe triumphos.
Quis capit hæc tumulus? ſurgit miſerabile buſtũ
Non vllis plenum titulis, non ordine tanto
Faſtorum: ſolitumq; legi ſuper alta Deorum
Culmina, & exſtructos ſpoliis hoſtilibus arcus,
Haud procul eſt ima Pompeij nomen arena,
Depreſſum tumulo, quod nõ legat aduena rectus,
Quod, niſi monſtratum, Romanus trãſeat hoſpes.
Noxia ciuili tellus Ægyptia fato,
Haud equidẽ immeritò Cumanæ carmine Vatis
Cantum, ne Nili Peluſia tangeret ora
Heſperius miles, ripasq; æſtate tumenteis.
Quid tibi ſæua precer pro tanto crimine tellus?
Vertat aquas Nilus, quo naſcitur orbe, retentus,
Et ſteriles egeant hibernis imbribus agri,
Totaq; in Æthiopum putreis ſoluaris arenas.
Nos in templa tuam Romana accepimus Iſin,
Semideosq; canes, & ſiſtra iubentia lucẽs,
Et quem tu plangens hominem teſtaris Oſirim:
Tu noſtros Ægypte tenes in puluere Manes:
Tu quoq; cùm ſæuo dederis iam templa tyranno,
Non dum Pompeij cineres ô Roma petiſti.
Exſul adhuc iacet Vmbra Ducis. ſi ſæcula prima
Victoris timuêre minas, nunc excipe ſaltem
Oſſa tui Magni, ſi non dum ſubruta fluctu,
Inuiſa tellure ſedent. quis buſta timebit?
Quis ſacris dignam mouiſſe verebitur vmbram?
Imperet hoc nobis vtinam ſcelus, & velit vti
Noſtro Roma ſinu. ſatis ô nimiumq; beatus,
Si mihi contingat Manes transferre reuulſos
Auſoniam, ſi tale Ducis violare ſepulchrum.
Forſitan aut ſulco ſterili cùm poſcere finem
A Superis, aut Roma volet feralibus Auſtris,
Ignibus aut nimiis, aut terræ tectæ mouenti:
Conſilio, iuſſuq; Deûm tranſibis in vrbem,
Magne, tuam ſummusq; feret tua buſta ſacerdos.
Nam quis ad exuſtam Cancro torrente Syenen
Ibit, & imbriferæ ſiccas ſub Pleiade Thebas
Spectator Nili: quis rubri ſtagna profundi,
Aut Arabum portus mercis mutator Eoæ,
Magne, petet, quem non tumuli venerabile ſaxũ,
Et cinis in ſummis forſan turbatus arenis
Auertet, Maneisq; tuos placare licebit,
Et Caſio præferre Iouẽ? nil iſta nocebunt
Famæ buſta tuæ templis, auroq; ſepultus
Vilior Vmbra fores. nunc eſt pro Numine ſummo
Hoc tumulo Fortuna iacens, anguſtius aris
Victoris Libyco pulſatur ab æquore ſaxum.
Tarpeijs qui ſæpe Deis ſua thura negárunt,
Incluſum Tuſco venerantur ceſpite fulmen.
Proderit hoc olim, quòd non menſura ſepulcri
Ardua marmoreo ſurrexit pondere miles,
Pulueris exigui ſparget non longa vetuſtas
Congeriem, buſtumq; cadet, mortiſq; peribunt
Argumenta tuæ. veniet felicior ætas,
Qua ſit nulla fides ſaxum monſtrantibus iſtud:
Atque erit Ægyptus populis fortaſſe nepotum
Tam mendax Magni tumulo, quàm Creta Tonantis.

M. ANNÆI LVCANI PHARSALIÆ LIBER IX.

IOANNIS SVLPICII VERVLANI ARGVMENTVM.

SPIRITVS in Nono Magni petit æthera, pugnæ
Relliquiásq; Cato Libyæ trãsportat in oras.
Et cum Pompeiis Magnum Cornelia luget.
Quem Cato commendans Cilices castigat, & inde
Per Syrteis agitur, Libycas quoque calcat arenas,
Hãmonémq; tuens serpentũ senta peragrat,
Dux & ab Emathia Troianã vectus in vrbẽ,
It Pharon, & generi lacrymans pia conspicit ora.

AT non in Pharia Manes iacuere fauilla:
Nec cinis exiguus tantam compescuit Vmbram:
Prosiluit busto, semiustaq; membra relinquens,
Degeneremq; rogum, sequitur conuexa Tonantis,
Quà niger astriferis connectitur axibus aër.
Quódque patet terras inter, Lunaq; meatus
Semidei Manes habitant: quos igneа virtus
Innocuos vita patientes ætheris imi
Fecit, & æternos animam collegit in orbeis.
Non illuc auro positi, nec thure sepulti
Perueniunt: illic postquàm se lumine vero
Impleuit. stellasq; vagas miratur, & astra
Fixa polus. vidit quanta sub nocte iaceret
Nostra dies, risitq; sui ludibria trunci.
Hinc super Emathiæ campos, & signa cruenti
Cæsaris, ac sparsas volitauit in æquore classeis,
Et scelerum vindex in sancto pectore Bruti
Sedit, & inuicti posuit se mente Catonis.
Ille, vbi pendebant casus, dubiumq; manebat,
Quem mundi dominum facerent ciuilia bella,
Oderat & Magnũ, quamuis comes isset in arma
Auspicijs raptus patriæ, ductúq; Senatus.
At post Thessalicas clades iam pectore toto
Pompeianus erat. patriam tutore carentem
Excepit: populi trepidantia membra refouit.
Ignauis manibus proiectos reddidit enseis:
Nec regnum cupiens gessit ciuilia bella,
Nec seruire timens. nil caussa fecit in armis
Ipse sua: tota post Magni funera parte
Libertatis erant: quas ne per litora fusas
Colligeret rapido victoria Cæsaris actu,
Corcyræ secreta petit, ac mille carinis
Abstulit Emathiæ secum fragmenta ruinæ.
Quis ratibus tantis fugientia crederet ire
Agmina? quis pelagus victas arctasse carinas?
Dorida tunc Malean, & apertam Tænaron Vmbris.
Inde Cythera petit, Boreaq; vrgente carinas
Creta fugit. Dictæa legit, cedentibus vndis,
Litora. tunc ausum classi præcludere portus
Impulit, ac sæuas meritum Phycunta rapinas
Sparsit: & hinc placidis alto delabitur auris
In litus Palinure tuum. neq; enim æquore tãtùm
Ausonio monumenta tenes, portusq; quietos
Testatur Libyæ Phrygio placuisse magistro.
Tum procul ex alto tendentes vela carinæ
Ancipites tenuêre animos, sociósne malorum,
An veherent hosteis. præceps facit omne timendũ
Victor, & in nulla non creditur esse carina.
Ast illæ puppes luctus, planctusq; ferebant,
Et mala vel duri lacrymas motura Catonis.
Nã postquã frustra precibus Cornelia nautas,
Priuigniq; fugam tenuit, ne fortè repulsus
Litoribus Pharijs remearet in æquora truncus,
Ostenditq; rogum non iusti flama sepulcri:
Ergo indigna fui, dixit, Fortuna, marito
Accendisse rogum. gelidosq; effusa per artus
Incubuisse viro? laceros exurere crineis,
Membraq; dispersi pelago componere Magni?
Vulneribus cunctis largos infundere fletus?
Ossibus, & tepida vesteis implere fauilla,
Quidquid ab exstincto licuisset tollere busto
In templis sparsura Deũm? sine funeris vllo
Ardet honore rogus: manus hoc Ægyptia forsan
Obtulit officium graue Manibus. ô bene nudi
Crassorum cineres! Pompeio contigit ignis
Inuidia maiore Deũm, similísne malorum
Sors mihi semper erit? numquã dare busta licebit
Coniugibus? numquã plenas plãgemus ad vrnas?
Quid porrò tumulis opus est, aut vlla requirit
Instrumenta dolor? non toto pectore portæ
Impia Pompeium? non imis hæret imago
Visceribus? quærat cineres victura superstes.
Nunc tamen hic, longè qui fulget luce maligna,
Ignis, adhuc aliquid Pharia de litore surgens
Ostendit mihi, Magne, tui. iam flamma resedit,
Pompeiumq; ferens vanescit Solis ad ortus
Fumus, & inuisi tendunt mihi carbasa venti.
Non mihi nunc tellus Pompeio si qua triumphos
Victa dedit, non alta terens Capitolia currus
Gratior: elapsus felix de pectore Magnus:
Hunc volumus, quem Nilus habet terraq; nocẽti
Non hærere queror: crimen commendat arenas.
Linquere, si qua fides, Pelusia litora nolo.
Tu pete bellorũ casus, & signa per orbem
Sexte paterna move: namq; hæc mãdata reliquit
Pom-

Pompeius vobis in noſtra condita cura.
Me cùm fatalis letho damnauerit hora,
Excipite ô gnati bellum ciuile, nec vmquam,
Dum terris aliquis noſtra de ſtirpe manebit,
Cæſaribus regnare vacet. vel ſceptra, vel vrbeis
Libertate ſua validas impellite fama
Nominis. has vobis parteis, hæc arma relinquo.
Inueniet claſſeis quiſquis Pompeius in vndas
Venerit, & noſter nullis non gentibus heres
Bella dabit: tatum indomitos, memoresq; paterni
Iuris habete animos. vni parère decebit,
Si facit parteis pro libertate, Catoni.
Exſolui tibi Magne fidem: mandata peregi.
Inſidiæ valuere tuæ, deceptaq; vixi,
Ne mihi commiſſas auferrem perfida voces.
Iã nunc te per inane Chaos, per Tartara, coniux,
Si ſunt vlla ſequar: quam longo tradita letho,
Incertum eſt: pœnas animæ viuacis ab ipſa
Antè feram. potuit cernens tua vulnera, Magne,
Non fugere in mortem: planctu concuſſa peribit:
Effluet in lacrymas: numquam veniemus ad enſeis,
Aut laqueos, aut præcipites per inania ictus.
Turpe mori poſt te ſolo non poſſe dolore.
Sic vbi fata: caput ferali obducit amictu,
Decreuitq; pati tenebras, puppiſq; cauernis
Delituit, ſæuumq; arcèt compreſſa dolorem:
Perfruitur lacrymis, & amat pro coniuge luctum.
Illam non fluctus, ſtridensq; rudentibus Eurus
Mouit, & exſurgens ad ſumma pericula clamor:
Votaq; ſollicitis faciens contraria nautis,
Compoſita in mortem iacuit fauitq; procellis.
Prima ratem Cypros ſpumantibus accipit vndis:
Inde tenens pelagus, ſed iam moderatior, Eurus
In Libycas egit ſedes, & caſtra Catonis.
Triſtis, vt in multo mens eſt præſaga timore,
Adſpexit patrios comites à litore Magnus,
Et fratrem: medias præceps tunc fertur in vndas.
Dic vbi ſit, germane, parens. ſtat ſumma, caputq;
Orbis, an occidimus? Romanaq; Magnus ad Vmbras
Abſtulit? hæc fatur: quem contra talia frater.
O felix, quem ſors alias diſperſit in oras,
Quiq; nefas audis: oculos germane, nocenteis
Spectato genitore fero. non Cæſaris armis
Occubuit, dignoq; perit auctore ruinæ.
Rege ſub impuro Nilotica rura tenente,
Hoſpitij fretus Superis, & munere tanto
In prauos, cecidit donati victima regni.
Vidi ego magnanimi laceranteis pectora patris:
Nec credens Pharium tantùm potuiſſe tyrannũ,
Litore Niliaco ſocerum iam ſtare putaui.
Sed me nec ſanguis, nec tantùm vulnera noſtri
Aſſecere ſenis, quantùm geſtata per vrbem
Ora. Ducis, qua tranſixo ſublimia pelo
Vidimus: hæc, fama eſt, oculis victoris iniqui
Seruari, ſceleriſq; fidem quæſiſſe tyrannum.
Nam corpus Phariæne canes, auidæq; volucres
Diſtulerint, an furtiuus quem vidimus, ignis
Soluerit, ignoro. quæcumque iniuria fati
Abſtulit hos artus, Superis hæc crimina dono:
Seruata de parte queror. cùm talia Magnus
Audiſſet: non in gemitus, lacrymaſq; dolorem
Effudit, inſtaq; furens pietate profatur.
Præcipitate rates è ſicco litore nautæ:
Claſſis in aduerſos erumpat remige ventos.
Ite Duces mecum. numquam ciuilibus armis
Tanta fuit merces inhumatos condere Manes,
Sanguine ſemiuiri Magnum ſatiare tyranni.
Non ego Pelleas arceis, adytiſq; retectum
Corpus Alexandri pigra Mareotide mergam?
Non mihi pyramidum tumulis euulſus Amaſis
Atque alij Reges Nilo torrente natabunt?
Omnia dent pœnas nudo tibi, Magne, ſepulcra:
Euoluam buſto iam Numen gentibus Iſin,
Et tectum lino ſpargam per vulgus Oſirim,
Et ſacer in Magni cineres mactabitur Apis,
Suppoſitiſq; Deus vram caput. has mihi pœnas
Terra dabit: linquam vacuos cultoribus agros,
Nec Nilus cui creſcat erit, ſoluſq; tenebis
Aegyptum geniter, populis, Superiſq; fugatis.
Dixerat, & claſſem ſæuas rapiebat in vndas:
Sed Cato laudatam iuuenis compeſcuit iram.
Interea totis, audito funere Magni,
Litoribus ſonuit percuſſus planctibus æther:
Exemploq; carens, & nulli cognitus æuo
Luctus erat, mortem populos deflere potentis.
Sed magis, vt viſa eſt lacrymis exhauſta, ſolutas
In vultus effuſa comas Cornelia puppe
Egrediens, rurſus geminato verbere plangunt.
Vt primum in ſociæ peruenit litora terræ,
Collegit veſteis, miſeriq; inſignia Magni,
Armaq;, & impreſſas auro, quas geſſerat olim,
Exuuias, pictaſq; togas, velamina ſummo,
Ter conſpecta Ioui, funeſtoq; intulit igni.
Ille fuit miſeræ Magni cinis, accipit omnis
Exemplum pietas, & toto litore buſta
Surgunt Theſſalicis reddentia Manibus ignem.
Sic vbi depaſtis ſummittere gramina campis,
Et renouare parans hibernas Apulus herbas,
Igne fouet terras, ſimul & Garganus, & arua
Vulturis, & calidi lucent buxeta Matini.
Non tamen ad Magni peruênit gratiùs Vmbrã
(Omne quòd in Superos audet conuicia vulgus,
Pompeiumq; Deis obicit) quàm pauca Catonis
Verba, ſed à pleno venientia pectore veri.
Ciuis obit, inquit, multo maioribus impar
Noſſe modum iuris: ſed in hoc tamen vtilis æuo,
Cui non vlla fuit iuſti reuerentia, ſalua
Libertate potens, & ſolus plebe parata
Priuatus ſeruire ſibi, rectorq; Senatus,
Sed regnantis erat. nil belli iure popoſcit,
Quæque dari voluit, voluit ſibi poſſe negari.
Immodicas poſſedit opes, ſed plura retentis
Intulit: inuaſit ferrum, ſed ponere norat:
Prætulit arma togæ, ſed pacem armatus amauit.
Iuuit ſumpta Ducem, iuuit dimiſſa poteſtas.
Caſta domus, luxúque carens, corruptáque numquam
Fortuna domini. clarum, & venerabile nomen

Gentibus,& multum noſtra quod proderat vrbi.
Olim vera fides,Sulla,Marioq; receptis,
Libertatis obit:Pompeio rebus adempto
Nunc & ficta perit,non iam regnare pudebit:
Nec color imperij,nec frons erit vlla Senatus.
O felix,cui ſumma dies fuit obuia victo,
Et cui quærendos Pharium ſcelus obtulit enſeis.
Forſitan in ſoceri potuiſſet viuere regno,
Scire mori,ſors prima viris,ſed proxima cogi.
Et mihi,ſi fatus aliena in iura venimus,
Da talem Fortuna Iubam:non deprecor hoſti
Seruari,dum me ſeruet ceruice reciſa.
Vocibus his maior,quàm ſi Romana ſonarent
Roſtra Ducis laudes,generoſam venit ad Vmbrã
Mortis honos:fremit interea diſcordia vulgi:
Caſtrorum,belliq; piget poſt funera Magni.
Cum Tarchon motus linquẽdi ſigna Catonis
Suſtulit:hunc rapta fugientum claſſe ſecutus
Litus in extremum,tali Cato voce notauit.
O nunquam pacate Cilix,iterumq; rapinas
Tendis in aquoreas?Magnum Fortuna remouit:
Iam pelago peirata redis.tum reſpicit omneis
In cœtu motuq; viros:quorum vnus aperta
Mente fuga tali compellat voce regentem.
Nos,Cato da veniam,Pompeij duxit in arma,
Non belli ciuilis amor,parteisq; fauore
Fecimus.ille iacet,quem paci prætulit orbis,
Cauſſaq; noſtra perit.patrios permitte penateis,
Deſertamq; domum,dulceiſq; reuiſere gnatos.
Nam quis erit finis,ſi nec Pharſalia,pugna,
Nec Pompeius erit?perierunt tempora vitæ,
Mors eat in tutum:iuſtas ſibi noſtra ſenectus
Proſpiciat flamas.bellum ciuile ſepulcra
Vix Ducibus præſtare poteſt.nõ Barbara victos
Regna manent:non Armenium mihi ſæua minatur
Aut Scythicum Fortuna iugum:ſub iura togati
Ciuis eo.quiſquis Magno viuente ſecundus,
Hic mihi primus erit:ſacris præſtabitur Vmbris
Summus honor: dominum, quem clades cogit, habebo.
Nullum,Magne,Ducem,te ſolum in bella ſecutus
Poſt te fata ſequar:neque enim ſperare ſecunda
Fas mihi,nec liceat.Fortuna cuncta tenentur
Cæſaris:Emathium ſparſit victoria ferrum.
Clauſa fides miſeris,& toto ſolus in orbe eſt,
Qui velit,ac poſſit victis præſtare ſalutem.
Pompeio ſcelus eſt bellum ciuile perempto,
Quo fuerat viuente fides.ſi publica iura,
Si ſemper patriam ſequeris Cato, ſigna petamus
Romanus qua Conſul habet.ſic ille profatus
Inſiluit puppi,iuuenum comitante tumultu.
Actum Romanis fuerat de rebus,& omnis
Indiga ſeruitij feruebat litore plebes.
E tpere Ducis ſacro de pectore voces.
Ergo pari voto geſſiſti bella iuuentus,
Tu quoque pro dominis,& Pompeiana fuiſti,
Non Romana manus? quòd nõ in regna laboras,
Quod tibi, non Ducibus,viuis,moriẽſque quòd orbem
Acquiris nulli,quòd iam tibi vincere tutum eſt,
Bella fugis,quæriſq; iugum ceruice vacante,
Et neſcis ſine Rege pati.nunc cauſſa pericli
Digna viris.veſtro potuit Pompeius abuti
Sanguine:nunc patria iugulos,enſeisq; negatis,
Cùm propè libertas.vnum Fortuna reliquit
Iam tribus à dominis,pudeat:plus regia Nili
Contulit in leges,& Parthi militis arcus.
Ite ó degeneres,Ptolemæi munus & arma
Spernite.quis veſtras vlla putet eſſe nocenteis
Cæde manus?credet facileis ſibi terga dediſſe,
Credet ab Emathiis primos fugiſſe Philippis.
Vadite ſecuri:meruiſtis iudice vitam
Cæſare,non armis,non obſidione ſubacti.
O famuli turpes,domini poſt fata prioris
Itis ad hæredem.cur non maiora mereri,
Quàm vitã,veniamq; libet? rapiatur in vndas
Infelix Magni coniux,proleſq; Metelli.
Ducite Pompeios.Ptolemæi vincite munus.
Noſtra quoque iuuiſo quiſquis feret ora tyranno,
Non parua mercede dabit.ſciet iſta iuuentus
Ceruicis pretio bene ſe mea ſigna ſecutam:
Quin agite,& magnam meritum cum cæde parate:
Ignauum ſcelus eſt tantùm fuga dixit,& omneis
Haud aliter medio reuocauit ab æquore puppes,
Quàm ſimul effetas linquunt examina ceras,
Atque oblita faui non miſcent nexibus alas,
Sed ſibi quæque volat,nec iam deguſtat amarum
Deſidioſa thymum Phrygij ſonus vt crepat æris:
Attonitæ poſuere fugam ſtudiumq; laboris
Florigeri repetunt,& ſacri mellis amorem.
Gaudet in Hyblæo ſecurus gramine paſtor
Diuitias ſeruaſſe caſæ.ſic voce Catonis
Inculcata viris iuſti patientia Martis.
Iamq; actu belli non doctas ferre quietem
Conſtituit mentes,ſerieq; agitare laborum.
Primùm litoreis miles laſſatur arenis,
Proximus in muros,& mœnia Cyrenarum
Eſt labor,excluſus nulla ſe vindicat ira,
Pœnaq; deuictis ſolæ eſt viciſſe Catonem.
Inde peti placuit Libyci contermina Mauris
Regna Iubæ:ſed iter mediis Natura vetabat
Syrtibus:has audax ſperat ſibi cedere virtus.
Syrteis,vel primam mundo Natura figuram
Cùm daret,in dubio pelagi terræque reliquit:
Nam neq; ſubſedit penitus,quò ſtagna profundi
Acciperet,nec ſe defendit ab æquore tellus:
Ambigua ſed legè loci iacet inuia ſedes.
Æquora fracta vadis,abruptaq; terra profundo,
Et poſt multa ſonant proiecti litora fluctus.
Sic male deſeruit,nulloſq; exegit in vſus
Hanc partem Natura ſui.vel plenior alto
Olim Syrtis erat pelago,penituſq; natabat:
Sed rapidus Titan Ponto ſua lumina paſcens,
Æquora ſubduxit zona vicina peruſta.
Et nunc pontus adhuc Phœbo ſiccante repugnat.
Mox vbi damnoſum radios admouerit æuum,
Tellus Syrtis eris:nam iam breuis vnda ſuperuè
Innatat,& latè periturum deficit æquor.
Vt primùm remis actum mare protulit omne

Claſſis

Classis onus: dēsis fremuit niger imbribus Auster
In sua regna furens, tentatum classibus æquor
Turbine defendit, longeq; à Syrtibus undas
Egit, & illato confregit litore Pontum.
Tum quorum reito deprendit carbasa mālo
Eripuit nautis, frustraq; rudentibus ausis
Vela negare Noto, spatium vicère carinæ,
Atque vltra proram tumuit sinus. omnia si quis
Prouidus antennæ suffixit lintea summæ,
Vincitur, & nudis auertitur armamentis.
Sors melior classi quæ fluctibus incidit altis,
Et certo iactata mari. quæcumque leuatæ,
Arboribus cæsis flatum effudère frementem:
Abstulit has ventis liber contraria voluens
Æstus, & obnixū victor detrusit in Austrum.
Has vada destituunt, atq; interrupta profundo
Terra ferit puppes, dubioq; obnoxia fato
Pars sedet vna ratis, pars altera pēdet in vndis.
Tunc magis impactis breuius mare, terraq; sæpe
Obuia consurgens, quamuis elisus ab Austro.
Sæpe tamen cumulos fluctus non vicit arenæ.
Eminet in tergo pelagi procul omnibus aruis,
Inuiolatus aqua, sicci iam pulueris agger.
Stant miseri nautæ, terraq; hærente carina
Litora nulla vident. sic partem intercipit æquor.
Pars ratium maior regimen, clauumq; secuta:
Tuta fuga, nautasq; loci sortita peritos,
Torpentem Tritonos adit illæsa paludem.
Hanc, vt fama, Deus, quem toto litore Pontus
Audit ventosa perflantem murmura concha,
Hanc & Pallas amat: patrio quæ è vertice nata
Terrarum primam Libyen (nā proxima cælo est,
Vt probat ipse calor) tetigit stagnisq; quieta
Vultus vidit aqua, posuitq; in margine plantas,
Et se dilecta Tritonida dixit ab vnda,
Quam iuxta Lethes tacitus prælabitur amnis
Infernis, vt fama, trahens obliuia venis:
Atque insopiti quondam tutela draconis
Hesperidum pauper spoliatis frondibus hortus.
Inuidus, annoso qui famam derogat æuo,
Qui vates ad vera vocat, fuit aurea silua,
Diuitiisq; grauis, & fuluo germine rami,
Virgineusq; chorus nitidi custodia luci.
Et numquam somno damnatus lumina serpens,
Robora complexus rutilo curuata metallo.
Abstulit arboribus pretium, memoriq; laborem
Alcides, passusq; inopes sine pondere ramos
Rettulit Argolico fulgentia poma tyranno.
His igitur depulsa locis, electaq; classis
Syrtibus, haud vltra Garamantidas attigit vndas:
Sed duce Pompeio Libyes melioris in oris
Mansit. at impatiens virtus hærere Catonis
Audet in ignotas nomen committere gentes,
Armorum fidens, & terra cingere Syrtim.
Hæc eadem suadebat hiems, quæ clauserat æquor,
Et spes imber erat, nimios metuentibus igneis,
Vt neque Sole viam, nec duro frigore sæuam,
Indepolo Libyes, hinc bruma temperet annus:
Atque ingressurus sterileis, sic fatur, arenas:
O quibus vna salus placuit, mea castra secuti,
Indomita ceruice mori, componite mentes
Ad magnum virtutis opus, summosq; labores.
Vadimus in campos sterileis, exustaq; mundi,
Quà nimius Titan & rara in fontibus vnda,
Siccaq; lethiferis squalent serpentibus arua,
Durum iter. ad leges, patriaq; ruentis amorem
Per mediā Libyen veniant, atque inuia tentent,
Si quibus in nullo positum est euadere voto,
Si quibus ire sat est. neque enim mihi fallere quēquam
Est animus, tectoq; metu perducere vulgus.
Hi mihi sint comites, quos ipsa pericula ducent,
Qui, me teste, pati, vel quæ tristissima pulcrum,
Romaniumq; putant: at qui sponsore salutis
Miles eget, capiturq; animæ dulcedine, vadat
Ad dominum meliore via. dum primus arenas
Ingrediar, primusq; gradus in puluere ponam,
Me calor ætherius feriat, mihi plena veneno
Occurrat serpens, fatoq; pericula vestra
Prætentate meo. sitiat, quicumque bibentem
Viderit: aut vmbras nemorum quicumq; petentē,
Æstuet: aut equitem peditū præcedere turmas,
Deficiat: si quo fuerit discrimine notum
Dux, an miles eam. serpens, sitis, ardor, arena,
Dulcia virtuti. gaudet patientia duris.
Lætius est, quoties magno sibi constat, honestum.
Sola potest Libye turbam præstare malorum,
Vt deceat fugisse viros. sic ille pauenteis
Incendit virtute animos, & amore laborum,
Irredutemq; viam deserto limite carpit:
Et sacrum paruo nomen clausura sepulcro
Inuasit Libye securi fata Catonis.
Tertia pars rerum Libye, si credere famæ
Cuncta velis: at si ventos, calumq; sequaris,
Pars erit Europæ. nec enim plus litora Nili,
Quā Scythicus Tanais primus à Gadibus absūt:
Vnde Europa fugit Libyen, & litora flexu
Oceano fecere locum: sed maior in vnam
Orbis abit Asiam. nam cùm communiter istæ
Effundant Zephyrum, Boreæ latus illa sinistrum
Contingens, dextrumq; Noti descendit in ortus,
Eurum sola tenens. Libyæ quod fertile terræ est,
Vergit in occasus: sed & hæc non fontibus vllis
Soluitur. Arctoos raris Aquilonibus imbreis
Accipit, & nostris reficit sua rura serenis.
In nullas vitiatur opes: non ære, nec auro
Excoquitur, nullo glebarum crimine pura,
Sed penitus terra est. tantùm Maurusia genti
Robora diuitiæ, quarum non nouerat vsum:
Sed citri contenta comis viuebat, & vmbra.
In nemus ignotum nostræ venēre secures,
Extremoq; epulas, mensasq; petiuimus orbe.
At quæcumq; vagam Syrtim complectitur ora
Sub nimio porrecta die, vicina perusti
Ætheris, exurit messeis, & puluere Bacchum
Enecat, & nulla putris radice tenetur.
Temperies vitalis abest, & nulla sub illa
Cura Iouis terra est: Natura deside torpet
Orbis, & immotis annum non sentit arenis.

Hoc tam segne solũ raras tamen exserit herbas,
Quas Nasamõ gens dura legit, qui proxima Põto
Nudus rura tenet, quem mundi Barbara damnis
Syrtis alit. nam littoreis populator arenis
Imminet, & nulla portus tangente carina,
Nouit opes. sic cum toto commercia mundo
Naufragijs Nasamones habent. hac ire Catonem
Dura iubet virtus. illic secura iuuentus
Ventorum, nullasq; timens tellure procellas,
Æquoreos est passa metus. nam litore sicco,
Quàm pelago. Syrtis violentius excipit Austrum,
Et terra magis ille nocens. non montibus ortum
Aduersis frangit Libye, scopulusq; repulsum
Dissipat, & liquidas se turbine soluit in auras:
Nec ruit in siluas, annosaq; robora torquens
Lassatur. patet omne solum, liberq; meatu
Æoliam rabiem totis exercet arenis,
Et non imbriferam contorto puluere nubem
In flexum violentus agit. pars plurima terræ
Tollitur, & numquam resoluto vertice pendet.
Regna videt pauper Nasamon errantia vento,
Discussasq; domos, volitantq; à culmine raptæ
Detecto Garamante casæ. non altius ignis
Rapta vehit, quantumq; licet consurgere fumo,
Et violare diem, tantum tenet aëra puluis.
Tum quoque Romanum solito violentius agmen
Aggreditur, nullusq; potest consistere miles,
Instabilis raptis etiam, quas calcat, arenis.
Concuteret terras, orbemq; à sede moueret,
Si solida Libye compage, & pondere duro
Clauderet exesis Austrum scopulosa cauernis.
Sed quia mobilibus facilis turbatur arenis,
Nusquam luctando stabilis manet, imaq; tellus
Stat, quia summa fugit galeas, & scuta virorum,
Peilaq; contorsit violento spiritus actu,
Intentusq; tulit magni per inania cæli.
Illud in externa forsan, longeq; remota
Prodigium tellure fuit: delapsaq; cælo
Arma timent Gentes, hominumq; erepta lacertis
A Superis demissa putant. sic illa profectò
Sacrifico cecidere Numæ, quæ lecta iuuentus
Patricia ceruice mouet: spoliauerat Auster,
Aut Boreas populos ancilia nostra ferentes.
Sic orbem torquente Noto Romana iuuentus
Procubuit, timuitq; rapi: constrinxit amictus,
Inseruitq; manus terræ, nec pondere solo,
Sed nixu iacuit vix sic immobilis Austro:
Qui super ingentes cumulos inuoluit arenæ,
Atque operit tellure viros. vix tollere miles
Membra valet, multo congestu puluerís harens.
Alligat & stantes affusæ magnus arenæ
Agger, & immoti terra surgente tenentur.
Saxa tulit penitus discussis proruta muris,
Effuditq; procul miranda sorte malorum.
Qui nullas vidêre domos, vidêre ruinas.
Iamq; iter omne latet, nec sunt discrimina terræ
Vlla, nisi ætheriæ medio velut æquore flammæ.
Sideribus nouêre vias: nec sidera tota
Ostendit Libycæ finitor circulus oræ,
Multaq; demexo terrarum margine celat.
Vtq; calor soluit, quem torserat aëra ventus,
Incensusq; dies, iam mundi spissior ignis,
Iam plaga, quam nullã Superi mortalibus vltra
A medio fecêre die, calcatur, & humor
In Noton omnis abit: manant sudoribus artus:
Arent ora siti: conspecta est parua maligna
Vnda procul vena: quam vix è puluere miles
Sustulit, & galeæ conuexum infudit in orbem,
Porrexitq; Duci. squalebant puluere fauces
Cunctorũ, minimumq; tenens Dux ipse liquoris
Inuidiosus erat. méne, inquit degener vnum
Miles in hac turba vacuum virtute putasti?
Vsque adeò mollis, primusq; caloribus impar
Sum visus? quanto pœnã tu dignior ista,
Qui populo sitiente bibas! sic concitus ira
Excussit galeam, sufficitq; omnibus vnda.
Ventum erat ad templum, Libycis quod gentibus vnum
Inculti Garamantes habent: stat corniger illic
Iupiter, vt memorãt, sed non aut fulmina vibrãs,
Aut similis nostro, sed tortis cornibus Ammon.
Non illic Libycæ posuerunt ditia gentes
Templa: nec Eois splendent donaria gemmis,
Quamuis Æthiopum populis, Arabumq; beatis
Gentibus, atque Indis vnus sit Iupiter Ammon.
Pauper adhuc Deus est, nullis violata per æuum
Diuitijs delubra tenens, morũmq; priorum
Numen Romano templum defendit ab auro.
Esse locis Superos testatur silua per omnem
Sola virens Libyen. nam quidquid puluere sicco
Separat ardentem tepida Berenicida Lepti,
Ignorat frondes: solus nemus abstulit Ammon.
Siluarum fons caussa loco, qui putria terræ
Alligat, & domitas vnda connectit arenas.
Heic quoque nil obstat Phœbo, cùm cardine summo
Stat librata dies. truncum vix protegit arbor:
Tam breuis in medium radijs cõpellitur vmbra.
Deprensum est hunc esse locum, quà circulus alti
Solstitij medium signorum percutit orbem.
Non obliqua meant, nec Tauro Scorpius exit
Rectior, aut Aries donat sua tempora Libræ,
Aut Astræa iubet lentos descendere Pisceis.
Par geminus Cheiron, & idem quod Carcinus ardens,
Humidus Ægõceros: nec plus Leo tollitur Vrna.
At tibi, quacumque es Libyco gens igne dirempta,
In Noton vmbra cadit, quæ nobis exit in Arctõ.
Te segnis Cynosuræ subit, tu sicca profundo
Mergi Plaustra putas nullũq; in vertice summo
Sidus habes immune maris: procul axis vterq; est,
Et fuga signorum medio rapit omnia cælo.
Stabant ante fores populi, quos miserat Eos,
Cornigeriq; Iouis monitu noua fata petebant:
Sed Latio cessêre Duci: comitesq; Catonem
Orant, exploret Libycum memorata per orbem
Numina, de fama tam longi iudicet æui,
Maximus hortator scrutandi voce Deorum
Euentus Labienus erat. sors obtulit, inquit,
Et Fortuna viæ tam magni Numinis ora,

Con-

Consilium q; Dei: tanto Duce possumus vti
Per Syrteis, belliq; datos cognoscere casus.
Nam cui crediderim Superos arcana daturos,
Dicturosq; magis, quàm sancto vera Catoni?
Certè vita tibi semper directa supernas
Ad leges, sequerisq; Deum. datur ecce loquendi
Cum Ioue libertas inquire in fata nefandi
Cæsaris, & patriæ venturos excute mores:
Iure suo populis vti, legumq; licebit,
An bellum ciuile perit. tua pectora sacra
Vote reple: dura semper virtutis amator,
Quare quid est virtus, & posce exemplar honesti.
Ille Deo plenus, tacita quem mente gerebat,
Effudit digna adytis è pectore voces.
Quid quæri Labiene iubes? an liber in armis
Occubuisse velim potiùs, quàm regna videre?
An sit vita nihil, sed longa? an differat ætas?
An noceat vis vlla bono, Fortunaq; perdat
Opposita virtute minas, laudandaq; velle
Sit satis, & numquam successu crescat honestum?
Scimus, & hoc nobis non altiùs inseret Ammon.
Hæremus cuncti Superis, temploq; tacente
Nil agimus nisi sponte Dei: non vocibus vllis
Numen eget: dixitq; semel nascentibus auctor
Quidquid scire licet: sterilem nec legit arenam,
Vt caneret paucis, mersitq; hoc puluere verum:
Est iq; Dei sedes nisi terra, & Pontus, & aër,
Et cælũ, & virtus. Superos quid quærimus vltra?
Iupiter est quodcumq; vides, quocumq; moueris.
Sortilegis egeant dubij, semperq; futuris
Cæsibus anticipites: me non oracula certum,
Sed mors certa facit: pauido fortiq; cadẽdum est.
Hoc satis est dixisse Iouem. sic ille profatur,
Seruataq; fide templi discedit ab aris,
Non explorato populis Ammona relinquens.
Ipse manu sua pelta gerens præcedit anheli
Militis ora pedes, monstrat tolerare labores,
Non iubet, & nulla vehitur ceruice supinus,
Carpentoue sedens. somni parcissimus ipse est:
Vltimus hausior aquæ cùm tandem fonte reperto
Indiga cogatur latices potare iuuentus,
Stat, dum lixa bibat. si verus magna paratur
Fama bonus, & si successu nuda remoto
Inspicitur virtus: quidquid laudamus in vllo
Maiorum, Fortuna fuit. quis Marte secundo,
Quis tantum meruit populorum sanguine nomẽ?
Hunc ego per Syrteis, Libyesq; extrema triumphum
Ducere maluerim, quàm ter Capitolia curru
Scandere Pompeij, quàm frangere colla Iugurthæ.
Ecce parens verus patriæ, dignissimus aris
Roma tuis: per quem numquam iurare pudebit,
Et quem, si steteris vmquam ceruice soluta,
Hunc olim factura Deum. iam spissior ignis
Et plaga, quam nullam Superi mortalibus vltra
A medio fecere die, calcatur, & vnda
Rarior, inuentus medijs fons vnus arenis
Largus aquæ: sed quem serpentum turba tenebat
Vix capiente loco, stabant in margine sicca
Aspides: in medijs sitiebant dipsades vndis.
Ductor, vt adspexit perituros fonte relicto,
Alloquitur. vana specie conterrita lethi
Ne dubita miles tutos haurire liquores:
Noxia serpentum est admisto sanguine pestis:
Morsu virus habent, & fatum in dente minãtur:
Pocula morte carent, dixit. dubiumq; venenum
Hausit, & in tota Libyes fons vnus arena
Ille fuit, de quo primus sibi poscere vndam,
Cur Libycus tantis exundet pestibus aër
Fertilis in morteis, aut quid secreta nocenti
Miscuerit Natura solo, non cura, laboq;
Noster scire valet: nisi quod vulgata per orbem
Fabula pro vera decepit sæcula caussa.
Finibus extremis Libyes, vbi feruida tellus
Accipit Oceanum demisso Sole cadentem,
Squalebant latè Phorcynidos arua Medusæ,
Non nemorum protecta coma, non mollia sulco,
Sed domina vultu conspectis aspera saxis.
Hoc primum natura nocens in corpore sæuas
Eduxit pesteis: illis è faucibus angues
Stridula fuderunt vibratis sibila linguis:
Femineæ qui more comæ per terga soluti,
Ipsa flagellabant gaudentis colla Medusæ.
Surgunt aduersa subrectæ fronte colubræ,
Vipereumq; fluit depexo crine venenum.
Hoc habet infelix cunctis impunè Medusæ
Quod spectare licet. nam rictus, oraq; monstri
Quis timuit? quem, qui recto se lumine vidit,
Passa Medusa mori est? rapuit dubitantia fata,
Præuenitq; metus: anima periere retenta
Membra, nec emissæ riguere sub ossibus Vmbræ.
Eumenidum crines solos mouere furores:
Cerberus Orpheo leniuit sibila cantu.
Amphitryoniades vidit, cùm vinceret hydram:
Hoc monstrum, timuit genitor, Numenq; secundum
Phorcus aquis, Cetoq; parens, ipsæq; sorores
Gorgones: hoc potuit cælo, pelagoq; minari
Torporem insolitum, mundoq; abducere terram.
E cælo volucres subito cum pondere lapsæ:
In scopulis hæsere feræ: vicina colentes
Aethiopum tota riguerunt marmore gentes.
Nullum animal visus patiens, ipsiq; retrorsum
Effusi faciem vitabant Gorgonis angues.
Illa sub Hesperijs stantem Titana columnis
In cautes Atlanta dedit, cæloq; timente,
Olim Phlegræos stanteis serpente Gigantes,
Erexit monteis, bellumq; immane Deorum
Pallados in medio confecit pectore Gorgon.
Quò postquàm partu Danaes, & diuite nimbo
Ortum Parrhasiæ vixerunt Persea pennæ
Arcados auctoris citharæ, liquidæq; palæstræ,
Et subitus præpes Cyllenida sustulit harpen,
Harpen alterius monstri iam cæde rubentem,
A Ioue dilecta fuso custode iuuenca.
Auxilium volucri Pallas tulit innuba fratri,
Pacta caput monstri: terræque in fine Libyssæ
Persea Phœbeos conuerti iussit ad ortus,
Gorgonis auerso sulcantem regna volatu:
Et clypeum laua fulno dedit are nitentem,

In quo ſaxificam iuſſit ſpectare Meduſam,
Quam ſopor æternam tracturus morte quietem
Obruit haud totam, vigilat pars magna comarii,
Defenduntq; caput potenti crinibus hydri.
Pars iacet in medios vultus, oculiq; tenebras.
Ipſa regit trepidum Pallas, dextraq; tremente
Perſeos, auerſi Cyllenida dirigit Harpen,
Lata colubrifери rumpens confinia colli.
Quos habuit vultus hamati vulnere ferri
Cæſa caput Gorgon! quanto ſpiraſſe veneno
Ora rear, quantumq; oculos effundere mortis
Nec Pallas ſpectare poteſt: vultuſq; gelaſſent
Perſeos aduerſi, ſi non Tritonia denſos
Sparſiſſet crineis, texiſſetq; ora colubris.
Aliger in cælum ſic rapta Gorgone fugit.
Ille quidem penſabat iter, propitiusq; ſecabat
Aethera, ſi mediis Europæ adſcenderet vrbeis.
Pallas frugiferas iuſſit non lædere terras,
Et parci populis. quis enim non præpete tanto
Aethera reſpiceret: Zephyro conuertitur ales,
Itq; ſuper Libyen, quæ nullo conſita cultu
Sideribus, Phœboq; vacat. premit orbita Solis,
Exuritq; ſolum: nec terra celſior vlla
Nox cadit in cælum, Lunaq; meatibus obſtat,
Si flexus oblita vagi per recta cucurrit
Signa, nec in Boream, aut in Notō effugit vmbra.
Illa tamen ſterilis tellus, fecundaq; nulli
Arua bono, virus ſtillantis tabe Meduſæ
Concipiunt, diroſq; fero de ſanguine rores,
Quos calor adiuuit, putriq; inuoxit arena.
Heic quæ prima caput mouit de puluere tabes,
Aſpida ſomniferam tumida ceruice leuauit.
Plenior huic ſanguis, & craſſi gutta veneni
Decidit: in nulla plus eſt ſerpente coactum.
Ipſa caloris egens gelidum non tranſit in orbem
Sponte ſua, Niloq; tenus metitur arenas.
Sed quis erit nobis lucri pudor? inde petuntur:
Huc Libycæ mortes, & fecimus aſpida merces.
At non ſtare ſuum miſeris paſſura cruorem,
Squamiferos ingens hæmorrhois explicat orbeis:
Natus & ambiguæ coleret qui Syrtidos arua
Cherſydros, tractique via fumante chelydri:
Et ſemper recto lapſurus limite cenchris.
Pluribus ille notis variatam tingitur aluum,
Quàm paruis tinctus maculis Thebanus ophites.
Concolor exuſtis, atq; indiſcretus arenis
Ammodytes, ſpinaq; vagi torquente ceraſtæ:
Et ſcytale ſparſis etiam nunc ſola pruinis
Exuuias poſitura ſuas, & torrida dipſas:
Et grauis in geminū vergens caput amphiſibæna,
Et natrix violator aquæ, taculiq; vōlucres:
Et contentus iter cauda ſulcare parens,
Oraq; diſtendens auidus ſpumantia præſter,
Oſſaq; diſſoluens cum corpore tabificus ſeps,
Sibilaq; effundens cunctas terrentia peſteis,
Ante venena nocens, latè ſibi ſubmouet omne
Vulgus, & in vacua regnat baſiliſcus arena.
Vos quoque, qui cunctis innoxia Numina terris
Serpitis aurato nitidi fulgore dracones:
Peſtiferos ardens facit Africa, ducitis altum
Aëra cum pennis, armentaq; tota ſecuti
Rumpitis ingentes amplexi verbere tauros.
Nec tutus ſpacio eſt elephas: datis omnia letho:
Nec vobis opus eſt ad noxia fata veneno.
Has inter peſteis duro Cato milite ſiccum
Emetitur iter, tot triſtia fata ſuorum,
Inſolitasq; videt paruo cum vulnere mortes.
Signiferum iuuenem Tyrrheni ſanguinis Aulum
Torta caput retro dipſas calcata momordit.
Vix dolor, aut ſenſus dentis fuit, ipſaq; lethi
Frons caret inuidia, nec quidquã plaga minatur.
Ecce ſubit virus tacitum, carpitq; medullas
Ignis edax, calidaq; incendit viſcera tabe.
Ebibit humorem circum vitalia fuſum
Peſtis, & in ſicco linguam torrere palato
Cœpit. defeſſos iret qui ſudor in artus
Non fuit. atq; oculos lacrymarum vena refugit.
Non decus imperij, non maſti iura Catonis
Ardentem tenuêre virum, quin ſpargere ſigna
Auderet, totuſq; furens exquireret agris
Quas poſcebat aquas ſitiens in corde venenum.
Ille vel in Tanain miſſus, Rhodanumq;, Padúmque
Arderet, Nilumq; bibens perrura vagantem.
Acceſſit morti Libye, fatiq; minorem
Famam dipſas habet terris adiuta peruſtis.
Scrutatur venas penitus ſqualentis arenæ:
Nunc redit ad Syrtes, & fluctus accipit ore,
Aequoreusq; placet, ſed non & ſufficit humor.
Nec ſentit fatiq; genus, mortemq; veneni:
Sed putat eſſe ſitim: ferroq; aperire tumenteis
Suſtinuit venas, atq; os implere cruore.
Iuſſit ſigna rapi properè Cato: dicere nulli
Permiſſum eſt, hoc poſſe ſitim. ſed triſtior illa
Mors erat ante oculos: miſeriq; in crure Sabelli
Seps ſtetit exiguus: quem flexo dente tenacem
Auulſitque manu, peiloq; affixit arenis.
Parua modò ſerpens: ſed qua non vlla cruenta
Tantum mortis habet. nam plagæ proxima circū
Fugit rapta cutu, pallentiaq; oſſa retexit:
Iámque ſinu laxo nudum eſt ſine corpore vulnus.
Membra natant ſanie: ſuræ fluxere: ſine vllo
Tegmine poples erat. femorum quoq; muſculus omnis
Liquitur, & nigra diſtillant inguina tabe.
Diſſiluit ſtringens vterum membrana, fluuntq;
Viſcera: nec quantum toto de corpore debet,
Effluit in terras: ſæuum ſed membra venenum
Decoquit: in minimū mors cōtrahit omnia vim.
Vincula neruorum, & laterum textura, cautumq;
Pectus, & abſtruſum fibris vitalibus, omne
Quidquid homo eſt, aperit peſtis. natura profana
Morte patet; manant humeri, fortéſque lacerti:
Colla, capútque fluunt. calido non ocyus Auſtro
Nix reſoluta cadit, nec Solem cera ſequetur.
Parua loquor, corpus ſanie ſtillaſſe peruſtum:
Hoc & flamma poteſt. ſed quis rogus abſtulit oſſa?
Hæc quoque diſcedunt, putreiſq; ſecuta medullas
Nulla manere ſinunt rapidi veſtigia fati.
Cyniphias inter peſteis tibi palma nocendi eſt:

Eripiunt omnes animam, tu sola cadauer.
Ecce subit facies letho diuersa fluenti.
Nasidium Marsi cultorem torridus agri
Percussit presterilli rubor igneus ora
Succendit, tenditq; cutem, pereunte figura,
Miscens cuncta tumor toto iam corpore maior:
Humanumq; egressa modū super omnia membra
Effiatur sanies, late tollente veneno.
Ipse latet penitus congesto corpore morsus:
Nec lorica tenet distenti corporis auctum.
Spumeus accenso non sic exundat aëno
Vndarum cumulus: nec tanto carbasa Coro
Curuauere sinus. tumidos iam non capit artus
Informis globus, & confuso pondere truncus.
Intactum volucrum rostris, epulasq; daturum
Haud impune feris, non ausi tradere busto,
Non dum stante modo, crescens fugere cadauer.
Sed maiora parant Libycæ spectacula pestes.
Impressit denteis hæmorrhois aspera Tullo
Magnanimo iuueni, miratoriq; Catonis.
Vtq; solet pariter totis se effundere signis
Coricij pressura croci: sic omnia membra
Emisere simul rutilum pro sanguine virus.
Sanguis erāt lacrymæ: quæcumq; foramina nouit
Humor, ab iis largus manat cruor: ora redundāt,
Et patulæ nares: sudor rubet: omnia plenis
Mēbra fluunt venis: totum est pro vulnere corpus.
At tibi Læue miser fixus præcordia pressit
Niliaca serpente cruor: nulloq; dolore
Testatus morsus, subita caligine mortem
Accipis, & Stygias somno descendis ad Vmbras.
Non tam veloci corrumpunt pocula letho:
Stipite quæ diro virgas mentita Sabæas
Toxica fatilegi carpunt matura Sabæi.
Ecce procul sæuus sterilis se robore trunci
Torsit, & immisit, iaculum vocat Africa, serpens,
Perq; caput Pauli, transactaq; tempora fugit.
Nil ibi virus agit: rapuit cum vulnere fatum.
Deprensum est, quæ funda rotat, quàm lenta volarent,
Quàm segnis Scythicæ strideret arundinis aër.
Quid prodest miseri basiliscus cuspide Murri
Transactus? velox currit per tela venenum,
Inuaditq; manum: quam protinus ille retecto
Ense ferit, totoq; simul demittit ab armo,
Exemplarq; sui spectans miserabile letht
Stat tutus pereunte manu. quis fata putaret
Scorpion, aut vires maturæ mortis habere?
Ille minax nodis, & recto verbere sæuus,
Teste tulit cælo victi decus Orionis.
Quis calcare tuas metuat solpuga latebras?
Et tibi dant Stygiæ ius in sua fila sorores.
Sic nec clara dies, nec nox dabat atra quietem:
Suspecta est miseris in qua tellure iacebant.
Nam neq; congestæ struxere cubilia frondes,
Nec culmis creuere tori: sed corpora fatis
Expositi voluuntur humo, calidoq; vapore
Alliciunt gelidas nocturno frigore pestes.
Innocuosq; diu victus torpente veneno
Inter membra fouent: nec, quæ mensura viarum
Quisue modus, norunt, cælo duce: sæpe querentes,
Reddite Dij, clamant, miseris, quæ fugimus arma:
Reddite Thessaliam: patimur cur segnia fata
In gladios iurata manus? pro Cæsare pugnant
Dipsades, & peraguni ciuilia bella cerastæ.
Ire libet qua Zona rubens, atq; axis inustus
Solis equis: iuuat ætheriis adscribere caussis
Quòd peream, cæloq; mori. nil Africa de te,
Nec de te Natura queror: tot monstra ferentem,
Gentibus ablatum dederas serpentibus orbem:
Impatiensq; solum Cereris cultore negato
Damnasti, atq; homines voluisti deesse venenis.
In loca serpentum nos venimus: accipe pœnas
Tu quisquis Superūm commercia nostra perosus,
Hinc torrente plaga, dubus hinc Syrtibus orbem
Abrumpens, medio posuisti limite mortes.
Per secreta tui bellum ciuile recessus
Vadit, & arcani miles tibi conscius orbis
Clausstra petit mundi. forsan maiora supersunt
Ingressis. coëunt ignes stridentibus vndis,
Et premitur natura poli: sed longius ista
Nulla iacet tellus, quàm fama cognita nobis
Tristia regna Iubæ, quæremus forsitan istas
Serpentum terras: habet hoc solatia cælum:
Viuit adhuc aliquid. patriæ non arma requiro,
Europamq;, alios Soles, Asiamq; videntem,
Qua te parte poli, qua te tellure reliqui
Africa? Cyrenis etiam nunc bruma rigebat.
Exiguâne via legem conuertimus anni?
Imus in aduersos axeis: euoluimur orbe:
Terga damus ferienda Noto. nunc forsitā ipsa est
Sub pedibus iam Roma meis, solatia fati
Hæc petimus: veniant hostes, Cæsarq; sequatur
Quà fugimus. sic dura suos patientia questus
Exonerat: cogit tantos tolerare labores
Summa Ducis virtus, qui nuda fusus arena
Excubat, atq; omni Fortunam prouocat hora.
Omnibus vnus adest fatis: quocumq; vocatus
Aduolat. atq; ingens meritum, maiusq; salute,
Contulit in lethum vires. puduit q; gementem
Illo teste mori quod ius habuisset in ipsum
Vlla lues? casus alieno pectore vincit,
Spectatorq; docet magnos nil posse dolores.
Vix miseris serum tanto lassata periclo
Auxilium fortuna dedit. gens vnica terras
Incolit à sæuo serpentum innoxia morsu
Marmaridæ Psylli: par lingua potentibus herbis.
Ipse cruor tutus, nullumq; admittere virus,
Vel cantu cessante potest. natura locorum
Iussit vt immunes mixti serpentibus essent.
Profuit in mediis sedem posuisse venenis.
Pax illis cum morte data est. fiducia tanta est
Sanguinis: in terram paruus cùm decidit infans,
Ne qua sit externæ Veneris mistura timentes,
Lethifica dubios explorant aspide partus.
Vtq; Iouis volucer calido cùm protulit ouo
Implumeis natos, Solis conuertit in ortus:
Qui potuere pati radios, & lumine recto
Sustinuere diem cæli, seruantur in vsus:
Qui Phœbo cessere, iacent. sic pignora gentis

Psyllus habet, si quis tactos non horruit angues,
Si quis donatis lusit serpentibus infans.
Nec solum gens illa sua contenta salute,
Excubat hospitibus, contraq; nocentia monstra
Psyllus adest populis. qui tunc Romana secutus
Signa simul iussit statui tentoria Dictor:
Primùm quas valli spatium comprendit arenas
Expurgat cantu, verbisq; fugantibus angueis.
Vltima castrorum medicatus circuit ignis.
Heic ebulum stridet, peregrinaq; galbana sudant,
Et thamarix non lata comis, Eoaq; costos
Et panacea potens, & Thessala centaurea.
Peucedanumq; sonat flamis, Erycinaq; thapsos:
Et larices, fumoq; grauem serpentibus vrunt
Abrotanum, & longè nascentis cornua cerui.
Sic nox tuta viris. at si quis peste diurna
Fata trahit: tunc sunt magica miracula gentis,
Psyllorumq; ingens, & rapti pugna veneni.
Nam primùm tacta designat membra saliua:
Quæ cohibet virus, retinetq; in vulnere pestem.
Plurima tunc voluit spumanti carmina lingua
Murmure continuo, nec dant suspiria cursus
Vulneris: haud minimum patiuntur fata tacere.
Sæpe quidem pestis nigris inserta medullis
Excantata perit: sed si quod tardius exit
Virus, & elicitum, iussumq; exire repugnat:
Tunc super incumbens pallentia vulnera lăbit,
Ore venena trahens, & siccat dentibus artus,
Extractamq; tenens gelido de corpore mortem
Exspuit, & cuius morsus superauerit anguis,
Iam promtum Psyllis vel gustu nosse venenum.
Hoc igitur melior tandem Romana iuuentus
Auxilio, latè squalentibus errat in aruis.
Bis positis Phœbe flamis, bis luce recepta
Vidit areniuagum surgens, fugiensq; Catonem.
Iamq; illis magis, atq; magis durescere puluis
Cœpit, & in terram Libye spissata redire.
Iamq; procul nemorum raræ se attollere frondes:
Surgere congesto non culta mapalia culmo.
Quanta dedit miseris melioris gaudia terræ,
Cum primum sæuos contra vidêre leones!
Proxima Leptis erat, cuius statione quieta
Exegêre hiemem nimbis flamisq; tarentem.
Cæsar vt Emathia satiatus clade recessit;
Cetera curarum proiecit pondera, soli
Intentus genero: cuius vestigia frustra
Terris sparsa legens, Fama duce, tendit in vndas,
Treiciasq; legit fauces, & amore notatum
Æquor, & Eroas lacrimoso litore turreis,
Qua pelago nomen Nepheleias abstulit Helle.
Non Asiam breuioris aquæ disterminat vsquam
Fluctus ab Europa, quamuis Byzantion arcto
Pontus, & ostriferam dirimat Chalcedona cursu,
Euxinumq; ferens paruo ruat ore Propontis:
Sigeasq; petit famæ mirator arenas,
Et Simoëntis aquas, & Graio nobile busto
Rhœtion, & multum debens eis vatibus Vmbras.
Circuit exustæ nomen memorabile Troiæ,
Magnaq; Pœbei quærit vestigia muri.
Iam siluæ steriles & putres robore trunci
Assarici pressêre domos, & templa Deorum
Iam lassa radice tenent, ac tota teguntur
Pergama dumetis: etiam periêre ruinæ.
Adspicit Hesiones scopulos, siluaq; patentes,
Anchisæ thalamos: quo iudex sederit antro,
Vndè puer raptus cælo, quo vertice Nais
Luserit Oenone: nullum est sine nomine saxum.
Inscius in sicco serpentem puluere riuum
Transierat, qui Xanthus erat: securus in alto
Gramine ponebat gressus: Phryx incola Maneis
Hectoreos calcare vetat. discussa iacebant
Saxa, nec vllius faciem seruantia sacri.
Hectoreas, monstrator ait, non respicis aras?
O sacer, & magnus vatum labor, omnia fato
Eripis, & populis donas mortalibus æuum.
Inuidia sacræ Cæsar ne tangere famæ.
Nam si quid Latiis fas est promittere Musis,
Quantum Smyrnæi durabunt vatis honores,
Venturi me, teq; legent, Pharsalia nostra
Viuet, & à nullo tenebris damnabitur æuo.
Vt Ducis impleuit visus veneranda vetustas,
Erexit subitas congestu cespitis aras,
Votaq; thuricremos non irrita fudit in igneis.
Dij cinerum, Phrygias colitis quicumque ruinas,
Æneaq; mei: quos nunc Lauinia sedes
Seruat, & Alba Lareis, & quorum lucet in aris
Ignis adhuc Phrygius, nulliq; adspecta virorum
Pallas, in abstruso pignus memorabile templo
Gentis Iuleæ, vestris clarissimus aris
Dat pia thura nepos, & vos in sede priori
Rite vocat. date felices in cetera cursus:
Restituam populos: grata vice mœnia reddent
Ausonidæ Phrygibus, Romanaq; Pergama surgent.
Sic fatus, repetit classeis, & tota secundis
Vela dedit Coris, auiduscq; vrgente procella
Iliacas pensare moras, Asiamq; potentem
Præuehitur, pelagoq; Rhodon spumante relinquit,
Septima nox Zephyro numquã lassante rudentis
Ostendit Phariis Ægyptia litora flamis.
Sed prius orta dies nocturnam lampada texit,
Quam tutas intraret aquas. ibi plena tumultu
Litora, & incerto turbatas murmure voces
Accipit, ac dubiis veritus se credere regnis
Abstinuit tellure rates. sed dira satelles
Regis dona ferens, medium prouectus in æquor,
Colla gerit Magni Pharios velamine tecta,
Ac prius infanda commendat crimina voce.
Terrarum domitor, Romanæ maxime gentis,
Et, quod adhuc nescis, genero secure peremto,
Rex tibi Pellæus terræ, pelagiq; labores
Donat, & Emathiis quod solum defuit aruis,
Exhibet: absenti bellum ciuile peractum est.
Thessalicas Magnus quærens reparare ruinas,
Ense iacet nostro: tanto te pignore Cæsar
Eminus hoc tecum percussum est sanguine fœdus.
Accipe regna Phari nullo quæsita cruore.
Accipe Niliaci ius gurgitis: accipe quidquid
Pro Magni ceruice dares, dignumq; clientem
Cæsaris crede tuis: cui tantum fata licere

In generum voluère tuum. nec vile putaris
Hoc meritum, nobis facili quod cæde peractũ est.
Hospes auitus eram: depulso sceptra parenti
Reddideram. quid plura feram? tu nomina tanto
Inuenies operi, vel famam consule mundi.
Si scelus est, plus te nobis debere fateris
Quod scelus hoc non ipse facis. sic fatus, opertum
Detexit, tenuitque caput. iam languida morte
Effigies habitum noti mutauerat oris.
Non primo Cæsar damnauit munera visu,
Auertitque oculos: vultus, dum crederet, hæsit,
Vtque fidem vidit sceleris, tutumq; putauit
Iam bonus esse socer: lacrymas nõ sponte cadẽteis
Effudit, gemitusq; expressit pectore læto,
Non aliter manifesta putans abscondere mentis
Gaudia, quàm lacrymis: meritumq; immane tyranni
Destruit, & generi mauult lugere reuulsum,
Quàm debere caput qui duro membra Senatus
Calcârat vultu, qui sicco lumine campos
Viderat Emathios, vni tibi Magne negare
Non audet gemitus. ô sors durissima fati.
Hunccine tu Cæsar scelerato Marte petisti,
Qui tibi flendus erat? non misti fœdera tangunt
Te generis? nec gnata iubet mœrere, nepósque?
Credis apud populos Pompeij nomen amenteis
Hoc castris prodesse tuis? forta sse tyranni
Tangeris inuidia, captiq; in viscera Magni
Hoc alijs licuisse dolet, quereríque perisse
Vindictam belli, raptúmque è iure superbi
Victoris generum. quisquis te flere coëgit
Impetus, à vera longè pietate recessit.
Scilicet hoc animo terras atq; æquora lustras,
Necubi suppressus pereat gener. ô bene rapta
Arbitrio mors ista tuo. quàm magna remisit
Crimina Romano tristis Fortuna pudori,
Quòd te non passa est misereri perfide Magni
Viuentis! nec non his fallere vocibus audes,
Acquirisque fidem simulati fronte doloris.
Aufer ab adspectu nostro funesta satelles
Regis dona tui: peius de Cæsare vestrum,
Quam de Pompeio meruit scelus. vnica belli
Præmia ciuilis, victis donare salutem,
Perdidimus. quòd si Pharia germana tyranno
Non inuisa foret, potuissem reddere Regi,
Quod meruit, fratrique tuum pro munere tali
Misissem Cleopatra caput. secreta quid arma
Mouit, & inseruit nostro sua tela labori?
Ergo in Thessalicis Pellæo fecimus aruis
Ius gladio? vestris quæsita licentia regnis?
Non tuleram Magnum mecum Romana regentem:
Te Ptolemæe feram? frustra ciuilibus armis
Miscuimus genteis, si qua est hoc orbe potestas
Altera, quàm Cæsar: si tellus vlla duorum est:
Vertissem Latias à vestro litore proras:
Fama cura vetat, ne non damnasse cruentam,
Sed videar timuisse Pharon. nec fallere vos me
Credite victorem: nobis quoque tale paratum
Litoris hospitium: ne sic mea colla gerantur.
Thessaliæ Fortuna facit: maiore profectò,
Quàm metui poterat, discrimine gessimus arma:
Exsilium, generiq; minas, Romámque timebam:
Pœna fuga Ptolemæus erat. sed parcimus annis,
Donamusq; nefas: sciat hac pro cæde tyrannus
Nil venia plus posse dari. vos condite busto
Tanti colla Ducis: sed non vt crimina tantùm
Vestra tegat tellus, iusto date thura sepulcro,
Et placate caput, cineresq; in litore fusos
Colligite, atque vnam sparsis date manibus vrnam.
Sentiat aduentum soceri, voceſq; querentis
Audiat Vmbra pias. dum nobis omnia præfert,
Dum vitam Pharios mauult debere clienti:
Læta dies rapta est populis: concordia mundo
Nostra perit: caruere Deis mea vota secundis.
Vt te complexus positis felicibus armis
Affectus abs te veteres, vitamque rogarem,
Magne, tuam, dignáque satis mercede laborum
Contentus par esse tibi: tunc pace fideli
Fecissem, vt victus posses ignoscere Diuis,
Fecisset vt Roma mihi. nec talia fatus,
Inuênit fletus comitum, nec turba querenti
Credidit: abscondunt gemitus, & pectora læta
Fronte tegunt, hilareq; nefas spectare cruentum,
O bona libertas, cùm Cæsar lugeat, audent.

M. ANNAEI LVCANI PHARSALIÆ LIBER X.

IOANNIS SVLPICII VERVLANI

ARGVMENTVM.

INTREPIDE Decimo victor per templa vagatus.
Admittit Regẽ, Cleopatráque supplicat ipsi.
Pax fit, & immenso celebrãt conuiuia sumtu,
Ostentantur opes, cõsultus Achoreus ortus,
Nile, tuos aperit, cursúsque. Photinus Achillam
Ductorẽ in Latiũ mittit: qui pugnat ab[illegible]
Obsessus cũ Rege domo, noctúq; per æquor Classe Pharon vectus, metuens se immittit in vndas.

VT primùm terras Pompeij colla secutus
Attigit, & diras calcauit Cæsar arenas:
Pugnauit Fortuna Ducis, fatúmque nocentis
Aegypti, regnum Lagi Romana sub arma

Iret, an eriperet mundo Memphiticus ensis
Victoris, victique caput. tua profuit Vmbra,
Magne, tui socerum rapuere à sanguine Manes,
Ne populus post te Nilum Romanus haberet.
Inde Paraetoniam fertur securus in vrbem
Pignore tam sæui sceleris sua signa secutus.
Sed fremitu vulgi fasceis, & iura querentis
Inferri Romana suis, discordia sensit
Pectora, & ancipites animos. Magnúmq; perisse
Non sibi tum vultu semper celante timorem,
Intrepidus Superûm sedes, & templa vetusti
Numinis antiquas Macedûm testantia vires
Circuit, & nulla captus dulcedine rerum,
Non auro, cultúque Deûm, non mœnibus vrbis,
Effossum tumulis cupidè descendit in antrum.
Illic Pellæi proles vesana Philippi
Felix præda iacet terrarum, vindice fato
Raptus: sacratis totum spargenda per orbem,
Membra viri posuêre adytis. Fortuna pepercit
Manibus, & regni durauit ad vltima fatum.
Nam sibi libertas vmquam si redderet orbem;
Ludibrio seruatus erat, non vtile mundo
Editus exemplum, terras tot posse sub vno
Esse viro. Macedûm fines, latebrasq; suorum
Deseruit, victásque patri despexit Athenas,
Pérque Asiæ populos fatis vrgentibus actus
Humana cum strage ruit, gladiumq; per omneis
Exegit genteis: ignotos miscuit amneis,
Persarum Euphraten, Indorum sanguine Gangẽ.
Terrarum fatale malum, fulmenq; quod omneis
Percuteret pariter populos, & sidus iniquum
Gentibus, Oceano classes inferre parabat
Exteriore mari. non illi flamma, nec vndæ,
Nec sterilis Libye, nec Syrticus obstitit Ammon.
Isset in occasus, mundi deuexa secutus,
Ambissetq; polos, Nilumq; à fonte bibisset.
Occurrit suprema dies, naturáque solum
Hunc potuit finem vesano ponere Regi.
Qui secum inuidia, qua totum ceperat orbem,
Abstulit imperium, nullo q; herede relicto
Totius fati lacerandas præbuit vrbeis.
Sed cecidit Babylone sua, Parthóque verendus.
Prô pudor. Eoi propius timuere sariſſas,
Quàm nunc peila timent populi. licet vsque sub Arcton
Regnemus, Zephyríque domos, terrásq; premamus
Flagrantis post terga Noti: cedamus in ortus
Arsacidum domino. non felix Parthia Crassis,
Exigua secura fuit prouincia Pellæ.
Iam Peluſiaco veniens à gurgite Nili
Rex puer, imbellis populi sedauerat iras:
Obside quo pacis Pellea tutus in aula
Cæsar erat, cùm se parua Cleopatra biremi,
Corrupto custode Phari laxare catenas
Intulit Emathijs ignaro Cæsare tectis,
Dedecus Aegypti, Latio feralis Erinnys,
Romano non casta malo. quàntùm impulit Argos,
Iliacásque domos facie Spartana nocenti,
Hesperios auxit tantùm Cleopatra furores.
Terruit illa suo, si fas, Capitolia sistro.
Et Romana petit imbelli signa Canopo,
Cæsare captiuo Pharios ductura triumphos.
Leucadióque fuit dubius sub gurgite casus,
An mundum ne nostra quidem matrona teneret.
Hoc animi nox illa dedit, qua prima cubili
Miscuit incestam Ducibus Ptolemaida nostris.
Quis tibi vesani veniam non donet amoris,
Antoni, durum cùm Cæsaris hauserit igneis
Pectus, & in media rabie, medióque furore,
Et Pompeianis habitata Manibus aula,
Sanguine Thessalicæ cladis perfusus adulter
Admisit Venerem curis, & miscuit armis
Illicitósque toros, & non ex coniuge partus?
Prô pudor: oblitus Magni tibi Iulia fratres
Obscena de matre dedit, parteísque fugatas
Passus in extremis Libyes coalescere regnis,
Tempora Niliaco turpis dependit amori,
Dum donare Pharõ, dũ non sibi vincere mauult.
Quem formæ confisa suæ Cleopatra sine vllis
Tristis adit lacrymis, simulatum comta dolorem,
Quàm decuit, veluti laceros dispersa capillos,
Et sic orsa loqui. si qua est, ô maxime Cæsar,
Nobilitas, Pharij proles clarissima Lagi,
Exsul in æternum sceptris depulsa paternis,
Si tua restituat veteri me dextera fato,
Complectar Regina pedes. tu gentibus æquum
Sidus ades nostris, non vrbeis prima tenebo
Femina Niliacas: nullo discrimine sexus
Reginam scit ferre Pharos. lege summa peremti
Verba patris: qui iura mihi communia regni,
Et thalami cum fratre dedit. puer ipse sororem,
Sit modo liber, amet: sed habet sub iure Photini
Affectus, enseísque suos. nil ipsa paterni
Iuris habere peto: culpa, tantóque pudore
Solue domum, remoue funesta satellitis arma,
Et Regem regnare iube. quantósne tumores
Mente gerit famulus, Magni ceruice reuulsa?
Iam tibi, sed procul hoc auertant fata, minatur.
Sat fuit indignum Cæsar, mundóque, tibíque
Pompeium iacinus, meritúmque fuisse Photini.
Nequidquam duras tentasset Cæsaris aureis:
Vultus adest precibus, faciésque inceſta perorat.
Exigit infandam corrupto iudice noctem.
Pax vbi parta Duci, donisque ingẽtibus emta est:
Excepêre epulæ tantarum gaudia rerum,
Explicuitque suos magno Cleopatra tumultu
Non dum translato Romana in sæcula luxus.
Ipse locus templi, quod vix corruptior ætas
Exstruet, instar erat, laqueataq; tecta ferebant
Diuitias, crassúmque trabes absconderat aurum.
Nec summis crustata domus, sectíque nitebat
Marmoribus, stabátque sibi non segnis achates,
Purpureúsque lapis, totáque effusus in aula
Calcabatur onyx, hebenus Mareotica vastes
Non operit postes: sed stat pro robore Nili
Auxilium, non forma domus. ebur atria vestit:
Et suffixa manu foribus testudinis Indæ
Terga sedent, crebro maculas distincta smaragdo.
Fulget gemma toris, & iaspide fulua supellex.
Strata micant, Tyrio quorũ pars maxima fucro

Cœtus

Cocta, diu virus non vno duxit aeno.
Pars auro plumata nitet, pars ignea cocco,
Vt mos est Pharijs miscendi licta telis.
Tunc famulæ numerus turbæ, populusq; minister,
Discolor hos sanguis, alios distinxerat ætas.
Hæc Libycos pars, tam flauos gerit altera crineis,
Vt nullas Cæsar Rheni se dicat in aruis
Tam rutilas vidisse comas, pars sanguinis vsti
Torta caput, refugosq; gerens à fronte capillos.
Nec non infelix ferro mollita iuuentus,
Atq; exsecta virum, stat contrà fortior ætas,
Vix vlla fuscante tamen lanugine malas.
Discubuere toris Reges, maiorq; potestas
Cæsar, & immodicè formam fucata nocentem,
Nec sceptris contenta suis, nec fratre marito,
Plena maris rubri spoliis, collo q;, comisq;
Diuitias Cleopatra gerit, cultuq; laborat.
Candida Sidonio prælucent pectora filo,
Quod Nilotis acus compressum pectine Serum
Soluit, & extenso laxauit flamina velo.
Dentibus hæc niueis, sectosq; Atlantida silua
Imposuêre orbeis: qualeis ad Cæsaris ora
Nec capto venêre Iuba. prô cæcus, & amens
Ambitione furor, ciuilia bella gerenti
Diuitias aperire suas, incendere mentem
Hostitis armati. non sit licet ille nefando
Marte paratus opes mundi quæsisse ruina:
Pone Duces priscos, & nomina pauperis ævi
Fabricios, Curiosq; graues: hæc ille recumbat
Sordidus Etruscis abductus Consul aratris,
Optabit patriæ talem duxisse triumphum.
Infudêre epulas auro, quod terra, quod aër,
Quod pelagus, Nilusq; dedit: quod luxus inani
Ambitione furens toto quæsiuit in orbe.
Non mandante fame, multas volucresq; feraq;
Ægypti posuêre Deos: manibusq; ministrat
Niliacas cryſtallus aquas: gemmæq; capaces
Excepêre merum, sed non Mareotidos vuæ,
Nobile: sed paucis senium cui contulit annis
Indomitum Meroë cogens spumare, Falernum.
Accipiunt sertas nardo florente coronas,
Et numquam fugiente rosa: multumq; madenti
Infudêre comæ, quod non dum euanuit aura
Cinnamon, externa nec perdidit æëra terra,
Aduectumq; recens vicinæ messis amomum.
Discit opes Cæsar spoliati perdere mundi,
Et gessisse pudet genero cum paupere bellum,
Et causſas Martis Phariis cum gentibus optat.
Postquàm epulis, Bacchóque modum lassata voluptas
Imposuit, longis Cæsar producere noctem
Inchoat alloquiis, summaq; in sede iacentem
Linigerum placidis compellit Achorea dictis.
O sacris deuote senex, quodq; arguit ætas
Non neglecte Deis, Pharia primordia gentis,
Terrarumq; situs, vulgiq; edissere mores,
Et ritus, formasq; Deum, quodcumque vetustis
Insculptum est adytis profer, nosciq; volenteis
Prode Deos. si Cecropium sua sacra Platonem
Maiores docuere tui: quis dignior vmquam
Hoc fuit auditu, mundiq; capacior hospes?
Fama quidē genert Pharias me duxit ad vrbeis,
Sed tamen & vestri: media inter prælia semper
Stellarum, cæliq; plagis, Superisq; vacaui.
Nec meus Eudoxi vincetur Fastibus annus.
Sed cùm tanta meo viuat sub pectore virtus,
Tantus amor veri, nihil est quod noscere malim,
Quàm fluuij causſas per sæcula tanta latentis,
Ignotumq; caput. spes sit mihi certa videndi
Niliacos fonteis: bellum ciuile relinquam.
Finierat, contraq; sacer sic orsus Achoreus.
Fas mihi magnorum Cæsar secreta parentum
Prodere, ad hoc æui populis ignota profanis.
Sit pietas alijs miracula tanta silere:
Ast ego Cælicolis gratum reor, ire per omneis
Hoc opus, & sacras populis notescere leges.
Sideribus, quæ sola fugam moderantur Olympi,
Occurruntq; polo, diuersa potentia prima
Mundi lege data est. Sol tempora diuidit æui,
Mutat nocte diem, y adiisq; potentibus astra
Ire vetat, cursusq; vagos statione moratur.
Luna suis vicibus Tethyn, terrenaq; miscet.
Frigida Saturno glacies, & Zona niualis
Cessit. habet ventos, incertaq; fulmina Mauors.
Sub Ioue temperies, & numquam turbidus aër.
At fecunda Venus cunctarum semina rerum
Possidet, immensæ Cyllenius arbiter vndæ est.
Hunc vbi pars cæli tenuit, quà mista Leonis
Sidera sunt Cancro, rabidos quà Seirius igneis
Exserit, & varij mutator circulus anni
Ægoceron, Cancrumq; tenet, cui subdita Nili
Ora latent, quæ cùm dominus percussit aquarum
Igne superiecto, tunc Nilus fonte soluto
Exit, vt Oceanus Lunaribus incrementis
Iussus adest, auctusq; suos non antè coarctat,
Quàm nox æstiuas à Sole receperit horas.
Vana fides veterum, Nilo, quòd crescat in aruis
Æthiopum, prodesse niues. non Actos in illis
Montibus, aut Boreas. testis tibi sole perusti
Ipse color populi, cælidiq; vaporibus Austri.
Adde quòd omne caput fluuij, quodcumq; soluta
Præcipitat glacies, ingresso vere tumescit
Prima tabe niuis. Nilus neq; suscitat vndas
Ante Canis radios, nec ripis alligat amnem
Ante parem nocti Libra sub iudice Phœbum.
Inde etiam leges aliarum nescit aquarum:
Nec tumet hibernus, cùm longè Sole remoto
Officiis caret vnda suis: dare iussus iniquo
Temperiem cælo, mediis æstatibus exit.
Sub torrente plaga, ne terras dissipet ignis,
Nilus adest mundo, contraq; incensa Leonis
Ora tumet, Cancroq; suam torrente Syenen,
Imploratus adest: nec campos liberat vndis,
Donec in autumnū declinet Phœbus, & vmbras
Extendat Meroë. quis causſas reddere possit?
Sic iussit Natura parens discurrere Nilum:
Sic opus est mūdo. Zephyros quoq; vana vetustas
His adscripsit aquis: quorum stata tempora flatus,
Continuiq; dies, & in æëre longa potestas:
Vt quos ab occiduo depellunt nubila cælo

Trans Noton, & fluuio cogunt incumbere nimbos:
Vel quòd aquas toties rumpenteis litora Nili
Assiduè feriunt, cogunt q; resistere fluctus.
Ille mora cursus, aduersiq; obijce Ponti
Æstuat in campos. sunt qui spiramina terris
Esse putent, magnosq; caua compagis hiatus.
Commeat hâc penitus tacitis discursibus vnda
Frigore ab Arctoo medium reuocata sub axem.
Cùm Phœbus pressit Meroën, tellusq; perusta
Illuc duxit aquas: trahitur, Gangesq;, Paduq;
Per tacitum mundi: tunc omnia flumina Nilus
Vno fonte vomens non vno gurgite perfert.
Rumor ab Oceano, qui terras alligat omneis,
Exundante procul violentum erumpere Nilum,
Æquoreosq; sales longe miteſcere tractu.
Nec non Oceano pasci Phœbumq;, polumq;
Credimus: hunt, calidi tetigit cùm brachia Cãcri,
Sol rapit, atq; vnda plus, quàm quod digerat aër,
Tollitur. hoc noctes referunt, Niloq; refundunt.
Ast ego si tantam fas est mihi soluere litem,
Quasdam, Cæsar, aquas post mundi sera peracti
Secula, concussis terrarum erumpere venis,
Non id agente Deo, quasdam compage sub ipsa
Cum toto cepisse reor: quas ille creator,
Atq; opifex rerum certo sub iure coërcet.
Quæ tibi noscendi Nilum, Romane, cupido est:
Hæc Phariis, Persisq; fuit, Macedumq; tyrannis:
Nullaq; non ætas voluit conferre futuris
Notitiam: sed vincit adhuc natura latendi.
Summus Alexander Regum, quem Memphis adorat,
Inuidit Nilo, misitq; per vltima terræ
Æthiopum lectos: illos rubicunda perusti
Zona poli tenuit: Nilum vidère calentem.
Venit ad occasum, mundiq; extrema Sesostris,
Et Pharios currus Regum ceruicibus egit:
Antè tamen vestros amneis, Rhodanumq;, Padúmque,
Quàm Nilum de fonte bibit: vesanus in ortus
Cambyses longi populos peruenit ad æui,
Defectusq; epulis, & pastus cæde suorum
Ignoto te, Nile, redit. non fabulæ mendax
Ausa loqui de fonte tuo est, vbicumq; videris,
Quæreris: & nulli contingit gloria genti,
Vt Nilo sit lata suo, tua flumina prodam,
Quæ Deus vndarum celator, Nile, tuarum
Te mihi nosse dedit. medio consurgis ab axe,
Ausus in ardentem ripas attollere Cancrum:
In Boream is rectus aquis, mediumq; Booten.
Cursus in occasum flexus torquetur, & ortus.
Nunc Arabũ populus, Libycis nunc æquus arenis.
Teq; vident primi, quærunt tamen hi quoque, Seres,
Æthiopumq; feris alieno gurgite campos,
Et te terrarum nescit cui debeat orbis.
Arcanum Natura caput non prodidit vlli,
Nec licuit populis paruum te, Nile, videre,
Amouitq; sinus, & genteis maluit ortu
Mirari, quàm nosse tuos consurgere in ipsis
Ius tibi solstitijs, aliena crescere bruma,
Atq; hiemes adferre tuas: soliq; vagari
Concessum per vtrosq; polos. heic quæritur ortus,
Illic finis aquæ. latè tibi gurgite rupto
Ambitur nigris Meroë fecunda colonis,
Læta comis hebet: quæ, quamuis arbore multa
Frondeat, æstatem nulla sibi mitigat vmbra:
Linea tam rectum mundi ferit illa Leonem.
In plagas Phœbi, damnum non passus aquarum,
Proueheris sterileisq; diu metiris arenas,
Nunc omneis vnum vires collectus in amnem,
Nunc vagus, & spargens facilem tibi cedere ripam.
Rursus multifidas reuocat piger alueus vndas,
Quà dirimunt Arabum populis Ægyptia rura,
Regni claustra Phila: mox te deserta secantem
Quà dirimunt nostrum rubro commercia Pontũ,
Mollis lapsus agit. quis te tum lenè fluentem
Moturum totas violenti gurgitis iras,
Nile, putet? sed cùm lapsus abrupta viarum
Excepêre tuos, & præcipites cataractæ,
At nusquam vetitis vllas obsistere cautes
Indignaris aquis: spuma tunc astra lacessis,
Cuncta tremunt vndis, ac multo murmure mõtis
Spumeus inuictis canescit fluctibus amnis.
Hinc, Abaton quam nostra vocat veneranda vetustas,
Terra potens, primos sentit percussa tumultus,
Et scopuli, placuit fluuij quos dicere venas,
Quòd manifesta noui primùm dãt signa tumoris.
Hinc monteis Natura vagis circumdedit vndis,
Qui Libye te, Nile, negent: quos inter in alta
It conualle iacens iam molibus vnda receptis.
Prima tibi campos permittit, apertaq; Memphis
Rura, modumq; vetat crescendi ponere ripas.
Sic velut in tuta securi pace trahebant
Noctis iter mediæ: sed non vesana Photini
Mens imbuta semel tam sacra cæde vacabat
A scelerum motu. Magno nihil ille peremto
Iam putat esse nefas. habitant sub pectore Manes,
Vltriceſq; Deæ dant in noua monstra furorem.
Dignatur viles isto quoq; sanguine dextras,
Quo Fortuna vocat victos perfundere Patres,
Pœnaq; ciuilis belli vindicta Senatus
Pæne data est famulo. procul hoc auertite fata
Crimen, vt hæc Bruto ceruix absente secetur.
In scelus it Pharium Romani pœna tyranni,
Exemplumq; perit. struit audax irrita fatis,
Nec parat occultæ cædem committere fraudi,
Inuictumq; Ducem detecto Marte lacessit.
Tantum animi delicta dabant, vt colla ferire
Cæsaris, & socerum iungi tibi, Magne, iuberet:
Atque hæc dicta monet famulos perferre fideleis
Ad Pompeianæ socium sibi tædis Achillam:
Quem puer imbellis cunctis præfecerat armis,
Et dederat ferrum, nullo sibi iure retento,
Iuuenctos, in seq; simul. tu mollibus, inquit,
Nunc incumbe toris, & pingueis exige somnos.

Inuasit

Inuasit Cleopatra domũ: nec prodita tãtùm est,
Sed donata Pharos. cessas accurrere solus
Ad dominæ thalamos? nupsit soror impia fratri:
Nam Latio iam nupta Duci est, interq; maritos
Discurrens Ægypton habet, Romamq; meretur.
Expugnare senem potuit Cleopatra venenis.
Crede miser puero: quem nox si iunxerit vna,
Et semel amplexus incesto pectore passus
Hauserit obscenum titulo pietatis amorem,
Meq; tuumq; caput, per singula forsitan illi
Oscula donabit. crucibus flamisq; luemus,
Si fuerit formosa soror. nil vndique restat
Auxilij: Rex hinc coniux, hinc Cæsar adulter:
Et sumus, vt fatear, tam sæua iudice sontes.
Quem non è nobis credit Cleopatra nocentem?
A quo casta fuit? per te, & quod fecimus vna,
Perdidimúsque nefas, pérque ictum sanguine Magni
Fœdus ades: subito bellum molire tumultu:
Irrue: nocturnas rumpamus funere tedas,
Crudelemq; toris dominam mactemus in ipsis
Cum quocumque viro: nec nos deterreat ausis
Hesperij fortuna Ducis, quæ sustulit illum,
Imposuitq; orbi, communis gloria nobis.
Nos quoque sublimes Magnus facit. adspice litus
Spem nostri sceleris, pollutos consule fluctus
Quid liceat nobis, tumulumq; à puluere paruo
Adspice Pompeij non omnia membra tegentem.
Quem metuis par huius erat. non sanguine clari:
Quid refert? nec opes populorũ, ac regna mouemus.
Ad scelus ingentes facti sumus. attrahit illos
In nostras Fortuna manus. en altera venit
Victima nobilior. placemus cæde secunda
Hesperias genteis. iugulus mihi Cæsaris haustus
Hoc præstare potest, Pompeij cæde nocenteis
Vt populus Romanus amet. quid nomina tanta
Horremus, viresq; Ducis? quibus ille relictis
Miles erit. nox hæc peraget ciuilia bella,
Inferiasq; dabit populis, & mittet ad Vmbras,
Quod debetur adhuc mundo, caput. ite feroces
Cæsaris in iugulum. præstet Lagæa iuuentus
Hoc Regi, Romana sibi. tu parce morari:
Plenum epulis, madidúmque mero, Veneríque paratum
Inuenies. aude: Superi tot vota Catonum,
Brutorumq; tibi tribuent. non lentus Achillas
Suadenti parere nefas. haud clara mouendis,
Vt mos, signa dedit castris, nec prodidit arma
Vllius clangore tubæ: temere omnia sæui
Instrumenta rapit belli. pars maxima turbæ
Plebis erat Latiæ: sed tanta obliuio menteis
Cepit in externos corruptó milite mores,
Vt Duce sub famulo, iussuq; satellitis irent,
Quos erat indignum Pharto parere tyranno.
Nulla fides, pietásque viris, qui castra sequuntur,
Venalesq; manus: ibi fas, vbi maxima merces.
Aere merent paruo, iugulumq; in Cæsaris ire,
Non sibi dant. prò fas: vbi non ciuilia bella
Inuenit imperij fatum miserabile nostri?
Thessaliæ subducta acies in litore Nili
More furit patrio. quid plus te, Magne, recepto
Ausa foret Lagæa domus? dat scilicet omnis
Dextera, quod debet Superis, nulliq; vacare
Fas est Romano. Latium sic scindere corpus
Diis placitum: non in generi, soceriq; fauorem
Discedunt populi. ciuilia bella satelles
Mouit, & in partem Romanam venit Achillas.
Et nisi fata manus à sanguine Cæsaris arcent,
Hæ vincent partes. aderat maturus vterq;,
Et districta ensibus ad cunctas aula patebat
Insidias, potq; erat cruor per regia fundi
Pocula Cæsareus, mensæq; incumbere ceruix.
Sed metuunt belli trepidos in nocte tumultus,
Ne cædes confusa manu, permissaq; fatis
Te, Ptolemæe, trahat. tanta est fiducia ferri.
Non rapuere nefas: summi contemta facultas
Est operis: visum famulis reparabile damnum.
Illam mactandi dimittere Cæsaris horam.
Seruatur pœnas in aperta luce daturus.
Donata est nox vna Duci, vixitq; Photini
Munere Phœbeos Cæsar dilatus in ortus.
Lucifer à Casia prospexit rupe, diemq;
Misit in Aegyptum primo quoque sole calentem:
Cùm procul à muris acies non sparsa maniplis,
Nec vaga conspicitur, sed iustos qualis ad hosteis
Recta fronte venit. passuri cominus arma,
Laturiq; ruunt. at Cæsar mœnibus vrbis
Dissisus foribus clausæ se protegit aulæ,
Degeneres passus latebras: nec tota vacabat
Regia compresso: minima collegerat arma
Parte domus: tangunt animos iraq;, metusq;,
Et timet incursus, indignaturq; timere.
Sic fremit in paruis fera nobilis abdita claustris,
Et frangit rabidos præmorso carcere denteis.
Non secus in Siculis fureret tua flamma cauernis,
Obstrueret summam si quis tibi, Mulciber, Aetnam.
Audax Thessalici qui nuper rupe sub Aemi,
Hesperiæ cunctos proceres, aciemq; Senatus,
Pompeiumq; Ducem, caussa sperare vetante,
Non timuit, fatumq; sibi promisit iniquum:
Expauit seruile nefas, intráq; Penateis
Obruitur telis, quem non violasset Alanus,
Non Scytha, non sixo qui ludit in hospite Maurus.
Hic, cui Romani spatium non sufficit orbis,
Paruáque regna putat Tyriis cum Gadibus Indos:
Ceu puer imbellis, ceu captis femina muris,
Quærit tuta domus, spem vitæ in limine clauso
Ponit, & incerto lustrat vagus atria cursu:
Non sine Rege tamen, quem ducit in omnia secũ
Sumturus pœnas, & grata piacula morti,
Missurúsq; tuum, si non sint tela, nec ignes,
In famulos Ptolemæe caput. sic Barbara Colchis
Creditur vltorem metuens regnisq; fugæque,
Ense suo, fratrisq; simul ceruice parata
Exspectasse patrem. cogunt tamen vltima rerum
Spem pacis tentare Ducem: missúsq; satelles

Regius, vt sæuos absentis voce tyranni
Corriperet famulos, quo bellum auctore mouerẽt.
Sed neque ius mundi valuit, neq; fœdera sancta
Gentibus. orator Regis, pacisq; sequester
Aestimat in numero scelerum ponenda tuorum
Tot monstris Aegypte nocens. non Thessala tellus,
Vastaq; regna Iubæ, non Pontus, & impia signa
Pharnacis, & gelido circumfluus orbis Ibero
Tantũ ausus scelerum, non Syrtis barbara, quãtũ
Deliciæ fecere tuæ. premit vndiq; bellum,
Inq; domũ iam tela cadũt, quassantq; Penateis.
Non aries vno moturus limina pulsu,
Fracturusq; domum, non vlla est machina belli:
Nec flamis mandatur opus: sed cæca iuuentus,
Consilij vastos ambit diuisa Penateis.
Et nusquam totis incursat viribus agmen.
Fata vetant, muriq; vicem Fortuna tuetur.
Nec non & ratibus tentatur regia, quà se
Protulit in medios audaci margine fluctus
Luxuriosa domus. sed adest defensor vbiq;
Cæsar, & hos aditus gladijs, hos ignibus arcet,
Obsessusq; gerit, tanta est constantia mentis,
Expugnantis opus. piceo iubet vnguine tinctas
Lampadas immitti iunctis in vela carinis.
Nec piger ignis erat per stupea vincula, perq;
Mananteis cera tabulas: & tempore eodem
Transtraq; nautarum, summiq; arsêre ceruchi.
Iam prope semiustæ mergũtur in æquora classes,
Iamq; hostes, & tela natant. nec puppibus ignis
Incubuit solis: sed quæ vicina fuêre
Tecta mari, longis rapuêre vaporibus ignem,
Et cladem fouêre Noti, percussáq; flama
Turbine, non alio motu per tecta cucurrit,
Quàm solet ætherio lampas decurrere sulco,
Materiáq; carens, atque ardens aëre solo.
Illa lues clausa paulum reuocauit ab aula
Vrbis in auxilium populos. nec tempora cladis
Perdidit in somnis, sed cæca nocte carinis
Insiluit Cæsar, semper feliciter vsus
Præcipiti cursu bellorum, & tempore rapto.
Tunc claustrum pelagi cepit Pharõ insula quondam
In medio stetit illa mari, sub tempore vatis
Proteos: at nunc est Pellæis proxima muris.
Illa Duci geminos bellorum præstitit vsus:
Abstulit & cursus, & fauces æquoris hosti.
Cæsar & auxiliis vt vidit libera Ponti
Ostia, non fatum meriti, pœnasq; Photini
Distulit vlterius: sed qua non debuit ira,
Non cruce, non flamis, rabido non dente ferarum.
Heu facinus, ceruix gladio malè cæsa pependit:
Magni morte perit. nec non subrepta paratis
A famulo Ganymede dolis peruenit ad hosteis
Cæsaris Arsinoë: quæ castra carentia Rege,
Vt proles Lagæa, tenet, famulumq; tyranni
Terribilem iusto transegit Achillea ferro.
Altera, Magne, tuis tam victima mittitur Vmbris,
Nec satis hoc Fortuna putat, procul absit vt ista
Vindictæ sit summa tuæ. non ipse tyrannus
Sufficit in pœnas, non omnis regia Lagi
Dum patrij veniant in viscera Cæsaris enses,
Magnus inultus erit. sed non auctore furoris
Sublato cecidit rabies: nam rursus in arma
Auspiciis Ganymedis eunt, ac multa secundo
Prœlia Marte gerunt. potuit discrimine summo
Cæsaris vna dies in famam & sæcula mitti.
Molis in exiguæ spatio stipantibus armis,
Dum parat in vacuas Martẽ transferre carinas
Dux Latius, tota subito formidine belli
Cingitur: hinc densæ prætexunt littora classes:
Hinc tergo insultant pedites. via nulla salutis.
Nõ fuga, nõ virtus, vix spes quoq; mortis honestæ.
Non acie fusa, nec magnæ stragis aceruo
Vincendus tunc Cæsar erat, sed sanguine nullo.
Captus sorte loci pendet, dubiúsne timeret,
Optarêtve mori, respexit in agmine denso
Scæuam perpetuæ meritum iam nomina famæ
Ad campos Epidaune, tuos: vbi solus apertis
Obsedit muris calcantem mœnia Magnum.

PHARSALIAE LVCANI FINIS.

IOAN-

IOHANNIS SVLPICII VERVLANI CARMEN, PHARSALIÆ LVCANI APPENDIGVLA.

ERexit mentem trepiditam fortis imago,
Et facturus erat memorandi nobile lethi
Exemplum: sed fata vetant, & fida salutis
Ostendit fortuna viam. nam læuus amicas
Prospexit puppes, nando quas ausus adire.
Ecquid stamus? ait. vel iam per tela, fretúmque
Eripiar: iuguli vel non erit vlla potestas
Eunucho concessa mei. tunc puppe relicta
Prosilit in Pontum, siccos fert læua libellos,
Dextra secat fluctus, tandémque illæsus amico
Excipitur plausu clausu clamantis ad æthera turbæ.

EIVSDEM SVLPICII QVERELA DE INTERITV POETÆ, OPERE NONDVM PERFECTO.

HAEC cecinit vates, scripturus plura: sed illum
In medio cursu iussit mors dira silere.
Accidit vt cycno, qui fixus arundine, carmen
Mille modis querulum, quod cœperat, interrumpit.
Nec Phœnix aliter, cùm sese imponit in altum,
Quem struit ipse, rogum, cantus dulcedine mira
Non dum perfectos plaudenti morte relinquit.
Nec secus Ismarijs vates oppressus in oris,
A Ciconum nuribus, Superùm dum cantat amores,
Brutáque cum siluis, & saxa sequentia ducit,
Haud potuit moriens medios absoluere cantus.
Prô scelera, ô Superi, cruciat quæ pœna Neronem?
Num rota, num saxum, num stagna fugacia vexant?
An vultur, pendénsve silex? an feruet in vnda?
Illum comburat Phlegethon, laceréntque ceraſtæ:
Hydra voret, rapténtque canes, sempérque flagellis
Torua Megæra secet, nec sit requiésque, modúsque.
Quanto fraudata est tua gloria plena nitore
Corduba! quámque minus te Mantua docta veretur
Mantua, cui primæ fulget nunc gloria palmæ.
Sed contenta tribus longè lacteris alumnis.
Tu verò ô nostrum vates diuine laborem,
Quem pro te subijs, non auersate probabis.

M. ANNAEI LVCANI AD CALPVRNIVM PISONEM POEMATION, FALSO OVIDIO ADSCRIPTVM, HAdriani Iunij beneficio auctori suo redditur & emendatur.

VNDE priùs cœpti surgat mihi carminis ordo,
Quósve canam titulos, dubius feror. hinc tua, Piso,
Nobilitas, veterisq́; citant sublimia Calpi
Nomina, Romanas inter fulgentia gentes:
Hinc tua me virtus rapit, & mirãda per omnes
Vita modos: quæ, si deesset tibi fortè creato
Nobilitas, eadem pro nobilitate fuisset.
Nã quid imaginibus, quid auitis fulta triũphis
Atria, quid pleni numeroso Consule fasti,
Profuerint, cui vita labat? perit omnis in illo
Nobilitas, cui laus est in origine sola.
Felix, qui tantis animum natalibus æquas,
Et partem tituli non summam ponis in illis,
Ipse canendus eris: nã quid memorare necesse est,
Vt domus à Calpo nomen Calpurnia ducat?
Claraq́; Pisonis tulerit cognomina prima,
Humida callosa cùm pinseret hordea dextra?
Nec si cuncta velim, breuiter decurrere possim:
Et priùs ætheriæ moles circumuaga flamæ
Annua bis senis reuocabit mensibus astra,
Quàm mihi priscorum titulos, operosaq́; bella
Contigerit memorare: manus sed bellica patrum
Armorumq́; labor, veteres docuere Quirites,
Atque illos cecinere sui per carmina vates.
Nos quoque pacata Pisonem laude nitentem,
Exæquamus auis. tamen etsi bella quierunt,
Non perijt virtus: licet exercere togatæ
Munera militiæ: licet & sine sanguinis haustu
Mitia legitimo sub iudice bella mouere.
Hinc quoque seruati contingit gloria ciuis,
Altaq́; victrices intexunt limina palmæ.
Quin agè maiorum iuuenis facunde tuorum,
Scande super titulos, & auitæ laudis honores,
Armorumq́; decus præcede forensibus actis.
Sic etiam magno iam tunc Cicerone vigente
Laurea facundis cesserunt arma togatis.
Quæq́; patrum claros quondã visura triumphos
Olim turba vias impleuerat agmine denso,
Ardua nunc eadem stipat fora, cùm tua mæstos
Defensura reos vocem facundia mittit:
Seu trepidos ad iura decem citat hasta virorum,
Et firmare iubet centeno iudice caussas:
Seu capitale nefas operosa diluis arte,
Laudibus ipsa tuis resonant fora. tu quoq; Piso
Iudicis affectum, possessaq́; pectora ducis
Victor sponte sua sequitur quocumq; vocasti:
Flet, si flere iubes: gaudet gaudere coactus:
Et te dante capit iudex, quam non habet, iram.
Sic auriga solet feruentia Thessalus ora
Mobilibus frenis in aperto flectere campo,
Qui modò non solùm rapido permittit habenas
Quadrupedi, sed calce citat, modò torquet in auras
Flexibiles rictus & nunc ceruice rotata
Incipit effusos in gyrum carpere cursus.
Quis non attonitus iudex tua respicit ora?
Quis regit ipse suã, nisi per tua pondera, mentem?
Nam tu, siue libet pariter cum grandine nimbos,
Densaq́; vibrata iaculari fulmina lingua,
Seu iuuat adstrictas in nodum cogere voces,
Et dare subtili viuacia verba catenæ,
Vim Laërtiadæ, breuitatem vincis Atridæ.
Dulcia seu mauis, liquidoq́; fluentia cursu
Verba, nec incluso, sed aperto pingere flore,
Inclyta Nestorei cedit tibi gratia mellis.
Nec te Piso tamen populo sub iudice sola
Mirantur fora, sed numerosa laude Senatus
Excipit, & meritas reddit tibi curia voces.
Quis dignè referat, qualis tibi luce sub illa
Gloria contigerit, qua tu, reticente Senatu,
Cùm tua bis senos numeraret purpura fasceis,
Cæsareum grato cecinisti pectore numen?
Huc etiam tota concurrit ab vrbe iuuentus,
Auditura virum, si quando iudice fesso
Turbida prolatis tacuerunt iurgia rebus:
Tunc etenim leuibus veluti proludit in armis,
Compositisq́; suas exercet litibus artes.
Quin etiam facilis Romano profluit ore
Græcia, Cecropiæq́; sonat grauis æmulus vrbi.
Testis Acidalia quæ condidit alite muros,
Euboicam referens secunda Neapolis arcem.
Qualis iô Superi, qualis nitor oris amœnis
Vocibus? hinc solido fulgore micantia verba
Impleuere locos: hinc exornata figuris
Aduolat excusso velox sententia torno.
Magna quidem virtus erat & si sola fuisset,
Iloquio sanctum modò permulcere Senatum,
Exonerare pios modò, nunc onerare nocentes:

Sed

Sed super ista mouet plenus grauitate serena
Vultus, & insigni præstinguit imagine visus.
Talis inest habitus, qualem nec dicere mæstum,
Nec fluidum, læta sed tetricitate decorum
Possumus: ingenitæ stat nobilitatis in illo
Pulcer honos, & digna suis natalibus ora.
Additur huc & iusta fides, & plena pudoris
Libertas, animúsque mala ferrugine purus:
Ipsaq; possesse mens est opulentior auro.
Quis tua cultorum iuuenis facunde tuorum
Limina pauper adit, quem non animosa beatum
Excipit, & subito iuuat indulgentia censu?
Quodq; magis dono fuerit pretiosius omni,
Diligis ex æquo: nec te fortuna clientum,
Natalesve mouent: probitas spectatur in illis.
Nulla superborum patiuntur dicta iocorum:
Nullius subitos adfert iniuria risus.
Vnus amicitiæ summos tenor ambit, & imos.
Rara domus tenuem non aspernatur amicum,
Raraq; non humilem calcat fastosa clientem.
Illic casta licet mens, & sine crimine constet
Vita, tamen probitas cum paupertate iacebit.
Sed lateri nullus comitem circumdare quærit,
Quem dat purus amor, sed quem tulit impia merces,
Nec quisquam vero pretium largitur amico,
Quem regat ex æquo, vicibusq; regatur ab illo:
Sed miserum parua stipe munerat, vt pudibũdos
Exercere sales inter conuiuia possit.
Ista procul labes, procul hæc Fortuna refugit
Piso tuam venerande domum, tu mitis, & acri
Asperitate carens, positoq; per omnia fastu,
Inter & æquales vnus numeraris amicos:
Obsequiumq; doces, & amorem quæris amando.
Cuncta domus varia cultorum personat arte,
Cuncta mouet studiũ. nec enim tibi dura clientũ
Turba, rudisve placet, misero quæ freta labore
Nil nisi summoto nouit præcedere vulgo:
Sed virtus numerosa iuuat. tu pronus in omne
Pectora ductus opus, seu te grauiora vocarunt,
Seu leuiora iuuant. nec enim facundia semper
Adducta cum fronte placet: nec semper in armis
Bellica turba manet: nec tota classicus horror
Nocte dieq; gemit: nec semper Cnossius arcu
Destinat, exempto sed laxat cornua neruo.
Et galea miles caput, & latus ense resoluit.
Ipsa vices natura subit, variataq; cursus
Ordinat, inuersis & frondibus explicat annum.
Non semper fluidis adopertus nubibus æther
Aurea terrificis obcæcat sidera nimbis.
Cessat hiems, madidos & siccat vere capillos:
Ver fugit æstates: æstatum terga lacessit
Pomifer autumnus, nimbis cessurus & vndis.
Ignea quin etiam Superũm pater arma recondit,
Et Ganymedea repetens conuiuia mensa,
Pocula sumit ea, qua gessit fulmina, dextra.
Temporibus seruire decet: qui tempora certis
Ponderibus pensauit, eum si bella vocabunt,
Miles erit: si pax posituis toga gestiet armis.
Hunc fora pacatum, bellantem castra decebunt.
Felix illa dies, totumq; canenda per orbem,
Quæ tibi, vitales cum primùm traderet auras,
Contulit innumeras intra tua pectora dotes.
Mira subest grauitas inter fora: mirus omissa
Paulisper grauitate lepos. si carmina fortè
Nectere ludenti iuuit fluitantia versu,
Aonium facilis deducit pagina carmen.
Siue chelyn digitis, & eburno verbere pulsas,
Dulcis Apollinea sequitur testudine cantus,
Et te credibile est Pœbo didicisse magistro.
Nec pudeat populisse lyram, cum pace serena
Publica securis exsultent otia terris,
Nec pudeat Phœbea chelys, si creditur illis
Pulsari manibus, quibus & conteditur arcus.
Ipse fidem mouisse ferox narratur Achilles,
Quamuis mille rates Priameius vreret heros,
Et grauis obstreperet modulatis buccina neruis.
Illo dulce melos Nereius extulit heros
Pollice, terribilis quo Pelias ibat in hostem.
Arma tuis etiam si forte rotare lacertis,
Inque gradum clausis libuit consistere membris,
Et vitare simul simul & captare petentem:
Mobilitate pedum celeres super orbibus orbes
Flectis, & obliquis fugientem cursibus vrges,
Et nunc viuaci scrutaris pectora dextra,
Nunc latus aduersum nec opino percutis ictu.
Nec tibi mobilitas minor est, si fortè volantem
Aut geminare pilam iuuat, aut reuocare cadentem,
Et non sperato fugientem reddere gestu.
Haret in hæc populus spectacula, totaq; ludos
Turba repentè suos iam sudabunda relinquit.
Te si fortè iuuat studiorum pondere fessum,
Non languere tamen, lususque mouere per artem,
Callidiore modo tabula variatur aperta
Calculus, & vitreo peraguntur milite bella,
Vt niueus nigros, nunc & niger alliget albos.
Sed tibi quis non terga dedit? quis te Duce cessit
Calculus? aut quis non periturus perdidit hostem?
Mille modis acies tua dimicat: ille petentem
Dum fugit, ipse rapit: longo venit ille recessu,
Qui stetit in speculis. hic se committere rixæ
Audet, & in prædam venientem decipit hostem.
Ancipites subit ille moras, similisq; ligato
Obligat ipse duos: hic ad maiora mouetur,
Vt citus & fracta prorumpat in agmina mãdra,
Clausaq; deiecto populetur mœnia vallo.
Interea sectis, quamuis acerrima surgant
Prœlia militibus, plena tamen ipse phalange,
Aut etiam pauco spoliata milite vincis,
Et tibi captiua resonat manus vtraq; turba.
Sed priùs emenso Titan versetur Olympo,
Quàm mea tot laudes decurrere carmina possint.
Felix, & longa iuuenis dignissime vita,
Eximiumq; tuæ gentis decus, accipe nostri
Certus, & hoc veri complectere pignus amoris.
Quòd si digna tua minus est mea pagina laude,
At voluisse sat est: animum, non carmina iacto.
Tu modò lætus ades, forsan meliora tenemus:
[illegible] ipse fauor, dabit ipsa feracem

CN. GETVLICI VITA EX PETRO CRINITO DESVMPTA.

CN. Getulicus poëta nobilis habitus est, in scribendis Epigrammatis, vt Grammatici nostri tradunt. Val. Martialis ad exēplum Getulici carmina sua excusat, si paulò lasciuior in illis videtur. Relatum est ab antiquis scriptoribus, fuisse ab eo dilectam puellam nomine Cesenniam, magnóque studio celebratam, vt Corinnam ab Ouidio: Lesbiam à Catullo: Argētariam à Lucano: quod à Sidonio scribitur in epistola ad Hesperiū Val. Nominatur à Suetonio Tranq. Cn. Lentulus Getulicus, sed in dubio est an idem haberi debeat, etsi temporum ratio satis congruit. Hæc sunt ferè, quæ de poëta Getulico legimus.

CN. GETVLICI FRAGMENTA QVÆ EXSTANT.

NON aries illum verno ferat aere cornu,
Gnosia nec geminos [1] præcedunt cornua tantum,
Sicca Lycaonius resupinat plaustra Bootes.

1 al. præcidunt.

C. PEDONIS VITA A PETRO CRINITO DESCRIPTA.

C. Pedo Albinouanus inter eos poëtas relatus est à veteribus, qui Epigrammata & Iocos scripserunt. Præcipuè claruit temporibus Neronis principis, ac in tenera ætate operam & studium posuit in declamationibus, quod ex Anneo Seneca facilè colligitur. Ouidius poëta enumerat hunc ipsum Pedonem cum illis, qui sua ætate carminum studio præstiterunt, vt Marsum, Rabirium, Macrum, Montanum, Sabinum, & alios plures. Ingenio eleganti & vrbano fuit, versatúsque est in scribendis epigrammatis non sine magna commendatione sui nominis. Itaque Val. Martialis refert se habere autores quos sequitur, Catullum, Pedonem, Marsum, atque Getulicum, & in primis cupere, vt sua carmina ad illorum æstimationē atque gratiam accedant. Idem Pedo laudatur ab Anneo Seneca, vt fabulator egregius, & maximè festiuus. P. Ouidium singulari beneuolentia dilexit: cúmque eo in iocis, & communibus studiis familiariter versatus est.

C. PEDONIS ALBINOVANI FRAGMENTA QVÆ EXSTANT.



Ampridem poſt terga diem ſolemq́; relictum.
Iampridem notis extorres finibus orbis,
Per non [1] *conceſſas audaces ire tenebras,*
Heſperij metas, extremaq́; littora mundi.
Nunc illum pigris immania monſtra ſub vndis,
Qui ferat Oceanum, qui ſæuas vndique [2] *piſtris*
Æquoreosq́; canes ratibus conſurgere panſis.
Accumulat fragor ipſe metus. iam ſidere limo
Nauigia & rapido deſertam flamine claſſem,
Seq́; feris [3] *tradunt per inertia fata marinis*
Tam non felici laniandos ſorte relinqui.
Atque aliquis prora ſe dat ſublimis ab alta,
Aera pugnaci luctatus rumpere niſu.
Vt nihil erepto valuit dignoſcere mundo,
Obſtructo tales effundit pectore voces:
Quò ferimur? ruit ipſe dies, orbémque relictum
Vltima perpetuis claudit natura tenebris.
Anne alio poſitas vltra ſub cardine gentes,
Atque alium libris intactum quærimus orbem?
Dij reuocant, rerumq́; vetant cognoſcere finem
Mortales oculos. aliena quid æquora remis
Et ſacras violamus aquas, diuumq́; quietas
Turbamus ſedes?

1 al. conceſſus 2 al. piſtres 3 al. credunt

CORPUS OM-

pium veterum

Poetarum.

37/17

